BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
13
11 E
6

INDEX LOCVPLETISSIMVS IN OMNES REPETITIONES DOMINI IOANNIS BOLOGNETI BONONIENSIS IN PRIMAM DIGESTI NOVI

partem ad ſingulas quaſuis materias inſigniores et notabiliores deciſiones inueniendas ſummo ſtudio editus feliciter incipit.

ABSOLVTIO an probibita videatur probibita condemnatione in materia correctoria, in rubri. de acquir. poſſ. nu. 65. fol. 153.

Abſolutoria lata in petitorio non pariat exceptionem rei iudicatæ in poſſeſſorio. in l. naturaliter. §. nihil commune, in ſecunda parte nume. 55. de acquir. poſſ. 285.

Abſolutoria lata in petitorio parit exceptionem rei iudicatæ in poſſeſſorio: quando reus probauit ſe dominum. abſolutoria à petitis diffinitiuè an pariat exceptionem in poſſeſſorio in l. naturaliter. §. nihil commune. num. 55. in ij. parte. 285.

Abſolutoria à petitis diffinitiuè, an pariat exceptionem rei iudicatæ in poſſeſſorio. ibi. nu. 56. 286.

Abſolutoria quia reus probauit ſe dominum, an pariat exceptionē rei iudicatæ in poſſeſſorio iterum diſcutitur per Bar. & concludit ſe reuocando quòd non. ibi. nu. 57. fo. eo.

Abſolutoria lata in petitorio quando pariat exceptionem rei iudicatæ in poſſeſſorio latiſsimè diſcutitur. ibi. nu. 64. 287.

Abſolutoria lata in petitorio parit exceptionē rei iudicatæ in poſſeſſorio habente annexam cauſam proprietatis. ibi. num. 65. fol. eo.

Abſolutoria lata in petitorio, an pariat exceptionem rei iudicatæ in poſſeſſorio recuperandæ, latè diſcutitur. ibi. nu. 70. 288.

Abſolutoria lata in petitorio non poteſt excludere poſſeſſorium recuperandæ quæcunque ſit abſolutoria. ibidem nu. 75. 288.

Abſolutoria: quia reus eſt dominus obſtat agenti poſſeſſorio adipiſcendæ. ibi. nu. 122. 295.

Abſolutoria a petitis: quia actor non probauit obſtat agenti poſſeſſorio adipiſcendæ in beneficialibus. ibi. numero. 123. fol. eo.

Abſolutoria lata in poſſeſſorio non præiudicat in petitorio. ibi. nu. 125. 296.

Abſolutoria lata in poſſeſſorio habente annexam cauſam proprietatis an obſtet agenti petitorio, latè diſcutitur. ibi. nu. 126. fol. eo.

Abſolutoria lata in poſſeſſoria in quo ſolum requiritur titulus non obſtat agenti petitorio pleni. ibi. nu. 127. fol. eo.

Hæc lectura eſt vera in ſe, & creat legem ſpecialem, ſed non eſt bona ad iſtum textum ibi. nu. 128. fol. eo.

Abſolutoria lata in petitorio nunquam producit exceptionem rei iudicatæ in poſſeſſorio. ibi. nu. 282. 317.

Abſolutoria in petitoria aliquando cauſat exceptionem dominij iam diſcuſſi aliquando exceptionem notorij defe... inij. ibi. nu. 28.

¶ Accuſatus de crimine publico habita remiſſione poteſt iterum ab alio accuſari. in le. 1. in princ. num. 143. de no. op. nunci. fol. 65.

¶ Acquirere & non acquirere ſunt contradictoria ſed, amittere & acquirere ſunt contraria. in rubr. de, acquir. poſſ. nu. 30. 150.

Acquirere verbum, & retinere, ſe compatiuntur, ſed retinere & amittere habent contradictionem. ibi. nu. 31. fol. eo.

Acquiri quomodo poſsit per alium breuiter declaratur, in l. ſi is qui pro emptore. nu. 357. ff. de vſuca. 451.

Acquiri ciuiliter non poteſt per procuratorem ſine ceſſione ibi nu. 358. fol. eo.

¶ Acquiſitio fructuum an cauſetur ex Publiciana actione. in l. iij. §. è contrario. nu. 77. de acquir. poſſ. 248.

Acquiſitio fructuum cauſatur bona fide concurrente voluntate domini putatiui. ibi. nu. 78. fol. eo.

Acquiſitio fructuum vnde cauſetur, noua traditur opinio, quæ ex multis comprobatur. ibi. nu. 80. fol. eo.

Acquiſitio fructuum cauſatur à dominio vero, vel repræſentato per poſſeſsionem & naturam, & cura cùm bona fide ibi. num. 81, 249.

Acquiſitio fieri poteſt in his quæ ſunt meri iuris in l. ſi is qui pro emptore. num. 347. de vſuc. 449.

¶ Acta facta in vno iudicio faciunt notorium in alio inter eaſdem partes. in l. naturaliter. §. nihil commune in ij. parte nu. 94. de acquir. poſſ. 293.

Acta non faciunt notorium inter partes ante ſententiam. ibi. num. 294. 319.

Acta facta in vno iudicio non faciunt fidem in alio iudicio inter eaſdem partes niſi producantur in ſecundo. ibi, num. 396. 338.

¶ Actio iniuriarum quando poſsit competere nuntiato. in l. 1. in princ. nu. 150. de oper. no. nunti. 66.

Actio iniuriarum poteſt cōcurrere cum actione de dolo. ibi. num. 151. fol. eo.

Actio de dolo an, & quando competere poſſit, ibi. numero. 152. fol. eo.

Actio nondatur poſſidenti, quomodo intelligatur. in l. naturaliter §. nihil commune. in ij. parte. de acquir. poſſ. nume. 170. 30.

Actio in rem quando competat ei qui poſsidet. ibi. nu ... & declaratur. §. ei vero.

Actio ad exhibendum quare fuerit introducta & ... rebus. ibi. num. 429.

Actiones omnes in rem ſunt remedia cauſæ pro... vel petitorij tam vniuerſalis quàm ſingularis ... runtur Actiones perſonales non cauſant proprietat... l. naturaliter. §. nihil commune. in prima parte num. 53.

Actiones ipſo iure non ſe toll... electio...

4. 11 E. 6

INDEX

hoc dicat. in dicto.§. nihil commune, in ſecunda parte nu. 395. 338.

Actor ſi proponat vnum, & reus aliud remedium; quid iuris ſit. & quæ ſit differentia inter hos modos proponendi in l. naturaliter. §. nihil commune in ij, parte nu. 332. de acquir. poſſ. 327.

Actor ſi propoſuit petitorium, & reus poſſeſſorium adipiſcendæ, quomodo cumulari poßint, ſi agatur diuerſis reſpectibus, & de exemplis, in l. naturaliter. §. nihil commune. in ij. parte num. 355. 331.

Actor ſi proponit petitorium, & reus poſſeſſorium adipiſcẽdæ eodem reſpectu. an & quando poſſit fieri cumulatio. ibi. num. 357. fol. eo.

Regula ponitur affirmatiua quòd cumulatio permittitur, & ampliatur, & limitatur vt ibi. nu. 358. 332.

Actor ſi proponit petitorium, & reus poſſeſſorium retinendæ, an admittatur cumulatio. ibi. nu. 359. fol. eo.

Regula ponitur affirmatiua quòd cumulatio permittitur, ampliatur, & limitatur vt ibi refertur. num. 460. 332.

Regula conſtituitur affirmatiua in tota quarta combinatione, quòd cumulatio permittitur, ampliatur, & limitatur, vt ibi refertur. nu. 361. fol. eo.

Quinta eſt combinatio quandò actor primo proponit poſſeſſorium & reus petitorium, quæ frequentior eſt alijs in practica. ibi nu. 362. fol. eo.

Actor ſi proponit poſſeſſorium recuperandæ, & reus petitorium, an amittatur cumulatio ſi agitur diuerſis reſpectibus in l. naturaliter. §. nihil commune in ij. parte. num. 363. de acquir. poſſ. 333.

Actor ſi proponit poſſeſſorium recuperandæ, & reus petitorium eodem reſpectu, an admittatur cumulatio ibi. nu. 364. fol. eo.

Regula cõſtituitur affirmatiua quòd cumulatio permittitur, ampliatur & limitatur vt ibi. nu. 366. fol. eo.

Actor ſi proponit poſſeſſoriũ adipiſcendæ, & reus petitoriũ, an admittatur cumulatio. ibi. num. 368. fol. eo.

Regula conſtituitur affirmatiua quòd non permittitur cumulatio, ampliatur & limitatur vt refertur ibi. num. 369. 334.

Actor ſi proponit poſſeſſorium retinendæ, & reus petitoriũ, an & quando admittatur cumulatio. ibi. nu. 370. fol. eo

Regula conſtituitur affirmatiua quòd petitur cumulatio, ampliatur & limitatur vt hic, & eadem ponitur in tota combinatione. ibi. nu. 371. fol. eo.

Actor quando proponit poſſeſſorium, & reus in continenti petitorium, an admittatur cumulatio declarando dicta Bart. ibi. nu. 372. fol. eo.

[Re]gula conſtituitur in tota combinatione quòd admittitur [c]umulatio, ampliatur, & limitatur vt ibi. nume. 374. 335.

[...]uod licet, debet & licere reo in l. naturaliter. §. [comm]une. in ij. parte. nu. 351. de acquir. poſſ. 330.

[...] contra legem an efficiatur nullus in l. 1. num. [...]c. de op. no. nunci. fol. 44.

[...]ens ad caſum à quo incipere nõ poterat quando [...]atur in l. non ſolum. §. morte. num. 41. de op. no. [nun]ci. 89.

[...] conſiſtentes in mera voluntate quando tranſeant ad [hered]es, & quid de nunciatione. ibi. nu. 42. fol. eo.

[...] [...]iones in [...]ſolutas in terminis extra

Actus dependentes a voluntate vnius vel duorum quando tranſeant ad heredes. ibi. nu. 44. 89.

Actus dependens a voluntate quando requirit ſolennitatem, poteſt fieri per procuratorem in l. non ſolum. §. morte. nume. 29. in materia proteſtationis. de op. no. nunci. 100.

Actus contrarius proteſtationi quomodo cognoſcatur. ibi. nu. 46. 103.

Actus ambiguus ſequens proteſtationem declaratur per eã. ibi. nu. 60. 105.

Actus ambiguus quomodo cognoſcatur vt per proteſtationem declaretur. ibi. nu. 61. fol. eo.

Actus cuiuscunque ciuilis ſex ſunt partes ſubſtantiales, ſed cauſa formalis & materialis præualet. ibi. numero. 88. 111.

Actus incipit a præcedenti diſpoſitione, conditio proteſtatiua in omne diſpoſitione ſtatim deficit quando fieri potuit & non fit. ibi nu. 254. 137.

Actus incipit a præcedenti conditione proteſtatiua, & eſt inter viuos, conditio non deficit niſi per mortem; & in vltimis voluntatibus quando potuit fieri. ibi. nume. 255. fol. eo.

Actus Contrarij an ſe inuicem tollant, & quando vnus præualeat, declaratur in l. naturaliter. §. nihil commune. in ij. parte nu. 299. de acquir: poſſ. 239.

Actus ſeu res ſuper quo fictio requiritur quod ſit in rerum natura: ſed non cum tanta habilitate. quia non mouetur in l. ſi is qui pro emptore. num. 132. ff. de vſuca. 411.

¶ Adhærendum eſt regulæ ſi cui Bononienſes caroccio. in rubr. de acquir. poſſ. nu. 67. 156.

¶ Adminiſtratores quando poßint per contractum inutilem transferre poſſeßionem in l. 1. §. ſi vir vxori. num. 51. de acquir. poſſ. 228.

¶ Adoptio eſt fictio hominis adiuuante lege, non autem fictio legis, in l. ſi is q pro emptore nu. 236. ff. de vſuc. 431.

¶ Aedificans iure an poßit prohiberi in l. 1. in princ. de op. no. nunci. nu. 78. 45.

Aedificium clam factum quomodo dicebatur. ibi. nu. 21. 30.

Aedificium vi factum quomodo dicebatur. ibi. nu. 22. 30.

Aequiparatorum eadem eſt diſciplina, in rubr. de acquir. poſſ. nu. 86. 159.

¶ Alciati opinio quid ſit proprietas refertur, & reprobatur in l. naturaliter. §. nihil commune. in ij. parte nu. 14. de acquir. poſſ. 279.

¶ Alienatio per mortem an ſit neceſſaria vel voluntaria, in leg. non ſolum. §. morte. nu. 71. de op. no. nunci. 93.

Per alienationem extinguitur prætenſio iuris alienãtis, ideo quoque extinguitur nunciatio ſuper ea fundata. ibi. num. 40. 89.

Alienatione vtriuſque prædij facta à nunciante extinguitur nunciatio. ibi. nu. 69. fol. 93.

Alienatione neceſſaria an extinguatur nunciatio ibi. nume. 70. fol. eo.

¶ Allegans contraria quando audiatur, generaliter traditur in l. naturaliter. §. nihil commune in ij. parte. nu. 159. de acqui. poſſ. 301.

¶ Aliud eſſe tale, aliud haberi pro tali in l. quod meo. num. 41. de acquir. poſſ. 370.

¶ Animal illaqueatum an efficiatur illaqueantis diſcutitur & nouiter diſtinguitur in l. 1. nu. 294. de acquir. poſſ.

ſideratíonem declaratur in l.ſi is qui pro emptore, num. 160.de vſuca. 417.

Animum eſſe facti plenè demonſtratur in l.1.in princ. num. 175.de acquir.poſſ. 190.

¶ Annunciatio,nũciatio,renuntiatio & denunciatio in quo differant in l.non ſolum.§.morte, in materia proteſtatio nis nu.7.de op.no.nunc.fol.97. prædicta nomina vſu ca perunt pro Synonimis capi.

¶ Anni Domini ſunt de neceſſitate prępponendi hodie in rubr.de op.no.nunci.nu.47. 8.

¶ Appellari ſeu proteſtari prohibitus, propter potentiam iudicis coram quo debeat fieri proteſtatio,latè diſcutitur in le.non ſolum.§. morte.num.105.de op.no.nunci.113.

¶ Appellatione poſſeßionis de qua in dubio intelligatur, argumentatur in l.naturaliter.§.nihil commune.in ij.parte.nu.221.de acquir.poſſ. 311.

Appellatione poſſeßionis intelligitur de ea quæ conuenit ſubiectæ materiæ,vel perſonis.ibi.nu.222.fol.eo.

¶ Argumentari oportet per modum quo requiritur qualitas in nominato in l.1.in princi.de acquir.poſſ.num.98. 177.

Argumentari licet a ratione naturali.in l.iij.§.e contrario. nu.35.de acquir.poſſ. 241.

Argumentum a correlatiuis valet poſitiuè & priuatiuè. in rubr.de acquir.poſſ.nu.74. 157.

Argumentum ab etymologia vel alluſione fieri poſſe non colligitur ex tex.in l.1.ff.de acquir.poſſ.dicta l.1.in principio.nu.18. 166.

Argumentum ab etymologia valere non probatur in dicto textu.ibi.nu.81. 175.

Argumentum ab etymologia, Alluſione, vel deriuatione quid operetur.ibi.nu.82.fol.eo.

Argumentum alij nominis quid operetur,& quomodo fiat, & quot modis. ibi.num.83.fol.eo.

Argumentum à diffinitione quomodo ſumatur,& quid inferat.ibi.num. 84.fol.eo.

Argumentum ab etymologia quomodo concludat. ibi. num. 85.fol.eo.

Argumentum ab etymologia affirmatiuè non valet,& quare. in l.1.in principio.nu.86.ff.de acquir. poſſ. 175.

Argumentum ab etymologia valet affirmatiuè quando ipſum continet totam ſubſtantiam nominati. ibi. numero. 87.fol. eo.

Argumentum à nomine adiectiuo valet affirmatiuè, & quo modo.ibi.nu.90.fol.eo.

Argumentum ab etymologato ad etymologiam valet affirmatiuè. ibi. nu.191.fol. eo.

Argumentum ab etymologia negatiuè regulariter valet.ibi. nu.92.fol.eo.

Argumentum à nominibus proprijs nullo modo valet plenè. ibi.nu.93.fol.eo.

Argumentum ab etymologia quando qualitas requiritur ſolum in principe,quomodo procedat.ibi.nu.96. 177.

Argumentum ab etymologia quando illa qualitas conſideratur quomodo procedat.ibi.nu.97.fol.eo.

Argumentum ab etymologia quando qualitas requiritur ficte quomodo procedat.ibi.nu.99.fol.eo.

Argumentum ab etymologia non procedit, quando lex vel diffinitio repugnat.ibi.nu.100.fol.eo.

Argumentum ab etymologia valet præſumptiuè. ibi. num. 101.fol.eo.

Argumentum de reuerſo ab hoſtibus per poſtliminium & ibi mortuum per l.Corn.procedit datis paribus terminis in l.ſi is qui pro emptore. nu.71.de vſuca. 398.

Argumenta pro parte contraria referuntur & eis reſpondetur an frater & ſoror ſint correlatiua in rubr. de acquir. poſſ.nu.85. 159.

¶ Articulus vnus an & quando ſit edendus integer de legibus.in rubr.de op.no.nunc num.133. 21.

¶ Artifex, ſi promiſit facere domum in fundo meo, an alienato fundo liberetur,latè nouiter diſcutitur & deciditur in l.non ſolum §.morte.nu.46.de oper.no.nunci. 90.

¶ Aſſerens in libello ſe eſſe dominum an probando ſe vſufructu rium poßit obtinere in l.naturaliter.§.nihil commune.nu.40.de acquir.poſſ. 283.

¶ Aſſumptio quare capiatur pro genere ſecundum Bart. in l.ſi is qui pro emptore.nu.206.ff.de vſuc. 426.

Aſſumptio eſt genus fictionis ſecundum Bart. quod defenditur ab obiectis Alciati.ibi.nu.207.fol.eo.

¶ Attentata facta poſt appellationem etiam iniuſtam an poßint reuocari antequàm cognoſcatur de meritis cauſæ in l.1..in princ.nu.48.de op.no.nunc. 36.

¶ Authoritas iudicis quid operetur ad iuſtificandum poſſeßionem,quæſitam virtute decreti vel ſententiæ.in l.iuſtè poſſidet.nu.1.de acquir.poſſ. 348.

¶ Auxioma quid ſit, & combinatio eſt nomen latinũ.in l. naturaliter.§.nihil commune in ij.parte nu.275. 317.

B

BARO Subinfeudans habet dominium vtile vniuerſitatis feudi cum poſſeſſione naturali, & directum dominium cum poſſeſſione ciuili rei ſubinfeudatæ,in leg.iij. §.è contrario.nu.127.de acquir.poſſ. 255.

¶ Bartolus in tota l.1.ff.de acqui.poſſ.non fuit recordatus quod alloquebatur iuuenes,in dicta l.1.in princ.nu.244. 203.

Bart.& doctores ſe nimis feſſos & fatigatos in cogitationibus demonſtrauerunt,in l.naturaliter.§ nihil commune. in ij.parte nu.383.de acquir.poſſ. 336.

Bart.in quæſtione propoſita de blaſphemante condemnato vt amputetur lingua, non bene iudicauit;quia illa condemnatio trahitur retro.in l.ſi is qui pro emptore.nu.330.de vſuc. 440.

¶ Bellum inter non recognoſcentes Superiorem eſt permiſſum:quia eorum controuerſias nemo iudicialiter redimere poteſt.in l.i.in princi. nume. 32. de acquir.poſſ.368.

Bella iure naturali propter elementorum contradictionem eueniſſe credendum eſt.in l.ſi is qui pro emptore. num.2. de vſuc.387. Cætera vide infrà in littera c.in verbo,Capta in bello.

¶ Bona in bello capta quomodo capientibus acquirantur noua diſtinctio traditur in l.i. in princ. nume. 39,de acquir.poß. 169.

Bona acquiruntur ſoli capienti in duello permiſſo. ibi. nu. 40.ſol. eo.

Bona vel nemora uacantia quando præſumuntur eſſe vniuerſitatis in cuius territorio reperiuntur.ibi.nu.73.174.

Reliqua habes infra in litera c. in verbo Capta in bello.

C.

Capitulum paſtoralis. de cauſa poſſeßionis & proprietatis, an habeat locum de iure ciuili diſcutitur in le. naturaliter.§.nihil commune.in ij.parte nume.287.de acquir. poſſ

Ratio diuerſa eſt ab illa quæ aſſignatur in ditco cap. paſtoralis. per Bart. quare non admittitur cumulatio poſt concluſionem in cauſa. ibi. nu. 288. fol. eo.
Ratio Bart. reprehenditur ex multis. ibi. nu. 289. fol. eo.
Saluatio Iaſonis refertur & reprehenditur, ibidem. numero. 291. fol. 319.
Capitulum paſtoralis, habere locum etiam de iure ciuili latè demonſtratur, vt eo iure cumulatio poſt concluſionem in cauſa prohibeatur. ibi. nu. 292. fol. eo.
Cap. paſtoralis. procedit etiam de iure ciuili vt cumulatio non poßit fieri poſt concluſionem in cauſa. ibi. nu, 298. 320.
¶ Capta in bello ſtatim acquiruntur occupanti ſine alio interuenienti titulo; ſi ſunt ducta intrà præſidia, & per noctauerunt, in l. i. in principio. nume. 28. de acquir. poſſ. 167.
Capta in bello iuſto efficiuntur capientium etiàm in foro conſcientiæ. ibi. nu. 29. fol. eo.
Capta in bello efficiuntur capientium ex capite quòd ſunt in bonis nullius quando ſunt derelicta, alioquin acquiruntur ex ſolo titulo occupationis. ibi. nu. 30. fol. eo.
Capta in bello efficiuntur capientium, ſi bellum eſt indictum à non recognoſcentibus ſuperiorem alioquin latrones dicuntur in. l. i. in principio. nu. 31. de acquir. poß. 168.
Capta in bello iniuſto an acquirantur capientibus diſcutitur, ibi. nu. 34. fol. eo.
Capta in bello efficiuntur capientium ſi dubium eſt de iniuſtitia belli ſecus ſi notoria ſit iniuſtitia ibi. nu. 35. fol. eo.
Capta in bello an reſtituenda, & traditur intellectus ad cap. ſicut. de iure iu. ibi. nu, 36. fol. eo.
Capta in bello an efficiantur ſpecialiter capientium, vel regis indicentis bellum latè diſcutitur referendo varias opiniones. ibi. nu. 37. fol. eo.
Capta ab hoſtibus an acquirantur omnibus militibus in communi. in l. i. in principio. nu. 38 de acquir. poß. 169.
Capta in bello quomodo capientibus acquirantur noua diſtinctio traditur. ibi. nu. 39. fol. eo.
Capta ex hoſtibus in bello in territorio alieno, an efficiantur capientium, & reprehenditur opinio Sozini. ibidem nu. 42. fol. eo.
Capta in territorio alieno ex vi iuriſdictionis non licite capiuntur, ſed capta ex vi facultatis naturalis licitè capiuntur & acquiruntur capientibus. ibi. nu. 43. 170.
Capta ab hoſtibus & poſteà per noſtros recuperata, an efficiantur capientium, vel potius reſtituantur prioribus dominis, plenè diſcutitur in l. i. in princ. nu. 44. de acquir. poß. 170.
Captæ res & reuerſæ nunquam fuiſſe hoſtium finguntur, & interim ſemper permanſiße ſuorum dominorum. ibi. nu. 48. 171.
Captæ res & reuerſæ reſtituuntur in omnibus qualitatibus & conditionibus quæ erant, quando captæ fuere: multis legibus oſtenditur. ibi. nu. 49. fol. eo.
Captiũ ab hoſtibus qui aufugit & poſtea iterum capitur, reſtituitur primò capienti. ibi. nu. 47 fol. eo.
¶ Caſus figuratio duplex in 1. parte in rub. ff. de ope. no. nunci. ibi. nu. 34 5.
Caſus figuratio in. ij. parte. ibi. nu. 35. 6.
Caſus figuratio in iij. parte. ibi. nu. 36. fol. eo.
Caſus figuratio in iiij. & v. parte. ibi nu. 37, fol. eo.
Caſus figuratur in l. i. de op. no. nunci. nu. 45. 25
Caſus figuratio interminis ponitur ex qua literæ intentio maxi ſectatur. in leg. i. §. hoc autem edicto. nu. i de op. no. nunc. 66.
Caſus figuratio in l. de pupillo. §. meminiſſe. dè op. no. nunci. in dicto. § meminiſſe. nu. 7. 70.
Caſus figuratio enucleans textum cum materia in l. non ſolum. §. morte. de oper. no. nunci. in dicto. §. morte. nu. 24. 85.
Caſus figuratio in. ij. parte dicti textus. ibi. nu. 25. 86.
Caſus omiſſus in ſtatutis habetur pro omißo. in rubr. de. acquir. poſſ. nu. 82. 158.
Caſus figuratio in qualibet parte ſeparatim ponitur in l. i. in princ. nu. 8. de acquir. poß. 164.
Caſus improprij in diffinitione non poßunt contineri in. l. i. in princ. nu. 223. de acquir. poſſ. 199.
Caſus varij referuntur ſeu modi, per varias cauſas amittendi poſſeſſionem. ibi. nu. 348. 219.
Caſus figuratur aperiens medullam difficultatis in l. i. §. ſi vir vxori. nu. 23. de acquir. poſſ. 224
Caſus figuratur in l. iij. §. è contrario. de acquir poß. ibidem nume. 31. 240
Caſus figuratio exemplificans legem in l. naturaliter §. nihil commune. in. 2. parte. ibi. nu. 3. de acquir poſſ. 277
Caſus figuratio ponitur enucleandi generaliter materiam. ibi. nu. 7. 278
Caſus figuratio per oppoſitiones & reſolutiones exemplificans totam materiam. ibi. nume. 49. 284
Caſus figuratio ponitur enucleans & legem & materiam. ibi. nu. 130. 297.
Caſus figuratur. ibi nu. 153. 300
Caſus figuratur ibidem. nu. 169. 302.
Caſus figuratur per quem tollitur contrarietas ex diuerſitate temporis ibi. 193. 306.
Caſus figuratur aperiens totam materiam. ibi. nu. 204. 307
Caſus figuratio ponitur enucleans totam legem ibi. numero. 217. 310
Caſus figuratio ponitur. ibi nu. 237. 312.
Caſus figuratio ponitur. ibi nu. 242. 313
Caſus figuratio ponitur. ibi nu. 251. 314.
Caſus in quibus profertur ſententia, & caſus in quibus interponitur decretum declarantur in l. iuſtè poſſides. nu. 8. de acquir. poß. 349
Caſus figuratio ponitur aperiens totam materiam. ibi nu. 17. 350.
Caſus figuratur declarans formam & materiam conſtituti cùm iuſtificationibus in l. quod meo. nu. 20 de acquir. poß. 367
Caſus quinque contingere poſſunt in captiuo ſiue mortuo ſiue ſeruo conſiderabiles, qui hic referuntur. vt in capite ſient baſis collocentur; in l. ſi is qui prò emptore, nu. 14. de vſuc. 389
Caſus figuratur explicans totam materiam de poſſeſſis ante captiuitatem. ibi. nu. 64. 395
Caſus figuratio in 2. parte explicans textum ſecundum lecturam affirmatiuam. ibi. nu. 66. 396
Caſus figuratio explicans textum ſecundum literam negatiuam. ibi. nu. 67. 397
¶ Cauſa in nunciatione nõ debet exprimi de neceßitate niſi fuerit petita. in. l. 1. in principio. nu. 82. de ope. nou. nunci. 45
Cauſa in nunciatione an ſit exprimenda. ibi. nu. 86. 48

Cauſa expreſſiu non requiritur pro forma in ipſo actu nunciationis.ibi.nu.87. 48

Cauſa exprimi debet parte interrogante etiam ex iudiciali quia ea nõ expreſſa ſperni poteſt nunciatio.ibi nu.88.ſo.eo.

Cauſam exprimi per quæ verba quis dicatur petere ibid. nume.90.ſol.eo.

Cauſa in nunciatione an ſit exprimenda operarÿs vel ſeruis præſentibus & interrogantibus abſente domino. ibi .nu.91. 50

Cauſa in nunciatione vſque ad quod tempus poſſit peti aſſignari.ibi.nu.92. 51

Cauſa petita & non aſſignata reddit nunciationem nullam. ibidem.

Cauſa generalis expreſſio in nunciatione an ſufficiat in l.1. in principio nu.93.de op.no.nuncia. 51

Cauſa nunciationis ſpecialiter allegata an ſit probanda in proſecutione nunciationis, vel principalis litis.ibidem nume.96. 54

Cauſa in nunciatione expreſſa an poſſit mutari.ibi.num.99. 55.

Cauſa qualitas in nunciatione expreſſa poſt concluſionem in cauſa an poſſit mutari.ibi.nu.100. 55

Cauſa naturalis publica & impoſititia quæ ſit, in l.de pupillo.§.meminiſſe.nu.1.de op.no.nunci. 68

Cauſa nunciationis ab initio non eſt exprimenda, ſi eſt facta per prætorem, ſed tantummodo quando in iudicio interrogatur.ibi.nu.22. 74

Cauſa nunciationis ceſſante quando nunciatio ceſſare dicatur in l.non ſolum.§.morte.nu.45.de op.no.nunci. 89

Cauſam poſſeſſionis ſibi mutare & rem ſibi tradere æquipollent.in l.1.in princi.de acquir.poſſ.nu.313. 214

Cauſa poſſeſſionis licet tempore l.x11 tab.eſſet neglecta: tamen hodie eſt dotata vltra quadraginta remedÿs in l.naturaliter.§.nihil commune in 1.parte.de acquir.poſſ.nu. 50.in ÿ.parte 263

In cauſa proprietatis eſt opus quòd res ſit apud reum conuentum vel ſaltem, aliqua poſſeſſio.ibi.nu. 54. 263

Cauſa poſſeſſionis & proprietatis in quibus differant.& referuntur quindecim differentiæ.ibi.nu.58. 264

Cauſæ poſſeſſionis & proprietatis in quibus conueniant ſeu annexæ ſint ibi.nu.59. 264

Cauſa poſſeſſionis & proprietatis quo ordine ventiletur inquiritur.ibi.nu. 59. 265

Cauſa poſſeſſionis differt a cauſa proprietatis in multis relatis in l.naturaliter.§.nihil commune.in ÿ.parte.nu.23. de acquir.poſſ. 280

Cauſa in lite eſt quod apud Rhetores appellatur conſtitutio, & vulgariter fructus quæſtionis.ibi. nu.138. 298

Cauſa quæ fuerit introducendi fictionem late inquiritur in l. ſi is qui pro emptore nu.387.de vſuc. 456

Cauſa quæ fuerit fictionis inducendæ noniter aſſignatur.ibi. nu.392. 457

¶ Cautela ſalutaris eſt vt notarius inter iudæos & paganos inuocet nomen Dei viui non chriſti. in rubr. de op.no. nunc.nu.75. 13

Cautela eſt quòd contrahens cum adminiſtratoribus corpore ingrediatur poſſeſſionem poſt traditionem per actus ſictos.in l.1.in principio.nu.325.de acquir.poſſ. 216

Cautela eſt quòd exprimatur in ſtatutis quòd ingrediens nõ acquirat poſſeſſionem in l.1.§.ſi vir vxori.nu. 37.de acquir.poſſ. 226

¶ Certificatio fieri debet concurrentibus duobus quòd legatur authenticum, & copia relinquatur ſi petatur in l.non ſolum.§.morte.t.u.147.de op.no.nunc. 121

¶ Ceſſibile eſt tranſmiſſibile, & an ius nunciandi poſſit cedi declaratur in l.non ſolum.§.morte.num.28.de op. no. nunc. 87

¶ Citatio an poſſit fieri die diſeriata longus eſt articulus, ſed regulariter non poteſt. Fallit ex forma ſtatutorum in l.non ſolum.§.morte.nu.230.de op.no.nunc. 134

Citatus per præceptum executiuum iniuſtum ex eo quod reſoluitur an teneatur comparere in l.de pupillo. §. meminiſſe.nu.31.de op.no.nunc. 75

¶ Ciuilis poſſeſſio eſt illa quę producit vſucapionem & fructuum acquiſitionem, naturalis, eſt illa quæ producit effectum retentionis & recuperationis in l.1.in princ.de acquir.poſſ.num.221. 199

Ciuilis poſſeſſionis diffinitio tradita a Bart. examinatur & reprehenditur in aliquibus.ibi.nu.222.ſol.eo.

Ciuilis poſſeſſio quæ tantummodo cadit in corporali diffinitur per Bart.ibi.nu.224.ſol.eo.

Ciuilis poſſeſſio domini concurrit cum naturali vſufructuarÿ & vſurarÿ in l.iÿ.§. e contrario.nu. 110. de acquir. poſſ. 253

Ciuilitas eſt mixta iuris & facti in l.is qui pro emptore. nu. 265.de vſuc. 485

Ciuilitas eſt meri iuris quando factum requiſitum verè interueniſſet., ideo tunc efficitur verè ciuis.ibi. nume. 266. ſol. eo.

¶ Ciues igitur poſſunt effici verè atque etiam poſſunt fictè introduci.ibi.nu.267.ſol.eo.

Ciues effecti per priuilegium contrà ſtatutum acquirunt iura ciuilitatis, licet nõ poſſint dici ciues.ibi.nu.272.436.

Ciues per priuilegium efficitur verè ciues quando ſtatutum dat certam formam. Sed non ligat ſibi manus.ibi. nume. 273.436.

¶ Ciuitas poteſt facere ſtatutum quòd exteri certis modis efficiantur ciues.in l.ſi is qui pro emptore.nu.268.de vſuca. 436

Ciuitas poteſt ſibi ligare manus vt ciues niſi cum certa ſolennitate fieri non poſſint.ibi.nu.170.ſol.no.

Ciuitas quando ligauit ſibi manus, ciuis per priuilegium non efficitur verè ciuis nec fictè, niſi appoſita ſit clauſula derogatoria.nu.171.ſol.eo.

¶ Clauium traditio debet fieri in conſpectu horreorum, vel de proximo declaretur & concluditur quòd in conſpectu in l.1.in princ.nu.299.de acquir.poſſ. [illegible]

Clauium traditio facta debitori volenti tradere creditori ſuo præſenti transfert poſſeſſionem in vtrumque ſucceſſiue.ibi.nu.300.ſol.eo.

Clauium traditio facta in abſentia & deambulando contra hentes deueniunt ad horrea an transferat poſſeſſionem. ibi.nu.302.ſol.eo.

Clauium in traditione non eſt neceſſitarium ſcire locum loci mercium.ibi.nu.303.ſol.eo.

Clauium in traditione opus eſt quòd præcedat titulus, alioquin videntur data cauſa cuſtodiæ.ibi.nu.304. 21

Clauium per traditionem ex fictione naturali poſſeſſio transferri poteſt in l.quod meo.nu.6.de acquir.poſſ. 3

Reliqua vide infra in littera.T. in verbo Traditio.

¶ Clauſula iuſtificatiua ſi ſenſeris te grauatum con an debeat in nunciatione exprimi.in l de

niſſc. nu.26.de op.no.nunc. 94

Clauſula ſaluo & reſeruato aſſenſu domini, ſecundum veriorem opinionem excuſat alienantem à pœnis in l.non ſolum.§.morte.nu.131.de op.no.nunc. 118.

Clauſula ſalutaris ſcribenda quando venditor vult teneri de euictione refertur ibi.nu.211. 132.

Clauſula codicillaris duobus modis apponi poteſt, & in illa quę ſit ſecundum vſum communem non procedit concluſio Bart.in l.naturaliter.§.nihil commune in ij. parte.de acquir.poſſ.nu.280. 317.

Clauſula omni meliori modo,an,& quando faciat vtrumque remedium eſſe intentatum,in l.naturaliter.§. nihil commune. in ij.parte nu.440.de acquir.poſſ. 346

Clauſulæ multæ conſeruatoriæ iuris priuilegiorum referuntur in l.non ſolum.§.morte.nu.300.de op.no.nunci.143

¶ Clementina prima de cauſa poſſeſſionis & proprietatis cum concordantibus procedit etiam de iure ciuili in l. naturaliter.§.nihil Commune in ij.parte.nu.349.de acquir. poſſ. 330

¶ Clericus percuſſus per ſtatutum prohibitus facere querelam ſine licentia epiſcopi, an querela facta ſine licentia ſit nulla in l.1.in princ.de op.no.nunci.nu.76. 44

Clericus ſi iurare prohibetur ſine licentia & iuret,iuramentum valet ibidem.

Clericus prohibitus facere ſententiam ſanguinis,ſi eam ferat valet. ipſo iure,ibidem.

Clericus accuſans delinquentem debet proteſtari quod non accuſat ad pœnam ſanguinis in l.nõ ſolum.§. morte. nu. 122.in materia proteſtationis ,de ope.no.nunci. 116

¶ Cognitione vnius contrarij infertur ad cognitionem alterius quatuor modis.in rubr.de acquir.poſſ.nu.38. 152

Theorica breuis ponitur per quam cognoſcitur differentia inter contraria & contradictoria in cognitione. ibi.nu.48. 153

Cognito quomodo acquiratur poſſeſſio,non cognoſcimus quomodo amittatur, in rubr.de acqui.poſſ.nu.32. 151

Cognito vno de contradictorijs cognoſcitur & aliud in ſubſtantia,ponitur regula.ibi.nu.39. 152

Cognito quomodo vnum contradictorium inducatur.cognoſcimus quoque quomodo aliud inducatur.ibi. nu.40. fol.eo.

Cognito quòd in vno ſubiecto eſt vnum contradictorium,cognoſcimus aliud non eſſe,niſi ſit diuerſitas rei,temporis, & reſpectus. ibi.nu.41.fol.eo.

Cognito vno contradictorio in pluribus ſubiectis, quomodo cognoſcamus aliud eſſe in alijs ſubiectis.ibi.nu.42.fol.eo.

Cognito vno de contrariis non habentibus medium,cognoſcimus aliud quatuor modis vt ſupra.ibi.nu.43.fol.eo.

Cognito vno de contrarijs habentibus medium, cognoſcimus etiam aliud ibi.nu.44.fol.eo.

Cognito vno de contrarijs in modo inducendi, cognoſcimus aliud.ibi.nu.45.fol.eo.

Cognito quod vnum contrarium eſt in vno ſubiecto, cognoſcimus aliud non eſſe,niſi ſit diuerſitas temporis, rei, reſpectus,vel legis.ibi.nu.46.fol.eo.

[Co]gnito quòd vnum cõtrarium eſt in aliquibus ſubiectis nõ cognoſcimus aliud eſſe in alijs propter medium. ibi. nu. 47.fol.eo.

[Cogn]ito vno ex correlatiuis, cognoſcitur & reliquum reſpe[ct]iui, & in modo inducendi, in rubr. de acquir. poſſ. 158

[Cognito quod vnu]m correlatiuum eſt in vno ſubiecto, cognoſcimus quòd in eo non eſt aliud, niſi ſubiectum deſtinatum ſit ad omnia.ibi.nu.46.fol.eo.

Cognito quod vnum correlatiuum eſt in aliquibus ſubiectis, quomodo cognoſcamus aliud eſſe in alijs ſubiectis declaratur.ibi.nu.77.fol.eo.

¶ Collegium Bononienſe habet poteſtatem pleniſſimè diſponendi in omnibus defectibus;quia habet poteſtatem legitimandi ab Imperatore,Rege Franciæ & Papa. in l.ſi is qui pro emptore.nu.234.de vſuc. 434

¶ Combinationes Bart.contentæ ſub triplici capite ſeptem ſunt,in l.naturaliter.§ nihil commune.in ij.parte nume. 275.de acquir. poſſ. 316.

Combinationes quare ita appellentur à Bart.ibi.nume. 274. fol. eo.

Combinatio eſt nomen latinum.ibi.nu.275. 317

Combinatio ſecunda an ſit vtilis & digna diſcuſſione doctorum.ibi.nu.317. 323

Combinationem hanc eſſe vtilem latè demonſtratur,& quando.ibi.nu.318. 324

Combinatio quinta eſt quando actor primò proponit poſſeſſorium & reus petitorium, quæ frequentior eſt alijs in practica.ibi.nu.362. 332

Combinatio ſexta eſt quando actor proponit poſſeſſorium & reus incontinenti petitorium, an admittatur cumulatio declarando dicta Bart.ibi.nu.372. 334

In combinationibus omnibus regulariter permittitur cumulatio,ampliatur & limitatur vt ibi.nu.375. 335

Combinatione in ſeptima regula conſtitui debet affirmatiua, contra doctores quod admittatur cumulatio ampliando & limitando.vt ibi.nu.384. 336

Combinatio octaua eſt & quartus articulus, an in pluribus poſſeſſorijs admittatur cumulatio.ibi.nu.385.fol.eo.

¶ Communis vſus loquendi de genitiui ſignificatione an debeat probari,in rubr.de op.no.nunci.nu.92. 15

Communis vſus loquendi ſtatuentium attenditur, ſed probari debet.ibi.nu.119. 20

Communis vſus loquendi quarum perſonarum attendatur noniter declaratur ſiue idiotæ ſtatuant, vel periti, vulgariter ſeu latinè.ibi.nu.120.fol.eo.

¶ Compilatio totius voluminis digeſtorum diſcurritur & totam cum ratione factam eſſe demonſtratur,in rubr. de op.no.nunci.nu.160. 26

Compilatio generalis totius voluminis digeſtorum an rectè facta fuerit inquiritur in rubr.de acquir.poſſ.nu.3. 145

¶ Concedens caſtrum in feudum cum iuriſdictione, an per conſtitutum transferat poſſeſſionem vtriuſque in l.quod meo.nu.72.de acquir.poſſ. 366

Concedens iuriſdictionem in feudum, an per conſtitutum transferat eius quaſi poſſeſſionem.ibi.nu.73. 367.

Conceſſo vno videtur conceſſum illud quod eſt neceſſarium antecedens,& quomodo intelligatur,in l. 1.in princ. nu. 73.de oper.no.nunci. 44

¶ Concurſus admittitur in decem caſibus in quibus chimerizauerunt doctores in l.naturaliter. §. nihil commune. in 1.parte.nu.75.de acquir.poſſ. 266

¶ Inde decreta fuit ueritas quòd textus ille ponit regulam generalem permiſſiuam concurſus.ibi.nu.76.fol.eo.

Secundus ſenſus eſt Vlpiani vt decidat poſſeſſorium retinendæ,& petitorium poſſe generaliter concurrere.ibi. num. 77.fol,eo.

Concurſu[s] petitorij & poſſeſſorij retinendæ in principio. me

dio; & ſine cumulatiuè, ſuſpenſiuè, & ſucceßiuè, permittitur. ibi. nu. 85. 367

Concurſus petitorij & poſſeſſorij videtur prohiberi ex dupli ci capite, quia per petitorium renuntiatur poſſeſſorio, & per poſſeſſorium petitorio. in l. naturaliter. §. nihil commune. in ij parte nu. 50. de acquir. poſſ. 285

Concurſus petitorij & poſſeſſorij an permittatur, tres fuere opiniones antiquorum, quæ hic referuntur, & opinio Ioānis reprehenditur. in l. naturaliter. §. nihil commune. in ij. parte nu. 265. de acquir. poſſ. 355

Opinio Martini communiter tenetur: tamen non eſt vera in interdicto retinendæ ibi. nu. 266. 316

¶ Condemnatione prohibita in materia correctoria, an videatur prohibita abſolutio, latè diſcutitur in rubr. de acquir. poſſ. nu. 65. 155

¶ Conditio proteſtatiua poteſt apponi in contractibus, & vltimis voluntatibus in perſona debitoris, & perſona creditoris, & vt actus incipiat a cōditione & diſpoſitione. in l. non ſolum. §. morte. nu. 252. de oper. no. nunc. 136

Conditio proteſtatiua alio modo committitur in contractibus, alio modo in vltimis voluntatibus, quando actus incipit à præcedenti conditione. ibi. nu. 253. fol. eo.

Conditio proteſtatiua in omni diſpoſitione ſtatim deficit quando fieri potuit & non fit, ſi actus incidit a præcedenti diſpoſitione. ibi. nu. 254. 537

Conditio non deficit ſi actus incipit à præcedenti conditione proteſtatiua, & eſt inter viuos. niſi per mortem & in vltimis voluntatibus quando potuit fieri. ibi. nu. 255. fol. eo.

Conditio triticaria quibus competat in l. naturaliter. §. nihil commune. in 1. parte. nu. 33. de acquir. poſſ. 262

Conditio in nouatione an retro trahatur, & quare, in le. ſi is qui pro emptore. nu. 115. de vſuc. 408

Conditio ſeu actus conditionalis an, & quando trahatur retro. ibi. nu. 305. 442

Conditio proteſtatiua nō trahitur retro regulariter. ibi. num. 308. fol. eo.

Conditio in legatis debilior eſt in contradictionibus contrahētium in ſpecie. ibi. nu. 358. 444

Conditio in legato poſita quæ & hæredi ponitur non facit legatum conditionale. ibi. nu. 319. fol. eo.

Conditio retro trahitur & non in legatis quare in contractibus rationes variæ aſſignantur. ibi. nu. 221. fol. eo.

Conditio retro trahitur in iudicijs, inquiritur ibi. num. 324. 445.

Conditio an retro trahatur in priuilegijs, & reſcriptis latè diſcutitur. ibi. nu. 331. 446

Conditio an in eis retro trahatur breuis diſtinctio nouiter datur. ibi. nu. 332. fol. eo.

Conditio negatiua an retrò trahatur in re perempta diſcutitur contra Bart. ibi. nu. 335. 447

Conditio negatiua habet ſemper incluſam affirmatiuam & affirmatiua dici poteſt. ibi. nu. 336. fol. eo.

Conditio negatiua in re perempta, non magis trahitur retrò quàm conditio affirmatiua. ibi. nu. 337. fol. eo.

Conditio affirmatiua in conſequentiam veniens retrò trahitur, in re perempta. ibi. nu. 239. fol. eo.

Conditionis exiſtentia non plus poteſt concedere quàm ipſe contractus purus tribueret. ibi. nu. 306. 442

¶ Coniunctus an poſſit facere proteſtationem. in l. non ſolū. §. morte. nu. 159. de oper. no. nunci. 523

¶ Conſenſus quomodo præſumatur in proteſtationibus. in l. non ſolum. §. morte. nu. 302. de ope. no. nunci. 143

¶ Coſeruatorium cumulari nunquam poteſt cùm petitorio in l. naturaliter. §. nihil commune. in ij. parte. nu. 444. de acquir. poſſ. 346

¶ Conſtituens præſtat miniſterium alienæ poſſeſſioni. in le. quod meo. nu. 58. de acquir. poſſ. 367

Conſtituens poſſidere nomine procuratoris emptoris, an trāſferat poſſeſſionem, & cui acquirat. ibi. nu 22. 368

Conſtituens poſſidere nomine emptoris abſentis qui fuerit ſpoliatus, an ſecuta ratificatione transferat poſſeſſionem. ibi nu. 34. 363

Concluditur ratificationem ſequentem non ſufficere ad trāſferendum poſſeſſionem per euidentes rationes. ibi. nu. 35. fol. eo.

Conſtituens ſe poſſidere, ſi furere cœpit, adhuc ſecuta ratificatione transfert poſſeſſionem in l. quod meo. nu. 37. de acquir. poſſ. 370

Conſtituens ſe poſſidere nomine abſentis, an & quando tranſferat poſſeßionem breuiter narratur per multos caſus, ibi. nu. 38. fol. eo.

Conſtituens ſe poſſidere nomine emptoris abſentis nullo interueniente procuratore, vel nuntio, vel epiſtola nihil agit. ibi. nu. 39. fol. eo.

Conſtituens ſe poſſidere nomine alterius cum precario non poteſt interuertere poſſeſſionem emptoris. ibi. nu. 40. fol. eo.

Conſtituens ſe poſſidere, ſi poſſideat per alium an trāſferat poſſeßionem diſcutitur. ibi. nu. 53. 372

Conſtituens ſe poſſidere transfert illas poßeſſiones quas acquiret ille in ingrediendo. ibi. nu. 64. 374

Conſtituens ſe poßidere bona preſentia & futura an poſſit facere quòd futurorum poſſeßio non transferatur late diſcutitur ibi. nu. 83. 377

Conſtituens retinet & non poteſt priuari ſine actione: ſed precario retinens poteſt priuari propria authoritate. ibi. nu. 86. fol. eo.

Conſtituens ſe poßideri nomine vnius; non poteſt conſtituere nomine alterius. ibi. nu. 87. 378

Conſtituens per conſtitutum priuatur poſſeßione vt deſinat vſucapere. ibi. nu. 95. 379

Conſtituens procuratorem inhabilem ad ſuſcipiendum habilem, valet actus. in l. ſi is qui pro emptore. nu. 377. de vſuca. 455

Conſtituens inhabilem vt conſtituat certum & habilem admittetur, & habebit effectum. ibi. nu. 378. fol eo.

Conſtituens poſſidere nomine procuratoris emptoris, an tranſferat in emptorem poßeſſionem. ibi. nu. 394. 457

Conſtituens ſe poßidere nomine procuratoris emptoris tranſfert in procuratorem poſſeßionem quæ poſtea cedi debet emptori. ibi. nu. 399. 459

Conſtituens ſe poßidere nomine procuratoris & emptoris fictè transfert poſſeßionem in ſolum emptorem, vnde diſcutitur an valeat. ibi. nu. 400. fol. eo.

Conſtituēs ſe poßidere nomine emptoris mediante procuratore acquirit veram poſſeßionem emptori. ibi. nume. 401. fol. eo.

¶ Conſtitutum quamuis ad oculum corporis videatur modus multum exorbitans ex duobus, tamen iuſtificari poteſt. in l. quod meo. nu. 13. de acquir. poß. 36[illegible]

Conſtitutum aliquando eſt expreſſum, aliquando tacitum implicatum in alijs actibus, & qualiter hoc fiat demo[illegible] ibi. nu. 24.

Conſtitutum & precarium ſimul vtilitatis cauſa in inſtrumentis conſueuerunt poni.ibi.nu.26. 368

Conſtitutum factum abſente emptore, non transfert poſſeſſionem ante ratificationem.ibi.nu.33. 369

Conſtitutum ex contractu inutili quando transferat poſſeſſionem, remiſſiuè in l.quod meo.nume.48. de acquir. poſſ. fol.371.

Conſtitutum quatenus duret declaratur, & an bis vel ter operetur translationem poſſeſſionis.ibi.nu.52. 372

Conſtitutum quatenus duret inquiritur, & an poſſit bis vel ter operari effectum translationis repetitur. ibi.nu. 81. 377.

Conſtitutum quòd trahatur ad bona futura demonſtratur. ibi.nu.82.fol.eo.

Conſtitutum & precarium in quo differant, latè diſcutitur ponendo quinque differentias.ibi.nu.85.fol.eo.

Conſtitutum & precarium mixtum, ſi in eodem contractu apponantur, quos effectus operentur.ibi.nu.88. 378

Quid iuris ſit quando primò rogauit & poſteà conſtituit, & è contrario.ibi.nu.89.fol.eo.

Conſtitutum & precarium vna conceptione factum quid operentur ibi.nu.90. 378

Conſtitutum per quod transfertur poſſeſſio rerũ, etiã in obligatione omnium bonorum poni poteſt. ibi. nu.91.fol.eo.

Conſtitutum quando ſit nullum, ſi contractus principalis eſt nullus.remiſſiuè.ibi.nu.94. 379

Conſtituti materia quia exorbitat à regulis iuris poſſeſſionis & dominij, recipit multas difficultates. ibi. nume. 2. 366.

Conſtituti materia per modum tractatus rectè ordinata fuit per Tiraquellum.ibi.nu. 100. 379

Per conſtitutum & precarium acquiritur vera poſſeſſio. ibi.nu.27. 368

Per conſtitutum ſolum ſine alio actu præcedenti an transferatur poſſeſſio diſcutitur.ibi.nu.46. 371

Per conſtitutum an transferatur poſſeſſio alteri ignoranti vel contradicenti.ibi.nu.49. 371

In conſtituto interuenit corporalis poſſeſſio acquirenti per ordinem traditum in l.quod meo. nu. 14. de acquir.poſſ. 366.

In conſtituto interuenit traditio rei & poſſeſſionis per modum traditum.ibi.nu.15. 367

In conſtituto venditor non dicitur ſibi mutare cauſam poſſeſſionis.ibi.nu.16.fol.eo.

In conſtituto conſtituens non poſſidet ſibi ſed alieno nomine poſſidet.ibi.nu.17.fol.eo.

¶ *Conſuetudo probari poteſt faciliter examinando notarios & conficientes inſtrumẽta, in rubr.de op.no.nun.nu.5* 49

¶ *Continuatio rubricæ ad præcedentia quomodo fiat in rubr.de op.no. nunc. nu.127.* 21

Continuatio prima dictæ rubricæ quòd viſum eſt de iure prætorio an procedat.ibi.nu. 128.fol.eo.

Continuatio Secunda quod ſupra viſum eſt de iure prætorio reſpiciente vltimas voluntates hic de reſpiciente actus inter viuos, an valeat.ibi.nu.129.fol.eo.

[Co]ntinuatio tertia quòd ſupra viſum ſit, de iure prætorio reſpiciente actiones, hic de officio iudicis, an procedat ibi.nu.130.fol.eo.

[Co]ntinuatio noua traditur omnes complectens. ibidem. nu. fol.eo.

[Continuatio ad præc]edentia ponitur in l. de pupillo. §. meminiſſe.nu. 1.de acquir.poſſ. 168

Continuatio rub.ff.de vſucapio. latè ponitur & declaratur in d.rubr.nu.21. 179

Continuatio rubricæ de acqui.poſſ. à gloſſa tradita approbatur reſpondendo obiectis in dicta rubr. nu.21. 149

Continuatio plenior & clarior traditur ibi.nu.22.fol.eo.

Continuatio ad præcedentia ponitur in l.1. §.ſi vir vxori. nu.2.de acquir.poſſ. 220

Continuatio ad præcedentia ponitur in l.3.§·è contrario.nu. 2.de acquir.poſſ. 236

Continuatio ad ſequentia aliquando pmititur.ibi.nu.2. 380

¶ *Contractus, ſtatuta, & priuilegia an, & quando pro parte, poſſunt edi primò referendo theor. Bart. in rubr. de op.no.nunc.nu.132.* 21

Contractus omnes facti eſſe demonſtratur in l.1.in princ. nu. 220.de acq.poſſ. 180

Contractus per contrahentes tolluntur illis quatuor modis poſitis Inſt.qui.mo.toll.obl.per totum in l. ſi is qui pro emptore.nu.291.de vſuc. 439

Contractus per legem tolluntur quantum ad effectus iuris in totum, quantum verò ad ſubſtantiam tolluntur per fictionem.ibi.nu.92.fol.eo.

Opinio Alci.deſtruens hanc fictionem refertur & declaratur.ibi.nu.293.fol.eo.

Opinio Communis defenditur reſpondendo obiectis quòd imo fictio priuatiua reperitur.ibi.nu. 294. 440

Contractus tempus inſpicitur in cõtractibus, & in legatis reſpicitur ſtatus temporis conditionis, & de ratione latè inſtatur referendo plures in l. ſi is qui pro emptore.nu. 322. de vſuc. 445

Ratio quare in contractibus trahitur retro & non in legatis eſt: quia hec eſt voluntas teſtatoris.ibi.nu.323.fol.eo.

¶ *Contrahentes præſumuntur apponere clauſulas ſolitas apponi in contractibus in l.non ſolum.§.morte.num.49. de op. no.nunc.* 90

Contrahentes præſumuntur facere ea, quæ ſoliti fuerunt facere, vel in loco conſuetum eſt fieri ibi. nu 52. 91

¶ *Contrarietas non impedit naturaliter cumulationem, ſed accidentaliter & variè ſecundum varios modos proponendi in l. naturaliter. §. nihil commune.in.2.parte. nu.377.de acquir.*

Contrariorum duo ſunt genera contradictoria & contraria, quę inducuntur per negationem, in rubr. de acquir. poſſ. nu.29.150.& nu.37. 151

¶ *Corporalis poſſeſſio non differt ſpecie neque effectu à naturali poſſeſſione rectè ſumpta.in l.1.in prin. de acquir.poſ nu.218.* 199

Corporalis poſſeſſio aliquando denotat ciuilem, aliquando detentationem, aliquando omnes, vt per nomen nulla ſpecies noua induci debeat & reſpondetur obiectis. ibidem. nu.219.fol.eo.

Correctio ſeù limitatio in vno ſtatuto quare potius præſumatur quàm in volumine ſtatutorum requiritur, in rubr.de op.no.nunc.nu.136. 22

¶ *Correlatiua quę ſint declarantur, & quare ita dicantur.in rubr.de acquir.poſſ.nu.73.* 157

¶ *Creditor ſi prohibet debitorem ne ſibi ſoluat ſine cauſa, proteſtatio quos effectus operetur in l.non ſolum.§. morte.nu.139.de op.no.nunc.* 119

Creditor an ſit obligatus accipere debitum ſuum in l.non ſolum §.morte.nu. 240.de op.no.nunc. 135

Creditor an debet certificare quod eſt creditor ibidem.nu. 241. fol.eo.

Creditor,& debitor, vſufructuarius, emphyteuta,& ſeu datarius, in ſolidum verè poßidere poſſunt, quia poßident ad diuerſum finem in l.iij.§. è contrario. nu. 19.de acquir.poſſ. 238

Creditor habet vtramque poſſeßionem, naturalem & ciuilem ad vtilitatem debitoris.ibi.nu.84. 249

Creditores conſueuerunt reuocato precario pretere aßiſtentiam ſcùte uutam bonorum debitoris in l. quod meo .nu. 93.de acquir.poß. 378

Creditores plures an poßint in ſolidum poßidere rem pignoratam in l.iij.§.è contrario.nu. 96. de acquir. poß. 251

Creditores plures poßunt in ſolidum poſidere quando res ſufficit pro omnibus creditis,alioquin poßidetur tantum pro parte ibi.nu.98.fol eo.

¶ Cumulatio eſt duplex propria & impropria quæ appellatur concurſus.in l.e.naturaliter. §. nihil commune. in i. parte.nu.99. 269

Cumumulationis in tota materia prohibitio procedit etiam ante litis conteſtationem.ibi.nu. 118. 271.

Cumulationis cùm generalis deciſio permißiua ſit vera,omnes quoque intellectus ſingulari caſu permittentes cumulationem veri erunt ibi.nu.124. 272

Duodecimus eſt igitur intellectus conſtituens legem Vlpiani quòd generaliter permittitur cumulatio propter verba in vnoquoque dicto generalia ibi.nu. 235.fol.eo.

Cumulatio ante litis conteſtationem quando permittatur, nouiter declaratur & reſtringitur.hæc lex in l.naturaliter.§.nihil commune in ij.parte nume.248. de acquir. poß. 314

Intellectus iſte licet ſit verus in ſe tamen non eſt bonus ad textum.ibi.nu.249.fol.eo.

Cumulatio non permittitur in vno caſu tantùm quando actum fuit in vtroque pro eadem poſſeßione quæ etiam recipit quatuor reſtrictiones.ibi. nu.261. 315

Cumulatio non conuenit quando concurrunt partes, quis eorum debeat eſſe actor, quod etiam modificatur. ibi. nu. 262.fol.eo.

Cumulatio quòd permittatur in interdicto recuperandæ vel adipiſcendæ eſt vera opinio Petri Sed interdictis retinendæ reprehenditur communiter ibi.nu.267. 316

Saluatio Pauli de caſtro eſt vera in ſe,ſed non eſt de intentione Petri.ibi.nu.268.fol.eo.

Saluatio Iaſonis nec etiam eſt in omnibus partibus bona,& nec de mente Petri.ibi.nu.269.fol.eo.

Opinio Petri falſa eſt vniuerſaliter ſumpta,ſed non de eius intentione.ibi.nu.270.fol.eo.

Opinio Petri regulariter ſumpta,vera eſt in omni interdicto. ibi.nu.271.fol.eo.

Opinio Bart. eadem eſt cum opinione Petri rectè declarata. ibi.nu.272.fol.eo.

Cumulatio remediorum pro diuerſis rebus ſemper permittitur,& non pertinet ad materiam noſtram.ibi.num. 276. 317.

Cumulatio capitur latè vt comprehendat etiam concurſum actionum.ibi.nu.277.fol.eo.

Cumulatio petitorij & poſſeſſorij adipiſcendæ regulariter permittitur.ibi.nu.278.fol.eo.

Cumulatio poſſeſſorij adipiſcendæ,& petitorij non poteſt fieri [illegible] de iure ca[illegible] l.naturali-ter.§.nihil commune.in ij.parte.nu.286.de acquir. poſſ. 318.

Cumulatio qualiter non admittitur poſt concluſionem in cauſa,ratio diuerſa eſt ab illa quæ aſſignatur in c. paſtoralis. per Bart.ibi.nu.288. 318

Cumulatio impediri debet de iure ciuili ſi reus abſolutus fuit à petitis, & ratio Bart. reprehenditur ex multis.ibi. nu. 288.& 289.fol.eo.

Saluatio Iaſonis refertur,& reprehenditur.ibi.nume.291. fol.eo.

Cumulatio non permittitur poſt concluſionem in cauſa de iure canonico.ibi.nu.296. 320

Cumulatio hic probibetur quando cauſa incompatibiles ſũt & electione tolluntur.ibi.nu.320. 324

Limitatur & ampliatur regula vt refertur ibi. nume. 321. fol.eo.

Cumulatione facta lege probibente an valeat proceſſus ſi pars non opponat.ibi.nu.331. 327

Cumulatio admittitur ſi petitorium proponitur ab actore, & poſſeſſorium recuperandæ à reo ampliatur & limitatur vt ibi.nu.334. 327

Cumulatio in qua combinatione regulariter poteſt fieri.in l. naturaliter.§.nihil commune. in ij.parte.nu.354.de acquir.poſſ.ampliatur & limitatur fo.331.vt ibi refertur.

Cumulatio an & quando poßit fieri,ſi actor proponit petitorium & reus poſſeſſorium adipiſcendæ. ibi. nume. 357. 331.

Cumulatio quòd permittatur regula affirmatiua ponitur.& ampliatur & limitatur.vt ibi.nu.358. 331

Cumulatio an admittatur,ſi actor proponit petitorium & reus poſſeſſorium retinendæ.ibi.nu.359. 332

Cumulatio quòd permittitur regula affirmatiua ponitur, & ampliatur & limitatur vt ibi.nu.360. 332

Cumulatio an admittatur declarando dicta Bart.quando actor proponit poſſeſſorium & reus in continenti petitorium.ibi.nu.372. 334

Cumulatio quibus cauſis accidentaliter probibeatur ſeptem cauſa referuntur.ibi.nu.376. 335

In ijs combinationibus tertius eſt articulus quando vterque vtrumque remedium proponit implicans tres contrarietates.ibi.nu.378. 335

Si vterque proponit vtrumque, an admittatur concurſus diſcutitur vltra Bart.& doctores ibi.nu.379. 336

Si vterque proponit vtrumque in rebus incorporalibus quòd admittatur cumulatio demonſtratur.ibi.nu.380.fol.eo.

Si vterque proponit vtrumque & agant pro diuerſis iuribus & poſſeßionibus,cumulatio permittitur.ibi. nume. 381. fol. eo.

Si vterque proponit vtrumque, & agatur pro eadem poſſeßione & re: quando admittatur cumulatio. ibi. nume. 382.fol.eo.

Cumulatio an in pluribus poſſeſſorijs admittatur octaua eſt combinatio & quartus articulus.ibi.nu.385. 336

Cumulationes poteſtas per multas combinationes multum dilatatur.ibi.nu.387.fol.eo.

Cumulatio petitorij & poſſeſſorij facta in caſibus prohi[illegible] an proſit, & proceſſus valeat parte non opponente diſcutitur.ibi.nu.388.fol.eo.

Cumulatio facta probibente ratione ordinis an [illegible] non opponente latè diſcut[illegible] l.naturaliter.§.ni[illegible]

quir.poſſ.fol.eo.

Cumulatio prohibita ratione abſolutorie lata in petitorio parte non opponente valet, & proceſſus eſt validus. ibi. nu.393. 338

Cumulatio prohibita quia actiones electione tolluntur, an valeat parte non opponente.ibi.nu.394.fol.eo.

Cumulatio prohibita quia electione tollitur, ideo regulariter valet parte non opponente.ibi.nu.395.fol.eo.

Cumulatio prohibita quia actiones ſunt contrariæ, an parte non opponente impediatur.ibi.398. 339

Cumulatio prohibita ratione contrarietatis apparentis in eodem iudicio an parte non opponente valeat.ibi. nu. 400. 339.

Cumulatio prohibita ratione contrarietatis in diuerſis iudicijs an & quando ſit valida parte non opponente.in l.naturaliter.§.nihil commune.in ij.parte, nu.401.de acqui. poſſ. 339

Cumulatio facta quando per ſecundum iudicium tollitur primum valet parte non opponente.ibi.nu.402.fol.eo.

Cumulatio facta de actionibus quæ ſe inuicem tollunt non valet, etiam parte non opponente.ibi.nu.403.fol.eo.

Cumulatio petitorij & poſſeſſorij non valde dilatata parte non opponente.ibi.404.fol.eo.

Cumulatio parte non opponente indiſtinctè permittitur, ea verò opponente regulariter permittitur.ibi. nume. 405. 340.

Reliqua habes ſupra in litera. A.in verbo Actor, & infra in litera. I, in verbo Intellectus. & in ver. Intentaus. in litera. P. in verbo poſſeſſorium. & in litera R. in ver. Ratio. in ver. Regula. & in ver. Reus.

¶ Curator an ſibi ipſi tradere poſſit late diſcutitur in l. i. nu.314.de acquir.poſſ. 214

Curator an per modos fictos poßit transferre poßeſſionem, & concluditur quòd non.ibi.nu.317. 215

Curator conſtituens ſe poſſidere nomine venditoris, an transferat poſſeſſionem.in l. quod meo. nu. 23 .de acquirenda poß. 368

¶ Curſor diuertens à via breuiori & eligens longiorem meliorem ex cauſa, an habeat habere Salarium longioris viæ.in l.de pupillo §. meminiſſe. numero. 20. de op. no. nunc. 74

D

Dare nemo præſumitur niſi quatenus actus neceſſariò, infert. tamen quando exprimitur vnica poſſeſſio, illam neceſſariò dare videtur, in l. naturaliter. §. nihil commune. in ij. parte.nu.182.de acquir.poſſ. 304

¶ Debitor an impediatur quin poßit ſoluere cedenti per nunciationem debitoris factam acceßionariam.in l.i.in prin. nu.101.de op.no.nunc. 56

Debitor & creditor, vſufructuarius, emphytheuta, & feudatarius in ſolidum verè poſſidere poſſunt quia poſſident ad diuerſum finem.in l.iij.§.è contrario. nu.19.de acquir.poſſ. 238

Debitor an creditor dicatur poſſidere rem pignoratam diſcutitur.ibi.nu.83. 249

...r conditionalis an exiſtente conditione, propriè dica-

...bitor latè inquiritur. in l. ſi is qui pro emptore nu.

vſuc. 457

...òd duo ſint in ſolidum fictio quomodo fiat ſu-

... ibi nu. 20. 430

... bona ſua ciuiliter

in l.quod meo.nu.92.de acquir poß. 379

¶ Deciſio bimembris ponitur in l.non ſolum. §. morte. de op.no.nunc.tàm de morte & alienatione nunciãtis, quàm nunciati reſpiciens primum tempus in dicto. §. morte. nu.10. 83

Deciſio alia bimembris in ſecundo tempore dari debet quę ponitur in l.prætor, §.interdictum.ff.de op.no.nunc.in dicto § morte.nu.11.fol.eo.

Deciſio quæ ponitur in l.i.c.eo. in tertio tempore tradi debet.ibi.nu.12.fol.eo.

Deciſio quæ ponitur in l. prætor. §.finali ff.eo.in quarto tẽpore dari debet.ibi.nu.13.fol.eo.

In quinto tempore quando eſt lata ſententia diffinitiua tranſit ad ſucceſſores ſecundum naturam rei iudicatæ.ibi. nu. 14.fol.eo.

¶ Declaratio omnium verborum l.i.§.ſi vir vxori.de acquir.poß.breuiter ponitur infirmando terminos in dicto §.ſi vir vxori.nu.21. 223

Declaratio ad l. naturaliter.§. nihil commune de acquir. poß. varijs modis reſtringentibus textum propter imaginatam regulam a doctoribus quod concurſus petitorij & poſſeßorij retinendæ prohibeatur in dicto §. nihil commune.in ij.parte nu.45. 284

Declaratio varijs modis ad gloß.in verbo cępit in dicto §. nihil commune. & Iaſon nouiter exponit. ibi. nume. 46. fol.eo.

Declaratio noua datur gloſ.& textus & materiæ clarificans intellectus traditos in dicto.§. nihil commune nume.47 ſol.eo.

Declaratio mentis gloſſ. vltra doctores.ibi.nu.167. 302

Declaratio literæ ſecundum literam negatiuam cum notabilibus ex ea in l.ſi is q pro emptore nu.79.de vſuc.399

Declaratio literæ ſecundum verum intellectum ibidem nu. 80.ſol eo.

Declaratio a d.l.i.c. de capt.in l.ſi is qui pro emptore . nu. 119.de vſuc. 409

Reſponſiones generales doctorum demonſtrantur non bonæ ibi. nu.120.fol eo.

Declarandi poteſtas non tranſit ad hæredes etiam ſuos.in l. naturaliter.§.nihil commune in ij parte . nu.227.de acquir.poß. 312

Declaratio libellantis eſt neceſſaria in his quæ non poſſunt certificari per leges: ſi vero poſſunt certificari tunc non eſt neceſſaria ib.nu.226. 311

Declaratio libellantis quando facta eſt attenditur quia melius ſcit quam alius ib.nu.229. 312

Declaratio libellantis non eſt neceſſaria, quando conſtat de ſubiecta materia.ibi.nu.230.fol.eo.

Declaratio libellantis non eſt neceſſaria, quando lex non poteſt certificare dubietatem, & non tranſit ad hęredes.ibi.nu.231.fol.eo.

Declaratio libellantis non eſt neceſſaria quando lex poteſt certificare dubietatem, & capit quod eſt utilius actori.ibi.nu.232.fol.eo.

¶ Decretum vt validetur, requiruntur ſex ſubſtantialia videlicet cauſa efficiens, materialis, formalis, ſubiectiua ſolennitatis, & finalis, in l. iuſte poſſidet nu. 2 . de acquir.poß. 348

Decretum dicitur, quando ex officio iudicis nobili proceditur ibi.nu.12. 349

Decretum latum ex falſa cauſa eſt ... iure, & po

muntur multa exempla.ibi.nu.41. 354
Decretum & ſententia quomodo inter ſe differant.ibidem. nu.42. 354
Decretum quare ſit nullum ex falſa cauſa & non ſententia lata inquiritur.ibi.nu.43. 354
Ratio Angeli refertur & reprehenditur .ibi nu.44. 355
Ratio Abbatis refertur & reprehenditur ibi.numero.45. fol ,eo.
Ratio claudij refertur & reprehenditur , ibi.nu. 46.fol. eo.
Decretum eſt nullum ex falſa cauſa , quia profertur ſuper propoſito non diſcuſſo noviter, ratio demonſtratur .ibi. nu.47.fol.eo
Decretum latum ſuper executione ſententiæ iniqua valet ibi. nu.50. 356
Decretum latum ex falſa cauſa non eſt nullum quando de ipſa cauſa fuit diſcuſſum ibi.nu.51.fol.eo .
Decretum latum ex falſa cauſa valet , quando illa dependet à declaratione iudicis.ibi.nu.52.fol.eo.
Decretum ex falſa cauſa latum valet ; quando fertur inter conſentientes ibi.nu. 53. fol.eo.
Decretum latum ſuper reſtitutione in integrum valet ex falſa cauſa quia ille diſcutitur.ibi nu.54.fol.eo.
Decretum latum motu proprio iudicis valet ex falſa cauſa. in l.iuſte poſsidet.nu. 55.de acquir.poſſ. 357
Decretum regulariter eſt nullum ex falſa cauſa: quia regulariter profertur ſuper cauſa non diſcuſſa.ibi. numero. 56.fol.eo.
Decretum latum ex cauſa vera ex parte actoris ex & falſa ex parte rei quando valeat late diſcutitur ibi.numero. 57.fol eo.
Decretum latum ex falſa cauſa ex parte perſonæ rei conuenti quando valeat latè diſcutitur examinando quinque exempla.ibi.nu. 58.fol.eo.
Decretum latum ex falſa cauſa ex perſona rei intelligitur de iniuſtitia in genere.ibi.nu.59. 358
Decretum latum ex falſa cauſa reſpectu rei captæ quando validum ſit diſcutitur ibi.nu.60.fol.eo.
Decretum latum prò capienda re non dibitoris an priuet eum poſſeſsione latè diſcutitur conſiderando varios caſus ibi.nu.61.fol.eo.
Decretum latum ex falſa cauſa quando ſit validum breuiter epilogatur. in l. iuſtè poſsidet. nume. 64. de acquir.poſſ. 359.
Decretum latum inter conſentientes an valeat. ibi. nu. 65. fol.eo.
Decretum latum ex falſa cauſa pro executione ſententię vel inſtrumenti guarentigiæ quando valeat. ibi. nume.66. fol.eo.
Decretum latum ex falſa cauſa , ſi iudex ignorabat dolum non vitiatur.ibi.nu.67.fol.eo.
Decretum latum ex falſa cauſa quę non allegatur valet.ibi. nu.68.fol.eo.
Decretum latum ex cauſa partim vera partim falſa quomodo valeat.ibi .nu.69.fol.eo.
Decretum latum ex falſa cauſa reſpiciens duas perſonas quarum vna habet ius uerum quando valeat. in le.iuſtè poſsidet nu.71.de acquir.poſſ. 360
Decretum latum ex cauſa partim vera & partim falſa de rebus conſumptilibus, valet pro parte vera.ibi.num. 72. fol
Dicta ... de ... dendo rem magni valoris pro modico precio quando valeat.ibi.nu.73.fol.eo.
Cætera vide infrà in litera I.in verbo Ingrediens. & in litera S.in verbo ſententia.
¶ Delictum an tollatur ipſo iure, vel per fictionem, in l.ſi is qui pro emptore.nu.296.de vſuc. 440
Delicta probari debenti probationibus claris in l.de pupillo §.meminiſſe.num.40.de op.no.nunc. 77
Denunciatio, nunciatio, annunciatio , & renunciatio in quo differant.in l.non ſolum.§.morte.in materia proteſtationis nu.7.de op.no.nunc. 97
Prædicta nomina ex vſu cæperunt pro ſynonimis capi. Ibi . nu.8.fol.eo.
¶ Detentatio eſt duplex iudiciaria & voluntaria.in leg. 1. nu.272.de acquir.poſſ. 208
Detentario iudiciaria an ſit iuris vel facti diſcutitur.ibi.nu. 273.fol.eo.
Detentatio in ſui ſubſtantia conſiderata facti eſt ſed reſpectu effectus & potentiæ iuris dicitur.ibi.nu.275. 209
Detentatio quando iure naturali, vel gentium vel ciuili fuerit inducta præter alios declaratur.ibi.nu.289. 211
Detentatio iudiciaria an poſſit per aſpectum a nuncio dari latè diſcutitur.ibi.nu.315. 214
Detentatio iudiciaria regulariter non poteſt dari per aſpectū à nuncio niſi interueniat impedimentum. ibi. nume.316. fol.eo.
Detentatio naturalis coloni & commodatarij retinetur animo.ibi nu.342. 219
Detentatio iudiciaria an retineatur animo diſcutitur referendo fundamenta.Bart.ibi.nu.343.fol.eo.
Detentatio iudiciaria prout eſt iuris retinetur ibidem nu. 344.fol.eo.
Detentatio iudiciaria prout eſt facti retinetur animo. ibi. nu. 345.fol.eo.
Detentatio & poſſeſsio quomodo retineatur & amittatur per diſceſſum noua generalis traditur theorica conſtituēdo regulam quod retinetur animo.fallit in vno caſu tantū. ibi.nu.247.fol.eo.
Detentatio transfertur ex quocunque contractu inutili a perſonis prohibitis alienari per quam conſequitur modum poſſeſsionis in lite in l.1.§.ſi vir vxori nume. 55. de acquir.poſſ. 229
Detentatio an poſsit eſſe penes plures in ſolidum.in l.1.§.è cōtrario.nu.133.de acquir.poſſ. 256
Detentatio naturalis quando poſsit eſſe penes plures in ſolidum.ibi.nu.134.fol.eo.
Detentatio ciuilis an & quando poſſit eſſe penes plures in ſolidum.ibi.nu.135.fol.eo.
Detentatio ex contractu conceſſa an poſſit eſſe penes plures in ſolidum.ibi.nu.136 fol.eo.
Detentatio vel poſſeſsio aliqua ſufficit quod ſit penes conuentum rei vendicatione in l. naturaliter §. nihil commune.nu.56.de acquir. poſſ. 264
Detentationem iudiciariam iuris eſſe ex multis fundamentis probatur.quibus etiam reſpondetur in l.1. in princ. nu.274.de acquir.poſſ. 208
¶ Detinens rem ex ſola conuentione eius poſſeſſionem acquirere poteſt. in l. quod meo. nume. 7. de acquir. poſſ. 366.
Detineus ſi ſe conſtituat poſſidere nomine alterius , præſt. miniſterium vt ille poſſit acquirere omnem poſſeſſionem vacantem ibi.nu.56. 372

Detinens tantùm rem corporalem an per conſtitutum transferat poſſeſſionem.ibi.nu.77. 376

Detinens per conſtitutum faciat quòd alter acquirat omnem poſſeſſionem vacantem quod nouiter declaratur, ibi.nu.78.fol.eo.

Detinens an per conſtitutum transferat detentationem quam habet, & concluditur quòd ſic per Alex. ibidē. nu.79.fol.eo.

¶ Deus quòd facta infacta facere non poſsit in l.i.§.ſi vir vxori.nu.32.de acquir.poſſ.fol.225.

Dictio incontinenti, aliquando intelligitur cum aliquo interuallo temporis.in l.de pupillo §. meminiſſe. nu.43.de. op.no.nunc. 77

Dictio bene, an ſignificet idem quòd rite & rectè, in rubr.de acquir.poſſ.nu.61. 155

Dictio quaſi, an denotet improprietatem, & quis ſit ſenſus literę ponitur in l.i. in princ.de acquir poſs.nu. 17. 166

Dictio e contrario, qualem contradictionem faciat in l.iij. §.è contrario.nu.21.de acquir.poſs. 238

Dictio e contrario quam contradictionem inducat declaratur.ibi.nu.33. 240

Dictio per contrarium, quid ſignificet. ibi.nu.34. 241

Dictio quemadmodum, ſtat interogatiuè, & alus modis relatiis in l.ſi is qui pro emptore.nu. 75. de acquir poſſ. 399.

Dictiones rite & recte, quid ſignificent, & an diuerſam habeant ſignificationem in l.iuſte poſsidet.nu.25.de acqui. poſs. 352

Dictiones rite recte, naturaliter idem ſignificant, ſed ex vſu verbum rite ſignificat ordinem &. verbum rectè iuſtitiam ibi.nu.26.fol.eo.

¶ Dictum teſtis an debeat intelligi ſecundum modum vulgarem an legalem in l. i. in princ. nume. 68.de op. no. nunc. 41

¶ Dies non cedit in legatis coditionalibus niſi eueniente cōditione in l.ſi is qui pro emptore nu.310.de vſuc. 443

¶ Differentia quæ datur inter interdictum de noui operis nunciatione & quod vi aut clàm.in l.de. pupillo.§. meminiſſe nu.3.de op.no.nunc. 69

Differentia inter prohibere & nunciare & ſe habent tanquam excedentia, & exceſſa ac conſiderantur in genere & ſpecie.ibi.nu.16. 73

Differentia refertur quæ militat inter ſeruitutem & vſufructum in modo transferendi per conſtitutum poſſeſſionem vel quod meo nu.68.de acquir poſs. 375

Differentiæ omnes quæ ſunt inter res peculiares & non peculiares poſſeſſas referuntur & examinantur in l.ſi is qui pro emptore.nu.174.de vſuc. 420

Differentiæ inter ſuum & extraneum hæredem in vſucapione referuntur.ibi.nu.175. 421

Differentiæ inter nuncium & procuratorem multæ referuntur.ibi.nu.351. 450

¶ Diffinitio Azonis refertur, & quòd non conueniat literæ reycitur.noua diffinitio nunciationis datur item diffinitio Azo. & Hoſtienſis in l.i. in princ.nu.40.de op.no.nun. 34

Diffinitio proteſtationis Bart. refertur & reprehenditur in l.non ſolum.§.morte.in materia proteſtationis nu. 4.de op.no.nunc. 83

Diffinitio an ſuſtineatur quando comprehēdit eam prout plurimum fiunt ibi nu. .. fol.eo.

Diffinitio & deſcriptio neceſſario debet comprehendere omnes caſus etiam minimos vt ſit bona.ibi.nu. 11.fol.eo.

Diffinitio ſecunda Bart.refertur & reprehenditur.ibi.num. 12.fol.eo.

Diffinitio Oldradi & aliæ Moder.referuntur & reprehenduntur.ibi.nu.13.fol.eo.

Diffinitio noua Authoris ponitur & declaratur. ibi. nume. 15.fol.eo.

Diffinitio poſſeſsionis traditur in ſecunda parte.in l.i.in princi.de acquir poſſe.nu.9. 164

Diffinitiones gloſſ.referuntur & oppugnantur.ibi.nu. 109. 179.

Diffinitio non debet tradi per effectus neque vnde res proueniat ſed ſolum quidditatem continere debet. ibi. nu.110. fol.eo.

Diffinitiones poſſeſsionis quinque antiquę referuntur & reprobantur.ibi nu.185. 192

Diffinitio Bart. refertur quam doctores dicunt eſſe eandem cùm Ioanne.ibi.nu.187. 192

Diffinitionem communem non poſſe procedere ex multis demonſtratur.ibi.nu.190.fol.eo.

Diffinitio Alci.quòd poſſeſsio ſit vſus reprehenditur.ibi.nu. 191.fol.eo.

Diffinitio noua traditur quòd ſit inſta in re apprehenſa inſiſtentia nu.192. 193

Diffinitio ciuilis poſſeſsionis tradita à Bart.examinatur & reprehenditur in aliquibus. ibi.nu.222. 199

Diffinitio non continet caſus improprios ibi.nu.223.fol.eo.

Diffinitio Bart.& doctorum nouiter reformatur. ibi. nume. 226. 200

Diffinitio Bart.poſſeſsionis naturalis examinatur & reformatur.ibi.nu.227.fol.eo.

Diffiniuntur nouiter dictæ ſpecies ſequendo opinionem quòd poſſeſsio ſit facti.ibi.nu.228.fol.eo.

Diffinitiones reformatæ oppugnantur ex multis & defenduntur ab obiectis.ibi.nu.229.fol.eo.

Diffinitio quaſi poſſeſſionis docto.refertur & reprehenditur. ibi.nu.289. 205

Diffinitio noua quaſi poſſeſſionis traditur & declaratur.ibi nu.260.fol.eo.

Diffinitio Bart.in l.ſi is qui pro emptore,de vſuc. eſt ſuperflua in verbo poſſibili, & diminuta fictione hominis, in l.ſi is qui pro emptore.nu.209.de vſuc. 427

Diffinitio noua traditur continens quatuor ſubſtantialia tantum.ibi.nu.211.fol.eo.

Diffinitio Bart.de fictione inductiua refertur & examinatur ibi.nu.223. 428

Diffinitio noua traditur & comprobatur.ibi.nu.224.fol.eo.

Reliqua vide ſupra in verbo Deciſio.

¶ Diligētia ſua vnicuique prodeſſe debet in l.i.in princ.nu. 46.de acquir.poſs. 170

¶ Diſpoſitio textus in l.i.in prin. de op. no.nunc. quòd ſuerit æqua & conueniens ęquitati legali demonſtratur in dicto princ.nu.50. 37

Diſpoſitio facta ſuper vno contrario trahitur ad aliud quādo militat eadem ratio, quod multis exemplis declaratur & oſtenditur in rubr.de acquir.poſs.nu. 50. 153

Diſpoſitio facta de vno contrario non trahitur ad aliud quādo militat diuerſa ratio.ibi.nu.56. 154

Diſpoſitio loquens de condemnatione an trahatur ad ſolutionem, vel e contra latè diſcutitur ibi nu. .. 155.

INDEX

Diſpoſitio loquens de condemnatione an trahatur ad abſolutionem, & e contrario, noua diſtinctio ponitur. ibi. nu. 70. 157.

Diſtinctio alia noua magis theoricalis traditur ibidem. nu 71. fol. eo.

Diſpoſitio loquens de vno contrario an trahatur ad aliud contrarium, noua etiam & breuis & generalis theorica traditur. ibi. nu. 72. fol eo.

Diſpoſitio facta in vno correlatiuo videtur etiam facta in alio quando militat eadem ratio ibi. nu. 78. 158

Diſpoſitio facta ſuper effectu vnius correlatiui videtur etiam facta de contrario effectu alterius correlatiui. ibi. nu. 79. fol eo.

Diſpoſitio facta in vno correlatiuo, non trahitur ad aliud: quando non militat eadem ratio ſed remanet caſus omiſſus ibi. nu. 80. fol. eo.

Diſpoſitio loquens in vno ex æquiparatis trahitur ad aliud quando militat eadem ratio ibi. nu. 86. 159

Diſpoſitio loquens in vno correlatiuo an trahatur ad aliud, breuis & noua theorica ibi. nu. 89. fol. eo.

Diſpoſitio puniens delictum ratione peccati, comprehendit mandantem in l. ſi is qui emptore nu. 365. de vſuc. 453.

¶ Diſtinctio noua ponitur an ſtatutum excludens ſororem à ſucceſſione fratris videatur excludere fratrem à ſucceſſione ſororis, in rubr. de acquir poſſ. nu. 87. 159

Diſtinctio & reſolutio Benedicti de plumbino refertur in l. ſi is qui prò emptore. nu. 244 de vſuc. 434

Diſtinctio noua traditur conſtituendo multos caſus ibi. nu. 245 fol. eo.

Diſtinctio poſita per Bart. in dicta. l. ſi is qui pro emptore. non procedit hodie facto inuentario. ibi. nu 388. 456

Diſtinctio Bart. quod fictiones veniant in conſequentiam confunditur ibi. nu. 407. 461

Diſtinctiones iuris noſtri quinque a compilatoribus traditas habemus in rubr. de op. no. nunci. nu. 4 3

¶ Diuerſa ſimul ſtare non poſſunt & non aduerſa & minus ſe tangunt in l. naturaliter. §. nihil commune in ij. parte nu. 27. de acquir. poſſ. 280

Diuerſa poſſunt vniri per ideptitatem rationem per genus & nomen collectiuum. ibi. nu. 28. fol eo.

Ex diuerſis non fit illatio quomodo intelligatur. ibi. nume. 24. 280

Diuerſitas effectuum nō probat neceſſario diuerſitatem ſpecierum niſi ſit generatio in l. i. in princ. nu. 215 de acquir poſſ. 198

Diuerſitas, dentitas, contrarietas, & correlatio, ſunt quatuor termini in l. naturaliter. §. nihil commune. in. ij. parte nu. 25 de acquir. poſſ. 280

Diuerſitas temporis an faciat quòd tollatur contradictio in aſſertionibus authoris nouiter declaratur in l. naturaliter. § nihil commune. in ij. parte numero. 196. de acquir. poſſ. 306

¶ Diuiſio prima iuris noſtri in duo volumina facta fuit, in librum digeſtorum & librum conſtitutionum, in rubr. de op. no. nunci. nu. 5. 2

Diuiſio ſecunda fuit in tria volumina diſtincte in codicem digeſtorum & codicem conſtitutionum & codicem inſtitutionum. ibi. nu. 6. fol. eo.

Diuiſio tertia fuit gratia doctrinæ inducta in quinque partes relatas in proœm. digeſtorum in §. diſcipuli. ibi. nume. 7. 3

Diuiſio quarta fuit iuris digeſtorum in ſeptem articulos relatos in l. ij. §. quod cæleſti. C. de. vet. iu. enuc. ibi. nume. 8. fol eo.

Diuiſio quinta fuit iuris digeſtorum in quinquaginta libros digeſtorum & codicis in duodecim. & inſtitutionum in quatuor. ibi. nu. 9. fol. eo.

Diuiſio nulla iuris digeſtorum in hæc tria volumina facta reperitur ergo non fuit authentica, neque a compilatoribus facta. ibi. nu. 10. fol. eo.

Diuiſio quam habemus iuris digeſtorum in hæc tria volumina non fuit priuata & arbitraria non à compilatoribus facta. ibi. nu. 11. fol. eo.

Diuiſio communis an ſit rationabilis & perfecta demonſtratur. ibi. nu. 19. 3

Diuiſio in quinquaginta libros an ſit cauſa formalis diſcentitur ibi. nu. 25. 4

Diuiſio iuris digeſtorum quot modis facta fuerit. ibi. nu. 26. 161

Diuiditur & ſummatur text. in l. non ſolum. §. morte. de op. no. nunc. in dicto. §. morte. nu. 23. 85

Diuiditur & ſummatur tex. in l. 1. §. ſi vir vxori. de acquir. poſſ. in dicto. §. ſi vir. nu. 22. 223

Diuiditur & ſummatur nouiter vltra doctores tex. in l. iij. §. è contrario. de acquir. poſſ. in dicto. §. è contrario. num. 30. 240

Diuiditur principium l. quod meo. ff. de acquir. poſſ. & ſummatur. ibi. nu. 19. 367

¶ Doctori & Gloſſatori aſſerenti conſuetudinem eſſe extrà prouinciam ſuam non eſt credendum in rubr. de op. no. nunci. nu. 53. 9

Doctores nodum in ſcirpo quærunt dum diſputant quare volumen digeſti noui non ſit editum à capite. quoniam totum ſemper volumen digeſtorum editum fuit à Iuſtiniano ibi. nu. 126. 21

Doctores inciderunt in difficultates inextricabiles propter eorum opinionem quòd poſſeſſio iuris ſit, quę ceſſant tenendo quòd ſit facti in l. 1. §. ſi vir vxori. num. 61. de acquir. poſſ. 230

¶ Dominium quomodo probetur, & quando ſufficiat probari poſſeſſionem, in rub. de oper. no. nunci. nu. 123. 20

Dominium an ſit vtilius, dignius, & nobilius, poſſeſſione. in rubr. de acquir. poſſeſſ. nu. 15. 147

Dominium de iure gentium in decem modis declaratis acquiritur ſine poſſeſſione, falſum eſt aſſumptum Doctorum quòd dominium ſine poſſeſſione non acquiratur. ibi. num. 16. 147

Dominium à poſſeſſione non fuit cauſatum ſed propter poſſeſſionem ab hominibus inuentum quamuis per præcedentem poſſeſſionem acquiratur ibi. nu 17. 148

Dominium quomodo naturali poſſeſſione cepiſſe dicatur, declaratur in l. prima in principio nume. 23. de acquir. poſſ. 167.

Poſt diſtincta dominia plerique modi de iure gentium inuenti fuere & commoda poſſeſſionis. ibi. nu. 23. 167

Dominiorum diſtinctio fuit conueniens iuri naturali & cum maxima ratione & vtilitate inducta. ibi. nu. 25. fol. eo.

Dominium qui vult hodie acquirere ex capite quod ſit in bonis nullius oportet quòd probet eum fuiſſe habitum pro derelicto. ibi. nu. 66. 173

Dominium verum quale ſit, in quo differat ab vtili, & ſi alternato, & an vtile comprehendatur in libella [illegible]

de dominio vero.ibi.nu.243. 203

Dominium & poſſeſſio & obligationes fuere introductæ de iure naturali hominum ad finem ſe conſeruandi & perpetuandi.in l.prima in principio.nu. 283. de acquir. poſſe. 210.

Dominium iure gentium & ciuili ſine poſſeſſione in multis caſibus acquiritur.ibi.nu.291. 211

Dominium ex contractu inutili an transferatur latè diſcutitur in l.prima.§.ſi vir vxori.num.66. de acquir. poſſe, 231.

Dominium an transſeratur ex contractu conditionali per traditionem fictam.ibi.nu.68. 232

Dominium an transferatur ex cõtractu conditionali per traditionem factam ab ignorante, & concluditur contrà Aret.quod ſic.ibi.nu.69.fol.eo.

Dominium non transfertur ex contractu conditionali, ſi cauſa eſt incerta.ibi.nu.72.fol.eo.

Dominium non transfertur ex cauſa incerta indiſtinctè. ibi. nu.71. 232

Dominium quando transferatur ex contractu conditionali breuiter epilogatur.ibi.nu.76. 233

Dominium an transferatur ex contractu inutili preter legem.ibi.nu.77. 234

Noua Theorica quatuor caſus complectens,traditur ibi. nu.78.fol.eo.

Dominium an transferatur ex cõtractu reprobato a lege ibi. nu:78. 234

Dominium non transfertur ex contractu reprobato.limitatur quando contractus eſt inutilis volente.ibi.num.81. 234.

Dominium an transferatur nullo interueniente titulo.ibi.nu. 82. 234

Dominium vniuerſale totius regni, & particulare feudorum,& ſingulare rerum reperitur in l. iij.§.è contrario. nu.121.de acquir.poſſ. 255

Dominium vniuerſale totius mundi eſt penes Imperatorem. ibi.nu.122.fol.eo.

Dominium vniuerſale directum poteſt eſſe penes Imperatorem,& dominium vniuerſale vtile penes reges & alios inferiores barones.ibi.nu.123.fol.eo.

Dominium diuerſæ naturæ poteſt eſſe apud plures in ſolidũ. ibi.nu.124.fol.eo.

Dominium vſufructus per naturalem poſſeſſionem fundi non acquiritur:ſed per quaſi poſſeſſionẽ illius iuris. in l.quod meo.nu.63.de acquir.poſſ. 374

Dominium rei legatæ an verè vel per fictionem tranſeat in legatarium,& defenditur communis diſtinctio in le. ſi is qui pro emptore.nu.303.de vſuca. 441

Dominium quando trahatur retrò per fictionem, ibi. nume. 307. 442

Dominium vt acquiratur & poſſeſſio vtilitatis cauſa & facilioris modi negotiandi receptum fuit vt nouem modis fictis ſine actuali apprehenſione.ibi.nu.3. 366

Dominia quate ſuſtineantur,cùm requirant traditionem acquirendo in l.ſi is qui pro emptore.nu.74.de vſuc. 398

Reliqua vide infrà in litera P.in verbo poſſeſſio.

¶ *Dominus faciens inueſtituram poſt annum & diem,ſi proteſtatur ſaluum eſſe ius ſuum,valebit proteſtatio in le. non ſolum.§.morte.nu.297.de op.no.nunc.* 143

…inus,& omnes habentes aliquod ius ſeparatum à re in… …um poſſidere poſſunt,in l.iij.§.è contrario. nu. 111. de acquir.poſſ. 153

Dominus poteſt conſtituendo transferre poſſeſſionem nullo præcedente contractu,ſi apparret de eius voluntate in l. quod meo.nu.47.de acquir.poſſ. 371

Dominus plerunque dicitur verè diſponere in his quæ ſunt meri facti vel mixti iuris & facti in l.ſi is qui pro emptore. num.346.de vſuc. 449

Dominus an poſſit conſtituere procuratorem inhabilem vt faciat habilem,diſcutitur ibi.nu.375. 454

Dominus,quando dedit poteſtatem ſubſtituendi alium loco ſui,an poſſit ſubſtituere.ibi.nu.380. 455

Dominis prioribus reſtituuntur porci vel pecudes captæ à lupis,& per canes alienos recuperatæ.in l. 1. in princ. nu.45. de acquir.poſſ.nu.170.

¶ *Donans vſumfructum,vel ius feudale in re ſua,an conſtituendo transferat poſſeſſionem illius iuris quam non habet.ſubtiliter diſcutitur in l.quod meo.nu. 62. de acquir. poſſ.* 374

Donnans vſumfructum vel ius feudale per conſtitutum, facit vt acquirat omnem poſſeſſionem & dominium,ibi.nu. 65.fol.eo.

Donans ſeruitutem prædialem an conſtituendo tranſſerat poſſeſſionem illius iuris.ibi.nu.66. 365

Donans vel vendens iuriſdictionem an conſtituendo ſe poſſidere transferat eam poſſeſſionem.ibi.nu.69. 366

Donans caſtrum cum iuriſdictione,ſi conſtituat ſe poſſidere, transfert poſſeſſionem caſtri & iuriſdictionis. ibi. nume. 70.fol.eo.

Donans tertiam vel quartam partem bonorum an per conſtitutum tranſſerat poſſeſſionem.ibi.nu.84. 377

¶ *Donatio inter virum & vxorem fuit prohibita ne mutuo amore ſe ſpolient:ideo non valet quando maritus efficitur pauperior & vxor locupletior in l.i. §. ſi vir vxori. nu.4 de acquir poſſ.* 221

Donatio cauſa mortis vel ſimpliciter facta vxori ſuſpenſiue de iure valet,& ſolùm eſt nulla quando fit irreuocabiliter,& inter viuos.ibi.nu.27. 225

Donatio a marito facta de re aliena an valeat ibidem. nume.39. 226

Donatio de poſſeſſione mariti in re aliena non valet, ibi. nu.40.fol.eo.

Donatio de poſſeſſione rei mariti non valet, ibidem nume.41. 227

Donatio ſimpliciter facta morte confirmatur, & transfertur poſſeſſio etiàm per conſtitutum.nu.47. 228

Donatio inter virum & vxorem iuramento firmatur, ibi. nu.48.fol.eo.

Donatio quòd trahatur retrò ad dominium opinio Iaſonis, & confirmatur concludentibus rationibus.in l.ſi is qui pro emptore.nu.104.de vſuc. 405

¶ *Duellum inter ſubditos omni iure eſt prohibitum, ac etiam bellum inter barones in l.i.in princ.de acquir.poſſ. nu.33.* 168.

In duello permiſſo bona acquiruntur ſoli capienti. ibi.nume.40. 169.

Duo non poſſunt in ſolidum poſſidere eadem ſpecie poſſeſſionis,& reſpectu eiuſdem finis:ſed diuerſæ ſpeciei vel tendentes ad diuerſos fines permittuntur in l.iij.§.è contrario nu.32.de acquir.poſſ. 240

Duo in ſolidum quomodo poſſidere poſſint,regula ampliatur & limitatur.ibi.nu. 36. 241

Duo non poſſunt in ſolidum poſſidere rem mobilem neque immobilem per tex. in dicto. §. è contrario ibi. numero.55. 243
Duo in ſolidum an poſſint poſſidere ciuiliter diſcutitur ibi. nu.90. 250
Fundamenta Ioannis vitari poſſunt.ibi.nu.91. 251
Duo quòd ciuiliter in ſolidum poſſidere non poſſint confirmatur multis rationibus.ibi.nu 92.fol.eo.
Duo in ſolidum vſucapere non, poſſunt eandem rem, vel idem ius.ibi.nu.93.fol.eo.
Duo in ſolidum an poſſint poſſidere naturaliter vnus verè & alius fictè.ibi.nu.94.fol.eo.
Opinio Ferreti reprehenditur quòd in quatuor caſibus duo non poſſint in ſolidum poſſidere naturaliter. ibi. numero.95.fol.eo.
Duo poſſunt in ſolidum poſſidere diuerſis reſpectibus poſſeſſionum, & vnica quando tendunt ad diuerſos fines in l. naturaliter.§.nihil commune. nu. 206.de acquir.poſſ. 308.
Duo in quocunque caſu poſſunt in ſolidum poſſidere vel tenere, procedit deciſio iſtius legis.quia ſemper ceſſat con tràdictio.ibi.nu. 207.fol.eo.
Duo exiſtentes in vna aula poſſunt trnsferre poſſeſſionem cuiuſlibet rei diſtantis, ponitur vnus modus notabilis in l.quod meo.de acquir.poſſ. nu.1. 366
Duæ poſſeſſiones prò dominio directo, & duę prò dominio vtili an reperiantur in l. iij.§.e. contrario.nume.86.de acquir.poſſ. 250
Opinio Azonis quòd vnica ſit poſſeſſio, multum eſt probabilis.ibi.nu.87.fol.eo.
Duę naturales in ſolidum haberi poſſunt, quando tendunt ad diuerſos fines.ibi.nu.108. 253
Duæ prima operationes poſtliminij procedunt ſecundum veritatem, & tertia per fictionem.in l.ſi is qui pro emptore, nu.5.de uſuc. 387
Duæ fictiones an poſſint concurrere in eodem ſubiecto, pluribus rationibus probatur.ibi.nu.403. 460

E

Ei qui poſſidet non datur actio, quomodo intelligatur in l.naturaliter.§. nihil commune. numero.170.de acquir. poſſ. 303
Ei qui poſſidet quando competat actio in rem, & declaratur.§.ci verò.ibi.nu.179. 304
Ei qui poſſidet ciuiliter, naturaliter datur rei vendicatio contra retinentem & illum qui ſe liti obtulit, ibi.nume. 218. 310
¶ *Aedictum in.lege prima ff.de.op. no. nunc.ponitur interpræetatio vnius edicti, emanati pro conſeruatione iuris ſui, ne ei fiat prędiudicium ędificando.in d.l.i.nu.1.* 29
Edicti prædicti verba referuntur in duo capita diſtincta. ibi.nu.2.fol.eo.
Edicti cuius ponatur interpretatio, magna exoritur dubitatio.ibi.nu.3.fol.eo.
Inde pro praua inſpectione quinque vltra Doctores ſunt examinanda ibi.nu.4.fol.eo.
Edictis prætorum ſummopere aucta, correcta, emendata, & declarata fuit lex xij.tab. ac totum ius ciuile.ibi.nu. 10.fol.eo.
Edictum perpetuum, ex quo tempore factum fuerit, ibi.nu. 3.fol.eo.
Edictum de noui operis, & interdictum quod vi aut clam, pręſentis ſunt ſpeculationis.ibi.nu.19. 30
Edictum de naui operis quomodo, & ad quid ſuit introductum.ibi.nu.26. 31
Edictum de noui operis, ab interdicto quod vi aut clā in quo differat. ibi,nu.30. 31
Edictum de noui operis, habet interdictū in modo prohibendi.ibi.nu.31. 32
Edictum de noui operis, quare ſuit introductum. ibi. numero.33. 32
Edicti de quo hic Vlpi. interpretationem facit inquiritur. ibi.nu.37. 33
Edicta huius qualia eſſe potuerint in ſubſtantia, inquiritur, cum non reperiantur expreſſa.in l.1.de op.no.nun. num. 37. 33
Edictum, & interdictum an differant.ibi.nu.39. 33
Edictum demolitorium poſt conteſtationem litis factam in cauſa principali, remiſſum eſſe videtur.ibi.nu.61. 40.
Edictum, & interdictum, an ſit idem ibi.nu.70. 42
Edictum in quo differat ab interdicto, iterum latè diſcutitur.ibi.nu.71.fol.eo.
Edicti, & interdicti differentia, nu.72. 43
Edictum ab Vlpiano hic interpretatum an fuerit ſpecialiter verbis ſpecialibus expreſſum.ibi.nu.73. 44
Edictum de noui operis, tantūmodo competit ad futura opera, tam in prohibitione, quam in demolitione.in l.1.§.hoc autem edicto.nu.3. 67
Edictum de noui operis, quare fuerit inductum cum idem operetur prohibitio, cauſans interdictum quod ui. aut clam.declaratur ibi.nu.6. 67
Edictum no. op. cum interdicto quod ui, aut clam, eamdem qualitatem habet in conſeruatione iuris ſui, & in remiſſionem. in l.de pupillo.§.meminiſſe. nume. 16.de op.no. nunci. 73
Edictum perpetuum confectum fuit à Saluio Iuliano tempore Hadriani l.naturaliter.§.nihil commune in prima parte.nu.6.de acquir.poſſ. 260
Poſt edicta perpetua cæpit cauſa poſſeſſionis per actiones legales an eis deſcendentes exerceri.ibi.nu.8.fol.eo.
Edictum Carbonianum quale ſit & quibus competat.ibi.nu. 15. 260
Edictum de ventre in poſſeſſionem mittendo quale, ſit & quibus competat ibi.nu.16. 260
Edictum vi bonorum raptorum quale ſit, & quibus competat.ibi.nu.21. 261
¶ *Editio integri voluminis ſtatutorum non eſt fienda in rubr.de op.no.nunc.nu.134.* 22
Editio ſtatuti integra ſub vna rubrica contenti fieri debet. nu.35.fol.eo.
Editio de parte legis & reſcripti à legislatore fieri poteſt, & quare.ibi.nu.137. 22
Editio partis fieri poteſt quando totum inſtrumentum iudici eſt oſtenſum, & quare.ibi.nu.138.fol.eo.
¶ *Emphyteuta volens alienare rem emphyteuticam an poſſit denunciare eius vxori vel amico vt euitet pœnam. in l.non ſolum.§.morte.nu.124.de op.no.nunc.* 116
Emphyteuta vel feudatarius vendens ſaluo aſſenſu domini an excuſetur à pena latè diſcutitur referendo varias opiniones.ibi.nu.130. 118
Emphyteuta, vſufructuarius, & feudatarius, per naturalem poſſeſſionem rei non poſſunt vſucapere iura ſua, & fuit error Bart.in l.1.in princi.nu.216.de acquir.poſſ. 158

Em

Emphyteuta & feudatarius creditor & debitor vſufructuarius in ſolidum poſſidere poſſunt. in leg. iij. §. e contrario. nu. 19. de acquir. poſſ. fol. 238

Emphyteuta & feudatarius, an habeat ciuilẽ poſſeßionem cum domino. ibi. nu. 85. 250

Emphytheuta feudatarius habet naturalem poſſeßionem in re, & quaſi ciuilem poſſeßionem in utili dominio. ibi. nu. 88. 250.

Emphyteuta vel feudatarius feudatarij an poßit. in ſolidum poßidere. ibi. nu. 118. 255

Emphyteuta faciens alium emphyteutam quid apud ſe retineat. ibi. nu. 119. fol. eo.

Emphyteuta emphyteuta vel feudatarius ſi alienat vel committat felloniam cui applicetur res ipſa. ibi. num. 120. fol. eo.

Emphyteuta faciens emphyteutam, vel feudatarius ſubinfeudans quare dominium aut poſſeßionem habeat generaliter declaratur. ibi. nu. 128. 255

Emphyteuta vel feudatarius an poßit facere alium emphyteutam vel feudatarium ſine conſenſu domini. ibi. nume. 138. 257

Emphyteuta regulariter non poteſt facere alium emphyteutam ſine conſenſu domini. ibi. nu. 141. fol. eo.

Emphyteuta an & quando poßit conſtituere vſumfructum in emphyteuſi ſine conſenſu domini. ibi. nu. 143. fol. eo.

¶ *Emens à pupillo bona fide, vel alio prohibito alienare acquirit poſſeſſionem cum vſucapiendi conditione in l. 1. §. ſi vir vxori. nu. 54. de acquir. poſſ.* 229

Emptor an teneatur deſtruere venditore ædificante in l. non ſolum. §. morte. in materia proteſtationis nu. 82. de op. no. nunc. 110

Emptor qui ædificauit ignorans an teneatur deſtruere. ibi. nume. 83. fol. eo.

Emptor quando poſſit agere de euictione ante ſententiam agnoſcendo bonam fidem. ibi. nu. 214. 132

Emptori an acquiratur remedium ſpoliatorium ſi venditor interim fuerit ſpoliatus in l. quod meo. nu. 33. de acquir. poſſ. 369

Etymologia eſt veriloquium ſed non pleniloquium. in l. 1. in princ. num. 89. de acquir. poſſ. 176

Etymologiæ alluſio, deriuatio, vis nominis & interpretatio, quomodo differant ibi. nu. 79. 175

Euidentialia qualia eſſe debeant & primæ inſpectiones declaratur in l. naturaliter. §. nihil commune. in 1. parte nu. 40. de acquir. poß. 262

¶ *Exceptio hodie conſtat hodie agatur an competeret de iure antiquo, in l. prima. de ope. no. nuncia. nu. 113.* 60

Exceptio dominij notorij: quia reus probauit ſe dominum, an obſtet agenti poſſeſſorio latè diſcutitur. in l. naturaliter. §. nihil commune, in 2 parte nu. 58. de acqui. poſſ. 286

Exceptio rei iudicatæ non excludit agentem poſſeſſorio retinendæ, licet reus declaratus ſit dominus. ibi. nu. 159. & nu. 160. fol. eo.

Exceptio notorij dominij: quia reus fuit declaratus dominus, obſtat agenti poſſeſſorio retinendæ ſecundum veriorem opinionem. ibi. nu. 61. fol. 287

Exceptio dominij non diſcuſſi inter ipſas partes, non poteſt opponi agenti poſſeſſorio recuperandæ ibi. nu. 71. 288

Exceptio dominij notorij de iure communi licet non diſcuſſi obſtat agenti poſſeſſorio recuperandæ. ibi. nu. 72. fol. eo.

Exceptio dominij iam diſcuſſi quod obſtet agenti poſſeſſorio recuperandæ claris fundamentis demoſtratur. ibi. nume. 93. 291

Exceptio dominij diſcuſſi impedit agentem poſſeſſorio recuperandæ, epilogatio breuis. ibi. nu. 95. fol. eo.

Exceptio quòd renuntiauit poſt ſpoliationem non impedit agentem poſſeſſorio recuperandæ. ibi. nu. 88. 292

Exceptio dominij in vi compulſiua impedit agentem poſſeſſorio. in l. naturaliter. §. nihil commune. in ij. parte. nu. 101. de acquir. poſſeſſ. 293

Exceptio dominij an obſtet ſpoliato clandeſtinè. ibi. numero. 202. fol. eo.

Exceptio dominij obſtat agenti poſſeſſorio recuperandæ: quando res eſt difficilis recuperationis, vt ſortilitium. ibi. nu. 104. fol. eo.

Exceptio dominij obſtat agenti poſſeſſorio recuperandæ, ſi ſcandalum eſt ſequendum. ibi. nu. 105. fol. eo.

Exceptio dominij obſtat agenti poſſeſſorio, quando præſcriptio iuris eſt contrà ſpoliatum. ibi. nu. 106. fol. eo.

Exceptio dominij oppoſita tertio an obſtet agenti poſſeſſorio recuperandæ. ibi. nu. 107. 294

Exceptio concludens agentem poſſeſſorio non poßediſſe ante ſpoliationẽ ſemper obſtat ei agenti. ibi. nu. 108. fol. eo.

Exceptio dominij obſtat excommunicato ſpoliato & aliæ ibi. nu. 109 fol. eo.

Exceptio dominij & alia obſtãt heretico ſpoliato depopulatori, & antipapæ. ibi. nu. 110. fol. eo.

Exceptio dominij obſtat criminoſo priuando propter crimen & alia. ibi. nu. 111. fol eo.

Exceptio dominij alia an obſtet ſpoliato fauore eccleſiæ. in l. naturaliter. §. nihil cõmune. in. ij. parte. nu. 112. de acquir. poſſ. 294

Exceptio alterius ſpolij an obſtet agenti poſſeſſorio recuperandæ: ibi. nu. 113. fol. eo.

Exceptio dominij an obſtet agenti remedio vi bonorum raptorum pro re mobili. ibi. nu. 114. 294

Exceptio dominij, vel alia, an obſtet agenti poſſeſſorio retinendæ latè diſcutitur, & concluditur quòd ſic quando dominium eſt notorium. ibi. nu. 115. fol. eo.

Exceptio dominij non diſcuſſi an obſtet agenti poßeſſorio retinẽdæ. in l. naturaliter. §. nihil cõmune. ibi. nu. 116. 295

Exceptio dolo facis quando competere poſſit. ibi. numero. 117. fol. eo.

Exceptio dominij nec dolo facis, obſtat agenti poſſeſſorio retinendæ. ibi. nu. 118. fol. eo.

Exceptio dominij ad colorandam poſſeſſionẽ obſtat agenti poſſeſſorio retinendæ. ibi. nu. 119. fol. eo.

Exceptio dominij notorij non diſcuſſi obſtat agenti poſſeſſorio retinendæ. ibi. nu. 120. fol. eo.

Exceptio omnis inhabilitans perſonam agentis obſtat agenti poſſeſſorio retinendæ. ibi. nu. 121. fol. eo.

Exceptio dominij probandi incontinenti an obſtet agenti poſſeſorio adipiſcendæ. ibi. nu. 124. 296

Exceptio quòd non poſſit procedi ſuper petitorio an ſit dilatoria, & an poſſit opponi poſt litis conteſtationem. ibi. numero. 347. 330

Exceptio dilatoria quando poſſit opponi poſt litis conteſtationem. ibi. nu. 348. 330

Exceptio ordinis petitorii & poſſeſſorii per generalia verba ſtatuti non videtur ſublata. ibi. nu. 391. 379

¶ *Excommunicatus petens abſolutionem an videatur fateri ſe legitimè excommunicatum, in l. i. in princ. nu. 97.*

Excom

de.op.no.nunc. 39
Excommunicatus nunciare non poteſt.ibi.nu.63. 40
¶ Executor iudicis per traditionem clauium domus non transſert poſſeſſionem neque detentationem. in l. i. in. princ.nu.298.de acquir.poſſ. 212
¶ Exemplum de chordula bonum eſt,& multũ probabile in. l.ſi is qui prò emptore.nu.116.de vſuc. 408
Exemplum de poſſeſſione nec etiam eſt bonum quia ipſa facti eſt.ibi.nu.263. 435
¶ Expreſſum poteſt capi propriè & impropriè.in l.i.in princ.nu.74.de op.no. nunc. 44
¶ Extenſio non fit quando militat diuerſaratio. in rubr. de acquir.poſſ.nu.57. 154
Extenſio an fiat in correctoriis in mandato.ibi.nu.69 .156
Extenſio in ſtatuto an fiat nulla apparente ratione. ibi. nu.88. 159
¶ Extrà iudicium quis poteſt multis modis poſſidere autho re pratore.in l.iuſtè poſſidet .nu. 6.de acquir.poſ.349
¶ Extremum ad quod habile, & extremum à quo in fictione translatiua requiritur.in.l.ſi is qui pro emptore.nu. 88.de vſuc. 401
Extremum à quo quale debeat eſſe,latè examinatur & reſpondetur exemplis Bart ibi.nu.112. 407
Extremũ ad quod quãdo debeat eſſe habile eſſẽtialiter vel potentialiter.ibi.nu.148. 414
Extremum ad quod quomodo reperiatur in fictione poſtliminii & legis Corneliæ.ibi.nu.162. 417
Extrema requiſita ad petitorium quę dicantur in l.naturaliter.§.nihil commune.numero.345.in ii. parte de acquir. poſſ. 331
Extrema duo habilia in fictione tranſlatiua acquiruntur in l.ſi is qui pro emptore.nu.102.de vſuc. 405
Extrema quomodo debeãt eſſe habilia in fictionibus declaratur.ibi:nu.150. 415
Extrema quomodo requirantur in hac fictione ibidem .nume.301. 441
Extrema quomodo debent interuenire in hac fictione. ibi. nume.333. 446
Extrema qualia debent eſſe in hac fictione.ibi.nu.373.454
Extrema in hac fictione qualia eſſe debent declaratur. ibi. nu.386. 456
Extremorum habilitas non requiritur in his quæ veniunt in conſequentiam.ibi.nu.107. 406

F.

Facere Teſtamentum & reuocare an ſint contraria,declaratur in rub.de acquir.poſſ.nu 59. 154
Faciens actum per nuntium inhabilem perficit eum ſi ipſe habilis eſt in l.ſi is qui pro emptore nu.376.de vſuc.454
¶ Factum iudicis in nunciatione partis factum eſſe cenſetur.in.l.de pupillo.§.meminiſſe.numero.27.de.op.no. nunc. 75
Factum quid ſit & quid ſit ius variauerunt doctores in principys & eſſẽtia.in.l,i.in pri.nu. 114.ff.de acqu.poſ.180
Factũ capitur in genere generaliſſimo.in genere ſubalterno, & in ſpecie,ibi.nu.127. 181
Factum legis latoris ad finem condendi legem obumbratur, & pro iure capitur: quia creat nouam naturam & principum iuris.ibi.nu.128.ſol.eo.
Factum à iure in quo differat, & poſſeſſio à cęteris iuribus ibi.nu.136. 182
Facti quę ſunt in ſubſtantia per approbationem iuris non deſinunt eſſe facti ſolum aſſumunt qualitatem vt ſint conſiderabiles in iure ad producendum effectus ciuiles.in l. 1.in princ.nu.120.de acquir.poſſ. 180
Facta dicuntur omnia à natura vel homine introducta, iuris verò ſunt omnia à iure introducta ſumẽdo principia à conditore.ibi.nu.123. 181
Facta an cedi poſſint declaratur.ibi.nu.151. 185
Facta an ſequantur hominem & quando ſequantur declaratur.ibi.nu.152.ſol.eo.
Facta non contineri in poſtliminio quomodo procedat,& quare poſſeſſio in peculiaribus quæ facti eſt contineatur. in l. ſi is qui pro emptore.nu.92.de vſuc. 402
Facta ipſo iure recuperata propter aliquod contingens poſſunt poſteà retrò fingi facta.ibi.nu.139. 412
¶ Facultas teſtandi,legandi, & acquirendi per ſeruos ex cauſis eſt de iure gentium.in rubr.de acquir. poſſ. numero.24. 149.
¶ Falſitates & mendacia an approbentur à lege. in le. ſi is qui pro emptore.nu.197.de vſuc. 425
¶ Feudatarius an,& quando poteſt ſubinfeudare de iure cõmuni ſine conſenſu domini.in l.iy.§.e contrario.nu.139. de acquir.poſſ. 257
Feudatarius in regno Neapolitano non poteſt ſubinfeudare ſine conſenſu domini, niſi ex cadentias. ibi. nume.140. ſol.eo.
Feudatarius an,& quando poſſit conſtituere vſum fructum in feudo & ſine conſenſu domini.ibi.nu.142.ſol.eo.
Feudatarius feudum locare poteſt non traſlato dominio ſine conſenſu domini.ibi.nu.144.ſol.eo.
Feudatary plures, vſufructuary, vel vſuary an poſſint in ſolidum poſſidere.ibi.nu.115. 254
Reliqua habes ſupra in verbo Emphyteuta.
¶ Ficta poſſeſſio quando idem operatur quod vera. in leg. quod meo.nu.51.de acquir.poſſ. 372
Fictio quid ſit examinatur in l.ſi is qui pro emptore. nume. 192.de vſuc. 424
Fictionis de eſſentia eſt,quod fiat de re certa & apparenti. ibi.nu.193.ſol.eo,
Fictio differt à mendacijs,dolis,& falſitatibus. quia in eis agentes occultant veritatem.ibi.nu.194.ſol.eo.
Fictionis de eſſentia ſecundò eſt quòd falſum pro vero aſſumatur.ibi.nu.196.ſol.eo.
Fictionis de ſubſtantia tertiò eſt quòd ſuper falſo aſſumpto diſponatur ac ſi eſſet verum.ibi.nu.198. 425
Fictionis de ſubſtantia quartò eſt quòd fiat ſuper poſſibili ſecundum Bart.ibi.199.ſol.eo.
Sed quod imo fiat ſuper impoſſibili multa adducuntur. ibi. nu.200.ſol.eo.
Fictio an procedat ſuper impoſſibili variæ traduntur reſolutiones omnes imperfectæ.ibi.nu.201.ſol.eo.
Fictio quòd fiat ſuper impoſſibili verior eſt opinio: quando conſtat de legis diſpoſitione.ibi.nu.202.ſol.eo.
Fictionis de ſubſtantia quintò eſt, quòd fiat à lege ſecundum Bart.cum homo ſecundum eum fingere non poſſit ibi. nume.204. 420
Contrarium determinatur per authorem quod imò fiat ab homine quod multis exemplis demonſtratur. ibidem. nu.205.ſol.eo.
Fictionis ſextum eſt requiſitum quòd aſſumptio capiatur pro genere ſecundum Bart.ibi.nu.206.ſol.eo.
Fictionis ſeptimum eſt requiſi[illegible] Alci.qu[illegible] in-

 ſta

ſta cauſa fingendi interueniat. Sed melius eſt dicere quòd ſit de naturalibus fictionis.ibi.nu.208. 427
Definitio Bart. eſt ſuperflua in verbo poßibili, & diminuta in fictione hominis.ibi.nu.209.fol.eo.
Fictio diuiditur in duo genera ſubalterna, videlicet fictionē legis & hominis.in l.ſi is qui pro emptore.nu.213.de vſuca.fol.eo.
Fictio hominis definitur nouiter. ibi. nu.214.fol.eo.
Fictionis ſecunda eſt diuiſio in tres ſpecies diſtincta inductiuam, priuatiuam & tranſlatiuam.ibi.nu.216.fol.eo.
Fictionis tertia eſt diuiſio quòd fictiones hominum aut ſunt propriæ aut impropriæ, falſitates namque vel mendacia ſunt fictiones impropriæ.ibi.nu.217. 428
Fictiones quòd aut ſunt ſecundum legem, aut præter legem quarta diuiſio.ibi.nu.218.fol.eo.
Fictio legis eſt de quo loquuntur Doctor.ibi.nu.219.fol.eo.
Aliæ diuiſiones Doctor. referuntur, quæ tamen omnes imperfectæ ſunt.ibi.nu.220.fol.eo.ſed melior eſt illa Bart.cum ſuis nominibus.ibi.nu.221.fol.eo.
Fictioni non conuenit exemplum de nouatione cum ſuis ſimilibus.ibi.nu.222.fol.eo.
Fictionis inductiuæ refertur Bart.definitio, & examinatur, & traditur, & comprobatur noua definitio.ibi.nu. 223. 224.fol.eo.
Fictio ſui natura procedit in bis quæ ſunt facti, & per fictionem lex omnia facta mutare poteſt.ibi.nu.225.fol.eo.
Fictio inductiua an fingat impoßibilia declaratur.ibi. num. 226. 429
Fictio non ſemper validatur à poßibilitate in genere ſubalterno.ibi.nu.227.fol.eo.
Fictio de non nato quomodo poßit fieri ſuper impoßibili. nu. 229.fol eo.
Fictio quòd duo ſint debitores in ſolidum quomodo fiat ſuper impoßibili, & declaratur.l.eandem.cum ſimil.ff.de duo reis.in l.ſi is qui pro emptore.nu.230.de vſuca. 430
Fictio quòd quis bis occidatur, quomodo dici poſſit fieri ſuper poſſibili.ibi.nu.231.fol.eo.
Fictio de muliere nupta ſtipulante quomodo poßit fieri ſuper impoſſibili.nu.232.fol.eo.
Fictio quod quis per alium facit, quomodo fiat ſuper impoßibili declaratur.ibi.nu.233.fol.eo.
Fictio regulariter fit ſuper poßibili in genere, & ita præſumendum eſt: tamen ſi legi placet, etiam ſuper impoßibili fingere poteſt.ibi.nu.234.fol.eo.
Fictio inductiua an procedat in bis quæ ſunt meri iuris. latè diſcutitur.ibi.nu.237. 431
Fictio quando procedat in bis quæ ſunt mixti iuris & facti, in l.ſi is qui pro emptore.nu.259.de vſuca. 435
Fictio priuatiua quid ſit inquiritur & definitur cum ſuis exemplis.ibi.nu.278. 437
Fictio inductiua hominis definitur & declaratur cum ſuis exemplis.ibi.nu.279.fol.eo.
Fictio priuatiua an habeat locum in bis quæ ſunt meri facti ibi.nu.280.fol.eo.
Fictio iſta an procedat ſuper impoßibili, vel ſine æquitate. ibi.nu.281.fol.eo.
Fictio priuatiua an habeat locū in bis quę ſunt meri iuris, & concluditur quòd non.fallit in certis caſibus.in l.ſi is qui pro emptore.nu.282.de vſucap. 438
Fictio priuatiua an ha[illegible] locum in bis quę ſūt mixti iuris & facti, & con[illegible] quòd non.licet ſecus ſit in præcedenti ſpecie.ibi.nu.283.fol.eo.
Opinio Bart.non probatur per bona exempla, tamen ex alio capite poteſt ſuſtineri. ibi.nu.284.fol.eo.
Fictio tranſlatiua examinatur & definitur.ibi.nume. 297. 440.
Fictio tranſlatiua de tempore ad tempus definitur, & declaratur per exempla ibi.nu.298.fol.eo.
Fictio tranſlatiua de tempore ad tempus habet locum in bis quæ ſunt meri iuris. & ratio aßignatur quare in hac ſpecie fingatur in bis quæ ſunt meri iuris. ibi.nu. 299. 300. 441.
Fictio de tempore ad tempus an habeat locum in bis quæ ſunt meri iuris & facti. ibi.nu.304. 442
Fictio negatiua non requirit extremum à quo eſſe: quia ſufficit non eſſe: tamen adaptatur exemplis. ibi. numero. 316. 444
Fictio tranſlatiua an habeat locum in re perempta refertur theorica Bart.in l.ſi is qui pro emptore. numero. 334.de vſucap. 447
Fictio tranſlatiua de perſona in perſonam quomodo procedat. ibi.nu.342. 448
Fictio de perſona ad perſonam quando poſſit fieri in bis quæ ſunt meri facti.ibi.nu.344. 449
Fictio de perſona ad perſonam quando poßit fieri in bis quæ ſunt iuris & facti mixti.ibi.nu.345.fol.eo.
Fictio de perſona ad perſonam quando fiat, noua diſtinctio traditur, aut actus concipitur in perſona procuratoris, vel in perſona domini per interuentum alterius.ibi.num. 348.fol.eo.
Fictio in delictis quomodo fiat perſona in perſonam declaratur.ibi.nu.349. 450
Fictio tranſlatiua de re ad rem quomodo fiat declaratur per exempla poſita.ibi.nu. 381. 455
Fictio traſlatiua de loco ad locum quomodo fiat declaratur. ibi.nu.382.fol.eo.
Fictio de loco ad locum in quibus caſibus habeat locum.ibi. nu.384.fol.456.& nu.402. 459
Fictionem introducendi quæ fuerit cauſa latè inquiritur.ibi. nu.387. 456
Diſtinctio poſita per Bart. non procedit hodie facto inuentario.ibi.nu.388.fol.eo.
Fictionis inducendæ quæ fuerit cauſa nouiter aſſignatur.ibi. nu.390. 457.
Fictiones duæ an concurrere poſſint referuntur fundamenta Gulielmi.nu.395. 358
Fictiones duę quòd poſſint concurrere fundamenta pro contraria parte referuntur.ibi.nu.396.fol.eo.
Reſolutio Bar.in quęſtione Gulielmi refertur & repellitur. ibi.397.fol.eo.
Præſupoſitum Bart.eſſe falſum demonſtratur quòd in quæſtione Gulielmi ſit vna fictio tantum.ibi.nu.398.fol.eo.
Fictiones duę an poſſint concurrere in eodem ſubiecto, pluribus rationibus comprobatur.ibi.nu.403. 460
Fictiones plures quòd concurrant nullo iure probatur: quia veniunt in conſequentiam, vel quando naſcuntur ex diuerſo fonte.ibi.nu.404.fol.eo.
Fictiones quòd veniant in conſequentiam diſtinctio Bart.confunditur.ibi.nu.407. 461
Quoniam nulla lege probatur, quòd lege diſponente non poſſunt concurrere plures fictiones, ideò dicitur regulam eſſe præſumptiuam quòd plures non poſſunt concurrere

ſictiones ,ibi.nu.412. 462

Fictiones duæ poſſunt concurrere quando interuenit primordium veritatis.in l.prima in princi. nu. 301.de acquir. poſſeſſ. 212

Fictio quare non trahatur retrò declaratur in l.ſi is qui prò emptore.nu.105.de vſuc. 406

Fictio in peculiaribus ſuper quo ſubiecto procedat declaratur ibi.nu.108, 406

Fictio quod procedat ſuper impoſſibili argumenta referuntur,& reſpondetur eis.ibi.nu.109. 406

Opinio Alci. refertur.ibi.nu.110. 407

Opinio communis plenius declaratur & confirmatur vltrà alios.ibi.nu.11.fol.eo.

Fictio in re legata quomodo retro trahatur.ibi.nu.117.408

Fictio quomodo procedat in filio nato apud hoſtes, & declaratur l.prima.c.de capt.ibi.nu.119. 409

Reſponſiones generales doctorum demonſtrantur non bonæ ibi.nu.120.fol.eo.

Fictio quòd procedat ſine habilitate extremi a quo argumenta referuntur.ibi.nu.121. 409

Fictio quando requirat extrema habilia theorica Ias.& Croti ponens, regulam & fallentias multas refertur.ibi.nu.128. 410

Fictio quando ſit per ſe, requirit extremum à quo eſſentialiter interuenire. quod conſiſtit in re ipſa quæ retro trahitur.ibi.nu.130. 411

Fictio quando ſit de re trahenda propter aliam rem, ſemper res quę retro trahitur debet reperiri eſſentialiter cum aliquali potentia perfectionis ibi.nu.131.fol.eo.

In fictione tranſlatiua ſemper requiritur quòd res quæ retro trahitur actualiter interueniat :ſed ſi fiat ſuper alia re vel actu, ſuffiot eſſe in rerum natura, ſed non cum tanta habilitate.ibi.nu.133.fol.eo.

Fictio l.Corneliæ quomodo procedat ad exemplum poſtliminio declaratur.ibi.nu.144. 413

Fictio quo iure procedat de poſſeſſione hæredis retro,ad poſſeſionem defuncti declaratur, ſed extra terminos l.Corneliæ.ibi.nu.147. 414

Fictio omnis quando conſtat de voluntate legis ſine habilitate extremorum procedere poteſt.ibi.nu.149.fol.eo.

Fictionis materia tota examinatur in l.ſi is qui pro emptore.nu.191.cum ſequ.ff.de vſucap. 424

Fingendi poteſtas generaliſſima eſt omni iure permiſſa in omnibus animalibus & alijs naturalibus fieri poteſt in l.ſi is qui pro emptore.nu.215.de vſuc. 427

¶ Fideiuſſor proteſtans iudici quòd non audet contradicere ideo non intendit obligari iuuatur etiam quòd iudex expreſſè non conſentiat.in l. non ſolum.§.morte.nu.84.de op.no.nunc. 95

¶ Filius & pater an fingantur in ſolidum poſſidere in.l.ſe.iij.§.è contrario.nu.45.de acquir.poſſ. 242

Filius legitimatus an dicatur uerè.legitimus latiſſimè diſcutitur reſpondendo fundamentis vtriuſque partis.in.l.ſi is qui prò emptore.nu.242.de vſuc. 432

Filius legitimatur quòd non ſit verè legitimus referuntur fundamenta,& eis reſpondetur ibi.nu.243. 433

Diſtinctio & reſolutio Benedicti de Plumbino refertur, & noua diſtinctio traditur conſtituendo multos caſus. ibi. nu.244.245. 434

Filius legitimatus non dicitur verè legitimè natus. ibidem. nu.245.fol.eo.

Filius legitimatus non dicitur verè natus ex legitimo matrimonio.ibi.nu.246.fol.eo.

Filius legitimatus ab eo qui poteſt diſpenſare ſuper matrimonio de pręſenti dicitur verè legitimus . ibi.numero. 247.fol.eo.

Filius legitimatus per ſubſequens matrimonium dicitur verè legitimus retro ſi natus eſt ex ſoluto & ſoluta,alioqui non erit.ibi.nu.248.fol.eo.

Filius ſtipulando ſibi cueniente conditione acquirit patri, ibi.nu.320. 444

¶ Finis l.ſi is qui pro emptore ff. de vſucap. primæ partis ff.noui.ibi.nu.414. 462.

¶ Forbannitus nunciare non poteſt.in.l.i.in princ. nu. 64. de op. no nunci. 40

¶ Forma quid ſit, & quot partes habet latiſſimè exprimitur remiſſiuè in rubr.de op.no.nunc nu.26. 5

Forma iure noſtro eſt triplex , forma viuificans, forma figurans, & forma ſolennizans.ibi.nu.27.fol.eo.

Forma viuificans quæ tribuit vitam & ſpiritum, ibi.nu. 28.fol.eo.

Forma figurans eſt illa quæ organizat corpus & dat figuram.ibi.nu.29.fol.eo.

Forma ſolennizans in actibus ciuilibus reperitur & per ſolennia appoſita inſtituitur.ibi.nu.30.fol.eo.

Forma data à lege non facit ſubſtantiam facti mutare. in l. 1.in princ.nu.122.ff.de.acquir.poſſ. 181

¶ Frater & ſoror quomodo ſint correlatiua,& argumenta pro contraria parte referuntur, & eis reſpondetur. in rubr.de acquir.poſſ.nu.84.85. 259

Fructus an acquirantur creditoribus ante conſumptionem in l.iij.§ è contrario.nu.97. de acquir poſſ. 251

¶ Fundamenta quòd legitimatus non ſit verè legitimus referuntur & eis reſpondetur in l. ſi is qui pro emptore. nu.243.de vſuc. 433

Fundamenta Gulielmi referuntur an duæ exceptiones concurrere poſſint.ibi.nu.395. 458

Fundamenta pro contraria parte quòd duæ fictiones poſſint concurrere referuntur.ibi.nu.396.fol.eo.

Fundamenta Ioannis quomodo euitari poſſint in l. iii.§ è contrario.nu.91.de acquir.poſſ. 251

G

Gemmæ margaritæ an lapides dicātur in l.i.in princ.nu.54 de acquir.poſſ. 172

¶ Genitiuus quas ſignificationes habeat , latè diſcutitur in.rub.de op.no.nunc.nu.63. 13

Genitiuus eſt aptus denotare omnes qualitates , & accidentia in quolibet ſubiecto,in oratione contento,& tot habet quot ſunt dies in anno. ibi.nu.78. 14

Genitiuus eſt caſus denottet ſubiectū alicuius qualitatis nominatæ in oratione.ibi.nu.79.fol.eo.

Genitiuus an denotet deſcendentiam perſonarum vel quomodo.ibi.nu.80.fol.eo.

Genitiuus an denotet cauſam finalem,vel quomodo,in rubr. de no.ope.nunc.nu.81. 14

Genitiuus an ſtet reſtrictiuè,vel quomodo,& quando demoſtratiuè.ibi.num.82.fol.eo.

Genitiuus an & quomodo denotet cauſam efficientem ibi. nu.83.fol.eo.

Genitiuus an de proprietate ſermonis denotet dominium,latè diſcutitur,ibi.nu.84.fol.eo.

Genitiuus de proprietate ſermonis denotat ſubiectum, om-

ninm qualitatum nominatarum in oratione. ibi. nume. 85 fol.eo.

Genitiuus omnes qualitates nominatas denotat de proprietate, ac etiam de communi vſu loquendi.ibi.nu.87. 15

Genitiuus capitur in illa ſignificatione quæ magis conuenit ſubiectæ materię.ibi.nu.88.fol.eo.

Genitiuus denotat dominium, ex potiori ſignificatione, non tanquam ſit magis proprium, ibi.nu.89.fol.eo.

Genitiuus quo modo diſtinguat ſuas ſignificationes, declaratur nouiter, ibi.nu.90.fol.eo.

Genitiuus an denotet poſſeſſionem, & quando demonſtratur.ibi.nu.91.fol.eo.

Genitiuus propter ſubiectam materiam, denotare poteſt dominium tantum, quod exemplis declaratur in legibus allegatis.ibi.nu.98. 16

Vonitiui ſignificationes quamplurimæ referuntur in rubr. de no.op.nun.nu.77. 13

Genitiui de ſignificatione, an probari debeat communis vſus loquendi.ibi.nu.92. 15

¶ Geſta per falſum procuratorem poſſunt ratiticari, non geſta per falſum nuncium.in l. ſi is qui pro emptore.nume. 352.de vſuc. 450

Geſta per procuratorem reuocatum poſſunt ratificari, non geſta per nuncium reuocatum, ibi.nu.353.fol.eo.

Gloſſ.intentio varijs modis declaratur & Iaſ.nouiter exponit in l.naturaliter.§.nihil commune in ij.parte.nume. 46.de acquir.poſſ. 284

Gloſſ.noua datur declaratio & ad tex. & materiam clarificans intellectus traditos.ibi.nu.47.fol.eo.

¶ Gloſa finalis in l.ſi is qui pro emptore. de vſuc. cum tota materia declaratur in dicta l.ſi is qui pro emptore. num. 182.de vſuc. 422

Gloſſatori aſſerenti conſuetudinem eſſe extrà prouinciam ſuam non eſt credendum.in rubr.de op. no. nunci. nume. 53. 9

H.

HABENS regulam pro ſe habet fundatam intentionem.in rubr.de op.no.nunc.nu.42. 7

Habens tenutam per officium iudicis, per conſtitutum poteſt eam transferre, in l.quod meo.nume. 80. de acquir. poſſ. 376.

Habens poteſtatem legitimandi à Carolo.v. Imperatore non poteſt legitimare niſi ſubditos imperij, non autem aliorum regnorum.in l. ſi is qui pro emptore.nume. 288.de vſuc. 435

¶ Habilitas ciuilis, & naturalis in poſſeſſore, & re poſſeſſa, & poſſeſſione omni tempore eõcurrere debent, ita quod non eſt iuris tantum, vel facti tantum.in l.1.in princ.nu. 112.de acquir.poſſ. 180

Habilitas perſonæ vel rei non debet poni in diffinitione.ibi. nu.188. 192

¶ Habitans in loco corporaliter verè dicitur animo habitare, etiam in loco in quo habet animum.in l.ſi is qui pro emptore.nu.385.de vſuc. 456

Hæreditas in quibuſdam repręſentat perſonam defuncti; quomodo intelligatur.in l.ſi is qui pro emptore.num.85. de vſuc. 400

Hæreditatis aditio quando poſſit fieri per procuratorem. in l.non ſolũ §.morte.ſuper materia proteſtationis. nume. 28.de.op. no.nunc. 87

Hæredes nunciantis an poſſint ex perſona ſua nouiter nunciare.in l. non ſolum.§.morte.nu.93.de op.no.nunc. 96.

¶ Homicidium ratificatum quomodo poſſit retro trahi, cũ hodie de nouo fieri non poſſit.in l.ſi is qui pro emptore.nu. 126.de vſuc. 410

I

IDENTITAS, contrarietas, correlatio, & Diuerſitas ſunt quatuor termini in l.naturaliter. §. nihil cõmune .in ſecunda parte.nu.25.de acquir.poſſ. 280.

In identitate, correlatiuis & contrarijs fit illatio ſecundum diſtinctionem poſitam in rubr.ff.de op.no. nunci. ibidem. nu.26.fol.eo.

¶ Ignorans ſe poſſidere an amittat poſſeſſionem per actum ei contrarium.in l.naturaliter. §. nihil commune.nume. 173.in ij.parte de acquir.poſſ. 303

Ignorans non videtur renunciare.ibi.nu.155. 301

Ignorans ſe poſſidere & intentans petitorium, an poterit poſtea poſſeſſorium cumulare, vel ſucceſiuè proponere, declaratur.ibi.nu.190. 305

Hæc lectura licet ſit, vera in ſe, & faciat nouam legem; tamen non eſt bona ad textum in dicto. §. nihil commune ibi.nu. 191.fol.eo.

¶ Illatio ex diuerſis non fit, quomodo intelligatur, in dicto §.nihil commune in ij.lectura, nu.24 280

Cætera vide ſupra in verbo Identitas.

¶ Impeditus ſi vult ſe excuſare non cogitur proteſtari, ſed ſi vult acquirere, oportet proteſtari in l. non ſolum.§. morte.in materia proteſtationis nume. 110. de. op. no. nunc. 115

Inpeditus ex perſona ſua an debeat proteſtari referuntur variæ diſtinctiones.ibi.nu.111.fol.eo.

Breuis reſolutio eſt, aut vult euitare pœnam, & non requiritur proteſtatio: ſed ſi vult acquirere, proteſtari debet. ibi.nu.112.fol.eo.

¶ Incitatio vt veniat ad defendendum an requiratur in denunciatione litis latè diſcutitur referendo varias opiniones, in l. non ſolum.§.morte.in materia proteſtationis.nu.198.de op.no. nunc. 129

¶ Incorporales res quomodo & quando in iure conſiſtere dicantur, declaratur in l. i. in princ. de acquir. poſſ. numero.153. 185

Incorporales res quæ ſunt facti diuiduntur in tres ſpecies, incorporales, eſſentiales, potentiales, & operatiuas, ibi.nu.248. 203

Incorporales res iuris potentiales diuiduntur inter corporales res per ſe exiſtentes & ſeruitutes.ibi.nn.25 1.204

Incorporalia omnia iuris ſunt, & corporalia facti, quæ eſt prima opinio & reprehenditur in l.i.in principio.nu. 115.de acqui.poſſ. 180

Secunda eſt opinio quòd corporalia in fieri ſunt facti, & res fabricatæ neque ius neque factum, & res incorporales dum fiunt facti ſunt, perfectę autem iuris ſunt. ibi.nume.116.fol.eo.

Incorporalia infinita facti eſſe demonſtratur ibi. numero. 117.fol.eo.

Tertia opinio quòd res incorporales à iure naturali approbatæ facti ſunt, approbatę verò à iure ciuili donec ſunt in fieri adhuc facti ſunt. Sed perfectæ iuris efficiuntur.ibi numero.118.fol.eo.

Quarta eſt opinio quòd incorporalia ſunt iuris quando ſunt perfecta & aſſumpſerunt formam à iure ciuili, cetera ſunt facti quę ſimiliter reprehenditur ibi.nu.121.181

Quinta

Quinta eſt opinio authoris quòd facta dicuntur omnia à natura vel homine introducta, iuris vero ſunt omnia a iure introducta ſumendo principia à conditore ibi. numero. 123. fol. eo.
Incorporalia quando ſunt iuris & cętera incorporalia inter ſe ſunt diuerſa in l. naturaliter. §. nihil commune. nu. 35. in ij. parte. de acquir. poſſ. 282
Cætera vide infra in litera. p. in verbo Poſſeßio in litera. q. in verbo Quaſi poſſeßio, & in verbo Res.
¶ Indultum factum a Principe cum ceſſatione proceſſus an acta tollat ipſo iure vel per fictionem in l. ſi. is qui pro emptore nu. 295. de vſuc. 440
¶ Infinita incorporalia facti eſſe demonſtratur in leg. i. in princ. de acquir. poſſ. nu. 117. 180
¶ Ingrediens an dicatur acquirere poſſeſſionem ex titulo contractus inutilis vel ex nudo ingreſſu in l. i. §. ſi vir vxori. nu. 38. de acquir. poß. 226
Ingrediens an acquirat poſſeßionem naturalem abſente domino, & vſufructuario, & feudatario in l. iij. §. è contrario. nu. 113. de acquirenda poſſ. 254
Ingrediens acquirit naturalem poſſeſsionem quæ poterat eſſe apud dominum. ibi. nu. 114. fol. eo.
Ingrediens poſſeßionem ex decreto nullo, an puniatur pœnis ſtatutariis latè diſcutitur in l. iuſtè poſſidet. nu. 79. de acquir. poß. 362
Ingrediens poſſeßionem ex decreto nullo an excuſetur à pœnis ſtatutariis: quando ſtatutum loquitur in perſonam. ibi. nu. 81. fol. eo.
Ingrediens poſſeßionem ex decreto nullo non excuſatur à pœnis ſtatutariis regulariter. ibi. nu. 82. fol. eo. Fallit quādo requirit dolum, vel quando imponitur pœna corporalis, vel alia ſimilis. ibi. nu. 83. fol. eo.
Ingrediens poſſeſſionem ex decreto nullo, an incidat in pęnam l. meminerint, C. vnde vi. ibi. nu. 84. 363
Ingrediens poſſeßionem propria authoritate poſt ſententiā etiam validam, incidit in pœnam dictę l. meminerint. quando requiritur citatio. ibi. nu. 86. fol. eo.
Ingrediens in poſſeſſionem pignorum pro examinatione ex decreto nullo, an incidat in pœnam dictę l. meminerint, ibi. nu. 87. fol. eo.
Ingrediens in executionem pignorum pro executione ſententiæ propria authoritate incidit in dictam l. meminerint. ibi. nu. 89. fol. eo.
¶ Inſtrumentum per authenticum an dicatur notoriè conſtare in l. i. in princ. nu. 84. de op. no. nunci. 48
Inſtrumenta continentia plura diuerſa negocia non debent in totum edi: ſicut nec in totum protocolum, nec integer liber, in rubr. de op. no. nunc. nu. 143. 23
¶ Inſula nata in mari occupanti conceditur. in l. i. in princ. nu. 64. de acquir. poß. 172
¶ Intellectus traditi per Bart. ad multa iura declarantur in l. ſi is qui pro emptore nu. 389. de vſuc. 456
Intellectus ad. l. ii. §. i. ff. de. relig. & ſum. funę. Latè traditur in rubr. de no. oper. nun. nu. 96. 14
Intellectus ad d. l. ij. de relig. & ſumpt. fun. iterum diſcutitur, & dantur ſex modi intelligendi. ibi. nu. 97. fol. eo.
Intellectus ad. l. i. ff. nau. caup. ſtab. in verbo cuiusque examini. ibi. 193. 17
Intellectus ad. l. ſi dictum. ff. de euict. inquiritur. ibi. nume. 115. 19
Intellectus ad l. puto. ff. de poſt. in l. non ſolum. §. morte. nu. 31. 87
Intellectus ad l. cum quā plures. §. ſi locator horrei. ff. loc. latè inquiritur referendo ſex varios intellectus, in l. non ſolum. §. morte. nu. 71. ff. de op. no. nunc. 197
Intellectus omnes traditi per Doct. ad. d. §. ſi locator, ſunt boni cumulatiuè non reſtrictiuè; quia ponit generalem deciſionem. ibi. nu. 72. 108
Intellectus ad. l. ſi filius. ff. ad Maced. inquiritur. ibi. nume. 80. 199
Intellectus ad l. ſolent. de off. proc. & leg. inquiritur. in rub. ff. de acqu. poſs. nu. 66. 156
Intellectus ad l. ſi hæres. §. fi. ff. de act. empt. inquiritur. in l. 1. nu. 142. ff. de acquir. poſſ. 183
Intellectus l. denique. ff. ex quib. ca. mai. inquiritur in leg. i. nu. 163. ff. de acq. poſſ. 187
Intellectus l. clauibus. ff. de contrah. empti. inquiritur in le. prima in principio. nu. 297. de acquir. poſſ. 212
Intellectus & reſponſum ad l. oratio. ff. de ſponſa. traditur in l. prima. §. ſi vir vxori. nu. 59. de acquir. poſſeſſ. 230
Intellectus ad l. ſi ego. §. primo. ff. de iu. dot. inquiritur in leg. prima. §. ſi vir vxori. nu. 75. de acquir. poſſ. 233
Intellectus ad l. eleganter. §. primo. ff. de dolo. in l. prima. §. ſi vir vxori. nu. 80. ff. de acquir. poſſ. 234
Intellectus ad l. vtique. ff. de rei vendic. in verbis de ſtipulatione de euictione declaratur, & exemplicatur, in l. naturaliter. §. nihil commune in ij. parte nu. 200. de acquir. poſſeſſ. 307
Intellectus ad l. duobus. §. erga. ff. de iureiur. examinatur, ibi. nu. 124. 311
Intellectus ad l. ſi quis intētione ambigua. ff. de iudic. eſt quod lex facit declarationem accipiendo quod vtilius eſt. ibi. nu. 128. 312
Intellectus ad. l. cùm putarem. ff. famil. erciſc. latè diſcutitur in l. iuſtè poſſidet. nu. 38. de acquir. poſſeſſ. 353
Intellectus ad l. ſi non ſortem. §. ſi centum. ff. de condict. indeb. ibi. nu. 70. 360
Intellectus l. quædam mulier. ff. de rei vendic. inquiritur ac de eius ratione in l. quod meo. nu. 58. ff. de acquir. poſſ. 373.
Intellectus l. neceſſario. §. quod ſi pendente. de peric. & commo. rei vend. examinatur in l. ſi is qui pro emptore. num. 114. ff. de vſucap. 408
Intellectus ad l. ſi vnus. §. pactus ne peteret. ff. de pac. inquiritur ibi. nu. 285. 438
Intellectus l. qui balneum. §. ſed ſi hæres. ff. qui. poti. in pig. hab. inquiritur latè ibi. nu. 311. 442
In dicto. §. Sed ſi hæres. contractus pignoris trahitur retrò non legatum. ibi. nu. 312. fol. eo.
Intellectus ad l. quod ſæpe. §. ſi quis amico. ff. de contrab. empt. inquiritur. ibi. nu. 350. 450
Intellectus ad l. ſi verò non remunerandi. §. i. ff. mand. nouiter datur in le. ſi is qui pro emptore. numero. 408. ff. de vſuc. 461
Intellectus ad l. ſi fundum. ff. de ſun. dot. inquiritur, & nouus traditur in rubr. de acquir. poſſ. nu. 10. 146
Intellectus ad Gloſſ. in l. cum de lege. de proba. latè diſcutitur in Rubr. de op. no. nunci. nu. 148. 24
Intellectus ad. l. ſi is qui. ff. de teſta. inquiritur, in rub. de op. no. nunc. nu. 149. 24
Intellectus ad l. ex facto. §. ſiquis etiam. ff. ad Trebell. inquiritur ibi. nu. 150. fol. eo.

c 3 Intellectus

Intellectus ad l. ſi ita. ff. de auro & arg. leg. inquiritur in. l. non ſolum §. morte. nu. 34. de. op. no. nunc. 101
Intellectus ad l. ſi ita legatum. ff. de leg. i. ibi. nu. 35. fol. eo.
Intellectus ad l. ſiquis inprincipio. ff. de leg. iii. ibi. cui bis legauero, ſemel deberi volo. inquiritur. ibi. nu. 35. fol. eo.
Intellectus plures referuntur ad l. ij. quod cum falſ. tut. ibi. nume. 183. 126
Intellectus ad l. i. §. i. ff. de. ven. inſp. declaratur. ibi. numero. 247. 136
Intellectus ad l. iij. §. i. de bon. poſſ. traditur. in. l. i. nu. 168. ff. de acq. poſſ. 188
Intellectus l. ij. §. i. de vſuca. pro hered. inquiritur. ibi. numero. 204 195
Intellectus ad l. primam. §. ſi dote. ff. de vſuca. pro dote, inquiritur in l. prima. §. ſi vir vxori. nu. 73. de acqu. poſſ. 232
Intellectus ad l. ſi pauper captus. ff. de vulg. & pupi. declaratur in l. ſi is qui pro emptore. nu. 118. ff. de vſuc. 409
Intellectus ad l. quadam ſunt. ff. de re. dub. late declaratur. ibi. nu. 122. fol. eo.
Intellectus ad l. ſi exhæredatis. ff. ad Sillan, demonſtratur ibi. nu. 124. 410
Intellectus, ad l. Ratione. §. i. ff. ad le. falc. inquiritur & declaratur. ibi. nu. 315. 443
Intellectus ad l. quadam. ff. de reb. dub. ibi nu. 338. 448
Intellectus ad l. item prætor. ff. de ſuis & legit. inquiritur in rub. de op. no. nunc. nu. 115. 19
Intellectus ad l. quid ſi nepotes, de teſtam. tut. apponitur. ibi. nu. 116. 20
Intellectus Gloſſ. in l. Gallus. §. ſi eius ff. de lib. & poſth. quare ibi fictio nõ trahatur retro declaratur in l. ſi is qui pro emptore nu. 105. de vſuc. 406
Intellectus ad l. ij. §. hac. ff. vi, bon. rap. in verbo cuiuſlibet inquiritur in rubr. de op. no. nunc. nu. 104. 17
Intellectus ad l. lex cornelia, §. domum. ff. de iniurijs. diſcutitur. ibi. nu. 105. fol. eo.
Intellectus ad l. i. §. non ſolum. ff. de arbor. cæd. ibi. numero. 106. fol. eo.
Intellectus nouus traditur ad tex. in. l. i. de op. no. nun. in d. l. 1. nu. 122. 72
Intellectus verus ad. l. i. ff. de remiſſ. datur, reprobato intellectu gloſſ. & Bart. ibi. nu, 138. 64
Intellectus ad. l. qui viam. ff. de op. no. nun. traditur in l. i. nu. 140. eo. tit. 64
Intellectus duo ad tex. principales referuntur in l. de pupillo. §. meminiſſe. ff. de op. no. nunc. ibi. nu. 4. 69
Intellectus Cumani diſcutitur, & defenditur ab obiectionibus Doct. nu. 5. fol. eo.
Intellectus Cumani, quòd verbalis tantũ nunciatio fieri poſſit, magis conuenire literæ demonſtratur, reſpondetur obiectionibus Doct. ibi. nu. 10. 71
Intellectus nouus traditur vbi ſupra. nu. ij. fol. eo.
Intellectus aduerſ. ex eo. l. non ſolum. §. morte. de op. no. nun. inquiritur in. d. § morte. nu. 22. 85
Intellectus l. denique. §. quæſitum. ff. quod vi, aut clam. inquiritur. in. l. non ſolum. §. morte. nu. 34. de op. on nun. 88
Intellectus ad tex. in d. l. non ſolum. in ver. ſi. vltra alios inquiritur ibi. nu. 50. 90
Intellectus ad verſ. Id que inquiritur. ibi. nu. 84. 95
Intellectus ad. l. prætor. §. interdictum. ff. de op. no. nunc. inquiritur, quomodo illud tranſeat ad hæredes. in d. §. morte. infra. 88. 95
Intellectus ad. l. Modeſtinus. ff. de ſol. inquirit. ibi. nu. 85. 112
Intellectus ad. l. aut qui aliter. §. i. ff. quod vi, aut clam declaratur. ibi. nu. 268. 138
Intellectus ad. l. ij. infra. de capt. traditur in l. i. nu. 51. de acqui. poſſ. 178
Intellectus ad. l. peregre. ff. de. acquir. poſſ. inquiritur in. l. i. ff. eo. nu. 137. 183
Intellectus l. poſſeßio quoque, in principio, & in §. i. ff. de acq. poſſ. inquiritur. ibi. nu. 140. 183
Intellectus ad l. qui pignori. de acq. poſſ. inquiritur ibi. nume. 143. 184
Intellectus ad l. ſtipulatio illa. §. ei qui. de ver. obl. inquiritur ibi. nu. 144. 184
Intellectus. l. quæſtio. de ver. ſig. inquirit. ibi. nu. 145. fol. eo.
Intellectus l. liber homo, §. ſi. ff. de acquir. rer. dom. inquiritur, ibi. nu. 146. fol. eo.
Intellectus. l. ſtipulatio, ſiquis partè, de verb. obl. inquiritur ibi. nu. 147. fol. eo.
Intellectus ad. l. cum heredes, ff. de acquir. poſſ. ibi. numero. 148 fol. eo.
Intellectus. l. prætoris officium. ff. de dam. inf. inquiritur. ibi. nu. 149. fol. eo.
Intellectus. §. adipiſcimur. in. l. i. de acq. poſſ. inquiritur. ibi. nu. 160. 186
Intellectus §. ſi. vir vxori, in d. l. i. latè inquiritur. ibi. nume. 161. 187
Intellectus l. cum hæredes. §. i. de acq. poſſ. inquiritur. ibi. nu. 162. fol. eo.
Intellectus. l. in bello. §. factæ. ff. de cap. inquiritur. ibi. nume. 164. 188
Intellectus. l. i. §. Scęuola. ff. ſiquis teſt. lib. iuſſ. eſſe ſu. inquiritur ibi. nu. 165. fol. eo.
Intellectus. l. cum hæredes. in principio. ff. de acq. poſſeſ. iterum, & ex alio capite inquiritur. ibi. nu. 166. 188
Intellectus. l. poſſeßionem pupillum, ff. de acq. poſſ. inquiritur. ibi. nu. 167. fol. eo.
Intellectus ad l. naturaliter. §. nihil commune, in verbo, nihil commune, traditur. ibi. nu. 169. fol. eo.
Intellectus. l. i. §. ſine autem. ff. de vi, & vi ar. inquiritur. ibi. nu. 200. 194
Intellectus ad l. iij. §. genera. ff. de acq. poſſ. inquiritur. ibi. nu. 201. 195
Intellectus. l. 3. §. Nerua filius. ff. de acqu. poſſ. ibi. numero. 207. 196
Intellectus. l. i. §. deijcitur. ff. de vi & vi ar. in quiritur. ibi. nu. 208. fol. eo.
Intellectus. l. quemadmodum. ff. de acqui. poſſ. inquiritur. ibi. nu. 209. 197
Intellectus l. iij. §. Neratius ff. de acq. poſſ. inquiritur in l. prima in principio nu. 295. eo. tit. 212
Intellectus l. & iuſiurandum. §. tutor ff. de acceptil. inquiritur ibi. nu. 325. 116
Intellectus ad §. ſi vir vxori. in l. prima. ff. de acquir. poſſe. vbi tractatur quomodo ex inutili tractatu reprobato transferatur poſſeßio vel dominiũ in, dicto. §. ſi vxori. nume. 1. 220
Intellectus verborum cedi poſſeßionem inquiritur referendo varios intellectus. ibi. nu. 5. 221
Quadruplex thema ponitur in prædicto textu ſecundum varias opiniones, quorum nullum eſt bonum. ibi. nume. 6. 221

Intellectus

Intellectus verior eſt quòd textus intelligatur generaliter complectendo donationem rei propriæ, & donationem poſſeßionis rei ſuæ de re aliena.ibi.nu.7. fol.222

In textu prædicto præſupponitur quòd maritus diſceſſerit à poſſeſſione,& mulier corpore ingreſſa fuerit.ibi.num. 8. 222

Intellectus deciſionis textus prædicti inquiritur referendo varias opiniones,quam poſſeßionem aquirat mulier. ibi. num.9.fol.eo.

Deciſio generalis ponitur quòd hic mulier acquirat omnem poſſeſſionem naturalem & ciuilem,ſine effectu iuris. ibi. num.10. 222

Intellectus ad l.primam.§.fin.ff.pro don. traditur in dicto §.ſi vir vxori. nu.11. 222

Intellectus rationis poſitus in textu prædicto requiritur referendo varias opiniones.ibi.nu.12. 222

Intellectus alius eſt qui videtur communis quòd intelligatur de aprehenſione ſed,reprehenditur.ibi.nu.14. 222

Intellectus eſt tertius quòd intelligatur de poſſeßione informi qui etiam reprenditur ibi.nu.15.fol.eo.

Intellectus quartus eſt quod intelligatur de poſſeßione naturali tantum,qui quoque reprehenditur.ibi.nu.16. 222

Intellectus verior eſt ad iſtum textum. §. ſi vir vxori. quòd omnis poſſeſſio tàm ciuilis quam naturalis facti ſit,et iuri ciuili infirmari non poſſit.ibi.nu.17. 223

Intellectus verſiculi quod attinet. inquiritur referendo varias opiniones. ibi.nu.18.fol.eo.

Intellectus Sozini refertur & reprehenditur quòd loquatur de veritate non fictione.ibi.nu.19.fol.eo.

Intellectus communis approbatur quod hic lex non fingat quia noluit.ibi.nu.20.fol.eo.

Intellectus ad l.ſub conditione.ff.de ſolut.inquiritur,in dicto §.ſi vir vxori.nu.75. 233

Intellectus ad l.fina.ff.vti poſſidetis diſcutitur . in l.iij.§.è contrario.nu.106.de acquir.poſſeſſ. 253

Intellectus ad l.naturaliter.§.nihil commune.ff.de acquir. poſſeſſ.in dicto.§.nihil commune.nu.65.vbi gloſſ. poſuit ſex modos reſtringendi textum facientes ſex modos intelligendi ipſum textum pro fallentia & caſu ſpeciali ad regulam qui referuntur. 265

Intellectus ſex gloſſ.prædictæ reprobantur:quia reſtringunt & violant text.& oportet etiam in quolibet ſubaudire verba ad text.ibi.nu.66. 265

Intellectum ſeptimum addunt Alex.& communiter Doctores,qui ſimiliter eſt violatiuus,ibi.nu.67.fol.eo.

Intellectum octauum tradidit Coraſius qui extraneus eſt & correlatiuus.ibi.nu.68. 265

Intellectum nonum tradidit Torniellus & Ruinus qui ſimiliter eſt violatiuus.ibi.nu.69. 266

Intellectum decimum tradidit Fabius Acorombonus,qui ſimiliter eſt violatiuus.ibi.nu.70.fol.eo.

Intellectus nullus ex dictis decem conuenit legi Vlpiani. ibi. nu.71.fol.eo.

Nouiter legitur per Authorem duobus modis,vno modo vt iacet quòd nullum verbum ponatur de concurſu petitorij & poſſeſſorij.ibi.nu.72.fol.eo.

Intellectum iſtum ante oculos habuerunt omnes Doctores & non viderunt.ibi.nu.73. 266

Intellectus decem doctorum conſtituunt decennales leges creatas in materia petitorij & poſſeſſorij,vt duodecim reperiantur leges.ibi.nu.82. 267

Intellectus ad dictum.§. nihil commune primus eſt reſtrictiuus quòd hic non eſt cumulatio, ſed quòd finito petitorio victus poſt ſententiam intentauit poſſeſſorium. in dicto.§.nihil commune nu.109. 270

Intellectus ſecundus eſt reſtrictiuus quòd hic non eſt cumulatio , ſed quòd actor renunciauit petitorio, & poſteà intentauit poſſeſſorium.ibi.nu.110.fol.eo.

Intellectus tertius eſt quòd hic non fuit cumulatio,Sed quòd ignorans ſe poſſidere intentauit petitorium , & poſtea ſcienter intentando poſſeſſorium propter contrarietatem videtur renuntiare petitorio. ibi.nu.111.fol.eo.

Intellectus quartus eſt quòd poſſit fieri cumulatio pſuppones quòd intentans petitorium ignorabat ſe poßidere,vel poſſidebat per alium.ibi.nu.112.fol.eo.

Intellectus quintus eſt, quòd quando intentauit petitorium non poſſidebat:ſed quòd poſtea quæſita poſſeſſione pro ea intentauit poſſeſſorium.ibi.nu.113. 270

Intellectus ſextus eſt,quòd agens intentauit petitorium & poſſeſſorium pro alia poſſeſſione , & ſic egit diuerſis reſpectibus.ibi.nu.114.fol.eo.

Intellectus ſeptimus eſt, quòd agens intentauit petitorium & poſſeſſorium ſimpliciter, id eſt,nulla expreſſa poſſeſſione.ibi.nu.115.fol.eo.

Intellectus octauus eſt,quòd poſt intentatum petitorium actor ante litis conteſtationem intentauit poſſeſſorium mutando actionem.ibi.nu.116.fol.eo,

Intellectus nonus eſt,quòd decidatur ,cumulationem petitorij & poſſeſſorij admitti ante litis conteſtationem , & non poſtea.ibi.nu.117.fol.eo.

Intellectus decimus eſt,quòd hic nõ permittatur cumulatio, Sed quod intentando poſſeſſorium ſuſpendit petitorium. ibi.nu.119. 271

Intellectus vndecimus eſt,quòd hic nihil dicatur de cumulatione:ſed ſolum decidatur quòd per petitorium non eſt ſublatum poſſeſſorium.ibi.nu.120.fol.eo.

Intellectus duodecimus eſt igitur conſtituens legem Vlpiani quòd generaliter cumulatio permittitur propter verba in vno quoque dicto generalia ibi.nu.125. 272

Intellectus ad dictum.§.nihil commune quòd intentans poſſeſſorium retinendæ poteſt ſuſpendere petitorium ſecundum veram opinionem.ibi.nu.254. 314

Intellectus iſte modificatur & defenditur à contrarijs,vt ſit verus in ſe,Sed non conuenit literæ.ibi.nu.255.fol.eo.

Intellectus nullus traditus per doctores fuit bonus ad iſtum textum,licet omnes prędicti ſint veri in ſe. ibi. nu.156. 315.

Doctores omnes ſemper in intentione habuerunt reſtringere deciſionem iſtius textus , & facere eam limitationem , quæ intentio aperta eſt contra literam,& mentem Vlpiani,qui generaliter voluit cumulari poſſe petitorium & poſſeſſorium.ibi.nu.257.258. 315

Intellectus ergo eſt vnus ex mente Vlpiani,quod generaliſſimè poßit per petitorium non videri renuntiatum poſſeſſionem.ibi.nu.259.fol.eo.

Intellectus alius eſt plenior ex mente eiuſdem Vlpiani quòd generalißimè permittatur cumulatio petitorii & poſſeſſorij retinendæ.ibi.nu.260.fol.eo.

Intellectus l.bonorum. ff. rem ra. hab. declaratur in l. quod meo.nu.36.de acquir.poſſ. 370

Intellectus l.ea quæ ciuiliter.ff.de acquir.re.dom. ibi. num. 45. 371

Intellectu

Intellectus l.in bello.§.facti.ff.de capt .& poſtlim.reu. inquiritur in l.ſi is qui pro emptore.nu.32.de vſuca. 391
Intellectus quis tenendus eſt ,ad l.ſi is qui pro emptore,ff.de vſuca.ibi.nu.38. 392
Intellectus l.bonorum.ff.rem ra.hab.latiſſimè inquiritur. ibi.nu.113. 407
Intellectus od l. proponebatur.ff.de caſtr.pecu.etiam declaratur.ibi.nu.123. 409
Intellectus l.ſi filius.ff.de verb. oblig. inquiritur. ibi. nume.125. 410
Intellectus ad l.bonorum §.i.ff.rem ra.hab.iterum declaratur.ibi.nu.127.fol.eo.
Intellectus ad l.retro.verſ.ciuitate.ff.de capt. in dicta l.ſi is qui pro emptore.nu.142. 413
Intellectus ad l.fin.§.fin.ff.de vſucap. inquiritur & declaratur ibi.nu.176. 418
Intellectus dictę legis fin.§.fi.iterum & pleniſſimè declaratur referendo Sex ſolutiones doctorũ ibi.nu.173. 420
Intellectus Ruini ad l.ſi is qui pro emptore.ff.de vſucap. refertur, & examinatur latè, & reprehenditur ibi.nume.179. 421
Intellectus ad l.Neratius.ff.de manum.teſta.inquiritur & ſolutiones doctorum reprehenduntur.ibi.nu.313. 443
In dicta l.Neratius.conditio non retro trahitur,ſed verificatio cõditionis ſuſpẽditur & declaratur.ibi.nu.314.fo.eo.
Intellectus ad l.ij.§.biduum.ff.quãdo apell.ſit.traditur ibi.nu.329. 446
Intellectus.ad.l.vtrum.§.fin.ff.de parric.in l.ſi is qui pro emptore.nu.374.ff.de vſuc. 454
Intellectus ad l.iuſiurandum.§.tutor.de accepti.inquiritur ibi.nu.409. 461
¶ Intellectus l.fin.C.de fideiuſſ.traditur in l.non ſolum.§.morte.nu.48.de op.no.nunc. 90
Intellectus ad l.per retentionem.C.de vſu.inquiritur.ibi.in materia proteſtationis.nu.34. 101
Intellectus ad l.fin.C.de petit. hared. inquiritur. ibi. nume.145. 121
Intellectus ad l.nemo.C.eo.latè inquiritur in l.i.in princip. de acquir.poſſ.nu.138. 183
Intellectus l.non ideò minus.C.de liber. cauſa inquiritur. ibi.nu.139.fol.eo.
Intellectus l.ſi quis ad ſe fundum.C.ad leg. iul.de vi.inquiritur.ibi.nu.142.fol.eo.
Intellectus l.nemo. C.eo. iterum inquiritur ibi. numero.206. 196
Intellectus l.iubemus. § Sanè.C.de Sacroſan.eccleſ.inquiritur in l.i.§.ſi vir vxori.nu.51. 228
Intellectus & reſponſiones ad l.non dubium C.de legi.traduntur.ibi.nu.60. 230
Intellectus ad l.penultimã. C.de inſt.& ſubſt.ſub cond.fac. inquiritur.ibi.nu.70. 232
Intellectus Modern.ad l.ordinarij.& l.incerti.quòd loquatur poſt litis conteſtationem refertur in l.naturaliter. §.nihil commune.in ij.parte nu.245.de acquir.poſ.313
Intellectus ad l.ordinarij.& l.incerti. Modern.reprehenditur:quia loquitur ante litis cõteſtationẽ.ibi.nu.247.313
Intellectus l.ordinarij.l.incerti.quòd cumulatione procedant ante & poſt litis conteſtationem.ibi.nu.314.323
Intellectus l.ſi conſtiterit.C.fin.regund .ponitur ibi.numero.336. 328
Intellectus od l.meminerint.C.vnde vi.inquiritur in l.iuſtè poſſidet.nu.85.de acquir.poſſ. 363
Intellectus ad l. donationes quas parentes.C.de don.inter vir.& vx.an trahatur retrò quantum ad dominium inquiritur,& latè examinatur in l.ſi is qui pro emptore. nu.103.de vſuc. 405
Opinio Iaſo.quòd donatio trahatur retrò quo ad dominium refertur & confirmatur concludentibus rationibus.ibi. nu.104.fol.eo.
Intellectus ad l.fin.C.comm.de lega.vltrà alios declaratur ibi.nu.317. 444
Intellectus l.i.C.de do.remiſſ.declaratur remiſſiuè.ibi.nume.411. 461
¶ Intellectus ad §.primum in Authentico. Vt præponatur nomen imperatoris latè examinatur,& nouiter declaratur.in rub.de op.no.nunc.nu.46. 7
¶ Intellectus ad cap.fin.extra de verb.ſign. tenet quòd ibi militat diuerſa ratio,in rubr.de acquir.poſſ.nu.85.154
Intellectus ad cap.ſicut.de iureiur.traditur,dum dicit capta in bello reſtituenda in l.i.in princ.de acquir.poſſ.nume.36. 168
Intellectus ad.c.paſtoralis.vers.ſaluis alijs.de Cauſ.poſſ. & proprie traditur in l.naturaliter.§.nihil commune. in prima parte nu.80.de acquir.poſſ. 267
Intellectus ad ca. quoniam.de fil.preſbyt.traditur quòd ibi priuatur iudicialiter eũm citatione.in dicto §.nihil commune.in ij.parte nu.74. 288
Intellectus ad cap.decimas.de reſt.ſpolia.diſcutitur.ibi.numo.88. 290
Intellectus ad cap.ſignificaſti.de diuort.inquiritur.ibi:nume.91 290
Intellectus ad ca.examinata.de iudic.declaratur ibi. nume.346. 330
Intellectus multi ad cap. paſtoralis.verſ ſaluis alijs, referuntur.ibi.nu.432. 345
¶ Intellectus ad clementinã i.§.duro de hęret.latiſſimè diſcutitur in rubr.de acquir.poſſ.nu.68. 156
Intellectus ad clemen.cauſam.de elect.declaratur in l.non ſolum.§.morte.in materia proteſtationis nu.191. 128
Intellectus ad ſtatutum diſponens quod poſſeſſio continuatus in hæredem diſcutitur ponendo tres modos eamcõtinuandi in l.i.in prin.nu.241.de acquir.poſſ. 202
¶ Intentans petitorium an videatur renuntiaſſe poſſeſſorio rationes multæ referuntur. in l.naturaliter. §.nihil commune.in i.parte.nu.95.de acquir.poſſ. 269
Intentans petitorium an videatur renuntiare poſſeſſioni in.l.naturaliter.§.nihil Commune.in ii.parte.num.32. de acquir.poſſ. 281
Intentans petitorium non videtur renuntiare poſſeſſorio, quando ignorabat ſe poſſidere.ibi.nu.154. 301
Intentans poſſeſſorium poſt petitorium pro eadem poſſeſſione, an videatur ſemper renuntiare poſſeſſorio.ibi.nume.161. 302
Intentans poſſeſſorium,& reus fatetur eum poſſidere, an poſſeſſorium videatur inutile, vel potius duret ex aliis qualitatibus.ibi.nu.162.fol.eo.
Intentans poſſeſſorium ſi reus negat eum poſſidere,an amittat petitorium.ibi.nu.163.fol.eo.
Intentans poſſeſſorium reo negante, an poſt illud finitum poterit proſequi petitorium.ibi.num.164.fol.eo.
Intentans poſſeſſorium renuntiat petitorio admittente iudice,& reo conſentiente ibi.nu.165.fol.eo.

Intentans poſſeſſorium non videtur renuntiare petitorio quando fatetur reum habere detentationem. ibi. numero. 166. fol. eo.

Intentans petitorium quando videatur renuntiare poſſeſſorio plenè diſcutitur. ibi. nu. 171. 303

Intentans petitorium videtur renunciare poſſeſſioni, ſi ipſe poſidet, vel ſcienter reus non ſe offerat liti expreſſæ. in l. naturaliter. §. nihil commune. in ij. parte nu. 181. de acquir. poſſ. 304

Intentans videtur renuntiare quam dicit reus habere:, fallit in quatuor caſibus relatis. ibi. nu. 183. fol. eo.

Intentans vnum poſſeſſorium an poſſit cumulare aliud, vel mutare. ibi. nu. 184. fol. eo.

Intentans petitorium an videatur renuntiaſſe poſſeſſioni, ſi reus negauit eum poßidere: ſecus ſi. negauit eum dominum. ibi. nu. 185. fol. eo.

Intentans petitorium an videatur renuntiaſſe poſſeſſioni, ſi reus negauit eum dominum in l. naturaliter. §. nihil Commune in ij. parte. nu. 186. de acquir. poß. 305

Intentans petitorium non videatur renuntiare poſſeßioni futuræ. ibi. nu. 194. 306

Intentans petitorium non prohibetur intentare poſſeſſorium pro noua poſſeßione quæſita. ibi. nu. 195. fol. eo.

Intentans petitorium & poſteà poſſeſſorium poteſt vtrumque cumulare, quia ordo non eſt de neceſſitate impoſitus niſi vterque vellet eſſe reus ibi. nu. 208. 308

Intentans rei vendicationem ſimpliciter videtur detentare pro detentatione tantum ſi illam ſolam habet & ſi poſſidet pro poſſeſſione quam habet ibi nu. 319. 310

Intentas rei vendicationem an videatur pro poſſeſſione intentare inquiritur latè. ibi. nu. 220. fol. eo.

Intentans petitorium & poſſeſſorium ſimpliciter, ſemper præſumitur intentare diuerſis reſpectibus, & admittitur Cumulatio. ibi. nu. 233. 212

Intellectus iſte defenditur ab obiectis. Moder. & vt verus appareat ibi. nu. 234. fol. eo.

Intellectus iſte non eſt bonus ad hanc literam, ſed facit legem creatam. ibi. nu. 235. fol. eo.

Intentans petitorium pro poſſeſſione quā habet non videtur renuntiare ei ante litis conteſtationem, in l. naturaliter. §. nihil commune. in ij. parte. numero. 238. de acquir. poß. 313

Intentans poſſeſſorium poſt petitorium pro eadem poſſeſſione auditur ſi mutat actionem ante litis conteſtationem ibi. nu. 239. fol. eo.

Intellectus iſte non eſt bonus ad iſtum textum, verus tamen poteſt eſſe in ſe vt nouam legem ſpecialiter inducat. ibi. nu. 240. fol. eo.

Intentans petitorium pro poſſeſſione quam habet, non videtur renunciare poſſeſſioni ante litis conteſtationem. ibi. nu. 243. fol. eo.

Intentans poſſeſſorium pro eadem poſſeſſione poteſt cumulare cum petitorio propoſito ante litis conteſtationem. ibi. nu. 244. fol. eo.

Intentans poſſeſſorium retinendæ poteſt ſuſpendere petitorium ſecundum veram opinionem in l. naturaliter. §. nihil commune. in ii. parte. nu. 254. de acquir. poß. 314

Intellectus iſte modificatur & defenditur à contrariis vt ſit verus in ſe, ſed non conuenit literæ. ibi. nu. 255. fo. eo.

Intentans poſſeſſorium & petitorium retinendæ pro eadem poſſeßione cumulare poteſt ſi ignorauit ſe poſſidere, & reus negat actorem poſſidere. ibi. nu. 313. 323

Intentans petitorium poſt poſſeſſorium, videtur conſentire habere onus probandi. ibi. nu. 324. 325

¶ *Intentio Bart. in illis verbis ſi ſimpliciter fiat qualis fuerit in l. non ſolum. §. morte, in materia proteſtationis. nu. 38. de op. no. nunc.* 102

¶ *Intimatio de aliquo debet fieri ſecundum formā clem. cauſam. de elect. cuius intellectus declarat. ibi. nu. 191.* 128

¶ *Interdictum Quod vi aut clam, & edictum de noui operis ſunt præſentis ſpeculationis. in l. 1. in princ. num. 19. de op. no. nunc.* 30

Interdictum Quod vi aut clam primo factum fuit, & quare habeat duas partes de opere clandeſtino & violento. ibi. nu. 20. fol. eo.

Interdictum quod vi in quibus competit. ibi. nu. 25. 31

Interdictum quod vi aut clam vtilius eſt quàm edictum de noui operis reſpectu prohibentis, quia generalius omni reſpectu reperitur. ibi. nu. 34. 32

Interdictum & edictum an differant. ibi. nu. 38. 53

Interdictum an cauſetur ab edicto. ibi. nu. 39. 34

Interdictum vti poſſidetis datur habenti poſſeſſionem ad eam conſeruandam. in l. de pupillo. §. meminiſſe. nu. 18. de op. no. nunc. 74

Interdictum quod vi aut clam, datur contra ædificantem ſpreta prohibitione, & edictum noui operis contra ædificantem ſpreta nunciatione. in l. de pupillo. §. meminiſſe. num. 2. de op. no. nunc. 69

Interdictum quod vi, aut clam concurrit cùm edicto de operis noui nunciatione. ibidem.

Interdictum de noui operis nunciatione, & quod vi aut clā, qualiter differant ibi. nu. 3. fol. eo.

Interdictum demolitorium non poteſt competere poſt ſatiſdationem, ideò nec ſtipulatio poteſt regulari ſecundum eius naturam. in l. non ſolum. §. morte. nu. 92. de no. op. nunci. 111

Interdictum retinendæ quomodo concurrat cum rei vendicatione tractatur in l. naturaliter. §. nihil commune. in prima parte nu. 1. ſed doctores addunt totam materiam poſſeſſorij & petitorij de op. no. nunci. 259

Interdictum quorum bonorum quale ſit, & quibus competat. ibi. nu. 12. 260

Interdictum quorum legatorum quale ſit, & quibus competat. ibi. nu. 13. fol. eo.

Interdictum Saluinum quale ſit, & quibus & e quibus cōpetat. ibi. nu. 14. fol. eo.

Interdictum de vi & vi armata quale ſit, & quibus competat. ibi. nu. 20. 261

Interdictum quod vi aut clam poteſt dici remedium poſſeſſorium. ibi. nu. 34. 262

Interdictum vti poßidetis quale ſit, & cui competat, in l. naturaliter. §. nihil commune. in prima parte. nu. 42. de acquir. poſſ. 262

Interdictum vti poſſidetis vtile quale ſit, & cui competat, & quos effectus producat, ibi. nu. 43. fol. eo.

Interdictum vtrobi quale ſit & cui competat ibi. nume. 44. fol. eo.

Interdictum de itinere actu ne priuato quale ſit, & cui cōpetat. ibi. nu. 45. fol. eo.

Interdictum de aqua quotidiana æſtiua quale ſit, & cui competat. ibi. nu. 46. fol. eo.

Interdictum ne vis fiat ei, qu[illegible] quibus comp[illegible] ibi.

nu. 47.fol.eo.
Interdictum in dicto.§.nihil commune. capitur pro actione in factum ex interdicto edictali proueniens.ibi.num.89. 268.
Interdictum quod vi aut clam ex capite quòd ſit clandeſtinũ ædificium, datur tantummodo ad opera præterita dummodo ſuſpicetur ædificans ſe poſſe repelli, vel ſuſpicari debeat. in l. 1. §. hoc autem edictum. nu. 4. de op. no. nunci. 67
Interdictum quod vi aut clam duo Capita habet, vnum de clandeſtino opere quod reſpicit præteritum, & aliud de violento opere quod reſpicit futurum.ibi.nu.5.fol.eo.
Interdictum de liberis exhibendis non habet annexam cauſã proprietatis: ſed ſolum quaſi proprietatis, & poteſt præcedere petitorium, in l. naturaliter. §. nihil commune in ſecunda parte nu.434.de acquir: poſſ. 345
Interdictum de liberis exhibendis præcedit edictum de liberis deducendis, quod habet vim petitorij. ibi.nume. 435. fol. eo.
Interdictum de tabulis exhibendis poteſt cumulari cum petitorio, & quando.ibi.nu.437.fol.eo.
Interdictum retinendæ eſſe duplex ordinarium & extraordinarium.ibi.nu.441. 346
Interdictum extraordinarium eſſe neceſſarium: quando eſt periculum ne partes deueniant ad arma.ibi. nume. 242. fol. eo.
Interdicti quod vi aut clam effectus in quo differant ab effectibus edicti noui operis.in l. 1. in princ. nu. 32. de op. no.nunc. 32
Interdicto quod ui aut clam prohibitus remiſſionem petere poteſt, & data fideiuſſione efficitur poſſeſſor ſicut in nunciatione in l.de pupillo.§.meminiſſe nume. 41. de op. no, nunc. 77
Interdicta quæ eſſent, & quomodo inducebantur.in l. 1. in princ.nu.15.de op.no.nunc. 30
Interdicta infinita emanata fuere multorum generum. ibi, nu.16.fol.eo.
Interdicta quàm plurima ſcripta fuere in edicto perpetuo. vnde & ipſa edicta eſſe cæperunt.ibi.nu.17.fol.eo.
Interdicta quoque edicta dici poſſunt, ſed non e contra, quod nomen retinuerunt reſpectu originis & modi antiqui. ibi. nu.19.fol.eo.
Interdicta quando, & quomodo, & ad quid prætores fecerunt.ibi.nu.39. 34
Interdicta poſſeſſoria iudicialiter conſtituta inter litigantes quo tempore inuenta fuere.in l.naturaliter.§.nihil commune.in prima parte nu.4.de acquir.poſſ. 259
Interdicta iudicialia per ſeptingentos annos ſeruata fuere in ciuitate Romana.ibi.nu.5. 260
Interdicta per Saluium Iulianum tranſlata fuere in edicta perpetua.ibi.nu.7.fol.eo.
Interdictà habentia annexam cauſam proprietatis quę ſint & cui competant.ibi.nu.49.fol.263.& in ij. parte dicti §.nihil commune nu.66. 287
Interdicta habentia annexam cauſam proprietatis an in petitorio & poſſeſſorio deducant dominium, eodem modo declarantur in dicto.§. nihil commune.in ij.parte.nume. 69. 288
Interdicta poſſeſſoria in beneficialibus vel ſpiritualibus non habent annexam cauſam proprietatis.ibi.nu.63.fol.eo.
Interdicta exhibitoria quando poſſint cumulari cum petitorio.ibi.nu.309. 322
Interdicta exhibitoria quare fuerint introducta. ibi. nume. 430. 344
Interdicta exhibitoria pleraque habent annexam cauſam quaſi proprietatis, ideo proponens debet probare titulum oculariter validum.ibi.nu.431.fol.eo.
Interdicta exhibitoria & actio ad exhibendum quando præcedere debeant petitorium, & quando cumulari poſſunt ibi.nu.433. 345
Cætera vide ſupra in litera.E. in verbo Edictum, & in verbo Effectus.
¶ Interpellans venditorem vt veniat ad defendendum cauſam, an debeat denunciare litem motam. & dare copiam libelli.latè diſcutitur.in l.non ſolum.§. morte. nu. 193. de op.no.nunci. 128
Interpellari quid poteſt de nocte & in prandio, ſi vocatus vadit ad audiendum.ibi.nu.235. 134
Interpellatio an, & quando extinguatur morte interpellantis in.l.non ſolum.§.morte.nu.56. 91
Interpellatio non finitur morte, quando moram cauſauit, quia eius effectus eſt conſumatus, & per hoc differt à nunciatione ibi.nu.57.fol.eo.
Interpellatio finiretur morte interpellantis, ſi effectus moræ non eſſet conſummatus.ibi.nu.58.fol.eo.
Iterpellatio facta, vt quis adimpleat quod tenetur ſub conditione facere, eam eueniſſe demonſtrare tenetur. ibi.nume.192. 125
Interpellatio facta authoritate iudicis, vt emptor veniat ad defendendum, non debet continere copiam libelli vel citationem.ibi.nu.194. 128
Interpellatio facta debitori ex facto ſuo, non requirit aliquã certiorationem.ibi.nu.195. 129
Interpellatio an ſit neceſſaria, quando quis promiſit ſe facturum & curaturum.ibi.nu.202. 130
Interpellatio in cauſa euictionis an ſit neceſſaria plenius diſcutitur ibi.nu.203.fol.eo.
Interpellatio an ſit neceſſaria, quando emptor, & venditor ſunt conuenti in eodem iudicio.ibi.nu.204. 130
Interpellatio an ſit neceſſaria, quando emptor, & minor, vel eccleſia denunciant, ibi.nu.205.fol.eo.
Interpellatio incitatoria an ſit neceſſaria quando venditor eſt in mala fide ibi.nu.206. 131
Interpellatio non eſt neceſſaria, quando venditor eſt in mala fide, & habet.inſtrumenta defenſionis ſufficientia.ibi. nu. 207. 131
Interpellatio non eſt neceſſaria, quando venditor remiſit ius denuntiandi.ibi.nu 208.fol.eo.
Incerpellatio vel denuntiatio an ſit neceſſaria, quando venditor latitat.ibi.nu.212. 132
Interpellatio, & denuntiatio an ſit neceſſaria quando venditor nullas feciſſet defenſiones, vel non habet iuſtam cauſam impediendi reſtitutionem.ibi.nu.213. fol. eo.
Interpellatio debet conferre ſolutionem, ad locum deſtinatæ ſolutionis.ibi.nu.217.fol.eo.
Interpellatio ſimpliciter facta, intelligitur de loco deſtinatæ ſolutionis, ſi non eſt appoſitus de loco interpellationis.ibi.nu.18.fol.eo.
Interpellatio quocunque loco valet ex clauſula quod promiſit ſoluere quocumque loco reperiatur.in le. non ſolum. §.morte.nu.219.ff.de oper.no.nunc. 133
Interpellatio, poteſt fieri tam in iudicio quam extra. ibi. nu.

nu.220.fol.eo.
Interpellatio poteſt fieri in lupanari, ſi ibi eſt debitor, dummodo conferatur ſolutio in locum honeſtum. ibi. numero.221.fol.eo.
Interpellatio an, & quando debeat continere locum loci in quo fienda eſt ſolutio, ibi.nu.222.fol.eo.
Interpellatio poteſt fieri die feriata regulariter.ibi. numero.225.fol.eo.
Interpellatio poteſt fieri vt conferatur actus ſolutionis in tempus feriatum pro neceſſitate hominum. ibi. numero. 226.fol. eo.
Interpellatio an poſſit conferre ſolutionem in tempus feriarum, vltra Doct. diſtinguitur.nu.227.fol.eo.
Interpellatio conferens actum fabrilem in tempus feriatũ non valet, niſi propter neceſſitatem permittatur. ibi. nu.229. 134
Interpellatio an fieri poſſit pendente die, vel condictione diſcutitur.ibi.nu.231. 134
Interpellatio an poßit fieri tẽpore quo audiũtur diuina officia vel ducitur vxor, vel funeratur.ibi.nu.232.fol.eo.
Interpellatio an poſſit de nocte fieri, vel cõferre actum ad noctem.ibi.nu.233.fol.eo.
Interpellatio poteſt indiſtinctè fieri de nocte, quando illud tẽpus eſt diſtinatum ad negotia, ſecũdum conſuetudinem loci, alias non poteſt.ibi.nu.234.fol.eo.
Interpellatio poteſt fieri procuratori, ſi habet poteſtatem ſoluendi. alioqui requiritur quid denunciet domino.ibi. nu.236. 135
Interpellatio poteſt fieri per procuratorem generalem, & ſpecialẽ, ſed nõ per negociorũ geſtorem.ibi.nu.237.fo.eo.
¶ Interpretatio ſtatutorum de verbis nullo extrinſecus addito. vel quòd verba intelligantur propriè traditur vltra alios in rubr.de op.no.nunc. 117. 19
Interpretatio cuius edicti ponatur dubitatio exoritur magna in l.1.in princ.nu.3.de op.no.nunc. 29
Interruptio, Introductis poſtliminio & l. cornelia inſurrexerunt maximæ difficultates circa interuptionem poſſeßionis & vſucapionis. quæ difficultates proceſſerunt ex eo quia poßeſſio facti eſt ſeu habet multum facti, & iure poſitiuo infirmari non poteſt.in l.ſi is qui pro emptore nu.9.10.de vſuc. 388
¶ Inuentio eſt modus acquirendi dominium de iure gentium.in l.1.in princ.nu.63.de acquir.poſſ. 172
Inuentio an ſit modus acquirendi poſſeſſionem vel dominiũ. ibi.nu.305. 213
¶ Inuocatio diuini nominis an ſit de ſubſtantia actus ciuilis latiſſimè diſcutitur referendo varias opiniones in rubr. de op.no.nunc.nu.40. 6
Inuocatio quòd non ſit de ſubſtantia actus nouis fundamentis comprobatur.ibi.nu.41. 7
Inuocatio quòd ſit de ſubſtantia actus multis fundamentis probatur, quibus reſpondetur.ibi.nu.44.fol.eo.
Inuocatio mentalis ſemper eſt neceſſaria.ibi.nu.45.fol.eo.
Inuocatio diuini numinis fienda eſt mentaliter in omnibus actibus: ſed non eſt neceſſaria ad perfectionem ciuilis actus ibi.nu.50. 8
Inuocatio diuini numinis an ſit de conſuetudine poni à notarys, latè diſcutitur & cõcluditur.quod nõ.ibi.nu.51 ſo.eo.
Inuocati diuini numinis quando eſt fienda de conſuetudine illa eſt probanda.ibi.nu.52. 9
Inuocation diuini numinis probata conſuetudine apponendi, an omiſſa vitiet latè diſcutitur.ibi.nu.55. 9
Inuocatio diuini numinis probata conſuetudine non eſt probatum præceptum, quòd omnino debeat apponi.ibi.num. 56.fol.eo.
Inuocatio diuini numinis facit bonum principium, melius medium, & optimum finem, ibi.nu.71. 12
Inuocandum eſt nomen Domini omninò in arduis & penè diſperatis.ibi.nu.49. 8
¶ Iudæi an poſſint inuocare nomen domini latè diſcutitur in rubr.de op.no.nunc.nu.64. 11
Iudæi inuocando nomen Chriſti tanquam Dei, præſumuntur delinquere: ſecus ſi nominant crucem vel Chriſtum ſimpliciter. ibi.nu.65.fol.eo.
Iudæi inuocantes nomen Chriſti non faciunt contractum nullum.ibi.nu.66.fol.eo.
¶ Iudex an, & quando poßit partem ſcripturæ edere, nouiter declaratur in rubr.de no.op.nunc.140. 23
Iudex ſummariſſimè in nunciatione procedere debet parte inſtante.in l.1.in principio.nu.114.de op.no.nunc. 60
Iudex ex officio procedere nõ poteſt nunciante ſadiſdationem non accipiente, vel nunciando tacente. ibi.nu. 117. 61
Iudex ante ſententiam ſi, ibi liqueret nunciantem non habere ius, vel è contra, an poſſit reiecta ſatisdatione remittere.ibi.nu.132. 63
Iudex per nunciationem ab ipſo factam non tenetur accedere ad locum ſed ſufficit mittere nuncium.in l. de pupillo. §.meminiſſe.nu.24.de op.no.nunc. 74
Iudex an poſſit dare poteſtatem parti ingrediendi poſſeſſionem propria authoritate, latè diſcutitur in l.iuſtè poſſidet.nu.74.de acquir.poſſ. 361
Iudex poteſt dare poſſeſſionem ingrediendi propria authoritate regulariter.ibi.nu.75.fol.eo.
Iudex non poteſt dare poteſtatem parti interponendi decretum in cauſa propria ibi.nu.76.fol.eo.
Iudex non poteſt dare poteſtatem parti ingredienti aduerſario reſiſtente ſecundum tutiorem opinionem.ibi.num.77. fol.eo.
Iudex quomodo poteſt dare poteſtatem executoribus tributorum.ibi.nu.78.fol.eo.
Iudicis factum in nunciatione partis factum eſſe cenſetur. in l.de pupillo.§.meminiſſe.nu.27.de op.no.nunc. 75
Iudicialis remiſſio eſt duplex, vna quæ fit cum ſatiſdatione, & alia ſine ea in l.1.in princ.nu.106.de op. no. nunc. 58
Iudicialis remißio non ſeparatur à legali.ibi.numero. 107. fol. eo.
Quæ ſit verior litera ad textum negatiua an affirmatiua exponitur.nu.108. 8
In iudicio inueniunt ſex. cauſa primordialis, actio, lis, inſtantia, cauſa accidentalis, & proceſſus, quæ declarãtur, in l. naturaliter §.nihil commune.nu.137. in iij. parte.de acquir.poſſ. 298
In iudicijs an cõditio retrò trahatur inquiritur in l.ſi is qui pro emptore.nu.324.de vſuc. 428
Iudicia an æquiparentur contractibus vel vltimis voluntati inquiritur.ibi.nu.325.fol.eo.
Quod æquiparantur contractibus multa allegantur.ibi. nu. 326. 429
Iudicia quòd æquiparentur vltimis voluntatibus multa quoque allegantur.ibi.nu.327.fol.eo.
¶ Iulianus mortuus quòd reſpondeat Marcello viuo ridicu-

lum eſt ſecũdum Alci. in l. ſi is qui pro emptore. nu. 51. de vſuca. 394

Iuliani verba an in verſ. quemadmodum, poßint eſſe, declaratur contra Alci. ibi. nu. 181. 422

Iulianum & Marcellum vno & eodem tempore vixiſſe non eſt ridiculum, imò naturaliſsimum, nu. 52. fol. eo.

¶ Iuramentum valet ſi clericus iurare prohibitus iuret in l. i. in princ. nu. 76. de op. no. nunc. 44

¶ iuriſdictio diuidua, vel indiuidua quomodo apud plures eſſe poßit. in l. iij. §. è contrario. nu. 131. de acquir. poſſ. 56.

¶ Iuriſconſulti an fuerint pagani, & concluditur quòd ſic ante Conſtantinum in rubr. de op. no. nunc. num. 63. 11

¶ Ius digeſtorum non eſſe conſtitutionem Iuſtiniani demonſtratur, & duo codices differunt origine, authore, & tempore, in rubr. de op. no. nunc. nu. 16. 3

Ius totum Digeſtorum eſt in vno volumine enucleatum, quod poſteà per priuatos diuiſum fuit in tria. ibi. nu. 32. 5

Ius nouum quomodo ponatur in digeſto nouo, & in digeſto veteri vetus declaratur. ibi. nu. 159. 26

Ius nouum quomodo in volumine digeſti noui poſitum eſſe dicatur. ibi. nu. 161. 26

Ius totum ciuile & l. xij tab. fuit edictis prætorum summopere aucta, correcta, emendata, & declarata, in l. i. in princ. nu. 10. de op. no nunc. 29

Ius prohibendi duobus modis conſideratur quantum ad ſubſtantiam & exiſtentiam & quantum ad modum procedendi, in l. i. in princ. nu. 134. de op. no. nunc. 63

Ius prohibnedi non conſideratur ex defectu rei, perſonæ, forma, vel cauſæ. ibi. nu. 136. 63

Ius prohibendi eſt duplex, vnum in veritate quod eſt perpetuum, & aliud in opinione ſeu prætenſione, quod eſt temporale in l. non ſolum. §. morte. numero. 16. de op. nomi. nunci. 84

Ius nunciandi an poßit cedi declaratur. ibi. nu. 28. 87

Ius prohibendi quomodo capiatur in dicta l. non ſolum. §. morte. ibi. nu. 72. 93

Ius naturale licèt in ſubſtantia ſit commune omnibus animantibus, tamen reſpectu modi non communicatur, ſed particulare eſt in quolibet genere animalium in l. i. in prin. nu. 22. de acquir. poſſ. 167

Ius in poſſeßione interuenire & factum cumulatiuè omnes conueniunt quod quomodo fiat latè declaratur ibi. in. l. i. in princ. nu. 111. de acquir. poß. 179

Ius aut eſt eſſentiale aut potentiale aut operatiuum ibi. nume. 126. 181

Ius quid ſit & quid ſit factum variauerunt doctores in principijs & eſſẽtia in l. i. in. pri. nu. 114. de acquir. poſ. 180

Prima eſt opinio quòd omnia corporalia iuris ſunt & corporalia facti quæ reprehenditur. ibi. nu. 115. fol. eo.

Secunda eſt opinio quod incorporalia in fieri ſunt facti, & res fabricatę neque ius neque factum, & res incorporales dum fiunt facti ſunt, perfecta autem iuris ſunt. ibi. nu. 116. fol. eo.

Ius naturale facti eſſe penitus falſum eſt. nu. 119. 180

Ius diſponens eſt factum à legis latore, ius autem diſpoſitum eſt legis creatura. ibi. nu. 125 181

Ius aut eſt eſſentiale, aut potentiale, aut operatiuum. ibi. nu. 126. fol. eo.

Ius ex facto oriri quomodo intelligatur. ibi. nu. 150. 184

Ius ciuile in poſſeßione circà tria principaliter ſe geſſit. in l. i. in princ. nu. 184. de acqnir. poß. 191

Ius inſiſtendi differre à poſſeßione demonſtratur, quia præcedit, concurrit, & remanet poſt extinctam poſſeßionem. ibi. nu. 189. 192

Ius retentionis & recuperationis competit etiam pro ciuili poſſeßione. ibi. nu. 234. 201

Ius gentium an fuerit duplex vel vnicum latè diſcutitur, referendo varias opiniones ibi. nu. 278. 209

Ius naturale cum ratione ſeruatum efficitur ius naturale hominum à natura tamen introductum. ibi. nu. 279. 210

Ius naturale à natura introductum non eſt ſemper cum omnibus animantibus. ibi. nu. 280. fol. eo.

Ius gentium quantum ad nomen, vnicum videtur, ſed quãtum ad conditores duplex eſt, vnum à natura aliud à gentibus introductum. ibi. nu. 281. fol. eo.

Ius vſucapiendi quando, & quomodo acquiratur miſſo in poſſeßionem in l. iuſtè poßidet. nu. 100. de acqui. poſ. 364

Ius naturale facti eſſe ratio Alciati refertur, & reprehenditur in l. ſi is qui pro emptore. nu. 97. de vſuc. 404

Iure gentium ab hominibus condito, fuit diſpoſitum quòd acquiſita per ſeruum tranſeant in dominum in l. i. in pri. de acquir. poſſ. nu. 285. 210

Iura quatuor pręcedentibus contradicentia referuntur, & confirmantur in rubr. de op. no. nunc. nu. 112. 19

Iura aliqua ſine animi ſuſtentaculo ſtare non poſſe falſum eſt. in l. i. in princ. nu. 159. de acquir. poß. 186

Iura in viginti tribus qualitatibus differunt a facto. ibi. nu. 181. 190

Iura incorporalia vſucapiuntur per quaſi poſſeßionem eorum, non per poſſeßionem rei. ibi. nu. 217. 199

Iura omnia per captiuitatem amittuntur ſicut poßeßio: ſed iura conſeruantur per legem & poſſeßio extinguitur. in l. ſi is qui pro emptore. nu. 73. de vſuc. 398

Iura omnia recuperantur per poſtliminium, & quare declatur ibi. nu. 90. 402

Iura quæ pro Bart. opinione declarantur allegantur. ibi. nu. 410. 461

Iura introduxerunt tria remedia ad oppugnandum contractus. ibi. nu. 289. 439

¶ Iuſtinianus fuit cauſa efficiens iuris [illegible], non legum in ea poſitarum i[illegible] [illegible]br. de op. no. nunc. nu. 23. 4

Iuſtinianus innoca[illegible] nomen Domini propter religionem vel vt nos doceret, non autem vt iuberet ſcribi. ibi. numero. 48. 8

Iuſtum & iniuſtum quomodo differant inter ſe in l. i. in prin. nu. 54. de no. op. nunc. 38

L.

LAPIS vel lapillus eſt nomen ęquiuocum multa complectens. in l. i. in princ. nu. 56. de acqui. poſ. 172

Lapidis nomen ſecundum vſum communem loquendi denotat lapides viles niſi addatur adiectiuum pretioſus. ibi. nu. 58. fol. eo.

Lapides omnes pretioſi & vt viles in litore inuenti occupanti conceduntur. ibi. nu. 55. 172

Lapilli qui ſint, & quot modis capiantur. ibi. nu. 53. 171

Lapilli inuenti extrà litus maris non efficiuntur inuenientiũ. ibi. nu. 61. 172

Lapilli an acquirantur per ſolam inuentionem vel potius requiratur occupatio. ibi. nu. 62. fol. eo.

¶ Lectura l. naturaliter. §. nihil commune. de acquir. poſſ. quæ ſit vera in ſe, & creet legem particularem, & non con-

conueniat verbis textus in dicto. §. nibil commune. in ij. parte nu. 147. 300

Lectura dicti. §. nibil. commune. ſummatur vt. ibi. nu. 152. ſol. eo.

Lectura quæ ſit vera in ſe dicti. §. nibil commune & faciat nouam legem creatam: tamen non conuenit literæ. ibi. nu. 202. 307

¶ Legalis remiſſio diuiditur in duas, ſcilicet legalem & iudicialem. in l. 1. in princ. nu. 105. de op. no. nunc. 58

¶ Legans ſuas poſſeſſiones, videtur legare agros, fundos, & prædia: non poſſeſſionem eorum neque res mobiles, neque ædes, in l. 1. in prin. nu. 106. de acquir. poſſ. 179

Legans poſſeſſionem rerum ſuarum, comprehendit poſſeſſionem omnium rerum etiam mobilium, ſi in loco deſtinatæ ſunt. ibi. nu. 107 ſol. eo.

Legans poſſeſſionem rerum ſuarum in effectu videtur legare vſumfructum ibi. nu. 108. ſol. eo.

Legatum an cum eiſdem teſtibus reuocari poßit non facto alio teſtamento, ſi ſtatutum diſponit quod teſtamentum valeat coram duobus teſtibus in rubr. de acquir. poſſ. numero. 60 155

Legatum relictum ſub conditione cum clauſula quòd ſi illa extat ex nunc iterum legat. an trahatur retro diſcutitur, & concluditur quòd ſic contra Bart. in l. ſi is qui pro emptore. nu. 341. de vſuc. 448

Legata conditionalia an trahantur retro latè diſcutitur. ibi. nu. 309. 443

In legatis conditionalibus non cedit dies niſi eueniente conditione. ibi. nu. 310. 444

In legatis inſpicitur ſtatus tempore conditionis, & in contractibus tempus contractus & de ratione latè inſtatur referendo plures. ibi. nu. 322. 445

Legitimandi poteſtatem habens à Carolo quinto imperatore non poteſt legitimare, niſi ſubditos imperij, non autem aliorum regnorum in l. ſi is qui pro emptore num. 258. de vſuc. 435

¶ Legitimatio an probet illegitimè eſſe natum. in leg. 1. in princ. nu. 58. de op. no. nunc. 39

Legitimatus per reſcriptum principis dicitur retro legitimus vere: quando natus fuit ex ſoluto & ſoluta, alioquin fictè erit legitimus in l. ſi is qui pro emptore. nume. 249. de vſuc. 434

Legitimatus ſi natus eſt ex matrimonio prohibito de iure diuino a quocunque legitimetur retrò fictè dicitur legitimus. ibi. nume. 250. ſol. eo.

Reliqua vide ſupra in litera F. in verbo filius legitimatus.

¶ Lex prima de op. no. nunc. habet interpretationem vnius edicti emanati pro conſeruatione iuris ſui, ne ei fiat præiudicium ædificando. in dicta l. 1. in princ. nu. 1. 29

Lex duodecim tab. quamuis circumſpecta, tamen è ſucceſſione temporis apparuit imperfecta, & in aliquibus iniqua. ibi. nu. 5. ſol. eo.

Primò per interpretationem prudentum extenſa, reſtricta, & declarata fuit, ibi. nu. 6. ſol. eo.

Secundò ſuppleta & emendata fuit per alias leges. ibi. nu. 7. ſol. eo.

Tertiò per plebiſcita emendata fuit. poſtea per ſenatus conſulta, & demum per principum placita & reſponſa prudentum. ibi. nu. 8. ſol. eo. quibus omnibus præceptis totum ius merè ciuile conditum fuit. ibi. nu. 9. ſol. eo.

Lex duodecim tab. edictis prætorum ſummopere aucta correcta, emendata & declarata fuit ac totum ius ciuile. ibi. nu. 10. ſol. eo.

Lex quando permittat illud quod à contrahentibus ſolitum ſit ſeruari. in l. non ſolum. §. morte. numero. 47. de op. no. nunc. 90

Lex eſt altera natura producens ſuas creaturas in leg. 1. in princ. nu. 124. de acquir. poſſ. 181

Lex ſi finxit ſuper facto: quia illud mutare non poteſt: ſed ſuper iure vere diſpôit: quia eſt eius creatura, doctores in hoc articulo ſuper ignoto & æquiuoco diſputauerunt. ibi. nu. 130. 182

Lex non fingit niſi ſit vtilitas, & æquitas in l. 1. §. ſi vir vxori. nu. 33. de acquirenda poſſ. 225

Lex poteſt omnia facta infirmare per fictionem. ibi. numero. 44. 227

Lex nõ fingit ſuper impoſſibili, & an fingat illud quod eſt poſſibile de iure poſitiuo diſcutitur in l. iij. §. e contrario. de acquir. poſſ. 241

Lex non poteſt fingere quod in eo loco in quo ſto tu ſtare videaris. ibi. nu. 41. 242

Lex quomodo poſſit fingere ſuper impoſſibili theoricaliter declaratur. ibi. nu. 43. ſol. eo:

Lex non præſumitur facere miracula niſi ex primat: ſed poſſeſſio inducere remedium per quod tollatur impoſſibilitas ibi. nu. 44. 242

Lex prima Vlpiani nihil decidens de cumulatione refertur. in l. naturaliter. §. nibil commune. in prima parte. nume. 126. 272

Lex ſecunda Vlpiani decidens generaliter quòd cumulatio permittatur refertur. ibi. nu. 127. ſol. eo.

Lex iij. quę eſt prima creata a doctoribus refertur. ibi. nume. 128. ſol. eo. & in ij. parte nu. 48. 284

Lex quarta, quæ eſt ſecunda creata, à doctoribus refertur in dicta i. parte nu. 129. ſol. 172 & in dicta ij. parte. nume. 129. 297

Lex quinta quæ eſt tertia à doctoribus creata, refertur in dicta. i. parte. nu. 130. ſol. 272. & in dicta. ij. parte. nume. 148. 300

Lex ſexta, quæ eſt quarta à doctoribus creata refertur. in dicta. i. parte. nu. 131. ſol. 272. & in dicta ij. parte. nume. 168. 302

Lex ſeptima, quæ eſt quinta à doctoribus creata refertur in dicta. i. parte nu. 132. ſol. 272. & in dicta ij. parte nume. 192. 305

Lex octaua, quæ eſt ſexta à doctoribus creata refertur in dicta. 1. parte nu. 133. 273. & in dicta ij. parte. nu. 203. ſol. eo.

Lex nona, quæ eſt ſeptima à doctoribus creata refertur in dicta 1. parte num. 134. ſol. eo. & in dicta ij. parte. nume. 215. 310

Lex hæc licet implicetur per doctores cùm præcedenti: tamen differt ab ea, & ponit deciſionem ſeparatam, quod demonſtratur in dicta. ij. parte nu. 216. 310

Lex decima, quæ eſt octaua à doctoribus creata refertur. in dicta 1. parte nu. 135. 273. & in dicta ij. parte nu. 236. 312

Lex vndecima, quæ eſt nona à doctoribus creata refertur in dicta. 1. parte. nu. 136. ſol. eo. & in dicta. ij. parte. nume. 241. 313

Lex duodecima, quæ eſt decima à doctoribus creata refertur in dicta. 1. parte nu. 137. ſol. eo. & in dicta. ij. parte nu.

250. 314

Per quas leges creatas aucta eſt valde materia dicti. §. nihil commune. vt nulla lex plenius ſuos caſus contingentes explicet. ibi. nu. 138. fol. eo.

Lex prima Vlpiani refertur & ſummatur in l. naturaliter. §. nihil commune. in ij. parte nu. 2 de acquir. poſſ. 277

Lex ſecunda Vlpiani refertur & ſummatur, ibi. nu. 6. 278

Lex euitatur dicendo quòd loquitur in alio caſu. ibi. nume. 27. 280

Lex quinta & tertia creata à doctoribus difficilior eſt cæteris: quia implicat repugnantiam quòd per petitorium nõ renuntiat poſſeſſorio, & per poſſeſſorium non renuntiat petitorio. ibi. nu. 149. 300

Lex hæc præſuponit quod ſit actum pro eadem poſſeſſione expreſſè, quo caſu eſt plena contradictio in allegatione actoris. ibi. nu. 150. fol. eo.

Ideo Gloſſa reſtrinxit hanc legem ad caſum quo agens petitorio ignorabat ſe poſſidere. ibi. nu. 151. fol. eo.

Lex hæc defenditur ab obiectis Modernorum, ſed non conuenit literæ in dicto. §. nihil commune. in ij. parte. nu. 214. 310.

Lex Iuſtè poſſidet. ff. de acquir. poſſ. tractat quid operetur authoritas iudicis ad iuſtificandum poſſeßionem quæſitam virtute decreti vel ſententiæ in dicta l. iuſtè poſſidet. nume. 1. 348

Lex iſta nouiter creatur vt contineat totam materiam ibi. nu. 15. 350

Lex hæc ſummatur propter breuitatem per plurima verba, & longiores per pauca. ibi. nu. 16. fol. eo.

Lex prædicta quando habeat locum, & quæ ſint eius requiſita breuiter explicatur ibi. nu. 97. 364

Lex nouiter creatur explicans totam materiam, ſecunda pars materiæ quæ ſumitur à contrario breuiter etiam declaratur. ibi. nu. 98. 99. fol. eo.

Lex Quod meo. ff. de acquir. poſſ. habet vnum modum notabilem quòd duo exiſtentes in vna aula poſſunt transferre poſſeſſionem cuiuſlibet rei diſtantis in dicta l. quod meo. nu. 1. 366

Lex Si is qui pro emptore ff. de vſuc. tractat quomodo per captiuitatem interrumpatur poſſeſſio & reſtituatur vel proſit hæredi in dicta l. ſi is qui pro emptore. nu. 1. 387

Lex Cornelia à populo Romano pro ſuppletione prouidendo in mortuo apud hoſtes facta fuit vt habeat hæredem ac ſi eſſet mortuus in ciuitate. ibi. nu. 7. 388

Lex Cornelia ſex fecit operationes, quarum tres fingunt, & tres ſecundum veritatem diſponunt lege. cornelia & poſtliminio introductis inſurrexerunt maximæ difficultates circà interruptionem poſſeſſionis & vſucapionis. ibi. nu. 9. fol. eo. quæ difficultates proceſſerunt ex eo: quia poſſeſſio facti eſt ſeu habet multum facti, & res facti iure poſitiuo infirmari non poteſt. ibi. nu. 10. fol. eo.

Lex cornelia fingit poſtquam captiuus mortuus eſt in captiuitate eſſe retro mortuum in ciuitate, ideò non impeditur veritas interruptionis. ibi. nu. 29. 391

Lex cornelia facit ſex operationes in perſona, & rebus captiui tres ſecundum veritatem, & tres ſecundum fictionem hic relatas. ibi. nu. 30. fol. eo.

Lex prædicta, ſi is qui pro emptore. habet verba tam ambigua & plauſibilia quòd quid ſibi voluerit author adhuc ignotum eſt. ibi. nu. 40. 393

Duos principales modos legendi continet vnum quòd in ista lege ſit formata vnica queſtio & finis referatur ad principium, alium quòd in ea formantur duæ queſtiones ſeparatę. ibi. nu. 41. fol. eo.

In primo modo legendi traduntur tres intellectus qui referuntur, omnes tamen reprobantur. ibi. nu. 42. fol. eo.

In ſecundo modo legendi prima pars habet duos intellectus, vnus eſt quòd poſſeſſio ſit de poſſeßis per corpus captiui tantum, alius eſt quòd poſſeſſio ſit de poſſeßis per ſe & per alium. ibi. nu. 43. fol. eo.

Secunda pars habet quoque varios intellectus: tamen continentur ſub duobus; vnus de litera affirmatiua, & alij de litera negatiua. ibi. nu. 44. fol. eo.

Primus eſt intellectus ſequendo literam affirmatiuam quòd hic tantum quęſitum fuit de peculiaribus. ibi. numero. 45. fol. eo.

Secunda eſt pars iſtius intellectus tenendo literam negatiuã quòd in peculiaribus non procedit vſucapio, quod tamen non eſt verum. ibi. nu. 47. 394

Secundus modus eſt legendi hanc ſecundam partem quòd hic quæratur de peculiaribus & non peculiaribus, qui etiam diuiditur propter duplicem literam. ibi. nu. 48. fol. eo.

Intellectus tertius eſt, quòd hic decidatur vſucapionem non habere locum in non peculiaribus, qui tamen non eſt verus ibi. num. 49. fol. eo.

Quartus eſt intellectus, quòd hic quæratur de peculiaribus & non peculiaribus, & quòd decidatur in non peculiaribus non habere locum vſucapionem. qui defenditur à contrarijs. ibi. nu. 50. fol. eo.

Et ſecundum Alci. ridiculum eſt quòd Iulianus mortuus reſponderit Marcello viuo. ibi. nu. 51. 394

Ridiculum non eſt imò naturaliſſimum Marcellum & Iulianum eodem tempore vixiſſe. ibi. nu. 52. fol. eo.

Circa perſonã hęredum adhuc dantur tres intellectus, quòd tota lex loquatur de extraneis hæredibus, alius quòd loquatur de ſuis hæredibus tertius quòd loquatur de omnibus hæredibus. ibi. nu. 53. fol. eo.

Duodecim dantur intellectus ad iſtam legem qui reddunt eam dubiam & confuſam, vt nullum poſſimus dare intellectum nouam deciſionem ponentem. ibi. nu. 54. fol. eo.

Lex hec tota dubitat de lege Cornelia an per eam vſucapio proſit hæredibus. ibi. nu. 55. fol. eo.

Lex, ſi is qui pro emptore. de vſuc. redditur vtilis propter generalitatem caſuum ibi. nu. 58. 395

Parum intereſt an litera ſit affirmatiua vel negatiua ibi. nu. 59. 395

Concludas igitur quòd hęc lex format duas quæſtiones in materia legis corneliæ de quæſitis ante captiuitatem & poſteà, & deciditur in peculiaribus procedere, & non in peculiaribus procedere vſucapionem. ibi. nu. 60. fol. eo.

Lex, ſi is qui pro emptore. de vſuc. in multas partes diuiditur. ibi. nu. 61. 395

Item ſummatur vt ibi. Secundum doctores. nu. 62. fol. eo.

Summatur & alio modo vt ibi. nu 63. fol. eo.

Ratio decidendi latè ponitur cum reſponſionibus reſoluentibus difficultates in tota materia. ibi. nu. 65. 390

Lex fingit ſuper factis quando placet, & eſt vtile, non enim cogitur. quando fingit aliqua, æquitas ſemper conſideratur. ibi. nu. 93. 402

Lex an fingat ſuper impoſſibili latiſſimè examinatur. ibi. nu. 106. 406

Lex poteſt facere quòd iura acquirantur & ſuſpendantur

sine

ſine facto, licet poſſeſſio non ſuſpendat.ibi.nu.138. 412

Lex non prohibetur fingere ſuper impoſſibili, ſed præſumitur hoc non facere niſi expreſſe conſtet de eius voluntate.ibi.nu.203. 425

Lex quòd fingat ſuper impoſſibili in genere & ſpecie ex multis exemplis declaratur in l.ſi is qui pro emptore. nume. 228.de vſuc. 429

Lex Qui ad certum cùm concordantibus non probat quòd res non poſſit fingere ſuper impoſſibili.ibi.nu.235. 431

Lex an poſſit facere quòd quidam ſint ſui, & quidam alieni iuris.vel an ſit vſufructus ſine ſubſtantia ſecundum veritatem.ibi.nu.238. 431

Lex fingit ſuper iure fundato in ſubiecto naturali.ibi.nume.239. 432

Lex minoris authoritatis ſi contradicit legi maioris authoritatis fingere dicitur ibi.nu.240. 432

Lex municipalis poteſt verè diſponere contra ius gentium & ciuile ibi.nu.241.fol.eo.

Lex quòd fingit in his quę ſunt mixti iuris & facti vera eſt concluſio Bart.ibi.nu.264. 435

Lex ſi diſponit plures fictiones concurrere, illa attenditur, & concurrunt.ibi.nu.413. 462

Legibus in omnibus permittentibus plures fictiones verum eſt vnum quod naſcuntur ex diuerſo fonte & ex eodem fonte, vel veniunt in conſequentiam & principaliter. ibi. nume.405. 460

Rationes per Bart.traditæ debiles ſunt & non concludunt. ibi.nu.406. 461

Legis Si is qui pro emptore.finis.1.partis.ff. noui.ibi.numero.414. 462

Lex finalis ff.vti poſſidetis loquitur de poſſeſſione ipſius rei. in l.ij.§.è contrario.nu.107.de acquir.poſſ. 253

Lex, ordinarij.& l.incerti cumulatiuè procedunt ante & poſt litis conteſtationem in le. naturaliter. §. nihil commune in ij.parte.nu.314. 323

Lex meminerint.C.vnde vi.non habet locum ingrediente authoritate iudicis. in l.iuſtè poſſidet.nu.88. de acqui.poſſ. 363.

Lex in bello.§.factæ. de cap.loquitur in ſuo hærede. in leg.ſi is qui pro emptore.nu.36.de vſuc. 392

Lex prima.C.de capt. declaratur ibi.nu.119.120. 409

Reliqua vide ſupra in litera I.in verbo Intellectus.

¶ Libellans ſi dixit proprietatem ſe habere, an poſſit obtinere probando ſe habere vſumfructum vel emphyteoſim, in l.naturaliter.§.nihil commune.in ij.parte nu.12.de acquir. poſſ. 279

Libellans aſſerens in libello ſe dominum, an probando ſe vſufructuarium poſſit obtinere.ibi.nu.40. 283

Libellans dicens ſe habere dominium in fundo poteſt obtinere probando vſumfructum, vel aliud ius: ſecus ſi dicat ſe dominum fundi ſimpliciter.ibi.nu.42.fol.eo.

Libellans dicens ſe dominum non poteſt obtinere de iure probando ſe habere vſumfructum: ſed ex communi vſu loquendi obtinebit in omni caſu, ibi.nu.44. 284

Libellans quando poſſit declarare dubietatem libelli in eodē vel diuerſo iudicio.ibi.nu.223. 311

Libellantis declaratio eſt neceſſaria in his quæ non poſſunt certificari per legem: ſi verò poſſunt certificari tunc non eſt neceſſarium.ibi.nu.226.fol.eo.

Libellantis declaratio quando facta eſt attenditur quia melius ſcit quàm alius ibi.nu.229. 312

Libellantis declaratio non eſt neceſſaria: quando conſtat de ſubiecta materia.ibi.nu.230.fol.eo.

Libellantis declaratio non eſt neceſſaria quando lex non poteſt certificare dubietatem & non tranſit ad hęredes.ibi. nu.231.fol.eo.

Libellantis declaratio non eſt neceſſaria quando lex poteſt certificare dubietatē, & capit quod eſt vtilius actori. ibi. nu.232.fol.eo.

¶ Libellus quando non admittitur à iudice, vel quando demonſtrat ſe velle retinere: quando actor ſe offert liti exprreſſe, & quando reus negat ſe poſſidere, vel actor ante litis conteſtationem intentauit non videtur renuntiare. ibi.nu.183. 304

Libellus continens contraria quando per iudicem reijci poſſit declaratur.ibi.nu.407. 340

In libello cōtingūt quatuor qualitates, declaratio emendatio mutatio & cumulatio in l.naturaliter.§. nihil com- in 1.parte nu.98.de acquir.poſſ. 269

¶ Liber integer rationum an debeat in totum edi, in rubr.de op.no.nunci.nu.143. 23

¶ Limitatio in vno ſtatuto quare potius præſumatur quàm in volumine ſtatutorum inquiritur.ibi.nu.136. 22

¶ Litis conteſtatio an ſit fienda in poſſeſſorijs latiſſimè diſcutitur in l.naturaliter.§.nihil commune.in ij. parte nu. 410.de acquir.poſſ. 340

Litis conteſtationem requiri in poſſeſſorijs multis rationibus comprobatur.ibi.nu.411. 341

Litis conteſtatio etiam eſt neceſſaria in poſſeſſorijs: quando reus eſt abſens.ibi.nu.412.fol.eo.

Litis conteſtatio præſente & abſente parte requiritur in poſſeſſorijs.ibi.nu.413.fol.eo.

Litis conteſtatio non requiritur ſi poſſeſſorium intentatur cōtra incertam perſonam.ibi.nu.414.fol.eo.

Litis conteſtatio an requiratur in poſſeſſorio ex Carboniano & ventris nomine edicto latè diſcutitur, & concluditur quòd ſic contra communem.ibi.nu.415. 342

Litis conteſtatio an requiratur quando periculum eſt in mora in poſſeſſorijs.ibi.nu.416.fol.eo.

Litis conteſtatio non requiritur quando reuocatur poſſeſſio per viam attentatorum, & alijs modis relatis ibi. nume. 417.fol.eo.

Litis conteſtatio an ſit neceſſaria: quando proceditur contra actorem preſentem.ibi.nu.418.fol.eo.

Litis conteſtatio non requiritur quando ex forma ſtatuti reo contumace poteſt dari terminus ad probandum.ibi.num. 419. 342

Litera quæ ſit uerior ad tex. in l. 1.in princ.de no.op. nun. negatiua an affirmatiua exponitur in dicto princ. nume. 108. 58

Litera l.i.§.hoc autem edicto. de op. no. nunci. qualiter legi debeat in duobus locis in dicto §.hoc autem edicto. numero.2. 67

Litera pedibus vel ſedibus quæ melior ſit repetitur in l. i. in princ.de acquir.poſſ.nu.78. 174

M.

Mandans vulnerari, vel vulnerans aliquem cum proteſtatione quòd non intendit occidere, an excuſetur ab homicidio in l.non ſolum §.morte.nu.126. 117

Mandans fieri edictum an poſſit reuocare mandatum ante factum, & quomodo ibi.nu.264. 138

Mandans fieri homicidium ſi reuocauit mandatum notifi-

cando notario & non ipſi occidendo, an teneatur ad pœnam diſcutitur in l. ſi is qui pro emptore. nume. 354. de vſuc. 450

Mandans fieri homicidium an contineatur in ſtatuto punicnte homicidium, ibi. nu. 359. 451

¶ Mandati ſimilitudo ad nunciationem non procedit. in l. non ſolum. §. morte. nu. 29. de op. no. nunc. 87

¶ Marcellus verſi. declaratur. & quid decidat ſecundũ varios intellectus demonſtratur. in l. ſi is qui pro emptore. nu. 176. de vſuc. 421

Marcelli contradictio ſibi ipſi malè poteſt euitari. ibi. nume. 177. fol. eo.

Augetur confuſio, quia quod determinauerit Marcellus ad huc non bene apparet. ibi. nu. 178. fol. eo.

Cætera require ſupra in litera L. in verbo Iulianus.

¶ Margaritæ non ſunt dandæ porcis, nec ſanctum canibus in rubr. de op. no. nunci. nu. 72. 12

Margaritæ an lapides dicantur. in l. i. in princ. de acquir. poſſ. 54. 172

¶ Maritus promittens vxori nihil noui facere, prohibetur tantummodo inſolita facere non eam caſtigare. in rubri. de op. no. nunc. nu. 157. 26

Maritus transfert poſſeßionem per actus fictos quando fecit donationem cauſa mortis vel ſimpliciter. in l. i. §. ſi vir vxori. nu. 28. de acquir. poſſ. 225

Maritus & vxor non poſſident in ſolidum, & quomodo poſſideant in l. iij. §. è contrario nu 85. de acquir. poß. 250

¶ Media influunt inter extrema ſua in rubr. de acquiren. poß. nu. 12. 147

¶ Mendacia & falſitates an approbentur à lege, in l. ſi is qui pro emptore. nu. 197. de vſuca. 425

¶ Metus tribus modis conſiderari poteſt in proteſtante, in l. non ſolum. §. morte. in materia proteſtationis, nu. 83. 110

¶ Minor ingrediens ex decreto nullo an excuſetur à pœnis ſtatutarijs. in l. iuſtè poſſidet. nu. 80. de acquir poſ. 362

¶ Miſſus in poſſeßionem poſt quinquennium poteſt obtinere ſecundum decretum etiam quòd amplius non fuerit ingreſſus rem. in l. i. in princ. nu. 346. de acquir. poſ. 219

Miſſus in poſſeſſionè pro executione interdictorum poſſeſſoriorum, acquirit ius retentionis & recuperationis. in l. naturaliter. §. nihil cõmune. in. i. parte de acquir. poſ. 351

Miſſus in poſſeßionem ex plena cauſæ cognitione, vel ex ſecundo decreto, vel extraiudicialiter, acquirit nouum titulum & omnes effectus poſſeſſionis. ibi. nu. 19. fol. eo.

Miſſus in poſſeßionem ex cauſa legatorum vel ex primo decreto acquirit ius pignoris & ius in poſſeſſione ſtandi nõ poſſidendi. ibi. nu. 21. fol. eo.

Miſſus in poſſeſſionem iuſtè poſſidet, id eſt, ſine incurſu pœnarum poßidet. ibi. nu. 27. 252

Miſſus in poſſeſſionẽ ex ſententia vel decreto nullo quacunque ratione non dicitur iuſtè poſſidere ibi. nu. 29. fol. eo.

Miſſus in poſſeſſionem ex ſententia etiam iniqua dicitur iuſte poſſidere, & quando. ibi. nu. 38. 353

Miſſus in poſſeſſionẽ ex ſententia iniqua iuſtè poſſidet eatenus quatenus reuocatur. ibi. nu. 39. 354

Miſſus in poſſeſſionem contra detinentem rem præiudicat ei in iure ſuo: ſed poſſidentem non priuat. ibi. nu. 62. 358

Miſſus in poſſeſſionem rei non poſſeſſæ à debitore an præiudicet poſſidenti. ibi. nu. 63. 359

Miſſus à iudice in poſſeßionem pignorum ſine citatione partis non incidit in pœnam l. meminerint. C. vnde vi. in l. iuſtè poßidet nu. 80. de acquir. poſſ. 363

Miſſus in poſſeßionem ex decreto nullo quando incidat in pœnas ſtatutarias. ibi. nu. 91. fol. eo.

Miſſus in poſſeſſionem authoritate iudicis ſine citatione, ſi incidit in dicta l. meminerint acquirit omnia iura quæ habent violenti poſſeſſores enumerata ibi. nu. 92. 364

Miſſus in poſſeßionem authoritate iudicis ſine citatione non priuatur iure ſuo, ſed acquirit omne ius quod habent violenti poſſeſſores in re. ibi. nu. 93. fol. eo.

Miſſus in poſſeſſionem authoritate iudici, ſine citatione acquirit detentationem, & poſtea poſſeſſionis præſumptionem, fructuum perceptionẽ, & ius transferendi onus probandi in aduerſarium, & cætera numerata ibi. numero. 94. fol. eo.

Miſſus in poſſeſſionem ritè & non rectè latè acquirat omnia prædicta & ius quod non poſſit conueniri in interdicto ſpoliatorio, ſed ſolum ordinarijs actionibus. ibi. nume. 95. fol. eo.

Modus procedendi in declaratione partium Rubricæ ſeruatus ab Authore & compilatoribus breuiter narratur. in l. i. in princ. nu. 1. de acquir. poſſ. 163

¶ Monachus incapax inſtitutus an ſi tranſeat ad aliam religionem capacem adendo acquirat hæreditatem. in l. ſi is qui pro emptore. nu. 302. de vſuc. 441

¶ Monitio an requiratur quando ſecunda lex mandat id quod prima. in l. non ſolum. §. morte. in materia proteſtationis. nu. 260. 308

¶ Mors domini an per hæredes debeat intimari procuratori. ibi. nu. 68. 106

¶ Mulier accuſata quod proiecit lapidem in faciem, de cicatrice vel iniuria condemnari debet, ſi teſtes deponant de lapide ſimpliciter in l. i. in prin. numero. 58. 59. de acquir. poſſ. 172

Mulier quomodo poſſideat in re donata declaratur. ibi. nume. 230. 200

Mulier in l. i. §. ſi vir vxori. de acquir. poß. acquiſiuit poſſeſſionem per actum verum in dicto. §. ſi vir. nu. 25. 224

Mulier quam poſſeſſionem ingrediendo acquirat diſcutitur. ibi. nu. 42. 227

Mulier ingrediens ex decreto nullo an excuſatur à pœnis ſtatutarijs. in l. iuſtè poſſidet. nu. 80. de acquir poß. 362

Mulier prohibita contrahere per ſtatutum ſine conſenſu alterius, an poſſit per alium contrahere noua diſtinctio traditur in l. ſi is qui pro emptore. nu. 372. de vſuc. 454

¶ Mutare ſibi cauſam poſſeſſionis & rem ſibi tradere æquipollent. in l. i. in princ. nu. 313. de acquir poſſ. 214

¶ Mutus an poſſit nunciare per lapillum, aut marmorem in l. de pupillo. §. meminiſſe. nu. 35. de op. no. nunc. 76

N.

NATVRALIS poſſeßio dicitur ciuilis, & ciuilis naturalis ex varijs accidentibus relatis in l. i. in pri. nu. 205. de acquir. poſſ. 196

Naturalis poſſeßio an ſit habilis ad producendum vſucapionem. ibi. nu. 232. 201

Naturalis poſſeſſio conſideratur quatuor modis & illa quæ eſt vnita cum ciuili non poteſt eſſe apud plures in ſolidum in l. iij. §. contrario nu. 100. de acquir. poſſ. 252

Naturalis quæ acquiritur ingredienti non poteſt eſſe apud plures in ſolidum. ibi. nu. 101. fol. eo.

Naturalis ex voluntate diu quæſita vt in precario non poteſt

teſt eſſe apud plures in ſolidum ibi.nu.102.ſol eo.

Naturalis quæ datur ab habentibus ius in re ſeparatum à dominio rei an poſſit eſſe apud plures inſolidum latè diſcutitur.ibi.nu.103.ſol.eo.

Naturalis poſſeſſio quæ datur ad diuerſa iura an poſſit eſſe apud plures in ſolidum ibi.nu.104.ſol.eo.

¶ Neceſſitas denunciandi an poſſit remitti.in l.non ſolum. §.morte.ſuper materia proteſtationis nume.209.de.ope.no.nunc. 131

¶ Negans poſitionem poterit ſe fundare in teſtibus examinatis,ac etiam iudex poterit niſi reuocauerit.in l.naturaliter. §. nihil commune.in ij.parte.numero. 187.de acquir.poſſ. 305

¶ Negociorum geſtor quis ſit, & quis procurator,& nuncius,& in quo differant.in.l.ſi is qui pro emptore.nume. 343.de vſuca. 448

¶ Nemo ſibi ipſi rem tradere poteſt quam habet, niſi ſuperueniat nouus titulus.in l.i.in inprinc.numero. 312. de acquir.poſſ. 214

Nemo præſumitur dare niſi quatenus actus neceſſariò infert.tamen quando exprimitur vnica poſſeſſio,illam neceſſariò dare videtur in l.naturaliter.§.nihil Commune in.ij.parte.nu.182. 304

¶ Nemora vacantia cuius præſumantur eſſe.in l.i.in princ. nu.69.de acquir.poſſ. 173

Nemora vacantia quando præſumantur eſſe vniuerſitatis in cuius territorio reperiuntur.ibi.nu.73. 174

¶ Nobilius debet proponi inter æqualia.in rubr.de acquir.poſſ.nu.11. 147

¶ Nomen Domini an rectè inuocatum fuerit in hoc iure paganorum in rubr.de op.no.nunc.nu.38. 6

Nomen Domini in qualibet actione Chriſtianorum eſt inuocandum,& quid inde ſequatur.ibi.nu.39.ſol.eo.

Nomen adiectiuum ſemper aliquam qualitatem demonſtrat.ibi.nu.155. 26

Nomen vnum rariſſimè continet totam ſubſtantiam nominati in l.i.in princ.nu.88.de acqui.poſſ. 176

Nominis ſimilitudo inducit probationem.ibi.nu.94. 176

Nomina debent eſſe conuenientia rebus.ibi.nu.80. 175

Nomina quædam mala accidentalia faciunt malum præſumptionem, vt ſint digna inquiſitione & proceſſu. ibi.nu.95. 177

Notabilis textus ſecundum literam affirmatiuam cum literę declaratiõe in l.ſi is q pro emptore.nu.78,de vſu.399

¶ Notarius ſi in inſtrumẽto confecto inter hebræos vel paganos inuocet nomen domini an delinquat latè diſcutitur in rubr.de op.no.nunc.nu.67. 11

Notarius an ſit iudex chartularius.ibi.nu.68. 12

Notarius quòd delinquat inuocando chriſtum inter iudæos adducuntur multa quibus tamen reſpondetur.ibi.nume. 69.ſol.eo.

Notarius inuocando nomen Chriſti inter iudæos non facit propter eos,ſed propter propitium ſucceſſum actus ſui. ibi.nu.70.ſol.eo.

Notarius inuocando nomen chriſti inter iudæos non delinquit neque actum inualidat.ibi.nu.73. 13

Notarius vt inter iudæos & paganos inuocet nomen Dei viui, non Chriſti cautella eſt ſalutaris.ibi.nu.75.ſol.eo.

Notarius an, & quando poſſit partem ſcripturæ vel ſtatuti edere declaratur ibi.nu.141. 23

Notarius quando præſumatur rogatus apponere clauſulas conſuetas in l.non ſolum.§.morte.numero.51.de op.no.nunc. 91

Cætera require infra in litera.S.in verbo Statutum.

¶ Notificatio proteſtationis, & eius cauſa poteſt fieri per quemcunque:quando ſola ſcientia ſufficit in l.non ſolum. §.morte.ſuper materia proteſtationis.nu.157. 122

¶ Notoriè quando conſtare dicatur nunciantem non habere ius nunciandi.in l.1.in princ.nu.83.de op.no.nunc. 47

Notoriè conſtare an dicatur per inſtrumentum authenticum ibi.nu.84. 48

Notorium quid ſit.ibi.num.80. 46

Notorium an inducatur per ſententiam inter partes latam in eadem vel ſimili cauſa.ibi.nu.85. 48

Notorium an inducatur per euidentiam facti ibidem.

¶ Nouum dicitur inſolitum, & quid ſi detur poteſtas expendendi in rebus nouis.in rubr.de op. no. nunc. numero. 156. 26

Nouum hoc volumen digeſtorum ad differentiam veteris. ibi.nu.158.ſol.eo.

¶ Nuncians admittens nunciatum ad probationem ſuper cauſa principali non poteſt amplius agere edicto monitorio ſine proteſtatione pręmiſſa in l.1.in princ.nu.62. de op.no.nunc. 40

Nuncians permittens probationes fieri ſuper cauſa principali cum proteſtatione, an & quando ſibi præiudicet. ibidem.

Nuncians quod non habeat ius nunciandi: quando notoriè conſtare dicatur.ibi nu.83. 47

Nuncians extra iudicialiter non tenetur reſpondere in nunciatione facta per prætorem.ibi.nu.89. 49

Nuncians an teneatur exprimere ius quod habet, vel poſſeſſionem cum cauſa.ibi.nu.94. 52

Nuncians poſſeſſionem vel ius habere,ita quod ſine ipſis nũciatio ſit nulla,latè diſputatur.ibi.nu.95. 52

Nuncians an neceſſariò debeat poſſidere rem pro qua fit nunciatio.ibidem.

Nuncians an poſſit nouam cauſam allegare in proſecutione nunciationis ſeparatam ab expreſſa.ibi.nu.97. 54

Nuncians ſi dicat,hodie conſtat & hodie agatur,an remiſſio per ſatiſdationem concedatur.ibi.nu.110.ſol.59.& nu. 117. 61

Nuncians accipiens ſatiſdationem ſimpliciter videtur remittere ius ædificandi.ibi.nu.115. 61

Nuncians nolens acceptare fideiuſſionem dicens, hodie conſtat & hodie agatur,impedit remiſſionem per tres menſes.ibi.nu.110.ſol.59.113.& numero.113.ſol. 60. & nu.128. 63

Nuncians fideiuſſorem accipere nolens vt impediat ædificare,vel litigare intendens,impedit per tres menſes remiſſionem nunciationis fieri.ibi.nu.129. 63

Nuncians licet verè non habeat ius probibendi:tamen ſi dubium eſt permiſſione prætoris nunciare poteſt.ibi.nu.135 ſol.eo.

Nuncians iniuſtè an,& quando teneatur actione de dolo,reſolutio nouiter traditur.ibi.nu.147. 65

Opinio Iacobi de Arena in terminis iſtis non eſt vera.ibi. nu. 148. 66

Nuncians per prætorem,vel per lapillum ſeu manum, non amittit poſſeſſionẽ ſecundum communem intellectum.in l.de pupillo.§.meminiſſe.de op.no.nu[illegible] 72

Nuncians amittens poſſeſ[illegible]

terit eam recuperare.ibi.nu.19. 74

Nunciante ſatiſdationem non accipiente, vel nunciato tacente iudex ex officio procedere non poteſt. in le. 1. in princi. nu. 117.de op.no.nunc. 61

Nunciare & prohibere inter ſe differunt habentes ſe tanquam excedentia & exceſſa, ac conſiderari poſſunt in genere, & in ſpecie.ibi.nu.139.ſol.64. & in l.de pupillo.§. meminiſſe.nu.16.ſit.eo. 73

Nunciatio a quibus, & in quibus rebus fieri poteſt in l.1.de op.nunc.nu.27. 31

Nunciatione quis ligatur, quomodo, & quouſque, ibidem.

Nunciationis effectus quot ſint, referuntur ibi.nu.28. 31

Ex nunciatione de rigore iuris poſſeſſio non amittitur, niſi praſtita ſatiſdatione, licet aliter videantur tenere Doctor. ibi.

Nunciatio quare fuit introducta.cum tendat ad eundem finem ad quem interdictum quod vi aut clam.ibi.numero. 29. 31

Nunciatio an vnica vel triplex ſit, latè diſcutitur.in l.1.nu. 39.de op.no.nunc. 32

Nunciationis noua differentia traditur, Item diffinitio Azo.& Hoſt.ibi.nu.40. 34

Nunciatio nullam ſolennitatem verborum requirit. ibi. nu 41. 34

Nunciatio cui fieri poſſit il·i lem.

Nunciationis quæ ſunt de ſubſtantia ponuntur.ibi.num.42. ſol. eo.

Nunciatio quibus cauſis fiat.ibi.nu.43.ſol.eo.

Nunciatio quibus modis fiat.ibidem.nu.43.ſol.eo.

Nunciatio facta a non habente ius nunciandi, ligat, & nocet iuſte ædificanti.in l.1.de op.no.nunc.nu.46. 36

Nunciatio, an ſit quædam prouocatio, ſeu extraiudicialis appellatio, late diſcutitur ibi.nu 47.ſol.eo.

Nunciatio verbalis ligat manus aduerſarij ædificantis, & prohibet vti iure ſuo.ibi.nu 52. 38

Nunciatio differt à prohibitione, ſicut cauſa, à cauſato.ibi. nu.53.ſol.eo.

Nunciatio noui operis ſperni an poſſit, ibi.nu.60. 39

Nunciatio ſperni poteſt, quando periculum eſt in mora. ibidem.

Nunciatio ſperni poteſt, propter graue damnum quod imminet. ibi.

Nunciatio fieri an poſſit reficienti opus vetus.ibi. numero. 64. 40

Nunciatio nulla, vel non legitima, quando dicatur.ibi.num. 65.ſol.eo.

Nunciatio iniuſta an ſperni poſſit, ſi notoriè conſtat de iniuſtitia.in l.1.de op.no.nunc.nu.78. 45

Nunciatio nulla ex defectu perſonæ, rei, vel cauſæ, an ſperni poſſit.ibi.nu.81. 46

Nunciatio, an ſit extraiudicialis appellatio.ibi.nu.98. 55

Nuntiatio debitori facta à ceſſionario, an impediat debitorem quin poſſit ſoluere cedenti.ibi. nu.101. 56

Nunciatio an remittatur pro ea parte, pro qua non habet ius prohibendi.nu.103. 57

Nunciationis eſt duplex remiſſio, conditionalis, & legalis. ibi.nu.104. 58

Nunciatio cauſatiuè quando dicatur.ibi.nu.109. 59

Nunciatio noui operis eſt ſummaria, & poteſt procedi ſola facti veri[illegible]a.ibi.nu 131. 63

Nunciat[illegible] habet in propoſitione ne-gatiua, ſicut in affirmatiua.ibi.nu.137. 64

Nunciatio, an poſſit fieri in ſeruitute ruſticali. in l.1. de op. no.nun.nu.140. 64

Nunciatio per ſatiſdationem de damno infecto non remittitur, niſi præſtetur cautio de damno quod exoritur ex ruina noui ædificij.ibi.nu.141.ſol.eo.

Nunciatio facta gratia iuris publici edendi, per remiſſionẽ non tollitur, quin per alium poſſit expediri.ibi.nu.142.65

Nunciatio fit ex triplic cauſa, naturali, publica, & impoſitia, in l.de pupillo §.meminiſſe nu. 1.de op no.nunc. 68

Nunciationis prohibitio ex quibus cauſis fieri poteſt, in l.de pupillo.§.meminiſſe.de op.no.nunc.nu.8. 70

Nunciationis prohibitio tribus modis fieri poteſt.ibi.numero. 9. 70

Per nunciationem verbalẽ amittitur poſſeſſio & nõ per alios duos modos ſecundum cõmunẽ opinionẽ. communis eſt intellectus quòd tres ſpecies nunciationis reperiãtur. ibidẽ.

Nunciatio poteſt fieri per iactum lapilli per manum, per prætorem, & per verba ſecundum Doct.ibi.nu.12. 72

Nunciatio verbalis, & interdictum quod vi, aut clam, ex vſu & conſuetudine, a Iuriſconſultis approbata, communicata fuere, reiecta in prattica eorũ differentia, ſecundũ nouam traditionem.ibi.nu.14. 73

Nunciationis prohibitio ex illis quatuor modis, quemadmodum, & per interdictum quod vi aut clam, fieri poteſt ex communione nouiter facta, quæ in practica ſeruatur. ibi. num.15. 73

Nunciatio poteſt fieri habenti dominij plenitudinem. ibi. num.17. 73

Nunciatio per prætorem committi debet ad inſtantiam partis, & quando ex officio poſſit.ibi.nu.21. 74

Nũciatio poteſt fieri perſonaliter, & imperſonaliter.ibi.nu. 25. ſol. eo.

Nunciatio perſonalis, perſonam tantummodo ligat.ibi.

Nunciatio perſonalis tranſit ad hæredes.ibi.

Nunciatio per manum qualiter fieri debeat, & quibus verbis, in l.de pupillo.§.meminiſſe.nu.34.de op no.nunc.76

Nunciatio per lapillum qualiter fieri debeat, & quibus verbis. ibidem.

Nunciatio per lapillum an requirat de neceſſitate verba, & qualia.ibi.nu.35.ſol.eo.

Nuntiationis verbalis forma qualis debeat eſſe, latè diſcutitur.ibi.nu.38.ſol.eo.

Nunciatio verbalis perſonaliter, & imperſonaliter fieri poteſt.nu.38.ſol.eo.

Nunciatio an de neceſſitate requirat ſcripturã.ibi. nu. 39. 77.& num.47. 78

Nunciatio per quemcunque modum fiat ſecundum veriorẽ opinionem, non facit amittere poſſeſſionem ante ſatiſdationem receptam.ibi.nu.46. 78

Nunciatio an poſſit fieri ædificanti in ſolo ſuo, & a ſe poſſeſſo.ibi.nu.47.ſol.eo.

Nunciatio no.op.quanto tempore duret, tractatur in le. non ſolum §.morte.de op.no.nunc & quando extinguatur, & an tranſeat ad ſucceſſores. in d.§.morte.nu.1. 83

Nunciatio no.op.producit multos effectus, potentiſſimos relatos.ibi.num.2.ſol.eo.

In nunciatione no.op.interueniunt quinque tempora facientia quinque partes principales eiuſdem.ibi.nu.3.ſol.eo.

Nunciatio in primo tempore legitimè facta ligat manus nũciato, vt prohibeatur ædificare ibi.nu.4.ſol.eo.

Nun-

Nunciatio in ſecundo tempore, ſi nunciatus ſpreta ea ædificat, cauſat quòd ædificium eſt vitioſum, & per interdictum demolitorium omnino demoliri debeat, ibi. nume. 5. fol. eo.

Nuntiatio tertio tempore, oblata ſatiſdatione de demoliendo, impedit ædificari per tres menſes, in d. §. morte. nu. 6. 83

Nunciatio in quarto tempore præſtita ſatiſdatione de demoliendo, non impedit nunciatum ædificare, & cauſat interdictum ne vis fiat ei. ibi. nu. 7. fol. eo.

Nunciatio in quinto tempore, ſi iuſta eſt, lata ſententia perpetuat prohibitionem, & iniuſta, remittitur perpetuo. ibi. nume. 8. fol. eo.

Nunciatione facta, duo frequenter contingunt, vel quòd partes moriuntur, vel quòd alienans, ideò dubitatio eſt frequens in textu. relata, an transeat ad ſucceſſores. ibi. nu. 9. fol. eo.

In §. prædicto ponitur deciſio bimembris, tam de morte, & alienatione nunciantis, quàm nunciati. reſpicient primũ tempus ibi. nu. 10. fol. eo.

In ſecundo tempore alia bimembris deciſio dari debet, quæ ponitur in l. prætor. §. interdictum. ff. de op. no. nunc. in d. §. morte. nu. 11. 83

In tertio tempore tradi debet deciſio, quæ ponitur in l. 1. C. eo. ibi. nu. 12. fol. eo.

In quarto tempore dari debet deciſio, quæ ponitur in d. l. prætor. §. fi. ibi. nu. 13. fol. eo.

In quinto tempore quando eſt lata ſententia diffinitiua tranſit ad ſucceſſores, ſecundum naturam rei iudicatæ. ibi. num. 14. fol. eo.

Nunciatio quare extinguatur morte nunciantis ratio inquiritur, & referuntur multæ quæ reprobantur. ibi. num. 15. fol. eo.

Nunciatio quare finitur morte, vel alienatione ratio eſt, quia in perſona nunciantis finitur ius prohibendi temporale ſeu prætenſio nunciantis. ibi. nu. 17. 84

Nunciatio quare finitur morte nunciantis, ratio deciſionis clara traditur, & concludens. ibi. nu. 18. fol. eo.

Nunciatio quare finiatur per alienationem nunciantis declaratur in d. §. morte. nu. 19. 84

Nunciatio quare non extinguatur more nunciati, inquiritur. ibi. nu. 20. fol. eo.

Nunciatio non finitur morte nunciati, quia ex parte ipſius fit in rem. ibi. nu. 21. fol. eo.

Nunciatio an ſit actus ad petendam confirmationem declaratur. ibi nu. 27. 86

Nunciatio facta per prætorem, an extinguatur morte prætoris, & concluditur quòd non, reſpondendo obiectis. in l. non ſolum. §. morte. nu. 30. 87

Nunciatio per ſolam mortem nunciantis, non alterius extinguitur. ibi. nu. 32. fol. eo.

Nunciatio facta à tutore, an finiatur morte tutoris, vel pupilli declaratur ibi. nu. 36. 88

Nunciatio facta à procuratore, an finiatur morte procuratoris, vel domini. ibi. nu. 37. fol. eo.

Nunciatio facta à procuratore, an finiatur morte procuratoris, vel domini. ibi. nu. 37. fol. eo.

Nunciatio facta à prælato, an per eius mortem finiatur. ibi. nu 38. fol. eo.

Nunciatio quare finiatur per alienationem nunciantis inquiritur. ibi. nu. 39. 89

Nunciatio fundata ſuper prætenſione iuris alienantis per alienationem extinguitur. ibi. nu. 40. 89

Nunciatio quando ceſſare dicatur, ceſſante cauſa nunciationis. ibi. nu. 45. 89

Nunciatio ex parte nunciãtis, quando non eſt amplius integra, tranſit ad heredes. ibi. nu. 53. 91

Nunciatio quæ ſtat in puris finibus nunciationis, non tranſit ad hæredes. Secus ſi interueniat ſecundum tempus. ibi. nu. 54. 91

Nunciatio differt à mandato in multis, & non debet ad eius naturam regulari. ibi. nu. 55. fol. eo.

Nunciationis terminos Doct. non penetrauerunt, & ſecunda ſolutio gloſſ. non eſt ad propoſitum. ibi. un. 59. 92

Nunciatio non extinguitur morte nunciantis, quando præſtita eſt ſatiſdatio, quia inducitur quartum tempus num. 60. 92

Nunciatio extinguitur morte nunciantis in ſolo primo tempore, ad quod reſtringitur iſte tex. ibi. nu. 67. fol. eo.

Nunciatio quare alienatione nunciantis extinguatur declaratur. ibi. nu. 68. 93

Nunciatio extinguitur alienatione vtriuſque prędij facta à nunciante. in l. non ſolum §. morte, numero. 69. de op. no. nunc. 93

Nunciatio an extinguatur alienatione neceſſaria. ibi. nume. 70. fol. eo.

Nunciatio an extinguatur per furorem. nu. 73. 93

Nunciatio non extinguitur per excommunicationem. ibi. num. 74. fol. eo.

Nunciatio facta pro ſe, & hæredibus, an tranſeat ad hæredes, & concluditur quòd non. ibi. nu. 75. fol. eo.

Nunciatio an tranſeat ad hæredes, quando ædificium eſt inceptum à nunciante, & perfectum ab hæredibus latè diſcutitur. ibi. nu. 77. 97

Nunciatio an extinguatur per adoptionem nunciantis. ibi. nu. 78. fol. eo.

Nunciatio an extinguatur per deportationem. ibi. numero. 79. fol. eo.

Nunciatio ex parte nunciati tranſit ad hæredes. ibi. nume. 80. fol. eo.

Nunciatio facta in perſonam nunciati, non tranſit ad hæredes. ibi. num. 81. fol. eo.

Nunciatio quare ex parte nunciantis extinguitur, & non ex parte nunciati, inquiritur ratio differentiæ. ibi. numero. 87. 95

Nunciatio per hæredes facta, non impedit ędificium factum, ſed eſt opus interdicto, quod vi, aut clam. ibi. nu. 94. 96

Nunciatio, annunciatio, renunciatio, & denunciatio, in quo differant. in l. non ſolum. §. morte. in materia proteſtationis. de oper. no. nunc. nu. 7. 97

Prædicta nomina ex vſu cæperunt pro Synonymis capi. ibi. nume. 8. fol. eo.

Nunciatus an per nunciationem videatur per conſequentiam prohibitus ædificare. in l. i. in princ. nume. 51. de op. no. nunci. 37

Nunciatus remiſſionem petens an videatur fateri iuſtè nunciationem factam. ibi. nu. 56. 39

Nunciatus ſi clarè conſtat nunciantem non habere ius, an poſſit ſpernere nunciationem. ibi. nu. 60. 39

Nunciatus dicens, neſcio quare mihi nuncies, libẽter ſcirem, an videatur petère cauſam exprimi. ibi. nu. 90. 49

Nunciatus ſi offert ſatiſdationem, & nuncians dixit hodie conſtat, hodie [illegible]tur impeditur remiſſi[illegible] & indi-

cis.ibi.nu.112. 60

Nunciatus aſſerens ſatiſdationem non acceptam vel nullam datam, an, inde tacendo cadat à iure ſuo. ibi. numero.130. 63

Nunciatus an poterit petere actione de dolo damnum paſſum à nunciante iniuſtè, latè diſcutitur referendo varia fundamenta & reſponſiones ab vtraque parte. ibi. nume.146. 65

Nunciatus in nulla culpa exiſtens, ſi paſſus eſt damnum, poteſt agere de dolo, vel quãdo paruam, culpam commiſſit, ibi.nu.149. 66

Nunciatus an poſſit recuperare poſſeſſionem amiſſam per nunciationem verbalem. in l.de pupillo.§.meminiſſe. nu. 42 de op.no.nunc. 67

Nunciato quonam medio conſulatur contrà iniuſtè nunciantem, qui ſpreta nunciatione opus factum demoliri coactus ſuit. in l.i.in princ.nu.145.de op.no.nunc. 65

Nunciato quando poſſit competere actio iniuriarum. ibi. nu.150. 66

¶ nuncius quis ſit, vel procurator, & negotiorum geſtor, & in quo differant. in l.ſi is qui pro emptore .numero. 343. de vſuc. 448

Nuncius & procurator qualiter inter ſe differant, multæ referuntur differentiæ. ibi.nu.351. 450

Nuncius & procurator exequens vt nuncius aſſumit eius naturam. ibi.nu.356.fol.451.

Per nuncium non quæritur alteri: Sed bene per procuratorem ibi.nu.355.fol.eo.

O.

OBLATIO a debitore creditori an debeat fieri actualiter, vel ſufficiat verbalis. in l.non ſolum. §. morte in materia proteſtationis nu.242.de op.no.nunc.ſo.135

¶ In obligatione omnium bonorum, etiam conſtitutum poni poteſt, per quod confertur poſſeſſio rerũ in l. quod meo. nu.91.de acqui.poſſ. 378

Obligationes, & contractus cauſa ditandi ſuere inductę a iure gentium facto ab hominibus. in l.i.in principio nu. 284.de acquir.poſſ. 210

¶ Occidens bannitum, etiam fidatum, vel non cancellatum non tenetur pœna homicidij, ſi non eſt facta plena fides. in l.non ſolum. §.morte. in materia proteſtationis. nu. 167.de oper.no.nunc. 124

Occidens bannitum fidatum, vel remiſſum, & non cancellatum, qua pœna puniatur, ſi non ſit probata cauſa. ibi. nu.168.fol.eo.

Occidens bannitum poſt proteſtationem non certificatam, qua pœna puniatur, ſi eum poterat capere ibi.numero. 169.ſol.eo.

Offendens, petens cautionem ab inimico ne offendatur, an audiri debeat in l.non ſolum.§.morte. in materia proteſtationis nu.143.de op.no.nunc. 120

¶ Officium iudicis, an pręſupponat obligationẽ ibi.numero. 245 136

Officium iudicis, quando in cauſa poſſeſſionis concedatur in l.naturaliter.§.nihil commune.in .i.parte.numero.32 .de acquir.poſſeſſ. 262

¶ Omiſſio Nominis Domini, facta in contemptum, regulariter non vitiat actum, licèt omittens grauius puniatur in rubr.de op.no.nunc.nu.71. 10

Omiſſio leuis ſolennitatis an vitiet actum, declaratur faciendo regul... m fallentus.ibi.nu.62 fol.eo.

Omiſſio inuocationis Chriſti, inter Iudęos, preſuppoſita neceſſitate an vitiet.ibi.nu.74. 13

¶ Omne ceſſibile eſt transmiſſibile, & an ius nunciandi poſſit cedi declaratur. in l.non ſolum.§.morte.nu.28. de op.no.nunc. 87

Omnia quæ interueniunt in poſſeſſionem facti ſunt, & qualia in l.i.in prin.nu.174.de acquir.poſſ. 190

¶ Opinio communis tenetur, & confirmatur, in rubr.de op. no.nun.nu.113. 19

Opinio Alexandri, quòd ſtatutum preſumatur imo perfectum, refertur, cum ſuis fundamentis.ibi.nu.151. 25

Opinio Iacobi de arena.in certis terminis, non eſt vera in l.i. in princ.nu.148.de op.no.nunc. 66

Opinio Aretini inutilis redditur in l.i.in prin.nume. 180. de acquir.poſs. 190

Opinio Ioannis de pluribus ſpeciebus non probatur iure, ergo pręſumitur vnica poſſeſsio, niſi alijs modis probetur diuiſio.ibi.nu.213. 198

Opinio tertia ponitur à Bartolo, quòd tres ſint poſſeſſionis ſpecies, diſtincte, propter diuerſitatem effectuũ ibi. numero.214.ſol.eo.

Opiniones variæ in diuiſione poſſeſſionis referuntur & refutantur.ibi.nu.237. 202

Opinio communis quòd duplex ſit naturalis, & ciuilis, defenditur, & in practica omnino tenendum eſſe aſſeritur.nu.238.fol.eo.

Opinionem Sozinorum vanam, præſumptuoſam, & falſam eſſe demonſtratur.in l.iij.§, e contrario.numero.29. de acquir.poſ. 240

Opinio Sozinorum quòd Trebatius male reprehenſus fuerit, eſt inutilis, temeraria, & falſa ibi.nu.54. 243

Opinio noua traditur vnde cauſetur acquiſitio fructuum, quæ ex multis comprobatur.ibi.nu.80. 248

Opi Azo.quòd vnica ſit poſſeſſio, multum eſt probabilis. ibi.nu.87. 250

Opinio Ferreti repræhenditur, quòd in quatuor caſibus, duo non poſſunt inſolidum poſſidere naturaliter.ibi. numero.95. 251

Opinio Alciati quid ſit proprietas refertur, & impugnatur. in l.naturaliter.§.nihil commune.in ij.parte. de acquir. poſs.nu.14. 279

Opinio Hermanotij, quid ſit proprietas, refertur, & impugnatur nu.15.in l. naturaliter.§.nihil commune.de acq. poſſeſſ.in ij.parte.. 279

Opinio Rubei, quid ſit proprietas refertur, & impugnatur.ibi.nu.16.fol.eo.

Opinio Ripę, quid ſit proprietas refertur, & impugnatur. ibi.nu.17. 280

Opinio Petri per omnes theoricas confirmatur, quòd generaliter permittatur concurſus petitorij, & poſſeſſorij, & etiam deciſio huius tex.ibi.nu.330. 326

Opinio Iaſonis quòd donatio trahatur retro quo ad dominiũ refertur, & confirmatur concludentibus rationibus in l. ſi is qui pro emptore.nu.104.de vſuc. 405

Opinio Bartoli non probatur per bona exempla, tamen ex alio capite poteſt ſuſtineri.ibi.nu.284 438

Opinio Alciati deſtruens fictionem, refertur, & declaratur.ibi.nu.295. 439

Opinio communis defenditur, reſpondendo obiectis, quòd imò fictio priuatiua reperitur.ibi.nu.294. 440

¶ Oppoſitio prima Barth. declaratur, quare poſſeſſio non recuperetur

recuperetur poſtliminio. in L. ſi is qui pro emptore nu. 86.de vſuc. 403

¶ Oratio vnica licet non poſſit diuidi ad oculum corporis: tamen diuiditur ad oculum intellectus, in rubr.de op. no. nunc. nu.20. 4

Oratio vnica poteſt implicitè plures alias continere. ibi. nu.21.ſol.eo.

Oratio vnica poteſt diuidi in partes integrales quotitatiuas & formales ſecundum Grammaticos, Logicos,& Legiſtas ibi.nu.22.ſol.eo.

¶ Ordo compilationis,& diuiſionis librorum, in volumine digeſtorum, eſt forma figurans in rubr. de. op. no. nunc.nu.1. 5

Ordo compilationis totius voluminis Digeſtorum ſuit. vt primo ponatur de perſonis,poſtea de rebus,poſtea de actionibus.in rubr.de acquir.poß.nn.3. 145

Ordo proponendi petitorium ante poſſeſſorium, non ſuit à lege neceſſariò impoſitus.in L.naturaliter. §.nihil cõmune.in ij.parte nu.54.de acquir.poſſ. 285

P.

PACTVM factum contra ſubſtantiam actus, quando valeat in l.non ſolum §.morte.nu.87.de op.no.nunci. in materia proteſtationis. 111.

Pactum factum contra ſubſtantiam materialem,vel formalem, annullat ipſum actum,ſed contra alias ſubſtantias vincitur ab actu.ibi.nu.89.ſol eo.

Pactum an habeat mixturam iuris ciuilis declaratur.in L. ſi is qui pro emptore.nu.287.de vſuc. 439

Pacta an tollant pacta ipſo iure nouiter declaratur. ibi. nu.288.ſol.eo.

Pacta non reſoluunt contractus, quando contrahentes hoc non intendunt,cum ſolam velint impedire executionem. ibi.nu.290.ſol.eo.

¶ Pagano moriente in ciuitate, an vſucapio proſit hæredi breuiter declaratur,in l.ſi is qui pro emptore.nume.32. de vſuc. 392

¶ Papa habet directum dominium vniuerſale Regni Neapolitani & poſſeſſionẽ illius: & Rex naturalis illius vniverſalis dominij.in. L. iij.§.è contrario numero. 125. de acqui poſſ. 255

¶ Parentela notoria an repellat agentem poſſeſſorio recuperandæ pro matrimonio.in L. naturaliter. §.nihil commune.in ij parte.nu.87.de acqui.poſſ. 290

¶ Paria an ſint aliquid non facere,vel minus iniuſtè facere. in L.i.in princ.nu.3.de op.no.nunc. 59

¶ Pars ſcripturæ,quam conſtat eſſe partem, non facit fidẽ in rubr.de op.no.nunc.nu.146. 24

Pars ſtatuti, vel ſcripturæ habens perfectam orationem, in dubio facit fidem, quia præſumitur integrum ſtatutum ibi.nu.147.ſol.eo.

Partes an poſſint paciſci quòd non poſſit agi poſſeſſorio recuperandę in L. naturaliter. §. nihil commune. in ij. parte num. 367.de acquir.poſſ. 333

¶ Pater,& filius, an fingantur inſolidum poſſidere.in L. ij.§.è contrario. nu.45.de acqui.poſſ. 42

Pater an poſſit filium emancipare ad vnum actum diſcutitur.in l.ſi is qui pro emptore. 206.de vſuc. 426

¶ Paulus habuit pro reſolutis omnes deciſiones poſitas de poſtliminio.in l.ſi is qui pro emptore.ff.de vſuc.ibi.nume. 56. 324

Paulus hic voluit expreſſè, & implicitè determinare omnes caſus ſuppoſitos,pertinentes ad l.Corneliam.quod demonſtratur ibi.nu.57. 395

¶ Pecudes captæ à lupis,& per canes alienos recuperatæ, prioribus dominis reſtituuntur.in L.1.in prin. nu. 45. de acquir.poſſ. 170

¶ Pes in ethimologia poſſeßionis non capitur naturaliter, ſed pro toto corpore cum animo.in l.iij.§.e contrario.nu. 24.de acquir.poſſ. 232

¶ Petens manumißionem,an videatur fateri ſe ſeruum.in L.1.in princ.nu.56.de op.no.nunc. 39

Petens veniam,vel indulgentiam, an videatur fateri delictum.ibi.nu.59.ſol.eo.

Petere quis non admittitur id, cuius contrarium non eſt poſtulaturus.in rubr.de acq.poſſ.nu.54. 153

¶ Petitorium Petitorij, & poſſeſſorij concurſus, videtur prohiberi ex duplici capite,quia per petitorium renunciatur poſſeſſorio,& per poſſeſſoriũ petitorio.in L.naturaliter.§.nihil commune.in ij.partè.nu.50. de acq poſſ. 285

Petitorium abſoluit poſſeſſorium quando de eius veritate in iudicio apparet.ibi.nu.62. 287

Petitorium & poſſeſſorium an ſint inter ſe contraria de eadem poſſeſſione,& concluditur quòd non, ſed contrarietas inſurgit ex aſſertione actoris.ibi.nu.160. 301

Petitorium an finiatur ex peruentione poſſeſſionis ad actorem ibi.num.197. 306

Petitorium quòd non ſit finitum vtilitas eſt magna: quia declarari poterit dominus.ibi.nu. 128.ſol.eo.

Petitorium & poſſeſſorium licet oculariter dentur ad eandem rem: tamen iuris intellectu dantur ad diuerſas vt ex multis declaratur.ibi.nu.210. 308

Petitorium & poſſeſſorium an cumulari poſſit generaliter inquiritur.ibi.nu.264. 315

Petitorij & poſſeſſorij an admittatur concurſus tres opiniones Doctorum fuere quæ hic referuntur,& opinio Ioannis repræhenditur.ibi.nu.265.ſol.eo.

Opinio Marti.communiter tenetur: tamen non eſt vera in interdicto retinendæ.ibi.nu.266. 316

Opinio Petri quòd permittatur cumulatio eſt vera in interdicto adipiſcendæ vel recuperandæ. ſed in interdictis retinendæ reprehenditur communiter.ibi.nu.267.ſol.eo.

Saluatio Paul.de caſtro eſt vera in ſe, ſed non eſt de intentione Petri.ibi.nu.268.ſol.eo.

Saluatio Iaſ.nec etiam eſt in omnibus partibus bona, & nec de mente Petri.ibi.nu.269.ſol.eo.

Opinio Petri falſa eſt vniuerſaliter ſumpta, ſed non eſt de eius intentione.ibi.num.270.ſol.eo.

Opinio Petri regulariter ſumpta vera eſt in omni interdicto.ibi.nu.271.ſol.eo.

Opinio Bart.eadem eſt cum opinione Petri rectè declarata. ibi.nu.272.ſol.eo.

Petitorium & poſſeſſorium adipiſcendæ pro cauſis incompatibilibus non permitttitur quia electione tolluntur. ibi. nu.279. 317

In petitorio & poſſeſſorio adipiſcendæ an diſcutiatur de eadem re cùm in vtroque idem titulus allegatur.ibi.nume. 285. 318

Petitorium & poſſeßorium adipiſcendæ quando cumulari poſſit traditur breuis epilogatio.ibi.nu.293 319

Petitorium & poſſeſſorium retinendæ an poſſit cumulari refertur communis opinio.ibi.nu.325 325

Petitorium ſecundum [illegible] [illegible]iter cumu-

latur cum poſſeſſorio, ampliatur, & limitatur vt hic. ibi. num. 326. fol. eo.
Petitorium ſi proponitur ab actore & poſſeſſorium recuperandæ à reo, admittitur cumulatio, ampliatur & limitatur vt hic. ibi. num. 234. 327
Petitorium actoris an poſſit ſuſpendi per poſſeſſorium propoſitum à reo latè diſcutitur ab vtraque parte. ibi. nume. 335. 328
Per petitorium recuperandæ poteſt ſuſpendi petitorium actoris ſecundum veriorem opinionem ibi. numero. 337. fol. eo.
Petitorium & poſſeſſorium an debeat vnica ſententia terminari latè diſcutitur & concluditur quòd ſic de iure ciuili. ibi. nu. 420. 343
Petitorium & poſſeſſorium an debeant vnica ſententia terminari de iure canonico: & concluditur quòd vtroque iure eodem modo permittitur. ibi. nu. 421. fol. eo.
Petitorium & poſſeſſorium quando debeat vnica ſententia terminari vtroque iure theoricaliter declaratur. ibi. nu. 422. fol. eo.
Petitorium & poſſeſſorium quando per modum conuentionis & reconuentionis proponuntur vnica ſententia vtroque iure terminari debent. ibi. nu. 423. fol. eo.
Petitorium & poſſeſſorium diuerſis temporibus, intentatū non debet vtroque in iure terminari vnica ſententia. ibi. num. 424. 344
Petitorium & poſſeſsorium non requirens litis conteſtationem non debet eadem ſententia terminari quamuis intentetur per modum reconuentionis. ibi. nu. 425. fol. eo.
Petitorium & poſſeſſorium per quæ verba videatur intentatum declaratur. ibi. nu. 438. 345
Cætera vide in verbo poſſeſſorium & in verbo proponens & infra in verbo ſuſpenſio.
¶ Popularis viſa fuit cauſa poſſeſsionis vt penè cauſa poſſeſſionis ſucceſſiuo tempore neglecta fuerit in l. naturaliter. §. nihil commune in prima parte. nume. 9. de acquir. poſſ. 260
¶ Populus liber conſtituendo transfert quaſi poſſeſſionem iuriſdictionis in l. quod meo. nu. 76. de acquir. poſſ. 376
¶ Porci capti à lupis per canes alienos recuperati prioribus dominis reſtituuntur. in l. 1. in princip. nume. 45. de acquir. poſſ. 170
Porcis non ſunt dādæ margaritæ, neque ſanctum canibus in rubr. de op. no. nunc. nu. 72. 12
¶ Poſita in volumine ff. noui quæ ſint & quo ordine narrantur in rubr. de acquir. poſſ. nu. 1. 145
Poſſeſſio per nunciationem verbalem amittitur, & non per alios duos modos, in l. de pupillo §. meminiſſe. nume. 9 de op. no. nunc. 70
¶ Poſſeſſio per quas perſonas nobis acquiritur tractatur. d. §. item acquirimus vſque ad l. iij. in l. prima. in principio. nu. 2. de acquir. poſſeſſ. 163
Poſſeſſio quomodo acquiratur, & quę res poſſideri poſſint. in l. iii. ponitur ibi. nu. 3. fol. eo.
Poſſeſſio quomodo amittatur per corpus noſtrū & alienum in §. in amittenda cum ſeque. tractatur. ibi. nu. 4. fol. eo.
Poſſeſſio quomodo retineatur per corpus noſtrum & alienum. in § ſaltus. cum ſeque. tractatur. ibi. nu. 65. fol. eo.
Poſſeſſionis primordialia quatuor tractantur in dicto principio, vnde dicatur, quid ſit, quando habuerit originē, & quos effectu[illegible] ibi nu. 6. fol. eo.
Poſſeſſionis diffinitio traditur in dicto principio in ſecunda parte. ibi. nu. 9. 164
Poſſeſsio habet originem de iure naturali hominum à natura productum. ibi. nu. 10. 164
Poſſeſſio an ſit dicta à pedibus, vel ſedibus latè diſcutitur. ibi. nu. 11. 165
Poſſeſſio quòd dicta ſit a pedibus verior demonſtratur litera. ibi. nu. 12. 165
Alia verò litera quòd dicatur à pedibus magis applauſit auribus vulgi & doctorum. ibi. nu. 13. fol. eo.
Poſſeſsio quare potius dicatur à pedibus quàm ab alia parte corporis inquiritur & rationes doctorū referuntur. ibi. nu. 14. fol. eo.
Poſſeſsio quare potius dicatur à corpore quàm ab animo inquiritur, & reprehenduntur rationes doctorum. ibi. nu. 15. fol. eo.
Poſſeſsio quare denominatur à pedibus, & non a corpore, & non ab animo noua ratio aſſignatur in l. prima in principio. nu. 16. de acquir. poſſ. 166
Poſſeſsio informis eſt inſiſtentia in re quam naturaliter tenemus, vt inquit Paulus. ibi. nu. 20. 166
Poſſeſsio à iure naturali hominum fuit inuenta, & poſſeſſio rerum immobilium a iure gentium. ibi. nu. 21. 167
In poſſeſsione interuenire ius & factum cumulatiuè omnes conueniunt, quod quomodo fiat latè declaratur in l. i. in princ. nu. 111. 179
Poſſeſsio an ſit in ſubſtantia facti cum adminiculis iuris, vel ſit ius in ſubſtantia cum adminiculis facti. ibi. nume. 113. 180
Poſſeſſio an ſit de operationibus hominum vel iuris ſecundum veram opinionem quæſtio formari debet. ibi. nume. 132. 182
Poſſeſſio non eſt ius eſſentiale, ſed vniuerſale, quod tenent omnes. ibi. nu. 133. fol. eo.
Poſſeſſio nec etiam eſt ius operatiuum ſecundum omnes. ibi. nu. 134. fol. eo.
Poſſeſſio an ſit potentiale ius, ſeu potentia iuris, vel potius ſit operatio naturalis animi eſt quæſtio. ibi. nume. 135. fol. eo.
Poſſeſſio an ſit iuris vel facti, per hanc diſcuſsionem deuenimus in cognitionem in quibus differat pactum à iure, & poſſeſſio à cæteris iuribus. ibi. nu. 136. fol. eo.
Poſſeſſio propriè incipit & deſinit, licèt propter iura ei attributa dicatur amitti & acquiri in l. prima. in princip. nu. 154. de acquir. poſſ. 185
Poſſeſſio an mutauerit ſubſtantiam ſuam propter approbationem & adhærentiam. ibi. nu. 155. fol. eo.
Poſſeſſio ad ſui eſſentiam requirit apprehenſionem quæ facti eſt. ibi. nu. 156. 186
Poſſeſſio vt conſideretur acquirit adminicula iuris in habilitate poſſeſſionis & rei poſſeſſæ & approbatione. ibi. nu. 157. fol. eo.
Poſſeſſio eſt ius debile ſecundum doctores, taliter quod ſine ſuſtentaculo animi ſtare non poteſt. nu. 158. fol. eo.
Poſſeſſio amittitur oblinione, & iura non amittuntur, & quare. ibi. nu. 170. 189
Poſſeſſio amittitur per occupationem rei, & maris, vel fluminis, & iura non amittuntur, & quare ibi. numero. 171 fol. eo.
Poſſeſſio propter violentiam amittitur & iura etiam viliſſima non amittuntur, & quare. ibi. nu. 172. fol. eo.

Poſ-

I N D E X

Poſſeſſio tranſit cum identitate de perſona in perſonam, iura verò tranſeunt in accipiẽtẽ. ibi.nu.173.fol.eo

In poſſeſſione omnia quæ interueniunt facti ſunt, & qualia. ibi.nu.174. 190

Poſſeſſio an ſit mixta in ſubſtantia iuris vel facti diſcutitur ibi.nu.176.fol.eo.

Poſſeſsionem non eſſe mixtam in ſubſtantia omnes aſſerunt contra Aretinum.ibi.nu.177.fol.eo.quæ opininio Aretini inutilis reddetur, ibi.nu.180.fo.eo.

Poſſeſſio non poteſt eſſe vnum mixtum ex iure & facto alterato quia neutrum eſt, in l.prima.in princi.178.de acquir poſ.fol.eo.

Poſſeſſio non poteſt eſſe vnum indiuiduum ex partibus non alteratis & æqualibus.nu.179.fol.eo.

Poſſeſsio differt à natura iurium in viginti tribus qualitatibus enumeratis.ibi. nu.182 .fol.eo.

Poſſeſsiones eſſe facti in ſubſtantia finaliter & efficacibus rationibus concluditur.ibi.nu.183. 191

Poſſeſsionis diffinitiones quinque antique referuntur, & reprobantur.ibi.nu.185.fol.eo.

Poſſeſsio quòd ſit vſus riprebenditur diffinitio Alciati.ibi.nume.191, 192

Noua deſinitio traditur quòd ſit iuſta in re apprebenſa inſiſtentia.nu.192. 193

Poſſeſſio tribus modis conſideratur, & tribus modis deffiniri poteſt, & concordãtur omnes opiniones doctorum, & ſaluantur.ibi.nu.193. 193

Poſſeſſio definitur per Bart. reſpectu potentiæ, ſed oportet poſteà quòd ſuppleatur.ibi.nu.194.fol.eo.

Poſſeſſio poteſt conſiderari reſpectu effectuum, & tunc etiã iuris eſt.ibi.nu.195.fol.eo.

Poſſeſsio reſpectu potentiæ & effectuum ſumpta impropriè definitur cùm ſolum propriè dicatur quando eſt in eſſe deducta per operationem animi in.l. prima in principio. nu.196. 193

Poſſeſsio an ſit vnica vel multiplex latiſſimè examinatur ibi.nu.198.fol.eo.

Poſſeſsio quòd ſit vnica latè confirmatur adducendo fundamenta, yſdem etiam reſpondendo ibi.nu.199. 194

Poſſeſſio naturalis dicitur ciuilis, & ciuilis naturalis ex varys accidentibus relatis.ibi.nu.205. 196

Poſſeſſio corporalis non differt ſpecie nec effectu à naturali poſſeſsione rectè ſumpta ibi.nu.118. 199

Poſſeſsio corporalis aliquando denotat ciuilem, aliquando detentationem, aliquando omnes vt per nomen nulla ſpecies noua induci debeat. & reſpondetur obiectis. ibi.nume.119. 199

Poſſeſſio duplex quòd ſit naturalis & ciuilis quæ variantur ſubſtantia propter diuerſitatem effectuum quarta eſt opinio doctorum communiter.ibi.nu.220.fol.eo.

Poſſeſſio ciuilis eſt illa quę producit vſucapionem & fructuum acquiſitionem, naturalis eſt illa quę producit effectum retentionis & recuperationis.ibi.nu.221.fol.eo.

Poſſeſſionis ciuilis definitio tradita à Bart.examinatur, & reprehenditur in aliquibus.ibi.nu.222.fol.eo.

Poſſeſſio ciuilis quę tantummodo cadit in re corporali definitur per Bart.ibi.nu.224.fol.eo.

Definitio Bart. & doctorum nouiter reformatur.ibi.numero.226. 260

Poſſeſsionis naturalis definitio Bart.examinatur, & reprobatur, & reformatur.ibi.nu.227.fol.eo.

Nouiter definiuntur dictæ ſpecies ſequendo opinionem quòd poſſeſſio ſit facti.ibi.nu.228.fol.eo.

Definitiones reformatæ oppugnãtur ex multis, defenduntur ab obiectis ibi.nu.226. 260

Poſſeſſio naturalis an ſit habilis ad producendum vſucapionem.ibi.nu.232. 201

Poſſeſſio prout eſt operatio animi vnica eſt ſecundum veram opinionem.ibi.nu.235. 201

Poſſeſſio reſpectu effectus & potentiæ legalis dicitur eſſe iuris, & efficitur noua ſpecies differens à præcedenti. ibi. nu.236. 202

Poſſeſſionis in diuiſione openiones variæ referuntur. refutantur ibi.nume.237.fol.eo.

Poſſeſſio quòd duplex ſit naturalis & ciuilis, communis opinio defenditur: & in practica omnino tenendum eſſe aſſeritur.ibi.nu.238.fol.eo.

Poſſeſſio ciuiliſſima quæ ſit, & per tria exempla declaratur.ibi.nu.239.fol. eo.

Pro poſſeſſione ciuiliſſima competant remedia poſſeſſoria ibi.nu.240.fol.eo.

Poſſeſſio ciuiliſſima aliquando efficitur noua ſpecies in l.i.in princ.nu.242.de acquir poſſ. 203

Poſſeſſio ſecundum veram opinionem enumeratur inter res corporales operatiuas facti.nu.249.fol.eo.

Poſſeſsio acquiritur in corporalibus ſimplicibus cùm continuatione animi ſequentis ibi.nu.252. 204

Poſſeſſio in incorporalibus ſimplicibus diuiditur inter ciuilem & naturalem.ibi.nu.253.fol.eo.

Poſſeſſio quæ de iure naturali & quæ de iure gentiũ inductai fuerit declaratur.ibi.nu.276. 209

Poſſeſſio an de iure gentium primæuo vel ſecundario introcta fuerit inquiritur cum doctoribus.ibi.nu.277. 209

Poſſeſſio, dominium, & obligationes fuere introductade iure naturali hominum ad finem ſe, conſeruandi & perpetuandi.ibi.nu.283. 210

Poſſeſſio, dominium, & obligationes, & contractus cauſa dictandi fuere introducta a iure gentium facto ab hominibus ibi.nu.284.fol.eo.

Poſſeſſio formata in ſpecies naturalis & ciuilis diuiſa dicitur in iure ciuili propter formam inductam. ibi. nume. 288.fol.eo.

Poſſeſſio animo & corpore acquiritur principaliter propter occupationem & traditionem & commodum.ibi. numero.292. 211

Poſſeſſio an acquiratur per aſpectum latè diſcutitur referendo varias openiones.ibi.nu.293.fol.eo.

Poſſeſſio quando & quomodo acquiratur per aſpectum nouiter declaratur nu.296. 212

Poſſeſſio transferri non poteſt à procuratore generali peractus fictos.ibi.nu.324.fol.216.& ibi.nu.325.vide cautellam.fol.eo.

Poſſeſsio quomodo admittatur vel retineatur late diſcutitur ibi.nu.326. 216

Prima eſt opinio quòd ſemper per diſceſſum amittatur quæ repræbenditur ibi.nu.327.fol.eo.

Secunda eſt opinio Azonis quòd nunquam per diſceſſum amittatur. quia vnica eſt, quæ etiam repræbenditur. ibi.nu.328.fol.eo.

Tertia eſt opinio, Aldrici quòd per diſceſſum amittatur naturalis, & ciuilis acquiratur, & per reuerſionem amittatur ciuilis, & acquiratur natu[...] quæ repræbendi-

tur.ibi.nu.329. 217

Poſſeßio naturalis & ciuilis ſe inuicem compatiuntur:quia habent eadem principia.ibi.nu.330.fol.eo.

Quarta eſt opinio Ioannis qui diſtinguit quatuor caſus,& approbatur.ibi.nu.331.fol eo.

Poſſeßio naturalis an per diſceſſum amittatur quando eſt vnita cum ciuili latè diſcutitur.ibi.nu.332.fol.eo.

Poſſeßionem naturalem vnitam cùm ciuili amitti per diſceſſum,comprobatur vrgentibus fundamentis,& reſpondetur obiectis in l.prima.in princ.nume.335.de acquir. poſſeſſ. 218

Poſſeßio naturalis vnita cum ciuili amittitur per diſceſſum, quia eius potiſsimum fundamentum eſt corpus ibi.nume. 336.fol.eo.

Poſſeßio naturalis reacquiritur per conſpectum & propinquitatem:quia habet auxilium à ciuili poſſeßione.ibi.nu. 337.fol.eo.

Poſſeßio naturalis retenta cùm ciuili per ſeruum peculiarem,amittitur per diſceſſum ſerui:quia loco domini habetur.ibi.nu.338.fol.eo.

Poſſeßio naturalis retenta per colonum & ſeruos non amittitur per diſceſſum coloni & ſerui.ibi.nu.339.fol.eo.

Poſſeſsio naturalis ſola retinetur animo indiſtinctè. ibi. num.340. 119

Poſſeßio corporalis à Bart.inuenta quæ eſt ſecundum Doctores naturalis iniuſta retinetur animo, quod comprobatur efficaciter.ibi.nu.341.fol.eo.

Poſſeßio & detentatio quomodo retineatur, vel amittatur per diſceſſum,noua,generalis theorica traditur: conſtituendo regulam,quòd retinetur animo,fallit in vno caſu tantum.ibi.nu.347.fol.eo.

Poſſeßionem amittendi per varias cauſas caſus varij referuntur ſeu modi.ibi.nu.348.fol.eo.

Poßeſſio vel dominium quomodo transferatur ex inutili contractu reprobato.in l.prima.§.ſi vir vxori.num.1.de acquir.poſſeſſ. 220

Poſſeſſio non ceditur propriè, ſed incipit & deſinit. ibi. numero. 24. 224

Poſſeßio in coniugem an per actum fictum transferri poßit. ibi.nume.26. 224

Poſſeßio per maritū transſertur per actus fictos:quando fecit donationē cauſa mortis vel ſimpliciter.ibi.nu.28. 225

Poſſeßio non transſertur per conſtitutum quando cōtractus eſt aliqua ratione inutilis.ibi.nu.29. 225

Poſſeßio tam naturalis quam ciuilis acquiritur vxori ſecundum veram opinionem.ibi.nu.30. 225

Poſſeßio hic non infirmatur,quia noluit poterat tamen vere infirmari ſecundum Sozi:quia iuris eſt.ibi.num.34. 226

Poßeßio ciuilis iuſta non acquiritur mulieri ex donatione. ibi.num.43. 227

Poſſeßio omnis etiam per actus fictos transſertur ex contractibus reprobatis propter bonos mores quando interuenit iuramentum.ibi.nu.49. 228

Poſſeßio per modos fictos non transſertur, ſiue contractus principalis ſit nullus ſiue conſtitutum vel precarium. ibi.nu.56. 229

Poſſeßio an ex contractu inutili quæratur, iterum plenius examinatur ibi.nu.58. 228

Doctores inciderunt in difficultates inextricabiles, propter eorum opinionem quòd poſſeßio ſit iuris tenendo quòd ſit facti.ibi.nu.61. 230

Poßeſſio an transferatur ex contractu inutili theorica Sozini refertur,& imperfecta demonſtratur.ibi.nu.62. 230

Et noua theorica conſtituitur & refertur.ibi.nu. 63. fol.eo.

Poſſeſſio non transfertur ex contractu reprobato quando lex fingit non transferri,vel non acquiri,& alijs modis relatis.ibi.nu,64. 231

Poſſeſſio an ex contractu ficto vel ſimulato transferatur.ibi. nume.65. 231

In poſſeßione requiruntur multæ qualitates diuerſificantes effectus eiuſdē.in l.iij.§.è contrario.nu.4.de acq. po. 236

Poſſeſſionum quædam ſunt titulatæ,& quædam non titulatæ.ibi.nu.5. 236

Poſſeſſionum quædam ſunt pro emptore,pro donato, pro ſuo ibi.nu.6. 236

Poſſeſſionum quędam ſunt iuſtæ,& quædam iniuſtæ,& quę ſint illæ.ibi.nu 7. 237

Poſſeßionum quædam naturaliter tenentur,& quædam ciuiliter,& quę ſint. ibi.num.8. 237

Poſſeſſio aut eſt ciuilis,aut naturalis,& quę ſit.ibi. nume. 9. 237

Poßeſſionum quædam eſt ciuilis,& quædam naturalis alio modo conſiderata.ibi.nu.10. 237

Poſſeßionum quędam eſt vera & propria,quædam eſt quaſi poſſeſſio in rebus incorporalibus. in l.iij.§. è contrario. nu.11.de acquir.poſſeſſ. 237

Poſſeſſionum quædam eſt perfecta,& quædam imperfecta, vt detentatio.ibi.nu.12. 237

Poſſeſſio aut retinetur iure dominij, aut non retinetur iure dominij pro alieno.ibi.nu.13. 237

Poſſeſſionum quædam tendunt ad eundem finem, quædam ad diuerſos fines.ibi.nu.14. 237

Poſſeßiones naturales pro iure ſeparato à dominio tendunt ad diuerſos fines, vt quodammodo videantur diuerſarum ſpecierum.ibi.nu.15. 238

Poſſeßiones tendentes ad eundem finem non poſſunt eſſe apud duos in ſolidum:ſed quæ tendunt ad diuerſos fines poſſunt eſſe apud plures in ſolidum.ibi.nu.16. 238

Poſſeßio naturalis non conſiſtit in illo tantillo in quo ſtat corpus: ſed propter animū totam rem occupare dicitur. ibi. nu.23. 239

poſſeßionis in ethimologia, pes non capitur naturaliter, ſed pro toto corpore cum animo.ibi.nu.24. 239

Poſſeſſio iuſta vel iniuſta an tendant ad diuerſum finem, vel eundem declaratur.ibi.nu.37. 241

Poſſeßio naturalis & ciuilis quomodo dicantur tendere ad diuerſos fines.ibi.nu.48. 243

Poſſeßio quare transferatur in commodato, & non in precario ratio inquiritur, & noua aßignatur.in l.iij.§. è contrario.nu.49.& 50.de acquir.poſſeſſ. 243

Poſſeßiones plures differentes numero poſſunt haberi in ſolidum à duobus ſecundum Bart.qui reprehenditur in verbis.ibi.nu.51. 243

Poſſeſſiones plures eiuſdem ſpeciei tendentes ad diuerſum finem poſſunt haberi in ſolidum ſecundum veriorem opinionem ibi.nu.82. 243

Poſſeſſio cauſans vſucapionem quæ ſit latè diſcutitur.ibi. nu.57. 244

Poſſeſſio ciuilis cauſat vſucapionem rei.ibi.nu.58. 244

Poſſeßio ciuilis ſola an producere poßit vſucapionem examinatur.ibi.nu.60. 244

Poſſeßio naturalis an requiratur cum ciuili ad vſucapionē.

in l.iij.§. è contrario.nu.61.de acquir.poſſ. 245
Poſſeßio ciuilis ſola producit vſucapionem.ibi.nu.62. 245
Poſſeßio naturalis an producat vſucapionem alio occupante ciuilem latè diſcutitur.ibi.nu.63. 245
Poſſeßio naturalis nunquam producit vſucapionem, reſolutiuè dicitur. ibi.nu.64. 246
Poſſeßio naturalis vſufructuarij an producat vſucapionem rei.ibi.nu.65. 246
Poſſeßio naturalis ſola vacante ciuili an producat vſucapionem rei.ibi.nu.66. 246
Poſſeßio naturalis ſola an producat vſucapionem iuris ſeparati ab ipſa.ibi.nu.67. 246
Poſſeßio corporalis an cauſet vſucapionem.ibi.nu.70. 247
Poſſeßio corporalis eſt eadem ſpecies cum naturali.ibi. nu. 71. fol. eo.
Poſſeßio naturalis nulla poteſt producere vſucapionem. ibi. nume.72. 247
Poſſeßio qualis producat acquiſitionem fructuum.ibi.num. 73. 247
Poſſeßio ciuilis producit acquiſitionem fructuum.ibi.nume. 74.fol.eo.
Poſſeßio naturalis ſola an acquirat acquiſitionem fructuum ibi.nume.75. 248
Poſſeßio naturalis ſola an cauſet acquiſitionem fructuum in vſufructuario putatiuo.ibi.nu.76. 248
Poſſeßio naturalis emphyteutæ & feudatarij an cauſet acquiſitionem fructuum.ibi.num.79. 248
Poſſeßiones duæ pro dominio directo, & duæ pro dominio vtili an reperiantur.ibi.nu.86. 250
Poſſeßio quòd vnica ſit ſecundum opinionem Azonis multum eſt probabilis.ibi.nu.87. 250
Poſſeßio aliqua ſufficit quod ſit penes aliquẽ conuentum rei vendicatione.in l.naturaliter.§.nihil commune.in i.par. nu.56.de acquir.poſſ. 264
Poſſeßio quid ſit & vnde dicatur, remiſſiue ponitur in l.naturaliter. §.nihil commune.in i. par. nu. 84 de acquir. poſſeſſ. 267
Poſſeſſio & proprietas differunt, ſicut equus & bos, fundus & domus.ibi:nu.88. 268
Poſſeßio an habeat communionem cum proprietate quia eſt iuris & res incorporalis in l.naturaliter.§.nihil commune.in ij. lectura nu.34. 282
Poſſeſſio & proprietas ſunt diuerſa, ſi conſiderantur quando ſunt in eſſe deducta, in l.naturaliter. §.nihil commune in prima parte.nu.36.de acquir.poſſ. 282
Poſſeſſio licet dominium producat: tamen in abſentia nihil habet commune cum eo.ibi.nu.37.fol.eo.
Poſſeſſio quamuis non ſeparetur aliquando à dominio: tamẽ in eſſentia nihil habet commune cum eo.ibi.nu.38. 283
Poſſeſſio & proprietas in eſſe deductæ nihil habent commune cum eo.ibi.nu.39.fol.eo.
Poſſeſſio quomodo amittatur obliuione, & quomodo præſumatur tam in rebus immobilibus, & quam immobilibus. ibi.nu.189. 305
Poſſeſſionis appellatione, de qua in dubio intelligatur argumentatur.ibi.nu.221. 311
Poſſeſſionis appellatione intelligitur de ea quæ conuenit ſubiectæ materiæ vel perſonis.ibi.nu.222.fol.eo.
Poſſeſſio violenta non iuſtificatur ex decreto iudicis.in l.iuſtè poſſidet.nu.30.de acquir.poſſ. 353
Poſſeſſio violenta non purgatur per reſcriptum principis. ibi.num.31.fol.eo.
Poſſeſſio violenta poſſet peti conſeruari per principem, ne ſibi fiat alia violentia.ibi.nu.32.fol.eo.
Poſſeſſio violenta non poteſt confirmari à prætore.ibi.nume. 32.fol.eo.
Poſſeſſio & dominium vt acquiratur vtilitatis cauſa facilioris modi negotiandi receptum fuit vt nouem modis fictis ſine actuali apprehenſione in l.quod meo. num. 3.de acqui.poſſ. 366
Poſſeſſio per extraneam perſonam nobis æquitate naturali ſuadente acquiri poteſt.ibi.nu.4.fol.eo.
Poſſeſſio acquiri poteſt per aſpectum ex fictione naturali. ibi.nu.5.fol.eo.
Poſſeſſio transferri poteſt per traditionem clauium ex fictione naturali. ibi.nu.6.fol.eo.
Poſſeſſio acquiri poteſt ſola conuentione rem detinentis. ibi. num.7.fol.eo.
Poſſeſſio acquiri poteſt per appoſitionem cuſtodis, ex fictione naturali.ibi.nu.8.fol.eo.
Poſſeſſio acquiritur & transfertur & de modo per precarium fictione ciuili.ibi.nu.9.fol.eo.
Poſſeſſio acquiri poteſt & transferri, & de modo per conductionem fictione ciuili.in l.quod meo. de acqui.poſſeſſ.nu. 10. 366
Poſſeſſio acquri & tranſferri poteſt, & de modo per retentionem vſufructus fictione ciuili.ibi.nu.11.fol.eo.
Poſſeſſio per conſtitutum fictione ciuili acquiri & tranſferri poteſt, & de modo.ibi.nu.12.fol.eo.
Poſſeßio corporalis in conſtituto interuenit acquirenti per ordinem traditum in dicta.l.quod meo.vt ibi.nu.14.fo.eo.
Poſſeßio tranſfertur à poßidente ciuiliter & naturaliter per conſtitutum.ibi.nu.21. 368
Poſſeſſio vera acquiritur per conſtitutum & precarium in l.quod meo.nu.27.de acquir.poſſ. 368
Poſſeſſio propriè non acquiritur, nec tranſfertur, nec deſinit & incipit.ibi.nu.28. contraria quomodo procedant declatur.ibi.nu.29.fol.eo.
Poſſeßio vera per conſtitutum acquiritur.declaratur.ibi.nume.30. 369
Poſſeſſio omnis tàm ciuilis quàm naturalis vacans an tranſferatur per conſtitutum detinentis tantum. ibi. numero.31. 369
Poßeßio non tranſfertur ante ratificationem per conſtitutum factum abſente emptore.ibi.nu.32.fol.eo.
Poßeßio an tranſferatur per conſtitutũ ſolum ſine alio contractu præcedenti, diſcutitur ibi.nu.46. 371
Poſſeßio an per conſtitutum tranſferatur alteri ignoranti & contradicenti.ibi.nu.49.fol.eo.
Poßeßio ſi per conſtitutum transferatur, an etiàm transferatur dominium, latius diſtinguitur vltra alios in l.quod meo.nu.50.de acquir.poß. 371.
Poſſeßio ficta quando idem operetur quod vera ibi.nume 51. 372
Poſſeßio retenta per duos quomodo amittatur per vnum declaratur.ibi.nu:54. 372
Poßeßio rerum incorporalium quomodo tranſferatur per conſtitutum examinatur ibi.nu.61. 374
Poſſeſſio per procuratorem qualis ſit & in cuius perſona conſiſtat.in l.quod meo:nu.97.de acquir.poſſ. 379
Poſſeßio informis præceſſit acquiſitionem dominij, ſed poſſeſſio formata eſt de iure ciuili longe poſtea creata, vt

meritò ſubſequatur.in rubr.de vſuc.nu.4. 380
Poſſeſſio quomodo per captiuitatem interrumpatur, reſtituatur, vel proſit heredi. in l.ſi is qui pro emptore nu. 1. ff.de vſuca. 377
Poſſeſſio facti eſt, ſeu habet multum facti, & res facti iure poſitiuo infirmari non poteſt.ibi.nu.10. 388
Poſſeſſio aliquando habet plurimum facti & parum iuris, aliquando multum iuris & multum facti. ibi nume. 12.fol.eo.
Poßeſſio qualis interrumpatur per captiuitatem, & qualis conſeruetur refertur.ibi.nu.13.fol.eo.
Poßeſſio & vſucapio rerum quæ captiuus per corpus ſuum poßidebat interrumpitur per captiuitatem.ibi.numero.15. 389
Poſſeſſio, quia facti eſt, & res facti non continetur in poſtliminio, in duabus primis operationibus quoniam ſecundum veritatem in eis procedit.ibi.nu.16.fol.eo.
Poſſeſſio non continetur in tertio capite in dicto caſu: quia deficit extremum à quo.ibi.nu.17.fol.eo.
Poſſeſſio & vſucapio earum rerum quæ poſſidentur ante captiuitatem per corpus alterius interrumpitur per captiuitatem.ibi.nu.18.fol.eo.
Poſſeßio per corpus alterius acquiritur ignoranti. Ideo Iacob.de Arena volebat quòd non interum peretur per captiuitatem.ibi.nu.19.fol.eo.
Poſſeſſio quòd imo per alium interrumpatur per captiuitatem, nec poſtliminio recuperetur, demoſtratur veriorem eſſe opinionem.ibi nu.20.fol.eo.
Poſſeſſia eorum quæ poſt captiuitatem per ſeruos acquiruntur non recuperatur poſtliminio.in l. ſi is qui pro emptore.nu.21.de vſuc. 390
Poſſesſio earum rerum quæ poſſidentur per alium ex cauſa peculiari ante captiuitatem, non interrumpitur per captiuitatem ibi.nu.22.fol.eo.
Poſſeſſio rerum peculiarium ante captiuitatem poſſeſſarũ recuperatur poſtliminio.ibi.nu.23.fol.eo.
Poſſeſſio rerum peculiarium tota conſiſtit & fundatur in animo & corpore ſerui,ibi.nu.24.fol.eo.
Poſſeſſio rerum acquiſitarum poſt captiuitatem ex cauſa peculiari continetur in poſtliminio,ibi.nu.25.fol.eo.
Poſſeſſio rerum ex cauſa non peculiari, ſiue ante vel poſt captiuitatem habeatur, non continetur in poſtliminio. ſed ex cauſa peculiari indiſtinctè continetur.ibi.nu.27.fol.eo.
Poſſeſſio per corpus captiui morientis in captiuitate, interrumpitur per captiuitatem, & non prodeſt hæredi.in l. ſi is qui pro emptore.nu.28.de.vſuc. 391
Poſſeſſio earũ rerũ quæ per corpus alterius ante captiuitatẽ poſſidentur interrumpitur per captiuitatem, & non prodeſt hæredi. ibi.nu.31.fol.eo.
Poſſeſſio rerũ quæ acquiruntur poſt captiuitatẽ non acquiritur captiuo, nec prodeſt hæredi ad vſucapionem.ibi.nu. 33.fol.eo.
Poſſeſſio rerum ante captiuitatem poſſeſſarum ex cauſa peculiari non interrumpitur per captiuitatem, & prodeſt hæredi ad vſucapiendum. ibi.nu. 34.fol.eo.
Poſſeſſio rerum poſt captiuitatem acquiſitarum ex cauſa peculiari incipit & prodeſt hæredi ad vſucapionem.ibi. nu 35 392
Poſſeſſio quare non recuperetur poſtliminio declaratur prima oppoſitio Bart.ibi.nu.86. 401
Poſſeſſio rei proprię quę iuſta eſt quare non contineatur poſtliminio.ibi.nu.87.fol.eo.
Poſſeſſio non recuperatur poſtliminio: quid in illa operatione procedit ſecundum veritatem, & declaratur quarta oppoſitio Bart.ibi.nu.89.fol.eo.
Poſſeſſio quæ iuris eſt quare non recuperatur declaratur. ibi.nu.91. 402
Poſſeſſio quare in peculiaribus quæ facti eſt contineatur.ibi. nu.92.fol.eo.
Poſſeſſio quòd facti ſit ratio, & vſucapio eſt iniquum prę ſidium oppugnatur:ibi.nu.95. 403
Decem rationes doctorũ imperfectæ referuntur & reprobantur.ibi.nu.96. 403
Ratio Alci.dictans ius naturale facti eſſe refertur & reprehenditur.ibi.nu.97. 404
Ratio nulla Aſſignata per Doctores perfecta eſt quia non conſiderauerunt ſeparatas opiniones poſtliminij.ibi.nu. 98.fol.eo.
Ratio quare poſſeſſio non contineatur in poſtliminio in prima operatione ponitur & declaratur ibi.nu.99.fol eo.
Ratio quare omnia iura recuperãtur & non poſſeſſio ponitur & defenditur ibi nu.100. 405
Ratio quare iura retrò transferuntur & non poſſeſſio, ponitur & defenditur ibi.nu.101.fol.eo.
Poſſeſſio quomodo dicatur habere plus iuris quàm facti, & è contrario, declaratur vltra alios latè in dicta l.ſi is qui pro emptore,nu.154. 416
Poſſeſſio an ipſo iure poſſit recuperari inquiritur.ibi.nume.155.fol.eo.
Poſſeſſio ſerui an ſit neceſſaria vt per eum poſſidere & poſſeſſionem acquirere poſſimus.ibi.nu.156.fol.eo.
Poſſeſſio & vſucapio in peculiaribus ſuſpenditur & recuperatur.ibi.nu.157.fol.eo.
Poſſeſſio ex cauſa non peculiari an per alios ignoranti acquiratur diſcutitur latè reſpondendo contrarijs.ibi.nu. 158.fol.eo.
Poſſeſſio retenta per corpus ſuum an habeat multum iuris propter animum diſcutitur.ibi.nu.159. 417
Poſſeſſio in rebus peculiaribus omnino habet plurimum iuris.ibi.nu.161.fol.eo.
Poſſeſſio per corpus alienum in non peculiaribus an procedat referuntur rationes Bart. quibus reſpondetur.ibi.nume.168. 418
Poſſeſſio captiui cum corpore alterius an per captiuitatem interrumpatur, articulus latiſſimè examinatur.ibi.nume.169. 419
Fundamenta Iaco. de Arena referuntur, & eis reſpondetur ibi.nu.170.fol.eo.
Poßeſſio captiui cum corpore alterius quòd per captiuitatem interrumpitur veram eſſe communem opinionem plenè demonſtrat.ibi.nu.171. 420
Poſſeſio rerum per corpus alienum circumſcripta vſucapione an interrumpatur per captiuitatem. ibi.numero. 183. 422
Poſſeſſio amittitur per verbalem nunciationem in l. de pupillo §. meminiſſe.num.9.de acquir.poſſ.fol.70.& nume.13. 73
Poſſeſſio ſtatim per nunciationem verè non amittitur, ſed tantummodo poſt remiſſionem ſecundum Cuma.ibidem.
Poſſeſſio nunciantis non eſt de ſubſtantia nunciationis ibi. nu.17. 73
Poſſeſſio an amittatur ante remiſſionem per nunciationem præ

prætoris manus, vel lapilli, iterum declaratur.ibi.nu nu.43. 77

Poſſeſſio amittitur ante remiſſionem per nunciationem verbalem ſecundum Doctores.ibidem.

Poſſeſſio quæ longo tempore præcedit acquiſitionem per vſucapionem, eſt magis conſiderabilis, quàm illa quæ immediatè acquirit dominium, in rub.de acquir.poſſeſſo-nu.13. 147

Poſſeſſio informis fuit antiquior dominio: ſed poſſeſſio formata longe poſteà ſequuta fuit ibi.nu.18. 148

Poſſeſſio formata nõ eſt magis nota domino ibi.nu.19. 149

¶ Poſſeſſor comparendo cum extraneo loco domini habetur in ll.allegatis contentis in rubr.de op.no.nunc.nu.99. 16

Poſſeſſor licet non ſit dominus, rem tamen penes ſe habere dicitur.ibi.nu.101. 17

Poſſeſſor verus poteſt traſferre poſſeſſionem in procuratores & adminiſtratores acquirentis per modos fictos, in l.3.in.princ.de acquir.poſ.nu.319. 215

Poſſeſſor verus per actus fictos tranſfert poſſeſſionem in omnes, quod multis rationibus probatur.reſpondendo obiectis.ibi.nu.321.fol.eo.

Poſſeſſor violentus an gaudeat priuilegio transferendi onus probandi in aduerſarium.latè diſcutitur.in l.naturaliter.§.nihil cõmune.in ij.parte.nu.302.de acquir poſ. 320

Poſſeſſor violentus, an releuetur ab onore probandi. iterum diſcutitur.ibi.nu.323. 325

Poſſeſſor violentus poteſt petere ſe mitti in poſſeſſionem rei poſſeſſæ ex contumacia rei in l.iuſtè poſſidet.nu.34. de acquir poſ. 353

Poſſeſſor violentus peti ſe mitti in poſſeſſionem ex contumacia non auditur ſi conueniatur de ſpolio.ibi.nume. 35.36.fol.eo.

Poſſeſſor violentus miſſus in poſſeſſionem ex cauſa damni infecti non conſequitur confirmationem violentiæ, ſed ſolum poteſt confirmari ex voluntate partis.ibi.nume. 37.fol.eo.

Poſſeſſori æqualiter fauemus ſicut domino, quando concurrit cum extraneis in rubr.de op.no.nunc.nu.102. 17

Poſſeſſorem violentum releuari ab onere probandi ex multis confirmatur.in l.naturaliter.§.nihil commune. in ij. parte nu.303.de acquir.poſſ. 321

¶ Poſſeſſorium debere præcedere petitorium decem ſunt leges decidentes.in l.naturaliter.§.nihil commune.in i.parte.nu.60.de acquir.poſſ. 265

Poſſeſſorium poſſe ſequi petitorium octo ſunt iura probantia.ibi.nu.61.fol.eo.

Poſſeſſorium quomodo ventilari poſſit à petitorio tres referuntur opiniones.ibi.nu.62.fol.eo.

Poſſeſſorium retinendæ prohibetur cumulari cum petitorio ſecundum Antiquos ibi.nu.63.fol.eo.

Poſſeſſorium & petitorium retinendæ, poſſe concurrere omni modo per decem intellectus Doct. cognitum fuit regulariter.ibi.nu.96. 269

Poſſeſſorium poſt petitorium intentari poteſt generaliter: quià ſe inuicem non tangunt.in l.naturaliter.in.§.nihil commune in ij.parte nu.29.de acquir.poſſ. 281

Per poſſeſſorium retinendæ an poſſit ſuſpendi petitorium latè declaratur.ibi.nu.30.fol.eo.

Poſſeſſorium retinendæ an poſſit cumulari cum petitorio in eodem & diuerſo libello, & omni tempore. ibi. nume.31.fol.eo.

Poſſeſſorium retinendæ non prohibetur intentari poſt petitorium: quia remedia ſunt diuerſa, & ſui natura nullam habent contradictionem.ibi.nu.52. 285

Poſſeſſorium proponendi ante petitorium non fuit ordo neceſſarió poſitus.ibi.nu.54.fol.eo.

Poſſeſſorium recuperandæ per abſolutoriam latam in petitorio non poteſt excludi, quanquam ſit abſolutoria.ibi. nu.75. 288

Poſſeſſorium recuperandæ quamuis durante petitorio poſſit proponi: tamen non ſequitur ſemper quòd eo finito poſſit vt quando reus iudicatus eſt dominus.ibi.nu.86. 289

Poſſeſſorio per propoſitionem petitorij non renuntiatur, neque per poſſeſſorium petitorio.quando actum eſt diuerſis reſpectibus.ibi.nu.295. 308

Poſſeſſorium adipiſcendæ poteſt concurrere cum petitorio ciuili non cum cauſa criminali.ibi. nu.284. 318

Poſſeſſorium recuperandæ & petitorium regulariter cumulari poteſt, & nulla ratio obſtat ibi.nu.294. 319

Poſſeſſorium recuperandæ etiam de iure ciuili non poteſt opponi: quando reus probauit ſe dominum poſt concluſionem in cauſa ibi.nu.297. 320

Poſſeſſoriũ recuperandæ non poteſt cumulari quando vtrũque intentatur ex cauſis incompatibilibus. ibi. numero. 299.fol.eo.

Poſſeſſorium recuperandæ non poteſt cumulari quando vterque contendit releuari ab onere probandi ibi.nume. 300.fol.eo.

Poſſeſſorium poteſt ſuſpendere petitorium non obſtante Auth.qui ſemel.C.quomo.& quan.iu.quæ limitatur vt ibi.nu.301.fol.eo.

Poſſeſſorium recuperandæ quando poſſit cumulari breuiter epilogatur ibi.nu.304. 321

Poſſeſſorium retinendæ pro rebus incorporalibus cumulari poteſt cum petitorio, ibi.nu.305.fol.eo.

Poſſeſſorium retinendæ non poteſt cumulari, quando partes contendunt quis debet eſſe reus ibi.nu.306. 322

Poſſeſſorium retinendæ cumulari poteſt quando agitur diuerſis reſpectibus, cum petitorio.ibi.nu.310. 322

Poſſeſſorium retinendæ cumulari poteſt regulariter, ampliatur & limitatur & breuiter refertur ibi. nu.315.323.

Poſſeſſorium recuperandæ an poſſit intentari cũ petitorio, ponitur regula cum ampliationibus & limitationibus.ibi. nu.322. 324

Poſſeſſio recuperandæ poteſt cumulari cum petitorio actoris, ſi actum fuit diuerſis reſpectibus, ibi.nu.338. 328

Quid de ſuſpenſione ſeruetur etiam declaratur arguendo ab vtraque parte.ibi.nu.339. 329

Poſſeſſorium poteſt ſuſpendere petitorium regulariter.ibi. nu.340.fol.eo.

Poſſeſſorium an ad ſui eſſentiam pro extremo requirat aduerſarium poſſidere.ibi.nu.373. 334

Poſſeſſorium ſi intentatur contra incertam perſonam non requiritur litis conteſtatio.ibi.nu.414. 341

Poſſeſſorium ſummariſſimum non poteſt per modum reconuentionis proponi: ſed ſolum ſummarium ſimpliciter.ibi.nu.426. 344

Poſſeſſorium non requirens litis conteſtationem poteſt cumulari cum petitorio, ſi procedatur per ſtatutum ſola facti veritate inſpecta.ibi.nu.427.fol.eo.

Poſſeſſoria plura an & quando poſſint cumulari propoſita ab eodem & à diuerſis.ibi.nu.386. 337

Cetera vide ſupra in verbo petitorium. & infra in verbo proponens.

¶ Poſſidens per ſemetipſum quando poſſit ignorare ſe poſſidere.ibi.nu.172. 316

Poſſidens per ſemetipſum intentando petitorium an videatur renunciare poſſeſsioni latiſsimè diſcutitur.ibi.nu. 174.fol.eo.

Poßidens per ſemetipſum quando poſſit ignorare ſe poßidere rem immobilem.ibi.nu.188. 318

Poſſidens iuſtè quos effectus acquirat, breuiter declaratur in l.iuſtè poßidet.nu.22.de acquir.poſ. 351

Poſſidens ciuiliter naturaliter per conſtitutum tranſfert poßeſſionem.in l.quod meo.nu.21.de acquir.poſ. 368

Poßidens plenè conſtituendo tranſfert omnem poßesſionem quam habet:& ſi aliqua vacat, adhuc illa acquiritur emptori.ibi.nu.55. 372

Poſſidens ciuiliter tantum an conſtituendo transferat poſſeſſionem latè diſcutitur.ibi.nu.57. 373

Poſſidens ciuiliter quòd posſit per conſtitutum tranſferre poſſesſionem nouiter comprobatur.ibi.nu.59.fol.eo.

Posſidens animo ſuo & corpore alieno, an conſtituēdo traſſerat poſſeſſionem diſcutitur.ibi.nu.60.fol.eo.

Poſſidenti quando competat actio in rem, & declaratur §. ei verò in l. naturaliter §. nihil commune.nume.179, de acquir poſ. 304

Poſſidenti ciuiliter naturaliter datur rei vendicatio contrà detinentem, & illum qui ſe liti obtulit.ibi.nu.218. 310

Poſſidentes ad diuerſos fines non occupant totam rem eorũ intentione: ſed extra finem illum remanet vacua. in l. iij. §.è contrario nu.17.de acquir.poſſ. 238

¶ Poſſidere quid ſit.in l.1.in princ.de acquir.poſſe.ponitur dictans duo concurrere debere corpus & animum permanendi.ibi.nu.19. 166

Poſſidere in ſolidũ quomodo duo poßint.declaratur latè.ibi.num.211. 197

Poſſidere qui dolo deſiit an fingatur in ſolidum poſſidere. in l.iij.§.è contrario.nu.46.de acquir.poſſ. 242

Poſſidere rem pignoratam an creditor vel debitor dicatur latè diſcutitur.ibi.nu.83. 249

Poſſidere rem pignoratam an plures creditores poſſint in ſolidum.ibi.nu.96. 251

Poſſidere, ſi plures in ſolidum regulariter non poſſunt, fallit in caſibus, ſuccinctè relatis.ibi.nu.99. 252

Poſſidere quinque perſonæ poſſunt in ſolidum eandem rem naturaliter.ibi.nu.109. 253

Poſſidere inſolidum an & quando plures poßint? repilogatio breuis totius materiæ,ibi.nu.137. 257

Poſſidere duo poſſunt in ſolidum, diuerſis ſpeciebus poſſeſſionum, & vnica quando tendunt ad diuerſos fines. in l. naturaliter.§.nihil commune. in ij.parte num.206. de acquir.poſſ. 308

Poſidere quis poteſt in viginti diuerſis caſibus, & vltra, authore prætore, qui omnes referuntur.in l.iuſtè poßidet.nu.3.cum ſeq.de acquir.poſſ. 348

Poßidere iuſtè, ex ſententia iniqua, quomodo quis dicatur. ibi.nu.23. 351

Qui non poßidet per conſtitutum, transferre non poteſt poſſeſſionem. in l.1.in prin.nu.318.de acquir.poſſ. 215

Poßidendi tres modi conſiderati fuere a Doctoribus, per ſe ipſum, per corpus alienum, & per animum & corpus alterius ... ſi is, qui pro emptore.nu.11.de vſucap. 388

¶ Poßibilitas, in genere ſubalterno, non ſemper validat fictionem. in l.ſi is, qui pro emptore.num.237.de vſucap. 429.

¶ Poſtliminium habet locum in omnibus rebus captis, etiã mobilibus, niſi cum dedecore amittantur.in l.1.in princ. nu.50.de acqui.poſſ. 171

Poſtliminium an habeat locum in triremibus captis, & recuperatis.ibi.nu.52.fol.eo.

Poſtliminium ex æquitate naturali ſuccedente intro ductum fuit, vt quæ violenter amiſſa ſunt recuperentur, & bene meriti de Republica non pereant fame, in l.ſi is, qui pro emptore.nu.3 de vſucap. 387

Per poſtliminium rationabiliter inductum fuit, vt omnia iura ſuſpendantur, & per reuerſionem recuperentur, & retrotrahantur.ibi.nu.4.fol.eo.

Poſtliminij duæ primæ operationes procedunt ſecundum veritatem, & tertia per fictionem.ibi.nu.5.fol.eo.

Poſtliminium prouidebat in capto, & reuerſo, vnde in commoditate eadem in mortuo apud hoſtes remanſerunt. ibi. nume.6. 388

Poſtliminium habet duo capita ſecundum Docto. quæ reducuntur ad varias operationes.ibi.nu.134. 411

Poſtliminij primum caput, operatur ſecundum veritatem, & quare.ibi.nu.35.fol.eo.

Poſtliminij ſecundum caput operatur ſecundum fictionem, & quare & quomodo ibi.nu.36. 412

¶ Poteſtas acquirendi poſſeßionem, & dominium, reſtricta fuit de iure ciuili habilitando perſonas, res, & titulum.in l.1 §.ſi vir vxori.nu.3.de acqui.poſſ. 220

Poteſtas declarandi libellum an tranſeat ad hæredes. in le. naturaliter.§. nihil commune.in ij. parte, nume.225.de acq. poſſ. 311

Poteſtas declarandi non tranſit ad hæredes etiam ſuos. ibi. nume.227. 312

Cætera vide ſupra in littera H.in verbo Habens,

¶ Præceptum iudicis inualidum, an validetur per clauſulam iuſtificatiuam.in l.de pupillo.§.meminiſſe.nu.28.de op.no.nunc. 75

Præceptum iudicis ſine clauſula, in nunciatione valet, & an & quando in alijs permittatur.ibidem.

Præceptum iudicis cum clauſula, reſoluitur in vim ſimplicis citationis, & comparente citato amittit vim præcepti.ibi.nu.20.fol.eo.

Præceptum iudicis executiuum, per clauſulam iuſtificatiuã an iuſtificetur.ibi.nu.30.fol.eo.

Præceptum executiuum, citato comparente, an iuſtificetur vel extinguatur.ibi.nu.32.fol.eo.

Præceptum iudicis iuſtum cum clauſula iuſtificatiua, an citato comparente, reſoluatur in vim ſimplicis citationis, vel potius duret eius virtus.ibi.nu.33. 76

¶ Prælatus poteſt per modos fictos, transferre poſſeſſionem rerum eccleſiæ.in l.1.in princ.nume.320.de acqui.poſſ. 215.

¶ Prætenſio iuris alienantis extinguitur per alienationem, ideò quoque extinguitur nunciatio ſuper ea fundata.in l. non ſolum.§.morte. in princ.nu.40.de op.no.nunc. 89

¶ Præiudicialia in Regno Neapolitano ſunt ſublata.in le. naturaliter.§.nihil commune in ij parte nu.372.de acqui.poſſ. 338

¶ Præſcribere ſecundum naturalem ſignificationem, eſt præfigere ſeu excipere.in rubr.de vſuc.nu.9. 381

¶ Præ-

¶ *Pręſcriptio qualiter definiatur per Do. tradita refertur in rubr. de vſucap. nu. 22.* 382

Præſcriptio eſt dominij acquiſitio etiam de iure digeſtorum ſecundum veram opinionem. quod latè comprobatur. ibi. nu. 23. ſol. eo.

Præſcriptio de iure Codicis, & Decretalium, cauſat plerunque dominij acquiſitionem. ibi. nu. 24. ſol. eo.

Præſcriptio actionum eſt propriè exceptio, non dominij acquiſitio. ibi. nu. 25. 383

Præſcriptio cum mala fide eſt proprie exceptio, non dominij acquiſitio. ibi. nu. 26. ſol. eo.

Præſcriptio, & vſucapio prout deducuntur in iudicio, propriè ſunt exceptiones ibi. nu. 27. ſol. eo.

Præſcriptio in ſubſtantia conſiderata, non eſt exceptio, ſed dominij acquiſitio. ibi. nu. 28. ſol. eo.

Præſcriptio prout eſt dominij acquiſitio, eſt idem cum vſucapione rerum immobilium, & efficiuntur Synonyma, ibi. num. 29. ſol. eo.

¶ *Prætores qui eſſent, & qualis eſſet eorum iuriſdictio, & vnde prouenerunt refertur. in l. 1. in princ. nu. 11. de op. no. nunc.* 29

Prætores ita vltra annum non durabant, quo peracto leges in ſuo robore permanebant. ibi. nu. 12. ſol. eo.

Prætores poteſtatem legis condendæ nunquam habuerunt, quidquid arbitrentur Doct. ibi. nu. 14. 30

Prætores ex officio, pro quiete populi, cœperunt interponere authoritatem ſuam, in controuerſia poſſeſſionis. in l. naturaliter. §. nihil commune. nu. 3. de acq. poſſ. 259

¶ *Precarium, & conſtitutum ſimul vtilitatis cauſa inſtrumentis conſueuerunt poni. in l. quod meo. nu. 26. de acqu. poſſ.* 368

Per precarium, & conſtitutum acquiritur vera poſſeſſio. ibi. nu. 27. ſol. eo.

Precario rogans, & precario concedens, quomodo intelligantur inſolidum poſſidere, & reſpondetur obiectis. in l. iij. §. è contrario. nu. 47. de acq. poſſ. 243

In precario quare, & non in commodato transferatur poſſeſſio, ratio inquiritur, & noua aſſignatur. ibi. num. 49. 50. 243

Per precarium, fictione ciuili poſſeſſio acquiritur, & transfertur, & de modo. in l. quod meo. nu. 9. de acq. poſſ. 366

Cætera habes ſupra in litera. C in verbo Conſtitutum, & in verbo poſſeßio.

Precium an ſit reſtituendum re euicta, quando remittitur euictio. in l. non ſolum. §. morte. in materia proteſtationis. nu. 210. de acqu. poſſ. 131

Princeps delegans cauſam ordinario concedendo abſolutionem, videtur etiam concedere condemnationem, & è contra. in rubr. de acquir. poſs. nu. 64. 155

¶ *Principium huius voluminis Digeſti Noui, quare inceptum fuerit à medio ſextæ partis. in rubr. de op. no. nunc. nu. 104.* 17

Principia duo iuris, & facti, defenduntur ab obiectis, & demonſtrantur à Doct. teneri. in l. 1. in prin. nu. 129. de acquir. poſſ. 181

¶ *Priuatus tenetur ſemper edere totam ſcripturam, ſaltem iudici vt legat. in rubr. de op. no. nunc. nu. 145.* 24

Priuilegia an, & quando pro parte poſſunt edi, primò referendo theor. Bart. ibi. nu. 132. 21

¶ *Probatio dubia non releuat probantem. in l. 1. in princ. de acqui. poſſ. nu. 56.* 172

Probatio in contrarium non admittitur contra fictionem: in l. ſi is qui pro emptore. num. 195. de vſucapio. 424

¶ *Proceſſus an valeat, ſi pars non opponat, cumulatione facta lege prohibente. l. naturaliter. §. nihil commune. in ij. parte. nu. 331. de acquir. poſſ.* 327

Proceſsus factus parte opponente, eſt ipſo iure nullus, niſi ex forma ſtatuti procedatur ſola facti veritate inſpecta. ibi. nume. 390. 338

Proceſsus nullus quomodo poſſit vnico momento reformari. remiſſiuè ibi. nu. 397. ſol. eo.

Proceſsus factus contra rationem propoſterationis, quando valeat parte opponente, theoricaliter, & magiſtraliter declaratur. ibi. nu. 406. 340

¶ *Procurator conſtitutus ad contrahendum matrimonium poteſt ignorante muliere reuocari, Idem in nuntio. in l. non ſolum. §. morte. nu. 6. de op. no. nunc.* 92

Procurator generalis, an per modos fictos poſſit transferre poſſeßionem? & concluditur quòd non in l. 1. in prin. nu. 317. de acquir. poſſe. 215

Procurator generalis, an per actus fictos, & conſtitutum poſſit transferre poſſeßionem, ſpecialiter diſcutitur. ibi. num. 322. 215

Procurator generalis quòd non poßit per actus fictos transferre poſſeßionem, nouiter ex multis confirmatur. ibi. nume. 324. 216

Procurator, tutor, vel curator, conſtituentes ſe poßidere nomine vendicatoris, an transferant poſseßionem. in l. quod meo. nu. 23. de acquir. poſs. 368

Procurator quando præſtat nudum miniſterium, vel poßideat declaratur. nu. 42. 370

Procurator ingrediens, quare præſtet nudum miniſterium alienæ poſseßioni, non autem eam ſibi acquirit. ibi. nume. 43. ſol. eo.

Procurator poteſt ſibi ſoli totam poſſeßionem acquirere, ſi hoc agatur, vt teneatur eam cedere. ibi. nu. 44. ſol. eo.

Procurator quis ſit nuntius, vel negotiorum geſtor, & in quo differant. in l. ſi is, qui pro emptore. nu. 343. de vſuc. 448.

Procurator acquirit alteri, ſed non nuntius. ibi. nu. 355. 451

Procurator, & nuncius exequens vt nuncius, aſsumit eius naturam ibi. num. 356. ſol. eo.

Procurator habilis ſi efficiatur inhabilis, poteſt ſubſtituere habilem ibi. nu. 379. 455

Procuratoris animus in acquirendo dominio, non eſt neceſsarius, ſi tradens intendat dominò acquirere. in l. quod meo. nu. 98. de acq. poſs. 379

¶ *Producens integrum ſtatutum probat aliud eſſe imperfectum, & de cautela producendi. in rubr. de op. no. nunc. nume. 153.* 25

Producens inſtrumentum in parte, & partibus facientibus pro ſe, an valeat & quomodo fieri debeat. in l. non ſolum. §. morte, in materia proteſtationis, nume. 136. de op. no. nunc. 119

¶ *Prohibere, & nunciare differunt, & ſe habent tanquam excedentia, & exceſſa, ac conſiderantur in genere, & in ſpecie. in l. de pupillo §. meminiſſe. nu. 16. de op. no. nū.* 73

¶ *Prohibita condemnatione in materia correctoria. an videatur prohibita abſolutio? latè diſcutitur in rubr. de acquir. poß. nu. 65.* 155

Prohibitio ædificandi quatuor modis fieri poterat. in l. 1. in prin. nu. 23. de op. no. nunc. 31

Prohibitio ędificandi, ligat manus ædificanti vſque ad diffinitiuam ſententiam. ibi. nu. 24. fol. eo.

Prohibitio à nunciatione differt, ſicut cauſa à cauſato ibi. num. 53. 38

Prohibitio cauſans interdictum quod vi aut clam, an morte prohibentis extinguatur. in l. non ſolum. §. morte in prin. nu. 33. de op. no. no. nunc. 88

Prohibitio cauſans interdictum quod vi aut clam, extinguitur morte prohibentis. ibi. nu. 35. fol. eo.

Prohibitio extinguitur morte, ad ſimilitudinem nũciationis. ibi. num. 66. 94

Prohibitio trahitur ad actus ex interuallo. in l. non ſolum. §. morte. in materia proteſtationis. numero. 37. de op. no. nunc. 102

Prohibitio procedit etiam ante litis conteſtationem, in tota materia cumulationis. in l. naturaliter. §. nihil commune in prima parte nu. 118. de acquir. poſſ. 271

Prohibendi ius eſt duplex. vnum in veritate quod eſt perpetuum, & aliud in opinione, ſeu prætenſione, quod eſt temporale. in l. non ſolum. §. morte. in 1. parte. num. 16. de op. no. nunc. 84

Prohibitus ædificare per nunciationem, an intelligatur ex verbis edicti diſpoſitione, an ex tacita interdicta permiſſione. in l. 1. in prin. nu. 52. de op. no. nunc. 38

¶ Promittens in feſto paſchatis, vel natiuitatis Domini ſoluere, à quo die conſtituatur in mora. in l. non ſolum. §. morte. in materia proteſtationis. nu. 228. de op. no. nunc. 133.

¶ Pronomen, hoc, eſt demonſtratiuum ad oculum intellectus, & corporis. in leg. 1. in princi. nume. 67. de op. no. nunc. 41

¶ Prophetia quid ſit ſecundum Bart. ibi. nu. 66. fol. eo.

¶ Proponens petitorium, non amittit poſſeſſorium, neque renunciat poſſeſſioni, niſi in vtroque agat pro eadem poſſeſſione expreſſa, vel partes contendant quis debet eſſe reus. in l. naturaliter. §. nihil commune. in ii. parte. num. 4. de acq. poſſ. 278

Proponens petitorium non videtur renunciare poſſeſſorio, quia remedia ipſa ſunt diuerſa, & ſui natura nullam habent inter ſe contradictionem. ibi. nu. 51. 285

Proponens remedium incompatibile cum primo, an videatur renunciare. ibi. nu. 156. 301

Proponens poſſeſſorium contrarium petitorio, videtur renunciare, ſi iudex admiſit libellum agentis. ibi. nu. 157. fol. eo.

Proponens poſſeſſorium poſt litis conteſtationem in petitorio quando non videatur renunciare declaratur. ibi. numero. 252. 314

Proponens poſſeſſorium pro eadem poſſeſſione, an videatur renunciare. ibi nu. 253. fol. eo.

Proponens poſſeſſorium retinendæ, an & quando poteſt ſuſpendere petitorium. latè diſcutitur. ibi. nu. 307. 322

Proponens poſſeſſorium retinendæ habens annexam cauſam proprietatis, an poſſit cumulari cum petitorio. ibi. nume. 308. fol. eo.

Proponens poſſeſſorium retinendæ, & petitorium ſimpliciter admittitur cumulando, ibi. nu. 311. fol. eo.

Proponens poſſeſſorium pro poſſeſſione nouiter quæſita quãdo illud cumulare poſſit cum petitorio. ibi. nu. 312. fol. eo.

Proponens poſſeſſorium adipiſcendæ, & poſtea petitorium, regula[illegible] cumulari. ibi. nu. 319. 334

Proponens petitorium & poſſeſſorium adipiſcendę, in eodem libello cumulare poteſt. ampliatur, & limitatur vt ibi. num. 327. 326

Proponens poſſeſſorium recuperandæ, & petitorium ſimul ea poteſt cumulare. ampliatur, & limitatur vt ibi refertur. num. 328. fol. eo.

Proponens poſſeſſorium retinendæ, & petitorium in eodem libello, poteſt ea cumulare, ampliatur, & limitatur vt ibi refertur. nu. 329. 327

Petri opinio per omnes dictas theoricas confirmatur, quòd generaliter permittatur concurſus petitorii, & poſſeſſorii, & etiam deciſio huius tex. ibi. nu. 330. fol. eo.

Proponens petitorium, an reo proponente poſſeſſorium cumulare poſſit, declaratur theorica Bart. ibi. nu. 333. 327

Proponens poſſeſſorium poteſt ſupplere petitorium intentatum à ſeipſo, & ab alio ibi. nu. 353. 331

¶ Proprietarius an poſſit naturaliter poſſidere rem cũ vſufructuario, & vſurario. diſcutitur. in l. iii. §. è contrario. nume. 112. de acq. poſſ. 254

Proprietas quid ſit, ſecundum communem opinionem refertur cum iuribus contrariis. in l. naturaliter. §. nihil commune. in 1. parte nu. 85. de acq. poſſ. 267

Proprietas ſecundum veram opinionem eſt res ipſa vnita cũ ſuis qualitatibus, & ſeparata ab aliquo iure ſuo de quo agitur. ibi. nu. 86. fol. eo.

Proprietas in materia noſtra, eſt res ipſa vnita cum dominio, & aliis iuribus, ſeparata à poſſeſſione. ibi. numero. 87. 268

Proprietas & poſſeſſio differunt ſicut equus, & bos, fundus, & domus. ibi. nu. 88. fol. eo.

Proprietas in l. naturaliter. §. nihil commune. de acqu. poſſ. capitur pro dominio ſecundum communiter Doct. in d. §. nihil. in ii. parte. nu. 10. 279

Proprietas an poſſit denotare dominium vtile, vel ſubalternatum. ibi. nu. 11. fol. eo.

Proprietatem ſi quis dixit in libello ſe habere, an poſſit obtinere probando ſe habere vſumfructum, vel emphyteuſim. ibi. nu. 12. fol. eo.

Proprietas latiſſimè capitur, & poteſt comprehendere poſſeſſionem, vſumfructum, rem ipſam, & res incorporales. ibi. nu 13. fol. eo.

Proprietas quid ſit, Alciati opinio refertur, & impugnatur. ibi. nu. 14. fol. eo.

Proprietas quid ſit, opinio Hermanotii refertur & impugnatur. ibi. nu. 15. fol. eo.

Proprietas quid ſit Rubei opinio refertur, & impugnatur. ibi. nu. 16. fol. eo.

Proprietas quid ſit, refertur opinio Ripæ & impugnatur. ibi. nu. 17. 280

Proprietas ſecundum Authorem eſt ipſa res, quæ conſideratur ſeparata ab aliquo ſolito ineſſe in ea. ibi. nume. 18. fol. eo.

Proprietas tot modis capitur, quot modis poteſt aliquando ius ſeparari ab ipſa re. ibi. nu. 19. fol. eo.

Proprietas etiam ſeparata à dominio, conſiderari, & inueniri poteſt. ibi. nu. 20. fol. eo.

Proprietas nomen introductum fuit vt ſermone noſtro poſſimus nominare rem ſeparatim ab aliquo iure ſuo. ibi. nu. 21. fol. eo.

Proprietas in propoſito, eſt res ipſa vnita cum dominio, & omni alio iure ſeparata à poſſeſſione. ibi. num. 22. fo. eo.

Proprietas

INDEX

Proprietas, & poſſeſsio ſunt diuerſi ei conſiderantur quando ſunt in eſſe deducta.ibi.nu.36. 282
Cætera vide ſupra in verbo poſſeſſio.

¶ Proteſtans, ſeu producens inſtrumentum in parte & partibus facientibus pro ſe, an valeat & quomodo fieri debeat? in l.non ſolum. §. morte. in materia proteſtationis. nu.136. de op.no.nunc. 119

Proteſtatus offerens cautionem de indemnitate proteſtandi, an poſſit ſoluere ſuo creditori, & quid, ſi creditor offerat.ibi.nu.148. 121

Proteſtari prohibitus propter potentiam iudicis, coram quo debet facere proteſtationem.latè diſcutitur in l.non ſolum.§.morte.in materia proteſtationis.nume.105.de op.no.nunc. 113

Proteſtari ſine iure, & percutere caput in parietem æquiparantur,ibi.nu.249. 136

Proteſtationis materia ſubiecta fuit in l.non ſolum §.morte ff.de oper.no.nunci.quia habet naturam & conuenientiam cum nunciatione, quæ eſt proteſtatio prohibitoria.nu.1. 96

Proteſtatio quid ſit diſcutitur, & referuntur variæ diffinitiones.ibi.nu.2. 97

Proteſtationis in materia ſunt decem nomina pro Synonymis accepta.ibi.nu.3. 97

Proteſtationis diffinitio Bartoli refertur, & reprahenditur, & decem nomina relata per Bartolum propriè diuerſa ſignificant.ibi.nu.4.& 5. 97

Proteſtatio in ſpecie quid ſignificet.ibi.nu.6. 97

Proteſtatio an fieri debeat cum clamore.ibi.nu.9. 97

Proteſtationis ſecunda diffinitio Bartoli refertur, & reprahenditur.ibi.nu.12. 98

Proteſtationis diffinitio Oldradi, & alia modernorum referuntur, & reprehenduntur.ibi.nu.13. 98

Proteſtatio noua diffinitio authoris ponitur & declaratur. ibi.nu.15. 98

Proteſtatio quotuplex ſit declaratur.ibi.nu.16. 98

Proteſtationis quinta ſpecies conſeruatoria iuris ſui an reperiatur.ibi.nu.17. 98

Proteſtationis diuiſio Ripæ refertur, & reprahenditur.ibi. nu.18. 98

Diuiſio Oldradi refertur & reprahenditur ibi.nu.19. 99

Diuiſio Alciati refertur & reprahenditur.ibi.nu.20.fo.eo.

Diuiſio noua traditur, tamen quia illa Bartoli eſt magis palpabilis & intelligibilis approbatur ibi.nu.21.fol.eo

Proteſtationis prima eſt ſpecies declaratoria Voluntatis, ad cuius ſubſtantiam requiritur quòd actus dependeat à mera voluntate, & libera poteſtate proteſtantis.ibi.numero.22. 99

Proteſtatio hæc poteſt fieri ſuper quinque ſubiectis ibi relatis.ibi.nu.23.fol.eo.

Proteſtatio declaratoria voluntatis non requirit præſentiam partis cui fiat.ibi.nu.24.fol.eo.

Proteſtatio hæc an rectè exemplificetur in additione & negotiorum geſtione.ibi.nu.25.fol.eo.

Proteſtatio vt ſe ipſum exoneret & neminem grauet an requirat præſentiam partis diſcutitur.ibi.nu.26.fol.eo.

Proteſtatio declaratoria voluntatis an poſſit fieri per procuratorem, & quare.ibi.nu.27. 100

Proteſtatio declaratoria voluntatis an poſſit fieri in quolibet loco.ibi.nu.30.fol.eo.

Proteſtatio hæc an per primum actum finiatur diſcutitur ibi.nu.31. 101

Proteſtatio ſimpliciter facta finitur per primum actum, & quomodo dicatur ſimpliciter facta.ibi.nu.32.fol.eo.

Proteſtatio ſimpliciter facta an trahatur ad actum ex interuallo ſubſequutum. ibi. nu.33.fol.eo.

Proteſtatio omnis explicitè vel implicitè continet verbum futuri temporis.ibi.nu.39. 102

Proteſtatio quando trahatur ad actum futurum nouiter diſtinguitur.ibi.nu.40.fol.eo.

Proteſtatio ſimpliciter facta an finiatur in primo, ſi plures actus ſequuntur.ibi.nu.41.fol.eo.

Proteſtatio quando finiatur in primo actu, vel trahatur ad plures epilogatio breuis, ibi.nu.44.fol.eo.

Proteſtatio an tollatur per actum contrarium latè diſcutitur.ibi.nu.45. 103

Proteſtatio tollitur per actum ſequentem contrarium directò, licet Bartholus aliter dicat nu.47.fol.eo.

Proteſtatio non tollitur per actum contrarium quando fit ex aliqua neceſsitate.ibi.nu.48.fol.eo.

Proteſtatio per actum contrarium factum per errorem non tollitur vel quando fit in ipſo actu.ibi.nu.49.fol.eo.

Proteſtatio an tollatur per actum contrarium dependentem à voluntate duorum.ibi.nu.50. 104

Proteſtatio non tollitur per actum contrarium dependentem à voluntate duorum: quando ambo conſenſerunt proteſtationi.ibi.nu.51.fol.eo.

Proteſtatio tollitur regulariter per actum dependentem à voluntate duorum contraria.ibi.nu.52.fol.eo.

Proteſtatio tollitur per actum contrarium etiam in fauorem tertij.ibi.nu.53.fol.eo.

Proteſtatio non tollitur per actum contrarium dependentem à voluntate duorum quando metus durat. ibi.nume. 54.fol.eo.

Proteſtatio tollitur per actum contrarium dependentem à voluntate duorum etiam ſi ſit facta cum iuramento. ibi.nu.55.fol.eo.

Proteſtatio facta cum iuramento in manibus vnius non tollitur per actum etiam iuratum factum cum alio. nume.56.fol.eo.

Proteſtatio tollitur per ſequens matrimonium quando ſequuta eſt copula carnalis non ſolita ibi.nu.59. 105

Proteſtatio ſemper tollitur per actum ſequentem contrarium habentem præſumptionem iuris & de iure. ibi. nume.63.fol.eo.

Proteſtatio quando tollatur per actum contrarium breuis theorica ponitur.ibi.nu.63.fol.eo.

Proteſtatio declaratoria voluntatis per quam alter grauatur debet intimari parti ſi cauſatur grauamen à facto antecedenti.ibi.nu.64. 106

Proteſtatio per quam alter grauatur non debet, intimari parti quãtum ad præiudicium proteſtantis.nu.65.fol.eo.

Proteſtatio vt quis exoneretur & alter grauetur, debet fieri publicè ſi in certa eſt perſona. ibi.nu.67.fol.eo.

Proteſtatio inducens grauamen propter diſpoſitionem legis, an debeat intimari parti.ibi.nu.69. 107

Proteſtatio declaratoria voluntatis de iis quæ dependent à voluntate duorum, debet fieri in præſentia partis.ibi. nu.70.fol.eo.

Proteſtatio facta in præſentia partis an quoque requirat eius conſenſum.ibi.nu.73. 108

Proteſtatio tollens obligationem perfectam requirit præſen-

tia-

tiam & conſenſum partis.ibi.nu.74. 109

Proteſtatio ad tollendam obligationem ex cauſa de præterito,requirit conſenſum partis.ibi.nu.75.fol.eo.

Proteſtatio facta à caupone quòd non vult teneri de periculo rerum antequam ingrediantur viatores an requirat conſenſum eorum.ibi.nu.76.fol.eo.

Proteſtatio ad tollendam obligationem de futuro ex cauſa de futuro, an requirat conſenſum partis vt ei præiudicet.ibi.nu.77.fol eo.

Proteſtatio ad tollendam obligationem prçteritam, præſentem,vel futuram regulariter requirit conſenſum partis,fallit vt ibi.nu.78.fol.eo.

Proteſtatio tollens obligationem, an requirat conſenſum tacitum vel expreſſum,ponitur regula quòd requiritur expreſſus,fallit in caſibus enumeratis.ibi.nu.79.fo.eo.

Proteſtatio in actu dependente à voluntate duorum, requirit conſenſum expreſſum vel præſumptum ex varys cauſis ſupra traditis.ibi.nu.81. 110

Proteſtatio facta abſente parte ei præiudicat:quando proteſtans propter metum non audet in præſentia proteſtari.ibi:nu 82.fol.eo.

Proteſtatio facta in actu contrahendi in præſentia partis,nõ requirit conſenſum ibi.nu.86. 111

Proteſtatio contra cauſam formalem vel materialem actus præualet actui, ſed contra alias partes facta vincitur ab actu ibi:nu.90.fol.eo.

Diſtinctio Alex.Rep.Dec. & aliorum modernorũ in prædictis refertur & reprehenditur.ibi.nu.91.fol.eo.

Proteſtatio facta ad limitandum obligationem quando præualeat actui.ibi.nu.92.fol.eo.

Proteſtatio ad limitandum obligationem, ſi qualitas illa vitiat totum actum requirit conſenſum partis, aliàs ſufficit tacitus ibi.nu. 93. 112

Proteſtatio facta ad limitandam obligationem,non vitiat totum contractum, valet etiam quòd non ſit acceptata nu.94.fol.eo.

Proteſtatio ad limitandam obligationem in contractu, qui re contrahitur an requirat conſenſum partis. ibi. nume. 96.fol.eo.

Proteſtatio inducens præiudicium parti pro conſeruatione iuris proteſtationis, non requirit conſenſum expreſſum.ibi.nu.97.fol.eo.

Proteſtatio facta ſuper actu dependente à voluntate duorum vt præiudicet parti, requirit conſenſum expreſſum, tacitum, vel præſumptum.ibi:nu.98.fol.eo.

Proteſtatio tranſit ad hæredes quando effectus eſt conſumatus, aliàs non tranſit.ibi.nu.99.fol.eo

Proteſtatio extinguitur per alienationem..nu.100. 113

Proteſtatio an tranſeat ad hęredes proteſtati.nu.101.fo.eo.

Proteſtatio facta iudici vt expediat cauſam, an tranſeat ad hæredes remiſſiuè.ibi.nu.102.fol.eo.

Proteſtatio ſuper actu dependente a voluntate duorum, an poſſit fieri per procuratorem.ibi nu.103.fol.eo.

Proteſtatio dependens à voluntate de iure & non de facto, quid operetur ibi.nu.104.fol.eo.

Proteſtatio de actu explicando coram iudice tanquam parte ,debet fieri coram iudice ibi.nu 106. 114

Proteſtatio fienda illi qui adeptus eſt magiſtratum debet fieri coram vicinis.ibi.nu.107.fol.eo.

Proteſtatio fienda ei qui abſens eſt, vel in furore,debet fieri in iudicio & quomodo.ibi.nu.108 fol.eo.

Proteſtatio an neceſſario ſit fienda ab impedito,vel ſufficiat probare impedimentum.ibi.nu.109.fol.eo.

Proteſtatio fienda de actu explicando cum iudice abſente,debet fieri coram eius tribunali. nu.113. 115

Proteſtatio an debeat fieri in ſcriptis,& ponitur regula quòd non ibi.nu. 114.fol.eo.

Proteſtatio quæ ſuccedit loco actionis debet fieri in ſcriptis. ibi.nu.115, fol.eo.

Proteſtatio ſuccedens loco exceptionis an debeat fieri in ſcriptis.ibi.nu.116 fol.eo.

Proteſtatio ſuccedens loco apellationis à decreto debet fieri in ſcriptis.ibi.nu.117.fol.eo.

Proteſtatio contra adulterum ſuſpectum debet fieri in ſcriptis,vt poſſit eum impune occidere, & in alys caſibus hic relatis,ibi.nu.118. 116

Proteſtatio in his quæ dependent à libera voluntate de facto & non de iure: quomodo fieri debeat, & an proſit.ibi.nu.119.fol.eo.

Proteſtatio quando incertus homo ex actu poteſt lędi,debet fieri in loco illo,vel publicè.ibi.nu.120.fol.eo.

Proteſtatio an actu dubio fiendo debet continere diem, horã & locum.ibi.nu.121.fol.eo.

Proteſtatio de actu lędente an poſſit fieri procuratori,amico, vel vxori.ibi.nu.123.fol.eo.

Proteſtatio facta vxori,vel amicis: quando proſit, & quo tempore.ibi,nu.125. 117

Proteſtatio de delicto quod poteſt animum moderari,delictũ quoque moderatur.ibi.nu.127.fol.eo.

Proteſtatio facta tu mentiris ſaluo honore tuo, an excuſet ab iniuria latè diſcutitur,ibi.nu.128.fol.eo.

Proteſtatio facta à ſtatuentibus quòd non intendunt ſtatuta eſſe contra libertatem eccleſiæ an proſit ibi. numero. 132. 118

Proteſtatio de re illicita qua poteſt moderari ex voluntate prodeſt ibi,nu.133.fol.eo.

Proteſtatio de actu nõ dependente à voluntate de iure,nec de facto non valet.in l.non ſolum.§.morte.nu.134.de oper. noui nunci. 119

Proteſtatio ſeu clauſula in libello poſita ſaluo iure addendi & nunciandi, an valeat vel proſit.ibi.nu.135.fol.eo.

Poteſtatio contra ſubſtantiam quando proſit, & quando non valeat.ibi.nu.137.fol.eo.

Proteſtatio prohibitoria ſeu inhibitoria quos effectus operetur & in quibus caſibus fiat.ibi.nu.138.fol.eo.

Proteſtatio facta à Tertio debitori ſine cauſa non ſoluat non valet.ibi.nu.140. 120

Proteſtatio facta à Tertio debitori ne ſoluat creditori ex cauſa non veriſimili nihil operatur. ibi.num.142.fol.eo.

Proteſtatio facta debitori ne ſoluat ex cauſa iuſta quando non valeat.& quando facit exigi cautionem. ibi. nume. 144. 121

Proteſtatio facta debitori ne ſoluat ex iuſta cauſa & probata, operatur quòd ſoluendo creditori non liberatur. ibi. nu.146.fol.eo.

Proteſtatio facta depoſitorio ne ſoluat nihil operatur. ibi. num.149.fol.eo.

Prateſtatio facta debitori cum iudicis authoritate, ne ſoluat, valet etiam quòd non oſtendantur ſcripturæ. ibi.nu. 130.fol.eo.

Proteſtatio facta priuato debitori non probata cauſa nihil operatur.ibi.nu.151. 122

Prote-

Proteſtatio facta à debitore fideiuſſori ne ſoluat non probata cauſa valet ibi.nu.152.fol.eo.

Proteſtatio facta ſine cauſa quando valeat, vel non ea non probata brevis epilogatio.ibi.nu.153.fol.eo.

Proteſtatio prohibitoria per quos fieri poſſit.ibi.nume.153. fol.eo.

Proteſtatio prohibitoria an poſſit fieri a procuratore dubio cum cautione de rato ibi.nu.155.fol.eo.

Proteſtatio an poſſit fieri à negotiorum geſtore ibi.num.156. fol.eo.

Proteſtationis notificatio & eius cauſa poteſt fieri per quẽcumque: quando ſola ſcientia ſufficit.ibi.nu.157.fol.eo.

Proteſtatio non poteſt fieri niſi per eum qui poteſt mouere actionem.in l.non ſolum.§.morte.nu.158.ff.de oper. noui nunci. 123

Proteſtatio an fieri poſſit à coniuncto. ibi.nu.159.fol.eo,

Proteſtatio prohibitoria an poſſit fieri procuratori.ibi.num. 160.& ponitur noua diſtinctio poſt alias relatas.fol.eo.

Proteſtatio prohibitoria debet praecedere ipſum actum & commodum ibi.nu.161.fol.eo.

Proteſtati prohibitoria ne fiant debita,quos effectus operetur.ibi.nu.162.fol.eo.

Proteſtatio prohibitoria ne quis ædificet quando operetur ſuos effectus.ibi.nu.163.fol.eo.

Proteſtatio ne quis faciat delictum valet:quia eſt veſtita colore legis in l. non ſolum. §. morte. numero. 164.de op. no.nunc. 124

Proteſtatio ne quis interficiat latrones ſine cauſa,an valeat. num.165.fol.eo.

Proteſtatio ne quis interficiat forindicatos,guidatos propter aliquam publicam vtilitatem an valeas latè diſcutitur. ibi.num.166 fol.eo.

Proteſtatio prohibitoria ne faciat quod poteſt prohibitus facere, & non facere de iure,quos effectus operetur.ibi.nu. 170.fol.eo.

Proteſtatio prohibitoria ne fiat quod eſt illicitum, ex voluntate proteſtantis valet.ibi.nu.171. 125

Proteſtatio prohibitoria ne fiat actus contra vtilitatem Rei publicæ,vt funerari non valet.ibi.nu.172.fol.eo.

Proteſtatio prohibitoria ne detur pecunia mutuò filio ſtudenti,quando valeat.ibi.nu.173.fol.eo.

Proteſtatio facta ab infirmo medico ne expendat pro eo ſanando,ſine cauſa non valet.ibi.nu.174.fol.eo.

Proteſtatio ne quis ſoluat debitum proteſtantis non valet. ibi.nu.175.fol.eo.

Proteſtatio ne quis ſoluat quod ſalua honeſtate ſeruare non poteſt,non valet, vel ſi eſſet eius verecundiæ. ibi. nume. 176.fol.eo.

Proteſtatio facta à fideiuſſore creditori ne det pecuniam mutuò per eum promiſſam,an valeat.ibi.nu.177.fol.eo.

Proteſtatio ne quis emat,vel contrahat cum aliquo ſine cauſa,non valet.ibi.nu.178. 126

Proteſtatio ne quis contrahat, cum cauſa iuſta facta valet. ibi.nu.179.fol.eo.

Proteſtatio ne quis alienet rem, quia vult de ea litigare,valet.nu.180.fol.eo.

Proteſtatio ne quis alienet fundum quia tertius eſt dominus quando valeat. ibi.nu.181.fol.eo.

Proteſtatio ne quis alienet fundum:quia proteſtans eſt dominus,vel quia eſt falſius tutor;quando valeat.ibi.nu.182. fol. eo.

Proteſtatio quando ſit,ne quis contrahat an valeat,vel inducat malam fidem epilogatio breuis.ibi.nu.184. 127

Proteſtatio facta à domino procuratori ſuo ne actum gerat, quid operetur.in l.non ſolum.§.morte.nu.185.de op. no. nunc. 127

Proteſtatio facta à procuratore generali alio procuratori ſpeciali cum iuſta cauſa valet,& impedit actum fieri. ibi. nume.186.fol.eo.

Proteſtatio hęc prohibitoria an poſſit fieri procuratori. ibi. nume.187.fol.eo.

Proteſtatio hæc prohibitoria an poſſit fieri per procuratorem ibi.nume.188.fol eo.

Proteſtatio incitatoria in quibus fieri poſſit,& quos effectus operetur.ibi.nu.189.fol.eo.

Proteſtatio incitatoria vt fiat quod tenetur facere ex facto alterius,debet continere cauſam cum eius certificatione. ibi.nu.190. 128

Proteſtatio incitatoria debet continere incitationem & denunciationem & certiorationem.ibi.nu.197.fol.eo.

Proteſtatio incitatoria fieri poteſt in loco quo debitor poteſt conueniri.ibi.nu.215. 132

Proteſtatio incitatoria fieri poteſt in quocunque loco, dummodo conferatur opſeruatio in locum commodum in l.nõ ſolum.§.morte.nu.216.de. op no.nunc. 132

Proteſtatio & interpellatio poteſt fieri die feriata regulariter.ibi.nu.225. 133

Proteſtatio facta à debitore debitori vt recipiat, quos effectus operetur ibi.nu.238. 135

Proteſtatio de actu obligante per officium iudicis debet fieri in iudicio.ibi.num.244.fol.eo.

Proteſtatio vt faciat quod non tenetur facere, pro conſequendo lucro valet.ibi.nu.246. 136

Proteſtatio vt fiat quod tenetur non facere prò conſequendo lucro in damnum proteſtati non valet.ibi. numero. 249. fol. eo.

Proteſtatio facta a fideiuſſare creditori vt exigat debitum. an valeat.ibi.nu.250.fol.eo.

Proteſtatio vt quis adimpleat conditionem proteſtatiuam quos effectus operetur.ibi.nu.251.fol.eo.

Proteſtatio facta in caſu quo non deficit conditio quando actus fieri poteſt, nihil operetur.ibi.nu.256. 137

Proteſtatio facta in actu quo conditio deficit quando potuit facere conſtituit debitorem in mora.ibi.nu.257.fol.eo.

Proteſtatio facta illi qui obligatur ex lege vel ſtatuto, ſub conditione proteſtatiua,an inducat moram,& requiritur monitio,late diſcutitur:ibi.nu.259.fol.eo.

Proteſtatio facta alteri vt delinquat, quid operetur in proteſtante & proteſtato.ibi.nu.263. 138

Proteſtatio certificatoria quos effectus operetur, & in quibus caſibus fiat.ibi.nu.266.fol.eo.

Proteſtatio quòd quis vult ædificare valet, ſi exprimatur locus & dies.ibi.nu.267.fol.eo.

Proteſtatio certificatoria an ſit propria ſpecies proteſtationis.ibi.nu.269.fol.eo.

Proteſtatio certificatoria aliquid eueniſſe operatur omnes effectus ſcientiæ,& non poteſt opponere exceptionem ignorantiæ,nec debet certificari amplius. in l. non ſolum. §. morte.nu.270.de op.noui nunci. 139

Proteſtatio certificatoria impedit aliquando curſum præſcriptionis.ibi.nu.271.fol.eo.

Proteſtatio contraria primæ quando eam tollat ibi.nume.

272,fol.eo.

Prateſtatio contraria primæ quid operetur,& an tollat eam nona diſtinctio traditur.ibi.nu,273.fol.eo.

Proteſtatio certificatoria quando debeat fieri ſolis verbis, & quando oſtendendo teſtes vel inſtrumenta.ibi.numero. 274. fol. eo.

Proteſtatio certificatoria poteſt fieri procuratori vt referat. ibi.nume.275. 140

Proteſtatio certificatoria an interrumpat præſcriptionem, & concluditur quòd non.ibi.nu.276.fol.eo.

Proteſtatio certificatoria ex capite quod inducit malam fidem,non rumpit vſucapionem.ibi.nu.277.fol.eo.

Proteſtatio facta à reo quòd non intendit in iudicem conſentire,quomodo fieri debeat,& quos effectus operetur.ibi. nu.278.fol,eo.

Proteſtatio facta à libellante quod non produeit in vim ſolennis libelli,quomodo fiat, & quos effectus operetur.in l.non ſolum.§.morte nu.279.de op.no.nunci. 140

Proteſtatio quòd quis producit inſtrumentum in parte & in partibus,quomodo fieri debeat,& quid operetur.ibi.nume.280.fol.eo.

Proteſtationis conſeruatoriæ quinta additur ſpecies iuris ſui nuncupata.ibi.nu.281.fol.eo.

Proteſtatio conſeruatoria iuris ſui an ſit ſpecies de per ſe examinatur. ibi. nu.282. 141

Proteſtatio facta ſuper actu incompatibili cum ea, an vitiet vel vitietur.ibi.nu.283. 141

Proteſtatio conſeruatoria in ijs quæ dependent à voluntate nihil operatur.ibi.nu.284 fol.eo.

Proteſtaio conſernatoria in ijs quæ dependent à voluntate proteſtantis quando præualeat,vel ipſe actus incompatibilis ibi.nu.285.fol.eo.

Proteſtatio conſeruatoria ſuper quibus ſubiectis fieri poſſit. ibi.nu.186.fol.eo.

Proteſtatio conſeruatoria poſt actum perfectum eius alteri quæſitum nihil operatur.ibi.nu.287.fol.eo.

Proteſtatio conſeruatoria ſuper actu dependente à ſola voluntate proteſtantis, etiam perfecto valet & qualificat actum.ibi.nu.288.fol.eo.

Proteſtatio conſeruatoria de actu præſenti dependens à mera volnutate valet.ibi.nu.289. 142

Proteſtatio conſeruatoria de actu futuro dependente à mera voluntate ſimiliter valet.ibi.nu.290.fol.eo.

Proteſtatio de actu pendente à mera voluntate non requirit præſentiam partis,non debet intimari,nec poteſt fieri per procuratorem.ibi.nu.291.fol.eo.

Proteſtatio conſernatoria de actu dependente a mera voluntate,quando finiatur,ibi.nu.292.fol.eo.

Proteſtatio conſeruatoria de actu pendeute à duorum voluntate preterito nihil operatur.in l.non ſolum.§.morte. nu.293.de op.no.nunci.fol.eo.

Proteſtatio conſeruatoria ſuper.actu præſenti valet.ſi fiat in præſentia partis,per multa exempla poſita.ibi. nume. 294.fol.eo.

Proteſtatio facta ab emphyteuta alienante ſaluo aſſenſu domini valet, & qualia debent eſſe verba. ibi. numero. 295.fol,eo.

Proteſtatio a domino recipiente canonem ſaluo iure caducitatis valetudo ibi.nu.296.fol.eo.

Proteſtatio valet,ſi dominus faciens inueſtituram poſt annum & d[illegible]m, proteſtatur ſaluum eſſe ius ſuum. ibi. nume.297. 143

Proteſtatio facta à teſtatore quòd legat ſaluo iure coloni,vel vſufructus,vel iudex reſeruat condemnationem expenſarum valet.ibi.nu.298.fol.eo.

Rroteſtatio ſoluentis collectam ſaluo iure exemptionis valet.ibi.num.299.fol.eo.

Rroteſtatio in omnibus prædictis caſibus ſemper requirit præſentiam partis conſentientis expreſſè vel preſumptiuè.ibi.nu.301.fol.eo.

Rroteſtatio conſeruatoria ſuper contractu futuro valet, ſi pars eſt preſens & expreſſè conſenſit. ibi. nume. 303. fol. eo.

Rroteſtatio certificatoria ſuper actu non dependente à voluntate de facto propter timorem iudicis valet,ſi fiat coram vicinis.Idem ſi iudex ædificat, & in alijs exemplis poſitis.ibi.nu.304.fol.eo.

Rroteſtatio conſeruatoria ſuper delictis non valet, niſi voluntate poßint limitari.ibi.nu.305.

Rroteſtatio aggreſſoris quòd non intendit præiudicare eum ſocys in facto,& honore valet.ibi.nu.306.fol.eo.

Rroteſtatio tu mentiris ſaluo honore tuo, valet.ibi.nume. 307.fol.eo.

Rroteſtatio ſuper his bis quæ probibentur à iure nihil conſeruat ibi.nu.308.fol.eo.

Rroteſtatio producentis libellum ſaluo iure addendi non valet:quando lex probibet.nu.309.fol.eo.

Rroteſtatio pro conſeruatione iuris alterius valet ibi.nu. 310.fol.eo.

¶ Rrotocollum,vel integer liber rationum continens plura & diuerſa negotia, non debet in totum edi.in rubr.de op. no.nunc.nu.143. 23

Q.

QVALITAS Cauſe in nunciatione expreſſa poſt concluſionem in cauſa an poſſit mutari.in l. i. in prin. nu.100.de op.no.nunc. 55

Qualitates multæ diuerſificantes effectus eiuſdem in poſſeſſione requiruntur in l.i.§. è contrario. nu.4.de acquiren. poßeſſ. 236

¶ Quaſi poſſeſſio in rebus incorporalibus inducitur ex diuerſis principijs à poßeſſione rerum corporalium quæ referuntur.in l.i.in.princ.de acquir.poß.246. 203

Quaſi poßeſſio in ſeruitutibus perſonalibus conſiſtit in animo & diuiditur in ciuilem & naturalẽ ibi.nu.255.204

Quaſi poſſeſſio in ſeruitutibus prædialibus conſiſtit in prædio cum adminiculo animi poſſeſſoris.ibi.nu.256.fol.eo.

Quaſi poſſeſſio ſeruitutum prędialium requirit vſum naturalem continuatum quo deficiente poſſeſſio efficitur diſcontinua.ibi.nu.257. 205

Quaſi poſſeſſio rerum naturalium eſt facti omnino: quia conſiſtit in vſu prædij qui eſt facti adminiculo iuris.ibi. nu.258.fol.eo.

Quaſi poſſeſſionis diffinitio refertur, & reprehenditur in l. i.in princ.de acquir.poß.nu.259. 206

Quaſi poſſeſſionis noua diffinitio traditur & declaratur. ibi.nu.260.fol.eo.

Quaſi poſſeſſio ſeruitutum prædialium inter ciuilem & naturalem refertur ex mente Bart. quæ tamen repræhenditur in l.i.in princ.nu.262.de acquir.poſſ. 205

Quaſi poſſeſſio nulla poteſt reperiri ſine animo vero vel præſumpto.ibi.nu.263. 206

Quaſi poſſeſſio in ſeruitute diſcontinua quomodo interuenit

niat.ibi.nu.264.fol.eo.

Quaſi poſſeſſio in ſeruitutibus prædialibus diuiditur in ciuilem & naturalem ex nouis principijs vltrà doctores traditis ibi.nu.266.fol.eo.

Quaſi poſſeſſio rerum incorporalium quomodo acquiratur plenè declaratur ibi.nu.271. 208

Quaſi poſſeſſionem rerum incorporalium ſolo iure ciuili inductam eſſe demonſtratur.ibi.nu.290. 211

Quaſi poſſeſſio rerum incorporalium an poſſit eſſe penes plures in ſolidum in l.iij.§.è contrario.nu.129.de acqui. poſſ. 255

Quaſi poſſeßiones plures in ſolidum eſſe poſſunt ſi ipſa iura penes plures in ſolidum eſſe poſſunt ibi.numero.136 fol. eo.

Quaſi poſſeßio vnica vel multiplex an reperiatur penes plures ius in ſolidum habentes.ibi.nu.132. 236

Quaſi poſſeßio ſeruitutis non transfertur per conſtitutum niſi incipiat eo prius vti in l. quod meo.nume.67.de acquir.poſſ. 37

R.

RATIO Ias.reſtringentis textum in l.i.in prin.de op no. nuncia.ad caſum dubium refertur & reijcitur in in dicto princ.nu.49. 37

Ratio quare nunciatio finitur morte vel alienatione eſt quia in perſona nunciantis finitur ius prohibendi temporale ſeu prætenſio nunciantis.in l.non ſolum.§.morte in prin. nu.17.de op.no.nunc. 84

Ratio deciſionis quare nunciatio finitur morte nunciantis traditur clarè concludens.ibi.nu.18.fol.eo.

Rationes decidendi doctorum referuntur in dicto.§. morte. & reprobantur. & replicatur ratio ſupra tradita per doctorem ibi.nu.26. 86

Ratio quare nunciatio alienatione nunciantis extinguatur ibi.nu.68. 93

Ratio poſita in dicto textu quomoda adaptetur iterum diſcutitur.ibi.nu.86. 95

Ratio differentiæ inquiritur quare ex parte nunciantis extinguitur nunciatio non ex parte nunciati ibi.nu.187.fo.eo.

Ratio noua aßignatur quare poſſeſſia denominatur à pedibus & à corpore, & non ab animo.in l.i.in prin.num.16. de acquir.poſſ. 166

Ratia nulla concludens pro Azone adducitur niſi quia præſumitur vnica poſſeſſio donec probetur multiplex in l.i. in princ.nu.203.de acquir.poſſ. 195

Ratio Gloſſ.quòd animus nimis grauatur in retinendo duas poſſeſſiones debilis eſt & puerliis ideò cum alijs ſimilibus reprehenditur ibi.nu.334. 218

Ratio quòd in eo loco in quo ſta tu ſtare non poßis quomodo procedat,cum omnes in hoc ſtudio in ſolidum ſtare poßint in l.iij.§.e contrario nu.22.de acquir.poßeß. 239

Ratio naturalis allegata in textu dicti §. e contrario quomodo conueniat ei declaratur ibi.nu.38. 241

Ratio naturalis an impediat duos poßidere vnum ciuiliter & alium naturaliter ibi.nu.39.fol.eo.

Ratio quòd renunciando poſſeſſioni videtur renunciare poſſeſſorio rectè concludit in l.naturaliter.§. nihil commune.nu.94.de acquir.poſſ. 268

Ratio ordinis non eſt neceſſaria & impedit poſſeſſorium in l.naturaliter §.nihil commune in ij: parte.num.134 de acquir.poſſ. 297

Ratio duplicitatis an impediat cumulationem latè diſcutitur.ib.nu.209. 308

Ratio duplicitatis & ratio ordinis faciunt magnam dubitationem,an petitorium & poßeſſorium retinendæ cumulari poßit ibi.nu.213. 309

Rationem nullam impeditiuam cumulationis, obſtare demonſtratur.ibi.nu.281: 317

Ratio diuerſa eſt ab illa quæ aßignatur in cap. paſtoralis.per Bart. quare non admittitur cumulatio poſt concluſionem in cauſa ibi.nu.288. 318

Ratio Bart.reprehenditur ex multis ibi.nu. 289.fol.eo.

Ratio ordinis tunc impedit cumulationem quando partes contendūt quis debet releuari ab honore.ibi.nu.296.320

Ratio decidendi latè ponitur cum reſponſionibus reſoluentibus difficultates in tota materia de poſſeßiis ante captiuitatem in l.ſi is qui pro emptore.numero.65.de vſucap. 396

Ratioi quòd poſſeſſio facti ſit & vſucapio eſt iniquum præſidum, oppugnatur ibi.nu.95. 403

Rationes decem Doct. interfectæ referuntur & reprobantur. ibi.nu.96.fol.eo.

Rationes variæ aßignantur quare in contractibus conditio retro trabitur non in legatis in l.ſi is qui pro emptore.nu. 321.de vſuc. 444

Ratio quare in contractibus trabitur retrò, & non in legatis eſt,quia hæc eſt voluntas teſtatoris.ibi.nu.323.445

Rationse per Bart.tradita in l.ſi is qui pro emptore.de vſu. debiles ſunt & non concludunt in dicta l.ſi is qui pro emtore nu.206. 460

¶ Recuperari quæ non proſunt per poſtliminium nec per legem corneliam proſunt hæredi quomodo procedat.in l. ſi is qui pro emptore nu.76.de vſuc. 399

¶ Reficiens opus vetus non poteſt prohiberi per nunciationum noui operis in l.i.in princ.nu.77.de op.no.nunc. 45

¶ Regula ponitur quòd cognito vno de contradictorijs cognoſcitur & aliud in ſubſtãtia in Rub.de acq.poß.nu.39.152

Regula textus l.i.§.e contrario.de acquir.poſſ. quòd plures non poſſunt in ſolidum poſſidere procedit in qualitatibus tendentibus ad eundem finem.limitatio verò non procedit in qualitatibus tendentibus ad diuerſos fines.in dicto. §.è contrario.nu.18. 238

Regula negatiua procedit in quatuor primis diuiſionibus limitatio affirmatiua procedit in alijs ſex diuiſionibus. ibi.nu.20.fol.eo.

Regulæ impeditiuæ cumultationis ſex ſunt quæ petitorio & poſſeſſorio militare videntur in l. naturaliter. §. nihil commune in .i. parte nu.100.de acquir.poſſ. 269

Regula prima impeditiua cumulationis fundata in ordine refertur.ibi.nu.101.fol.eo.

Regula ſecunda impeditiua cumulationis fundata in electione refertur ibi.nu.102.fal.eo.

Regula tertia impeditiua cumulationis fundata in contrarietate refertur.ibi.nu.103.fol.eo.

Regula quarta impeditiua cumulationis fundata in abſolutoria refertur.ibi.nu.204. 270

Regula quinta impeditiua cumulationis fundata in condeunatoria refertur.ibi.nu.105.fol.eo.

Regula ſexta impeditiua cumulationis fundata in duplicitate refertur ibi.nu.106.fal.eo.

Per quas regulas videtur anniua deſtrui deciſio iſtius textus & confirmari apinio Martini in l.ſi de vi.ib. 107.fol.eo.

Doctores volentes remouere obiectionem iſtius textus conati ſuere illum reſtringere ad caſus particulares, aut de eo facere limitationem ibi.nu.108.ſol.eo.

Regulæ impeditiuæ cumulationis tantummodo habet locum quando petitorium & poſſeſſorium pro eadem poſſeſſione expreſſa intentantur ibi.nu. 123. 272

Regulæ ſuns ſex impeditiuæ cumulationis quæ etiam inſerunt concurſum petitorij & poſſeſſeſſoríj retinendæ admitti in l.naturaliter §.nihil commune. in ij.parte.de acquir.poſſ.nu.8. 278

Regulæ omnes impeditiuæ cumulationis tolluntur per rationem dicti textus quòd nihil habet commune poſſeſſio cum proprietate in ordine in electione contrarietate abſolutoria condemmnatoria & duplicitate ibi.nu.9.ſol.eo.

Regula quòd ſi abſolutoria lata poteſt parere exceptionem rei iudicatæ, in alio iudicio impedit cumulationem actionis quomodo intelligatur ibi nu.84. 389

Regula quòd nihil habet commune poſſeſſio cum proprietate impedit ſemper exceptionem rei iudicatæ, ſed non exceptionem dominij diſcuſſi.ibi.nu.85.ſol.eo.

Regula generalis in omnibus interdictis conſtituenda eſt quod cumulatio admittitur propter rationem iſtius textus.& limitationes fiunt per accidens.ibi.nu.316. 323

Regula ponitur cum limitationibus & ampliationibus an poſſeſſorium recuperandæ poſſit intentari cum petitorio. ibi.nu.322. 324

Regula ponitur affirmatiua quòd cumulatio permittitur. ampliatur & limitatur vt hic refertur. ibi. numero. 358. 332

Regula ponitur affirmatiua quòd cumulatio permittitur. ampliatur & limitatur vt hic refertur.ſi actor proponit petitoriū & reus poſſeſſoriū retinendę.ibi.nu.359.360 332

Regula conſtituitur affirmatiua in tota quarta combinatione,quòd cumulatio permittitur, ampliatur & limitatur vt hic refertur.ibi.nu.361.ſol.eo.

Regula conſtituitur affirmatiua quòd cumulatio permittitur,ampliatur & limitatur,vt hic.ſi reus opponat exceptionem dominij an illa concurrat cùm poſſeſſorio recuperandæ.ibi.nu.356. 333

Regula conſtituitur affirmatiua quòd permittitur cumulatio,ſi actor proponit poſſeſſorium adipiſcendæ & reus petitorium ,ampliatur,& limitatur vt hic refertur ibi.nume.369. 334

Regula conſtituitur affirmatiua quod petitur cumulatio , ſi actor proponit poſſeſſorium retinendæ & reus petitorium. ibi. nume. 270. & ampliatur & limitatur vt hic & eadem ponitur in tota combinatione. ibi. nume. 371. ſol. eo.

Regula conſtituitur in tota hac combinatione quòd admittitur cumulatio.ibi.nu.74.ſol.eo.

Regula in ſeptima combinatione conſtitui debet affirmatiua quòd admittatur cumulatio.ampliando & limitando vt ibi.nu.384. 336

Regulam ponit quòd valeat cumulatio exceptis duobus caſibus , ampliat materiam cumulationis. ibi. nume. 389. 337.

Regulæ quatuor conſtituuntur ex decem articulis continentes & declarantes totam materiam l.ſi is qui pro empto re. de vſuc.relatæ in dicta l.ſi is. nu. 37 3[illegible]2

To[illegible] materia ſummo digito ſuit declarata:quia per eam [illegible]tellectus eſt tenendus ad iſtam legem.

ibi.nu.38.ſol.eo.

Regulæ adhærendum eſt,ſicut Bononienſes carrocio. in rubr.de acquir.poſſ.nu.67. 156

Regulam qui habet pro ſe habet ſundatam intentionem . in rubr.de op.no.nunc.nume.42. 7

Reſponſiones traduntur ad omnia ſundamenta. ibi. numero. 43 fol.eo.

¶ *Remedium tempore legis xij. tab. nullum erat traditum ſpeciale pro poſſeſſione.in l. naturaliter. §.nihil commune.in prima parte nu.2.* 259

Remedia poſſeſſoria omni iure ciuili,prætorio , & canonico, aucta & multiplicata ſuere vltra quadraginta. ibi. nume.10. 260

Remedia omnia poſſeſſoria ſub nomine trium interdictorū adipiſcendæ,retinendæ & recuperandæ continentur ibi. num.11.ſol.eo.

Remedium l.fin.de edic.diui hadr.toll. quale ſit , & quibus competat.ibi.nu.17. 261

Remedium adipiſcendæ poſſeſſionis de iure canonico inductum quale ſit & quibus competat ibi.nu.18. 261

Remedia recuperandæ dantur illis qui poſſeſſione quæſitanati ſuere.ibi.nu.19.ſol.eo.

Remedia l.extat.ff. quod me. cauſ.qualia ſint , & quibus competant.ibi.nu.22.ſol.eo.

Remedium l.ſi quis in tantam,& vnde vi quale ſit , & cui competat in l. naturaliter. §. nihil commune. nume.23. in prima parte.de acquir.poſſ. 261

Remedium l.meminerint.C. vnde vi. quale ſit.& quibus cōpetat.ibi.nume.24.ſol.eo.

Remedium l.cum quærebatur C.vnde vi. quale ſit.& quibus competat.ibi.nu.25.ſol.eo.

Remedium l.fin.C. de acquir. poſſ. quale ſit & quibus competat. ibi.nu.26.ſol.eo.

Remedium l.ſi quis conductionis.& l.conductoris.C.locati. quale ſit, & quibus competat. ibi. nume. 27.ſol. eo.

Remedium l.1.C. ſi per vim vel alio modo. quale ſit & cui competat.ibi.nu.28.ſol.eo.

Remedium l.ſi colonis.C.de agric.& cenſi. quale ſit & cui competat.ibi.nu.29.ſol.eo.

Remedium l.multa facinora. C.ad l. Iul. de vi.quale ſit,& quibus competat.in leg.naturaliter. §.nihil commune.in prima parte nu.30.de acquir.poſſ. 262

Remedium l.fin.de rei vendic.quale ſit,& cui competat.ibi. nume.31.ſol.eo.

Remedium cap. ſæpe. de reſtit. ſpoli. quale ſit. & cui competat.ibi.num.35.ſol.eo.

Remedium cap.excedens.ex.vt lit.non conteſt.quale ſit , & cui competat.ibi nu.35.ſol.eo.

Remedium canonis reintegranda.iij.qu.1. quale ſit ibi. nu. 37.ſol.eo.

Remedia omnia prædicta ſub vno nomine interdicti recuperandę continentur.ibi.num.41.ſol.eo.

Remedium conſeruandæ poßeſſionis quale ſit,& cui competat.ibi.nu.48. 263

Remedia cauſę proprietatis quæ ſunt & cui competant. ibi.nu.51.ſol eo.

Remedia poſſeſſoria ſunt perſonalia,& in rem ſcripta . & petitoria in rem tantum.ibi.no.57. 264

Remedia omnia conſeruandæ poſſeſſionis continentur ſub nomine vti poſſidetis.ibi.nu.90. 268

Remedia contraria ſi proponuntur ordine ſuceſſiuo ſemper cumu-

cumulari poſſunt, in l.naturaliter §.nihil commune in ij. parte.nu.408.de acqui.poſſ. 340

Remedia contraria an procedant ſi ſtatutũ vult cauſas agitari ſola facti veritate inſpecta.ibi.nu.409.fol.eo.

Remedium utrunque quando in libello intentatur ad cognoſcendum generalis theorica ponitur ibi.nu.439. 346

Remedium quando dicatur conſeruandæ poſſeſſionis, & vulgariter appelletur conſeruatorium ibi.nu.443. 346

Remedia poſſeſſoria competunt pro poſſeſſione ciuiliſsima in l.i.in princ.nu.240.de acquir.poſſ. 202

¶ Remiſſio quid ſit quotuplex, & quomodo fiat in l.i.in princ.nu.36.de op.no.nunc. 33

Remiſſio an fuerit ab eodem edicto remiſſa quo nunciatio fuit conceſſa.ibi.nu.102. 57

Remiſſio nunciationis eſt duplex coniunctionalis & regalis ibi.nu.104. 58

Remiſſio legalis diuiditur in duas ſcilicet legalem & iudicialem.ibi.nu.105.fol.eo.

Remiſſio iudicialis eſt duplex, vna quæ fit cum ſatiſdatione & alia ſine ea.ibi.nu.106.fol.eo.

Remiſſio iudicialis non ſeparatur a legali.ibi.numero.107. fol.eo.

Remiſſio per ſadiſdationem an concedatur, ſi nuncians dicat hodie conſtat & hodie agatur.ibi.nu.110. 59.& numero. 117 61

Remiſſio hodie non datur ante tres menſes etiam quòd datur ſatiſdatio ibi.nu.112 60

Remiſſio an propriè detur in nunciatione iniuſta ex defectu cauſæ rei vel perſonæ.in l.i.in princ.nu. 123. de op.no. nuncia. 62

Remiſſio legis perpetua & ſine ſatiſdatione an detur in nũciatione nulla ex euidentia facti permanentis. ibi. nume. 124.fol.eo.

Remiſſio in nunciatione dubia an per iudicem perpetuò fieri poſſit ſine ſatiſdatione.ibi.nu.125.fol.eo.

Remiſſio nunciationis a parte ex conuentione facta ſecundũ earum voluntatem valet.ibi.nu.126.fol.eo.

Remiſſio per ſatiſdationem ſimpliciter acceptatam inducitur, & nunciatus ædificare poteſt.ibi.nu.127. 63

Remiſſio prohibitionis poteſt fieri per nunciantem ius prohibendi non habentem.ibi.nu.133.fol.eo.

Renuntians poſſeſſorio per petitorium amplius non auditur in l.naturaliter.§.nihil commune.in ij. parte.nu. 90.de acquir poſſ. 290

Renunciatio litis non eſt mutatio actionis in l. naturaliter. § nihil commune.in ij. parte.nume.131. de acquirenda. poſſeſſ. 297

Renuncians liti an & quomodo fatetur ſe habere malam cauſam in l.naturaliter.§.nihil commune in in ij. parte. nu. 132.de acquir.poſſ 297

Renuncians petitorio an priudicet ſibi in poſſeſſorio retinendæ.ibi.nu.133.fol.eo.

Renuncians liti an poſsit deſiſtere à lite inuito aduerſario ibi.nu.135.fol.eo.

Renuncians liti non videtur renunciare iuri ſui experiendi per alium modum agendi.ibi.nu.136. 298

Renuncians liti an videatur renunciare dominio diſcutitur latè ab vtraque parte ibi.nu.139.fol.eo.

Renuncians liti & iuri quod non videtur renuntiare dominio, verior eſt opinio ibi.nu.140.fol.eo.

Renuncians liti non prohibetur intentare poſſeſſorium retinendæ, quod ampliatur & limitatur multis modis relatis.ibi.nu.143. 299

Renuncians liti an debeat condemnari in expenſis ibi. nu. 44 fol.eo.

Renuncians liti & non ſuſpendens condemnatur in expenſis ita quod non poteſt agere petitorio niſi prius refectis expenſis.ibi.nu.145.fol.eo.

Renuncians liti habens iuſtam cauſam non debet condemnari in expenſis. Idem in ſpoliato ſimpliciter, & hæc lectura eſt vera in ſe, & creat legem particularem: ſed non cõuenit verbis textus ibi.nu.146.147.fol.eo.

Renuntiatio dependet à ſola voluntate, & eſt ſtricti iuris & refertur ad diuerſa ibi.nu.141. 299

Renunciatio non porrigitur vltra verba ceſſantibus coniectuirs ibi.nu.142.fol.eo.

Renunciatio inducitur quando ſecundus actus ſortitur effectum valitatis.ibi.nu.176. 303

Renunciatio in hac lectura non inducitur niſi libellus valeat & admittatur à iudice vt habeat primam eſſentiam ibi nu.177.fol.eo.

Renunciatio non inducitur quando qui poſſidet in petitorio probat ſe poſſidere, quia non habet animum renunciandi, & declaratur cap.examinata. de iudic.ibi. nu.178. 304

Renunciatio, nunciatio, annunciatio, & denunciatio, in quo differant in l.non ſolum §. morte: in materia proteſtationis.nu.7.de op.no.nunc, 97

Prædicta nomina ex vſu cęperunt pro ſynonymis capi. ibi. nu.8.fol.eo.

¶ Requiſita quinque ad vſucapionem quare non fuere requiſita in definitione declaratur in rubr. de vſuc. nume. 16. 381

¶ Res quando ſunt prius occupatæ alius modus vel titulus concurrere debet ad acquirendum in l.1.in princ.nu. 27. de acquir.poſſ. 167

Res captę & reuerſę nunquam fuiſſe hoſtium finguntur, & interim ſemper permanſiſſe ſuorum dominorum.ibi. nume.48. 191

Res captæ & reuerſæ reſtituũtur in omnibus qualitatibus & conditionibus quæ erant quando captæ fuere, multis legibus oſtenditur.ibi.num.49.fol.eo.

Rebus in omnibus captis etiam mobilibus, habet locum poſtliminium, niſi cùm dedecore amittantur, vt arma & veſtes ibi.num.50.fol.eo.

Rem eſſe habitam pro derelicta quomodo præſumatur, & quid probandum ſit declaratur ibi.num.67. 173

Res ſacræ, religioſę, & ſanctę non ſunt ſimpliciter in bonis nullius.ibi.nu.68.fol.eo.

Res mobiles an proprie poſſideantur latè diſcutitur, & referuntur fundamenta communia quibus reſpondetur. in l. 1.in princ.num.103.de acquir.poſſ. 178

Res mobiles non propriè poſſideri argumentatur multis exẽplis, quibus reſpondetur.ibi.nu.104.fol.eo.

Res mobiles proprie poſſideri confirmatur concludentibus fundamentis.ibi.nu.105.fol.eo.

Res incorporales quando & quomodo in iure conſiſtere dicantur declaratur ibi.nu.153. 185

Res diffiniri debet in ſui quidditate & ſubſtantia, non quomodo, & vnde producatur.ibi.nu.196. 192

Res ſæpe ſolet pluribus modis conſiderari, & varijs modis diffiniri.ibi. nu. 197.

Res incorporales verè non poſſidentur, ſed qu[illegible]

tur.ibi.nu.245. 203

Rerum incorporalium duo ſüt genera, vnum earum quę ſunt iuris, aliud earum quæ ſunt ſacti in l.1.in princ.nu.147. de acquir.poſſ. 203

Res incorporales ſunt facti, diuiduntur in tres ſpecies incorporales, eſſentiales, potentiales, & operatiuas, ibi.nume. 348.fol.eo.

Res incorporales iuris diuiduntur in tres ſpecies, in incorporales, eſſentiales operatiuas, & potentiales.ibi.nu.250. fol.eo.

Res incorporales iuris potentiales, diuiduntur inter incorporales res per ſe exiſtentes & ſeruitutes.ibi.nu.251.204

Res incorporales ſeruientes diuiduntur in tres ſpecies. nam quædam a perſona perſonæ, quedam à re perſonæ, & quędam à re rei debentur.ibi.nu.254.fol.eo.

Res facti iure ciuili infirmari non poteſt.in l.1.§. ſi vir vxori nu.31.de acquir.poſſ. 225

Res quòd ſit apud reum conuentum in cauſa proprietatis eſt opus vel ſaltem aliqua poſſeſſio. in l.naturaliter. §.nihil commune in prima parte nu.64. de acquir.poſſ. 263.

Res ſuper qua fit fictio requiritur quòd ſit in rerum natura, ſed non cum tanta habilitate quia non mouetur.in l.ſi is. qui pro emptore nu.132.de vſuc. 411

¶ Rei vendicatio in quatuor caſibus datur contra non poſſidentem.in l.naturaliter.§.nihil commune.nume.55.in.i. parte.de acquir.poſſ. 264

Rei vendicatio poteſt dari contra detinentem tantum vel poſſidentem vna poſſeſſione.in l.naturaliter.§.nihil commune.in ij.parte.nu.33.de acquir.poſſ. 281

Rei vendicatio per poſſidentem intentata quando dicatur inepte tentata.ibi.nu.345. 330

Rei vendicatio competit pro filiatione poſt interdictum de liberis exhibendis, & quando cumulari poſſit.ibi. nume. 436. 345

¶ Reſolutio nouiter traditur an & quando iniuſtè nuncians teneatur actione de dolo.in l.1.in princ.nume.147. de op.no.nunc.fol.66. opinio Iacobi de Arena in terminis iſtis non eſt vera.ibi.nu.148.fol.eo.

¶ Reſtitutio rei an iure actionis, vel officio iudicis veniat in rei vendicationem latè declaratur referendo opiniones in l.naturaliter.§.nihil commune.in ij.parte.nu.211.de acquir.poſſ. 309

Intellectus iſte verus eſt in ſe, & de caſu dubitabili, ſed non conuenit huic literæ.ibi.nu.212.fol.eo.

¶ Reuerſus ab hoſtibus, & de facto apprehendens poſſeſſionem rerum an illa retrò trahatur.in l. ſi is qui pro emptore. nu.140.de vſuc. 412

Reuerſus ſtatim quòd ponit pedem in limine imperij, recuperat libertatem & poſteà ciuitatem, nec dicitur pluries recuperare ſed vnico inſtanti.ibi.nu.141.fol.eo.

Reuerſus ab hoſtibus an recuperat poſſeſſionem & vſucapionem verè vel per fictionem.diſcutitur, & nouiter declaratur.ibi.nu.163. 417

Omnia quæcunque poſt reuerſionem acquiruntur in futurum proſunt, & non retrò per poſtliminium trahuntur. ibi. nume.143. 413

¶ Reuocans mandatum an teneatur intimare inimico qui venit offendendus.in leg.non ſolum. §. morte. in materia proteſtationis.nu.205 de op.no.nunc. 130

¶ [illegible]us poteſtatem ſoluendi penam pecuniariam à ſtatuto an incidat ſtatim in moram, vel expectetur eius mors.ibi.nu.262. 138

Reus ſi abſolutus fuit à petitis in interdictis retinendæ de itinere actuque priuato & de aqua quotidiana & aſtiua non poteſt amplius intentare poſſeſſorium quamuis non ſit declaratus dominus in l.naturaliter §. nihil commune in ij.parte.nu.68.de acquir.poſſ. 287

Reus abſolutus quia actor non probauit, non poteſt excludere agentem poſſeſſorio recuperandæ neque allegando dominium, neque allegando rem iudicatam.ibi.nu.76 288

Reus abſolutus à petitis quia actor non probauit, poteſt repellere clericum agentem poſſeſſorio in beneficialibus. ibi.nu.77.fol.eo.

Reus abſolutus quia ipſe eſt dominus, repellere non poteſt agentem poſſeſſorio recuperandæ ſi non producit acta & ſententiam.ibi.nu.78.fol.eo.

Reus abſolutus qui eſt dominus opponens exceptionem dominij, & producens acta, non repellit agentem poſſeſſorio recuperandæ propter vſumfructum vel aliud ius.ibi, num. 79.fol.eo.

Reus abſolutus quia ipſe probauit, non poteſt repellere agentem poſſeſſorio leg.ſi quis in tantum C.vnde vi.ibi.num. 80.fol.eo.

Reus abſolutus quia dominus non poteſt impedire ingreſſum litis in poſſeſſorio recuperandæ etiam opponendo exceptionem dominij.in l.naturaliter.§. nihil commune.in ij. parte.nu.81.de acquir.poſſ. 289

Reus abſolutus quià dominus producens acta, an poſſit repellere exceptione domini agente poſſeſſorio recuperandę latè hinc & inde diſcutitur.ibi.nu.82.fol.eo.

Reus quando audiatur proponendo contrarias defenſiones. ibi.nu.158. 301

Reus ſoluens quod petitur liberatur ſi totum quod debetur perueniat ad actorem. Secus ſi aliquid deeſt.ibi.nume. 180. 304

Reus ex peruentione rei ad actorem an ſit abſoluendus à petitis vel ab inſtantia nouiter declaratur.ibi.nu.199.306

Reus ex peruentione rei ad actorem debet abſolui diffinitiuè.ibi.nu.201. 307

Hac lectura licet ſit vera in ſe & faciat nouam legem creatam tamen non conuenit huic leteræ .ibi.numero.202. fol.eo.

Reus ſi fuit abſolutus à petitis debet de iure ciuili impediri cumulatio.ibi.nu.288. 318

Reus qui dixit ſe poſſidere, non poteſt poſtea intentare poſſeſſorium recuperandæ ante litis conteſtationem.ibi.nume.341. 329

Reus qui dixit ſe poſſidere, non poteſt poſt litis conteſtationē intentare poſſeſſorium recuperandæ.ibi.nu.342.fol.eo.

Reus ſi non fuit interrogatus an poſſideat & poſtea intentat poſſeſſorium recuperandæ amittitur cumulando.ibi. nu.343.fol.eo.

Reus defendens rem petitam etiā conteſtando litē non fatetur nec negat ſe poſſidere ſed ſolum dicitur ſe offerre liti. ibi.nu.344.fol.eo.

Reus proponens poſſeſſorium adipiſcendæ an poſſit ſuſpendere petitorium.ibi.nu.356. 331

Reus ſi opponat exceptionem dominij an illa concurrat cum poſſeſſorio recuperandæ ibi.nu.365. 333

Reo licere debet quod licet actori in l. naturaliter. §. nihil commune.in ij.parte.nu.351.de acquir.poſſ. 330

¶ Re

INDEX

¶ Rex nõ preſumitur eſſe dominus rerum ſingularium in regno. in l.i.in princ.nu.71.de.acquir.poß. 173

Rex ſubinfeudans habet dominium particulare directum & ciuilem poſſeßionem ipſius.in l.iij.§.è contrario.nu.126 de acquir poſſ. 255

¶ Rubeus multas oppoſitiones inabſolutas in terminis extrà propoſitum fecit.in l.non ſolum.§.morte.in princ.nu. 43.de op.no.nunc. 89

¶ Rubrica ff.de op.no.nunc. trifariàm inſcripta reperitur ſimplex, plenior, & pleniſſima.in dicta.rubr.nu.1. 2

Cauſa dictæ varietatis ante omnia eſt intelligenda vt ſciamus quæ ſit authentica & interpretanda vtiliter.ibi.nu.2.fol.eo.

Rubrica nulla alia eſſe potuit in prĩcipio huius voluminis niſi illa, Hic ĩcipit liber.xxxix.ff.de op.no.nun.ibi.nu.12.3

Videtur quòd onus doctorum in indiuidendo & examinando hanc rubricam fuerit inanis & ſine fructu.ibi.num.13.fol.eo.

Rubrica hæc quamuis non ſit authentica propter factum Iuſtiniani tamen ex longa conſuetudine effecta eſt authentica.ibi.nu.14.fol.eo.

Rubrica hæc quare per gerundium poſita fuerit non per nominatiuum, ratio aſſignatur ibi.nu.15.fol.eo.

Rubrica hæc tota poteſt dici authentica, & à compilatoribus tacitè poſita ex repetititione rubricę poſitæ ff.de inſ. & in.vtilis ergo & fructuoſus fuit labor doctorum in interpretando eam.ibi.nu.17.18.fol.eo.

Rubrica ſola, hic incipit liber xxxix.de op.no.nunc.fuit in hoc volumine poſita, ſed virtualiter fuit repetita illa poſita in primo libro in tit.de iuſt. & iu.ibi.nu.33. 5

Rubrica ff.de acquir.poſſ.rectè fuit ſcripta de amitten.poſ. quicquid Alci. & alij dicant.ibi.nu.26. 150

Rubrica hæc optima igitur cum ratione poſtpoſita fuit titulo de acquir.re.dom.ibi.nu.20. 149

Rubrica hæc continet tria virtualiter de acquirenda retinenda & amittenda poſſeſſione vnde hæc cum illa C.cõuenit ibi.nu.18. 150

Rubrica hæc rectè ſcripta eſt alternatiuè vel amittenda, & in C.copulatiue, & retinenda ibi.nu.34. 150

Rubrica hæc æque bene fuiſset ſcripta per nomina de acquiſitione vel amiſſione poſſeſſionis ibi.nu.35.fol.eo.

Ruſticus ex decreto nullo ingrediens an excuſetur à pœnis ſtatutarijs in l.iuſte poſſides .80.de acquir.poſſ. 362

S

SABINVS an rectè repræhenſus fuerit à Labeone, inquiritur.in l.iij.§.è contrario.nume.27.de acquir.poſſeſſ. 239

Sabinus male repræhenſus fuit per Labeonem ſecundum Sozinos.ibi.num.28.fol.eo.

¶ Sanctum non eſt dandum canibus.in rubr.de op.no.nunc. nume.72. 12

¶ Satiſdatio pręſtita, an remitti debeat? declaratur, ſicut è contra nunciatio.in l.1.in princ.nume.144.de op.no. nunc. 64

Ad ſatiſdationem trimeſtri tempore non expectato, an ſtatim poſſit admitti nunciatus in poſſeſſione ſui ſoli.in le.1. in princ.num.118.de op.no.nunc. 61

¶ Scholaris proteſtans ſe per quemcumque actum ſequentem non velle contrahere matrimonium, poſtea contrahendo obligatur niſi metu fecerit.in l.non ſolum.§.morte. in materia proteſtationis.num.57.de op.no.nunc. 105

Scholaris faciens proteſtationem quòd non intendit contrahere matrimonium, in præſentia mulieris conſentientis, ſi poſtea contrahat non obligatur.ibi.nu.58.fol.eo.

Scholaris ſi mandat amico, vt vendat libros, & prohibeat emptorem ne ei ſoluat precium, an ſoluendo liberetur? ibi.num.141. 120

Scholaris habitans in loco ſtudij fingitur eſſe domi, & non efficitur ciuis in loco ſtudij.in l.ſi is, qui pro emptore.nu. 383.de vſuc. 455

¶ Scriptura in nunciatione an ſit neceſſaria? ponitur.in l.1. §.meminiſſe.nume.39.de op.no.nunc.fol.77.& ibi.nume.47. 78

Scripturæ generaliter pro parte, an poſſint edi, & editæ, faciant fidem? in rubr.de op.no.nunc.nu.142. 23

¶ Sententia an faciat notorium inter ipſas partes latè diſcutitur.in l.naturaliter.§.nihil commune.in ij parte nu. 89.de acquir.poſſ. 290

Sententia lata ſeparatim, quando debent remedia ſimul terminari, valet, & ideò debet appellari.ibi.nu.428. 344

Sententia ad validitatem, vel decreti, requiruntur ſex ſubſtantialia, videlicet cauſa efficiens, materialis, formalis, ſubiectiua ſolemnitatis, & finalis.in l.iuſtè poſſidet.nu. 2.de acq.poſſ. 348

Sententia, & decretum tribus modis capiuntur, in genere generaliſſimo, ſubalterno, & in ſpecie.ibi.nu.9. 349

Sententia, & decretum in genere generaliſſimo ſumpta idem ſignificat.ibi.nu.10.fol.eo.

Sententia dicitur quando iure actionis, ex officio iudicis mercenario profertur.ibi.nu.11.fol.eo.

Sententia iniqua, ex cauſa non diſcuſſa retractari poteſt.ibi. numo 40. 354

Sententia regulariter fertur ſuper pręſuppoſito, plenè diſcuſſo, ideò valet ex falſa cauſa.ibi.nu.48. 355

Sententia ſi fertur ſuper præſuppoſito non diſcuſſo ex falſa cauſa, non valet, & retractatur.ibi.nume.49. 356

Sententia quoque, & omnia acta iudiciaria, facti ſunt in ſubſtantia, ideò namque hoc exemplum probat concluſionem Bart.in l.ſi is qui pro emptore.nume.262.de vſuc. 436.

Sententia non ęquiparatur, nec contractibus, nec vltimis voluntatibus.ibi.nu.328. 446

¶ Sermo indefinitus, qui non poteſt verificari niſi in vno, ſpecialis eſt.in l.non ſolum.§.morte.in materiâ proteſtationis.nu.199.de op.no.nunc. 129

¶ Seruitus prædialis debetur à prædio, prædio, etiam quòd omnis actus in perſona dominorum concipiatur.in l.1.in prin.nu.261. 105

Seruitutes diſcontinuæ nunquam. præſcribuntur, ſed aliquando conſtitutæ, præſumuntur.ibi.nu.265. 206

Seruitutes quando habeant cauſam continuam, vel quando quaſi continuam, & quando diſcontinuam declaratur. ibi.num.267. 207

Seruitutes prędiales quo tempore, & quando præſcribantur declaratur.ibi.nu.268.fol.eo.

Seruitutes generaliter quòd non præſcribantur, adducuntur fundamenta modernorum quibus reſpondetur ibi.nume. 369.fol.eo.

Seruitutes præſcribi poſſe nouiter declaratur, & defenditur.ibi.nu.270.fol.eo.

Seruitutes prædiales, & perſonales an præſcribantur.in le. iij.§.è contrario.nu.58.de acq.poſſ. 247

Ser-

Seruitutes præſcribuntur vſucapione acquiſita, & extinctiua. ibi. nu. 69. fol. eo.

¶ Seruus remanet capax iuris naturalis hominum a natura inducti. in l. 1. in princip. nume. 282. de acquir. poſſeſſ. 210.

Iure gentium ab hominibus condito, fuit diſpoſitum quòd acquiſita per ſeruum tranſeant in dominium. ibi. numero. 285. 210

Seruus hodie etiam naturaliter eſt dominus peculij. ſed propter effectus ciuiles efficitur incapax. ibi. nume. 286 fol. eo.

Sex concluſiones per Doct. noniter, & ordinatè in hac ſerui capacitate conſtituuntur. ibi. nu. 287. fol. eo.

Seruus in fuga exiſtens, an naturaliter poſſideatur? diſcutitus. in l. iy. §. è contrario. nu. 59. de acquir. poſſ. 284

Seruus peculiaria verè poſſidet, poſſeſſione naturali & ciuili. in l. ſi is, qui pro emptore. nu 82. de vſuc. 400

Seruus rerum peculiarium eſt verè dominus naturaliter. ibi. num. 165. 417

Serui peculiares vere poſſident ciuiliter, & naturaliter ſupplente & coniuncto peculio. ibi. nu. 164. fol. eo.

¶ Significatio propriè non ſumitur ex alluſione, vel deriuatione, quando repugnas diffinitio, vel alia lex. in le. 1. in prin. nu. 102. de acquir. poſſ. 178.

¶ Similitudo de mandata denunciatione non procedit. in l. non ſolum. §. morte. nu. 29. de op. no. nunc. 87

Similitudo nominis non inducit probationem. in l. 1. in prin. num. 94. de acqu. poſſ. 176

Similitudo inter poſtliminium, & l. Corneliam, quomodo procedat declaratur. in l. ſi qui pro emptore. nume. 146. de vſuc. 414

¶ Socius proteſtans quòd non intendit obligari pro ſocio abſente, an poſtea contrahendo obligetur? latè diſcutitur vltra alios. in l. non ſolum §. morte. in materia proteſtationis. nu. 85. de op. no, nunc. 110

¶ Solutio glo. ſecunda. in l. non ſolum. §. morte. de op. no. nunc. non eſt ad propoſitum, & Doct. non penetrauerunt terminos nunciationis in. d. §. morte. nu. 59. 92

¶ Sophoniſma capta à Maſiniſſa, effecta fuis ſerua popu li Romani, capta ex hoſtibus in bello. in. l. i. in princ. nu. 41. de acq. poſſ. 169

¶ Species plures, propter diuerſam ſubſtantiam, vna per aliam non tollitur regulariter: aliquando tamen hoc fieri poteſt. in l. i in princ. nu. 202. de acq. poſſ. 195

Species plures faciliter conſtituuntur ex qualitatibus diuerſis de iure noſtro ibi. nu. 212. 198

Species quomodo & quando diſtinguantur propter affectus declaratur ibi. nu. 233. 201

¶ Spoliatus ante omnia eſt reſtituendus, quomodo intelligantur iura hoc dicentia. in l. naturaliter. §. nihil commune. nu. 83. de acq. poſſ. 289

Spoliatus pendente iudicio, debet ante omnia reſtitui per viam attentatorum. ibi. nu. 92. 291

Spoliatus ante omnia, quando ſit reſtituendus clariſſimè diſcutitur ibi. nu. 96. 292

Ampliatur, & limitatur in quampluribus caſibus relatis ibi. nu. 97. fol. eo.

Spoliatus prædo, à ſpoliante & à mandante debet reſtitui ante omnia ibi. nu. 99. 292

Spoliatus agens poſſeſſorio, & permitens probationes in petitorio fieri an excludatur à poſſeſſorio? ibi. nu. 103. 293

Spolium iudicis quando fiat, noniter demonſtratur, & declaratur. in l. iuſtè poſſidet. nu. 96. de acq. poſſ. 364

¶ Statuentes poſſunt impedire effectus iuramenti tribus modis relatis. in l. i. §. ſi vir vxori. nu. 50. de acq. poſſ. 228

Statutum diſponens quòd inuocatio diuini numinis ſcribenda ſit, non videtur diſponere, quod eius omiſſio vitiet. in rub. de op. no. nunc. nu. 57. 10

Statutum prædictum poteſt tribus modis concipi, & ſimpli pliciter conceptum nullam neceſſitatem apponendi inducere, late probatur ibi. nu. 58. fol. eo.

Idem eſt quando dictum fuit quod ſcribatur nomen Domini pro perfectione actus. ibi. nu. 59. fo. eo.

Statutũ ſi diſponit, quod inuocetur nomen, dñi aliàs actus ſit nullus, neceſſitatem apponendi inducit vt omiſſio vitiet, niſi probetur quòd notarius ſolitus fuit apponere, quo caſu preſumitur errasſe ibi. nu. 60. 10

Statutum diſponens quòd qui rapuerit rem alterius puniatur in centum, an comprehendat omnes poſſeſſores, vel ſolum dominum, in rubr. de op. no. nunc. nu. 93. 15

Statutum loquens per terminum generalem reſtringitur vt comprehendat tantum caſus, in quibus militat eadem ratio: & de alijs comprehenſis, in quibus ceſſat, non diſponit ibi. nu. 95. 16

Statutum predictũ an præſuppoſita opinione, quòd genitiuus ex communi vſu loquendi, comprehendat poſſeſſorem, habeat locum in ſolo domino ibi. nu. 96. fol. eo.

Statutum diſponens quòd qui rapuerit rem alterius puniatur in centum conprehendit etiam poſſeſſorem ibi. nume. 107. 18

Idem & fortius attento communi vſu loquendi, & cuicunque applicetur pœna, ibi. nu. 108. fol. eo.

Idem quando dominus rem propriam à poſſeſſore rapuerit dicitur ibi. nu. 109. fol. eo.

Statutum continens diſpoſitionem cum genitiuo quos caſus comprehendat, & datur theorica generalis ibi. numero. 110. fol. eo.

Statutum quare totum edi debeat, etiam quod oſtendatur iudici ibi. nu. 139. 22

Statutum quòd preſumatur imperfectũ, refertur opi. Alex. cum ſuis fundamentis ibi. nu. 151. 25

Statutum quando præſumatur eſſe integrum, ibi. numero. 152. fol. eo.

Statutum faciens mentionem de actu expreſſo, an trahatur ad mentem tacitam contrahentium. in l. i. de op. no. nunc. nu. 74. 44

Statutum, quòd cauſæ debeant terminari per quadraginta dies, an reſtringat tempus trium menſium in nunciatione nu. 119. 61

Statutum an debeat interpretari ſecundũ vltimas voluntates, vel leges loquentes de contractibus, latè diſcutitur, in l. non ſolum. §. morte. nu. 258. de op. no. nunc. 137

Statutum diſponens quòd ſi reus non ſoluat condemnationẽ amputetur ei manus, an requirat monitionem. ibi. nu. 261. 138

Statutum diſponens quòd exceptio poſſit probari per duos teſtes, ſimul quoque diſponit de actione, & replicatione. in rub. ff. de acq. poſſ. nu. 51. 153

Idem ſi diſponat quòd legatum poſſit probari per duos teſtes. ibi. nu. 52. fol. eo.

Statutum diſponens ſuper effectibus vnius contrarij, videtur quoque diſponere contrarios effectus in alio contrario, quan-

INDEX

quando militat contraria ratio ibi. nu.53.fol.eo.

Statutum ſi diſponit quòd teſtamentum valeat coram duobus teſtibus, an cum eiſdem legatum reuocari poſſit, non facto alio teſtamento.ibi.nu.60. 155

Statutum excludens ſororem à ſucceſſione fratris, an videatur excludere fratrem a ſucceſſione ſororis, latè diſcutitur.ibi.nu.81. 158

Statutum debet interpretari vt minus lædat ius commune. ibi.nu.83. 158

Statutum an excludens ſororem à ſucceſſione fratris videatur excludere fratrem a ſucceßione ſororis, diſtinctio noua ponitur.ibi.nu.87. 159

Statutum diſponens quòd quis fuerit inuentus cum armis vel alijs rebus prohibitis, an intelligatur quòd debeat ſe qui aprehenſio, & referuntur variæ opiniones in l. i. in princ.nu.306.de acquir.poſſ. 213

Statutum dans præmium inuenienti, requirit etiam capturam ſecundum ſubiectam materiam.ibi.nu.308. 213

Statutum dans præmium inuenienti, ſi alloquitur officiales iuſtitiæ, intelligitur de captura, ſi alias perſonas de ſola inuentione.ibi.nu.309. 213

Statutum loquens de inueniente mulieres, in dubio ſemper impeditur de ſola inuentione propter honeſtatem. ibi. nu.310. 213

Statutum loquens de inuentione an requirat capturam, noua Theorica traditur.ibi.nu.311. 214

Statutum ſi prohibet contractum vel alienationem fieri nihilominus ingrediens acquirit vtramque poſſeſſionem in l.i.§.ſi vir.vxori.nu.35.de acquir.poſſ. 226

Statutum ſi prohibet contractum, an præſumatur per fictionem infirmare poſſeſſionem.ibi.nu.36 fol.eo.

Statutum diſponens quòd duo in ſolidum poſſidere poſſint valet:in l.iij.§.è contrario.nu.42.de acquir.poſſ. 242

Statutum diſponens de tenentibus rem, an comprehēdat poſſidentes res immobiles.ibi.nu.56. 244

Statutum dictans neminem poſſe ingredi poſſeſſionem rei hæreditariæ, an includat miſſum authoritate iudicis. in l.iuſte poſſidet.nu.28.de acquir.poſſ. 352

Statutum loquens de filijs legitimè natis vel natis ex legitimo matrimonio, non comprehendit legitimatos, Idem in diſpoſitione teſtatoris, in l.ſi is qui pro emptore nu.251. de vſucap. 434

Statutum loquens de filijs legitimis verificatur in filijs legitimatis ex plenitudine poteſtatis, & in monaſterio ſubrogato.ibi.nu.252.fol.eo.

Statutum loquens de filijs legitimis comprehendit legitimatos natos ex prohibito matrimonio ſi præceſſit diſpēſatio papæ.ibi.nu.253.fol.eo.

Statutum loquens de filijs legitimis comprehendit legitimatos abſoluta poteſtate ab eis qui habent plenam poteſtatem diſpenſandi.ibi.nu.255.fol.eo.

Statutum loquens de filijs legitimis non comprehendit diſpenſatos tantum.ibi.nu.256. 435

Statutum loquens de filijs legitimis poteſt comprehendere omnes legitimatos per aſſenſionem:quando militat eadē ratio.ibi.nu.257. 435

Statutū quando dicit quod Florentini habeātur pro ciuibus vtrū ipſi efficiantur verè vel fictè ciues.ibi.nu 269. 436

Statutum quando dat certam formam, ſed non ligat ſibimanus, ciues per priuilegium efficiuntur verè ciues in l. ſi is qui pro emptore.nu.273.de vſucap. 436

Statutum ſi requirit ad actum ciues originarios, omnes facti per priuilegium in eo de proprietate ſermonis non continētur. fallit per extenſionem interueniente eadem ratione.ibi.nu.274. 437

Statutum requirens ciues ſimpliciter comprehendit ciues adoptiuos, fallit quando dicti adoptiui non habitant.ibi. nu.275.fol.eo.

Statutum faciens mentionem de ciuibus alterius ciuitatis, an comprehendat ciues adoptiuos latè diſcutitur. ibi.nu. 276.fol. 437. concluditur quòd contineantur. fallit in duobus caſibus.ibi.nu.277.fol.eo.

Statutum quòd loquens in perſonam comprehendat mandantem faciens regulam cum duabus limitationibus argumenta plura referuntur.ibi.nu.360. 452

Aliæ plures diſtinctiones doctorum referuntur ibi, nu.361. fol.eo.

Alciati diſtinctio refertur facientis regulam cum tribus fallentijs.ibi.nu.362. 453

Opinio Authoris ponitur conſtituens multos caſus ibi. nu. 363.fol.eo.

Statutum loquens in rem comprehendit de proprietate ſermonis mandantem.ibi.nu.364.fol.eo.

Statutum continens verba generalia comprehendit mandantem.ibi.nu.366.fol.eo.

Statutum comprehendit mandantem ne delictum omnino remaneat impunitum.ibi.nu.367.fol.eo.

Statutum lòquens de debito puro vel liquido an comprehendat debitum purificatum.ibi.nu.392. 457

Statutum loquens de debito puro vel liquido quando comprehendat conditionale purificatum.ibi.nu.393.fol.eo.

Statuta omnia, ac omnis diſpoſitio fauorabilis, odioſa, exorbitans, pœnalis, & correctoria, extenduntur ex identitatis rationis apparentis.in rubr.de op.no.nun.nu.94. 16

Statuta pœnalia comprehendunt omnes caſus, qui veniunt de proprietate ſermonis.ibi.nu.100. 17

Statutum cum verbis habentibus propriam ſignificationem & aliam ſecundum communem vſum loquendi, regulariter intelliguntur ſecundum communem vſum loquēdi, & quatuor iura præcedentibus contradicentia referuntur, & confirmantur.ibi.nu:111.112.fol.eo.

Statuta cum verbis latinis, græcis, vel germanicis, intelliguntur ſecundum communem vſum loquendi illius nationis, & linguæ.ibi.nu.121. 20

Statuta non intelliguntur ſecundum communem vſum loquendi quando reſiſtit mens ſtatuentium.ibi.nu. 122. fol.eo.

Statuta an, & quando pro parte poſſunt edi, primò referēdo Theor.Bart.ibi.nu.132. 21

Statuta quoque, & ſua remedia introducunt.in l.generaliter.§.nihil commune.in i.parte.nu.39.de acq.poſſ. 262

Statuta non pœnalia etiam in perſona loquentis, quando cōprehendant mandantem.in l.ſi is, qui pro emptore. num. 368.ff.de vſuc. 453

Statuta loquentia per verba multum naturalia, non comprehendunt mandantem.ibi.nu.369.fol.eo.

Statuta ſimpliciter in perſonam loquentium, quando comprehendant mandantem.ibi.nu.370. 454

Theorica breuis datur cum regula, & fallentijs ibi. nume. 371.fol.eo.

Statutorum interpretatio de verbis nullo extrinſecus addito, vel quòd verba intelligantur propriè, traditur vltra

alios in rubr.de op.no.nunc.nu.117. 19

¶ Stipulatio de demoliendo quomodo accipiatur in l.non ſolum.§.morte.nu.85.de.op.no.nunc. 95

Stipulatio an augeat actum, ſuper quo interponitur? latè diſcutitur.ibi.nu.89.fol.eo.

Stipulatio de demoliendo tranſit ad hæredes ab vtraque parte, quia ita conuentum fuit.ibi.nu.90. 96

Stipulatio de demoliendo non poteſt dici apposita ſuper nunciatione, quę extinguitur, ideò ſeruat naturam ſuam quòd tranſeat ad hæredes, ibi.nu.91.fol.eo.

Stipulatio in ſubſtantia ſemper eſt facti, ideo non probat concluſionem Bart.in.l.ſi is, qui pro emptore.numero.260. de vſuc. 435

Stipulatio an tollat ſtipulationem ipſo iure, & quomodo, nouiter dicitur.ibi.nu.286. 438

¶ Suceeſſores ſpoliati quomodo ſint ante omnia reſtituendi. in l.naturaliter.§ nihil commune.in.ij.parte.num.100. de acq.poſſ. 293

¶ Summaria duo traduntur in l.de pupillo.§. meminiſſe. nu.6.de op.no.nunc. 70.

¶ Suppletio rubricæ non fit ex capite quòd cognito vno de contrarijs, aliud cognoſcatur, ſed ex alio, quod diſpoſitio facta de vno contrario trahitur ad aliud. in rubr. de acqui. poſſ.nu.33. 152

¶ Suſpenſio petitorij non fit per exceptionem dilatoriam, ſed per propoſitionem ipſius petitorij.in.l.naturaliter.§. nihil commune.nu.350.in ij.parte.de acq.poſſ. 330

Suſpenſio petitorij poteſt indiſtinctè fieri de iure ciuili, & canonico, poſt litis conteſtationem, vſque ad concluſionem in cauſa ibi.nu.352. 331

T

TALE eſſe aliud eſt, aliud haberi pro tali.in l. quod meo.nu.41 de acquir.poſſ. 370

¶ Tempus quale congruum ſit, vt debitor conſtituatur in mora.in l.non ſolum.§. morte.in materia proteſtationis. num.223.de op.no.nunc. 133

Tempus feriatum an ſit congruum ſolutioni? ibi. numero. 224.fol.eo.

Tempora quinque partes principales facientia eiuſdem, in nunciatione noui operis interueniunt.in d.§. morte. in i. parte nu.3. 83

Tempora quinque in nunciatione contingentia, vltra Doctores narrantur, cum eorum effectibus.ibi.nume.61. 92

Primum eſt tempus quando facta eſt nunciatio, & non eſt contrauentum, & tunc morte nunciantis extinguitur, vt hic in text.ibi.nu.62.fol.eo.

Secundum tempus, quando eſt ædificatum ſpreta nunciatione, & tunc tranſit ad hæredes ab vtraque parte. ibi. nu. 63.fol.eo.

Tertium tempus eſt, quando nunciatus dicit, hodie conſtat, hodie agatur, & tunc tranſit ad hæredes, ab vtraque parte.ibi.nu.64.fol.eo.

Quartum tempus eſt, quando, præſtita eſt ſatiſdatio de demoliendo, & tunc etiam tranſit ad hæredes. ibi. numero. 65.fol.eo.

Quintum tempus eſt, quando ſententia eſt difinitiua, & tūc quoque tranſit ad hæredes, ibi.nu.66.fol.eo.

¶ Termini quatuor ſunt, identitas, contrarietas, correlatio, & diuerſitas.in l.naturaliter.§.nihil commune, in ij.parte.nu.25.de acquir.poſſ. 280

Termini.l.Corneliæ poſtliminij, quomodo veniant declaratur. in l.ſi is, qui pro emptore.nume. 145. de vſucap. 413.

¶ Terræ nulla pars in mundo hodie præſumitur eſſe in bonis nullius, ex capite iuris naturalis.in l.1.in prin.de acquir.poſſeſſ.nu.65. 173

Territorium an & quando arguat iuriſdictionem vel dominium in l.1.in prin.de acquir.poſſ.nu.72. 173

Territoria, & nemora vacantia cuius præſumantur eſſe in d.l.1.in princ.de acquir.poſſ.nu.69. 173

¶ Teſtamentum an, & quando poſſit pro parte edi. in rubr. de op.no.nunc.nu.144. 23

Teſtamentum, quod poteſt fieri coram duobus teſtibus, an etiam poſſit coram duobus teſtibus reuocari? declaratur in rubr.de acquir.poſſe.nu.58. 154

Teſtamentum facere, & reuocare, an ſint contraria declaratur ibi.nu.59.fol.eo.

Teſtamentum filij captiui, qui mortuus eſt ante reuerſionē patris, an rumpatur per eam.in l.ſi is, qui pro emptore. num.340.ff.de vſuc. 448

¶ Teſtis interrogatus dicens rem eſſe factam in palatio epiſcopi, ſi poſtea dixit, in hoc palatio, an ſit ibi ſibi contrarius.in l.1.in prin.nu.68.de op.no.nunc. 41

Teſtis interrogatus ſi neſcit dicere quid eſt dies, vel quid eſt bona fides, demonſtrat quòd neſcit quid eſt nox, vel mala fides.in rubr.de acquir.poſſ.nu.49. 153

Teſtis dictum an debeat intelligi ſecundum morem vulgarem, an legalem? in l.1.in prin.nu.68.de op.no.nunc.41

Teſtes contrarij, an, & quando poſſint reduci ad concordiam latè diſcutitur.ibi.nu.69.fol.eo.

¶ Textus in l. non ſolum. §. morte. de op. no. nunc. tractat quanto tempore duret nunciatio no.op. & quando extinguatur, & an tranſeat ad ſucceſſores.in d.§.morte. in 1. parte. nume.1. 83

In d.§.ponitur deciſio bimembris, tam de morte, & alienatione nunciantis, quam nunciati, reſpiciens primum tempus.ibi.nume.10.fol.eo.

In ſecundo tempore, alia bimembris deciſio dari debet, quæ ponitur in l.prætor.§.interdictum.ff.de op.no. nunc. ibi. num.11.fol.eo.

In tertio tempore tradi debet deciſio, quæ ponitur in l. 1. C. eo.ibi.nu.12.fol.eo.

In quarto tempore dari debet deciſio, quæ ponitur in l. prætor.§.fi.ff.eo.ibi.nu.13.fol.eo.

In quinto tempore quando eſt lata ſententia diffinitiua, tranſit ad ſucceſſores, ſecundum naturam rei iudicatæ. ibi. nume.14.fol.eo.

Textus, in l.1.in prin.ff.de acquir.poſſeſſ.ſummatur ſecundum Doct.& nouiter plenius in d.prin.nu.7. 163

Textus in l.iij.§.e contrario.ff.de acquir.poſſ.tractat an, & quando plures eandem rem inſolidum poſſidere poſſint. in d.§.e contrario.nu.1. 236

In d.§.econtrario.ponitur regula negatiua cum duobus fallentijs.ibi.nu.3.fol.eo.

Textus prædictus de qua poſſeſſione loquatur tam in regula, quam in limitatione diſcutitur.ibi.nu.82. 249

Textus in l.naturaliter.§.nihil commune.ff.de acquir. poſſ. tractat quomodo interdictum retinendæ concurrat cum rei vendicatione, ſed Doct.addunt totam materiam poſſeſſorij & petitorij.in d.§.nihil commune.nu.1. 259

Quo ordine cauſa poſſeſſionis, & proprietatis, ventiletur inquiritur.ibi.nu.59. 265

Iſte

Iſte §.ſecundum communiter Doct.reſtringitur ad caſus particulares,faciendo fallentiam de eo.ibi.nu.64.fol.eo.

Sex modos reſtringendi textum poſuit hic glo.facientes ſex modos intelligendi textum pro fallentia. & caſu ſpeciali ſpeciali ad regulam qui referuntur.ibi.nu.65.fol.eo.

Sex intellectus glo.reprobantur,quia reſtringunt,& violant textum,& oportet etiam in qualibet ſubaudire verba ad textum.ibi.nu.66.fol.eo.

Septimus,octauus,nonus, & decimus intellectus ponuntur ibidem.nu.67.68.69.70.fol.eo.

Nullus ex dictis decem intellectibus,conuenit legi Vlpiani. ibi.nu.71. 266

Nouiter legitur per auctorem duobus modis, vno modo vt iacet,quòd nullum verbum ponatur de concurſu petitorij, & poſſeſſorij.ibi.nu.72.fol.eo.

Iſtum intellectum ante oculos habuerunt omnes Doct.& non viderunt.ibi.nu.73.fol.eo.

Doctores ſomniauerunt contrarium vnum induci per iſtum text. & ſomniantes illum violauerunt.ibi.nu.74.fol.eo.

Contrarium chimerigiatum per Doct.fecit eos ſpeculando inuenire decem caſus in quibus concurſus admittitur.ibi. nu.75.fol.eo.

Inde decreta fuit veritas,quòd iſte textus ponit regulam generalem permiſſiuam concurſus.ibi.nu.76.fol.eo.

Secũdus eſt ſenſus Vlpiani,vt decidat poſſeſſorium retinendæ& petitorium poſſe generaliter concurrere.ibi.nu.77. fol.eo.

Textus in d.§.nihil commune. habet tria principalia dicta, in quibus plures ſunt difficultates,circa intellectum literæ,quam verba.ibi.nu.83. 267

Textus in l.naturaliter.§.nihil commune.ff. de acquir.poſſ. variis modis reſtringuitur ꝑpter imagınatam regulam à Doct.quòd concurſus petitorij,& poſſeſſorij retinendæ prohibeatur in d. §.nihilcõmune.in ij.parte.nu.45.234

Intentio glo.varijs modis declaratur,& Iaſon nouiter exponit.ibi.nu.46.fol.eo.

Noua datur declaratio glo.& textus,& materiæ ,clarificans intellectus traditos.ibi.nu.47.fol.eo.

Iſte text.recipit declarationem , quando agitur eadem poſſeſſione in vtroque , & non militat contradictio.ibi.nume.175. 303

Textus in hoc.§. ponit regulam generalem complectentem multos intellectus, & cæteros alios caſus habiles.ibi. nume.263. 315

¶ Theorica breuis ponitur,per quam cognoſcitur differentia inter contraria,& contradictoria,in cognitione.in rubr. de acquir.poſſ.nu.48. 153

Theorica Sozini,an ex contractu inutili transferatur,poſſeſſio refertur & imperfectè demonſtratur,& theorica noua conſtituitur & refertur.in l.1.§.ſi vir vxori.nume.62. 63.de acquir.poſſeſſ. 230

Theorica generalis ponitur ad cognoſcendum quando vtrunque remedium in libello intentatur.in l. naturaliter.§. nihil commune.in ij.parte.nume. 439.de acquir.poſſeſſ. 346.

Theorica Iaſonis,& Croni, ponens regulam , & fallentias multas refertur,quando fictio requirat extrema habilia in l.ſi is,qui pro emptore.nu.128.ff.de vſuc. 410

Theorica noua,& magis intelligibilis traditur, conſiderando quòd fictio aliquãdo fit,propter ſe tantũ,aliquando de re trahenda ꝑpter ſeruitiũ alterius rei.ibi.nu.129.411

¶ Titulus.ff.de acquir.poſſ.quare cum præcedenti non fuerit poſitus in Digeſto veteri,naratur.in rubr. de acquir. poſſ.nu.2. 145

Titulus prædictus de acquir.poſſ.quare non fuit præpoſitus titulo de acquir.rer.dom.latiſſimè inquiritur , referendo varias opiniones.ibi.nu.7. 146

Titulus hic,quare præponitur titulo de vſucapionibus , & in Codice ſubſequitur , diuerſitatis ratio demonſtratur, ibi.num.8.fol.eo.

Titulus hic quare non præceſſit titulum de acquir.rer.dom nouiter declaratur ibi.nu.9.fol.eo.

Titulus præcedens tractat de ſola acquiſitione de iure gentium,quidquid dixerint Moderni,ibi.nu.23. 149

In titulo præcedenti non fuit tractatum de acquiſitione per poſſeſſionem formatam.ibi.nu.25 150

Titulus pro ſuo,cauſatur & apprehenſione rerum,quæ ſunt in bonis nullius.in l.1. in princip. nume. 26. de acquir. poſſ. 167

Titulus ff.quod met.cau.potuit eſſe remedium poſſeſſorium. in l.naturaliter.§.nihil commune.in 1.parte. nu. 38. de acquir.poſſ. 262

Titulus de acquir.poſſ.quare non fuit præpoſitus titulo de acquir.rer.dom.declaratur.in rubr.de vſuc.nu.3. 380

Titulus de donatio.quare in diuerſo loco poſitus fuerit.ibi. nume.5. 380

Titulus de præſcript.quare in Decretalibus ponatur in materia iudiciorum , & in Codice in materia acquiſitionis. ibi.nu.10. 381

Titulus de vſucap.tractat de vſucapione in genere,quę continet duas ſpecies rerum mobilium, & immobilium , inter ſe ex multis differentes.ibi.nu.19. 382

Titulus prædictus,& in Codice,& in Decretalibus tractat de præſcriptionibus. & de vſucap. prout ſunt Synonyma,licet vnum tantum in rubr.exprimatur.ibi.nume. 30. 383

Tituli de vſucap.quare in Cod.præpoſiti fuerint titulo de acquir.poſſ.declaratur . in rubr.de acquir.poſſ.numero. 6. 380.

Tituli de vſucap.in Cod.principaliter tractant de vſucapione rerum mobilium ideò ſubordinantur materiæ ſeruorum ibi.nu.7.fol.eo.

Tituli de vſucap.quare in Cod.& Dig.ſeparantur a præſcriptionibus,& in Decretal. non fuit factum , declaratur. ibi.num.12. 381

¶ Tractatus de acq.rer.dom.quare non fuit poſitus in Digeſto veteri ante tractatum de rebus declaratur in rubr. de acquir.poſſ.nu.4. 145

Tractatus de donat.quare poſitus fuit ſeparatim ab vltima voluntate. ibi.nu.5.fol.eo.

Tractatus de re iud.quare non fuerit coniunctus cum titulo de iudicijs.ibi.nu.6.fol.eo.

Tradens ex contractu inutili,an amittat poſſeſſionem, ſi alteri non acquiritur? in l.1.§.ſi vir vxori.num.45.de acquir.poſſ. 227

Tradens rem,regulariter amittit poſſeſſionem, etiã quòd alteri non quæratur . Fallit in duobus caſibus.ibi. numero. 46.fol. eo.

Tradens rem ex contractu inutili,quando amittat poſſeſſionem,ſi alteri non queritur:ibi.nu.53. 228

Tradens ex contractu inutili, quando priuetur poſſeſſione , breuiterè pilogatur,& plene.ibi.num.57.

¶ Traditio clauium an debeat fieri in conſpectu horreorum, vel de proximo, declaratur, & concluditur quòd in conſpectu. in l. 1. in princ. nu. 299. de acquir. poſſ. 212
Traditio clauium facta debitori volenti tradere creditori ſuo præſenti, transfert poſſeſſionem in vtrumque ſuccesſiuè ibi. nu. 300. fol. eo.
Traditio facta ex contractu conditionali, an transferat dominium. in l. 1. §. ſi vir vxori. nume. 67. de acquir. poſſ. 232.
Traditio rei, & poſſeſſionis in conſtituto interuenit, per modum traditum in l. quod meo. nume. 15. de acquir. poſſ. 367.
Traditione clauium, ex fictione naturali poſſeſſio transferri poteſt. ibi. nu. 6. 366
In traditione clauium, non eſt neceſſarium ſcire locum loci mercium. in l. 1. in prin. nu. 303. de acquir. poſſ. 212
In traditione clauium opus eſt quod præcedat titulus, alioquin videntur datæ, cauſa cuſtodiæ. ibi. nu. 304. 213
Reliqua vide ſupra in litera. C. in verbo claues.
¶ Trebatius, an malè reprehenſus fuerit inquiritur per Sozinos. in l. iij. §. econtrario. nu. 53. de acquir. poſſ. 243
Trebatius quòd male reprehenſus fuerit, Sozinorum opinio eſt inutilis, temeraria, & falſa. ibi. nu. 54. fol. eo.
¶ Tutiora ſunt meliora. in l. de pupillo. §. meminiſſe. nu. 20. de op. no. nunc. 74
¶ Tutor an ſibi ipſi tradere poſſit, latè diſtinguitur. in l. 1. in prin. nu. 314. de acquir. poſſ. 214
Tutor an per modos fictos poſſit transferre poſſeſſionem, & concluditur quod non. ibi. nu. 317. 215
Tutor conſtituens ſe poſſidere nomine venditoris, an transferat poſſeſſionem. in l. quòd meo. nu. 23. de acquir. poſſ. 368.
¶ Tuum quod non eſt, debes ſcire eſſe alienum. in l. 1. in pri. nu. 70. de acquir. poſſ. 173

V

VASALLI inobedientes conſtituendo ſe poſſidere nomine alterius, cui ſe ſubijciunt, nullam transferunt poſſeſſionem iuriſdictionis regulariter. in l. quod meo. nu. 64. de acquir. poſſ. 367
Vaſalli interuertentes iuriſdictionem poſſeſſionis, per conſtitutum eam poſſunt transferre, vel propter magnam negligentiam domini. ibi. nu. 75. fol. eo.
¶ Vendens iuriſdictionem, an conſtituendo ſe poſſidere, transferat eam poſſeſſionem. in l. quod meo. nume. 69. de acquir. poſſ. 375
Vendens ſolam iuriſdictionem caſtri, conſtituendo transfert quaſi poſſeſſionem ipſius. ibi. nu. 71. fol. eo.
¶ Venditio dicitur eſſe facti, & ſolum contractus ſunt iuris approbatione. in l. ſi is qui pro emptore. numero. 261. de vſuc. 435
Venditor vini, quando poſſit illud effundere, ſi emptor non recipit. in l. non ſolum. §. morte, in materia proteſtationis. nu. 239. de op. no. nunc. 135
Venditor vini, quando poſſit illud effundere, plenius declaratur. ibi. nu. 243. fol. eo.
Venditor in conſtituto, non dicitur ſibi mutare cauſam poſſeſſionis. in l. quod meo. nu. 16. de acquir. poſſ. 367
Venditor conſtituens ſe poſſidere nomine emptoris, non poteſt expelli propria authoritate, à detentatione niſi ponatur precarium, ibi. nu. 25. 368
...terim fuit ſpoliatus, an acquiratur emptori remedium ſpoliatorium? ibi. nu. 33. 369
Venditore ædificante, an emptor teneatur deſtruere? in l. nõ ſolum. §. morte. nu. 82. de. op. no. nunc. 94
¶ Venenum, eſt nomen æquiuocum, quia eſt bonum & malum venenum. in l. i. in princ. nu. 57. de acqui. poſſ. 172
Venenum ſecundum communem vſum loquendi ſemper intelligitur de malo, quia bonum dicitur medicina. ibi. nu. 60. ſol. eo.
¶ Verbum puto adaptatur, quando proceditur iure actionis. in l. de pupillo. §. meminiſſe. nu. 23. de. op. nu. nun. 74
Verbum probibeo, an videatur conuenire nunciationi. ibi. nu. 38. 76
Verbũ quãdocumque, an faciat proteſtationem trahi ad plures actus? in l. non ſolum. §. morte. in materia proteſtationis. nu. 42. de op. no. nunc. 102
Verbum amittere, ſignificat perdere, & verbum admittere ſignificat recipere, ideo hic rectè dicitur de admittuda. in rubr. de acq. poſſ. nu. 27. 150
Verbum acquirere & retinere ſe compatiuntur, ſed retinere, & amittere habent contradictionem. ibi. nu. 31. ſo. eo.
Verbum inuenire, de proprietate denotat ſolam inuentionẽ, nec requirit apprehenſionem. in l. i. in princ. nu. 307. de acq. poſſ. 213
Verbum videri, quomodo intelligatur, in l. iij. §. e contrario. de acq. poſſ. & quare ratio incipiat per verbum veritatis, & finiatur per verbum fictionis. in d. §. e contrario. nu. 25. 239
Verbum tenere, ſtare propter, & ſedere verificatur etiam in ciuili. poſſeſſione ibi. nu. 89. 250
Verbum non denegatur, includit conceſſionem, & competentiam actionis, & proteſtationis ad libitum intentandi poſſeſſorium, poſt petitorium. in l. naturaliter. §. nihil commune. nu. 79. de acq. poſſ. 277
Verbum non denegatur, habet duplicem ſenſum, vnum ſimplicem, id eſt, non admittit, alium duplicem, vt implicet poteſtatem intentandi ad libitum. ibi. nu. 91. 268
Verbum vendicare quid ſignificet ibi. nu. 92. fol. eo.
Verbum cæpit, ſuppletur per verbum vendicauit & denotat principium, medium, & finem petitorij. ibi. nu. 93. ſo. eo.
Verbum vendicauit iunctũ cum verbo cæpit, ſuppletur, & denotat omnia tẽpora, & omnes modos. ibi. nu. 97. 260
Verbum non denegatur, de ſtricta ſignificatione exponitur, id eſt non amittit, ſeu non priuatur. ibi. nu. 121 273
Verbum non denegatur, ne ſit inutile, intelligitur quantum ad exiſtentiam interdicti, & quantum ad potentiam liberè intentandi. ibi. nu. 122. fol. eo.
Verbum cępit denotat litem conteſtatam & verbum vendicauit in l. naturaliter. §. nihil commune, in ij. parte. num. 246. de acq. poſſ. 313
Verbum iuſtè an ſignificet idem quod verbum ritè? & ritè declaratur. in l. iuſtè poſſidet. de ac. poſſ. nu. 24. 351
Verbum adeptio, an debeat poni in definitione, in rubr. de vſuc. nu. 17. 381
Verbum poſſidebat, poſitum in l. ſi is qui pro emptore. de vſuc. intelligitur generaliter per ſe, vel per alium, & quęſtio fuit facta de omnibus non peculiaribus. in d. l. ſi is qui pro emptore. nu. 68. 397
Verbum ante vſucapionem intelligitur ſcilicet completam, cum tamen recepta eſſet. ibi. nu. 69. ſol. eo.
Verbum hæredem, poſitum in d. l. ſi is, qui pro emptore. intelligitur de extraneo. ibi. nu. 79. 398

Ver-

Verbum ciuitate, poſitum in l. retro. ff. de. capt. intelligitur legaliter. ibi. nu. 142. 413
Verbum in re poſſibili, & verbum diſpoſitio, & verbum ex inſta, non conueniunt diſinitioni, cum potius ſint de naturalibus fictionis. ibi. nu. 210. 427
Verbum in re certa, excludit præſumptionem, dolos, falſitates, ſimulationes, & fraudes. ibi. nu. 212. fol. eo.
Verba verè, & iuſte, an ſint idem, & quid ſignificent? in l. i. in prin. nu. 55. de. op. no. nunc. 38
Verba eatenus, quatenus, tribus modis capiuntur, cauſatinè, temporaliter, & quotitatiuè. ibi. numero. 109. 59
Verba eatenus, quatenus, quomodo temporaliter accipi poſſunt. ibi. nu. 120. 61
Verba eatenus, quatenus, an quantitatiue capi poſſint. ibi. nu. 121. fol. eo.
Verba in. l. naturaliter. §. nihil commune. ff. de acquir. poſſeſſio. quòd diſponatur de concurſu licet ſubaudiantur ad oculum corporis, tamen ad mentem Vlpiani includuntur. in d. § nihil commune. in i. parte. num. 78. 266
Verba hæc, mentiris ſaluo honore tuo, excuſant ab iniuria ſecundum authorem. in l. non ſolum. §. morte. in materia proteſtationis numero. 129. de op. no. nunc. 117
Verba ius inſiſtendi, & verba aptum producere, non perficiunt diſinitionem. in l. i. in princ. numero. 225. de acquir poſſ. 200
Verba illa, res facti iure ciuili firmari non poteſt intelliguntur de traditione ſecundum Sozinum. in l. i. §. ſi. vir vxori, nu. 13. de acq. poſſ. 222
Verba quod precario rogans, & concedens inſolidum poſſideat, quomodo intelligantur? & referuntur variæ opiniones. in. l iij. §. e contrario. numero. 26. de acquir. poſſeſſ. 239
Verba iuſtè poſſidet, quomodo exponantur. in l. iuſtè poſſidet. nu. 18. de. acq. poſſ. 351
Verba miniſterium præſtat: quomodo intelligantur? in l. quod meo. nu. 96. de acq. poſſ. 379
Verba ſtatutorum intelliguntur ſecundum communem vſum loquendi, in rubri. de op. no. nuncia. numero. 118. 20.
Verba edicti de no. op. nunciatio. referuntur in duo capita diſtincta. in l. i. in principio. de no. op. nunciati. num. 2. 29
Verba an debeant intelligi ſecundum opinionem vulgi? ibi. nu. 67. 41
Verba ſimpliciter prohibentia actum fieri, an videantur prohibere, ſiue iuſtè, ſiue iniuſtè fiat? ibi. numero. 79. 46
Verba enunciatiua futuri temporis, an inducant diſpoſitionem? ibi. nu. 90. 49
Verba precatiua, in imploratione officij iudicis proferri debent. in l. de pupillo. §. meminiſſe. numero. 23. de op. no. nunc. 74
Verba in matrimonio contrahendo, regulariter exprimi debent, excepto in muto. ibi. nu. 36. 76
Verba nunciationis, imperſonaliter concipi debent & tranſeat ad heredes. ibi. nu. 37. fol. eo.
Verba multiplicatiua an faciant proteſtationem trahi ad plures actus? in l. non ſolum. §. morte. in materia proteſtationis. numero. 43. de op. no. nunc. 102
Verba Incitatoria, requiruntur in proteſtatione incitatoria, & qualia eſſe debeant. ibi. numero. 196. 129
Verba incitatoria non requiruntur, quando omnino res fuit euicta. ibi. nu. 200. fol. eo.
Verba incitatoria an requirantur, quando venditor promiſit de euictione cum iuramento? ibi. numero. 201. 230.
Verba. l. iuſtè poſſidet. ff. de acq. poſſ. videtur inuicem contraria, & non conuenire materiæ ibi tractatæ. per Doct. in. d. l. iuſtè nu. 13. 350
Verba huius. l. vt. conueniant materiæ, omnia impropriare oportet, ibi. nu. 14. fol. eo.
Verba quædam ſunt, quæ derogant fictionem ſecundum eorum naturam, quæ referuntur in l. ſi is qui pro emptore. nu. 137. de vſuc. 413
Verba prædictæ. l. in ſecunda parte declarãtur, & adaptantur, determinando tamẽ quod ex eis nulla noua deciſio fieri poteſt. ibi. nu. 167. 418
¶ *Verſiculus, Marcellus in l. ſi is, qui pro emptore. ff. de vſuc. declaratur, & quid decidat ſecundum veros intellectus demonſtratur, in d. l. ſi is, qui pro emptore. nume. 176.* 421
Contradictio Marcelli ſibi ipſi malè poteſt euitari. ibi. nu. 177. fol. eo.
Augetur confuſio; quia quod determinauerit Marcellus, adhuc non bene apparet. ibi. nu. 178. fol. eo.
Ruyni refertur intellectus, & examinatur latè, & reprehenditur. ibi. nu. 179. fol. eo.
Vers. quemadmodum. declaratur, & quid decidat & cuius verba referat, ſecundum varios intellectus. ibi. nu. 180. 422
Vers. nam & hæreditatem, quem ſenſum habeat, ſecundum varios intellectus declaratur. ibi. nu. 182. fol. eo.
In verſ. quemadmodum, an Iuliani verba poſſint eſſe declatur. contra Alciatum. ibi. nu. 181. fol. eo
¶ *Victus in petitorio, quando poſſit agere poſſeſſorio, breuiter & generaliter declaratur. in l. naturaliter. §. nihil commune. in ij. parte. nu. 63. de acquir. poſſ.* 287
Victus interdicto retinendæ, in interdicto de itin. act. priu. & de aqua. quot. & æſt. non poteſt amplius intentare poſſeſſorium pro dictis ſeruitutibus. ibi. nu. 67. fol. eo.
Vindicare, quid ſit in l. naturaliter. § nihil cõmune. nu. 51. in pri. parte de acq. poſſ. 263
¶ *Violentia non eſt habilis ad priuationem poſſeſſionis, ſed voluntas, & quomodo, declaratur. in l. de pupillo. §. meminiſſe. nu. 44. de op. no. nunc.* 78
Propter violentiam amittere poſſeſſionem propriè dici poteſt, ſi ante prohibitionem quis ædificauerit. ibi. numero. 45. fol. eo.
¶ *Vlpianus duas poſuit deciſiones. in l. naturaliter. §. nihil commune. de acq. poſſ. vnam in verbis expreſſam, & aliã mentalem. in d. §. nihil commune. in ij. parte. nu. 1.* 277
Vlpianus ne inutilem deciſionem poneret, voluit etiam diſponere, quòd ad libitum poſſit poſſeſſorium intentari, & cumulari. ibi. nu. 5. 278
Vlpiani prima lex refertur, & ſummatur. ibi. nu. 2. 277
Caſus figuratio eam vtiliter exemplificans ibi. nu. 3. fol. eo.
¶ *Vnita fortius conſeruantur ne pereant, quam ſola. in l. 1. in prin. nu. 333. de acquir. poſſ.* 217
¶ *Vniuerſitas concurrens cum priuato præfertur in agris*

deſertis.in l. 3. In prin.nu.74.de acq.poſſ. 174

Vniuerſitas ſi concurrit cum barone, quis præſumatur domi nus agrorum deſertorum.ibi.nu.70.fol.eo.

Vniuerſitas præcedens conſtitutionem feudi, præſumitur domina deſertorum, ſed ea ſubſequente, raro præfertur. ibi.nu.77.fol.eo.

Vniuerſitates etiam nouiter conſtitutæ, præſumuntur domi næ agrorum deſertorum, in territorio exiſtentium. ibi. nume.78.fol.eo.

¶ *Vniuerſaliora ſunt notiora, & notiora ſunt præponenda. in rubr.de acq.poſſ.num.14.* 147

¶ *Volumen Digeſti noui, an fuerit cum hoc principio a com pilatoribus diſtinctum ab alijs? diſcutitur in rubr. de op. no.nunc.num.3.* 2

Voluminis huius in principio, nulla alia potuit eſſe rubrica, niſi illa, hic incipit liber 39.ff.de op.no.nunc.ibi.nu.12. 3

Voluminis huius principium quare inceptum fuerit à medio ſextæ partis.ibi.nume.124. 20

Volumen iſtud quare a capite non fuerit editum diſcutitur remiſſiuè.ibi.nu.125.fol.eo.

Doctores nodum in ſcyrpo quærunt, dum diſputant quare hoc volumen non ſit editum à capite, quoniam ſemper totum volumen Digeſtorum editum fuit a Iuſtiniano.ibi.nume 126. 21

Volumen Digeſti Noui. quare appellatur Digeſtum nouum, & referuntur ſex opiniones, quæ reprehenduntur. ibi. nume.154. 25

Voluntas ſemper præſumitur durare, & quando. in l. non ſolum.§.morte.in materia proteſtationis.num.36.de op. no.nunc. 102

¶ *Vſuarij plures poſſunt eſſe in eodem fundo in ſolidum.in l. iu.§.è contrario nu.117.de acquir.poſſ.* 254

Vſuarius vide infra in verbo, vſufructuarius,

¶ *Vſucapiendi conditio an transferatur ex contractu condi tionali. in l.i. §.ſi vir vxori.nu.72.de acquir.poſſ.* 232

Vſucapiendi conditio neque dominium transfertur ex contra ctu conditionali per titulum conditionalem, ſed per titu lum pro ſuo transferri poteſt. ibi.nu.74. 233

Vſucapio quare non interrumpantur de iure ciuili, per amiſ ſionem bonæ fidei, ſic ut per amiſſionem poſſeſſionis decla ratur.in rubr de acq.poſſ.nu.36. 151

Vſucapio continetur ſub nomine præſcriptionis, quia per eã competit exceptio.in rubr.de vſuc.nu.8. 380

Vſucapio omnis in iudicio deducta vt exceptio, ſeu præſcri ptio conſideratur.ibi.nu.11. 381

Vſucapio an ſit dominij acquiſitio diſcutitur.ibi.nu.18. 382

Vſucapio in quo differat à præſcriptione, latè diſcutitur. ibi. nume.21. 382

Vſucapio, & præſcriptio, aut ſit inter præſentes, aut inter abſentes.ibi.nu.31. 383

Vſucapio aliquando poteſt fieri à captis ab hoſtibus, quod p multas leges in titulo.ff.de vſucap.declaratur.ibi. num. 32.fol.eo.

Vſucapio quid ſit inquiritur.ibi.nu 13. 381

Vſucapionis nomen de iure Codicis, & Authenticorum, hodie durat vt comprehendat acquiſitionem rerum immobi lium.ibi.nu.20. 381

Vſucapionis diffinitio ponitur, & declaratur.ibi.nu.14. 381

Diffinitio vſucapionis refertur, & quare ſit varia declaratur. ibi.nu.15.fol.eo.

Quinque requiſita ad vſucapionem, quare non fuere poſita in diffinitione declaratur.ibi.nu.16.fol.eo.

Vſucapio rerum particularium, an in poſtliminio contineatur vere, vel per fictionem inquiritur. in l.ſi is, qui pro emptore nu.26.de vſuc. 390

Vſucapio an proſit hæredi breuiter declaratur, pagano moriente in ciuitate.ibi.nu.39. 392

Vſucapio in peculiaribus procedit etiam in vtilitatem hæredum extraneorum.ibi.nu.46. 393

Vſucapio non prodeſt hæredi, in non peculiaribus fictione legis Corneliæ.ibi.nu.72. 398

Vſucapio per legem Corneliam non prodeſt hæredi in poſſeſſis per alium.in ver.quod ſi ſeruus varia colliguntur ſecundum variam literam.ibi.nu.77. 399

Vſucapio vera in peculiaribus poſt captiuitatem quæſitis incipit, & reſpondetur contrarijs.nu.81. 400

Vſucapio in non peculiaribus, non prodeſt hæredi per l.Corn. & reſpondetur obiectis.ibi.nu 83.fol.eo.

Vſucapio an & quomodo ſtet in pendenti declaratur ibi. nume.84.fol.eo.

Reliqua vide ſupra in verbo poſſeſſio, & in verbo præſcriptio.

Vſucapio an ſit iniqua, vel æqua declaratur, reſoluendo contraria.in l.ſi is, qui pro emptore.nu.94. 403

Ad vſucapionem quando, parum deficit, vtrum interrumpatur per captiuitatem, declaratur ſecundum Bart. ibi. nu.151. 415

Vſucapio an debeat dici iniqua? ibi.nu.125.fol.eo.

Vſucapio quomodo procedat, quando parum deficit plenius declaratur, concludendo quòd non habet locum in captiuo.ibi.nu 153.fol.eo.

Vſucapio in peculiaribus ſuſpenditur, & recuperatur.ibi. nu.157. 416

Vſucapionis materia per poſtliminium, & legem Corneliam tota reducitur ad duas breues regulas cum vna fallentia. ibi.num.172. 420

Vſucapio procedit in peculiaribus petitis ante captiuitatem.ibi.nu.184. 423

Vſucapio procedit in peculiaribus quæſitis poſt captiuitatem, & tolluntur quędam obiecta.ibi.nu.185.fol.eo.

Vſucapio ſemper procedit in peculiaribus omnibus.ibi. nu. 186.fol.eo.

Vſucapio non procedit in rebus poſſeſſis per corpus captiui. ibi nume.187. 423

Vſucapio non procedit in rebus poſſeſſis per alium, ante captiuitatem, & tolluntur quędam obiecta.ibi.nume. 188. fol. eo.

Vſucapio non procedit in rebus emptis poſt captiuitatem per ſeruos, limitatur non procedere in ſuis hæredibus. ibi.nu.189. 424

Tota materia reducitur ad duas regulas, cum duabus fallentiis. ibi.num.190.fol.eo.

Reliqua vide ſupra in litera R.in verbo, Ratio.

¶ *Vſufructuarius. feudatarius, & emphyteuta, per naturalem poſſeſſionem rei, non poſſunt vſucapere iura ſua, & fuit error Bart.in l.i.in princi.numero.216. de acq. poſſeſſ.* 108

Vſufructuarius non acquirit a ſeruo bona, propter poſſeſſionem naturalem, quam habet in eo, ſed propter ius vten

di.ibi.nu.231. 200

Vſufructuarius, creditor, & debitor, emphyteuta, & feudatarius, inſolidum verè poſſidere poſſunt, quia poſſident ad diuerſum finem. in l. iij. §. e contrario. numero. 19. de acq. poſſ. 238

Vſufructuarius, & vſuarius, an inſolidum naturaliter poſſideant rem. ibi. nu. 105. 253

Vſufructuarius ſecundum communem vſum loquendi appellatur dominus, & vxor ſolet relinqui domina, & vſufructuaria. in l. naturaliter. §. nihil commune in ij. parte. nu. 43. de acq. poſſ. 284

Vſufructuarij plures, vſuarij, vel feudatarij, non poſſunt in ſolidum poßidere. in l. iij. §. e contrario. numero. 115. de acq. poſſ. 254

Vſufructuarij plures quomodo poſſint eſſe inſolidum in eodem fundo. ibi. nu. 116. fol. eo.

¶ *Vſufructus, & ſeruitutes preſcribuntur, vſucapione acquiſita, & extinctiua. in l. iij. §. è contrario. nume. 69. de acq. poſſ.* 247.

Vſufructus an, & quando dicatur pars fundi vel dominii. in l. naturaliter §. nihil commune in ii. parte. num. 41. de acq. poſſ. 283

¶ *Vulnerans, vel vulnerari mandans aliquem, cum proteſtatione quòd non intendit occidere, an excuſetur ab homicidio? in l. non ſolum. §. morte. in materia proteſtationis, nu. 126. de op. no. nunc.* 117

¶ *Vxor & maritus non poſſident in ſolidum, & quomodo poſſideant. in l. iij. §. e contrario. nu. 85. de. acq. poſſ.* 250

Vxor, vide ſupra in verbo, vſufructuarius.

F I N I S.

IOANNIS BOLOGNETI
BONONIEN. IVRISCONSVLTI CLARISSIMI
In primam Digeſti noui partem Repetitiones, nunc primum in lucem editæ.

Summaria ſuper Rubrica ff. de operis noui nunciatione.

1 RVbrica hæc trifariam inſcripta reperitur, ſimplex, plenior, & pleniſſima.
2 Cauſa dictæ narietatis ante omnia eſt inueſtiganda, ut ſciamus quæ ſit authentica, & interpretãda utiliter.
3 Volumen iſtud an fuerit cum hoc principio à compilatoribus diſtinctum ab aliys, diſcutitur.
4 Quinquè diſtinctiones iuris noſtri à compilatoribus traditas habemus.
5 Prima diuiſio in duo uolumina facta fuit, in librum digeſtorum, & librum conſtitutionum.
6 Secunda fuit diuiſio in tria uolumina diſtincta, in Codicem digeſtorum, & Codicem conſtitutionum, & Codicem inſtitutionum.
7 Tertia fuit diuiſio gratia doctrinæ inducta, in quinque partes relatas in proœmio digeſtorum in §. diſcipuli.
8 Quarta fuit diuiſio iuris digeſtorum in ſeptem articulos relatos in lege ſecunda. §. quod cæleſti. Codice de ueteri iure enucleando.
9 Quinta fuit diuiſio iuris. ff. in quinquaginta libros digeſtorum, & Codicis in duodecim, & inſtitutionum in quatuor.
10 Nulla diuiſio iuris digeſtorum in hæc tria uolumina facta reperitur: ergo non fuit authentica, neque à compilatoribus facta.
11 Diuiſio quam habemus iuris digeſtorum in hæc tria uolumina, fuit priuata, & arbitraria non à compilatoribus facta.
12 In principio huius uoluminis nulla alia potuit eſſe rub. niſi illa, hic incipit liber XXXIX. ff. de oper. no. nuncia.
13 Videtur quòd omis doctorum in diuidenda & examinando hanc rub. fuerit inanis, & ſine fructu.
14 Quamuis hæc rubr. non ſit auct. propter factum Iuſtiniani, tamen ex longa conſuetudine effecta fuit authentica.
15 Quare hæc rub. per gerundium poſita fuerit non per nominatiuum, ratio aſſignatur.
16 Ius. ff. non eſſe conſtitutionem Iuſtiniani demonſtratur, & hi duo Codices differunt origine, authore & tempore.
17 Tota hæc rub. poteſt dici auct. & à compilatoribus tacitè poſita ex repetitione rub. poſita ff. de iuſti. & iure.
18 Vtilis ergo & fructuoſus fuit labor docto. in interpretando eam.
19 Diuiſio communis an ſit rationabilis & perfecta demonſtratur.
20 Vnica oratio licèt non poſſit diuidi ad oculum corporis: tamen diuiditur ad oculum intellectus.
21 Vnica oratio poteſt implicitè plures alias continere.
22 Vnica oratio poteſt diuidi in partes integrales quotitatiuas & formales ſecundum grammaticos, logicos & legiſtas.
23 Iuſtinianus fuit cauſa efficiens iuris nucleati, non legum in ea poſitarum.
24 Ius enucleatum eſt cauſa materialis præſentis uoluminis, olim uerò illa duo millia librorum erant cauſa materialis illius iuris.
25 Diuiſio in quinquaginta libros, an ſit cauſa formalis diſcutitur.
26 Forma quid ſit, & quot partes habet, latiſſimè exprimitur remiſſiuè.
27 Forma in iure noſtro eſt triplex, forma uiuificans, forma figurans, & forma ſolennizans.
28 Forma uiuificans eſt illa quæ tribuit uitam & ſpiritum.
29 Forma figurans eſt illa quæ organizat corpus, & dat figuram.
30 Forma ſolennizans in actibus ciuilibus reperitur & per ſolennia appoſita conſtituitur.
31 Ordo compilationis & diuiſio librorum in uolumine ff. eſt forma figurans.
32 In uno uolumine eſt totum ius digeſtorum enucleatum, quod poſtea per priuatos diuiſum fuit in tria.
33 In hoc uolumine à compilatoribus fuit poſita ſola rub. incipit liber 39. de noui. oper. nunciatio. ſed uirtualiter fuit repetita illa poſita in primo libro in tit. de iuſtitia & iure.
34 Caſus figuratio duplex in prima parte.
35 Caſus figuratio in ſecunda parte.
36 Caſus figuratio in 3. parte.
37 Caſus figuratio in quarta & quinta parte.
38 Nomen Domini an rectè inuocatum fuerit in hoc iure paganorum.
39 Nomen Domini in qualibet actione Chriſtianorum eſt inuocandum. & quid inde ſequatur.
40 Inuocatio Diuini nominis an ſit de ſubſtantia actus ciuilis, latiſſimè diſcutitur referenda uarias opiniones.
41 Inuocationem non eſſe de ſubſtantia actus, nouis fundamentis comprobatur.
42 Qui habet regulam pro ſe, habet fundatam inten-

tionem.

43 Reſponſiones traduntur ad omnia fundamenta.

44 Inuocationem eſſe de ſubſtantia actus, multis fundamentis probatur, quibus reſpondetur.

45 Inuocatio mentalis ſemper eſt neceſſaria.

46 Intellectus ad §. primum. in auct. ut præponat. nomen Imp. latè examinatur, & nouiter declaratur.

47 Anni Domini ſunt de neceßitate proponendi hodiè.

48 Iuſtinianus inuocauit nomen Domini propter religionem, uel ut nos doceret, non autem ut iuberet ſcribi.

49 Inuocandum eſt nomen Domini omninò in arduis & penè diſperatis.

50 Inuocatio Diuini numinis fienda eſt mentaliter in omnibus actibus: ſed non eſt neceſſaria ad perfectionem ciuilis actus.

51 Inuocatio diuini numinis an ſit de conſuetudine à notariis latè diſcutitur, & concluditur quòd non.

52 Inuocatio diuini numinis quando eſt fienda de conſuetudine illa eſt probanda.

53 Doctori & Gloſſatori aſſerenti conſuetudinem eſſe, extra prouinciam ſuam non eſt credendum.

54 Conſuetudo hæc probari poteſt faciliter examinando notarios conficientes inſtrumenta.

55 Inuocatio Diuini numinis probata conſuetudine apponendi, an omiſſa uitiet latè diſcutitur.

56 Inuocatio diuini numinis probata conſuetudine, non eſt probatum præceptum quòd omninò debeat apponi.

57 Statutum diſponens quòd inuocatio ſcribenda ſit, non uidetur diſponere quòd eius omißio uitiet.

58 Statutum prædictum poteſt tribus modis concipi, & ſimpliciter conceptum nullam neceßitatem apponendi inducere latè probatur.

59 Idem eſt quando dictum fuit quòd ſcribatur nomen domini pro perfectione actus.

60 Si ſtatutum diſponit quòd inuocetur nomen Domini aliàs actus ſit nullus, neceßitatem apponendi inducit ut omißio uitiet.

Niſi probetur quòd notarius ſolitus fuit apponere, quo caſu præſumitur erraſſe.

61 Omißio numinis Domini facta in contemptum nec regulariter uitiat actum, licèt omittens grauius puniatur.

62 Omißio leuis ſolennitatis an uitiet actum, declaratur faciendo regulam cum fallentiis.

63 Iuriſconſulti an fuerint pagani inquiritur, & concluditur quòd ſic ante Conſtantinum.

64 Iudæi an poßint inuocare nomen Domini latè diſcutitur.

65 Iudæi inuocando nomen Chriſti tanquàm Dei præſumuntur delinquere: ſecus ſi nominant Crucem uel Chriſtum ſimpliciter.

66 Iudæi inuocantes nomen Chriſti non faciunt contractum nullum.

67 Notarius ſi in inſtrumento confecto inter iudæos uel paganos inuocet nomen Domini, an delinquat latè diſcutitur.

68 Notarius an ſit iudex cartularius.

69 Notarium delinquere inuocando Chriſtum inter iudæos adducuntur multa quibus tamē reſpondetur.

70 Notarius inuocando nomen Chriſti inter iudæos non facit propter eos, ſed propter propitium ſucceſſum actus ſui.

71 Inuocatio Diuini numinis facit bonum principium, melius medium, & optimum finem.

72 Margaritæ non ſunt dandæ porcis, neque ſanctum canibus.

73 Notarius inuocando nomen Chriſti inter iudæos non delinquit, neque actum inualidat.

74 Omiſſio inuocationis Chriſti inter iudæos præſuppoſita neceſſitate an uitiet.

75 Cautela ſalutaris eſt ut notarius inter iudæos & paganos inuocet nomen Dei uiui non Chriſti.

76 Genitiuus quas ſignificationes habeat, latè diſcutitur.

77 Genitiui ſignificationes quam plurimæ referuntur.

78 Genitiuus eſt aptus denotare omnes qualitates & accidentia in quolibet ſubiecto in oratione contento, & tot habet quot ſunt dies in anno.

79 Genitiuus eſt caſus denotans ſubiectum alicuius qualitatis nominatæ in oratione.

80 Genitiuus an denotet deſcendentiam perſonarum, uel quomodo.

81 Genitiuus an denotet cauſam finalem, uel quomodo.

82 Genitiuus an ſtet reſtrictiuè, uel quomodo, & quando demonſtratiuè.

83 Genitiuus an, & quomodo denotet cauſam efficientem.

84 Genitiuus an de proprietate ſermonis denotet dominium latè diſcutitur.

85 Genitiuus de proprietate ſermonis denotat ſubiectum omnium qualitatum nominatarum in oratione.

86 Intellectus ad legem ſecundam. §. 1. ff. de religio. & ſump. funer. latè traditur.

87 Genitiuus omnes qualitates nominatas denotat de proprietate, ac etiam de communi uſu loquendi.

88 Genitiuus capitur in illa ſignificatione quæ magis conuenit ſubiectæ materiæ.

89 Genitiuus denotat dominium ex potentiori ſignificatione, non tanquàm ſit magis proprium.

90 Genitiuus quomodo diſtinguat ſuas ſignificationes, declaratur nouiter.

91 Genitiuus an denotet poſſeſſionem, & quando demonſtratur.

92 Communis uſus loquendi de genitiui ſignificationē an debeat probari.

93 Statutum diſponens quòd qui rapuerit rem alterius puniatur in centum, an comprehendat omnes poſſeſſores, uel ſolum dominum.

94 Statuta omnia ac omnis diſpoſitio fauorabilis, odioſa exorbitans, pœnalis & correctoria extenduntur ex identitate rationis apparentis.

95 Statutum loquens per terminum generalem, reſtringitur ut comprehendat tantum caſus in quibus militat eadem ratio, & de aliis comprehenſis in quibus ceſſat non diſponit.

96 Statutum prædictum an præſuppoſita opinione quòd genitiuus ex communi uſu loquendi comprehendat poſſeſſorem, habeat locum in ſolo domino.

Intellectus

97 Intellectus ad l. ſecundam, ff. de religioſis & ſump. funer. iterum diſcutitur, & dantur ſex modi intelligendi.

98 Genitiuus propter ſubiectam materiam denotare poteſt dominium tantum, quod alijs exemplis declaratur in legibus allegatis contentis.

99 Poſſeſſor comparando cum extraneo, loco domini habetur, quamuis reſpectu domini dicatur habere rem alienam.

100 Statuta pœnalia comprehendunt omnes caſus qui ueniunt de proprietate ſermonis.

101 Poſſeſſor licet non ſit dominus, rem tamen penes ſe habere dicitur.

102 Poſſeſſori æqualiter fauemus ſicut domino, quando concurrit cum extraneis.

103 Intellectus ad l.j. naut. caup. & ſtab. in uerbo cuiuſquè examini.

104 Intellectus ad l.ij. §. in hac. ff. ui bonorum raptorum in uerbo cuiuslibet inquiritur.

105 Intellectus ad l. lex Cornelia. §. domum. ff. de iniurijs diſcutitur.

106 Intellectus ad l.primam §.non ſolum.ff. de arb.cadendis. inquiritur.

107 Statutum diſponens quòd qui rapuerit rem alterius puniatur in centum, comprehendit etiam poſſeſſorem.

108 Idem & fortius attento communi uſu loquendi, & cuicumquè applicetur pœna.

109 Idem quando dominus rem propriam à poſſeſſore rapuerit dicitur.

110 Statutum continens diſpoſitionem cum genitiuo quos caſus comprehendat, & datur theorica generalis.

111 Statuta cum uerbis habentibus propriam ſignificationem, & aliam ſecundum communem uſum loquendi, regulariter intelliguntur ſecundum communem uſum loquendi.

112 Quatuor iura præcedentibus contradicentia, referuntur, & confirmantur.

113 Opinio communis tenetur & confirmatur.

114 Intellectus ad leg. ſi dictum. de euictionibus inquiritur.

115 Intellectus ad l. Item prætor. ff. de ſuis & legit. inquiritur.

116 Intellectus ad l. quid ſi nepotes. ff. de teſtam. tut. apponitur.

117 Interpretatio ſtatutorum de uerbis nullo extrinſecus addito; uel quòd uerba intelligantur propriè traditur ultrà alios.

118 Verba ſtatutorum intelliguntur ſecundum communem uſum loquendi, etiam in pœnalibus.

119 Communis uſus loquendi ſtatuentium attenditur: ſed probari debet.

120 Communis uſus loquendi quarum perſonarum attendatur nouiter declaratur, ſiue idiotæ ſtatuant uel periti uulgariter ſeu latinè.

121 Statuta cum uerbis latinis, græcis, uel germanicis, intelliguntur ſecundum communem uſum loquendi illius nationis & linguæ.

122 Statuta non intelliguntur ſecundum communem uſum loquendi: quando reſiſtit mens ſtatuentium.

123 Dominium quomodo probetur, & quando ſufficiat probari poſſeſſionem.

124 Principium huius uoluminis quare inceptum fuerit à medio ſextæ partis.

125 Volumen iſtud quare à capite non fuerit editum diſcutitur remiſſiuè.

126 Doc. nodū in ſcirpo quærunt, dum diſputant quare hoc uolumen non ſit editum à capite: quoniam ſemper totum uolumen digeſtorum editum fuit à Iuſtiniano.

127 Continuatio rub. ad præcedentia quomodo fienda.

128 Continuatio prima quòd ſupra uiſum eſt de iure prætorio an procedat.

129 Continuatio ſecunda quòd ſupra uiſum eſt de iure prætorio reſpiciente ultimas uoluntates, hic de reſpiciente actus inter uiuos an procedat.

130 Continuatio tertia quòd ſupra uiſum ſit de iure prætorio reſpiciente actiones, hic de officio iudicis, an procedat.

131 Continuatio noua traditur omnes complectens.

132 Statuta, contractus, & priuilegia, an & quando pro parte poſſunt edi. primò referendo theoricam Bar.

133 Articulus unus an, & quando ſit edendus integer de legibus.

134 Editio integri uoluminis ſtatutorum non eſt fienda.

135 Editio ſtatuti integri ſub una rubr. contenti fieri debet.

136 Correctio ſeu limitatio in uno ſtatuto quare potius præſumatur quàm in uolumine ſtatutorum inquiritur.

137 Editio de parte legis & reſcripti à legiſlatore fieri poteſt, & quare.

138 Editio partis fieri poteſt quando totum inſtrumentum iudici eſt oſtenſum, & quare.

139 Statutum quare totum edi debeat etiam quòd oſtendatur iudici.

140 Index an, & quando poſſit partem ſcripturæ edere, nouiter declaratur.

141 Notarius an, & quando poſſit partem ſcripturæ, uel ſtatuti edere declaratur.

142 Scripturæ generaliter pro parte an poſſint edi, & edita faciant fidem.

143 Inſtrumenta continentia plura diuerſa negotia non debent in totum edi; ſicut nec totum protocolum, uel integer liber rationum.

144 Teſtamentum an, & quando pro parte poſſit.

145 Primus tenetur ſemper edere totam ſcripturam, ſaltem iudici ut legat.

146 Pars ſcripturæ quam conſtat eſſe partem, non facit fidem.

147 Pars ſtatuti uel ſcripturæ habens perfectam orationem in dubio facit fidem: quia præſumitur integrum ſtatutum.

148 Intellectus ad glo. in l. cum de leg. de probationibus, latè inquiritur.

149 Intellectus ad l. ſi is qui. ff. de teſtam. inquiritur.

150 Intellectus ad l. ex facto. §. ſi quis autem. ff. ad Trebellianum inquiritur.

151 Opinio Alex. quòd ſtatutum præſumatur imperfectum refertur cum ſuis fundamentis.

152 *Diſtinctio noua traditur : quando ſtatutum præſumatur eſſe integrum.*

153 *Producens integrum ſtatutum probat aliud eſſe imperfectum, & de cautela producendi.*

154 *Volumen iſtud quare appellatur. ff. nouum, & referuntur ſex opiniones, quæ reprehenduntur.*

155 *Nomen adiectiuum ſemper aliquam qualitatem demonſtrat.*

156 *Nouum dicitur inſolitum, & quid ſi detur poteſtas expendendi in rebus nouis?*

157 *Maritus promittens uxori nihil noui facere, prohibetur tantumodo inſolita facere, non eam caſtigare.*

158 *Nouum hoc uolumen ad differentiam ueteris.*

159 *Quomodo hic nouum ius ponatur & in digeſto ueteri uetus declaratur.*

160 *Compilatio totius uoluminis digeſtorum diſcurritur & totam cum ratione factam eſſe demonſtratur.*

161 *Diuiſio iuris. ff. quot modis facta fuerit.*

Ius nouum quomodo in hoc uolumine poſitum eſſe dicatur.

Rub. ff. de Operis noui nunciatione.

NVNC iam tempus
admonet, ut ad noui
anni quotidianas le-
ctiones nouasque in-
terpretationes ope-
ram noſtram dirigamus,
quæ de prima. ff.
noui parte ſub titulo.
de acquir. poſſ. ex in-
ſtituto Regionis fieri conſueuerunt. quod nos
inſtitutum nedum obſeruare: ſed ampliare uo
lentes, à primo eiuſdem uoluminis titulo de
noui oper. nunciatione inſcripto exordiū pri-
mordiarium lectionum noſtrarum capere de-
creuimus. per illum titulum non ſolum nouum
opus ne fiat pro conſeruatione iuris noſtri nun-
ciare docemur: uerum etiam nouum ſubire la-
borem in peragendis ſtudiis nouasq; uigilias
fructuoſos ſumere reiecta nimia æſtiuali quiete
admonemur. Quapropter ad hanc. ff. noui par-
tem huucque de noui oper. nunciatio. titulum
nouiter interpretandum accedamus.

1 In quo titulo † trifariam rub. præpoſitam ha-
bemus. Primum nanque reperitur poſita cum
his paucisſimis uerbis. Incipit trigeſimus no-
uus liber. ff. de no. op. nunciatio. quam rub. aſſe-
rit hic Niconicius in lib. ſuo habuiſſe, & aliqui
alij. & in pandectis nouisſimè impresſis con-
tinetur. Alia reperitur plenioribus his uerbis
inſcripta. Domini Iuſtiniani ſacratisſimi prin-
cipis ſemper Auguſti iuris enucleati ex omni
ueteri iure collecti. ff. ſeu pandectarum incipit
liber 39. de noui. oper. nunci. hanc ego habeo
in libris meis, & multos alios. C. moder. habe-
re uidi. Tertia etiam reperitur his pleniori-
bus uerbis inſcripta. In nomine Domini noſtri
Ieſu Chriſti. Domini Iuſtiniani ſacratisſimi prin
cipis ſemper Auguſti iuris enucleati ex omni
ueteri iure collecti. ff. ſeu pandectarum lib.
xxxix. incipit de nou. oper. nuncia. quæ à præ-
cedenti in alio non differt, niſi quòd ibi non
præcedit, hic autem præcedit inuocatio Do-
mini, & hanc uidentur habuiſſe omnes antiqui.
C. cum Bar. hic Imò Alex. Iaſ. & alij antiquiores.
Mod. eam diuidant, notent, figurent caſum,
& ſuper ea argumentantur diuidentes in quin-
que partes, In inuocationem Domini, in cau-
2 ſam efficientem, cauſam materialem, cauſam
formalē, & ſpecialem tituli. Verūtamē † nos qui
uarietatem hanc uidemus, operæ prætium eſt
ut & cauſam ipſius uarietatis inueſtigemus, &
quæ ex illis fuerit à Iuſtiniano, & compilatori-
bus poſita, & per conſequens, quæ ſit auctent-
tica, ne labores noſtros inanes redamus ſuper
eius diuiſione, figuratione caſus, interpretatio
ne uerborum, & ex ea ad neceſſitatem aliarum
diſpoſitionum inferendo, & argumentando,
cum ſi non eſſet auctentica, nullam poſſemus
argumentationem facere, neque ex ea ad neceſ
ſitatem cauſarum inferre, iuxta no. per Bar. in
rub. ff. de confirmando tuto. & plenè per omnes
in l. j. ff. ſi cert. peta.

Et pro hac inueſtigatione fienda ac ueritate
inuenienda repetenda ſunt aliqua breuiter, quæ
diximus in rub. ff. ſol. matrimonio in illa quæ-
3 ſtione, † an partitio quam nos habemus de cor
pore iuris. ff. fuerit auctentica à compilatoribus
facta, uel potius à priuatis perſonis, in qua
docto. hic ſicco pede pertranſierunt, nec bene ex
plicauerunt mentem eorum, cum incipiendo
dicant hic, non eſſe caput libri, & ideò alia ſo-
lita apponi in principijs lib. non eſſe declaran-
da. Sed poſtea cum præſupponant hanc rub.
tam plenam, quæ non ſolet apponi niſi in prin
cipio uoluminum auctentico, ut patet in ff. ue-
teri in prin. & in prin. C. & inſtitutio. uidentur
præſupponere hic eſſe uolumen auctenticum, &
à compilatoribus diuiſum. Communiter ta-
men Docto. in dicta rub. ff. ſoluto matrimonio,
ubi etiam plenè dixi, concludunt, quòd hæc
partitio quam habemus in tria uolumina, non
eſt auctentica, neque eam fecerunt compilato-
4 res ſeu Iuſtinianus. quam † etiam ego puto ue-
risſimam: quoniam à Iuſtiniano quinque iuris
noſtri diuiſiones traditas tantummodo habe-
mus, quæ huic partitioni conuenire non poſ-
ſunt: ergo hæc non fuit auctentica; quia ſi de
ea non reperitur mentio in aliqua parte iuris,
probatur non fuiſſe factam. cum in negatiuis
probatio admittatur; quando res de qua agi-
tur non reperitur ſcripta, ut per Bar. & omnes
in l. hi qui ad ciuilia. C. de appellationib. &
5 per eundem infra col. pe. † Prima fuit diuiſio à
Iuſtiniano redacta in duos Codices, dum dixit
quòd omne ius eſt reductum in Codicem con-
ſtitutionum, & Codicē digeſtorum. l. j. §. ideo-
6 que. & §. omni. C. de uet. iure enucleando. † Et
cum poſtea factæ fuiſſent inſtitutiones, ſecuta

fuit

fuit ſecunda diuiſiò in tres.C.ut in prœomio.ff.
in principio.dum dicitur omne ius Imperij Ro
mani. Concluſum fuit in tribus Codicibus in
codicem digeſtorum,codicem conſtitutionum,
& codi.inſtitutionum, & repetitur in l.ij.§.om
ni igitur.col.6.& §. leges col.viij.C. de uet.iure
enucleand. Quibus ex accidenti additus fuit
quàrtus liber nouellarum, de quo infra in libro
auctenti. Ita quòd in iiij. uolumina uidetur à
7 compilatoribus diſtinctum ius Romanorum.†
Tertia fuit diuiſio adhuc totius compilationis
magiſtralis gratia doctrinæ tradendæ, in quin-
que partes, de qua habetur in procemio. ff. in
§. diſcipuli, & §. itaque uſque ad §. hæc autem
tria uolumina. per quas omnes diuiſiones ap-
paret, quòd eſt in uno corpore poſitum ius. ff.
& ſemper per Iuſtinianum in dicta l.j. & ij. in
quàm pluribus locis appellatur unicum uolu-
8 men.† quod poſtea uolumen recepit duas di-
uiſiones unam in ſeptem partes ſeu articulos
de qua in l. ij. §. quod cœleſti.C. de uetere iure
enucleando. Prima durat uſque ad titulum de
iud. Secunda uſque ad titulum de rebus credi-
tis. Tertia uſque ad titulum.ff.de pign. Quar-
ta uſque ad titulum de teſtam. Quinta uſque
ad titulum de bonor.poſſeſſio. Sexta uſque ad
titulum de uerborum obligationib. Septima
uſque ad finem, que partitio non dicitur con-
uenire huic diuiſioni, quam habemus,cum hoc
uolumen reperiatur in medio ſexti articuli ſeu
9 ſextæ partis.† Quinta fuit diuiſio à compila-
toribus tradita in particulares libros. C. con-
ſtitutionum in 12.C. inſtitutionum in iiij. & C.
ff. in quinquaginta libros de qua habetur in
procemiiſti. §. igitur. & dicta l. ij. §. omni. & §.
quod cœleſti.C.de uet.iure enuclean. quæ parti
tio nec etiam conuenit huic diuiſioni, quam ha
10 bemus, † cum igitur nulla diuiſio facta à com-
pilatoribus conueniat huic partitioni: quia uel
in ſeptem uol.uel in 50.uol.diuideretur, & ha-
beamus expreſſas leges dicentes fuiſſe unicum
uolumen, apparet manifeſtè, quòd hæc diuiſio
quam habemus non eſt auctentica, cum de ea
mentionem aliquam non habeamus: argum.
no. in dicta l. hi qui ad ciuilia. C. de appella-
11 tio.† ſequitur quòd hæc diuiſio non eſt aucten-
tica: ſed fuit arbitraria facta à priuatis docto-
ribus propter commoditatem uſus & portatio
nis primò, in duo uolumina, poſteà in hæc
tria, ut plenè dixi in dicta rub.ff.ſolut. matri-
mo.ubi aſſignaui rationem magis particula-
rem iſtius ſpecialis diuiſionis.

12 Quare ſequitur † quòd cum hæc diuiſio fue-
rit à priuatis facta, quòd in hoc loco non po-
tuit eſſe niſi illa rub. breuis, hic incipit 39. lib.
ff.de nou. oper. nuncia. prout reperitur in aliis
principiis horum quinquaginta librorum. &
nulla ratio ſuadet quòd magis in principio
iſtius trigeſimi noni libri eſſent appoſita plura
uerba, quàm appoſita fuerint in omnibus aliis
quadraginta octo libris, & quòd hæc breuis ſo
la eſt auctentica à compilatoribus poſitá, &
aliæ duæ fuere arbitrariæ à priuatis docto. po-
ſitæ, ſeu temerarijs impreſſoribus, qui dicta
uerba addere uoluerunt. conſiderantes quòd
propter diuiſionem factam, qui caperet uolu-
men hoc in manibus, non poterat cognoſcere
quid in eo tractaretur. unde quidam uolentes
hoc demonſtrare addiderunt illa uerba domi-
ni Iuſtiniani iuris enucleati.ff.ſeu pandectarum
incipit liber.39. Alij plenius uolentes demon-
ſtrare perfectum uolumen addiderunt etiam il-
la prima uerba, In nomine Domini. quæ ta-
men omnia ut dictum fuit, facta fuere ex pro-
prio arbitrio priuatorum ſine publica aucto-
ritate. quod confirmatur: quia in alijs princi-
pijs uol. alio modo uidetur inſcripta, cum in
procemio.ff.dicatur,In nomine Domini.Impe-
rator Flauius, Germanicus, Gotticus &c.
Et eodem modo ponitur in principio inſtitu-
13 tionum, & in principio.C.† Quamobrem uide-
tur quòd omnis labor docto. hic in diuidendo
hanc rub. fuerit inanis, & penitus inutilis in
diuidendo eam in diſputando an potuerit di-
uidi, & an contineat cauſam formalem, uel ma
terialem, & argumentando ad deciſionem cau-
ſarum, an in alijs inuocatio Domini, & qualis
ſit neceſſaria, cum non poſſit argumentari rub.
niſi ſint auctenticæ à Iuſtiniano, uel compila-
toribus poſitæ, ut per Bar. & Docto. in l.j.ff. ſi
cert.petat.& in rub.ff.de confirmand.tuto.& ſo
lùm uidebatur prima uerba eorum eſſe profe-
renda, quod cum hic non ſit caput uoluminis
auctentici, non eſſe neceſſarium ponere ea, quæ
in principijs librorum apponi conſueuerunt,
quod nedum uidetur probabile; ſed omninò
neceſſarium, & nos debere omiſſis tot præfa-
tionibus Doct. uenire ad continuationem rub.
& expoſitionem uerborum eius.

14 Ne † tamen tantos labores Docto. fruſtrato-
rios deſeramus, & omittamus utilitatem ex eo
rum uerbis, & argumentationibus, cogitabam
nunquid duobus modis eorum intentio ſaluari
poſſit. Et primò licet concedendum uideatur,
quòd hæc rub. non ſit auctentica ex intentione
Iuſtiniani & compilatorum; tamen: quia illa
partitio quam nunc habemus in hæc tria uolu-
mina fuit antiquiſſima,& per longiſſimũ tem-
pus obſeruata, ultra quatuorcentũ annos ſcien-
bus,uidentibus, & approbantibus Imperatori-
bus,regibus,pontificibus,& aliis principibus,&
in ſtudiis puplicis ſeruata,& in tantũ ꝙ à prin-
cipibus in ſtudijs Hyſpaniæ,Galliæ, & Italiæ de
putati fuere docto. qui publicè legerunt dicta
uolumina diſtincta ut uni aſſignaretur totum
ff.uetus, alteri totum inſortiatum, & alteri to-
tum.ff.nouum, & alteri.C.ut per Bar. in l. Mæ-
uio.ff.de leg.ij.qui refert Petrum dixiſſe ſe octo
uicibus legiſſe totum inſortiatum, & nunquam
niſi tunc intellexiſſe illàm legem, & uidemus
etiam commentaria multorum docto. uaria,
cum quidam ſcripſerint ſuper toto.C.principa

liter, ut Bal. & Saly. & Raph. & alij ſuper. ff. & alij ſuper inforticato, & hodie ſeruatur in ſtudijs Germaniæ & Galliæ, Ideò ex conſuetudine longa prædicta diuiſio recepit auctoritatem publicam, & rubrica hic appoſita recepit auctoritatem publicam, perinde ac ſi à compilatoribus facta fuiſſet per ea quæ dicuntur per docto. in dicta l. j. ff. ſi cert. petatur de libris Hypocratis & Ariſtot. & de uolumine Decreto, quod hodie ex longa conſuetudine reputatur auctenticum, & poteſt tanquàm lex publica allegari, licet compoſitum fuerit à Gratiano priuato docto. exceptis. xxij. caſibus relatis per docto. & Fely. in cap. ij. de reſcriptis. Et etiam dicimus de conſuetudinibus feudorum, quæ in omnibus partibus poſſunt tanquàm auctenticæ allegari, propter illam rationem, quòd in publicis ſtudijs lectæ fuere publicè ſcientibus & uidentibus Imperatoribus. & alijs principibus & deputantibus lectores publicos, ac in palatijs ad deciſionem cauſarum obſeruantibus, ut habetur per omnes feudiſtas in procemio illorum lib. & per Iaſ. in uſibus feudorum per multas chartas & in dicta l. j. ff. ſi cert. petat.

Cum ergo ex conſuetudine hæc rubrica ità formata effecta fuerit auctentica, apparet quòd labores docto. ad hæc ſunt utiles, & ponderandæ eorum concluſiones, & in palatijs ſeruandæ.

Nec obſtat quòd alia ſit inſcriptio facta à compilatoribus in principijs aliorum uoluminum, ut ſupra dictum fuit. Nam dato quòd ita ſit, non debemus curare, cum hoc fuerit arbitrarium, & præſens rub. cum hac forma fuit recepta, & approbata.

15 Secundò poteſt reſponderi † quòd illæ rubr. fuere poſitæ quando Imperator Iuſtinianus ore proprio loquebatur, ut fecit in procemio. ff. & in prin. C. & in principio inſtitutionum, hic uerò Iuſtinianus non loquitur ore proprio: ſed tantummodo uerba antiquorum docto. referuntur interueniente forma tradita per eum in enucleando, & ordinando. & hæc differentia probatur: quia in primo lib. ff. ſuper rub. ff. de iuſti. & iur. non ponuntur illa uerba Imperator Iuſtinianus Auguſtus, & Gotticus &c. Sed illa uerba tantummodo Imperatoris Iuſtiniani ſacratiſſimi principis, quæ hic etiam ponuntur, & ratio fuit: quia in procemio tantum locutus fuit ore proprio, meritò poſuit rubr. in nominatiuo tanquam loquens, ſed quando incepit tractare ll. ff. habentes antiquos auctores qui ore proprio non ore Iuſtiniani loquuntur, poſita fuit illa rub. Domini Iuſtiniani &c. ut demonſtratur, quòd forma tantummodo & enucleatio facta per Iuſtinianum, non autem, quòd
16 eſſet eius conſtitutio. † ex qua conſideratione collige unum ſolidiſſimum fundamentum ad probandum, quòd ius. ff. non dicitur eſſe conſtitutio Iuſtiniani, neque ll. ff. proferuntur ore Iuſtiniani: ſed remanent ll. antiquæ origine auctore, & locutione, ut ego plene probaui per multa alia fundamenta in rub. ff. ſoluto matrimonio. in illa difficili quæſtione, an ius. ff. & C. dicatur unicum origine authore, tempore, & locutione, & communis fuit concluſio; quòd differunt authore, & origine, & quòd unum poteſt corrigere aliud, & ultra prædicta probatur per uarietatem rub. poſitarum in. ff. ueteri, cum alio modo concepta fuerit in procemio, alio modo poſt procemium in continenti ſuper tractatu, & in. C. unica tantú fuit poſita: quia ipſe in toto. C. poſuit multas ſuas proprias conſtitutiones, & in inſtitutionibus unica tantummodo fuit poſita: quia ipſe ſolus loquitur in toto illo uolumine. Et idem ſeruauit in lib. auctenticorum, quæ addas ad tradita dicta rub. ff. ſoluto matrimonio.

17 Secundo modo potes † ſaluare prædictos labores docto. & argumentationes dicendo quòd imò hæc rub. hic poſita fuit auctentica; & ab ipſis compilatoribus mentaliter tradita: Nam cum ſuper primo lib. ff. tota hæc rub. fuerit poſita mentaliter, uidetur repetita ſuper quolibet ſingulari li. ff. ut in ij. li. dicat in nomine Domini &c. iuris enucleati. ff. & pandectarú lib. ij. & in iij. lib. hoc idem. & in 4. & in omnibus alijs ſuccedentibus, & per conſequens etiã in hoc 39. lib. Verba enim præcedentia omiſſa fuere à ſcriptoribus tanquam notoria, & ne lectorem tedio afficerent: tamen uirtualiter in quolibet libro fuere prolata, & dicta in prin. uidentur repetita in ſequentib. quando non uitiant actum. l. Titia. §. idem reſpondet. ff. de uerbo obligationibus. l. ſi. ff. de hæredib. inſtituend. cũ prin. pluribus ibi adductis. Et in terminis dixit Bar. quem ibi ſequũtur doc. in l. ſi quis ex argentarijs. §. initium. ff. de edendo. quòd ſi notarius in principio protocoli ſcripſit inuocationem Domini & conſules, licet in ſequentibus non poſuerit, nihilominus illa uidentur repetita in alijs ſingularibus inſtrumentis, & poſſunt in auctenticando expreſsè poni.

Quare remanet quòd hæc rub. nedum poteſt dici auctentica ex longa conſuetudine, ſed etiã uerè poſita tacitè uel ſubintellecta à compilatoribus, & Iuſtiniano, & per conſequens dicta docto. hic non ſunt inania, neque inutilia, & legenda ſunt ac ponderanda, cum ſint ſumpta ex uerbis auctenticis iſtius rubr.

18 Quibus ſic ſtantibus, & diſcuſſis remanet † ut ſuper interpretationibus docto. inſiſtamus, & de ueritate earum inquiramus. Et dum Bar. primò rub. diuiſit in quinquè partes. in inuocationẽ Domini, in cauſam efficiẽtẽ, in cauſã materialẽ, in cauſam formalem, & in ſpecialem rubr. doc. comuniter uidentur per tranſire, & omnes conſentiunt, quod prima, & ultima pars recte facta fuerit, tamen poſteà dubitationes multæ
19 inſurgunt. † Et prima eſt ſuper efficacia diuiſionis, an ipſa diuiſio tota rectè facta fuerit, & fieri potuerit, Butrig. hic, & imola & alij, quos refert hic Alex. dicebant illas medias partes

non eſ-

non eſſe rectè conſtitutas, neque ſubſtantiam diuiſionis rectè factam: ex eo: quia omnes illi genitiui in rub. poſiti determinantur ab unico uerbo incipit 39. liber. & conſtituunt unam orationem tantum, quæ cum unica ſit remanet indiuidua, & propterea malè diuiſa fuerit, ut poſsimus dicere quòd potius ſecata fuerit in fruſta, quàm quòd diuiſa fuerit, ut inquit Bal. in l. petens. C. de pactis in principio, qui dixit iſtam legem non diuidam: quia eſſet ſecare in fruſta. Sed intelligentia bene intelligentis cognoſcet tria in illa lege contineri. Ita hic diuiſio non poteſt fieri: quia ſecatur in fruſta: ſed tamen intelligentia rectè intelligentis poterit cognoſcere quinque in ea contineri. Et quòd non poſsit diuidi facit: quia cum ſint acceſſorij illi genitiui non poſſunt ſeparari à ſuis principalibus, l. etſi non ſint. §. perueniamus. ff. de auro & arg. lega. & l. ſi in rem. §. item quicunque. ff. de rei uendicatione. Facit etiam quod uoluit Bart. in l. Aurelius. §. idem quæſijt. ff. de lib. legata, qui uoluit quòd quando aliquæ qualitates apponuntur in oratione, illa efficiatur unicum indiuiduum, & non poſsit diuidi, per l. ij. §. ex his. ff. de uerbo. obligatio. Ideo ſi aliquis interrogatus an mutuum ſit factum reſpondeat quòd factum fuit ſub conditione, uel cum alia qualitate, non poterit diuidi illa oratio, & pro parte acceptari, & pro parte non, & ſequitur Iaſ. in l. j. in 3. notabili. ff. ſi quis cautionibus Socí. in conſ. 125. col. j. uerſi. pro certo. lib. 3. & in conſ. 75. col. pen. uerſi. ex quibus. lib. 3. Car. de Monte pulc. in deciſ. ſua 12. & facit quod uoluit Geminianus in cap. licet. de procuratoribus. in 6. & in cap. abbatem. de reſcrip. cum multis allegatis hic per Niconicium. numer. 10. Ergo diuiſio non bona.

20 Ab iſta † oppoſitione ſaluatur Bar. per doct. duobus modis. & primò fatetur contrarium quòd unica oratio dicatur, & non poſsit diuidi ad oculum: tamen dicunt quòd mentaliter poteſt diuidi ſicut idem Bar. uoluit in l. ſtipulationes non diuiduntur. in prima, & in ſecunda quæſtio. de uerbo. oblig. dicens, quòd homines ad oculum diuidi non poſſunt, intellectualiter tamen diuidi poſſunt in partes quotitatiuas, & in partes integrales, & uidetur communis reſolutio, quæ tamen licèt uideatur ſatis probabilis, non ex toto tollit contrarium: quia Bar. in dicta l. Aurelius. §. idem quæſijt. uoluit quòd nullo modo diuidi poſsit, dum negat partem pro parte poſſe acceptare, & pro parte non. & tamen illa uult mentaliter, non autem ad oculum diuidere.

21 Vnde ſecundò reſpondebat Ruynus dicens † quòd imò ad oculum corporis poteſt diuidi. Nec obſtat contrarium: quia uoluit quòd licèt ſit unica oratio ad oculum: tamen ſunt plures in intellectu: quia in quolibet genitiuo ſubauditur uerbum incipit liber. 39. ut dicatur in nomine Domini incipit &c. Domini Iuſtiniani. Incipit &c. & iuris enucleati incipit &c. Ideò cū ſint plures orationes paſsim permittitur diuiſio, quæ ſaluatio nec ipſa eſt bona: quoniā aſſumptum eſt falſum, quòd pro quolibet genitiuo ſubaudiatur uerbum incipit 39. liber. & faciamus tot orationes quot genitiui, cum in ueritate unicum uerbum debeat eſſe, & genitiui illi ſint connexi, & non poſsit eſſe liber. 39. niſi coniunctis illis genitiuis. Et hanc diuiſionem neque Grammatici acceptant, neque Logici, neque Legiſtæ, & ab omnibus reprobatur. Præterea hæc ſua ſaluatio incidit in primam quòd ad oculum non diuidatur: ſed per intellectum, quod negauit Bart. in dicto §. idem quæſiit, cum uerè ſit unica oratio.

22 Propterea † tertia ſaluatio uidetur poſſe dari, negando aſſumptum factum contra Barto. quòd unica oratio non poſsit ad oculum diuidi: quia imò poteſt fieri ſecundum Logicos, Rethores Grammaticos, & Legiſtas, Nam Logici uolunt propoſitionem quamcunque diuidi in tres partes, in primo, ſecundo, & tercio adiacente, ut homo eſt animal. per glo. in l. j. in glo. magna. ff. ſi quis ius dicenti non obtemperaui, quod etiam Rethores admittunt, & Grammatici diuidunt orationem in nominatiuum, accuſatiuum, & uerbum, & alias qualitates, & Legiſtæ diuidunt diffinitionem, quæ unica oratione continetur in genus & differentias, ut per Bart. & alios in l. j. ff. de teſtame. Item eam diuidunt in cauſam formalem, materialem, & finalem, & ſolemnitatis, ut plenè dixi, in rub. ſupra de lib. & poſthum. & in leg. j. infra de uerbo. obligatio. cum ſimilib. Item ſtipulatio diuiditur inter interrogationem & reſponſionem, ut in dicta l. j. & l. 5. §. ſtipulatio. ff. de uerbo. obligationibus continetur. Et propterea remanet concluſio clara, quòd hæc rub. quantumcumque uno conſtructu uerborum poſita, illa potuit diuidi in has partes ſubſtantiales intrinſecas. nam contraria procedunt de diuiſione extrinſeca, & Bar. in dicto. §. idem quæſiit. dixit de acceptatione, non autem tollit quin illa oratio in ſe poſsit diuidi.

23 Qua concluſione ſtante, † & data potentia diuidendi, dubium reſtat, an per Bar. partes rectè aſsignatæ fuerint. & primò uidetur quòd malè fecerit, dum dixit illa uerba domini Iuſtiniani ſacratisſimi principis. denotare cauſam efficientem: ex eo: quia in uol. ff. poſita fuere tantummodo dicta antiquorum Iuriſconſultorum, ut ſæpius repetijt Iuſtinianus in procemio inſtitutionum, & in l. j. & ij. C. de uet. iur. enucleando. & ego plenisſimè firmaui. in rub. ff. ſoluto matrimonio in illa ardua quæſtione utrum ius. ff. dicatur prolatum ex ore Iuſtiniani tanquàm totum ſit una conſtitutio Iuſtiniani, an potius uideatur prolatum ab antiquis, & relatum ab ipſis. & licet aliqui docto. uellent quòd omne ius noſtrum prolatum fuit

à Iuſtiniano, & ſit unicum auctore, origine, & tempore, & non habeat neque prius neque poſterius, cum iure. C. tamen ego ibi firmaui latiſsimè contrarium quòd imò adhuc dicatur eſſe prolatum à ſuis antiquis auctoribus, & differat auctore, origine, & tempore à iure. C. & in eis cadat prius & poſterius, & correctio, & ſupra etiam tetigi. igitur cum hoc ius noſtrum ſit prolatum ab antiquis auctoribus, non uidetur quòd Iuſtinianus poſſit dici cauſa efficiens: tamen ſaluando Bar. poſſumus dicere quod ipſe non ſenſit ll. ff. factas fuiſſe à Iuſtiniano: quia imò remanſerunt ſuorum auctorum: ſed uoluit quòd hoc ius enucleatum, id eſt, hoc corpus iuris. ff. quod nos præ manibus habemus, dicatur factum à Iuſtiniano. Nam cum eſſent duo millia librorum facientia unum confuſum corpus, reiecta fuere infinita, & multa mutata, & conſtitutum fuit hoc corpus quod habemus mundum, clarum, & enucleatum, quod factum fuit à Iuſtiniano, ſicut ſi quis ex ruinis maximæ domus, faceret unam paruam domum, & pulchram, diceretur ipſe auctor illius domus, quamuis non eſſet auctor neque cementorum neque lapidum. propterea hoc reſpectu optimè dixit Bar. quòd Iuſtinianus fuit cauſa efficiens, & illi genitiui denotant cauſam efficientem,

24 Secunda †etiam ſuccedit dubitatio, dum ipſe noluit quòd illa uerba iuris enucleati ex omni ueteri iure collecti, denotent cauſam materialem. in contrarium. Ruy. adducit glo. fi. in rub. ff. de iuſti. & iur. quæ dixit quòd iura antiqua, & illa duo millia librorum dicuntur eſſe materia. Verba autem illa, ius enucleatum, denotant intentionem ipſius Iuſtiniani, & eam ibi uidentur approbare communiter doct. Sed Hermanocius hic defendit, & bene. Nam ſi cõſideramus tẽpus ante quã eſſet perfectũ hoc uolumen iuris enucleati, tunc omnia iura antiqua erãt materia ex qua Iuſtinianus uolebat facere ius enucleatum, & hoc uolumen erat eius intentio. Sed poſtquã fuit perfectum uolumen iuris enucleati, deſiit eſſe intẽtio, & incepit eſſe intentionatum. unde hodie cum ſolum habeamus hoc uolumen completum, ius enucleatum dicitur eſſe materia propinqua ſumpta ex ueteri iure, cum ſi quis interrogetur de qua materia ſit confectum hoc uolumen, non poterit aliud dicere niſi quòd Iuſtinianus ex cumulo antiqui iuris elegit partes probabiles, ſicut Virgilius ex ſtercore Ennij eliciebat aurum, & ex iſto iure enucleato, & ex hoc auro elicito confectum fuit hoc uolumen. ff. quod habemus, ita quòd materia remota eſt illud ius non ordinatum, materia propinqua eſt illud ius enucleatum, & elicitum, & optimè dixit Bar. quòd illæ duæ partes iuris enucleati ex omni ueteri iure collecti, dicuntur denotare cauſam materialem huius uoluminis.

25 Tertia ad huc ſuccedit dubitatio: † quia Bar. uoluit quòd illa uerba. ff. ſeu pandectarum lib. trigeſimus nonus, denotent cauſam formalem, & per conſequens quòd diuiſio in 50. libros dicitur eſſe forma iſtius uoluminis, hoc autem reprehendebat Iaſ. hic: quia ex hoc dicto Bar. ſequitur quòd ſublata diuiſione librorum deſineret eſſe in rerum natura ius enucleatum, & hoc uolumen. ff. cum nos habeamus quòd omnis res ſuum eſſe à forma accipit, Glo. in uerbo forma. in cap. in ciuitate. de uſur. & ſublata forma dicitur prope ſubſtantiam perire l. Iulianus. §. ſed & ſi quis. ff. ad exhibendum. & maior eſt defectus formæ quàm materiæ, ut per glo. in l. ſi unus. §. ſi acceptilatio. ff. de pactis, & per Iaſ. & alios in l. j. §. ſi quis ita. infra. de uerbo. obligatio. cum infinitis cumulatis hic per Niconicium nume. iiij. Sed non eſt uerum quòd ſublata diuiſione deſineret eſſe hoc uolumen. ff. cum parum intereſſet quòd de quinquaginta libris fierent uiginti quinque, uel pauciores: ergo non poteſt dici forma. Ideò Iaſ. dicebat negãdo concluſionem Bart. quòd illa uerba non denotant cauſam formalem: ſed aliter exponebat quòd in eis ponitur diuiſio librorum, quæ ſolutio nihil noui addit: quoniam Bar. non ignorauit quòd eſſet diuiſio: ſed uoluit magis doctè loqui, dicendo quòd illa diuiſio, & ordinatio denotat formam huius uoluminis. Vnde ad contrarium reſpondebat hic Niconicius in principio, quòd illud procedit in forma ipſa. Sed Bar. hic dixit quòd denotant cauſam formalem non autem formam, & differt forma à cauſa formali. Vnde ipſe expendit multa uerba de forma per quatuor columnas referendo totam materiam formæ a logicis & iuriſtis traditã & eius partes cũ ſuis cõcordantibus. Tamen ſolutio ſua fuit uerbalis tantum, & non ſubſtantialis. Vnde tertia datur ſolutio quòd contrarium non dicit totam ſubſtantiam perire perempta forma, ſed quòd propè perire dicitur. Ideò uidetur dicendum quòd ſit forma. Nam licèt ea ſublata uideatur perire hoc uolumen, non tamen dicitur uerè perire: quia remaneret ius enucleatum, & Iuſtiniani, & ſicut deſtructo uaſe argenteo remanet totum argentum licet forma ſit ſublata, ita ſublata hac diuiſione remaneret totum ius enucleatum, & tota materia quamuis eſſet perempta forma. Tamen hæc ſolutio non tollit totum contrarium, attento quòd ſequeretur quòd omne ius antiquum remaneret idem ſicut erat ante compilationem, & tamen uidemus quòd per compilationem Iuſtiniani aſſumpſit nouam formam, qua ſublata non remanet amplius ius antiquum, Ideò non clarè apparet quòd ſublata hac diuiſione Iuſtiniani, deſineret eſſe ius enucleatum Iuſt. cum uideatur parum intereſſe quod hoc ius fuit diuiſum in 50. libros, uel quòd hodie diuideretur in centum ſeu uiginti, uel triginta, hæc enim parua mutatio non uidetur poſſe facere quòd ius Iuſtiniani remanſerit

rit

rit idem quod habemus, & ualidum; ſicut ui-demus quòd remanſit idem ius facta illa noua diuiſione per docto. in tria uolumina, quam præſentialiter habemus, contra formam traditam à compilatoribus, & quòd hæc ſimiliter: quia hodie diuiſus fuit in duas partes remanet idem quòd prius erat cum ſua uirtute quamuis alteratio aliqua fuerit facta.

Nec obſtat quòd de duobus millibus librorũ antiquitus exiſtentibus, & hodie ſublatis, deſierit eſſe idem ius, & aliud ius à Iuſtiniano factum uideatur inductum: quia in eis non fuit mutatus ſolus numerus librorum, ſed ſubſtantia legum ſublata, & uerba deleta, & infinita iura reprobata. ita quòd mutatio in ſubſtantia fuerit non in ſimplici diuiſione.

26 Propterea † Niconicius hic per ſex columnas ſuper hac contrarietate inſiſtit, & ponit omnia, quæ de forma reperijt ipſe in repertorijs antiquis, & mod. loquentibus de forma cumulando ſimul, & poſteà demonſtrando quæ ſit forma in utroquè genere rerum ſuarum, & finaliter uidetur in propoſito tradere ſolutionem ad contrarium, fatendo quòd per mutationem diuiſionis non periret ius enucleatum Iuſtiniani, ſed dicit quòd duplex eſt forma, quædam ſubſtantialis, & in iſta uerificatur dictum, & oppoſitio Iaſ. quædam eſt forma accidentalis, & per iſtius defectum non mutatur, nec tollitur ipſa res, ſicut nec uniuerſitates tolluntur mutatis omnibus hominibus in ea exiſtentibus, l. proponebatur, ff. de iud. & l. j. §. de inſpiciendo. ff. de uentre inſpiciendo, & collegium non deſinit eſſe collegium mutatis perſonis, cap. denique. 7. q. 1. cap. habet. 16. diſtinctio. l. ſicut. §. fi. ff. quòd cuiuſque uniuerſitatis nomine, & hæc uidetur magis communis reſolutio. quæ tamen nec ipſa perfecta eſt attento quòd exemplum de mutatione perſonarum in uniuerſitate non eſt bonum: quoniam per mutationem perſonarum ſingularium non mutatur forma illius perſonæ legalis ſubintellecta, ſicut nec per mutationem rerum in hæreditate ſi uendentur, & ex precio emantur aliæ, forma ipſius uniuerſitatis non mutatur: ſed hic per diuiſionem librorum mutatur ipſa forma, & figura rei, ſicut mutatur alia ſi deſinat poſſe cultiuari, & homo ſi deſinat habere membra organizata.

27 Et propterea † tu plenius reſoluendo conſidera quòd triplex forma reperitur in iure noſtro, forma uiuificans, forma figurans, &
28 forma ſolennizans. † Forma uiuificans eſt illa, quæ tribuit ſpiritum, & uitam; & in homine dicitur anima, in iure uerò dicitur eſſe ſpiritus ille qui uigor ſeu robur dicitur legis quòd tribuitur à Deo, qui habet poteſtatem legis condendæ, mandando quòd obſeruetur tanquàm lex, & ipſa habeat uirtutem legis. Et in iſta procedit regula indiſtinctè, quòd omne eſſe ex forma ſumitur. & perempta forma propriè interire ſubſtantia dicitur: quia ipſa ſpecies perit remanente materia ex qua conficitur. Et in hac etiam procedit alia regula quòd maior eſt defectus formæ quàm materiæ, ut per glo. in dicta l. ſi unus. §. acceptilatio. & Iaſ. in l. j. ff. de uerbo obligatio & glo. in cap. ſine exceptione. & in ſumma xij. q. ij.

29 Secunda † eſt forma figurans, quæ in homine conſiſtit in organis corporis cum ſuis membris conuenientibus, & ſolet appellari effigies ſeu figura hominis, & in iure erit ille ordo compoſitionis ponendo in principio ea, quæ præcedere debent, & in medio ſucceſſiuo cum ſua apta continuatione, & faciendo diſtinctionem per libros conuenientem ſecundum uarietatem partium, ſicut homo diſtinguitur per ſua membra regulata, uolumen enim iſtud recepit quandam figuram per ordinem impoſitum, ut primo dicatur de origine iuris, poſteà de iudicijs, poſteà de contractibus, ac quarto de teſtamentis, & ultimis uoluntatibus, & alijs partibus ſucceſſiuis, & de dictis facta fuit diuiſio per libros conueniens, & rationabilis, quæ omnia faciunt quandam effigiem in toto hoc uolumine. ff. & hæc forma ex breui mutatione eiuſdem non facit perire rem, ſicut nec homo perit ſeu deſinit eſſe ſublato pede uel manu, licèt aliqualiter alteretur figura ipſius, & docto. dicant formam eſſe mutatam, ut per Bar. in l. ſtipulationes non diuiduntur. in 3. oppoſitione infra de uerborum obligationibus. Sed ſi eſt ualde alterata, tunc deſinit eſſe ipſa res, ut ſi auferatur caput, uel aliquod aliud principale membrum. Vnde liberi non habentes caput, uel habentes illud equinum, ſeu bouinum, non dicuntur eſſe liberi ſed monſtra, l. non ſunt liberi. ff. de ſtatu hominum. quamuis ex mutatione digitorum etiã ſi naſcerentur cum uno pede tantum. non deſinerent eſſe liberi, dicta l. non ſunt liberi, cum ibi nota. & ſic etiam in iure ex parua alteratione non deſineret eſſe ius Iuſtiniani enucleatum: ſed ſi eſſet magna alteratio ſubuertendo principium cum fine, & medium cum partibus, ſine ratione mutationis deſineret eſſe ius enucleatum. Propterea dicitur in capit. cum in dubijs. extra de celebratione miſſarum, quòd ſi conſecratum ſit altare, & parua alteratio ſubſequatur, non eſt iterum conſecrandum: quia remanet forma eadem: ſed ſi fuiſſet facta magna alteratio, & deſineret eſſe figura altaris, ſi reficeretur eſſet iterum conſecrandum: quia per talem mutationem deſineret eſſe altare. & idem ibi no. de eccleſia, ut ſi ſit ſublatum tectum, & poſteà reficiatur: quia deſierat eſſe eccleſia, & noua uidetur conſtructa, conſecratio etiam noua fienda eſt. facit tex. in l. Seia. §. fi. ff. de aur. & argento legato. & l. adeo. §. item cum quis. ff. de acquir. rer. dominio, & l. quamuis. §. cui eorum, ff. de aur. & arg. legat. l. domus. ff. de contra-

hen. emp. cum ſimilibus

30 Tertia † eſt forma ſolennizans; & hæc in ſpeciebus naturalibus non reperitur cum omnes res naturales conſiſtant ex ſola materia, & forma, ſed in actibus legalibus, ut in contractibus, teſtamentis, iudicijs, & cæteris ſimilibus reperitur: quoniam aliud eſt ſolennitas, aliud, eſt forma contractus, ut plenè dixi in l. j. ff. de uerbo. obligatio, & ibi docto. notant diſtinguendo. §. qui præſens à. §. ſi quis ita. per hanc differentiam formæ & ſolennitatis, & in teſtamentis forma propriè eſt inſtitutio hæredis, numerus teſtium, ſubſcriptio, ſigillatio, & cætera ſunt de ſolennitate, ut per Bar. ubi etiam plenè dixi in l. nemo poteſt. ff. de le. j. & hanc, ſolennitatem ſæpe leges appellant formam illius actus: quia uidetur habere uicem formæ, cum ea deficiente deficiat actus, & meritò appellatur forma ſolennizans, & de ea traditur regula, quòd ſi eſt leuis deffectus non uitiatur actus, l. pe. §. fi. ff. de uen. inſpiciendo & exemplum eſt in ſigno Crucis in inuentario, l. fina. §. ſin autem ignarus. C. de iure delib. l. j. §. de inſpiciendo ff. de uentre inſpiciendo. Sed ſi non eſt leuis ſolennitas, tunc ea ſublata corruit actus, unde ſublata ſolennitate in ſtipulatione deſinit eſſe ſtipulatio. dicto. §. qui præſens, & deficiente ſollennitate in teſtamento deſinit eſſe teſtamentum. l. ſi unus. C. de teſtam. & §. ſed cum aliquis. inſti. de teſtam. & no. in d. l. nemo poteſt. ff. de legat. j. in omnibus autem dictis formis hoc unum ſeruatur, quòd illa non inducitur niſi in ultimo puncto perfectionis. Bal. in l. ſi is qui. ff. de teſtame. Iaſ. in l. furioſum. C. qui teſtam. facere poſſunt. & l. ſi is qui quadringenta. §. quædam. ff. ad leg. Falcidiam, & forma eſt ultima perfectio. Bal. in l. quidam eulogio. col. j. & ij. C. de iure deliberandi. & in cap. j. §. uaſſallus. ſi de feudo fuerit controuerſ.

31 Quibus ſic ſtantibus, † ad propoſitum reddeundo dicitur quòd hæc ordinatio ſeu ordo poſitus in hoc uolumine, & librorum diuiſio, dicitur eſſe forma figurans hoc uolumen digeſtorũ, nouiter à Iuſtiniano conſtitutum, & ſi eſſet magna alteratio ponendo titulum de iuſtitia & iure cum alijs connexis in medio, uel in fine, uel e contra ſubuertendo ordinem, tunc deſineret eſſe uolumen Iuſtiniani, & remaneret ſola materia iuris enucleati, ſicut ſi de uaſe argenteo auferret formam uaſis, uel maximam partem alteraret, deſineret eſſe illud uas, & remaneret ſola materia, dicta l. Iulianus. §. ſed & ſi quis. ff. ad exhibendum. Sin autem eſſet parua alteratio: quia de quinquaginta libris fierent uiginti uel triginta, non deſineret eſſe ius enucleatum Iuſtiniani, ſicut dictum fuit ſupra de eccleſia, & altari, & de hac forma intellexit Bar. hic, dum uoluit quòd per illa uerba incipit liber. 39. ff. denotetur cauſa formalis huius uoluminis, & in ea ceſſat contrarium Iaſ. diſtinguendo inter magnam, & paruam alterationem, quin imò maior uidetur eſſe efficatia illius formæ figurantis: ex eo: quia forma uiuificans nunquàm tribuitur, niſi hæc forma figurans interuenerit, cum ea ceſſante præſumatur anima hominis non eſſe in illo corpore, dicta l. non ſunt liberi, & quando Iuſtinianus dedit formam uiuificantem iuri contento in hoc uolumine, prius hoc uolumen erat perfectum, & per ſuos libros diſtinctum, quòd legerat, & relegerat, & plenè conſiderauerat, ut dicitur in dictis procemijs, ità quòd hæc forma figurans fuit cauſa faciendi ꝙ præſtaret formam uiuificantem. Et idem dicunt Medici de partu in uentre concepto, ut ei non tribuatur anima niſi prius figuram, & organa corporis ſuſceperit, quàm dicunt perfici in 6. menſe, & per conſequens remanet quòd optimè locutus fuit, dum uoluit per illa uerba denotari cauſam formalem ac totam diuiſionem Bar. rectè, & perfectè traditam fuiſſe, & tenendam.

32 Ex quibus habes † quinquè concluſiones per doct. diſtinctas. Prima eſt quòd ius digeſtorũ fuit collatum in unum uolumen tantum diſtinctum in xij. libros per compilatores, & Iuſtinianum. Secunda eſt quòd diuiſio quam nos habemus in tria uolumina. ff. ue. eris, infortiati, & ff. noui, non fuit facta à Iuſtiniano, nequè à compilatoribus, & ſimiliter diſtinctio quàm nos habemus de C. ut ultimi tres libri in alio uolumine ponantur, non fuit facta à Iuſtiniano, nequè à compilatoribus: ſed præter eorum intentionem fuerunt à priuatis doctoribus factæ, ſeu ſcholaribus, uel impreſſoribus ex eorum priuato arbitrio, ratione commodioris uſus, & portationis.

33 † Tertia fuit concluſio quòd compilatores ſuper hoc. 39. libro non poſuerunt niſi illa pauca uerba, incipit 39 lib. ff. de no. op. nuncia. Tamen quia ſuper rub. ff. de iuſti. & iure poſita fuit illa plenior, & prægnans rubr. illa met tacitè in principio cuiuſcunque libri uidetur eſſe repetita, & propterea uirtualiter uidetur tota hic inſcripta à compilatoribus. & docto. priuatè nihil noui addiderunt: ſed ſolum illam tacitam compilationem in uerba expreſſa, & ocularem uiſum deduxerunt, ità quòd propriè dicitur eſſe auctentica. Quarta eſt quòd tota hæc rub. diuiditur ut per Bar. in 5. partes, & mentaliter, & oculariter, non obſtante quòd fuerit ſub uno conſtructu uerborum confecta. Quinta eſt quòd partes aſſignatæ per Bar. dicuntur eſſe rectè aſſignatæ, & nominatæ, cum prima denotet inuocationem. Secunda denotet cauſam efficientem. Tertia cauſam materialem. Quarta cauſam formalem. Quinta ſpecialem rub. ſeu materiam ſpecialem tituli.

34 Quibus ſic firmatis † reſtat ut uideamus an dicta docto. de iure procedant. Bar. primò figurauit caſum ad totam hanc rubr. formando quinque quæſtiones ut per eum. Sed plenius

quàm

quàm ipſe faciat dicas, quòd in prima parte debent formari duæ quæſtiones, una eſt, cum hic compilatores deliberaſſent facere hoc uolumen, & alijs legendum tradere, dubitandum fuit quid pt mò agere deberent, & uidebatur quòd debuiſſent commendare opus faciendum. arg. l. j. ff. de in integrum reſtitutionibus, uel demonſtrare genus iuris, iuxta no. in l. j. ff. ſi cert. petat. uel alia ſimilia ibi notata facere, uel ponere illa quinque in principijs librorum ſolita apponi, de quibus per Azonem in ſumma. Sed his non obſtantibus contrarium fuit determinatum hic per Iuſtinianum quòd imò ante omnia eſſet inuocandum nomen Domini, & ratio decidēdi eſt: quia ex tali inuocatione Deus placatur, & efficitur propitius, unde negotium accipit bonum principum & optimum finem, ut per glo. in proœmio inſtitutionum, & in principio nouellarum. & in auct. de hæredibus, & falci. in rub. Non obſtant contraria: quia illa procedunt in interpretationibus fiendis: quæ debemus obſeruare ut ibi, atque etiā ponere alia quæ dicuntur per glo. in rub. ff. de iuſti. & iur. & in rubr. & nigro ut præponatur nomen Imperatoris. hic uerò non fit interpretatio: ſed noui operis compoſitio, & editio, Ideò debet præcedere inuocatio Domini.

Secunda fuit dubitatio, quod nomen eſt inuocandum, cuius Dei, & uidebatur quòd deberet fieri de Deo in genere: quia Iuriſconſulti erāt pagani l. Titia. §. Seia. de auro, & arg. lega. & no. per Ioann. And. in cap. & ſi Chriſtus. de iureiurand. qui uoluit à iudæis & paganis inuocandum eſſe nomen Dei eorum. Sed his non obſtantibus contrarium fuit determinatum, quòd imò nomen Chriſti ſit inuocandum. Et ratio decidendi eſt: quia compilatores, & Iuſtinianus erant Chriſtiani, & hoc opus faciebant ipſi, licèt de re facta à paganis, qui ad ſuā compoſitionem procedebant ſolam ſuam operam imponentes. Non obſtant contraria: quia licèt inuocatio fieri deberet à paganis de Deo in genere: tamen ipſi nunc nihil faciebant: ſed de re ab eis facta Iuſtinianus extrahendo quod bonum erat in hoc uolumen collegit, ita quòd tractatur de ſola ipſius, & compilatorum opera, ad quam iuuandam cum ipſi eſſent Chriſtiani, erat inuocandum nomen Domini noſtri Ieſu Chriſti.

35 In ſecunda parte dubitatum fuit † quæ ſit cauſa efficieos ſeu auctor iſtius libri. & uidebatur dicendum quòd fuiſſent Iuriſconſulti antiqui, qui condiderunt has leges: quorum nomina in eo conſcripta ſunt. Sed contrarium determinatur quòd imò Iuſtinianus fuit cauſa efficiens, & auctor huius uoluminis, Et ratio decidendi eſt: quia licèt Iuriſconſulti antiqui condidiſſent illas leges, tamen Iuſtinianus eis ſuſtulit robur legale, & incæpit extrahere ius qđ ſibi uidebatur bonum, & illud extractum redegit in uolumen quod nos habemus, taliter ꝙ in hoc uolumine quod ad præſens habem nihil fecerunt Iuriſconſulti antiqui: ſed fu. compilatores, & Iuſtinianus, qui extraxerunt ius bonum, & deduxerunt in hoc uolumen, & poſteà ipſe Iuſtinianus dedit robur legale promulgando ſecundum formam poſitam in leg. j. & l. ij. in fin. C. de ueter. iure enucleando. Et propterea in totum ipſe fuit auctor præſentis uoluminis, & Dominus totius uolumiois, iuxta §. cum ex aliena materia, cum ibi. not. Inſt. de rerum diuiſione.

Non obſtant contraria: quia illa procedunt quantum ad primam introductionem, quæ ceſſauit poſt eorum mortem: ſed quantum ad præſens uolumen ipſi nihil fecerunt. Sed fuit ſolus Iuſtinianus cum compilatoribus: qui totum illud compilauit, extraxit, & robur dedit; & propterea ipſe in omnibus fuit cauſa efficiens.

36 In † tertia parte fuit quæſitum, quæ ſit materia huius uoluminis, & uidebatur eodem modo dicendum quòd omne ius antiquum, & illa multitudo duorum millium librorum antiquorum fuiſſet materia de quibus ius noſtrum exceptum fuit, & remanſerunt ll. antiquorum cum nominibus ſuorum auctorum. Sed contrarium fuit determinatū, quòd imò materia præſentis uoluminis quod habemus, ſit ius enucleatum. ſed materia iuris enucleati ſint illa duo millia librorum à quibus extractum fuit.

Non obſtat contrarium: quia illud procedit de materia remota; ſed materia propinqua, & apparens in hoc uolumine dicitur eſſe ius enucleatum extractum à ueteri iure.

37 In † quarta parte fuit dubitatum quæ eſſet forma iſtius uoluminis, & uidebatur quòd ſola promulgatio, ſeu publicatio fuiſſet forma per quam Iuſtinianus dedit robur legum, & ſpiritum legalem huic uolumini, ſicut anima dicitur eſſe forma hominis, ſimiliter illa ſolennitas quæ ſeruata fuit in publicando leges, & mandando præfectis prætorio & alijs qui per totum Imperium publicarent, & infra duos menſes aſſumerent uires, ut in prima, & ſecunda conſtitutione. C. & l. j. & ij. §. fi. C. de ueter. iure enucleando, per ea quæ habentur in lege ſciendum. infra de uerbo. obligatio. Sed contrarium determinatur quòd imò cauſa formalis ſit ipſa ordinatio iuris enucleati atque diuiſio in libros coodecenter quæ dederunt figuram, & effigiem huic uolumini, ſicut conſtitutio membrorum, & effigies hominis inducit formam lege non ſunt liberi. ff. de ſtatu hominum.

Non obſtant contraria: quia procedunt in forma uiuificante, & ſolennizante. Sed nos loquimur hic de forma figurante, quæ denotatur per illum ordioem, & diuiſionem librorum, quæ forma eſt magis conſiderabilis, & apparens ad oculum, in eadem parte, adhuc poſſet formari alia quæſtio ad mentem Iaſ. præſuppoſito quòd forma conſiſtat in diuiſione,

ordine librorum, quis ergo eſt liber, qui ſequitur, & in quo inſiſtere debemus, & reſpondetur quòd eſt trigeſimus nonus liber: quia per prædicta 38. liber fuit completus poſtea.

In quinta parte fuit quæſitum quæ fuerit materia ſpecialis iſtius tituli, & reſpondet, ut per Bar. quod eſt de noui oper. nunciatio. hic eſt caſus.

8 Notandum eſt primo ex prima parte quòd † in principijs librorum ſecundum Bar. innocandum eſt nomen Domini noſtri Ieſu Chriſti. ſed in contrarium facit ſecundum Bar. quia Iuriſconſulti fuere pagani ut probatur in l.ij. §. Seruius Sulpirius. per unam columnam de origine Iuris. ubi referuntur Seruius Sulpitius, Quintus Mutius Tuberò, & Quintus Ligarius, & Gallus Aquilius qui fuerunt tempore Ciceronis ante Cæſarem, & in uita Cæſaris ante Auguſtum quo regnante natus eſt Chriſtus. Sed reſpondet Bar. quòd nihilominus eſt innocandum nomen Chriſti: quoniam ipſi Iuriſconſulti non fecerunt hoc opus: ſed fuerũt compilatores, & Iuſtinianus Chriſtiani, qui illud condiderunt, Ex quo infert quòd notarius Chriſtianus conficiens inſtrumentum inter iudæos poteſt inuocare nomen Chriſti, ut hic per eum, ex cuius dictis colliguntur quinq; cõcluſiones. Prima eſt quòd nomen Chriſti in initijs operum inuocandum eſt. Secunda eſt tacite quòd debet fieri ex neceſſitate. Tertia quòd Iuriſconſulti fuerunt pagani. Quarta quòd iudæi inuocantes Chriſtum faciunt actum nullum, & præſumuntur facere in contemptum. Quinta quòd notarius Chriſtianus conficiens inſtrumentum inter iudæos ſuſtinetur ſi inuocauit nomen Chriſti, quas omnes concluſiones confusè hic examinat Alex. & inuolutè. Nos autem diſtinctè examinabimus faciendo in una quaque argumenta ſeparata.

39 Prima igitur eſt concluſio, quòd † nomen Dei eſt innocandum. concordat text. in capi. non liceat. 26. quæſtione. 5. & cap. non obſeruetis. 26. q. 7. ubi prohibentur Chriſtiani obſeruare Solem, & Lunam, & dies. Egyptiacos, & multa alia ibi enumerata, & poſteà ponitur auctoritas Apoſtoli dicentis ſiue manducetis, ſiue bibatis, & quodcunquè feceritis in uerbo, & opere in nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti faciatis, agentes gratias Deo, & in fine dicitur quòd mulieres in ſuis lanificijs non debent adhibere uanas obſeruationes: ſed ſolum Deum adiutorem inuocare, & in dicto cap. non obſeruetis. repetitur illud dictum quodcunque feceritis in nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti faciatis, in quo uiuimus, manemus, & ſumus, per quas concordantias apparet quòd generalis eſt iſta concluſio, quòd in omnibus operum initijs inuocandum eſt nomen Domini, per quàm inuocationem ſeruatur religio erga Deum, recognoſcuntur bona à Deo qui efficitur propitius. unde ſequitur bonum principium, melius medium, & optimus finis, ut dixit glo. in rubr. in auct. de here. & Falci. & in proœmio. inſtitu. & ubi eſt fundamentum Chriſti bonum efficitur ædificium, quo deficiente nullum bonum eſt ſuperædificium, cap. cum Paulus. prima quæſtio j. & ubicunque opus eſt amabile Deo dicitur decenter, & competenter factum, ut in auct. quomodo oporteat epiſcopos, in principio, qua de re Iuſtinianus in principio omnium ſuorum uoluminum inuocauit nomen Chriſti, & in auct. de quæſtore in prin. & in l.ij. C. de officio præfecti prætorio Aphricæ & in iure canonico habetur in cap. in nomine Domini. xxiij. diſtinctione. cap. in nomine Domini. de teſtibus. cum ſimilibus, quæ innocatio neceſſaria eſt, & ex præcepto Apoſtoli in dictis capitulis, quantum ad obſeruantiam religionis ut humilienur Deo; & recognoſcamus omnia bona ab eo, iux. cap. cum in tua. ex. de decimis, & de ſpreto naſcuntur multa mala cap. reuertimi. 16. quæſtio. j. & cap. maiores. 16. quæſtio. 7. & ſic naſcuntur multa bona, iux. c. decimæ. 16. q. 1. unde ſuccedit poſtea utilitas ex opere perfecto. Sed tamen non eſt neceſſaria ad perfectionem ciuilem operum, cum domus ædificata ſine inuocatione non deſinat eſſe domus, quàmuis ſecus ſit in eccleſia. cap. nemo. de conſecratione diſtinctio. j. & contractus, acta iudiciaria, teſtamenta, & omnia negotia non facta dicta innocatione nihilominus conſequuntur ſuam formam ciuilem, ſolum etenim non obſeruans ſubijcitur ultioni diuinæ, iux. tex. in l. rem non nouam. cum glo. ſi. C. de iud. & no. in l. admonendi. ff. de iureiura. & in §. ſi quis poſtulante. inſti. de actio. & hæc procedunt ſine dubio ubicunque non fuerint documenta publica à notarijs.

40 Sed dubium ſuccedit † quid ſi à notarijs conficiatur inſtrumentum de aliquo contractu uel actu Chriſtianorum, uel conſcribat acta iudiciaria inter Chriſtianos, utrum ſit neceſſarium ad perfectionem ciuilem illius negotij, & inſtrumenti ut conſequatur effectus ſuos, quòd interueniat inuocatio Domini, & ſic an de ſubſtantia inſtrumenti ſit quòd præcedat inuocatio Domini? in qua quæſtione Alex. hic refert uarias opiniones, & tres ſunt principales. una Imo. negatiua, quòd non ſit de ſubſtantia ad perfectionem ciuilem actus. Secunda eiuſdem Imol. affirmatiua, quòd imò ſit de ſubſtantia, & quòd inuocatione ommiſſa inſtrumentum ſit ipſo iure nullum, quæ fuit Romani originaliter. Tertia Speculatoris diſtinguentis quòd in arduis inuocatio ſit neceſſaria, ut patet in omnibus exemplis Iuſtiniani, in alijs uerò non ſit neceſſaria, & pro unaquaque opinione adducuntur multa fundamenta, quibus tamen probabiliter reſpondetur, ut articulus reddatur diſputabilis.

Et pro opinione negatiua quæ communis eſt,

quòd

41 quòd non ſit de ſubſtantia adducitur † primò hæc ratio: nam ubicunque aliquis dicit actum eſſe nullum propter aliquam legem uel conſtitutionem ſeu ſpecialem diſpoſitionem, illam probare debet. l. ab ea parte. ff. de probationib. ſed qui dicit inſtrumentum anullari omiſſa inuocatione, dicit actum prohiberi certa lege, ergo eam probare debet: ſed nullo iure reperitur hoc deciſum, ergo negatiua remanet probata quòd non ſit de ſubſtantia: quia erubeſſimus cum ſine lege loquimur l. illam. C. de collationib.

42 Secundò facit alia ratio † ubicunq; quis habet regulã pro ſe, habet fundatã intentionẽ, & transfert onus probandi in aduerſarium qui allegat exceptionem, ut no. in l. j. & ibi Decius. ff. de reg. iur. Sed regula eſt ſupra poſita inuocationem non eſſe neceſſariam ad actus ciuilis perfectionem: ergo qui uult dicere in documentis neceſſariam inuocationem, illud probare debet. Sed nullo iure probatur: ergo remanet probata negatiua quòd non requiritur.

Tertio confirmatur: quia ubicunque aliquid reſpiciens religionem per legem requiritur ad actum, etiam ſi omittatur, non uitiatur actus: ſed ſolum Deum habet ultorem, ut in iuramento dicitur l. rem non nouam. in fi. cum glo. C. de iud. & no. in dicto. §. ſi quis poſtulante per Iaſ. Sed hæc inuocatio reſpicit religionem: ergo omiſſio ſolum Deum ultorem habet, & actus remanet ualidus: argu. dictæ l. rem non nouam. cum glo. niſi ſequatur clauſula annullatiua actus. ſed hoc nullo iure reperitur factum: ergo non eſt de ſubſtantia.

Quartò confirmatur: quia ubicunque lex ad actum aliquid, requirit, ſeu obſeruatur aliquid in actu potius, præſumitur de naturalibus actus, quàm de ſubſtantialibus: quoniam ſubſtantialia expreſſa lege inducuntur, ut no. in l. ij. coniuncta l. cum quid. ff. ſi certũ petat. ergo cum nulla lex dicat inuocationem requiri pro ſubſtantia, actus remanebit ualidus.

Suadetur, & ſextò per auctoritatem glo. in l. iuriſgentium. §. quòd ferè. ff. de pact. & lege generali. C. de tab. lib. 10. & cap. inter dilectos. in uerbo iudicio. de fide inſtrumento. & in auct. ut præponat. nomen Imperatoris, quæ referunt ſolennitates inſtrumentorum, & nihil dicunt de inuocatione diuini nominis, & ſolum glo. in dicta l. generali. dixit de annis ab incarnatione Chriſti.

Septimò adducitur tex in dicto auct. ut præponatur nomen Imperatoris in duobus locis, in principio, & in §. ſi qua uerò, uerſi. idem: ubi dicitur quòd nomen Imperatoris debet primò poni, & indictio, & conſules, & in §. idem ſancimus. ibi documenta hoc modo incipere Imperij noſtri ſacratiſſimi, & in dicto §. ibi, ita quodamodo eis ſcribentibus Imperij Iuſtiniani, & in rub. & nigro. in uerbo ut præponatur, quæ omnia demonſtrant quòd debet præponi nomen Imperatoris: ergo non debet præcedere inuocatio quæ omnimodo præpoſita fuiſſet.

Ottauò facit: quia ſaltem uidetur, quòd ſit leuis ſolennitas, unde non debet eſſe de ſubſtantia, iux. tex. in l. j. §. pe. ff. de uentre inſpiciendo. & licet Romanus dicat quòd ibi conceditur per ruſticitatem non alias: tamen dicit Alex. quòd generaliter procedit rectè inſpiciendo, ibi, quale eſt ſi quid ex his quæ leuiter obſeruanda ſunt prætor edixit non ſit factum. & ibi, glo. fi. dicit quòd maiora omiſſa excuſantur per ruſticitatem, ſed leuia ab omnibus poſſunt omitti.

Nonò etiam facit tex. in l. fi. §. j. uerſi. quòd ſi ignarus. ubi ſignum Crucis apponendum eſt manu hæredis pro ſolennitate, & tamen ſi omittatur docto. uolunt quòd actus ualeat: quia eſt leuis ſolennitas.

43 Sed † tenendo contrariam partem potes ad quatuor fundamenta prima reſpondere, quæ tendunt ad unum finem, quòd non reperitur iure diſpoſitum, negando illud aſſumptum: quia imò reperitur iure diſpoſitum, & in di. cap. non liceat. & in cap. non obſeruetis, & in terminis in documentis in dicto auct. ut præponatur nomen Imperatoris, ibi, incipiat mox Deo auctore. inducendo ut infra dicam.

Non obſtat auctoritas glo. ſupra allegatæ: quia reſponderi poteſt quòd illæ glo. enumerauerunt difficiliora, & minus nota. Inuocationem autem tacuerunt tanquàm notoriè conſtaret eam adhibendam eſſe, per quotidianam obſeruantiam in locutionibus hominum, non tamen quòd præſupponat eum non debere interuenire. Vel ſecundò reſpondetur, quòd illa glo. non dixit etiam aliqua alia quæ ſunt neceſſaria, & ideò fuit imperfecta, & non poſſumus ex eis argumentari.

Non obſtat dictum auct. ut præponatur nomen Imperatoris: quia ibi diſpoſuit tantummodo de ſolennitatibus non reſpicientibus religionem de quibus dubitabatur, & mandauit præponi nomen Imperatoris illis quæ non reſpiciebant religionem. Secundò reſpondetur quòd ille tex. retorquetur in contrarium: quia poſteà ſubſequitur ibi incipiat mox Deo auctore. inducendo ut infra.

Non obſtat quòd dicatur eſſe leuis ſolennitas: quia imò eſt magna, cum iubeatur ab Imperatore ut omnimodo præcedat in dicto auct. ut præponatur. ibi, incipiat mox Deo auctore Secundò reſpondetur quòd imò eſt maxima, & ualde maxima ſolennitas, cum ſine auxilio Dei nihil in mundo fieri poſſit, & faciunt ea omnia quæ diximus in principio de uirtute inuocationis, quæ hic referri poſſunt.

44 Contrariam opinionem † tenuerunt Roma. hic, & alij Moder. diſputatiuè ſequuntur quòd imò inuocatio ſit de ſubſtantia perfectionis

actus ciuilis ut ea omiſſa uitietur inſtrumentum. pro qua opinione inducitur primò tex. in dicto cap. non liceat. & capitulo non obſeruetis. quæ per uerba imperatiui modi generaliter mandat inuocationem fieri debere. Sed defendendo communem reſpondetur per Alexan. hic quòd procedunt quando quis uellet obſeruare ſolem & lunam, & auguria paganorum. Nam tunc prohibentur, & in eorum locum mandat dictam inuocationem fieri.

45 Secundò reſpondet, & melius, † quòd ille tex. loquitur de inuocatione mentali, quæ ab omnibus fieri debet in quocunque actu: & opere, & nihil debemus facere ſine recognitione Dei. Sed nos loquimur de inuocatione in ſcriptis redigenda, ut ea non ſcripta inſtrumentum reddatur nullum, quod nullo iure probatur. Tertiò etiam reſponderi poteſt quòd illa iura procedunt quantum ad obſeruantiam religionis, & inter religioſos, qui & etiam de facto obſeruant in tempore quo comedunt, & bibunt ut inuocetur continuo nomen Dei recognoſcendo omnia ab eo, & Deus efficiatur propitius, & ipſis religioſis, & alijs etiam Chriſtianis in ſuis operationibus, non tamen illa iura mandat quòd pro perfectione actus ciuilis inuocatio fieret, alioqui omnes contractus, qui ſine ſcriptis fierent, & alij actus redderentur nulli non ſcripta inuocatione, quod eſt abſurdum.

46 Secundò pro dicta † opinione adducitur tex. in quo uidetur iacere punctus totius difficultatis in dicto auctent. ut præponatur nomen Imperatoris. §. qui uerò. uerſi. inchoabitur mox Deo auctore, qui textus uidetur ponere formam ſcribendi inſtrumenta, & dicit, quòd Deo auctore, id eſt, inuocatio Dei, ſcribenda eſt mox debet ſcribi indictio, & poſtea nomen Imperatoris, quod confirmatur: quia illa uerba oſtendunt mandatum, & ordinem conſcribendi inſtrumenta, & ſicut indictio ibi neceſſario eſt ſcribenda. ita & inuocatio ut uidetur uelle ille tex. quòd debeat ſcribi. Ad iſtum tamen tex. dantur plures reſponſiones, quæ tamen tendunt ad unum finem, quòd ibi Imperator non intendit diſponere ut inuocatio Dei proponatur in inſtrumento: quia tota illa conſtitutio demonſtrat quòd uult præponi nomen ſuum. Et ad illa uerba Deo auctore reſpondebat Ruyn. quòd intelliguntur de annis Domini à quibus proceſſit nominatio indictionis iux. no. in cap. inter dilectos. in uerbo indictio. de fide inſtru. & ſic non probat de inuocatione, quæ reſponſio uerè eſt cauillatiua tex. ut hic dicebat Maria: quia eſt aliena à ſono uerborum. Item quia non eſt uerum quòd indictio proceſſerit à natiuitate Domini, ſed per annos tres ante fecerat Cæſar Auguſtus, ut ſentit glo. in dicto uerbo indictio. dum dixit ſuper addi tres annos, & declarat Speculator in titulo de inſtrumentorum editione. §. uidetur uerſi. poſt annos. Vnde ſecundò reſpondetur quòd illa uerba habent alium ſenſum ex eo: quia infra ponitur principium inſtrumenti in uerbo Imperij, & dicit eſſe principium. Et ad tex. in dicto uerbo Deo auctore. reſpondet Ale. quòd intelligitur de nomine Dei non de nomine Chriſti.

Tertiò reſpondetur quòd dato hoc diceretur tamen eſt leuis ſolennitas, quæ poteſt omitti iux. no. in l. j. §. pen. ff. de uent. inſpiciendo & in dicta l. prima C. de iure delib. dicitur de ſigno Crucis quæ reputatur leuis ſolennitas: quoniam paruum affert præiudicium, quæ reſponſiones etiam euitari poſſunt ex eo: quia in uerſi. unde ſancimus. in uerbo imperij. poſuerat formam inſtrumenti ſcribendi. unde uidetur quòd illa repetitio non ſit facta niſi de auctoritate Dei. Item quod dicitur de leui ſolennitate negari poteſt: quia omnis ſolennitas ſi eſt de ſubſtantia ſeruari debet, ut per Bar. in leg. cum hi. §. ſi prætor. ff. de tranſactio. Item po- 47
teſt dici, quòd inuocatio diuini numinis non eſt leuis ſolennitas: ſed maxima: quia per eam obſeruatur religio, & ſequuntur effectus max. ſupra poſiti. Tu tamen tertiò potes reſpondere quòd ille tex. non facit ad propoſitum, neque dicit quòd illa uerba Deo auctore, debeant præponi in inſtrumento, neque ad illum finem proferuntur. Et pro intelligentia conſidera, quòd ibi Iuſtinianus fecerat nouam diſpoſitionem mandando ut præponeretur nomen Imperatoris, & declarando modum inſcribendi illud in inſtrumentis, quo ſtante ſucceſſerunt tres dubitationes. Prima fuit quid ſit dicendum ſi ciuitates habuiſſent conſuetudinem ponendi aliquid, ut forſan originem ciuitatis ſuæ, & reſpondet ibi Imperator quòd, ipſe non intendit impedire, ſed permittit apponere quòd conſueuerunt, neque enim eis inuidet: ſed dicit uelle augeri ſolennitatem in inſtrumentis ut præponatur nomen Imperatoris cum ſuo anno.

Secunda fuit dubitatio à quo tempore debeat incipere obſeruari illa deciſio, ſeu quò tempore illa lex & præceptum ſuum habuerit inicium executionis, ad hoc reſpondet Iuſtinianus in uerſi. inchoetur. quòd Deo auctore uult habere principium in prima indictione, quæ illo tempore procedebat, & ſic ibi uerbum Deo auctore. ponitur quantum ad felix principium executionis præcepti illius legis, non autem dicit quòd ponantur in principio inſtrumenti, de quo iam clarè diſpoſuerat, & mandauerat nomen ſuum præponi, & ſequiannus conſulis, & tertio loco indictio, & ſumma eſt quòd illa ſunt uerba Iuſtiniani inuocantis Deum pro felici principio executionis ſui mandati, cum retro actis temporibus nullum nomen Imperatoris fuerat ſcriptum in inſtrumentis, non autem dixit, quòd à notarijs illa inuocatio ſcriberetur, & ſic æquiuocatio eſt, an illa in-

illa inuocatio fuerit facta à Iuſtiniano pro principio executionis ſui mandati, uel ſint uerba notarij ſcribentis documentum alicuius actus. Et ptopterea nihil facit.

Tertia fuit dubitatio, qualis deberet eſſe forma nominandi nomen Imperatoris tempore quo fiet initium executioni ſui mandati, & reſpondet ipſe quòd debet dici Imperij Iuſtiniani anno. xj. & poſt conſulatum Flauij anno. ij. nono calendas Iunij, determinando per illud exemplum, quòd in omnibus nominentur anni Imperij Iuſtiniani Imperatotis, & ſucceſſiuè aliorum Imperatorum, ſecundum quòd Deus elongauerit uitam, & hic eſt uerus ſenſus illius tex. qui tantum turbauit doctor. & nihil facit.

Vnde tettiò pto iſta opinione affirmatiua adducitur ille met tex. inducendo hoc modo per argumentum. Nam ibi tex. mandat ut præponatur nomen Imperatoris: ſed Deus eſt maior Imperatore, quem ſemper coluit, & adorauit Iuſtinianus. Ergo à fottiori ſi uoluit ptæponi nomen Imperatotis, uoluit præponi nomen Dei, cui ipſe ſemper ſe ſubiecit.

47 Sed † tu potes reſpondere, ꝙ argumentũ procederet quantum ad annos Domini, ut ſicut anni Imperatoris debent ſcribi, ita anni incarnationis Chtiſti, non autem concluderet quantum ad inuocationem Dei: quia nec ibi inuocandum erat nomen Imperatoris, & ſic æquiuocatio eſt de inuocatione, & annis Domini.

Secundò reſpondetur quòd ibi argumentatio non poteſt fieri: quia non militat eadem ratio: quoniam mandauit Iuſtinianus nomen & annos Imperatorum ſcribi ut remaneret ſemper memoria eorum, quæ faciliter ſicut ceteræ res humanæ perire poſſunt, ut clarè dicit tex. in. §. j. cum homines motiantur, & de imperatore mortuo recordari non poſſint, niſi fieret mentio in inſtrumentis, & reperiretur in documentis antiquis ſcriptum nomen cum annis imperij, quæ ratio non procedit in Deo: qui ſemper fuit, & eſt, & ſemper erit. Vnde ſemper eius memoria eſt præſens, & non eſt opus ſcripturam de eo fieri, ut homines uiuentes eius memoriam retineant, & ſic appatet quòd argumentatio nihil ualet.

Quare quartò pro iſta opinione inducitur alia ratio, imperiũ & Deus pari paſſu ambulãt, l. fi. C. de ſacroſanct. eccleſ. cap. ſolitæ. in uerbo duo luminaria. de maiorita. & obedientia, Ideò dicebat Gulielmus & Bal. in l. j. C. de ſacroſanct. eccl. quòd ſicut filius legitimatur per oblationẽ curiæ profanæ. ità legitimari debet per oblationem curię religioſæ & monachali. & dixit Hoſtiens. in cap. ſanè. de celebratio. miſ. quòd ſicut eſt tutus quis fugiens ad ſtatuam principis. ita debet eſſe tutus confugiens ad ſacerdotes habentes in manibus corpus Chriſti; & facit tex. in rub. & nigro. ff. de his, qui ad eccleſ. confugiunt. Ita ergo dicendum erit in inuocatione, quòd ſicut ibi diſponitur ut præponi debeat nomen Imperatoris, eadem ratione in conſequentiam uideatur tacitè diſpoſitum quòd præponatur nomen Dei.

Sed ad hoc reſponderi poteſt eodem modo, quod argumentum procederet quantum ad annos incarnationis Chriſti ut ſupra. Secundò reſpondetur quòd argumentum ab æquiperatis non procedit quando militat diuerſa ratio, ut no. in auct. ſed cum teſtator. C. ad leg. Falcidiam, & in l. Marcellus. infra ad Trebellianum. hic autem militat diuerſa ratio: quia præponitur nomen Imperatoris, ut ſeruetur eius memoria, quæ faciliter perire poteſt, nomen autem Dei nunquàm perire poteſt: qui ſemper eſt, & ſemper erit, & ſemper eius memoria præſens eſt, & ſic non ſtringit.

48 Quintò adducitur alia tatio: quia nos uidemus Iuſtinianum hoc obſeruaſſe in ſuis negocijs, ut in omnibus principijs uoluminum. ff. C. inſtitutionum, & auct. in ſtrict. de armis, & in auct. de quæſtoribus, & in dicta l. j. C. de officio præfecti prætorio Apht. & in multis alijs locis. etgo & nos facere debemus: quia ſicut actio Chtiſti eſt noſtra inſtructio, ità & actio Imperatoris eſt noſtra inſtructio, & poteſt dici illud Chriſti, exemplum enim dedi uobis, ut quemadmodum ego feci, & uos faciatis. Sed reſponderi poteſt ꝙ Iuſtinianus ibi hoc fecit pro obſeruantia religionis, & ut placaret Deum, qui eſſet propitius in ſucceſſu operis: ſed tamen non demonſtratur in illis iuribus, quòd ſine inuocatione opus ſuum non habuiſſet effectum. Item etiã per ea admonemur nos ſeruare religionẽ, & placare Deum: ſed non imponitur neceſſitas quo ad ualiditatem actus ut conſequatur effectus ciuiles, debeat interuenire inuocatio. Secundò teſpondetur quòd ibi Iuſtinianus ſeruauit, & inuocauit mentaliter Deum, & ſcripſit, ſed non mandauit quòd homines debeant ſcribere. argumentum autem procedit quantum ad inuocationem mentalem, ut eius exemplum ſequi debeamus: ſed non quantum ad ſcripturam, ut iubeamur talem inuocationem ſcribere.

49 Tertiò † reſpondetur quòd ibi hoc fecit Iuſtinianus: quoniam opus erat deſperatum Cæſar enim incæperat, & multi alij compilari, iura tamen tanquàm opus deſperatum eſſet omiſerunt Propterea cognoſcens Imperator Iuſtinianus ꝙ erat neceſſaria operatio diuina, cum humana non ſufficeret, inuocationem fecit & ſcripſit ut ſuperueniret potentia Diuina. Vnde poteſt dici ut uolebat Speculator, quòd in arduis in quibus prouidentia humana non eſt ſufficiens ad complementum, inuocandum ſit nomen Dei & ſcribendum ut ſuperueniat uirtus & potentia diuina, ſecus autem in communibus actibus, qui ſolent fieri & ſcribi à notarijs in documentis, & ſic non ſtringit in terminis.

Sextò inducitur tex. in cap. ueritatis, de do

lo, & contumatia. §. fi. ubi Papa uolens proferre ſententiam excommunicationis dixit in nomine Domini, & concordat tex. in cap. in nomine Domini 23. diſtinctio. ubi ponitur forma inſtrumenti cum inuocatione. Sed reſpondetur eodem modo, quòd ibi illud factum fuit pro obſeruantia religionis, & ut Deus eſſet propitius, non tamen mandatur ut omnino debeat ſcribi, cum ſatis fuiſſet, uel quòd uerbaliter protuliſſet ſine ſcriptura uel mentaliter.

Prætereà ille tex. loquitur de excommunicatione, quæ nomine Dei profertur ut ille priuetur gratia Dei, & ſubijciatur diabolis, cap. audi. xj. queſt. 3. cum glo. & not. in cap. à nobis. de ſententia excommunicationis. Vnde neceſſaria ibi fuit inuocatio Dei qui illam excommunicationem & priuationem erat facturus perpetuò, nos autem loquimur de actibus mundanis, in quibus non interuenit priuatio Dei.

Vnde tertiò reſpondebat Speculator quod inuocatio eſt de ſubſtantia actus: quando res eſt ardua, & ſola potentia humana compleri non poteſt, & erat neceſſaria prouidentia Diuina, ut ſupra dictum fuit de hac compilatione, quã Cæſar incepit, & territus deſtitit, ut Cicero uoluit, ſed non fuit auſus incipere, ut dicitur in dicta l. j. §. in tanta. & in l. ij. §. quod cœleſti. C. de uet. iure enuclean. Vnde apparet quòd fundamenta adducta pro iſta parte affirmatiua non concludunt de inuocatione Dei neceſſariò ſcribenda: ſed ſolum uidentur admonere ut eam mentaliter uel uerbaliter faciamus.

50 Reſolutiuè igitur loquendo, concludendum eſt quòd inuocatio Diuini nominis eſt neceſſaria mentaliter uel uerbaliter quantum ad obſeruantiam religionis ut ueneremur Deũ, & recognoſcamus ab eo omnia bona, iux. cap. cum in tua. de decim. & efficiatur propitius ut in eo habeamus bonum principium, melius medium, & optimum finem in opere, cum propter eos Deus irraſcatur, & deneget bona ſua, dicto cap. reuertimini. & cap. decimæ. 16. quæſtio. j. & in cap. maiores. 16. quæſtio. 7. ſed tamen non eſt neceſſaria ad perfectionem ciuilem actus ad finem ut conſequatur effectum ciuilem inſcribatur dicta inuocatio; quoniam nullo iure eſt diſpoſitum quòd inuocatio Diuini nominis neceſſariò in documentis inſcribenda ſit, cum non tendat in utilitatem publicam: ſed potius in utilitatem priuatam, ut actus ille conſequatur bonum ſucceſſum. & adducta pro parte negatiua bene probant non eſſe hanc ſolennitatem neceſſariam ut ſupra, & hæc conſiderando quantum ad quæſtionem primam utrum de iure ſit ſcribenda inuocatio in documentis.

51 Secunda ſuccedit dubitatio nunquid de conſuetudine notarij teneantur inuocationem ſcribere? uidemus enim eos conſuetos eſſe in omnibus documentis ſuis ſcribere inuocationem nominis domini noſtri, taliter quòd ex mille non inuenies unũ ſine illa inuocatione ſcripta, propterea doct. hic uidentur concludere quòd ex ſubſecuta conſuetudine ipſi ſemet ipſos arctauerunt ad talem obſeruantiam: quoniam conſuetudo ligat ſicut lex. l. de quibus. ff. de legibus. & l. j. & ij. C. quæ ſit longa conſuetudo, quæ conſuetudo inducitur ex continuatis uſibus & moribus abſq; aliqua prolatione uerborum: qui uſus longo tempore ſolent inducere tacitum conſenſum præceptiuum, ut dicitur in dicta l. de quibus. in fin. & ibi doct. notant dum ponunt diffinitionem conſuetudinis, & in dicta l. j. & ij. C. quæ ſit longa conſuetudo, & cap. fi. de conſuetudine, & probatur in cap. dilectus. de fide inſtrum. ubi per conſuetudinem ſcriptura regis efficitur auctentica, quia ita ſeruatum fuit, & doctor. inferunt ad plura ſimilia.

Attamen doct. pro hac ſua opinione uidentur ſe fundare in glo. in l. generali, C. de tab. lib. 10. in fin. quæ dicit quòd de conſuetudine Italiæ proponuntur anni Domini. ſentiens inuocationem per illa uerba mandari. Sed tamen uerè illa glo. non probat: quia tantummodo loquitur de annis Chriſti ut ſcribantur anni ab incarnatione ſeu natiuitate Chriſti. quod cum ratione obſeruatum fuit in Italia. Nam cum Imperatores poſt Conſtantinum receſſiſſent ab Italia, cap. Conſtantinus. 96. diſtinctio. & ipſi habitarent Conſtantinopolim, & poſtea in Gallia, & deinde in Germania, Itali non habebant ante oculos Imperatores, neque ſciebãt nomen, neque annos Imperij, Ideò omiſerunt eos inſcribere in documentis ſuis, & cum Papã ante oculos quotidie haberent, qui erat uicarius Dei, cum ratione cœperunt ſcribere annos incarnationis, uel natiuitatis Chriſti, qui potentiores erant & magis continui, & præſtabant eundem effectum quantum ad euitandam falſitatem, & cognoſcendum diuerſitatem temporum documentorum. Ideò dicta conſuetudo inoleuit, & de ea loquitur glo. non autem de inuocatione Dei. Ideò tu diſtinguas. Aut quæris de conſuetudine quòd anni Domini debeant inſcribi in documentis, & dicas eam omnimodo eſſe ſeruandam, & ſine tali inſcriptione documenta eſſe imperfecta, maximè in locis in quibus inſcribitur nomen Imperatorum, qui multi ſunt. Vnde præſtat maximã utilitatem, ſi uerò tu quæris de inuocatione Domini, tunc illa glo. in qua ſe fundant doct. nihil facit: ſed magis faciunt ea, quæ poſui in principio iſtius quæſtionis: quia notarij à longiſſimo tempore citra ſemper obſeruauerunt ponere dictam inuocationem; tamen adhuc placet quòd nec propter hanc conſuetudinem cogantur præponere dictam inuocationem: quia licèt nos uideamus uſus antiquiſſimos atque mores continuatos: tamen non ſequitur quòd habeamus conſuetudinem præcipientem; quia uſus & mores inducunt conſue-

tudinem quando fiunt animo præcipiendi infuturum, & iſte tacitus conſenſus ad præcipiendum ex aliqua coniectura apparet, ut per docto. no. in dictis locis. notarij autem ſeruauerunt hunc uſum & mores propter religionem quandam, & ut placarent Deum, & Deum propitium haberent pro perfectione ſcripturæ ſuæ & operis, ſicut in quolibet alio actu mentaliter inuocari debet, non tamen apparet quòd obſeruauerint illum uſum & morem ad finem faciendi præceptum infuturum, quòd ad perfectionem ciuilem actus requiratur inuocatio. ita quòd ea omiſſa remaneat imperfectum. & hoc uidetur tenere Bar. in dicta l. ſi quis ex argentarijs. §. initium. col. 36. nu. 7. & uidetur uoluiſſe Fely. in cap. decernimus. col. ij. de iudi. & ſequitur hic Alciatus. & uidetur tutior opinio. eſſet enim neceſſarium demonſtrare intentionem notariorum fuiſſe in ſcribendo dictam inuocationem, quòd uoluiſſent facere præceptum annullatiuum, quòd ea ommiſſa documentum efficiatur imperfectum & nullum.

52 Veruntamen quia magis communiter docto. uidentur inclinare, quòd de conſuetudine notarij teneantur dictam inuocationem Chriſti inſcribere ſucceſſit alia dubitatio, an ſit neceſſarium probare dictam conſuetudinem? & quidam uolebant quòd non ex eo: quia glo. in dicta l. generali. C. de tab. lib. 10. dum dixit de conſuetudine ſeruari quòd in Italia ſcribantur anni Domini, & cum glo. illa dicat nos ſtare debemus ei, quia docto. aſſerenti conſuetudinem eſſe ita credendum eſt. iux. no. per docto. in l. de quibus. ff. de legib. Sed tu dicas omnino ueriorem eſſe opinionem quòd eſt neceſſarium probare illam conſuetudinem, & quòd notarij qui ſcripſerunt illas inuocationes intendebant facere præceptum per conſenſum populi quòd ſine tale inuocatione non ualeret inſtrumentum, & ſic animo faciendi ſolennitatē nouam, & inducendi annullationem actus. Nec obſtat illa glo. quia ut dixi loquitur de annis Chriſti, in quibus erat neceſſitas magna, & utilitas publica quòd ſcriberentur ceſſante inſcriptione nominis Imperatorum. Et propterea conſtabat notoriè de illa conſuetudine.

53 Secundò dato quòd diceret de inuocatione† adhuc non eſt credendum gloſatori de conſuetudine totius Italiæ & uix infra prouinciam ſuā quoniam ipſa non exiens Thuſciam ignorauit multa notoria in alijs partibus, & capias bonum exemplum & ridiculum in l. ligni appellatione. in. §. lignorum appellatione. uerſi. in quibuſdam, de leg. 3. ubi dicitur, quòd in quibuſdam prouintijs lignorum loco ad comburendum homines utuntur editu bouum. glo. autem ibi expoſuit editu, id eſt, uirgultis, id eſt, id quod boues comedunt, & poſtea ſtercorant habens pro abſurdo quòd ſtercora bouum poſſunt obſeruari pro lignis: quia ipſa non fuit in Apudia neque in Regno Sicilie in quibus locis editus bouum & ſtercorationes pro lignis uendunrur & comburuntur, & paſſim per integras prouincias ſeruatur. ex hoc enim exemplo potes tu inferre quòd non ita leuiter credendum eſt glo. & doctoribus aſſerentibus conſuetudinem eſſe per totam Italiam, & multi alij dicunt per totum orbem aliquid ſeruari. Nam cum non exiuerint prouinciam ſuam, non poſſunt de his, quæ fori ſunt judicare. Ideò auctoritatem dictorum docto. reſtringas ad loca in quibus habitant, ut ſaltem auctoritas eorum non excedat prouinciam. Vnde tutior eſt opinio, quòd hæc conſuetudo debeat probari ui-
54 gere in illo loco. †Poſſet tamen dici quòd hodie hoc ſit facillimæ probationis ex eo: quia notarij infiniti poterunt examinari qui teſtificabuntur ſe ſemper propoſuiſſe inuocationem Chriſti in conſcribendis documentis, & uiderunt antiquos notarios ſeruare à tempore cuius initij memoria non extat: ſed tamen adhuc dicas, hoc non eſſe ita facile: quoniam tales uſus & mores fuere potius obſeruati propter religionem in Deo, & ut Deus eſſet propitius operi ſuo, non tamen quòd populus præſtaret tacitum conſenſum faciendi illud præceptum ꝙ hæc ſolennitas omnimodo addatur in documentis ut ad perfectionem ciuilem ipſorum omnimodo neceſſariò deberet interuenire, ità quòd eius omiſſio deberet uitiare.

Si tamen eueniret quòd hæc conſuetudo probaretur: quia peritus aduocatus faciliter poſſet articulare ut per notarios probaretur tacitus
55 conſenſus populi. †dubium eſt modo, an ſtante tali neceſſitate omiſſio dictæ inuocationis debeat uitiare documentum, & docto. etiam hic ſunt uarii, & multi uidentur concludere quòd ſic ex eo: quia conſuetudo habet uim legis, & ſi leges mandarent imponi eſſet de ſubſtantia & omiſſio uitiaret, per no. in d. l. de quibus. ff. de legibus. & facit tex. in l. ꝙ ſi nolit. [illegible] qui aſſidua. ff. de ædilitio edicto.

Secundò faciebat tex. in dicto auct. ut præponatur nomen Imperatoris, ubi dicitur quòd ſi aliqua ſolennitas ex more ciuitatum erat inducta illa ſit ſeruanda.

Tertiò adducebat Roma. hic: quia conſuetudo facit inſtrumentum nullum & ualidum, ut habetur in c[illegible] [illegible]m dilectus. de fid. inſtrumentorum. [illegible]

Quartò adducitur doctrina Bar. in l. actuarios. C. de numerarijs & actua[illegible]s lib. xij. ubi dixit, ſi conſuetudo eſt ut conſilium congregetur in certo loco, non ualebit conſilium ſi congregetur in alio loco.

Contrariam tamen opinionem tenebat Ruy. hic quòd imò etiam ſi hæc ſolennitas ommitteretur quàmuis eſſet neceſſaria propter conſuetudinem: tamen non annullaretur actus ex illo capite quòd dicitur leuis ſolennitas, cuius omiſſio non uitiat. Et pro hac opinione primò adducitur tex. cum glo. in l. rem non no-

uam. C. de indic. cum glo. in uerbo præbeat. & l. fi. §. ſin autem dubius. uerſi. quòd ſi ignarus. C. de iure deliberandi cum glo. quæ uult quòd illa ſolennitas faciendi Crucem, licèt ſit iuſſa à lege: tamen omitti poteſt: quia leuis eſt, & idem dicitur in l. prima §. pe. ff. de uentr. inſpiciendo, ubi glo. generaliter dicit quòd ſolennitas iuſſa per legem quando eſt leuis poteſt omitti, Ad iſtud tamen fundamentum Alex. reſpondent docto. primò, ut dicebat Fulgoſius quòd ſolennitas leuis poteſt omitti quando omiſſio fit propter ruſticitatem: ſed inter maiores, & ciues non poteſt omitti, etiam quòd ſit leuis: quia eſt de ſubſtantia. per tex. in l. cum hi. §. ſi prætor. ff. de tranſactio. & expreſſè hoc uidetur dicere tex. in dicta l. j. §. fi. ff. de uent. inſpicien.

Non obſtat d. l. rem non nouam. quia litera hoc non dicit. imò præſupponit contrarium, licèt glo. ibi hoc teneat, quàm ſolus Saly. expræſſè approbat, & tex. in dicta l. fi. C. de iure deliberandi. Similiter non dicit quòd poſſit omitti, ſed eſt glo. ibi. & docto. aliqui tenent quòd non poſſit omitti, & ſic reſpondetur negando aſſumptum. Alex.

Secundò reſpondetur fatendo aſſumptum; tamen negatur quòd hæc inuocatio ſit leuis ſolennitas ex eo: quia per eum obſeruamus religionem, humiliamur Deo, & cognoſcimus bona ab eo, quem propitium facimus, ut bonus ſucceſſus ſequatur in opere: qui effectus non ſequeretur ex ſigno Crucis, & ex caſu dictæ leg. rem non nouam. Sed tamen quia hæc replicatio docto. poſſet euitari: quia ut dicit Alex. tex. in dicta l. j. in fi. de uent. inſpiciendo uidetur ponere generalem deciſionem, ac negari poteſt quòd iſta inuocatio producat illos magnos effectus: quia non ſunt magni momenti niſi in fauorem notarij uel ipſarum partium, & non uidentur aliquam utilitatem afferre ad euitandam falſitatem, prout uidentur facere omnes aliæ ſolennitates quæ in inſtrumento ſunt de ſubſtantia. Item in dicta lege rem non nouam. in fi. ex retentione euangeliorum ante uidentur reſſultare magni effectus utiles ad ipſum actum ex eo: quia ſi iurans habebit Deum ante oculos, poterit fortius morderi conſcientia ut non faciat iniuſtitiam, quæ ſi non habuerit, non ita forſan poterit recordari de peccato, & ſe corrigere in faciendo iniuſtitiam. Et propterea uidetur quòd alia regula poſſit tradi, ut quando ſolennitates reſpiciunt religionem, illæ omitti poſſunt ex eo: quia uidetur lex contentari quòd habeat Deum in ultorem, ut uidetur ſentire tex. in dicta l. rem non nouam. ibi, contemptoribus periculoſum ſit, & faciunt no. in dicto. § ſi quis poſtulante. inſti. de actio. dum traditur regula quòd periurium, habet ſolum Deum in ultorem niſi expreſſè lex pro tali contemptu inducat aliquam pœnam, uel actus anullationem.

56 Vnde ex alio ego puto † hanc opinionē Alex. ueriorem eſſe, quòd etiam nō uitiet ex eo: quia per talem uſum notariorum non probatur conſuetudinem aliquam eſſe inductam, ut illa inuocatio ſit de ſubſtantia inſtrumenti, notarij enim poſſunt obſeruare ut faciant inuocationem ob reuerentiam religionis humiliandi ſe Deo, & recognoſcendo omnia bona ab eo, & non intendunt ſibi coactionem inducere quòd teneantur obſeruare, & de neceſſitate conſuetudinis eſt quòd quis utatur animo faciendi præceptum, ut uoluit glo. in dicto cap. fi. de conſuetudine in uerbo præſcripta. circa medium, quæ dixit, quòd ſi adhibeat uſum non iure ſuo credens uti; ſed potius iure familiaritatis, non inducitur poſſeſſio, & ibi ſequuntur docto. & ſupra latè dixi, & in dubio capietur illa intentio, quæ eſt magis conueniens iuri, cum ſtatuta recipiant interpretationem à iure communi, ut habetur in l. j. §. lex Falcidia. ff. ad legem Falcidiam. & plenè per Salyc. in lege ij. C. de no. & de iure communi iam dictum fuit quòd ſolum eſt neceſſaria ad obſeruantiam religionis, non ad perfectionem ciuilem operis, nec conſuetudo poteſt fieri niſi utentes, & populus habeant intentionem diſponendi dicta l. de quibus. ff. de legibus, & oportet quòd ſit talis uſus ex quo ueriſimiliter, æſtimari poſſit populum uoluiſſe inducere nouam ſolennitatem ad perfectionē inſtrumenti, & anullatiuam actus, quæ anullatio nulla ratione uidetur eſſe inducta, ut inducatur difficultas probandi, & perficiendi. contra tex. in l. iij. C. de hæreticis. & l. quærunt. ff. de teſtam. & licèt notarius teneatur ad intereſſe quando ſolennitas non adhibetur per eum, ut no. in dicta l. ſi librarius. ff. de reg. iur. tamen melius eſt non uulnerari quàm uulneratum mederi. §. pe. inſti. de ſuſpect. tuto. & poſſet eſſe quòd notarius eſſet non ſoluendo, & intereſſe maximum eſſet, ſi anullatio actus induceretur, & tanto magis hoc uidetur procedere: quando ſolennitas reſpiciens religionem omittitur ut non uitiet actum ſed habeat Deum ſolum ultorem, & ſatis punitur notarius negligens ſi inſtrumentum ſuum non poſſet habere felicem ſucceſſum.

Nec obſtat tex. in l. ij. §. quod obſeruari. de iuramento calumniæ, ubi iuramentum calumniæ poteſt omitti: quia illud procedit tantummodo conſentiente parte de cuius intereſſe tractatur, quæ forſan dubitauit ne & ipſa cogatur iurare, Ideò tacitus utriuſque conſenſus facit ut poſſit omitti, ut eſt tex. expreſſus in cap. j. §. j. de iuramento calumniæ in 6. ſed hic non tractamus de conſenſu partium ut uideantur conſentire, tum quia non permittitur partibus ut renuntiare poſſint ſolennitatibus inſtrumentorum, ut no. in cap. j. de fide inſtrum. ut uidetur tex. in dicta. auct. ut præponatur nomen Imperatoris. imò ſolent tacitè mandare

ut adhibeat omnes ſolennitates: arg. l. ſi præ-
tor. ff. de iud.
57 Sed † maior eſt dubitatio, quid ſi ſtatutum
diſponeret quòd illa inuocatio deberet fieri in
principijs actorum iudicialium, uel etiam in
alijs documentis? in qua etiam quæſtione do-
cto. uidentur idem ſentire, licèt non expri-
mant quòd omiſſio uitiabit: quia ſi tenent
conſuetudinem inducere neceſſitatem idem in
nunc fieri ſi ſtatutum hoc diſponat. Alex. ue-
rò tenet contrarium per illam rationem quòd
eſt ſolennitas leuis, & licèt expreſſè lex iube-
at tamen omitti poteſt per dictam leg. rem
non nouam. in fi. & dictam l. fi. C. de iur. delib.
& l. fi. ff. de uent. inſpiciendo. Sed communi-
ter docto. huic fundamento reſpondẽt utſupra.
Primò negando quòd leuis ſolennitas poſſit
omitti, niſi ex cauſa ruſticitatis. Secūdò dato ꝙ
leuis poſſet omitti negant hanc inuocationem
eſſe leuem ſolennitantem, imò magni effectus.
Replicari tamen poteſt utſupra quòd imò ſit
ſolennitas leuis, ex eo: quia non inducit modū
faciendi maiorem certiorationem de actu, &
tollendi ſuſpicionem de falſitate, & ſolennita-
tes plereque, quæ ſunt de ſubſtantia fuere in-
terductæ ad hos duos fines, uel ad inducendam
certitudinem actus, uel ad tollendam occaſio-
nem committendi falſum, & inducendi modum
faciliorem detegendi falſitatem, ut poteſt in
annis Imperatoris dici, & in annis à natiuita-
te Chriſti, atquè conſulis, & in indictione,
quæ tria debent uariari ſimul, cum uno uariato
ſequatur contradictio, & falſitas detegatur, Et
procedit idẽ in ſigno notarij, & alijs ſimilibus
requiſitis. Ideò cum ratione non poſſunt
omitti cum ſint magni præiudicij reſpectu ip-
ſius actus: ſed inuocatio non uidetur præſtare
has utilitates reſpectu ipſius negotij, nequè ex
eius omiſſione negotium apparebit minus per
fectum, ut hic per Alex. & per Bar. in l. cum
hi. §. ſi prætor. ff. de tranſactio. Et tota uis in
effectu iſtius difficultatis dependet ab hoc uno;
an ſit leuis ſolennitas, in quo cognoſcendo do-
cto tradunt uarias theoricas ut hic per eos: ta-
men præcedens magis palpabilis eſt, niſi expreſ
ſè dictum fuit quòd ſit de forma; quia tunc ex
58 accidenti efficietur magni præiudicij †. Vnde
pro reſolutione ego puto conſiderandum:
quia ſtatutum poteſt tribus modis concipi. Pri
mo ſimpliciter diſponendo quòd fiat inuoca-
tio in inſtrumentis. Secundo quòd fiat inuoca
tio ad perfectionem inſtrumentorum, Tertio
quòd fiat, & ſi omittatur actus ſit ipſo iure nul
lus. In prima conceptione uidentur doct. forma
re quæſtionem, & placet eorū opinio ꝙ opinio
non debeat uitiare actum: quia ſtatuentes non
apparet habuiſſe intentionem inducendi no-
uam ſolennitatem ad perfectionem ciuilem an
nullatiuam actus: ſed ſolum præſumentur feciſ
ſe ad finem obſeruandi religionem, & ſeruan-
di præceptum Apoſtoli poſitū in dicto cap. non
liceat, & cap. non obſeruetis, & ad finem ut
Chriſtiani faciāt operationem Chriſtianorum.
unde cum ſit dubia eorum intentio, debet hæc
dubietas declarari per ius commune iux. no. in
l. ij. C. de noxalibus cū concor. ſicut etiam ſupra
dictum fuit de conſuetudine, Nec dicatur quòd
ſtatutum efficeretur eluſorium cum iam de iure
communi hoc eſſet inductum, ut mentaliter om
nes faciant inuocationem. Quia reſpondetur
quòd imò aliquid operabitur, attento quòd
infiniti contractus ſine ſcriptis in nundinis, &
in plateis fiunt inter homines, nulla facta in-
uocatione. ita quod uidetur illud præceptum
Apoſtolorum receſſiſſe ab uſu. Ideò ne in to-
tum recedatur, factum fuit illud ſtatutum, ut
recordentur notarij obſeruare præceptum in
inſtrumentis publicis, & actis iudicialibus.
quæ quotidie uerſantur in manibus hominum,
ut uidentur ſentire iura allegata in dicta l. ſi &
dicta l. rem non nouam, & ſit interpretatio
quòd omiſſio habet ſolum Deum ultorem iux.
no. in dicto. §. ſi quis poſtulante, & l. admo-
nendi. de iureiurand ita non eſt credendum ꝙ
ſtatuentes uoluerint inducere difficultatem nõ
neceſſariam ad impediendas probationes con-
tra no. in dicta l. iij. C. de hæreticis, & l. cu-
rent. de teſtam. & ex una negligentia notario-
rum priuentur partes comoditate ſui contra-
ctus, & ideò ſi ſtatuentes fuiſſent interrogati
dixiſſent quòd noluiſſent talem difficultatem
inducere, & ideo ſeruandum, ut per glo. in
l. tale pactum. in glo. magna in fin. ubi Bart. &
docto. cum centum concordant. adductis hic
per Niconicium num. 191. etiam ſi tale ſtatu-
tum nihil ultra ius commune operaretur, cap.
ad audientiam. de clericis non reſidentibus, &
l. Cæſar. de publicanis, cum alijs centum ad-
ductis per Niconicium in dicto. nu. 190. quæ
facient tibi ſapuritatem. Suadetur etiam quia
nos uidemus quòd Iuſtinianus hic in locis per
docto. allegatis innocauit nomen Domini, &
tamen ex tali uſu ſuo non inducitur præſum-
ptio quòd uoluerit neceſſitare ſubditos ad im
59 pediendam perfectionem actus. † In ſecunda
conceptione quando dictum fuit in ſtatuto pro
perfectione inſtrumenti maior poteſt eſſe dubi
tatio, ſed tamen ego puto idem dicendum. Nā
perfectio una eſt ſpiritualis & alia temporalis.
ſpiritualis facit actum habere bonum ſucceſſum
fauente Deo, temporalis cogit partes ad obſer
uantiam, uel producit effectus ciuiles, & cum
nos ſimus in dubio, uidetur quòd illud ſtatu-
tum intelligatur ſecundum ius commune de
perfectione ſpituali per eaſdem rationes, quia
non eſt credendum ſtatuentes noluiſſe ex om-
miſſione leui facere tāta damna partibus. Ideò
intelligetur ſtatutum ſecundum ius commune,
etiam quòd nihil operaretur, dicto cap. ad au-
dientiam. de clericis non reſidentibus. & l. ij.
C. de noxalibus cap. cum dilectus, de conſe-
cratio. glo. in l. fin. §. in computatione. C. de

iure deliberandi, ut Ias. in terminis ampliat
etiam quòd nihil operaretur contra ius com-
munne cum 100. concordantibus cumul. hic
per Niconicium in dicto nu. 190.

60 In tertia † conceptione concluſio eſt clara, ꝙ
inſtrumentum erit nullum: quia lex ulterius
proceſſit annullando: arg. l. non dubium. C.
legibus, quo caſu etiam pro defenſione inſtrumē
ti poſſet aduocatus facere probationes qualiter
notarius ſolitus fuit in aliis inſtrumentis appo
nere dictam inuocationem. Vnde ſuccedit po-
ſteà regula, quòd ipſe uideatur omiſiſſe pro-
pter imbecillitatem memoriæ, ſed tamen uidea
tur & intelligatur appoſita: arg. l. quod ſi no-
lit. §. qui aſſidua. ff. de ædilitio edicto. & in l.
uel uniuerſorum. de pignor. actione, & l. Ti-
tianus. ff. quod cum eo, & quamuis hæc iura
loquantur in his quæ fiunt à contrahentibus: ta
men etiam poſſunt habere locum in his quæ fiūt
à notarijs, ut ipſe notarius tacitè uideatur fecif-
ſe, maximè cum tractetur de tanto præiudi-
cio partium, & ſemper tutior erit opinio, quæ
fauebit inſtrumento, ne per incuriam ſeu ne-
gligentiam notarij tanta partibus damna ſe-
quantur, ſi tamen probaretur notarium eſſe
malum Chriſtianum, præſumeretur ex mala
mente feciſſe.

Ex quibus habes regulā multum generalem,
quòd inuocatio diuini numinis non eſt de ſub
ſtantia inſtrumenti neque de iure nequè de con
ſuetudine, & quatenus eſſet de ſubſtantia nihi-
lominus non præſumeretur de ſubſtantia per-
fectionis ciuilis actus, & poſſet omitti, & o-
miſſio non uitiaret actum etiam quòd præce-
ptum eſſet ex forma ſtatuti factum. Fallit ta-
men in uno caſu: quando ſtatutum poneret clau
ſulam annullatiuam actus, uel expreſsè dixiſ-
ſet quòd eſſet de forma inſtrumenti, quo ta-
men etiam caſu poſſet ſaluari inſtrumentum
quaſi quòd conſueta præſumantur fuiſſe appoſi
ta: arg. d. l. quod ſi nolit. §. qui aſſidua. niſi
notarius eſſet malus Chriſtianus.

61 Aliam limitationem † ponebat hic Maria-
nus num. 32. quando conſtaret talem omiſſio-
nem factam fuiſſe in contemptum diuinæ Maie
ſtatis: quia tunc ratione contemptus ipſe & con
trahētes ſic contemnentes punirentur in annul
latione actus, per tex in dicta l. rem non nouā.
in fi. & tex. in l. Fulcinius. §. finali iuncto prin-
cipio. ff. ex quibus cauſ. in poſſeſſ. eatur ubi no
uum ſtatutum propter magnam contumatiam
quòd miſſus lucretur iniuſtè.

Tertiò adducit Bal. in leg. j. C. de maleſi.
& mathematicis qui uult quòd communi-
cans cum excommunicato in contemptum
acrius priuatur.

Quartò per glo. ſingularem & approbatam
in cap. ueniens. ex. de tranſ.

Quintò per glo. in cap. ſerpens. de pœniten-
tijs diſtinct. prima quæ uult peccantem per con
temptum peccare in Spiritum ſanctum, & gra-
uius puniri.

Sextò quia ea, quæ fiunt de conſilio ſi omit-
tantur per contemptum efficiuntur de præce-
pto. glo. in cap. quis autem. 10. diſtin. quam li
mitationem ipſe poſteà temperat ſi contem-
ptus eſſet ex parte contrahentium: ſecus ſi eſ-
ſet ex parte notarij tantum, ne factum notarij
noceret partibus, & pœna egrederetur auctorē
l. ſancimus. C. de pœni. Sed ego puto hanc limi
tationem totam non eſſe ueram: quoniam tot
iura per ipſum allegata ſolùm probant quòd
omittens per contemptum grauius punitur:
ſed non dicunt quòd efficiatur de ſubſtantia il-
la ſolennitas, & actus efficiatur ipſo iure nul-
lus, ſeu quòd partes incidant in pœnam an-
nullationis actus, & ipſe potuiſſet allegare tex.
quem habebat ante oculos, qui melius conclu-
dit in d. l. Iudæos. C. de iud. ubi tex. dicit ꝙ ſi iu
dæi contemnūt Crucē & religionē priuabuntur
poteſtate faciendi ſuos ritus, & ammitent pote
ſtatem faciendi permiſſa, & ſic uidetur induce-
re clauſulam annullatiuam per contemptum.
tamen etiam poteſt reſponderi ꝙ ille tex. non
imponit pœnā annullationis actus ipſo iure, ſed
quòd per ſentētiam iudicis priuabuntur, & tex.
ibi per uerbum futuri temporis determinat ꝙ
puniantur, & ſic requiritur ſententia condem-
demnatoria per no. in cap. ſi diligenti. de fo-
ro competenti. & expreſſè dicit tex. iudices
prohibeant illa fieri. unde concludendum eſt ꝙ
contemptus religionis grauiſſimè punitur, ſed
tamen per eum non inducitur anullatio actus
niſi lex expreſſè hoc dicat.

62 Nunquid † autem omiſſio leuis ſolennitatis de
beat uitiare actum? traduntur hic uariæ doctri
næ per docto. Areti. in l. ij. §. ſi prius. ff. de uul
ga. & pupill. dicebat quòd ſi ſolennitas eſt ma
gni præiudicij non poteſt omitti: quoniam ef-
ficitur magna ſolennitas propter præiudiciū.
ſi uerò eſt parui præiudicij poteſt omitti per
iura Alex. Sed hanc theoricam repræhendit.
Ruy. quia ſi leuis ſolennitas ponitur pro for-
ma, ſemper omiſſio uitiat actum, & nunquam
poteſt omitti ut probatur in l. pe. ff. de iureiu-
rand. coniuncta l. ſententia. C. de ſententijs,
ubi locus uitiat actum propter formam. unde
ipſe diſtinguit. Aut ſolennitas ponitur pro
forma, & tunc omnis omiſſio uitiat: quia effi-
citur magna ſolennitas, ſi uerò non eſt inducta
pro forma, & tunc ſi eſt magni præiudicij non
poteſt omitti: quia efficitur magna. ſin autem
eſt parui præiudicij poteſt omitti. Dicitur au-
tem eſſe de forma quando hoc exprimitur, uel
apponitur clauſula annullatiua actus, ut not.
in l. j. ff. de lib. & poſthum. & l. hac conſultiſ-
ſima. C. de teſtam. & Aret. in l. non idcirco.
C. de teſtam. & hoc modo procedit tex. cum.
dictis Bar. in . actuarios. C. de numularijs, &
actuarijs lib. xij. qui uult quòd uniuerſitas ſo-
lita congregari in certo loco ſi congregetur in
alio non ualet conſilium. nam intelligitur quan-
do eſt

do eſt appoſita clauſula annullatiua, uel ſit dictum quòd ſit de forma. tu potes addere nouum caſum quando ſtatutum induceret diſpoſitionem ſpecialem addendo unam nouam ſolennitatem tantum. Nã ex quo ſtatuẽtes ſpecifice uoluerũt diſponere de illa ſolẽnitate quàmuis uideatur leuis: tamen eam habuerunt pro magna in intentione nouiter eam addendo expreſsè, unde omitti non poterit: argumento l. j. §. dixerit aliquis. ff. nautæ caupones, & ſtabularij. & l. item apud Labeonem. §. prætor. uerſi. omnino. ff. de iniurijs, quod tamen intelligit procedere niſi ſit ſolennitas reſpiciens religionem: quia in dubio non præſumetur pro forma, cum ſatis ſit dare conſilium & inducere quandam curialem neceſſitatem obſeruandi religionem per tex. in dicta l. rem non nouam. in fin. & in dicta l. fin. de iur. deliberand. & hæc quando inter Chriſtianos ſit inuocatio Diuini numinis.

63 Alia eſt concluſio principalis Bar. †quòd Iuriſconſulti fuere pagani, quam probat per l. ij. ff. de orig. iur. addas tu in §. Seruius Sulpitius. per totam col. ſequentem ubi refertur de Seruio Sulpitio & Quinto Mutio, Offilio Tuberone, & Quinto Ligario qui fuerunt tempore Ciceronis. & Cicero fuit tempore Iulij Cæſaris ante Imperium Octaui, & Chriſtus natus fuit tempore Octaui. ergo cũ fuerint ante Chriſtum probatur quòd fuerunt pagani. Quæ tamen ratio Bar. eſt imperfecta, & concludit tantummodo de illis quinque, de alijs uerò non concludit, imò uidetur uelle ꝙ cæteri fuerint Chriſtiani, ut hic ſentiebat Paulus de Caſtro ex eo: quia Vlpianus, Paulus, Papinianus, Metianus, Modeſtinus, Scæuola, & multi alij fuerunt tempore Alexandri & aliorum Imperatorum poſt ducentum & trecentum annos poſt natiuitatem Chriſti, itàquòd ratio Bar. uidetur concludere quòd paucisſimi fuerint pagani, quorum monumenta habemus in. ff. Vnde omiſſa ratione Bar. tu plenius dicas quòd omnes Iuriſconſulti ante Cæſarem, & poſt Cæſarem uſque ad tempora Conſtantini Imperatoris fuere pagani: quoniam licet multi eſſent Chriſtiani à tempore Chriſtj uſque ad Imperium Conſtantini: tamen nullus fuit Iuriſconſultus: quoniam in primitiua eccleſia Chriſtiani ſequebantur religionem in totum, & quando multiplicabantur martyrizabantur ab Imperatoribus pro tempore ut dici ſoleam quòd fides Chriſti fundata fuerit per quatuorcentum annos in ſanguine Martyrum. & per illud tempus Chriſtiani erant ſectæ reprobatæ, & non poterant habere officium publicum tanquàm eſſent hæretici fidei Imperatorum, in tantum quòd qui relinquebat bona Chriſtianis, & eccleſijs Chriſtianorum puniebatur. Ideò nec etiam officium Iuriſconſulti neque aduocatorum faciebant arg. l. fi. C. de iudicijs. & cap. cum ſit. & cap. ſeq. ex. de iud. Vnde ſequitur quòd nec etiam à Cæſare conſequebantur poteſtatem reſpondendi de iure. iux. §. reſponſa prudentum. inſt. de iure nat. gent. & ciuili. Conſtantinus autẽ fuit primus Imperator Chriſtianus, qui fuit baptizatus à Syluestro papa, & ipſe dedit temporalia Chriſtianis donando papæ totum occidentem, & faciendo eum Regem Regum cum poteſtate retinendi Senatum, ut plenè narratur in cap. Conſtantinus. 96. diſtinctione, quo tempore etiam Iuriſconſulti cœperunt eſſe Chriſtiani: quia cum ſecta paganorum eſſet reprobata ab Imperio, nec ipſi, nec Iudæi poterant habere officia publica, nequè Iuriſdictionem, & ſolum Chriſtianis hoc permittebatur per dictam l. final. C. de iud. & propterea ipſe met Conſtantinus diſpoſuit unumquemque poſſe relinquere bona Chriſtianis & eccleſijs l. j. C. de ſacro ſanct. eccleſ. Propterea ſi qui fuere Iuriſconſulti poſt Conſtantinum qui ſcripſerint iura ff. illi fuere Chriſtiani, cæteri autem anteriores fuere pagani, Ideo Theophilus, Dorotheus & Tribunianus compilatores inſtitutionum fuere Chriſtiani. ac etiam illi decem uiri nominati in prima & ſecunda conſtitutione. C. fuere Chriſtiani. & compilando ius. ff. optimè poſteà dixit Bar. quòd compilatores & Iuſtinianus fuere Chriſtiani.

64 Quarta eſt principalis concluſio Bar. †quòd iudæi non poſſunt inuocare nomen Chriſti, & inuocando puniri debent tanquàm faciant in contemptum. l. iudæos. C. de iudæis. qui tamen tex. non probat, ex eo: quia non ſimpliciter dicit quòd nominatio ſigni crucis ſit prohibita iudæis, ſed dicit quòd tunc eſt prohibita: quando ipſi nominant in contemptum religionis noſtræ. ideò ſequitur quòd in dubio non præſumebantur nomina. re illud nomen in contemptum. Vnde Niconicius hic per ſex columnas latisſimè examinat, nunquid iudæi delinquant inuocando nomen Chriſti, uel ſignum crucis, uel aliquid de ritibus noſtris, & non ſine ratione: quia in ciuitate Romana ſunt ditisſimi iudæi, qui ſi reperiantur delinquere poſſunt dare bonum prouentum iudicibus & aduocatis. Vnde argumentatur ipſe ab utraquè parte. & adducit pro parte negatiua quòd non uideantur delinquere uiginti duo fundamenta, quæ tamen tendunt ad eundem finem in reſolutione & in unum. Nam ubicunque actus poteſt eſſe delictum & non delictum, in dubio non præſumitur delictum leg. merito. ff. pro ſocio, cum centum concord. hic per eum adductis ultra ſaturitatem nu. 66. ſed non poſuit magiſtralem doctrinam Bar. de hoc in l. non ſolum. §. ſed ut probari. infra hoc tit. noſtro. Item actus præſumitur factus eo modo quo magis eſt utilis, l. j. ff. de ſolutionib. cum ſuis concordant. & actus præſumitur factus ut præſumatur minus delictum glo. in l. pen. C. de fideiuſſo. in uerbo fideiuſſor. & Bal. in cap. j. §. iniuria. colum. pen. de pace iuram. firmand. ut latisſimè hic per eũ In contrarium poſteà ipſe etiam adducit uigin

ti alia fundamenta quòd imò præſumuntur de
linquere:quæ tendunt ad hunc ſolum finē: quia
iudæi ſunt hoſtes Chriſtianæ fidei, & ipſi fece-
runt multa opprobria Chriſto, quæ enumerat
Oldra. in conſ.136. infraſcripti ſunt articuli.
Vnde demonſtrarunt malam intentionem, &
cum deſtruxerint fidem eorum ſemper proſe-
quuntur odio, & Chriſtum, & Chriſtianos:igi
tur ſemper reputabuntur hoſtes Chriſti & Chri
ſtianorum: quoniam malus ſemper præſumi-
tur malus. in eodem genere mali, cap. ſe-
mel malus. de reg. iur. in 6. Bar.in l. inter om
nes. §.rectè.uerſi. quæ ratio. ff. de fur. & in l:
falſus. §. qui alienum. poſt principium eo. tit.
Areti. in cap. cum dilecti filii. col. ij. extra de
accuſatio. ut latiſſimè hic per eum ultra ſaturi-
tatem, quæ potes uidere, & in hanc ſecundam
65 partem ipſe uidetur inclinare. †Tu autem di-
ſtinguas hoc modò, Aut iudæi nominant ſignū
crucis, & tunc non præſumuntur delinquere ni
ſi appareat quòd faciant in contemptum, & cla
rè probat tex. in dicta l. iudæos, & eſt ratio:
quia ſignum Crucis fuit uenerabile ſecundum
legem Moſaycam, & etiam paganorum, iux.
glo. in l. Titia Seia.§. Seia.de aur.& argen.leg.
Vnde etiam poſſunt nominare ſine contemptu,
& ideò præſumuntur nominare ſine delicto,
per rationes ſuas allegatas proprimaopinione:
ſi uerò inuocauerunt nomen Chriſti,&tunc ſem
per præſumuntur facere in contemptum ex eo:
quia ipſi negant Chriſtum eſſe filium Dei ex-
preſsè, & inuocando nomen eius uidentur fa-
cere in contemptum religionis, & ſi non face-
rent in contemptum noſtrum reſſultaret in con
temptum fidei ſuæ,& utrunquè eſt punibile. Ve
rum iſta quæ dicuntur in hoc propoſito,ſicut &
omnia alia iudicio eccleſiæ ſubiciantur. Ideò
per rationes poſitas pro ſecunda opinione per
Niconicium, concluditur quòd præſumuntur
delinquere, quod tamen intellige ſi nomina-
uerunt Chriſtum tanquàm Deum, uel nomina-
uerunt Chriſtum Nazarenum filiū Mariæ,alio-
quin ſi ſimpliciter nominarent Chriſtum, poſ-
ſent facere ſine delicto: quoniam Chriſtus in
lingua Hebraica ſimpliciter,idē ſignificat quod
ſaluator, ut per glo. in rub. procem. ff. & pro-
pterea remanet ꝙ opinio Bar.eſt uera in termi
66 nis ſuis, †ut iudæi prohibeantur inuocare no-
men Chriſti, & inuocando delinquant.Sed ta-
men dum ipſe uidetur ſentire per talem inuo-
cationem inſtrumentum effici nullum reprahē
dit Alex. hic per rationes: quia ſuperflua non
uitiant inſtrumentum,l.teſtium C.de teſtibus l.
non ſolent. de reg. iur. quàmuis loquatur de
Chriſtiano notario, fortius eſſet hoc caſu: quæ
ratio parum concludit:quoniam ſuperflua,quæ
non ſunt delictum non nocent, illa tamen quæ
ſunt delictum ſemper nocent.Vndeſimonia red
dit contractum nullum, ut no. in cap. cum iu-
re.de iure patrona.opinionem tamen Bar.uide
tur approbare Maria. hic, qui per ſex funda-
menta ſupra relata in alio articulo tenet ꝙ con
temptus inducat annullationem inſtrumenti.
Sed tamen ego puto opinionem Alexandri ue-
riorem quòd imò ſi iudæi in ſuis inſtrumen-
tis inuocarent nomen Chriſti, non per hoc in-
ſtrumentum redderetur nullum ex eoquia con
temptus religionis non inducit nullitatem
actus ſeparati ab illo contemptu, ut probatur
in dicta leg. iudæos.quæ uult quòd per talem
contemptum ritus iudæorum non efficiantur
nulli, neq; ipſi amittant poteſtatem faciendi
cerimonias ipſo iure: ſed requiritur ſententia
cōdemnatoria, ut clarè dicit tex. ibi in me-
dio & in fine. Ideò concludendum eſt ꝙ bene
ipſi debent puniri de contemptu: tamen con-
tractus remanebit ualidus. Pro quo etiam fa-
cit una regula poſita per Ias. in l.ſi quis maior.
C. de tranſactio. & ibi docto. quòd pœna pri-
uationis nunquàm præſumatur niſi lex dicat,
annullatio autem actus dicitur quædam pri-
uatio iuris ſui: igitur non præſumetur niſi per
legem dicatur.

67 Quinta eſt concluſio † quòd inſtrumentum
confectum à notario Chriſtiano inter iudæos
non annullatur per inuocationem nominis
Chriſti, & Bar.hic dicit quòd ſuſtineri poteſt,
non tamen decidit totam difficultatem, unde
oportet eam diuidere quærendo primò, an ſi
notarius apponat inuocationem Chriſti delin-
quat, ut debeat puniri, & per hoc inſtrumen-
tum uitietur. Secundò an conceſſo quòd ſit li-
citum inuocare, ſi amittatur inuocatio uitie-
tur inſtrumentum: & ſic ſunt duæ quæſtiones
contrariæ, una an in apponendo delinquat, &
uitietur inſtrumentum, alia an non apponen-
do uitietur tanquàm deficiat ſolennitas ne-
ceſſaria.

Circa primum docto. hic ſunt uarij, & ad-
ducunt fundamenta pro utraquè parte, qui-
bus dantur reſponſiones probabiles ut articu-
lus reddatur diſputabilis. communis tamen
eſt opinio quòd notarius non delinquat inuo-
cando nomen Chriſti inter iudæos, pro qua
adducitur primò rub. noſtra hic cum alia con-
cordanti ſupra de iuſti. & iure in qua Iu-
ſtinianus inuocauit inter paganos, & ſicut
ipſe fecit, ad eius exemplum uidentur etiam
notarij eſſe permiſſi facere. Sed tamen reſpon-
deri poteſt quòd hic tex. non probat: quia exē-
plum ſuum eſt in diuerſis terminis. cum hic a-
ctus legum antiquarum iam erat perfectus, &
tempore compilationis Iuriſcōſulti erant mor
tui, & non fuerunt præſentes huic inuocatio-
nis, nequè aliquem actum fecerunt, nec hoc no
men erat eis edendum. Sed quando notarius fa
cit inſtrumentū inter iudæos, ipſi in præſentia
ſua faciunt contractum.& ipſi ſunt præſentes tē
pore inuocationis. arg. §. nos uerò, in auct.de
tabellio. unde inducitur magnus contemptus
cum derideant notarium inuocantem Chri-
ſtum, & quòd plus eſt rogant notarium, ut

conſi-

conficiat inſtrumentum, & notarius cogitur eis edere inſtrumentum cum illa inuocatione factum, iux. no. in l. ſi prætor. ff. de edendo. Replicabat Hermano, quòd imò notarius ſcribit de actu perfecto inter iudæos: arg. l. cum res. C. de probationibus. & actus notarij eſt ſeparatus ab actu iudæorum. unde iudæi non cõmunicant cum actu notarij. Sed duplicari poteſt quòd imò actus non eſt perfectus, attento quòd contrahentes in præſentia ſua perficiunt, & cũ uellint quòd de eo fiat ſcriptura non perficitur niſi perfecta ſcriptura: arg. notatorum in l. contractus. C. de fide inſtrumentorum &c. §. j. inſt. de emptione, & uenditione, & ipſi iudæi rogant notarium ut conficiat ſcripturam pro perfectione ſui contractus, dicto §. nos uerò. in auct. de tabell. & iurant obſeruare in eius præſentia, & ipſis fienda eſt editio de illa inuocatione quam producunt coram iudicibus ſuis iudæis, & poſſunt quotidie inculcare pedibus, & contemnere. unde apparet quòd eſt magna diuerſitas inter præſentem inuocationem Iuſtiniani, & illam notariorum, & per conſequens non probat: quia ex diuerſis non fit illatio, l. Papinianus exuli. de minoribus.

68 Secundò pro opinione iſta † quòd notarius excuſetur, & non prohibeatur inuocare, inducitur quòd notarius eſt iudex cartularius: ut no. in l. prima. ff. de iud. & iudæi accedendo ad eum uidentur prorogare iuriſdictionem ſuam, ut per docto. in dicta l. j. unde ſequitur quòd conſuetudo iudicis prorogati, & eius lex ſeruanda ſit l. j. C. de emancipatio. liberorum, habetur in cap. clericis. extra de foro competenti. ergo notarius inuocando dicitur ſeruare legem propriam, & per conſequens non dicitur delinquere, & non debet priuari. Sed reſpondetur per Alex. negando primò quòd notarius ſit iudex cartularius. & in Regno Napolitano hoc non eſt, & officium notarij differt à iudice ad contractus, ſed dato quòd ſit iudex forſan ex forma ſtatutorum dicebat Alex. quòd non agitur de prorogatione: quia iudæi ſunt ſubditi eis, & de iure communi notarij habent iuriſdictionem ſuper iudæos ſicut ſuper Chriſtianos, cum habitent in territorio principis ſui. Tertiò dato quòd fieret prorogatio, dicit quòd non debet attendi lex iudicis in actu communi cum iure partium, ſeu contraria, ſed inuocatio Chriſti eſt contraria legi iudæorum, ideò non eſt ſeruanda, igitur non debent poſſe inuocare, & inuocando delinquunt.

Tertiò pro iſta opinione adducitur per Ro. quia inter iudæos etiam ſeruantur ritus Chriſtianorum, l. inter iudæos. C. de iud. ergo etiam poterit ſeruari iſta lex inuocationis, & notarius inuocando excuſari. Sed reſpondetur per Alex. quòd ibi agitur de more in matrimonijs ſeruando, & de exceptione admittenda, in quibus non eſt contemptus fidei. ſed non probat quòd mores Chriſtianorum ſeruari debeant inter iudæos: quoniam inducitur contemptus religionis. imò contrarium probatur in dicta l. iudæos. præterea dicta l. iudæos. loquitur de prophanis non reſpicientibus religionem: ſed in reſpicientibus religionem non tenentur ipſi iudæi ſeruare mores Chriſtianorum, imò penitus ſeparatur. Secundò reſpondetur quòd illa lex inter iudæos non ſeruatur de iure canonico per cap. gaudemus, de diuortijs.

Quartò pro dicta opinione poteſt adduci auctoritas Bart. hic dum dicit ſuſtinetur inſtrumentum, & per conſequens permittit inuocationem. Sed reſponderi poteſt Bar. non dixiſſe notarium non delinquere, & quòd ipſe non debeat puniri: ſed ſolùm dicit quòd inſtrumentum non annullatur, & ſuſtinetur ex quadam indulgentia: arg. cap. cum iam dudum. de præbend. & l. j. C. de pœnis.

Quintò pro iſta opinione adducitur: quia in inſtrumentis duo diuerſa conſiderantur, contractus ipſe, & ſolennitas ſcripturæ. Contractus pertinet ad partes, ſolennitas uerò ad notarium, ut no. in dicto auct. ut præponatur nomen Imperatoris. §. Sancimus. ubi diriguntur uerba ad notarium tantum: unde dixit Bar. in l. ſi librarius. de reg. iur. quòd ea quæ ſonant in factum ſcribendum pertinent ad partes, quæ uerò reſpiciunt ſolennitates, pertinent ad notarium: ergo ſeruatur lex ipſius notarij, & excuſatur hic ipſe ſi eam obſeruauit. Sed reſponderi poteſt quòd dicta ratio procedit quãdo ſcribit inſtrumentum inter Chriſtianos, & ſolennitas eſt communis partibus: ſed quando ſolennitas non eſt communis partibus, & poteſt fieri contemptus Dei non permittitur, ſicut dicitur de iuramento quòd iudæi non debent præſtare per Chriſtum, ut per Inno. in cap. & ſi Chriſtus. de iureiurando. ſed ipſi, & pagani debent iurare per Deos ſuos, & non per Deos ipſius notarij licèt ſcribat. Item uerba intelliguntur ſecundum capacitatem ſubditorum, & eorum naturam l. plenum. §. equitij. ff. de uſu. & habitatio. Et propterea Chriſtus interrogatus à Pilato, ut diceret quid eſt ueritas noluit reſpondere: quia incapax erat.

Sextò pro iſta parte poſſunt adduci illa xxij. argumenta, quæ fecit Niconicius hic in præcedenti articulo ad defenſionem iudæorum inuocantium nomen Chriſti. Nam ſatis uidentur concludere ad excuſationem notarij Chriſtiani. Sed tu potes reſpondere ut per eum ibi, & poteris habere hunc articulum dilatatum ad ſaturitatem per eius argumenta.

Ex quibus apparet quòd hæc opinio negatiua, notarium non delinquere in inuocando non probatur concludenti fundamento.

69 Vnde Peruſini † hic dixerunt contrariam opinionem in puncto iuris poſſe ſuſtineri quòd notarius delinquat, inuocandum nomen Chriſti inter iudæos: quia prohibetur per legẽ iſtud facere, attento quòd inducitur contemptus Dei,

Et pro iſta opinione primò adducitur: quià ſolennitates inducentes cōtemptus religionis, uel aptæ inducere, ſunt reprobatæ, & punibiles, dicta l. iudæos: ſed iſta inuocatio inducit contemptum Dei, ſeu apta eſt inducere in poſterum: ergo prohibita eſt. & per conſequens notarij inuocando contra prohibitionem legis delinquere dicuntur: quia ſcriptum eſt, qui non obedierit principi morte moriatur. cap. ſecundo de maior, & obedientia. Sed reſponderi poteſt excuſando notarium quòd imò hæc inuocatio non ſit prohibita. Nam tex. in dicta l. iudæos. prohibet contemptum actualem, notarius autem non inducit contemptum: ſed ipſe bona conſideratione mouetur ſciens in omni opere inuocandum eſſe nomen Chriſti per dictum cap. non liceat. xxvj. q. 5. & quæſtio 7. cap. non obſeruetis. unde ſi poſteà ſequitur contemptus non dicitur de eius intentione nequè immediatè ipſe dicitur cauſare, & cum non reperiatur expreſſè prohibitus: ergo uidetur eſſe permiſſus: arg. l. nec non. §. quòd eis. ff. ex quibus cauſ. maior.

Secundò pro iſta opinione adducitur quòd imò delinquat: nam negari non poteſt quin ſtatim quòd ipſe inuocat iudæi non contemnant. Item poſteà tenetur dare inſtrumētum autenticum eis cum dicta inuocatione, dicta l. prætor. ff. de edendo. unde ipſi quotidie poſt modum poterunt expuere, & pedibus conculcare, & ſemper contemnere, & alia infinita conuicia facere in contemptum. Ideò notarius dicitur eſſe cauſa iſtius contemptus, & ſuccedit regula; quòd qui cauſam damni dat; damnum dediſſe uidetur, etiam quòd non conſiderauerit illud, & puniri debet tanquàm dans damnum, l. qui occidit. §. j. & ibi not. ff. ad leg. Aquiliam, §. penul. inſtitut. de leg. Aqui. & facit tex. in l. ſi ex plagis. §. in cliuo capitolino. eodem titu. de leg. Aquil. & quòd habetur in rub. & nigro. ff. de his, qui deiecerunt uel effuderunt.

70 Sed † reſpondetur defendendo notarium qđ ipſe non fuit cauſa damni, nequè contemptus, cum inuocauerit Chriſtum pro opere ſuo, & labore ſuo, & deſiderabat quòd ille labor ſuus eſſet fructuoſus, & cum lucro & haberet bonum ſucceſſum, & ut obſeruaret ipſe tanquàm Chriſtianus præcepta Apoſtolorum. ideò cum fecerit rem licitam, non tenetur ad damnum ꝙ poſteà euenit, nequè de contemptu. ſicut dicitur inſti. de lege Aquilia in. §. ſecundo de ſagittante in loco permiſſo, & ſi poſteà ſequatur contemptus lex puniet eum ſi probabitur contèmpſiſſe puniente iudice. Sed non poterit dici notarium delinquiſſe, nequè dediſſe cauſam illius contemptus, & tanto magis: quia ſi iudæi deſiderarent contemnere poſſent ſibi ſcribere nomen Chriſti, & ad libitum conculcare, & contemnere, & ſolum tunc erunt puniendi notarij ſi hac intentione faciunt ac iudæi.

71 Tertiò † adducitur: quia inuocatio ſit ut actus habeat bonum principium, melius medium, & optimum finem, ut per glo. in proœmio inſtitutio. Sed ipſi iudæi hoc non credunt, & contemnunt. ergo notarius non debet facere, cū nullum bonum opus mala autem plura cauſari poſſint: arg. l. 3. §. diuus. ff. ut leg. no. caueatur. Sed reſpondetur excuſando quòd imò inuocatio eſt utilis, ſed non ſit propter utilitatem iudæorum, ſed propter utilitatem notarij & pro bono ſucceſſu actus ſui, & ut poſſit lucrari ſine periculo tam falſitatis quàm omiſſionis, & propteteà cum ſit utilis, & cum bona intentione facta, ipſe non poteſt delinquere, & quàmuis poſteà iudæi contempſerint, hoc non eſt in conſideratione reſpectu ſui: ſed lex puniet contemptores, ſi qui erunt.

Proptereà nec etiàm eſt delictum quòd notarius roget Deum pro bono ſucceſſu contractus iudæorum: quia & eccleſia pro eis rogat in die Veneris ſancti. atq; etiam admittit in ciuitatibus per miſericordiam, & fouet 86. diſtinctio. cap. poſſe. cap. iudæi. de teſtibus cap. & ſi iudæi ex. de iud.

72 Quartò inducitur † ratio quòd margaritæ non ſunt dandæ porcis, nequè ſanctum canibus dicente Chriſto in euangelio, & refertur in cap. nolite. xj. quæſt. 3. Sed inuocando nomen Chriſti inter iudæos dat margaritas porcis, & ſanctum canibus: ergo & ipſe cum prohibeatur delinquit ut hic per Peru. Sed reſpondetur negādo ꝙ detur ſanctum canibus: quia notarius inuocat Chriſtum pro ſe, & ſuo opere iudæorum, & ſibi capaci non iudæis tribuit. unde non prohibetur nequè delinquit.

Quintò inducitur contra notarium: quia nomen Dei eſt inuocandum inter illos, qui illud extollunt, & colunt cap. decet. de immunitante eccleſiarum in 6. & ibi prohibentur Chriſtiani negotia facere in eccleſijs: quia ibi nominantur nomina Chriſti, & Ieſus quòd eſt ſupra omne nomen, & in eius nomine omne gènus flecti debet. ideò iubentur cum deuotione in eccleſia manere. Sed hæc inuocatio contemnitur, & deprimitur à iudæis: ergo non debet nominari. Sed reſpondètur excuſando notarium quòd ipſe hoc facit non propter iudæos: ſed propter ſe ipſum: qui illud nomen extollit & collit, & licèt in præſentia ſint iudæi, non debet conſiderari, ſicut nec conſiderabat Chriſtus quòd moraretur ipſe inter publicanos, & peccatores, ne faciamus quòd Chriſtianus exiſtens ſeruus apud Turcas non poſſit inuocare nomen Chriſti.

Sextò adducitur auctoritas Bar. in repeti. l. ſi quis ex argentarijs. §. ſi initium. ff. de edendo. col. iiij. uerſi. primò dixi. ubi uoluit quòd inter iudæos non uocetur nomen Chriſti, ſed Deus eorum: arg. notarorum per Inno. in dicto cap. & ſi Chriſtus. de iureiurando. Sed reſpondetur per Iaſ. hic, quòd ibi Bart. loquitur

quando

quando inſtrumentum conficitur à iudæo notario &' inter iudæos: ſed Bart. ſic loquitur quando conficitur à notario Chriſtiano qui pro ſuo opere inuocat nomen Chriſti.

Septimò contra notarium ad huc poſſunt adduci uiginti fundamenta in argumentum, quæ ponit Niconicius hic contra iudæum nominantem, & ſatis poſſunt concludere, ut per eaſdem rationes notarius dicatur peccare nominando inter ipſos, & ſic potes dilatare hanc opinionem ſi tu uis in circulis, & per longas horas diſputare. Sed reſponderi poteſt defendendo notarium ut per eum hic, dum defendit iudæos. nam fortius procedunt in Chriſtianis, ex quibus apparet quòd fundamenta pro hac parte adducta etiam non ſtringunt, unde articulus redditur diſputabilis.

73 Reſſolutiuè † tamen loquendo puto omnino tenendam eſſe opinionem pro notario, quòd non delinquat, & quòd inſtrumentum ſuſtineatur etiam de mero rigore iuris per rationem illam principalem: quia ipſe ab initio facit actum licitum rogando, & inuocando Deum pro bono ſucceſſu ſui negocij, & pro iſta opinione ultra docto. facit fortis ratio, Nam nos habemus quòd Chriſtiani poſſunt examinari in lite iudæorum leg. quoniam. C. de hæreticis, & cap. non poteſt. ſecunda queſtio ſeptima notatur in capitulo iudæi. extra de teſtibus, etiam quòd lis ſit coram iudice iudæo; quia forſan arbitri ſunt. Sed quando Chriſtianus iurat, neceſſariò iurat per Chriſtum, ut per Inno. in dicto cap. & ſi Chriſtus. inter iudæos, & coram iudice iudæo qui millies poſſunt contemnere, nihilominus æquiuocatio eſt expreſſè permiſſa à lege: ergo tanto fortius erit permiſſa in notario qui proprium negotium facit etiam quòd contractus ſit iudæorum. Secundò confirmatur per tex. in leg. iudæi. C. de iudæis, ubi dicitur quòd in his quæ reſpiciunt iuriſdictionem iudæi ſubijciuntur iuri Romanorum, unde in iudicio mouent actiones & exceptiones neglecta eorum ſuperſtitione, igitur etiam in hoc caſu ſubijciuntur iuriſdictioni notariorum, unde tenentur ſeruare legem Roma. in ſolennitatibus poſitis in dicta auct. ut præponatur nomen Imperatoris. ergo etiam tenebuntur ſeruare hanc inuocationem neglecta eorum ſuperſtitione, & per conſequens remanebit quòd notarius non dicitur delinquere utendo in iuriſdictionalibus iure Romanorum inter iudæos. Igitur ſi non delinquit, minus inualidabitur inſtrumentum, & concluſio Bar. remanebit uera quòd inſtrumentum ſuſtinebitur, quæ concluſio procedit etiam quòd teneamus opinionem contra notarium; quia etiam ſi deliquiſſet nihilominus inſtrumentum remaneret ualidum. ut hic dicit Alex, repræhendendo in hoc Bart. quàmuis non adducat bonam rationem. ſed per prædicta melius probatur.

74 Sed ſubintrat ſecunda quæſtio contraria præcedenti, † an ſuppoſito quòd notarius non delinquat ſi eueniat modo quòd ipſe omiſerit inuocationem Chriſti præſuppoſita neceſſitate inter Chriſtianos, an per talem defectum inſtrumentum efficiatur nullum? quæ quæſtio dependet à deciſione ſuper ſecunda concluſione, an inter Chriſtianos omiſſio uitiet. Et ſi tenemus opinionem quam ſupra firmaui quòd omiſſio non uitiat inſtrumentum inter Chriſtianos factum, tanto minus uitiabitur inter iudæos, cum notarius ſit motus probabili ratione ad ommittendum eam, dubitando ne inuocando nomen Chriſti inducat eius contemptum. Sed ſi tenemus opinionem aliam quòd ſtante conſuetudine inuocandi omiſſio uitiet inter Chriſtianos, uel ſtante ſtatuto cum clauſula annullatiua, ut ſupra dixi, tunc quæſtio uidetur difficilior, tamen conſiderandum eſt quòd licet probetur conſuetudo inter Chriſtianos inuocandi de neceſſitate, non per hoc probabitur conſuetudo inuocandi de neceſſitate inter Chriſtianos: tum quia raro euenit: tum quia militat diuerſa raro. Et ſimiliter ſi ſtatutum dicat quòd inter Chriſtianos inuocetur de neceſſitate, non uidetur quòd in dubio comprehendat inſtrumenta confecta inter iudæos: quia uerba intelliguntur ſecundum capacitatem ſubditorum: argumen. l. plenum. §. equitij. ff. de uſu & habitatione. Et ſtatutum recipit reſtrictionẽ ex cauſis probabilibus, & ego aſſignaui xij. in l. omnes populi. ff. de iuſti. & iure in 6. quæſtio. Bar. in materia reſtrictionis poſt Alcia. in lib. ſecundo de uerbo. ſignificationib. Igitur cum non ſit conſuetudo neque ſtatutum mandans interuenire non uitiabit omiſſio ex regula iuris communis ſupra firmata. ſi tamen eueniret quòd conſuetudo præciſe etiam probaretur inter iudæos, uel ſtatutum de iudæis præciſè loqueretur, tunc omiſſio deberet uitiare; quia non debet eſſe notarius clementior lege. putarem tamen quòd ſi inuocationem poneret in protocolo, & eam non ederet partibus, non propter hoc ſcriptura illa auctentica uitiaretur, cum notarius hoc feciſſet bona conſideratione ne daret occaſionem contemnendi, & ſatis ſtatuto ſatisfactum eſſet ponendo illam inuocationem in protocolo, ubi agitur de propria opera ſua.

75 Ad euitandos † tamen tot aufractus, & tantas contrarietates ego conſulerem notario quod ipſe nunquam inter iudæos ſeu paganos, uel mauros inuocaret nomen Chriſti: quia ab eis negatur: ſed ſolum diceret in nomine omnipotentis Dei, uel in nomine Dei altiſſimi, uel Dei æterni, pro ut faciunt Veneti. Nam tunc nullus erit contemptus, cum nulla reperiatur religio, quæ Deum altiſſimum, & omnipotentem, & eternum non adorer, & credat, ut in leg. ueluti. ff. de iuſti. & iur.

& eſt ſatisfactum omni legi, ac etiam legi Chriſtianorum, qui adorant Deum unum: quæ licet dicat & trinum, unum tamen fatentur, ut in ſymbolo Anaſtaſij, & ceſſabunt omnes difficultates. Si tamen eueniret quòd ſtatutum diſponeret ipſos quoqoe contrahentes inuocare nomen Dei, tunc ſeruandum eſſe quod dixit Inno. in dicto cap. & ſit Chriſtus. ut Chriſtiani inuocent Deum ſuum, iudæi & pagani ſuum, quod obſeruabant antiqui Romani quando faciebant pacem cum populis diuerſarum legum, & ſeruari debent etiam hodie quando Chriſtiani faciunt paces uel treugas cum Turcis, Sarracenis.& Mauris. ſicut notarius tenetur ſcribere iuramentum iudæi & pagani per deum ſuum examinando eos, per not. in dicto. cap. & ſi Chriſtus. & hæc quantum ad primam partem rub.

Ex ſecunda, tertia, & quarta parte rubricæ colliguntur tria declarata in præcedentibus denotata per genitiuos. Cauſa, efficiens, materialis, & finalis. Vnde determinantur quatuor quæſita: quæ ſolent in principijs librorum fieri & poni uidelicet, quis ſit auctor libri, quæ ſit materia, quæ ſit forma, & quæ ſit intentio. Nam per illa uerba liber trigeſimus nonus, cum alijs iunctis demonſtratur quòd Iuſtinianus intendebat hoc ius enucleatum edere, & cum recta compilatione tradere iuuenibus ut poſſint commode adiſcere, & poſt tempus quinquennij poſſit eis committi reſpublica gubernanda, ut in procemio inſti. §. fi. quæ omnia demonſtrantur per nouem genitiuos poſitos in hac rubri.

76 Vnde† colligitur quòd genitiuus habet ſignificationem denorandi cauſam finalem, materialem, & formalem, & intentionem. propterea Bar. oppoſuit: quia imò uidetur quòd genitiuus denotet dominium per l. ſeruum Titij. ff. mand. l. ſi hæredis ſeruus. ff. de leg. j. & l. ſi ſeruus meus. & caſtrenſis peculij. §. j. de ſtipulationib. ſeruorum, ſoluit fatendo contrarium quòd denotet dominium: ſed etiam habet prædictas ſignificationes & addit ipſe docto. plures alias: quia ſignificat etiam poſſesſionem & detentationem, & ſubdit quòd quando reperitur in oratione quòd accipitur in illa ſignificatione quæ magis erit conueniens intentioni diſponentis, & ut diſpoſitio ſit magis in tuto, leg. quoties in ſtipulationibus. cum glo. ff. de uerborum obligationib. & ſubdit poſteà querendo quam ſignificationem habuerit in ſtatutis pœnalibus, quicumque uiolenter acceperit rem alterius puniatur, & dicit uideri, quòd denotat dominium per tex. in l. ij. ff. de religio. & ſump. fun. Sed in contrarum allegat quòd denotat poſſesſionem, leg. j. in principio iuncto. §. & parui. ff. nautæ, caupones, & ſtabularij, & leg. ij. in principio iuncto. §. in ha:. el. ij. ff. ui bonorum raptorum. Soluit ipſe quòd de proprietate ſermonis ſignificat dominium: aliàs autem ſignificationem habet ex improprietate, & ex larga aſſumptione uocabuli. ideò in dubio intelligitur denotare dominum, & non traheretur ad poſſeſſorem ex natura ſignificationis. Sed quia poſtea eſt communis uſus loquendi quòd denotet etiam poſſeſſorem & detentatorem. ideò ſtatutum uerificabitur in eis: argumen. l. librorum. §. quod tamen Caſſius. ff. de leg. 3. & l. ij. cum glo. in uerbo ius Papyrianum. ff. de orig. iur. ut hic per eum.

Ex cuius dictis colliguntur multæ concluſiones, quas inuolute & confuſè examinant docto. Vnde ut appareat ſeparatio referam uerbis. Prima eſt quòd genitiuus habet plures ſignificationes. Secunda eſt quòd genitiuus de proprietate ſermonis denotat dominium, & alias ſignificationes habet ex larga ſignificatione. Tertia eſt concluſio quòd genitiuus aſſumitur in illa ſignificatione, quæ magis conuenit ſubiectæ materiæ, & intentioni. Quarta eſt quòd genitiuus ex communi uſu loquendi denotat poſſesſionem & detentationem. Quinta eſt quod iſte communis uſus loquendi probatur per glo. Sexta eſt quòd in ſtatutis pœnalibus circumſcripta conſuetudine intelligitur de dominio tantum. Septima quòd propter communem uſum loquendi intelligitur de detentatore & poſſeſſore. Octauo quòd omnia ſtatuta intelliguntur ſecundum uſum communem loquendi contra proprietatem uocabuli.

77 Prima eſt igitur concluſio † quòd genitiuus habet plures ſignificationes, & licet docto. hic dicant tres ſignificationes probari in hac rubr. tamen uerè probantur nouem. pro ut nouem ſunt genitiui. Nam ille genitiuus digeſtorum ſeu pandectarum, denotat totum reſpectu partis & libri. Item ille genitiuus iuris denotat materiam ex qua, & genitiuus enucleati denotat formam materiæ: quia non eſt ſimplex ius, ſed ius enucleatum. Item ille genitiuus ex ueteri iure collecti, denotat cauſam à qua, ſeu materiam remotam. Item genitiuus Iuſtiniani denotat cauſam efficientem, genitiuus Domini denotat præeminentiam cauſæ efficientis, genitiuus principis, denotat regnum cauſæ efficientis, & colligitur quòd principis nomen conuenit omnibus Regibus & Imperatoribus. genitiuus ſacratisſimi denotat unctionem ex ſacro oleo, iuxta capitulum primum de ſacra unctione, genitious ſemper Auguſti, denotat intentionem Iuſtiniani augendi ſemper Imperium, & ſic apparet quòd denotat nouem ſignificationes, & decima poſteà additur de dominio, & undecima de poſſesſione, & duodecima de detentatione. Item ſignificat uſumfructum, uſum & ſeruitutem leg. oſſa. §. penu. coniuncta leg. ſecunda ff. de religioſ. & ſump. funer. & leg. in uenditione. ff. de bonis auct.

indi. poſſidend. Item ſignificat condnctio-
nem, uel habitationem gratis, leg. lex Corne-
lia. §. domum. ff. de iniurijs, ac etiam ſigni-
ficat iuriſdictionem, glo. in cap. j. de poſtula-
tione prælatorum in uerbo terram propriam;
& in l. final. in uerbo fecerit. C. de edicto diui
Had. tollen. ut, ſi quis dicat iudex Meſſanæ. Et
uel Neapolis. Item ſignificat adminiſtratio-
nem, ut in cap. pro illorum. in uerbo eccleſia-
rum prælati. de præbend. & cap. quia V. ibi,
eccleſiarum prælati. ubi Abb. de iudi. ubi etiam
apparet quòd ſignificat ſeruientes ut canoni-
cos in eccleſia cathedrali, & Abbas in tertio
notab. in dicto cap. quia V. de iud. & genera-
liter ſignificat omne ius quod quis poteſt habe
re in re, ſeu omnem modum per quem res po-
teſt ad unum pertinere. Item ſignificat ut, fi-
lius Titij atque filium, ut pater Sempronij. &
hæc uidetur primæua ſignificatio genitiui: quia
Grammatici dicunt genitiuum appellari à ge-
nerando, quaſi inuentus fuerit ut denotet ge-
nerantem; Tamen uerè genitiuus dicitur ex
eo: quia generat alios caſus: quia ab ipſis con-
ſtituuntur, unde, & denotat filiationem ut di-
xi, & in dicto cap. j. de poſtulatio. prælato-
rum ubi Abbas colum. penul. dicit quòd de-
notat etiam res adhærentes, & hic Ias. qui ad-
ducit multas alias ſignificationes, & ultra ip-
87 ſum alias adducunt cæteri Moderni † per quæ
iura, & auctoritates dici poteſt generaliter q
genitiuus aptus eſt ſignificare omnes qualita-
tes, actiones, paſſiones, & accidentia alicuius
ſubiecti, rei, uel hominis, unde dicitur infir-
mitas, ſanitas, magnanimitas, fortitudo, pru
dentia, ſcientia, ignotantia, cuiuſcunquè,
Item qualitates cuiuſquè rei ut fertilitas, uber-
tas, ſterilitas, ſalubritas terræ, malitia, uel
Regni uicerex, iudex, gubernator, auditor
in Regno, tutor, curator pupilli., procura-
tor, actor, & negotiorum geſtor Sempronij,
ſocius Titij uſuræ, pecuniarum, uenditio, de
poſitio, locatio rerum, leg. tutor rerum. ff.
de adminiſtratio. tuto. ubi etiam dicitur de ra
tionibus pupilli, reus ſtipulandi, promitten-
di, officium tutoris, curatoris, uenditoris ſen
tentia uoluntatis noſtræ, de poſtulatione,
tranſlatione, & electione prælatorum, de tem-
poribus ordinandorum, de uſu palij, officij
prætoris, officium præſidis, archidiaconi, cu-
ſtodis, iudicis ordinarij, delegati, auctori-
tate iudicis, auctoritate tutoris, in fraudem
creditorum, & in ſumma plures ſignificatio-
nes habet, quàm dies ſunt in anno. & ideò
diffiniri poteſt aliter quàm faciant Gramma-
79 tici. † Genitiuus eſt caſus denotans ſubiectum
alicuius qualitatis uel accidentis, nominatæ
in donatione per quemcunque modum poſſit
illa qualitas conuenire ſubiecto plus uel mi-
nus, & apparet uerè quòd denotat ſubiectum:
quia ſemper qualitas nominata adhæret illi.
Item dicitur qualitas nominata: quia alias
oratio eſſet incerta, & genitiuus illam quali-
tatem reſtringit & demonſtrat. Item dixi per
quemcunquè modum: quia uides quòd res po-
teſt pertinere ad unum tanquàm ſit cauſa ef-
ficiens, uel ſit dominus, uel uſufructuarius,
uſuarius, uel depoſitarius, uel commodata-
rius, uel poſſeſſor ſeu detentator.

80 Addunt † etiam docto. tres alias, quæ non
bene uidetur conuenire. Nam dicunt quòd
denotat deſcendentiam immediatam, ut in
illo exemplo ex linea Titij, per not. in leg.
prima §. uideamus. ff. de coniungend. cum
emancipato lib. eius, quæ tamen ſignificatio
non eſt uera ex eo: quia per uerbum Titij de-
claratur ſubiectum ipſius lineæ: tamen dictio
ex, eſt illa quæ denotat deſcendentiam im-
mediatam per notata in dicto. §. uidea-
mus. & in leg. prima ff. de incendio, ruina,
& naufragio.

81 Secundò † dicunt quòd denotat cauſam fi-
nalem per tex. in leg. cum aliquis. C. de iure
deliberand. ubi ſi teſtator inſtituit ſeruum il-
lius, uel alium illius uidetur inſtituiſſe con-
templatione ipſius, ut ille cogatur adire, & ſic
genitiuus illius denotat cauſam finalem inſti-
tuendi: tamen ille tex. non probat; quia illud
non uenit ex ſignificatione genitiui: qui in il-
lis terminis ſignificat dominium, uel genito-
rem, uel cauſam efficientem, & non poteſt po-
ſtea denotare cauſam finalem. ſed illa cauſa
ſumitur poſteà ex nominatione facta de patre;
quæ uel facit demonſtrationem, ut certifice-
tur, uel facit quòd teſtator propter illam ui-
deatur motus ad faciendum illam diſpoſitio-
nem, & probatur: quia aliquando ſignificat
cauſam impulſiuam leg. falſam. ff. de conditio-
nibus & demonſtrationibus & §. longè. inſti.
de leg. Idem quod dicitur in dicta leg. cum
aliquis. uerificatur ſi quis dicat talem filium
meum, uel ſeruum meum inſtituo. l. ſi pater
meus. C. de hæredib. inſtituend.

82 Similiter † dum Alexand. dicit quòd geni-
tiuus ſtat reſtrictiuè, & non demonſtratiuè per
tex. in cap. cum capella. extra de priuileg. non
benedicit ut hic per Claudium Seyſſellum co-
lum. ſecunda. Sed plenius quàm ipſe dicat ui-
detur quòd genitiuus ſui natura ſemper ha-
beat utranque ſignificationem, & reſtrictiuam,
& demonſtratiuam; quoniam omnis demon-
ſtratio ut ſit bona neceſſariò reſtringit ad fi-
nem ut demonſtratum diſtinguatur ab alijs re-
bus. alioqui nihil operaretur. Si enim dici-
tur ſeruus ſermo eſt ambiguus, & ſi addatur
Titij demonſtratur qualis ſit, & ita per geni-
tiuum reſtringitur ſermo generalis, & ſic eo-
dem tempore genitiuus. Titij demonſtrat,
& reſtringit rem nominatam quæ pluribus
conuenire poterat, quod probatur in dicto cap.
cum capella. nam ibi priuilegium, erat conceſ
ſum canonicis, & quia ſermo erat multum gene
ralis additũ fuit capellæ regis, & ... illos ...

genitiuos terminus in priuilegio appoſitus demonſtratur & reſtringitur ex generali natura cuiuſlibet demonſtrationis, magis quàm ex natura genitiui, erit tamen in ſe uerum quòd per appoſitionem genitiui inducitur demonſtratio & reſtrictio. Si tamen eueniat quòd ſit facta una demonſtratio generalis ad terminum generalem, & poſtea ſubdatur genetiuus, tunc ſtabit reſtrictiuè ad illam demonſtrationem, & ad terminum.

Nec obſtat dictum capitulum cum capella. quia ibi uerbum canonici, reſtringitur per genitiuum capellæ, & poſteà genitiuus regis, reſtringit utrunquè, tam terminum, quàm genitiuum præcedentem.

Nec obſtat ponderatio Alexandri: quia ut dicit Seyſſellus priuilegium ibi non reſtringitur propter genitiuum capellæ: ſed reſtringitur propter cauſam ex eo: quia priuilegium illud fuit conceſſum propter cauſam quòd ſeruiebant in illa capella perſonæ regis.

83 Item dum referunt hic Peruſini † quod genitiuus denotat cauſam efficientem, & quòd dicendo Petrum Titij, demonſtratur pater, ideò ſatisfactum uidetur ſtatuto diſponenti quòd Bannitus ſcribatur cum nomine patris: quia per genitiuum Titij dicitur ſcriptus pater. Tu etiam dicas quòd non eſt propriè ex natura genitiui: ſed eſt quia illud ſtatutum alio modo non poteſt interpretari, cum ille Titius eſſet liber, non tollitur tamen quia denotet etiam patrem: ſed æqualiter cum alijs ſignificationibus, niſi ex ſubiecta materia reſtringatur. omnes tamen dictæ deciſiones doct. uerificari poſſunt quantum ad effectum ex eo: quia ex appoſitione talis genitiui denotãtur omnes illæ ſignificationes concurrente ſubiecta materia, & ille effectus demonſtratur propter genitiuum, & propriè probatur in hac rub. dum dicitur ꝙ genitiuus denotat cauſam efficientem, & formalem & finalem, inducendo ut ſupra dixi. Nam iſti effectus ſi non immediate ſaltem mediate ſequuntur, & remanet concluſio generalis quòd genitiuus prope habet infinitas ſignificationes.

84 Secunda † eſt concluſio Bar. quòd de proprietate ſermonis genitiuus denotat dominum ſeu dominium tantum, cum licet habeat tot ſignificationes, tamen hæc eſt ſola de proprietate ſermonis, quòd denotet dominium per tex. in l. ij. uerſi. in locum. ff. de religioſ. & ſumpt. fun. & ſequntur communiter doct. Sed certe doct. ex nimis debili fundamento, & ſolitaria lege firmauerunt hanc concluſionem de proprietate contra tot innumeras ſignificationes, & multitudo aliarum ſignificationum debuiſſet uincere hanc ſolam ſignificationem, Et contra doct. facit: quia genitiuus dicitur à generando, unde uideretur quòd potius proprietas deberet adaptari in genitore quàm in dominio, & non poteſt aſſignari ratio: quare magis de proprietate ſermonis denotet dominium, quam cauſam efficientem, & genitorem, & alias qualitares, cum æqualiter in ſubiecto qualitates ſubſtantiæ inſint, & non poteſt dari ratio qua re magis denotet dominium, quàm quòd ſubſtantiam, & alias qualitates intrinſe-
85 cas ipſius ſubiecti. † Et ideò dicit Claudius Seyſſell. hic, quòd omnes ſignificationes prædictæ quàmuis innumerabiles denotantur de proprietate ſermonis: quia nulla ratio poteſt magis exhiberi de una quàm de alia, & hanc opinionem etiam tenet Alcia. dicens quòd genitiuus apud Grammaticos appellatur poſſeſſiuus: quia denotat quandam poſſeſſionem, id eſt, ad alia aplicationem quoquè enim modo res ad alium pertineat ex propria genitiui ſignificatione denotatur, ſed poſtea reſtringitur ex ſubiecta materia.

Nec obſtat tex. in dicta l. ij. de religioſ. & ſump. funerum qui habet uarios intellectus infra tradendos. dicas tamen duos probabilio-
86 res. † Nam ideò ibi denotatur dominium & non alia iura: quia actio illa dabatur ex mente ſeu uerbis edicti ad æſtimationem ipſius fundi, uel ut tollatur cadauer l. hi qui. eo tit. de relig. & ſump. funer. quoniam per impoſitionem cadaueris dominus deſinat eſſe dominus, & res efficitur religioſa in bonis nullius, ut in §. religioſa, inſti. de rerum diuiſione, unde datur actio ad æſtimationem ipſius dominii, quæ æſtimatio non cadit in poſſeſſore, & de tempore, cum alia ſit æſtimatio poſſeſſionis, & detentationis: alia dominij l. ij. §. fi. ff. uti poſſidetis, & ſic ibi ſignificatur dominium: quia pæna appoſita ibi, non poterat uerificari niſi in dominio, & ſuccedit regula, quòd genitiuus capitur in illa ſignificatione, quæ adaptari poteſt ſubiectæ materiæ in oratione poſitæ. Facit tex. in l. iiij. §. toties. ff. de damno infecto. & in l. quod conſtitutum. ff. de re milit. dum ponitur regula quòd cui non conueniunt uerba diſpoſitionis, neque etiam conuenit diſpoſito.

Præterea nec eſt uerum quòd denotet ſolum dominium, cum etiam per illa uerba in locum alterius concedatur actio uſufructuario, uſuario, pignoratori pignus habenti, & ſeruitutem habenti, ut eſt tex. in l. oſſa. eo. tit. de religio. & ſump. funerum per quem tex. confunditur doctrina Bar. fundata in dicta l. ij. §. in hac.

Secundò reſpondetur quòd ideò ibi denotatur dominium tantum: quia per illationem corporis mortui in fundum alienum offenditur principaliter dominus, etiam quòd non ſit in poſſeſſione. Nam cum efficiatur locus religioſus, deſinit eſſe in comertio hominum, & dominus priuatur ſuo dominio, quamuis non ſit in poſſeſſione, & ſic dominium afficit dominum magis quàm poſſeſſorem: quia poſſeſſio non tangit ipſam rem, & ipſa non efficitur religioſa, cum adhæreat perſonæ. Vnde

colli-

colligitur ex illo tex. quòd ubicunque actus poſitus in oratione ſeu operatio, uel delictum aufert dominium etiam quòd non poſſideat, tunc genetiuus denotat tantum dominium, uſufructuarium, & habentem ſeruitutem, & aliud ius reale. Sed quando non aufertur dominium per illum actum, tunc poteſt comprehendere etiam poſſeſſorem, & detentatorem: cum offendat magis poſſidentem uel detinentem, quàm ipſum dominum: quia priuat ipſos poſſeſſione, dicta l. ij. §. in hac. ff. ui bonorum raptorum. & l. j. §. idem Pomponius. ff. nautæ, caupones & ſtabularij cum ſimilibus; & propter ea fundamentum Bar. probat unam exceptionem tantum, non autem tollit, quin genetiuus de proprietate ſermonis habeat alias ſignificationes.

Ex qua concluſione infertur etiam alia contra Bar. ꝙ ſignificationes genitiui ultra dominum non ueniunt ex communi uſu loquendi. ſed procedunt de propria natura ipſius genitiui. Cum enim caſus iſte ſit deſtinatus ut denotet ſubiectum cuiuſcunque qualitatis nominatæ in diſpoſitione per quemcunque modum conueniant illi ſubiecto illæ qualitates ut ſupra dixi in diffinitione, omnes dictæ ſignificationes neceſſariò ueniunt de proprietate ſermonis, cum æqualiter ueniant ex dicta deſtinatione, & non poteſt reddi ratio quare magis genitiuus denotet dominum, quàm quòd denotet genitorem, uel filium, uel aliam cauſam efficientem, uel cauſam materialem & formalem, de quibus in hac rub. uel quòd ſi dicatur ubertas, ſterilitas, bonitas & malitia agri ſeu anni, uel magnitudo, fortitudo, ſcientia, prudentia, ignorantia alicuius, & omnes aliæ qualitates conuenientes ſubiecto.

87 Vnde facias regulam generalem† quòd omnes dictæ ſignificationes ſicut denotantur de proprietate ſermonis, denotantur etiam per propriam ſignificationem, & communis uſus loquendi non impedit proprietatem ſermonis: ſed dicitur proprius conuenire cum proprietate ſermonis, ut infra etiam dicetur.

Solùm autem poſſet probabiliter dubitari: quando una qualitas poteſt uni ſubiecto conuenire uariis modis ſecundum plus & minus, ut in illo exemplo de una re quæ poteſt pertinere ad unum hominem cũ qualitate dominij uſuſfructus, uſus ſeruitutis, pignoris, poſſesſionis, & detentationis, ut apparet in dicta l. oſſa. & in dicta l. ij. §. in hac. cum ſimili. Nam poſſet dici quòd denotat dominium de proprietate, alij uerò modi ueniant ex communi uſu loquendi. Tamen nec etiam in hoc placet concluſio Bar. & puto quòd omnes dictæ qualitates denotentur à genitiuo de proprietate ſermonis, ex hac cauſa quòd demonſtrat ſubiectum ipſius rei, & quàmuis uarijs modis poſſit conuenire ſecundum plus & minus: tamen ueniunt omnes de proprietate ſermonis, & dominium diſtinguitur ab alijs, & poſteà uſusfructus & poſſesſio ex illo capite, quòd potentius ineſt in illo ſubiecto, & potius poterimus dicere quòd præualebit ex illo capite quòd ſermo intelligitur in potentiori ſignificatione, iux. l. j. §. qui imperpetuum. ff. ſi ager ueſtigal, uel emphyteuticarius petatur, quàm quòd ſit propria ſignificatio & alia impropria, & facit tex. in leg. cum quæritur. de ſtatu hominum, & in l. & habet. ff. de tutelis cum ſimilibus, & ſic ſtat generalis concluſio ſemper firma, quòd omnes ſignificationes denotantur de proprietate ſermonis, & de propria ſignificatione.

88 Tertia ſuccedit concluſio, †quæ dependet à prædictis, quòd genitiuus capitur in illa ſignificatione quæ magis conuenit ſubiectæ materiæ, cum licet habeat aptitudinem ad plures ſignificationes: tamen aſſumit illam ſolum, & ad illam reſtringitur quæ eſt de intentione diſponentis, & quæ conuenit ſubiectæ materiæ, & hæc eſt concluſio uerisſima, & communiter approbata, & poteſt demonſtrari per multa exempla.

Et primò per exemplum illud. quando teſtator relinquit librum Ariſtotelis. Nam ſi nullus reperitur Ariſtoteles qui habeat, uel poſſideat librum aliquem, & teſtator habeat librum compoſitum ab Ariſtotele ex ſubiecta materia & intentione diſponentis reſtringetur ad ſignificationem ut denotet cauſam efficientem, ſicut dixit glo. in dicta l. quoties. ff. de uerbo. obligatio. in ij. exemplo dum loquitur de amphibologia, & in l. librorum. §. ſi cui ff. de leg. 3. cui ſubijcitur aliud exemplum: quando relinquit corpus Homeri. Nam cum poſſit intelligi de corpore naturali, & de integro uolumine facto ab Homero denotabit uolumen illud confectum ab Homero, & non corpus illud naturale quod per mille annos & ultra deductum fuit in puluerem.

Tertium exemplum ponitur in dicta l. ij. ſecundò reſponſo. de orig. iur. dum fit mentio de iure Papyrij. Nam cum certum eſſet, quòd Papyrius nullum ius condidiſſe, & unum tantummodo ordinaſſet, denotabit ius ordinatum à Papyrio, & cum qualitate ordinationis tantum, non cum qualitate quòd plenè fuerit cauſa efficiens ex intentione legiſlatoris ibi, & ſubiectæ materiæ.

Aliud exemplum in glo. ibi, quando colonus dixit fundum meum ſeu fundum Titij coloni. Nam cum fateatur ſe colonum non denotabit ibi genitiuus dominium: ſed qualitatem illam ſolam de iure colonatus, & erit ſignificatio de proprietate ſermonis ex natura genitiui, quàmuis aliter teneat ibi glo. & docto. licet illa qualitas colonatus minor uidea-
89 tur eſſe quam qualitas dominij. † Et ſolum dicemus quòd potentior eſt ſignificatio, quæ refertur ad dominium, quàm ſit illa quæ refertur ad colonatum, & detentationem. Aliud

exemplum ponitur in dicta leg. ij. de religioſis & ſump. funerum coniuncta leg. oſſa. §. penul. eod. titulo ubi genitiuus denotat dominium, & uſumfructuarium, & habentem ſeruitutem, & ius reale, quia conſtabat quòd actio competens dabatur ad æſtimationem rei, quæ non poteſt priuate niſi dominum uſumfructuarium, & alium habentem ius reale, per quam qualitatem denotatur intentio ipſius prætotis dicentis quòd genitiuus denotaret tantummodo habentes ius reale in illa re, & propter illa uerba prætoris, & ſubiectam materiam reſtringitur ibi ſignificatio genitiui ut non trahatur ad poſſeſſorem uel detentatorem, per quæ exempla potes per te confirmate, & ampliare hanc con-
90 cluſionem concludendo quòd † genitiuus quamuis habeat plures ſignificationes: tamen reſtringitur ad illas, quæ conueniunt ſubiectæ materiæ & intentioni diſponentis, per quam concluſionem aperitur multum, & declaratur materia genitiui, & tu ultra doct. potes dare aliud generale exemplum per quod tanta machina ſignificationum genitiui diſtinguatur, & in oratione certificetur conſiderando quòd nunquàm profertur genitiuus in oratione quin præcedat aliquis terminus à quo ipſe genitiuus regitur, cum de per ſe non poſſit ſtare, cum ſemper dicatur, uel res Titij, liber Homeri, magnanimitas, fortitudo, ſanitas, infirmitas, prudentia Titij, ubertas, ſterilitas agri, pater Titij, filius Titij, dominus Sempronij Stichi & Stichus Semproni, & huiuſmodi qualitates. propterea ex ipſa oratione ſemper apparet reſtrictio genitiui ad illum terminum nominatum, ſeu qualitatem expreſſam, & propter hanc cauſam reſtrictio remanebit multis ſignificationibus, & denotabit tantummodo ſubiectum illius termini nominati, & quòd intelligitur in oratione de patre Titij, uel filio Titij, de ſubiecto magnanimitatis, prudentiæ, & alterius qualitatis, & hæc reſtrictio quæ in omni diſpoſitione contingit ueniet ex uerbis expreſſis diſponentis, & ex exptesſa uoluntate in uerbis. cætera autem exempla ſupra poſita denotant reſtrictionem mentalem quæ ſummitur ex ſubiecta materia demonſtrante tacitam intentionem diſponentis, quæ bene nota: quia ſine eis non poſſet bene intelligi materia genitiui.

91 Quarta eſt concluſio Bart. hic, † quòd genitiuus denotat poſſeſſionem, & detentationem ex communi uſu loquendi, non de proprietate: quam etiam ſequuntur doct. per iura hic allegata per Bar. ſed ego eam ſupra reprobaui dum dixi, quòd imò omnes ſignificationes ueniunt de proprietate ſermonis ex natura genitiui, qui denotat ſubiectum omnium qualitatum nominatarum Poſſet tamen probabiliter dubitari, ut ibi etiam dixi, an communis uſus loquendi uideatur denotare poſſeſſionem & detentationem: quando plures qualitates ſecundum magis, & minus poſſunt conuenire uni ſubiecto, quaſi propria ſit ſignificatio quando qualitas illa in totum conueniit ſubiecto: tamen etiam dixi quòd imò uenit de proprietate ſermonis, & quamuis ſecundum plus & minus qualitates inſint in ſubiecto, nihilominus non tollunt proprietatem ſermonis: ſed tantummodo inducunt quòd una ſignificatio eſt potentior alia: arg. leg. cum quæritur. de ſtatu hominum unde dic. ut ibi.

92 Qniuta eſt concluſio † quòd communis uſus loquendi in genitiuo non debet probari. Bar. enim hoc uidetur ſentire ex eo: quia per auctoritatē illius glo. probat ita eſſe communem uſum loquendi, quaſi per illam glo. probetur. ſed in contrarium allegatur doctrina eiuſdem met Bar. in l. ſi quis ſeruum. ff. de conditionibus & demonſtrationibus ubi dicit quòd communis uſus loquendi eſt quòd conditionis natura ſequitur totum fideicommiſſum, l. j. C. de pactis & tamen dicit debere probari qualis Imperator ita dicat in dicta l. j. Ideo Alex. hic uidetur tenere quòd ſit opus probare hunc communem uſum loquendi. & cum hac reſtrictione intelligit hanc concluſionem Bar. hic. Sed tu dicas quòd quantum ad genitiuum diſputatio eſt inutilis: quoniam ſupra dixi communem uſum loquendi in genitiuo concordare cum propria ſignificatione. unde non eſt opus probare cum proprietas ex natura genitiui ſupra probata fuerit per leges allegatas in prima concluſione.

Nec obſtat doctrina in dicta leg. ſi quis ſeruum. quia loquitur quando communis uſus loquendi eſt ſeparatus à propria ſignificatione, & licèt aliqui in ſubſtantia concluſionis uideantur tenere contrarium: tamen uerior eſt opinio quòd quando eſt ſeparatus à proprietate quòd facti eſt, dependet à conſuetudine, quæ & ipſa facti eſt, & omnino probari debet, ut habetur in cap. final. de conſuetudine in leg. de quibus. ff. de legibus. & in l. j. & ij C. de quæ ſit longa conſuetudo, & qui negat habet fundatam intentionem niſi probetur, nec ſufficit auctoritas glo. ſeu auctoritas docto. niſi bene & perfectè fuiſſent inſtructi de hoc ſermone, imò eſſet opus examinare docto. & notarios, & omnes alios inſtructos de dicto uſu, & conſuetudine, & hæc eſt communis concluſio uera & tenenda. ex quo ſequitur ut dicunt plerique Moderni, hic quòd qui ſe fundat in communi uſu loquendi aſſumit magnum onus, & opus difficile: quia cum difficultate poterūt reperiri homines qui perfectè, & concludenter poſſint teſtificari de illo communi uſu, ſi tamen in ueritate eſſet, & articuli eſſent cum ratione facti poſſet probari, & obtineret qui ſe fundat in eo.

93 Sexta eſt concluſio † reducendo prædicta ad utilitatem, & practicam, quòd ſi ſtatutum reperiatur dicens quicunque receperit rem alterius puniatur in centum, intelligendo per uim, ut ca-

ut caſus Bart. frequeſtiùs poſſit euenire quòd punietur tantùmodo de proprietate ſermonis. ſi uiolenter accepit rem à domino eum expellendo, non autem punietur ſi uiolenter expulerit poſſeſſorem ſeu detentatorem. Sed tamen: quia communis uſus loquendi eſt ut genitiuus denotet poſſeſſorem, & detentatorem ex hac cauſa punietur, etiam expellendo detentatorem, & poſſeſſorem, ut hic per eum, & ſequuntur communiter docto. Sed tamen: quia fundamenta Bar. & Docto. ſupra fuere negata, & reprobata: quoniam de proprietate ſermonis per genitiuum denotatur poſſeſſor, & detentator, ſequitur ex eorum intentione quòd ſemper in tali caſu punietur ille uiolentiam faciens, ſiue expellat dominum ſiue poſſeſſorem ſiue detentatorem, unde nõ eſt opus in hac quæſtione de genitiuo ingredi illam difficultatem, utrum communis uſus loquendi debeat ſeruari in ſtatutis odioſis, & pœnalibus, uel in fauorabilibus, & omnes argumentationes docto. ceſſant in hac parte tanquàm ſine extrà propoſitum, & inutiliter dicta, & propterea ex alia conſideratione oportet præſentem quæſtionem de genitiuo determinare, & quæſtiones, & argumentationes docto. reſſeruare ad aliam materiam conſiderando. Nam iſtud ſtatutum de proprietate ſermonis comprehendit omnes dictas qualitates, ſolum habemus uidere utrũ debeat intelligi generaliter, uel potius debeat reſtringi ad potentiores ſignificationes. Vnde dicendum eſt. Aut militat eadem ratio in poſſeſſore, & detentatore quæ militat in domino, & tunc ſtatutum generaliter intelligetur: quoniam ubicunque militat eadem ratio, diſpoſitio ſpiritualis extenditur ad alios caſus diuerſos habentes eundem effectum, ut per Bar. & docto. in l. omnes populi in 6. quæſtio. prin-
94 cipali. ff. de iuſti. & iure,† ubi ego ultra docto. adducendo infinitas auctoritates feci regulam generalem, quòd omnis diſpoſitio fauorabilis, exorbitans, correctoria, pœnalis, & penitus odioſa, extenditur ex identitate rationis: ergo tanto fortius retinebitur in ſua propria ſignificatione cõprehẽdendo caſus qui de
95 ꝓprietate ſermonis cõtinẽtur in genitiuo †. Si uerò militat diuerſa ratio in poſſeſſore, & detentatore, & alijs ſimilibus, ſtatutum non comprehendet illos caſus: quia ceſſante ratione terminus comprehendens multos caſus reſtringitur ad illos tantummodo in quibus militat ratio, ut per Bar. in dicta l. omnes populi. in 6. quæſtione in materia reſtrictionis. dum format quæſtionem de barbitonſore: quam concluſionem ego latè firmaui per duodecim modos reſtringendi ibi poſitos, & poſt Alcia. in lib. ij. de uerbo. ſignificatio. ſi ergo terminus ſignificans plures caſus reſtringuitur ad aliquos ceſſante ratione, eodem modo genitiuus iſte reſtringetur tantummodo ad illos caſus in quibus militat ratio ſtatuti: quare reſoluendo facias regulam quòd in dicto ſtatuto genitiuus denotabit omnes illas qualitates quæ ei poſſunt conuenire, etiam quòd una ſit maior altera: arg. l. j. §. quòd autem. ff. de aleatoribus. Ampliatur procedere fortius quando apparet quòd militat eadem ratio per prædicta.

Limitatur non procedere quando in aliquibus caſibus ceſſat ratio ſtatuti: quia in illis pœna non habebit locum per prædicta.

Secundò limitatur quando uerba denotantia executionem non conueniunt omnibus ſignificationibus: quia tunc pœna non habebit in eis locum per tex. in dicta l. ij. & l. oſſa §. pe. de religioſ. & ſump. fun.

Tertiò limitatur non procedere quando ſubiecta materia non conueniret aliquibus ſignificationibus, ut probatur in pleriſquè exemplis ſupra poſitis in alia concluſione, & hæc procedunt ſecundum opinionem ſupra per me firmatam.

96 Veruntamen † quia communis eſt opiniò ꝙ dictę ſignificationes genitiui ueniunt ex ſignificatione ex communi uſu loquendi: qui forſan in practica ſeruaretur, unde dubitatio eueniret an tale ſtatutum haberet locum in detentore, & poſſeſſore, & articulus eſt dubius inter docto. Ideò placet eum examinare. Et pro opinione quòd per ſtatutum concedatur actio ſoli domino ſpoliato, & non alijs adducitur tex. in dicta l. ij. ff. de religioſ. & ſumpt. funer. ibi, ille ſermo in fundum alterius conce dit actionem ſoli domino, poſſeſſori uerò non competit: quia hæc eſt propietas genitiui. Sed ad iſtum tex. dantur plures reſponſiones. Primò reſpondet Are. in procemio inſtitutionum, quòd illud non euenit ibi ex natura genitiui. ſed propter pronomen alienum de quo loquebatur edictum prætoris, & uerbum alterius, reduci debet ad eius ſenſum, quàm reſponſionem Iaſ. dicit nihil afferre, & confirmat Marianus: quia licet genitiuus referat dictum pronomen alienum, tamen clarè oſtendit quòd ſolum dominium importat, cum demonſtret eiuſdem eſſe importantiæ pronomen alienum, & genitiuus alterius, & uidetur probari in dicta l. qui abſenti. §. j. de acquir. poſſeſſio. qui hæc duo æquiperat, licèt aliqui uideantur ſentire quòd contrarietur. Vnde ſecundò reſpondet Iaſ. quòd ibi non datur poſſidenti actio: quia eius non inter erat: ſed ſi interfuiſſet daretur ſicut, & uſu fructuario conceditur, dicta l. oſſa. §. non ſalum. Sed Ruy. negat non intereſſe ex eo: quia poteſt priuari poſſeſſione, cũ res deſinat eſſe in commercio, & licèt Marianus uelit ꝙ imò ibi non intererat, cum clarè conſtaret quòd nõ erat dominus: tamen uerit. eſt ꝙ imò ibi poterat intereſſe: quia non tãtum poterat turbari in poſſeſſione, ſed priuari poteſtate percipiẽdi fructus, cum forſan eſſet colonus, uel alius qui ſaltẽ ex permiſſu domini poterat percipere fructus. ideo uideretur quòd actio etiam ipſi do-

ꝑeret competere.

97 Vnde † tertiò modo reſpondet Ruy. dicens quòd ibi non denegatur actio poſſeſſoria, ſed ſolum dicit quòd datur actio domino per edictum, uel ſtatutum. Nam licèt non detur actio ad æſtimationem rei iux. l. is qui. in principio. eodem titulo, tamen poteſt dari actio ad intereſſe, uel ut ſoluatur, uel ut cadauer tollatur; iuxta dictam l. is qui. nec eſt nouum in iure negari alicui actionem uno reſpectu, & ex alia lege uel cauſa concedi, ut habetur in l. j. in principio in glo. qui bona fide. ſupra de ſeruo corrupto, quæ dicit actionem ad intereſſe dari; licèt illa actio de qua in illo tex. non detur. Idem tenuit Bar. poſt glo. in l. ſi cui. ſ. fi. infra de fur. dum reducit ad concordiam tex. in l. cum res. ſ. j. eo. titulo. Sed hanc reſponſionem impugnat hìc Hermanocius negans quòd eadem actio denegetur bonæ fidei poſſeſſori, & ultra ipſum Marianus etiam repræhendit: quia ille tex. ſimpliciter negat actionem poſſeſſori dari: ergo ſimpliciter, & generaliter intelligitur de qualibet actione ex illo edicto deſcendente, nec alicubi in toto illo titulo illa diſtinctio actionum reperitur.

Nec obſtant iura per Ruy. allegata: quia loquuntur quando contradictio eſt in eis, & propter concordiam fit illa interpretatio. Sed tamen poſſet ſuſtineri reſponſio Ruy. cum ſi nos uideamus illam actionem ſoli domino permiſſam in dicta l. ij. competere etiam uſufructuario, & habenti ſeruitutem, uidetur quòd debeat dari poſſeſſori ſaltem utilis ex illo edicto, cum intereſſe poſſit euenire, & probatur argu. dictæ l. j. ſ. non ſolum. ff. de arb. ceden. & ſ. illud. & ſ. cæterum. & ſ. fi. inſti. de lege Aqu.

Quartò modo tu potes reſpondere utſupra dixi, quòd illa actio non competit bonæ fidei poſſeſſori ex eo: quia ei non poteſt conuenire: quoniam cum detur ad æſtimatione rei, dicta l. is qui, quæ æſtimatio non poteſt adaptari ipſi poſſeſſori, cum alia ſit æſtimatio rei, alia poſſeſſionis, ſ. fi. inſti. de ui bonorum raptorum cum glo. dominium. & l. ſi duo. in infra uti poſſidetis, ſequitur quòd non intelligetur de bonæ fidei poſſeſſore propter ſubiectam materiam actionis conceſſæ quæ contrariatur, & ſic ibi reſtringitur ad dominum: quia natura actionis non poteſt conuenire poſſeſſori, non quòd illud ſit ex natura genitiui, & cui non conueniunt uerba, nec etiam conuenit diſpoſitio l. quòd conſtitutum. de militari teſtam. & l. iiij ſ. toties. ff. de damno infecto.

Quintò etiam poteſt reſponderi utſupra, quòd ideò ibi non datur actio poſſeſſori: quia dominus offenditur per illationem corporis, & priuatur dominio quàmuis non ſit in poſſeſſione, cum res deſinat eſſe in commercio, & efficiatur nullius, dicto. ſ. religioſa. inſtit. de rerum diuiſione. ideò cum concurrat dominus & poſſeſſor, præferri debet dominus maximè: quia intereſſe poſſeſſoris uenit in conſequentiã & dominus principaliter priuatur. in caſu autem noſtro dominus non priuabatur dominio ſuo ſi poſſeſſor erat ſpoliatus, uel colonus, & cõmodatarius, cum ad huc remaneret dominus, & ſic tex. loquitur in diuerſis terminis, & ex natura ſubiecti reſtringitur ad dominum.

Sextò etiam poteſt reſponderi, quòd non concludit de genitiuo in qualitate dominij tantum: quoniam poteſt conuenire uſufructuario, & habenti quamlibet ſeruitutem: ergo apparet quòd non conſideratur natura genitiui, ſed alia ratio pendens à ſubiecta materia, & intentione prætoris, & propterea apparet quòd non probat concluſionem Bar.

98 Secundò pro iſta parte adducitur tex. in leg. qui abſenti, ſ. j. de acquir. poſſeſſio. qui dicit quòd poſſidens tradens rem ſub conditione, ſi res erit tradentis, ipſe non transfert poſſeſſionem ſi res erit aliena: ergo genitiuus denotat dominium de proprietate, & per conſequens ſtatutum dabit actionem ſoli domino ſpoliato arg. l. non aliter, de leg. 3. Sed reſponderi poteſt quòd illud ibi eſt ex eo: quia ſubiecta materia ut dictum fuit non conuenit poſſeſſori. Nam ſi ipſe tradens erat in poſſeſſione non poterat genitiuus denotare niſi dominium cum de poſſeſſione nulla erat dubitatio. Sed in ſtatuto noſtro uerba poterant adaptari ſimul ad dominum ſpoliatum, & ad poſſeſſorem, uel commodatarium ſpoliatum. ideò de omnibus poterat intelligi. Alias reſponſiones ponunt hìc Mod. Sed hæc eſt magis concludens.

Tertiò adducitur tex. in lege ſi domus. ſ. j. de leg. j. ubi dicitur quòd emphyteuta poteſt legare fundum municipum ipſis municipibus, & ſic genitiuus municipum denotat dominium nedum ſimpliciter: ſed dominium directum. Sed reſpondetur quòd ibi denotat dominium propter ſubiectam materiam: quoniam emphyteuta habebat utile dominiũ ut præſuponitur ibi, & clarè conſtabat dominium directum tantum ſpectare municipibus, Sed in caſu ſtatuti uerba poterant adaptari ad dominum directũ & utilem poſſeſſorem, conductorem, & alium detentatorem, ideò de omnibus uidetur quòd debeat intelligi ſtante maximè identitate rationis inducente ſtatuentes ad ita diſponendum.

Vnde quartò adducitur tex. in l. j. ſ. item Pomponius. ff. nautæ, caup. & ſtab. ibi, etenim magis intereſſe noſtra reſtitui, quàm contrariorum ſunt, & ſic demonſtrat quòd ibi illi commodatarij habent actionem, & tamen non ſunt domini. dominus uerò habet ex diſpoſitione ſtatuti illius editi, alij uerò habent ex communi uſu loquendi. Sed reſpondetur quòd imò ille tex. totus intelligitur cum ſit pœnalis materia
99 de proprietate ſermonis. † Et licèt ibi præſupponatur quòd commodatarij, & conductores non ſint domini, non tamen denegatur quòd res eorum non ſit certo reſpectu, & uerificatur

uerbum

uerbum cuiuſquè in eis quòd non ueniant in diſpoſitione genitiui, ut ibi dicit tex. Sed comparando iſtos poſſeſſores dominus dicuntur ipſi rem alienam habere, quando autem cõparantur alijs qui nihil iuris habent dicuntur habere rem ſuam, quamuis domini maius ius habeant, quàm alij. & probatur hoc per tex in d. l. oſſa. §. non ſolùm. ubi clarum eſt, quòd habens ſeruitutem non eſt dominus rei: quia res propria non poteſt domino ſeruire l. uti. frui. ff. ſi uſusfruct. peta. & tamen ſub genitiuo alterius continetur, ut probatur coniungendo dictum. §. non ſolum. cum dicta l. ij. Et idem poteſt dici de uſufructuario, qui uenit ſub genitiuo alterius, & tamen non eſt dominus. unde per hanc conſiderationem poſſunt tolli omnes oppoſitiones, quæ poſſent fieri, ut iſti poſſidentes habeant rem alienam: ergo per genitiuum non poſſunt denotari, qui denotat dominium ne ſit contradictio: arg. tex in l. rem alienam. ff. de pignor. actione. Nam reſpondetur quòd comparando dominis, iſti dicuntur habere rem alienam. l. officium. de rei uendicatione: ſed comparando ad eos qui nihil iuris habent reputantur habere rẽ propriam propter ius quod habent in re: arg. no. per glo. in dicta l. ij. in glo. nota argumentum. ff. de origine iuris, facit tex. in §. interdum. uerſi. aliquando. inſtitut. de obligatio. quæ ex delicto naſcuntur.

Quintò pro iſta parte adducebat Marianus hic quòd ſtatuta pœnalia debent propriè, & ſtrictè intelligi circunſcripta conſuetudine, l. ſi præſes. & l. ſi de interpretatione, infra de pœnis: ergo debet intelligi de dominio tantũ. Sed reſpondetur negando quòd poſſeſſor non ueniat de proprietate ſermonis ut latè dixi in 3. concluſione, & ſtatutum pœnale comprehendit omnes caſus qui ueniunt de proprietate ſermonis, etiam quòd maior ratio ſit in uno quàm in alio l. j. §. quod autem. ff. de aleato. & l. j. & l. fi. ubi Decius. & ego dixi. C. de edendo.

Vnde ſexto per Ruy. adducitur quòd ſtatutum loquens de re non poteſt uerificari reſpectu poſſeſſionis, ex quo aliud eſt res, & aliud poſſeſſio rei, dicta l. ſi duo. in fi. infra uti poſſidetis:
101 ergo uerificabitur in ſolo domino †. Sed reſpondetur quòd eſt deceptio. Nam uerum eſt quòd poſſeſſor non habet ipſam rem reſpectu dominij; tamen ipſam rem corporaliter tenet, & ipſe qui ſpoliauit eum dicitur priuare ipſa re, quam corporaliter tenebat, & ſi quis ſpoliat dominum de ſua re, & poſſeſſorem de ſua, & detentatorem de ſua, dicitur æqualiter rem alterius corporaliter recipere, licèt læſio dicatur uaria in ſpoliatis propter uarium ius.

Vnde ſeptimò adducitur: quia magis ſolemus fauere domino rei quàm poſſeſſori. lege ſi quis emptionis. §. j. C. de præſcrip. triginta uel quadriginta annorum, ubi qui mala fide præſcripſit ſi cadit à poſſeſſione poteſt uendicare à ſimplici poſſeſſore, & non à domino.
102 Sed † reſpondetur quòd in hoc etiam eſt deceptio ex eo: quia non magis fauemus ſi concurrit dominus ipſe, & poſſeſſor: ſed quando non concurrunt, & æqualiter ſtatutum poteſt comprehendere ſeparatim dominum, & poſſeſſorem, uerificatur in quocunquè, per iura infrà adducenda.

Octauò adducitur tex. in l. j. §. j. ff. de fur. ubi in diffinitione furti dicitur quòd furtum eſt contrectatio rei alienæ, uel uſus, uel poſſeſſionis ergo appellatione rei non uenit poſſeſſio, & per conſequens ſtatutum loquens de re non cõprehendit poſſeſſorem. Sed reſpondetur quòd adhuc eſt deceptio. Nam uerum eſt quòd poſſeſſio differt à re ipſa ſeu à dominio. Sed quando quis ſpoliat poſſidentem rem ipſam, dicitur apprehendere æqualiter ſicut ſi dominum ſpoliaſſet, ut dictum fuit, cum æqualiter corpus ipſius rei tranſeat ad ipſum ſpoliantem, & uterquè æqualiter priuetur corpore ipſius rei raptæ.

Nec obſtat quòd ibi fiat mentio de uſu, & poſſeſſione: quia procedit quando commodatarius, uel creditor utuntur re ad alium uſum. Nam cum non habeant intentionem priuandi dominum in totum re ipſa, non dicuntur contrectare rem, ſed ſolum uſum, & poſſeſſionem. ſed quando extraneus ſurripit rem à non domino: quia intendit rem in totum penes ſe retinere, dicitur contrectare rem alienam, licèt minus lædatur qui minus iuris habet, quàm dominus, & actio datur ad æſtimationem poſſeſſionis non uſus, ut inſti. de ui bonorum raptorum. §. fi. cum glo. dominium. Vnde apparet quòd fundamenta adducta pro iſta parte non probant hanc opinionem, quòd ſtatutum loquens de re alterius, de proprietate ſermonis comprehendat dominum tantum.

103. Quamobrem Iaſ. hic tenuit † contrariam opinionem quòd imò de proprietate ſermonis circumſcripto uſu loquendi, ſtatutum in caſu Bar. comprehendit dominum, & poſſeſſorem, & quemlibet detentatorem, & unicuiquè ſpoliato dabitur actio ex illo ſtatuto. Et pro iſta opinione primò adducitur tex. in dicta l. prima coniuncto §. pen. nautæ caupo. & ſtabul. ubi illa uerba quòd cuiuſque receperint, uerificantur in depoſitario, & commodatario, & quolibet poſſeſſore, & detentatore, & dicere quòd ibi eſt propter communem uſum loquendi eſt uiolare illum tex. quia hoc non ſentit, nec exprimit. Sed ad iſtum textum reſpondent communiter docto. quòd ibi genitiuus non cauſat deciſionem illam, cum non referatur ſimpliciter ad rem, ſed etiam ad factum perſonæ, & exponuntur illa uerba quòd cuiuſquè, id eſt, à quocunque ſaluandum quid receperint. propter quam expoſitionem uerba dicuntur conuenire domino rei, & omnibus poſſeſſoribus, & habentibus ius in re, non autem propter ſolum

genitiuum.Et licèt in §. ait prætor. nerba quod cuiuſquè expouantur, id eſt, cuiuſcumque rem, & propterea uideatur falſum uerba illa referri ad factum perſonæ, ut dicebat hic Hermanocius: tamen reſpondet hic Marianus quòd illa reſponſio, id eſt, quicunquè rem, fit reſpectu illius relatiui quod, ſed non impeditur quin alia uerba cuiuſcunquè ſaluũ fore receperint. poſſint referri ad factum perſonæ.

Secundò reſpondet Hermanocius quòd in §. j. eadem l. dicitur neceſſe eſt fidem eorum ſequi, & rei cuſtodiam tradi, & ſic ponitur res abſolutè, & ſimpliciter non reſpectu domini tradentis. ſcilicet replicat idem Marianus ꝙ licèt ibi non dicatur res alicnius: tamen ſatis eſt quòd iam erat dictum in principio, & poſſunt exponi ſi aliud non extaret res cuſtodiæ tradi. ſcilicet per dominũ. Tu autem dicas ꝙ nulla reſponſio eſt bona, quòd imò ille tex probat concluſionem Iaſ. & communem ex eo: quia tex. dicit quòd cuiuſquè, ſaluum receperit.

Nec obſtat expoſitio à quocunquè ſaluandum acceperit: quia ultra quòd eſt uiolatiua non tollit uim genitiui, alioqui nunquàm genitiuus comprehenderet alios caſus, cum ſemper reſſolui poſſit in aliquam orationem, & uerbum ſicut nos uidemus in l. ij. de religioſ. & ſump. funerum ubi dicitur in fundum alterius, & in principio dicitur in alienum fundũ intulerit, ac etiam ibi referatur factum ipſius inferentis, & tamen non impeditur uis genitiui: quia uerbum cuiuſquè, intelligitur de ſeruo, uel libero maiore, uel minore maſculo, & fœmina, & ſic de quocunque homine cuiuſcunque conditionis, non de iure ipſorum, & uerbum cuiuſquè, ſimiliter de hominibus uariarum conditionum intelligitur, non de habentibus uarium ius. Item dicta expoſitio non conuenit uerbis, ideò oportet dicere quòd ibi omnes illi comprehenduntur ex natura genitiui, & ſic probat.

104 Secundò † pro iſta parte adducitur tex. in dicta l. ij. §. in hac. ff. ui bonorum raptorum ubi genitiuus cuiuſquè bona concedit actionem cuicunque domino poſſeſſori, depoſitario & commodatario. Reſpondebat Ruy. quòd ille tex. in §. in hac. refertur ad primum caput illius edicti ſi quid damni datum fuit ad ſecundum caput, quæ reſpoſio uerè nihil eſt: quia imò clarè ille tex. refert ſe ad ſecundam partem ſcilicet ad bona rapta, ut patet, ibi. & interſit mea ea non auferri, & ibi, ea non capi, & ibi, res ablata, ut hic per Hermanocium, & bene. Vnde reſpondetur ſecundò per Marianum quòd ibi illud eſt: quia Iuriſconſultus ita extendit, & declarat: quaſi contrarium fuiſſet dicendum, niſi extendiſſet, uel ſic declaraſſet, at in caſu noſtro ſtatutum non extenditur nec declaratur. ſed ſimpliciter dicitur, ſi quis ceperit rem alterius, quæ reſponſio, & ipſa eſt ſomnium. Nam [illegible]i Iuriſconſultus exponit uerbum edicti prætoris. non autẽ legem ſuam. Et eſt idẽ ac ſi unus Iuriſconſultus uellet exponere prædictum ſtatutum, & Vlp. quando exponebat illud edictum non habebat poteſtatem condendi legem: ſed ſolum interpretabatur tanquàm ſimplex doctor. ut in ſimili notatur in l. Gallus, ubi dixi de lib. & poſthum.

Vnde alia datur reſponſio quòd ille tex. procedit de iure. C. in quo larga debet fieri interpretatio, per §. j. inſti. ui bonorum raptorum & quælibet uiolentia punitur. Sed hic ſumus in caſu ſtatuti in quo debet fieri ſtricta interpretatio quo ad pœnam eius, quod ſimiliter eſt uerum ſomnium. Nam ibi fit interpretatio edicti prætoris in materia uiolentiæ, & in hoc ſtatuto ſimiliter fit interpretatio in materia uiolentæ, unde ſi ibi extenditur ad latam ſignificationem, in hoc etiam ſtatuto deberet extendi, & ſic concludenter probat prædictam opinionem. quare &c.

105 Tertio † pro iſta opinione Iaſ. adducit tex. in l. lex Cornelia. §. domum. ff. de iniurijs ubi illa uerba ſi domus illius ui introita fuerit comprehendunt etiam poſſeſſorem, conductorem, & gratis habitantem.

Vltimò demum reſpondetur quòd uerbum domus, in iure noſtro capitur pro habitatione, ut probatur in l. qui domum. infra de adulterijs. facit lex nec in ea §. ius occidendi. eodem titulo. & l. j. §. domum. ſupra de alea. luſu, & aleatoribus. Vel ſecundò reſpondetur ſecundum Maria quòd in illis iuribus domus capitur pro domicilio, & ideò uenit in diſpoſitione genitiui. Sed iſte reſponſiones non ualent: quia eſt expreſſa uiolatio literæ, quæ intelligitur de ædificio ipſo introito. Item eſto quòd domus capiatur pro habitatione reſpectu affectus, tamen non poteſt tolli quin res ſit ſeparata ab habitatione, per l. ſi domus. de leg. j. & §. j. inſti. de uſu, & habitatio. & ſemper domus ſit res quæ uiolenter ſubtrahitur, & ſicut in fundo intelligeretur de ipſa terra, ità intelligeretur de domo reſpectu domini, non autem reſpectu poſſeſſoris, & tanto magis: quia ſumus ibi in odioſis, & pœnalibus, & domus debet cap. pro ædificio nõ poſſeſſione, iux. tex. in l. ſi domus. de leg. j. Ideò concludenter probat opinionem prædictam.

106 Vnde † quartò adducitur tex. in l. j. §. non ſolum. de arbo. cedend. ubi illa uerba in ædes illius, uerificantur in uſufructuario: ergo genitiuus denotat dominium & poſſeſſionem etiã in pœnalibus. Sed reſpondet Ruy. quòd illud eſt propter extenſionem Iuriſconſulti, qui poterat extendere, & non homo, & declarat Bar. in l. ij. §. ſanè. de ſacroſanct. eccleſ. Sed replicatur ut ſupra quòd imò Vlpianus non poterat extendere: quia non habebat poteſtatem condendi legem ſicut latè declaraui poſt alios in l. Gallus. ff. de lib. & poſthum. ſequendo opinionem aliquorum Mod. ibi quòd Gallus in-

terpretatus fuit, non nouum ius condidit.

Secundò reſpondetur ſecundum Marianum, qui de prædicta reſponſione, uidetur dubitare, quòd in illis iuribus genitiuus denotet dominium.cum uſufructuarius ſæpe ueniat appellatione domini, l. in uenditione. in principio de bon. auctor. ind. poſſ. Sed de eo non eſt arguendum ad ſimplicem poſſeſſorem : qui nullo modo dicitur dominus, & ita uidetur extendere communem opinionem ad uſumfructuariũ & habentem ſeruitutem, dicta l. oſſa. §. ſi.quæ reſponſio falſa eſt ex eo : quia uſufructuarius dicitur dominus propter ſeruitutem quam habet res : tamen dicitur aliena, & dominium eſſe alterius, cum res ſua nemini ſeruiat l. uti fun. ſi uſusfructus petat. unde neceſſarium eſt dicere quòd ibi uſusfructuarius includatur ex natura genitiui : qui denotat omne ius quod poteſt haberi in re de proprietate ſermonis; conueniens ſubiectæ materiæ læſionis, unde ſicut ibi denotatur uſufructuarius, eadem ratio oportet concludere quòd referatur ad poſſeſſorem legitimum qui habet ius retinendi; & lædi poteſt, quàmuis raro eueniat quòd poſſeſſor alienus notus poſſit prætendere illud intereſſe, niſi eſſet conductor ad longum tempus, & hac ratione dicitur ibi de ſolo uſufructuario, tamen in ratione probat generaliter concluſionem Iaſ.

Quinto pro iſta opinione adducitur quòd in iſtis ſtatutis mens ſtatuentium eſt uelle punire omnem iniuriam: quia non eſt credendum quòd noluerint punire uiolentiam domini magis quàm aliorum, cum ratio diſponendi ita militet ſi ſpoliatus ſit poſſeſſor ſicut dominus; reſpondent docto. quòd illa diſſimilitudo non eſt attendenda, cum uerba ſonent in contrarium à quibus in dubio non eſt recedendum. l. non aliter. ff. de leg. iij. & licèt ſtatuentes uoluerint audaciam appræhendentis punire, non tamen hoc ſimpliciter fuit diſpoſitum : ſed ſolum in fauorem proprij domini, quæ reſponſio parum affert ex eo : quia parum intereſt quãtum ad delictum committendum an dominus uel alia perſona deijciatur, & ideò æqualiter datur interdictum ad recuperandum poſſeſſionem, ut uidebitur in l. naturaliter. §. nihil commune. de acquir. poſſeſſ. & in cap. in literis. de reſtitu. ſpoliatorum ubi dicitur quòd prædo ante omnia eſt reſtituendus. Ideò etiam probat concluſionem prædictam.

Sextò etiam pro iſta opinione adducitur per Iaſ. quòd furtum dicitur eſſe contrectatio rei alienæ, & tamen actio furti datur ſpecialiter tam bonæ fidei poſſeſſori, quàm uſusfructuario. l. is cuius. ff. de fur. & §. antepen. inſti. de obligat. quæ ex delicto naſcuntur. Reſpondet Hermanotius, quòd imò furtum eſt etiam contrectatio poſſeſſionis, ut probat tex. in diffinitione. Sed tu replica quòd hoc uerum eſt quando ipſe commodatarius, & poſſidens contrectat animo reſtituendi quandoquè domino, ut probatur in §. furtum. & §. placuit, & §. interdum. uerſi. aliquando. inſti. eo. titulo de obligatio. quæ ex delictó naſcuntur. qui cum habeat animum reſtituendi rem, eam non uidetur contrectare. Sed quando alter capit rem animo eam lucrandi in totum, ſeu ſurripit rem pro ſua plena commoditate, æqualiter dicitur furtum committere de re aliena. & de dominio non de poſſeſſione.

107 Ex quibus patet † quòd opinio Iaſ. contra communem uerior eſt, quòd in dicto ſtatuto circumſcripto communi uſu loquendi, adhuc tamen genitiuus denotat poſſeſſionem, & detentationem, Et hanc opinionem ego puto ueriſſimam per aliam rationem : quia omnes iſti caſus de proprietate ſermonis æqualiter comprehenduntur, & in eis debet uerificari ſtatutum per l. j. §. quòd ait. ff. de aleatoribus, & maximè militante eadem ratione per no. in dicta l. omnes populi. in 6. quæſtione principali. ff. de iuſti. & iure. quam opinionem potes confirmare ut per Niconicium hic num. 191. uſquè ad num. 200. qui adducit decem alias rationes licèt remotas : tamen ſatis bonas pro confirmatione, ut hic latius per eum, & tanto fortius poſteà procedit præſuppoſita communi opinione: quando eſt communis uſus loquendi : quia ſi contradicit proprietati debet ſeruari

108 † fortius ſi concurrit cum proprietate, & communis uſus loquendi attenditur etiam quòd pœna ſtatuti debeat applicari uel fiſco, uel alteri non læſo; quàmuis Alcia. & Alexand. uideantur reſtringere : quando pœna applicatur læſo. Item procedit etiam quando ſtatutum requirit accuſatorem ex eo : quia uidetur ſtatutum illi applicare pœnam ſecundum eú, quàmuis non bene probet quòd ſi ſtatututum requirit accuſantem quòd pœna applicetur ei. Item procedit quando ſtatutum dicit quòd pœna applicetur damnum paſſo: quia per illa uerba omnis ille cuius intereſt, uidetur uocatus, ut patet in §. hęc actio. inſti. de obligatio. quæ ex delicto naſcuntur, & in dicta l. is cui. ff. de furtis. & §. pen. uel finali cum glo. dominium. in

111 ſti. ui bonorum raptorum. niſi ſit dictum quòd actio detur ad æſtimationem ipſius rei. Nam illo caſu ſolus dominus uidetur uocatus per tex. in dicta l. ij. & omnis alius qui habet ius reale in re per dictam l. is qui. de religioſ. & ſump. funer. ſecundum unam declarationem ſupra poſitam, & licet æſtimatio fiat etiam in poſeſſione : tamen non eſt æſtimatio rei. leg. ſi duo. in fine. ff. uti poſſidetis. & dicto. §. fin. inſti. ui bono. rapto.

109 Item † procedit etiam quòd dominus capiat rem propriam de manu poſſeſſoris, quàmuis Alciatus & cæteri contrarium in hoc uideantur tenere : quaſi non ingrediantur rem alterius : ſed rem propriam. Tamen uerior eſt opinio quòd ipſe comprehendatur in ſtatuto ex eo : quia ſatis dicitur recipere rem [illegible]rius cum

illa pertineat ad poſſeſſionem, ut eſt tex. in §. interdum. inſti. de obligatio. quæ ex delicto naſcuntur. uerſi. alioqui. cum glo. ſua ubi dominus ingrediens rem ingnoratam tenetur furti, & tamen in diffinitione dicitur quòd eſt contrectatio rei alienæ, quæ concluſio ſaltem procedit ex ui extenſioois ut competat utilis actio ad finem, ut impediatur uiolentia: arg. tex. in §. quia tamen, & in §. ſed nedum. inſti. ui bonorum rapto. coniuncta l. ſi quis in tanta. C. unde ui. facit tex. in l. j. §. non ſolum. ff. de arbo. cedend. Similiter procedit dicta concluſio etiam ſi ſtatutum diceret de damno dato ſtetur iuramento damnum paſſi. Nam ſub ille genitiuo damni paſſi. continebitur dominus, & poſſeſſor, & quilibet alius cuius intereſt. Similiter procedit dicta concluſio in interdicto, ut ſi interdicatur terra Regis: uidebitur inter dicta terra in qua habet dominium, & poſſeſſionem, & uſumfructum, & ſolam iuriſdictionem, ut per glo. in cap. j. in uerbo terram propriam. de poſtulatio. prælatorum. & ibi per Abb. & alios. Facit etiam ratio: quia rigor ſeruandus eſt ut non rumpatur neruus eccleſiaſticæ diſciplinæ, cap. cum iuter. de conſuetudine cum ſimilib.

110 Septima † eſt concluſio generalis ad cognoſcendum quomodo capiatur genitiuus in ſtatutis pœnalibus, uel odioſis. in quo tu breuiter ultra docto. reſoluendo omnia contraria, & adhærendo his quæ ſupra dixi concludas. Aut ſtatuta ipſa continent materiam non conuenientē niſi uni ſignificationi, & tunc capietur genitiuus in illa ſignificatione ſola, ſiue ſignificet dominium, ſiue poſſeſſionem, ſiue cauſam efficientem, uel aliquam aliam qualitatem ſubiecti. ut probatur in tota rub. noſtra, & facit glo. in dicta l. ij. de origine iuris, & in dicta l. quoties in ſtipulationibus. de uerbo. obligatio. & tex. in dicta l. j. §. j. de leg. iij. Item reſtringetur ad dominium directum tantum per exemplum poſitum in lege ſi domus. §. fi. de leg. j. & eſt tex. in dicta l. qui abſenti. §. j. de acquir. poſſeſſ. ubi quia ille qui poſſidebat proferebat uerbum ſi erit mei tradentis, intellitur de dominio: quia ſine uſufructu ſubiecta materia aliter non poterat adaptari. Et idem erit quando dicitur ſi capiatur filius alterius. Nā intelligetur de patre, & de eo qui habet patriā poteſtatem iure Rom. dicto. §. interdum coniuncta diffinitione furti. inſti. de obligatio. quem ex delicto naſcuntur, & generaliter quando una tantum ſignificatio adaptatur ſubiectæ materiæ, & intentioni proferentis illa tantum aſſumetur. Sin autem eueniat quòd ſubiecta materia poſſit adaptari pluribus ſignificationibus, tunc inſpiciendum eſt utrum factum in ſtatuto punitum offendat indiſtinctè dominum ſiue poſſideat ſiue non poſſideat. Nam tunc dabitur actio ſoli domino, & alteri habenti ius reale, ut di[illegible] in dicta l. ij. coniuncta l. oſſa, §. pe. de religioſ. & ſump. funerum, ſecundum aliam declarationem quam ſupra dedi, & eſt ratio: quia cum offendatur dominus ipſe uidetur concurrere cum poſſeſſore, unde præferendus eſt tanquàm habens maius ius in re, & maximè quia offenſio poſſidentis non uenit principaliter: ſed in conſequentiam. & idcò ſi aliqua actio danda eſt poſſeſſori, debet concedi utilis ex quadam extenſione propter æquitatem. ſicut in ſimili dicitur de lege Aqui. in qua ceſſante proprietate uerborum datur actio utilis, ut no. in §. pe. & fi. inſti de lege Aquilia, & hoc modo ſaluari poteſt opinio Ruyn. dum uolebat quòd actio competeret poſſeſſori ad intereſſe ſuum. Nam poterit ſaluari in utili actione extenſione per æquitatem facta, ſin autem factum punitum in ſtatuto non offendit niſi ex eo quòd poſſidet, uel quando poſſidet, & ſi offenditur poſſeſſor non læditur dominus in iure ſuo, ut contingit quando ſpoliatur poſſeſſor, capitulo ex literis. de reſtitutione ſpoliatorum. quàmuis aliquando ſi poſſideat ciuiliter priuetur dominus poſſeſſione ſua, iux. not. in l. colonus. infrà de ui, & ui armata, & tunc ſtatutum intelligitur generaliter ut comprehendat dominum, ſi ſpoliatur ac poſſeſſorem, detentatorem, habitatorem gratis, & omnem alium qui per uiolentiam grauatur, non tantum ex propria ſignificatione genitiui, ut ſupra. ſed etiam ex intentione ipſorum ſtatuentium, qui ſi fuiſſent interogati, ità reſpondiſſent: arg. glo. in l. tale pactum. ff. de pactis. & per iura allegata per Iaſ. cum probatio. & reſponſio. ſupra traditis, & per rationes etiam quas poſuit Niconicius in dicto. num. 191. per duas columnas. quæ concluſio procedit tanto fortius exiſtente communi uſu loquendi: quia ipſe unitur cum proprietate. Sin autem non appareat generaliter de hac offenſione, tunc facias regulam generalem ut ſupra. quòd ſtatutum uerificatur in qualibet ſignificatione genitiui æqualiter. ampliatur quando militat eadem ratio. limitatur ut ibi, & in alijs caſibus ſupra traditis.

111 Octaua † eſt concluſio generalis ad omnia ſtatuta quòd quando reperitur proprietas uocabuli diuerſa à communi uſu loquendi in ſtatutis, generaliter uerba intelliguntur ſecundum uſum communem loquendi, quam concluſionem accidentaliter ponit Bar. hic propter genitiuum. Sed docto. eam generaliter ponunt in alijs caſibus ultra genitiuum firmando concluſionem, quòd tā in fauorabilibus, quā etiam in odioſis correctoriis, & exorbitantibus, communis uſus loquendi attenditur in ſtatutis. dicta l. librorum. §. quod tamen Caſſius. ff. de leg. iij. & l. Labeo. ff. de ſupelectili legat. & glo. in dicta l. ij. de origine iur. per l. anniculus, & l. ut Alphenus. de uerbo. ſignificatio. & l. in ſeruis legatis. §. fi. ff. de leg. iij. & l. ſi ita fuerit libertas. de fideicommiſſarijs libertatibus.

tatibus. & l. cum de lanionis. §. aſinam. de fundo inſtructo, & per multa alia ſimilia latè cumulata hic per Niconicium num. 204. & ſequuntur communiter doct. hic, & io rubr. ff. ſolot. matrimonio cum concordantibus poſitis per eundeoi Niconicium dicto numero. 204. io tantum quòd communis uſus loquendi præfertur cuicunquè propriæ ſignificatiooi, ut eſt glo. in dicta leg. librorum. & in lege liberorum.de uerbornm ſignificatione, & nota. in cap. j. de iureiurando. in 6.& in cap. quàmuis de uerbo. ſignificatione, & cap. quàmuis.ij. q. 7. & Marianus poſuit hic oum. 86.

112 Sed huic concluſioni obſtant † quatuor iura quæ uidentur eam turbare, uidelicet tex. in l. ſi dictum. ff. de euictionibus ubi ſecundum opinionem uulgi promiſſio requirit ſatiſdationem, & tamen oon admittit tex. illam opinionem.

Idem dicitur in l. ita oolneratus. ff. ad leg. Aquiliam ubi ſecundum opinionem uulgi omnis dicitur occidiſſe, qui cauſam mortis præbuit, & tamen ibi non amittitur: quia in lege Aquilia ille ſolus dicitur occidiſſe, qui corpore proprio cedem alteri dedit, taliter quòd ſi non dedit corpore non competit directa actio.

Tertiò facit tex. in l. Item ſi prætor. ff. de ſuis, & legitimis, ubi nepotes concepti poſt mortem illius de cuius hæreditate agitur non admittuntur ad ſucceſſionem taoquàm cognati, licèt de conſuetudine ſoleant appellari nepotes, & ſic communis uſus loquendi non attenditur.

Quartò facit glo. in l. quod ſi nepotes. de teſtamentaria tutela: quæ dicit quòd illa diuerſitas tradita per Iuriſconſultum ꝙ aliud eſt dare tutorem filijs aliud dare nepotibus, & aliud liberis, non cadit iu ſenſum idiotæ. & ſic præſupponit quòd appellatione filiorum ſecundum communem uſum loquendi ueniaot nepotes, & pronepotes, ut dicit tex. in l. liberorum. de uerbo. ſignifi. Iſta quatuor contraria turbauerunt ualde doct. in hac materia unde uariæ fuerunt opiniones, & Roma. principaliter tenebat contrarium uolens quòd communis uſus loquendi non attendatur in ſtatutis. Alij uerò diſtingunt inter cõmunem opinionem uulgi, & communem opinionem peritorum,& alij alias diſtinctiones tradunt,ut hic per Alex. quæ diſtinctiones poſſunt confirmari per ea quæ ad ſaturitatem dixit Niconicius num. 224. uſquè ad nu. 250. Quæ licèt ſint remota: tamen poſſunt retinere diſputantes per aliquas horas. Et ad fundamenta communia tu potes ſpecialiter reſpondere. Nam primò tex. in leg. librorum. §. quòd tamen Caſſius. non loquitur de uerbis poſitis io ſtatis, oel legibus, ſed ſolùm dicit quòd teſtator uidetur capere uerba, eo modo quo ipſe ſolitus eſt proferre, quæ decitio eſt diuerſa, & eſt ueriſſima in caſu ſuo. Sed in terminis noſtris non probat. Eodem modo reſpondetur ad dictam l. cum de lanionis. §. aſinam. quòd ibi teſtator reliquens inſtrumentum uidetur in hoc nomine comprehendiſſe omnia quæ in uſu ſuo, & conſuetudine ſolebat comprehendere, non autem loquitur de uerbis ſtatuti oel legis, & uerba diſponentis intelliguntur ſecundum conſuetudinem ſuam, leg. ſi ſeruus plurium. in fi. ff. de leg. j. & l. uel uniuerſorum. ff. de pignoratitia actio. & l. Titianus. ff. quòd cum eo. Et eadem reſponſio cadit ad glo. in dicta l. ij. de origine iur. ut mens ipſius proferentis intelligatur ſecundum quòd ipſe ſolitus fuit loqui non autem probat de uerbis ſtatuti uel legis.

Non obſtat l. anniculus. quia ibi conſuetudo erat eadem cum proprietate uocabuli, nec tex. dicit quòd propria ſignificatio eſſet diuerſa.

Et nec obſtat dicta l. ot Alphenus. quia & propria ſignatio comprehendit ſuburbana ædifitia, non autem ibi fuit ſolus communis uſus loquendi: ſed concordabat cum proprietate.

Nec obſtat capitulnm quàmnis. de uerbo. ſignificatio. quia ille communis uſus loquendi non contradicebat proprietati: ſed tantummodo dedit ſpecialem ſignificationem præpoſitis, ut præpoſiti caperentur in genere atquè etiam caperentur in ſpecie quando habebant prioratum,& in ſumma omnia iura allegata pro iſta opinione uel loquuntur in caſu quo communis uſus loquendi concordat cum proprietate, uel loquuntur in diſpoſitione hominis, quæ intelligatur ſecundum quòd ipſe ſolitus erat proferre uerba, & nulla lex allegata per doct. probat de uerbis ſtatuti uel legis.

113 Nihilominus † puto non eſſe recedenduoi à communi opinione, quæ magis concludenter probatur io leg. j. ff. de ſuis, & legitimis. ubi terminus inteſtatus, capitur in l. xij. tab. & in ll. loquentibus de ſucceſſio. ab inteſtato ſecundum communem uſum loquendi, de omni eo, qui non fecit teſtamentum etiam quòd non poſſet. non autem de eo tantum qui poterat facere teſtamentum & non fecit.

Secundò probatur per tex. in §. alio quoque. inſti. quibus modis infirmatur teſtameotum: ubi uerba illa ruptum & irritum, lata ſunt: tamẽ quia ſecundum communem uſum loquendi diſtinguũtur inter ſe io ll. loquẽtibus de rup.& irri. teſtamentis capiuntur ſecundum communem uſum loquendi. Idem probatur in §. tertio capite. inſti. de lege Aquilia. Et tenendo iſtam partem, quæ communis eſt, & confirmari poteſt per adducta per Niconicium licèt remota †

114 nec obſtant illa quatuor iura quia uarijs modis reſpondetur, & primo ad l. ſi dictum. reſpondetur ſecundum Alexand. quòd loquitur in caſu illo ſpeciali, & non io alijs, uel quòd loquitur in uſu præterito, & non in futuro, uel quòd

fuit ſenſus ſtatuentium in eis ex eo: quia ex-
cludit extenſionem, quæ fit in fauorabilibus,
& ad omnes aliàs extenſiones, quæ ſolent fie-
ri ad ſimilia exidentitate rationis, de quibus
plenè habetur in dicta lege omnes populi. in
ſexta quæſtione principali. Item impedit
extenſiones quæ ſolent fieri ex lata ſignifica-
tione nocabuli, de qua etiam habetur in di-
cto loco, propter quas extenſiones dicta ſta-
tuta fuere emanata, & propriè in eis uerifi-
catur quòd nihil extrinſecus addatur, & quòd
intelligantur prout iacent, cum per exten-
ſionem aliquod extrinſecum uerbis adamus.
Propterea non eſt neceſſarium quòd ea in-
telligamus de communi uſu loquendi, & e-
tiam ueritas eſt quòd tempore ſtatuti condi-
ti illa uerba Incontinenti receperunt proprie-
tatem uocabuli, & intrinſecam ſignificatio-
nem, propter uſum ſtatuentium, & ciuitatis,
& regio ſiue populus poteſt dare proprieta-
tem nocabuli, ut nota. in lege ſi quis in fun-
di uocabulo. de leg. primo. & dicta lege om-
nes populi ubi etiam dixi in ſexta quæſtio-
ne: & ideò ad hoc ut ſtatutum impediat com-
munem uſum loquendi, eſt neceſſarium quòd
ulterius procedant, dicendo quòd uerba in-
telligantur ſecundum proprietatem quam
habent à iure communi, & ſic dictæ limita-
tiones non ſunt uerè, & ceſſant multa dicta
hic per Moder. circa eas.

118 Tertiam limitationem † ponebat hic Ruyn.
uolens concluſionem non procedere in mate-
ria pœnali intendens quòd in materia pœna-
li uerba ſtatuentium intelligantur ſecundum
propriam ſignificationem, non ſecundum
communem uſum loquendi per tria funda-
menta, quæ tamen læuia ſunt, & eis hic re-
ſpondent Hermanocius, & Niconicius. eam ta-
men ſaluabat Areti. in materia exhæredatio-
nis, quæ eſt ualde odioſa, ac Petrus in dicto
loco. Sed tamen de ea etiam dubitat hic
Marianus: quia eſt contra ampliationem fa-
ctam à doctoribus de odioſis, tamen ſatis fa-
uore filiorum poſſet ſuſtineri. Multas alias
rationes contra Ruynum ponit hic Niconi-
cius numero. 251. uſquè ad num. 61. quæ
tamen remotæ ſunt ſecundum morem ſuum,
ſicut etiam fecit à numer. 224. uſquè ad nu-
me 234. & eis potes addere quæ ego po-
ſui in dicta leg. omnes populi. numero. 220.
& 221.

119 Aliam limitationem ponebant hic docto.
quando ille communis uſus loquendi non eſ-
ſet in ſtatuentibus. Nam ſtatuentes ſunt illi
qui loquuntur, & ex uerbis colligitur eorum
mens leg. Labeo. ff. de ſupellectili legata.
Ideò potius attenditur communis uſus loquen
di ipſorum ſtatuentium, ut ſciamus quam
mentem habeant in diſponendo, & non uide-
tur curandum an ſtatuentes ſint periti. Ideò
de ſubſtantia iſtius concluſionis eſt, quòd
probetur ſtatuentes habuiſſe hunc communem
uſum, uel fuiſſe in ciuitate tempore quo ſtatu-
ta fuerant facta ad finem ut conſtaret de men-
te ipſorum ſtatuentium, quæ in omnibus eſt cō
ſideranda. ſi tamen hodie probaretur commu-
nis uſus loquendi in ſignificatione certorum
uerborum, præſumeretur etiam retro fuiſſe tē-
pore quo ſtatuta fuere facta, cum populi natu-
raliter loquantur, & præſumātur retro ſemper
fuiſſe quod naturaliter iudicatur.

120 In hac † tamen limitatione potes hoc modo om
nia reſſoluendo diſtinguere. Aut ſtatutum eſt fa
ctum ab idiotis, & tunc præſumitur quòd & ip-
ſi locuti fuerint ſecundum commuoem uſum
idiotarum, & propterea intelligentur uerba
pro ut communiter ab hominibus, & uulgariter
proferuntur. ſin autem ſtatutum fuit factum à
peritis, & tunc ſi ipſi locuti fuere uulgariter ſeu
in lingua materna, & tunc ſimiliter intelligun-
tur ſecundum communem uſum loquendi, quē
populus uulgariter ſeruat in uerbis. Nam ipſi
ſtatuentes quàmuis eſſent periti, ſcripſerunt
ſtatuta in lingua materna ut ab omnibus intel-
ligerentur, meritò uerba intelligentur ſecun-
dum communem uſum eorum qui ſtatutum
obſeruare debebunt, & probatur. inſtitu. de
ſucceſſione libertorum in §. ſed noſtra con-
ſtitutio. ubi Imperator dixit quòd conſtitu-
tionem illam de ſucceſſione libertorum ſcri-
pſit Græca lingua pro omnium notione, &
compendioſo tractatu, ergo uoluit etiam uerba
habere ſenſum & ſignificationem quem omnes
ſciunt. Sin autem ſtatutum fieret à peritis lin-
gua Latina, & tunc uerba deberent intelligi ſe-
cundum communem uſum loquendi in lingua
Latina: quoniam uerba illa protulerunt in lin
gua Latina, ut à ſcientibus eam intelligeren-
tur. & ſi tu intelligeres ſecundum opinionem
121 uulgi, recederes à lingua Latina. ſicut † ſi tu fa-
ceres ſtatutum in lingua Germanica oporteret
capere ſignificationem uerborum à communi
uſu loquendi Germanorum, & ſi faceres in lin
gua Græca oporteret capere communem uſum
loquendi Græcorum, cum qui in una lingua
ſcribit, neceſſariò declarat intentionem ſu-
am per ſignificationem uerborum in illa lin-
gua. Apud Roma. autem lingua Latina e-
rat communis toto populo, apud Iuſtinianum
uerò lingua Græca erat communis apud to-
tum populum, cum ipſe habitaret Conſtan-
tinopoli, & cum liber auctenticorum fuerit
ſcriptus in lingua Græca, & poſteà fuerit
translatus in lingua Latina, fuit neceſſa-
rium quòd translator ſciret communem uſum
loquendi Græcorum, ut poſſet cum uerbis la-
tinis exprimere intentionem Iuſtiniani, &
cum translatores plerunquè communes uſus
linguæ Græcæ tempore Iuſtiniani ſeruatæ ple-
runquè ignorauerint, cauſauerunt multas dif-
ficultates quas in eis habemus.

122 Quintam † limitationem tu potes addere,

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITT. EMANUELE

quæ magis propria eſt, ut noo attendatur communis uſus loquendi quaodo conſtat de mente ſtatuentium, qui uoluerunt in alio ſenſu capere, ut probatur in dicta lege item prætor. ff. de ſuis, & legitimis, & in lege ita uulneratus. ad lege Aquiliam ſecundum intellectum quem ego dedi: quoniam liberum fuit arbitrium ſtatuentibus determinare caſus quos uoluerint, & capere uerba in ſtricta, & in larga ſignificatione, ſecundum quòd eis uidetur neceſſarium.

123 Vltimò † qooniam oos concluſimus ſtatutum loquens per genitiuum tam de proprietate ſermonis, quàm etiam ex communi uſu loquendi comprehendere poſſeſſorem, dubitabat hic Alexand. Quid ſi eſſemus in caſibus in quibus ſtatutum uerificatur ſolum in domino, an ſit neceſſarium probare dominium uerè. Vel ſufficiat probare ſe poſſeſſorem, & concludit quòd ſufficit probare pacificam poſſeſſionem: quoniam quando dominium uenit in conſequentiam in actu principali, ſufficit probare poſſeſſionem, ut per Bartol. in lege ſi prios. in tertia oppoſitione. iij. par. infra eodem. per glo. in lege ſicuti. §. ſi quæratur. ff. ſi ſerui. uend. & Bar. in l. ſi quis in ſuo. de conditio. inſtitutionum. Tamen ſi aduerſarius probaret aliquam præſumptionem, uel aliquam cauſam per quam uideretur non eſſe dominus, & tunc eſſet neceſſarium probare dominium per alios modos magis concludentes, cum per probationem aduerſarij ſublata fuiſſet præſumptio inducta per poſſeſſionem, ut notat. in. §. j. inſti. de actionibus. deſtinguunt tamen ut ibi. Nam ſi probatur etiam habere titulum, tunc ex illo titulo præſumitur bona fides, & dominium. lege penul. C. de euictionibus. & lege qui bona. de damno infecto. lege apud antiquos. circa medium. C. de furtis, & cap. ſi diligenti. de reſcriptis. Aut non probatur titulus, & tunc ſi uult probare ſuum damnum non debet audiri: quia cum ipſe habeat poſſeſſionem, habet plus iuris, quàm aduerſarius: arg. legis ſecundæ. ff. oti poſſidetis. Aut uult probare ſe dominum, & non admitteretur ad excludendum excuſantem. quam diſtinctionem repræhendit Alexander unde dicas, ut hic per eum num. 19. & 20.

124 Sequitur quinta pars rubricæ, † quæ continet ſpecialem materiam huius tituli, quæ eſt de noui operis nunciatione, ut dixit Bar. in diniſione, & ſignificatione caſus. ſed circa eam contingunt duæ dubitationes. Prima eſt: quia uidetur quòd ſine ratione, & ineptè hoc uolumen habuerit principium ab ea: quoniam uolumen. ff. fuit diuiſum per Iuſtinianum in ſeptem articulos, ut per eundem in l. ij. §. quod cœleſti. per duas columnas. C. de ueteri iure enucleando, & ſextus articulus incipit à titulo de bonorum poſſeſſionibus, & durat uſquè ad titulum de uerborum obligatio. unde apparet quòd hoc uolumen incipit à media parte illius articuli ineptè & contra intentionem Iuſtiniani, ut probatur in. §. ſextus, eadem lege. ſoluit glo. rubr. hic fatendo contrarium, & dicit quod cum ratione fuit factum: quoniam prima pars magis conueniebat Infortiato, io quo continetur materia oltimarum ooluntatum, & eorum quæ fiunt propter conſiderationem mortis, & materia bonorum poſſeſſionis pertinet ad ultimas uoluotates: ergo medietas iſtius articuli attributa fuit Infortiato: quia magis ei conueniebat, & hoc uolumen habuit principium ab hoc titulo, in quo materia inter uiuos incipit tractari. Quam ſolutionem confirmat Bart. per rationem: quia coniunctorum non debet fieri ſeparatio, lege penul. C. communia utriuſquè iudicij. & quando non poteſt fieri commoda diuiſio quod eſt unius datur alteri lege ante penul. ſupra famil. erciſcundæ. & §. ſed commodè. inſti. de officio iudicis. & ſi hoc uolumen poſteà incœpiſſet à titulo de uerbo. obligationibus, uolumen iſtud fuiſſet nimis paruum, & præcedens nimis magnum, & uidentur tenere communiter docto. ex quo uidetur colligi quòd diuiſio quàm habemus fuit facta ex mēte glo. à Iuſtiniano. Bar. tamen hic, & melius dicit quòd hæc. diuiſio fuit facta à priuatis doctori. ratione commodioris uſus & portationis ut ſupra concluſum fuit, & plenius in rub. ff. ſol. mat. & ratio principaliter conſiderata fuit: quia diuidentes cognouerunt quòd materia pertinens ad mortem, & ad ultimas uoluntates, tota ponebatur in medio uoluminis. ff. ideò omnia, quæ dicuntur ante hunc tractatum, poſuerunt in primo. uol. ff. ueter. & ea, quæ pertinebant ad actus inter uiuos poſuerunt in hoc uolumine. & ita rationabiliter ſecundum intentiooem eorum facta fuit hæc diuiſio, & uolumen noſtrum habuit principiom ab hoc titulo, non habita conſideratione ad aliàs diuiſiones quas fecerat Iuſtinianus, per quas uoluit librum. ff. ſecari. docto. uerò priuati uolentes tanquàm fabri ſecare hoc uolumen. ff. cum cultello in tria uolumina, habuerunt conſiderationem prædictam, & ſatis rationabilem, quam diuiſionem omnes docto. poſteriores approbauerunt, & per quatuor centum annos fuit ſemper in ſcholis, & palatijs obſeruata, ut auctentica hodie poſſit dici, ut etiam ſupra concluſi.

125 Sed tunc opponit Bar. quia facta hac ſecatione uolumen iſtud editur ſine capite, ſiue reſpiciamus totum ius. ff. ſiue reſpiciamus ſextum articulum, quod eſſe non debet: quia omnis editio debet fieri à capite, aliàs cognoſci neque intelligi bene poteſt lege argentarius. §. edi. ff. de edendo, & ibi notatur. ſoluit ipſe ſequendo gloſ. & fatendo contrarium. Sed hoc fuit factum cum ratione: quia præcedens pars magis conue-

niebat

niebat inforriato, & coniuncta in diuiſione iudiciaria non debent ſeparari dicta lege penul. C. communia utriuſquè iudicij. quæ ſolutio nòn tollit contrarium licèt docto. pertranſeant: quoniam quòd conueniat alteri parti non excuſat edentem quòd non teneatur edere ab initio]. ſi etenim argentarius haberet rationes trium uel quatuor annorum, uel trium, uel quatuor mertium unius mercatoris, & rationes diuideret in totidem chartas. & aliquas partitas de uno anno applicaret alteri, uel de una merce applicaret alteri, non poſſet ſe excuſare edendo partem, ſed cogeretur edere integram rationem omnium annorum, & mercium, cum ſine principio nequè cognoſci nequè bene intelligi poſſunt, dicto. §. edi. Propterea docto. in dicta rubr. ff. ſoluto matrimonio multum laborauerunt in ſolutione dicti contrarij, quod etiam Bar. ibi formauit, & dederunt octo ſolutiones, quarum
126 nulla eſt bona ut ibi dixi † Vnde uerior uidetur ſolutio quam etiam ibi poſui, quòd docto. nodum in ſcirpo quæſiuerunt, & ſomniauerunt contrarium quod non erat: quoniam uolumen. ff. integrum, & cum principio à Iuſtiniano nobis editum fuit, & durauit nobis editum uſquè ad hæc tempora, & licèt docto. fecerint poſteà hanc diuiſionem ſecando in tria uolumina: tamen ſemper præſuppoſuerunt quòd omnes tres partes eſſent editæ, & penes omnes petentes, & quàmuis in legendo ederent unam partem tantum: tamen præſuppoſuerunt quòd ſcholares cæteras partes habuiſſent, ut cum principio ſemper hoc ius editum fuerit, & penes habentes aliàs partes editio pro parte permittitur, ſicut ſi litigator habuiſſet duas partes rationum editas ab argentario poſſet ipſe edere relinquum ſine principio: quia ceſſaret ratio dicti. §. edi, & ſic ceſſat contrarium. unde remanet prima ſolutio firma quòd hoc uolumen incæpit ab hoc titulo, quoniam præcedens pars ſexti articuli continebat ſeparatam materiam coniunctam cum illa Inforтiati.

Sed tunc ſuccedit alia dubitatio: quoniam docto. laborant in demonſtrando quòd præcedens materia eſt ſeparata, & diuerſa ab illa quæ hic ponitur, unde incidunt in aliud contrarium fortè, quòd hæc materia ſine ratione poſita fuit poſt illam, & quòd non potuit hic collocari, cum in lege ſecunda. de ſtatu hominum dicatur quòd proximi, &
127 coniuncti tituli applicari poſſint † Et ſic ſuccedit alia dubitatio, quomodo hæc rubrica poſſit continuari cum præcedenti? Glo. hic in fine ſentiens contrarium reſpondebat quòd licèt uideatur diuerſa certo reſpectu, tamen alio reſpectu dicitur eſſe coniuncta: quoniam ſupra tractatum fuit de iure prætorio, & eodem modo hic tractatur de iure prætorio, & ſic materia eſt coniuncta, & proxima: ſed non in eundem modum: quia tendunt ad diuerſum finem, & reſpectum, quæ uerba poſteà ut inquit hic Barto. exponuntur tribus modis per docto. ex quibus expoſitionibus in effectu colliguntur tres continuationes.

128 Prima eſt continuatio: quia ſupra † uiſum eſt de iure prætorio quod conſiſtit in acquirendo, cum per bonorum poſſeſſiones bona defunctorum acquirantur, hic uerò ponitur de iure prætorio quod conſiſtit in retinendo, & conſeruando ius ſuum, ut patet in hoc titulo, & ſequenti. & per tranſeunt docto. Sed tamen ei obſtat: quia & ſupra tractatum fuit de iure prætorio in acquirendo, retinendo ſimul: quia bonorum poſſeſſio eſt ius perſequendi, & retinendi. lege tertia. §. bonorum. ſupra de bonorum poſſeſſio. in hoc quoquè uolumine tractatur de iure acquirendo propter titulum de donationibus, de manumiſſio. & de fideicommiſſ. libertatibus, ac ſubiicitur titulus generalis de acquirendo rerum dominio. Sed potes eum ſaluare, quòd ſupra principaliter dicitur de iure acquirendo, licèt in conſequentiam ueniat ius retinendi, & hic principaliter dicitur de iure retinendo, licèt in conſequentiam tractetur de iure acquirendo. Secundò ſolue ut ſtatim dicam.

129 Secunda eſt continuatio † ex mente Azo. quia ſupra uiſum eſt de iure prætorio quod pertinet ad ultimas uoluntates, hic uerò tractatur de iure prætorio quod pertinet ad actus interuiuos, ideò ſubijcitur hæc rubrica, & ſimpliciter pertranſeunt docto. Sed tamen ei obſtat: quia, & etiam infra tractatur de ultimis uoluntatibus in titulo de donatio. cauſa mortis, & in titulo de fideicommiſſ. libertatibus. Sed potes ſaluare quòd illud factum fuit incidenter, & in conſequentiam. Nam cum eſſet tractandum de donationibus, quæ plerunquè fiunt inter uiuos. & donationes cauſa mortis habeant mixtam naturam cum eis, ne diuideretur continentia cauſarum, tractatum etiam fuit de donatio. cauſa mortis: arg. legis nulli. C. de iudic. & idem euenit in materia manumiſſionis quæ plerunquè fit interuiuos: tamen ne diuidereutur continentiæ cauſarum, & ut tota materia manumiſſionis haberetur, poſitus etiam fuit titulus de fideicommiſſari. liber. & ſic poteſt procedere, eam tamen declara ut infra.

130 Tertia eſt continuatio † ex mente Iacobi de Arena: quia ſupra uiſum eſt de iure prætorio per quod acquiritur actio, lege tertia. §. bonorum. de bonorum poſſeſſio. ibi, ius perſequendi. coniuncto §. primo inſtitut. de actio. hic uerò tractatur de iure prætorio pro quo competit officium iudicis, ut in hoc titulo & ſequenti. Sed Bar. reprehendit: quia imò in præcedenti materia etiã agitur de officio iu-

dicis, cum bonorum poſſesſio edictalis conce-
deretur tantum per officium iudicis, & ſuum
decretum. l. j. §. decreralis. de ſucceſſo. edi-
cto. & poſteà naſcebatur actio de qua in dicto
titulo de bono. poſſeſs. hæredita. peti. quòd
etiam eſt in libro noſtro: quia poſt nunciatio-
nem noui operis competit actio per interdi-
cta, quæ obiectio bona eſt: ſed tamen ut dixi,
ea attenta idem poſſet opponi præcedentibus,
131 ut nulla uideatur bona † Vnde tu potes omnes
ſaluare dando generalem continuationem in-
cludendo rationem omnium, cum quanto ma-
gis conueniant inſimul iſtæ materiæ, tanto me-
lior dicitur eſſe continuatio, & tollitur contra-
rium de dicta l. ij. ff. de ſtatu hominum, cum
coniuncti, & proximi applicentur tituli. Ideò
ſic dicas, ſupra uiſum eſt de aliquibus parti-
bus iuris prætorij, quæ habent ſuos fines, & ef-
fectus, uerum: quia reperiuntur aliæ partes iu-
ris prætorij cum ſuis finibus, & effectibus, ideò
de eis nidendum eſt, nnde ſubijcitur hæc rubr.
cum alijs ſequentibus.

Sed huic continuationi obſtant duo. Primò
quia in toto uolumine. ff. tractatur de iure præ
torio ut patet diſcurrendo totum. ff. uetus. Sed
potes reſpondere quòd ibi incidenter ponun-
tur pro declarationibus iuris ciuilis, hic prin-
cipaliter tota materia tractatur. Secundò ob-
ſtat: quia continuatio non fit ad coniuncta,
cum titulus de ſuis, & legitimis, & ad Tertulia
num ſint de iure ciuili, & non prætorio. Re-
ſpondebat Marianus quòd in principijs libro-
rum non debet fieri continuatio, quod tamen
ſomnium eſt, ut plenè dixi in rub. & l. j. ff. de
leg. j. Vnde ſecundò reſpondeas, quòd illi ti-
tuli intermedij ſunt de materia ultimarum uo
luntatum, & ſucceſsionis ab inteſtato, ideò nõ
impediunt continuationem, quæ fit de materia
ad materiam, ut probatur inſti. de leg. in prin-
cip. & de rerum diuiſione in princi. hæc autem
eſt continuatio de materia ad materiam, cum
ſupra dictũ fuerit de iure prætorio reſpiciente
principaliter materiam ultimarum uoluntatũ.
hic uerò tractatur de iure prætorio reſpiciente
principaliter actus interuiuos, ac ſupra dictum
fuit de acquirendo principaliter, hic de reti-
nendo, & ſic continuatio remauet bona.
132 Vlterius † ſumpta occaſioue à uolumine no-
ſtro, in quo editio nidetur eſſe facta ſine capite,
Bar. hic genetalitet quærit in uerſi. iuxta prædi
cta quæro utrum ſtatuta, contractus, & priuile-
gia posſint pro parte edi? Et primò an ſit neceſ
ſarium ſi producendum eſt unum ſtatutum, ꝙ
totum uolumen ſtatutorum edatur, ut ſi forſan
lis ſit de ſucceſsione, an ſit neceſſarium produce
re totum uolumen ſtatutorum, uel potius ſtatu
tum illud tantammodo, quod tractat de ſucceſ
ſione, & determinat non eſſe neceſſarium edere
integrum nolumen, ſed ſufficere quòd edatur
illud ſtatutum diſponens de ſucceſsione per
tex. in dicta l argentarius. §. edi. ubi non te-
netur argentarius edere integrum uolumen ra-
tionum omnium mercatorum: ſed tantummo
do illam rationem, quæ pertinet ad petentem.
Sed tunc dubitar Bar. an ſit neceſſarium edere
integrum illud ſtatutum, ut ſi forſan in eo tra-
ctatur de ſucceſsione filiorum aſcendentium, &
deſcendentium, & lis ſit de ſucceſsione filio-
rum, an ſit neceſſarium edere integrum ſtatu-
tum ſub rub. forſan de ſucceſsionibus factum:
an potius illam partem quæ pertinet ad ſucceſ-
ſionem filiorum, & determinat non ſufficere
edere illam partem tractantem de ſucceſsione
filiorum: ſed tenetur edere integrum ſtatutum
factum ſub rub. de ſucceſsionibus, per l. inciui-
le. ff. de legibus. Sed quia uidetur contradi-
cere tex. in cap. cum contingit. de fide inſtru-
mentorum, & cap. cum perſonæ. de priuilegijs
in 6. ideò diſtinguit. Aut editio fit iudici, &
omnimodo totum ſtatutum debet edi, & totum
priuilegium. Aut uerò editio fit parti, & tunc
ſufficit edere partem, quæ pertinet ad litigan-
tem, cum hac tamen qualitate præmiſſa, quòd
primò totum oſtendant iudici, ut uideat an in
eo eſſet forſan clauſula pertinens ad illam par-
tem ſuper qua litigatur, nt hic per eum, qui po
ſteà ſubdit quærendo an ſiquis producat par-
tem ſtatuti, & dicat eſſe totum unum ſtatutum,
& reſpondet quòd in dubio creditur ei quòd
ſit totum per glo. in l. cum de lege. ff. de pro-
bationibus. Fallit quando in ſcriptura eſſet
uerbum infra uel dictio &c. uel aliquod aliud
uerbum denotans ſequentiam alterius diſpo-
ſitionis, quam tamen diſtinctionem dixi pro-
cedere in priuatis: ſecus in legislatore qui ad
libitum poteſt producere totum uel partem
cum dictione cætera, & cum alijs uerbis deno-
tantibus partem. l. pars literarum. ff. de in-
dicijs. & l. ij. ſupra. ad leg. Aquiliam. & in
omnibus capitulis Decretalium per rationem:
quia nulla cadit ſuſpicio in eo. unde ſubdit
quòd iudex poterit partem tantummodo ede-
re, & notarius publicus: quia in eis ceſſat ſu-
ſpicio. Et ſubdit etiam quòd quando appa-
ret aliquam additionem fuiſſe factam ſtatuto,
neceſſarium eſſe quòd illam additionem pro-
ducat ſimul cum ſtatuto, declarando quoquè
quomodo probabitur ſtatutum integrum eſſe
editum uel partem tantum, ut hic per eum.
Ex cuius dictis colliguntur multæ conclu-
133 ſiones. Prima eſt concluſio, † quòd hoc uolu-
men non eſt editum à capite: quia non habet
principium ab illo ſexto articulo, ſentiens
quòd ſi habuiſſet principium ab illo ſexto ar-
ticulo uel ſeptimo, quòd eſſet integrum uolu-
men taliter ꝙ poſſent fieri ex intentione Iuſti-
niani tot uolumina, quot ſunt articuli diſtincti
in d. l. ij. C. de ueteri iure enucleando. & produ
cendo unum uideretur integrã partẽ ꝓduxiſſe.
ſed Marianus hic reprehendit: quia non repe-
ritur iure ſcriptum quòd iſti articuli faciant
unum uolumen: quoniam imò iure dicunt ꝙ

Sed

integrum fuit uolnmen digeſtorum, & per articulos fit quædam diuiſio intellectualis tantum: & propterea ſi ederetur unus articulus tantum, non diceretur facta editio à capite, ſicut nec edendo brachia, uel manus hominis, uideretur edere hominem. Sed pro defenſione Bar. poteſt dici quòd ipſimet glo. ſenſerunt ex iſtis articulis fieri ſeptem uolumina: ſed tantummodo quòd faciunt unum integrum reſpectu partium principalium, & quòd edendo unum articulum, uideretur edere integram unam rationem, iux. tex. in dicto. §. edi. Tamen ego puto non eſſe etiam neceſſarium quòd edatur integer articulus, cum ſufficiat edere unam legem tantum, uel unum titulum: quando lis eſſet de noui oper. nunciatio. uel de damno infect. cum ea quæ ponuntur in iſtis articulis uideantur eſſe diuerſa ualde, & ideò ſi forſan ſtatuta diuiderentur in tres partes, ut quædam pertinerent ad iudicia, alia pars ad ultimas uoluntates, & alia ad delicta non eſſet neceſſarium quòd ederetur unus articulus ex pluribus ſtatutis confectus: ſed ſufficeret quòd ederetur unum ſtatutum integrum pertinens ad litem præſentem, non obſtante quòd multa alia eſſent in ſtatutis pertinentia ad ultimas uoluntates: quia illa non eſt editio multum ſubſtantialis, & non attenderetur in productione. Quare concludas quòd articuli non ſunt neceſſariò producendi, & ſi Bar. hoc ſenſit non bene ſenſit, & ideò Iuſtinianus debuit edere totum uolumen ff. & non ſatis fuiſſet edere illos articulos.

134 Secunda eſt concluſio † quòd non eſt neceſſarium producere integrum uolumen ſtatutorum ſed ſufficiat producere unum ſtatutum ſub unica rub. factum. Sed in contrarium poteſt argumentari ex mente Iaſ. quia poſſet eſſe in ſtatutis unum in fin. quod corrigeret, uel limitaret præcedentia ſtatuta ſicut docto. ſupra præſuppoſuerunt, quòd in fi. uoluminis ſtatutorum ponatur unum generale, dictans quòd uerba intelligantur ut iacent, uel quòd intelligantur nullo extrinſecus addito: ergo uidetur q̃ non ſufficiat producere unicum ſtatutum: Sed reſpondetur etiam ex mente ipſius, quòd poſtquam ſtatuta fuere perfecta, & ſcripta non eſt præſumptio quòd ſtatuentes ea correxerint, uel limitauerint, ſicut non eſt præſumptio quòd leges. ff. ſint correctæ, neque leges. C. ſint correctæ. & ll. ff. & C. aduocati in palatiis, & in conſilijs ſine repræhenſione poſſunt allegare, & ſi quis uult dicere, quòd illæ ll. ſint correctæ eas ptobare debet, alioqui ſtabitur ll. allegatis; argumen. tex. in prima conſtitutione. C. in. §. quibus. & ſequitur ibidem Fulgoſius, & ego etiam puto uerum, unde tunc producto ſtatuto præſumetur diſpoſitionem perfectam eſſe, ut in eo dicitur, & qui uult dicere contrarium debet illud probare. Vnde ſi aliquis uellet dicere quòd uerba ſtatuti non tecipiunt extenſionem, deberet ipſe producere illud ſtatutum in fi. poſitum diſponens quòd uerba intelligantur prout iacent, uel quòd nullo extrinſeco addito intelligantur, & non eſſet imputandum alteri ſi non produxiſſet, & ego hoc puto uerum.

Nec obſtat l. nam ad ea, quia reſpondetur ut infra.

135 Secunda eſt concluſio † quòd ubicunque edendum eſt ſtatutum, debet edi integrum ſtatutum ſub una rub. poſitum, & non ſufficit edere partem, quæ pertinet ad litem per l. in ciuile. ff. de legibus, & ibi declarant docto. quia poſſet eſſe in fine legis una clauſula limitatoria & correctotia ipſius, & bonum exemplum tradunt de lege ſi tibi. ff. ſi cert. petatur ubi Iuriſconſultus ponit deciſionem claram in illo caſu, quòd non ualet neque donatio neque mutuum, & poſteà in fine dicit ſed benignius eſt ut utrunque ualeat, & ita corrigit dictum præcedens. Simile exemplum poteſt poni de lege ſi ita ſcriptum. ſupra de lib. & poſthum. cum multis concordantibus: ſed in contrarium adducit Iaſ. hic: quia attenta hac ratione idem poſſemus dicere de integro uolumine ſtatutorum ut eſſet neceſſarium edere: quia poſſet eſſe in fine aliud ſtatutum correctorium, unde ſicut dictum fuit ſupra quòd ſufficit edere unum integrum ſtatutum non obſtante illa poſſibilitate quòd poſſet correctorium, aliud in fine ut ſtatim concluſimus: ergo eodem modo hoc deberet eſſe in uno ſtatuto, ut ſufficiat producere partem, nec attendatur poſſibilitas quòd in fine poſſet eſſe pars correctoria, uel limitatotia: quinimo minor præſumptio eſt in uno ſtatuto quòd ſit correctio, quàm in pluribus: quia incontinenti nemo præſumitur ſe corrigere, & facilius toleratur ex interuallo. l. nam ad ea. ff. de conditio. & demonſtrationibus. Vnde Ias. ſaluando dicit diſtinguendo inter correctionem & modificationem, extenſionem uel reſtrictionem: nam dicebat non præſumi correctionem de ſtatutis ſactis, ſed bene præſumi quòd in eodem ſtatuto fuerint quædam uerba uel reſtrictiua, uel declaratiua præcedentium, ſicut in uno teſtamento uerba poſiſita in uno legato declarant, limitant, uel reſtringunt præcedens legatum, l. ſi ſeruus plurium. §. fi. l. qui filiabus. in principio. ff. de leg. j. cum ſuis concordantibus.

136 Sed † hæc ſaluatio ad huc non tollit totum contrarium ex eo: quia iſtæ limitationes, extenſiones, ſeu declarationes poſſunt fieri ad integrum uolumen ſtatutorum, in fi. ut uoluerunt ipſimet docto. de illis ſtatutis quòd intelligantur pro ut iacent uerba, uel nullo extrinſecus poſito, quæ ſtatuta præſupponunt paſſim ſolere poni in uoluminibus ſtatutorum, ac etiã uidemus de facto, quòd ciuitates diuerſis temporibus impetrant capitula contraria, uel diuerſa, uel limitatoria ſeu declaratoria, & forſan non reperietur ciuitas, quæ q̃ ve non ha-

beat. Vnde uidetur quòd propter conſuetudidinem ſemper militet iſta præſumptio, l. uel uniuerſorum, de pignora. actio. l. quod ſi nolit. §. qni aſſidua. ff. de ædilitio edicto. & l. Titianus. ff. quod cum eo, cum ſimilibus. Vnde uidetur uel quòd integrum uolumen ſtatutorum ſit edendum, uel ſi tu uis quòd ſufficiat unum edere, ut ſupra firmatum fuit, etiam ſufficiat edere partem. Propterea ſi uolumus ſaluare Bar. oportet dicere prout uoluit Bal. quòd facilius iſtæ declarationes & reſtrictiones fiunt in eodem ſtatuto, quàm quòd præſumatur fieri in diuerſis ſtaturis ex eo: quia ſi fit in toto uolumine, reperiuntur ſtatuta integra & perfecta. Sed quando eſt unicum ſtatutum & imperfectum, non dicitur illud ſtatutum habere formam ſuam quæ ſolet contingere ex ultima perfectione l. ſi is qui quadringenta §. quædam. ff. ad leg. Falcidiani, & donec actus eſt in fieri ſolent apponi pacta limitatoria & declaratoria, ut eſt tex. in l. lecta. per totam leg. cum ibi no. ff. ſi cert. peta. & in l. petens. C. de pactis. Et in ſumma differentia eſt quòd aliud eſt in ſtatuto donec eſt in fieri in quo præſumuntur clauſulæ in fine poſitæ declaratoriæ, uel limitatoriæ præcedentium: ſecus autem in actu perfecto & conſumato. Vnde ſequitur quòd perfecto teſtamento non præſumentur aliud factum neque codicilli, niſi droducantur: ſed in eodem teſtamento poterit eſſe præſumptio declarationis in fi. arg. l. ſi is qui. §. Labeo. cum ibi no. ff. de teſtam. ac etiam quia contractus eſt in fieri, non dicitur habere formam ſuam ſigurantem. Vnde uidetur non eſſe in rerum natura: arg. eorum, quæ dicta fuerunt ſupra ſuper quarta parte rub. Et ſic concluſio Bar. redditur uera, & defenſata, & communiter à doctoribus tenetur.

137 Limitatur † tamen ſecundum Bar. hic non procedere quando pars producitur à Iureſconſultis: quia tunc poteſt fieri editio pro parte indiſtinctè per l. pars literarum. ff. de iudidicijs. & l. ſecundam ad leg. Aquiliam. & per omnia capitula Decretalium. & eſt ratio: quia nulla eſt ſuſpicio in legiſlatoribus: tum quia eorum non intereſt, tum etiam quia ſi limitatio non placeret, poſſent eam corrigere, & nouam legem condere. ideò ſemper ſtabimus relationi eorum de parte tam perfectà quam imperfecta, ut in terminis probatur in omnibus capitulis Decretalium ubi partes proceſſuum & ſententiarum referuntur ſine ſuſpicione, & credimus eis, & ego declaraui in bono exemplo in cap. cum uenerabilis. de exceptionibus.

Ampliatur fortius procedere ut credamus Iuriſconſulto referenti conſtitutionem aliam nulla parte oſtenſa, ut eſt tex. & ibi glo. & docto. notant in l. admonendi. ff. de iureiurando. & probatur in §. poſthumo. inſti. de leg. & in §. ſed noſtra. inſti. de ſucceſſio. libero. ubi refertur conſtitutio eiuſdem Iuſtiniani, & tamen glo. dicit quòd eam non habemus, & nos ſeruamus perinde ac ſi haberemus uerba eius, argumentando ex uerbis præſumptis: quia credimus eam eſſe, cum ſi non eſſet nouam potuiſſent condere. facit tex. inſti. de ſuſpectis tutoribus. & de ſatiſdatio. tuto. in multis locis ibi dum dicitur, item reſcripſerunt.

138 Secundò † limitabat Bar. concluſionem non procedere quando una pars ſtatuti eſſet edita: tamen totum prius fuit lectum iudici prout dicitur in dicto cap. cum contingit. de fide inſtrumentorum. & in cap. cum perſonæ. de priuilegijs in 6. & habetur in l. iudices. C. de fid. inſtrum. & no. in l. prætor ait. §. fi. ff. de edendo. Sed tamen illa iura uerè non probant de ſtatuto: ſed tantummodo loquuntur de inſtrumentis uel priuilegijs, quæ pertinent ad partes, & ſunt priuata eorum, non autem de ſtatutis, quæ ſunt publica omnibus, & ab omnibus poſſunt uideri, & haberi, & ideò docto. magis communiter uidentur diſtinguere inter ſtatuta, inſtrumenta ſeu priuilegia ut ſtatutum integrum pars ſemper teneatur edere parti etiam legente iudice, & aliàs non faciat fidem, inſtrumenta autem quæ ſunt priuata, & pecunijs priuatorum acquiſita, ideò non debent ita faciliter edi ut proſint aduerſarijs. Item ſtatuta ſunt publica, & ad unguem in omni parte ſeruanda, ideò debent edi ut poſsint partes ſuper uerbis interpretandis bene conſiderare, & hanc opinionem latè tenet hic Marianus num. 125. motus in effectu: quia poſſet eſſe quòd iudex in effectu non bene intelligeret ſtatutum, & diceret non facit ad cauſam. & nihilominus poſſet uel per extenſionem ſeu per relationem ad præcedentia, uel ſequentia declarari & extendi, & non uidetur rationabile quòd ſtetur iudicio ſolius iudicis circa intelligentiam ſtatuti ſimpliciter niſi, & non bene conſiderati.

139 † Sed pro interpretatione Ruy. quòd imò hoc idem procedat in ſtatutis quòd ſufficiat produci partem aduerſario, ſi iudex referat ſe legiſſe totum, uel mandaſſe edi: argum. tex. in dicto. cap. contingit. de fide inſtrumentorum, qui licet loquatur de inſtrumentis, & priuilegijs: tamen à fortiori uidetur eſſe idem de ſtatutis, ut ſentiebat & Bar. & Ruy. quia in ſtatutis poteſt eſſe paruum præiudicium, cum ipſa ſint publica, & poſſit aduerſarius ea ad libitum habere, & plenè examinare, & cognoſcere an bene iudex intellexerit. Sed inſtrumenta non poſſunt plerunquè ab alio haberi, niſi ab aduerſario. Et ſi hoc eſt in ipſis inſtrumentis & priuilegijs, ut pro parte poſſint produci, idem à fortiori debet eſſe in ſtatutis, quæ aliunde poſſunt haberi, & in priuilegijs ac inſtrumentis, in fi. ſolent apponi uariæ clauſulæ reſpicientes totum corpus ipſius inſtrumenti quæ lectæ poſſent melius interpretari, quam fecerit ipſe iudex, & hæc opinio poterit præſtare in prattica utilitatem, ut quis non cogatur

acci-

accipere à notario publico retinente ſtatuta in camera actorum unam longam ſcripturam inutilem, & facere expenſas non neceſſarias: arg. cap. finem litibus. de dolo & contumacia, tamen defendendo communem, quæ uidetur tutior, & tenenda, potes dicere quòd imo alia ratio eſt in ſtatutis ex eo: quia ſtatuta ſunt publica, & ligant totum populum, & non poteſt dici quòd præſtent occaſionem litigandi: quoniam omnimodo ſeruari debent inter omnes, ſicut euenit in inſtrumentis & priuilegijs, ut in dictis capitulis, cum contingit. & cum perſonæ. In quibus præſupponitur regulam eſſe cõmunem quòd integrum inſtrumentum & priuilegium erat edendum de iure: ſed cum per illum tex. fuerit poſteà per Papam diſpenſatum quòd in inſtrumentis & priuilegijs non cogatur edere totum niſi iudici, uel perſonis non ſuſpectis. propter illam rationem: quia cauſabantur lites, non debet fieri extenſio ad ſtatuta: quia quòd non corrigitur non prohibetur ſtare, l. præcipimus. in fi. C. de appellationibus, & ſic productio ſtatutorum remanet ſub regula communi intacta.

140 Tertiò limitatur † ſecundum Bar. non procedere in iudice, ut ille poſſit producere ſolam particulam inſtrumenti ſui, uel forſan ſtatuti: quia Bar. ſimpliciter loquitur, & aſſignat rationem: quia in iudice non cadit ſuſpicio: argu. tex. in dicto cap. cum contingit. Ideò ſicut in legiſlatore indiſtinctè permittitur productio partis, ità etiam uidetur permitti in ipſo iudice. Quam limitationem ego puto procedere in terminis dicti capituli contingit. & dicti. cap. cum perſonæ. quæ allegat Alexand. hic pro confirmatione: quis tunc procedit regula quòd non eſt ſuſpicio in eo, & quòd præſumitur pro iudice, dicta l. Herennius. §. Titia ff. de uſur. cum nullum ſit intereſſe iudicis. Sed ſi eueniret quòd iudex diceret ſe delegatum in cauſa, uel eſſe commiſſarium ſuper aliquo actu, tunc non crederetur ei ſi ederet partem reſcripti: ſed teneretur omnino edere totum ut poſſet plenè conſiderare an eſſet ſubreptitium, uel obreptitium, uel qualiter cauſa committeretur, ut no. in cap. ſuper literis. de reſcriptis; cum ſimilibus ibi allegatis. & facit tex. in auct. de mandatis princ. cum concordantib. Similiter ſi iudex uellet edere partibus partem proceſſus dicendo quòd citationes fuere factæ, licèt non edantur, uel alia acta iudicialis, adhuc eis non deberet credi, ut eſt tex. in cap. quoniam contra. uerſi. finali extra. de probatio. Et propterea tu dicas, ut plenè no. ibi per doct. ubi eſt locus ſuus.

Quartò limitatur ſecundum eundem Bar.
141 † non procedere in notario, ut notarius ipſe poſſit edere partem, & faciat fidem, quàmuis appareat quòd ſit pars, & exemplum traditur in dicto §. edi. de notario rogato facere teſtamentum: qui poterit edere legatarijs illam particulam tantum, quæ continet ſua legata, & credetur ei quòd aliud in teſtamento circa illa legata non continetur. Vnde etiam ipſi legatarij poterunt etiam hanc ſolam partem producere, & præſumetur integra per rationem quòd in notario ceſſat ſuſpicio ſicut in legiſlatore, & idem uidetur eſſe ex eius mente in notario magiſtro actorum qui habet penes ſe publica ſtatuta, ut credatur ei ſi edat partem ſtatutorum cũ præſumptione quòd in eodem ſtatuto non eſt aliqua clauſula. ſed hanc concluſionem etiam ego puto procedere ubicunquè notarius tanquàm media perſona facit editionem partibus: quia non tractatur de eius intereſſe, & nulla cadet ſuſpicio. Sed ſi eueniret quòd ipſe notarius litigaret, uel tractaretur de intereſſe ſuo, an ipſe eſſet notarius, teneretur edere integram ſcripturam, quòd ipſe eſt deputatus ad illud officium, ſicut nos diximus de iudice, unde in terminis in quibus loquitur Bar. de partibus litigantibus, uel habentibus intereſſe in cauſa, iſtæ limitationes de notario ad iudicem non ſunt ueræ, & ſolùm procedunt extra terminos: quando non tractatur de intereſſe eorum, & ſunt media perſona inter partes litigantes.

Præterea notarius etiam exiſtens media perſona tenebitur edere unum integrum ſtatutum, & integrum inſtrumentum quando partes quorum intereſt peterent, dicta l. prætor. §. edi. & l. ſi quis ex argentarijs. §. initium, & l. argentarius. §. cum autem. ff. de edendo ubi ſumus in argentario qui eſt publica perſona, & tamen tenetur edere integras rationes petente parte, cũ ſi non parti: tamen iudici tenebitur litigans producere, quod an etiam ſit in teſtamento ſi legatarius petit integrum teſtamentum, uidentur dubitare doct. in dicto. §. edi. ſed dic ut ibi.

142 Quarta † colligitur concluſio quòd inſtrumenta, priuilegia, & contractus non poſſunt produci pro parte, & producta non faciunt fidem, dicto §. edi. & dicta l. in ciuile. & colligitur ex dicto cap. contingit, & cap. cum perſonæ. arguendo à ſpeciali, & ideo reſcriptum nihil operatur niſi integrum producatur, ut per Bal. in rub. de reſcriptis colum. pe. in fi. uerſi. item quando. qui allegat Speculatorem in titulo de reſcriptis præſentandis uerſi. ſed obijcitur. Card. de monte in deciſ. 113. Nec ſufficit partem contractus edi leg. j. §. edenda. ff. de edendo ubi Iaſ. in ſecundo notabili. Et ad faciendam integralem probationem iudici debet tota ſcriptura produci, ut per Anto. in cap. j. de probationibus Roma. conſ. 105. quo ad ſeptimum. colum. fin. cum ſimilibus adductis hic per Niconicium nu. 269. & 270. Quæ concluſio abſquè dubio procedit quando illud inſtrumentum uel priuilegium non continet niſi unicum negotium. ſed ſi eueniret quòd contineret plura negocia eiuſdem, uel diuerſarum perſonarum, uel plura priuilegia, & tunc eſt du-

bium an debeat edi totum illud corpus, Abb. in dicto cap. contingit. dicit quòd tenetur edere totum illud corpus, & in hoc differt à ſtatutis, tamen in contrarium facit dictus. §. edi. ubi ſolùm editur ratio pertinens ad petentem, & nõ totum corpus rationum. Vnde ego puto latius diſtingendum. Aut ſumus in codice rationum; & ſeruatur dictus §. edi coniuncta declaratione legis ſi quis. §. initium. eodem titulo. ſi forſan deficiat dies & conſul, ut percipiatur à præcedenti, ſi uerò nos ſumus in inſtrumentis uel priuilegijs, & tunc aut omnia illa negocia habent ſuam perfectionem diſtinctam cum ſuis clauſulis, & ſufficit edere illud ſolum quod facit ad cauſam per dictum. §. edi, qui procedit etiam quando litigaret cum argentario, & teneretur edere, & plus non intereſt partis. Vnde ſequitur quòd notarius ſi eſt lis de uno negotio non tenebitur edere totum ſuum protocolum, ſi in caſu aliquo ſit neceſſarium quòd edat & ſufficiet edere illud ſolum inſtrumentum quod facit ad cauſam, cum die & conſule præcedenti ſi deficiat, dicto. §. initium, & hoc caſu non procedit dictum capitulum contingit, quia ſine iudice ſufficeret dare copiam illius partis inſtrumenti. nec eſſet opus producere totum corpus, ſicut nec corpus protocoli, ſi uero in una charta ſunt ſcripta plura priuilegia, & poſtea in fine ſunt poſitæ clauſulæ generales pro omnibus capitibus diſtiuunt, ut clauſula non obſtantibus, uel motu proprio cum ſimilibus. & tunc procedit dictum capitulum contingit. ut totum corpus ſit edendum, & iudex faciat legi totum in præſentia partis aduerſæ, & poſtea iubeat dari articulum illius priuilegij integri quod facit ad cauſam, cum ſuis tamen clauſulis.

143 Vnde † habes unam limitationem ut non procedat regula prædicta in codice integro rationum, nec in protocolo notarij: argum. dicti. §. edi. Item & etiam ſi in inſtrumento continerentur plura negotia ſeparata cum ſuis clauſulis, & prout ſolet fieri in petitionibus quæ fiunt à principe qui ſolet ponere ſubſcriptionem ſpecialem in uno quoquè capitulo.

Secundò limitatur non procedere quando editio fieret ante litis conteſtationem; quia poteſt edi ſine die & conſule, ut notatur in leg. j. §. editiones. ff. de edendo. de cuius tamen tex. intellectu plenè nor. in rub. & leg. j. C. de edend.

Tertiò limitatur non procedere quando refertur in precibus, uel libello per tex. in dicta l. fi. C. de precibus Imperatori offerendis ubi dicitur ſufficere narrare ſummam inſtrumenti, de quo tamen dic ut no. in l. edita. C. de edendo ſuper illa dictione prout.

144 Quartò † limitatur nõ procedere in teſtamento, quod poteſt pro parte edi ſecundum formam poſitam per Cynum in dicta l. fin. C. de precibus Imperato. offerend. qui dixit quòd legatatio petente teſtamentum poteſt notarius edere hæredis inſtitutionem, & nomina teſtium, & poſtea edere ſolam ſcripturam concernentem ſuum legatum, quod etiam procedit quando hæres cogitur edere, iuxta rub. & nigrum. ff. de tab. exhibend. & ſequuntur communiter docto. Quæ limitatio procedit in notario edente parti, dicta l. fi. ſecundum omnes. Sed etiam procedit in parte recipiente ut copiam habitam producere poſſit cum inſtrumento ut faciat plenam probationẽ de legato ſuo. nam ſi poſſet pars ſe præualere de tali copia habita in litibus ſuis, fruſtra fieret editio, quod non debet admitti per dictam l. ſtipulatio. §. diuus. ff. ut lega. nomine caueat. & non debet notarius facere præiudicium parti. l. fi. ff. de pactis & l. non debet. de reg. iur. & l. argentarius. §. cum autem. ff. de edendo ubi dicitur quòd tenetur ad intereſſe, & hoc uidetur tenere Bar. hic ibi ſecus in eo qui non poteſt totum edere. Hanc tamen limitationem intellige: quando legatum eſt certum per ſuam ſcripturam: ſed ſi eſſet dubium: quia res relicta non eſſet plenè certificata, oporteret edere etiam alia legata præcedentia uel ſequentia per quæ certificaretc, l. ſi ſeruus plurium. §. fi. de leg. j. Sicut dicimus de die & conſule per dictum §. ſi initium, & Bar. hoc tenet in l. qui filiabus. in principio per illum tex. de leg. j. & ſequitur ibi Ang. & alij, & Decius in cap. ex epiſtolæ. uerſi. dicta probatio. per totam unam columnam extra de probationibus. & ſi eueniret quòd fuiſſet legata dicta res ſub conditione ſcripta in alio loco, eſſet neceſſarium utrunque edere ut cognoſceretur an eſſet correctio uel electio iuxta no. in l. nam ad ea. ff. de conditio. & demonſtra.

Quintò limitatur niſi legiſlator referat partem inſtrumenti: quia plenè probat, cum careat ſuſpicione, ut patet in omnibus capitulis Decretalium ubi refertur pars proceſſus, & in cap. cum Ioannes, & capitulo inter dilectos. de fide inſtrumen. Facit lex ex quæſtione. C. de pactis. & lex j. C. ſine cenſu uel reliquis.

Sextò limitatur non procedere quando totum produceretur coram iudice, qui uideret & mandaret ut ſolum illa pars ederetur, quæ facit ad cauſam, dicto cap. contingit. de fide inſtrumento, & cap. cum perſonæ. de priuilegijs in 6. intelligendo tamen quòd faciat edi integram illam partem cum die & conſule, & clauſulis generalibus, ut poſſit plenè inſtruere partem. & hoc caſu eſt differentia an edatur à parte uel à iudice, cum in iudice ceſſet ſuſpicio quando dicit alia non faceret cauſam: ſecus in parte quæ præſumeretur occultaſſe ne ſibi præiudicaret.

Septimò limitatur non procedere in notario qui poterit edere ſolam partem: quoniam in eo ceſſat ſuſpicio ſicut in iudice ſecundum Bar. hic Tamen hæc limitatio ſolùm uera eſt in teſtamento, ut no. in dicta l. fi. uel in alia ſcri-

ptaur

ptura continente uaria negotia diſtincta ad ſimilitudinem teſtamenti, ſed non procederet in alijs inſtrumentis, ut probatur in dicto cap, contingit. arguendo à ſpeciali. ergo ubi notarius per ſe non potuiſſet facere, cum aliàs non fuiſſet opus illa deciſione, intelligendo tamen quòd clauſulæ generales eſſent communes: quia ſi eſſent ſeparatæ poſſent partes ſeparatæ indiſtinctè edi. ſicut dicimus de inſtrumentis contentis in protocolo. Item intellige quando lis non eſt cum notario neque negotium eſt cum notario: qnoniam tunc notarius tenetur edere ſicut quælibet pars, & limitatio de notario & iudice debet ita reſtringi, ut ſupra dixi.

145 Quinta eſt concluſio † quòd pars ſemper tenetur edere totum inſtrumentum ex eo: quia eſt ſuſpicio ne occultet partem, quæ facit contra eum. quam concluſionem intelligit Bar. procedere quando ille producens habet penes ſe totum, uel poteſt habere: ſecus ſi non poteſt habere, ut in legatario. ſed hanc differentiam nõ tenet hic Ruy. & Alex. uidetur dubitare, & dicit non probari iure. & ego ſimiliter non puto ueram ſimpliciter ut ſupra dixi; quia ſi hæres habet totum teſtamentum, & legatarius petat legatum non tenebitur edere totum inſtrumentum. Sed ſufficiet edere inſtitutionem cũ illo legato, per no. in dicta l. fi. & probatur in dicto. §. edi. qui intelligitur etiam quòd litigaret argentarius cum alio. nam ipſe liberabitur edendo totam illam rationem abſquè eo quod perducat corpus rationum, & ideò intellige ea quæ dicta ſunt ſupra de iudice cui fit editio, procedere etiam in parte niſi quando iudex legit totum, & iubeat dare partem litigantibus, dicto cap. contingit. quo caſu illa pars facit plenam probationem.

146 Sexta eſt concluſio † ꝙ quando editur pars ſtatuti poſiti ſub una rub. & conſtat eſſe partem, non facit fidem per dictam l. in ciuile, & ſequuntur communiter docto. & Decius in cap. cum adeo. in ſecundo notabili de reſcriptis. Ang. in. §. Item uerborum. colum. pe. inſti. de inutilib. ſtipulatio. & in. §. ſed maior. in fi. inſti. de his qui ſunt ſui, uel alieni iuris. Speculator in tit. de actione. §. ſequitur. uerſi. rurſus inſtituir, ut qui agere uellit aliquo interdicto uideat totum tenorem, unde oritur, nec ſufficit primam legem legere, ut per Speculatorem in titulo de inſtrumentorum editione. §. inſtrumentorum. inferens ad inſpicientem inſtrumenta, Decius in conſilio 395, in cauſa magiſtri, colum. ij. lib. ij. Iaſ. in l. hac conſultiſſima. §. ex imperfecto. C. de teſtam. dicens quòd examinatio teſtium non completa nihil probat per capitulum per tuas. de teſtibus. & eſt ratio: quia non habet ſuam formam figurantem, quæ ſolum inducitur ex ultima perfectione, dicta l. ſi is qui quadringenta. §. quædam. ff. ad leg. Falcidiam. Vnde non dicitur eſſe in rerum natura, & nihil poteſt probari. Quæ concluſio procedit etiam in inſtrumentis per dictum. §. edi. & l. ſi is qui. ff. de teſtamen. cum prædictis auctoritatibus. Sed in contrarium uidetur tex. in leg. ex quæſtione, & in leg. j. C. ſine cenſu uel reliquis, ibi, prout dictat pars inſtrumenti, & notat. in dicta leg. final. ſed communiter docto. prædicti tenent indiſtinctè concluſionem etiam in inſtrumentis.

Non obſtant dicta iura: quia præſupponunt totum inſtrumentum productum, cuius pars allegatur ibi per Imperatorem: quoniam uerba illius partis tantummodo dicebant fundum eſſe datum æſtimatum in dotem, ut hic per Iaſ. & eſt uera cum diſtinctione tamen præcedenti.

Secundò potes reſpondere quòd ibi illa pars erat edita aduerſario ex mandato iudicis: qui uiderat totum inſtrumentum. dicitur autem conſtare quòd pars editur quando ponitur dictio infra, uel dictio & cætera, uel dictio & ſequentia, per quas dictiones demonſtratur quod alia ſcripta ſequuntur; argumen. notatorum in leg. Gallus. §. quidam rectè. ſupra. de lib. & poſthum.

147 Septima eſt concluſio † quòd quando producitur ſtatutum cum oratione perfecta, & non eſt ſignum aliquod ſequentis partis facit fidem: quia præſumitur eſſe unum integrum ſtatutum. & idem præſupponit Bar. de inſtrumento: arg. l. cum de lege. ff. de probationibus cum glo. ibi, quæ uult declarando tex. qui innuit hæredem teneri probare legem Falcidiam habere locum. inquit enim ibi glo. quòd ſufficiet hæredi dicere in hæreditate ſunt tot bona, & ſunt tot debita, & tot legata: ergo facta computatione probatur hæreditatem non ſufficere ad legata & per conſequens habere locum legem Falcidiam, & ſic dicendo ſunt hæc bona, probat integram hæreditatem, & transfert onus probandi cõtrariũ in legatarios. Ita ſi aliquis dicat in hoc ſtatuto non ſunt alia uerba, præſumitur ita eſſe, & transfertur onus probandi in aduerſarium quòd ſit pars & non intergrum ſtatutum, & eandem inductionem facit idem Bar. in l. conficiuntur. §. codilli. in fi. de iure codicillo. & l. decem. de uerbo. obligationibus & l. ſi conſtante. ſoluto matrimonio in prima quæſtione primæ partis. & in l. fi. §. licentia. C. de iure de liber. & ſequuntur communiter docto. cum totis allegatis hic per Niconicium num. 275. qui inter alios allegat Alexand. con. 239. ponderatis his. colum. j. lib. 6. Sed Imol. & Alexan. hic tenent contrarium, quia probatio de neceſſitate debet concludere, l. non hoc. C. unde legitimi. cap. in præſentia. de probationib. & ſi pars dicat non ſunt alia bona in hæreditate, uel non ſunt alia uerba in ſtatuto, non facit per hanc aſſertionem concludentem probationem. & reſpondet adductis in contrarium ut per eum. ita quòd articulus efficitur diſputabilis.

148 Et † pro opinione Bar. adducitur primò tex.

ne poſſidetis. C. de probationibus.

Sed tu clarius potes reſpondere ſecundum Niconicium quòd ibi eſt caſus ſpecialis fauore fideicommiſſi, ut ualeat ut per Imol. Roma. & Barbatiam ibi, & in leg. in illa. uerſi. poſtmodum. ff. de uerbo. obligationibus.

Secundò reſpondetur quòd fideicommiſſarius ibi erat reus, & poſſidebat, ut uult Bart. in leg. ſi inter. ff. de reb. dub. & Iaſ. ſentit in leg. is poteſt. colum. fin. de acquirend. hæreditate Barba. expreſsè in leg. j. §. ſi ſtipulanti. colum. 3. ff. de uerborum obligationibus. Ruy. hic refert quandam reſponſionem datam per Sozin. in leg. qui duo. §. cum in bello. ff. de reb. dub. column. final. qui nolebat quòd concordaret cum primæuo ſtatu ſi dico aliquem deceſſiſſe ſine liberis. Sed tamen non placet: quia ibi primæuus ſtatus erat quòd haberet liberos.

Tertiò reſpondet Niconicius nu. 300. quòd in dicto. §. ſi quis, ideò non probauerit de ſuper exiſtentia patris: quia probatur ſimul filium & patrem perijſſe, nec apparet de priore. Vnde uerum eſt quòd ille deceſſerit ſine filio ſuperſtite: ſed ſi non conſtaret quòd mortuus fuiſſet ſimul cum filio, non probatur ibi quòd præſumeretur mortuus ſine liberis, & hoc mihi ſatis placet: quia tunc potius præſumeretur contrarium: quoniam primæuus ſtatus erat quòd habebat liberos, & ſecundum communem curſum naturalem filij ſuperuiuūt patri. Igitur cum conſtaret ibi habuiſſe filios, præſumeretur deceſſiſſe cum filijs, niſi eſſet probatum quòd perijſſent ſimul. Aliæ ſolutiones referuntur per Alex. in dicto §. ſi quis. quas potes uidere.

Quartò pro opinione Bar. adducitur tex. in leg. cum ita legatum. §. ſpecies. de leg. ij. ubi hæres non tenetur probare an res perierit: ſed ſtatur ipſi dicenti quòd non habet penes ſe. Sed reſpondetur quòd ibi non dicitur hæredem nihil probaſſe.

Secundò dato quòd diceretur illud eſt: quia non pertinet ad reum probare. Sed ad actorem. leg. actor. C. de probatio.

Tertiò & melius ſecundum Niconicium non obſtat ille tex. nec facit ad propoſitum: quia imò ibi interuenit ſecunda probatio hæredis. Primò: quia probatum eſt per hæredem rem non eſſe in hæreditate: nec reperiri potuiſſe, & hoc debet præſupponi, nec ibi creditum fuit ſimplici aſſertioni hæredis. Secundò etiam ibi ſaltem interuenit probatio per iuramentum, & per alios modos quibus probatur rem non eſſe. Sed quia legatarij non potuerunt contra probare dolum hæredis, non potuit peti, & ita allegat illum tex. in additionibus Speculi in titulo de commodato. §. nunc dicendum. glo. & Ioannes Fabri in, §. ſi. in duobus locis quibus modis re contrahitur obligatio. Et quòd præceſſerit iuramentum facit dictum Bat. in leg. ſi quis ex argentarijs. §. pen. ff. de edendo, ubi ad hoc allegat dictum. §. ſpecies. & l. prætor. §. ſed ſi ſeruus, ff. de edendo. facit quod uoluit Roma. in conſilio 518. in cauſa propoſito. dum allegat dictum. §. ſpecies. ex quibus apparet quòd allegata pro communi non ſtringunt.

15 t Vnde Alexand. † pro ſua opinione quòd ſtatutum præſumatur imperſectum adducit dictam rationem quòd probatio debet de neceſſitate concludere, dicto cap. in præſentia. de probatio. cum materia. Sed huic rationi quoquè faciliter reſpondetur, uerum eſſe probationem debere concludere, ſed hoc dictum procedit ſiue concludat uerè, ſiue per præſumptionem, in hoc autem caſu & ſimilibus probatio licèt non concludat uerè: tamen concludit per præſumptionem, & hoc eſt de quo diſputamus. & dixit Bar. in leg. j. ff. de edendo in illa quæſtione, an ſi teſtis dicat ſcio quia ſum uicinus probatio ualeat, & dicit quòd ſic: quia ſufficit probationem concludere per præſumptionem, & ſequuntur ibi omnes docto. & plenius in leg. j. ff. ſi cert. peta. Sed quando aliquis dicit totum eſſe inſtrumentum, uel totum eſſe ſtatutum, probatio concludit per præſumptionem, ſicut in infinitis alijs locis ſufficit probatio per præſumptionem, de quibus per Alciat. in ſuo tracta. de præſumptio. & per Abb. in cap. quoſdam. & per totum illum titulum extra de præſumptionibus. Vnde Ruy. uidens articulum diſputabilem diſtinguebat, & ſaluabat communem opinionem: quando producens ſtatutum erat reus, & defendebat affectionem ſuam cui creditur amplius non eſſe in ſtatuto, ſi uerò erat actor. & cum ſtatuto uolebat actionem conſequi, & fundare intentionem ſuam, non credetur ei quòd ſit integrum, ut per Bar. in l. ſi quis. §. pen. & latius per eum, qui dicit Bart. hic debere intelligi hoc modo, & nunquam fuiſſe ità bene declarantur. Sed Marianus inquit hanc diſtinctionem nimis reſtringere doctrinam Bar. & eſſe omnino contra eius mentem, qui generaliter intendit loqui tam in actore quàm in reo, ut etiam hic dicit Hermanocius, qui ſubdit etiam Ruy, fuiſſe deceptum in intelligentia Bat. quod etiam ſequitur Niconicius nu. 296. Ideò Marian. hic indiſtinctè tenet opinionem Bat. quòd imò præſumatur perfectum, & dicit quòd caſus noſter differt ab omnibus præcedentibus. Nam quando producitur ſtatutum, & aſſeritur integrum, intentio ſic producentis principaliter, non dicitur fundari in eo quòd nihil ultra ſequatur: ſed in ipſo ſtatuto producto. Vnde ſi ex aduerſo dicatur non eſſe integrum, non tollitur probatio perfecta, quod uerè nihil eſt: quia ſi eſſet receptum ut ſtatutum illud

eſſet perfectum, & faceret plenam perfectionem. Sed hoc eſt de quo diſputamus: quia dicimus non eſſe perfectum, & non habere ſuam formam figurautem, propter quam dicitur eſſe in rerum natura, & illa non inducitur niſi ex ultimo complemento: argumen. dictæ leg. ſi is qui. §. quædam. ff. ad legem Falcidiam, & nos dicimus ſcripturam eſſe imperſectam, & non eſſe ſtatutum in rerum natura.

152 Vnde † ego puto conſiderandum eſſe an ſtatutum habeat orationem perfectam, & faciat unam deciſionem integram ut appareat decidere caſum ſuum plenè, & congruit omnibus uerbis rub. & tunc præſumetur perfectum, ex eo: quia dicere quòd plura ſcripta fuerunt, eſt facti, & non præſumitur, & qui dicit probare tenetur iux. no. in l. ſi emancipati. C. de collationibus. cum oratio & diſpoſitio non indigeat ſuppletione. Item concordat cum primæua natura: quia ante ſtatutum nihil erat: ergo qui dicit non plus eſſe, dicit quòd natura indicat: ergo præſumitur: argumento nota per Decium & Iaſ. in leg. qui ſe patris. C. unde liberi, & hoc modo concludunt argumenta adducta pro communi. Si uerò in ſtatuto non reperiatur deciſio plena. ut quia in rub. diceretur de ſucceſſione filiorum, agnatorum, & cognatorum. & poſteà produceretur ſtatutum quatenus loquitur de ſucceſſione filiorum in quibus eſſet plena deciſio; non præſumeretur perfectum: quia rubr. indicat, quæ in nigro dicuntur, ut per Bart. & docto. in leg. j. ff. ſi cert. petat. & idem eſſet ſi ſtatutum dicat ſi quidem teſtator decedat cum filijs maſculis tantum, & in eis ponat deciſionem perfectam, non præſumeretur ſtatutum perfectum: quia credendum eſt uoluiſſe etiam decidere quando decederet cum filiabus fœminis, & adeſſent alia ſimilia, quæ facerent præſumptionem ſtatutum non fuiſſe integrum, & in effectu quæſtio reducitur ad diſtinctionem Bart. an ſint aliqua uerba denotantia ſequentia, uel aliquæ coniecturæ probabiles quòd imperſecta eſt deciſio, & tamen præſumatur imperfectum, ſi uerò nulla eſt coniectura apparens neque uerba demonſtrantia imperfectionem præſumetur ſtatutum integrum ex hoc ſolo quòd oratio eſt perfecta. & deciſio eſt probabilis. In contractibus quoquè, uel inſtrumentis præſumemus ea perfecta ſi ſunt appoſitæ clauſulæ quotidianæ ſolitæ communiter a notarijs apponi in omnibus inſtrumentis, nec admitteremus præſumptionem quòd potuiſſent eſſe, appoſita alia pacta, niſi probarentur, ſed ſi non fuiſſent appoſitæ dictæ clauſulæ: neque aliquod ſignum de eis: quia non eſſet dictum quæ omnia &c. per quæ uerba ſolent notarij incipere clauſulas generales, & tunc præſumeretur imperfectum, tum: quia potuiſſent eſſe alia pacta: tum quia etiam per clauſulas generales ſolent præcedentia modificari & ampliari: argumen. leg. quod ſi nolit. §. qui aſſidua. ff. de ædilitio edicto. & l. uel uniuerſorum, de pignoratitia actione cum ſuis concordantibus. & ſic teneas diſtinctionem Bar. cum dictis declarationibus & ampliationibus.

153 Octaua eſt concluſio, † quòd qui producit ſtatutum perfectum probat imperfectionem ſtatuti producti ab aduerſario. concordantiæ ſunt in leg. qui ad ciuilia. C. de appellationibus, & in dicta leg. decem. de uerborum obligationibus & in leg. final. C. de reb. credit, ubi ponitur regula quòd in his quæ debent ſcribi: ſi non reperiuntur ſcripta probantur non facta: ergo eodem modo ſi producatur totum apparet quòd alia dicitur eſſe pars. Sed tamen ut Bar. ſentit hic, modus probandi poteſt eſſe damnoſus ex eo: quia reprehendebatur aduerſarius quòd produx erat partem tantum, quæ non faciebat fidem, ſi ipſe uerò producit totum facit conſtare iudici ueritatem de ipſo ſtatuto, & cum in actis appareat totum ſtatutum productum, completur probatio ipſius qui tenebatur totum producere, cum eſſet effectum commune utriquè parti. leg. j. §. edenda. ff. de edend. Propterea idem Bart. dedit cautelam, ut ipſe non producat totum ſtatutum: ſed producat aliquam clauſulam ſequentem poſt partem productam ut appareat quòd prima productio fuit facta de parte tantum, & ſequuntur communiter docto. tamen ei obſtat quia non uidetur uerum quòd hæc productio proſit aduerſario: quia uerum eſt quòd ipſe non produxit, & ideò ut ſibi proſit eſt neceſſarium quòd ipſe iterum reproducat, & ſatis eſt conſecutus fuit ex illa productione aduerſarij quia illa ſcriptura effecta fuit communis, quàmuis priuata ut eam poſſit reproducere, ut no. in de rub. Cedendo ubi latè dixi in fi. col. Vnde ſit cautus primus producens ut ipſe reproducat ſtatutum contra ſe productum in parte & partibus facientibus pro ſe, nec aliter nec alio modo, de qua plenè habetur in dicta rub. in fin. col. C. de edendo.

154 Quærit etiam Bart. hic † quare hoc uolumen appelletur nouum. & refert tres rationes. Prima eſt, quòd terminus nouum ſignificat ultimum. leg. j. §. in nouiſſimo. C. de caduc. tollendis, & leg. nouiſſima. infra iudicatum ſolui cum ſimilibus. Sed iſtud uolumen eſt ultimum in ordine illorum trium uoluminum de corpore. ff. factorum. ergo bene appellatur nouum. Sed hæc ratio parum concludit: quia non erat nouum in compilatione. Item non uidetur conuenire menti diuidentis, cum aliæ tres partes non fuere appellatæ primæ, & ſecundæ, pro ut dicitur in di-

in dicta l. j. C.de cad. tollend. & dicta leg. no-
uiſsima.

Vnde ſecunda datut ratio: quia opera in-
terdicta ſolent aſſumere nomen à primis uer-
bis poſitis in eis, ut in interdicto quòd ui ant
clam, & uti poſsidetis cum ſimilibus. ſed hic
prima uerba ſunt de Noui operis nuncia-
tione. ergo ab iſtis debet appellari nouum.
Sed nec etiam hæc ratio concludit: quia
non appellaretur ſimpliciter nouum; ſed ap-
pellaretur. ff. de Noui operis. ſicut illud in-
terdictum quod ui aut clam. & uti poſſide
tis, & non uidetur etiam conuenire menti
diuidentis.

Vnde tertia aſsignatur ratio: quia nouum
aliquando dicitur, id eſt, iniquum, leg. j. §.
qui magiſtratum. ibi, noui iuris ſtatuerit.
coniuncta leg. 3. in princip. ff. quod quiſque
iuris, & cum in hoc uolumine puniantur ini-
qua, id eſt, delicta, ideò appellabitur no-
uum, quæ ratio ſimiliter repræhenditur hic
per omnes ex eo: quia interueniunt duæ in-
terpretationes, una quòd exponatur nouum,
id eſt, iniquum, alia quòd exponatur ini-
quum: quia punit iniqua, & dicit Marianus
non conuenit auctoritati Bar. & potius debe-
ret dici æquum, non autem iniquum, ideò do-
cto. pro reſolutione recurrunt ad alias uarias
ſignificationes termini nouum.

Vnde quarta aſsignatur ratio: quia nouum
dicitur quaſi nouiter inuentum leg. admo-
nendi. ff. de iureiurand. ibi, inſtrumenta no-
ua, id eſt, nouiter reperta, & hoc uolumen
fuit primò ammiſſum, & poſteà nouiter in-
uentum meritò appellatur nouum. Sed hæc
ratio etiam eſt falſa; quia hæc amiſsio con-
tigit in Infortiato ſecundum quòd dicunt
glo. & docto. in rubr. ff. ſoluto matrimonio,
ergo illud debuiſſet appellari nouum non au-
tem iſtud.

Præterea in dicta rubr. negatur quòd ali-
quod ex iſtis uoluminibus unquam fuerit am-
miſſum. Ideo quinta aſsignatur ratio: quia
de nominibus proprijs non debemus curare,
cum uana rerum uocabula ſint pertinacibus
relinquenda. leg. ſecunda in fine. C. de con-
ſti. pecunia. Sed tamen nec iſta eſt ad-
mittenda ex eo: quia illud procedit in no-
minibus proprijs, quàmuis nec etiam ge-
neraliter uerum ſit, ut ibi declaraui. hic au-
155 tem non eſt nomen proprium. † Sed eſt no-
men adiectiuum quod ſemper debet aliquid
importare, cum propter aliquam qualitatem
apponantur, & cum nomina ſint inuenta ad
diſtinguendas res. §. ſi quis in nomine. inſti.
de leg. & leg. ad recognoſcendas. C. de in-
genu. & manumisſis, & uerba denotent in-
tentionem noſtram. leg. Labeo. in fin. de ſu-
pellectili legata, credendum eſt quòd nomi-
nantes ex aliqua probabili ratione illud nomen
adiectiuum, & etiam proprium, ut demon-
ſtraretur qualitas ipſius nominati.

156 Vnde ſexta aſsignatur ratio quòd † nouum
dicatur quaſi improuiſum, quia hoc ff. ex im-
prouiſo dicitur ueniſſe, quaſi inſolitum ali-
quid contingerit, & in hoc uolumine inſoli-
ta apponantur: argumen. notato. per glo. &
alios in leg. prima. ff. quod quiſquè iuris.
Ideo docto. interunt ad queſtionem dancianis,
quibus data fuit poteſtas expendendi pecu-
nias ciuitatis circa res nouas ſeu nouos ca-
ſus. Nam ſi eueniat quòd ambaſiatores Im-
peratoris uel alterius magni uiri ſuperue-
niant, poterant ipſi anciani in eis honoran-
dis expendere pecunias publicas: quia dici-
tur eſſe caſus nouus, & inſolitus, & ita fuit
iudicatum.

157 Item † infertur ſecundum Alciatum Mari-
tus fuit in diſcordia cum uxore, forſan pro-
pter ſuſpicionem adulterij, & poſteà fece-
runt pacem, & maritus promiſit nihil noui
facere eidem uxori, non poterit facere res
inſolitas inter ipſos, & alios couiuges. Vnde
bene poterit dare alapas, & admonitiones
multas facere: quia ſolitæ ſunt inter coniu-
ges. Sed non poterit eam uulnerare, nequè
interficere, nequè ſimilia facere, quæ ſunt in-
ſolita: aliàs incidet in pœnam, ut per Bar. in
leg. ut iuris. in fine. ff. de operis libertorum.
Paul. de Caſtro in conſilio. 129. uolum. ſecun-
do. Et idem poteſt dici de eo qui promiſit
nihil noui facere in ſimilibus caſibus. Nam
ſi aliquid fiat ex noua cauſa emergenti, &
ex noua iniuria non incidet in pœnam pa-
cis, ut notat. in dicta leg. iiij. §. Cato. in-
fra de uerborum obligationibus ſuper colum.
final. Batt. tamen per iſta adhuc non eſt data
bona ratio, quare hoc uolumen appelletur no-
uum, cum nihil inſolitum propter hoc uolu-
men contigerit hominibus, nequè in eo tra-
datur.

158 Vnde † ſeptima aſsignatur ratiò: quia no-
uum dicitur ad differentiam ueteris, leg. ue-
tus. ff. de uino, tritico, & oleò legato, ubi ui-
num appellatur uetus quando ſuperuenit no-
uum poſt illud in alio anno. Ita etiam hoc uo-
lumen uidetur dici nouum ad differentiam ue-
teris, & hæc ſignificatio uidetur conuenire
menti diuidentis ex eo: quia primum uolu-
men apellatur. ff. uetus. Ideò illud appella-
tur uetus ad differentiam iſtius noui ſuperue-
nientis, & hæc ſignificatio & interpretatio ui-
detur etiam conuenire communi uſui loquen-
di, cum ſoleamus nos uetus dicere ad dif-
ferentiam noui, & nouum ad differentiam
ueteris.

159 Sed † tamen poſteà ſuccedit dubitatio de ra
tione iſtius impoſitionis, quare ff. uetus nomi-

natum fuerit cum illa qualitate ueteris. & ff.no
uum cum illa qualitate noui. Docto. aſſignant
rationem iu rub. de uerbo. obligationib. dum
dicunt quòd ius naturale eſt duplex,quoddam
primæuum antiquitus inuentum, & quoddam
ſecundarium poſteà introductum. Item ius
gentium ſimiliter eſt duplex, primæuum prius
inuentum, & ſecundarium ſecundò inuentum.
quæ conſideratio poteſt cadere etiam in iure
ciuili, ut ſit primæuum ius ciuile prius in-
uentum. & ſecundarium poſteà inuentum.
Idcirco cum in ff. ueteri tractetur de iure na-
turali, atquè de iure gentium, ac de inuentio-
ne iuris ciuilis in titulo de inſti. & iure, & in ti
tulo de origine iuris, & de ſtatu hominum, &
de alijs primordijs,apparet quòd ibi tractatur
de primæuo iure ciuili; ac etiam naturali, &
gentium. in hoc uero. ff. nouo tractatur de iu
re poſteà ſuperueniente, id eſt, de iure præto-
rio, quod poſteà fuit introductum longo tem
pore in ciuitate Romana. Vnde meritò ad dif-
ferentiam primæui iuris appellabitur nouum
ius, quaſi poſt uetus ius nouiter introductum,
in hac ratione uidentur reſidere communiter
docto. Sed tamen in contrarium facit: quia &
in. ff. ueteri tractatum fuit in multis locis de
iure prætorio, ut patet in titulo de pactis, de
calumniatoribus, de reſtitutio. in integrum,&
de rebus creditis, & per totum ff.uetus ubi re-
feruntur edicta infinita, quorum uerba expo-
nuntur, & de earum expoſitionibus factæ ſunt
plerequè leges iuris. ff. Item in hoc uolumine
noſtro tractatur de contractibus introductis,
& de actionibus, ut in titulo de actionibus,
& obligationibus & de uerborum obligatio-
nibus, & melius uideretur conuenire, in
ff. ueteri ubi tractatur de alijs contractibus
& actionibus, & maximè in titulo de re-
bus creditis, & in toto tractatu de iudicijs,
& in toto tractatu de pignoribus, quæ om-
nia uidentur etiam deſtruere compilationem
factam à Iuſtiniano quaſi, & ſine ratione di-
ſtinctam.

Vnde pro reſſolutione debes duo ſeparatim
examinare. Primò de generali compilatione.
160 Secundò de præſenti diuiſione. † Circa com-
pilationem reſſoluendo omnia prædicta con-
traria dicas quòd imò ipſa rectè facta fuit, &
cum probabili ratione. Nam omne ius no-
ſtrum pertinet ad perſonas, res, & actiones,
ut inſti. de iure naturali gentium & ciuili §. fi.
& ſicut hoc ordine compilatum fuit uolumen
inſtitutionum. ità etiam hoc ordine compila-
tum fuit uolumen. ff. Nam in principio tra-
ctatur de perſonis, & etiam in titulo de ſtatu
hominum, & de his, qui ſunt ſui uel alieni iu-
ris. & de adoptionibus, de ſenatoribus, & de
magiſtratibus, & de iudicijs ordinatis ab ipſis
magiſtratibus, & de alijs quæ ueniunt in con-
ſequentiam, poſteà compilatores cæperunt
tractare de rebus, ponendo ſecundam partem
& cum circa res multis modis iura diſponant,
primò dixerunt de rebus datis cum credito,
id eſt, cum ſpe aliquid accipiendi, quæ mate-
ria durat uſque ad titulum de pignoribus, &
ultra etiam tractatur de matrimonijs in qui-
bus perſonæ dantur cum credito. & bona pro
dote etiam cum ſpe recipiendi, quod etiam
ad tutelas trahitur, in quibus bona, & per-
ſonæ comittuntur fidei alterius, poſteà tracta-
uerunt de rebus datis ſeu de diſpoſitione dan-
di ex cauſa ultimæ uoluntatis, & de earum ac-
quiſitione à titulo de teſtamentis uſquè ad fi-
nem Infortiati. Tertio tractauerunt de defen-
ſione rerum ac earum conſeruatione, quæ ne-
ceſſaria eſt aliquando in rebus acquiſitis; &
principaliter propter impedimentum cauſa-
tum à uicinitate, uel à publicanis, & ius no-
ſtrum conſiſtit in conſeruando, & acquirendo
leg. final. ff. de legibus. Quartò tractauerunt
de rebus datis ſine credito, id eſt, ſine ſpe ali-
quid recipiendi, ut de donationibus, & ma-
numiſſionibus, quæ & ipſæ ſunt donationes,
& in conſequentiam ne continentiæ cauſarum
diuiderentur, poſuerunt de donationibus cau
ſa mortis, & de manumiſſionibus ex teſta-
mento, & fideicommiſſar. libertatibus. & ſic
propter connexitatem hæc materia conue-
niens præcedenti hic probabiliter reſſeruata
fuit. Quintò tractauerunt de acquiſitione
dominij, & cum illud fiat de iure gentium &
ciuili, primò tractauerunt de acquiſitione
de iure gentium in titulo de acquirendo re-
rum dominio, poſteà de iure ciuili per uſuca-
pionem mediante poſſeſſione, & per rem iudi
catam, & alijs modis propter contumaciam in
ductis, & ita compleuerunt ſecundum tracta-
tum, & materiam de rebus, poſtea tractaue-
runt de actionibus ponendo tertiam partem
iuris ciuilis in titulo de actio. & obligationib.
& cum receptum fuerit quòd ſtipulationes ap-
ponantur ſuper omnibus contractibus, tracta-
uerunt de eis, quaſi uirtualiter in eis inſint om
nes actiones & obligationes: argum. l. incon-
uentionalibus. infra de uerborum obligationi-
bus. & his addiderunt acceſſoria quædam, ut
de appellationibus, de iure fiſci, & uerborum
obligationibus, & quamuis aliqui tituli ſint
intermedij, qui uidentur conuenire alijs mate-
rijs, in alio loco poſitis, tamen cum poſiti fue-
rint ex probabili ratione in loco conuenien-
ti, non impeditur compilatio rationabilis, &
quin eam totam rectè factam dicere non de-
beamus. Quapropter apparet quòd non ob-
ſtantibus contrarijs, compilatio uoluminis.
ff. rectè dicitur fuiſſe facta, & cum forma pul-
cherrima figurata.
161 Circa ſecundum † de diuiſione ut ſup. dictum
fuit,

fuit, compilatores fecerũt duas diuiſiones principales, una fuit diſtinguendo in quinquaginta libros, quos habemus ordinatè poſitos. Secunda fuit in ſeptem articulos de qua in dicta l.ij. §. quod cæleſti. per duas colum. Cod. de ueteri iure enucleand. quæ tamen diuiſiones non ſecabant uolumen, quia reſtabat unicum uolumen prædictas partes includens, ut diximus ſupra, & in rub. ff. ſoluto matrimonio, & durauit unicum uolumen per ſexcentos annos, cum nullæ glo. inſcribi poſſint ex præcepto Iuſtiniani. Sed cum poſtea Barbari inuaſiſſent Italiam, & nomen Imperatorum propter dictam cauſam raro in Italia cognoſceretur, cæperunt homines gloſſare negligendo præceptum Iuſtiniani, unde uolumen incæpit creſcere ut amplius ad ſcholas portari non poſſet. Propterea doct. & ſcholares pro tempore cæperunt pro commoditate uſus, & apportationis ſecare dictum uolumen tanquàm fabri lignarij cum cultello, faciendo primò duo uolumina, ut refert Alcia. in procemio diſpunctionum ſe uidiſſe Bononiæ, & ſecundum uolumen incipiebat à titulo de bonorum poſſesſionibus, poſteà ſuperueniente multitudine glo. ſecauerunt dictum uolumen cum cultello conſtituendo tria uolumina, quæ nos habemus pro dicta commoditate uſus & portationis, & ut appareret quòd hanc diuiſionem fecerint cum ratione, conſiderauerunt quòd omnia, quæ exercebantur poſt mortem, uel in uita, conferendo poſt mortem executionem, ſimul in medio tractabantur, conſtituerunt uolumen Infortiati; conglutinando omnia quæ fiunt poſt mortem, uel occaſione mortis, & eius conſideratione incipiendo à titulo ſoluto matrimonio, & perſeuerando uſque ad ultimum titulum de ſuis, & legitimis. & de Sena. con. Tertu. quo uolumine compoſito, neceſſariò remanſerunt duo alia uolumina, unum eorum, quæ antea ponebantur, & appellauerunt. ff. uetus, & aliud eorum, quæ poſteà remanebant, & appellauerunt. ff. Nouum. Ratio autem iſtorum nominum quæ communiter tenetur eſt, quod in. ff. ueteri ponuntur leges prius inuentæ, & in. ff. nouo ponuntur leges poſteà inuentæ, & ſatis probabilis eſt. tamen in contrarium facit quod dixi ſupra, quòd imò etiam in. ff. ueteri quaſi per totum tractatum fuit de edictis prætorum: ergo & ius nouum ipſi poſitum fuit, & in hoc uolumine etiam poſitum fuit ius antiquum, cum fuerit tractatum de acquirendo rerum dominio, quod ius eſt antiquiſſimum, & plerunque iure naturali, & gentium inuentum, ac etiam tractatum fuit de acquirenda poſſeſſione, quæ & ipſa antiquisſima fuit de iure gentium, & iure ciuili ut notatur in leg. prima in fine principij infra de acquirenda poſſesſione, per quæ uidetur confundi hæc communis ratio, ſicut & aliæ præcedentes. Tamen
162 & eam ſaluando † poſſumus dicere quòd in principio iſtius uoluminis tractatum fuit principaliter de hoc nouo iure prætorio, cum magis ſpecialiter hic expreſſum fuerit, & ſecutus fuerit tractatus de interdictis per longum ſermonem de eis multos titulos ponendo, taliter quòd demonſtretur principalem intentionem fuiſſe hic tractandi de illo iure nouo prætorio. & licet in. ff. ueteri referantur aliqua edicta, & exponantur, tamen obiter, & in conſequentiam appoſita fuere, hic uerò magis principaliter cumulando ſimul omnia, quaſi omnia edicta, & interdicta, ut conuenienter poſſit dici quòd in. ff. ueteri tractatum fuit de primæuo iure ciuili, hic autem de ſecundario ſeu nouo iure ciuili.

Nec obſtat quòd infra tractetur de acquirendo rerum dominio: quia ille titulus replicatus fuit ad finem ut tractaretur de acquirenda poſſesſione, & de uſucapionibus: quæ nouo iure inductæ fuere. Item ſubiecta fuit materia iudiciorum, quæ in executione nouam formam ab edictis habuit, ac poſteà poſitus fuit titulus de uerborum obligationibus cum ſequentibus: quia ſtipulationes longo tempore poſt originem iuris & leg. duodecim tabularum introductæ fuere, ut notatur in dicta rubr. de uerborum obligatio. Propterea ex omnibus iſtis apparet quòd non ſine ratione iſti priuati doct. nominauerunt primam partem. ff. uetus. & hanc ſecundam partem. ff. nouum. & cum nomina imponantur ad diſtinguendas res, ſufficit quòd aliqua probabilis ratio nominandi interuenerit ad finem, ut per nomina diſtingui poſſit. Et hæc ſufficiant in iſto articulo, & pro declaratione iſtius rub.

Ioannes Bolognetus Salerni legens, & repetita Meſſanæ de anno 1567. de menſe Octobris, in octo lectionibus.

Summaria ſuper l. prima ff. De Ooperis Noui nunciatione.

1 IN hac lege ponitur interpetatio unius edicti emanati pro conſeruatione iuris ſui, ne ei fiat præiudicium ædificando.

2 Edicti præſentis uerba referuntur in duo capita diſtincta.

3 Dubitatio exoritur magna cuius edicti hic ponatur interpretatio.

4 Inde pro præuia inſpectione quinquè ultra docto. ſunt præmittenda.

5 Lex xij. tabularum quàmuis circumſpecta, tamen ex ſucceſsione temporis apparuit imperfecta, & in aliquibus iniqua.

6 Primò per interpretationem prudentum extenſa, reſtricta, & declarata fuit.

7 Secundò ſuppleta & emendata fuit per alias leges.

8 Tertiò per plebiſcita emendata fuit. poſtea per ſenatuſconſulta, & demum per principum placita, & reſponſa prudentum.

9 Quibus omnibus præceptis totum ius merè ciuile conditum fuit.

10 Edictis autem prætorum ſummopere aucta, correcta, emendata, & declarata fuit lex xij. tab. ac totum ius ciuile.

11 Prætores qui eſſent, & qualis eſſet eorum iuriſdictio, & unde prouenerunt refertur.

12 Et ità prætores ultra annum non durabant, quo peracto leges in ſuo robore permanebant.

13 Edictum perpetuum à quo, & quo tempore factum fuerit.

14 Prætores poteſtatem legis condendæ nunquàm habuerunt, quidquid arbitrentur docto.

15 Interdicta quæ eſſent, & quomodo inducebantur.

16 Interdicta infinita emanata fuere multorum generum.

17 Interdicta quàm plurima ſcripta fuere in edicto perpetuo, unde & ipſa edicta eſſe cæperunt.

18 Interdicta quoque edicta dici poſſunt, ſed non è contra quod nomen retinuerunt reſpectu originis & modi antiqui.

19 Edictum de noui operis, & interdictum quod ut aut clam, præſentis ſunt ſpeculationis.

20 Interdictum quod ui aut clam, primò factum fuit, & quare habeat duas partes de opere clandeſtino & uiolento.

21 Aedificium clam factum quomodo dicebatur.

22 Aedificium ui factum quando dicebatur.

23 Prohibitio ædificandi quatuor modis fieri poterat.

24 Probiiƀtio ædificandi ligat manus ædificanti uſquè ad diffinitiuam ſententiam.

25 Interdictum quod ui, in quibus competit.

26 Edictum de noui operis, quomodo, & ad quid fuit introductum.

Nunciatio à q bus, & in q ibus rebus fieri poteſt.

Per nunciationem quis ligatur, quomodo, & quo uſque.

28 Effectus nunciationis quot ſint refertur.

Ex nunciatione de rigore iuris poſſeſsio non amittitur niſi præſtita ſatiſdatione, licet aliter uideantur tenere docto.

29 Nunciatio quare fuit introducta, cum tendat ad eundem finem, ad quem interdictum quod ui aut clam.

30 Edictum noui operis ab interdicto quod ui aut clam. in quo differat.

31 Edictum de noui operis ab interdicto in modo probibend. quomoda differat.

32 Effectus interdicti quod ui aut clam in quo differant ab effectibus edicti de noui operis.

33 Edictum de noui operis quare fuerit introductum.

34 Vtilius eſt interdictum quod ui aut clam, quam edictum de noui operis reſpectu probibentis: quia generalius omni reſpectu reperitur.

35 Nunciatio unica uel triplex an ſit, latè diſcutitur.

36 Quid ſit remiſsio, quotuplex, & quomodo fiat.

37 De quo edicto hic Vlpianus interpretationem facit inquiritur.

Edicta huius qualia eſſe potuerint in ſubſtantia inquiritur, cum non reperiantur expreſſa.

38 Interdictum & edictum an differans?

39 Interdicta quando, & quomodo, & ad quid prætores fecerint.

Interdictum an cenſetur ab edicto.

40 Diffinitio Azo. refertur. & cum non conueniat litteræ reycitur.

Noua diffinitio nunciationis datur.

Diffinitio Azo. & Haſtienſis.

41 Nunciatio nullam ſolennitatem uerborum requirit:

Nunciatio cui fieri poſsit.

42 Quæ ſunt de ſubſtantia nunciationis ponuntur.

43 Nunciatio quibus cauſis fiat.

44 Nunciatio quibus modis fiat.

45 Caſus figuratio.

46 Nunciatio facta à non habente ius nunciandi ligat & nocet iuſtè ædificanti.

47 Nunciatio an ſit quadam prouocatio ſeu extraiudicialis appellatio, latè diſcutitur.

48 Attentata facta poſt appellationem etiam iniuſtam, an poſsint reuocari antequàm cognoſcatur de meritis cauſæ.

49 Ratio Ias. reſtringentis tex. ad caſum dubium refertur, & reycitur.

50 Diſpoſitio tex. quòd fuerit æqua, & conueniens æquitati legali demonſtratur.

51 Per nunciationem nunciatus an uideatur in conſequentiam probibitus ædificare.

52 Probibitus ædificare per nunciationem, an intelligatur ex uerbis editi diſpoſitione, an ex tacita interdicta permiſsione.

Per uerbalem nunciationem ligantur manus aduerſary ædificantis, & probibetur uti iure ſuo.

53 Probibitio à nunciatione differunt, ſicut cauſa à cauſato.

54 Iuſtum & iniuſtum quomodo differant interſe.

55 Verba iure & iuſtè, an ſint idem, & quid ſignificent.

Nuncia

56 Nunciatus remiſſionem petens an uideatur fateri iuſtè nunciationem factam.
Petens manumiſſionem an uideatur fateri ſe ſeruū.
57 Excommunicatus petens abſolutionem an uideatur fateri ſe legitimè excommunicatum.
58 Per legitimationem an probetur illigitimè eſſe natū.
59 Petens ueniam uel indulgentiam an uideatur fateri delictum.
60 Nunciatio noui operis ſperni an poſsit.
Nunciatus ſi clarè conſtat nunciantem non habere ius, an poſsit ſpernere nunciationem.
Nunciatio ſperni poteſt: quando periculum eſt in mora.
Nunciatio ſperni poteſt propter graue damnum quod imminet.
61 Edictum demolitorium poſt conteſtationem litis factam in cauſa principali, remiſſum eſſe uidetur.
62 Nuncians admittens nunciatum ad probationem ſuper cauſa principali, non poteſt amplius agere edicto demolitorio ſine proteſtatione præmiſſa.
Nuncians permittens probationes fieri ſuper cauſa principali cum proteſtatione, an, & quando ſibi præiudicet.
63 Excommunicatus nunciare non poteſt.
64 Forbannitus nunciare non poteſt.
Nunciatio fieri an poſsit reficienti opus uetus.
65 Nunciatio nulla, uel non legitima, quando dicatur.
66 Prophetia quid ſit ſecundum Bar.
67 Pronomen hoc, eſt demonſtratiuum ad oculum intellectus, & corporis.
Verba an debeant intelligi ſecundum opinionem uulgi.
68 Teſtis interrogatus dicens rem eſſe factam in palatio epiſcopi, ſi poſteà dixit in hoc palatio, an ſit ſibi contrarius.
Dictum teſtis an debeat intelligi ſecundum modum uulgarem, an legalem.
69 Teſtes contrarij an, & quando poſsint reduci ad concordiam, latè diſcutitur.
70 Edictum, & interdictum an ſit idem.
71 Edictum in quo differat ab interdicto. iterum latè diſcutitur.
72 Circa differentiam edicti, & interdicti.
73 Edictum ab Vlpiano hic interpretatum, an fuerit ſpecialiter uerbis ſpecialibus expreſsum.
Conceſſo uno uidetur conceſſum eſſe illud quòd eſt neceſſarium antecedens, & quomodo intelligatur.
74 Expreſſum poteſt capi propriè, & impropriè.
Statutum faciens mentionem de actu expreſſo an trahatur ad mentem tacitam contrahentium.
75 Actus factus contra legem an efficiatur nullus.
76 Clericus percuſſus, per ſtatutum prohibitus facere querelam ſine licentia epiſcopi, an querela facta ſine licentia ſit nulla.
Si clericus iurare prohibetur ſine licentia, & iuret, iuramentum ualet.
Clericus prohibitus ferre ſententiam ſanguinis, ſi eam ferat ualet ipſo iure.
77 Reficiens opus uetus non poteſt prohiberi per nunciationem noui operis.
78 Iure ædificans an poſſit prohiberi.
Nunciatio iniuſta an ſperni poſſit, ſi notoriè conſtat de iniuſtitia.
79 Verba ſimpliciter prohibentia actum fieri, an uideantur prohibere, ſiue iuſtè ſiue iniuſtè fiat.
80 Notorium quid ſit.
81 Nunciatio nulla ex defectu perſonæ, rei, uel cauſæ, an ſperni poſsit.
82 Cauſa in nunciatione non debet exprimi de neceſſitate niſi fuerit petita.
83 Quando notoriè conſtare dicatur nunciantem non habere ius nunciandi.
84 Per inſtrumentum autenticum an dicatur notoriè conſtare.
85 Notorium an inducatur per ſententiam inter partes latam in eadem uel ſimili cauſa.
Notorium an inducatur per euidentiam facti.
86 Cauſa in nunciatione an ſit exprimenda.
87 Cauſæ expreſsio non requiritur pro forma in ipſo actu nunciationis.
88 Cauſa exprimi debet parte interogante etiam extra iudicialiter, quia ea non expreſſa ſperni poteſt nunciatio.
89 In nunciatione facta per prætorem nuncians extra iudicialiter non tenetur reſpondere.
90 Cauſam exprimi per qua uerba quis dicatur petere.
Nunciatus dicens neſcio quare mihi nunties libenter ſcirem, an uideatur petere cauſam exprimi?
Verba enuntiatiua futuri temporis an inducant diſpoſitionem?
91 Cauſa in nunciatione an ſit exprimenda operarijs uel ſeruis præſentibus, & interrogantibus abſente domino?
92 Cauſa in nunciatione uſquè ad quòd tempus poſsit peti aſſignari.
Cauſa petita, & non aſsignata reddit nunciationem nullam.
93 Cauſæ generalis expreſsio in nunciatione an ſufficiat.
94 Nuncians an teneatur exprimere ius quod habet, uel poſſeſsionem cum cauſa.
95 Poſſeſsionem uel ius habere nuncians, ità quòd ſine ipſis nunciatio ſit nulla, latè diſputatur.
Nuncians an neceſſariò debeat poſsidere rem pro qua ſit nunciatio.
96 Cauſa nunciationis ſpecialiter allegata an ſit probanda in proſecutione nunciationis, uel principalis litis?
97 Nuncians an poſsit nouam cauſam allegare in proſecutione nunciationis ſeparatam ab expreſſa.
98 Nunciatio an ſit extraiudicialis appellatio?
99 Cauſa in nunciatione expreſſa an poſſit mutari?
100 Qualitas cauſæ in nunciatione expreſſa poſt concluſionem in cauſa an poſsit mutari?
101 Per nunciationem debitori factam à ceſsionario an impediatur debitor quin poſſit ſoluere cedenti?
102 Remiſsio an fuerit ab eodem edicto permiſſa quo nunciatio fuit conceſſa.
103 Nunciatio an remittatur pro ea parte pro qua non habet ius prohibendi?
104 Remiſsio nunciationis eſt duplex coniunctionalis, & legalis.
105 Legalis remiſsio diuiditur in duas, ſcilicet legalem & iudicialem.

106 *Indicialis remiſſio eſt duplex, una qua fit cum ſatiſdatione, & alia ſine ea.*

107 *Indicialis remiſſio non ſeparatur à legali.*

108 *Qua ſit uerior litera ad tex. negatiua an affirmatiua exponitur.*

109 *Verba eatenus quatenus, tribus modis capiuntur cauſatiua temporaliter, & quantitatiua.*
Nunciatio cauſatiuè quando dicatur.

110 *Remiſſio per ſatiſdationem an concedatur, ſi nuncians dicat hodie conſtat, & hodiè agatur, & num. 117.*

111 *Paria an ſint aliquid non facere, uel minus iniuſtè facere.*

112 *Nunciato offerente ſatiſdationem ſi nuncians dixit hodiè conſtat hodie agatur, impedit remiſſionem legis, & iudicis.*
Hodie remiſſio non datur ante tres menſes, etiam quòd detur ſadiſdatio.

113 *Exceptio hodie conſtat hodie agatur, an competeret de iure antiquo.*

114 *Iudex ſummariſſimè in nunciatione procedere debet parte inſtante.*

115 *Nuncians accipiens ſatiſdationem ſimpliciter uidetur remittere ius ædificandi.*

116 *Nuncians ſi nolit accipere ſatiſdationem, & nunciatus facit inſtantiam, an expectari debeat per tres menſes.*

117 *Nunciante ſatiſdationem non accipiente, uel nunciato tacente, iudex ex officio procedere nõ poteſt.*

118 *Nunciatus in poſſeſſione ſui ſoli an ſtatim poſſit admitti ad ſatiſdationem trimeſtre tempore non expectato.*

119 *Statutum quòd cauſa debeant terminari per quadraginta dies, an reſtringat tempus trium menſium in nunciatione?*

120 *Verba eatenus quatenus, quomodo temporaliter accipi poſſint.*

121 *Verba eatenus quatenus, an quãtitatiuè capi poſſint.*

122 *Nouus intellectus ad tex. traditur.*

123 *In nunciatione iniuſta ex defectu cauſa rei, uel perſona, an detur propriè remiſſio.*

124 *In nunciatione nulla ex euidentia facti permanentis, an detur remiſſio legis perpetua, & ſine ſatiſdatione.*

125 *In nunciatione dubia an remiſſio per iuditem perpetuò fieri poſſit ſine ſatiſdatione?*

126 *Remiſſio nunciationis à parte ex conuentione facta ſecundum earum uoluntatem ualet.*

127 *Per ſatiſdationem ſimpliciter acceptatam remisſio inducitur, & nunciatus ædificare poteſt.*

128 *Nuncians nolens acceptare fideiuſſionem, dicens hodie conſtat & hodie agatur. impedit remiſſionem per tres menſes. & num. 110. & 113.*

129 *Nuncians fideiuſſorem accipere nolens ut impediat ædificare, uel litigare intendens, impedit per tres menſes remiſſionem nunciationis fieri.*

130 *Nunciatus afferens ſatiſdationem non acceptatam uel nullam datam, an inde tacendo cadat à iure ſuo.*

131 *Noui operis nunciatio eſt ſummaria, & poteſt procedi ſola facti ueritate inſpecta.*

132 *Iudex ante ſententiam ſi ſibi liqueret nunciantem non habere ius, uel è contra, an poſſit reiecta ſatiſdatione remittere?*

133 *Remiſſio prohibitionis poteſt fieri per nunciantem ius prohibendi non habentem.*

134 *Ius prohibendi duobus modis conſideratur quantum ad ſubſtantiam, & exiſtentiam, & quantum ad modum procedendi.*

135 *Nuncians licèt uerè non habeat ius prohibendi, tamen ſi dubium eſt, permiſſione prætoris nunciare poteſt.*

136 *Ius prohibendi non conſideratur ex defectu rei, perſona, & forma, uel cauſa.*

137 *In nunciatione eadem conſideratio habetur in propoſitione negatiua ſicut in affirmatiua.*

138 *Intellectus uerus ad l. primam. ff. de remiſſionibus datur reprobato intellectu glo. & Bar.*

139 *Nunciare & prohibere inter ſe differunt, habentes ſe tanquàm excedentia & exceſſa ac conſiderari poſſunt in genere, & in ſpecie.*

140 *Nunciatio an poſſit fieri in ſeruitute ruſticali?*
Intellectus ad l. qui uiam. inf. eo. traditur.

141 *Nunciatio per ſatisdationem de damno infecto non remittitur, niſi præſtetur cautio de damno, quod exoritur ex ruina noui ædificij.*

142 *Nunciatio facta gratia iuris publici tuendi per remiſſionem non tollitur, quin per alium poſſit impediri.*

143 *Accuſatus crimine publico habita remiſſione poteſt iterum ab alio accuſari.*

144 *Satiſdatio præſtita an remitti debeat declaratur ſicut è contra nunciatio.*

145 *Nunciatio quo remedio conſulatur contra iniuſtè nunciantem, qui ſpreta nunciatione opus factum demoliri coactus fuit.*

146 *Nunciatus an poterit petere actione de dolo damnum paſſum à nunciante iniuſtè, latè diſcutitur referendo uaria fundamenta, & reſponſiones ab utraquè parte.*

147 *Reſſolutio noniter traditur, an, & quando iniuſtè nuncians teneatur actione de dolo.*

148 *Opinio Iacobi de Arena in terminis iſtis nõ eſt uera.*

149 *Nunciatus in nulla culpa exiſtens, ſi paſſus eſt damnum, poteſt agere de dolo, uel quando paruam culpam comiſit.*

150 *Actio iniuriarum quando poſſit competere nunciato.*

151 *Actio iniuriarum poteſt concurrere cum actione de dolo.*

152 *Actio de dolo an, & quando, competere poſſit.*

Lex

Lex Prima. ff. De Noui oper. nunciatio.

1 IN hac lege †ponitur interpretatio unius ædicti emanati pro conſeruatione iuris contra aliquem uolentem opus in præiudiciũ al-
2 terins ædificare †quod ædictũ ſecũdũ doctor. ponitur in l. prætor. in principio & in. §. denide, infra eodem diſtinctum in duo capita ibi poſita per hæc uerba. In quem locum nunciatum eſt nequid noui operis fieret; qua de re agitnr, qui in eo loco antequàm nunciatio remiſſa fuerit, ant in ea cauſa ſit ut remitti deberet, factum eſt ı id reſtituas. Deinde ait prætor. quem in locum nunciatum eſt ne quid noui operis fieret: qua de re agitur, ſi de ea re ſatiſdatum eſt: quod eius nomine cautum ſit, uel niſi per te ſtet quominus ſatiſdetur: quominus illi in eo loco opus facere liceat, uim fieri neto. In quibus duobus capitulis apparet quòd prætor non permiſit per aliquod uerbum nunciationem fieri: ſed quando ipſa facta fuerit, & opus ſpreta nunciatione fieret, mandanit primò deſtrui quod factum fuiſſet ante remiſſionem, & in ſecundo capite permiſit ædificare poſt ſatiſdationem, & uim fieri prohiboit ædificanti.

3 Propterea † cauſata fuit magna dubitatio, cuius æditi Vlpianus in hac lege interpretationem poſnerit, cum illa loquatur de editlo permiſſorio, cuius nerba quomodo intelligantur declarat ponendo quatenus, & quomodo permittatur nunciatio, & quibus modis fieri debeat, ſeu cum qnibns qualitatibus permiſſa fuerit nunciatio, taliter quòd uerba poſita in l. prætor in primo & ſecundo capite, non poſſunt conuenire huic editio permiſſorio, & uideanter diuerſæ diſpoſitiones. augetur difficultas: quia in hac lege edictum nuncupatur cuius ſit interpretatio, & in illa lege appellatur interdictum. Vnde infertur quòd ſint diuerſæ diſpoſitiones: quia ſi eædem eſſent, cur diuerſo nomine nuncuparentur, l. ſi idem cum eodem. C. de codi.

4 Propterea † pro reſolutione iſtarum difficultatum generantium confuſionẽ in mente doct. & ſcholariũ ſuperuenientiũ, ad euidentiam pro prætia inſpectione ſex ſeparata principaliter ſunt præmittenda. Primò quid ſint edicta, & interdicta, & quam originẽ habuerit, & in quo antiquitus differebant, & hodie differanr. Secundò nidenda eſt natura interdicti quòd ui aut clam, & huius æditi de noui oper. nuntiatio. & in quo differrant. & quid operetur nunciatio ultra illud. Tertiò quotuplex ſit nunciatio, & quibus modis fiat. Quartò quotuplex ſit remiſſio, & quibus modis fiat. Quintò magis accedendo ad tex. cuius æditi Vlpia. hic poſuit interpretationem. Sextò quid ſi nuntiatio, quibus de cauſis fiat, & quos effectus producat & alia generalia circa eam per quæ apparebit, quòd Maria. & Hermano. hic non bene neque perfectè locuti facere, neque ueram theoricam tradiderunt. neque cognouerunt bene qnid ſit præmittere, & quorſum tendant præmiſſa, quod eſt proprium eorum. Nam Maria. exordium fecit quærendo qnotuplex ſit uunciatio. & Hermanocius quærendo quotuplex ſit remiſſio ommittendo principia neceſſaria. unde omiſſis eorum dictis ordinem propoſitum ſeruabimus.

Circa primum, repetenda ſunt aliqua quæ ponuntur in l. ij. ff. de orig. iur. quòd cum ciuitas Romana incerto iure uteretur miſſis oratoribus fecit l. xij. tab. ſumptam à legibus draconis, & Solonis ſecundùm formam poſitam in d. l. ij. §. exatis, quæ tunc temporis cum magna conſideratione præhabita, uiſa fuit tota iuſta, ſancta, & boneſta, ac continens omnes
5 caſus qui tunc cogitari potuerunt. † nihilominus: quia ſemper natura nouas formas deproperat, & mutationem in rebus inducit, l. ij. §. ſed quia diuinæ. C. de uet. iure enucleando, atque etiam cum infiniti caſus mixti non comprehenſi in regulis iuris euenirent, ac aucto populo Romano, & aucto Imperio ex uarietate noui caſus contigerent, apparuit eam mancam fuiſſe, debilem, & imperfectam, & in aliquibus iniquam, ut indigeret ſuppletione, correctione, emendatione, & confirmatione. propterea per ſeptem partes iuris ſucceſſiuis temporibus ſæpiſſimè fuit ſuppleta, confirmata,
6 & aliquando correcta, † Et primò cæperunt homines natura inſtigante, & propter diſputationem fieri in uerbis eius interpretationem facere extendendo uerba, & reſtringendo, prout nidebatur ratio perſuadere, dicta l. ij. §. his legibus latis. de origine iuris. de qua interpretatione multa habemus exempla, & unum notabile ponitur in l. Gallus. de lib. & poſthum. ſecundùm opinionem, quam ego ibi approbaui, ubi per interpretationem ex mente ipſius legis. xij. tab. apparuit datam fuiſſe poteſtatem inſtituendi filios poſthumos hæredes, ac poſtea nepotes poſthumos, quorum pater mortuus erat, ac tertiò inducente Gallo poſthumos nepotes quorum pater uiuebat ſi naſcerentur poſt mortem poſſe inſtitui hæredes, cum ibi plenius not.

7 Secundò cum aliquando † extenſio non cõueniret uerbis, facta fuit ſuppletio, uel emendatio, per leges quæ per populum conſule interrogante conſtituebantur, de quibus etiam habemus multa exempla infra ad leg. Iuliam peculatus, de ambitu, de adulterijs, ad leg. Corneliam de falſis, & de ſicarijs, cum ſimilibus. & exemplum antiquum bonum in l. Velleia de qua in dicta l. Gallus. & in l. curiata. ff. de adoptio. & l. ijs & ſimilibus.

8 Tertiò † eadem ratione ſuadente, ſuppleta
& emendata fuit per plebiſcita, quæ antiqui-
tus ſeruabantur tantummodo inter plebem, &
ab ea tribuno interogante conſtituebantur. Sed
lege Hortenſia lata non minus ualere cæperunt
quã ipſæ leges, d. l. ij. col. iij. de orig. iur. & §.
conſtat. inſti. de iure naturali gentium, & ciui-
li, & bonum exemplum habemus in lege Aqui-
lia, quæ fuit plebiſcitum, licèt appelletur lex,
ut habetur in l. j. ſupra ad leg. Aquiliam.
Quartò ſuppleta, & emendata, ſeu alterata
fuit per ſenatus conſulta, quæ cæperunt eſſe quã
do populus ualde auctus fuit, ut in dicto §. con-
ſtat. uerſi. ſenatuſconſultum. & habentur exẽ-
pla multa, de Velleiano, Macedoniano, Ter-
tulliano, Orficiano, Pegaſiano, & multis alijs:
quæ receſſeruut ab uſu. & proceſſerunt in mate
ria libertinitatis, & libertatis relictæ.
Quintò fuit ſuppleta, uel emendata, latisſi-
mè per principum placita, qui conſtitutiones
propè infinitas ediderunt ſupplendo, corrigen
do, & emendando dictam legem, taliter quòd
de eis tres Codices conſtituti fuere, & poſteà re
dactæ in unum Codicem, ut habetur in prima,
& in ſecunda conſtitutione C. & in procemio
inſtitutionum, & ad ſaturitatem habemus exẽ-
pla in toto. C.
9 Sextò † fuit ſuppleta, & alterata per reſpon-
ſa prudentum ſuperueniente Cæſare, qui dedit
poteſtatem Iuriſconſultis reſpondendi de iure
ut in §. reſponſa prudentum. inſti. de iure na-
turali gentium, & ciuili, quæ differebant ab
interpretariouibus: quia illæ fiebant à priua-
tis, & eorum auctoritas priuata erat. iſtæ autem
fiebant à Iuriſconſultis, & eorum auctoritas pu
blica erat, & ſeruanda propter auctoritatem re
ſpondendi de iure eis conceſſam, de quibus in-
finita propè exempla reperiuntur in toto hoc
uolumine. ff. & in iſtis ſex modis confectum fuit
ius ciuile latisſimum duorum millium librorũ,
& quando prædicti legæ duodecim tabularum
contrariebantur eam in totum corrigebant, ut
ipſa in totum deſineret habere nirtutem, nequè
correctis dictis partibus eam emendantibus aſ
ſumebat interum uirtutem: quia æqualis in eis
erat poteſtas legis.
10 Septimò † correcta, & emendata fuit dicta
l. xij. tabularum per edicta prætorum, qui etiã
ante principum placita, & reſponſa prudentũ
cœperunt eſſe in ciuitate: quando cõſules in bel
lis occupati erant, & auocabantur à ciui. dicta
l. ij. §. cum autem, & conſtituti fuere duo, pri
mò prætor urbanus, & prætor peregrinus, &
poſteà decem, & ſeptem additi fuerunt pro tẽ-
11 pore dicta l. ij. §. capta. † Tamen principalis e
rat prætor urbanus qui habebat curam totius ci
uitatis, & reddebat ius omnibus de populo,
cuius iuriſdictio dependebat à lege xij. tabula-
rum per illa uerba de magiſtratibus poſita iux-
ta Imperio ſunto ijſquè ciues modeſtè & ſine re
cuſatione parento ſe poſteà ſub rub. de prætori
bus dicitur: iuris ciuilis diſceptator q priuatè
iudicet iudicareuè iubeat prætor eſtò, iuris ci-
uilis cuſtos eſto, & omnes ei parento: quorum
uerborum uirtute dicti prætores iuriſdictionẽ
habebant. & in iudicando citationes, & edicta
faciebant, atquè pro rempore cognoſcentes
multos defectus in dictis omnibus partibus eſ-
ſe proponebant edicta contra leges emen-
dando, corrigendo, & ſupplendo prout neceſ
ſitas dictabat: quæ proponebant in albo ut om
nes de ciuitate uidere poſſent, quibus populus
totus ex uirtute poteſtatis ipſius parere coge-
batur. unde licèt nullam prætores haberent con
dẽdæ legis poteſtatem: tamen ex cauſa tanquã
procuratores generales reipublicæ ea condebãt
12 & obſeruabantur ſuſpenſa lege. † Sed quoniam
dicti prætores ex ſua poteſtate, & iuriſdictio-
ne faciebant obſeruari, non durabant ultra eo-
rum officium iux. tex. inſti. de perpetuis, & tẽ
poralibus actio. in principio, & cum eorum of-
ficio peribant, & edicta, & remanebant leges
in ſuo uigore, quibus etiam addebantur ea, quæ
per ædiles curules circa res uenales conſtituebã
tur, & hoc modo fuerunt propè infinita ædicta
inducta de uarijs materijs loquentia, ut in pa-
ctis; poſtulando procuratoribus, iuriſdictioni
bus, in integrum reſtitutionibus, iudicijs, re-
bus creditis, cõmodato, depoſito, pignoribus,
ædilitio edicto, in matrimonijs, dotibus, in
teſtamentis, in modo teſtandi, in ſucceſſioui-
bus ab inteſtato, & ex teſtamento, bonorum
poſſeſſionibus, & infinitis alijs in omnibus iu-
ris partibus ſimilibus, per quæ ualde ampliata
correcta, & confirmata fuit lex. xii. tabularum
& aliæ leges. ut inſti. de bonorum de poſſeſſio-
nibus in principio quæ edicta dicebantur ius
prætorium, & differebant ab omnibus præce-
dentibus partibus ex eo: quia non erant perpe-
tua, ſed durabant tantum per annum, quate-
nus durabat officium eorum, dicto titulo inſti.
de perpetuis, & temporalibus actionibus. & in
l. in honorarijs. de actio. & oblig. Quibus ceſ
ſantibus remanebant leges & aliæ partes in ſuo
uigore, & erat neceſſe quòd ſubſequens prætor
ea iterum ediceret, & in albo proponeret: alias
peribant in totum, quo fiebat ꝙ ius pro tempo
re uarium erat, cum aliquando prætores ſequẽ-
tes dicta edicta præponerent, & ſeruabantur,
& aliquando prætores ambitioſi ea præponere
nolebant, neceſſariò recurrebatur ad ll. anti-
quas, quæ non erant ſublatæ per propoſitionem
eorum, & hoc ius ità uariè ſeruatum fuit uſquè
ad tempora Hadriani Imperatoris, quo tempo
13 re Saluius Iulianus Iuriſconſultus † cognoſcens
præfacta edicta ex longitudine temporis appa-
ruiſſe perpetua & utilia ualde. undè ipſe ex mul
titudine edictorum quæ habebat, elegit ea quæ
uiſa fuere magis perpetua, & utilia, & ſcripſit
in uno libro quem præſentauit Hadriano Impe
ratori petendo ut daret uitam perpetuam ex
auctoritate Imperiali, ut ſicut cæteræ leges, ità

& hæc edicta perpetuò durarent,& nō perirent
finito officio. & cum poſteà ipſe Iulianus eſſet
creatus prætor, omnia prædicta edicta in di-
cto libro ſcripta in albo propoſuit ut obſerua-
rentur cum poteſtate perpetua auctoritate di-
cti Imperatoris, & cum ipſe tanquàm prætor
ea proponeret remanſerunt cum debilitate iu-
ris prætorij, ut licèt uitam perpetuam aſſum-
pſiſſent: tamen legem non corrigerent: ſed tan
tummodo ſuſpenderent, ut eſt.tex. in l. ſi neceſ
ſarijs .ff. de acquir. hæreditate. & hoc modo
inductum fuit edictum perpetuum de quo in l.
ij. §. ſed quia diuinæ. C. de uet. iur. enucleand.
& fit mentio in l. edicta. C. de edendo. & in l.
ij. de ſtatu hominum cum ſuis concordantbus:
quæ omnia plenius declarantur, & ponuntur in
rub. C. qui admitti, ubi latiſſimè diſputatur, an
prætores haberent poteſtatem legis condendæ.
& licèt ibi communiter docto. uideantur incli
nare, quòd haberent poteſtatem legis conden
14 dæ. † Tamen eorum opinio eſt falſa, & à multis
Modernis reprobata,& cauſa iſtius erroris fuit:
quia factum fuit edictum perpetuum, de quo ha
bemus plenum totum corpus iuris. ff. & cum ui-
derent hæc edicta pro legibus ſeruari, credide-
runt prætores habuiſſe poteſtatem legis condē-
dæ: tamen ipſi non habuerunt. Sed propter Sal
uium Iulianum edicta ab eo collecta, & in uno
libro acceperunt uitam perpetuam auctoritate
Hadriani Imperatoris. unde euenit quòd illa
tantummodo ibi ſcripta habuere auctoritatem
legis, cætera uerò quæ ibi ſcripta non fuere re-
manſerunt in ſua debilitate, ut tunc obſeruaren
tur, quando prætores ea proponerent, & fini-
to officio proponentis corruerent, niſi à ſucceſ-
ſoribus iterum proponerentur. Et propterea
remanſit quòd hodierno tempore prætores ur-
bani, & omnes magiſtratus in ciuitate perma-
nētes poſſent facere edicta æqualia prætoribus
antiquis, quæ obſeruantur durāte eorū officio,
& extinguuntur extincto officio, & uulgariter
appellantur banna iudicum, magiſtratuum, &
gubernatorum ciuitatum, ut ibi plenè dici-
tur per docto. maximè modernos.

15 Octauò † ſuppleta, & emendata fuit lex xij.
tabu. & aliæ leges ſucceſſiuè per interdicta, quæ
primò cæperunt fieri à prætoribus pro execu-
tione ſuorum edictorum. Nam cum ipſi præto
res non habuiſſent poteſtatem legis, edicta nō
poterant tollere legem. unde eis propoſitis na
ſcebantur diſcordiæ inter partes, & cum conue
nirentur coram prætore, prætores faciebant de
creta pro obſeruatione & executione ſuorum
edictorum, quæ decreta appellabantur interdi
cta, id eſt, inter duos litigantes prolata, ſicut
& ſentētiæ interlocutoriæ quæ hodie proferun-
tur ab omnibus iudicibus, & magiſtratibus, ap
pellantur decreta, & nuncupantur interlocuto-
riæ, id eſt, inter partes locutiones iudicum, ſeu
inter principium, & finem litis prolatæ, cum
omne uerbum iudicis ſententia interlocutoria
dicatur, ut dicemus plenè in rub. & in l. j. infra
de re iudicata, & habetur in l. j. ff. de officio
eius cui mandata eſt iuriſdictio, & poſſent quo
què nuncupari interdicta, quaſi inter duos liti-
gantes dicta, ſeu interim, ut nolebat Alcia. di-
cta donec diſcuteretur de cauſa principali per
ſententiam diffinitiuam.

Prædicta autem decreta proferebantur cum
certa forma, & ſolennitate de qua inſtit. de in
terdictis. in principio. Et prima inuenta fuere
ut dixi pro executione edictorum ſuorum, &
paſſim prætores ea proferebant inter litigan-
tes pro tempore, & cum etiam difficultates ue
nirent in litibus propter leges ciuiles, & in ſpe
cie quādo erat diſcordia de poſſeſſione, de qua
leges ciuiles non loquebantur, prætores inter li
tigantes proferebant huiuſmodi interdicta ali
quando dicendo, uti poſſidetis ità poſſideatis.
Aliquando poſſeſſionem quā tu accepiſti, reſti
tuas, & alia ſimilia proferendo, & cum etiam
in rei uendicatione eueniret quòd poſſidens oc
cultabat rem, proferebant huiuſmodi interdi-
16 cta mandando ut exiberentur. † Vnde conſtitu
ta fuit multitudo interdictorum, quæ diuide-
bantur, quòd aut erant exhibitoria, aut prohi
bitoria, aut demolitoria. ut inquit Iuſtinia-
nus in dicto §. j. inſti. de interdictis, & poſſeſ-
ſoria diuidebantur, quòd quædam pro reſtituē
da poſſeſſione, quædam pro adipiſcenda, & quæ
dam pro conſeruanda & retinenda interpone-
bantur, ac quædam erant ſimplicia, & dupli-
cia, ut refertur in dicto titulo, inſti. de inter-
dictis, & plenius infra in titulo, de interdictis,
quibus à prætore prolatis ex auctoritate rei iu
dicatæ, naſcebantur actiones quædam extraor
dinariæ, quæ poſteà exercebantur in eodē iudi
cio, & finito iudicio ſecundùm uitam poſitā in
ſti. de perpetuis, & temporalibus actionibus in
prin. & ut cognoſcerentur ab alijs actio. ſimili-
bus, retinebant nomina interdictorū. & partes
dicebātur intentare huiuſmodi interdicta quo
rum naturā cæperunt interpretari Iuriſcōſulti,
ſicut, & interpretabantur naturā aliarum actio
num, & ut interpretationes eorum intellige-
rentur, ſcribebant formulam & conceptionem
uerborum, quàm ſolenniter in eorum prolatio
ne prætores ſeruabant, atquè ità paulatim con
ſtitutus fuit liber interdictorum, in quo expo-
nebantur uerba ſolita à prætoribus inter par-
tes proferri, & natura actionum ex eis proue-
nientium. Vnde incæpit eſſe interdictum ne
quid in loco publico fiat: ne quid in loco ſacro
uel flumine publico: & huiuſmodi infinita ſi-
milia.

17 Veruntamen: † quia ipſa dependebant ab au
ctoritate prætoria, & aliquando prætores pro
capite proferebant, uel nolebant proferre, in-
ducebatur uarietas in executione interdicto-
rum & legum. & propterea Saluius Iulianus in
compoſitione edicti perpetui enumerauit quo-
què interdicta multa, quæ apparebant hab-

cauſam perpetuam, & multum erant popularia & utilia, quæ omnia ita ſcripta propoſuit ipſe in albo ſimul cum cæteris edictis, & auctoritate Hadriani Imperatoris dedit eis uitam perpetuam. & cum eſſent ab eo ſcripta, & in albo propoſita ex interdictis interduos dictis, cæperunt eſſe edicta ut totum populum ligaret ſicut, & cætera edicta. Quamobrem euenit quòd ipſa æquiparata, fuere edictis, & nedum æquiparata ſed in ſubſtantia effecta edicta, ut poſſent hoc duplici nominè nuncupari interdicta propter originem, & modum proferendi prius prolatum, & edicta propter ſcripturam factam à Saluio Iuliano, & propoſitionem ab eodem factã in albo, ut & ipſa leges prætoriæ dicerentur. unde euenit ꝙ quantum ad effectum & ſubſtantiam cæperunt habere eandem naturam cum edictis, & edicta nuncupari. ut omne interdictum edictum poſſit dici. Sed differebant poſteà habito reſpectu ad originem: quia ea attenta fuere prius inuenta pro executione edictorum. & pro executione legum, & ex prolatione eorum naſcerentur actiones, quæ inter dicta nuncupabantur, & cum antea inter duos litigantes proferentur à prætore, & propter hoc dicerentur interdicta, & decreta retinuerunt hoc nomen, ut & hodiè ita dicantur, & hanc ethymologiam retineant, ut dixit Iuſtinia-
18 nus inſti. de interdictis in. §. j. † Vnde remanſit ꝙ ipſa interdicta duplici nomine poſſint nuncupari, nec eſt contradictio quòd una, & eadem diſpoſitio appelletur edictum, & interdictum, edicta uerò remanſerunt in ſua ſingulari ſignificatione, ut tantummodo edicta nuncupari poſſint, & nomen interdictorum eis conuenire nõ poſſint, & hæc de origine edictorum, & interdictorum, & eorum differentijs antiquis, & nouis ſufficiant. Et habes reſſolutam difficultatem multorum iurium appellantium eadem præpoſitione edictum, & interdictum, ut in l. prætor. infra. eo. & in l. j. infra ne uis fiat ei, qui miſſus eſt in poſſeſſio. cum alijs ſimi. & infra ſuper glo. & Bar. repetemus.
19 Secũdò † proprius ad tex. pro generali cognitione præmittendum eſt, quòd prætores edidere runt multa edicta atque interdicta pro conſeruatione iuris ſui. Inter alia autem duo ſunt, quæ quotidie in ore habebimus in interpretatione iſtius tituli quæ in idem tendere apparẽt, attamen uerè ſunt diuerſa, interdictum quod ui aut clam, & edictum de noui oper. nunciati.

De quorum natura, & differentijs neceſſariũ
20 eſt uidere. † Et primò à prætore quando naſcebantur lites ſuper ædificijs factis in præiudiciũ partium, & aliqui actores conquererentur de ædificijs in eorum præiudicium factis proferebant interdictum hoc cum ſua formula, & ſolẽnitate inter partes litigantes qđ ui aut clã factum eſt id reſtituas, quod poſteà ualde auctum fuit: quando à Saluio Iuliano in edicto perpetuo ſcriptum fuit ut naturam edicti aſſumeret ſecundum theoricam ſupra traditam, & cum Vlpianus pro tempore imperante Alexandro, eſſet Iuriſconſultus doctiſſimus, & elegantiſſimus, confecit octuaginta libros ad edictum in terpretando ſingulariter omnia edicta ibi ſcripta, & interdicta, & inter alia hoc interdictum quod ui aut clam, per quod generaliter ſuccurſum fuit omnibus illis in quorum præiudicium aliquod opus factum fuerat, & habuit duas partes, una de opere clam facto reſtituendo, aliam
21 de opere ui facto, ſimiliter reſtituendo. † clam autem ædificium dicebatur factum, quando ab ſcente uel ignorante eo cui præiudicium generabatur factum fuit ex eo quòd ædificans ſuſpicabatur uel ſuſpicari debebat ſe prohibendum eſſe, ut eſt tex. in l. prohibere. §. fi. cum tribus ſequentibus eo. titulo. ubi ponuntur exempla. Et inter alia quòd licèt aliquis eſſet ita ſupinus ut non ſuſpicaretur ſe poſſe prohiberi, nihilominus clam diceretur feciſſe: quia non debet eſſe melioris conditionis ſtultus quàm ſapiens l. Seruius. eo. titulo quod euenire poterat ſi ante ille uicinus ſolebat tenere locum illum tanquã ſuum, uel habebat ſeruitutem luminum ab area uicini: & cum loqueretur cum uicinis, uel alijs ſolebat dicere quòd ille non poterat ædificare, tunc enim ſi ædificabat quod noceret eo abſente uel ignorante, uel etiam oculté ne deueniret ad aures dicebatur facere ædificium clandeſtinum quaſi ſuſpicatus fuerit ſi ille ſciuiſſet prohibiturum, uel ueriſimiliter ſuſpiceri deberet, & cum uitioſum exiſteret tenebatur illud ædificium deſtruere etiam quòd in ueritate habuiſſet ius ædificandi. dicta l. j. in principio & leg. prohibere. §. fi. eodem titulo. unde remedium erat ut exiſtente opinione uicini quòd alter nõ poſſet ædificare, ut faceret quod opus non eſſet uitioſum quod uicinus denunciaret, uolens ædificare denunciaret ei uoluntatem ſuam notificando quòd uolebat facere tale ædificium in tali loco, in tali die, & tunc ſi ipſe nihil reſpondebat licitè ædificabat eo ſciente uel ignorante, l. aut qui aliter. in principio. & l. ſi quis ſe denunciauerit, & l. fi. §. fi. eo. titulo quod ui aut clam, uel ſi præſens erat uicinus non celando ſe ab eo qui poterat fieri præiudicium eo uidente, & ſciente ædificaret: quia tunc quoq; ædificium fiebat ſine uitio.
22 Secunda † erat pars ipſius interdicti: quando uicinus prohibitus ab eo qui prætendebat in tereſſe ædificabat, quo caſu ædificium propter prohibitionem efficiebatur uitioſum, & dicebatur ui factum, ut per illud interdictum ueniret diruendum per illa uerba aut ui factum id reſtituas. prohibitus autem dicebatur uicinus quando ſi fuiſſet facta denunciatio reſpondiſſet denunciationi quòd ipſe non habebat ius ædificandi, & non intendebat quòd illud opus fieret in eius præiudicium, ac etiam opus ui factum dicebatur quando ipſe faciens naturaliter fuiſſet prohibitus, uel ipſi operarij, & non obſtan-

obſtanre prohibitione perſeuerabat in opere dicta l.j.§. quid ſit ui, ubi ponitur diffinitio, ui factum dicitur quod contra quam prohibe-
23 retur, factum fuit, † quæ prohibirio quatuor modis fieri poterat, nel per manum, quando corpore, & mann ſe opponebat, uel per lapillum, proijciendo lapillum in opus, & proferendo uerba ne faceret, nel per prætorem petendo à iudice ut inhiberetur, uel per nunciationem, nel prolationem quorumcunque uerborum denotantium quòd ipſe nollet eum ædificare. dicta lege prima. §. quid ſit ni. & §. tam diu. cum ſeq. & lege uim facit. §. primo. infra. eodem titulo. quod ui aut clam. Ita quòd in ſumma omnis prohibitio ſua, & quæcunque aduerſatio ne opus fieret nera uel ſuſpicata, ſeu ſoſpicanda rationabiliter erat tanti effectus, & tantæ efficaciæ, & uirtutis, ut incontinenti ea interueniente ligabantur manus ipſi opus facienti ut amplius in opere procedere non poſſit, etiam quòd millies haberet ius ædificandi, & ſi ædificabat opus efficiebatur uitioſum, id eſt, uiolentum ut omninò dirui deberet antequam cognoſceretur de neritate cauſæ principalis, an haberet ins ædificandi, quæ prohibitio licèt ſemel facta fuiſſet ſemper durabat, ut ædificium diceretur eſſe uitioſum, & non poterat opponi aliqua exceptio ꝙ ipſe haberet ius ædificandi, neq; exceptio ꝙ aliquo interuallo poſt prohibitionem ædificaſſet: quia ex rigore illius ædicti interueniente prohibitione uel actu clandeſtino, omnimodo opus tanquam uitioſum dirui debebat, d. l.j.§. Idem Labeo. & lege prohibere.§. illud ſciendum. eodem titulo. niſi forſan prohibens ex noua conuentione permitteret, dicta lege prohibere. §. ſed ſi permiſerit. & lege uim facit. §. tandiu. eodem titulo. uel quod fecit opus gratia euitandi ignem ne ſua domus periret, uel quòd ipſe prius ei feciſſet opus ui uel clam lege ſi alius. §. belliſsimè, & ſequen eodem titulo. nec auditur ſi allegetur quòd uicinus non prohibuit: ſed fuit ſeruus, uel pupillus, uel mercenarij, uel procuratores: quia eorum prohibibitio ſufficit, dicta lege prohibere. eodem titulo. Nec auditur ſi dicat ſe non ædificaſſe: ſed auctorem ſuum, uel alios extraneos: quia omnes ædificantes comprehenduntur, uel poſſidentes ædificium lege aut qui aliter. §. hæc autem uerba. eodem titulo.

Per quas duas partes pleniſsimè prætor prouiſit omnibus ædificijs factis in præiudicium alterius mandando ut ſi fiat poſt omnem ſimplicem prohibitionem, quòd tanquàm uiolentum factum demoliatur, & ſi factum fuerit abſente, uel ignorante eo qui prætendebat intereſſe dummodo ædificans ſuſpicaretur, nel ueriſimiliter ſuſpicari deberet ſe poſſe prohiberi opus efficeretur uitioſum, & clandeſtinum, & diruendum eſſet antequàm cognoſceretur an ipſe haberet ius ædificandi, taliter quòd nullus caſus rationabilis poterat euenire quin ædificans in præiudicium alterius illud ante omnia teneretur diruere, quamuis ius ædificandi haberet uere inſtante parte antequàm
25 cògnoſceretur de iure ipſarum partium † quòd interdictum procedebat quoquè in quocunquè opere facto in ſolo tam ſuo quàm alieno tam ædificando, quàm uites uel arbores incidendo, quàm factum deſtruendo qnod deſtructum noceat uel agro ſtercorando lege ſi aliud. §. notauimus. per omnes. ll. ſequentes infra. eodem titulo, uſquè ad finem. Et in ſomma quæcunquè aduerſatio uera, nel ſuſpicata, uel ſuſpicanda per ſe, uel quemcunquè alium cuiuſcunquè conditionis nomine ſuo fecit opus conſtrui in ſolo. illud efficiatur uitioſum, ut omnino ſine aliqua exceptione debeat deſtrui à quocunq; fuerit factũ & pro quocunq; opere ſoli, uel cõnexo ſolo, dicto §. notauimus. uſque ad finem tituli, qui omnes effectus faciẽdi opus uitioſum durabant uſque ad finem litis, ſine aliqua remiſsione fienda per iudicem uſq; ad finẽ litis per ſententiam diffinitiuam ſuper iure partium latam, & ſi fuerit appellatum donec impoſitum fuerit perpetuum ſilentium, cum per illud edictum non fuerit data poteſtas prohibito petendi remiſsionem, & præſtandi ſatiſdationem de diruendo in caſu ſuccumbentiæ, & quòd interim poſſet ædificare: quia hæc poteſtas ſolùm conceſſa fuit per ædictum de noui operis nunciatione, de quo ſtatim ſubiiciemus, & tenent Cuma. Iaſ. & Ripa expreſſè in l. de pupillo. §. meminiſſe. in principio infra eodem ubi pleuè dicemus.

26 Secundò ſucceſsit † edictum de noui operis nuncia. quo diſpoſitum fuit per alium modum procedendi, & prouidendi in ædificijs extruendis in præiudicium alterius, & per illud diſpoſitum fuit ꝙ ſi quis prætendat per opus futorum ſibi præiudicium generari, poſsit ei nunciare ne opus nouum fiat, per quam nunciationem ligentur manus nunciato, ut amplios ædificare non poſsit, & ſi ſpreta nunciatione opus factum fuerit ſiue iure ſiue iniuria, totum diruatur antequàm cognoſcatur de ueritate cauſæ principalis, an habeat ipſe ius ædificandi, quæ prouiſio ſumitur ex lege noſtra in principio, & §. ſed ſi. infra eo. coniuncta l. prætor. in principio, & §. deinde. infr. eo. Et ſi nunciatus occaſione nunciationis ſe abſtineat, ne in totum ſit in arbitrio nunciantis impedire opera aliena quòd nunciatus compareat in iudicio, & petat ſibi remitti nunciationem ſatiſdando de demoliendo opus in caſu ſuccumbentiæ, & ita ipſe recuperet ius ædificandi ſiue iure ſiue iniuria ædificet. & non poſsit prohiberi donec diſcutiatur de iure partium, & per ſententiam imponatur perpetuum ſilentium, ut uel opus factum cõfirmetur perpetuò ſit apparebit habere plenè ius ædificandi, uel diruatur perpetuò ſi apparebit eum non habere ius ædifica

di,dicta l. j.in principio coniuncta l.j. in princi
pio. & §. j. & §. deinde. cuoı ſequenti infra eo.
27 † quæ nunciatio poſſit fieri per ſe, uel per
procuratorem, uel alium nomıoe ıpſius. Et fit
in rem, id eſt, in ipſum opus, & in præſentia
eiuſdem,l.operis.inf. eo.unde ligat furioſos,pu
pillos,& operarios,& pueros,quibus etiam fie-
ri poteſt,l.de pupillo.§.nuociationē.ſeu §.nun-
ciare.& §.ſeq. infr.eo.& l.oon ſolum.§.ſciendū.
infra eo. taliter q ſi quis nunciauerit ne quid
operis fiat,ut dictum fuit, ligantur manus ipſi
nunciato incontinenti, ut ſiue iure ſiue iniuria
ædificaret abſtinerę debeat, dicta l. j. coniun-
cta l. non ſolum. §. ſciendum.infr. eodem, & ſi
ædificat ſpreta nunciatione ædificium efficitur
uitioſum,uiolentum,& contra edictum factum,
& debet ſine aliqua exceptione dirui, dicta l.
j. in principio. & §. j. & §. ſed ſi cui. infra. eo.
niſi fuerit petita remiſſio nunciationis præſti-
ta ſatiſdatione, uel oblata, & non recepta ſi-
ne iuſta cauſa, quo caſu ille reaſſumit poteſta-
tem reædificandi, & ei datur interdictum ne
uis fiat ei ædificandi ſiue iure ſiue injuria uſquè
28 ad finem litis, dicta l. prætor. §. deinde. † Et
ſic habes multos effectus nunciationis. Pri-
mus eſt quòd nuncians poteſt ſibi propria au-
ctoritate ius dicere, & iudicare ſibi licere pro-
hibere pro tempore. Secundò quòd ligantur
manos nunciato per talem nunciationem ut
amplius non poſſit ædificare, etiam quòd ius
ædificandi haberet. Tertiò quòd partes ipſæ
ſubiiciuntur iuriſdictioni iudicis, & nuncia-
tus cogitur accedere ad iudicem, dicta l. j. §.
& poſt operis. Quartò quòd ſi ſpreta denun-
ciatione ædificat opus efficitur uitioſum, & uio
lentum, ut ſecundum ius ſtare non poſſit. Quin
tò quòd iudex tenetur mandare ut demoliatur
iuxta præceptum prætoris in dicta lege præ-
tor. in principio. Sextò quòd nunciatus pro-
hibitus poteſt petere remiſſionem nunciatio-
nis, quam obtinebit ſi præſtabit ſatiſdationem
de demoliendo in caſu ſuccumbentiæ, uel ob-
tulerit etiam quòd non acceptetur. Septimò
quòd præſtando ſatiſdationem, uel offerendo
recuperat ius ædificandi etiam quòd inſtè æ-
dificaret. Octauò quòd ſi prohibeatur ſatiſ-
dare poſt remiſſionem competit ei interdi-
ctum ne uis fiat ei ædificanti durante lite. No-
nò quòd nunciatus acquirit poſſeſſionem rei
ſuper qua ædificatur, quæ competebat nun-
cianti ſecundum unam opinionem de qua in l.
ſi alius. §. ait Iulianos.per illum tex. infra quod
ui aut clam, & procedit in omni nunciatione
ſecundom aliquos, & ſecundum alios per ſo-
lam uerbalem nunciationem amittitur poſſeſ-
ſio. lege prima §. in operis. infra eodem, &
lege. de pupillo. §. meminiſſe. infra eodem:
ubi hæc difficultas plenè examinatur, & ego
declaraui ultra alios concludendo quòd ſecun-
dum rigorem iuris ex nulla nunciatione perdi
tur poſſeſſio niſi præſtita ſatiſdatione, & poſt
eam præſtitam ex omni nunciatione transfer-
tur per dictum §. ait Iulianus. & l. & ſi fortè.
§. ſciendum, ff. ſi ſeruitus uendicetur. tamen
in practica uerior uidetur opinio, ut per nun-
ciationem ab inicio nuncians priuetur poſſeſ-
ſione ſi nunciatus ædificat ſpreta nunciatione:
ſed ex omni prohibitione transfertur poſt ſa-
tiſdationem, ut uoluit Iacobus de Arena,
& Angelus in dicto. §. ait Iulianus. Deci-
mus eſt effectus quòd lata ſententia diffini-
tiua ſuper cauſa principali imponitur perpe-
tuum ſcilentium ut uel perpetuò confirme-
tur, uel perpetuò opus deſtruatur.
29 Ex quibus apparet † quòd nunciatio tendit
ad eundem finem ad quem tendit interdictum
quod ui aut clam. quoniam quaſi omnes præ-
dicti effectus uidentur procedere ab illo in-
terdicto quod ui aut clam, unde multi fuere
qui dixere quòd edictum de noui operis nun-
ciatione cum ſuis interdictis fuit ſuperfluum:
quoniam omnia, & plenius habebantur per
interdictum quod ui aut clam. & erat uti-
lius prouiſum ipſi prohibenti quàm per illud
edictum: tamen ueritas eſt quòd non fuit
ſuperfluum, & quòd edictum de noui operis
præſtauit, & ipſum ſuas utilitates, quòd hæc
duo remedia inter ſe dicuntur differre, ut
tenent communiter docto. in lege prima. §.
primo infra eodem.
30 Sed plenius, † & clarius quàm ipſi faciant,
tu dicas quòd interdictum quod ui aut clam
eſt generalius quàm edictum de noui operis
nunciatione. & aliquæ accidentales differen-
tiæ notabiles inter hæc remedia inſurgunt.
Prima eſt differentia quòd interdictum quod
ui aut clam competit pro opere facto clam,
quæ fuit prima pars ipſius edicti, ut ſupra
dixi. quod non poteſt conuenire edicto de
noui operis ex eo: quia per illud eſt neceſ-
ſarium quòd interueniat nunciatio in præ-
ſentia ipſius operis, & propterea non poteſt
dici quòd ſtante nunciatione opus dicatur
clam factum: unde plenius in hac parte fuit
interdictum quod ui aut clam, quod datur
ad deſtruendum opus clandeſtinum, ſeu af-
fectum uitio claudeſtinitatis, & ideò ſucce-
dit quòd in hac parte ſemper datur pro o-
pere prædicto: quoniam ſi ignorante domino
factum fuit neceſſariò habuit effectum, &
cum ſit perfectum non eſt opus nunciatione,
ſed neceſſarium eſt ut petatur illud dirui,
nunciatio autem non poteſt fieri niſi de ope-
re futuro: quia quando nuncians uidit præ-
parationem fieri ad ædificandum, ſeu. incæ-
pit ædificare, tunc fit nunciario ut ulte-
rius non procedatur, quæ nunciatio non af-
ficit partem perfectam: ſed tantummodo
partem futuram, taliter quòd oportet ap-
ponere ſignum, ut appareat quæ pars erat
facta ante nuociationem, & quæ pars po-
ſteà, lege non ſolum. §. ſed ut probari in-
fra eo.

fra eo. & hoc eſt quod uoluit dicere tex. in
lege prima. §. j. dum uult quòd interdictum
quod ui aut clam detur ad opera præterita, &
nunciatio ad opera futura, ſuper cuius intel-
lectu laborauerunt omnes antiqui, & Moder.
tamen uera reſſolutio eſt, & uerus intellectus
ad illum tex. ultra docto. de iſta prima parte
interdicti: quando clam fit ædificium: quia
tunc interdictum non poteſt competere niſi o-
pus ſit factum, unde differt à nunciatione quæ
ſolum datur pro opere futuro: tamen in ſe-
cunda parte quando ædificium fit ui, non ca-
dit hæc differentia de opere præterito: quia
interdictum quod ui aut clam: quando datur
contra prohibitum ſeu ui facientem opus,
competit pro futuro opere tantum, ſicut &
noui operis nunciatio. Nam cum præceſſerit
prohibitio per eam tantummodo prohibetur
futurum ædificium poſt prohibitionem, ſicut
& in nunciatione noui operis impeditur tan-
tummodo ædificium factum poſt nunciatio-
nem. Vnde hæc duo remedia in hac parte di-
cuntur conuenire, quàmuis aliter uideatur di-
cere ille tex. quia utrunquè datur ad opera fu-
tura: tamen poſteà differunt in aliquibus ac-
cidentibus.

31 Vnde † ſecunda eſt differentia in modo pro-
hibendi: quia pupilli, & ſerui non poſſunt nun-
ciare lege de pupillo. infra eodem, poſſunt
tamen prohibere, & cauſarum interdictum quod
ui aut clam, lege prohibere. infra quod ui aut
clam. Item uſufructuarius non poteſt nuncia-
re, nec ſocius, poſſunt tamen prohibere cau-
ſando interdictum quod ui aut clam, uel per
manum, uel per lapillum, uel per prætorem,
lege prima. §. fin. & ij. & lege in prouinciali.
infra eodem. Item prohibitio aliquando po-
teſt fieri extra locum, nunciatio ſemper fit in
loco, dicta lege de pupillo. §. nunciare. infra
eodem. Et ſic differentia eſt in modo prohi-
bendi: quia poteſtas prohibendi magis lata
eſt in interdicto quod ui aut clam, quàm in no
ui operis nunciatione. quæ debet eſſe magis
ſolennis, & qui nunciat ſemper ſufficienter
prohibet ad cauſandum illud interdictum di-
cta l. ſi alius. §. ait Iulianus, & concurrit cum
interdicto demolitorio noui operis nunciatio-
nis. Sed è contrariò non omnis prohibitio
cauſat nunciationem noui operis, cum illa de-
beat eſſe magis ſolennis, & multa ſint neceſ-
ſaria ad eius ualiditatem: quæ poſuit glo. in-
fra in uerbo nunciationem, & examinantur
per Bart. in penulti. oppoſition. quarum ta-
men aliquæ ſunt neceſſariæ ad prohibitionem
ut expreſſio cauſæ, ne ſit prohibitio notoriè
calumnioſa, & quòd mora non ſit pericu-
lum allatura, & aliquæ perſonæ poſſunt pro-
hibere quæ non poſſunt nunciare, dicta lege
in prouincia. Ideirco docto. in dicta lege
prima. §. primo infra eodem dicunt quòd
nunciatio eſt remedium ſpeciale, & interdi-
ctum quod ui aut clam, eſt remedium genera-
le, quod ſemper concurrit. tamen ueritas
eſt ut ſupra quòd non ſemper concurrit: quo-
niam quando opus eſt clandeſtinum non poſ-
ſunt concurrere, & ſolùm poſſunt concurrere
quando interuenit prohibitio, & tunc nec
ſemper edictum de noui operis poteſt com-
petere ſemper, cum requiratur prohibitio
magis ſolennis uerè: tamen paruam utilita-
tem edictum de noui operis præſtauit ipſi nun-
cianti, cum non detur pro opere clandeſtino,
nequè detur quando prohibitio non fuit ſo-
lenniter facta.

32 In perſona † uerò prohibiti edictum de no-
ui operis præſtauit multas utilitates, quæ non
competebant prohibito in remedio interdicti
quod ui aut clam. Vnde tertia eſt differentia
quòd in interdicto quod ui aut clam, poſtquàm
quis fuit prohibitus, durat prohibitus perpe-
tuò uſquè ad finem litis. & ideò non habet ius
petendi remiſſionem, nequè præſtandi ſatiſ-
dationem ut recuperet poteſtatem ædificandi,
nequè aliquod remedium datur ut non poſſit
prohiberi durante litè ædificare. l. j. coniuncta
l. prohibere. infra quod ui aut clam. nunciatus
autem habet hæc tria remedia: quia poteſt pe-
tere remiſſionem, l. prima. §. deinde remit-
teretur. infra eodem, & l. j. infra de remiſ-
ſio. Item habet poteſtatem dando ſatiſdatio-
nem conſequendi dictam remiſſionem, & re-
cuperandi ius ædificandi etiam quòd iniuſtè
ædificaret. Item & habet interdictum ne
uis fiat ei ædificandi uſquè ad finem litis, ut
plenè habetur in dicta lege prætor. §. dein-
de. infra eodem. per quas qualitates appa-
ret quòd maxima utilitas conceditur nuncia-
to per edictum de noui operis. quæ non con-
ceditur prohibito per interdictum quòd ui
aut clam, & licèt etiam hoc ei uideatur con-
cedi in lege ſi alius. §. ait Iulianus. & l. pro-
hibere. §. ſi quis paratus. infra quod ui aut
clam. tamen uerè illud non competit ei pro-
pter prohibitionem interdicti quod ui aut clã.
ſed propter nunciationem factam ſecundum
communiter docto. ut dicetur etiam infra in l.
de pupillo. §. meminiſſe. Quarta eſt differen-
tia quia nunciatus poſt ſatiſdationem conſe-
quitur poſſeſſionem nunciantis, dicto. §. ait Iu-
lianus. & propter illam ſpem etiam ante re-
miſſionem ſecundum unam opinionem per l.
j. §. in operis. l. de pupillo. §. meminiſſe. in-
fra eodem. quam poſſeſſionem nullo tem-
pore conſequitur interueniente tantummo-
do remedio nunciationis noui operis, ut ple-
33 nè. dixi in dicto. §. meminiſſe. † Quamobrem
apparet quòd interdictum de noui operis
nunciatione fuit introductum ad mitigandum
rigorem interdicti quod ui aut clam: quia
cum uideretur ualde durum quòd in arbi-
trio cuiuſquè eſſet prohibere ædificium fu-
turum allegando præſumptionem quòd ſi-

bi fiat præiudicium, & facere quòd uſquè ad finem litis illè prohibitus ſi forſan habet ius ædificandi non poſſit uti iure ſuo, & per ſolam uoluntatem prohibentis impediatur ædificare durante lite quæ poterit eſſe longa ualde uſquè ad primam ſententiam, & poſt primam uſquè ad tertiam interueniente appellatione, propterea remedium per dictum edictum de noui operis modificans tantum rigorem fuit inductum ut petendo remiſſionem, & præſtando ſatiſdationem recuperet ius ædificandi, & utendi iure ſuo uſquè ad finem litis, per quem imponetur perpetuum ſilentium, & ita fuit prouiſum unicuiquè ac ſuc-
34 curſum cum modeſtia, & æquitate. † Negari tamen non poteſt quin utilius ſit nuncianti intentare remedium interdicti quod ui aut clam: quia plenius eſt eidem prohibendo ſuccurſum. Vnde aduocati debent eſſe cauti ut prohibitionem faciant cum uerbis inferentibus illud interdictum: quia eſt magis utile prohibenti, & è conuerſo aduocati prohibiti debent per ſua uerba inferre quòd potius remedium noui operis nunciationis fuit intentatum, & inſtare quòd ſuper illo procedatur. propterea multi docto. tenuerunt quòd per edictum de noui operis ſit etiam modificatum interdictum quod ui aut clam, ut in eo competat poteſtas petendi remiſſionem quaſi per quandam extenſionem. quæ opinio eſt multum æqua, & rationabilis, tamen non bene probatur iure ut habetur in dicto. §. ait Iulianus, & l. prohibere. §. ſi quis paratus, & aliquid ponitur in dicto. §. meminiſſe. per Iaſ. Cuman. & Ripam. column. prima unde cautus ſit aduocatus, ut ſupra. Ego tamen in dicto. §. meminiſſe. tenui quòd petitio remiſſionis per quandam extenſionem trahatur ad interdictum quod ui aut clam, ſicut illa clauſula hodiè conſtat, & hodiè agatur. de qua in lege ſi is á quo. ff. ut in poſſeſſio. legatorum. poſita in uno edicto, & trahatur ex æquitare ad omnia alia edicta, & uoluit glo. in dicta l. ſi is á quo, & infra tenent docto. & probatur iu dicta lege prohibere. §. ſi quis paratus infra quòd ui aut clam. ubi præſupponit fuiſſe dubium, & ex mente Sabini fuiſſe obtentum, quæ uerba non fuiſſent neceſſaria ſi ibi interueniſſet nunciatio noui operis. & idem probatur in dicto. §. Iulianus. & tertiò probatur: quia titulus de remiſſionibus fuit poſitus poſt titulum quod ui aut clam. & ſi ei non conueniſſet ineptè fuiſſet remiſſus ad illum locum, cum debuiſſet poni immediatè poſt iſtum titulum. Nec dictus. §. meminiſſe. contradicit, quia differentia ibi poſita inter nunciationem, & prohibitionem procedit in poſſeſſione ante ſatiſdationem, quæ non transferatur in prohibitione niſi præſtita ſatiſdatione, & in nunciatione transferatur in continenti, ut per Iacobum de Arena, & Angelum in dicto. §. ait Iulianus. & ego latius poſui in dicto. §. meminiſſe. qua opinione ſtante remaneret quòd inter interdictum quod ui aut clam, & nunciationem noui operis non eſſet hæc differentia in remiſſione, & eius effectu, & remaneret ſola differentia in modo prohibendi, & quia interdictum quod ui aut clam datur pro opere clandeſtino, pro quo non datur noui operis nunciatio. & in effectu plenius erit quàm ſit edictum de noui operis, & poterit afferre utilitatem duplicati remedij competentis, ſuper quibus pro nunc cogita: quia retuli ad finem ut habeas generalem cognitionem terminorum, reſolutionem autem pleniorem poteris habere in dicto. §. meminiſſe. cum diſputationibus ad partes.

Tertiò etiam circa hanc materiam nunciationis præmittendum eſt quod docto. diſcor-
35 dant † quotuplex ſit nunciatio? una eſt opinio, & communis quòd ſit triplex, una quæ ſit per prætorem, alia quæ ſit per iactum lapilli, alia quæ ſit ſolo uerbo, & differunt in forma, & effectu, cum per illam uerbalem amittatur poſſeſſio, & transferatur in nunciatum. & per alias ſpecies non transferatur, dicta lege de pupillo. §. meminiſſe. in principio iuncto. ſine ubi datur interdictum uti poſſidetis nuncianti. Sed hæc opinio uidetur de directo contra dictum. §. meminiſſe. ibi, non per noui operis nunciationem, qui uidentur demonſtrare differre nunciationem forma, & ſpecie ab illa prohibitione per lapillum, & per prætorem, & confirmatur per l. in prouinciali. §. primo. infra. eodem. ubi ſocius non poteſt nunciare, & tamen poteſt prohibere per prætorem.

Tertiò confundi uidetur per text. in lege prima. §. in operis. ubi generaliter dicitur nunciationem noui operis facere aduerſarium poſſeſſorem, & eſt diuinare intelligere de ſola uerbali ſi plures eſſent ſpecies. unde ſecunda fuit opinio Cumani in dicto. §. in operis. & §. manumiſſe. quòd unica tantum ſit nunciatio quæ fiat uerbis tantum, & prohibitio per prætorem, uel per lapillum non faciat noui operis nunciationem: ſed tantummodo cauſet interdictum quod ui aut clam, quæ opinio uidetur multum conuenire illi literæ in principio. ibi, non autem per nunciationem, & in fin. ibi, datur interdictum quod ui aut clam, & interdictum uti poſſidetis. & text. in dicto §. in operis. qui uult omnem nunciationem facere aduerſarium poſſeſſorem, dicta lege in prouinciali §. primo, & hanc tenet Marian. hic, qui latè conatur reſpondere contrarijs. Sed tamen, & ipſa eſt dubitabilis: quia uidetur inconueniens quòd nunciatio non poſſit fieri per lapillum, & per prætorem, cum nunciatio tendat ad ſolum finem prohibendi, dicta l. j. in principio

& actus

& actus per prætorem, uel per lapillum factus tendit ad prohibitionem etiam fortiorem, ſecundum gloſ. in dicto. §. in operis. in ratione tex. & ſicut uidemus quòd omnes illi modi conſtituunt prohibitionem æqualiter ad interdictum quod ui aut clam. l. prima. §. quid ſit ui, & §. ſi quis iactum. & l. uim facit. §. j. infra quod ui aut clam. ità etiam æqualiter debent conſtituere noui operis nunciationem, maximè: quia non habemus ſpecialia uerba inducta pro forma nunciationis, & tangitur per glo. & Bart. in dicto. §. meminiſſe. ubi plenè dixi. & omnes leges iſtius tituli generaliter loquuntur, non ſe reſtringendo ad uerbalem nunciationem. Et hæc opinio probatur in dicta l. ſi opus nouum. infra eo. ubi ſit nunciatio per prætorem, & quàmuis conetur Maria. hic reſpondere multis modis: tamen ipſe non tollit quin ibi in nunciatione interuenerit iuſſus prætoris, imò ipſe fatetur quòd etiam poteſt fieri cum interuentu prætoris, & lapilli. Tertiò probatur per text. in l. & ſi fortè. §. ſciendum. ff. ſi ſeruitus uendi. ubi alternatiuè dicitur, per interdictum quod ui aut clam, uel per iactum lapilli. ergo iactus lapilli conſtituit prohibitionem ſeparatam ab illo interdicto. & per conſequens nunciationem noui operis. Quartò probatur per tex. in cap. ex parte. extra de noui operis nunciatione. ubi fuit facta nunciatio per lapillum. Nec ualet reſponſio. Mariani quòd illa fuit facta ab Honorio, qui fuit poſt ſeptingentos annôs, quo tempore erat recepta communis opinio doctor. quia non tollitur quin fuerit antiqua interpretatio ergo conueniens iuribus, cum antiqui melius inſtructi de antiquitate tanquàm proximiores præſumuntur melius ſciuiſſe mentem legum, & compilatorum, cap. per quoſdam. & capit. quanto. extra de præſumptionibus. Quintò facit dictus. §. Idem ait Iulianus. ubi æquiperat nunciatum prohibito. Sed prohibetur omnibus illis tribus modis: ergo eiſdem tribus modis nunciatur. Vnde tertiò ego poſui opinionem in dicto. §. meminiſſe, quòd nunciatio poſſit fieri omnibus illis modis: tamen quia illi modi faciunt aliquam differentiam, largè dicuntur tres ſpecies, ſicut dicuntur plures ſpecies probationum. quæ fiunt teſtibus, inſtrumentis, iureiurando, & præſumptionibus. & tamen uerè ſunt una ſpecies, quæ fit illis quatuor modis, ut dixi in rub. extra de probationibus, & omnes iſtæ nunciationes habent eandem naturam, ut faciant aduerſarium poſſeſſorem. dicto. §. in operis.

Non obſtat dictus §. Meminiſſe. quia ibi t[illegible] diſtinguit omnes ſpecies nunciationis à prohibitione quæ tendit ad interdictum quod ui aut clam. quo caſu differunt ſubſtantia, & effectu. Et eodē modo reſpondetur dictæ l. in prouinciali. quia diſtinguit prohibitionem prætoris tendentem ad interdictum quod ui aut clam, à nunciatione noui operis quæ differunt in poſſeſſione ſecundum omnes docto. in perſonis ut ſupra dixi.

Quare remanet quòd triplex eſt nunciatio ſiue una, quæ fit tribus modis, per lapillum, per prætorem, & ſolo uerbo, & habent eandem naturam, & eundem effectum generalem in poſſeſſione, ſed differunt à prohibitione, quæ fit propter effectum quòd ui aut clam, & diſtinguuntur ſolum ex intentione prohibentis ut plenè dixi in dicto. §. meminiſſe. ultra alios, & eſt de mente Mariani hic, licèt neſciuerit extricare pedes: quia nec etiam ſciebat explicare differentias inter interdictum quod ui aut clam, & edictum de noui operis nunciatione.

36 Quartò præmittendum eſt† quid ſit remiſſio, & quomodo fiat? & difficultas cauſatur ex tex. in prin. l. j. dum dicit deinde remitteretur quatenus is qui nunciaſſet ius prohibendi non haberet, & uidetur inferre quòd remiſſio fiat tantummodo quando nuncians non habet ius prohibendi, & tamen tex. in principio dicit. ſiue iure ſiue iniuria ædificet. itaquòd nunciatio fit ſiue habeat uel non habeat ius prohibendi, & idem dicitur in lege de pupillo. §. ſi plurium. in fin. infra eodem, & in lege prima infra de remiſſio. Vnde Hermanocius hic dicit quòd eſt duplex. Mar. uerò quòd eſt triplex, conuentionalis, legalis, & iudicialis, ut per Bartol. infra in. ij. parte numero. 21. uerſic. item ad euidentiam. Sed ego ibi dixi quòd propriè eſt duplex, conuentionalis, & iudicialis. conuentionalis eſt illa, quæ fit per conuentionem partium, quæ non habet limitatam naturam, cum tota dependeat à uoluntate partium. & ideò erit temporalis ſi partibus placebit, uel erit perpetua ad earum arbitrium, ſiue habeat ius prohibendi, uel non habeat ſecundum quod ipſi in conuentione dicent. Alia eſt legalis ſeu iudicialis. Nam per edictum prætoris permittitur ut hic in tex. ſed tamen permittitur cum hac qualitate ut petatur à iudice, & ab eo concedatur, ideò aſſumit utrunquè nomen quòd ſit legalis, & iudicialis, ad differentiam præcedentis, hæc autem diſtinguitur poſteà in duas, una eſt quæ præſtatur ſtatim facta nunciatione antequàm diſcutiatur de iuribus partium, & hæc eſt temporalis: quia durat uſquè ad finem litis per quem cognoſcetur quis eorum præferri debeat. Et quia adhuc durat dubietas quod ius competat partibus. ideò fit ſine nuncians habeat ius prohibendi ſiue non, & nunciatus recuperat ius ædificandi. ſiue habeat uel non habeat ius nuntiandi. Secunda eſt ſpecies iſtius nunciationis iudicialis, quæ fit poſt ſententiam diffinitiuam in cauſa principali, & tunc: quia conſtat de iure partium illa fit catenus quatenus nuncians non habet ius

ius prohibendi, ut dicitur in ij. parte huius
principij: quoniam pro illa parte in qua non
habet ius nunciandi confirmabitur perpetuò
ædificium factum, & ſi in nulla parte nuncians
habebit ius prohibendi, remiſſio fiet in totum,
& ſi in totum, ſin autem in totum habebit ius
ꝓhibendi, tunc nulla fiet remiſſio, & deſtruetur
perpetuò ædificium imponendo ei perpetuum
ſilentium, & ad iſtã diſtinctionẽ debent reduci
iura allegata in cõtrariũ & debet declarari tex.
in d. l. j. inf. de remiſſio. ubi no. & eſt locus ſuus.
37 Quintò præmittendum eſt † ad intelligen-
tiam litteræ, quòd alia in ea inſurgit dubita-
tio de quo edicto Vlpianus faciat hic interpre
tationem. & communis eſt opinio quòd hic
ponatur interpretatio edicti poſiti in lege.
prætor. infra eodem. Sed in contrarium facit:
qnia ibi non apparet in nerbis de aliqua per-
miſſione prætotis, ſed ſolum fit mentio de
nerbis poſt nunciationem factam ante remiſ-
ſionem in principio, dicendo in qnem locum
nunciatum fuerit, ſi opus ædificatum fuerit in
eo id reſtituas, & in §. deinde, referuntur
eadem uerba, & additur ſi de ea re ſatiſda-
datum fuerit, poſſit ædificare prohibendo
nim fieri ædificanti. propterea duæ fuere opi-
niones. una eſt communis quòd in materia
nunciationis non fuere alia nerba prolata à
prætore niſi ea, quæ ponuntur in dicta l. præ-
tor. in principio. & §. deinde. & cum ibi præ-
tor præſupponat nunciationem factam taci-
tè, uideatur feciſſe permiſſionem nunciatio-
nis, taliter qnòd ex illis uerbis expreſſis in-
ducatur in neceſſarium antecedens unum a-
liud tacitum edictum permittens nunciatio-
nem, quod hic interpretatur Vlpia. & ſic in
effectu edictum quod interpretatur hic Vl-
pianus, fuit unum tacitum edictum in ante-
cedens neceſſarium per uerba dictæ leg. prætor.
inductum, quam opinionem infra confirmat
Bar. per aliquas oppoſitiones: argu. leg. il-
lud. ff. de acquir. hæredita. & legis ad rem
mobilem de procuratoribus. & ſimile in lege
prætor. §. prohibet. cum glo. ff. de edendo. &
in l. ſi quis locuplex. in fi. de manumiſ. teſta-
mento. Alia eſt opinio Cuma. in dicta lege
prætor. & Alcia. hic quòd imò ultra uerba
poſita in dicta l. prætor. ſactum prius fuerit
cum uerbis expreſſis unum edictum permittens
nunciationem fieri, & remiſſionem, prout
colligitur ex principio iſtius legis primæ. ita
quòd differentia eſt opinionum: quia com-
muniter docto. uolunt quòd hoc edictum per
miſſorium fuerit tacitum inductum in neceſ-
ſarium antecedens per nerba poſita in d. le-
ge prætor. alia uerò eſt quòd fuerit edictum
uerbis ſcriptis expreſſum concedens hanc per-
miſſionem. & Alcia. ponit formam per iſta
uerba uel ſimilia ſi quid noni operis in illo
loco fieri in præiudicium alterius dicatur,
qua de re agitur ille nunciandi faciendiquè
operis inhibitionem poteſtatem habeat, quo-
rum nerborum Vlpianus hic interpretationem
poſuerit, quam opinionem, & ego puto ue-
ram. Sed uerba poſita ab Alciato non de-
monſtrant totum illud edictum, cum nihil di-
cat de remiſſione Vnde tu potes alijs uerbis il
lud formare dicendo, ſi quid noui operis in il-
lo loco in præiudicium alterius fieri inci-
piat qua de re agitur nunciandi inhibitionem
que faciendi ne opus nouum fiat poteſtatem ha
beat, quam inhibitionem remittam ſi ſatiſda-
tum fuerit de opere demoliendo in caſu ſuc-
cumbentiæ, & poſſes etiam dicere quòd illa
uerba qua de re agitur, non erant poſita: quia
illa dicuntur conuenire magis interdictis, quæ
fiebant lite exiſtente inter partes ut ſupra di-
xi in principio, & huius edicti uerborum ſub
ſtantiam poſuit Vlpianus hic in principio de-
clarans quòd uerbum poteſtatem nunciandi
habeat, procedit ſiue iure, ſiue iniuria ædifi-
cet, atquè etiam declarans quatenus remiſſio
fieri iubeatur, & poſteà ponit aliàs interpre-
tationes per multas leges uſquè ad legem præ-
tor. Vbi amplius non interpretatur hoc pri-
mum edictum. Sed incipit interprætari uerba
duorum interdictorum deſcendentium ab hoc
edicto, & eius occaſione inductorum à præto-
38 re poſtea inter partes iudicantes. † Et fun-
damentum iſtius opinionis eſt primò: quia
tex. hic dicit hoc edicto, quòd nerbum re-
petitur quinquies in hac lege, & ſæpius per
aliàs leges uſquè ad legem prætor, & in di-
cta lege prætor. appellatur interdictum. un-
de uidetur loqui de diuerſa diſpoſitione: quia
ſi idem eſſent non haberent diuerſa nomina, le
ge. ſi idem cum eodem. C. de codicillis. Et
licèt ſupra dixerimus quòd interdicta poſt
editionem Saluij Iuliani effecta fuerint edicta,
ita quòd poſſunt appellari utroquè nomine
edicta, & interdicta: tamen in ſpecie diffe-
runt, cum de interdictis habeamus ſpecialem
librum, & Imperator uoluit quòd retineret no
men antiquum dando ethymologiam, quòd in
terdicta dicerentur quaſi inter duos dicta, di-
cto. §. primo. in fin. inſtitut. de interdi. Vn-
de credendum eſt quòd potius uſus fuerit pro-
prijs nominibus, & quòd hic in hac lege uſ-
què ad legem prætor. intelligatur de edicto,
quod propriè, & in ſpecie eſt edictum, cum
in nullo unquam loco appellauerit interdi-
ctum, & quod in l. prætor. poſuerit interdi-
cta, & ibi ea hoc nomine incæpit appellare.
Secundò probatur: quia in. §. primo tex.
dicit interdictum hoc propoſitum fuit ex hu-
iuſmodi cauſa loquens de uerbis poſitis in
dicta lege prætor. præcedentibus. Et poſteà
ſtatim ſubdit edicto enim expreſſum eſt, &
ſic in eadem oratione diuerſis nominibus
nominat, quod non uidetur rationabile. Nam
conuenientius dixiſſet ſi uoluiſſet loqui de ea-
dem diſpoſitione. in eo enim expreſſum eſt.
nam di

nam dicendo edicto, expreſſum eſt neceſſario quodammodo uidetur demonſtrare diuerſas fuiſſe diſpoſitiones.

Tertiò probatur: quia ibi tex. dicit expreſſum eſt, & uerbum expreſſum, ſecundum propriam ſignificationem denotat expresſionem uerbalem, prout etiam uidetur denotare Vlpia. hic in principio. quaſi ſenſus ſit hoc edicto, nel hoc autem edictum, uel edicto, ideſt, uerbis edicti expreſſum eſt, & nerbis edicti permittitur, & non debemus recedere á proprietate uerborum in dubio, l. non aliter. de leg. 3. & l. j. §. is qui nauim. ff. de exercit.

39 Quartò etiam probatur: †quia expoſitio docto. quòd ex interdicto inferatur præcedens edictum uidetur impoſſibilis ex eo: quia interdicta ut dictum fuit ſupra proponebantur à prætore pro executione edicti præcedentis, cuius occaſione naſcebantur lites, & cum diſceptaretur coram eis & aliqui allegarent leges, & alij allegarent edictum, & diceretur quod edictum non poterat tollere legem, prætores interponebant decreta ſeu interlocutiones pro confirmatione & executione ſuorum edictorum, uolentes ꝙ propter auctoritatem iudiciariam ſeruarentur omnino. Ideò incæperunt inter omnes litigantes proferre decreta cum hac formula & ſolennitate, in quem locum nunciatum fuerir nequid noui operis fieret, ſubaudi iuxta formam edicti à me propoſiti: qua de re agitur, id eſt, ſi de ea fuerir lis inter partes, quòd in eo loco antequàm nunciatio remiſſa fuerir, aut in ea cauſa eſſer ut remitti deberer, factum eſt id reſtituas, per quòd decretum ſeu interlocutoriam quæ alio nomine appellabatur interdictum, cogebatur pars diruere illud ædificium nata actione ab illo decreto, & cum actio non eſſet creata formaliter intentabatur illud interdictum, quod tantummodo ſeruabatur inter partes litigantes.

Et ſi eueniebat quòd pars nunciata uellet parere edicto, & cum pareret in iudicio petendo remisſionem ſecundum formam eiuſdem, & ea obtenta inciperet ædificare, ſi nuncians poſteà iterum prohiberet recordatus de natura quod ui aut clam, & nunciatus propter hanc cauſam citaret nunciantem coram prætore, & allegarentur leges, uel forſan illud interdictum quod ui aut: clam, prætor pro executione ſui edicti permittentis remisſionem, proferebat inter partes cum ſolennitare huiuſmodi uerba in quem locum nunciatum fuerir ne quid noui operis fieret, ſubaudi iuxta formam edicti mei. qua de re agitur, id eſt, ſi de alijs ſit, ſi de ea re ſatiſdatum eſt quod eius nomine cautum ſit, uel per te fiat quominus ſatiſdetur uim fieri ueto quominns illi iu illo loco opus facere liceat, quo decreto lato, naſcebatur auctoritate iudiciaria actio quædam informis, & pro executiode intentabatur illud interdictum cum illa ſolennitate uerborum, & conſeruabatur ædificans à uiolentia nunciantis, ut poſſet ædificare. per quæ apparer quòd illa duo interdicta ſcripta in dicta l. prætor. fuere neceſſariò cauſata poſt edictum permiſſorum præcedens, & pro eius executione, & eſt impoſſibile ſecundum antiquum modum procedendi, quòd ab interdictis cauſaretur edictum, cum imò ipſa neceſſariò ab ipſo edicto prouenire debebant, quæ duo interdicta inter quoſlibet litigantes neceſſariò erant proferenda, & non faciebant ius niſi inter partes in iudicio comparentes. poſtea per Saluium Iulianum: quia paſſim inter omnes litigantes proferebantur, & executionem habebant, fuere ſcripta á Saluio Iuliano in libro edictorum, & acceperunt poteſtatem generalem ut ligarent totum populum, ac ſumpſerunt uim edictorum: tamen retinuerunt nomen interdictorum ex inſtituto Imperatorum, & ut appareret eorum origo. Ea autem ſola compilatores in hoc titulo retulerunt: quia per ea demonſtrabatur neceſſarium præcesſiſſe, & cum hæc argumentatio notoria eſſet apud compilatores ſtudendo breuitati omiſerunt uerba principalis edicti tanquam notoriè cognita, tam per ſcripturam illorum interdictorum, quàm per interpretationes poſitas per Vlp. & hoc uidetur multum urgere licèt à nemine fuerit tactum.

Quintò probatur hæc opinio: quia per ſubauditos intellectus non debet induci correctio legum, l. apud antiquos. C. de fur. & no. in l. j. §. huius rei. ff. de officio eius. hic autem per ſubauditum intellectum inducerentur magnæ correctiones. Nam eſt rigoroſum & contra leges quòd unus priuatus ex hoc ſolo uerbo nuncio tibi ne ædifices, ius ſibi dicat, & liget manus aduerſarij ut facere non poſſit quod de iure ſibi permittitur, & deſiſtere debeat ab ædificio ſibi utili, & non uti commoditate ſuæ poſſesſionis, & dominij rei, nec liberè diſponere ſicut eſt natura dominij, ut habetur in l. ſi quis ui. §. differentia. de acquir. poſſesſio. per Bar. in l. altius. ff. de ſeruitutibus & l. luminum. de damno infecto. & quis eſt moderator, & arbiter in re ſua. l. in re mandata. C. mandati. ac cogatur relinquere ius ſuum indefenſum ex ſolo uerbo nunciantis, contra l. illud. in fine principij. ff. de petitione hæredita. & inſuper cogatur accedere ad prætorem, & petere remisſionem nunciationis, ac cogatur accipere onus præſtandi ſatiſdationem de demoliendo, quæ omnia uidentur contra regulas iuris, & ualde rigoroſa, & non uidetur rationabile ꝙ tot correctiones iurium inducerentur per ſubanditum intellectum, & tanto fortius: quia iſta uerba fuere prolata, ut ſtatim dixi, in iudicio inter duos litigantes cum apelletur interdictum, & non uidetur conueniens nequè iuridicum, nequè naturale, quòd per dicta uerba prolata inter duos litigantes inducatur tacitum edictum quod liget totum populum, qui ignorabat litem illorum litigantium. &

ſit ſeruata forma edictorum, quæ erat quòd proponerentur in albo prætoris. leg. ſi quis id quod. ff. de iuriſdictione omnium iudicum cum ibi no. & non ſeruata forma legis ipſa redditur nulla, ut no. in l.j.& ij. ff. de reg. iur. & alteri per alterum non debet conditio iniqua inferri. cap. non debet.de reg. iur. in 6. Propterea omnino tenenda eſt opinio Cuma. in dicta l. prætor. ꝙ præceſſerat interdictum unum expreſſum & ſolenne permittens nunciationē noui operis, ac remiſſionem, quod interpretatur Vlpia.hic, & per totam iſtam legem uſquè ad legem prætor. infra eodem. & ceſſant omnia contraria, & ſolùm pro opinione communi facit illa ratio quòd huius edicti uerba non habemus, quæ debilis eſt ualde, cum infinita alia edicta relata per hæc uerba hoc edicto habeamus, & tamen eorum uerba ſcripta non habemus, ut patet in exemplis adductis per glo. ſecundam, & in pleriſquè edictis poſitis per totum. ff. uetus, quæ ſunt penè innumerabilia. hoc enim fecerunt compilatores ſtudendo breuitati, & cognoſcentes quòd ſine eis ſenſus clarè ex interpretatione Vlpia. demonſtrabatur, & ita teneas. & aliqua infra etiam repetemus.

Sextò propius accedendo ad tex. cum hic tractemus de interpretatione edicti permittentis nunciationem fieri, præmittendum eſt ad euidentiam quid ſit nunciatio, & ex quibus cauſis, & quibus modis, & quos effectus producat.

Et circa primum Hoſtiens. ex. eod. in ſumma dicebat † quòd nunciatio eſt ædificantis in contumatiam alterius legitima prohibitio, quæ diffinitio eſt imperfecta, & non conueniens: quia nunciatio non eſt prohibitio: ſed cauſa prohibitionis eam inducens, ut per Bar. infra in ſummario. Item non comprehendit ædificantem iuſtè, qui alteri uim facere non dicitur. Item nequè uerbum in contumaciam uidetur conuenire cum ante nunciationem nulla poterat eſſe contumacia nequè ex parte nunciantis neque nunciati. Vnde ita poteſt diffiniri. Nunciatio eſt prætendentis opus fieri in præiudicium ſui uel publicum denunciatio ne fiat, inhibens poteſtatem faciendi, donec remiſſa fuerit, uel habeatur pro remiſſa. dicitur denunciatio quia conſiſtit in uerbis denunciatiuis, ut habetur in l. non ſolum. §. morte. & l.j.§.quid ſit. inf. quod ui aut clam. Dixi prætendentis ut comprehendam etiam eum cui de iure non præiudicatur Dixi ſuum uel publicum, per §. nunciamus. infra eodem. Dixi inhibens, per tex. noſtrum. & l. ſi non factum. §. ſciendum. infra eodem.

41 Quæ † nunciatio nullam ſolennitatem uerborum requirit: quia poteſt fieri quibuſcunquè uerbis aptis ad demonſtrandum quòd ſibi non placet ut opus fiat. Ideo non intereſt an dicatur nuncio uel dicatur prohibeo, uel ueto opus . . uel non mihi placet ut opus fiat, uel alia ſimilia uerba. Similiter etiam non requirit ſolennitatem circa perſonas: quia poteſt fieri qui buſcunquè perſonis, pupillis, & ſeruis, uel operarijs exiſtentibus in opere ac etiam die feriata, & abſente domino, l. j. §. nunciatio, & ibi not. infra eo.

42 †Tria tamen principaliter ſunt de ſubſtantia, primò quòd fuerint aliqua uerba prolata prohibitiua: quia cum ſit proteſtatio oporter quòd omnino uerba proferantur, cum ſine uerbis nulla fiat proteſtatio ſecundum Bar. in l. non ſolum. §. morte. infra eodem. Secundò requiritur quòd habeat ius prohibendi ſaltem coloratum: quia ſi notoriè non habet ius, non ualet ſecundum opinionem quam poſuit Bar. infra, & ſequuntur communiter doct. & habetur in l. j. infra de remiſſio. Tertiò requiritur quòd fiat in præſentia operis, & non ualet ſi fiat denunciatio domino in platea, l. de pupillo. §. nunciatio, & §. ſi quis fortè in foro. infra. eodem.& hæc tria ſunt principalia. Alia etiam uidentur eſſe de ſubſtantia, quæ ponuntur per Bar. infra in antepenultima oppoſitione poſt glo. in uerbo. nunciationem. ubi dicemus proſequendo latè per quæſtiones Bar.

43 Hæc †quoquè nunciatio fit ex tribus cauſis, quæ ponuntur infra in l. de pupillo in §. nunciamus. primò cauſa iuris conſeruandi, ut ſi uicinus uult imponere tignum in pariete uicini: nā poterit ipſe nunciare, & conſeruare ius ſuum. Secundò poteſt fieri ex cauſa damni depellēdi, ut ſi uicinus faciat ciſternam propter quam domus uicini minetur ruinam, uel proijciatur terrenum in aliquo loco ubi poſſit uicino nocere, tunc poterit fieri nunciatio ne hoc fiat, & tenebitur etiam ex edicto alio de damno infecto.

Tertiò fit ex cauſa iuris publici, ut ſi uicinus ædificat in loco religioſo, uel publico, uel ſacro: nam cuilibet licitum eſt nunciare ut habetur in dicto §. nunciamus.

44 †Hæc nunciatio fit tribus modis ut ſupra retuli, uel uerbis, uel per capillum, uel per prætorem, l. de pupillo. §. meminiſſe. infra eodem. Item producit octo effectus quos ego retuli ſupra in. ij. euidentiali dum poſui naturam nunciationis, & in quo differat ab interdicto quod ui aut clam. Et principalis eſt effectus, de quo dicitur principaliter in ſecunda parte, quòd producit poteſtatem petendi remiſſionem, quam prohibitus per interdictum quod ui aut clam petere non poterit, de quibus omnibus latiſſimè infra dicemus, & hæc ſufficiant pro generali cognitione termi norum, plenius & magis ordinatè ultra docto. relata.

Quibus ſic ad euidentiam præmiſſis deuenia ad l. noſtram, quæ diuiditur in multas partes, quæ de per ſe patent. Principium autem hoc quod interpretandum aſſumpſimus, diuiditur ſecundum Bar. & omnes in duas partes. In prima ponitur de permiſſione nunciationis. In ſecunda ponitur de permiſſione remiſſionis. Secunda ibi, deinde, & in hoc conueniunt omnes.

Sed

Sed poſtea diſconueniunt in modo declarandi has partes. Nam Bar. dicit, quòd in prima parte tractatur de effectu nunciationis. In ſecunda parte de effectu remiſſionis. Sed Paul. de Caſtro reprehendit negando quòd prohibitio ſit effectus nunciationis: quia imò effectus nunciationis eſt quòd ædificium efficiatur uitioſum, quando factum eſt ea ſpreta, & uenit demoliendum l. prætor. in prin. infra eodem. Item dicit quòd effectus remiſſionis non eſt ille, qui ponitur in uerbis iſtius principij, ſed eſt inter dictum prohibitorium, per quod impeditur nunciatus ædificare, dicta l. prætor. §. deinde. Sed Hermanotius defendit Bar. quia imò effectus nunciationis eſt prohibitio, & effectus remiſſionis eſt recuperatio poteſtatis ædificandi, per tex. in l. non ſolum. §. ſciendum. infra. eodem ubi probatur utrunquè. Tu autem dicas utrunquè bene loqui: quia effectus nunciationis immediatus eſt ipſa prohibitio: quia ſtatim poſt nunciationem ipſa ſequitur. Sed poſteà ſuccedit alius effectus ꝙ ſi ædificat contra prohibitionem opus efficitur uitioſum tanquàm uiolentum, & ſuccedit tertius effectus quòd illud opus uenit demoliendũ. unde & dictum Pauli eſt uerum quòd demolitio ſi effectus nunciationis, tamen eſt magis remotus, Similiter in remiſſione effectus primus eſt & immediatus, quòd præſtita ſatiſdatione recuperat ius ædificandi ſine iure, uel iniuria ædificet, & eſt ſecundus effectus, quòd non poteſt prohiberi ædificans, & eſt tertius, magis remotus quòd competat interdictum ne uis fiat ei, Ideò reuertendo ad tex. dicas quòd in prima parte ponitur immediatus effectus nunciationis, qui conſiſtit in prohibitione & in ſecunda parte ponitur immediatus effectus remiſſionis, qui conſiſtit in recuperatione poteſtatis ædificandi, pro ut dicebat Bar. & bene. Alij etiam ſequuntur effectus ut dicebat Paulus de Caſtro. & tamen de his non loquitur hic Vlpianus; ſed reſſeruauit ad dictam l. prætor.

Summatur ſecundum docto. Alexan. & Aug. Nunciatio noui operis prouidet aduerſus futura opera quouſquè ſit remiſſio eiuſdem. Et ſecundum Feruſiros adducentes Paulum ſummatur. Ei qui iuſtè ædificat poteſt fieri nunciatio noui operis, ſed cum iure ſit remiſſio datur quatenus iuſtè ædificat. Tu dic quòd breuius ſummari non poteſt: quia Vlpianus ſummauit edictum prætoris. Ideo poſſumus ſolùm per alia uerba declarare ut facilius intelligatur hoc modo Hoc edicto. prætor permiſit prætendentibus opus aliquod fieri in eorum præiudicium ut poſſint nunciando prohibere ne opus fiat, ſiue iure, ſiue iniuria ædificetur, quàmuis ſimplicia eſſent uerba ſua, ut ſtatim debeant abſtinere, quæ prohibitio poſteà remittitur per prætorem præſtita ſatiſdatione de demoliendo in caſu ſuccumbentiæ temporaliter. Sed perpetuò poſteà ſit eatenus quatenus is qui nunciaſſet ius non haberet hic eſt ſenſus; quia ſummarium poſuit Vlpianus, unde pluribus uerbis debet declarari.

45 Caſus †autem ità breuiter ſingi poteſt. Quidam habebat domum iuxta aream uicini, in quam poterat per hoſtium ſuum ingredi, atq; etiam habebat multas feneſtras percipientes lumina ex dicta area, dominus autem areæ cum multiplicaret in filios, & indigeret maiori domo, deliberauit ędificare in dicta area, & præparamenta fecit deſignando extendere parietem iuxta domum uicini, per quem impediebatur aditus atquè lumina obſcurabantur, & quod plus erat, uolebat in pariete uicini imponere tigna, dominus autem domus prætendens habere ſeruitutes & aditus & luminum, & quòd non poſſet ædificando eas auferre, atquè prætendens parietem eſſe proprium, ut nihil ſuper eo imponere poſſet, recordatus de edicto prætoris incępit clamare dicendo tibi nuntio ne facias nouum opus in præiudicium iurium meorum. dominus areæ non uidens niſi uerba, parum curauit de illa nunciatione, & perſeuerauit in ædifitio, alter autem uidens fortiorem prohibitionem requiri, acceſſit ad prætorem, & petijt ab eo ut in ſcriptis faceret præceptum ne opus nouum ædificaret, quod cum etiam factum fuiſſet, dominus areæ ſpreuit, & perſeuerauit in ædificio claudens lumina, quo perfecto uicinus uidens ſuum præiudicium, citauit ædificantem coram iudice intentans edictum demolitorium, & cum inſtantia petens ꝙ ille cogatur demoliri totum opus factum, & reſtituere omnia in priſtinum, ille autem excipiebat dicendo, quòd erat dominus illius areæ, & quòd in re ſua ſibi licebat facere quod placeret, nec poterat impediri uti iure ac dominio ſuo, & offerebat ſe paratum probare qualiter ipſe erat uerus dominus illius areæ, & nullam unquam ſeruitutem permiſerat, ac quòd paries uicini erat communis, ut in eo poſſet imponere tigna, & petebat à prætore ſibi dari tempus ad prædicta omnia probanda. duplicabat actor quòd non debebat audiri ſuper principali cauſa: ſed quòd omnino tenebatur diruere: quia ſpreta nunciatione ædificauerat: quoniam prætor permittebat per nunciationem impediri quemlibet ædificare. Vnde fuit quæſitum quid iuris.

Et ratio dubitandi erat, uidebatur dicendum quòd ædificans rectè peteret ut prius cognoſceretur de iuribus ſuis, antequàm deueniret ad aliquam executionem demolitionis, cum in effectu nihil aliud pro parte nunciantis interuenerat niſi clamores, & uerba, & per clamores, & uerba partis non debet impediri quis perficere actum ſuum l. j. C. debitorem uenditionem pignoris impedire non poſſe, & l. ſi maior. C. de reſcind. uenditione, & nemo debet poſſe ſibi ius dicere, l. extat. ff. quod metus cauſa, & l. j. C. nequis in ſua cauſa iudicet.

Secundò adducebatur:quia ſi clamores partium attenderentur poſſet quilibet rixoſus nunciando impedire quemlibet uicinum uolentem in ſuo legitimè ædificare, quod eſt abſurdum, ut hic, per Iaſ.

Tertiò facit: quia aſſertio domini, & libelli productio, & citatio in iudicium non poſſunt impedire dominum uſucapere, niſi poſteà ſequatur litis conteſtatio, productio teſtium, & aliquando etiam ſententia, ut no. in l. naturaliter. infra. de uſucapio. & habetur in l. illud. ff. de petitio. hæreditat. quoniam nemo debet relinquere ius ſuum indefenſum: ergo tanto minus deber cum clamore extra iudiciali impedire ædificare.

Quartò faciebat: quia per litem aduerſarij non debet quis derelinquere ius ſuum indefenſum, dicta l. illud. in fine ſupra de petitione hæreditatis, ergo nec etiam ipſe debebat per litem derelinquere naturalem ſuam poteſtatem ædificandi, quam habebat ex dominio l. altius, ff. de ſeruitutibus.

Quintò faciebat: quia quilibet durante lite uſque ad ſententiam, & poſt appellationem uſquè ad ultimam ſententiam, & executionem, debet morari in ſua poſſeſſione, & non impediri omnia facere tanquàm uerus poſſeſſor. §. commodum. inſti. de interdictis, & capitulo uolumus, decima quarta quæſtio. j. ergo & ipſe non obſtante nunciatione debebat ſtare in ſua poſſeſſione ædificandi, & percipiendi commoda ex ea l. pen. infra de aqua quotidiana, & æſtiua.

Sextò faciebat: quia ſequeſtratio prohibetur durante lite: quando non eſt periculum baratationis. l. j. C. de prohibita ſequeſtratione pecuniæ. Sed hic nulla erat ſuſpicio baratationis, & per pronunciationem uolebat ſequeſtrare poteſtatem ædificandi. ergo non poterat facere.

Septimò faciebat: quia dominium eſt poteſtas liberè diſponendi de re ſua, ut per Bar. in in l. filius familiâs. §. Diui. ſupra de legat. j. ubi dixi in præmiſsis, quòd nemo poteſt illius effectum impedire ſine cauſa: ergo cum ædificans eſſet dominus, non poterat impediri diſponere de area ſua ædificando, & claudendo, cum quilibet ſit moderator & arbiter in re ſua, quæ omnes ſeptem rationes militabant etiam quòd poſteà ſubſecuta eſſet nunciatio per prætorem: quia ipſe non debet impedire iura partium. Et in ſpecie quod & ipſa nunciatio iudicis poſſet ſperni, faciebat: quia præceptum iudicis ſine cognitione factum, eſt ipſo iure nullum, ut per Bar. in d. l. filius familiâs. §. Diui. in fi. quæſtione ſupra de leg. j. Sed hoc fuerat præceptum ſine cauſæ cognitione factum: ergo ſperni poterat,

Nonò faciebat rubrum & nigrum. C. comminationes uel epiſtolæ. ubi comminationes iudicum non habent uim rei iudicatæ.

Decimò faciebat l. de pupillo. §. ſi quis riuos. infra eodem, & §. quod ſi in mari. & l. ſecunda & l. qui uiam. infra eodem cum ſimilib. ubi nunciatio ſpernitur.

His tamen omnibus non obſtantibus, contrarium fuit determinatum per Vlpianum hic in hoc tex. & in conſequentiam per tex. in l. prætor air. infra eod. & ratio decidendi eſt: quia per edictum prætoris prouiſum fuit nequis ædificaret, uel nouum opus faceret in præiudicium alterius, ac data fuit poteſtas ei nunciandi, & prohibendi ne ædificer, ſiue ius habeat, uel non habeat, quæ prohibitio liget ei manus donec petat remiſsionem, & præſtet ſatiſdationem de demoliendo in caſu ſuccumbentiæ, & ſi eueniat quòd ædificet ſpreta nunciatione quòd opus omnimodo in contemptum prætoris factum diruatur, Et ratio rationis fuit: quia in pari cauſa potior eſt conditio poſsidentis ſeu quaſi poſsidentis. & quando ille facit nouum opus dicitur turbare poſſeſsionem actoris, qui reperiebatur in uera poſſeſsione ſeruitutis, uel ſaltem in prætenſa, & colorata. Vnde conueniens fuit, ut ei prouideatur, & ꝙ manu teneatur in ſua poſſeſsione ac prætenſione. per tex. in l. pennl. ff. de aqua quot & æui. iunctis not. per Bar. infra in 7. quæſt. quæ hic potes referre.

Nec obſtant allegata in contrarium, & primo, quòd quis non debet eſſe iudex in cauſa ſua, & per clamores impedire alium: quia illud uerum eſt; quando per leges non permitteretur: ſed prætor in edicto cum iuſta ratione fecit, meritò ipſe potuit impedire.

Non obſtat ſecundò quòd unus rixoſus poſſet impedire: quia hoc toleratur donec eſt iſta dubietas, & cum non appareat quis habeat ius, magis conueniens eſt ut actor qui fuit in ſua poſſeſsione, uel ſeruitutis, uel libertatis, interim manuteneatur, unde poſteà fuit introductum quòd poſſit compatendo petere remiſſionem, & ſatiſdando recuperare ius nunciandi etiam quòd iniuſtè ædificaret; quoniam tunc per ſatiſdationem utriquè dicitur eſſe ſuccurſum, & in dubio nemo præſumitur rixoſus, ut no. in cap. ſemel malus. de reg. iur.

Non obſtat tertium quod per litem quis non impeditur uſucapere: quia illud uerum eſt ex eo: quia ipſe uſucapiendo nihil noui facit: ſed ipſam iam inceptam perſeuerat. Ideo conueniens eſt ut in ſuo ſtatu ipſe manuteneatur. Sed iſte ædificans non perſeuerat in præteritis iuribus. Sed excedit ea, & facit nouum præiudicium parti turbando poſſeſsionem quam habebat ipſe actor uel ſeruitutis uel libertatis.

Non obſtat quartum quòd non debet quis derelinquere ius ſuum indefenſum: quia uerum eſt in eo quod retro fecit. Vnde ſi uult fulcire opus iam poſitſſum, leg. j. §. ſi quis ædificium infra. eodem. Sed hic non defendit ius ſuum, ſed egreditur illud & incipit offendere ius alterius. Vnde ratio retorquetur quòd ipſe actor

ſe actor poſteà in hac noua turbatione debeat in iure ſuo conſeruari, nequè debet ius ſuum relinquere indefenſum, & ſic ratio retorquetur.

Non obſtat quòd durante lite reus non debet habere commodum poſſeſſionis: quia reſpondetur quòd & ſuum commodum conſeruatur: ſed ipſe excedit commodum: quia uult facere nouum opus & turbare commodum poſſeſſionis alterius, unde ratio retorquetur quòd ipſe actor debet ſtare durante lite in ſuo commodo poſſeſſionis, ſeu in prætenſa poſſeſſione. Et eodem modo reſpondet ad tex. in l.pen.inſ. de aqua quotidiana & æſtiua. quia retrò ibi utebatur iure ſuo ſeruitutis, & durante lite non debet prohiberi. Vnde retorquetur quòd è contrario, & ipſe nuncius durante lite debet ſtare in ſua prætenſa poſſeſſione.

Non obſtat quòd ſequeſtratio non debet fieri pendente lite: quia uerum eſt de iure habito, ſed quando ipſe uult innouare, & aduerſarium impedire, conueniens eſt ut, & ipſe impediatur, & actor perſeueret in ſua prætenſa poſſeſſione.

Non obſtat ſeptimò quòd dominus debet uti libertate iuris ſui: quia eodem modo reſpondetur quòd procedit in iure quod retro habuit, ſed quando ipſe uult aliquid innouare ſuper iure alteri conceſſo, uel contra prætenſam poſſeſſionem, uel libertatem alterius, ipſe debet impediri ne alium turbet in poſſeſſione donec diſcutiatur de uiribus partium per dict. l. penul. de aqua quoti. & æſti. iunctis not. per Bar. & docto. in prima quæ. Et ſic tota uis deciſionis conſiſtit in hoc quòd ipſe innouando dicitur turbare ius nunciantis, non autem ius ſuum antiquum defendere, & hæc eſt ratio rationis tex. noſtri.

Alia etiam ratio decidendi poteſt aſſignari: quia nunciatio eſt prouocatio iuxta doctrinam Bar. in l. in prouinciali. infra. eodem, & attentata contra appellationem reuocari debent, ut dicemus in primo notabili. Sed tamen hæc ratio non concludit in totum: tum quia à multis negatur quòd nunciatio ſit prouocatio, ut ſtatim dicemus.

Item dato quòd eſſet prouocatio, ut ego infra teneho ſaltem per ſimilitudinem, tamen nõ concludit, niſi quantum ad interdictum demolitorium poſt nunciationem: ſed non concludit quantum ad rationem quare prætor dederit poteſtatem nunciandi, & inducendi hanc prohibitionem, & impedire ius alterius.

Non obſtat quòd etiam nunciatio facta fuerat per prætorem quæ fortior eſt, & dictæ rationes concludebant contra nunciationem per prætorem: quia per reſponſiones ſupradictas demonſtratur illam nunciationem potuiſſe inducere prohibitionem.

Non obſtat quòd præceptum ſine cognitione cauſæ non ualet: quia reſpondetur uerum eſſe: quando affert totale præiudicium: ſecus autem ubicunq; inducit temporale præiudicium, uel paruum, ut not. in dicto. §. Diui. hoc autem præceptum inducit temporale præiudiciũ: quia poteſt nunciatus comparendo petere remiſſionem, & ſatiſdando recuperare ius nunciandi. unde potuit ualere.

Non obſtat rubr. & nigrum comminationes. uel epiſto. quia eodem modo procedit in totali præiuditio: ſecus autem in temporali.

Non obſtat tertium de l. de pupillo, cum iuribus concordantibus: quia illa loquuntur in caſu claro, & ponunt limitationes quas infra declarabimus in materia, nos autem loquimur in generali regula, hic eſt caſus apperiens uiam intelligentiæ totius materiæ.

46 Notandum eſt primò ex iſto tex. † quod dictum fuit in ſummario, quòd per nunciationem noui operis poteſt impediri nouum opus, ne fiat, ſiue iure, ſiue iniuria ædificet, quæ deciſio uidetur habere apparentem iniquitatem, cum det poteſtatem unicuiq; prohibendi alios iuſtè ædificantes, quominus utantur iure, & ꝗ det materiam delinquendi, contra tex. in l. iuris gentium. §. prætor ait. ff. de pactis, & l. conuenire. ff. de pactis dotalibus, & poſſet unuſquiſquè rixoſus habens inuidiam quieti ſui uicini uolens inquietare cum poſſit nunciando prohibere eius commoditatem, quod uidetur eſſe iniquum & contra formam legis, quæ uult quòd lex ſit ſancta, honeſta, & poſſibilis cap. erit lex j. diſtinctione. j. & ij. ff. de legibus, & poſſent etiam adduci rationes poſitæ in figuratione caſus, quod tanto minus eſt permittendum in prætore, qui ſolet ſemper habere æquitatem pre oculis. l. quod ſi Epheſi. ff. de eo quod certo loco, & cum ſit inferior lege non poſſit cum iniqua diſpoſitione impedire legem iuſtã, & facere quòd ſine cauſa poſſit iuſtè ædificans impediri uti comoditate ſua, ſibi à lege conceſſa, quæ oppoſitio fatigauit hic omnes docto. in ea ualde inſiſtentes, qui uolentes ſuſtinere hoc edictum, dixerunt non eſſe inconueniens ꝗ quis prohibeatur à lege uti iure ſuo, etiam iuſto, cum uideamus quòd per appellationem iudicialem ſuſtineatur ille qui appellauit, ſiue iuſta, ſiue iniuſta ſit appellatio, capitulo oblatæ. de appellationibus. & ſi contra appellationem etiam ex ſententia iuſta aliquid fuerit intentatum, illud debet reuocari non obſtante quòd ſententia poſſit eſſe iniuſta. l. j. infra nil innouari appellatione pendente, & in rub. & nigro nil innouari appellatione pendente. Similiter appellatio extraiuditialis permiſſa eſt ab omni actu, tam iuſto quàm iniuſto, cap. cum ſit Romana. de appellatio. in 6. cap. de priore. & cap. bonæ. eodem titulo. & ſi contra dictam appellationem aliquid fuerit intentatum, illud ante omnia eſt reuocandum, ante quàm cognoſcatur de ueritate cauſæ, cap. bonæ. eo. titulo de appellationib. & per Bar.

47 in l. fi. ff. de appellatio. recipiend. † Quare cum nunciatio ſit quædam prouocatio extraiudicialis. ut per Bar. in l. in prouinciali, infra. eod. & eundem infra in. 9. quæſtio. apparet ratio diſpoſitionis prætoris in hoc edicto, quòd ideò permiſit omne ædificinm factum, tam iuſtè quã iniuſtè poſt nunciationem eſſe diruendum: quoniam omne attentatum poſt appellationem extraiudicialem, & etiam iudicialem ſine conſideratione an fuerit iuſta uel iniuſta, debet reuocari, quæ ratio uidetur communiter approbata. Sed tamen in contrarium facit ſecundum Iaſ. hic: quia hæc ſimilitudo de prouocatione extraiudiciali ad nunciationem, non uidetur procedere, cum in ea neceſſariò debear exprimi cauſa, ut per Bar. in dicta l. fi. de appellatio. recipiend. col. penul. in nunciatione autem cauſa non eſt exprimenda, ut tenet ipſemet Bar. infra. in ij. quæſtione. Similiter nec poteſt aſſimilari appellationi iudiciali: quia in ea ſimiliter cauſa ab initio eſt exprimenda, cap. j. de appellatio. in 6. & tamen hic non eſt neceſſaria. Similiter appellatio iudicialis non ſuſpendit incontinenti ſententiam & iuriſdictionem iudicis, niſi prius iudex ad quem appellatur ſummariè cognouerit de iuſtitia appellationis, & fecerit inhibitionem, ut habetur in cap. non ſolùm. de appellatio. in 6. & tamen per nunciationem hic inhibetur.

Tertiò hæc ſimilitudo uidetur tolli: quia appellatio in iudicio facta non inhiberet ædificare per l. j. infra quis, & à quo, & generaliter uidetur quòd appellatio extraiudicialis differat ab appellatione iudiciali in multis, quæ poſuit Abbas expreſſè in cap. bonæ. extra de appellationibus qui enumerat expreſſè quatuordecim differentias inter appellationem iudicialem & extraiudicialem, quæ redunt eam eſſe debiliorem, & in ſpecie circa poteſtatem reuocandi attentata ut ibi clarè retulit Abbas antiquos tenere, quod confirmatur: quia neque lis, neque appellatio prohibet aliquem uti iure ſuo. l. j. §. pen. de aqua quotidiana & æſtiua. Ruy. hic, & Hermanocius conantur defendere hanc rationem dicentes, quòd licèt in aliquibus incertis effectibus uideatur eſſe differentia inter nunciationem & appellationem iudicialem, & extraiudicialem; tamen non tollitur quin in ſubſtantia conueniant. & quòd nunciatio dicatur eſſe prouocatio, & attentata ad eius ſimilitudinem reuocari non debent. Secundò dicebat Ruy. admittamus ꝙ non ſit prouocatio ita formalis; tamen ſe habet ad inſtar prouocationis, & propter hanc ſimilitudinem iuſtificatur hæc deciſio. Sed tu dicas quòd imò uidetur confundi hæc deciſio per illam ſimilitudinem ex eo: quia Abbas ibi in tertia colum. dicit quòd appellatio extraiudicialis non reuocat attentata, niſi quantus appareat de iuſtitia cauſæ. Vnde ad eorum reuocationem debet apparere iuſtitia cauſæ, per tex. in cap. auditis. de appellatio. ubi appellatio extraiudicialis non ſuſpendit niſi electionem iniuſtam, & ſi poſſet impediri ſimilitudo ad appellationem iudicialem: quia hæc eſt prouocatio extraiudicialis: tamen non poteſt tolli quin aſſimilando ad prouocationem iudicialem non reddatur deciſio magis iniqua: quia per prouocationem extraiudicialẽ non reuocantur attentata, niſi iniuſtè facta, & eſpectatur finis cauſæ, ad hoc ut appareat an appellatio fuerit iuſta uel iniuſta, ut tenuit glo. in cap. non ſolum. de appellatio. in 6. per tex. in cap, conſiderauimus. & cap. inter canonicos. de electione, quam declarat Abbas in cap. bonæ. num. 10. uerſi. poteſt addi. Vnde ceſſar quod dixit hic Ruy. quòd in hac nunciatione non ponuntur uerba apta ad faciendum prouocationem: nam etiam quòd eſſet prouocatio illa non reuocat attentata, niſi iniqua, imò nec etiam ſecundum leges poteſt appellari extraiudicialiter ab actu fiendo, d. l. fi. de appellatio. recipiendis. & cap. quæ ad perpetuam. 25. quæſtio. j. Tamen defendendo ab hac obiectio-
48 ne potes tenere contrarium, † quod imò attentata facta poſt appellationem extra iudicialem etiam iuſta, poſſint reuocari antequàm cognoſcatur de meritis cauſæ, ut declarat ipſemet Abbas in dicto cap. bonæ. nu. xxij. uerſi. ſed colligendo dicta Innocentij. ubi tenuit quòd quando appellatio eſt ueriſimilis, & ex probabili cauſa, ante omnia debent reuocari attentata, nec admittuntur exceptiones in cauſa principali, ut probatur in dicto capit. bonæ, ubi attentata reuocantur ante quàm deueniatur ad cauſam principalem, & ideò Abbas dicit ſufficere probare cauſam probabilem. Vnde dixit Fely. in cap. j. col. j. uerſi. dum dicit ſignanter. ſupra eodem, quòd in appellatione iudiciali ſufficit ſola oblatio probationis: ſed in extraiudiciali oportet probare cauſam eſſe ueriſimilem, & ſecundum dicta per Fely. ibi hæc ratio poteſt defendi, & impugnari, ut per Abb. poſuit Abbas in terminis in cap. ij. de noui. oper. nunciatione nu. 9. uerſi. ſed Azo. & uidetur inclinare quòd attentata non poſſint reuocari, niſi habita cognitione de ueritate cauſæ. Vnde Roma. pro iuſtificatione edicti prætoris aſſignabat aliam rationem dicens, quòd reuocantur attentata: quia fiunt in contemptũ prætoris, & eius edicti. l. prætor ait. §. j. infra. eodem. ibi, contra prætoris edictum, & quamuis Ruy. in contrarium adducat, tamen ipſe poſteà reſpondet, & eam tenet. Sed ego puto non eſſe uerum: quia falſum eſt aſſumptum quòd contemnatur auctoritas prætoris, cum de prætore nullum uerbum in nunciatione fiat.

Prætereà quando litigatur coram iudice non dicitur reus contemnere prætorem utendo iure ſuo, dicta leg. penul. ff. de aqua quotidiana & æſtiua.

Nec contrariatur dicta l. prætor. §. j. quia ibi

dicitur

dicitur quò opus ſit contra illud interdictum, id eſt, contra ipſam legem, & dicitur quòd eſt actus factus contra legem, & hoc eſt quod diſputamus, utrum illud debeat ualere attento quòd lex eſt iniqua. Nam quando eſt æqua ſit longa diſtinctio poſita in l. non dubium. C. ll. quando autem eſt iniqua, illa contemni poteſt: quia non dicitur lex, dicto cap. erit lex quarta diſtinctione.

49 Vnde tertia fuit ratio Iaſ. reſtringentis edictum prætoris ad caſum dubium, ut hæc nunciatio prohibeat iuſtè ædificare: quando eſt dubium: quia ſi eſſet clarum non permitteretur ut infra dicetur cum Bar. & in caſu dubio euentus litis multa operatur. l. quis ergo caſus. ff. de peculio. & argumen. nota. in l. ij. in principio. ff. ſi quis in ius uocatus non ierit. & l. ſi quis ex aliena. ff. de iudicijs.

Sed nec iſta ratio uidetur ſufficere ex eo: quia nos habemus quòd dubietas quæ inducitur per litem non facit quòd quis debeat deſerere ſuum dicta l. illud. de petitio. hæredita. neque quòd priuetur commoditate poſſeſſionis ſuæ dicta l. pen. de aqua quotidia. & æſtiua. & ſemper rationabilius, & æquius eſſe uidetur quòd differatur demolitio, donec cognoſcatur de iure ædificantis.

Vnde quarta fuit ratio Alcia. quòd ideò ante omnia deſtruitur ædificium: quia ædificando poſt nunciationem dicitur facere uim, & uiolentiam, leg. j. §. quid ſit ui. infra quod ui aut clam. & actus per uiolentiam factus ante omnia debet reuocari reiecta exceptione dominij. l. ſi quis ad ſe fundum. C. ad l. Iuliam de ui, & cap. ex literis. de reſtitutione ſpolia. quæ ratio etiam parum ualet. Primo: quia concludit tantummodo quòd habeat locum interdictum quod ui aut clam.

Secundò ſequeretur quòd idem deberet eſſe quando quis appellaret à moleſtationibus, dicto cap. bonæ. quod tamen ſupra negatum fuit. Præterea uiolentia pro defenſione eſt iure permiſſa l. ut uim. de iuſtitia & iure, & ſicut ibi ſe defendendo uiolentia non punitur, eodem modo hic defendendo ſuam iuſtam ædificationem non debet puniri in diruptione.

Tertiò negari poteſt quòd ſit uiolentia ſaltem ſimilis dictæ l. ſi quis ad ſe fundum. cum ipſe ædificet pro conſeruatione iuris ſui, & non uidetur eſſe punibilis.

Quiutam rationem uidetur dare Hermanotius quòd prætor hic diſpoſuit expreſſè, & propter eius præceptum ædificium ſuſtinetur, cum alias deberet dirui, cum ſoleant leges & prætores defendere ædificia. Vnde curauit prætor ne illa ædificia fierent. quæ ratio etiam nihil ualet: quouiam non permiſiſſet quòd petita remiſſione recuperaret poteſtatem ædificandi etiam iniuſtè, quod poſteà ueniret diruendum in fine cauſæ. Vnde tu reſoluendo dicas quòd docto. nimis laborauerunt in iſtis, nam omnes conſentiunt quòd hic habemus caſum legis in terminis, & deciſionem expreſſam, cum qua concordat tex. in leg. j. §. & parui. infra quod ui aut clam. & in capit. ſecundo extra de noui operis nunciatio. cum ſimil. unde lex quantuncunquè dura ſeruari debet, leg. perſpectis. ff. qui & à quibus, Et ad nos non pertinet iudicare de lege: ſed ei obedire. leg. ſecunda. C. de crimine ſacrilegij. Et iniquitas legis non reddit eam nullam, & notat. in leg. j. ubi etiam dixi. ff. quod quiſquè iuris.

Nec obſtat dictum capitulum erit lex: quia procedit quando nutriret peccatum mortale, cap. final. de conſuetudine, & cap. final. de præſcriptionibus, & quando eſſet contra ius canonicum: quia Iuſtinianus uidetur ſe ſubieciſſe ſacris canonibus, ut notat. in auct. de eccleſiaſticis titulis in glo. & habetur in capitul. clerici. de iudicijs, cum ſimilibus. unde omnimodo hoc edictum ſeruandum eſt, & non habemus dubitare de eius ualiditate.

Sed tamen etiam poſſumus demonſtrare, quòd ſua diſpoſitio fuit æquiſſima, & conueniens æquitati legali. Nam primò iu-
50 ſtificatur: † quia in dubijs lex indiſtinctè permittit appellationem à diffinitiua, ſiue iuſta, ſiue iniuſta ſit ſententia, qua pendente omnes conueniunt quòd attentata debent reuocari ante quàm cognoſcatur de cauſa principali. Idem eſt in appellatione ab interlocutoria: quia iudex admittit appellationem, ſi cauſa eſt ueriſimilis, & non curat an ſit uera. capit. non ſolum. in fine de appellationi. & tamen attentata poſt appellationem indiſtinctè reuocantur, quamuis ius ita faciendi haberet. unde apparet quòd non eſt nouum in iure, quòd quando ſumus in dubio aliquis prohibeatur facere actum quem ſecundum ius ſuum iuſtiſſimè facere poſſet. Tertiò probatur per aliud ſimile de interdicto quod ui aut clam, dicta leg. j. §. & parui. ubi uidetur eſſe maior rigor: quoniam facta prohibitione nunquàm prohibitus poteſt recuperare poteſtatem ædificandi uſquè ad finem litis, & in hoc edicto cum paruo labore nos poſſumus recuperare petendo remiſſionem, & præſtando ſatiſdationem: ſed prætor ibi hoc fecit: quia uidetur eſſe paruum præiudicium impedire ad tempus aliquem uti iure ſuo, ſicut habetur in leg. quoties. C. de precibus Imperatori offerendis & per illam deciſionem euitatur quòd prohibens non patiatur illud damnum ſtante dubitatione.

Quintò hoc probatur: quia ll. canonicæ tanquam æquum admiſerunt, ut probatur in dicto. cap. ſecundo extra de noui oper. nunciatio. intantum quòd ædificium eccleſiæ, ſiue iure, & ſiue iniuria factum fuerit,

dirui debet ante quàm cognoſcatur de cauſa principali ex illa ſola ratione, quòd non eſt credendum monachos per calumniam feciſſe prohibitionem. Quinimò dicitur quòd hæc deciſio fuit iuſtisſima ex eo: quia ſtante dubitatione an nuucians habeat ius prohi-bendi, ſi aduerſarius ædificat, dicitur innouare aliquid ultra præſentem ſtatum, unde dicitur turbare poſſesſionem ueram, uel prætenſam poſſesſionem ſeu præſentem ſtatum ipſius nunciautis, & naturale eſt, ac ſecundum leges ciuiles & canonicas, quòd ſtante dubitatione unus quiſquè remaneat in ſuo ſtatu, ut probatur in dicta leg. penul. ff. de aqua quotidiana & æſtiua & §. commodum. Inſti. de interdictis, & capitulo uolumus. xiiij. quæſt. j. & cap. j. & per totum extra de ſequeſtratio. poſſesſio. & fructuum, & ſic ibi uidetur iniquum q; prohibeatur iuſtè ædificans, uidetur etiam magis iniquum quòd ſi non habet ius ædificandi innouet, & turbet poſſesſionem ueram, uel prætenſam: ſeu ſtatum quietum ipſius nuncian tis, qui & ipſe poteſt iuſtè prohibere, ſicut & ille poſſet iuſtè ædificare. Vnde quia in caſu dubio neceſſarium eſt, quòd aliquis interim habeat præiudicium per ll. naturales, ciuiles, & canonicas iudicatum fuit quòd res remaneant in ſtatu priori, & quòd durante diſcusſione iurium partium nihil innouetur. Quare remanet quòd omnimodo hæc deciſio prætoris eſt ſeruanda, non tantùm tanquàm rigoroſa: ſed etiam tanquàm æqua, & iuſta, & prætores eam inducentes habuerunt ſolitam æquitatem pręoculis, maximè ſtante poteſtate conceſſa, quòd nunciatus posſit petere remisſionem, & præſtando ſatiſdationem recuperare ius ædificandi, etiam quòd forſan ipſe inique ædificaret.

51 Notandum eſt ſecundò ex iſto tex. † quòd per ædictum permittitur nunciatio noui operis cum illa prærogatiua, quòd posſit ligare manus ædificantis ut prohibeatur uti iure ſuo, cum poteſtate tamen petendi remisſionem. Sed in contrarium facit: quia nullibi habemus uerba edicti permittentia nunciationem cum remisſione, neque tex. in l. prætor. in principio, & §. deinde. ubi ponuntur uerba edicti, ponit iſta uerba permisſiua. unde uidetur quòd alibi non probetur hæc interpretatio Vlpia. Soluit glo. infra in uerbo edicto, & Bar. infra in 3. oppoſitione fatendo contrarium, & dicunt quòd in uerbis non reperitur hæc permisſio: tamen tacitè ex illis interdictis inducitur hæc permisſio mandando ædificatum contra nunciationem dirui, & per tranſeunt communiter docto. & facit tex. in l. ſi quis ex argentarijs. §. prætor ait. argentarius. ff. de edendo ubi dicitur quòd permittitur argentario cauſa cognita edi, & tamen tex. dicit quòd prohibet in conſequentiam. Idem probatur in leg. iuriſgentium. §. prætor. iuncto. §. ſed ſi dolo. & §. fraudanti. ff. de pactis. & in leg. ſi quis locuplex. ff. de manumiſſ. uindicta. ubi ſi teſtator relinquit libertatem ſeruo cùm ſoluerit, ex alio euidentisſimè dicitur conſulere creditoribus. Facit etiam l. ad rem mobilem. ff. de procuratoribus. & l. illud. ff. de acquir. hæredita. Sed in contrarium facit: quia per ſubauditos intellectus non debet induci correctio legum l. apud antiquos. C. de fur. & per Decium, & alios in l. prima. §. huius rei. ff. de officio eius. Sed per iſtam nunciationem corriguntur leges, ut per proteſtationem uerbalem impediatur aliquis perficere opus ſuum, & contradicit tex. in l. ſi maior. C. de reſcind. uenditio. & in l. tutor. ff. de minoribus. & in l. ij. C. debitorem uenditionem pigno. impe. non poſſe.

Item priuatur quis poſſesſione ac cogitur accedere ad prætorem, & petere remisſionem, & multa alia facere contra regulas iuris. Vnde uidetur quòd tot & tanta contra regulas iuris non potuerint induci per tacitam mentem.

Propterea Alcia, hic, & Marianus tenent quòd fuiſſet aliud edictum expreſſè permittens iſtam nunciationem fieri cum uerbis dantibus hanc claram poteſtatem, quam opinionem ego ſupra in præmiſſis probaui per quinque fundamenta concludentia, per quæ nedum probabile, ſed neceſſarium ego puto dicere quòd præceſſerit edictum permiſſorium nunciationis, cuius uerba hic Vlpiauus interpretatur Pro qua opinione etiam facit: quia hoc ædictum tacitum induceret quandam permisſionem informem, & non potuiſſet habere tam latam naturam, quam dedit Vlpia exponendo uerba ipſius.

Item & facit tex. in leg. de pupillo. §. qui opus. infra eodem ubi dicitur quòd prætor permittit nunciationem fieri cum hac qualitate, quòd debeat præſtari iuramentum calumniæ ab utraque parte, quæ qualitas uerè non potuiſſet induci ex illa tacita informi permisſione.

Tertiò etiam facit tex. in dicta l. de pupillo. §. ſi quis riuos. in principio infra eodem, & §. ſequenti. ubi dicitur quòd prætor excepit omnia opera quæ requirunt celeritatem, quod non poſſet dici fuiſſe factum ſi ex ſola tacita mente illa informis permisſio fuiſſet inducta.

Quartò facit: quia in dicta l. prætor. §. j. dicitur quòd ædificat contra edictum prætoris, & ideo tenetur deſtruere: ergo fuit expreſſum, cum ex tacita permiſſione non poſſet dici inductam fuiſſe illam prohibitionem ædificandi, ut uideretur ædificans uenire contra edictum, ut mereretur pœnam dirutionis edificij, & hanc opinionem ego puto omnino tenēdam, & quàmuis non interſit quantum ad intellectum materiæ noſtræ: quia ſufficit quòd nos habeamus deciſionem claram, quòd omnia in hoc titulo ſcripta fuere permiſſa à prætore,

& non

& non curamus, an tacitè uel expreſſè, cum fuerit approbata à compilatoribus,& Iuſtinianus dederit uim legis : tamen prodeſt quantum ad argumentationem, cum docto. multa inferant ad ſimilitudinem iſtius edicti quòd poſſint fieri per ſubanditos intellectus, & uideantur ponere concluſiones multas contrarias alijs in diuerſis locis poſitis. Vnde hæc opinio tutior eſt, & de materia quæ poſſit uenire in conſequentiam legum; recurras ad nota. per docto. Vbi ego plenè dixi ultra alios in leg. ſecunda. ff. de iuriſdictio. omnium iud.

52 Tertiò notandnm eſt ex iſto tex.† quòd uerbalis nunciatio, quæ eſt ſimplex proteſtatio, ſeu teſtatio priuata, habet tantam potentiam quòd ligat manus aduerſario, ut non poſſit amplius uti iure ſuo legitimè ſibi competenti. concordat tex. in dicta leg. prætor in principio. & cap. ij. de noui oper. nunciatio. & leg. j. §. & parui. coniuncto. §. ſequenti, & leg. uim facit. infra quod ui aut clam. Nam in dicto §. & parui. dicitur, quòd opus factum ui, uel clam; debet deſtrui, & non inſpicitur an ſit iuſtè, uel iniuſtè factum, & tamen in dicto §. ſequenti, & in dicta leg. uim facit. dicitur qnòd ſufficit prohibitionem eſſe factam ſolis uerbis, uel per iactum lapilli, uel ponendo manum ad portam, & ſic uult, quòd contradictio uerbalis faciat, quòd ille iuſtè ædificans non poſſit amplius ædificare, & ædificium aliàs iuſtum efficiatur etiam clandeſtinum, quinimò plus etiam dicitur ibi, quòd ſi non reperiatur dominus qui prohibeat; ſed ſit ſolus ſeruus, uel pupillus, uel alius qui nomine domini prohibeat; etiam ſine aliquo mandato quòd poſſit has ligationes manus facere, & impedire iuſtè ædificantem ut clarè dicitur in leg. prohibere. in princip. eod. titulo, quòd uidetur ualde rigoroſum, & prima facie iniquum, & etiam plus dicitur, quòd talis prohibitio ſine alio actu ſequente, durat ut perpetuò remaneant ligatæ manus uſquè ad finem litis per quam diſcutiatur an prohibitus habeat ius prohibendi; & non datur in illo interdicto aliquod remedium recuperandi poteſtatem ædificandi, etiam præſtita ſatiſdatione, quia hoc remedium ſolum fuit introductum per edictum de noui operis nunciatione. leg. alius. §. ait Iulianus. eodem titulo. ut tenent communiter docto. in dicta leg. de pupillo. §. meminiſſe. infra eodem. quàmuis poſſit dici quòd per extenſionem tale remedium ſatiſdandi poſteà fuerit communicatum, ut dixi in dicto. §. meminiſſe, & ſupra retuli in præmiſſis, quæ omnia procedunt ex eo: quia hoc diſpoſitum fuit ſpecialiter in iſtis caſibus, & lex quantuncunque dura ſeruanda eſt, dicta leg. proſpexit. ff. qui, & à quibus. Et quia rectè conſiderando ipſe prohibens conſeruatur in ſua pacifica poſſeſſione, & primæuo ſtatu, & æquum eſt ſtante tali dubio iuris prohibendi ne aliquid innouetur donec diſcutiatur de iuribus partium. regulariter tamen proteſtatio, & extraiudicialis contradictio non impedit aliquem legitimè actum facere. leg. ſi maior. C. de reſcind. uendition. cum concordantibus & nota. per Bart. in leg. final. de appellatio recipiendis, & in cap. cum nobis. de electione ubi dicitur quòd appellatio extraiudicialis non poteſt impedire actum fiendum contra leges, neque actum permiſſum à lege, & ideò Abb. in dicto cap. bonæ. de apellationibus. col. ij. dixit quòd prouocatio extraiudicialis, non poteſt operari ut reuocentur attentata ſimpliciter, ſed ſolùm quando in meritis cauſæ apparebit attentata iniuſtè facta fuiſſe: quoniam illa prouocatio non poteſt operari quominus quis utatur iure ſuo, & licèt Abb. in colum. penul. eod. titulo temperet iſtud; quando talis prouocatio non fuiſſet facta ex ueriſſimili, & probabili cauſa, ſed ſi utrunque interueniſſet, tunc attentata poſſent reuocari. Sed Fely. latè in cap. j. colum. j. uerſi. dum dicit ſignantur. de appellationibus. dixit quòd in appellatione iudiciali ſola oblatio probationis iuſtificet appellationem; tamen in appellatione extraiudiciali non ſufficit offerre probationem iuſtæ cauſæ, neque demonſtrare cauſam probabilem fuiſſe ad reuocandum attentata: quia requiritur ueritas quòd appareant attentata iniuſtè facta, de quo tamen dicendum eſt ut ibi plenè per docto. in hac autem nunciatione non habemus hanc difficultatem: quia iura clara ſunt quòd per ſimplicem prohibitionem, uel nunciationem ligantur manus facienti opus nouum, ut amplius etiam iuſtè ædificare non poſſit, & opus efficiatur uitioſum, ut omnimodo ueniat diruendum etiam nulla facta diſcuſſione cauſæ, tam per interdictum quod ui aut clam, tam etiam per edictum de noui operis nunciatione, poſitum in leg. prætor. in principio. infra eodem.

53 Quartò notandum eſt ibi, inhibetur. †quod nunciatio differt à prohibitione, cum prohibitio ſequatur, & introducatur per nunciationem, & nunciatio, eſt cauſa, prohibitio eſt cauſatum: argumen. leg. manumiſſionis quoquè. de inſti. & iure, & obligatio, & actio, ut dixit Bart. hic in præmiſſis. quem communiter ſequuntur docto. licèt Paul. de Caſtro impugnaret, ut ſupra declaraui. Vnde faciunt ad quæſtionem ſupra in præmiſſis tactam, quòd non reperiatur niſi una nunciatio ut tenebat Maria. Sed tamen hoc parum probat, licèt uerum ſit, quòd prohibitio cauſetur à nunciatione, ſicut & probatio inducitur ab inſtrumento, præſumptione, & teſtibus. & ſicut non inducuntur plu-

res ſpecies probationis uerè per illos modos, ità etiam non inducentur plures ſpecies nunciationis uerè per illos modos. Sed erit una nunciatio quæ inducit prohibitionem per illos modos, nihilominus ſatis procedit communis opinio quòd ſint tres ſpecies nunciationis: quia ſicut ex communi uſu plures dicuntur eſſe ſpecies probationis, propter illos diuerſos modos probandi ut notatur in rubr. de probationibus. ita poterunt dici plures ſpecies nunciationis ex eo: quia pluribus modis inducuntur, & hoc uoluerunt dicere doct. ut ſupra declaraui, & poſui in dicto. §. meminiſſe. propriè tamen loquendo unica tantum modo dicitur probatio, quæ ſit tribus modis, per teſtes, inſtrumenta, & præſumptionem, & quarto modo per iuramentum, ità erit unica nunciatio, quæ ſit illis tribus modis uerbaliter, per iactum lapilli, & per prætorem, & utraque opinio poteſt eſſe uera.

54 Quintò notandum eſt ex iſto tex. in uerbo iure. iuncta glo. quæ exponit, id eſt, iuſtè, quod uerbum iure, ſeparatam habet ſignificationem à uerbo iuſtè, cum ſi hoc ſignificaret per ſe non fuiſſet opus exponere, licèt Bal. hic ponderaret quòd propter expoſitionem idem ſignificet: tamen ex eo: quia exponitur pro iuſtè demonſtratur, quod ex mente proferentis poteſt ſignificare idem quòd iuſtè, Et ideò Bal. inferebat ad quæſtionem de compromiſſo, ut hic per Iaſ. qui inuolutè loquitur. Sed ut melius intelligatur, oportet conſiderare quòd ius uerſatur in negotijs primo intercedendo, poſteà in decidendo cognita ueritate facti, & unum uidetur iuridicum intercedendo quòd non efficitur iuridicum in ueritate facti, exemplum eſt hic, in nunciatione, quæ poteſt eſſe iuridica ſimul, & iniuſta. Nam ſi facta eſt ſtante dubietate, iuridica eſt, & ualet, tamen ſi in ueritate non habebat ius nunciandi, eſt iniuſta, unde apparet quòd hæc duo tempora ſeu qualitates poſſunt eſſe contrariæ, & uerbum iure in nunciatione non comprehendit ſecundum ut iure ſit factum inſpecta ueritate, quàmuis differat à facto, uel aliter poteſt dicere quòd ius capitur in genere, & in ſpecie, in genere comprehendit actum in dubietate, & tunc poteſt continere actum iuſtum, & iniuſtum, in ſpecie uerò comprehendit actum in ueritate, & tunc non poteſt conuenire, niſi ſit iuſtus.

Vnde infertur ad quæſtionem de compromiſſo, ſi data ſit poteſtas arbitris ut procedant de iure, an uideatur data poteſtas tantum modo ut iudicent iuſtè, uel potius uideatur data etiam poteſtas ut de facto poſſint procedere, ex eo: quia ius ſeparatum eſt à facto, cum aliud ſit iure fieri, aliud iuſtitiam fieri. ſicut in ſimili dixit glo. in §. exhæredatos. in auct. de hæredibus, & Falci. quòd exhæredatio poteſt eſſe ritè facta, & non rectè. Nam ſi ſeruata eſt ſolennitas, erit ritè facta, & iure facta, tamen continebitur exhæredatio iuſta & iniuſta. Sed ſi uerè filius non erit ingratus, exhæredatio erit ritè, ſed non rectè facta. Sin autem exhæredatio ſit rectè facta, tunc importabit quòd uerè filius ſit ingratus, & propterea illa glo. requirit duo ad plenam exhæredationem, quòd ſit ritè, & rectè facta, ergo eodem modo; quando dicitur de iure procedat, erit data poteſtas etiam procedendi de facto: quia uterquè actus iuſtus, & iniuſtus continetur. Sed ſi eſſet data poteſtas procedendi iuſtè, tunc non poſſet ferre ſententiam, niſi iuſtam ſecundum iura partium, & effectus eſt maximus: quia habemus tex. in leg. diem proferre. §. ſtari. ff. de arbit. qui uult quòd à ſententia arbitri non poſſit appellari, ſed ei debeat ſtari, quàmuis ſit iniuſta, licèt aliud ſit in arbitratore. Sed ſi eſt data poteſtas faciendi iuſtitiam, & iuſtè iudicandi, tunc non ſtabitur iniuſtæ ſententiæ: quia ei non eſt data poteſtas iudicandi iniuſtè, & ſine poteſtate iudicauit, ut ibi notatur per aliquos.

In contrarium tamen adducit Iaſ. Bal. in cap. cum ueniſſent. de teſtibus. ubi delegatio facta per uerbum iuſtitiam faciat, ſignificat idem ac ſi diceret, iudicet de iure, & ſequitur Bart. in leg. j. ff. de iuſti. & iur. & ipſe non ſoluit. Tu dicas quod docto. æqui-
55 uocant & multa inculacnt. † Et primò facias regulam, quòd uerbum iure, & iuſtè, idem ſignificant: quia ius dicitur à iuſto, & iuſtum eſt quod eſt in iure, cap. ius naturale. prima diſtinctione, & dixi in meo tractatu de multiplici ſignificatione, & differentia iuris, & facti, & utrunquè uerbum de proprietate ſermonis comprehendit utrunque tempus dubitationis ut iuris dicatur, quod etiam in proceſſu, & in facto reperitur, & iuſtum in proceſſu, & in facto ſeu ueritate, & probatur in hoc tex. cum ſuis concordantibus, ubi uerbum iure, denotat etiam iuſtitiam efficiendi, in ueritate facti, & idem ego dixi de uerbo ritè, & rectè, in auctentica ex cauſa. C. de lib. præter. poſt multa allegata per Decium, ut utrunque uocabulum de proprietate ſermonis utrunq; ſignificet tempus, & in genere comprehendat utrunq;, & in ſpecie ſumpta, comprehendat unũ tempus tantum, ſed tamen ex ſubiecta materia ſicut in dicta leg. non putauit. §. non quæuis. ff. de contratabul. dicitur de exhæredatione, & hic dicitur de nunciatione, Vnde ſequitur quòd in ſimplici diſpoſitione ſignificabit utrunque tam uerbum iure, quàm uerbum iuſtè, & ſi in compromiſſis dictum fuerit iuſtè procedat, ſeu iure procedat, eadem erit data poteſtas, & tenebitur ſeruare ius, tam in procedendo, quam in decidendo, ſicut quando dicitur iuſtitiam faciat,

faciat, tenebitur ſeruare ius in procedendo,
& decidendo. Fallit tamen: quando aliter
ſubiecta materia dictaret, ut hic, & in dicto. §.
non quæuis. & exprimeretur à partibus ut pro
cederet de facto, & decideret de iure: nam
tunc uerbum iure, caperetur in ſpecie, & ſigni-
ficaret ultimum tempus, ut iudicaret quod ne
rè iuſtum eſſet, & non fiet differentia an dica-
tur iure decidat, uel iuſtè decidat, & ſic ex ſub
iecta materia apparebit, uel ex expreſſione
uerborum quod capiuntur in ſpecie. Nam tunc
denotabunt ueritatem ue iuſtitia fiat ſecun-
dum quòd ipſi ius habent, & hæc differentia
probatur in hoc tex. iuncto fin. quia in princi-
pio uerbum iure nunciare, compræhendit ædi-
ficantem iuſtè, & iniuſtè. in. §. uerò deinde.
ibi, ius prohibendi non habet, capitur in ſpe-
cie pro ueritate.

56 Sextò notandum eſt ex ſecunda parte tex.† ꝙ
remiſſio petitur eatenus quatenus ius prohi-
bendi nuncians non habet, & ſic demonſtratur
quòd licèt nunciatio prohibeat ædificantem iu
ſtè, uel iniuſtè: tamen remiſſio petitur: ſed ta
men poſteà non habet effectum, niſi quatenus
nuncians non habet ius ædificandi. Nam in par
te qua habet ius ædificandi. diruitur ædificium.
Vnde ſequitur quòd ille, qui petit remiſſio-
nem non fatetur nunciationem iuſtam: quia ſi
diceret eam iuſtam, fateretur ſe non habere ius
ædificandi, & excluderetur contradictio. Ideò
iſte tex. ad multos caſus extendetur quorum
tria exempla poſuit hic Iaſ. ut ſi quis petat
abſolutionem ut non uideatur fateri ſe legi-
timè excommunicatum, ut per Bar. infra in
final. & in leg. decem. infra de uerborum obli-
gationibus.

Similiter qui petit ueniam, uel indulgen-
tiam delicti, non uidetur fateri ſe deliquiſ-
ſe. glo. in cap. exhibita. in uerbo poſtulari.
de homicidio, quæ reddit rationem, quòd
uidetur facere ex humilitate, & benignitate.

Similiter manumiſſio non probat quem
fuiſſe ſeruum. leg. ij. C. de ingen. & legiti-
matio non probat quem eſſe illegitimè na-
tum, quâmuis Bal. in dicta leg. ij. teneret con-
trarium: quia diſpenſatio præſupponit inha-
bilitatem.

Tu uerò dicas iſta habere uaria principia, &
uarias rationes, & ex unico fundamento non
poſſe decidi, & iſte tex. in quo ſe fundant do-
ctores nihil facit: quia nunciatus, quando pe-
tit remiſſionem ante omnia negat nunciatio-
nem iuſtam: quia dicit ſe habere ius ædifican-
di, & cum aſſerat iniuſtam, petit remiſſionem,
& ſic hic non fatetur: quia expreſſè eam dicit
eſſe iniuſtam, & ſuper iniuſtitia fundat peti-
tionem remiſſionis. quinimo poteſt dicere ꝙ
ipſe fatetur nunciationem iure factam: quo-
niam nunciatio iure facta non præſupponit
nunciantem habere ius prohibendi in uerita-
te in ſpecie: ſed ſtante dubitatione nunciatio
fuit legitima. Vnde poſſet dici quòd peten-
do remiſſionem fatetur nunciationem iure fa-
ctam, id eſt, permiſſam à lege, & quòd ſtante
dubietate iuris partium nunciatio legitimè fa-
cta fuit. Sed tamen non fatetur quòd in ſpe-
cie, & in ueritate habeat ius prohibendi: quia
nunciatio legitima de neceſſitatè non infert
nunciantem habere ius prohibendi in ſpecie,
ſed ſolum habere ius prohibendi in genere ſtan
te dubitatione. Et hæc de iſto tex.

57 Quantum † uerò ad excommunicatum pe-
tentem ſe abſolui, ſimiliter potes dicere quòd
petendo ſe abſolui, uidetur fateri epiſcopum
habuiſſe ius ex communicandi in genere, quæ
poteſtas comprehendit excommunicationem
iuſtam, & iniuſtam. Item fatetur excommu-
nicationem fuiſſe factam: quia abſolutio, quæ
eſt priuatio, præſupponit habitum, dicta leg.
decem. de uerborum obligationibus. Sed ta
men non fatetur legitimè ſe excommunicatum
& ſic iuſtitiam in ſpecie interueniſſe: quia eam
in abſolutione plerunquè negat: ſed quia ſen-
tentia paſtoris, ſiue æqua, ſiue iniqua, eſt ſer-
uanda. & ſemper debet peti abſolutio. ſecun-
da quæſt. 6. cap. ſententia. cap. per tuas. cap.
ſacro. §. j. de ſententia excommunicationis.
Ideò licèt fateatur ſe excommunicatum: tamen
non fatetur ritè ſe excommunicatum, & petit
ſe abſolui ab ea.

Sed una poteſt eſſe dubitatio, an fateatur ex
communicationem ualidam? Nam in tex. no-
ſtro uidetur præſupponi quòd petens remiſ-
ſionem uideatur fateri nunciationem ualidam,
cum aliàs poſſet ſperni, tamen Abbas in cap. ue
nerabilis. de electione, tenet quòd nec uidetur
fateri excommunicationem ualidam, nequè ali
quo modo, nequè de iure proceſſiſſe: quia à
conſcientiatis abſolutio ſolet peti, etiam quan-
do ignorant excommunicationem ualidam,
uel an ipſi contineantur in excommunicatio-
ne propter ſcrupulum conſcientiæ, & quòd
plerunquè ſolet peti ad cautelam, quod eſt
notabile in practica, & in excommunica-
tione ſolum procedet: quia unuſquiſquè de-
bet capere uiam in dubijs, quæ magis fa-
uet animæ, capit. iuuenis. de ſponſalibus.
Vnde in omnibus conceſſionibus, & impe-
trationibus beneficiorum, ſemper ponitur il-
la clauſula, abſoluentes te ab excommuni-
catione ad effectum præmiſſa obtinendi. Nam
producendo illam ſcripturam non proba-
bitur eum fuiſſe excommunicatum: quia
ſolet concedi ad abundantem cautelam.

Sed dum Iaſ. dicebat idem eſſe in eo, qui pe-
58 tit † ſe legitimari, non bene loquitur: quia legiti
mationes non ſolent peti ad abundantem cau-
telam. Vnde uerior eſt opinio Bal. in dicta l.
ij. C. de iure aureorum annullorum, quòd imò
uideatur fateri ſe illegitimum, & tanto for-
tius: quia oportet petentem ſe legitimari, nar-
rare factum, & defectum, & qualitatem illegi-

timationis: aliàs legitimatio tã quàm ſubreptitia erit nulla, cap. ſuper literis. cum ibi no. extra de reſcriptis. & dixi plenè in rub. poſt alios. & in l. Gallus. §. & quid ſi tantum. ſupra de lib. & poſthum. Vnde eſt neceſſarium, ut non uideatur fateri ſe illegitimum, quòd ipſe narret ſe fuiſſe natum ex illa muliere ſoluta, & patre ſoluto. ſed tamen quia dubitatur, an inter eos fuerit contractum matrimonium, uel an maritus mulieris, qui forſan erat abſens, tunc temporis eſſet uiuus, ideò ad cautelam petit ſe legitimari, tunc legitimatio ualeret, & non probaterur eum eſſe excommunicatum.

Et ſimiliter ſi aliquis in impetratione beneficiorum peteret diſpenſationem ſuper natalibus ad effectum cum conſcientia obtinendi beneficia iux. cap. niſi pridem. extra de renunciatione, tunc ſimiliter non fateretur ſe fuiſſe illegitimum: tamen putarem quòd diſpenſatio ità generaliter petita non ualeret, licèt abſolutio ab excommunicatione generaliter petita ſuſtineatur, cum illa ſit iuris, hæc autem dependet à mera gratia in qua ſuperior difficiliorem ſe reddidiſſet, ſi forſan factum fuiſſet narratum. Vnde tutius eſſet quòd ipſe faceret narrationem præcedentem, & peteret diſpenſationem, tunc enim, non uideretur fateri ſe excommunicatum.

59 Quantum † uerò ad tertium, an petens indulgentiam uideatur fateri ſe deliquiſſe; communiter doct. tenent contrarium in leg. tranſigere. C. de tranſactio. concludentes quòd in dubio quis petendo indulgentiam, uideatur fateri ſe deliquiſſe, maximè ſi ſoluit pecuniam principi pro commutatione pœnæ.

Nec obſtat glo. in dictò capitulo exhibita. quia, ibi petebatur diſpenſatio propter ſcrupulum conſcientiæ, per uerba expreſſa, uel coniecturas apparentes, ne incurreret in irregulatitatem. Vnde quando tractatur de periculo animæ, & ne incurratur in delictum, cum ſoleat, & debeat concedi ad cautelam propter ſcrupulum conſcientiæ, non uidetur fateri ut ibi. Sed in alijs caſibus in dubio præſumeretur fateri delictum, unde multum conſideranda ſunt uerba petitionis. Nam ſi narrat ſe fuiſſe inquiſitum per calumniam, & cum teſtibus redemptis à ſuis inimicis. & petit indultum ut deſiſtatur à moleſtationibus, tunc ſine dubio non uidetur fateri delictum: arg. no. in cap. bonæ, de app. & cap. de cætero. & cap. ſuper eo. de tranſactio. Si tamen narraret ſe inquiſitum, & peteret indultum, in dubio uideretur fateri deliquiſſe. maximè ſoluendo pecuniam: quia indulgentia præſupponit delictum. Vnde tutius eſt ut ponatur clauſula conſueta, non tamen fatendo delictum: ſed ad cautelam, & ut non poſſit moleſtari per aduerſarios, & machinantes, & quòd à calumniantibus non poſſit ſibi obijci de infamia petit ſe reſtitui ad famam quateuus opus ſit, quæ omnia poterunt dare aditum ad reſolutionem infinitorum ſimilium caſuum.

Vltimò notandum eſt ex iſto tex. illud ge-
60 nerale, † quòd nunciatio non poteſt ſperni niſi ſit impetrata remiſsio, quæ regula recipit multas limitationes, ut hic per Iaſ. Et primò limitatur non procedere: quando certum eſt nunciantem non habere ius nunciandi: quia tunc poterit ſperni nunciatio, & procedi in opere ſine periculo interdicti demolitorij: quoniam illo caſu non fuit permiſſa à prætore, neque potuit ligare manus ipſi ædificanti, & ſequuntur communiter doct. poſt Bar. infra colum. ij. in antepen. oppoſitione, & ibi ego latè dicam, & in prima quæſtione diſcutiendo, & demonſtrando quando dicatur eſſe certum, ſeu notorium nunciantem non habere ius ædificandi. per quam limitationem multum iuſtificatur diſpoſitio huius edicti ut non uideatur eſſe iniqua, cum ſit fundata in dubietate, & ne detur occaſio cuilibet rixoſo inquietandi uicinum ſuum iuſtè ædificantem. & ſi erit dubium non poterit rixoſus appellari, qui ius ſuum dubium conatur defendere, & doloſè facit, cum conſtat de dolo, & punitur pœna calumniæ ſicut cæteri calumniatores, l. j. ſupra de calu.

Secundò limitatur non procedere etiam in caſu dubio: quando periculum eſt in mora; nã tunc poterit ſperni & licitè ædificari ſine periculo demolitionis, uſque quo conſtabit de iure non ædificantis per diffinitiuam ſententiam, l. de pupillo. §. ſi quis riuos. infra eodem ibi, melius eſt amitti nunciationem, quàm impediri operis neceſſarij urgentem extructionem, cum poſſit uenire pluuia forſan quæ inundaret totam uineam forſam uel uiciniam.

Item tertiò limitatur non procedere; quando graue damnum expectaretur ei cui fit nunciatio ex dilatione, & inediam ei qui nunciat ex ædificatione. Nam tunc ſperni poterit, ut eſt caſus & exemplum in leg. prima §. ſunt qui putant. & ibi glo. in uerbo iniuria. inf. quod ui aut clam. Nam licet interdictum prohibeat ædificare in præiudicium curſus aquæ; tamen, ſi quis fecit opus aliqualiter curſum fluminis alternando ſeu torquendo, excuſatus eſt, ſi maximum erat periculũ ne totus ager ſuus inundaretur, ut dicitur in l. j. ff. ne quid in flumine publico. Nam grauis uideretur læſio quòd alteretur ille curſus aquæ. Et idem dicitur in l. de pupillo. §. toties. cum ſequenti infra eodem, & ſequitur Bar. ibi, & in leg. quominus. ff. de fluminibus in xj. quæſtione, quod tamen intellige ſi generabatur periculum ne offenderet, uel inundaret agrum uicini: quia tunc periculum cum periculo compenſaretur: arg. legis ſi ambo. de compenſationibus. quæ limitationes propriè tendunt ad regulam tex. noſtri.

Aliàs tres limitationes poſuit Iaſ. hic, uel quatuor, quæ non ſunt limitationes iſtius principij. ſed ſunt limitationes ad regulam poſitam

in l.

in l. prætor. infra eodem ubi ponitur regula quòd ſi quis ædificat ſpreta nunciatione, ante
61 quàm † ſit remiſſa, tenetur per ædictum demolitorium illud deſtruere, illa autem regula limitatur non procedere; quando poſt ædificium admiſſus fuiſſet ad conteſtandum litẽ in cauſa principali. Nam tunc uidetur renuntiaſſe ipſi edicto demolitorio per doctri. Bal. in conſ. ſuo. 113. in primo uolumine aliàs in conſi. 225. Et facit tex. in cap. j. de reſtitutio. ſpoliatorum ubi ſi ſpoliator ſuper petitorio conteſtatur litẽ, non poteſt amplius intentare remedium ſpolia torium: quia uidetur renuntiare ei. Sed tamen hæc limitatio non uidetur probari ex exemplo Baldi in dicto conſ. 113. qui præſupponit quòd attentata poſt appellationem fuere facta ante litis conteſtationem: ergo neceſſariò fuere facta de exceptionibus dilatorijs, quæ non poſſunt agitari poſt litis conteſtationem. cap. paſtoralis. extra de exceptionibus, & habetur in cap. exceptionem. eodem titulo. ideò non ſine ratione impeditur poſt litis cõteſtationem attentata reuocare, cum amplius non ſit locus cognoſcendi de exceptionibus dilatorijs. hic autem ſumus in interdicto demolitorio, quod poteſt, & poſt litis, & ante litis conteſtationẽ ex ſua natura parte non opponente agitari.

Similiter tex. in dicto cap. j. de reſtitutio. ſpoliatorum uidetur declarari per tex. in cap. paſtoralis. de cauſa poſſeſsionis, & proprietatis, qui uult quòd utrunque remedium, tam poſſeſſorij quàm petitorij poſsit ſimul intentari, uel etiam poteſt procedere petitorium, & eſt in arbitrio partis ſuſpendere petitorium, & procedere ſuper petitorio uſque ad concluſionem in cauſa. unde tex. in dicto cap. j. intelligitur quando termini erant ita reſtricti ut intentando petitorium, uideretur renuntiare poſſeſſorio ideò hæc limitatio quoque reſtringitur: quando termini ità ſe haberent, ut faciendo litis conteſtationem uideretur renontiaſſe interdicto demolitorio, & ſi non eſſent coniecturę urgentes limitatio non procederet. ideò ſi nuncians conteſtando litem fuiſſet proteſtatus quòd non intendit præiudicare alijs iuribus ſuis, tunc ceſſaret coniectura quòd uellet renuntiare, & ſuper utroque poſſet procedi. l. cum fundum. in fi. ff. de ui, & ui armata, & clementina prima de cauſa poſſeſsionis, & proprietatis, & hic per Alciat. poſt Alex. in l. certi condictio. §. quoniam. ff. ſi cer. petatur.

62 Quintò † limitatur ſecundum Iaſ. hic: ſed uerius ſecundo limitatur non procedere: quando nunciatus admiſſus fuiſſet ad probationem ſuper principali cauſa, non prius facto præcepto de demolitione, & per teſtes, uel inſtrumẽta plenè conſtaret de iure ædificantis: quia tunc amplius non debet pcedi ſup edicto demolitorio: ſed potius debet pronunciari ſuper principali cauſa, de qua cognitum fuit: argis dictæ legis de quare. ff. de iudic. & per Bal. in dicto conſi. 113. in ſecunda colunna, uel aliàs conſ. 245. quam limitationem confirmat Iaſ. quia probatio quæ non erat admittenda, ſi poſteà fuit admiſſa, ſeruari debet ſecundum Inno. in cap. cum Bertholus. de re iudicata. & Bal. in l. illicitas. §. ueritas. de officio præſidis. & facit tex. in l. patre furioſo. ff. de his, qui ſunt ſui, uel alieni iuris. cap. de apoſtolica. ex. de regul. cum ſimilibus.

Secundò probat: quia ſpoliatus de facto admiſſus ad probandum de iure ſuo, debet abſolui in totum, & amplius non cognoſci de ſpolio ſecundum Inno. in cap. conſtitutus. de filijs presbyterorum.

Tertiò confirmat: quia ſi pars admiſſa indebitè probauit nullitatem, uel iniquitatem ſententiæ, quæ tranſiuerat in rem iudicatam, iudex debet ſententiare ſuper nullitate ipſius ſententiæ, de qua incæpit conſtare per probationes plenas, non obſtante quòd tranſiuerit in rem iudicatam, ut per Inno. in dicto cap. cum Bertholdus. & Abb. conſ. 55. lib. ij.

Quartò confirmat: quia appellans à ſententia poſſeſſorij de iure non auditur ſecũdum nota. in l. j. ſi de momentanea poſſeſsione fuerit appellatum. Tamen ſi licitè admiſſus fuit audiri debet, & ſuper appellatione pronunciari: Bal. in l. poſt ſententiam. col. ſecunda. C. de ſententijs, & interlocut. omnium iudi. Alexa. in conſ. ij. uol. iij.

Quintò confirmat per no. per ipſum in lege patre furioſo. ff. de his, qui ſunt ſui, uel alieni iuri. Et ad no. per Bart. in l. Diuus. §. j. de quæſtio. reſponde ut per eundem in l. maritus. de quæſtionibus ut latius per eum.

Sed tu aduertas primò quòd hæc limitatio uidetur ſuperflua: quia ſi quis permiſit conteſtari litem in cauſa principali, uidetur renuntiare interdicto demolitorio, per dicta in præcedenti limitatione, nulla poteſt eſſe dubitatio ſi poſt litis conteſtationem permiſit probationes fieri ſuper cauſa principali: quia fortius uidetur uelle renuntiare dicto interdicto demolitorio. unde ne ſit ſuperflua debes eam intelligere ut procedat etiam quando per litis conteſtationem non renuntiaſſet, ut quia feciſſet proteſtationem, quòd ſaluis iuribus ſuis ad eam deueniebat, illo caſu non uideretur renuntiaſſe, ſi tamen permiſit poſteà probationes fieri, ut inſtrumenta produci ſuper cauſa principali uſque ad concluſionem in cauſa, tũc nec etiam audiretur amplius ſuper edicto demolitorio, non ex capite renuntiationis: quia illa non fuit facta propter proteſtationem: ſed ex alio capite quòd iam incipit conſtare plenè de cauſa principali, unde de ea iudicandum eſt per dictam. l. de quare. ff. de iudicijs, ne partes inutilibus expenſis grauentur, cum per ſententiam in cauſa principali ferendam tota quæſtio ſit decidenda, & proptereà hæc limitatio debet intelligi, quando per probationes plenè inci-

pit conſtare de meritis cauſæ principalis.

Secundò contra eam facit: quia petitorium & poſſeſſorinm ſimul poſſunt intentari, & quantuncunque in petitorio ſit publicatum in cauſa, & non ſit concluſum, ſed ante concluſionem & poteſt proteſtando impedire ne procedatur in petitorio, & ſolùm cognoſcatur cauſa poſſeſſorij, per tex. in cap. paſtoralis. de cauſa poſſesſionis, & proprietatis.

Vnde oportet ſecundò. reſtringere hanc limitationem quando, ultra quòd eſt renuntiatum teſtibus, & probationibus, facta fuit concluſio in cauſa, uel aliquæ coniecturæ interueniunt, quòd propter eas renuntiatum uidetur poſſeſſorio deueniendo ad illas probationes, uel etiam poteſt intelligi: quando poſt litis conteſtationem fuiſſet factum ædificium ſpreta nũciatione: quia cum interdictum competiiſſet poſt litis conteſtationem, debuiſſet ante omnia cognoſci per dictum capitulum paſtoralis. de exceptiouibus, cui tamen uideretur renuntiaſſe poſteà permittendo probationes fieri, ut ſentit Bar. infra in viij. quæſtio. & exceptio dominij notorij nunquàm excluditur, ut no. in cap. ij. de reſti. ſpoliatorum. Ex qua limitatione apret quòd proceſſus factus ſuper principali cauſa ualet, cum ſi non ualeret, non poſſet ſuper eo iudicari: tamen quàmuis iudex malè faciat, nihilominus proceſſus ualet. Ideò ſemper ſit cautus aduocatus, ut ab illa admisſione teſtinm appellet: quia grauat eum admittendo probationes contra. §. ſed & ſi his. infra eo. & ſtante appellatione ſuſpendetur iuriſdictio iudicis, & proceſſus non ualebit, ut no. in cap. ſuſpicio. extra de appellatio.

63 Sextò limitatur † non procedere ſecundum Iaſ. in nunciante excommunicato, quoniam tunc nunciatio poteſt ſperni: quia excommunicatus non poteſt nunciare, ſicut nec excommunicatus ſpoliatus eſt ante omnia reſtituendus, glo. iij. in cap. dilectus filius. de reſcriptis, & in capi. ex inſinuatione. de procuratoribus, cum concordantibus adductis hic per eum, & confirmat Hermanocius: quia excommunicatus excluditur ab alijs extraiudicialibus, glo. in cap. j. in uerbo à communibus. de exceptionibus in ſexto.

Sed in contrarium facit: quia excommunicatus poteſt appellare, & appellationem proſequi: quia appellatio eſt defenſio, ut habetur in cap. cum inter. de exceptionibus, & dicitur reus neceſſarius: ſed nunciatio eſt prouocatio & per conſequens defenſio: ergo uidetur quòd per excommunicatum fieri posſit.

Sed defendendo limitationem potes reſpondere ex mente Abb. in dicto cap. cum inter. de exceptionibus, qui dixit quòd licèt excommunicatus posſit iudicialiter appellare: tamen nõ poteſt appellare extraiudicialiter: quia ipſa eſt prouocatio ad cauſam, & efficitur reus noluntarius, ut ibidem dixit, nu. xj. & Fely. nume. 18. concludens quòd prouocationem penitus extra iudicialem non poſſet facere excommunicatus. Vnde ſequitur quòd nunciatio uerbalis: quia eſt in totum extraiudicialis non poterit fieri. Sed nunciatio per prætorem, quæ habet mixturam iudicij uidetur eſſe permiſſa, & hanc declarationem ſeqnitur Alciatus hic, num. 22. quia de prouocatione ad cauſam habemus deciſionem, quòd ab excommunicato non poteſt fieri, & prouocationes generaliter prohibeantur, cap. cum parati. de appellationibus. cap. intelleximus. de iudicijs. cap. pia. de exceptio. in 6. & nuncians eſt actor, & petens remisſionem eſt reus, lege de pupillo. §. penult. infra. eodem.

64 Quæ omnia faciunt ad aliam quæſtionem, † an foriudicatus posſit nunciare, ſeu bannitus, & dicendum eſt quòd non: qnia ipſi non poſſunt comparere in iudicio, & ſunt priuati omni iure ciuili, ut habetur in lege omnes. §. deficinnt. ff. de cap. diminutione.

Septimò limitatur non procedere in reficiente. §. ſi quis ædificium. infra eodem & dicitur quis reficere: quando ædificium non eſt penitus deſtructum: ſed ſi nulla pars antiqui eſſet, tunc eſſet opus nouũ facere. l. ſi ita legatum. §. fi. de leg. j. & l. qui tamen. ſupra quibus modis uſusfructus amittatur, ſi tamen aliquòd minimum ſupereſſet, diceretur deficere, l. fi. ff. de uſufructu. & cap. illud de præſcriptionib. & hic per Alcia. intelligendo enim quod per refectionem in nihilo mntaret formam antiquam. Nam ſi eam mutaret, & dilataret ſeu plus eleuaret, tunc non diceretur reficere, ſed facere, l. iij. §. pen. infra de itinere actuque priuato, & per glo. infra in uerbo nouo iure. An autem ſtatutum loquens in faciente, habeat locum in reficiente? latè ponit Iaſ. in l. quominus. col. fi. de fluminibus. Fely. in cap. cum accepiſſent de conſti. & cap. conſuluit. de iudiciis.

Octauò limitatur non procedere: quando nunciatio non eſſet legitimè facta, ut per gloſ.
65 in uerbo nunciationem. infr. eodem. † Nunciatio autem dicitur eſſe nulla, uel non legitimè facta, quando eſt defectus perſonæ, l. de pupillo. infra eo. uel defectus rei, dicta l. de pupillo. §. quòd ſi in mari, & §. riuos, uel defectus formæ, nt quia non eſt expreſſus locus, uel non eſt facta nunciatio in ipſo opere, dicta l. de pupillo. §. nunciationem. infra eo. uel & quartò quando eſt defectus cauſæ: quia petita nõ fuit nunciatio expreſſè, de quibus dicemus infrà cũ Bar. quia penè occupant rotam materiã huius principii, & iſtæ duæ ultimæ limitationes propriè pertinent ad hoc principium: quia nunciatio poteſt ſperni, & debent addi primis tribus, ut ſint in ſumma quinquè limitationes in quibus nunciatio debet ſperni.

Glo. prima figurat caſum. ſed tu plenius dicas ut ſupra figuraui. Glo. ſecunda format illã quæſtionem, quòd ſit illud edictum interpretatur

tum hic per Vlpianum? & reſpondet quòd eſt
edictum poſitum in l. prætor. in principio. &
§. deinde. infra eodem. Sed tunc dubitatur:
quia interpretatio ſolet ſequi edictum, hic au-
tem præcedit: ergo malè ſoluit glo. quòd hic Vl
pianus prophetizauit, ponendo interpretatio
nem ante quàm uideret edictum, & ſimile fa
ctum fuit in l. ij. de cap. diminutione, & in l.
j. quod quiſquè iuris, & in l. j. ff. de pact. ubi
edictum ponitur poſteà, in l. iuriſgentium. in
§. prætor ait. & in tit. de edendo, edictum po-
nitur in quarta lege.

Sed contra dictam concluſionem opponit
Bar. quia imò uidetur quòd Vlpianus interpre-
tetur edictum aliquod poſitum hic: quia pro-
nomen hic, hæc, hoc, eſt demonſtratiuum ad
oculum corporis l. nemo dubitat. & l. hoc ar-
ticulo. ff. de hæredibus inſtituend. ubi inſti-
tuendo demonſtrauit aliquem ad oculum dicē-
do hic ſit hæres, ſine aliò nomine, & facit l. ſi
ita ſtipulatus fuero hanc ſententiam. infra de
uerborum obligationibus. Bar. refert ſolutio-
66 nem glo. † q̄ prophetizauit: quam ipſe repræhen
dit: quia prophetia non ſit, niſi de non uiſis,
uel de præteritis, pro ut fecit Moyſes, qui de-
clarauit conſtructionem mundi, uel de futuris
pro ut fecerunt Prophetæ: qui pronoſticaue-
runt Chriſtum uenturum. Sed Vlpianus uide-
rat, & legerat, & cognouerat hoc edictum na-
turaliter: ergo eius relatio non eſt prophetia.
propterea ſoluit quòd pronomen hic, hæc, hoc,
æqualiter demonſtrat ad oculum corporis, &
ad oculum intellectus, cum demonſtret res in-
corporales, quæ non poſſunt uideri, niſi per in
tellectum. §. j. inſti. de rebus corporalibus, &
incorporalibus. & probatur in l. hæc actio. de
calumniatoribus. & in l. j. ff. de ſeruitutibus
ruſticorum prædiorum. ibi, ſeruitutes ſunt
hæ, & l. hæc actio. ff. de edendo. Ideò dicit
Bar. quòd ſi refertur ad rem corporalem præ-
ſentem, demonſtrat rem ad oculum corporis,
ſi uerò refertur ad rem corporalem abſentem,
demonſtrat ad oculum intellectus, ut de fa-
cto apparet homines abſentes uidere res
ſuas, & hoc modo procedit iſte tex. Nam cum
hoc edictum non fuiſſet in præſentia, demon-
ſtratur ad oculum intellectus, ut hic per eum,
quem ſequuntur communiter docti.

Sed tu primò dicas quòd hæc ſolutio non eſt
neceſſaria, attento quòd quando Vlpianus ſcri
bebat hanc interpretationem, habebat edictū
in præſentia, & illud uidebat oculis corporeis,
ipſe nanquè aſſumpſit prouinciam interpretan
di omnia edicta ſcripta in libro compilato à
Saluio Iuliano, appellato edictum perpetuum,
& fecit octuaginta libros ad edictum, in qui-
bus poſuit interpretationes uerborum poſito-
rum in eis, quæ ſcripta ante oculos habebat, ut
apparet in toto corpore iuris, & compilatores
aliquando uerba edicti ab eo relata, & ipſi re-
tulerunt, aliquando uerò omiſerunt: quando
cognoſcebant quòd interpretationes erant ita
claræ, quòd ſine inſpectione uerborum pote-
rant intelligi, quando uerò uidebant interpre
tationem dubiam, referebant etiam uerba edi-
ctorum, Vnde quàmplurimas, interpretatio-
nes habemus ſine uerbis edictorum, & quàmplu
67 rimas aliàs cum eorum uerbis. unde † compi-
latores cauſauerunt quòd pronomen hic, poſi-
tum, & in multis alijs locis referat apud nos ad
oculum intellectus, cum tamen apud Vlpianum
referret ad oculum corporis. Secundò etiā non
eſt uerum quòd edictum hic relatum, fuerit il-
lud poſitum in dicta l. prætor. imò fuit unum
aliud quòd præceſſerat illa interdicta, ut ſupra
dixi in præmiſſis, & in notabilibus, quod etiā
Vlpianus ante oculos habebat: quando fecit
legem noſtram cum ſequentibus, tamen com-
pilatores ſtudendo breuitati, uidentes interpre
tationem claram, non curauerunt hic ponere,
& tantummodo poſuerunt uerba illorum inter
dictorum quæ ſufficiebant, cum his interpreta
tionibus. & non curauerunt mutare uerba de-
mōſtratiua: quia ſciebant pronomina poſſe de
monſtrare ad oculum corporis, & ad oculum
intellectus.

Propterea poſteà infert Bar. ad quæſtionem
68 de † teſte, qui exiſtens in palatio poteſtatis, in
uno articulo dixerat actum fuiſſe factum in pa-
latio epiſcopi, & poſteà in alio articulo inter
rogatus de eodem met actu, dixit in hoc pala-
tio, in quo examinabatur. unde accuſabatur de
contradictione: quia per uerbum hoc palatium
dicebat actum fuiſſe factum in palatio poteſta-
tis, in quo reperiebatur: quia pronomen hoc,
eſt demonſtratiuum ad oculum corporis, & ta-
men in alio articulo dixerat quòd erat actus fa
ctus in palatio epiſcopi. Sed Bart. dicit quòd
imò non poteſt accuſari de contrarietate: quia
in ſecundo articulo dicendo hoc palatiū, intel-
lexit de palatio epiſcopi, ſicut in primo, quod
habebat ante oculum intellectus. & per prono-
men hoc, demonſtrauit palatiū epiſcopi, quod
uidebat per intellectum, & uerba teſtium de-
bent concordari in quantum poſſunt, per capi-
tulum cum tu. extra de teſtibus, facit glo. in l.
Mæuius §. duobus. ff. de leg. ij. ſecund. ubi Iu-
riſconſultus dicit partem Mæuii quæ conſiſtit
in intellectu primò ſolutam hanc eandem poſſe
ſolui, & tamen non uidebatur, & glo. ibi dixit
quòd licèt quando reperitur res corporalis in
præſentia, pronomen hoc, demonſtret ad ocu-
lum corporis: tamen quando refertur ad res
incorporales demonſtrat ad oculum intelle-
ctus, & ſequuntur hic Cuma. Imol. Ruy. Her-
mano. Barba. in conſ. ſecundo. colum. ſecunda
Alcia. & Mar.

Contrariā tamen opinionem tenuerunt Ale.
Iaſ. Roma. Claudius & Peruſini per glo. in d. l.
Mæuius. §. duobus, quæ dixit quòd quando re
fertur ad rem corporalem, ſemper demonſtrat
ad oculum corporis, & ſolùm demonſtrat ad

oculum intellectus: quando ad oculum corporis referri non poteſt.

Sed tamen pro opinione Bar. adducitur primò quòd pronumen hoc, aptum eſt demonſtrare ad oculum intellectus: ergo & hic demonſtrabit ex intentione proferentis, ſed Alex. reſpondendo negabat quòd ſui natura demonſtret ad oculum intellectus, cum imò de proprietate ſermonis demonſtret tantum ad oculum corporis, ut in iuribus allegatis per Bart. & poſuit glo. in dicta l. Meuius. §. duobus in uerbo hanc eandem. ff. de leg. ij. Sed replicatur negando quod hæc ſit proprietas uocabuli cum imò æqualiter poſſit demonſtrari ad oculum intellectus & uidemus quòd naturaliter homines loquuntur per pronomen hoc, de rebus corporalibus præſentibus & abſentibus, & ſcholares diſputando dicunt hæc tua concluſio non eſt uera. hoc tuum argumentum non concludit, & in uulgari ſermone etiam ruſtici æqualiter utuntur hoc pronomine in rebus in præſentia exiſtentibus & abſentibus.

69 Secundò pro opinione Bar. adducitur † ratio poſita in dicto cap. cum tu, de teſtibus, & reſpondebat Alex. quòd ille tex. procedit: quando contrarietas eſt inter plures teſtes: quia tunc uerba improprientur, ut reducantur ad concordiam. Nam ibi aliqui dicebant actum factum ante appellationem, & aliqui dicebant poſt appellationem, reduci ad concordiam, ut primi dicant ante appellationem ſecundam, & ſecundi dicant poſt appellationē primam, & omnes deponant de eodem medio tempore, & concordat tex. in cap. cum Ioannes. de fid. inſtru. hic uero fuerat unuſmet teſtis, qui hæc uaria dicta protulerat, & teſtis uarius non ità faciliter reducitur ad concordiam. imò punitur, per legem, qui uaria. ff. de teſtibus. & no. per Bar. in l. cos. C. de teſtibus. Sed replicatur ꝙ imò etiam unus teſtis debet reduci ad concordiam ne ſibimet contrarietur, cum eodem ratio dictet quòd uerba teſtium ſint interpretanda, non autem calumnianda, non eſt præſumptio quòd ſibimet uoluerit contradicere per l. Nam ad ea. ff. de conditio. & demonſtrationibus. Et uerba dubia declarantur per præcedentia ſeu ſequentia, l. ſi ſeruus plurium. §. fi. ff. de lega. j. Et tex. in dicta l. qui uaria intelligitur: quando non poſſunt dicta probabiliter reduci ad concordiam. Hic uerò plana, & naturalis eſt concordia, & etiam obſeruatur in ſacra ſcriptura, tam inter diuerſos, quàm eoſdem auctores, ut habetur in cap. periculoſè, de pœnitentiis, diſtinctione prima, ubi hoc dicitur de Euangeliſtis. tam diuerſis, quàm eiſdem.

Tertiò adducitur pro opinione Bartol. quia uerba improprientur in quacunque perſona, ut eius dictum ſaluetur, Bar. in l. ij. C. de his, qui ex publicis rationibus. ubi uerbum cōmodauerit exponitur, id eſt, mutuauerit pro recto ſermone, & è contrariò dicitur in legenda ſancti Benedicti quòd mutuauit capiſtrum, id eſt, comodauit. Sed reſpondetur quòd prædicta exēpla procedunt in unica diſpoſitione in qua uerba improprientur, ut rectè loquatur auctor, & non eſt aliqua contradictio per quam poſſit ſuſpicari de falſo. hic uerò erat contradictio, & ſuſpicio de falſo, & cum tractemus de præiudicio partium, uerba teſtium debent eſſe magis certa, cum examinentur ad ueritatem dicendā. Sed replicatur quòd ſi hoc ſeruatur in unica diſpoſitione, fortius debet ſeruari in diuerſis contradicentibus, cum ſemper interpretatio uerborum eſt neceſſaria, & ſi quando nullum eſt aliud dictum declarans uerba, improprientur, quanto magis debent impropriari: quando per aliud dictum eiuſdem illa uerba poſſunt exponi, & tanto fortius: quia tractatur de delicto, quod nunquam in dubio præſumitur, ut per Bar. in l. nonſolum. §. liber actionis uerba. de liber. legata. & no. in capit. ſemel malus. de reg. iur.

Quartò adducitur l. nam ad ea. ff. de conditio, & demonſtrationibus ubi non præſumitur quis uelle ſibi contrariari incontinenti, nequè ſemetipſum corrigere: ergo idem in teſte: quià paruum erat interuallum, ideò expoſitio fit ut ſe non corrigat. Sed reſpondetur quòd imò hic erat interuallum, cum eſſent diuerſa capitula, & teſtator in diuerſis capitulis præſumitur ſemetipſum corrigere. Sed replicatur quòd illud procedit: quando in correctione nullum generatur præiudicium, & utrunquè dependet à mera uoluntate, & nullum delictum poteſt ei imputari. Sed hic delictum imputabatur, & tractatur de præiudicio alterius, meritò debet fieri interpretatio ut ipſe non uideatur delinquere, cum hæc interpretatio ſit ualde naturalis.

Pro contraria tamen opinione Alex. & ſequacium quòd imò non fiat ſaluatio, adducitur glo. in dicta l. Mæuius. §. duobus. cum iuribus allegatis per Bar. quæ uoluit quòd quando pronomen hoc refertur ad rem corporalem, ꝙ ſolum poſſit demonſtrare ad oculum corporis. Sed reſpondetur per Bar. hic, quòd imò poteſt demonſtrare ad oculum intellectus, quando res abeſt ſicut demonſtrant cætera incorporalia, & hæc ſignificatio eſt naturalis, & ſolita uerſari in locutionibus hominum, & hic Maria. atteſtatur ſepiſſimè nos dicere, hic rex Franciæ uiuit, quàmuis non ſit in præſentia.

Secundò adducitur contra teſtem quod uerba teſtium debent intelligi ſecundum quòd cadunt in ſenſum uulgi cōmuniter, ut per glo. in l. ſtipulatio iſta. §. ſi quoq;. ff. de uerbo obligationibus, quæ uoluit quòd teſtis interogatus de poſſeſſione non debet reſpondere de ea per uerba iuris: quia nec peritiſſimi ſciuerunt diffinire, ſed per uerba uulgi, quod uidit eum ingredi, & exire, & ſtare, & percipere fructus.

Sed uulgariter homines per pronomen hoc, demonſtrant rem in præſentia exiſtentem: ergo & in teſte. Sed reſpondetur negando ꝙ uulgares homines demonſtrẽt ſemper per pronomen hoc, rem præſentem, cum imò & ſepisſimè tam res incorporales, quàm corporales abſentes demonſtrant ad oculum intellectus. & hoc eſt multum uulgare, & contradicentes ſępisſimè incurrent in hac locutione.

Tertiò contra teſtem adducitur doctrina Bar. in l. eos.. C. de falſis. qui uoluit quòd in eodem teſte uerba non debeant impropriari ad ſaluandum eum, ſed reſpondetur negando quia imò impropriantur: quando non eſt magna contradictio, & expoſitio multum aliena, ut per eundem Bart. in l. Labeo. col. ij. in fin. de ſupellecti. legata. hic uerò eſt parua contrarietas, & naturalis interpretatio ſolita in communibus locutionibus fieri.

Quartò adducitur: quia quando eſt magna contrarietas neque plures teſtes reducuntur ad concordiam, ut per Bart. in dicta l. Labeo. in uerbo eſt magna contrarietas. Sed hic uidetur magna contrarietas, cum hæc duo palatia ſint ualde diuerſa, & ipſe reperiebatur in uno quod ualde differebat, & diſtabat ab alio. Sed replicatur quòd imò eſt parua contrarietas: quoniam licèt palatia ſint diuerſa, ipſe non loquebatur de palatio in quo ipſe erat, & uerba poterant referri ad aliud comodè, unde debet fieri interpretatio pro concordia, & propterea apparet quòd opinio Bart. ſuſtineri poteſt.

Reſolutiuè tamen loquendo conſiderandum eſt, quòd difficultas quæſtionis conſiſtit in duobus. Primò de ſignificatione pronominis hoc, propria uel impropria. Secundò an ſit magna contrarietas. Mihi autem placet quòd naturaliter hoc pronomen relatum ad rem corporalẽ poſſit demonſtrare ad oculum intellectus, & ſecundum ſenſum uulgi, ut probatur in lege quemadmodum. §. j. in fi. ff. ad l. Aquiliam ubi propoſitis duobus ædificantibus tex. dicit in fi. hic in ſuo proſpexit, ille uerò in alieno fecit, & tamen uterque erat abſens, & pronomen hic, demonſtrat ad oculum intellectus. Secundo probatur ratione Bar. quia ſi res incorporales ſecundum naturalem ſignificationem, & ſenſum uulgi demonſtrantur ad oculum intellectus: ergo eodem modo demonſtrabunt res corporales abſentes, pro ut faciunt omnes ſcholares quando loquuntur de patria ſua, & ſuis rebus, & quando diſputando de aliquibus rebus corporalibus per pronomen hoc, & illam diuerſificant res abſentes, & hoc apparet per experientiam, quæ eſt rerum magiſtra, cap. cum expediat. de electione in 6. Nam aliquando equitantes equum quærunt ubi eſt æquus, quem tamen non uident: ergo & etiam iſte teſtis, qui non uidebat palatium poteſt naturaliter illud referre, & per iſta apparet quòd non eſt magna contrarietas rem corporalem demonſtrare ad oculum intellectus, quamobrem decidendo diſtinguas. Aut quæris an iſte teſtis poſſit puniri de falſo, & in hoc omnes conueniunt ꝙ non: quia non concludenter probatur de falſitate, l. non hoc. C. unde legit. & l. neque natales. C. de probationib. & in delictis probationes debent eſſe luce meridiana clariores l. fi. C. de probationibus. Si uerò quærimus an teſtis probet depoſitionem ſuam, uel potius tanquã uarius nullam faciat fidem, & tunc aut principalis quæſtio erat de diuerſitate palatij: quia lis principalis erat de loco actus, an in uno, uel in alio palatio eſſet factus, & tunc placet quòd depoſitio non faceret fidem, & teſtis tanquàm uarius eſſet repellendus: quoniam ipſe efficitur multum ſuſpectus, & eius dicta debent eſſe certa, & non ambigua, neque conueniens eſt quòd reducatur ad concordiam, ad finem probandi: quia cum ſciret de loco eſſe principalem diſcordiam, debebat uerba clarius proferre, ſi uerò non erat lis principalis de loco, ſed accidentaliter, dum loqueretur de ipſo actu, tunc reduceretur ad concordiam, & probaret: quia non eſſet ſuſpicio falſitatis, cum de hoc non litigaretur, & hoc modo procedit dictum Bar. & docto. & utraque opinio poteſt ſuſtineri.

70 Glo. iij. in uerbo edicto. † participat de præcedenti, & format duas oppoſitiones contra determinationem factam, quòd Vlpia. interpretatus fuerit edictũ poſitum in l. prætor. inf. eo. Nam in contrarium facit: quia illud appellatur interdictum, & res præſumuntur diuerſi, quando diuerſis nominibus nuncupantur, l. ſi idem cum eo. C. de codicill. Sed glo. ſoluit dicens quòd illam & diſpoſitio prætoris appellatur edictum, & interdictum, & in ſynonymis non eſt inconueniens quòd eadem res diuerſis nominibus nuncupentur. Sed iterum poſteà opponit: quia uerba non conueniunt: quia hic tex. dicit quòd ædicto permittitur nunciatio, ibi autem nullum ponitur uerbum de iſta permisſione. ſed ſolum dicitur quòd ædificium factum ſpreta nunciatione demoliri debet. Sed glo. ſoluit fatendo quòd ibi nullum eſt uerbum permisſiuum, tamen tacitè includitur edictum permisſiuum: quia mandando deſtrui factum poſt nunciationem in effectu uidetur permittere nunciationem, ita quòd ex illis uerbis expresſis inducitur unum tacitum edictum permisſiuum, quòd hic interpretatur Vlpia. & ſic in effectu determinat quòd edictum de quo hic Vlpian. facit interpretationem, fuit unum edictum tacitum ſumptum ex illis uerbis, meritò appellatur edictum, & interdictum.

Vnde ex iſta glo. habes duas principales concluſiones. Primò quòd una, & eadem diſpoſitio poteſt appellari ædictum, & interdictum. Sed Bar. reprehendit & dicit quòd hæc opinio glo. eſt uera ſi aſſumptum eſt uerum, quòd edictum & interdictum ſint idem. Sed tamen ipſi dicit contrarium teneri communiter quòd imò

ſint diuerſa, & diſcordant inter ſe, tamen in
quo differant docto. non bene ſciuerunt expri-
mere. Et ideò refert narias opiniones ut hic per
eum, & iunctis dictis doctorum habes ſex opi-
niones circa differentiam edictorum, & inter-
71 dictorum. † Prima eſt opinio quòd edictum
differat ab interdicto, tanquàm cauſa à cau-
ſato. Nam edictum eſt cauſa, interdictum
eſt cauſatum, ſicut contractus eſt cauſa, &
actio eſt cauſatum, & licèt hic docto. non de-
clarent: tamen mens eorum eſt quòd inter-
dictum ſit quoddam remedium extraordina-
rium competens ex ipſo edicto, quod an-
tiquitus intentabatur loco actionis, quæ in-
terdicta aſſumpſerunt interpretationem in effi
catia eorum, ſicut actiones ex contratibus aſ-
ſumpſerunt interpretationes de natura earum,
ut in titulo de actio empti, de actione ex loca-
to, de rei uendicatione, de comodato, depoſito,
& alijs ſimilibus, & hac de cauſa fuit factus li-
ber interdictorum. Vnde dixit Iuſtinianus in
§. fi. inſti. de interdictis, quòd hodiè non eſt
neceſſarium diſcutere de ordine & exitu inter-
dictorum: ſed loco interdictorum datur utilis
actio ex cauſa interdictorum, & ibi glo. not. &
docto. Vnde ſepiſſimè in iſtis titulis de interdi
ctis dicitur hoc interdictum redditur, & etiam
in dicta l. prætor. quo ſtante modo Bar. repræ-
hendit: quia non ſemper ex edicto cópetit hoc
remedium extraordinarium, quod appellatur
interdictum. ſed aliquando ex eius uerbis im-
mediatè competit actio in factum abſq; eo ꝙ
ſeruetur illa forma antiqua interponendi illa
interdicta, ut probatur in l. j. ff. de eo per quē
factum erit, cum multis ſimilibus, & ideò actio
in factum ex edicto prætoris, ponitur tanquàm
diuerſa ab interdicto in libellis Rofredi. Re-
plicat tamen Ruy. & Hermanocius quòd gloſ.
uoluit idem quod Bar. quia cum æquiparet in
terdictum actioni, uidetur intelligere de illa
actione in factum. & hanc opinionem in effe-
ctu uidetur tenere Alberi. Imol. & Cuma. in
dicta l. prætor. infra eodem dicentes quòd edi
ctum eſt lex prætoria, interdictum eſt ius agen
di quod per executionem edicti redditur cum
illa forma conceptionis uerborum poſita in in
ſtitut. de interdictis. §. j. Sed tu dicas quòd
etiam Bar. ſentit quod iſti docto. uolunt, quòd
interdictum ſit actio prætoria: tamen differt
ab actione in factum ex eo: quia ex edictis ſi uer
bis exprimebatur competebat actio in factum
ſine conceptione interdictorum. Sed quando
non dabatur ex edicto, erat neceſſarium, ut cō
peteret actio, quòd interponeretur illud inter
dictum cum ſolennitate uerborum. Et ideò ut
dicebat Bar. ex omni edicto non competebat
interdictum.

Sed ultra Bar. quantum ad materiam noſtrā
hæc opinio non eſt bona: quia ſi interdictum eſt
actio, ſeu ius agendi, quomodo potes dicere
quòd ex iure agendi uideretur introductum e-
dictum, & ſic deſtruunt ſuam opinionem, cum
per actionem, & remedium agendi non poſſit
cauſari edictum, quod neceſſariò eſt cauſa præ
cedens omnino, ut ex ea poſſit naſci illud. ius
agendi, & cauſatum nunquam poteſt inducere
cauſam, ſicut nec manumiſſio poteſt inducere
ſeruitutem, ſi non præceſſit, ut in rub. & nigro
C. de ingenu. & manumiſſ. Cum ergo glo. uel
lit quòd interdictum in dicta l. prætor. eſſet cau
ſatum, non potuit continere edictum ut ſit cau
ſa, ſic docto. ſemetipſos confundunt, & com-
muniter ipſi uolunt quòd interdictum de quo
in dicta l. prætor. non ſit actio prætoria, & ius
agendi: quia illa nunquam poteſt appellari e-
dictum. Sed præſupponunt quòd interdictum
ſit lex prætoria, & diſpoſitio prætoris, dum uo
lunt quòd æqualiter appelletur edictum, & in-
terdictum. & ſic opinio iſta eſt inepta eo modo
quo ipſi proferunt: tamen bene declarando po
teſt certo modo procedere ut infra dicam.
2 Secunda eſt opinio Rofredi. in ſuis libellis,
quòd interdicta ſunt leges prætoriæ ſicut edi-
cta, & non actiones: ſed differant poſteà: quia
quando ſunt uerba præcisè præceptiua ſeu exe-
cutiua, tunc appellentur interdicta, ut reſti-
tuas, uim fieri ueto, exhibeas, & ſimilia, de qui
bus infra, in libro interdictorum, edicta uerò
ſint quando uerba ſunt magis modeſta & fami-
liaria, ut ſi dicat, actionem dabo, uel iudicium
dabo l. j. & l. ſi uerò. §. prætor ait. ff. de his,
qui deiecerunt uel effuderunt, & in edicto de
pactis, ibi, pacta iuſta ſeruabo, quæ ſunt con-
tra leges non ſeruabo, l. iuriſgentium. §. præ-
tor. ff. de pactis. & in edicto de edendo, ibi,
argentarium edere iubebo, l. prætor. ait. & §.
prætor ait. ff. de edendo. Hanc etiam reprehen-
dit Bar. quoniam reperiuntur interdicta, quæ
fiunt per illa uerba modificatiua, ut iudicium
dabo, l. j. infra ne uis fiat ei, qui miſſus fuit in
poſſeſſione, ubi appellatur interdictum, & ta
men ſunt illa uerba iudicium dabo. qui tamen
tex. non probat concludenter: quia illa rubri.
eſt præceptiua cum oratione perfecta, quo ca-
ſu dicitur eſſe de tex. iux. glo. in proœmio ſex
ti. in uerbo titulus. ſed plenius per Bar. in l.
j. in principio. & §. j. infra de ui & ui armata,
& per docto. in l. j. ff. ſi cer. peta. Ex alio ta-
men opinio eſt falſa, ex eo: quia edicta poſſunt
eſſe cum uerbis præceptiuis. imò natura edicti
eſt præcipere, ut probatur in. §. ſed quod prin
cipi. Inſti. de iure naturali gentium, & ciuili
ibi, edicto præcepit, & l. hac edictali. C. de
ſecund. nuptiis. & quia edicta erant ex cauſa
perpetua, & ex cauſa temporali, ut ſunt citatio-
nes. l. ſi quis id quod. ff. de iuriſdictione om-
nium iudicum. & l. edictum. ff. de iudiciis, &
in citationibus ſunt præcepta, & colligitur ex
cumulatis per Albericum in dictio. ſuo in uer
bo edictum. Imò præſumendum eſt quòd in
dubio edicta ſint præceptiua: quia fiunt ad mo
dum legis, quæ leges ex more Romanorum
ſemper

ſemper fiebant per uerba præceptiua, in tantum quòd neque inſtitutiones hæredum,uel legata niſi per uerba præceptiua fieri poterunt, ut no.in rub.de leg.j.& per Vlpia. inſti.de lega. in principio. Vnde hæc differentia non ponit ſubſtantiam edicti,nequè interdicti, ſeu non cōtinet ſubſtantialem differentiam,per quam poſſimus cognoſcere edicta ab interdictis, & dare diffinitiones diuerſas utriuſquè.

Tertia eſt opinio Bar. quòd edictum, & interdictum dicuntur eſſe leges prætoriæ,& differunt inter ſe:quia edictum capitur in genere cōtinens legem prætoriam, & citationes l.ſi quis id quod. de iuriſdictione omnium iudicum. & lege inciuilem. dicto. §. ſed quod principi. Sed hoc genus diuiditur poſtea inter edictum in ſpecie,& interdictum,ſicut adoptio in genere diuiditur inter adoptionem in ſpecie,& arrogationem.l.j.& ij.ff.de adoptionib. Et ſi tu quæras ſubdit Bar.in quo differat edictum in ſpecie & interdictum?reſpondet quòd interdicta ſunt quæ ponuntur in libro de interdictis infra, & non curamus per quæ uerba ſint cōcepta: quando ſunt poſita in dicto libro de interdictis. Sed ſi ſunt extra illum librum interdictorum, tunc diſtinguuntur,ut dicebat Rofredus: quia interdicta ſiunt per uerba præceptiua,& edicta p uerba modificatiua.Sed hæc opinio impugnatur p Ruy. quoniam multa ſunt edicta,quæ ſiunt per uerba præceptiua,& tamen propriè ſunt edicta ut in dicta rub.ne quis eum qui in ius uocatus eſt.facit lex prætor.ff.de edendo.& l.iiij.§. prætor.ff.de in ius uocando.& l.fideiuſſor.§.j.ff.qui ſatiſdare cogantur.& ratio præcedens quòd forma edictorum eſt præcipere ſicut,& lego,& non eſt neceſſarium quòd in interdictis eſſent uerba præceptiua,cum ex uariis cauſis inter duos à prætore dicebantur,& quamuis ſemper tunc eſſent præceptiua: tamen hæc ratio ceſſat hodiè; quia aſſumpſerunt uim edictorum, ut dixi in præmiſsis, & infra declarabo, & in ſumma hæc diſtinctio ponit qualitates accidentales, non autem qualitates ſubſtantiales.

Quare quarta eſt opinio Iaſonis quòd edictū & interdictum ſunt unum,& idem, & ſunt ſynonyma,& interdictum propriè appellatur edictū & probat per tex.in dicta leg.j.ne uis fiat ei,ubi appellatur interdictum, & tamen in tribus uel quatuor locis per eum ponderatis, appellatur etiam edictum, atquè etiam per l. noſtram iuncta dicta l.prætor ait.

Sed huic opinioni obſtat: quia interdicta reddebantur inter duos, & efficiebantur remedium agendi, ſeu ius agendi, ut in dicto. §. fin. inſtitut. de interdictis cum ſuis glo. edicta autem neceſſariò differebant ab interdictis, cum actio differat à lege, & actio in factum à ſtatuto, & edicta proponebantur in albo ut ligarent totum populum, dicta lege ſi quis id quod. ff. de iuriſdictio. omnium iudicum, quàmuis in dictis locis appelletur edictum in dicta lege prima. ne uis fiat ei eueniebat quòd ibi præceſſerat edictum ſeparatū ab illo interdicto,ſicut & in lege noſtra contingat,ut infra declarabitur. Præterea licèt interdictum poſſit aliquando dici edictum: tamen è contrariò nunquàm edictum poteſt dici interdictum: quia ſi illud creabatur quando erat inter duos dictum, dicto. §. primo. inſti. de interdictis, non poterat ligare niſi litigantes, non autem totum populum, edictum autem quod ligabat totum polum d.l.ſi quis id quod,& ideò impoſſibile erat quòd eſſet idem.

Quinta eſt opinio quòd edictum erat lex prætoria,quæ ſcribebatur in publico,& proponebatur in albo d.l.ſi quis id quod. & interdictum erat quædam formula agendi, dicto. §. primo inſti. de interdictis. & hæc erat opinio Alber. & Cuma. & ſuadetur ex toto titulo infra de interdictis ubi qualitates interdictorum ſunt qualitates actionum poſitarum. inſti. de actio per totum, & hæc opinio uidetur conuenire primæ opinioni, & opinioni Pauli de Caſtro, qui dicebat quòd edictū eſt lex prætoria, & interdictum eſt ius agendi, quæ opinio uidetur conuenire iuribus allegatis: tamen non tollit contrarium formatum hic per gloſ. & docto, quare in hac lege appelletur edictum cum decem ſequentibus, & in lege prætor ait. appelletur interdictum cum ſequenti. & remanet ex ea quòd Vlpianus interpretatur hic aliam diſpoſitionem, quæ non eſt poſita in dicta lege prætor, quod eſt contra intentionem docto. hic, & ibi, & etiam eiuſdem Pauli de Caſtro.

Præterea in dicta l. prætor ait. non poteſt eſſe interdictum prout eſt ius agendi: quia tex. dicit propoſitum fuit, quod uerbum denotat edictum, ut in dicta l.prætor. §.j. Item hodiè interdicta fuere in publico poſita per Saluium Iulianum, & non poſſunt propter hanc cauſam amplius dici actiones. Ideò hanc opinionem repræhendit hic Alcia. & Hermanocius, quamuis fundamenta ſua non concludant perfectè.

Sextam opinionem poſuit Alcia. hic reprobata prima opinione, & dicit quòd interdicta ſunt illa,quæ ad tempus à prætore decernuntur appellata ex eo:quòd interim ſint dicta, edicta uerò ſunt illa,quæ ſimpliciter iubeant, uel permittunt,& probat per interdictum poſſeſſoriū, quod prouidet ad tempus durante lite ſuper petitorio,ut inſtituta. de interdictis.in.§.ſequens diuiſio.cum ſequentibus. Addit etiam q interdicta quædam habent cauſam quaſi proprietatis; quia per modum prouiſionis temporalis ſiūt,ut de mortuo inferendo l.j.C.de uia reficiē da,& l.iij.§.eſt autē hoc edictum.& l.pe.ff.de iti. actuq; priuato hæc enim ſecundū eū non requirunt diuturniorē moram, & incōſequens eſt, q eum prætor iubeat pendente nunciatione factū opus reſtituere,& pēdente iudicio uim fieri ædificanti poſt remiſſionem: quia ſiunt interdicta

quòd ſint interdicta: quia ad tempus prouidēt donec finiatur lis, & diſcutiatur de ueritate iuris nunciati. ſed cum in l. noſtra ſit permiſſio ſimplex erit edictum, cum omnibus perpetuo permittat. propterea ſubdit ipſe interdicta nū cupari, quaſi inter duos dicta: ex eo: quia interdicere eſt inter. Indicere, ut hic per eum. quę opinio uerè non habet aliquod principium unde ſumatur, & in omnibus partibus eſt falſa. Nam dum præſupponit, quòd inter dictum ſolum datur ad tempus falſum eſt, quoniam aliis ſequeretur quòd interdicta non poſſent dari, niſi prius præcederet lis, & ſuper incidenti in lite cum decreta in cauſa principali ſemper ſint perpetua, l. res iudicata. de reg. iur. & not. in l. quod iuſſit. de re iudicata.

Præterea interdictum adipiſcendæ datur directò, & immediatè nulla aliā præcedente lite l. ſi. C. de edicto diui Hadriani. tollend. & §. adipiſcente. inſti. de interdictis, & interdictum recuperandæ directò intentatur, & uolente agente penpeditur cauſa principalis proprietatis: quia ſpoliatus ante omnia eſt reſtituendus. cap. ex literis. de reſti. ſpoliatorum. unde interdictum adipiſcendæ eſt perpetuum. §. adipiſcendæ. inſtit. de interdictis. & cætera interdicta perſecutoria rei, quæ dicuntur eſſe perpetuæ, & ſine aliquo facto prætoris omnibus poſſunt competere, ut in toto titulo infr. de interdictis cum omnibus rub. ſequentib.

Præterea illa interdicta, quæ ipſe dicit temporalia, appellantur etiam edicta, ut in hac l. noſtra, coniuncta. l. prætor. & in dicta l. j. ne uis fiat ei. Et aſſumptum etiam Alcia. quòd interdictum dicatur interindictum, confunditur per Vlpia. in dicto. §. j. inſti. de interdictis, qui dixit quòd appellantur quaſi inter duos dicta, & præſumptuoſum eſt uelle repræhendere ibi Iuſtinianum, qui dicit ita obtinuiſſe.

Maria. quoquè ponebat ſuam opinionem hic dicens quòd prætores faciebant edicta quæ in albo proponebant, ut omnibus innoteſcerent, & eorum aliqua erant ſimpliciter de aliquò faciendo abſquè aliqua forma uel conceptione uerborum præciſè quid fieri iubentium, uel prohibentium, ex quibus oriebatur ſimplex actio, & iſta nullo reſpectu poſſunt appellari edicta, aliqua uerò ex prædictis erant in quibus ponebatur forma, conceptio uerborum, & cum ea aliquid fieri iubebat, uel prohibebat, quaſi inter duos dictando, & illa apellabatur interdicta, cum huiuſmodi interdicta proponeret in albo poterant poſteà appellari edicta, & interdicta, & hoc modo dicit ipſe procedit opinio Iaſ. & tunc ex huiuſmodi edictis, & interdictis oritur ius partibus ad inſtar rationum pro ponendum, & ita uerificantur iura quæ uoluntq; competat interdictum. Sed hæc opinio, & ipſa eſt imperfecta, ex eo: quia ſi interdicta erant inter duos citationes, dicta leg. ſi quis id quod. & non fiebant ex cauſa perpetua, ut ibidem dicitur, ſed interdicta omnia quæ nos habemus in toto corpore iuris habent cauſam perpetuam: quia perpetuò durant, & ligant omnes ſubditos ſicut cæteræ leges prætoriæ & ciuiles.

72 Ex quibus † patet quantum docto. uacillauerint in hoc articulo, quæ differentia ſit inter edictum, & interdictum, & nullus hucuſquè potuit quietare animum: quia ſi eſſent centum opiniones, omnes eſſent imperfectæ, & falſæ, ex eo: quia inculcant ius antiquum, & ius nouum, & alio modo ſumebantur interdicta de iure antiquo, alio modo ſumuntur de iure nouo. Vnde pro intelligentia recurrendum eſt ad ea, quę dixi in prima quæſtione. & in ſumma conſideranda ſunt duo tempora diſtincta, unum antiquum antequàm eſſet factum edictum perpetuum à Saluio Iuliano, aliud nouum poſtquàm fuit factum edictum perpetuum à Saluio Iuliano. In primo tempore maxima, & maxima erat differentia inter edicta, & interdicta. Nam edicta proponebantur in albo quando fiebant ex cauſa perpetua, & ligabant totum populum, & non erat differentia, an eſſent facta per uerba præceptiua, uel modificatiua, uel ſimplicia, ſed cum æquali forma fiebant, & æqualiter ualebant donec prętor permaneret in officio, eo autem finiente officio, corruebant: quia prætores non habebant poteſtatem condendi legem, ut dixi in rub. C. qui admitti. & ſupra retuli. Inter dicta uerò proponebantur occaſione edictorum. Nam cum naſcerentur lites propter edicta, & aliquando contradicerent leges, prętor proferebat decretum pro obſeruantia, & executione ſui edicti, quod appellabatur interdictum, quaſi inter duos dictum: quia proferebatur tantummodo inter litigantes, & fiebat tribus modis, de exhibendo, prohibendo, & de reſtituendo, dicto. §. primo. inſtitut. de interdictis, & poterant applandendo Alciat. etiam appellari interindicta: quia erant quædam ſententiæ interlocutoriæ à prætore inter partes prolatæ, quæ decreta ſeu interdicta producebant ius agendi quoddam, ad inſtar actionis quòd habebat executionem inter ipſos duos litigantes, & cum hoc ius agendi careret proprio nomine, appellabatur interdictum à cauſa, & loco actionis proponebatur, ita quòd edicta dicebantur leges prætoriæ, quæ ligabant totum populum, & erant cauſa cauſans, interdicta uerò proferebantur inter litigantes per modum iudicij ex cauſa, & executione edictorum, & erant aliquid cauſatum, ita quòd differentia erat quod edictum erat cauſa, interdictum cauſatum, edictum ligabat totum populum, interdictum partes litigantes tantum, edictum erat lex, interdictum ius agendi, & cum apparerent utilia interdicta cæperunt etiam proponi nullo præcedente edicto. Sed occa-

ſione litis natæ propter legem ciuilem, quando
lex ciuilis erat defectiua ut eueniebat in poſſeſ-
ſione, de qua nulla deciſio erat à lege facta,
proptereà utilitatis cauſa quando partes ſe in-
uicem turbabant in poſſeſſione proponebat in
ter eos decretum uti poſſideris, ità poſſidea-
tis, uel quod ui abſtuliſti, illud reſtituas, uel
quando lis requirebat altiorem indaginem, u-
nam partem mandabat ut adipiſceretur poſſeſ-
ſionem ſeu mitteretur in poſſeſſionem, quæ de-
creta proferebat cum certa forma uerborum,
dicto .§. j. & §. ſequens. inſti. de interdictis.
Vnde ex uirtute rei iudicatę cauſabant unum
ius agendi, quod aſſumebat nomen interdicti,
cum non haberet ſpeciale nomen, quaſi inter
duos dicti, quæ interdicta differebãt ab edictis
in omnibus ſupradictis, niſi quia non propone
bantur pro executione edicti: ſed pro executio
ne legis ciuilis, & cum iſta interdicta eſſent
multum popularia, & prætores cæpiſſent in
huiuſmodi litibus paſſim proferre ex quodam
ſtylo iudiciario cæperunt per aliquos peritos
ſcribi cum eorum formulis, declarando natu-
ram, & defectum illius iuris agendi, & du-
rabant uſquè ad finem litis, ſi retractaban-
tur per ſententiam diffinitiuam, & ſi non retra-
ctabantur iurabat per omnia ſecundum na-
turam actionum prætoriarum inter ipſas par-
tes litigantes tantum, iuxta l. in honorarijs.
infra de actionibus, & obligationibus. & §. j.
inſti. de perpet. & tempo. actionib.

Superuenit poſteà Saluius Iulianus, qui tem-
pore Hadriani fecit ædictum perpetuum, ut
declaraui in præmiſſis, & edicta, quæ finie-
bant per annum cæperunt eſſe perpetua, &
dicebantur ll. prætoriæ perpetuæ, & ius præ-
torium, & cum hæc interdicta quoq; eſſent mul
tum utilia, & ipſa poſita fuere in edicto per-
petuo, & conceptiones eorum ſcripſit in libro
Saluius Iulianus, & poſteà ea propoſuit in al-
bo, & auctoritate Hadriani incæperunt eſſe
ædicta, & ligare totum populum ſicut alia
edicta, & durare perpetuò abſquè eo, quòd
proferrentur in iudicio per prætorem uiuum,
ſed tanquàm prolata à Saluio Iuliano perpe-
tuò durare, & competere cæperunt. Vnde
euenit quòd mutauerunt naturam, & cæpe-
runt differre ab illis interdictis antiquis: quo-
niam primo nunquàm poterant introduci in
eſſe, niſi eſſet lis inter duos particulares, nunc
uerò ſunt introducta in eſſe etiam nullo litigan
te, & antiquitus non ligabant niſi ipſos li-
tigantes, hodiè uerò ligant omnes ſubditos.
Item antiquitus cauſabantur ab edictis ple-
runquè, hodiè uerò habent uirtutem nullo
præcedente edicto. Item antiquitus erant ius
agendi, hodiè uerò ſunt leges prætorię, ex
quibus competit actio in facto extraordina-
ria. §. fin. inſtitut. de interdictis. Item an-
tiquitus non poterant dici edicta: ſed erant
decreta, & ſententiæ, hodiè uerò poſſunt
dici edicta, & propter propoſitionem Sal-
uij Iuliani, & uera eſt propoſitio, hodiè in-
terdictum eſt edictum, quæ olim nullo modo
poterat fieri, è contrà uero, neque etiam ho-
diè edictum poteſt dici interdictum. Quare
apparet quòd propter iſtas ſucceſſiuas diffe-
rentias, nulla præcedens opinio poterat eſ-
ſe bona, neque perfecta, remanſit tamen ho-
diè differentia inter edicta, & interdicta in
nomine, & origine: quia interdicta tantum- 74
modo dicuntur illa, quæ olim erant decreta,
& ſententiæ prætorum, & quia tunc diceban-
tur inter duos dicta, retinent hodiè etiam il-
lud nomẽ, & illam ethymologiam, & cum olim
eſſent ius agendi, hodiè actio in factum compe
tens ex eis retinet nomen quod appellatur in-
terdictum. Sed tamen quantum ad ſubſtantiã
ſunt idem cum edictis, & uerè ſunt leges præto-
riæ. & cum hac conſideratione poteſt ſaluari o-
pinio Iaſ. & glo. hic quæ dixit quòd hoc edi-
ctum appellatur interdictum, tamen uerè inter-
dictum poſitum in dicta l. prætor. poteſt appel-
lari edictum: ſed edictum poſitum in hac lege
non poteſt appellari interdictũ per ſupradicta.

73 Ex ſecunda parte glo. colligitur † ꝙ edictum
de quo habemus hic interpretationem traditã
ab Vlp. non fuit unum edictũ ſpecialiter uerbis
expreſſum: ſed fuit unum tacitũ edictum ex uer
bis poſitis in l. prætor. inf. eo. tacitè in quoddã
neceſſarium antecedens inductũ. quam conclu-
ſionẽ ſequuntur communiter docto. & confirmat
Bar. p tex. in l. iij. §. qui habet. ff. de ſeruitu. ruſti
corũ prædiorũ. & l. refectionis. ff. cõmunia p
diorũ. & l. ueteres. de itinere actuq; priuato, in
quibus apparet ꝙ conceſſo uno, uideatur eſſe
conceſſa omnia, quæ ſunt neceſſaria ad illud: fa-
cit etiam tex. in l. ad rem mobilem. & in l. ad le
gatum. ff. de procuratoribus, & in caſu con-
trario quòd prohibito uno uidentur prohi-
bita omnia per quæ poteſt deueniri ad illud
l. Oratio. ff. de ſponſ. tamen quia omnia præ
dicta uidentur procedere in diſpoſitionibus ho
minum, & non dicunt hoc eſſe in diſpoſitione
legum, poteſt melius adduci. l. ij. ff. de iuriſdi-
ctione omnium iudicum, cum concordantibus
poſitis ibi, per glo. per quæ apparet quòd con-
ceſſo uno à lege, uidetur eſſe conceſſum omne
illud ſine quo illa conceſſio plenè locum habe
re non poteſt, & omne aliud quod eſt neceſſa-
rium antecedens, quam regulam ego ibi latiſſi
mè ultra docto. ampliaui, adducendo xij. effe-
ctus, & caſus multos dubitabiles, ut ibi latè. Sed
adhuc inſtatur: quia non uidetur quòd hoc edi
ctum fuerit illud ſumptum ex iſtis uerbis: quia
hic dicit permittitur. & glo. dicit permitti ui-
detur, quæ ualdè diuerſa ſunt l. j. §. deieciſſe. ff.
de ui, & ui armata, & quæ impropriè ueniunt,
non ſolent comprehendi in uerbis edicti l. iij. §.
hæc uerba. ff. de neg. geſt. & l. ſi. C. de his qui ten.
ęta. impetrare. ſoluit Bar. ꝙ uerbum ex lege, eſt
duplex, unũ quãdo exprimitur clarè per uerbã

ſecundum quando uenit ex mente. l. nominis,
& rei. §. uerbum. ff. de uerbo. ſignificatio. &
§. fin. inſtitutio. de legi. patrono. tutela. Vnde
utrunquè uerum eſt quòd edicto nunciatio pro
priè permittitur conſiderando mentem edicti.
Sed permitti uidetur habito reſpectu ad uerba,
& hoc modo declaratur tex. in dicta leg. tertia.
§. primo infr. eodem. dum dicit edicto enim ex
preſſum eſt. nam intelligitur ſcilicet habito re
74 ſpectu ad mentem. †Sed ſecundum uerba impro
priè dicitur expreſſum. Quod facit ad infinita
ſtatuta facientia mentionem de actu expreſſo,
& in ſpecie ad ſtatutum in hoc regno Siciliæ, in
quo dicitur quòd inſtrumẽtum habens omnes
ſolennitates requiſitas, & obligationem expreſ
ſam, habeat executionem paratam. Nam intel
ligetur etiam quòd illa obligatio uerbis non
exprimatur: ſed ex tacita mente à contrahenti-
bus inducatur. Vnde etiam habebit locum in ta
cita ſtipulatione dotis ut illa habeat executio-
nem paratam: quia licèt uerbis non ſit expreſſa,
mẽte tamẽ dicitur eſſe expreſſa. Sed ſi diceret ꝙ
inſtrumentum habeat obligationem uerbis ex-
preſſam, tunc non mitteretur executioni, niſi in
uerbis ſpecialiter eſſet expreſſum, per dicta hic
per Bar. quem ſequuntur communiter docto.
& tangitur per Ripam, & omnes Mod. plenius
loquentes in lege prima. ff. de uulg. & pupill.
Quintò plus colligitur ex hac communi do-
ctrina, quòd non tantum ea quæ ſunt neceſſaria,
uidentur uenire ſeu ſunt conceſſa, ſed etiam om
nes qualitates probabiles illius antecedentis
neceſſarii, ut probatur in hac lege cum decem
ſequentibus, cum intelligatur permiſſa nuncia
tio, ſiue iure, ſiue iniuria ædificet, ac permiſſa
cum qualitate, ut nuncians priuetur poſſeſſio-
ne, atquè partes ſubiiciantur iuriſdictioni præ-
toris, & quòd poſteà teneatur dare libellum, iu-
rare de calumnia, & iudicialiter procedere, at-
què etiam quòd permittatur, niſi euidenter ap
pareat calumnioſa, & niſi ipſa ſit legitimè fa-
cta, & quòd dicatur legitimè facta: quando ha-
bet unam formam tacitè inductam ꝙ nunciatio
fiat in præſentia operis, & ſufficiant operarij, &
ſerui, & quòd poſſit fieri furioſo, & prodigo,
& quòd ſit neceſſarium exprimere locum, at-
que etiam ipſa nunciatio non ſit legitima:
quando adeſt defectus perſonę. Item quando
adeſt defectus rei, uel quando adeſt defectus
cauſæ, quæ petita non fuerit aſſignata, & quòd
debeat aſſignari in ſpecie, & non poſſit alia
cauſa probari, atquè poſſit peti ab operariis,
& aliis, & multa alia, quæ ponuntur per totam
hanc legem cum ſequenti. & lege de pupillo.
per totam uſq; ad dictam l. prætor. Quę amplia
tio nedum eſt notabilis: ſed etiam eſt mirabi-
lis, ut tot, & tantæ qualitates uideantur tacitè
permiſſæ. Vnde poſſunt inferri ad infinita in
practica cõtingẽtia, & decidere multas quæſtio
nes. ſeu potius inducere magnam confuſionem,
& certè docto. fuerunt nimis faciles ad appro-
bandum hanc opinionem glo. non aduertentes
quot. & quanta ipſi uideantur concedere, quæ
confunduntur per no. in d. l. ij. ff. de iuriſdictio.
omnium iudicum. unde tutior eſt opinio, quã
ego ſupra retuli in pręmiſſis, & in notabilibus
quæ fiut originaliter Cum. in d. l. prætor. ꝙ edi
ctum interpretatum hic ab Vlp. fuerit unum edi
ctum uerbis ſcriptis expreſſum, permittens nun
ciationem, & remiſſionem cum talibus uerbis,
ut omnes dictæ interpretationes, legitimè con-
ueniri poſſint, & probatur ex fundamento con
cludenti ſupra relato: quia hoc interdictum ꝙ
inter duos litigantes proferebatur poſſit inter-
re unam legem generalem ligantem totum po
pulum, quæ ſolebat in edicto proponi, d. l. ſiquis
id quod. ff. de iuriſdictio. omnium iudic. cũ unq̃
illud interdictum è contrariò ſoleret tacitè in-
duci, & ſequi ex edictis uerè & propriè præce-
dentibus & ita omnino teneas.
75 Quintò opponit † Bar. contra concluſionem
tex. qui præſupponit ædificantem poſt nuncia-
tionem teneri ad demolitionem: quia fecit o-
pus contra legem d. l. prætor. §. j. & ſic præſuppo
nit ꝙ actus factus contra legem ſemper effici-
tur nullus. Vnde in contrarium facit tex. in l. fi.
ſupra de repud. ubi per l. diuortium. fuit prohi-
bitũ ut liberta quæ nupſit patrono per iſta uer
ba, non eſto poteſtas diuertendi, & tamen text.
uult ꝙ diuortium factum ſit ualidum, & illa li-
berta puniatur. Bar. ꝓ ſolutione ſe remittit ad
dicta per eum in d. l. prætor. §. j. ubi poſuit lon-
gam diſtinctionem: tamen ſoluendo contrariũ
dixit ꝙ hic ideò annullatur actus: quia pœna an
nullationis actus fuit à lege impoſita, & ideò ſe
quitur ꝙ quando annullatio actus ponitur pro
pœna, ſemper actus factus contra legẽ redditur
nullus ut hic, & in d. l. prætor. Sin autem eueniat
quòd annullatio actus tendat in præiudicium
tertij non prohibiti, tunc non annullatur: ſed
ſolum pœna impoſita habet locum, & actus re-
manet ualidus, & ſequuntur communiter doct.
Maria tamen hic adducit in contrarium Bar. in
conſ. 306. inter procuratorem. propè finem, ubi
dicit ꝙ ſi ſtatutum uetet nominari teſtes per ꝓ
curatorem cum pœna, nominatio erit nulla, &
tamen reſpicit præiudicium domini, & dicit ſe
in practica ita obtinuiſſe. Sed tu potes reſpon-
dere, ꝙ ibi fuit ratio ſpecialis propter ſuſpicio
nem ſubornationis, propter quam ità in preci-
ſè, ac etiam: quia præciſè uetabat: ſecus in aliis
76 caſibus. †Et in alio caſu ego interrogatus reſpõ
di in caſu occurrenti, cùm Salernitana ſynodus
prohibeat clericos facere querelam ſine licẽtia
epiſcopi ſub pœna. ac etiam per conſtitutio-
nes Regni clerici habent electionem fori. unus
clericus percuſſus ſine licentia fecit querelam
in Regia audientia, quam tamen poſteà remiſit
intr. octo dies, dubitabatur an eſſet præocupata
iuriſdictio, itaq; excluderetur magiſtratus ordi-
narius attento ꝙ dicta querela uidebatur fuiſ-
ſe nulla, tanquã facta contra conſtitutionẽ ſyno
dalem

dalem, & per conſequens non eſſet præocupata iuriſdictio ordinaria. Sed ego reſpondi contrarium, ꝙ imò querela ualebat: quia non poterat annullari in præiudicium fiſci cui erat per eam ius quæſitũ, & ſolum debuit puniri clericus pœna impoſita à conſtitutione ſed actus remanſit ualidus, & remiſſio poſteà facta per partem de illa querela non ualuit, ut probatur in d. l. fi. de repud. & habetur per docto. hic: quia per conſtitutionem Regni prohibetur querelans remittere querelam in præiudicium fiſci, & concordat cum iure communi, de quo habetur in lege transigere. C. de transactionibus. pro qua opinione facit: quia clericus prohibetur iurare ſine conſenſu epiſcopi, & tamen iuramentum ualet, cap. j. §. primo. de iuramento calumniæ. Similiter prohibetur ferre ſententiam ſanguinis, & tamen ſententia ſanguinis prolata à clerico ualet. Item prohibetur conficere inſtrumentum ſub pœna irregularitatis, & tamen ſi facit ualet, ut per Abb. in cap. ſicut. numer. 9. extra ne clerici uel monachi, & Butri. in cap. fin. de conſtitutio. Ange. in lege ſecunda. C. de tabula. Bar. in lege prima. de tabellio. lib. 10. Bart. in conſilio incipiente filius fa. presbyter. ſimiliter prohibetur eſſe iudex laicorum, ac auditor, & procurator generalis ſub pœna irregularitatis, uel excommunicationis, & tamen actus ualet, ut no. in cap. ſed nec procurationes. extra ne clerici uel monachi. Ideò eadem ratione, & ipſa querela de qua ſupra remanſit ualida: quia tractatur de præiudicio tertij, per no. in dicta l. prætor. inf. eo.

77 Glo. in uerbo fieret. † limitat tex. noſtrum, ut ſolum procedat: quando opus nouum fieret in præiudicium alterius: ſecus ſi uetus reficeretur: quia non prohibetur per iſtum tex. & concordat tex. infra hac lege. §. ſi quis ædificium. & multa prohibentur de nouo fieri, quæ non prohibentur in ueteris operis refectione, lege fin. C. de iudic. ubi ſinagoga prohibetur de nouo ædificari: tamen iudæi permittuntur eas antiquas reficere; quod tamen procedit ſi non excedat formam antiquã, neq; dilatet uel eleuet: quia tunc dicitur facere, & aliud eſt facere, aliud reficere, l. iij. §. pe. ff. de itinere actuquè priuato.

Vnde Bar. ſexto loco ſuper iſta glo. formauit oppoſitionem de dicto. §. ſi quis ædificium. & reſpondet ut per glo. per quam limitatur deciſio tex. noſtri, ut quis non poſſit nunciare nouum opus ſi reficiat antiquum ædificium, dummodo non excedat ut dictum fuit, & ſequuntur communiter docto. Et addit hic Alcia. nume. 8. quòd reficere eſt quando opus penitus non erat deſtructum. Sed ſi nulla ueſtigia ſupereſſent antiqui ædificij, tunc conſtituendo faceret nouum opus. l. quid tamen. ff. quibus modis. uſusfruct. amittatur. & l. ſi ità legatum. §. fin. ff. de leg. j. Si tamen aliquod minimum ſupereſſet de ædificio, uideretur reficere, cum agatur de conſeruatione l. fi. de uſu, & habitatio. & ibi Ang. & Imol. Bal. in cap. idem. in fi. de præſcriptionib. & in hac materia. Si uerò ſtatutum loquatur de faciente, an habeat locum in reficiente eſt alius articulus ualde diffuſus, de quo per Iaſ. in l. quominus. col. fi. de fluminib. Fely. in cap. cum acceſſiſſent. de conſtitutionib. & in cap. conſuluit. de iud. ubi uideas; quia eſt alienum à propoſito noſtro.

Septimò contra tex. noſtrũ, dum dicit ꝙ qui
78 iure ædificat prohibetur per nunciationem, † opponit Bar. de l. j. & ij. ff. ne quis eum qui in ius uocatus eſt ui eximat. ubi prætor per edictũ prohibet uocatum in ius etiam cum officiali eximi ab alio, ſub pœna. quando citatio ualuit. Sed ſi citatio fuit nulla ſeu iniqua, non habet locum edictum, ut patet in d. l. j. §. fi. ubi ſi patronus eſt uocatus in ius ſine uenia, uel pater eximens eũ, non punitur. & idem ſi ſeruus eſſet uocatus in ius: ergo eodem modo uidebatur ꝙ edictum permittens nunciationem contineret tantummodo caſum: quando nunciatus iniuſtè ędificaſſet: ſecus ſi iuſtè ædificaret. Soluit Bar. referendo glo. ꝙ hic contemnitur auctoritas prætoris, quæ non ſufficit: quia & ibi contẽnitur auctoritas prætoris. unde ipſe ſoluit ponendo unam limitationem generalem ad l. noſtram, & totam materiam nunciationis, ut procedat: quando eſt dubium de iuribus partium an ille iuſtè uel iniuſtè ædificet, & iſte iuſtè uel iniuſtè prohibeat: ſecus autem ſi conſtat nunciatum habere ius ædificandi, & nunciantem non habere ius prohibẽdi: quia tunc nunciatio erit calumnioſa euidenter, & poterit ſperni, & hanc opinionem tenet glo. hic in uerbo ex poſt facto, quæ dicit ꝙ poſteà apparebit: ergo præſupponit ꝙ tempore nũciationis erit dubiũ, & ſequuntur multæ glo. in quatuor locis relatæ hic per Bar. & Cy. & Specu. etiam hic allegatus. & dicit ſe conſuluiſſe, & pro hoc allegat tex. in l. j. in fi. & l. ij. infr. eo. ubi nunciatio uſufructuarij poteſt ſperni, & in l. de pupillo. §. quod ſi in mari. & ſequuntur communiter docto. ut dixi in notabilibus, ponendo primo loco hanc limitationem, & pro iſta opinione adducit ipſe decẽ fundamenta & ſeptẽ rationes, ut hic per eum, & alium tex. in l. qui uiã. inf. eo. ubi ſpernitur nunciatio, & tex. in l. de pupillo. §. ſi pluriũ. in fi. ibi, poteſt eſſe ꝙ alter non habet ius nunciandi, & in l. j. uerſi. ita demum. inf. de remiſſio. Sed tamen ipſemet in puncto iuris dicit poſſe teneri contrariam opinionem, & articulus redditur diſputabilis.

Et pro opione communi adducuntur hic per Hermanocium, Puntanum, & Ruy. quatuordecim iura primò tex. in d. l. ij. inſr. eo.

Secundò tex. inf. in. §. nunciamus. uerſi. ꝙ ſi in mari. ubi nunciatio nihil operatur: quia notoriè non habet ius nunciandi.

Tertiò facit glo. magna hic, & in l. de pup. §. impoſititiã. & in. §. nũc uideamus, in uerſi. perſonæ, & in. §. iure. in uerbo pertinet. allegatę p Bar.

Quartò facit regula legis patre furioſo. ff

de his, qui ſunt ſui uel alieni iuris. & capi. ad audientiam. de regularibus. Sed deſtruitur nunciatio, ubi certum eſt nunciantem non habere ius: ergo fortius ubicũquè ab initio impeditur.

Sextò. quia prætor habet æquitatem præoculis, & non eſt credendum quòd permiſerit, nunciationem notoriè iniuſtam, ut per Abb. in cap. j. de noui operis nunciatione.

Septimò per legem iſtam in uerbo nihil agit infra eodem iuncta declaratione glo. quæ dicit quòd negabatur.

Octauò probatur in l. j. §. j. uerſi. ita demum. de remiſsio.

Nonò per legem de pupillo. §. ſi plurium. & §. ſequenti, infra eodem.

Decimò probatur in d. l. ij. & iij. ſupra nequis eum qui in ius uocatus eſt ui exim. & in l. ij. ſupra ſi quis in ius uoc. non iecit ubi citatus notoriè non ſubditus non tenetur comparere, cum glo. ibi, quæ allegat tex. in l. fi. ff. de iuriſdictio. omnium iudi. glo. in cap. præterea. de appellatio. & in cap. ueniens. de accuſationib.

Vndecimò facit glo. in l. auxilio. de minoribus iuncto tex. & in l. is qui ope. ff. de adulterijs, ubi maritus accuſat mulierem de adulterio ſine pœna talionis niſi euidens, & manifeſta ſit calumnia, glo. in l. cum maior. §. ſi in patris. in uerbo calumniam. de bon. lib.

Duodecimò per legem primam. §. hæc uerba. ſupra ne uis fiat ei, ubi edictum non ſubducitur illi qui per falſam cauſam, uel petitionem miſſus eſt in poſſesſione.

Decimotertiò eſt tex. iuncta glo. in l. diem proferre. §. ſtari. de arbitris, quæ uult non eſſe ſtandum ſententiæ arbitri, quæ doloſa, uel iniuſta eſt manifeſtè.

Decimoquartò per tex. in leg. non ſolum §. morte. inducendo ut per Ruy. infra eodem.

Decimoquintò facit: quia nullitas notoria non impeditur intentari per tres ſententias cõformes, clementina prima de re iudicata. in uerbo ut dictis calumnijs obuietur.

Decimoſextò facit: quia ſtatutum nunquàm uidetur tollere exceptionem nullitatis patentẽ ex actis, Bal. in l. j. uerſi. de uno quæro. C. de ſi de momentanea poſſesſione fuerit appellatũ.

Decimoſeptimò facit glo. in cap. decimas. de reſti. ſpoliator in 6.

Decimooctauò facit conſilium Ange. 136. Alex. conſi. 204. uiſa ractione, ubi iudex non debet committere conſilio ſapientis cauſam claram, & facilem.

Decimononò Marianus adducit l. de pupillo. §. ſi quis ipſi prætori. ſecundum primum intellectum, infra eodem ubi nunciatio poſteà facta trahitur retro ad tempus proteſtationis, & fit deſtructio, & eſſet abſurdum ſi nuncians eſſet in euidenti calumnia quòd fieret deſtructio l. nam abſurdum. ſupra de bon. libertorum. l. diuortio. ubi Iaſ. in quinto no. ſoluto matrimonio.

Vigeſimò adducit eandem legem de pupillo. in. §. qui opus. ubi nuncians iurat de calumnia, & ſi non iurat repellitur: quia calumnioſus præſumitur: ergo euidens calumnioſus non admittitur.

Vigeſimoprimò ponderà l. unicam. C. eod. ibi, & ambiguitati. ergo ambiguitas conſideratur.

Vigeſimoſecundò facit lex prætor. §. hoc ante interdictum. infra eo. ubi poſt nunciationem permittitur ædificare, ſi apparet quòd iure ædificat. Sed ſi nuncians eſt in euidenti calumnia, conſtat quòd iure non ædificat: ergo ſperni poteſt.

Sed iſtis omnibus fundamentis reſpondebat Alcia. hic numer. 15. & 16. unica reſponſione dicens quòd omnes illæ regulæ procedunt: quia ſunt fundatæ in aliqua præſumptione, quæ præſumptio ceſſat, quando conſtat de ueritate: arg. l. continuus. §. cum ita. de uerborum obligatio. & conueniens eſt quòd dubia cedant certis, Bal. in cap. quanto. de præſumptionibus. Sed regula tex. noſtri inquit ipſe, non eſt fundata in præſumptione aliqua quæ tollatur per certitudinem: ſed eſt fundata in expreſſa uoluntate, & auctoritate prætoris mandantis, quòd ſi opus nouum fiat per nunciationem inhibeatur, ſiue iuſtè, ſiue iniuſtè ædificet ex eo: quia poſuit poſteà remedium quòd ſi teneat ſe grauatum, compareat coram iudice, & petat remiſſionem præſtita ſatiſdatione de demoliendo in caſu ſuccumbentiæ, quo caſu eſt prouiſum utriquè. Ideò ipſe tenet contra docto. quòd imò nunciatio calumnioſa non poſſit ſperni, & recipit communem opinionem in tribus caſibus, ut ſi nuncians iuraſſet de calumnia, ut per Bar. in l. ſi poſt. C. de quæſtionib.

Secundò quando nunciatio fuit facta auctore prætore: quia tunc notorium debet allegari. glo. in Clem. appellationes. de appell.

Tertiò in omnibus caſibus in quibus notorium non nocet agenti remedio ſpoliatorio, ut in cap. pro diuortijs. & in cap. pro ſuſpectis. iiij. quæſtio. 5. Bar. in l. naturaliter. §. nihil commune. de acquir. poſſesſio. ut hic per eum nu. 16. Sed tamen iſta opinio ſua nec etiam eſt probabilis. & reſponſio generalis non eſt admittendà: quoniam falſum eſt in eis aliquam præſumptionem militare: quia ſimpliciter plerequè earum procedunt. Nec aſſumptum ſuum eſt uerum, in quo fundat opinionem ſuam, ꝙ prætor permiſerit expreſſè: quia nos non habemus uerba edicti prætoris, & ſi tenemus communem opinionem, neceſſariò oportet dicere ꝙ tota hæc deciſio ueniat ex præſumptione: quoniam totum edictum fuit tacitum. & ſi tenemus opinionem quàm ego ſupra firmaui, quòd fuit edictum prætoris expreſſè factum de permiſſione nunciationis, tamen nos non habemus uerba, & ſolum mentem refert hic Vlpianus. & credendum eſt ꝙ uerba ſua fuiſſent ſimplicia, non

expri-

exprimendo an iuſtè uel iniuſtè ædificaret,cum
ut ipſe figurat, uerba prætoris erant, ſi in eo
loco aliquid noui operis fieret in præiudiciũ al
terius nunciandi poteſtatem habeat;& Vlpian.
hic detexit mentem prætoris, exponendo ꝙ in
illa generali permiſſione noluit per nunciatio
nẽ inhiberi,ſiue iure,uel iniuria ædificet, & eſt
ſimilis tex. in l. j. infra quòd ui, aut clam, ubi
dicitur quod ui, aut clam factum eſt, id reſti-
tuas, & tamen poſteà ſubdit, & parui refert,an
iuſtè, uel iniuſtè ædificet.

Et ideo ego ſoleo colligere ex hoc tex. & il-
79 lo, † quòd uerba ſimpliciter prohibentia, ui-
dentur prohibere actum, ſiue iuſtè ſiue iniu-
ſtè ædificet in caſu dubio, & maxima eſt æqui-
tas, ꝙ ita interpretetur ut plenè dixi in primo
notabili. Vnde apparet ꝙ non eſt uerum præ-
ſuppoſitum ſuum, quòd prætor expreſſè man-
daret iuſtum ædificium prohiberi. Sed ſolum
fuit ex præſumptione ſuadente æquitate, & pro
pterea iſte tex. retorquetur contra ipſum, &
probat communem opinionem, atquè etiam
ſua conſideratio confunditur in l. j. §. j. infra
de remiſſio. Aliquibus etiam ſpecialiter addu-
ctis pro communi reſpondebat hic Maria. &
alij Mod. ſed tamen per alia poſteà tenent com
munem. Et ad illud quòd prætor non credi-
tur iniquus,replicatur quòd non eſt iniquitas
imo æquitas magna quòd in caſu dubio pro-
hibeatur aliquid innouare in præiudicium ſta-
tus quieti ipſius nunciantis. Præterea ſi con-
ſtat quòd ædificans habet ius ædificandi, fru-
ſtra petitur ſatiſdatio de diruendo in caſu ſuc-
cumbentiæ:quia ueriſimiliter nunquam ſuccũ-
bet, & ſtipulatio inutilis non admittitur,l.ſti-
pulatio. §. Diuus. ut leg. no. cauca. Item hæc
ſtipulatio nunquàm poteſt commiti ſi nunquã
ueriſimiliter ſuccumbet: ergo non debet præ-
ſtari per tex. in l. non cogendum. §. fi. ſupra de
procura. ubi ſtipulatio, quæ non poteſt com-
mitti non præſtatur. Præterea circuitus inuti-
lis eſt euitandus, ut habetur in l. j. ff. de leg. j.
ſed eſt circuitus inutilis quòd iuſtè notoriè
ædificans prohibeatur ædificare,poſteà fiat re-
miſſio inutilis, & grauetur inutili ſatiſdatio-
ne, & non poterit per ſententiam aliud obti-
neri, niſi quòd declaretur iuſtè ædificare,quòd
clare conſtat ſine ea, & remittatur nunciatio
perpetuò quæ omnino eſt remittenda, & pro-
80 pterea tenenda eſt omnino concluſio, † quòd
nunciatio iniuſtè notoria ſperni debet, ſed ta-
men quomodo dicatur notoriè conſtare quòd
nuncians non habet ius prohibendi, & nuncia
tus habeat ius ædificandi, difficile eſt in pra-
ctica demonſtrare, hoc autem quomodo fiat,
declaratur per Bart. infra in prima quæſtio. &
ibi complebitur hæc concluſio, deducendo ad
practicam.

Contrariam tamen opinionem tenuit Iaſ.
hic, & Ruy. in puncto iuris, & primo addu-
citur tex. noſter hic,in uer. ſiue iure, ſiue iniu-
ria. & in §. ſed ſi is. & in leg. prætor. §. j. & §. ait
prætor. in quibus quatuor iuribus ſemper re-
petitur quòd non intereſt, ſiue iure, ſiue iniu-
ria ædificet, & non diſtinguit de iuſtitia noto-
ria, uel non notoria: ergo nec nos diſtinguere
debemus, leg. de pretio. ff. de publiciana actio
ne. Sed reſpondent communiter docto. quòd
reperiuntur alia iura diſponentia quòd calu-
mnioſa nunciatio non permittatur, ut in di-
cto §. opus. ubi dicitur quòd debet iurare de ca
lumnia, cum ſimilibus, per quæ iura diſtin-
guuntur illa quatuor ſimpliciter loquentia, &
iura indiſtinctè loquentia declarantur per alia
magis diſtincta, ut nota. in l. ſciendum. ff. qui
ſatiſda. cogantur.

Secundo adducitur tex. in l. j. §. & parui. in-
fra quod ui, aut clam, ubi in alio loco prætor
hoc permittit, & in capitulo ſecundo de noui
oper. nuncia. ubi etiam ius canonicum hoc per
mittit. Sed reſpondetur eadem modo quòd il-
la iura intelliguntur in caſu dubio: ſecus au-
tem in caſu claro, & confirmatur: quia poſtea
in dicto cap. ij. §. j. dicitur quòd non eſt creden
dum monachos calumnioſè nunciaſſe: ergo ſe-
quitur à contrario, quòd ſi calumnioſè nun-
ciaſſent, non admitterentur, & ſic ſemetip-
ſum diſtinguit.

Tertiò adducitur tex. in l. ſed eximendi. §.
pen. & l. ſequenti. §. j. ff. ne quis eum qui in ius
uocatus. ubi in illo edicto continetur calum-
nioſus actor: ergo eadem ratione, & in hoc
edicto continebitur calumnioſus nuncians. Sed
reſpondetur quòd ille tex. intelligitur de ca-
lumnioſo actore non apparente, non autem de
eo qui tunc conſtaret, & ratio eſt: quia ibi pœ-
na imponitur quanti æſtimauerit actor,& ſi ex-
cluderetur calumnioſus, & intelligeretur de
uero intereſſe nunquàm appareret qualis pœ-
na eſſet imponenda: quia eſſet neceſſarium ex
pectare quòd finiretur lis. Vnde ut illa pœna
non efficeretur inutilis, uoluit prætor contine
re calumniatorem dubium, quod probatur
etiam: quia, qui citat patronum ſine uenia,
uel ſeruum, uidetur calumnioſè citare: quia
non tenentur comparere: ergo noluit com-
prehendere eum, qui notoriè de iure non po-
terat citari.

Secundò poteſt reſponderi quòd ibi calum-
nia erat cum tertio, non cum eximente, hic ue-
rò calumnia erat cum ipſo ædificante: qui eam
allegabat.

Quartò adducitur ratio: quia nunciatio eſt
appellatio ſecundum docto. ſupra in primo no
tabili, & inf. in nona quæſtione. Sed facta ap-
pellatione calumnioſa à ſententia diffinitiua
attentata reuocantur, ut infra nil inno. appel-
latio. pendente. & in appellatione ab interlo-
cutoria attentata reuocantur facta poſt inhibi-
tionem, cap. non ſolum. de appellationibus in
6. & cap. ſi conſtiterit. de appellationibus. er-
go & etiam ædificium contra nunciationem ca

lumnioſam iure attentatorum reuocari debet. Sed reſpondetur negando quòd appellatio notoriè calumnioſa admittatur, nt notat. in cap. quoniam contra. de probationibus. in articulo quando ſententia eſt notoriè iuſta, uel iniuſta. Similiter nec appellatio calumnioſa admittitur ab interlocutoria, nt no. in cap. ut debitus honor. de appellationibus. & probatur in eodem cap. non ſolum. quod diſponit ut iudex ad quem appellatur prius uideat proceſſum, & cognoſcat an probabilis cauſa fuerit allegata, & anteà non faciat inhibitionem: ergo ſi appellatio eſſet calumnioſa, attentata non reuocarentur, quod fortius procedit in appellatione extraiuditiali, in qua attentata non reuocantur, niſi qnando iniuſtè facta fuere, & conſtito de iure partium, ut not. in dicto cap. bonæ. per Abb. & Felyn. in cap. j. eodem titulo de appellatio. in 14. differentia, in uerſi, poteſt dici, & propterea non recedas à communi opinione, quæ ultra allegata probatur in tex. noſtro in uerbo eatenus, & quatenus. iunctis declarantionibus infra dandis.

Nec obſtat reſponſio data ad glo. ſuper uerbo ex poſt facto. quòd illa procedit; quando remisſio fit mediante cognitione iudicis, ſed ab initio non procederet, & quòd in hoc ſtat fallacia huius argumenti: quia replicatur quòd imò eſt fallacia in reſponſione: quia ſi lata ſententia ſuper principali cauſa: quia conſtat de iure fit remisſio, & annullatur nunciatio: ergo antequàm feratur ſententia, ſi ab initio conſtet de non iure, ſperni debet: qnia fruſtra fit per plura, quod poteſt fieri per pautiora leg. j. ff. de leg. j.

Similiter non obſtat reſponſio data per tenentes opinionem contra Bar. quòd ibi agitur de damno irreparabili. Ideò non procedit in caſu noſtro, in quo damnum eſt reparabile per remisſionem. Nam replicatur quòd imò & hic eſt damnum irreparabile, cum deſtruatur ædificium. Item non euitantur moleſtationes iudiciariæ, quæ multum turbant agentem, leg. quia poterat. ſupra ad Treb. & no. in cap. pen. de tranſactio.

Nec obſtat reſponſio data ad l. nequis eum. allegata per Bar. quòd ibi citatio erat ab initio nulla, hic uerò erat ualida. Nam replicatur quòd hoc eſt de quo diſputamus, & dicimus nullam eſſe nunciationem: quando notoriè eſt iniuſta. Ex quibus reſponſionibus patet aditus ad reſoluendum omnes reſponſiones traditas, & quæ poſſunt dari allegatis pro communi, nam per te poteris replicando eas extenuare, unde teneas opinionem cum reſtrictione ponenda in prima quæſtione.

Septimò Bar. opponit iterum contra tex. quòd imò posſit ſperni nunciatio, de lege de pupillo. in principio &, §. j. infra eodem. ubi nunciatio facta à pupillo, & ſeruo ſpernitur. Propter iſtud contrarium facta eſt glo. in uerbo nunciationem, quæ limitat iſtum tex. dicens quòd intelligitur de nunciatione ualida: ſecus autem in nunciatione nulla: quia tunc ſperni poteſt, & in dicta l. de pupillo nuncia-
81 tio erat nulla ex defectu perſonæ. † Quia pupillus & ſeruus nunciare non poſſunt. eodem modo dicit glo. nunciatio eſt nulla ex defectu rei, ut in dicta leg. de pupillo. §. ſi. quis riuos. & §. quòd ſi in mari. & in leg. qui uiam. infra eodem. Item & tertiò dicitur nulla ex defectu cauſæ: quia ſi interogatur nuncians ipſe tenetur exprimere cauſam: aliàs nunciatio ex defectu cauſæ dicitur eſſe nulla: quas omnes cauſas approbar Bar. hic, & addit quartam cauſam: quando adeſt defectus formæ: quia pro forma nunciationis requiritur quòd ipſa fiat in præſentia operis, ut dicitur in dicta l. de pupillo. §. ſi quis nunciationem. Nec ſufficit facere nunciationem domino alibi exiſtenti, ut in. §. ſi quis. in foro. eadem lege, & oportet etiam pro forma quòd interueniat aliqua perſona ex parte nunciati, ut efficiatur uiua. Nam nulla exiſtente perſona uideretur quodamodo nunciatio mortua, ut in dicto. §. qui nunciationi. & ſufficit quòd ſit furioſus, & etiam pupillus l. operis. infra eodem. Vnde nunciatio dicitur fieri in rem, ut inquit ibi tex. Item pro forma requiritur qnòd ſpecificetur locus, ut in eadem lege. §. qui nunciat. Si ergo iſta interueniunt nunciatio habet ſuam formam, ſi uerò non interueniant, tunc dicitur nunciatio nulla ex defectu formæ, & ſequuntur hic communiter docto. qui licet conſentiant quòd ex quatuor cauſis nunciatio redditur nulla: tamen ſuper tribus nihil dicunt, & ſimpliciter pertranſeunt, ut in defectu quando eſt defectus perſonæ, uel quando eſt defectus rei, uel quando eſt defectus formæ, ſe remittentes ad loca ſua in quibus hæc traduntur.

Solum autem glo. ſuper qualitate cauſæ ex-
82 primēdæ inſtetit quærendo † utrum cauſæ eſſent exprimendæ in nunciatione, & ipſa determinat quòd ſic, per l. fi. cum glo. C. de annal. exceptione ubi tex. uult quòd libellus generalis admittatur parte non opponente, parte uerò opponente teneatur libellans cauſam ſpecialē exprimere, ad hoc ut actor posſit deliberare an uelit cedere, uel contendere, per l. j. ff. de edendo. & plenè habetur in l. edita. C. de edendo. ergo eodem modo ab initio nuncians tenebitur exprimere cauſam, & nunciatio generalis ualebit, ſed interrogatus tenebitur eam exprimere ad ſimilitudinem libelli. Facit l. fin, §. ſin autem. C. de edicto diui Hadria. tollendo in uerbo cauſam. & quia in tranſactione cauſa eſt exprimenda: aliàs non ualet. l. cum hi. §. in cauſa. C. de tranſactio. Et etiam in ſimile de teſte in auct. de teſtibus. §. ſancimus. & melius. in §. ſequenti in glo. cauſam teſtimonij. & tex. cum glo. in l. ſolam. C. de teſtibus. & de cauſa in nunciatione examinanda, eſt tex

in d:-

in dicta l. de pupillo, §. toties. & propterea concluſio ſtat quòd pro ſubſtantia nunciatio requiritur quòd exprimatur cauſa ſi petatur: alias ſi non exprimatur, nunciatio remaneat nulla tanquàm deficiente ſubſtãtia ipſius. Ruy. tamen dicebat præfactam generalem limitationem quòd exiſtentibus iſtis quatuor defectibus, uel uno ex iſtis in nunciatione, quòd tunc nunciatio ſit nulla, procedere quando illa fieret, uerbaliter, uel per iactum lapilli. Sed ſi fieret per prætorem non obſtantibus iſtis defectibus non poſſet ſperni propter auctoritatem prætoris, quæ tamen reſtrictio falſa eſt, ex eo: quia in quolibet iudicio. pupillus non poteſt comparere tanquàm non habens legitimam perſonam, nec etiam ſeruus, niſi in caſu legis primæ. C. ſi per uim, uel alio modo. Vnde nunciatio facta per prætorem ad inſtantiam pupilli uel ſerui, non poteſt ualidari propter auctoritatem prætoris, ut per Barbatiam, & etiam in rub. C. qui admi. Præterea etiam in iudicijs requiritur expreſſio cauſæ ſi petatur, ut in leg. edita. C. de edendo, & habilitas rei: ergo rationes quæ annullant nunciationem extraiudicialem, annullant etiam factam per prætorem, ſolum autem reſtrictio poteſt procedere quantum ad præſentiam operis: quia propter maieſtatem prætoris non requiritur quòd ipſe accedat perſonaliter ad opus, & ſufficit quòd nuntius ab eo miſſus accedat, uel etiam ſoli domino denunciet, uel in domo, ut not. in dicto. §. nunciationem, Et pro hac generali opinione facit generalitas dictæ l. de pupillo. in principio. & in §. ſi quis riuos. & in §. toties. cum ſequenti. per totam illam legem, iunctis not. in dicto. §. meminiſſe. & dixi ſupra in præmiſſis, concludendo quòd totus titulus noſter loquitur de triplici modo nunciandi.

Nec obſtat glo. l. ſi opus, infra eodem: quia illa non eſt uera, uel intelligitur cum qualitate dicti. §. toties. ut per iudicem poſtea fieret cognitio, ut ſentit hic Hermanotius. & bene.

Quantum uerò ad dictum de cauſa exprimenda, in contrarium adducitur tex. in l. quia poterat. ſupra ad Trebellia. ubi quis poteſt repudiare hæreditatem non exprimendo aliam cauſam, niſi ſic uolo, ſic iubeo, ſic pro ratione uoluntas Dy. ſoluit quòd ibi non eſt damnum. hic uerò affert damnum, quod reprehendit Bar. quia imò & ibi legatarij per repudiationem hæredis grauantur, l. ſi nemo. de teſtamentaria tutela. Ideo Bar. ſoluit quòd ibi grauantur ſolum in lucro amittendo, hic uerò, grauantur in damno habendo, quod magis impeditur.

Tertiò poteſt reſponderi quòd ibi tractatur de amiſſione iuris proprij quod principaliter erat affixum in perſona renuntiantis, licet in conſequentiam ueniret in damnum alterius. hic uerò tractatur de priuando alium iure ſuo conſiſtenti in perſona ſua, quæ priuatio non debet fieri ſine cauſa, & omnes dictæ ſolutione poſſunt ſuſtineri: tamen hæc ultima eſt melior, quæ probatur in leg. qui autem. §. j. cum concordantibus ibi adductis per glo. ff. quæ in fraudem creditorum.

Ex quibus habes duas generales limitationes ad totam materiam noſtram, una eſt quòd lex noſtra neque iſte titulus totus procedit in nunciatione notoriè calumnioſa. Secundò quod lex noſtra, & totus titulus non procedit: quando nunciatio non eſt legitimè facta: quia in ea interuenit unus ex illis quatuor defectibus, uel in re, uel in perſona, uel in re, uel in forma, uel in expreſſione cauſæ. Et quoniam in iſtis duabus limitationibus conſiſtit quaſi tota materia iſtius tituli. ideò Bar. ſuper eis formauit aliquas quæſtiones pro intelligentia. primam ſuper limitatione de nunciatione notoriè iniuſta, nouem alias ſuper limitatione de defectu in nunciatione, & quia defectus cauſæ in qualibet poteſt euenire, & eſt magis quotidianus, ideò ſuper iſta qualitate de expreſſione cauſæ decem alias quæſtiones formauit.

83 Primò igitur quærit † poſtquàm firmauimus limitationem, quòd nunciatio notoriè iniuſta ſperni poteſt; quando dicatur euidenter conſtare quòd nuncians non habet ius nunciandi, ſeu quòd nunciatio ſit calumnioſa, & reſpondet ipſe quòd tribus modis probabitur, per inſtrumentum auctēticum, per ſententiam, & per euidentiam rei. Iſtis enim modis omnis res efficitur manifeſta, ut dicit tex. in cap. cum olim. de uerborum ſignificatione, & in cap. ueſtra, & cap. ſi. de cohabitatione clericorum & mulierum, facit tex. in cap. ſæpe. de reſtitutione ſpoliatorum. Sed tamen: quia iſti modi recipiunt aliquas dubitationes, ſuper eis ſpecialiter eſt inſiſtendum. Et dum Bar. concludit quòd per inſtrumentum res efficitur notoria. confirmat Iaſ. per tex. in l. fin. in glo. manifeſtum. C. de rebus creditis, & doctrinam Bal. in l. generali. C. de ſacroſanct. eccleſ. & Iuno. in cap. ex inſinuatione. de appellationibus & cap. ij. de confirmatione utili uel inutili: quia inſtrumentum eſt ueritas apparens, & probatio probata, non probanda, nec indiget diſceptatione. Bal. in l. Imperator. colum. ij. de ſtatu hominum, cum concordantibus. & euidentiſſimè dicitur conſtare, quod conſtat per publicum inſtrumentum, cap. licet cauſam. in uerbo euidentiſſimè, per inſtrumentum, & in duobus alijs locis de probationibus, & ibi Butrius. colum. 10. & in cap. cum dilecti. ibi, ex tenore inſtrumenti euidenter apparet, de donationibus, & ibi Abbas. & patens dicitur quod apparet per inſtrumentum, cap. cum olim, in fine. & ibi Abb. de cenſibus cum alijs concordantibus adductis hic per Mod. In contrarium tamen facit: quia inſtrumentum poteſt allegari falſum, & redargui de falſo, etiam poſt latam ſententiam. l. fi. C. de fid. inſtrumentorum, & in rub. & nã

gro. C. ſi ex falſis inſtrumentis, & l. Diuus cum concordantibus. ff. de re iudicata. Et alia etiã multa opponi poſſunt, de quibus per Bar. in l. j. §. & parui. infra quod ui, aut clam. ergo non eſt uerum quòd ſit probatio probata, & quòd non indigeat diſceptatione, nequè quòd faciat indubitatam fidem, cum poſſit uacillare; & eſt neceſſaria cauſæ cognitio, l. qui autem. §. non ſimpliciter. ff. ſi quis omiſſa cauſa teſtam. cap. licet epiſcopo. de præbend. in 6. Fely. in cap. cum olim. colum. 10. de cenſibus. Vnde ſolet dici inſtrumenta non habere executionem paratã, ſed debere de eius ualiditate cognoſci, l. ſi minor uiginti quinquè annis. ff. de minorib. niſi per ſtatutũ hoc dicatur, & ſi per ſtatutũ dicatur ꝙ nulla poſſit opponi exceptio: tamen adhuc exceptio nullitatis, & ſimulationis, poterit opponi, ut per Bar. in dicta l. j. §. & parui infra quod ui, aut clam. ac etiam aliæ exceptiones opponi poſſunt, facta executione de eis, & præſtita fideiuſſione de reſtituendo in caſu quo exceptiones probabuntur militare, ut ibidem dicitur: quod tamen ſecus eſt in notorijs, in quibus non ſeruatur aliquis ordo, capitulo manifeſtè. ſecunda quæſtio. j. & cap. ad noſtram. iij. de iureiurand. & cap. euidentia. de accuſationibus cum ſimilibus. Quin imò productũ ante litis conteſtationem non probat, niſi poſteà, reproducatur poſt eam, Federicus in conſ. 160. Alexan. conſ. 3. & 37. lib. ij. Fely. cap. j. de probationibus. colum. pen. cum ſimilibus. ergo allegatio & productio inſtrumenti non debet demonſtrare notoriam iniuſtitiam nunciationis ab initio, ut poſſimus dicere notoriè conſtare per oſtenſionem inſtrumenti. nunciantem nullum ius habere euidentiſſimè.

Propter iſtas oppoſitiones, quæ ueræ ſunt, & eas fatentur docto. eſſe ueras, reſtringunt aliquibus modis concluſionem Bar. Et primò reſtringunt, eam procedere: quando pars nihil oppoſuit, itaquòd nihil eſt quod minuat fidem ipſius. leg. cum precibus C. de probationibus, Sed ſi oppoſuerit aliquod probabile offuſcatur probatio inſtrumenti; ut non faciat rem notoriam, niſi poſtquàm concluſum eſt in cauſa, & termini dati ad opponendum elapſi fuerint, ut per glo. & docto. in cap. ſignificauerunt. extra de teſtibus. in uerbo liquere. quæ dixit liquere de cauſa: quando renuntiatum eſt teſtibus, & concluſum eſt in cauſa. & ita uidentur procedere pleraquè iura ſupra allegata, quia in capitulo licet cauſam. erat concluſum, & in capitulo cum dilecti. ac in dicto cap. cum olim. & renuntiatum probationibus. quæ tamen reſtrictio licèt poſſit eſſe uera, & tenenda uideatur, tamen apparet quòd iſte modus redditur eluſorius & inutilis cum ſi nunciatus non producat inſtrumentum, non poteſt dici quod notoriè conſtet apud homines. non enim ſcripturæ quas partes retinẽt in ſcrinio faciunt notorium apud populum, & ipſum nunciantem, niſi producantur, & uideantur, ut uoluit Bar. infra. in xj. quæſtione, ſed neceſſarium eſt quòd legantur, & dimittatur copia, ut eſt tex. in clementina cauſam de electio. ſi uerò inſtrumentum producit ipſi nunciato & illi legat, nuncians poteſt negare inſtrumentum dicendo, uel quòd ſit falſum, uel quòd eſt ſimulatum, uel quòd fuit reuocatum per aliud inſtrumentum, uel aliquod aliud ſimile, quæ ſimplex negatio aufert ſuam probationem: quia negatio facit rem dubiam, ut no. in l. j. ff. de tranſactio. ergo apparet quòd clariſſimè per inſtrumentum poterit hæc notoria calumnia demonſtrari, cum omnes nunciantes ſemper dicent quòd non curant de illo inſtrumento, uel quomodo non facit ad rem, uel aliquid ſimile. Vnde ad hoc ut procedat concluſio Bar. erit neceſſarium quòd ipſe nuncians acquieſcat, quo caſu egredimur terminos noſtros: quoniam ipſe acquieſcendo reuocat nunciationem, & inducitur remiſſio uoluntaria, de qua l. j. §. idem quæritur. infra eodem. & l. nim facit. §. tandiu. infra quod ui, aut clam.

Similiter dum dicunt docto. quòd dictum inſtrumentum facit rem manifeſtam, poſtquam eſt concluſum in cauſa, dicto cap. ſignificauerunt, procedit quantum ad iudicem, ut poſſit proferre ſententiam iuſtam: tamen non procedit quantum ad partes, cum ipſæ forſan referent aliàs probationes in cauſa appellationis, & licèt pro actis præſumatur, non tamen fit probatio plena per illa propter appellationem, ut latè diſcutit Abb. & Decius in cap. quoniam cõtra. de probatio. Vbi cæteri ponunt. Vnde apparet quòd hæc reſtrictio docto. deſtruit concluſionem Bar. non autem modificat, cum in practica non poſſit contingere. Vnde ſecundò docto. reſtringunt eam procedere in inſtrumentis guarentigiatis: quando ex forma ſtatuti diſponitur quòd habeant executionem paratam, & non poſſit differri expoſitio, quod ſtatutum reperitur in pleriſquè locis Italiæ, licèt narijs modis detur executio. & in Regno Neapolitano uno modo datur executio per ritum magnæ Curiæ Vicariæ, & in Regno Siciliæ alio modo datur per ſuum ritum. & per Bar. in l. ad monendi. colum. 7. de iureiurand. uerſi. quæro. & glo. in l. capite. de adulterijs. Quæ ſaluatio nec etiam eſt bona, ex eo: quia dato quòd habeant executionem paratam, tamen poteſt opponi exceptio nullitatis & ſimulationis, ut per Bar. in dicta l. & parui. atquè exceptio reuocationis, ſi in continenti offerat ſe probaturum per aliam ſcripturam, uel etiam facta executione omnes exceptiones poterunt opponi, præſtita ſatiſdatione de reſtituendo, & propterea adhuc remanet quòd hæc reſtrictio reducit ad nihilum iſtam concluſionem Bar. ut in practica non poſſit reperire exemplum, & ſit de rariſſimè contingentibus. Vnde legiſlatores non curant iux. l. nam ad ea. ff. de legibus. &

per

per Bar. & alios in leg. 3. & per totum. C. eo unum agitur, & aliud ſimulatè concipitur. Vnde de iſto primo modo faciendi euidentem calumniam nunciantis non eſt curandum.

84 Secundus † eſt modus faciendi calumniam euidentem per ſententiam, ſeu rem iudicatam: quando inter ipſas partes lata fuiſſet ſententia ſuper iſta cauſa, uel alia ſimili, quæ tranſiuerit in rem iudicatam. Nam res iudicata pro ueritate habetur l. res iudicata. de reg. iur. & cap. cum inter. extra de re iudicata, & no. per Deciũ & alios in dicto. cap. quoniam contra. de probationib. dicens quòd ſemper preſumitur pro ſententia quæ tranſiuit in rem iudicatam. Facit quod uoluit Bar. in l. is cui bonis. infra de uerborum obligationibus cum multis confirmatiunibus quæ pro ualiditate rei iudicatæ adduci poſſunt. Sed tamen in contrarium facit: quia confeſsio facit rem certam, dicto cap. cum olim. de cenſibus, & de uerborum ſignificatio. & tamen requiritur præceptum iudicis l. ſi debitori. de iud. & poteſt retractari tanquàm per errorem, l. non fatetur. de confeſſ. ergo idem eſt in re iudicatà reſpondet Alcia. imo maiorem probationem non facere confeſsionem quàm ſententia à qua fuit appellatum, quæ tamen reſponſio eſt imperfecta: quia procedit tantum quando ſententia non tranſiuiſſet in rẽ iudicatam. Sed quando tranſiuiſſet in rem iudicatam, tunc non poteſt retractari, & uidetur facere fidem. Sed magis contra exemplum Bar. facit: quia poſt rem iudicatam poteſt fieri tranſactio, l. poſt rem iudicatam. de tranſactionib. Præterea res iudicata poteſt effici nulla propter euidentiam facti, etiam quòd fuerint tres ſententiæ conformes, ut not. in cap. quoniam contra. de probationibus. & ſupra dictum fuit. Similiter poterit opponi ꝙ prolata fuerit à iudice incompetenti, qui non habebat talem iuriſdictionem, & quòd ab ea receſſum fuerit propter aliquam conuentionem partium, taliterꝙ licet allegata forſan non ſine uera, tamen offuſcatur probatio ipſius, cum negatio faciat rem dubiam, l. j. ff. de tranſactionib. Et ideò eſt poſteà neceſſarium facere aliqualem proceſſum; & cognoſcere de ueritate oppoſitorum, dando terminum partibus ſaltem ſummarium, & habita cauſæ cognitione declarare: talem rem iudicatam eſſe obſeruandam: argum. glo. in dicto cap. ſignificauerunt. de teſtibus. Vnde ſequitur quòd tempore nunciationis factis oppoſitionibus à nunciante, quãdo produceretur dicta ſententia non poterit per eam effici res notoria: & ſi eam non produxit non potuit retinere dictam ſentẽtiam in ſcrinio occultam & facere notorium hominibus quòd nuncians nõ poteſt ædificare, & ſi tu intelligis quòd pars confiteatur ueritatem ſententiæ, & ei acquieſcat, tunc uidetur ipſe facere remiſsionem conuentionalem, per quam nunciatio ipſa extinguetur, iuxta dictam l. tim facit. §. randiu. infra quod ui aut clam. & leg. j. §. inde quæritur. infra eodem. & ceſſat ipſa nunciatio uериſimiliter: quia non eſt credendm quòd amplius inſiſtat.

Præterea ad hoc ut res iudicata noceat, eſt neceſſarium quòd nuncians ſit interrogatus de cauſa, & ipſe reſpondeat aſſignando ſpecialem cauſam, ut dicemus in 6. quæſtio. & oportebit quòd ſententia ſit interpoſita ſuper illa ſpeciali cauſa, alioqui non poſſet facere notorium. & ſi generaliter loqueretur, poſſet dicere quòd non comprehendebat illam cauſam, & ſi inter auctores ſuos fuiſſet lata, quòd poſteà ab ea receſſum fuit, & non habuit executionem, & ſi aſſereretur de confeſſione partium, nihilominus poſſet dici ꝙ confeſſio fuit facta per errotẽ, quo caſu reuocari poteſt, ut not. in d. l. j. C. de confeſſis. ac allegare nouam conuentionem poſt dictam confeſsionem factam, & ita facere rem dubiam, d. l. j. ff. de tranſact. & no. in rub. C. eo. titulo, ubi dixi. Vnde apparet quòd iſte ſecundus modus traditus per Bar. nec etiam eſt bonus, ſolũ autem iſti duo modi allegati per Bar. poſſunt prodeſſe ad faciliorem reddendam remiſsionem fiendam à iudice comparẽtibus partibus coram eo. Nam ipſe uidens unum inſtrumentum auctenticũ ſuper tali ſeruitute factũ, atque ſententiam latam inter partes ſuper dicta ſeruitute, cognoſcet nunciantem calumnioſè nunciare, non ꝙ dicatur notorium, ſed quia cum fuerit productum coram ipſo, & nihil probabile fuerit allegatũ, ex ſummaria cognitione poterit liquere ei tanquàm iudici, per capitulum ſignificauerũt de teſtibus, & faciet remiſſionem nulla præſtita ſatiſdatione, ut per glo. & Bar. ſuper ſecundo, quinto. & 6. exemplo remiſsionis fiendæ, à glo. tradito, & per Bar. diſcuſſo, & infra declarabimus, & forſan Bar. habuit reſpectum ad ea, quæ ibi dicentur. Sed tamen poſteà non bene fecit, dicendo quòd nunciatio poteſt ſperni: quia interim nunciatio ualebit, & ligabit manus, & ædificium efficietur uitioſum: tamen cum facilitate remittetur nunciatio per dictas ſcripturas auctenticas productas, & forſan non permittet interdictum demolitorium exerceri, quaſi nunc ei tanquàm iudici incipiat conſtare quòd calumnioſus eſt nuncians, non autem quòd ſit notorium, & ita teneas.

85 Tertiò Bar. dixit † calumniam nunciantis effici notoriam per euidentiam facti, & unum exemplum ponit; quando nunciaretur ex cauſa ſeruitutis luminum, & ædificium tantum diſtaret quòd omnes homines, etiam pueri cognoſcerent illud ædificium non poſſe obſcurare lumen domus ipſius nunciantis, uel ſi allegaret ſeruitutem proſpectus exiſtendo in domo nunciantis, cognoſceret quilibet quòd per tale ædificium nõ impeditur proſpectus maris, uel montis, de quo habetur in auctentico de noui oper. nunciatio. §. j. & iſtud eſt bonum

exemplum, & facit quòd nunciatio appareret eſſe calumnioſa: quia qnilibet pner exiſtens in opere hoc cognoſcet; tamen ad hoc ut iſte modus procedat eſt neceſſarium quòd interrogetur nuncians de canſa quare nunciat, & ipſe exprimat talem cauſam ſpecialem quæ denotet calumniam notoriam omnibus. Sed ſi non eſſet interrogatus, & non expresſiſſet cauſam, tunc euidentia facti non poſſet annullare nunciationem: quia non appareret quòd propter eam facta fuiſſet. Et cum hac qualitate teneas hoc primum exemplum, & poteſt uerificari in tertia expoſitione dictæ glo. magnæ, & iſta appellabitur remisſio legis ſecundum Bar. ibi. quæ tamen non eſt propriè remisſio, cum nunciatio dicatur eſſe ipſo iure nulla, ut ibi etiam ſentit Iaſ. Sed dum Bar. ponit exemplum ſi eſſet facta limitatio à ſtatuto ut ultra certam altitudinem non poſſit eleuari, uel quòd non poſſet quis ædificare iuxta domum uicini, niſi ultra tres, uel quatuor pedes, ut refert Iuſtinianus in dicta auct. de noui oper. nunciatio. fuiſſe Conſtantinopoli ſtatutum, tunc adhuc procedere poſſet, ſed eſſet neceſſarium menſurare, & ſi menſura eſſet euidētisſima hominibus, adhuc exēplū bonum eſſet cum illa qualitate quòd eſſet facta interogatio de cauſa, & reſpōſio de ea ſimplici, alioqui non procederet. & hæc omnia procedunt: quia eſt notorium facti permanentis. Sed ſi eſſet notorium iuris, uel eſſet notorium facti non permanentis, de quo per Butrium in dicto cap. fi. de cohabi. cler. & mulierum, tunc non induceretur euidentisſima calumnia nunciantis, ſi nuncians negaret legem non loqui in caſu illo, & tunc eſſet neceſſarium accedere ad iudicem, qui habita cognitione cauſæ, cognoſceret nunciantē nihil boni allegare in contrariū. & propterea prodeſſet ad faciliorē reddendam remisſionem: quia iudex habita ſummaria cognitione iudicabit ſibi liquere nunciantem calumnioſè nunciare, & faciet remisſionem perpetuam: quia nulla eſt certior probatio quàm illa quæ fit per euidentiam facti, & cuilibet præfertur, & nunquàm eſt excluſa, Azo. in ſumma. C. ad leg. Aquiliam. Bal. & Decius in rub. de probationi. cum ſimilibus allegatis per Iaſ. & euidentia facit ſententiam quæ tranſiuit in rē iudicatam retractari, ut in cap. fraternitatis, & ibi Inno. de frigid. & malefici. & in cap. ſolicitudinem. §. ſi uerò. de appellatio. Vnde ſubijciunt iudices ſæpe rem occulis poſt concluſionem in cauſa, l. ſi irruptione. in fi. ff. finium regundorum. & in l. ij. in fin. ſupra de ferijs. Et iudices corpus mortuum ſolent ſubijcere oculis, Bal. in l. ſi quis teſtibus. in fin. C. de teſtibus. Alex. conſ. 116. uol. j. l. tamē ſi. finium regundorum. hodie non eſt in uſu ſecundum Alci. & per conſuetudinem abrogata fuit glo. in l. penul. C. de ædificijs priuatis. Bal. in conſ. 348. uol. ij. Quapropter remanet concluſio, quòd omnes modi traditi per Bar. ſunt optimi ad faciēdum ꝙ index faciliorē reddet remisſionem, & eam cum ſummaria cauſæ cognitione perpetuò concedet ſine ſatiſdatione impouendo liti perpetuum ſilentium: tamen nunciatio ualebit, & non poterit ſperni uſquè quo iudex euidenter talem nunciationem calumnioſam declarabit. de qua remisſione habetur per glo. & Bar. infra in ſecunda parte ubi dicetur, ſolum autem modus per euidentiam facti permanentis poterit reddere nunciationem ipſo iure nullam, ut ſperni posſit: quando erit interrogatus nuncians de cauſa, & expreſſerit ſpecialem cauſam, quam ex euidentia facti permanentis omnes homines, & etiam pueri ſubijcientes rem oculis, poterunt falſam eſſe cognoſcere, quæ bene nota in practica.

Secundò Bar. quærit ingrediendo ſecundam limitationem generalem, per quam fuit concluſum, quòd quando nunciatio habet defectum, uel rei, uel perſonæ, uel formæ, uel expresſionis cauſæ, quòd ipſa redditur nulla, & ſperni poteſt, & cum defectus de cauſa contingat in qualibet nunciatione, & magis frequens ſit & quotidiana, ideo ſuper materia dictæ cauſæ exprimendæ Bar. formauit decem quæſtiones ſequentes.

86 Secundo igitur loco quærit † utrum in nunciatione cauſa ſit exprimenda, & ipſe determinat quòd ſi non petatur neceſſario non eſt exprimenda: ſed ſi interrogetur, exprimenda eſt ad exemplum libelli, ut no. in l. fi. C. de annali exceptione. & l. j. ff. de edendo, & leg. edita. C. de edendo. & ad exemplum teſtis ut per glo. in l. ſolam. C. de teſtibus. Sed tamen in contrarium allegat tex. cum glo. in leg. non ſolum. §. ſi cum iure. infra. eodem, ubi refertur nunciatio facta in publico ne ædificaret contra leges, quæ uerba ponderat ibi glo. quòd denotant rationem quare nunciatur, id eſt, quia edificatur contra leges. Vnde glo. ibi dicit nota cauſam eſſe exprimendam in nunciatione. Sed Dy. reſpondebat quòd ille tex. cum glo. procedit in proſecutione cauſæ, nos loquimur in principio nunciationis: quando ille exiſtens in opere nunciat: quia tunc non tenetur exprimere cauſam, niſi interrogetur, ut in libello, & teſte. Quam tamen concluſionem limitat poſteà non procedere; quando eſſet facta nunciatio per prætorem: quia tunc pars interrogata extra iudicium non tenebitur exprimere cauſam, neque ab initio: quia in forma nunciationis tradita per glo. in l. de pupillo. §. meminiſſe. infra eodem, non ponitur aliquid de cauſa. Vnde ſolum erit exprimenda poſteà in iudicio ut hic per eum. Ex cuius dictis colliguntur aliquæ concluſiones.

87 Prima eſt concluſio, † quòd ab initio in ipſo actu nunciandi pro forma non requiritur quòd nuncians exprimat cauſam, ſicut nec libellans, nec teſtis. Sed in contrarium uidetur facere tex. cum glo. in dicto. §. ſi cum iure ubi in

nuncia-

nunciatione fuit cauſa expreſſa. nec reſponſio Dy. uidetur tollere contrarium quod loquatur in proſecutione: quia imò loquitur in inceptione. Vnde melius poteſt reſponderi, quòd ibi expreſſa fuit cauſa ex arbitrio nunciantis, non autem dicit eſſe neceſſarium, & nemo negat quòd nuncians non poſsit ab initio ſi uult exprimere cauſam. Secundò ibi non aſsignatur cauſa ſpecialis, ſed generalis, quæ non ſufficit in propoſito noſtro, & illa generalis, poteſt eſſe neceſſaria: quando ædificatur in publico: quoniam prima facie uidetur eſſe calumnioſa, per tex. in dicto. §. quòd ſi in mari, & ut tollatur hæc euidens calumnia exprimitur uerbum contra leges, & propterea non obſtat.

Secundò opponitur: quia in nunciatione oportet exprimere locum: aliàs nunciatio non ualet, dicta l. de pupillo. §. qui nunciat. ergo eodem modo uidetur quòd debeat in conceptione exprimere cauſam: quia tenet argumentum de loco ad cauſam: quando militat eadem ratio, ut not. in l. uinum. ff. ſi cer. petat. hic autem militat eadem ratio: quia ſicut nunciatio eſt incerta propter locum, ita redditur incerta propter defectum cauſæ, & hanc opinionem tenebat Alberi. Bal. & Guigliel. dicentes in practica ſeruari. Sed Alcia. reſpondet negando quòd militet eadem ratio: quia maior eſt defectus loci quàm cauſæ: quoniam maiorem facit incertitudinem, cum deficiente loco, nunciatio uideatur eſſe in aere ſine fundamento, & quaſi quædam chimæra quòd non eſt ex defectu cauſæ. Vnde ſolum poteſt procedere hæc opinio in caſu d. §. ſi cum iure. quando nunciatur ne fiat opus in publico, itàquod apparenter uideatur nunciatio calumnioſa, quo caſu ſufficit etiam generalis, ut dixi, & idem poſſet dici in omnibus alijs caſibus in quibus ex euidentia facti permanentis uideretur nunciatio calumnioſa. Vnde communiter docto. tenent quòd cauſa ab initio non ſit exprimenda: quia non reperitur quòd alibi hæc expreſſa ſit de forma, & cum de alijs qualitatibus lex induxerit formam, probatur negatiua, quòd hæc non eſt de forma, ut per Bar. in l. hi qui ad ciuilia. C. de appellationibus.

88 Secunda eſt concluſio †quòd poſtquàm nuncians fuit interrogatus tenetur in ipſo actu exprimere cauſam, & non exprimendo, nunciatio efficitur nulla, & poteſt ſperni, & ſic licèt de forma nunciationis ab initio non ſit expreſſio cauſæ; tamen poſt interrogationē incipit eſſe de forma, propter ſimilitudinem libelli & teſtis, & ſequuntur communiter docto. Fulgo. tamen erat in opinione quòd nunquàm cauſa eſſet exprimenda, nequè ab initio, nequè poſteà extra iudicium: ſed ſolum deberet exprimi: quando partes eſſent in iudicio & interrogarentur, & ita dicebant procedere exempla Bar. quia libellus in iudicio producitur, & interrogatur, & teſtis in iudicio examinatur, & interrogatur, & confirmabant: quia nunciatio poteſt fieri pupillo & furioſo l. operis. & l. qui opus. inf. eo. qui nullū iudiciū habēt, & tamē eos ligat ut nō poſsit ſperni. Itē poteſt fieri aduerſus abſētes & ignorātes, ut in d. l. de pupillo §. nūciare.

Tertiò: quia nunciatio poteſt fieri per ſolum iactum lapilli ſecundum unam opinionem poſitam in d. l. de pupillo. §. meminiſſe. tenentem ꝙ in nunciatione non requiruntur uerba: ergo nec etiam expreſsio cauſæ.

Quartò etiam facit: quia expreſsio cauſæ in libello, & in lite iudiciaria præiudicialis eſt, & per ſententiam priuatur omni iure ſuo, hæc autem nunciatio non eſt ità præiudicialis, cum poſsit cōparere in iudicio & petere remiſſionem, & ibi cognoſcere de cauſa. Item ſimilitudo de libello non procedit ex alio: quia nunciatio eſt actus extraiudicialis, & etiā die feriata fieri poteſt, ut inf. §. nūciatio, & in datione libelli quaſi cōtrahitur, l. 3. §. Idē ſcribit. ff. de peculio. & nō in nūciatione, ut inf. l. nō ſolū. §. morte. Et abſenti nō damus libellū. l. ſed & ſi is. §. ſi is qui fraudationis. inf. quibus ex cauſ. in poſſeſ. eat. Quinimò retorqueri poteſt: quia cauſæ expreſſio in libello poteſt fieri uſq; ad ſentētiā, ut no. in l. fi. C. de annali exceptione, & per Fely. in cap. ſignificauerūt. de teſtibus. ergo ſufficere debet quòd fiat expreſsio cauſæ poſteà in iudicio.

Et ad exemplum de teſte ultra prædicta poteſt reſponderi, ꝙ tenetur exprimere cauſam ut iudex cognoſcat, an intelligat ꝙ dicit, & an ſit falſarius: quia magnū cauſat præiudicium partibus, & uidetur quaſi princeps in lite, unde antiquitus appellabantur ſuperſtes, capitulo forus. §. teſtes. de uerbo. ſignifica. & hic latius per Alcia. Sed tamen per iſta non eſt recedendum à communi opinione, quòd imò nuncians interrogatus teneatur in continenti, & extraiudicialiter exprimere cauſam: aliàs efficiatur nulla nūciatio per exemplum de libello, & de teſte adductum per Bar. cum ſua tamen ratione. Nam libellans interrogatus omninò tenetur exprimere cauſam: aliàs amplius non auditur propter illam rationem, ut reus certificatus de cauſa, & de ſpecie litis poſſit deliberare, an uelit cedere, uel contendere, l. edicta. C. de edendo, & l. j. ff. de edendo, cum materia, & in teſte reſpondere debet ut iudex poſsit deliberare an dicto ſuo fidem præſtare debeat, eodem modo in nunciatione neceſſaria eſt expreſſio cauſæ, ut nunciatus poſsit deliberare an uelit cedere, uel contendere, & an uelit deſiſtere ab opere incæpto, uel potius uelit contendere, & accedere ad iudicem petendo remiſſionem, & deducendo ius ſuum.

Nec obſtat quòd libellus detur in iudicio, & quòd in eo inducatur quaſi contractus per litis conteſtationem: quia hoc non tollit ſimilitudinem per rationem inductam de deliberatione, & nunciatio extraiudicialis potentior eſt quàm ſit datio libelli in iudi-

cio, ex eo: quia in continenti ligat manus nunciato, facit quòd non poteſt ædificare & afficit opus uitio uiolentiæ, & quòd omninò ueniat deſtruendum, dicta leg. prætor. infra. eodem. quæ præiudicia non cauſat libellus, etiam quãdo eſt facta litis conteſtatio. Vnde incontinenti nunciatio operatur illam firmitatẽ quam libellus in conteſtatione litis, & maiorem, & ideò de eo actu debet iudicari ac ſi eſſet in iudicio, & facta litis conteſtatio.

Nec obſtat quòd nunciatio fit pupillo, furioſo, abſenti, & ſine uerbis: quia iſta argumenta concludunt tantũmodo quòd ab initio non debet fieri expreſſio cauſæ. ſed non concludunt, quòd ſi ſuperueniat perſona quæ habilis ſit ad interrogandum & in tempore interroget, quòd non teneatur reſpondere, & certificare illos quorum intereſt, ad finem ut poſſunt deliberare an uelint cedere, uel contendere.

Præterea æquisſimum eſt quòd ille qui priuatur quodammodo poſſeſſione ſua, & facultate utendi iure ſuo, quòd forſan iuſtum erat, & debeat per priuatum uerbum ità impediri, ut non poſſit ſibi ſuccurri per alium actum extraiudicialem æquiualentem, cognoſcendo quòd legitimè debet deſiſtere, & non deuenire ad arma, faciendo uiolentiam. Propterea ego puto opinionem communem omninò eſſe ueram, & in practica tenendam, & hæc nota tanquàm melius ordinata quàm faciant hic Mod. qui confuſè loquũtur referendo tres opiniones.

Tertia eſt concluſio quòd cauſa in proſecutione omninò eſt exprimenda, ſuper qua concluſione Bar. hic ſe remittit, & benè: quia in octaua quæſtione ponit diſtinctionem neceſſariam, & diſcutiendam, & ibi dicetur.

89 Quarta eſt concluſio † quòd in nunciatione facta per prætorem non tenetur nũcians reſpõdere extraiudicialiter, ſed ſufficit quòd in iudicio reſpondeat. Maria. tamen opponebat dicens quòd non reperitur hæc nunciatio prætoria, ſed eſt quædam prohibitio ſeparata cauſans interdictum quod ui aut clam, de qua opinione fit mentio in dicto. §. meminiſſe, tamen quia communiter docto. tenent hunc eſſe unum modum nunciandi, & ego ſupra firmaui, & ibi reſpõdendo contrarijs, hæc obiectio nõ obſtabit, & remanebit concluſio Bar. uera. Vnde poſteà ipſe ſubdebat quòd etiam conceſſa concluſione, nõ poteſt reddi ratio diuerſitatis inter hunc modum & alios modos, nequè quare in continenti non debeat exprimi cauſa. Sed tu defendendo concluſionem dicas, quòd imò magna eſt ratio diuerſitatis: quia nunciatio uerbalis aſſumit eſſentiam à ſolo facto priuati, illa uerò quæ fit per prætorem ad inſtãtiam partis aſſumit eſſentiam à facto iudicis principaliter, & poſtea priuati, & propter iſtam mixturam non poteſt priuatus ſolus interrogari, nequè ipſe ſolus annullare nunciationẽ nõ reſpondendo, ſed oportet ꝙ hic perſona iudicis interueniat, tam in interrogatione, quã in reſpõſione, & neceſſariũ eſt ꝙ fiat in iudicio & interrogatio & reſpõſio, ut utraq; pſona interuenire debeat. Sed tamen quoniã illud præceptum fit extra iudiciũ, & ab eo aſſumit uires nunciatio regulatur cum natura extraiudicialis nũciationis ut ab initio nulla cauſa ſit exprimenda: ſed ſufficiat ꝙ exprimatur: quando legitima fiet interrogatio, & eo maximè: quia & hoc ſeruatur etiã in libello, cuius productio habet mixturã iudicis, & partis. d. l. fi. C. annal. exceptione. propterea teneas in omnibus concluſiones Bar. in hac quæſtione.

90 Tertiò quærit Bar. hic † ꝑ quæ uerba dicatur petere cauſam aſſignari? & cõueniũt oẽs ſi dicatur peto ꝙ aſſignes cauſam, uel uolo ꝙ cauſam mihi aſſignes, & dicas & ſimilia uerba excitatiua proferãtur, dicatur petitio facta, cui teneatur reſpondere, & non reſpondendo nunciatio efficiatur nulla.

Sed dubitat Bar. hic, quid ſi non ſunt uerba incitatiua, ſed alia uerba curialia, ut ſi nunciatus eſſet unus pauper, & nuncians potens, & ille dicet neſcio quare mihi nuncies, libenter ſcirẽ cauſam quare me prohibes, an uideatur facta petitio taliter quòd non reſpondendo nunciatio efficiatur nulla? & Bar. hic determinat ꝙ uideatur petitio legitimè facta per l. & eo modo, & l. & hoc modo. ff. de l. j. ubi uerba opto ut des, rogo ut des, credo te daturũ, & deſidero ut des, faciũt legatũ, ut teſtator uideatur petere ab hærede; ergo & cauſã uidetur petere:, & facit etiã tex. in l. ſi quis mihi bona. §. pater. ff. de acquir. hæredita. ubi ſi pater dicat ſcio quòd inuigilabis in hæreditate, uidetur iubere ut filius iuſſu patris uideatur adire. Cy. uerò in l. in minorum. C. de in integrum reſtitutio. minorum, dicebat hæc uerba non inducere petitionẽ: quia ſunt enunciatiua, & non diſponunt niſi in ultimis uoluntatibus, & propterea dicta l. & eo modo, non facit. Sed reſpondet Bar. quòd ſaltem facit dictus. §. pater, ubi in actu inter uiuos inducitur iuſſus. Secundò dicit quòd prædicta non ſunt uerba enuntiatiua, quæ ponuntur in dictis duobus iuribus: quia ſi eſſent enunciatiua non diſponerent, cum ſint futuri temporis, per l. ſi Titia cum teſtamento. ff. de leg. j. ubi illa uerba, quoniam ad miniſterium tuum habes multos ſeruos, quos tibi legauero, non inducunt legatum, & ità non adimplent conditionem appoſitã ad aliud legatum quòd ipſa filia teneatur manumittere ſeruum ſuum, & ibi notant docto. & plenius in l. ex hac ſcriptura. de donationi. Sed in dicto §. pater. uerba futuri temporis, ſcio quòd inuigilabis. inducunt diſpoſitionem, & in dicta l. & eo modo, uerba ut des, & credo te daturum. inducunt diſpoſitionem: ergo non ſunt uerba enunciatiua: quia non facerent legatum propter uerbum futuri temporis, ſed dicuntur eſſe diſpoſitiua, & per conſequens probant concluſionem Bar. rectè inductam, & eius concluſionem con-

firmat

firmat Iaſ. per doctrinam Angeli in l. ueſtem. ff. de iniurijs, qui dixit quòd per illa uerba, tædet me quòd ſis falſarius, uel adulter, inducitur iniuria, & ſi hoc eſt in delictis in quibus probationes requiruntur luce meridiana clariores, l. fi. C. de probatio. fortius hoc erit in alijs diſpoſitionibus fauorabilibus. Sed tamen ipſe poſteà contra Bart. dicit quòd imò dicta uerba ſunt enunciatiua, & non debent diſponere, per no. in dicta l. ex hac ſcriptura. Et ad l. Titiam allegatam per Bar. reſpondet quòd ibi non diſponunt: quia interueniunt duo copulatiuè, ꝙ ſint prolata propter aliud, & quod ſint prolata de futuro. Sed quando non interuenit niſi unum ex iſtis, tunc diſponunt. Sed tu potes replicare quòd imò in dictis iuribus erat utrunque, & uerbum futuri temporis & uerbum enunciatiuum, ibi, credo te daturum, uel opto te daturum, & in dicto. §. pater. erant uerba ſola futuri temporis, & enunciatiua: quia dicendo ſcio quòd inuigilabis, demonſtratur cauſa, & ſunt enunciatiua, & futuri temporis, & tamen inducitur iuſſus. Maria. dicebat ꝙ Iaſ. neſciuit loqui propter iſtam oppoſitionem: tamen ipſe demonſtrauit quòd neque intellexit Iaſ. neque dicta Bar. Alcia. autem dicebat quòd prima iura loquuntur in ultimis uoluntatibus & non faciunt in propoſito, & tex. in dicto. §. pater. nec etiam probat: quia ibi illa uerba inuigilabis, non faciunt iuſſum, nec poſſunt facere. Sed in eis implicitè continẽtur alia uerba diſpoſitiua, iubeo ut adeas hæreditatem, & tex. ibi uoluit demonſtrare quòd iuſſus poteſt fieri tacitè, & expreſſè: nã ſi dixiſſet iubeo ut adeas: quia ſcio quòd inuigilabis, omnes faterentur quòd eſſet uerus iuſſus: tamen quando dixit ſcio quòd inuigilabis, expreſſit cauſam, quæ demonſtrat tacitum iuſſum, quaſi dicat ſcio ꝙ bene perſcrutaberis an hæreditas ſit lucroſa uel damnoſa; & ideò ſi tibi uidebitur lucroſa, iubeo ut adeas. omnia enim hæc uerba tacitè demonſtrantur prolata, propter illa ſola uerba expreſſa. Sed ex illis uerbis libenter ſcirem, quare nuncias, non inducitur tacitè uerbum peto, ut mihi dicas quoniam non ſunt apta ad hoc. Et pro iſta opinione Bar. facit quod uoluit idem met in leg. quod te. ff. ſi cert. peta. ubi dixit quòd per illa uerba indigeo pecunia, uel uellem ut dares mihi illam peccuniam, uel magnum eſſet mihi commodum ſi dares illam peccuniam, uidentur inducere interpellationem, ut uideatur conſtitutus in mora: ergo & eodem modo inducent hanc petitionem, faciendo quòd nuncians conſtituatur in mora, ut non reſpondendo nunciatio efficiatur nulla. Ex omnibus iſtis contrarijs adductis hic, reſpondet ibi Bart. & ſequuntur communiter docto. Sed tu ultra docto. adducas contra Bar. glo. in l. in ementis. C. de contrahen. emptione, quæ dixit quòd uerba optatiui modi nunquam inducunt diſpoſitionem. Vnde aliud eſt dicere uolo aſcendere arborem, uel uellem aſcendere arborem. quam ponderat Bar. in l. quittta. ff. de leg. j. in materia electionis dicens, quòd ſi quis proferat uerba, uolo eligere Sempronium, ſtatim inducitur electio: quia quando adeſt uoluntas, & ſubiectum habile, in continenti inducitur actus. Sed quando dicitur uellem eligere Sempronium non inducitur electio: quia uerba optatiui modi demonſtrant deſiderium quoddam faciendi de futuro, non autem uoluntatem præſentem. Et per illam doctrinam ego reprobaui concluſionem Bar. in dicta l. quod te. quòd per illa uerba non inducitur interpellatio, neque etiam per uerbum indigeo: quin potius demonſtrant quòd facit maiorem gratiam non petendo, cũ indigeat, uel quòd deſideraret ſibi dari, & propterea eodem modo dico quòd per iſta uerba libenter ſcirem, non inducitur petitio, quæ debet fieri per uerba incitatiua: ſed quoddam deſiderium ſciendi de futuro, maximè cum ſint uerba temporis imperfecti, ut dicemus infra in materia proteſtationis in citatoria, in l. non ſolum. §. morte. infra. eodem.

Nec obſtat dicta l. & eo modo. quia ibi non ſunt uerba optatiui modi: ſed ſunt uerba præſentis temporis opto, cupio, credo, & deſidero, licèt addatur poſteà futurum tempus, quæ demonſtrant præſentem uoluntatem.

Nec obſtat dictus. §. pater. quia ibi tacitè implicabantur uerba præſentis temporis, ut dicebat Alcia. Vnde inducitur iuſſus, & confirmatur per tex. in. §. j. inſti. de uerbo. obligationibus. ubi illa uerba dabis, dabo, facies, faciam, inducunt ſtipulationem. Nam quamuis per ſe non ſint apta: tamen tacitè ſubintelligitur uerbum præſens promittis ꝙ dabis, promitto ꝙ dabo: quia quando uerba executiua proferuntur, ſubintelliguntur uerba diſpoſitiua præſentis temporis. Sed ſi uerba diſpoſitiua eſſent futuri temporis, nulla diſpoſitio induceretur, ut ſi diceretur promittam tibi centum, nullus eſſet contractus de præſenti, ut per glo. in dicta l. in ementis. ita ſi diceretur iubebo ſi inuigilabis, non eſſet iuſſus inductus, uel ſi diceretur optabo te daturum, uel deſiderabo te daturũ, nullum induceretur legatum, & ita poteſt intelligi tex. in d. l. Titia. quia ibi uerbum legauero, quod erat diſpoſitiuum, non erat aptum tacitè, uel expreſſè ad inducendum legatum, quare concluſiuè dicas quòd opinio Bar. non eſt uera in exemplo per eum poſito: libenter ſcirem cauſam: quia ſunt uerba optatiui modi: quæ demonſtrant deſiderium faciendi de futuro, non autem præſentem uoluntatem, & in hoc exemplo nullus tex. per eum allegatus loquitur, & ideò ſi dixiſſet petam à te cauſam, deſiderabo petere cauſam, uel optabo, nulla eſſet petitio: quia uerba futuri temporis nullam inducunt diſpoſitionem de præſenti: quando ſunt uerba diſpoſitiua. Sed ſi dixiſſet opto ut dicas cauſam, uel cupio, uel deſidero, uel credo te

dictorum cauſam, tunc induceretur petitio per tex.in d.l.& eo modo. quia ſunt uerba præſentis temporis, & cum hac declaratione poteris reſoluere quæſtionem de quàmplurimis alijs ſimilibus uerbis. meritò dixit Seneca, qui frigidè interrogat docet negare: tamen in caſu Bar. nec etiam frigidè dicitur interrogare.

91 Quartò quærit Bar. quia iã concluſum eſt ꝙ ſufficit nunciare in ipſo opere abſente domino, & ſufficit ꝙ ſint operarij, uel ſerui præſentes, ad hoc ut ipſa nunciatio aſſumat ſubſtantiam, per d.l.de pupillo. §. nunciationem, & §. quod ſi forte. & l. operis. inſ. eo. quid ſi modo operarij uidẽtes ſe impeditos præſtare operas ſuas, uel ſerui uidentes abſentem dominum, an poſſint interrogare de cauſa, taliter ꝙ ſi nuncians interrogatus non reſpondeat tanquàm conſtitutus in mora, reddat nunciationem nullam, ut ipſa ſperni poſſit? & determinat ipſe ꝙ ſic, per l. prohibere. inſ. quod ui, aut clam. ubi tales perſonæ poſſunt prohibere, & cauſare domino interdictum quod ui, aut clam.

Secundò adducit: quia nunciatus per nunciationem turbatur in ſua poſſeſſione, & quodammodo expellitur: ergo ſerui, & operarij habent legitimam perſonam ſe interponendi. arg. l.j. C. ſi per uim, uel alio modo.

Tertiò adducit: quia nunciatio in eorũ perſona conſiſtit, & ualidatur: ergo & cætera pertinentia ad nunciationem facere poterunt, ſicut dicitur de procuratore in l. cũ procurator. infra eo, ubi ſi procurator poteſt nũciare, poteſt etiã ſi eſt nunciatus petere remiſſionem ad utilitatẽ domini, ſecundum unum intellectũ glo. ibi circa finem, & ſequuntur communiter docto. Ruy. tamen dicebat ꝙ hæc fundamenta Bar. nõ ſtringunt. Nam tex. in d. l. prohibere. nõ probat: quia ibi alio modo erat ſuccurſum domino, cum diceretur facere clam. hic uerò non erat aliter ſuccurſum. Sed hæc reſponſio fragilis eſt: quia & hic alio modo erat ſuccurſum: quia poterat petere aſſignari cauſam in iudicio, & tamen non conſideratur. Secundò Iaſ. opponebat: quia d. l. prohibere. non facit ad propoſitum, cum in nũciatione noui operis ſerui non ſint habilitati, imò repulſi, d. l. de pupillo. inſ. eo. Vnde ſi allegas pro deciſione falſa eſt allegatio. ſi allegas pro ſimili, nec probat: quia ſerui non ſunt habilitati. Sed tu defendendo reſponde ꝙ licet ſerui non ſint habilitati ad nunciandum, tamen ad recipiendum nunciationem ſunt habilitati, cum nũciatio quæ aliàs eſſet nulla, propter perſonã eorũ, ſubſtantiam capiat. ergo eodẽ modo poterũt facere cætera, quæ pertinent ad nunciatũ aliũ in quo conſiſtit nunciatio. Vnde ſicut in l. prohibere. poſſunt reddere ædificiũ uitioſum, eodem modo & in hoc caſu poterunt reddere nunciationẽ uitioſam, & ſic probat. Secũdo dicebat Ruy. ꝙ tex. in l.j. C. ſi per uim uel alio modo non probat concluſionem Bar. quia loquitur de uiolentia expulſiua, hic tractamus de uiolentia compulſiua. Vnde non facit ad propoſitum. ſed faciliter reſpondetur quòd ſi permittitur ibi ꝙ ſeruus compareat in iudicio ad recuperãdum poſſeſſionem, facilius & tacitè implicatur quòd poſſit comparere pro tuenda poſſeſſione, ut in ſimili uoluit Bar. in dicta l. de pupillo. §. nunciare. dicens quòd quilibet eſt habilis ad tuendam poſſeſſionem.

Secundò tu potes reſpõdere defendẽdo Bar. ꝙ ſi ſeruus poteſt comparere in iudicio, fortius extra iudicium poterit defendere. nam ſicut in eius perſona conſiſtit extraiudicialis nunciatio eodem modo in dicto actu extraiudiciali poterit ipſe ſeruus comparere, & petere ſibi exprimi cauſam, & ſic probant à fortiori.

Tertiò dicebat Ruy. ꝙ exemplum Bar. de procuratore non eſt bonum: quia procurator eſt habilis ad nunciandum, & ad ſuſcipiendum nunciationẽ, etiam comparendo in iudicio, unde meritò poteſt petere remiſſionem, & alium actum iudicialẽ, uel extraiudicialẽ neceſſariũ. Sed hic ſeruus non habet poteſtatem nunciãdi, d. l. de pupillo. ergo nec etiam uidetur habere poteſtatem cætera faciendi. Sed potes reſpondere, ꝙ imò à ſimili argumentũ rectè probat. Nã procurator qui poteſt primũ poterit & etiã conſequentia facere. Sed hic ſeruus, & operarij poſſunt primũ: quia in eorũ perſona ualidatur ipſa nunciatio, & aſſumit ſubſtantiam: ergo eodem modo poterunt & cætera neceſſaria facere extra iudicium. Nam bene fatetur. Bar. quòd in iudicio ipſe non poſſet petere cauſam: tamen extra iudicium ſeruus eſt habilitatus ad confirmandam nunciationem: ergo etiam ad eam declarandam, & infringendam extraiudicialiter. Et ſic apparet quòd non obſtantibus obiectionibus Iaſ. & Ruy. concluſio Bar. probatur per fundamenta ſua rectè inducta, & meritò ſequuntur communiter docto.

Pro qua opinione facit alia ratio urgẽs: quia propter perſonã ſeruorũ præſentium ligantur manus ipſi domino, & ædificium efficitur uitioſum, ut omnino ueniat diruendum. d. §. nunciare. coniuncta lege prætor. inſ. eo. ergo eſt conueniens quòd ſciat cauſam quare ligatur, ut poſſit deliberare an uelit cedere uel contendere. & idem met ſerui qui nunciationem conſtituunt, eandem etiam declarare poſſint.

Secundò confirmat Alcia. quia cauſæ petitio debet prodeſſe ſolùm ædificanti: ergo poteſt à quocunque fieri: argumen. l. qui abſentem. ubi Bal. ff. de procur. Areti. in l. ſi ſeruum. §. nunc uideamus. infra de uerborum obligationibus. Facit etiam, quia ideò in operarijs conſiſtit nunciatio, ut ſit perſona quæ renuntiet domino, dicto. §. nunciare. ergo debent poſſe petere cauſam ad finem ut totum referre poſſint domino. ità quod plenè poſſit deliberare, & ità teneas dũmodo ſint perſonæ habiles ad intelligẽdũ cauſã, & referendũ cũ pueris & puellis fruſtra fieret allegatio cauſæ: arg. l. ſtipula. §. Diuus

ut le-

ut legatorum nomine caueatur. quod bene nota: quia multi in practica poſſent decipi.

92 Quintò quærit Bar. uſquè ad quantum tempus poſſit peti aſſignari cauſa nunciationis ad finem ut non reddita faciat nunciationem nullam? & reſpondet ipſe quòd poteſt peti donec nuncians eſt in præſentia operis: quia nunciatio dicitur in fieri, & nedum eſt perfecta. Sin autem diſcedet nemine interrogante, tunc nunciatio erit perfecta: quia actus perficitur quando agentes tranſeunt ad extraneos actus, ut habetur in l. continuus. & in l. j. §. quæ præſens. infra de uerborum obligationibus cum ſimilibus. Ideò poſteà non poterit fieri interrogatio: quia actus perfectus non recipit conditionem, l. perfectam. C. de donationibus, quæ ſub modo. Vnde ſolum remedium eſt, ut nunciantem conueniat in iudicio, & ibi petat redditionem cauſæ, & cætera iudicialia faciendo, quæ ponuntur per glo. in l. de pupillo. §. qui opus. & ita reſidet ipſe faciendo duas concluſiones, & ſecunda eſt ab omnibus approbata, per quam habes quòd nunquam præcluditur uia nunciato petendi ſibi reddi cauſam nunciationis in iudicio uſquè ad ſententiam, ſicut & etiam permittitur in libello, ut not. in l. fi. C. de annal. exceptio. & in leg. edita. C. de edendo, & l. j. ff. de edendo imò ipſe nuncians cogitur cauſam exprimere in capitulis probatorijs, etiam non interrogatus, cum aliàs ipſe non poſſet facere ſpecialem probationem de iuribus ſuis prohibendi, ut etiam habetur in dicta leg. final. & in dicta leg. edita. C. de edendo. Sed prima concluſio quòd non poſſit poſtquàm diſceſſit nuncians interrrogari, redditur ualde rigoroſa, ut domino poſtea ſcienti non ſuccuratur, Ideò pro reſolutione conſtituas quatuor caſus. Primus caſus eſt, quando dominus eſt præſens in nunciatione, & habilis ad intelligendum, & ipſe non interrogauit donec nuncians eſſet præſens, & permiſit eū diſcedere, & tunc concluſio Bar. eſt omnino uera, quòd non poterit ipſe dominus amplius interrogare: quia perfecta fuit nunciatio, & imputetur ipſi dominio qui fuit negligens: quia damnum ſibi ipſi fecit. arg. l. damnum. de reg. iur.

Secundus caſus eſt: quādo nūciatio fuit facta operarijs, uel ſeruis in opere abſente dominio, qui ſtatim acceſſerunt ad dominū referendo nūciationē, & ipſe ſtatim motus peruenit ad opus ubi adhuc erat nuncians, & interrogauit de cauſa, an ipſe nuncians teneatur reſpondere, & Bar. uidetur ſentire ꝙ non poſſit interrogare: quia perfecta fuit donatio. Sed tamen contraria opinio uerior eſt, ꝙ imò poterit interrogari, & ſi nō reddit cauſam, nūciatio efficietur nulla: quia cū ipſe adhuc perſiſtat in opere, non dicitur perfeciſſe nunciationem: quia actus ſemper dicitur eſſe in fieri: quando partes non tranſiuerunt ad extraneos actus, dicta l. continuus. & dicta leg. j. §. qui præſens. cum ſimilibus. ergo cum denunciatio ſit in fieri, poterit nuncians interrogari. Facit tex. in l. lecta. uerſi. dicebā. ſi cert. pet. ubi pactū dicitur ineſſe in ſtipulatione plecta: quia nondum tranſiuerant ad extraneos actus.

Secundò dato ꝙ nunciatio eſſet perfecta: tamen quia nō diſceſſerat nuncians, nūciatio erat de præſenti, & nunciatus dicitur interrogare incontinenti. unde tenetur reſpondere, per l. petens. C. de pactis ibi, ſiue anteceſſit pactum, ſiue poſtea ſtatim ſecutum fuit, per quō tex. dicebat ibi Bal. ꝙ ſi exceptio peremptoria in continēti poſt litis cōteſtationem admittitur: quia paria ſunt in cōtinēti fieri poſtea, uel ante, & ibi etiā no. Decius. & in cap. paſtoralis. cū glo. de exceptio. facit l. 3. §. cū agitur. ff. de ui & ui armata, & in d. l. lecta, & in l. per retentionem. C. de uſur.

Tertius caſus eſt, ubicunquè poſt nunciationem factam operarijs diſceſſit nuncians, & ex interuallo dominus ſciens interrogauit nunciantem in abſentia operis, uel etiam in præſentia, utrum teneatur reſpondere.

Quartus caſus eſt, quando nūciatio facta fuit in opere præſente domino furioſo, uel pupillo; l. operis. int. eo. & ex interuallo deuenit ad notitiam tutoris, uel curatoris, qui interrogauit nunciantem, & dubitatur utrum teneatur reſpōdere, itaꝙ non reſpondendo reddat nunciationem nullam; & Bar. hic uidetur ſentire ꝙ nō: ex eo: quia perfecta eſt nunciatio, & non poteſt amplius recipere conditionem ut annulletur. Sed Ruy. hic in contrarium adducit: quia nunciatio non ligat manus domino, niſi uſquè ad diē, & horam ſcientiæ, ut eſt glo. in dicta l. operis. infra. eodem. quæ dicit quòd pupillus, uel furioſus non ligabitur per illam nunciationem donec ſciuerit tutor uel curator, & ideo opus interim factum non erit uitioſum, nequè debebit demoliri: ergo nunciatio non eſt perfecta ante ſcientiam domini, & per conſequēs ceſſat fundamentum Bar. & uidetur poſſe legitimè interrogari. Secundò adducit l. prætor. §. ſi quis paratus, & §. pen. qui incipit ſi aliquando. infra eodem. Nam in §. ſi quis paratus. dicitur quòd oblata ſatiſdatione & non recepta, fit remiſſio, & in. §. ſi aliquando. dicitur quòd ſi nuncians noluit oblatam ſatiſdationem acceptare, ſi poſtea ex interuallo paratus ſit acceptare, & ille nolit præſtare, non poterit ædificare, & ceſſabit edictum: ergo remiſſio ex interuallo recipit conditionē, & per conſequens & ipſa nunciatio debet poſſe recipere. Communiter tamen docto. tenent opinionem Bar. quæ etiam mihi placet per ſuam nunciationem: quia nunciatio fuit perfecta, & non poteſt poſteà per actum extraiuditialem infirmari. 93

Non obſtat glo. in d. l. operis, quæ uult quòd nunciatio non liget pupillum, uel furioſum ante ſcientiam tutoris, uel etiam dominum abſentem: quia reſpondetur uerum eſſe, ſed tamē non tollitur quin nūciatio non ſit perfecta: nam hæc

duo ſunt diuerſa, quòd ſi. perfecta & non liget ſicut contractus conditionalis perfectus eſt, & tamen non ligat, & no. in. §. j. inſti. de emptio. & uendi. & in. §. omnis. inſti. de uerbo. obligationibus. lex enim dedit formam ut ipſa fiat in opere, in præſentia aliquorum, & perficiatur, quàmuis generaliter uelit ignorantem obligari, niſi à die ſcientiæ.

Non obſtat tex. in dicto. §. penul. & in. §. ſi quis paratus. quia reſpondet Hermanotius ꝙ loquitur de remiſſione, quæ eſt maioris præiudicij, nos autem loquimur de nunciatione, quæ reſponſio fragilis eſt: quia imò nunciatio eſt maioris præiudicij, cum liget manus, & faciat opus uitioſum, & dituendum. Vnde Alcia. reſpondet quòd ibi remiſſio non erat perfecta: quoniam licèt non acceptando ſatiſdationem non eſſet conſtitutus in mora: tamen poterat purgare moram acceptando poſteà, leg. illam. ff. de conſti. peccu. & leg. qui decem. ff. de ſolutio. & perficietur remiſſio: Vnde ſequitur eodem modo, quòd ſi in tempore fuiſſet interogatus nuncians; quando erat præſens, & non dediſſet reſponſum, tunc nunciatio non eſſet perfecta, ſi poſteà dominus ex interuallo inueniendo nunciatum exprimeret cauſam, tunc nunciatio perficeretur, & Bar. non negaſſet, mà quæſtio noſtra eſt; quando non fuit interrogatus, & diſcedendo compleuit nunciationem. Vnde Bart. in terminis ſuis bene loquitur, & tutori, uel curatori, & domino erit ſolum relictum remedium petendi eam in iudi tio. Sed tamen limitabitur non procedere; quando nuncians in opere fuiſſet interrogatus: quia tunc ex interuallo: quia ſuſpenſa eſſet nunciatio poſſet nuncians eam perficere, & ſic plus poteſt ipſe nuncians quàm nunciatus, quòd nota.

93 Sextò quærit Bar. an ſufficiat expreſſio cauſæ generalis, ſi dicatur nuncio cauſa iuris mei conſeruandi, uel cauſa ſeruitutis domui meæ, uel fundo debitæ, & reſpondet quòd non: quia cauſa, quæ redditur debet eſſe talis ut nunciatus inſtruatur, & poſſit deliberare an uelit cedere uel contendere. ſicut dicitur de libello in l. j. ff. de edendo. & l. final. C. de annal. exceptione. & leg. edita. C. de edendo. ſequuntur communiter docto. Tamen contra eam tria uidentur urgere adducta hic per Ruy. & Primò ꝙ in appellatione extra iudiciali ſufficit cauſa generalis ſecundum Inno. & Abb. in cap. bonæ. extra de appellatio. & in cap. conſuluit, il ſecun do. & in cap. conſtitutus. ubi Fely. eod. tit. ergo eodem modo in nunciatione, & uidetur tenere glo. in l. non ſolum. §. ſi cum iure. inf. eo. ubi nunciatio: quia ædificat cõtra leges ualet. & glo. aliã adducit in l. noſtra in. §. nunciatio. in glo. perſona. in fi. Idem dicit glo. in uerbo perſona. in uerbo ſicut iuris. & glo. in l. de pupillo. §. impoſititiam, quæ dicit ſufficere allegari unã ex tribus cauſis ibi poſitis, ut núcio cauſa ſeruitutis mihi debitæ non exprimendo quam ſeruitutem. Et ad rationem Bar. de libello reſpondet quòd ibi requiritur ſpecialis, ut poſſit deliberare, in nunciatione uerò non oportet deliberare per rationem expreſſam. Sed quando erit coram iudice plenius poterit deliberare, maximè cum teneatur parere, ſiue iuſta, ſiue iniuſta ſit ut hic per eum cũ multiloquio. Sed reſponderi poteſt ꝙ imò eſt utile ipſi nunciato an uelit delibera re, cũ poſſit eſſe ꝙ deſiſteret ab opere, ſi ratio cõcludens eſſet aſsignata, & non ſe ſubijceret iudicio, & cũ uideat manus ſuas per priuatã uocem ligatas eſſe, & ꝙ opus faciendũ efficietur uitioſum, & diruendũ, conueniens eſt, & rationabile ualde, ut ſciat cauſam propter quã prohibetur, & cũ nunciatio operetur maiorẽ effectũ in continenti ꝙ profertur, quàm libellus poſt litis cõteſtationem, conueniens eſt, & rationabile, ꝙ ſicut extraiudicialiter ligatur, ita extraiudiciali ter reddatur ratio ut poſſit deliberare an uelit cedere uel contendere, & nõ ita ex abrupto ſentiat ſe ligatum, Et ad illud de appellatione extraiudiciali reſpondet Hermanotius quòd ibi ſufficit generalis: quoniam ab initio ſine interrogatione ſit exprimenda, in nunciatione uerò ab initio non eſt exprimenda: ſed ſolùm quã do petetur. Sed tu melius potes reſpondere ꝙ appellatio extraiudicialis non ligat manus illius indiſtinctè: ſed ſolùm quando facit actum iniuſtum, ut per Abb. in dicto cap. bonæ, & attentata non ueniunt reuocanda, niſi quando apparebit de iniuſtitia attentantis, ut per eundem Abba. in dicto cap. bonæ in xiij. differentia, & Fely. in cap. j. eo. tit. nunciatio autẽ ligat manus ſiue iure, ſiue iniuria ædificet & ædificiũ efficitur uitioſũ, & diruendũ, ideò cũ ſit magis præiudicialis, etiã ratio debet reddi magis ſpecialis.

Tertiò etiam reſpondet Alciatus quòd imò in appellatione à grauamine præterito requiritur cauſa ſpecialis, alias ſperni poteſt, cap. ut debitus honor, & ibi glo. in uerbo rationabilis. de appellationib. not. in cap. ſicut. de appellationibus. Sed tamen quia in nunciatione grauamen eſt futurum. & eſt appellatio de futuro grauamine non ſtringit. Vnde tu potes dicere quòd in illis caſibus nõ erat petita ratio ab appellato, & ſi fuiſſet petita, non negant dicti docto. quòd ſpecialis non eſſet aſſignanda. Et eodem modo reſpondetur ad omnes glo. ſupra allegatas, quæ non negant quòd interrogatus non teneatur reddere certam cauſam, & certè in appellatione uidetur hoc omnino tenendum: quoniã non ſolet fieri interrogatio de redditione rationis, ſic concordant cum deciſione Bar. hic. Vnde ſecundò idem Ruy. adducit glo. in l. & an eandem. §. actiones. ff. de exceptio. rei iudica. quæ dicit quòd in actione in rem ſufficit cauſa generalis, per illum tex. ergo idem in nunciatione, quæ & ipſa eſt in rem dicta leg. in operis. & datur interdictum quod eſt in rem ſcriptum. Sed reſpondet Alcia. quòd in rei uendi-

uendicatione non requiritur cauſa ſpecialis: quia ſemper ineſt illa ſufficiens, quòd eſt dominus, dicto. §. actiones. Sed nunciatio habet uarias cauſas, & nulla ineſt, ideò exprimi debet, dicta l. de pupillo. §. Sextus Pedius. Secundò, & melius reſpondetur, quòd eſt æquiuocatio: quia licèt ſit in rem, ut forma ipſius ſit quòd nunciatio fiat in opus: tamen nunciatio ipſa eſt perſonalis: quia dirigitur ad ipſum dominum, & eſt actio perſonalis inter nunciatum, & nunciantem, & quantum ad cauſam ſeruatur natura actionis perſonalis: quia merè eſt ius perſonale, poſtquàm nunciatio facta fuit, & lis deducitur in iudicio. facit lex prima. §. pe. ff. de interdictis. Vnde tertiò inſtabat Ruy. quia in citatione ſufficit cauſa generalis. l. fi. C. de anua. exceptione. ergo idem, & in nunciatione. Sed reſpondet ipſe quòd ſi interrogaretur à citato poſteà deberet expreſſam cauſam aſſignare, in citatione autem ſufficit eſſe talis, ut aliqualem certitudinem habere poſſit l. conſentaneum. C. quomodo, & quando iudex. ubi Bal. & Saly. & Sozin. in conſi. 10. lib. iiij. Item in citatione ſolùm quis uocatur ad iudicium, & non ligantur ei manus, in nunciatione uerò ipſi nunciato ligantur manus. Item in citatione interuenit auctortas iudicis, ideò expreſſio cauſæ coram iudice reſſeruari debet. Sed in nunciatione non interuenit auctoritas iudicis. ideò ſpecialis ratio exprimenda eſt extraiudicium. Vnde opinio Bar. redditur uera. poſteà ipſe addit quòd ſi ratio generalis eſt aſſignata, & amplius non interrogetur, illa ſufficiet ſicut in libello. Sed in contrarium uidetur dictum eiuſdem Bal. in l. denunciaſſe. §. quid ergo. infra. de adulteriis. ubi uidetur ille petendo cauſam exprimi ſimpliciter intellexiſſe de ſpeciali, & ſi exprimeretur generalis annullaretur nunciatio tanquàm non uideatur reſpondiſſe: arg. l. ſcire. §. ſcire. de excuſ. tuto. & cap. paſtoralis. de exceptionib. quàmuis ſufficeret in alia materia, dicto cap. conſuluit. de app. ut hic latius per Alcia. ipſe tamen poſteà dicit generalem cauſam ſufficere ab initio, quæ aliquando certa ſit, ut infra eadem leg. §. iuris, & ibi glo. in uerbo pertinere, quæ uult ſufficere nuncio: quia ius habeo. Sed tamen opinio Bar. tutior uidetur ex eo: quia aquieſcendo illi, & aliter non inſtando, uidetur contentari de generali, quaſi ipſe ſatis ſit informatus per illam generalem, & tanto magis: quia tractatur de annullatione actus, in quo probationes debent eſſe ualidiores, & eſt de mente Maria. hic.

94 Septimò † quærit Bar. hic de difficili quæſtione, utrum nuncians teneatur exprimere habere poſſeſſionem in iure cui prætendit fieri præiudicium. & an ſit neceſſarium dicere nũcio: quia tu ædificas in ſolo meo non pro conſeruando domino meo, quod ſolùm ego poſſideo, an potius ſufficiat dicere pro conſeruando iure quod habeo in fundo, uel domo, uel ſi dicatur nuncio pro conſeruando iure ſeruitutis luminum mihi debitæ in illa domo mea ſufficiat uel oporteat addere: quia facis præiudicium ſeruituti meę in cuius quaſi poſſeſſione ego ſũ, & ex prædictis in præcedentibus quæſtionibus uidetur quòd ſufficiat allegare cauſam ſine mentione poſſeſſionis: quia ſufficit quòd ratio ſit certa per quam poſſit deliberare, an uelit cedere, uel contendere, dicta l. j. ff. de edendo, & ſatis eſt inſtructus ſi ſcit præiudicium generari in illa ſeruitute luminum abſquè eo quòd faciat mentionem de poſſeſſione. Sed ipſe determinat cõtrarium quòd imò ſit neceſſarium etiam in cauſa exprimere quòd ipſe poſſidet locum in quo nunciatur, uel ius cui ſit præiudicium: quoniam ad ſubſtantiam nunciationis, & ut quis habeat poteſtatem nunciandi, non ſufficit quòd præiudicetur ſibi in dominio uel iure. Sed oportet etiam quòd ipſe habeat poſſeſſionem, uel loci in quo ædificatur, uel iuris cui ſit præiudiciũ, qua poſſeſſione deficiente, ceſſat poteſtas nunciandi, & prohibendi, ut probatur in l. penul. ff. de aqua quotidiana, & æſtiua, ubi dicitur quòd ſi debens ſeruitutem agit pro conſeruanda libertate, tenetur cauere non impedire eum in poſſeſſione ſeruitutis donec durat lis, & permittere quòd ille habeat plenam poſſeſſionem libertatis, & è contrariò: quando ille cui debetur ſeruitus moleſtatur, & ille neget ſeruitutem deberi, debet cauere de non moleſtando eum in ſua poſſeſſione ſeruitutis, & permittere uti illa ſeruitute ſine moleſtia, donec finiatur lis, & idem replicatur in l. ſi prius. infr. eo. ubi clarius docti ponunt. Ideò ſi aliquis nunciat ne ædificet in ſolo nunciantis, in cuius poſſeſſione eſt nunciatus, tenetur cauere de non moleſtando eum in ſua poſſeſſione: ergo non poteſt eum prohibere ædificare: quia eſt turbare eum in ſua poſſeſſione, & ſi tenetur cauere de non moleſtando, minus poterit nunciare, prohibendo ne ædificet, & utatur iure ſuæ poſſeſſionis: ergo eſt neceſſarium ꝙ ipſe nuncians poſſideat, ſi uult ipſum prohibere: quia tunc conſeruat poſſeſſionem ſuam.

Similiter ſi quis prætendat habere ſeruitutem luminum, & uicinus ædificat in ſolo ſuo dicens nullam ſeruitutem debere, debet caueri ne moleſtetur in ſua poſſeſſione libertatis: ergo non poteſt nunciando impedire eum ædificare & conſeruare poſſeſſionem libertatis ſuæ. propterea eſt neceſſarium quòd ipſe nuncians ſit in poſſeſſione ſeruitutis luminum, itàquòd ædificando turbet nunciantem in poſſeſſione ſeruitutis, ideò per illa iura Bar. concludit quòd nuncians ultra cauſam expreſſam debet addere quòd ipſe eſt in poſſeſſione loci in quo ædificatur, uel in quaſi poſſeſſione iuris cui præiudicatur, alioqui nunciatio erit nulla tanquàm deficiente legitima cauſa.

Quam tamen concluſionem limitat non procedere: quando nunciatus eſſet in poſſeſſione

ui, clam, uel precario: quia ille poteſt turbari in poſſeſſione, l. j. ff. uti poſsidetis.

Secundò limitat quando nunciatus ædificaret in ſolo à ſe poſſeſſo, faciendo ædificium quod alterat domininm, ut ſi ædificaret ſepulchrum, uel eccleſiam, quæ reddunt res in bonis nullius. §. religioſæ. inſti. de rerum diuiſione, & propterea cauſatur durior aduerſarius; quia magna ratio facit pro religione, l. ſunt perſonæ. in fi. ff. de religioſ. & ſumptib. fun.

Tertiò limitat quando conſtaret manifeſtè quòd ipſe eſſet in poſſeſſione: quoniam non tenetur exprimere quod notorium eſt ipſum habere: quia calumnioſa eſt petito nunciati, ut hic latius per eum, qui in effectu ponit duas maximas, & generales concluſiones ad totam materiam nnnciationis. Vna eſt quòd nuncians, ſeu quando alicui fit præiudicium in ſolo ſuo, uel iure ſibi debito, non poteſt nunciare, niſi quoquè ipſius iuris, uel rei habeat poſſesſionem, & ſic poſſeſſio rei, uel iuris cui fit præiudicium eſt de ſubſtantia poteſtatis nunciandi, ut ſine poſſeſſione nullus nunciare poſsit, & nunciatio ſit ipſo iure nulla.

Secundam etiam ponit concluſionem quòd nuncians in expreſſione cauſæ debet facere mẽtionem de illa poſſeſſione rei, uel iuris cui fit præiudicium, & ſi non exprimit eam in redditione cauſæ tanquàm non exprimens ſubſtantiam nunciationis, ipſa nunciatio reddatur ipſo iure nulla, ut ſperni poſsit. quæ duæ concluſiones ſunt præter mentem doctorum. & ſi neręſunt, ſunt maximę, & maximè notabiles.

Sed † tamen contra primam concluſionem,
95 quòd imò non ſit neceſſarium quod nuncians habeat poſſesſionem rei, nec ius cui præiudicatur. Et qnòd imò non poſsidens habeat poteſtatem nunciandi, ſeu nunciare poſsit inſtatur per Iaſ. hic. Primò: quia uarius fuit, & in multis locis ipſemet tenuit poſſe nunciationem fieri, etiam à non poſsidente. ut in l. in prouinciali. §. primo. ubi Imol. infra eodem, & in dicta l. de pupillo. §. meminiſſe. ubi etiam ponderat Imol. eum ità uoluiſſe. & in. §. ſi quis ipſi prætori. & ſolum hanc quam hic ponit, firmauit in lege ſtipulatio. §. & habet. infra eodem.

Et contra concluſionem primò facit text. in dicto. §. meminiſſe. in uerſi. at ſi quis in ſuo. ubi tex. ponit duos caſus. Vnus eſt: quando nunciatus ædificat in ſolo nunciantis ab eo poſſeſſo, & dat conſilium quòd debeat nunciare per lapillum, uel per prætorem: quia ſi nunciaret uerbis, amitteret poſſeſſionem ſuam, & poſteà in. §. at qui in ſuo. ponit caſum quando nunciatus ædificat in ſolo proprio à ſe poſſeſſo in præiudicium nunciantis, & tunc ipſe nuncians poteſt nunciare ſolo uerbo: quia nullam poſſeſſionem habet, quam nunciando amittere poſsit; ergo tex. ibi expreſſè uult quòd ille, qui non eſt in poſſeſsione habeat poteſtatem nunciandi, & nunciatio ualeat.

Et ſi dicatur (ut refert hic Iaſ.) quòd ibi nunciatus poſsidebat ui, clam, uel precario, eſt diuinare, & penitus alienum quoddam ibi imaginari.

Item ſi dicatur quòd tex. non aperit an prætenderet ſe poſsidere, etiam nihil eſt: ex eo: quia ſi poſsidens amittit poſſeſſionem nunciando, eodem modo prætendens habere poſſeſsionẽ amitteret illud ius prætenſum poſsidèdi.

Et ſi tertiò ultra docto. dicatur ꝙ ille text. nihil facit: quia bene dicit quòd nunciatus poſſidebat ſolum in quo ædificabat: tamen nõ dicit quòd eſſet in poſſeſsione rei nunciantis, uel ſeruituti, uel alteri iuri cui fiebat præiudicium, & propterea poteſt dici quòd ibi nuncians erat in poſſeſsione ſeruitutis debitæ domui nunciantis, licèt nunciatus ædificaret in propria area; & hæc uidetur multum probabilis reſponſio. Sed tamen adhuc non eſt ſufficiens, nequè defendit Bar. ex eo: quia urget ratio tex. cum ſi præſupponis quòd nuncians eſſet in poſſeſsione iuris, ſequeretur per rationem poſitam in tex. ꝙ nunciando uerbis amitteret poſſeſsionem. propter regulam generalem poſitam in §. in operis. infra eodem. quòd in operis noui nunciatione poſſeſſorem aduerſarium facimus: ergo & etiam in ſeruitute poſſeſſorem facimus aduerſarium. unde ille tex. non tradidiſſet bonũ conſilium, quòd ille nuncians poſſet uerbis nũciare, cum omnino amitteret poſſeſsionem, & ſi tu uelles dicere quòd illa regula de poſſeſsione habet locum tantummodo in ſolo & re corporali, & non in iure incorporali, eſt reſtringere tex. in dicto. §. in operis. dicto. §. meminiſſe, & tenere contra aliam communem ſententiam, de qua dicemus ibidem, & ſic apparet ꝙ ille tex. in terminis probat contra Bar. & facit contrariam concluſionem, quòd non poſsidens rem uel ius cui fit præiudicium poteſt nunciare, & poſſeſsio non eſt de ſubſtantia poteſtatis nunciandi.

Secundò contra concluſionem Bar. adducitur etiam ratio urgens: quia de effectibus nunciationis eſt quòd nuncians amittat poſſeſsionem, dicto. §. in operis. ergo poſſeſsio non eſt de ſubſtantia nunciationis: quia ſi eſſet de ſubſtantia nunciatio, deſtrueret ſemetipſam, & faceret ſemetipſam nullam, quod eſt abſurdum l. ubi repugnantia. de reg. iur. Et ſi reſpondeatur ut dicebat Iaſ. in fi. quòd per nunciationem non amittitur poſſeſsio, niſi præſtita ſatiſdatione, & data remiſsione, & antea nunciatio habet ſuam ſubſtantiam uſque ad remiſsionem. Replicatur primò, quòd multi tenent, & eſt forſan magis communis opinio, quòd incontinenti nuncians amittat poſſeſsionem, qua retenta ſaluatio nihil operaretur, & omnino militat argumentum.

Secundò etiam quòd eſſet uera reſponſio nõ ſufficeret: quia non tollitur quin tempore ſatiſ-

dationis nuncians non amittat poſſeſſionem, & licèt oppugnetur per remiſſionem: tamen nunciatio adhuc durat propter ſpem confirmationis, & ſatiſdationem de demoliendo, & illo tempore nunciatio remaneret ſine ſpiritu deficiente ſubſtantia ipſius, ità quòd ſemper militat argumentum, quòd ſi effectus nunciationis eſt perdere poſſeſſionem, nunciatio ſemetipſam deſtrueret, uel à principio, uel ſaltem præſtita ſatiſdatione, quod eſt inconueniens dicta lege ubi repugnantia. ff. de reg. iur.

Tertiò contra Bar. inducitur ultra Iaſ. text. in l. pe. infr. de uſucapio. pro empto. ubi unus poſſidebat fundum alienum, & uſucapiebat, nunciatus fuit ne faceret certum ædificiũ, dubitatur an ipſe amiſerit poſſeſſionem, & deſinat uſucapere: quia ſine poſſeſſione nemo uſucapere poteſt, cap. ſine poſſeſſione. de reg. iur. in 6. & determinatur quòd non deſinat uſucapère, ergo nuncians ibi non poſſidebat: quia ſi poſſediſſet, non poſſet nunciatus uſucapere, & ſi dicatur quòd ibi non erat dominus qui nũciabat, ſed erat extraneus, ad huc non tollitur quòd ipſe nullam habebat poſſeſſionem, & ſi tu ni[illegible] quòd eſſet uſufructuarius, qui nunciaret, reſpondet quòd nunciatio non ualeret, cũ eſſet prætenſus dominus l. ij. infra eodem. Et ſi dicas quòd ibi nuncians naturaliter poſſidebat, eſt diuinare ad illum tex. quia non bene poteſt quis ſtare in poſſeſſione ciuili, ſi alter ſine cauſa poſſidet naturaliter. iux. no. in l. clam poſſidere. §. qui ad nundinas. infra de acquir. poſſeſſio. Et ſi tu dicis quòd ibi nuncians poſſidebat ſeruitutem, uel aliud ius, cui præiudicabatur: tamen ipſe erat in quaſi poſſeſſione illius iuris. Reſpondetur quòd non poteſt ſtare ad illum tex. quia tunc uana eſſet dubitatio, an defineret poſſidere: quia nunciatio facta de area propter ſeruitutem debitam in domo, nullam præſupponit prætenſionem poſſeſſionis areæ, neque aſſerit ædificantem non eſſe dominum areæ, ſeu poſſeſſorem. Propterea oportet intelligere illum tex. quòd ibi ædificium fiebat in fundo, & nuncians prætendebat ius in fundo, & tamen nullam ipſius habebat poſſeſſionem, & ſic fortiter ſtringit.

Quartò contra Bar. inducitur tex. in l. prima §. j. uerſi. item Iulianus. & uerſi. ius habet. infra de remiſſionibus. ubi dicitur quòd ille habet ius nunciandi nouum opus, qui aut dominium, aut ſeruitutem habet, & non dicit de poſſeſſione dominij, uel ſeruitutis: ergo ipſa non eſt de ſubſtantia poteſtatis nunciandi. & ſubſequitur poſtea in uerſi. item Iulianus, quòd fructuarius habet ius uendicandarum ſeruitutum, quas tamen ipſe dicitur poſſidere, & ſic poſſeſſio non eſt in conſideratione. Similiter in fi. dicitur quòd creditor poteſt nunciare pro conſeruatione ſeruitutis debitæ fundo, quam tamen ipſe non poſſidet, ſed eſt dominus per poſſeſſionem aduerſarij, & ſic poſſeſſio non eſt de ſubſtantia nunciationis. Et ſi dicatur text. ibi non negat qui nuncians eſſet in quaſi poſſeſſione. Reſpondetur quòd imò præſupponit dũ loquitur de creditore. Et quia uult quòd uſufructuarius non poſſit nunciare, qui tamen erat in poſſeſſione. & quia ſimpliciter dicit q; dominium uel ſeruitus ſuſiciunt ad poteſtatem nunciandi, abſquè eo quòd dicat de poſſeſſione, & ſic ſtringit.

Vnde opinionem contra Bar. tenent hic Iaſ. Alex. Alciat. & Maria. & alij Mod. & tenendo eam non obſtat dicta l. pe. in qua ſe fundat Bar. quia ille tex loquitur ubicunquè quæſtio eſt principaliter de iure ſeruitutis: quia agebatur actione confeſſoria, uel negatoria, quæ ſunt actiones reales, quæ dantur pro ſeruitute, ut in §. æquè. inſti. de actio. Et quando intentatur actio realis ſemper poſſeſſor durante lite debet ſtare in poſſeſſione rei, uel iuris de quo litigatur. §. commodum. inſti. de interdictis, & capit. uolumus. 19. quæſtio. prima. & hunc intellectum ad illum tex. ponunt docto. in dicta l. ſi prius.

Similiter dicta lex ſi prius. procedit in caſu ſuo: quando per contumaciam poſſeſſio eſt tranſlata in actorem. nam tunc cum ille poſſideat propter contumaciam, partes iudicis debent eſſe in faciendo quòd ille contumax non impediat actorem ſtare in ſua poſſeſſione. Sed nos loquimur quando nulla fuit contumacia. Item quando nulla eſt lis de ſeruitute, ſed principaliter ille ædificat in præiudicium iuris, & agimus hic de iure perſonali: quia nunciatio eſt ius perſonale, & cauſat officium iudicis, tanquàm adh[illegible] actioni perſonali.

Præterea [illegible] clarius, quòd illa iurauolunt quòd poſſidentes non moleſtentur in ſua poſſeſſione antiqua ſecundum modum quẽ ſolebat obſeruare in illa ſeruitute, non autem dicunt quòd ille non debeat prohibere ſi uult egredi formam poſſeſſionis, innouando aliquid præiudicium aduerſarij. Nam qui facit nouum opus non dicitur uti poſſeſſione, ſed dicitur egredi modum poſſidendi, & incipit turbare aduerſarium in ſua contraria poſſeſſione, ſeu ſaltem in ſuo quieto ſtatu, in quo ipſe non debet moleſtari. cum ſicut æquum eſt ut ipſe non prohibeatur uti ſua poſſeſſione, ita nec etiam æquum eſt quòd ipſe non turbetur in ſuo pacifico ſtatu ſeu contraria poſſeſſione, ut diximus in figuratione caſus in hac lege noſtra; in cuius ratione præſens reſponſio conſiſtit, & propterea concluſio Bart. apparet non uera, tam primà quòd poſſeſſio ſit de ſubſtantia poteſtatis nunciandi, quàm etiam ſecunda quòd nuncians teneatur in redditione cauſæ exprimere quòd poſſideat, uel rem, uel ius, cui per ædificium ſit præiudicium, & eſt cõmunis concluſio.

Sed tamen ultra docto. concluſio Bar. uidetur poſſe ſuſtineri per tex. in l. qui uiam. infra eodem. & l. de pupillo. §. impoſititiam. infra

eodem. Nam in dicto. §. impoſititiam. dicitur quòd propter ſeruitutem nunciare poſſumus: tamen in dicta l. qui uiam. dicitur quòd non poſſumus: ſed debemus uendicare uiam. iſta duo iura non uidentur poſſe concordari, niſi quia in dicta l. qui uiam. dominus non poſſidebat. & in dicto. §. impoſititiam. poſſidebat: ergo uidetur declarari tota hæc materia, ut ſi nos poſſidemus, nos poſſimus nunciare. & ita procedat totus iſte titulus. Sed ſi non poſſidemus, tunc ſolum remedium habemus uendicandi ius noſtrum, & ſeruitutem debemus uendicare nobis debitam per confeſſoriam actionem, & non nunciare atquè etiam fundum noſtrum in quo ædificat uendicare, non autem nunciare. cum ipſe debeat permanere in ſua poſſeſſione.

Secundò confirmatur per tex. in l. ij. infra eodem. & l. j. §. pen. infra de remiſſionibus, ubi dicitur quòd uſufructuarius proprietario ædificanti nunciare non poteſt: ſed alteri extraneo uicino nunciare poteſt, & ratio uidetur eſſe: quia uſufructuarius reſpectu proprietarij non eſt in poſſeſſione: quia ſolum habet naturalem, & ille ciuilem. l. iij. §. è contrariò. & l. naturaliter. in princ. infra de acquir. poſſeſſio. & poſſeſſio ciuilis præualet naturali, ut dictis iuribus, & in l. clam poſſidere. §. qui ad nundinas. infra eo. titulo. Et quando uſufructuarius nunciat uicino extraneo ipſe dicitur eſſe in poſſeſſione reſpectu ipſius extranei, & nunciare poteſt. Et per iſta duo fundamenta uidetur multum concludenter probare opinionem Bar. quæ loquitur in terminis nunciationis, & nó poteſt dari ſolutio quod procedat in confeſſoria, & negatoria, & omnino pro[illegible] qui non poſſidet, nunciare non poteſt [illegible] generalis concluſio quòd ille qui non poſſidet plenius quàm faciat aduerſarius: non poteſt nunciare: ſed debet ius ſuum uendicare remanente eo in poſſeſſione, cum nunciando dicamus eum inquietare in ſua pacifica poſſeſſione, quæ uidetur eſſe etiam in ædificando, ſicut in percipiendo fructus, & arando, l. uim facit. infra de ui, & ui armata. & ideò ſolum remedium eſt quòd uendicet ius ſuum, & petat declarari ſe dominum, & ſibi dari poſſeſſionem, & poſteà ſi impediatur per ædificium, ei nunciet: quia ille qui uult nunciare debet eſſe in poſſeſſione, ne nunciando aduerſarium turbet, quæ no. quia in circulis tibi poterunt facere honorem. Tamen reſolutiuè loquendo non eſt recedendum à communi opinione: quæ probatur per quatuor iura allegata per docto. contrarios, atquè etiam per rationem: quia nos habemus tradita quatuor ſubſtantialia nunciationis, quòd ſit habilitas perſonæ, habilitas loci, habilitas formæ, & habilitas cauſæ, ut ſupra concluſum fuit, & in ſpecie, quòd locus nominetur, dicta l. de pupillo §. qui nunciat. Sed nos non habemus in aliquo loco traditum hoc ſubſtantia, quod debeat interuenire poſſeſſio ergo non eſt de ſubſtantia: quia ubicunquè unum non habemus ſcriptum, & alia probantur ſcripta, probatur negatiuè quòd non ſunt neceſſaria, neq; requiruntur, ſeu non interuenerunt, ut per Bar. in l. hi qui ad ciuilia. C. de appellatio. & cap. quoniam contra, de probationibus dum docto. concludunt quòd ſi in proceſſu aliquis actus non apparet, probatur concludenter non interueniſſe contra iudicé, & partem: ergo & per dicta iura probatur negatiuè quòd poſſeſſio in nunciante, non eſt de ſubſtantia nequè neceſſaria.

Non obſtat dicta l. qui uiam. ut ſupra inducta: quia ratio illius deciſionis non eſt ex eo quia nuncians non poſſidet: ſed eſt alia: quia illa ſeruitus exercetur in alieno, & dominus habet dominium, cuius ratione poteſt ſibi facere quod placet. Vnde ei nunciari non poteſt: arg. no. in l. ſi quis ui. §. differentia. infra de acquir. poſſeſſione. & eorum quæ dixi in l. filius famil. §. Diui. in præmiſſis ſupra de leg. j. unde remanet ſibi ſolum remedium uendicandi ſeruitutem. Sed quando quis habet ſeruitutem in ſua domo, & exercet eam in proprio, tunc poteſt nunciare uicino, etiam quòd non poſſideat: quia ædificium uicini ſibi nocet, dicto. §. meminiſſe. in uerſi. at ſi in [illegible] & ideò non probat pro Bar. Eodem modo reſpondetur ad dictam l. ij. infra. eodem. & l. j. §. pen. infra de remiſſio. quòd ideò ibi uſufructuarius non poteſt nunciare proprietario: quia ipſe habet ſeruitutem in alieno, & eam totam in alieno percipit. Vnde ſi dominus ædificat, in ſolo ſuo ædificat, & non debet poſſe moleſtari, & ſolum remedium eſt ut uſumfructum uendicare poſſit, uel uſum. nos autem loquimur quando nuncians eſt uerè dominus, uel habet ſeruitutem in proprio: quia tunc poterit nunciare, ne fiat præiudicium huic iuri ſuo, & ſic habes quòd illa iura propter aliam cauſam limitant materiã noſtrã, non propter cauſam poſſeſſionis: quia defectus poſſeſſionis non impedit poteſtatem nunciandi, & nos non debemus multiplicare requiſita, & actus difficiliores reddere, & ſic adhuc opinio communis contra Bar. remanet uera in utraquè concluſione, per quam diſcuſſionem apparet quod limitationes traditæ per ipſum, ſunt nedum uerè: ſed quaſi neceſſariæ, & efficiuntur ampliationes, cum ſi regula ſit, quòd ſine poſſeſſione poteſt fieri nunciatio, fortius quando eſt in poſſeſſione licèt uiolenta, uel eſt in poſſeſſione, & notoriè conſtat, uel qui ædificat ſepulchrum, uel eccleſiam.

Sed hanc limitationem de ædificante ſepulchrum, uel eccleſiam, tu potes notabilius ultra docto. dare, ad dictam l. qui uiam, & dictam l. ij. dicendo quòd licèt qui uariando habet in fundo, uſum uel uſufructum, non poſſit nunciare propter ſeruitutem: ſed debet eam uendicare. limitatur non procedere quando ille faceret ædificium ſepulchri, uel eccleſiæ, quòd faceret præiudicium domino. Nam tunc permitteretur nuncia-

nunciatio per rationem Bar. hic, & per tex. in l.ij. §. in locum coniuncta. l. oſsa. §. non ſolùm. ſupra de religioſ. & ſumpt. funer. ubi uſu fructuarius, & habens ſeruitutem, poteſt agere ex edicto de mortuo inferendo propter illam cauſam ꝙ præiudicatur domino, & non competit alteri poſſeſſori etiam bonæ fidei. quod non cogitauit Bar. hic, nec docto. & faciunt ea, quę dicemus infra. in fi. iſtius legis.

Item ex ultima limitatione colligitur, ꝙ regula poſita in omnibus iſtis quæſtionibus, quòd ſi nuncians interrogatur, ut exprimat rationem, ſeu cauſam ſpecialem nunciationis, & non exprimendo nunciando redditur nulla, limitatur non procedere: quando notoriè conſtaret de cauſa nunciationis. Nam poſſet ſpernere nunciationem, tanquàm ipſa ſit calumnioſa, ſicut nunciatus poteſt ſpernere nunciationem quando conſtaret eam eſſe euidenter calumnioſam: quia eadem ratio eſt: declarando quòd dicatur euidenter calumnioſa ſecundum formam traditam in prima quæſtione Barto. & infra dicemus ſuper glo. prima. in expoſitionibus, cum & per negationem poteſt faciliter res effici dubia, niſi coram iudice iſta allegentur, & ipſe cognoſcat ſummariè calumniam partis.

96 Octauò quærit Bar.† nunquid ſi nuncians aſſignauit cauſam ſpecialem, & ità perfecerit nunciationem, teneatur poſteà cauſam allegatam probare in proſecutione litis, eam deducendo ad ueritatem, & reſpondet quòd ſi quidem nunciatione ſpreta factum eſt ædificium, & uult agere interdicto demolitorio, non eſt amplius opus probare ueritatem cauſæ: quia ad executionem interdicti demolitorij, non eſt opus ꝙ nuncians habeat ius nũciandi, & prohibendi in ſpecie, & in ueritate: ſed ſufficit quòd nunciatio ab initio habuerit ſua ſubſtantialia requiſita, quàmuis poſſit eſſe quòd ipſe iuſtè ædificet: & per iſtum tex. & §. ſed ſi is. infra eodem. ſin autem ille non ſpreuit nunciationem: ſed petiit remiſsionem, tunc dicit Bar. neceſſe eſſe ꝙ ipſe probet ueritatem cauſæ, l. prætor. §. deinde. infra. eodem. & infra in fi. iſtius legis. Vnde habes duas concluſiones. & prima quòd ad interdictum demolitorium exercendũ, non eſt neceſſarium probare ueritatem cauſæ. & ſequũtur communiter docto. & eſt ratio: quia interdictum demolitorium non datur, ex eo: quia nuncians habet ius nunciandi in ſpecie: ſed ſolùm ſufficit quòd habeat ius nunciandi in genere, & ualida ſit nũciatio. Nam ædificium poſteà factum uenit diruendum propter ſpretam auctoritatem prætoris mortui: ut dicitur in dicta lege prætor. §. primo. infra eodem, quæ tamen concluſio limitatur procedere quando ageretur interdicto demolitorio, & non procederetur in cauſa principali. Sed ſi nuncians permitteret procedi in cauſa principali, & litem conteſtari in ea, tunc non poſſit amplius uti interdicto demolitorio, ut dicitur de interdicto ſpoliatorio, in capitulo primo de reſtitutione ſpoliatorum, & poſuit Bal. in conſ. ſuo. 113. dicens quòd qui poteſt reuocare attentata, ſi permittit poſteà conteſtari litem in principali, amplius non poteſt reuocationem petere, & poſuit Iaſ. ſupra in quarta limitatione, ubi etiam ego dixi, declarando tamen quòd tota illa limitatio fundatur in præſumptione renunciationis iuris ſui. Vnde oportet quòd ſint coniecturæ renunciationis de quibus in d. cap. j. de reſtitutione ſpoliatorũ, & per Bal. in dicto ſuo conſ. 113. alioqui ſi non eſſent coniecturæ, ut quia diceret ſaluis iuribus meis deuenio ad cõteſtandam litem, tunc nõ procederet, ut ibidem etiam dixi.

Secundò limitatur non procedere: quando nuncians permiſiſſet nunciatum facere probationes in cauſa principali, examinando teſtes poſt legitimum terminum datum à iudice: nam tunc amplius non poſſet audiri in interdicto demolitorio: ſed oporteret procedi in cauſa, ut dixit Iaſ. ſupra in. 5. limitatione, confirmando per multa ſimilia, ut ibi, quæ limitatio, & ipſa uera eſt, cùm declaratione ibi poſita quòd probationes ſint factæ, & quòd ſit renuntiatum eis, & concluſum in cauſa. Nam cum incipiat liquere iudici de meritis cauſæ, iuxta capitulum ſignificauerunt. de teſtibus, de ea debet iudicare, lege de qua re. de iudicijs. alioqui propter ſolas probationes non impediretur, ſicut plenè notatur in cap. paſtoralis. de re iudicata. dum determinatur ꝙ poteſt ſemper ſuſpendi petitoriũ, & procedi in ſolo poſſeſſorio, ſi non eſt concluſum in cauſa, poſteà uerò regulariter nõ auditur, ut ibi. Et fundamentũ iſtius limitationis differt à pręcedẽti: quia ibi eſt pręſũptio renũciationis, hic uerò liquet de cauſa principali, & ſuper ea ꝓcedi debet relictis acceſſorijs.

Tertiò limitatur procedere: quando aduerſarius produceret inſtrumentum auctenticum, uel ſententiam, in quo demonſtraret cauſam allegatam falſam eſſe, & induceret præſumptionem quòd nunciatio eſt calumnioſa, nam tunc iudex deberet remittere nunciationem potius quàm diruere ædificium, per ea quæ dicemus infra ſuper glo. magna in principio. Vnde ſi nuncians uult obtinere, tenetur probare ueritatem cauſæ, contra illam præſumptam calumniam, ſi uult obtinere in demolitorio, & in iſtis terminis poſſunt procedere duo exempla poſita per Bar. in prima quæſtio. de inſtrumento, & ſententia, ꝙ nunciatio poſſit ſperni, nam iudex declarabit eam ſpernendam eſſe, & non admittet interdictum demolitorium, quod ualdè æquum eſt, ſi in continenti nunciatus compareat. & eſt ex mente Ruy. hic.

Secunda eſt concluſio Bar. quòd in proſecutione cauſæ principalis eſt neceſſarium probare ueritatem cauſæ. & communiter tenent docto. & eſt ratio: quia non poteſt iudicari quòd nuncians habuerit ius ædificandi, niſi demonſtret ſpecialem cauſam: arg. no. in l. fi. C. de

annal. exceptio. cum nunciatio ſtet ſuſpenſa uſquè ad finem litis, & ſi ipſe non probat, remittitur nunciatio perpetuò, ut in ſecunda parte iſtius principii, ubi dicetur. ſed ſi eueniat quòd nunciatus compareat petendo remiſsionem, præſtita ſatiſdatione de demoliãdo, in caſu ſuccumbentiæ, tunc non eſt neceſſarium ꝙ nuncians probet ueritatem cauſæ: quia illa remiſſio non fundatur in ſpeciali iure prohibendi, & in ueritate cauſæ principalis, ſed fundatur ſup æquitate, ut non ſit in poteſtate nunciantis perpetuò impedire eum ædificare: ſed ſuccurratur nunciato, ut præſtita ſatiſdatione, poſsit ipſe habita remiſsione, ædificare, cum per ſatiſdationem ſuccurſum ſit ipſi nuncianti: quia diruetur ædificium in caſu ſuccumbentiæ, ut dicit tex. in terminis in dicta leg. prætor. §. interdictum. el. ii. infra eodem. qui allegat expreſſè hanc rationem, quòd non intereſt an iure, uel iniuria ædificet, cum ſit ſuccurſum nuncianti per ſatiſdationem: ergo non apparet de ueritate iurium partium, & per conſequens non eſt neceſſarium iuſtificare per teſtes cauſam allegatam. Et facit. tex in l. prætor. §. ſi is, cui. infr. eodem, qui dicit præſtita ſatiſdatione, nunciatio tota habetur pro omiſſa, & tota remittitur, & dicemus plenius ſuper glo. magna in fin. principii. Quare remanet concluſio quòd ſolum eſt neceſſarium iuſtificare cauſam allegatam in nunciatione, quando proceditur ſuper cauſa principali ad finem ut diffinitiuè ſententiètur ſuper pleno iure partium, & communiter docto. & Marianus hic expreſſè firmat, & probatur in l. iiij. §. primo. ibi, per calumniam, & l. pe. ſupra nequis eum qui, & l. j. §. & parui. infra quod ui, aut clam. & tunc in fi. cauſę confirmabitur nunciatio perpetuò ſi probabitur iuſtitia cauſæ, & ſi non probabit, remittetur nunciatio perpetuò.

97 Nonò quærit Bar. † nunquid in proſecutione nunciationis poterit nuncians allegare aliã cauſam ſeparatam ab expreſſa, & eam probare ut licèt deficiat in expreſſa: tamen per nouam cauſam probatam poſsit iuſtificare totam ſuam nunciationem, & ipſe determinat quòd non poterit: quia tunc mutatur iudicium, & ſicut actor non poteſt mutare actionem, l. edicta. C. de edendo, nec ſi in libello petiit centum ex cauſa mutui, poſteà probare quòd debentur ex cauſa commodati, uel depoſiti, ut probatur in l. & an eandem. §. actiones. de exceptione rei iudicatæ. & confirmat quia etiam in appellatione oportet ut quis proſequatur cauſam expreſſam in ea, & non auditur probando aliam, cap. j. de appellatio. in 6. & no. in cap. ut debitus honor. de appellationib.

Nec obſtat l. iij. §. quid ergo. infra de appellationibus. quia ille tex. procedit in appellatione à diffinitiua, ut hic per eum, ex cuius dictis colliguntur aliquè concluſiones, & prima eſt. Quòd in appellatione à diffinitiua appellans poteſt iuſtificare appellationem per quancunquè cauſam ſibi competentem etiam quòd non fuerit expreſſa. dicto. §. quid ergo. ubi omnes tenent, & etiam no. in dicto cap. ut debitus honor. de appellationibus. & eſt ratio: quia non tractatur de honore ipſius iudicis: quia iã functus eſt officio ſuo in tota cauſa, & amplius de ea non poteſt cognoſcere.

Secunda eſt concluſio quòd in appellatione ab interlocutoria quis non poteſt obtinere probando aliam cauſam quàm expreſſam. & hoc in terminis decidit tex. in clementina appellanti. de appellationi. & ratio eſt: quia tractatur de honore iudicis, qui adhuc retinet iuriſdictionem in tota cauſa, & ſolent ſæpe dictæ appellationes ab interlocutoria poni ad differendum negotium principale, & calumnioſè. Vnde offenditur pars, & ipſe iudex, ut dixit tex. in dicto cap. ut debitus honor. de appellationibus, & ibi omnes ſequuntur. quàm concluſionem ampliat glo. in dicta clem. appellanti. procedere etiam quòd cauſa alia quæ competeret eſſet notoria: quia omittendo expreſſam, & probando non expreſſam, etiam notoriam, non auditur, quia oportebat eam allegare, & notorium licèt excuſet ab onere probandi, tamen non excuſat ab onere proponendi, & allegandi, l. ſi adulterium cum inceſtu. §. idem Polioni. infr. de adulteriis, & ibi Bar. & l. ſi quis in aliena. coniuncta l. ij. §. omnes. ſupra de iudiciis, inducendo ut hic per Iaſ. & etiam ſequuntur communiter docto.

Tertiò eſt concluſio Bar. quòd in appellatione extraiudiciali eſt neceſſarium quòd cauſa expreſſa probetur, ex eo: quia ipſa uidetur appellatio ab interlocutoria, unde regulatur ſecundum naturam ipſius, & pertranſeunt hic docto. Tamen in contrarium facit: quia hæc appellatio differt in quindecim ab appellatione iudiciali, quæ enumerat Abb. in cap. bonæ. de appellationib. unde uidetur quòd non debeat regulari ſecundum appellationem iudicialem, etiam quantum ad iſtam expreſsionem cauſæ, & maximè: quia uoluit Inno. in dicto. cap. bonæ. quòd ſuam appellationem poſsit quis iuſtificare ex quocunque iure ſuo, nec ualet reſponſio quòd ibi tractetur de appellatione à grauamine futuro: quia & dicta clem. appellanti. procedit etiam in appellante à grauamine futuro, ut à tortura: quia generaliter loquitur. Itẽ tex. in dicto cap. bonæ. procedit in appellatione, in qua cauſa generalis fuit allegata, & non fuit interrogatus ut exprimat magis ſpecialem: ſed ſi fuiſſet interrogatus, illam deberet proſequi & non deberet audiri exprimendo aliam, & in hoc erit differentia inter appellationem iudicialem & extraiudicialem: quia in iudiciali ab initio debet exprimi ſpecialis, & illa ſola probari. ſed in extraiudiciali debet exprimi generalis, & poteſt ſi non interrogatur omnes cauſas probare quæ continentur in generali: ſed ſi

fuiſſet

fuiſſet interogatus ut exprimeret ſpecialem, quod poſſet faciliter contingere: quia illa fit coram parte quæ poterit interrogari, & alia fit coram iudice tantum: tunc tenebitur reſpondere exprimendo ſpecialem, quam ſolam proſequi poterit ad ſimilitudinem iudicialis: quia æquiperatio tenet in caſibus non expresſis ut no. in dicto cap. bonæ.

98 Quarta eſt concluſio † quòd nunciatio eſt appellatio extraiudicialis, quam tamen Bartol. hic expreſſè non tenet, ſed clarius uidetur tenere in lege in prouinciali. §. fin. infra eodem. & docto. ſupra in principio. Tamen Iaſ. ibi argumentabatur quòd nunciatio non eſſet appellatio extraiudicialis, & adducebat aliquas differentias, & poterat adducere quindecim poſitas per Abb. in dicto cap. final. & commiſcebat differentias cum appellatione iudiciali, ità quòd argumentationes docto. hic & ibi poſſent euitari. ueritas tamen eſt, quòd nunciatio non eſt appellatio, neque iudicialis, neque extraiudicialis, cum appellationes extraiudiciales permittantur à iure ciuili, ut declarat Bartol. in dicta lege fi. infra de appellatio. recipiend. & ſi nunciatio fuiſſet appellatio, illa fuiſſet permiſſa à iure ciuili, & non fuiſſet opus edicto prætorio. & omnes conueniunt, quòd nunciatio tota proceſſit à ſolo edicto prætoris, ſicut, & interdictum quod ui, aut clam, & ideò dicendum, eſt quòd nunciatio eſt propria diſpoſitio prætoria, quæ tamen inducit prohibitionem cum æquitate, ſicut facit appellatio extraiudicialis. Vnde bene poteſt iuſtificari per ſimilitudinem appellationis extraiudicialis, & iudicialis. Sed tamen non eſt propriè appellatio, neque iudicialis, neque extraiudicialis. unde argumentationes quas poſuerunt doctor. hic & in dicto principio de nunciatione ad appellationem, non ſunt concludentes: ſed tantummodo probabiles; & ſi concordant, confirmant ex quadam probabili argumentatione. Sed ſi diſcordant non oppugnant, & iſtas concluſiones omnes ego ſeparatim poſui, quàmuis uideantur extrinſecæ propter argumentationes quas faciunt docto. de nunciatione ad appellationem. Nam in uia diſputatiua omnes poſſunt euitari.

Quinta igitur eſt concluſio Bartol. pertinens ad materiam noſtram, † quòd ſi nun-
99 cians expresſit unam cauſam ſpecialem, quæ forſan non ſit uera, & poſteà probet aliam quæ ſit uera, & concludens, non tamen expreſſa, quòd non poterit iuſtificare nunciationem, unde ea poſteà poterit ſperni, & non poterit impedire ædificantem, niſi de nouo faciat nunciationem exprimendo cauſam ueram, & eam probando, quam concluſionem probat Bartol. per exemplum de libello, in quo neceſſarium eſt proſequi cauſam expreſſam, & aliam probando non poteſt obtinere, ut habetur in lege fin. de anna. exceptione & in dicta lege. & an eandem. §. actiones. ff. de exceptio, rei iudica, & plenè notatur in lege edicta. C. de edendo. & confirmat per exemplum de appellatione. Sed in contrarium facit: quia cauſa poteſt mutari uſquè ad litis conteſtationem, etiam quòd per eam mutetur actio. & notatur in lege edicta. C. de edendo. ergo etiam uidetur quòd ſaltem poſſit mutari cauſa uſquè ad litis conteſtationem fiendam. confirmatur ut dicebat hic Iaſ. quia exemplum de libello non uidetur, poſſe procedere, ex eo: quia per conteſtationem litis inducitur quaſi contractus. lege tertia. §. idem ſcribit. digeſtis de peculio. Vnde actor ligatur per quaſi contractum ad proſequendum illam cauſam; ergo non poſſumus inferre ad nunciationem, in qua non interuenit illa litis conteſtatio, & illa obligatio ad perſequendam illam cauſam. Sed defendendo poteſt reſponderi quòd quando fit exemplum ſeu argumentatio de libello ad nunciationem, uidetur procedere quando in libello eſt facta litis conteſtatio: quoniam ille effectus qui inducitur per litis conteſtationem in libello iudiciali, inducitur per nunciationem in actu extraiudiciali: quoniam per eam ligantur manus nunciato, & in continenti ædificium efficitur uitioſum, & omnino uenit deſtruendum. Vnde maiorem cauſat obligationem, & maius præiudicium nunciatio in illo inſtanti quo perficitur, quàm cauſet productio libelli cum litis conteſtatione. Propterea dum tu dicis quòd cauſa poteſt mutari uſquè ad litis conteſtationem non obſtat: quia nunciatio habet uim litis conteſtationis: quando eſt perfecta, ideò non poterit mutari, ut nec in libello.

Item dum tu dicis quòd in libello inducitur quaſi contractus, qui non eſt in noui operis nunciatione, Reſpondetur quòd inducitur per legem una obligatio potentior quæ ligat manus partibus propter quàm obligationem ipſæ partes tenentur ſtare in cauſa expreſſa, & propterea ſimilitudo tenet. Et confirmatur: quia in libello tenetur proſequi illam cauſam: quia pars deliberauerat ſuper ea, an uelit cedere uel contendere, & ſi admitterentur probationes ſuper alia cauſa, reus indefenſus remaneret, cum non potuiſſet deliberare, & præparare defenſiones ſuas. Eodem modo ſi nuncians expresſiſſet unam cauſam, & poſteà proſequeretur aliam nunciatus, qui præparauerat defenſiones ſuper cauſa expreſſa, remaneret indefenſus in cauſa noua, propterea non debet admitti ad probandam nouam cauſam. & ſic non probant contra Bar. Vnde ſecundò adducebatur tex. cum ibi no. in dicto cap. bonæ de appellationibus ubi ſufficit probare alian

cauſam ad iuſtificandam appellationem. Sed reſpondet Ruy. quòd dictum capitulum bonæ. loquitur de appellatione facta cum expreſſione cauſæ generalis, uel de appellatione generali à quocunquè grauamine faturo: nam tunc ſufficit probare unam, per quam iuſtificari poſſit appellatio. hic autem Bar. loquitur quando cauſa ſpecialis erat allegata, & idem eſſet in dicto cap. bonæ. ſi interrogatus expreſſiſſet cauſam ſpecialem: quia tunc cauſam tantum expreſſam proſequi deberet, nt ſupra declaratum fuit.

Sed fortius inſtatur ſecũdum Ruy. quia imò uidetur quòd etiam poſſit in nnnciatione proſequi aliam cauſam, ſicut dicitur in lege. & an eandem. §. actione. de exceptio. rei iudicatæ, ubi ſi quis petat rem ſuam ſibi reſtitui per cauſam generalem quòd eſt dominus, licèt poſteà probet uarias cauſas: tamen ex quacunquè cauſa probet dominium obtinebit, ex eo: quia remanet ſemper eadem actio, ut inquit ibi tex. Idem etiam uidetur dicendum in nonciatione: quia ſi exprimatur in nunciatione de ſeruitutè luminum, licèt poſteà probet de ſeruitute proſpectus, nel alterius ſeruitutis: tamen remanet eadem nunciatio, & cum remaneat eadem, nidetur quòd poſſit obtinere, ſicut & obtinebit in actione in rem. Sed reſponderi poteſt defendendo Bar. quòd licèt ex tali nunciatione cauſæ non uideatur mutata nunciatio ad oculum corporis: tamen in effectu dicitur eſſe mutata eius forma. ità quòd dicitur probaſſe nouam nunciationem, ut dixit Bar. in dicto. §. & eandem. concludens quòd ſi actor expreſſiſſet unam cauſam dominii, ſi poſteà probaſſet aliam cauſam, diceretur mutare formam ipſius actionis, licèt non mutaret actionem. & propterea, nec etiam poſſet obtinere in rei uendicatione, ità etiam dicendum eſt, quòd non poterit obtinere in nunciatione, ut Bartol. concludit. Ipſe tamen Ruyn. diſtinguebat. Aut ante litis conteſtationem facit, & tunc poteſt mutari, ſicut in libello, niſi ageretur interdicto demolitorio. Si uerò poſt litis conteſtationem, tunc eſt caſus dubius: tamen ipſe determinat quòd ſi mutatur modus nunciandi per aliam cauſam, ot quia nunciabat ad ſui utilitatem, & poſteà probanit cauſam ad utilitatem publicam, & tunc non poterit, ut hic per Bartol. quoniam mutatur modus nunciandi, lege de pupillo. §. qui nunciat, & §. nunciationem. infra eodem. Similiter ſi prętor adiecerit rationem concernentem cauſam impoſititiam, & poſteà adducit aliam concernentem cauſam naturalem, ad huc non poterit mutare: quia mutatur nunciatio, cum triplex ſit, dicta lege de pupillo. §. Sextus Pedius. Si uerò per nouam rationem non mutatur cauſa impoſititia, nel naturalis, nel publica, tunc dicit ipſe abſquè dubio licitum erit quocunquè tempore mutare rationem, & cauſam, & eam probare: quia remanet eadem actio, ut hic per eum ponentem multa exempla. Imò nerò dicit ſe uelle ſaluare Bar. dicens quòd imò per mutationem cauſæ mutatur actio, latè inſiſtens in hoc: tamen non ſaluat quin ipſe non probet quòd per mutationem cauſæ, non mutatur nunciatio, ſeu forma nnnciationis. Vnde tu teneas indiſtinctè concluſionem Bar. & reſpondeas obiectis ut ſupra: quia licèt non mutetur ipſa ſubſtantia nunciationis: tamen mutatur forma ipſius, & effectus, taliter quòd non potuit ſuper de nunciatione deliberare. nec facere ſuas probationes, nec etiam ſuper illa cauſa eſt facta litis conteſtatio: quæ ſufficit ad faciendam diuerſitatem rei ad deliberandum eum per ſententiam, & probatur ex no. per Baldum in dicta lege eandem. §. actiones. ff. de exceptio. rei iudicatæ, in tantum, quòd nec etiam obſtat exceptio rei iudicatæ in actione in rem mutata cauſa. Item ſi quis habet aliquem obligatum ex pluribus uenditionibus, uel depoſitis, & deduxerit unum contractum non poterit poſteà tranſire ad alium, licèt ſit eadem actio in genere: tamen dicitur eſſe diuerſa in ſpecie ſeu in forma. Ità igitur dicemus in nunciatione quòd licèt ſit eadem nunciatio: tamen quia fundata fuit in una cauſa, accepit formam ab ea, & ſi poſteà mutetur ſeu probetur alia, non erit eadem nunciatio in forma: ſed ueniet abſoluendus. Nec obſtabit exceptio rei iudicatæ, ſi de nouo uellit agere ex alia cauſa, & tanto fortius: quia ipſa nunciatio eſt perſonalis ui ipſa, licèt in rem ſit ſcripta, ut probatur in lege prima. §. fin. ff. de interdictis, & eadem omnia procedunt etiam quòd non fuerit lis conteſtata: quia nunciatio in ſui conceptione ut dictum fuit, inducit eandem obligationem, quam inducit litis conteſtatio in principio.

Nec obſtant ea, quæ dicta fuere de appellatione tam iudiciali, quàm extraiudiciali: quia patet reſponſio ex prædictis: quoniam diuerſa ſunt, & ex ſeparatis non fit illatio lege Papinianus exuli. ff. de minoribus. & lege fin. de calumniato. & ſi in qualitatibus concordant, confirmant ex quadam larga argumentatione.

100 Decima ſuccedit dubitatio † poſtquàm eſt concluſum in nunciatione non poſſe mutari cauſa, an ſaltem poſſit mutari qualitas cauſæ? & Bartol. hic determinat quòd ſic, per textum in lege in delictis. §. ſi detracta. ff. de noxalibus. ubi facto furto à ſeruo, alio modo agitur contra dominum ſcientem, alio modo contra dominum ignorantem, & tamen licitum eſt dictas qualitates mutare uſquè ad ſententiam.

Nec obſtat tex. in clem. conſtitutionem. de electione. quia loquitur in electione prælati.

in qua

in qua expreſſè per legem illud fuit introductum ex cauſa ſpeciali: quoniam lites electionis prælatorum debent abreuiari ne pro defectu paſtoris eccleſiæ patiantur damnum, cap. ne pro defectu. de electione in Decretalibus. Et idem etiam poſſet dici in nunciatione, ſi aliqua lex expreſſè mandaret quòd non poſſet mutari qualitas cauſæ expreſſæ.

Sed tamen contra principalem concluſionem inſtatur: quia uidetur quòd dictus. §. ſi de tracta. loquatur in caſu ſpeciali, cum habeamus regulam in contrarium quòd nec qualitas actionis mutari poſſit, per legem edicta. C. de edendo. ubi prohibetur fieri emendatio poſt litis conteſtationem, quæ tamen ſolum fit de qualitate cum differat à mutatione actionis ut ibi no.

Confirmatur etiam per tex. in lege quod in hæredem. §. eligere. ff. de tributo. actio. ubi, electa una qualitate, non poteſt deueniri ad aliam. Sed reſponderi poteſt ſaluando Barto. quòd imò ille tex. poteſt trahi in conſequentiam per rationem ſuam, quæ eſt, quòd illa qualitas non mutat actionem, nequè condemnationem, cum ſemper inſolidum condemnetur dominus: ſed ſolum alterat executionem: quia eſt in electione condemnati, ſi ignorans fuit, dare ſeruum pro noxa. lege miles. §. decem. ff. de re iud. & §. j. inſti. de noxalib. actioni. proptereà uidetur inferri quòd quando per qualitatem non mutatur condemnatio, licita ſit mutatio uſquè ad ſententiam. & materia emendationis loquitur de qualitatibus quæ poſſunt mutare condemnationem.

Nec obſtat tex. in d. l. quod in hæredem. §. eligere. de tributo. actio. quia ille tex. loquitur ſecundum Iaſ. quando per qualitatem mutatur condemnatio. Vnde datur una limitatio ad regulam Bar. quòd qualitas poteſt mutari uſquè ad ſententiam. Fallit quando per eam alteraretur condemnatio.

Secundò reſpondetur ad dictum. §. eligere. quòd ille tex. loquitur in contrarijs qualitatibus, in quibus una electa tollitur alia, unde expreſſa una qualitate, non poteſt deuenire ad aliam: quia iam extincta fuit per electionem. Et ideò habes aliam limitationem ut non procedat regula Bar. in qualitatibus contrarijs: quia tunc una electa tolleretur alia.

Tertiò reſpondetur ad dictum. §. eligere. quòd ibi per illas qualitates mutatur actio: quoniam uariè ſunt illæ actiones, quod iuſſu, de peculio, exercitoria, & tributoria, ut inſti. de noxalibus per totum. ſaltem quantum ad formam. Vnde habes aliam limitationem, ꝙ quando per qualitates mutarentur actiones, uel forma ipſarum actionum, tunc non admitteretur ad deducendum nouam qualitatem. Quas limitationes debes etiam notare pro materia noſtra nunciationis per dicenda in ſequenti quæſtione. Quibus potes addere quartam, quam poſuit Bartol. quando lex expreſſè prohibuiſſet nunciationem qualitatis, dicta clementina conſtitutionem.

Sed ſuccedit neceſſaria dubitatio, quomodo in nunciatione poterimus exemplificare qualitates, ut una omiſſa poſſit nuncians aliam probare? & primum uidetur dari exemplum. ſi primò nunciauit cum qualitate iuris conſeruandi. & poſteà mutauit qualitatem propter publicam cauſam, uel ex cauſa naturali, iuxta tex. in lege de pupillo. §. nunciationem. cum ſequentibus, infra eodem. Sed hoc exemplum non eſt tenendum: quia per tales qualitates mutatur ſubſtantia ipſius nunciationis, & potius dicitur mutata cauſa, quam qualitas, ut dictum fuit in præcedenti quæſtione, & probatur per dictam legem cum in hæredem. §. eligere. de tributoria ſecundum tertiam reſponſionem. Vnde ſecundum datur exemplum, ſi forſan nunciauit: quia non poterat ædificare in area obſtante lege ſi. ff. finium regundorum, & poſteà nunciauit qualitatem, ꝙ nunciabat propter ſeruitutem luminum, quæ impediebatur per ædificium: nam uidetur quòd remaneat eadem nunciatio.

Sed tamen nec etiam iſtud eſt bonum exemplum, ex eo: quia imò mutatur ipſa nunciatio: quia prima fuit ex cauſa naturali, uel ex cauſa unius præiudicij, nunc uerò adducitur aliud præiudicium, & etiam alteratur condemnatio, per dictam legem quod in hæredem. §. eligere. Vnde tertium datur exemplum, ſi nunciauit cum qualitate: quia præiudicabat ſeruituti luminum, & poſteà mutauit qualitatem dicendo quòd præiudicabat ſeruituti proſpectus, uel itineris, ſeu alterius iuris. Nam uidetur remanere eadem nunciatio facta ex cauſa impoſititia.

Sed tamen nec etiam iſtud exemplum eſt bonum: quia mutata ſeruitute mutatur cauſa, & eſt noua forma data nunciationi, ſicut dixit Bar. ſupra in dicta l. & an eadem. §. actiones, ff. de re iudicat. quòd in actione in rem mutando titulum acquiſitionis dominij dicitur mutare formam actionis in rem, in tantum ꝙ lata ſententia ſuper una cauſa, non habet locum exceptio rei iudicatæ in alia, unde in effectu uidetur eſſe mutata cauſa, & obſtant omnia dicta in præcedenti quæſtione.

Vnde quartum datur exemplum, ſi nunciatio eſt facta ex cauſa ſeruitutis luminum generaliter, & poſteà mutauit qualitatem ꝙ nunciabat pro ſeruitute luminum debita in parte inferiori domus, uel nunciauit pro ſeruitute debita in uno angulo domus, poſteà mutauit qualitatem de ſeruitute debita in alio angulo. Nam hoc caſu uidetur quòd ſemper remaneat eadem nunciatio, cum ſit eadem cauſa impoſititia, & eadem ſeruitus, & hoc uidetur magis probabile exemplum: tamen ei obſtat: quia mutatur condemnatio,

cum alia ſit condemnatio quando debetur ſeruitus in omnibus feneſtris domus, & alia quando debetur in parte domus tantum, ut dixit glo. magna in tertio & ſexto exemplo, infra. eodem.

Vnde uidetur obſtare dicta lex quod in hæredem. §. eligere. ff. de tributoria ſecundum primam ſolutionem Iaſ. ſed tamen ſaluando reſpódeas quòd ibi illæ qualitates ſunt contrariæ & incompatibiles. Item faciunt condemnationem de diuerſa re, & in modo diuerſo, hic uerò remanet idem modus condemnandi, licèt alteretur condemnatio. & non eſt alteratio in modo probandi. Vnde iſtud exemplum tenendum eſt: quia pauca alia reperiri poſſent, & per tres limitationes ſupra tradita potes per te deliberare quæ qualitates poſſint mutari. Addas tamen quòd licèt mutatio cauſæ nunciationis ſemper prohibeatur, & mutatio qualitatis plerunquè: tamen cumulatio non eſſet prohibita, ſi forſan uellet nuncians retenta prima cauſa nunciandi, cumulare aliam cauſam, & utranquè probare, uel retenta prima qualitate cumulare aliam qualitatem. Nam tunc permitteretur, ſicut & in libello permittuntur actiones cumulari, iuxta no. in l. edicta. C. de edendo. cum reſtrictione tamen, niſi iſtæ qualitates eſſent contrariæ, ita quòd electa una, tolleretur alia, quia tunc etiam cumulatio actionis eſſet prohibita, dicta l. quod in hæredem. §. eligere. & no. in dicta lege edicta. C. de edendo cum ſimilibus.

Vndecimò quærit Bar. hic egrediendo materiã nunciationis noui operis. quæ uerba ſint neceſſaria ad nunciationem fiendã in alia mate-
101 ria, & ponit exemplum quotidianũ. † Si forſan debitor creditori ſuo ceſſit nomen debitoris, uel obligauit ſeu pignorauit, quo caſu non mutatur principalis obligatio ipſius debitoris ceſſi. Vnde poteſt ſoluere ipſi cedenti, & liberabitur, & ceſſio uel pignoratio efficietur eluſoria, ideò ad hoc ut hoc modo non illudatur ceſſionarius, fuit inductum remediũ ei ut faciat delegationẽ, ſi poteſt inſtando ꝙ ſibi per propriam ſtipulationem permittatur, uel ſi forſan abſens eſt. habet remediũ cõueniendi in iudicio, & per litis conteſtationem impedietur in poſterũ ſoluere cedenti, uel accipiendo partem debiti ab eo, uel denunciando ei quòd non ſoluat, ut dicit tex. uulgatus, & quotidianus in lege tertia. C. de nouatio. cum ergo nunciando ne ſoluat poſſit impedire ſolutionem fiendam cedenti, dubitat Bar. de modo faciendi hanc denunciationem, & Speculator in titu. de procuratorib. §. ſi. uerſi. ſed nunquid. dicebat ſufficere hæc uerba, nuncio tibi ne ſoluas Sempronio creditori tuo. Sed Bar. reprehendit: quia hoc non ſufficit, ſed eſt neceſſarium quòd alleget cauſam quòd ſibi facta fuit ceſſio, quòd eam probet legendo ſibi inſtrumentum publicum, & relinquendo copiam, per texto. in lege nomen debitoris. C. quæ res pignori obligari poſſunt. ibi, certior factus de obligatione. certioratio autem non poteſt legitimè fieri, niſi lecto inſtrumento, & relicta copia, ut poſuit formam text. in clem. cauſam. de electio. ubi in terminis dicitur. Et facit lex ſi quis infitiatus. ff. dep. dum uult quòd poſſit mutare uoluntatem, quod erit uiſo inſtrumento auctentico.

Nec obſtat l. denunciaſſe. ff. de adulter. quia loquitur in alia materia.

Nec obſtat glo. in lege hæres debitori. infr. ad Trebellianum. & glo. in uerbo ſoluturum. in lege grege. §. primo. ff. de pignoribus. quia intelliguntur ſecundum dictam declarationem quòd legitimè fuerit denunciatus. & ſic concludit quòd in hoc caſu neceſſaria eſt expreſſio cauſæ, & probatio ad ſimilitudinem nunciationis noui operis, & ſequuntur communiter docto. Sed tamen dum Bar. uult quòd duo interueniant, lectura, & quòd relinquatur copia, uidetur quòd unum debeat ſufficere, prout uoluit idem Bartol. in lege quod te. ff. ſi cer. pet. & idem dixit in lege non ſolum. §. morte. col. 8. in ſecunda ſpecie proteſtationis infra. eodem. Quam contradictionem ponderat etiam Aretin. in lege illud. ff. de acquir. hæreditat. Ruyn. ſoluit quòd ſi tu incipis à lectura, tunc utrunquè eſt neceſſarium, ut hic dicit Bartol. ſed ſi incipis ab immiſſione copiæ, tunc ſufficit, & non eſt opus legere. Similem ſolutionem poſuit glo. in l. potuit. C. de iure deliber. & in l. tertia. §. in amittenda. infra de acquiren. poſſeſſ. & dicit eſſe de mente Bar. in lege de pupillo. §. qui procuratorio. infra eodem. de procuratore oſtendente mandatum, & addit poſteà hic Hermanocius quòd copia debet dari, ſi petatur aliàs non, & etiam ſentit tex. in dicta clem. cauſam. de electio. & pertranſeunt omnes.

Sed adhuc reſtat ſcrupulus: quia docto. uidentur præſupponere quòd ille debitor ceſſus teneatur credere copiæ, & quòd faciat plenam fidem, & certiorationem. Sed in contrarium faciunt ea, quæ habentur in auct. ſi quis in aliquo. C. de edendo. ubi traditur regula, quòd non creditur exemplo, niſi ſit exemplatum de manu iudicis, & quòd per copiam quis non dicitur certioratus. & dixit idemmet Bar. in d. l. quod te. & in dicta auct. ſi quis in aliquo. ꝙ ſi pars uidit copiam teſtium examinatorum, non dicitur didiciſſe teſtificata: quia non tenetur credere copiæ, & ſcripturę non auctenticæ. Vnde Alciatus hic tenet non ſufficere oſtendere inſtrumentum in iudicio, & Alexander. in conſi. 78. colum. prima. uol. 5. niſi fuerit auctenticum, uel ſic copia auctoritate iudicis ſumpta, lege ſi. ubi Bar. ff. de lege commiſſoria. Ideò tutior eſt opinio Bartol. hic, ꝙ teneatur legere inſtrumentum auctenticum, cui debet preſtare fidem, & dimittat copiam

poſteà:

poſteà: quando uult extraiudicialiter denunciare, ut declarat tex. in dicta clem. cauſam, quæ in terminis ponit iſtam practicam. Sed ſi quis denunciaret auctoritate iudicis, qui faceret mentionem de ceſsione per iſtrumentum, tunc teneretur credere ei propter auctoritatem iudicis. ſicut etiam dicunt docto. de nunciatione per prætorem in. §. meminiſſe. & ſi pars denunciata dubitat, debet accedere ad iudicem, & petere copiam inſtrumenti, qui mandabit eam dari ſibi ſumptam ex originali uiſo originali; nam copiæ creditur quando auctoritate iudicis uiſo auctentico inſtrumento datur parti. ut eſt tex. in cap. cum contingit. cum ſua materia de fide inſtrumentorum. Ex quibus dicebat Alciatus quòd ſi ſtatutum diſponit debitorem poſſe capi ad inſtantiam creditoris, non poterit capi à ceſsionario, qui per ſolam ceſsionem non eſt propriè creditor, niſi interuenerit unum ex illis quatuor poſitis in dicta lege tertia. C. de nouatio. quo caſu ſuccedit in locum creditoris, & tanquam creditor habetur, in tantum quòd nec etiam ſola nunciatio ſine expreſsione cauſæ tacente nunciato debitore, non faceret eum eſſe creditorem, niſi ſubſecuta eſſet illa plena certioratio, ut hic per eum ex mente Pauli de Caſtro. conſ. 295. uol. primo. & Fely. in cap. cum contingat. de reſcriptis qui addit concluſionem procedere etiam quòd poſteà inſtrumentum reperiretur falſum: quia excuſaretur debitor ſi ſoluiſſet, & de materia plenè an ceſsionarius dicatur creditor propriè, uel impropriè ponunt docto. in lege prima. in fin. ff. ſi cer. pet. ubi ego poſui, inferendo ad aliquas quæſtiones in practica. Addit quoquè Bal. uelle. in lege ſi nomen. ſupra de hæreditate uel actione uendita, creditorem cedentem obligatum eſſe ad dandum copiam iurium ſuorum contra debitorem, inferentem idem licere fideiuſſori condemnato in executione cedendarum actionum excludere creditorem exceptione, ſi non exhibet inſtrumentum principalis obligationis, declarando ut per eum num. 71.

Sequitur ſecunda pars huius principij in qua tractatur de remisſione nunciationis per hæc uerba, deinde remitteretur prohibitio eatenus quatenus is qui nunciaſſet ius prohibendi non
102 haberet.† Super quibus uerbis inſurgunt tres dubitationes principales. Et prima eſt: quia conſtruendo hanc ſecundam partem, oportet dicere hoc edicto permittitur deinde remitteretur prohibitio. & ſic innuit iſte tex. quòd eo demum edicto quo nunciatio fuit permiſſa, fuit etiam permiſſa remisſio, ideò contradicit tex. in lege prætor. §. deinde. infra eodem. ubi ponuntur uerba alterius edicti tractantis de remisſione. propter illud contrarium facta eſt glo. prima, quæ fatetur contrarium: ſed dicit quòd etiam remisſio fuit permiſſa per edictum poſitum in lege prætor. in principio, per illa uerba antequàm remiſſa ſit nunciatio, uel remitti deberet in neceſſarium antecedens: argumento legis ſi quis §. prohibet. ff. de edendo. & legis ſi quis locuples. in fi. ff. de manumiſs. teſtamen. & ita reſidet referendo opinionem aliquorum, quòd de remisſione eſſet proprium edictum. Ex qua colliguntur tres concluſiones. Prima eſt, quòd remisſio fuit permiſſa per edictum poſitum in. §. deinde. & per tranſeunt docto. tamen uerè in illo tex. nullum ponitur uerbum de remisſione, ſed ſolùm quòd præſtita ſatiſdatione competit interdictum prohibitorium uim non fieri nunciato. ſoluunt docto. tacitè, quòd illud uenit in neceſſarium antecedens: tamen uerè ibi hoc non colligitur, nullum eſt uerbum de remisſione à quo poſsit ſumi argumentum à contrario ſenſu, ut contingit in iuribus allegatis per glo.

Secundò obſtat: quia dato quòd tacitè induceretur poteſtas remittendi, tamen eſſet
quædam remisſio informis quæ non haberet 103
tot partes, uel tot qualitates, quas uidemus remisſionem in hac materia habere, cum in ea reperiantur octo caſus diuerſi, ut dicemus infra poſt glo. & Bar.

Tertiò obſtat: quia cum illud fuerit interdictum emanatum inter duos litigantes, non potuit ex eo indici unum edictum generale, quod ligaret totum populum, & haberet auctoritatem edicti, non ſeruata forma quòd eſſet ſcriptum in albo iux. legē. ſi quis id quod. ſupra de iuriſdictione omnium iudicum. Solum enim potuiſſet aliquid inferri inter ipſos duos litigantes, non autem inter totum populum: quia nec hoc cogitauit prætor, neque potuit facere ſiue forma edicti.

Vnde ſecunda fuit opinio, quòd hæc permisſio inducatur per legē prætor. in principio. infra eodem. quàm reprehendit Bart. quia ſi inducebatur per. §. deinde. ergo non potuit induci ex clauſula generali dictæ legis prætor. arg. legis ſanctio legum. ff. de pœnis. & legis doli clauſula. ff. de uerbo. obligationib. Quę tamen ratio non concludit: quia aſſumptum eſt falſum, quòd inducta fuerit permisſio per dictum. §. deinde. Imò magis rationabile eſt quòd fuerit inducta per dictam legem prætor, in principio ubi fit expreſſa mentio de remiſſione: tamen poſteà ex alio non eſt uera: quia non potuit induci tanta machina remisſionis, cum tot articulis ſeparatis ex tacita uoluntate. Vnde contradicunt regulæ pòſitæ in l. ij. ff. de iuriſdictione omnium iudi.

Prætereà in dicta l. prætor. etiam ponitur unum interdictum inter priuatos litigantes emanatum, ex quo tacitè non poterat induci unum edictum generale ſine forma poſita in d. l. ſi quis id quod. ff. de iuriſdictio. omnium iudicum. Et tex. in d. l. ſi quis §. prohibet. loquitur de uno edicto in albo ſcripto, ligante totum

populum ex quo potuit alia prohibitio ligans totum populum induci. Vnde non facit in terminis.

Propterea tertiá eſt opinio quòd permiſſio remiſſionis fuerit conceſſa per edictum expreſſum, & ſeparatum uerbis ſcriptis eam concedens, quæ opinio uera eſt, licèt negligatur á doctoribus, & probatur per tex. in l. j. inſr. de remiſſionibus ubi ponuntur uerba edicti, ſpecialiter loquentia de permiſſione remiſſionis. propterea concludendum eſt, quòd ante illa duo interdicta poſita in l. prætor. erat etiam inductum unum edictum ſpeciale permittens nunciationem in primo capitè & in ſecundo capite permittens remiſſionem, quòd edictum erat multum uerboſum, & Vlpia. per partes interpretatus fuit. Sed compilatores omiſerunt ponere ſtudentes breuitati, ſicut & in infinitis aliis fecerunt: quoniam eius mens plenè colligebatur ex interpretationibus Vlpiani, & hoc eſt uerius, & tutius.

103 Secunda eſt difficultas in tex. † quia ſecundũ naturalem ſignificationem nerborum iſte tex. diſponit, quòd nunciatio remittatur pro parte pro qua non habet ius prohibendi, & pro alia parte non remittatur. Nam hæc nerba catenus quatenus, ſecundum naturalem ſignificationem exponuntur pro ea parte qua. ergo ſenſus eſt deinde remitteretur prohibitio pro ea parte qua is qui nunciaſſet non haberet ius prohibendi, & ſic determinat ꝙ remiſſio non fiat in totum ſed fiat pro parte tantummodo, in qua non habet ius prohibendi. unde in contrarium eſt tex. in l. prætor. §. interdictum. el. ij. infra eodem. ubi expreſſè dicitur quòd illud interdictum ut non fiat uis ædificanti, procedit ſiue iure, ſiue iniuria ædificaret: ergo ſicut nunciatio prohibebat in totum, ſiue iure, ſiue iniuria ædificare, eod. modo remiſſio cõcedit poteſtatẽ ædificandi, ſiue iure, ſiue iniuria ædificet, & per conſequens tollit totam prohibitionem, & non pro parte pro qua habet ius. Ad idem eſt tex. in l. de pupillo. §. ſi is cui. inſr. eo. ubi præſtita ſatiſdatione perinde eſt ac ſi omiſſa ſit nunciatio: ergo nunciatio tollitur in totum, ſiue iure, ſiue iniuria ædificet, non autem pro parte pro qua non habet ius ædificandi. Idem probatur in l. j. inf. de remiſſionib. in principio. ubi remiſſa nunciatione faciet ædificium: ergo in totum tollitur prohibitio. Propter iſtud contrarium facta eſt glo. magna hic quæ facit uarias expoſitiones ad dictiones eatenus, & quatenus, ut uerificet quòd remiſſio tollat in totum nunciationem, & quomodo tollat pro parte, & laborat faciendo ſex expoſitiones cum uarijs exemplis uſquè ad uerſi. ſed hic uidetur. Sed quia ualdè inuoluta eſt, & docto. etiam inuolutè loquuntur pro euidentia, & declaratione Bar. hic premittit quattuor, dicens quòd hæc eſt difficilior glo. quæ ſit in iure noſtro: tamen difficultas non eſt in eo quod dicitur, ſed eſt quia expoſitiones continent caſus multum ſimiles, & cum difficultate poſſunt inuicem ſeparari & diſtingui in intellectui. Vnde inducitur quædam confuſio. Et prima fuit: quia in prima parte glo. implicantur duæ glo. ſeparatæ, una antiqua quæ durat uſquè ad uerſi. uel dic quinto, alia noua, quæ fuit una additio facta ad meliorem declarationem dictorum in glo. & exemplorum poſitorum, & poſteà fuit inſimul ſcripta unde inſurgit quædam dupplicatio, & inuolutio. In quo differat quinta, uel ſexta á tertia, uel prima ſolutione: quoniam uidentur eſſe eadem propter eadem exempla, quæ pro parte uidentur inducere remiſſionem, augetur poſteà difficultas: quia non apparet benè. Ad quod contrarium iſtę uarię reſolutiones referuntur. & quia uarij uario modo figurant contrarium, & uario modo adaptant ſolutionem, inſurgit penè inextricabilis confuſio, & quomodo iſta exempla fuerint poſita propter incertitudinem principiorum. Peruſini negant poſitum in uerſi. 6. idem eſſe cum ſecunda ſolutione, & dicunt eatenus capi quantitatiuè, & in ſecunda ſolutione temporaliter: & Paulus de Caſtro uult quòd in uerſic. uel dic quinto, replicentur dicta in prima ſolutione; & quòd dicitur in uerſi. uel potes, tendit ad quod dixerat in tertia ſolutione, & quod dicitur in uerſi. ſexto, tendit ad ſecundam ſolutionem Herma. conatur ſaluare, & nihil plus facit, niſi quòd magis confundit, & ſemper eueniet, quòd quando plura dicentur circa hanc glo. tanto maior confuſio generabitur: ſed quia nobis non conſtat de iſta uarietate gloſ. ſatis poſſumus concludere quòd fuerit una glo. tantum. & quòd omnes ſolutiones ſint inter ſe diuerſæ, & differentes in aliqua qualitate, & in modo, quámuis omnes reducantur ad tres tantum, quòd illa uerba eatenus quatenus capiantur cauſatiuè: ideò quia temporaliter uſquèquo, & quantitatiuè pro parte, quæ tamen exempla continentur ſuper uno quoquè modo plura continentur. & ſecundum declarationem, quam ego puto ueram in primo exemplo in tertio. & in quarto uerba eatenus quatenus, exponuntur, ideò quia & capiuntur cauſaliter, & malè fecit Barto. dicendo quòd in uerſi. uel dic quinto, capiantur cauſaliter, ſeu quòd ſit quædam oppoſitio: quia imò ibi capiuntur quantitatiuè, & in tertio exemplo capiuntur cauſaliter. item litera communis habet ibi uel dic ſexto quando ponitur exemplum de ſeruitute pro re incorporali, & de ſundo, & uerè ſunt duo exẽpla in dicto uerſic. ſed quinto, taliter quòd illa nerba uel ſexto, faciunt unum exemplum cum uerſi. uel quinto. & poſteà dum glo. ſubdit ibi, uel pro ea parte, debes addere uerbum, uel dic ſextò. nam ibi propriè ponit ſextum exemplum: quando ſit conſideratio illius quod eſt in ueritate, & quod eſt in opinione.

Nam

Nam quando remiſsio fit per ſatiſdationem, tota nunciatio remittitur quantum ad opinionem: quia ſiue iuſta, ſiue iniuſta ſit, tota remittitur. Sed tamen quantum ad ueritatem, quæ patebit poſteà in diffinitiua ſententia, remittitur tantum pro ea parte, pro qua non habet ius prohibendi, & hanc tenuit Bar. licèt malè declarauerit.

Item aduertas quòd omnes iſtæ ſolutiones tendunt ad reſtringendum tex. faciendo quòd determinat tantum unum caſum remiſsionis. Vnde dum docto. uolunt reſtringere tex. ad unum caſum, & laborant in quo caſu loquatur, demonſtrant Vlpia. fuiſſe defectiuum, uel potius edictum quòd permiſit tantummodo remiſsionem in uno caſu, & non in alijs, & quando iſtud nos faciemus, ſemper nos confundemus totam materiam, & ſi gloſſæ expoſuiſſent tex. ut complecteretur uarios caſus, generaliter euitaſſent confuſiones, & faciliorem reddidiſſent materiam, & hæc ſufficiant dicta quantum ad primum euidentiale Bar. in quo diuiſit glo. in duas partes.

Secundò præmiſit ipſe pro intelligentia ex-
104 poſitionum, & exemplorum glo. † quotuplex ſit remiſsio, quoniam uidebat glo. exemplificare de uarijs ſpeciebus remiſsionis, & dixit quòd eſt triplex, conuentionalis, legalis, & iudicialis. Conuentionalis eſt illa, quæ poſt nunciationem fit ex conſenſu partium, de qua habetur in leg. uim facit. §. tandiu. infra quod ui, aut clam. Sed melius probatur in hac l. ipſa. §. inde quærit, quæ remiſsio non recipit limites à lege: ſed poteſt eſſe temporalis & perpetua in totum uel pro parte, & cum ſatiſdatione, & ſine ſecundum proprium arbitrium ipſarum partium: quia ab earum uoluntate in totum dependet, & ſolùm ei obſtare uidetur quòd edictum prætoris uideatur factum eluſorium, ſi nunciatio forſan facta per prætorem ità faciliter diſſoluatur. Sed tamen reſpondet Iuriſconſultus in dicto. §. inde quæritur? quòd hæc non eſt offendere prætorem: quia ipſe non curauit aliud niſi ut ſatisfaceret in partibus, ut quietè uiuerent, unde uoluit nunciationem ualere quatenus placeret utriquè parti, eis autem diſcordantibus, tunc uoluit prouiſionem ſuam interponere, facit tex. in ſimili in l. non impoſsibile. cum præcedenti & ſequenti, & ibi Iaſ. not. ff. de pactis. & de hac ſpecie nunciationis non tractatur in hac lege noſtra, neque in glo. niſi obiter referendo.

105 Secunda † eſt ſpecies remiſsionis legalis, quã Bar. diuidit in duas partes. Prima eſt, quando nunciatio eſt nulla, uel ex defectu perſonæ, l. de pupillo in d. principio. uel deffectu rei. §. ſi quis riuos. & §. quòd ſi in mari, uel ex defectu formæ. §. nunciationem. uel ex defectu cauſæ: quia nulla uel inepta fuit allegata, tunc enim fit remiſsio à lege ſecundum Bar. quæ eſt perpetua, & ſine ſatiſdatione. ideò nunciatus poteſt indiſtinctè ædificare. Secundam partem dicit eſſe; quando oblata fuit ſatiſdatio, & non recepta. Nam tunc fit remiſsio per legem, & datur poteſtas nunciato ædificandi per legem, ſine facto prætoris, & dicit hoc fieri per legem prætor. §. deinde. qui tamen tex. non probat: quia loquitur de remiſsione iudicis ſecundũ eundem infra. Sed magis poſſet probari in leg. de pupillo. §. ſi is qui intra. eodem. ubi dicit quòd oblata ſatiſdatione nunciatio habetur pro omiſſa, & addit poſtea quòd habet hanc utilitatem quòd partes non habent uexationẽ eundi ad prætorem, & petendi remiſsionem, itàquòd tex. multum clarè uidetur probare quòd remiſsio fiat à lege abſquè interuentu prætoris, & idem uidetur probare tex. in leg. prætor. §. ſi quis paratus. & §. ſi aliquando. ubi non accepta fideiuſsione oblata, fit remiſsio, & non fit mentio de prætoris decreto, tamen ueritas iſtius dependet ab intellectu dicti. §. ſi is cui, ſuper quo multum laborat glo. ibi, atquè etiam ab alio utrum fideiuſsio extraiudicialiter poſſit offerri, ità quòd per oblationem extraiudicialem remiſsio in continenti fiat à lege. docto. non uidentur alibi diſſoluere hanc difficultatem. ego autem puto quòd non poſsit fieri oblatio extraiudicialiter quæ conſtituat nunciantem in mora: ſed ſit neceſſarium, quòd fiat penes acta, in præſentia iudicis, ut clarè dicit tex. in l. j. C. eodem de no. oper. nunciatio. ibi, fideiuſsio data coram officio urbi cariæ in hac ciuitate. Ideo quidquid eſſet de iure antiquo, clara eſt hodie reſolutio quòd fideiuſsio debet præſtari coram iudice, & offerri. Vnde ſequitur modò quòd non reperitur hæc remiſsio legalis diſtincta à iudiciali: quia ſi fideiuſsio præſtatur coram iudice, uel offertur, & non acceptatur, remiſsio uidetur fieri per iudicem, uel ſi dicimus fieri à lege, illa declaratur per iudicem tacitè uel expreſſè. Similiter prima pars iſtius nunciationis legalis nec propriè dicitur reperiri: quia ſi nunciatio eſt nulla, non eſt opus aliqua remiſsione: quia priuatio præſupponit habitum, ut dicebat Iaſ. in l. decem. de uerborum obligationibus. Vnde docto. dicunt quòd tunc poteſt ædificari ſpreta nunciatione, quaſi non ſit opus remiſsione. quod etiam confirmatur, quia poteſt nuncians omiſſa illa inepta nunciatione, nouam facere poſtea nunciationem cum ſolennitate neceſſaria. ſicut quis actionem ineptam poteſt omittere, & aliam intentare, ut habetur in l. qui habebat. ff. de inſti. & no. in l. edita. C. de edendo. Vnde non propriè cadit remiſsio: quia illa debet eſſe perpetua ut nunquàm amplius poſſet fieri nunciatio. Vnde uerior uidetur opinio quòd non reperiatur propriè remiſsio legalis: ſed potius ſit quædam umbra, uel magis poteſtas legis remittendi, quam executioni iudex uideatur mandare. Ideò diminuendo difficultatem melius eſt dicere, quòd non reperiatur, ſed quòd

ſemper ſit coniuncta cum remiſſione iudiciali. Ideo propriè ſecunda eſt ſpecies remisſionis: quæ eſt & iudicialis, & legalis ſimul, & hæc habet duas partes. Vna eſt: quando partes uadunt ád iudicem ſecundum Bar. & iodex cognoſcit plenè de cauſa, & ipſi liquet de iuribus partium, & determinat quòd nunciatus poſſit ædificare nulla præſtita ſatiſdatione, de qua remisſione loquitur titulus iofra de remisſionibus. & l. de pupillo ſ. qui opus. & ſ. qui remisſionem.

106 Secunda † eſt pars remisſionis iudicis: quando facta nunciatiooe, & præſtita ſatiſdatione nuociatus processit in opere, & iudex cognoſcit & remittit nunciatiooem ſecundum quòd reperit ædificaotem habere iuſtitiã, & dicit de hac loqoi. l. prætor. ſ. deinde, & l. ſtipolatio ſ. habet, ut hic latius per eum. Tamen ipſe nequè perfectè, nequè bene declarauit hanc remisſiooem iudicialem. Nam benediuiditur in duas partes, una eſt quando remittit ſine ſatiſdatione, alia eſt quando remittit cum ſatiſdatione. Prima pars recipit duos caſus ſeparatos: naoi quando facta eſt nunciatio, nunciatus comparet in iudicio & oſtendit inſtrumentum auctenticum, uel ſententiam inter ipſas partes, uel earum auctores latam, quæ tranſiuit io rem iudicatam, & pars non opponit aliquod probabile quod indigeat probatione. Iudex incontioenti cognoſcit ſummariè quòd nunciatio eſt calumuioſa, unde ipſe ex officio ſuo iocontinenti remittit illam ounciationem dicendo uadas ad ædificaudum, & proſequere opus tuũ, & quia per inſtrumentum, oel per ſenteotiam, uel per aliquam euidentiam facti ſibi liquet de calumnia ounciantis ſioe ſatiſdatione, & perpetuam facit remisſionem. Secuodus caſus eſt: quã do partes comparent in iudicio, & nunciatus noo adducit ſcripturas auctenticas, ità quòd iudici remanet dubium quis eorum foueat ioſtitiam, & tuoc habet plenam cauſæ cognitionem feſtinanter tamen, & poſteà facta concluſione in cauſa per diffinitiuam determinat de iure partium, & ſi inuenit nunciantem oon habere ius, facit remisſiooem perpetuam ſine ſatiſdatione, quæ ambo remisſiones poſſunt dici quòd participent de legali, ex eo: quia lex concedit ei poteſtatem remittendi: uel ipſe declarat legem facere hanc remisſionem. Secunda eſt pars iudicialis remisſionis: quando nunciatus præſtauit ſatiſdationem de demoliendo in caſu ſuccumbentiæ, quæ ſatiſdatio oeceſſaria eſt: quando adhuc iudici oon conſtat de iuribus partium, & tunc Bar. uult quòd remisſio fiat à iudice poſtquàm præſtita ſatiſdatione proceſſum fuit io opere, ſentiens quòd alia remisſio erat facta à lege poſt ſatiſdationem ut poſſet ædificare: tamen in hoc oon bene dicit, ex eo: quia ſatiſdatio ot ſtatim declaraui, non poteſt præſtari extraiudicialiter per dictã l. j. C. eodem. licèt leges. ff. hoc non apperiant.

Vnde non poteſt eſſe remisſio legis ſeparata à remisſioue iudicis: ſed erit ipſemet iudex, qui oblata ſatiſdatione, & iniuſte recuſata, uel recepta, faciet remisſionem in ſpecie, & hæc eſt remisſio temporalis, & dicitur fieri in totum, ſiue iure, ſiue iniuria ædificet, ut in dicto. ſ. deinde. cum. ſ. ſequenti. Vode malè dixit Bar. quod. ſ. deinde. loquatur de remisſione quæ fit per diffinitiuam ſententiam: quia imò loquitur taotummodo de remisſione quæ fit durante dubietate, cum per eam coocedatur poteſtas ædificandi iuſtè, uel iniuſtè. Sed bene dicitur coocurrere cum remisſione legali, quæ oon eſt niſi quædam poteſtas conceſſa iudici faciendi remisſionem. & hoc eſt quod turbauit hanc materiã ultra innolutiooes glo. quia Bar. implicauit cootradictionem dum uoluit quòd remiſsio fiat præſtita ſatiſdatione, & quòd fiat habita cauſæ cognitiooe per diffioitiuam ſententiam. Vnde ſemper in dictis Bar. inuenies hanc implicatam contradictionem, cum ſi conſtat de iure partium oon eſt opus ſatiſdatione, & ſi ſatiſdatum eſt, iudex debet remittere in continenti quouſquè cognoſcetur de iuribus partium.

107 Quare † concludas, quòd remiſſio legalis non ſeperatur à iudiciali, oiſi prout eſt quædam poteſtas iuris, quam iudex mittit executioni, & hæc iudicialis habet duas partes, una eſt quando cootrouerſia eſt dubia, quo caſu præſtatur ſatiſdatio, & remisſio fit temporaliter; & in totum, etiam quòd iuſtè ædificet, & durat uſque ad diffinitiuam ſententiam, qua lata confirmabitur pro illa parte pro qua conſtabit nunciantem non habere ius nunciandi. Secunda eſt pars: quando iudici liquet de iuribus partium, & tunc ſi ſcripturæ ſunt auctenticæ, uel euidentia probatioois iudex remittit perpetuò ſine ſatiſdatione, ſin autem caſus eſt dubius, habet pleniorem cognitionem datis terminis partibus, & per diffinitiuam facit remisſiooem perpetuam, quatenus apparebit nunciantem oon habere ius unnciandi.

108 Tertiò præmittit Bar. quòd in tex. ſuot duæ literæ contrariæ, una affirmatiua, ius prohibendi haberet, & alia negatiua ius prohibendi nõ haberet, & glo. & Bar. expreſſè dicunt ꝙ litera affirmatiua oullam habet dubitationẽ. Sed Ioãnes de Imol. & Iaſ. dicuot qnòd litera affirmatiua ſtare non poteſt: quia continet iniquitatem, cum uelit remitti nuociationem: quando conſtat ouociantem habere ius nunciandi, quod eſt iniquisſimum, ut ille, qui iniuſtè ædificat adiuuetur ad iſtud iniuſtum ædificium, cũ imò potius nuociatio confirmari deberet, & hoc ualde ſtringit, & non poteſt ſaluari glo. & Bar. niſi quòd iotellexerint de temporali, quæ fit etiam quando nuncians habet ius, & nunciatus iniuſtè ædificat, d. ſ. interdictum, el ſecundo in l. prætor. inf. eodem. tamen tuoc oportet intelligere quòd eſſet dubium de iure nunciantis. &

tis. & quòd eſt contra literam quæ præſupponit certitudinem.

Secundò obſtat: quia tunc uiolatur litera, cùm debeat exponi quòd ante habuit ius nunciandi, & tex. dicit in futurum cum haberet uel de præſenti, tertiò quòd ſi deberet fieri remiſſio quando habet ius nunciandi, fortius quando non habet, ſed ſaluari poteſt eodem modo, quod fatetur Bar. utranquè remitti: ſed præſupponit eſſe ius dubium, quod ſimiliter eſt contra tex. qui uult quòd tempore remiſſionis ſit certitudo quòd tunc habebat ius prohibendi, & oportet dicere quòd habuit ius prohibendi ſe referendo ad permiſſionem nunciationis, non ad ius in ueritate competens ei, & propterea litera affirmatiua habet eaſdem contraditiones, quas habet litera negatiua, cum ſi tu intelligis quòd remittatur prohibitio: quando habet ius nunciandi falſa eſt deciſio. Vnde oportet concludere quòd etiam remittatur: quando non habet ius nunciandi, & ſic in caſu dubio ſe retrò referendo, ſimiliter ſi eſt litera negatiua intellecta de iuſta nunciatione eſt imperfecta, ideò neceſſarium eſt quòd utraquè litera reſtringatur, & declaretur, & nulla eſt bona intelligendo ſimpliciter ut iacet, eam autem reſtringendo utraquè poteſt eſſe bona: tamen litera negatiua melior eſt, ex eo: quia ſaltem non continet iniquam deciſionem apparentem, cùm æquiſſimum ſit ꝙ ſi non habet ius prohibendi, quòd nunciatio ulterius non procedat, reſtringendo poſtea ad uarios caſus infra diſcutiendos per totum titulum.

109 Quartò † præmittit Bar. quòd iſta uerba eatenus quatenus, capiuntur tribus modis: ſeu habent tres ſignificationes. Primo exponuntur cauſatiuè, & exponuntur, ideo, quia quæ duo uerba ſui natura denotant cauſam. ſimile eſt in l. certum, ff. ſi cert. petatur. & glo. de hæredibus & Falci. in princip. Secundò modo capitur temporaliter, & exponitur uſquè quo: qoia hæc uerba denotant actum durare uſquè ad certum factum. Tertiò capiuntur quantitatiuè, & tunc capiuntur pro qua parte. quæ uerba inferunt actum pro parte ualere, & pro parte non. Igitur ſecundum has expoſitiones habes tres literas in tex. unam ideo: quia non haberet ius prohibendi aliam uſquè quo apparebit, quòd non haber ius prohibendi. Tertiam pro qua parte habet ius prohibendi remittitur, & pro qua parte non habet non remittitur, & de omnibus iſtis literis, & expoſitionibus glo. ponit aliqood exemplum.

Primum eſt ergo exemplum in prima litera, quòd nunciatio ſit nulla propter defectum perſonæ uel rei, uel formæ, uel cauſæ: quia nullam expreſſit, uel ſi expreſſit fuit inepta, & tũc tex. dicit quòd fit remiſſio. Ideo: quia apparet quod ipſe non habet ius nunciandi. Sed tamen dicit Bar. quòd licèt hoc exemplum in ſe ſit uerum, & tractetur de una remiſſione legali: tamen non conuenit textui. ex eo: quia in ea non requiritur ſatiſdatio, & tex. loquitur de remiſſione in qua requiritur ſatiſdatio, ut ipſe infra clarius proſequitur. Sed tu dicas, quòd non eſt uera in ſe, nequè conuenit textui: nam quando nunciatio haber defectum non annullatur, ex eo: quia non habebat nuncians ius prohibendi: qua poſſet habere millies ius prohibendi: tamen deficiente forma ſemper erit nulla: ſed annullatur ex eo: quia non interueniunt ſubſtantialia ad nunciationem, & aliud eſt non apponere ſubſtantialia ad nunciationem, aliud eſt non habere ius nunciandi ſeu prohibendi, ſicut aliud eſt habere ius ſtipulandi, & aliud non apponere requiſita ad ſtipulationẽ, & hoc patet: quia qui ineptam nunciationem fecit, poteſt ea omiſſa, aliam magis aptam facere, l. qui habebat. ff. de inſti. actione, & no. in l. edita. C. de edendo. Præterea quando nunciatio eſt nulla, remiſſio etiam eſt nulla, & fruſtratoriè interponitur ut dixit tex. in l. j. §. j. infra de remiſſio. & tenet glo. met infra in finali parte, & ſequitur Bar. & Docto. dum concordant hunc tex. cum dicta. l. prima de remiſſionibus. Ideò hoc exemplum in hoc tex. non eſt bonum.

110 Vnde ſecundum datur exemplum, quod † eſt quartum apud glo. quod hic nunciatus obtulit ſatiſdationem, qua oblata lex remittit ſatiſdationem: argumen. leg. prætor. §. ſi quis paratus. infra. eodem. & ideò fit remiſſio, ut dicitur in tex. & eſt ſecunda ſpecies remiſſionis legalis, ideò: quia non habet amplius ius prohibendi niſi dicat hodie conſtat, hodie agatur: quoniam tunc remiſſio non procedit, ſed ſeruatur tex. in l. j. C. de noui oper. nunciatio. cui exemplo opponit Bar. de uerſi. quinto. & uerſi. uel dic ſexto. quæ oppoſitio non eſt neceſſaria, nequè ad propoſitum, ex eo: quia præſupponitur quòd hic dictio eatenus quatenus, exponatur, ideò: quia non habet ius nunciandi. tamen ipſe dicit quòd hoc exemplum non eſt bonum: quia contradicit litera, quæ uult quòd fiat remiſſio ſecundum menſuram iuris. & in hoc exemplo præſupponitur ꝙ fiat remiſſio in totũ quàmuis temporaliter. Tu addas ꝙ ex alio hoc exemplum non eſt bonum: quia uiolat literam, cum oporteret dicere ex eo: quia amplius non habet ius prohibendi, & ſic oporteret addere dictionem amplius nam antequàm eſſet oblata ſatiſdatio uerè habebat ius prohibendi per nunciationem: tamen oblata ſatiſdatione deſinit habere ius prohibendi: quia lex remittendo hanc poteſtatem aufert, & ſic eſſet neceſſarium exponere. ideò: quia amplius non habet ius prohibendi, uel ideò: quia deſinit habere ius prohibendi. Præterea eſſet ratio eadem cum dicto: nam remiſſio ipſa tollit prohibitionem. Vnde ratio quòd deſinit habere ius prohibendi eſt eadem cum effectu ipſius remiſſionis, & ſic eſſet ineptiendo. Qua-

re tertium ponit exemplum glo. in uerſi. uel dic tertiò.licèt Bar. hoc ponat in uerſi. uel dic quintò . tamen uerè eſt ibi , quoniam ſibi præſupponit quòd utraquè pars conſentiebat ꝙ poterat ædificari uſquè ad decem pedes , & quòd quando edificauerat, uſque ad octo, fecit nunciationem . ideò iudex remittit eam : quia nunciaus non habet ius prohibendi infra decem pedes, & in uerſi. uel die quintò.in illis duobus exemplis uerba capiuntur quantitatiuè . Iſtud exemplum reprehendit Bar. quia præſupponit quòd nunciatio remittatur in totum,& tex.dicit quòd remittitur pro menſura iuris , & in ſumma dicit quòd iſta expoſitio ideò: quia.nō conuenit literæ , nequè eius intentioni , ex eo : quia ultra quòd eſt contra propriam ſignificationem dictorum uerborum , non conuenit literę , quæ præſupponit quòd remiſſio fiat ſecundùm menſuram iuris . & illa expoſitio præſupponit quòd fiat in totum, & hoc etiam placet ut dixi addendo rationes quare dicta exempla procedere non poſſunt. Ideò ſtat concluſio hucuſquè uera & firmata quòd iſta expoſitio ut uerba catenus , & quatenus , intelligantur cauſaliter exponendo pro ideò : quia.non eſt bona ad iſtum tex. nequè admittenda .

Sed circa iſtam partem Bar. examinat & docto. aliqua , & primò colligit Ias. ex iſta glo.
11 † quò paria ſunt quòd aliquid non fiat, uel fiat nullum , ſicut glo. hic dicit, quòd paria ſunt ꝙ nulla cauſa aſſignetur , uel inepta & inhabilis, concordat glo. in l. ij. §.circa. ff. de doli mali , & met.ex.ut hic inquit Bal.qui iſtam glo.no.ad materiam appellationum extraiudicialium,uel appellationum ab interlocutoria , in quibus requiritur expreſſio cauſæ, ut notauimus ſuper nona quæſtione Bar.nam idem erit ſi nulla exprimatur , uel fragilis & inepta, & ſequuntur communiter docto. in cap. ut debitus honor, de appellatio. addit Iaſ. tex.in l. quoties.ff.qui ſatiſda.cogantur cum ſimilibus . ubi paria ſunt nullo modo ſatiſdare , aut ſatiſdare uitioſè , & quòd paria ſunt non comparere in iudicio , uel minus legitimè,cap.Nicolao. ubi Bal. & Canoniſtæ de appellationibus , ac paria ſunt non adire , uel inutiliter adire , ſeu uia incompetenti . l. ij. ubi Saly. Fulgos & alij . C. de ſucceſſo. edicto. & l. fi.ff. de lib. & poſthum.in uerbo nihil . & l. filius emancipatus . ff. de collatio.bonorum.Item nihil & inualidum æquiparantur . l. ſi aut nullum . ubi Bal.C. de legi.hæredibus . Sed tu in contrarium adducas tex. in l.fi.ff.de rebus eorum , qui ſub tutela uel cura ſunt , ubi dicitur quòd ex teſtamento nullo declaratur uoluntas teſtatoris,unde non eſt idem nullum fuiſſe factum teſtamentum , uel inualidum . Similiter quantum ad delictum non eſt idem quid non eſſe factum contra legem,uel eſſe factum & inualidè : quia actus inualidus punitur ſicut ualidus , l. fi.ff.de repud. coniuncta . l. non dubium . C. de legibus . Vnde tu dicas quòd hæc eſt materia brocardica : quoniam reſpectu effectus iuris ad illum actum, paria ſunt aliquid non eſſe factum , uel nulliter eſſe factum. Tamen quantum ad alios effectus iſta nō ſunt paria , cum aliquid inferat plus factū etiā inualidum , quàm nullo modo factum, cum ex teſtamento inutili declaretur uoluntas , dicta l. fin. ff. de rebus eorum. & actus inualidus puniatur contralegem factus ſicut ualidus , & ex ſtipulatione nulla aliquando inducitur pactū, quod non eſſet ſi nihil dictum fuiſſet,ut not. in l.j.§.ſi quis ita. infra de uerborum obligationibus cum ſimilib.

Secundò dicebat Iaſ. quòd Bart. malè fecit coniungendo quartum exemplum cum primo & quinto , uel melius cum tertio , ut ſupra dixi, quia in dicto quarto exemplo interuenit ſatiſdatio , quæ in alijs duobus non interuenit : Sed ipſe non intellexit Bar. quia ipſe cognoſcebat quòd in illo quarto requirebatur oblatio ſatiſdationis . Sed non coniunxit iſta exempla in ſubſtantia : quia uerè inter ſe differunt,& ipſe præſupponit & ſciebat . Sed coniunxit quantum ad primam expoſitionem illorum uerborum catenus, & quatenus,quoniam in dictis tribus exemplis , licèt diuerſis,illa uerba catenus , quatenus , ſtant cauſatiuè . & exponuntur ideò quia , & quoniam per talem expoſitionem in iſtis tribus exemplis denotatur quòd remiſſio fiat in totum , ideò ea æqualiter reprehendit : quia non conueniunt ſecundum eū tex. noſtro : qui loquitur de remiſſione pro menſura iuris , pro parte quæ non habebat ius prohibendi , & ideò dicit in tex. noſtro dicta uerba ſtare quantitatiuè , ut exponantur pro parte qua ſimiliter dicebat Iaſ. quòd Bar. ſomniauit quod hic ſit mentio de triplici remiſſione legis , & ſic de ea etiam quæ fit per ſatiſdationem : quia imò ſomnium eſt, cum glo. expreſſè dicat in prima ſolutione, & etiam in tertia quòd remiſſio fiat ſine ſatiſdatione . Sed nec etiam in hoc ipſe intellexit Bar.quia ipſe non præſuppoſuit quòd in omnibus exemplis glo.uelit interueniſſe ſatiſdationem : quia hoc non ignorauit, cum ante oculos haberet uerba glo . Sed dum in quarto exemplo ipſa dixit quòd erat oblata ſatiſdatio, apparet quòd ipſa locuta fuit de remiſſione legis , quæ fit per ſatiſdationem . Vnde meritò dixit quòd in hac cauſatiua expoſitione glo. poſuit exempla de triplici remiſſione legali,una eſt ; quando nunciatio eſt nulla propter defectum . Alia: quando eſt nulla propter euidentiam facti . Tertio : quando remiſſio fit à lege præſtita ſatiſdatione de qua loquitur tex. in dicta l. prætor. §. ſi quis paratus & l. de pupillo . §. ſi is cui. infra eodem. & l.j.in 3.reſponſo infra de remiſſio. quod tamen procedit ſecundum opinionem docto. communem hic , ꝙ ſatiſdatio poſſet præſtari extraiudicium , & ſuccederet remiſſio legis ſine iudice. Tamen: quia de hoc dubitat glo. in dicto. §. ſi is cui. & contradi-

tradicit tex. in l.j. C. eodem: nos concluſimus ſupra quòd remiſsio legis non eſt ſeparata à remiſsione iudicis, ſed iudex poteſtatem datam à lege exequitur, & quando nunciatio eſt nulla propter defectum, uel propter euidentiam non eſt neceſſarium facere remiſsionem: quia ipſa nulla eſt, dicta l.j.infra de remiſsio. & tenet hæc glo. ubi dicemus in fi.

Tertio poſtea colligitur ex quarta ſolutio-
112 ne, † quòd ubicunque nunciatus offert ſatiſdationem. & nuncians dicit hodie conſtat hodie agatur, tunc impeditur remiſsio legis, uel iudicis ſi interueniret, per legem ſi is à quo. ff.ut legatorum nomine caueatur, & tunc ſuperſedetur per tres menſes non obſtante oblatione, intra quos iudex debet feſtinanter expedire cauſam. & ſi non potuerit propter aliquod iuſtum impedimentum præſtatur fideiuſsio, etiam contradicente parte, & remiſsio inducitur ut interim uſque ad diffinitiuam ſententiam ędificare poſsit. quam concluſionem tenent communiter docto. hic, & in dicta l.fi. Et licèt glo. ibi ponat quatuor ſolutiones: tamen communiter tenet ſecundam, quam etiam tenet glo. in cap. fi. extra eodem, quòd ſit in arbitrio ipſius nunciantis an uelit accipere ſatiſdationē, & confirmare remiſsionem incontinenti an uelit, dicendo hodie conſtat hodie agatur. impedire remiſsionem per tres menſes. Iaſ. tamen hic dicebat quòd hæc communis concluſio uidetur contra illum tex. qui non facit hanc diſtinctionem. Sed indiſtinctè dicit quòd ſuperſedetur per tres menſes. Vnde ipſe determinat quod hodie ſtatim facta nunciatione ligantur manus ipſi nunciato ut ipſe non poſsit ædificare per tres menſes, ſiue præſtet ſatiſdationem, uel nullam præſtet, ſiue aduerſarius dicat hodie conſtat hodie agatur, ſiue nihil dicat. Sed hæc ſit uirtus omnimoda nunciationis, ut in continenti liget manus, & impediat ędificium fieri per tres menſes, quam opinionem probat. primò: quia ille tex. indiſtinctè dicit quòd facta nunciatione ſuperſedetur per tres menſes, infra quos cauſa debet decidi à iudice. Secundò probat: quia tex. ille dicit etiā ſi nunciatus uelet ſatiſdare, tamen debet ſuperſedere ab ędificio per tres menſes, & non dicit quando nuncians oppoſuit hodie conſtat hodie agatur. nec cogitauit dicere. Tertiò adducit: quia illa electio quam glo. & docto. dant nuncianti, eſt contra illum tex. de directo, qui dicit expreſſè quòd iudices debent feſtinare, imponendo iudicibus neceſsitatem & cauſam expediendi. Quartò ponderat: quia tunc admittit ſatiſdationem: quando occurrit legitimum impedimentum quòd non fuerit intra tres menſes cauſa expedita, & non intererit quòd dictum fuerit quòd hodie agatur. Quintò ponderat rationem decidendi ibi, quæ eſt ne propter denunciationes inanes, opera prohibeantur, & non a 1d[illegible]rio: quia oppoſitum fuit hodie conſtat hodie agatur. Vnde ipſe concludit quòd indiſtinctè debet ſuperſederi per tres menſes: tamen poſteà non ponit effectum qui in practica poſsit ſequi, ſi indiſtin-
113 ctè ſuperſedeatur. † Tu uerò pro reſolutione iſtius dubitationis conſidera primò tria. primò an iſta exceptio competeret de iure antiquo, hodie conſtat hodie agatur. Secundò quid uoluit decidere ille tex. & quæ ſit eius intentio. Tertiò an indiſtinctè procedat eius deciſio. circa primum communiter docto. uidentur tenere quòd hæc exceptio de iure. ff. nou cōpeteret: ſed propter illam legem incipit competere, tamen glo. hic uidetur ſentire contrarium dum allegat dictam l. ſi is à quo. quæ eſt de iure digeſtorum, & hæc pars mihi magis placet: nam in illo edicto ut legatorum nomine caueatur, non fuit poſitum illud uerbum quòd daret poteſtatem hæredi dicendi hodie conſtat hodie agatur. Sed fuit interpretatio, quæ ſumpta fuit ex mente illius edicti, & propter æquitatem prætoriam ut circuitus inutilis euitetur, & ne homines grauentur propter ſtipulationes inutiles, l. ſtipulatio. §. diuus eo. titulo. & docto. in dicta l. ſi is à quo. inferunt ad alios caſus ſimiles ut ſemper poſsit fieri illa oppoſitio, etiam quòd in legibus non ſit conceſſa illa poteſtas: ergo dicamus quòd etiam in edicto de noui oper. nunciatio. & in capite de remiſsione hoc tacitè ſubintelligeretur, ſi cum uellet dare ſatiſdationem nuncians dixiſſet ad quid facimus hunc circuitum? ad quid inutile opus ædificamus? clarum eſt ius meum hodie conſtat hodie agatur. & ita poterat impedire effectum iſtius remiſsionis legalis uel iudicialis. & erat æquiſsimum ualde, & hoc ſuadetur: quia uidemus quòd in dicta l. j. præſupponitur quòd antiquiſsimo tempore ſuperſedebatur in ædificando inuito nunciato per unum annum, quo elapſo nuncians poſteà cadebat à cauſa quòd non potuiſſet euenire, niſi actori nuncianti conceſſa fuiſſet poteſtas fruſtrandi illam nunciationem, cum ipſe ſemper præſtando ſatiſdationem potuiſſet impedire effectum prohibitionis, & tex. ibi dicit quòd erat iniquum, quòd ſi habebat ius ædificandi quòd impediretur facere opus per annum integrum, & ſic ſemper demonſtrat quòd de iure antiquo poterat impediri, quod non poterat eſſe niſi: quia opponebat illa uerba hodie conſtat & hodie agatur. Vnde in eius pœnam poſtea erat inductum quòd ſi nō expediebat cauſam infra annum, quòd caderet à cauſa. & ſic uidetur uerior opinio quòd iſta exceptio competeret nuncianti, etiam de iure. ff.

Circa ſecundum dicas, quòd intentio Iuſtiniani ibi fuit declarare & modificare ius antiquum, & in parte corrigere, cum enim iam eſſet receptum, ut ibi dicit tex. nou ex conſuetudine: quia hoc non apperit: ſed ex interpretatione iuris antiqui quòd nuncians poſſet im

pedire per annum ædificare propter illam ex-
ceptionem, ut ſupra concluſi. & quòd ſi infra
annum non expediebat, ipſe caderet à cauſa in
pœnam, ut etiam: quia natura remediorum
prætoris eſt ut durarent per annum tantum, l.
in honorarijs. ff. de actio. & obligatio. & §. j.
inſti. de perpetuis & tempora. actionib. & pro-
batur in dicta l. prætor. §. fina. quam etiam ad
hoc ponderauit hic Ruy. cum autem ex tali in-
terpretatione ſequerentur illa duo damna quæ
ponit ibi tex. quòd iniuſtè uolens ædificare im
pediebatur, & nunciana per annum cadebat à
cauſa. Ideo Imperator uoluit tollere utrunquè
damnum, & determinauit quòd nuncians non
poſſet impedire nunciatum cum illa exceptio-
ne hodie conſtat hodie agatur, niſi per tres mē
ſes. quibus elapſis uoluit quòd præſtando ſa-
tiſdationem recuperet ius ædificandi obtenta
remiſſione temporali in totum uſquè ad ſen-
tentiam diffinitiuam, & quòd ſi non expedire-
tur cauſa infra tres menſes, nequè per annum,
non caderet à tota cauſa, pro ut olim cadebat:
ſed quòd lis poſſit durare tantum quantum
poſſet conuenienter expediri. Vnde intentio
naliter uenit modificando illud tempus anni
ad tres menſes, & declarando ius antiquum, nō
autem nouiter inducendo quòd ſuperſedeatur
in cauſa, & ſic apparet quòd uoluit non corri-
gere, ſed declarare, & modificare ius antiquū,
augendo ius nunciantis & ipſius nunciati.
Circa tertium quantum ad dubitationem
Iaſ. teneas quòd ille tex. non loquitur indiſtin
ctè prout præſupponit Iaſ. ſed potius intelligi
tur cum illa alternatiua, ut tenent communi-
ter docto. & probatur per illum tex. in uerbo
feſtinare. retorquendo contra Iaſ. quia dum
uult quòd iudex debeat feſtinare demonſtrat
114 tantum † quòd cauſa debet ſummarijſſimè ex-
pediri, ſicut cauſa damni infecti. l. j. ff. de dam
no infecto, ſed non dicit quòd ex officio ſuo ſi
ne inſtantia alicuius partis poſſit ipſe iudex ex
pedire: quoniam ipſe non poteſt ſupplere defe
ctus partium in facto, ut no. in l. j. C. ut quæ de
ſunt aduo. & l. j. ff. de officio aſſeſſo. & quam-
uis hæc opinio Iaſ. fuerit prius glo. in dicto cap.
ſi. & capitulo j. de noui oper. nunciatione, ta-
men Mari. hic dicit eam non eſſe ueram. & ꝙ
imò illa uerba hodie conſtat hodie agatur, re-
quirantur, per tex. in l. de pupillo. §. ſi is cui.
& l. prætor. §. ſi quis paratus. & §. ſi aliquan
do. cum ſimilibus. & in proprio edicto præto
ris infra. eodem, quibus dicitur quòd ſi offer-
tur ſatiſdatio & non recipitur, nunciatio eſt re
miſſa incontinenti: ergo non expectantur tres
menſes, non allegatis illis uerbis, nec debemus
dicere illa iura correcta eſſe, cum euitanda ſit
legum correctio, & uenit declaratiuè, ut ego
ſupra dixi, & eſt neceſſarium quòd ſi per an-
num expectabatur, quòd debuiſſet interueni-
re aliquod impediens illam remiſſionem de
qua in dictis iuribus, & in l. j. in tertio reſpon
ſo. qui claris uerbis hoc dicit. infra de remiſſio.
Et poſteà ſubdit idem Maria. opinionem eſſe
irrationabilem: quia ſecundum eum nuncians
cogeretur de iure ſuo docere, quod eſt contra l.
primam C. ut nemo inuitus, ac propterea ad-
dit in fauorem nunciantis eſſe inductum ut dif
feratur per tres menſes: ergo non debet accipi
ut agat inuitus, & ad argumenta Iaſ. dicit ip-
ſe reſponderi poſſe ut per eum. Sed poterat da
re generalem reſponſionem, quòd illa lex loqui
tur in diuerſis terminis, cum loquatur quan-
do, nemo comparebat in iudicio, & per an-
num extinguebatur ius partium, poteſt tamen
dici nec etiam fundamenta Maria. concludere:
quia ut ſupra probaui, de iure antiquo omnia
dicta iura receperunt illam limitationem per
illam clauſulam, hodie conſtat hodie agatur
in cuius locum ſucceſſerunt tres menſes poſiti
in dicta l. j. C. eo. tamen placet opinio commu-
nis per dictum primum fundamentum: quia
tex. dicit ꝙ iudex debet feſtinare, ipſe autem
ex officio nemine inſtante facere non poteſt, ut
no. in dicta l. j. C. ut quæ deſunt aduocatis, & l.
j. de officio aſſeſſoris, & in materia citationis,
ergo eſt neceſſarium quòd una pars inſtet, ſed
non uidetur probabile quòd nunciatus inſtet,
cum ei ſufficiat præſtare ſatiſdationem de de-
moliendo, & licèt poſſet contingere ut ipſe in-
ſtaret hodie poſtquàm ſtabiliti ſunt illi tres mē
ſes, in quibus debet ceſſare ædificium: tamen
hoc non erat tempore illius legis. Vnde eſt ne-
ceſſarium quòd eſſet ipſe nuncians qui inſtaret:
ergo dicit illa uerba hodie conſtat hodie aga-
tur, ſaltem faciendo inſtantiam quòd cauſa ex
pediatur, non enim dicimus illa uerba for-
malia eſſe neceſſariò exprimenda, ſed ſufficere
mentaliter demonſtrari intentio quòd ſit faciē
do inſtantiā quòd procedatur in cauſa. Poſteà
pro reſolutione Maria. hic conſiderabat tres
caſus ex mente etiam Ruy. Aut nuncians obla-
tam ſatiſdationem recepit, & conſentit ædifi-
cari, tunc caſus eſt clarus quòd ſit remiſſio. per
l. j. §. inde quæritur. infra. eodem, & tu addas
quòd non poteſt, iſte caſus non negatur per di
ctam l. j. quæ non ſuſtulit poteſtatem partibus
ut non poſſint remittere nunciationem, uel cō
ſentire quòd per legem remittatur: quia legi-
ſlatores non laborāt in alio niſi ut quietos ſub
ditos redant, dicto. §. inde quæritur. Aut uerò
nuncians non accepit ſatiſdationem, ſed dixit
hodie conſtat hodie agatur. adhuc ſumus in
claro, quòd expectantur tres menſes per di-
ctam l. j. quia Iuſtinianus non negauit hanc po-
teſtatem faciendi illam inſtantiam, cum ut di-
xi, uoluit quòd feſtinanter iudex expediret cau
ſam: ergo expreſſè diſpoſuit quòd inſtante par
te omnino ſuperſedeatur. Aut uerò non rece-
pit ſatiſdationem, & tamen non dixit illa uer-
ba, nequè de facto incæpit proſequi cauſam
principalem, & de iure ſuo docere, & hic eſt ca
ſus dubius: tam[illegible] ſe credere quòd.
ſatiſda-

ſatiſdatio poterit præſtari, & nunciatus ædificare poterit, dicta l. prætor.§. deinde. & dicto. §. ſi quis paratus. tamen poſtea non reſpondet fundamento communis opnionis. Alciatus ponebat diſtinctionem concordando, & dicebat ꝙ ſi nunciatio eſt facta extra iudicium ſufficiat ſatiſdatio, & poterit ſtatim ædificare, dicto. §. ſi is cui. quod omnes fatentur, utſicut nunciatio per actum extraiudicialem inhibet, ita & per ſatiſdationem extraiudicialem releuari debet. glo. in leg. merito. in principio de euictionibus, quòd ſi iudici aliàs quis denunciet ueliteque litigare, & de iure ſuo docere, tunc intra trimeſtre id poſſit, etiam ſi interim ei offeratur ſatiſdatio, lex enim ſatiſdationem duntaxat poſt tertium menſem admittit, & ità procedat communis ſententia uolens in effectu quòd clauſula hodie conſtat. terminum trium menſium ſolùm habeat, etiam in nunciatione, quæ fit per prætorem, quæ opinio eſt uerum ſomnium: quia tex. in dicta l.j. loquitur de omni nunciatione habili ad prohibendũ, & omnes hic & ibi ità eam intelligunt. & tex. in dicta l. is à quo. loquitur quando petebatur extra iudicium ſatiſdatio, & non diſtingunt docto. ibi neque hic, an ſatiſdatio petatur in iudicio, uel extra iudicium: quàmuis ego ſupra dixerim quòd hodie ſatiſdatio non poteſt extra iudicium offerri: ſed eſt neceſſarium quòd extra iudicium offeratur per dictam l.j. in fi. Vide tu pro reſolutione plena conſidera quòd Iaſ. ſentit anuni quod tamen non declarat, imò ſe confundere uidetur, ex eo: quia aut ipſe uult quòd illa clauſula cum illis uerbis ſolennibus, hodie conſtat, hodie agatur, non ſit hodie neceſſaria, ſed ſufficiat per quæcunque uerba uel facto demonſtrare intentionem ſuam, quòd uult proſequi cauſam principalem, & tunc ipſe nihil dicit contra docto. qui non conſiderant formam uerborum: ſed ſolam intentionem, ſi uerò uult quòd indiſtinctè debeant expectari tres menſes, & ꝙ ſola nunciatio habeat hunc uigorem ꝙ faciat ſuperſederi per tres menſes, etiam ꝙ ceruicoſè nuncians diceret, nolo recipere ſatiſdationem: ſed dicat ego uolo recipere ſatiſdationem, neq; uolo docere de iuribus meis, & uolo ꝙ omninò ſuperſedeatur per tres menſes, & tunc opinio ſua non probatur: quia dicta lex uult in fauorē nũciantis ſuperſederi adhoc, ut citò cognoſcatur de cauſa, & iudices ſint diligentes & feſtinanter expediãt, & non permittãt per inanes denunciationes ædificia expediri.

Vnde tu facias quatuor caſus, duos primos
115 ut faciebat Maria. qui clari ſunt. † unus eſt, quando nuncians recipit ſatiſdationem, & tunc recuperet nunciatus in continenti ius ædificandi, & fiat remiſſio.

Secundus caſus eſt: quando non acceptat ſatiſdationē, & dicit hodie conſtat, hodie agatur, & tunc ſecundum omnes ſuperſedetur per tres menſes.

116 Tertius caſus eſt † quãdo nũciatus offert ſatiſdationē, & nũcians nõ uult accipere: tamē neq; uerbo neq; facto demonſtrat ſe uelle docere de iure ſuo, & tunc ſi nunciatus faceret inſtantiã ꝙ cauſa expediatur citando nunciantē, tũc adhuc ſuperſedebitur per dictã l. j. & iudex feſtinauit in expeditione cauſæ, hoc enim curauit Iuſtinianus ibi, ut potius cauſa expediatur quã ædificetur uno faciēte inſtantia: quia ſubuenitur utriq; & imponitur quies inter eos abſque illo inutili circuitu ꝙ fiat ædificium, & poſteà diruatur.

117 Quartus caſus eſt † ubicunq; nunciatus offert ſatiſdationē, & ille nõ uult accipere: ſed non facit inſtantiã expeditionis cauſæ, & nunciatus quoq; tacet, ità ꝙ nullus comparet coram iudice, & tunc clarũ eſt ꝙ iudex non poteſt expedire cauſam nemine faciente inſtantiã, imò incurrimus in antiquam obſeruantiã, & incidimus in dubitationem, an partes cadant à cauſa. Sed tamen concludendum eſt, ꝙ partes non cadunt à cauſa: quoniam hoc expreſſè ſuſtulit ille tex. Ideò, ex negligentia nunciati poterit dici quod amplius infra tres menſes non poteſt ſatiſdari: ſed tamen elapſis tribus menſibus non obſtante negligentia, adhuc erit in arbitrium ipſius nunciãtis præſtando ſatiſdationem, recuperare ius ædificandi, & cauſare remiſſionem in totum uſque ad diffinitiuam ſententiam, per illum tex. & propterea in effectu habes quod non eſt in totum in arbitrium ipſius nunciantis quòd ſuperſedeatur per tres menſes, quàmuis idem effectus ſequatur, per declarationem præcedentem.

118 Quàm † tamen concluſionē uidetur limitare Ruy. hic non procedere quãdo nunciatur alicui poſſidenti ſuũ ſolum: quia tunc in continēti debet admitti ad ſatiſdãdũ, nec impediri per tres menſes, ne aliàs in ſua poſſeſſione turbetur, iuxta legem uim facit. infra de ui & ui armata, cũ poſſeſſio in hac materia multum operetur ſecundum Bar. ſup. in 7. quæſtione: & confirmat ipſe: quia exceptio dominii iuris nunciantis, quæ cõtinetur in illis uerbis, hodie conſtat, uel ſimilibus, non debet attendi contra defendentem ſuã poſſeſſionē, ſicut nec interdictum uti poſſidetis, l. ſi de eo. §. ſi. cum ibi no. per glo. & Bar. inf. de acquir. poſſeſſio. Sed Alcia. reprehendit hãc limitationem: quia imò potius nũcians allegare poſſet ſe ab ædificante inquietari, qui eſſet in quaſi poſſeſſione iuris ſui prouenientis ex ſeruitute. Vnde talis ædificans, diceretur interim uim facere. leg. j. §. & parui, & leg. 3. §. ſi quis. infra. quod ui aut clam, hanc etiam hic reprehendit Maria. quia eſt contra tex. in leg. j. C. eodem. quæ ſimpliciter loquitur, & hoc etiam ego puto uerum: quia illa clauſula hodie conſtat. habebat antiquitus locum ſiue eſſet in poſſeſſione, ſiue non, & competit tam poſſidenti quàm non poſſidenti, ut probatur ex notatis in dicta leg. ij. C. de edicto diui Hadria. tollendo. Præterea ſupra concluſum

fuit quòd in nunciatione noui operis nihil operetur poſſeſſio: quia ius ædificandi reſpicit dominium, non poſſeſſionem, ut plenè dictum fuit in decima ſeptima quæſtione.

Secundò limitabat Azo. in ſumma dictam concluſionem non procedere hodie in iſtis iuri
119 bus, † quæ triennalem iuriſdictionis inſtantiam reſtringunt diſponentes ſtatutum quòd infra quadraginra dies, uel duos menſes, cauſæ omnes debeant expediri. prout reperitur in multis partibus Italiæ: nam tunc non deberemus expectare tres menſes, ne faceremus quòd cauſæ ſummariæ tardius expedirentur quàm ordinariæ, quod eſt abſurdum. iuxta no. in l. j. inſ. de damno infecto. Vnde ipſe concludebat terminum trium menſium pro rata inſtantiæ ordinariè reſtringendo taliter quòd ſtante ſtatuto quòd per quadraginta dies cauſæ expediantur, reſtringatur ad xiij. dies qui debeant expectari: argum. l. in contractibus. in principio. C. de non numerata pecunia, & per regulam ꝙ leges nouæ extenduntur ad leges antiquas, & in eis habet locum extenſio paſſiua: argum. no. in l. j. §. lex falcidia. ff. ad leg. falcidiam, & ſequitur hic Alcia. Marianus uerò dicebat quòd in hac conſideratione ratæ temporis debet haberi reſpectus ad tempus taxatum pro inſtantia per ſtatutum, & uult quòd ſit xij. quadraginta dierum, & ſic ſint tres dies, poſteà ipſe dicit quòd per tale ſtatutum non eſt diminutum tempus trium menſium: quia tempus trium menſium non reperitur ſtatutum reſtrictiuè ad trienniũ: ſed per ſe ſimpliciter eſt ſtatutum: quia uiſum fuit idoneum ad probandum de iure ſuo contra uolentem impedire ædificantem: unde ipſe negat poſſe argui de diminutione trienij ad diminutionem temporis, ut eſt pulchra doctrina Bar. in l. illud. C. de ſacroſanctis. eccleſiis. Hinc infert quòd ſi ſtatuto caueatur quòd quinquè teſtes ſufficiant in teſtamento, non erit per hoc dicendum quòd tres ſufficiant in codicillis, ut per Bar. & alios in l. ij. ff. de leg. j. ideò concludit ipſe quòd dictum ſtatutum non tangit terminum dictorum trium menſium, neque per diminutionem inſtantiæ factam per ſtatutum, erit dictus terminus trium menſium diminutus: tamen poteſt dici quòd non competet maior terminus quadraginta dierũ ex tacita intentione ſtatuentium, pro qua ſua opinione poterat allegare tex. in terminis de quo fuit recordatus, in §. qui enim excuſare uolunt. inſti. de excuſa. tuto. cum glo. in uerbo computari. & ff. eo. titulo l. ſcire oportet. §. illud autem. Vnde tu determina ut per docto in dictis locis. Facit tamen quòd non fuerit mutatus dictus terminus tex. in l. doli clauſula. infra de uerbo. obligationibus. & l. ſanctio legum. ff. de pœnis. & hæc quantum ad iſtam quartam expoſitionem glo. & expoſitionem primam de uerbo eatenus & quatenus, quæ capitur cauſatiuè: nam nullo exemplo (ut ſupra concluſum fuit) poteſt procedere dicta expoſitio neque conuenit legi noſtræ.

120 Ideò Bar. proſequendo inquiſitionem intellectus noſtri, refert expoſitionem ſecundam de uerbis eatenus & quatenus, ut capiatur temporaliter, id eſt, uſque quo. Vnde glo. ſecundo loco ſoluit fatendo contrarium quòd nunciatio remittitur in totum. Sed tamen hæc remiſſio non eſt perpetua: ſed eſt temporalis & durat uſquè ad tempus diffinitiuæ ſententiæ in cauſa principali, quo caſu per iudicem declarabitur, an nuncians habeat ius prohibendi, & ſi apparebit eum non habere ius nunciandi confirmabitur remiſſio perpetuò, & eſt ſenſus, deinde remitteretur prohibitio in totum, ſiue iure, ſiue iniuria ædificat. uſquè quo declarabitur per diffinitiuam ſententiam, quòd nuncians non habebit ius prohibendi, in qua remiſſione erit neceſſaria ſatiſdatio de demoliendo in caſu ſuccumbentiæ, ad finem ut ſi apparebit nunciantem habere ius prohibendi, demoliatur ædificium, in eius præiudicium factum, dicta leg. prætor. §. hoc interdictum. el. ſecundo. in fin. infra. eodem. Sed Bar. hanc expoſitionem etiam reprehendit: quia intentio iſtius tex. eſt quòd fiat remiſſio, ſecundum menſuram iuris pro parte qua partes habent ius, per hanc autem fit remiſſio in totum ſecundum menſuram temporis. Ideò non conuenit tex. & etiam ego puto uerum: quia eſt uiolatio ad illa uerba eatenus, & quatenus, & oportet addere uſquè quo apparebit non habere ius nunciandi.

121 Vnde † poſteà Bar. refert exempla tertiæ expoſitionis, ut illa uerba eatenus quatenus capiantur quantitatiuè, & unum eſt exemplum glo. ſecundum ipſum, quod ponitur in uerſi. uel dic tertiò. Sed tamen non benè conuenit ut ſupra dixi; quia in dicto tertio exemplo illa uerba exponuntur eatenus, quatenus. Vnde melius exemplum ponitur de hac tertia expoſitione in uerſi. uel dic quintò. proſequendo per illa duo exempla, quæ ponit glo. de iure corporali, & incorporali, & licet in litera glo. ſit uerbum, uel dic ſextò. tamen corrupta eſt litera: quia illa duo exempla coniunguntur cum uerſi. uel dic quintò. Vnde glo. dicit quòd ſi quis habebat ſeruitutem in parte ſuperiori domus, & non in parte inferiori, tunc fiet remiſſio pro illa parte in qua non debetur ſeruitus, & non fiet remiſſio de tota nunciatione, & ſic uerba, eatenus quatenus. exponuntur pro parte qua habet ſeruitutem debitam domui ſuæ. Idẽ eſt in ſolo, ſi quis uerè poteſt ædificare per diſtantiam ſex pedum à domo uicini, infra uerò non poſſit, & nũcietur, ut in nullo loco ędificet, tunc fiet remiſſio ut infra ſex, pedes non ædificet: quia nuncians non habet ius prohibendi, ultra uerò ſex pedes poſſit ædificare,

quia

quia nuncians non habet ius prohibendi: & ſic remiſsio fit quantitatiuè pro parte qua non habet ius prohibendi. Sed hęc duo exempla reprehendit Bar. ex eò: quia in eis præſupponitur quòd conſtabat iudici per inſtrumenta clara de iure partium, & fiebat remiſsio ſine ſatiſdatione, quòd eſt contra tex. noſtrum, qui requirit quòd remiſsio fiat propter ſatiſdationem præſtitam, ex eo: quia ſumitur à lege prætor. §. deinde. inf. eo. ubi pro remiſsione requiritur ſatiſdatio, ideò ſexto loco glo. poſuit exemplum aliud in uerſi. pro ea parte. ubi debent poni illa uerba, uel dic ſexto. quæ corruptè anteà poſita fuerunt prope finem primæ partis, in qua concurrunt illa duo ſimul, unum quòd uerba intelligantur de remiſsione per ſatiſdationem, ſecundum quòd uerba catenus quatenus ponantur quantitatiuè, quæ in ſumma dicit quòd præſtita ſatiſdatione remittitur per legem tota nunciatio iuſta & iniuſta: quantum ad oculos corporis: tamen effectualiter, & quantum ad ueritatem non remittitur: quando nuncians habet ius nunciandi. ſed ſolũ quando non habet, ideò pro ea parte qua habet ius nunciandi, nõ remittitur effectualiter, imò confirmatur facta diſcuſsione: ſed ſolùm remittitur perpetuò pro qua parte non habet ius prohibẽdi, & hanc dicit eſſe uerisſimã, poſteà refert expoſitiunem Iacobi & Oldra. uolentium ꝙ dicatur eatenus quatenus, id eſt, in tantum ꝙ ponẽdo caſum ꝙ per nunciationem inhibetur opus, quæro utrum iſta prohibitio remittatur, reſpõdet ꝙ remittitur præſtita ſatiſdatione, in tantũ ꝙ is qui renunciauit non habet amplius ius nũciandi ex dicta cauſa, & probatur in l. cum procurator. §. j. inf. eo. Sed poſteà eam reprehendit: quia non conuenit menti edicti ꝙ hic recitatur neque etiam conuenit uerbis literæ quàmuis ſit in ſe uera. propterea concludit ꝙ iſte tex. loquatur de remiſsione quæ fit præſtita ſatiſdatione, pro ut ponitur in d. §. deinde. & ꝙ uerba eatenus, ſtent quantitatiuè, referendo menſuram iuris. Ideò dicta remiſsio licèt uideatur fieri in totum quantum ad uerba & ſenſum apparentem: tamen quantum ad effectum & mentem fit ſolùm quatenus nun habet ius prohibendi, quòd apparebit quando iudex declarabit, & ità facit quatuor præſuppoſita. Primò quòd in hoc tex. requiratur quod interuenerit ſatiſdatio. Secundò quòd ſtatim ſequatur remiſsio legis in totum quantum ad oculum corporis. Tertiò quòd poſteà quòd occaſione ſatiſdationis itur ad iudicem, qui habita cognitione cauſæ declarabit nunciationem eſſe remiſſam, pro illa parte pro qua apparebit nunciantem non habere ius ædificandi. Quartò quòd hæc remiſsio quantum ad ueritatem eſt perpetua, & iſtam uidentur ſequi communiter docto. Sed tamen in ueritate eſt multum dubia, attento quòd hæc quatuor præſuppoſita Bar. falſa uidentur. Et primò: quia hic non apparet quòd debeat interuenire ſatiſdatio, & non exprimitur in uerbis: neque etiam uerum eſt quòd referatur ad edictum poſitum in dicto. §. deinde. quia ibi nulla facta eſt mentio de remiſsione ut ſupra dixi, & potius deberet referri ad legem prætor. in princip. ubi fit mentio remiſsionis nulla expreſsione facta de ſatiſdatione, uel generaliter ut ſupra dictum fuit, non refertur ad uerba illorum interdictorum: quia per ea non potuit induci ædictum, ſed refertur ad uerba cuiuſdam edicti de remiſsione, cuius uerba plenè uon habemus, & aliqua referuntur in l. j. infra de remiſsio. ex quo ſequitur quòd & ſecundum præſuppoſitum eſt falſum, quòd intelligatur de remiſsione legis, quæ non ſequitur niſi præſtita ſatiſdatione. Ita nec etiam aliud præſuppoſitum eſt uerum, quòd remiſsio quæ fit præſtita ſatiſdatione dicatur eſſe perpetua: quia imò cum fiat in totum, ſiue iuſta, ſiue iniuſta ſit nunciatio, neceſſariò eſt temporalis, & durat tantum uſquè ad diffinitiuam ſententiam, donec dubietas iurium partium remanet, & cum poſteà per ſententiam declarantur iura partium, extinguitur, ſicut cæteræ interlocutoriæ extinguntur, ut illa uti poſſidetis ita poſſideatis, & per ſententiam inducitur noua remiſsio quæ fit poſteà pro parte pro qua ipſe nuncians non habet ius prohibendi, & ſic apparet quòd hucuſquè nullum exemplum rectè traditum fuit: nequè ullus bo-
122 nus intellectus ad iſtum tex. datus fuit. †Quare ego puto reſoluendu duos intellectus poſſe dari, unus eſt ſpecialis, ſi tibi placet hunc intellectum ſpecialiter intelligere quòd iſte tex. intelligatur de remiſsione iudicis, quæ fit per diffinitiuam ſententiam in cauſa principali, in qua cum per uiſuram proceſſus iudici conſtet de iure partium, iuxta glo. in uerbo liquere. in capitulo ſignificauerunt de teſtibus, pronunciat nunciationem certo modo habuiſſe ius nunciandi. & alio modo habuiſſe, & pro qua parte ſibi conſtat non habuiſſe ius prohibendi pro illa parte facit perpetuam remiſsionem, & iſte intellectus nullam patitur difficultatem, & inducitur per naturalem ſignificationem uerborum, & unicuiquè legenti naturaliter occurrit, & Vlpian. ideò de hac remiſsione locutus fuit: quia illa firma, ſtabilis, & perpetua eſt, & totam controuerſiam partium dirimit. ſi tamen tibi uideretur diminutè locutum fuiſſe Vlpianum, ut tantummodo de hac finali remiſsione locutus fuiſſet, potes dare alium intellectum generalem complectentem omnes modos remittendi, qui poſſunt fieri ex nunciatiune ualida inducente prohibitionem, & non ſe reſtringendo ad illum: nequè ad illum ſpecialem modum, prout faciebat glo. & Bar. ſed omnes complectẽdo, & ideò poſuit uerba ambigua & prægnantia ut omnes dicti modi poſſent contineri, & ſenſus ſit, deinde remit

teretur prohibitio eatenus quatenus is qui nunciaſſet, ius prohibendi non haberet, ſecundum uarios modos infra per diſcurſum tradendos. quæ uerba addidit Vlpianus ut tolleret rigoroſitatem prohibitionis: quaſi diceret non tibi uideatur iniquum quòd per ſimplicem nunciationem quis poſſit prohibere alium iuſtè uel iniuſtè ædificantem: quia hæc prohibitio poſteà remittitur uarijs modis, tam præſtita ſatiſdatione, quàm etiam non præſtita, ſi ab initio uel poſteà conſtabit de iure partium, & finaliter, & effectualiter remiſſio erit facta pro ea parte pro qua apparebit nunciantem non habere ius nunciandi, & hic intellectus uidetur magis congruere intentioui Vlpiani, ut ſicut generaliter dixit de permiſſione nunciationis referendo ſe ad uarios modos, & limites nunciandi infra tradendos, ita etiam ſubijciat de generali poteſtate remittendi ſecundum uarios modos & limites infra tradendos, & hæc quantum ad intellectum literæ.

Veruntamen: quia iſta fuerũt diſcuſſa ad hoc ut ſciamus quomodo, & qualiter remiſſio permittatur, & propter uaria exempla, & uarios inrellectus eius materia reddita fuir confuſa, ideò tu omiſſis intellectibus traditis ad tex. & exemplis glo. reſoluendo totam materiam remiſſionis plenius quàm faciat Bar. conſtituas theoricam de remiſſione faciendo multos caſus.

123 † Primus caſus eſt, ubicunque nunciatio eſt ipſo iure nulla propter illos quatuor principales defectus, uel ratione perſonæ, uel ratione rei l. de pupillo. in principio. & in. §. quod ſi riuos. cum ſequenti, uel ratione formæ, ut in eadem lege. §. nunciationem. & §. quod ſi fortè. uel ratione cauſæ non expreſſæ ſecundum theoricam traditã ſupra per uarias quæſtiones Bar. & tunc remiſſio omnimodò fit à lege ut ſupra etiã dixit Bar. & probatur in l. j. infra. de remiſſioni. quæ tamen non eſt propriè remiſſio: quia ſi nunciatio eſt nulla, remiſſio etiam eſt nulla, ut dicitur in d. l. j. §. j. de remiſſio. Ideò poteſt ſperni, & licitè ſine timore demolitionis nunciatus poteſt ædificare ut plenè dictum fuit in præcedentibus. Attamen quia de facto nunciatio facta fuit, & quia poteſt aliquando dubitari an habuerit deffectus oppoſitos, ut ſit neceſſaria declaratio iudicis, poteſt dici & ipſa quædam ſpecies remiſſionis quantũ de facto proceſſit, & quòd fiat, & poteſtas ædificandi concedatur nunciato, & omnes conueniunt quòd fit in totum & perpetuò, quod tamen intellige quantum ad illud iudicium. Sed tamen per eã non impeditur poſteà nuncians de nouo nunciare, ſeruata ſolennitate iuris, ſicut & qui inæpram actionem intentauit, non impeditur poſteà nouam actionem, & nouum iudicium facere. l. qui habebat. ff. de inſti. actio. & habetur in l. properandum. §. ſinautem. C. de iud. & tenet glo. & Bar. inf. ij. parte glo.

124 Secundus caſus † eſt, ubicunquè nunciatio eſt nulla ex eo: quia per euidentiam facti permanentis apparet quòd nuncians nõ habet ius prohibendi, ut ſi nunciauit pro ſeruitute luminum, & ædificium fiebat in loco multum diſtanti, uel ſit euidentia iuris ſeu notorium iuris, ut: quia uſufructuarius nunciat proprietario ædificanti, l. ij. infra. eo. uel habens ſeruitutem ruſticam nunciat domino, l. qui uiam infra. uel ſocius nunciat cum ſocio. l. in prouinciali §. j. inf. eodem. uel creditor domino rei pignoratæ. in quibus iuribus expreſſè leges prohibent nunciationem fieri ut inducatur notorium iuris, & tunc omnes conueniunt, etiam quod fit in continenti remiſſio per legem, & perpetuò, & ſine ſatiſdatione, per rationem quòd ſi nunciatio eſt nulla, neceſſariò remiſſio eſt nulla per tex. in dicta l. j. §. j. infra de remiſſio. qui hoc dicit expreſſè, & declarabitur in ſequenti parte glo. quæ tamen non eſt propriè remiſſio, cum nulla fuerit nunciatio: argumen. l. qui decem. infra de uerbo. obligatio. ſed appellabitur remiſſio de facto, ſicut de facto præceſſit nunciatio, & ſi forſan de hac nototietate opponeretur, eſſet neceſſarium recurrere ad iudicem qui declararet remiſſionem eſſe factam, unde nunciatus poteſt dictam nunciationem ſpernere, & licitè ſine timore demolitionis ædificabit.

125 Tertius caſus eſt. † quando nunciatio fuit facta ualidè ſed tamen nunciatus monſtrauit inſtrumentum auctenticum clarè decidens quòd nuncians nullum habet ius prohibendi, uel oſtẽditur ſententia diffinitiua lata inter ipſas partes, uel auctores ſuos, per quam demonſtratur calumnioſam fuiſſe nunciationem, nihilominus: quia dictæ ſcripturæ efficiuntur dubiæ per negationem. leg. j. ff. de tranſactio. oportet accedere ad iudicem, ille autem cognoſcit per eas, uel confeſſionem partium calumnioſam eſſe nunciationem, & nihil legitimum opponi contra dictas ſcripturas in continenti ſummarijſſimè, & feſtinanter remittit nunciationem tanquàm calumnioſam, quæ remiſſio ualet ſecundum omnes, qui etiam in hoc conueniunt, nulla præſtita ſatiſdatione, & nunciatus licitè poterit ædificare, ut tenuit Bar. ſupra in prima quæſtione, qui uoluit per dictas ſcripturas apparere calumnioſam eſſe nunciationem, & poſſe licitè ſperni, tamen quia dictum ſuũ extra iudicium non procedit, uerificabitur hoc caſu quando partes cum dictis ſcripturis ueniunt ad iudicem, qui in continenti faciet dictam remiſſionem perpetuam, ut in poſterum ſemper poſſit ædificare, nulla etiam relicta poteſtate iterum nunciandi.

126 Quartus caſus eſt. † ubicũq; nũciatio ab initio ualet ſeruata ſolennitate, & durat ualida: quia iura partium ſunt dubia, & tunc ſi poſteà nunciatus concordat cum nunciante, & conueniũt ꝙ fiat remiſſio, & tunc ſecundum omnes etiam talis remiſſio ualebit, & nullos habebit limites à lege, ſed ſeruabitur præſtita uel non

præſti-

præſtita ſatiſdatione,ſecundum quòd ipſis partibus placuit, & ad earum etiam uoluntatem erit perpetua, & temporalis, ut in effectu in tantum ualeat, in quantum per eas conuentum fuerit. per tex.in l. uim facit. §. tandiu. infra quod ui aut clam. & l. ſi conuenerit. ff.de iuriſdictione omnium iudicum. & quia contractus ex conuentione partium legem accipiunt, l. j. §.ſi conuenerit.ff.de poſi. & non poterit opponi quod uideatur ſpreta auctoritas prætoris: quia ipſe non negauit hanc poteſtatem partibus,cum aliud non intendat niſi ut eos quietos reddat, l. j.§.inde quæritur. infra eodem.

127 Quintus caſus eſt, † ubicunque nunciatio ab initio ualuit, & durauit ualida:quia iura partium erant dubia. Vnde nunciatus obtulit ſatiſdationem de demoliendo in caſu ſuccumbentiæ,& nuncians acceptauit nulla facta oppoſitione,& tunc etiam communis eſt opinio & tenenda, quòd remiſsio inducitur ut ille poſsit ædificare,ſiue iure,ſiue iniuria ædificet, ſed tamen eſt temporalis uſque ad ſententiam diffinitiuam,per l.prætor. §. interdictum.el ij. inf.eo. Sed poſteà facta diſcuſsione iudex cognoſcet an nuncians habuerit ius prohibendi uel non, & ſi reperiet habere ius prohibendi confirmabit nũciationem, & uirtute ſtipulationis mandabit dirui ædificium,& ſi apparebit nunciantem nõ habuiſſe ius prohibendi, confirmabit remiſsionem perpetuò, nulla amplius requiſita ſtipulatione: & idem faciet ſi pro parte apparebit habere ius prohibendi. Nec huic concluſioni obſtat tex.in l.j.C.eod.qui uidetur mandare dilationem trium menſium: quia non procedit in iſto caſu; quando nuncians acceptauit in continenti ſatiſdationem, & nihil oppoſuit,quaſi tacitè ſit facta remiſsio conuentionalis,quam nulla lex uoluit excludere ut ſupra dictum fuit, d. l.j.§.inde quæritur inf. eo.

128 Sextus caſus eſt.†Vbicunquè facta fuit nũciatio quæ durauit ualida propter iura partium dubia,ideò nunciatus comparuit offerendo ſatiſdationem in iudicio, quam nuncians uoluit acceptare:ſed dixit hodie conſtat,hodie agatur & tunc conueniunt omnes, etiam quòd ſuperſedeatur per tres menſes, & iudex auditis iuribus partium feſtinabit ut dirimat cauſam infra tres mẽſes, ſi poterit,uel ſi per ſtatutum erit inſtãtia magis abbreuiata tacitè uel expreſſè ſecundum declarationem quam poſui ſupra poſt Maria. & ſi infra dicta tempora non potuerit expedire propter dubietatem ſcripturarum & iurium, uel quia teſtes ſunt in longinquis partibus, & ultra mare, & aliud legitimum impedimentum,tunc elapſis dictis tribus menſibus, uel inſtantia à ſtatuto inducta, & cauſa non fuerit expedita, tunc nunciatus poterit offerre ſatiſdationem in iudicio de demoliendo in caſu ſuccumbentiæ, & habebit remiſsionem, ac poterit ędificare uſquequo cauſa erit expedita, & iudex poſteà per diffinitiuam ſententiam declarabit quòd ſibi liquebit de iuribus partium, & ſi inueniet nunciantem non habuiſſe ius prohibendi, abſoluet in totum faciendo remiſsionem perpetuam,& ſi apparebit habuiſſe ius prohibendi, confirmabit prohibitionem, & mandabit uirtute ſtipulationis dirui ædificium, ut dicit tex. in dicta l. j. C. de noui oper. nunciatione. quem omnes fatentur in hoc caſu omninò procedere.

129 Septimus caſus eſt.† Vbicunquè nunciatio fuit ualida, & apparuit ualida propter iura partium dubia, & tunc ſi nunciatus comparet offerendo ſatiſdationem, nuncians uerò non recipiat oblationem,neque proteſtando quòd hodie agatur, imò potius reluctetur demonſtrans nequè uelle litigare: nequè ædificari, & tunc ſi ipſe nunciatus compareat in iudicio faciendo inſtantiam, quòd cauſa expediatur, & tunc ſimiliter ſuperſedetur per tres menſes, uel aliud tempus ſtabilitum à ſtatuentibus per illum tex. qui in hoc caſu etiam procedit, licet docto. aliqui uideantur dubitare, ideò iudex feſtinanter poterit expedire cauſam cum nuncians citatus inſtante alio teneatur comparere, & ita diſcutietur cauſa, & ſi propterea aliquod legitimum impedimentum, non poterit expediri, tunc nunciatus in iudicio poterit pręſtare ſatiſdationem de diruendo, in caſu ſuccumbentiæ, & dabitur remiſsio in totum, etiã reluctante nunciante, temporalis tamen uſque ad diffinitiuam ſententiam, & poterit ædificare interim, ſiue iure, ſiue iniuria ædificet, & non attendetur quòd ipſe poſtea non proſequatur cauſam:quia nihilominus durabit remiſsio, etiam per duos annos donec ad inſtantiam alicuius partis expediatur, & poſteà per ſententiã iudex declarabit quis eorum foueat iuſtitiam, & ſi apparebit nunciantem habere iuſtitiam cõfirmabit prohibitionem, mandando dirui ædificium, & ſi apparebit nunciantem non habere ius prohibendi, confirmabit remiſsionem eam perpetuando ſine aliqua ſatiſdatione, contra remiſsio in præſenti caſu, & præcedenti, non poterit fieri,niſi oblata ſatiſdatione in iudicio, licèt antiquitus poſſet etiam fieri extraiudiciũ per tex. in l. de pupillo. §. ſi is cui, & l. prætor. §. ſi quis paratus. infra eodem. & l. j. in tertio reſponſo infra de remiſsionibus, ſecundum unum intellectum,per tex.in dicta l.j. ibi,dato fideiuſſore ex officio urbicariæ iuriſdictionis, ex qua ſatiſdatione inducetur remiſsio legis quæ tamen habebit mixturam iudicialis auctoritatis, cum ſatiſdatio præſtetur in iudicio,appellabitur potius iudicialis remiſsio quæ erit temporalis, & non perpetua, licèt Bar. hic aliter arbitretur, attento quòd per uiam interlocutoriæ data fuit per iudicem, quæ extinguitur per diffinitiuam ſententiam; per quam poſteà confirmabitur, uel in totum annullabitur, & non erit neceſſarium facere illam diſtinctionem glo. & Bar. quod ſecun-

dum ueritatem remittetur pro parte, pro qua
non habet ius, & perpetuò, & ſecundum opi-
nionem. Nam hanc diſtinctionem ſumpſit ex
iſto tex. ſecundum ſuum intellectum referendo
ad dictum. §. deinde. quem nos ſupra repro-
bauimus, annullatis eius quatuor præſuppoſi-
tis falſis, in quarto tamen caſu quando præſti-
ta fuit ſatiſdatio & recepta, nos poterimus ſal-
uare intentionem docto. quòd illa hodie pote-
rit præſtari extraindiciũ, & ꝙ inducatur remiſ-
ſio legalis: quia talem caſum non tetigit tex. in
d. l. j. C. eodem. Vnde remanebit ius antiquum
incorrectum ſecundum opinionem communẽ
ꝙ inducatur remiſſio legalis. quæ tamen non
erit perpetua ut præſupponit Bar. ſi nuncians
non habet ius prohibendi: ſed erit ſemper tem
poralis, & in totum uſquè ad diffinitiuam ſen-
tentiam, uſquè ad quam durabit etiam uirtus
ſtipulationis, cum poſteà iudex determinabit,
an nuncians habuerit ius prohibendi, & pro-
hibitionem confirmabit reiecta remiſſione, mã
dando deſtrui ędificium uirtute ſtipulationis,
& ſi non apparebit habere ius prohibendi, &
contrarium liquebit, tunc confirmabit remiſ-
ſionem, quæ iam cum ſtipulatione erat finita,
& eam faciet perpetuam ſine aliqua ſatiſdatio-
ne, & ita teneas quidquid dicant hic Maria-
nus. & Ruy. & alij. Moder.

130 Octauus caſus eſt †ubicunquè nunciatio fuit
ualida, & durauit ualida per iura partium du-
bia, & nunciatus obtulit ſatiſdationem: ſed
non fuit acceptata, uel nullam etiam obtulit, &
nulla pars aliquid dixit: ſed ſolùm nunciatus
ceſſauit in opere, & tunc dubiũ poteſt eſſe quid
ſeruandum ſit, & an partes tacendo cadant à
iure ſuo: tamen decidas quòd omnimodo ſu-
perſedebitur per tres menſes in ædificando, nec
audietur nunciatus in ſecundo uel tertio men-
ſe. Sed poſt lapſum trium menſium, uel aliam
inſtantiam ſtatutariam poterit ſęmper com-
parere nunciatus, & in iudicio offerre ſatiſda-
tionem, per quam obtinebit remiſſionem, etiã
reluctante, uel non comparente ipſo nuncian-
te, quæ erit temporalis. & in totum præſtabit
poteſtatem ædificandi donec diſcutietur de cau
ſa, etiam quòd taceret nuncians per unum, uel
duos annos, quia non cadit à iure ſuo, uerum
hoc ipſum expreſſè prohibuerit Iuſtinianus in
dicta l. j. & ideò quando aliqua pars inſtabit,
diſcutiet cauſam, & poſteà declarabit per diſ-
finitiuam ſententiam quis habuerit iuſtitiam,
& ſi apparebit de iure nunciantis, confirmabit
nunciationem reiecta remiſſio. mandando di
rui ædificium, & ſi apparebit de iure nunciati
confirmabit remiſſionem perpetuo ſine noua
ſatiſdatione, quãuis prima fuiſſet extincta.
131 †in quibus omnibus caſibus ſemper lis erit ſum
maria, & ſummariſſima. per tex. in d. l. j. in
uerbo feſtinanter. concordat tex. in l. j. infra de
damno infecto. & procedet iudex ſola facti ue
ritate inſpecta, dando dilationes breues, ſuffi-
cientes tamen ad probationes neceſſarias, &
non erit opus quòd concludat in cauſa: ſed ſem
per uſquè ad ſententiam poterit. audire & te-
ſtes, & inſtrumenta: nec erit opus expectare fi-
nem trium menſium, ſi in primo menſe lique-
bit ei de cauſa: quia auct. qui ſemel. C. quomodo
& quando iudex. ſeruatur tantummodo in cau
ſis ordinarijs, & ideò in primo menſe poterit
diffinire cauſam, uel in ſecundo, ſi oportunum
uidebitur, hoc enim totum uoluit Iuſtinianus
in uerbo feſtinare coniunctis ultimis uerbis,
ne propter inanes denunciationes ędificia im-
pediantur.

132 Similiter †etiam, ſi ſibi liqueret ante ſenten-
tiam quòd nuncians haberet ius nunciandi poſ
ſet, ſi ſibi placeret reiecta ſatiſdatione remit-
tere ipſam remiſſionem, & impedire ipſum ædi
ficare: quia cum ſibi conſtet ędificium eſſe di-
ruendum, fruſtra permittit ędificari ad finem
ut poſteà diruatur: arg. eorum quæ habentur
in l. j. ff. de leg. j. & quæ dicta ſunt ſupra ſuper
quinta limitatione Iaſ. in notab. quàmuis Ruy.
hic uideatur tenere contrarium dicens, quòd
ſatiſdatio, uel remiſſio non remittitur per not.
per Inno. in cap. ſanè. de officio delegati. nam
illa non procedunt in iſtis cauſis ſpecialibus,
quæ habent ſpecialem modum procedendi. &
hæc ſufficiant pro plena cognitione materiæ re
miſſionis, quantum ad iſtam primã partẽ glo.

133 Sequitur ſecunda pars glo. †in qua ipſa labo
rat ad tollendum aliud contrarium, quod cau-
ſatur ex uerbis iſtius ultimæ partis, cum tex. ui-
deatur inducere deciſionem falſam, & implica
re contradictionem, dum uult quòd fiat remiſ-
ſio prohibitionis, quando non habet ius prohi-
bendi, quod uidetur inconueniens: quia ſi non
habet ius prohibendi, ergo nunciatio non ua-
luit, neque remiſſio ualuit, & dicit tex. in l. j. §. j.
inf. de remiſſio. qui expreſſè habet has duas con
ſequentias, ꝙ quando nõ habet ius prohibendi
nunciatio eſt nulla, & ſi nulla eſt nunciatio,
etiam nulla eſt remiſſio: quia priuatio præſup-
ponit habitum, l. decem. infra de uerborum ob-
ligatio. ergo hic Vlpia. ſeruiuit nobis de uen-
to, dando uobis regulam de remiſſione nuncia
tionis quæ nulla eſt, & eſſe nõ poteſt. Circa iſtud
contrarium laborat etiam hic glo. & etiã Bar.
plus æquo, cum potuiſſent breuioribus uerbis
tollere contrarium ſine tanta confuſione, & ip-
ſe dicit quòd æquiuocatio eſt ſeu duplex expo-
134 ſitio. †Nam ius prohibendi conſideratur duo-
bus modis quantum ad ſuam ſubſtantiam & exi
ſtentiam, & quantum ad modum procedendi.
135 Nam †licèt uerè non habeat ius prohibendi,
tamen ſi dubia eſt cauſa permiſſione iuris
poteſt nunciare, ideò nunciatio ualebit,
& remiſſio erit neceſſaria, & ita loquitur
iſte tex.

136 Secundo modo †poteſt ſumi non habere ius
prohibendi quantum ad principium & modũ
procedendi, ut quia nunciatio fiat interuenien

te de-

te defectu rei, uel perſonæ, uel formæ, uel cauſæ, quo caſu nunciatio eſt nulla ut ſupra dictum fuit, & etiam quando fit in ſeruitute ruſtici, uel quæ habetur in alieno, ut l.ij. & leg. qui uiam. infra eodem. & tunc remiſſio etiam eſt nulla, & ita loquitur tex. in dicta l. j. infra de remiſſionibus. ſoluendo in effectu quòd tex. noſter loquitur quando ius partium eſt dubiũ ab initio, & quando in nunciatione omnia requiſita interuenerunt. Nam licèt in ueritate non habeat ius prohibendi: tamen propter dubietatem nunciatio ualet, & remiſſio eſt neceſſaria. Ille uerò tex. loquitur quando nunciatio eſt nulla: quia non interuenerunt requiſita, uel quando non permittitur à lege, & tunc etiam nunciatio eſt nulla, & ſic illa lex loquitur in diuerſis terminis.

137 Eandem † conſiderationem facit in propoſitione affirmatiua: quia ſi habet ius prohibendi & in nunciatione non interuenerunt requiſita, uel non permittitur ut in dicta l. qui uiam, & tunc nunciatio eſt nulla, & remiſſio nulla, & idem ſi de ſeruitute urbana litigarent, ſin autem non habet ius prohibendi, quod eſt dubium, & ſeruat formam nunciationis, nunciatio ualet, & remiſſio eſt fienda, & ſic ſemper dicit quòd hic tex. loquitur, quando iura partiũ ſunt dubia ab initio. & nunciatio habet requiſita unde ualet, & remiſſio eſt neceſſaria ille uerò tex. loquitur quando nunciatio non habet requiſita, uel non poteſt fieri, ut in l. qui uiam. & tunc remiſſio eſt nulla. Eandem conſiderationem facit Bar. hic, & addit in propoſitionem negatiua tertium caſum, quando neque habet ius prohibendi, neque nunciatio habet requiſita, & tunc remiſſio eſt nulla. Item in propoſitione affirmatiua addit tertium caſum, quando habet ius prohibendi, & nunciatio eſt ualida: quia tunc remiſſio ualet, & ita loquatur iſte tex. tamen, & ipſe in effectu facit hanc breuem ſolutionem quòd ille tex. loquitur in caſu, quo nunciatio non habebat requiſita, uel non permittitur fieri: quia tunc eſt nulla, & remiſſio eſt nulla, hic uerò nunciatio ualida eſt; & remiſſio neceſſaria.

138 † Sed tamen aduertas: quia glo. & Bar. intelligunt tex. in dicta leg. j. de remiſſionibus. quando nunciatio non habet requiſita. qui intellectus non poteſt ſtare ad illum tex. ex eo: quia fundat nullitatem nunciationis ſuper eo: quòd non habet ius prohibendi. Sed quando nunciatio non habet requiſita, non fundatur nullitas ſuper eo quòd non habet ius prohibendi: ſed quia non adhibuit requiſita; habet tamen ius prohibendi, & nunciandi, & poterit de nouo nunciare ſeruatis requiſitis ut ſupra concluſi in primo caſu. unde uerus intellectus ad dictam l. j. eſt, quòd loquitur quando lex non permittit nunciationem fieri, etiam requiſitis interuenientibus, quòd eſt ubicunque nuncians non habet ius prohibendi notoriè ex euidentia facti permanentis, ut ſupra dictum fuit ſuper prima quæſtione Barto. uel quando lex non permittit nunciationem fieri: quia ædificans eſt dominus plenè ut in caſu l. ij. & l. qui uiam infra. eodem & l. in prouinciali, dum loquitur de ſocio nunciante, & expreſſè dixit tex. in dicta l. prima de remiſſionibus. §. pen. & fina. quæ loquitur de uſufructuario, & creditore nunciante domino: unde ſolutio eſt breuis quòd ille tex. loquitur in caſu, quo nunciatio fieri non permittitur: quia notoriè conſtabat quòd non habebat ius prohibendi, hic uerò tex. loquitur quando ab initio dubium erat ius partium, licèt per diffinitiuam ſententiam apparuerit quòd nõ habebat ius prohibendi. Item ille tex. loquitur quando nunciatio fit ipſi domino, qui habet plenum ius, quo caſu non ualet, ut in dictis quatuor exemplis. ideò remiſſio nulla, hic uerò nunciatio fieri permittebatur: quia termini erant habiles, & ius partium erat dubium, unde nunciatio ualuit, & remiſſio fuit neceſſaria propterea non obſtat.

Ex prædictis tamen collige aliquas concluſiones. Prima eſt, quòd ubicunquè nunciatio eſt ipſo iure nulla, remiſſio etiam eſt nulla, & non ualet. Contrarium tamen tenuit ipſemet Bar. ſupra dum tradidit theoricam remiſſionis, & dixit remiſſionem legalem habere locũ quando nunciatio eſt ipſo iure nulla: ſed reſoluitur hoc modo: quia quando nunciatio eſt nulla, & eſt dubitatio de nullitate, iudex declarat eam fuiſſe nullam, & de facto facit remiſſionem, quę hic non eſſet neceſſaria quantum ad effectum iuris: quia priuatio præſupponit habitum. l. decem. de uerborum obligationib. Tamen dicitur eſſe neceſſaria quantum ad certitudinem inducendam, & declarationem apparentem, & quatenus de facto proceſſit, hic autem conſiderauit Bar. remiſſionem quantum ad effectum iuris, quæ nihil operatur nulla exiſtente nunciatione.

Simile dicitur de appellatione quæ fit de ſententia nulla. Nam quia poteſt dubitari de nullitate appellatio procedit quatenus de facto ſententia proceſſit, ut notatur. in cap. quoniam contra. de probatio. & in rubrica extra de appellatio.

139 Secundò colligitur ex † dictis Bar. & glo. quòd nunciare, & prohibere, uidentur eſſe idem, uno reſpectu, & alio reſpectu non uidentur eſſe idẽ, quod facit ad ea quæ dicentur infra in l. de pupillo. §. meminiſſe. Tamen breuis, & facilis reſſolutio poteſt dari: quoniam iſta duo uerba habent ſe ut excedentia, & exceſſa, & ſunt idem & diuerſa ſecundum uarias exceptiones. Nam utrunquè uerbum poteſt conſiderari in genere, & in ſpecie, & in iure certo, & incerto. In genere autem ius prohibendi conſideratur reſpectu permiſſionis iuris, & tunc cõceditur illi qui in ueritate in ſpecie non habet ius prohibendi Secundò conſideratur in ſpecie utrum in illo

caſu habeat ius prohibendi, & tunc nou poteſt nerificari hoc uerbum, niſi uerè, & propriè habeat ius prohibendi. Similiter ius nunciandi poteſt conſiderari in genere, & tunc competit illi, qui etiam in ſpecie non habet ius prohibendi, quod conſiſtit antequàm conſtet de certitudine, ut in principio tex. noſtri. Secundò capitur in ſpecie, tunc non competit niſi illi, qui habet ius prohibendi in ſpecie, quo caſu tenet conſequentia, non habet ius prohibendi: ergo nec etiam habet ius nunciandi. Sed ſi tu conſideras utrunquè nerbum in genere, tenet etiam conſequentia habet ius nunciandi, ergo & ius prohibendi, etiam quòd in ſpecie non habet ius prohibendi. Sed ſi tu conſideras ius prohibendi in genere, tunc non ſequitur, ergo habet ius nunciandi in ſpecie, ſicut nec è contrario, ſi conſideras ius nunciandi in genere, non ſequitur ergo habet ius prohibendi in ſpecie, ut in principio tex. noſtri. Secundò modo poteſt ſolui. Aut iura partium ſunt certa, & clarè de eis conſtat, & tunc tenet conſequentia affirmatiuè, & negatiuè habet ius prohibendi: ergo habet ius nunciandi permiſſione iuris, ſeruata tam ſolēnitate, & data habilitate ſubiectæ materiæ, & è contrariò, non habet ius prohibendi, nequè etiam habet ius nunciandi: quia calumnioſa eſſet nunciatio, & permiſſio, ſi uerò iura partium ſunt dubia, & tunc non tenet conſequentia, non habet ius prohibendi in ſpecie, ergo non habet ius nunciandi permiſſione iuris: quia lex permittit calumnioſis dubium ſeu incertum etiam nunciare, ut in principio tex. noſtri. Sed benè ſequitur, habet ius prohibendi in genere, ergo habet etiam ius nunciandi in genere, ſed non in ſpecie, & ſic uides quomodo faciliter quis poteſt incurrere in æquiuocationem, & etiam cum facilitate ſe reſoluere à contrarietate. Facit tex in l. prima. §. quid ſit ui, & in lege uim facit. §. primo. infra quod ui aut clam. Rurſus uerba prohibere, & nunciare, poſſunt eſſe idem, & differre capiendo in genere, & in ſpecie. Nam uerbum prohibere, latè ſumptum differt à uerbo nunciatio, tanquàm genus à ſpecie, & uerbum nunciare latè ſumptum poteſt comprehendere etiam prohibitionem, ut patet in lege noſtra, & no. in dicto. §. meminiſſe. ubi dicetur..

140 Tertiò colligitur † ex dictis Bar. & glo. quòd nunciatio non poteſt fieri in ſeruitute ruſticali per tex. in l. qui uiam infra eodem, & uidentur ſequi docto. hic, & ibi: Tamen iſte intellectus recipit multa contraria, cum in ſeruitutibus poſſit fieri nunciatio, lege de pupillo. §. Sextus Pedius. uerſi. impoſititiam infra eodem. Vnde Bar. in lege prima. §. fin. col. pe. & l. ij. dicit quòd in ſeruitute ruſtica non ſemper prohibetur nunciatio: ſed tunc prohibetur: quando debens ſeruitutem reficeret uiam, quo caſu non poteſt nunciare. ità intelligendo illum tex. ſed ſi faceret opus deſtruendo uiam in totum, tunc etiam poſſet nunciare per alia iura. Sed tamen quia inducitur uiolatio ad illa iura, uidetur quòd tutior ſit intellectus quòd dicta l. qui uiam. loquitur in caſu quo nunciatus erat in poſſeſſione libertatis, & negabat uiam deberi. Ideò cum nulla eſſet præſumptio pro nunciante, qui non oſtendebat ius ſeruitutis nequè poſſeſſionem, non poteſt nunciare, ſed debet uendicare ſeruitutem principaliter, & probare ius ſuum, & conſequi eam per actionem confeſſoriam cum aliis neceſſarijs ut poſſit uti ſeruitute, dicta l. qui uiam. Sed ſi eueniret quòd dominus nuncians eſſet in poſſeſſione ſeruitutis, uel ſi non eſſet in poſſeſſioue, nunciatus fateretur ſeruitutem ſe debere, oel per inſtrumentum in continenti productum, tunc nunciatio ualeret: quia eſſet aliqua præſumptio pro ipſo nunciante, dicto. §. impoſititiam, & in. §. at ſi in ſuo. infra. eodem. quæ, tamen concordia adhuc eſt dubitabilis, cum uideamus quòd idem eſt generaliter in uſufructuario, d. l. ij. & iu ſocio, dicta l. in prouinciali. & in creditore l. j. in fi. infra de remiſſionib. Ideò alia ſolutio poteſt dari, quod aut uſus ſeruitutis eſt in alieno corporaliter, & tunc nunciatio fieri non poſſit, dictis iuribus, aut uerò uſus eſt in proprio, licèt percipiatur ab alieno ut eſt in ſeruitutibus urbanis, & ità procedat tex. in. §. impoſititiam & reiincidit in ſolutione glo. quæ diſtinguit inter ſeruitutem urbanam. & ruſticanam. Nam ſeruitus ruſticorum prædiorum ſemper in alieno habet uſum. & dominus ædificat in proprio, & non poteſt ei nunciari. Sed in ſeruitute urbana ſeruitus collocata eſt in domo nunciantis, licèt percipiat ab alieno uſum, & ideò permittitur nunciatio quaſi rem propriã defendere uideatur, cogita tamen.

141 Quartò † colligitur ex doctrina Bar. quòd nunciatio remitti debet: quando eſt ualida præſtita ſatiſdatione de demoliendo ſecundum diſtinctionem ſupra latè traditam in generali theorica remiſſionis. Quæ concluſio limitatur non procedere: quando nunciatio fieret ex cauſa damni infecti: quoniam tunc requireretur cautio de reficiendo damnum quòd oriretur ex ruina noui ædificij, ut per Bar. in dicta l. de pupillo. & dicta l. ſtipulatio. §. habeat. infra eo.

Sed in contrarium facit: quia uidetur quòd cautio de damno infecto non præſtetur pro remiſſione nunciationis, & ſolùm pro executione nunciationis: quoniam ea præſtita uidetur quòd nunciatio cūſecuta fuerit effectum ſuum, cautio uero de deſtruendo opus uidetur interpoſita ad remiſſionem nunciationis, & per eam nunciatio conſequatur poteſtatem ædificandi, & poſteà per cautionem de damno infecto conſequatur damnum ſi eueniat ex illo opere, non deſtructionem ipſius operis, niſi ſaluando communem dicas quòd cautio de damno infecto non reuocatur per ſententiam in cauſa principal; nec eam expectet ſicut remiſſio per ſatiſdationem,

dationem, nihilominus impedietur nunciatus ædificare, niſi eam præſtet, per dictam l. ſtipulatio.§.& habet. ideò conclude quòd in tali nunciatione non expectatur cautio de demoliẽdo: quia demolitio nõ tollit damnum, ſi forſan eueniret: ſed ſolùm expectatur cautio de reficiẽdo damnũ futurum, ut non poſſit fieri remiſſio niſi præſtetur cautio de damno infecto.

142 Secundò † limitatur non procedere quando nunciatio fieret in publico gratia iuris publici tuendi, ut uidetur tex. in dicta l.prætor. §.hoc autem interdictum competit, & ratio aſſignatur: quia priuatus aliquis non poteſt dare facultatem remittendo nunciationem ædificanti in publico, neque alius iudex inferior l. iij. §. planè. infra. quòd ui aut clam. ut hic latius per Ruy.,

Sed contra hanc limitationem Marianus adducit tex. in l. non ſolùm. §. quòd ſi nunciauero. infra eodem. ubi dicitur quòd ex ſola remiſſione nunciatio impeditur. Soluit ipſe poſt Cuma. in dicto. §. hoc autem. quòd per remiſſionem ſiue repromiſſionem tollitur nunciatio, ut per eam nunciatus amplius non poſſit impedire. Sed tamen non datur facultas nunciato ut poſſit ædificare alio contradicente, & uti interdicto ne uis fiat ei, & hoc uerum eſt: quia remiſſio concedit quod auferebat nunciatio. Nã nunciatio impediebat nunciatum ad inſtantiã nunciantis ædificare. Sed tamen non impediebat eum ædificare ad inſtantiam alterius. Igitur nec ipſa remiſſio potuit niſi tollere ius nunciantis.

143 Simile eſt † in l. tranſigere. C. de tranſactio. ubi ſi in crimine publico accuſans tranſegit cũ accuſato, non per hoc tollitur quin alij poſſint accuſare quorum intereſt, & illa tranſactio aufert ſolùm illum aduerſarium. Tu etiam potes dicere quòd imò ſi ædificans præſtauit ſatiſdationem de demoliendo poterit ædificare: nec ab alio poterit impediri: quia præſtauit cautionem de demoliendo, & actio illa popularis effecta fuit ſpecialis, ut probatur in l. j. & per totum. ff. de popularibus actionib. niſi detegeretur colluſio, uel remitteretur extraiudicialiter ſine ſatiſdatione, quo caſu dic ut ſupra.

Addebat etiam hic Ruy. quæſtionem neceſſa-
144 riam. † Vtrum ſi remittitur nunciatio per ſatiſdationem: ità è contrariò, ſatiſdatio remitti debeat, & poſſit peti ut remittatur, & refert Imol. & Roma. tenentem in dicta lege ſi is cui. quod non poſſit peti remiſſio ſatiſdationis per no. per Inno. in cap. ſanè de officio delega. dicentem quòd non fit remiſſio ſatiſdationis, uel alterius proteſtationis: quoniam poteſt alia uia ſuccurri. Sed hic poteſt ſuccurri per uiam actionis, ergo non poteſt peti remiſſio: quia ſi iudicabitur in fauorem ſatiſdantis nunquàm committetur, & non erit opus remiſſione. Si uerò iudicabitur contra eum, non poterit impediri ne cõmittatur dicta l. ſtipulatio.§.& habet, & refertur ad illum qui iudicabitur in ſententia, & ille permittit demoliri, quod erit iudicatum in ſententia. Vnde ea lata ſtipulatio committetur ex natura obligationis de demoliendo, ut hic per eum, quem refert, & ſequitur Maria. Sed tamen ipſi non tollunt unum effectum damnoſum qui poſſet ſequi. Nam ſi cõſtaret poſt concluſum in cauſa nunciatum non habere ius ædificandi, & duraret remiſſio, fieret ædificium notoriè damnoſum nuncianti, quod tamen ueniret ad demoliendum. unde utilius uidetur quòd in continenti fiat remiſſio remiſſionis, ut interim non poſſit opus facere quòd omninò ueniet demoliendum. ne inutiles expenſæ permittantur, arg. cap. finem litibus. de dolo, & contumatia. & circuitus inutiles tollantur, ut no. in l.j.de leg.j. & faciunt ea quæ dixit Iaſ. in no. in 5. limitatione & habetur per docto. in cap. paſtoralis. in §. j. de cauſa poſſeſſio. & proprietat. & ſupra etiam ità firmaui. & hæc ſufficiant quantum ad intellectum tex. & theoricam remiſſionis.

145 Extra glo. † tamen Bar. hic formauit unam quæſtionem tactam per Iacobum de Are. Vtrũ ſi nuncians calumnioſus ſciens ſe calũnioſe nunciare, fecit nunciationem, & nunciatus cognoſcens ſe habere ius, ſpreta nunciatione ædificauit. Vnde poſteà per interdictum demolitorium coactus fuit demoliri opera, & percipere hoc damnum, utrum poſſit per actionem de dolo petere hoc intereſſe à nunciante, & ipſe determinauit quòd ſic, per tex. in l. rem quam. ff. de dolo. ubi habens rem uenalem iam inuenerat emptorem, quòd uolens impedire calumnioſus actor intentauit reiuendicationem: unde res effecta fuit litigoſa, & emptor deſtitit ab emptione pro ut de iure etiam tenebatur, quo factum fuit quòd uolens uendere incidit in pœnam: quia non ſoluit pecuniam: quàm forſan tenebatur ſoluere, & determinatur ibi ꝙ totum ſuum intereſſe poterit petere à calumnioſo actore per actionem in factum: ergo eodem modo nunciatus qui paſſus eſt hoc damnũ demolitionis, poterit per actionem in factum petere hoc intereſſe à calumnioſo nunciante. Sed tamen: quia iſte tex. loquitur in caſu, quo nullum factum iniuſtum fecerat. neq; delictum perpetrauerat, & in caſu propoſito nunciatus deliquit faciendo opus ſpreta auctoritate prætoris, l.pretor.§. j.inf. eo.& incidit in damnum & pœnam demolitionis ex delicto ſuo, ille tex. non probat intentionem Iacobi de Arena. propterea Bart. hic in terminis ſuis tenet contra eum dicens, quòd nullam actionem habebit cõtra calumnioſum nunciantem: quia ex facto ipſius non habuit hoc damnum: ſed ex facto, & delicto proprio: quia ſpreuit interdictum prætoris. Vnde ſibi debet imputare, regula damnum. de reg. iur. Sed ſi eueniſſet quòd ipſe ſtatim ceſſaſſet ab opere, & ità non deliquiſſet, & propter nunciationem non ualens ædificare ha

buerit damnum iu cementis, lignis, & alijs
præparamentis, uel forſan nolebat facere ma-
gazenum pro uino, uel frumento cuſtodiendo
donec eum uendere poſſet, & : quia prohibitus
fuit, amiſit uinum, uel frumentum, & ſimilia,
damna paſſus fuit, & tunc determinat quòd po
terit agere actione de dolo contra calumnio-
ſum nunciantem, ut conſequatur intereſſe ſuum
per dictam l. rem quandam, quæ magis in ter-
minis probat, cum his nuncians non uideatur
eſſe in aliquo delicto. ut per eum, Ex cuius di
ctis colliguntur duæ principales concluſiones
facientes quodammodo duas quæſtiones. Pri-
ma eſt contra Iacobum de Arena, quòd ſi nun-
ciatus ædificauit, & coactus fuit demoliri, non
poteſt agere contra nunciantem: quia ex facto
ſuo, & culpa paſſus fuit damnum. Iacobus ta-
men de Put. quem refert hic Iaſ. dicebat opinio
nem Iacobi de Arena poſſe ſuſtineri: quia ſi nun
cians fuit in dolo, ille qui ædificauit fuit in cul
pa, credens ſibi licere ædificare, & error iuris
non cauſat dolum: ſed culpam. l. ſed & ſi lege.
§. ſed & ſi rem. de petitione hæredita. & cũ hic
concurrat culpoſus cum doloſo, poteſt agere:
quia dolus præponderat culpæ, l. item ſi obſte
trix. §. fi. ſupra ad legem Aquili. ubi ſi ſeruus
ingrediatur locum deputatum ad iaculandum,
ipſe eſt in culpa. & ideò ſi interficiatur, non po
teſt agi. Sed ſi quis data opera eum interfecit,
tunc ipſe culpoſus agit lege Aquilia: quia do-
146 lus præponderat culpæ, Propterea † ipſe diſtin
guebat. Aut conſtat quòd nuncians eſt in do-
lo, & tunc poterit agere nunciatus per illam re
gulam quòd dolus præponderat culpæ, & ità
procedat opinio Iac. de Are. Aut uerò non ap
paret nunciantem eſſe in dolo, uel ſi fuit, & ip
ſe nunciatus doloſè ædificauit, tunc non poteſt
agi: quia culpa cum culpa compenſatur, l. ſi
ambo. de compenſationibus. & dolus cum do-
lo, l. uiro & uxori. ff. ſolut. matrimonio. Iaſ.
uerò hic tenet indiſtinctè opinionem Bar. & ad
illud quòd dolus præponderat culpæ reſpon-
det regulam non procedere: quando dolus ten
dit ad unum finem, & culpa ad alium finem, ut
in hoc caſu: quia dolus actoris nunciantis ten-
debat ad prohibendum, & culpa nunciantis ten
debat ad ſpernendum prætorem: tamen hæc ſo
lutio non tollit totum contrarium: quia ibi cul
pa ſerui tendebat ad aliud, ut uideret iaculan-
tes non ut iacularetur. Vnde alia datur ſolutio
per Mod. quòd culpa præceſſerat dolum, hic
uerò dolus præceſſerat culpam. quæ ſolutio pro
bat contrarium: quia ſi culpa præceſſerat do-
lum ergo doloſus fuit inuitatus, & minus de-
buiſſet attendi, & ſic non tollit contrarium.
Tertiò modo reſpondet Iaſ. quod in terminis
Bar. nuncians erat in dolo præſumpto: quia nõ
aderant uera iudicia, & in eodem dolo præſum
pto erat, & nunciatus ædificando ſpreto præto
re: ergo debet compenſari, dicta lege uiro, &
uxore. quæ ſolutio egreditur terminos quæſtio
nis: quoniam Bar. præſupponit quòd conſta-
ret de dolo nunciantis, & quòd in nunciato nul
lus eſſet dolus: quia credebat ſibi licere. Præ-
tereà etiam quòd eſſet dolus præſumptus in nũ
ciante, attamen ſufficeret: quia æquiparatur
dolo uero, dicta l. quòd Nerua. ff. depoſi. cum
præſupponatur quòd nuncians eſſet in mero er-
rore iuris, & ſic adhuc diſtinctio Iacobi de Pu
teo uidetur procedere. Ruy. uerò adducebat
in materia tex. in l. iiij. §. pe. & l. 5. §. primo.
infra. ne quis eum qui in ius uocatus eſt, ubi ca
lumnioſus actor non tenetur quando eximitur
uocatus in ius, ergo nec etiam calumnioſus nun
cians debet teneri: tamen nec etiam iſtud de-
fendit Bar. quia ibi ille calumnioſus actor erat
dubius, & non conſtabat de calumnia. Item
non facit in terminis: quia ibi ille eximens erat
in dolo directò ueniendo contra edictum, &
faciendo rem illicitam, hic uerò nunciatus erat
in ſola culpa, & ædificando non faciebat rem
apparenter illicitam cum in ſuo ædificaret. Vn-
de quartò pro opinione Bar. fortius adducitur
tex. in l. ij. eo. titulo. ne quis eum, qui in ius uo
cat. ubi ſi patronus, uel pater fuerat uocatus in
ius ſine uenia ex dolo uocantis, qui poſteà fuit
exemptus, dolus cum dolo compenſatur, ut di-
citur in dicta l. ij. Sed tamen nec etiam iſte tex.
probat: quia ut dicebat Alcia. uocans directò
ueniebat contra edictum, & eximens directò
ueniebat contra edictum in caſu noſtro qui nũ-
ciabat utebatur remedio iuris, unde non pote-
rat teneri, & ſic non facit in terminis: quoniam
ibi ille eximens erat in dolo, & nos præſuppo-
nimus quòd nunciatus erat in ſolo errore iuris
credens ſibi licere ædificare.

Quartò etiam contra Bar. adducitur doctri-
na eiuſdem, in l. de pupillo. §. meminiſſe. infra
eodem. ubi dixit quòd ſi quis nunciauit ore tan
tum, & per hoc amiſit poſſeſſionem quòd po-
teſt agere interdicto unde ui ad eam recuperan
dam: quia licèt facto ſuo amiſerit, tamen ad-
uerſarius dedit ſibi cauſam ut amitteret, ità
hic nuncians dedit cauſam ut ille ædificaret cõ
tra edictum, & pateretur damnum in deſtru-
ctione: ergo ſequitur quòd poteſt agere contra
nunciantem. Reſpondet Ruy. quòd in d. §. me
miniſſe. nuncians dabat operam rei licita, & nũ
ciatus rei illicitæ, unde nuncians poteſt recu-
perare dictam poſſeſſionem, quæ tamen reſpon
ſio eſt debilis: quoniam præſumptio legis nõ eſt
quòd nunciatus ædificans det operam rei illici
tæ. Præterea, quando nuncians iniuſtè nun-
cians dicitur prius dare operam rei illicitæ, gra
uando nunciatum in iure ſuo, & per hoc uide-
tur quòd nunciatus præſumptione legis excuſe
tur, & quàmuis nunciatio permittatur iure fie-
ri, ſiue iure ſiue iniuria fiet: tamen illud contin
git ſtante dubietate.

Secundò reſpondetur quòd ibi acquiritur il
li poſſeſſio ex ſuo facto iniuſto quòd ipſe non
potuit obijcere: ſed in hac nunciatione ſecus ui
detur.

detur. unde apparet ꝙ diſtinctio Iacobi adhuc
147 procedat. † Reſolutiuè autem loquendo dicas
quòd aut nuncians non fuit in dolo, quòd ple-
runquè præſumitur, & raro in facto poterit do
lus probari, & tunc concluſio Bar. ſine difficul-
tate procedit, ut fatentur omnes. Si tamen eue
niret quòd dolus probaretur, ut: quia nunciãs
dixiſſet ſe hoc feciſſe ut inquietaret eum, tan-
quàm rixoſus ſua natura, uel ribaldus, ut dice-
bat Iaſ. in principio. & tunc adhuc opinio Bar.
poteſt procedere: quia nuncians directò non
uenit contra aliquàm legem, & nunciatus ex
delicto ſuo incidit in illud damnum, & error
iuris non excuſat à delicto. tertia quæſtione. iiij.
§. notandum. unde ipſe ex ſuo delicto punitur:
& doloſus etiam nuncians punietur ex ſua ca-
lumnia. per rub. & nigrum ſupra de calumnia-
toribus.

Secundò facit: quia error iuris licèt excuſet,
tamen non cauſat ſibi actionem, dicta iij. quæ-
ſtio. iiij. §. notandum. & ibi per glo. & docto.
Ideò actionem de dolo non poterit habere. ſed
tamen poſſet ſaluari opinio Iacobi de Are. per
modum excipiendi, ſi forſan antequàm nuncia
tus deſtrueret, & conueniretur interdicto de-
molitorio, poſſet ipſe opponere de dolo ipſius
nunciantis, & in cõtinenti eum probare, & tunc
conſequeretur exceptionem ut non teneretur æ-
dificium diruere, ſicut quando uiolentus raptor
conuenitur interdicto reſtitutorio, & opponi-
tur quòd ipſe eſt in dolo: quia dominium ha-
bere non poterat, per exceptionem poterit ſe
defendere, cap. ad decimas. de reſtitutione ſpo
liatorum, & habetur in l. naturaliter. §. nihil
commune. in materia interdicti reſtitutorij, de
acquir. poſſeſſio. & pro hoc facit: quia ſi pro-
batur dolus nunciantis: ergo non habet ius
nunciandi: quia aliàs non eſſet in dolo. Ideò
cum conſtet de iure partium, fertur ſententia
in cauſa principali omiſſo interdicto demolito
rio, ut tenent doct. poſt Iaſ. ſupra in notabili-
bus in ſexta quæſtione.

Nec obſtat quòd non debet nunciatus audi-
ri probando de iuribus ſuis, ut uoluit Bart. in
octaua quæſtione: quia illud procedit: quando
probatio requireret altiorem indaginem. Sed
ſi in continenti quis probaret de dolo, tunc ad-
148 mitteretur per prædicta. † Quare remanet ꝙ
opinio Iacobi de Arena non eſt uera in termi-
nis ſuis: neque poteſt procedere ut nunciatus
habeat actionem: ſed ſolùm poteſt procedere
quantum ad exceptionem, ut antequàm de-
ſtruat, per exceptionem ſe defendat, quàmuis
& ipſe fuerit in dolo, teneatur demoliri.

149 Secundò principaliter concludit Bar. † quòd
ſi nunciatus non ædificauit: ſed paſſus fuit dam
num propter impedimentum quòd non pote-
rit ædificare, illud damnum poterit petere per
actionem de dolo per dictam legem. rem quàm,
quę tamen lex probat tantummodo in caſu
quo ipſe nunciatus in nulla eſſet culpa: quia nõ
poterat alio modo prouidere ne cæmenta uel li
gna deuaſtarentur: neque ſatiſdando poterat
impedire quominus ſuperſederetur ad minus
per tres menſes, iuxta l. primam. C. de noui o-
peris nunciatione. Sed quando ipſe potuiſſet
procurare ne dicta cæmenta amitterentur, uel
merces ſuæ conſeruarentur alio modo, uel e-
tiam præſtando ſatiſdationem recuperandi ius
ædificandi, tunc concluſio uidetur eſſe dubia.
Ideò contra eum primo opponitur ex mente
Iaſ. hic: quia uidetur quòd ſaltem non poſſit
dari actio de dolo, cum actio iniuriarum poſ-
ſit competere, leg. iniuriarum. §. ſi quis. uerſi.
ſunt qui putant. in fi. ff. de iniur. per quem
tex. ità tenet Alber. hic in ſeptima col. & l. qui
pendente. ff. de actio. em. ergo ceſſat actio de
dolo per regulam l. j. §. iij. cum ſequentibus. ff.
de dolo. ubi prætor dedit actionem de dolo
quando nulla actio competit, † Et quòd com- 150
petat actio iniuriarum tenuit ipſemet Bar. in
lege. prætor. §. nonnulli infra eodem. & ꝙ
non poſſint competere tenuit in l. ij. C. de do-
lo. ſed Iaſ. ſaluando Bar. reſpondet, quòd actio
iniuriarum non ſemper competit contra prohi
bentem ædificare: ſed ſolùm datur quando per
uiam facti prohibuiſſet, ſecus autem ſi per uiam
iuris: quia nemo iure utendo facit iniuriam,
ſed hic nuncians utitur iure conceſſo à lege: er-
go non tenetur actione iniuriarum, & per con-
ſequens competet actio de dolo ut dicebat
Bar. Sed Ruy. reprehendit: quia imò etiam
quando quis utitur iure tenetur actione iniuria
rum. per dictam. l. iniuriarum. §. ſi quis per
iniuriam. ubi citatus in ius per iniuriam ha-
bet actionem iniuriarum: ergo eodem modo,
& nunciatus habebit actionem iniuriarum con
tra nunciantem, ut expreſſè tenuit Bar. in d. l.
prætor. §. nonnulli. infra eodem. ergo adhuc
ſtat contrarium. Et ſi dicatur quòd ille text.
non probat: quia expreſſè parebat quòd uoca-
batur per iniuriam, quòd non eſt in nunciante,
replicatur quòd imò iſtud etiam conſtabat in
terminis noſtris, cum præſupponamus quòd
nuncians eſſet in dolo: ergo non potuit ex alia
cauſa nunciare, niſi ut faceret ei iniuriam, &
inquietaret eum. Ideò concluſio remanet uera
quòd ipſi nunciato contra nũciantem dabitur
actio iniuriarum.

151 Sed tamen per hoc † non oppugnatur con-
cluſio Bar. quia actio iniuriarum poteſt con-
currere cum actione de dolo, ex eo: quia ten-
dunt ad diuerſa: quoniam actio iniuriarũ datur
ad conſequendam pœnam uindictæ, actio uerò
de dolo datur ad intereſſe. Vnde ut dicebat
Bar. in dicto. §. nonnulli. & in dicta l. ij. C. de
dolo. non dicitur propriè concurſus actionum
cum dentur ad diuerſa, & ideò concluſio Bar.
ſemper procedet ſi per actionem iniuriarum
non fuiſſet conſecutus etiam intereſſe: quare
concludas quòd iſte rixoſus nuncians patietur
duas pœnas, unam uindictæ per actionem iniu-

riam, & aliam ad intereſſe per actionem in factum uel de dolo, & tertiam etiam ex officio iudicis: quia condemnabitur ad intereſſe.

Sed adhuc contra Bar. inſtatur: quia imò uidetur quòd non poſſit agi actione de dolo contra nunciantem: quia ipſe nunciatus fuit in culpa non petendo remisſionem præſtando ſatiſdationem, & ità euitaſſet damnum ex prohibitione. Item etiam poterat prouidere ne cæmenta deſtruerentur, uel uinum, & merces ſuæ perirent locando magazenum, & non faciendo dicitur eſſe in culpa, unde ſi habuit damnum habuit ex culpa ſua ergo petere non poterit: arg. regulæ damnum. de reg. iur. Et ſi dicatur quòd tantummodo arguitur culpa ſua, & dolus fuit in nunciante, & dolus præponderat culpæ, reſponderi poteſt quòd iſta culpa impediebat ſibi competere actionem, & ſolum potuiſſet prodeſſe excipiendo non autem agendo. Vnde ſecundò ſoluit Iaſ. quòd imò debet competere actio, ex eo: quia dolus nunciantis fuit in faciendo. & culpa nuncianti fuit in omittendo, unde dolus in faciendo præponderat culpę in omittendo, ut eſt glo. in lege ſi mora. ff. ſolut. matrimon. imò leuisſima culpa in faciendo æquiparatur dolo reſpectu culpæ in omittẽdo, ut habetur in leg. quòd Nerua. ff. depoſi. &

151 hic latius per eum. † Quæ ſolutio ſatis bona eſt præſuppoſitis terminis quòd nunciatus potuit argui de culpa: tamen nullo modo poteſt argui infra tres menſes, quibus durantibus omninò poteſt ſuperſederi, dicta l. prima. C. eodem. & etiam non poteſt imputari quòd nõ cuſtodierit merces, uel cæmenta: quia potuit ſperare quòd ipſe nuncians deberet deſiſtere à dolo ſuo, & ita poſſet ex conſtitutione ius ædificandi, & propterea concluſio bona uera eſt & tenenda. & hæc ſufficiant pro declaratione iſtius principij.

Ioannes Bolognetus Salerni legens, & repetita Meſſanæ de anno 1567.

Summaria ſuper. §. Hoc autem edicto in l. 1. ff. de operis noui nunciatione.

1 *CAſus figuratio in terminis ponitur ex qua literæ intentio manifeſtatur.*

2 *Litera qualiter legi debeat in duobus locis.*

3 *Edictum de noui operis. tantummodo competit ad futura opera, tam in prohibitione, quam in demolitione.*

3 *Interdictum quòd ui aut clam, ex capite quòd ſit clandeſtinum ædificium, datur tantummodo ad opera præterita, dummodo ſuſpicetur ædificans ſe poſſe repelli, uel ſuſpicari debeat.*

5 *Interdictum quod ui aut clam duo capita habet, unũ de clandeſtino opere quod reſpicit præteritum, & aliud de uiolento opere, quod reſpicit futurum.*

6 *Edictum de noui operis. quare fuerit inductum, cum idem operetur prohibitio cauſans interdictum quod ui aut clam. declaratur.*

Declaratio literalis. §. Hoc autem edicto.

HOc autem edictum. In hoc §. tractatur de tertia parte materiæ nunciationis. ad quæ opera pertineat ædictum de noui oper. nunciat. & quoniam in eo determinatur quòd edictũ de noui oper. nunciat. pertinet ad opera futura, & interdictum quod ui aut clam pertinet ad opera præterita, quæ deciſio de directo contrariatur. legi de pupillo. §. meminiſſe. infra. quem interpretari intendimus: quia eſt clauis totius materiæ. ideò hunc §. literaliter pro reſolutione eius contrarij declarare decreui. Vnde in eo ità potes fi-

1 gurare caſum. † Quidam uolens edificare in area ſua in præiudicium ſeruitutis luminum uicini cum ſciret eum abſentem, ne impediretur fundamenta parietis proiecit, & eleuauit uſq; ad decem pedes, ſuperueniens dominus uidens ædificiũ ità inceptum in eius præiudiciũ, in continenti nunciauit nouum opus, qua tamen nunciatione ſpreta, perſeuerauit ille in ædificio, & compleuit parietem uſquè ad altitudinem deſtinatam, unde nuncians conuenit eum interdicto demolitorio, ut deſtrueret totum parietem, ille autem dicebat quòd non tenebatur. fuit quæſitum ab Vlpiano quid iuris? & uidebatur quòd totus paries ueniret deſtruendus: quia nunciatio inhibet nouum opus fieri ut ſupra in principio. nouum autem dicitur quod non eſt uetus, l. uetus de uino. tritico, & oleo legato, & dictum fuit ſupra in ſi. rub. ſed totus paries eſt nouus, ergo totus ueniebat deſtruendus. Secundò faciebat tex. in l. prætor. infra eodem. ubi interdictum datur ad demolienda opera præterita, ergo etiam ad totum parietem demoliendum. Tertiò faciebat tex. in d. l. prætor. §. nonnulli. ubi interdictum quòd ui aut clam. concurrit. Sed interdictum quod ui aut clam datur ad præterita, & futura opera, ergo etiam, & interdictum de no. opc. nunciat.

2 Quartò faciebat tex. in l. prohibere. §. ſiquis paratus. & in l. ſi alius. §. ait Iulianus, infra. quod ui aut clam. ergo ubi hæc duo remedia æquiparantur, & quod conceditur uni alteri communicatur, ergo, & etiam, & hoc quòd detur edictum de no. oper. ad opera præterita. Quintò faciebat tex. in l. 5. infra de remiſſionibus, ubi ponitur titulus de remisſionibus inductus propter nunciationem poſt. titulum

quòd

quod ui aut clam : quia remedia fuere communicata.

His tamen non obſtantibus contrarium determinauit hic Vlpia. quòd imò per interdictum de noui operis nunciatione, non poteſt demoliri niſi illa pars parietis, quæ facta fuit poſt nunciationem noui operis, alia autem pars ante nunciationem facta debet demoliri per interdictum quod ui aut clam. Et ratio decidendi ponitur in textu: quia edictum de noui operis nunciatione, pertinet tantummodo ad opera futura, id eſt, ad illa, quæ nondum facta fuere tempore nunciationis, ad finem ut non fiant. edictum uerò non autem trahitur ad opera præterita: quia opera facta debent demoliri per interdictum quod ui aut clam. quod olim fuit interdictum ut ſi quid iniuſtè factum fuerit per illud diruatur. Ideò cum dictus paries pro parte fuiſſet factus ante nunciationem, & pro parte poſt, pars facta poſt nunciationem diruenda eſt per interdictum de noui operis nunci. alia autem pars prius facta non pertinet ad illud interdictum: ſed uenit diruenda per interdictum quod ui aut clam.

Non obſtant contraria. & primò quòd totus paries erat nouus, ergo pertinebat ad ædictum: quia reſpondetur non ſufficere quòd opus ſit nouum: ſed oportere quòd ſit factum poſt nunciationem: quia in uerbis edicti dicebatur ne quid noui operis fieret, per uerbum futuri temporis, l. prætor. in principio. & §. deinde. infra eodem. ibi, in quem locum nunciatum fuerit, ne quid noui operis fieret.

Non obſtat quòd interdictum demolitorium datur ad opera præterita, ut ibidem, in illis uerbis, ſi quid ædificatum fuerit id reſtituas. quia reſpondetur quòd datur ad demoliendum opus factum, tamen inceptum ante nunciationem. hic uerò opus erat inceptum ante nunciationem.

Non obſtat. §. nonnulli. quia interdictum quod ui aut clam concurrit cum edicto de noui operis nunciatio. in operis futuris non autem in præteritis.

Non obſtat dictus. §. ſi quis. paratus. quia illa æquiparatio fit ſimiliter in operis futuris, non in operis præſentibus. Et eodem modo reſpondetur ad ultimum: quia procedit quantum ad opera futura. Quare remanet quòd per edictum de noui operis nunciatione, demoliendum eſt opus tantum factum poſt nunciationem, illud autem quòd erat factum ante nũciationem neceſſariò demoliendum uenit per interdictum quod ui aut clam, quod datur ad

2 opera præterita. Et † legas literam ut iacet uſquè ad uerſi. non autem ad opera præterita. illum enim conſtruendo debes tollere de medio, faciendo parenteſim dicendo, hoc autem edictum pertinet ad opera futura, id eſt, ad opera, quæ nondum facta fuere ne fiant; & poſteà addere non autem ad opera preterita. Nam ſi quid illicitè factum fuit, hoc non pertinet ad edictum de noui oper. ſed ad interdictum quod ui aut clam, quod olim factum fuit. Hæc enim tria uerba habent duplicem ſenſum, unus eſt, quòd referantur ad opus ut ſit ſenſus opus quòd olim factum fuit reſtituatur. & hic eſt communis, & bonus. Sed uerba aliqualiter non conueniunt. Secundus eſt ſenſus quòd referantur ad interdictum ut ſit ſenſus interdictum quod ui aut clam, quod olim factum fuit, id eſt, longo tempore ante edictum de noui operis nunciatione. & hoc infert uerbum olim, quod non bene poteſt conuenire operi, quaſi antiquiſſimum opus reſtituatur: quia non poſſet competere interdictum.

3 Notandum eſt primo ex iſto tex. † quòd edictum de noui operis nunciatio: prohibet fieri opera futura tantum; id eſt, quæ nondum facta ſunt ut non fiant. concordat textus in lege non ſolum. §. j. & in §. ſequenti. & in l. prætor. in principio. & in §. deinde. infra eodem. Vnde dicitur in dicta lege non ſolum. §. ſed ut probari. quòd quando quis nunciat in opere incæpto debet apponere modulos ut appareat quid factum fuerit poſt nunciationem: quoniam illud ſolum uenit deſtruendum, & hoc quantum ad prohibitionem. ſed quantum ad demolitionem oportet quòd ſit factum: tamen inceptum poſt nunciationem, dicta lege prætor. in principio infra eodem, & ideò quod erat factum ante nunciationem non poteſt per illud interdictum demoliri: quia eſt opus præteritum, & omnes ſequuntur.

4 Secundò notandum eſt † quòd interdictum quod ui aut clam, datur ad opera præterita, ideò opus inceptum ante nunciationem, per illud interdictum uenit deſtruendum, intelligendo tamen quòd eſſet ædificatum clam abſente, uel ignorāte domino à ſuſpicante, uel ſuſpicari debente ſe poſſe repellere, ut dicit tex. in lege prohibere. §. fi. cum l. ſequenti. infra quod ui aut clam. & ſi non interueniſſet hæc qualitas clandeſtinitatis: neque etiam poſſet competere illud interdictum: ſed opus eſſet alio remedio petitorio. Vnde in figuratione caſus cum miniſterio dixi quòd prætendebatur deberi ſeruitus uicino, & eo abſente, uel ignorante, ædificauit.

Huic tamen tex. contradicunt multa iura, quæ uolunt quòd illud interdictum detur ad opera futura: quoniam concurrit cum edicto de noui operis dicta lege de pupillo. §. meminiſſe. & §. ſunt nonnulli, & l. prima. §. quid ſit ui, & lege prohibere. & quaſi per totum illum titulum infra. quòd ui aut clam ubi requiritur quòd ſit prohibitus, & quòd poſt prohibitionem fiat ædificium, alioqui non demolitur, & ſic apparet quod pertinet ad opera futura, id eſt, quæ nondum fa-

M

facta ſunt tempore prohibitionis, nt non fiat. ergo non eſt uerum dictum Vlpia. hic, quòd illud interdictum pertioeat ad opera præterita: quia imò pertinet ad opera futura poſt prohibitionem, ſicut & edictum de noui ope. nunc.
5 Sed † pro ſolntioue cooſiderandum eſt quòd interdictum quod ui aut clam, habet duo capita, licèt breuiſſimum eſſet in uerbis, unum de opere clam facto, aliud de opere ui facto. primum caput pertiner ad opera præterita, ex eo: quia ſi opus fit clam, nō potuit eſſe prohibitio: ueqnè potuit fieri poſt ſcientiam domini. ſed neceſſarium eſt quòd prius fuerit factum antequàm deueniat ad notitiam domini. Igitur cùm dominus comparet in iudicio, neceſſarium eſt quòd uelit oppugnare opus factum, & per conſequens in iſto capite neceſſario prętor noluit prouidere operis præteritis, & ità procedit iſte tex. & omnis àlius ſimilis, qui dicir interdictum quod ui aut clam pertinere ad opera præterita, ut piocedant tantummodo in hoc primo capite: quando opus eſt clandeſtinè factum. & ego figuraui caſum ſupra de hoc opere clandeſtino: quia in aliis terminis procedere non poteſt.

Secundum caput eſt, quando ædificium ui factum uenit diruendum, & iſtud caput ſemper pertinet ad opera futura, quoniam tunc dicitur ui factum, quando contra prohibitiooem factum fuit, dicta lege prima. §. quid ſit ni. ubi ponitor diffinitio Iuriſconſulti. ante autem prohibitionem non poteſt eſſe illa qualitas uiolentiæ. Ideò neceſſariò pertinet ad opera futura, ſicut & edictum de noui operis nunciatione, Qua de cauſa ſequitur quòd hæc duo remedia poſſunt cumulari., & in eodem opere competere: quia coocordant in principio. medio, & in fine, dicto. §. meminiſſe, & §. nonnulli. & §. ait Inlianus. cum ſimilibus, habent tamen poſteà aliquas differentias, de quibus plenè dicemus in dicto §. meminiſſe.

6 Tertiò notandum eſt, † quòd interdictum quod ui aut clam ſecundum ſenſum quem poſui, fuit introductum ante edictum de noni operis nunciatione, per multa tempora. Vnde naſcitur magna dubitatio, Quare hoc edictum de noui operis nunciatioue, factum fuerit: quoniam pleniſſimè per illud antiquum fuerat prouiſum in impediendis operis futuris, & plenior in eo erat data poteſtas prohibendi tam in perſonis, quàm in rebus, lege de pupillo, in principio. infra eodem coniuncta lege prohibere. inſra quod ui aut clam, & pro ſeruitute ruſticana tuenda: neque pro uſufructu tenendo: neque inter ſocios poterat fieri nunciatio. lege ſecunda, & lege in prouinciali, & lege qui niam. inſra eo. neque creditori, l. j. in fi. inf. de reoiſſionibus. Et tamen in iſtis omnibus caſibus poterat competere interdictum quod ui aut clam, dicta l. in prouinciali. ſecundnm unnm intellectum. Item prohibitio poterat fieri in opere, & ipſi domino, dicta l. prohibere. iufra quod ui aut clam, & tamen non poterat fieri nunciatio uoui operis, lege de pupillo. §. nunciationem. & §. quod ſi fortè. iufra eodem. Præterea prohibitio durabat uſquè ad ſententiam, ſine aliqua poteſtate petendi remiſſionem, & tamen in nunciatione dabatur poteſtas petendi remiſſioneoi, ac in nunciatione amittebatur poſſeſſio, & per interdictum uti poſſidetis conſeruabatur, ut nota. in dicto. §. meminiſſe, & ſic apparet quòd omnia quæ conceduntur nuncianti per edictum de noui operis, couceduntur etiam per interdictum quod ui aut clā, & multo maiora ad utilitatem ipſius nunciantis, propterea apparet quòd illud interdictum fuit eluſorium, & ſine aliqua utilitate, imò damnoſum ipſi nnncianti, & fruſtrà occupauerit membranas. Hoc contrariuni eſt ualdè fortè, & hucuſquè nulla ſolutio tradita fuit quæ quietauerit aninium, & ſolum uidetur dicendum quòd hoc edictum de noui operis fuerit introductum in fauorem nunciantis: quia prętauit ipſi nunciato totidem utilitates quot damna cauſauerit nuncianti: tamen per hoc nō tollitur totalis obiectio, ea eo: quia non pertinet ad nunciatum eligere remedium ſibi utile: ſed pertinet ad nunciantem, qui poteſt ad ſui arbitrium, uel intentare remedium interdicti quod ui aut clam, uel edicti de noui operis nunciatione, & omnis diligens nuncians ſemper intentabit interdictum quod ui ant clam ſibi utile, omiſſo edicto de noui operis ſibi damnoſo, ità quòd in effectu remanebit quòd ſemper erit eluſorium, & nunquàm in practica obſeruabitur. Quare pro reſolutione non uidetur aliud poſſe dici, niſi quòd oportet præſupponere quòd in interdicto quod ui aut clam, non fuit data poteſtas à prætore prohibendi uerbaliter. Sed tantummodo prohibendi per mannm, nel per lapillum, uel per prætorem, in dicta l. j. §. quid ſit ui, & lege uim facit. quod demonſtratur: quia pupillus, & ſeruus, & operarii poſſunt prohibere, qui non habent ſcientiam iuris ipſius domini: neque pupillus poteſt cum conſideratione loqui: neque imaginari ad quid opus illud noceat, & licèt in dicta lege prima. §. quid ſit ui. dicatur quòd ſit prohibitio per teſtationem, ſeu denunciationem, uidetur quòd debeat intelligi de nunciatione facta per prætorem, de qua non dixerat ibi textus, cum ergo non poſſet fieri prohibitio uerbis ut poſſit competere illud interdictum remanebat incommodum in illo capite quòd quis uerbaliter non poſſet prohibere ædificare, propterea factum fuit ædictum de noui operis nunciatione, per quod data fuit poteſtas nunciandi uerbaliter, & cum uerbis ſolis prohib[illegible] [illegible] do nouum remedium

medium

medinm. Et quia hæc prohibitio uerbalis uidebatur multum rigoroſa, ut ligaret manus, poſita fuit duplex modificatio, una fuit quòd nuncians amittat poſſeſſionem, ut in §.in operis.infra eo. Alia fuit quòd poſſet petere remiſſionem, & præſtando ſatiſdationem recuperare ius ædificandi iure uel iniuria, dicto §. deinde. cum .§. ſequenti. & hæc natura fuit data illi edicto. de noui operis, & cum tali modificatione inductum, propterea non poteſt dici ſuperfluum: quia nouum fuit remedium cum ſua natura conceſſum, & hæc fuit conſideratio, licèt non ità perfectè, & in dicto §. meminiſſe. & §. nonnulli, & uidetur multum conueniens. illi. §. meminiſſe, & omnibus alijs iuribus, tamen contradicunt omnia iura quæ uolunt quòd etiam nunciatio poſſit fieri per prætorem, ut in lege ſi opus. infra eodem. & leg. ſicuti. §. ſciendum. ff. ſi ſerui. uendicet. dicto. §. ait Iulianus. cum multis ſimilibus. unde articulus reditur dubitabilis ualdè, & ueniet explicandus infra in dicto. §. meminiſſe. cuius occaſione pro præludiis ipſius hanc literalem declarationem dedi huic. §. unde cætera ſuppleas ut ibi.

Summaria ſuper. §. Meminiſſe l. de pupillo.

Continuatio ad præcedentia ponitur.
Nunciatio fit ex triplici cauſa naturali, publica, & impoſititia.
Cauſa naturalis publica, & impoſititia quæ ſit.
Interdictum quod ui aut clam, datur contra ædificantem ſpreta prohibitione, & edictũ de no. ope. contra ædificantem ſpreta nunciatione.
Interdictum quod ui aut clam, concurrit cum edicto de noui oper. nunciatio.

3 Quæ differentia datur inter interdictum de noui operis nunciatione, & quod ui aut clam.
4 Duo intellectus ad tex. principales referuntur.
5 Intellectus Cumani diſcutitur, & defenditur ab obiectionibus doctorum.
6 Duo ſummaria traduntur.
7 Caſus figuratio.
8 Nunciationis prohibitio ex tribus cauſis fieri poteſt.
9 Nunciationis prohibitio tribus modis fieri poteſt.
Per nunciationem uerbalem amittitur poſſeſſio, & non per alios duos modos ſecundum communem opinionem communis eſt intellectus quòd tres ſpecies nunciationis reperiantur.
10 Intellectus Cumani quòd uerbalis tantum nunciatio fieri poſſit, magis conuenire literæ demonſtratur, reſpondetur obiectionibus doctorum.
11 Intellectus nouus traditur.
12 Nunciatio poteſt fieri per iactum lapilli, per manum, per prætorem, & per uerba ſecundum doctores.
Nuncians per prætorem [illegible] pupillum, ſeu manum non amittit poſſeſſionem ſecundum communem intellectum.
13 Per uerbalem nũciationẽ poſſeſſio amittitur, & nu. 9.
Poſſeſſio ſtatim per nunciationem uerè non amittitur: ſed tantũmodo poſt remiſſionem ſecundũ. Cum
14 Nunciatio uerbalis, & interdictum quod ui aut clam, ex uſu, et conſuetudine à Iuriſconſultis approbata.
Communicata fuere reiecta in practica eorum differentiam ſecundum nouam traditionem.
15 Nunciationis prohibitio ex illis quatuor modis, quemadmodum, & per interdictum quod ui aut clam, fieri poteſt ex communione nouiter facta, quæ in practica ſeruatur.
16 Edictum noui operis cum interdicto quod ui aut clam eandem qualitatem habent in conſeruatione iuris ſui, & in remiſſionem.
Prohibere, & nunciare differunt, & ſe habent tanquam excedentia, & exceſſa, ac conſiderantur in genere & in ſpecie.
17 Poſſeſſio nunciantis nõ eſt de ſubſtantia nũciationis.
Nunciatio poteſt fieri habẽti dominiũ plenitudinẽ.
18 Interdictum uti poſſidetis datur habenti poſſeſſionem ad eam conſeruandam.
19 Nuncians amittens poſſeſſionem, an propria auctoritate poterit eam recuperare.
20 Tutiora ſunt meliora.
Curſor diuertens à uia breuiori, & eligens meliorem longiorem ex cauſa an habeat habere ſalarium longioris uiæ.
21 Nunciatio per prætorem committi debet ad inſtantiam partis, & quando ex officio poſſit.
22 Cauſa nunciationis ab initio non eſt exprimenda, ſi eſt facta per prætorem, ſed tantummodo quando in iudicio interrogatur.
23 Verba precatiua in imploratione officij iudicis proferri debent.
Verbum puto adaptatur quando proceditur iure actionis.
24 Iudex per nunciationem ab ipſo factam non tenetur accedere ad locum: ſed ſufficit mittere nuncium.
25 Nũciatio poteſt fieri perſonaliter, & imperſonaliter.
Nunciatio perſonalis perſonam tantũmodo ligat.
Nunciatio imperſonalis tranſit ad hæredes.
26 Clauſula iuſtificatiua, ſi ſenſeris te grauatum compareas, an debeat in nunciatione exprimi.
27 Factũ iudicis in nunciatione partis factũ eſſe cẽſetur.
28 Præceptum iudicis inualidum, an ualidetur per clauſulam iuſtificatiuam.
Præceptum iudicis, ſine clauſula in nunciatione ualet, & an, & quando in aliis permittatur.
29 Præceptũ iudicis cũ clauſula reſoluitur in uim ſimplicis citatiõis, et cõparẽte citato amittit uim præcepti.
30 Præceptum iudicis executiuum per clauſulam iuſtificatiuam, an iuſtificetur.
31 Citatus per præceptum executiuum iniuſtum, ex eo quòd reſoluitur, an teneatur comparere.
32 Præceptum executiuum citato comparente, an iuſtificetur uel extinguatur.
3 Præceptum iudicis iuſtum cum clauſula iuſtificatiua, an citato comparente reſoluatur in uim ſimplicis citationis, uel potius duret eius uirtus.

34 *Nunciatio per manum qualiter fieri debeat, & quibus uerbis.*
Nunciatio per lapillum qualiter fieri debeat, & quibus uerbis.
35 *In nunciatione per lapillum an requirantur de neceſſitate uerba, & qualia.*
Mutus an poßit nunciare per lapillum, uel marmorem.
36 *Verba in matrimonio contrahendo regulariter exprimi debent excepto in muto.*
37 *Verba nunciationis imperſonaliter concipi debent, ad hoc ut abſentes prohibiti ſint, & tranſeat ad hæredes.*
38 *Nunciationis uerbalis formalis, qualis debeat eſſe latè diſcutitur.*
Verbum prohibeo, an uideatur cõuenire nunciationi.
Nunciatio uerbalis perſonaliter, & imperſonaliter fieri poteſt.
39 *Scriptura in nunciatione, an ſit neceſſaria ponitur. & nu. 47.*
40 *Delicta probari debent probationibus claris.*
41 *Interdicto quod ui aut probibitus remißionem petere poteſt, & data fideiußione efficitur poſſeſſor ſicut in nunciatione.*
42 *Nunciatus an poßit recuperare poſſeßionem amiſſam per nunciationem uerbalem.*
43 *Dictio in continenti, aliquando intelligitur cum aliquo interuallo temporis.*
Per nunciationem prætoris, manus, uel lapilli, an amittatur poſſeſſio ante remißionem, iterum declaratur.
Per nunciationem uerbalem ſecundum doct. ante remißionem poſſeſſio amittitur.
44 *Violentia non eſt habilis ad priuationem poſſeßionis ſed uoluntas, & quomodo declaratur.*
45 *Propter uiolentiam amittere poſſeßionem propriè dici poteſt, ſi ante probibitionem quis ædificauerit.*
46 *Nunciatio per quemcunquè modum fiat, ſecundum ueriorem opinionem non facit amittere poſſeſ.o nem ante ſatiſdationem receptam.*
47 *Nunciatio an poßit fieri ædificanti in ſolo ſuo, & à ſe poſſeßo.*

In l. de pupillo. §. meminiſſe. ff. de operis noui nunciat.

IN hoc. §. tractatur principaliter de forma faciendi nunciationem, & quæ differentia ſit inter edictum de no. ope. & interdictum quod ui aut clam, & quis effectus ſequatur circa poſſeſſionem ab omnibus iſtis remedijs. Vnde eſt glo. omnium legum præcedentium, & clauis totius materiæ, tam nunciationis, quàm interdicti quod ui aut clã, tam in practica, quàm in theorica, & ideò ad eius euidentiam aliqua præmittenda ſunt. Et quare ab Vlp. hic poſitus fuerit, & quomodo cõ
1 ueniat præcedentibus. Vnde dicas † quod continuatur ad præcedentia hoc ordine: quia ſupra inter alia dictum fuit quòd nunciatio fit ex triplici cauſa naturali, pub. & impoſititia. Naturalis eſt quando aduerſarius ædificat in ſolo nunciantis, in domo, ſeu immittit tignum in domo ipſius ſeu proiicit ſtillicidium, & dicitur naturalis: quia cum locus ſit ipſius nunciantis ratione dominii, competit ipſi nuncianti ius naturaliter impediendi quemcunquè turbãtem, & impedientem eum in uſu ſui dominij, & defenſio rerum ſuarum, quæ eſt de iure naturali, l. ut uim. ff. de iuſtitia, & iure. Publica, quando ædificat in ſolo publico, uel ſacro, & unus priuatus uult prohibere eum ne faciat ad defenſionem iuris publici, ne lędatur, uel uſurpetur, quæ poteſtas competit unicuiquè de populo, l. iiij. ſupra eodem. Impoſititia eſt quando ædificat in ſolo proprio, uel alia re ſua ratione directi dominij propterea quòd naturaliter ipſi competit ius faciendi. tamen quia ipſe impoſuit onus in ſuo, uel ſeruitutem, & per ædificium præiudicat illi iuri impoſito, competit ſibi ius prohibendi, ne ædificet in præiudicium iuris conceſſi. Ideò dicitur ex cauſa impoſititia: quia naturaliter non poteſt prohiberi: ſed propter ius impoſititium cui læditur, poteſt prohiberi, ex qua diſtinctione ſequitur ꝙ ex cauſa priuata quis poteſt nunciare nouum
2 opus, pro opere facto in ſolo nunciantis, uel immiſſo, uel proiecto, & etiam pro opere facto ab aduerſario in ſolo proprio in præiudicium iuris impoſiti.

Vnde ſuccedit dubitatio, an eadem ſit poteſtas nunciandi, idem modus, & idem effectus, quando nunciatur ex cauſa naturali, uel ex cauſa impoſititia, propter hoc declarandum Vlpi. ſubiecit iſtũ. §. in quo decidit ꝙ quantum ad poteſtatem eadem eſt poteſtas nunciandi, & quantum ad modum. ſed tamen nõ eſt idem effectus. ideò dat conſilium ꝙ quando quis nunciat ex cauſa naturali, id eſt, pro opere facto in ſolo, uel domo nunciantis debet nunciare per manũ, uel iactum lapilli, uel per prætorem, non autem nũciare per uerbalem nunciationem noui operis: quia ſi nunciat per illos duos modos primos conſeruat poſſeſſionem ſuam, & competit ſibi interdictum demolitorium ſecundum communẽ opinionem, & concurrit interdictum quod ui aut clam, & interdictum uti poſſidetis, quatenus ſpreta nunciatione ædificet, ſi uerò nunciat per nunciationem uerbalem amittit poſſeſſionem ſuam. Ideò non concurrit, nequè interdictum. quod ui aut clam: nequè interdictum uti poſſidetis, & ſolùm habet interdictum demolitorium pro conſeruatione iuris ſui. Sin autem nunciatur ex cauſa impoſititia: quia ille ædificat in ſuo ſolo à ſe poſſeſſo, licèt in præiudicium iuris nunciantis, tamen: quia nuncians non habet poſſeſſionem aliquàm, non [illegible] damnum priuationis

tioois poſſesſionis. ideò non indiget interdicto, quod ui aut clam, oequè interdicto uti poſſidet. nunciatio uerbalis erit ſibi utilis, quæ præſtabit ſibi interdictum demolitorium, cum tota natura nunciationis no.operis. In qua deciſione præſupponitur quòd quis poteſt nunciare tribus modis, uerbaliter, per manum, ſeu iactum lapilli, & per prætorem. Tamen inter iſtos modos nunciandi eſt differentia quantum ad effectum: quia per manum, uel iactum lapilli, per prætorem nunciando, noo amittit poſſesſionem, & concurrit interdictum quod ui aut clam, & uti poſſidetis, nunciando uerò uerbaliter amittit poſſesſionem, & ooo competunt illa duo remedia: ſed ſi nunciatur ex cauſa impoſititia ſolum datur edictum de noui operis, & remedia quæ competunt ex illo edicto, quæ concluſiones, & differentiæ recipiunt magnas difficultates, ac multas repugnantias, quæ plenè hic per docto. examinantur, & ut dictum fuit redditur clauis totius materiæ.

2 Secundò ad euidentiam præmittendum eſt † quòd pro opere faciendo io præiudicium alterius, fuere principaliter duo remedia introducta, interdictum quód ui aut clam, & edictum de noui operis nunciatione, & antiquius, & plenius fuit interdictum quod ui aut clam, ut ego dixi in declaratione literali facta ad legem primam. §. hoc autem edicto. ſupra eodem, quæ tota hic repetenda eſt, & in ſpecie quòd illud interdictum quod ui aut clam, habet duo capita, unum de opere clandeſtino demolitorio, quod pertinet ad opera præterita, & nullam habet conuenientiam: neque ſimilitudinem cum edicto de noui operis nunciatione, de quo ſolo capite loquitur textus dicta lege prima. §. hoc autem edictum. ſupra eod.

Secundum eſt caput de opere uiolenter facto quod reſpicit opera futura, id eſt, quæ nondum facta ſunt, ne fiant poſt prohibitionem, & hoc caput habet magnam ſimilitudinem, & conuenientiam cum edicto de noui operis nunciatione, licèt & in multis etiam differat. Nam habet conuenientiam in intentione, in principio, medio, & in fine. etenim intentio prætoris in interdicto quod ui aut clam, eſt prouidere ne aliquod opus fiat in præiudicium alterius eadem intentio eſt etiam in edicto de no. oper. ut impediantur opus facientes in præiudicium alterius. Item in interdicto quod ui aut clam, in hoc capite uiolentiæ de quo agimus, oportet quod procedat prohibitio ipſius prætendentis præiudicium ex ædificio ſecundum modos præmiſſos, d.l.j.§.quid ſit ui factum. inf. eo. quæ prohibitio, & ipſa interuenire debet in edicto de no. ope. nunciat. ſecundum legitimos modos in eo permiſſos. Item in interdicto quod ui aut clam, per illam prohibitionem ligantur manus ædificantis, & opus factum ſpreta prohibitione efficitur uitioſum tanquam uiolentum, & per interdictum demoliendum. Idem etiam effectus eſt in nunciatiooe noui operis, ut per nunciationem ligentur manus ounciato, & ædificium factum ſpreta nunciatiooe efficiatur uitioſum, & tanquam uiolentum, & ſpreto interdicto prætoris efficitur uitioſum, & uenit demoliendum per ioterdictum demolitorium, lege prætor infra eodem. Item finis eſt in interdicto quod ui aut clam, ut prohibitio duret quatenus cognoſcatur de iuribus partium per diffinitiuam ſenteotiam, per quam imponitur finis omni controuerſiæ, confirmando in totum prohibitiooem uel infirmando eam, & coocedendo liberam poteſtatem opus faciendi. Idem finis eſt io nunciatione noui operis, ut ipſa uirtus nunciationis quàmuis remiſſa per ſatiſdationem, duret quouſquè apud iudicem cogoitum fuerit de iuribus partium, & per diffioitiuam ſententiam imponatur finis cootrouerſiæ, uel confirmando nunciatiooem perpetuò impediendo opus fieri, uel infirmando eam coocedendo poteſtatem perpetuò ædificandi in totum, uel pro parte, ſecundum quòd apparuerit nunciantem non habere ius prohibendi, dicta leg.j. in principio ſupra eodem. propter quas conuenientias euenit quod hæc duo remedia ſimul concurrere poſſunt, & ſimul per partes cumulari atquè ſuas executiones habere poſſit.

3 Attamen † poſteà, & inter ſe hæc duo remedia habent differentias, & principalis eſt quòd ioterdictum quod ui aut clam, plenius eſt, & generalius prouidet læſo propter opus fiendum, & hæc generalitas apparet primò in modo prohibendi, cum prohibitio ad interdictum quod ui aut clam, per teſtationem, uel denunciationem per manum, uel lapillum, uel per prætorem, tam ab ipſo domino, quàm à procuratoribus, ſeruis, pupillis, & operarijs, dicta lege prohibere. infra quod ui aut clam, & in noui operis nunciatione, pupilli, uel ſerui non admittantur. lege de pupillo: infra eodem. item prohibitio fit io perſonam dicta lege prohibere. Sed in edicto de noui operis fit in rem lege operis. infra eo. & lege de pupillo. §. nunciationem, & forma traditur in lege prætor. infra eodem io illis uerbis, in quem locum nunciatum fuerit ne quid noui operis fiat. per quam differentiam ſuccedit alia, quòd poteſt fieri furioſo, uel pupillo ſine tutoris auctoritate, dicta lege operis. infra eodem. quod non erit in interdicto quod ui aut clam, quando fit perſonaliter. Item eſt differentia in alio, quàmuis hoc ſic dubitabile: quia prohibitio fit omnibus illis tribus modis: ſed nunciatio poterat fieri ſolo uerbo ſecundum unum intellectum.

Secundò principaliter eſt differentia in iure prohibendi, cum prohibitio ad interdictum quod ui aut clam, poſſit fieri omnibus perſonis quomodocunque, & qualitercunquè

præiudicantibus prohibenti, nunciatio uerò operis non poſſit fieri certis perſonis, ut ab uſufructuario, domino, & ab habente ſeruitutem ruſticalem, nequè à ſocio, l. ij. & lege in prouinciali, & l. qui uiam. infra eodem. neq; etiam à creditore domiuo, l. prima. in fi. inf. de remiſſio.

Tertiò eſt differentia: quia in interdicto quod ui aut clam, prohibitio durat perpetuò, ut nunquàm poſſit prohibitus recuperare poteſtatem faciendi opus uſquè ad diffinitiuam ſententiam: ſed in nunciatione noui operis datur poteſtas nunciato ut poſſit petere remiſſionem, & præſtita ſatiſdatione recuperare ius ædificandi iure, uel iniuria, uſque ad diffinitiuam ſententiam, dicta l. prætor. cum ſequenti infra eodem.

Quarta eſt principalis differentia quæ pertinet ad §. noſtrum, quòd per interdictum quod ui aut clam, prohibens ſibi conſeruat poſſeſſionem, uſquè ad diffinitiuam ſententiam, ut ſemper poſſit uti interdicto uti poſſidetis, ſi turbetur, ſed per nunciationem noui operis incontinenti quis priuatur poſſeſſione, ſecundum communem opinionem, lege prima. §. in operis. ſupra eodem. & in hoc. §. noſtro, & magis efficaciter poſteà præſtita ſatiſdatione. de quarum tamen differentiarum ueritate diſputatur principaliter in hoc. §. & elucidatur materia tam edicti de non. oper. quàm interdicti quod ui aut clam, & diſcutitur an hodie iſtæ differentiæ procedant, & plenius quàm alii faciant infra declarabo.

4 Tertiò principaliter† ad euidentiam præmittendum eſt, quòd iſte tex. habet duos principales intellectus, & ego addo tertium mixtum, primus eſt intellectus qui eſt communis quòd iſte tex. in prima parte loquitur de nunciatione noui operis facta per manum, uel lapillum, uel per prætorem. Secunda pars loquitur de nunciatione facta per ſola uerba, & ſic totus §. loquitur de nunciatione uirtute edicti de noui operis. in quo intellectu præſupponitur quòd nunciatio noui operis poteſt fieri æqualiter iſtis tribus modis, uel uerbis tantum, uel per iactum lapilli, uel per prætorem.

Secundò quòd per nunciationem uerbalem amittitur poſſeſſio, & ſi fiat per illos duos modos conſeruatur poſſeſſio, & tertiò quòd ſi fiat per illos duos modos concurrit interdictum quòd ui aut clam, & uti poſſidetis, & quando fit per ſolum uerbum competit ſolum interdictum demolitorium, & ideò quando quis ædificat in ſolo nunciantis ab ipſo poſſeſſo, melius eſt quòd fiat nunciatio per lapillum, uel per prætorem: quia conſeruatur poſſeſſio quàm facere per noui operis nunciationem per quam amittitur poſſeſſio, quæ uarietas non contingit ubicunquè nunciatus ædificat in ſolo proprio.

Sed huic intellectui multa obſtant: Primò: quia non redditur ratio differentiæ quare magis amittatur poſſeſſio per nunciationem uerbalem, quàm per iactum lapilli, uel per prætorem.

Item ſecundò obſtat: quia tex. præſupponit quòd in prima parte quando fit prohibitio per iactum lapilli, uel prætorem, non inducatur nũciatio: quia tex. dicit, poſteà uel per noui operis nunciationem. ideò demonſtrat quòd non eſt nunciatio per duos primos modos.

Tertiò: quia tex. uult quòd quando prohibitio fit illis duobus modis competat interdictũ quod ui aut clam, & interdictum uti poſſidetis, & non facit mentionem de interdicto demolitorio, unde præſupponit quòd non fuit nunciatio per edictum de noui oper.

Et quartò facit tex. in l. in prouinciali. ſecundo reſponſo ſupra eodem, ubi ſecundum unum intellectum diuerſificatur nunciatio à prohibitione per prætorem.

Item & quintò tex. in uerſi. at in ſuo. dicit nũciationem eſſe neceſſariam, ergo uidetur quòd nunciatio fiat ſolis uerbis, & non per alios duos
5 modos. † Quare Cumanus in d. l. j. §. in operis. & hic dabat alium intellectum ad iſtum tex. qui reputatur mirabilis ſecundum Iaſ. hic & docto. dicens ꝙ prima pars tex. noſtri loquitur de prohibitione quę fit ad cauſandum interdictum qđ ui aut clam, & non de no. oper. nunciat. & in ſecunda parte tractatur de nunciatione quæ fit ꝑ edictum. in quo intellectu ipſe præſupponit ꝙ nunciatio per edictum non poſſit fieri niſi ſolis uerbis, & per illam amittatur poſſeſſio, d. l. j. §. in operis. & producatur interdictum demolitorium. prohibitio uerò quæ fit per manum, uel lapillum, uel per prætorem, non procedat ex edicto de no. ope. nequè inducatur per eam nunciatio: ſed tantummodo cauſetur interdictum quod ui aut clam, de cuius natura eſt ut prohibitio duret uſquè ad ſententiam ſine remiſſione, & cauſetur quòd poſſeſſio non amittatur, & duret ità quòd poteſt ſemper intentari interdictũ uti poſſidetis, qui intellectus uidetur cõuenire multum uerbis iſtius tex. cum probetur primò dum dicitur melius eſt prohibere per manum, uel lapillum, ſeu per prætorem, quàm per noui operis nunciationem, & ſic per aliud remedium ſeparatum ab edicto de noui operis, & quia in fine dicit quòd perſeuerando in ędificio competit interdictum quod ui, aut clam, & uti poſſidetis, & non dicit de interdicto demolitorio ex edicto, item quia dicit quòd per nunciationem amittitur poſſeſſio, & non per illam prohibitionem, quæ amiſſio generalis eſt in tota noui operis nunciatione, dicta lege prima. §. in operis. ſupra eodem. & poſteà in. §. at ſi in ſuo. dicit quòd eſt neceſſaria nunciatio, quæ omnia demonſtrant ꝙ nunciatio per edictũ poteſt fieri ſolis uerbis, & per eam amittitur poſſeſſio, & ideò in prima parte dicitur de prohibitione quæ cauſat interdictũ

quod

quod ni aut clam,per quam non amittitur poſſeſſio , & certè ſi non haberemus alium tex.contradicentem, iſte intellectus non poſſet magis conuenire uerbis quàm faciat, & deberet reputari uerisſimus. attamen poſteà diſcurrendo alia iura efficitur multum dubitabilis , ex eo: quia interdictũ quod ui aut clam,poteſt æqualiter cauſari à prohibitione uerbali , per manum, uel lapillum, uel per prætorem, l.j.§.quid ſit ui.ibi,per teſtationem, uel denũciationem, & l. uim facit. in ſecundo reſponſo ibi, prohibitus etiam uerbis.infra quod ui aut clam,& tamen præſupponitur quòd idem eſt effectus in omnibus iſtis modis prohibendi, & quòd non amittatur poſſeſsio , neque detur remisſio , quàmuis prohibitio fiat uerbaliter tantum: ergo eodem modo dicendum eſt quòd in ædicto de noui oper.nunciatio.non debeat fieri reſtrictio ut posſit fieri nunciatio per ſola uerba, ſed quòd æqualiter posſit fieri nunciatio per uerba , & fortius per manum, lapillum, & prætorem . quo generali modo nunciandi ſtante, ſequitur quòd iſte tex.debet intelligi de nunciatione , etiam in prima parte , & quòd debeat conſtitui differẽtia inter nunciationẽ uerbalẽ , & per iactum lapilli , uel prætorem, prout dicit iſte tex. & quód per ſolam nerbalem nunciationem amittatur poſſeſsio. Sed tamen:quia poſteà tex.in l.prohibere . §. ſi quis paratus . & in l. ſi alius. §. ait Iulianus . dicit quòd in interdicto quod ui aut clam, habet locum remiſſio , & in dicto. §. ait Iulianus . expreſſè dicitur quòd in dicta prohibitione ceſſat interdictum quod ui aut clam , & deſinit ui ædificare : quia efficitur poſſeſſor per ſatiſdationem & remiſſionem, ponitur unum contra iſtum tex. quòd non tantum in nunciatione per lapillum, uel prætorem : ſed etiam in prohibitione quæ cauſat interdictum quod ui aut clam , amittitur poſſeſsio ad ſimilitudinem nunciationis. Vnde uidetur deſtrui diſtinctio iſtius tex. ideò erit inueſtigandum de ratione & concordia , & per illa iura neceſſario danda eſt reſtrictio ad iſtũ tex. ſecundum modum, quem infra dicemus in notabilibus, ubi iſta latius & congruentius examinabuntur . Ideò pro nunc figurabimus caſum ſecundum communem intellectum , qui in dubio nunc eſt tenendus,cum & intellectus Cumani habeat contradictiones .

Quibus ſic ad euidentiam præmisſis , deuenio ad tex. qui ſecundum omnes diuiditur in tres partes. In prima dicitur quo remedio ſubueniatur nunciantì : quando ex cauſa naturali, id eſt , quia ædificatur in ſolo nunciantis.In ſecunda tractatur quo remedio ſubueniatur illi , qui nult nunciare ex cauſa impoſititia.In tertia parte tractatur de remedijs quæ competunt. Secunda eſt ibi , at ſi in ſuo . Tertia eſt ibi , & ſi perſeueret .

6 Summatur † ſecundum communem intellectum . Si ex cauſa naturali nunciatur , melius eſt nunciare per iactum lapilli , uel per prætorem , quàm per noui oper. nunciationem, cum per eam amittatur poſſeſsio , per primos duos modos conſeruatur poſſeſsio , & competit interdictum quod ni aut clam , & uti posſidetis, ſed ſi nunciatur ex cauſa impoſititia ſufficit nunciatio uerbalis : quia non eſt periculũ amiſſionis poſſeſsionis , & cauſabitur interdictum demolitorium .

Secundum uerò intelleſtum Cumani ità ſumatur . Quando ædificantur in ſolo noſtro, uel domo , melius eſt prohibere per manum , lapillum,uel prætorem;cauſando interdictum quod ui aut clam, quàm nunciare ex edicto noui operis , cum nunciatio illa uerbalis faciat aduerſarium poſſeſſorem . Sed ſi ille ædificat in ſuo , neceſſaria uel utilis eſt nunciatio per edictum : quia non eſt locus amisſioni poſſeſsionis,& cauſatur interdictum demolitorium , cum in primo caſu cauſetur interdictum quod ui aut clam,& uti posſidetis .

7 Caſus ita breuiter fingi poteſt. Quidam habens arenta demum penes aream uicini , uolens eam ampliare in cœpit ædificare in area uicini,atquè immittere tignum in murum ipſius, & ſtillicidium proijcere in eandem aream.Vicinus uidens tantum præiudicium ne comitteret errorem acceſsit ad Vlpianum petendo conſilium, quod remedium deberet contra ædificantem intentare , & uidebatur quòd deberet intentare remedium ex edicto de noui oper. nunciatio, faciendo nunciationem uerbalem,quod uidetur eſſe ualde pingue: quoniam per tale remedium cauſatur prohibitio ipſi uicino de opus amplius faciendo .

Secundò per tale remedium ligantur manus ædificanti , ut amplius procedere non posſit .

Tertiò afficitur opus ne efficiatur uitioſum , etiam ſine iure , ſine iniuria factum fuerit, lege prima ſupra eodem .

Quartò ædificium factum præter nunciationem poteſt demoliri per interdictum poſitum in l. prætor.in principio inf. eo.

Quintò poteſt conſequi ſatiſdationem de demoliendo in euentum in quem nunciatus petat remisſionem , dicta l. prætor . §. deinde . cum ſequenti inf. eo.

Sextò poſt diffinitiuam ſententiam , poteſt per diffinitiuam ſententiam conſequi perpetuum ſilentium in tota lite , propterea cum tantam commoditatem conſequeretur , uidebatur quòd deberet intentari dictum remedium de noui oper. nuncia. faciendo nunciatiónem uerbalem .

His tamen non obſtantibus aliter conſulendo reſpondit Vlpianus , & dixit quòd imò debet intentare remedium prohibendi per manum , uel per lapillum , ſeu per prætorem, non autem per nunciationem uerbalem, uel ſecundum intellectum Cumani dedit conſilium ꝙ potius deberet intentare remedium interdicti

quod ui ant clam, quòd inducitur per prohibitionem per manum. lapillum, uel prætorem, non autem intentare remedium ædicti de noui oper.nunciatio.faciendo nunciationem uerbalem. Et ratio decidendi eſt: quia ſi faciet nunciationem per lapilli iactum,uel per prætorem, ſeu faciat prohibitionem per iactum lapilli,uel prætorem,intentando interdictum quod ui aut clam, ipſe habebit magnam commoditatem: quia conſeruabit poſſeſſionem ſuam,atquè etiã ei in euentum quòd perſeueret in ædificando, competet interdictum quod ui aut clam,ad demoliendum, & interdictum uti poſſidetis, ad defendendam poſſeſſionem. Sed ſi faciet nunciatiouem uerbalem ex edicto de noui operis, faciet per eam aduerſarium poſſeſſorem,& ipſe priuabitur poſſeſſione. Vnde non poterit habere remedium uti poſſidetis, pro conſeruanda poſſeſſione, quam ipſe amiſit, uel interdictum quod ui ant clam.

Necobſtant contraria: quia bonum eſt remedium prouenieus ex edicto de noui, oper.nunciatione: tamen ubicunquè ille ædificat in ſolo proprio uicini,uel immittit & proijcit in domum uicini ab eo poſſeſſam, pinguius eſt aliud remedium: quoniam conſeruat poſſeſſionem, & ſic illud eſt bonum: ſed hoc melius.

Sed poſteà dubitatur, quid ſi modo uicinus ædificaret in ſolo à ſe poſſeſſo iuxta domum uicini obſcurando feneſtras uicini, quod remedium deberet intentari, & uidebatur idem conſilium ſeruandum eſſe, ut potius prohibitionem faceret per iactum lapilli, uel per prætorem, quàm per noui oper. nunciatio.per eaſdẽ rationes. Sed aliter determinauit Vlpia.diceus quòd in iſto caſu nunciatio nerbalis eſt neceſſaria, id eſt, utilis, & non damnoſa. Et ratio decidendi eſt: quia cum adnerſarius ædificet in proprio, nuncians nullam habet poſſeſſionem illius ſoli, nequè etiam habet quaſi poſſeſſionem ſeruitutis. Vnde non poteſt habere præiudicium amittendi poſſeſſionem quam nõ habet, & non eſt ei præiudicinm quòd non cõpetat ſibi interdictũ uti poſſidetis,uel interdictum quod ui aut clam cum ſufficiat ſibi interdictum demolitorium, ex edicto de noui oper. nunciatione,in euentum quòd ſpreta nunciatione ædificauerit.Quare remanet concluſio quòd quando nunciatio fit ex cauſa naturali, melius, & utilius eſt facere prohibitionem per iactum lapilli, uel prætorem: quia non amittit poſſeſſionem, quàm facere per nunciationem uerbalem. Sed ſi nunciatio fit ex cauſa impoſititia, æqualem utilitatem conſequitur etiam quòd faciat nunciationem uerbalem ex edicto de noui oper. nunciatione: quia non incidit in periculum amittendi poſſeſſionem, quam non habet. Hic eſt caſus.

8 Notandum † eſt primò ex iſto tex. ſecundum utrunquè intellectum, quòd ex tribus cauſis nũciatio fit, ex cauſa naturali. primò, quando ædificatur, ſecundò quando immittitur. Tertiò, quando proijcitur. ita quòd præiudicatur in ſolo ſuo ædficando immittendo tignum, & proijciendo ſtillicidium. Sed de proiectione ſtillicidij dubitatio uidetur inſurgere: quia nũciatio non poteſt fieri niſi de opere facto in ſolo,l.j. §. hoc autem iudicium.ſupra eodem: ſed proijciendo nihil fit in ſolo alterius cum in aere nideatur conſiſtere ſtillicidium, ergo non uidetur poſſe competere remedium illius edicti. ſoluit Ripa, & benè, quòd licèt ſit in aere ex una parte: tamen ex alia parte dicitur eſſe in ſolo, & ſufficit ad edictum quòd ædificium fiat in ſolo ab aliqua parte. Vnde datur generalis declaratio ad dictum. §. hoc autem edictum.

Secundò poteſt dici quòd ſatis dicitur fieri in ſolo nunciantis, ex eo: quia prohibet fieri ædificium in ſolo, uel etiam dicitur offendere ſolum ex lapſu ipſius aquæ, quæ offendit ipſum ſolum, & uſum turbat uel aufert ipſi domiuo, & ſufficit, quòd habito aliquo reſpectu præiudicetur in ſolo, ut habetur in l. ſi alius. §. notauimus. inf. quod ui aut clam.

Secundò notandum eſt ex iſto tex.ſecundum
9 communem intellectum † quòd nunciatio poteſt fieri tribus modis, per uerbalem denunciationem, per manum, uel iactum lapilli,uel per prætorem. Tamen inter iſtos modos eſt differentia: quia ſi fit per denunciationem uerbalem nuncians amittit poſſeſſionem: ſed ſi fit per alios modos, nuncians non amittit poſſeſſionem.Et ratio differentiæ aſſignatur per glo. in l.j. §. in operis. ſupra eodem, quam ibi ſequuntur docto. quia nunciando uerbaliter uidetur meticuloſus. Ideò amittit poſſeſſionem. & nunciando per iactum lapilli, uel prætorem uidetur magis audax, & conſeruat poſſeſſionẽ, & concordat uulgare dictum. Audaces fortuna iuuat timidoſque repellit.atquè etiam illud quod ponitur in l.quod ſi nolit. infra de acqui. poſſeſſio.Vbi meticuloſus inueniens rem ſuam occupatam amittit poſſeſſionem, & ſi eſt audax eam non amittit: tamen contra rationem facit: quia imò uidetur magis audax qui uerbo ſe appropinquans uult terrere aduerſarium quàm ille,qui à longe proijcit lapillum, ſed faciliter poteſt defendi quòd imò eſt totum contrarium: quia ſi per manum uult nunciare, uel per iactum lapilli, oportet quòd ſe appropinquet operi;quando uerò nunciat uerbo, poteſt in feneſtra exiſtens nunciare clamando, tamen fortius contra rationem facit: quia magis audax eſt ille qui propria auctoritate uult terrere clamando uerbis ſuis aduerſarium, quàm ille, qui facit uenire nuncium prætoris, qui præcipiat & notificet.Vnde alij aſſignant ſecundam rationem, quòd in nunciatione uerbali amittitur poſſeſſio: quia lex ità diſpoſuit,& dedit hanc naturam huic modo nunciandi, quæ ratio nec etiam concludit ex eo: quia non appa

tet de

ret de cauſa rationabili, quæ mouerit prætorem ad ita diſponendum, & quòd potius uoluerit priuari nunciantem poſſeſſione cum uerbis, quàm per iactum, uel per pretorem, cum quantum ad intentionem idem ſit effectus & finis, propterea apparet quòd cum nulla ratio diuerſitatis poſſit aſſignari, differentiam per docto, præſuppoſitam non fuiſſe ueram, & ꝙ potius nunciatio fiat per ſola uerba, & non per iactum lapilli, uel prætorem: ſed quòd illi modi non cauſent nunciationem: ſed potius dicantur cauſare prohibitionem ad interdictũ quod ui aut clam. & quòd per edictum prætoris de noui oper. nunciatione ſolùm conceſſa fuerit poteſtas nunciandi uerbaliter, & non alijs modis, dando naturam huic nunciationi quòd per eam amittatur poſſeſſio, & quòd nunciatus poſſit petere remiſſionem, & recuperare poteſtatem ædificandi præſtita ſatiſdatione, & quòd ſit remedium ſeparatum in totum ab interdicto quod ui aut clam.

Secundò contra hunc communem intellectum facit: quia tex. expreſſè demonſtrare uidetur quòd nunciatio poſſit fieri ſolo uerbo, dum dicit, melius eſt prohibere per lapillum, uel prætorem, quàm per noui operis nunciationem: ergo nunciatio non inducitur per appoſitionem manus, iactum lapilli, uel per prætorem.

Tertiò contra dictum intellectum facit: quia tex. in fi. dicit competere interdictum ꝙ ui aut clam, atquè interdictum uti poſſidetis, & non dicit competere interdictum demolitorium ex edicto poſito in l. prætor. infra eodem. & tamen ſi eſſet nunciatio facta. illud principaliter debuiſſet competere, cum ſit ordinarium ſuum remedium.

Quartò contra dictam opinionẽ facit: quia præſupponit communis intellectus quòd per ſolam nunciationem uerbalem amittatur poſſeſſio, & tamen tex. in l. j. §. in operis. generaliter dicit quòd in nunciatione aduerſarium facimus poſſeſſorem. ergo oportet dicere quòd per manum, lapillum, uel prætorem non fit nunciatio: quia per eos etiam modos faceremus aduerſarium poſſeſſorem.

Quintò etiam facit: quia quando quis ædificat in ſolo proprio neceſſaria eſt nunciatio, ut dicitur in. §. at in ſuo. & tamen loquitur de ſola nunciatione uerbali; ergo demonſtrat quòd in hoc ſolo modo conſiſtit nunciatio.

Sextò facit tex. in l. in prouinciali ſupra eodem, ubi inter ſocios non poteſt fieri nunciatio & tamen poteſt fieri prohibitio per prætorem ſecundum unum intellectum, qui magis eſt amicus literæ, quàmuis Bar. ibi aliter uideatur ſentire.

Ex quibus omnibus apparet quòd nunciatio poteſt fieri tantummodo per uerba, & ꝙ per manum, iactum lapilli, uel prætorem non poteſt fieri nunciatio ſed cauſatur tantummodo prohibitio inducens interdictum quòd ui aut clam, & propterea communis intellectus non eſt uerus quod in prima parte tex. tractetur de nunciatione noui operis: quia imò deciditur quòd quando quis ædificat in ſolo alieno, non prohibetur per nunciationem, ſed ſolum prohibetur per remedium interdicti quod ui aut clam.

10 Quare † ſecundus fuit intellectus Cuman. quòd iſte tex. in prima parte loquatur tantummodo de remedio interdicti quod ui aut clam, & quòd Vlpianus preſtiterit conſilium quòd in dicto caſu læſus non debet intentare remedium noui operis nunciationis: ſed debet intentare remedium quod ui aut clam, quod utilius eſt: quia per remedium ædicti amittitur poſſeſſio, & per illud interdictum conſeruatur poſſeſſio, & poterit etiam cõcurrere interdictũ uti poſſidetis, qui intellectus ſuadetur etiam ex ſex fundamentis ſopra addoctis contra communem, & ſeptimò: quia tex. utitur uerbo prohibere, quod uerbum adaptatur tantummodo ad interdictum quod ui aut clam, ut patet in l. j. §. quid ſi ui. & in l. uim facit. infra quod ui aut clam, & in edicto noſtro dicatur nunciatus, & ille prohibitus, qui intellectus uerè ſubtilis eſt, & multum conueniens literæ iſtius. §. Et cauſantur illæ duæ concluſiones magnæ, quòd nunciatio non poteſt fieri niſi uerbo, & ꝙ per eam ſolam amittatur poſſeſſio, prohibitio uerò per manum, lapillum, uel per prætorem non conueniat edicto noſtro: ſed ſolùm conueniat interdicto quod ui aut clam.

Sed tamen licèt per iſtum tex. uideatur probabilis opinio, ex alijs tamen iuribus redditur dubitabilis, ex eo: quia prohibitio per interdictum quod ui aut clam æqualiter poterat fieri per uerba ſola, dicta l. j. §. quid ſit ui. ibi. per teſtationem uel denunciationem, & l. uim facit. primo reſponſo ibi, quomodocunque prohibitus, uel uerbis, uel per manus appoſitionem, & tamen idem effectus eſt in prohibitione uerbali, ut non amittatur poſſeſſio ſicut in alijs modis prohibendi: ergo eodem modo debet dici in nunciatione quòd illa quando eſt facta cum uerbis ſolis æqualiter ſit potens, ſicut per lapillum, per prætorem, & ſi prohibitio ad interdictum quod ui aut clam, poteſt fieri illis quatuor modis, eadem ratione & nunciatio ad edictum de noui operis nunciatio. debet poſſe fieri illis quatuor modis, & non poteſt reddi ratio quare magis fiat per ſola uerba, quã per alios tres modos, quòd potius prætor conceſſerit poteſtatem nunciandi per uerba ſola, quam per illos tres modos qui uidentur habere eundem effectum. Propterea communiter docto. recedunt ab opinione Cuma. quàmuis Maria. eam defendat in præmiſſis l. j. ſupra eodem, & tenent quòd nunciatio ex ædicto iſto poteſt fieri omnibus dictis quatuor modis, quàm per nunciationem uerbalem tanquam de

biliorem amittatur poſſeſsio.

Et pro hac communi opinione Iaſ. adducit tex. cum glo. in l. ſi procurator. infra. eodem, qui dicit quòd per prohibitionem competit interdictum quod ui aut clam, & glo. addit quòd etiam competit interdictum de noui oper. ex iſto edicto.

Secundò adducit glo. ſupra eodem. §. ſi quis ipſi prætori. ſecundum tertium & quartum intellectum. quæ exponit illa uerba, ſi quis ipſi prætori nunciare uelit, id eſt, ſi quis per prætorem. ergo nunciatio fit per prætorem.

Tertiò adducit tex. in. §. ſed ſi ædes. & §. ſextus, ſupra eadem lege, ubi dicitur quòd nunciatio fit ex cauſa impoſititia gratia conſeruandi ius ſuum: Sed ſi fieret ſolis uerbis non conſeruaret ius ſuum: quia amitteret poſſeſsionem: ergo intelligitur & de alijs modis per quos conſeruatur poſſeſsio, ut uerificetur dictum quod fit cauſa iuris conſeruandi.

Quartò adducit tex. in l. operis. inf. eo. ubi dicit de nunciatione noui operis. & tamen dicit quòd fit per prætorem.

Quintò adducit tex. in l. ſi alius. §. ait Iulianus. infra quod ui aut clam, qui dicit quòd facta prohibitione competit interdictum demolitorium, atque etiam interdictum quod ui aut clam, & cum utatur uerbo generali prohibuerit, apparet quòd loquatur etiam de prohibitione per manum, lapillum, uel prætorem: ergo & nunciatio poteſt fieri illis modis, cum competat interdictum demolitorium, & ſi uis dicere quòd prohibitio ibi fit uerbis tantum, ultra quòd reſtringis uerbum illud, & totam materiam illius edicti: tamen contradicis tex. noſtro qui dicit neceſſariam eſſe nunciationem, & concordat tex. in l. prætor. §. non nulli. iuncta glo. quæ generaliter loquitur, atquè etiam tex. in l. ſicuti. §. ſciendum. ff. ſi ſerui. uendi.

Sextò adducit: quia tex. ſimpliciter dicit, ꝙ nunciatio facit prohibitionem, & non ponit uerba formalia: neque modum ſpecialem: ergo intelligitur de omnibus modis prohibendi, & reſtringere ad prohibitionem uerbalem eſt uiolare totum titulum noſtrum.

Septimò adducit: quia uerbum prohibere, æqualiter dicitur conuenire prohibitioni uerbali, atquè etiam nunciationi, ut probatur in l. j. ſupra eodem. Sed ipſa prohibitio conuenit alijs modis: ergo & nunciatio, & non eſt uerum quòd prohibitio tantummodo conueniat interdicto quod ui aut clam: quia ipſa eſt generalis, & de proprietate ſermonis æqualiter fit per nunciationem uerbalem, & per iactum lapilli, & per prætorem, & per manum, & ità reſidet ipſe. Sed tamen poſtea non reſpondet tex. noſtro quatuor modis ſupra ponderato ità quòd adhuc opinio Cuma. uidetur ſuſtentabilis, & magis conueniens huic literæ. Et tenendo eam poteſt reſponderi adductis hic per Iaſ. Nam glo. in dicta l. ſi procurator, procedit ſecundum opinionem ſuam, quam ubiquè firmauit. Sed eam negauit Cuma. & ſequaces. Similiter glo. in dicto. §. ſi quis ipſi prætori. procedit ſecundum ſuam opinionem, tamen nec etiam eſt uera ad illum tex. quia eſt nimia extorſio dicere ſi quis ipſi prætori, id eſt, per prætorem. Vnde intellectus non ſunt ueri. Item tex. in dicto. §. ſed ſi ædes. non exprimit modos per quos fiat conſeruatio iuris, ideò intelligitur ſecundum naturam tituli, & nunciationis. Nec etiam ualet quòd reſtringatur totus iſte titulus: quia non dicitur reſtrictio, ſi talis natura per edictum attributa fuit nunciationi.

Nec obſtat quòd prohibitio conueniat etiã nunciationi: quia fatemur: ſed dicimus quòd prohibitio quæ fit per manum, iactum, uel prætorem, differt à prohibitione, quæ fit per nunciationem uerbalem.

Nec obſtat d. l. opus. inf. eo. & dictus. §. ait Iulianus. in quibus uidetur conſiſtere fundamentum iſtius opinionis: quia reſpondetur ꝙ ibi cumulatum fuit etiam remedium interdicti quod ui aut clam. itàꝙ uterquè modus fuit expreſſus, tam nunciandi per uerba, quàm etiam per alios modos, meritò utraquè interdicta competere poſſunt, & ſic apparet quòd hic communis intellectus non bene eſt fundatus, & eſt ualde dubitabilis, & ille Cumani conueniens literæ.

11 Quare †tu pro reſolutione potes conſiderare, quare edictum de noui oper. nunciatione fuerit à prætore introductum. Nam uidetur illud inutiliter, & ſine cauſa introductum: quoniam interdictum quod ui aut clam, pleniſsimè prouidebat omnibus illis, qui prætendebant ex nouo ædificio præiudicium ſibi generari, & tanta fuit poteſtas conceſſa, ut nulla maior poſsit conſiderari conceſſa à lege hominibus priuatis. Nam hæc poteſtas prohibendi per illud interdictum, fuit conceſſa in omnibus penitus caſibus, in quibus præiudicium poterat ex nouo ædificio ſolo adhærenti generari. Item poteſtas in modo fuit generaliſsima, cum & per uerba, per manum, lapillum, uel prætorem poteſtas prohibendi conceſſa fuerit, ac etiam per omnes perſonas, tam liberos, quã ſeruos, ut & per liberam perſonam hoc ius acquiri poſſet, dicta l. prohibere. infra quod ui aut clam, ac etiam poſſet fieri, tam in perſonam quàm etiam in rem, dicta l. j. §. quid ſit ui. ibi, quomodocunque prohibitus ædificauerit, & in l. uim facit. infra quod ui aut clam, propter quam amplam poteſtatem uidebatur in hac prohibitione nihil plus deſiderari poſſe, nunciatio autem ex edicto de noui oper. erat multum ſpecialis: quia non concedebatur fieri in perſonam: ſed in rem, l. de pupillo. §. nunciationem, & l. operis. infra. eodem. Item à pupillo, neque ſerue fie[illegible] non p[illegible]erat, dicta l. de

pupil-

pupillo in ptincipio. infra eodem. Item neque ab uſufructuario, nequè ſocio, nequè ab habente ſeruitutem ruſticam, nequè à creditore fieri poteſt, dicta leg. ij. & l. in prouinciali, & l. qui uiam. infra eodem. & l. j. in fi. infra de remisſionibus.

Item in nunciatione noui operis poterat peti remisſio. & per remisſionem nunciatus recuperat poteſtatem ædificandi plenisſimè, ſiue iure, ſiue iniuria uſquè ad ſententiam, dicta leg. prætor. §. interdictum. el ſecundo infra. eodem, & generaliter in omnibus caſibus in quibus poteſt fieri nunciatio poterat & fieri prohibitio per interdictum, ut facta nunciatione cõcurreret etiam ius ex interdicto quod ui aut clam, l. ſi alius. §. ait Iulianus. infra quod ui aut clam, è contrario uerò, qui habebat poteſtatem prohibendi per interdictum, non habebat poteſtatem prohibendi per nunciationem: ergo ſequitur quòd edictum de noui operis, omnino fuit inutile & eluſorium, & potius introductum in fauorem nunciati, quàm in fauorem nunciantis, & utilius ſemper ſit ipſi læſo intentare remedium, interdictum quòd ui aut clam, & etiam tutius & plenius quàm intentare edictum de noui oper. nunciatio. & quilibet diligẽs & cautus in negocijs ſuis reiecto edicto de noui oper. ſemper intentabit remedium interdicti quod ui aut clam. propterea ne uideatur prætor inutile feciſſe edictum, ac fruſtra denigraſſe album in propoſitione ipſius, neceſſariò eſt inueſtigandum quare illud introduxerit: argumen. l. ſtipulatio. §. diuus, ut legato. no. caueat. & l. non cogendum. §. fi. de procuratoribus cum ſuis concordantibus. Vnde uidetur neceſſariò dicendum quòd poteſtas conceſſa per interdictum quod ui aut clam, non erat generalis in modo prohibendi, & ſolum poterat fieri per manum, lapillum, uel per prætorem, uerbis autem fieri non poterat, ne tanta poteſtas uideretur conceſſa priuato, ut ſolis uerbis cauſaret tantam prohibitionem, & auferet priuato ius ſuum. Et tex. in dicta l. j. §. quid ſit ui. in uerbo teſtationem, intelligatur quòd teſtatio fuiſſet facta per prætorem, & in dicta l. uim facit. intelligatur quòd uerba eſſent coniuncta cum illis uerbis per manum, uel lapillum, ità ꝙ in effectu deſſiceret poteſtas prohibẽdi per uerba ſimplicia. Vnde prætor ut cõpleret hanc poteſtatem prohibendi, addidit edictum de noui. oper. per quod dedit iſtã poteſtatem prohibendi per uerba addẽdo interdicto quod ui aut clam, quam poteſtatem limitauit cum eſſet aliqualiter debilis, ut per eam amitteretur poſſesſio, dicta l. j. §. in operis. & in. §. noſtro. Ac etiam limitauit ut nunciatus poſſet petere remiſſionem, & præſtando ſatiſdationem recuperaret ius ædificandi, dicta l. prætor. §. deinde. cum ſequenti infra. eodem uſquè ad diffinitiuam ſententiam, de qua ſpeciali poteſtate loquebatur totum edictum de noui oper. & totus titulus noſter. Propter quam cauſam apparuerunt multæ differentiæ inter edictum de noui oper. & illud interdictum, & in iſtis terminis propriè loquitur iſte tex. ſecundum intellectum Cumani, qui uidetur ualde conueniens literæ ut in prima parte dicatur quòd melius eſt prohibendo intẽtare interdictum quod ui aut clam per manum, lapillum, uel prætorem, quàm intentare edictum de noui oper. nũciatio. cum per illud conſeruaretur poſſesſio, & competere poſſet interdictũ uti poſſidetis, per hoc autem amitteretur poſſeſſio, & non poſſet dari illud interdictum: ſed quando nũciaret ex cauſa impoſititia utilis eſſet nunciatio uerbalis, cum non afferet dannum amittendi poſſesſionem, quam non habebat, quæ omnia fuere tempore quo introductum fuit illud edictum. Sed tamen poſteà ex uſu & conſuetudine practici aduocati cœperunt conſulere læſis ut ſimul cumularent utrunquè remedium, & ex longo uſu communicata fuere, ut uires eorum etiam communicatæ competerent. Vnde effectum fuit quòd prohibitio cauſans interdictum quod ui aut clam, poſſit fieri etiam uerbis, dicto. §. quid ſit ui, & dicta l. uim fecit. atquè etiam è contrario nunciatio poſſit fieri eiſdem quatuor modis, per uerba per manum, iactum lapilli, & per prætorem, atquè etiam quòd poſſesſio per uerbalem nunciationem non amitteretur. Sed quòd etiam in utroquè interdicto competeret poteſtas petendi remisſionem, & prẹſtita ſatiſdatione recuperaret ius ædificandi, & ita ex conuentione prohibitus amitteret poſſesſionem, & prohibitus efficeretur poſſeſſor, ut dicit tex. in dicta l. ſi alius. §. ait Iulianus. infra quod ui aut clam, cum ſuis concordantibus, & l. prohibere. §. ſi quis paratus. eodem titulo. & l. ſicuti. §. ſciendum. ff. ſi ſerui. uendicetur cum ſuis concordantibus. Et propterea remanet intellectus ad iſtum tex. ꝙ procedit habito reſpectu ad tempus quo fuit inductum edictum de noui oper. & illo reſpectu ad tempus quo fuit inductum edictum de noui oper. & illo reſpectu opinio Cumani uera eſt. Sed habito reſpectu ad tempus præſens ex uſu uel conſuetudine, quo hæc duo remedia communicata fuere, procedit communis opinio, ſicut in ſimili plenè notant docto. de leg. & fideicommiſſ. in l. j. ff. de leg. j. & dicendum ſit reſpondendo contrariis, uel quòd iſte tex. loquitur habito reſpectu ad primæuum ius, uel ꝙ in prima parte procedit quando utrunquè remedium fuit communicatũ, cogita tamen: quia articulus eſt ualde dubius, & in eo huc uſquè nemo quietauit animum.

12 Tertiò notandum eſt ex iſtu tex. † quòd per nunciationem nuncians amittit poſſeſſionem rei in qua fit ædificium. concordat tex. in l. j. §. in operis. ſupra. eod. quæ concluſio procedit ſecundum utrunquè intellectum, cum ſecundum intellectum Cumani nunciatio ſolo

uerbo tantummodo fieri poterat, & ſemper amittebatur poſſeſsio, & ſecundum communẽ intellectum, licèt nunciatio poſſet fieri, etiam per manum, iactum lapilli, & per prætorem: tamen poſſeſsio amittebatur tantummodo quã do nunciatio uerbaliter fieret adducendo ratio nes ſupra relatas, quòd tanquam meticuloſus eam amittebat.

Sed tamen contra iſtam concluſionem fortiter facit: quia nunciatio fuit introducta in fauorem nunciantis, ut poſſet ſolo uerbo impedire opus ſibi præiudiciale, cum ſecundum eges ciuiles hoc non permitteretur: ſed eſſet opus ut prius uendicaret dominium rei, uel dominium ſeruitutis, & habita diffinitiua ſententia, & declarato iure ſuo poſteà executiuè prohiberetur, iuxta formam poſitam in dicta l. ij. & l. qui uiam. infra eodem. Vnde cum eſſet in eius fauorem introducta hæc poteſtas non debet redundare in eius odium, ut amitteret poſſeſsionem, l. quod fauore. C. de legibus cum materia.

Secundò faciebat: quia hoc remedium conceſſum fuit nunciaodi ut conſeruaret ius ſuum, l. j. §. pen. ſupra eodem, & §. ſed ſi ædes. ſupra eadem lege cum ſimilibus: ergo non debet operari diminutionem, ut quis priuetur poſſeſsione ſua, per l. legata inutiliter. ſupra de adimendis leg. & l. legata. de lega. j. cũ ſua materia.

Tertiò faciebat: quia poſſeſsio nõ poteſt amitti ſine animo, l. 3. §. in amittenda. infra de acq. poſſeſsio. Sed ille qui nunciat nullam habet intentionem amittendi poſſeſsionem: ſed animus ſuus eſt eam manutenendi, & conſeruandi impediendo nunciatum ædificare & turbare in poſſeſsione.

Quartò etiam facit: quia actus qui ſequitur contradicit amiſsioni poſſeſsionis, cum per nũ ciationem ligentur manus nunciato, cogatur abſtinere ab ædificio, & deſiſtere à moleſtationibus & turbationibus quas præſtabat ædificã do, quæ omnia cauſant conſeruationem poſſeſsionis, non amiſsionem, ut patet in interdicto uti poſsidetis, quod datur tantummodo ad finem ut aduerſarius deſiſtat à moleſtationibus, & turbationibus, l. j. & per totum infra uti poſſidetis. & §. retinendæ. inſti. de interdictis. Nec dicatur quòd hæc amiſsio non fit ex uoluntate; ſed fit per uiolentiam, quaſi ædificando uideatur uiolenter expoliare, ut ſentiebat Dy. & Bar. infra in pen. quæſtio. quoniam hoc non poteſt ſtare, ex eo: quia illa uiolentia ante nũciationem interueniebat, & non priuabat poſſeſsione. Item quando fit nunciatio per iactum lapilli, uel per prætorem, adhuc ædificando facit illam uiolentiam, & tamen non eſt ſufficiens ad auferendam poſſeſsionem ſecundum omnes: ergo nec etiam in iſto caſu. Item ſequeretur quòd non amitteretur poſſeſsio, ſi ipſe abſtineret ſe ab ædificio, quod eſt contra generalitatem tex. in dicto §. in operis. & tex. no

ſtri qui præſupponunt quòd ſiue deſiſtat, ſiue non deſiſtat, ſemper nuncians amittit poſſeſsionem. Quarto contradicunt uerba dictorum iurium quæ dicunt nunciando aduerſarium facimus poſſeſſorem, quæ uerba inferre uidentur ex propria uoluntate nunciantem amittere poſſeſſionem, non per uiolentiam. cum igitur dicta iura inſetant per nunciationem nunciantem priuari poſſeſsione, hæc autem uoluntas non interuenit neque tacitè, neque expreſsè, neque ex mente legum per rationes ſupra allegatas: ergo uidetur non eſſe poſsibile quòd per nunciationem amittatur poſſeſsio. Iſtud contrarium ſolus Roma. incepit cogitare ut refert Iaſ. hic & in d. §. in oper. licèt non dilatauerit, & per ſecerit, ut ſupra ego feci, & ad illud reſpondebat in effectu quòd totum hoc dependet à diſpoſitione legis, quæ hanc naturam dedit nunciationi uerbali. Et ideò eſt alia regula, quòd qui in uno grauatur, in alio releuatur. l. cum qui. ff. de iure iurand. Vnde dicebat quòd contraria procedunt in nunciatione facta per manum, lapillum, uel prætorem. Sed non procedunt in nunciatione facta uerbaliter: quia habuit hanc naturam quòd qui in uno grauatur in alio releuatur. Quæ ſolutio reprehenditur per Iaſ. & imperfectè. Sed plenius quàm ipſe facias dicas, quòd hæc ſolutio non habet fundamentum, ex eo: quia non apparet quòd lex dederit hanc qualitatem huic nunciationi. Sed dictus. §. in operis. uidetur demonſtrare hoc euenire ex modo & qualitate nunciandi, & ꝙ amiſſio ſequatur ex uoluntate ipſius nunciantis, & modo procedendi non ex neceſſaria natura impoſita. Vnde adhuc omnes dictæ rationes contradicunt. Item non tollit ꝙ cum nunciatio ſecundum docto. æqualiter fieret omnibus dictis modis, ergo æqualiter omnibus dictis modis debuiſſet amitti, uel conſeruari. & ratio differẽtię de metu ſupra reprobata fuit. Vnde apparet ꝙ rationes prædictæ adhuc urgẽtiſsimè obſtãt, ꝙ non debeat per nunciationem uerbalẽ amitti poſſeſsio. Ideò ſecundo loco reſpondebat Iaſ. ꝙ cõtraria procedunt; quando quis ædificat in ſolo nunciantis, uel immittit, uel proijcit: ſecus autem quando ædificat in proprio: quia tunc non amittit poſſeſsionem, cum in nunciatione hæc natura ſit impoſita. quæ ſolutio reincidit in illam quam dedit Roma. ꝙ hæc natura impoſita fuit nunciationi uerbali: ſecus eſt in nunciatione per iactum lapilli, uel per prætorem. ſed poſteà non redit differentiam quare hoc ſit dictum in nunciatione uerbali, & non in alia: neque etiam tollit obiectum quomodo in illa nũ ciatione poſsit amitti poſſeſsio, cum neque animus interueniat, neque ſubiecta materia. Vnde Ripa dabat tertiam reſponſionem dicens ꝙ habito reſpectu ad intentionem nunciantis, ſemper fit ad finem conſeruandi iuris nunciantis, id eſt, ad finem prohibendi nunciatum ædificare, qui finis habetur directè, ſi nunciatus pat-

at

cat ; uel ſi non pareat per interdictum demolia tur ædificium, non autem habet intentionem conſeruandi ipſam poſſeſſionem, neque inten- dit uelle eam defendere, quæ ſolutio etiam nõ tollit contrarium: quia imò nuncians intendit conſeruare omne ius ſuum, tam poſſeſſionem quàm dominium, & nulla poteſt dari coniectu ra quare ipſe nunciando uelit amittere poſſeſ- ſionem: quoniam intendit procurare ut ille deſi ſtat à moleſtationibus, & ab ædificando, quæ duo tendunt ad conſeruationem ipſius poſſeſ- ſio. Vnde obiectio adhuc fortiter urget, inſerens per nunciationem poſſeſſionem non amiti.

13 Secundò † contra dictam concluſionem oppo nebat Cuma. & dicebat concedendo quòd ſi amitteretur poſſeſsio illa non poteſt amitti in continenti; quando fit nunciatio: ſed ipſa ſolùm debet amitti quando fit remiſſio, & da- tur ſatiſdatio de demoliendo, per tex. in l. ſi alius. §. ait Iulianus. infra quod ui aut clam, qui ſecundum omnes loquitur etiã in edicto noui operis, & tamen cũ dicat competere eius inter- dictum demolitorium, dicit quòd ex ſatiſda- tione efficitur poſſeſſor, ergo uidetur ꝙ amit- tatur poſſeſsio tantummodo poſt remiſsionem. reſpondebat Cuma. fatendo contrariũ uolẽs ꝙ poſſeſsio uerè non amittatur in continenti: ſed tantũmodo poſt remiſsionẽ, & ita intelligebat iſtum tex. in uerbo faciemus eum poſſeſſorẽ in futurũ. Et ad d. §. in operis. reſpondebat ꝙ pro- cedebat habito reſpectu ad intentionẽ: nam cũ nuncians cogiret quòd nunciatus præſtita ſatiſ datione acquiret poſſeſsionẽ, ex nũc dicitur ha bere illũ animũ, & propterea ex nunc uidetur amittere poſſeſſionem coniũgendo unum tem- pus cũ alio. Sed Iaſ. repræhendit: quia repugnat uerbis, d. §. in operis, qui dicit per uerbum præ- ſentis temporis aduerſarium facimus poſſeſſo- rẽ, & cũ uelit aliud eſſe in nunciatione oportet quòd intelligat de præſenti, cũ præſtita ſatiſda tione ex utroque interdicto, & omnibus modis amittatur poſſeſsio. Ideò poſteà Iaſ. in d. §. in operis. refert intellectum Cuma. ad iſtum tex. & repræhendit, & finaliter dat reſponſionẽ di- ſtinguendo inter nunciationem uerbalem, & il lam, quæ fit per manum, iactum, uel prætorem, & dicit quòd in nunciatione uerbaliter ſtatim amittitur poſſeſsio per d. §. in operis. Sed in alia nũciatione nõ amittur poſſeſsio, niſi præſtita ſa tiſdatione, d. §. ait Iulianus, & ità cõcordat hæc duo iura d. §. in operis. cum d. §. ait Iulianus. quę concordia nihil noui affert, & diuerſificat caſus uerbaliter, non autẽ ponẽs rationẽ diuerſitatis, cùm prædictæ oppoſitiones æqualiter militent in omni modo nunciandi, & ſua diſtinctio con funditur per utrunque tex. cum tex. in d. §. ait Iulianus. loquatur de omni modo nunciandi, & æqualiter in omnibus dicat poſſeſſionem ac- quiri poſt remiſsionem, & tex. noſter loquitur de nunciatione uerbali ſecundum omnes, & ta- men utitur uerbo futuri temporis faciemus

poſſeſſorem, propterea in hoc articulo uerior eſt opinio Cumani quòd iſte tex. loquatur de tẽ- pore quo pręſtita eſt ſatiſdatio, & tex. in d. §. in operis. ſimiliter loquatur de tempore quo fa- cta erit remiſsio, declarando illum tex. per iſtũ qui loquitur in futuro tempore, ut nos dicamus quòd per nunciationem uerbalem nos nõ amit timus poſſeſsionem in continenti: quia neque animus: neq; ſubiecta materia hoc inducit, & tex. in d. §. in operis. loquẽs de præſenti declara tur per iſtum, qui loquitur in futuro tẽpore, & generaliter nos dicamus ꝙ poſſeſſio tãtũmodo amittitur poſt remiſsionẽ præſtita ſatiſdatione & tex. in d. §. in operis. habet reſpectũ ad tẽpus remiſsionis, & ſi intelligis de præſenti, declara ut per eundẽ quantũ ad intẽtionẽ: quia cogitat qđ eſt amiſſurus per ſatiſdationẽ. Vnde poſteà cõpletur deciſio eius per tex. noſtrũ, qui loqui- tur in futuro tẽpore. Nec obſtat ſi dicatur ꝙ hęc cõcluſio repugnat tex. noſtro, qui uult conſtitue re differentiam inter nunciationẽ uerbalem, & alios modos nunciandi. Sed in illis modis amit titur poſſeſsio per remiſsionẽ, d. §. ait Iulianus. ergo in nunciatione uerbali ante remiſsionẽ, ut ſit differentia reſpondetur ꝙ iſte tex. procedit ſecundũ propriam naturam interdicti quod ui aut clam, in quo nunquam dabatur remiſsio, & prohibitio durabat uſque ad ſententiam, & nun- quàm amittebatur poſſeſsio, ut etiam conclu- dunt hic Moder. omnes. ideò differentia erat cũ nunciatione uerbali, cum in ea daretur remiſ-
14 ſio, & per remiſſionem amitteretur poſſeſsio. † & hæc procedũt habito reſpectu ad primæua tẽ- pora, quando nunciatio uerbalis tẽperata erat ab interdicto quod ui aut clam. attamẽ poſteà ex uſu & conſuetudine, ut ſupra dixi, hæc duo remedia fuere communicata, & cœperunt nun- ciantes cumulare utrunque remedium, & edicti de noui oper. & interdicti quod ui aut clam no lentes prohibere opus fieri, & ita paulatim cõ- municata fuere hæc duo remedia, & eorum effe ctus, ut interdictum aſſumpſerit poteſtatẽ pro- hibendi uerbis tantum, atque etiam quòd in eo poſſet prohibitus petere remiſsionem, & recu- perare poteſtatem ædificandi, ut probatur in l. prohibere. §. ſi quis paratus, & in dicta leg. ſi alius. §. ait Iulianus. Atque etiam aſſumpſit ter tiam qualitatem quòd poſt remiſsionem pro- hibens amitteret poſſeſsionem: dicto. §. ait Iu- lianus, & è contrariò edictum de noui oper. aſ ſumpſit naturaram interdicti ut poſsit nuncia- fieri æqualiter, ſicut per uerba, per manum, ia-
15 ctum lapilli, & prætorem. Vnde ſuccedit † in practica concluſio multum facilis & clara, re- iectis contradictionibus iſtorum iurium, ut hodie nunciatio poſsit fieri omnibus dictis quatuor modis, ſicut & prohibitio per illud in- terdictum, & ꝙ æqualiter ſiue fiat prohibitio per edictum de nou. oper. per omnem modum, ſiue fiat per interdictum quod ui aut clam, nun- quam ab initio prohibens amittat poſſeſsionẽ

ſed eam conſeruet uſquè ad petitionem remiſſionis, & ſi ſuperſedeatur per tres menſes, uel ultra, ſemper conſeruet ſuam poſſeſſiouem: ſed ſi petatur remiſſio poſttempus legitimũ præſtita ſatiſdatione æqualiter, prohibitus acquirit poſſeſſionẽ & recuperat ius ædificandi, d. §. ait Iulianus, Et de iſta communicatione uidetur eſſe tex. multũ urgens in l. j. inf. de remiſſionibus, qui poſitus fuit poſt iſtum titulum, & certè ſi nõ pertineret niſi ad titulũ de noui oper. nuncia. debuiſſet omnino poni poſt illum titulum, iux. l. ij. de ſtatu hominum ibi, proximos applicantes titulos, & non debuiſſet differri per plures libros poſt quinquaginta alios titulos uſquè ad illum locum, niſi haberet conuenientiã, & eſſet extra propoſitum poſitus, & nullo modo poſſet continuari ad titulum quod ui aut clam, & qui uult continuare illum titulum ad proximiora, cogitur dicere: quia ſupra uiſum eſt de uoui oper. nuncia. & de damno infecto, & de interdicto quod ui aut clam. Verum: quia remiſſio æqualiter habet locum in omnibus dictis titulis & materijs. ideò ſubiectus fuit hic titulus de remiſſionibus, & ſic apparet ꝙ remiſſio etiam habet locũ in interdicto quod ui aut clam, & per conſequens communicata fuere hæc duo remedia, quæ bene nota: quia licet iſte. §. aliqualiter contradicere uideatur, tamen neceſſarium eſt ex prædictis ita cõcludere, & docto. nihil urgens hic dicunt in contrarium, & redditur practica utilis, & facilis ualde.

16 Quartò notandum eſt ſecundum docto. hic quòd aliud eſt prohibitio, aliud nunciatio, ac aliud prohibere, & aliud nunciare, & aliud habere ius nunciandi, & ius prohibendi. concordant ea, quæ dixit glo. in l. j. in fi. glo. magnæ ſupra eodem. & ibi Bar. idem notauit. Ego autem ibi dixi quòd ius prohibendi, & ius nunciandi habent ſe ut excedentia & exceſſa, & poſſunt capi in genere & in ſpecie, ac poſſunt capi habito reſpectu ad ueritatem, uel ad permiſſionem iuris uarij modis, & quando certum eſt ius, & quando eſt dubium, & ſi capiantur diuerſis modis differunt inter ſe, & ſi capiuntur eodẽ modo, idem quoquè dicuntur ſignificare, & ità reſoluuntur omnia contraria. Sed quantum ad id quod dicunt hic Docto. ꝙ nunciatio nõ eſt prohibitio, tex. iſte de directo probat contrarium, quoniam uult quòd quis poſſit prohibere per nunciationem, iactum lapilli, & prætorem, & unicum uerbum prohibere determinat æqualiter iſtos tres modos, & probat quòd nunciando prohibemus. Idem probatur in l. j. in prin. ſup. eo. dum dicit per nunciationem inhiberetur, & tertio probatur in uerſi. deinde. dum dicit deinde prohibitio remitteretur. loquens de nunciatione: ergo nunciatio eſt prohibitio, & reſoluũtur multa quæ hic confuſè conſiderat Ripa in prima col. Addas tamen quòd licèt nunciatio appelletur prohibitio, non tamen prohibitio & nunciatio ſunt idem, ex eo: quia prohibitio eſt effectus qui naſcitur ex nunciatione, & æqualiter naſcitur ex proiectione lapilli, & per prætorem, & tenuit expreſſè Bar. quem ſequuntur docto. in l. j. in principio ſupra eod. qui dixit diuidendo ꝙ in prima parte tractatur de effectu nũciationis, intelligens ꝙ prohibitio ſit effectus nunciationis, & ideò nunciatio non poteſt dici prohibitio, niſi tanquàm contineatur in genere prohibitionis, uel ꝙ ſit unum mixtum nunciationis & prohibitionis, quod mixtum habet duas partes, unam de nunciatione quæ dicitur propriè denunciatio facta ad finem prohibendi, aliam de ipſa prohibitione quæ dicitur eſſe actus impeditiuus, & propterea ego reprobaui ibi diffinitionem Hoſtie. qui dicebat quòd nũciatio eſt prohibitio: & dedi diffinitionem ſeparatam, & ſolùm ſua diffinitio poteſt procedere conſiderando illud aggregatum ex cauſa & effectu, ſicut dixi de iuramento in rub. extra de iureiur. & in l. admonendi. ff. de iureiurand. Nam Hoſtiens. diffiniebat unum aggregatum ex dicto & iuramento, id eſt, dictum iuratum, quod tamen aggregatũ habet duas partes, unã de ipſo dicto ſeu promiſſione, aliã de iuramen. quòd habet ſubſtantiam ſeparatam à dicto & diffinitur quòd eſt dicti confirmatio, ut ibi plenè dixi.

17 Quiutò notandum eſt ex iſto tex. † ꝙ quando quis ædificat in ſuo contra ſeruitutem alterius, ille poteſt nunciare ſine danno: quia non amittit poſſeſſionem quam non habet: ergo colligitur quòd ille qui non poſſidet poteſt nunciare, & per conſequens quòd poſſeſſio in nunciante non eſt de ſubſtantia nunciationis, & ſi dicatur quòd imò in hoc tex. etiam erat poſſeſſor: quia nuncians quaſi poſſidebat ſeruitutem contra quam ædificabatur: quia reſpondetur quòd non poteſt ſtare, ex eo: quia tunc priuaretur poſſeſſione ſeruitutis per nunciationem, & tantum damnum eſſet priuari poſſeſſione ſeruitutis ubicunque lis eſt de ſeruitute, quantum eſſet priuari poſſeſſione ſoli. quando lis eſſet de dominio ſolo; & ideò neceſſariò tex. præſupponit ut uerificetur differentia quam habet in intẽtione, quòd nuncians non poſſidebat ſeruitutẽ cuius cauſa prætendebat damnũ ſibi fieri ex ædificio, niſi quòd forſan haberet feneſtras retẽtas iuxta areã uicini, ut in tex. in d. l. ſed & ſi fortè. §. ſciendũ. ff. ſi ſerui. uendi. quæ retẽtio non facit poſſeſſionẽ ueram, ut no. per Ang. in l. altius. ff. de ſeruitutib. qui uoluit ꝙ ſi quis retinuiſſet feneſtras per mille annos iuxta aream uicini, non per hoc acquiſiuiſſet ſeruitutem, & dominus areæ non impediretur ædificare ſecundũ ſuam utilitatem. Et ad hoc ut acquirat poſſeſſionẽ ſeruitutis eſt neceſſarium ꝙ primò impediat eum ædificare, & ille deſiſtat per aliquos annos: nam tunc inducitur quaſi poſſeſſio ut ibi no. & in l. ſi prius. infra eodem. & propterea concluſio remanet quòd hic nũcians nõ erat in poſſeſſio. iuris prætẽſi, &

tamen

tamen nunciatio ualet. Vnde per iſtum tex. docto. reprehendunt Bar. in l. j. ſup. eo. in 7. quæſtione qui uolebat poſſeſſionem eſſe de ſubſtantia nunciationis, & qui nunciaret debere exprimere quòd fiebat præiudicium rei quam poſſidebat, uel iuri in cuius erat poſſeſſione. quam opinionem etiam ego ibi ſecutus fui, & hic etiam docto. ſequuntur. licèt aliqua adducantur ibi in contrarium per Paul. & Iaſ. & Rip. hic quæ non ſunt bene ad propoſitium.

18 Sextò notandum eſt † quòd interdictum uti poſſidetis datur nuncianti qui tamen eſt priuatus poſſeſſione ſeu nullam habebat, referẽdo ultimam partẽ ad omnia præcedentia, quod ui detur inconueniens: quoniam interdictum datur tantũmodo poſſidenti ad eã conſeruandã, l. j. inf. uti poſſidetis, & §. retinendę. inſti. de interdictis. Sed reſpondetur ꝙ illa tertia pars nõ refertur ad totum tex. ſed ad primam partem tantum, in qua nunciando non amittit poſſeſſionem, & ſic non dicit quòd interdictum uti poſſidetis datur quando quis nunciauit ædificanti in ſuo. Vnde Bar. dicebat ꝙ tex. intelligitur de eo, qui permanebat in poſſeſſione poſt nunciationẽ, non de eo qui fuit priuatus, uel nunquàm fuit in poſſeſſione. Vnde glo. fi. dixit quòd ſi nunquàm fuit in poſſeſſione, nunquam dabitur interdictum. Si uerò fuit in poſſeſſione, & nundum nunciauerat, adhuc competit interdictum, Si uerò nunciauerat per illum modũ qui non priuat poſſeſſione, ad huc competeret: ſed ſi eſſet priuatus poſſeſſione, amplius nõ competeret. ideò ſi ſpreta nunciatione nunciatus ædificauit, poterit nuncians per lapillum, uel prætorem ultra interdictũ demolitoriũ, intentari interdictũ uti poſſidetis pro conſeruatione poſſeſſionis, & per hæc tolluntur quædam quæ ponit hic Rip. nu. 13. pro ſolutione, & non ſunt ad propoſitum, & eſt cõmunis intellectus.

19 Septimò notandum eſt † ꝙ ubicunquè quis ædificat in noſtro competit nobis remediũ nũciationis, & interdicti demolitorij de noui oper. in contrarium facit: quia imò uidetur ꝙ competat remedium propriæ auctoritatis per tex. in l. quemadmodũ. §. j. ſup. ad leg. Aquiliã, & l. quamuis. ſecundum unũ intellectum inf. de acquir. rerũ dominio. ſoluit Bar. in 3. oppoſitione, & fatetur contrarium dicens ꝙ iſta remedia competunt, & illud quoquè. Nam ſi quis uult propria auctoritate tollere impoſitũ in re ſua, poterit facere per dicta iura, ſi tamen impotens ipſe eſt ad reſiſtendum, uel ut euitentur ſcandala nolit facere, & uelit recurrere ad remedia iuris poterit hoc facere, ut in hoc tex. & omnes uidentur pertranſire. Item reſpondet ꝙ non eſt ſemper uerum ut quis poſſit propria auctoritate tollere: ſed neceſſarium eſt ut etiam interueniant quædam requiſita poſita per docto. in d. l. quemadmodum. Ideò de hac propria auctoritate dicendũ eſt ut ibi, Tu autẽ melius reſponde, ꝙ ille tex. loquitur in opere iam facto pro quo non poteſt competere nunciatio noui operis: ſed ſolùm datur ad impediendum opera futura, ut dixi in l. j. §. j. ſup. eo. Sed ſi opus aliquod fuit factũ, tunc uel tollitur propria auctoritate, uel interdicto quod ut aut clam, ſecũdũ diſtinctionẽ poſitã per doct. in dictis locis.

20 Glo. in uerbo tutius. facit ad queſtionẽ † ꝙ tutiora ſũt meliora. Et ideò ſi curſor cui erat promiſſum ſalarium triũ dierũ propter prædones diuertit à uia breuiori, & fecit iter per ſex dies eundo per longiorẽ uiam, poterit habere ſalarium ſex dierum: quia iure dicitur feciſſe meliorem uiam, cũ elegerit tutiorem: quia uia tutior uti melior eſt eligenda ſecundum Bar. in l. continuus. §. cum ita. ff. de uerbo. obligatio. & Saly. in l. 3. C. de nauti. fœno. & hic per Rip. qui addit quòd melius aliquando exponitur, id eſt, rationabilius. §. ſi quis in aliena. inſti. de rerum diuiſione, aliquando tolerabilius cap. quomodo uirginibus. 30. q. 1. Tu dicas quòd expoſitio glo. non eſt neceſſaria: quia imò intelligitur melius, id eſt, utilius: quia erit magis utile nunciare per iactum lapilli, uel prætorẽ: quia non amittit poſſeſſionẽ, quàm nunciare uerbis qui amittit poſſeſſionẽ, & ſic eſt magis utile, cũ ſit ſine damno. Ideò concludendũ eſt ꝙ hæc dictio exponitur eo modo quo in ſubiecta materia maior utilitas poteſt conſiderari, & quacunque conſideratione, uel in intentione, uel opere uel facto erit maior utilitas, ita fiet expoſitio.

Glo. in uerbo etiam. ponit formam nũciationis factæ per prætorem, quæ in effectu continet tres partes, Prima eſt, ꝙ uolens nunciare debet narrare factum prætori, & petere per eum nunciari. Secunda eſt quòd præceptum fieri debet ne ædificet. Tertia eſt quòd ponatur clauſula iuſtificatiua, uel ueniat reſponſurus.

21 Primam † partem approbat Bar. hic, per quam demonſtratur quòd nunciatio debet fieri ad inſtantiã partis, & ſi pars non inſtaret prætor eam facere non poſſet. concordat tex. in l. iiij. §. hoc autem iudicium. infra. de damno infecto, & l. ad peremptorium. ibi, petat. ſup. de iudicijs & l. ita tamen. §. fi. infra iudicatum ſolui. & ſequitur Alex. in dicta l. iiij. §. hoc autem iudicium. ponens regulam generalem ꝙ quando aliquid fit ad utilitatem priuatam per iudicem, non poteſt ipſe impartiri officium ſuum niſi petatur. Limitant tamen, niſi actus tenderet ad publicam utilitatem: quia tunc poteſt impartiri officium nemine inſtãte. Ideò ſi ædificium fieret in publico, poſſet iudex ex ſuo officio nunciare, uel prohibere, ut per eundem Alex. in d. §. hoc autem iudicium.

Secundò ſequitur quòd poſſet prohibere per ſe, ſi eſſet periculum ne partes deuenirent ad arma, per eandem rationem, uel ſi forſan ædificando ſuccederet aliud damnum iuxta. §. ſi quis riuos. & §. toties. in hac lege, & l. æquiſſimum. ff. de uſufructu. & confirmat Ripa hic ut per eum. Vnde habes intellectũ ad tex. in l. j. C.

de noui oper. nnnciatio. dum dicit quòd facta
nunciatione iudex debet feſtinare ad expedi-
tionem cauſæ: nam intelligitur neceſſariò in-
ſtante parte, cum lex officio ſuo iſtud facere nõ
poſſit, & per conſequens ille tex. intelligitur
ſecundum ius antiquum. & mentaliter includit
quòd ſuperſedetur, ſi nuncians dicat hodie con
ſtat, hodie agatur. nam cum requiratur omnino
eius inſtantia uidetur facto ſuo inſtando profer
te illa uerba, dixit tamen quòd idem eſſet ſi nun
ciatus inſtaret, quod tamen non conuenit: quia
offerendo ſariſdationem ut ædificet, non uide-
tur habere hanc intentionem, & ego declaraui
in d. l. j. dũ feci inſtantiã de intellectu illius tex.

22 Item circa hanc partem aduerte. † quia glo.
uult nunciantẽ debere referre ꝙ ædificat in ſuo.
Nam tu plenius debes dicere quòd debet refer
re fieri opns in præiudicinm ſui, & non eſt ne-
ceſſarium exprimere, nel ædificet in ſolo ſuo,
uel in præiudicium ſeruitutis, cum cauſa ab ini
tio non ſit exprimenda, ut tenuit Bar. in d. l. j.
in prima quæſtio. & ſolũm debet eam exprime-
re ſi eſt interrogatus, & oportet quòd interro-
getur in iudicio, nt ibi per eum.

23 Item † ſimiliter aduerte ꝙ glo. dixit precor
uos ut mittatis nũcium: nam optimè fecit: quia
hic imploratur officium iudicis, & non poteſt
dicere peto à nobis: ſed debet dicere precor
uos: quia quando proceditur iure actionis, uer-
bum peto, adaptatur. Sed quando imploratur
officium iudicis oportet quòd ſinr uerba depre
catiua, ut declarat Bar. in l. j. colu. 3. ubi omnes
ponunt. ff. de iuriſdictio. omnium iudicum.

24 Item † dixit ut mittatis nuncium: quia non te
netur ipſe accedere ad locum: ſed ſufficit ꝙ nũ
cius eat. Ac etiam iſte actus non poteſt fieri in
iudicio ut citetur pars: ſed debet nuncius acce
dere ad locum in quo fit ædificium, & ibi facere
nunciationem etiam operarijs, nel ſeruis, per
tex. iu §. nunciationem. ſup. eo.

25 Circa † ſecundum uerba glo. ſunt imperfecta
ut dicit Bar. quia uult ſolũ ꝙ nuncius præcipiat
ne in ſolo ædificet, hoc autẽ nõ ſufficit: quia eſt
nimis ſpeciale: ſed debet plenius dicere ne opus
nouum faciat, ne forſan fulciret netus, l. j. §. ſi
ædificium, ſupra eo. Vel ſi faceret fundamenta,
nel alia ſimilia, quæ non faciunt ædificium.

Item dum glo. utitur uerbo ædifices perſona
liter. etiam eſt imperfecta: quia non debet dice
re ne ædificet, ſed imperſonaliter præcipere ne
quid noui operis fiat, cum nunciatio fiat in rẽ,
d. §. nunciationem. & l. operis. inf. eo. Et quan-
do hæc prohibitio fit in perſonam cauſatur in-
terdictum quod ui aut clam. per l. j. §. quid ſit
ui. ibi, prohibitus, facit & l. prohibere. & l. aut
qui aliter. §. ſi quis. cũ ibi, ne faciat. infra quod
ui aut clam. ſed tamen docto. in hoc tenent
glo. quòd imò poſſit fieri nunciatio, etiam in
perſonam, per tex. cum glo. in l. ſi procurator.
inf. eo. qui dicit quòd ſi procurator facientem
prohibuit, competit interdictum quod ui aut
clam. & glo. addit etiam interdictum de noui
oper. nunciatio. quia ponitur in hoc titulo:
argum. l. Imperatores. ff. de in diem adiectio-
ne. Et licet Bar. conetur reſtringere, ibi tamẽ
eſt uiolatio. ad idem eſt tex. in l. non ſolùm.
§. ſi quis cum iure. infra eodem. ibi, ne in pu-
blico contra leges opus facias. Reſponder Bar.
quòd illa ſunt uerba legiſlatoris referentis, non
partis, tamen etiam eſt uiolatio. Vnde com-
muniter docto. concludunt quòd nunciatio po
teſt fieri etiam in perſonam, cum hac tamen
qualitate quòd fiat in præſentia operis, pro-
pter quam dicitur fieri in rem, uolunt tamen
quòd quando fit in perſonam ligetur tantum-
modo perſona expreſſa, & non tranſeat ad hæ-
redes: argum. l. metum §. animaduertendum. ff.
quod metus cauſa. & eorum quæ ponuntur in-
fra in l. non ſolum. §. morte. Ripa uerò dice-
bat, quòd imò etiam referendo ad perſonam
nunciati, adhuc nunciatio uidetur in rem, & ob
ligare hæredes & ſucceſſores, cum debeat fieri
in præſentia ipſius operis, & hæc præſentia ui-
detur ſufficere, cum in dicto. §. nunciationem.
dicatur quòd fit operarijs præſentibus, & ſer-
uis: ergo etiã refertur ad eorũ perſonas, & ta-
men dicitur in rem, mihi uerò magis placet cõ
munis opinio quòd dicatur in perſonam, refe-
rendo prohibitionem ad perſonam, & quod
ibi, dicitur de operarijs, intelligitur de uerbis
nunciatiuis, non de effectu prohibitionis, ut de
clarat Bar. inf. in forma nunciationis uerbalis,
dicendo formam eſſe, nũcio uobis ne quid noui
operis fiat. Ideo dicas. Aut omnia uerba ſunt in
perſonã dicendo, nuncio uobis ne nouũ opus fa
ciatis, etiã in præſẽtia rei, & dicitur nũciatio in
perſonã. Aut uerò dicitur nuncio uobis ne quid
noui operis fiat, & tũc eſt nũciatio in rem, & cõ
ſtituetur illa differentia quam ponũt docto. hic.
Potes addere aliã: quia ſi fiat nunciatio in per-
ſonam, ꝑ mortẽ nunciati extingueretur nũcia-
tio, ſicut per mortẽ nunciantis, ut dicetur in d.
§. morte, & ideo habes ꝙ nunciatio poteſt fieri
in rẽ, & in perſonã, & è contrario, etiam interdi
ctũ quod ui aut clã poteſt fieri in rem, & in per
ſonã ad arbitrium prohibentis, fatentur tamẽ
omnes ꝙ practica Bar. utilior eſt, cũ per nuncia
tionẽ factam in rem ligetur ipſum prædium ut
non poſſit in eo quid noui operis fieri, ideò trã
ſibit prædium cum hoc onere tam in hæredem,
quàm in ſingularem ſucceſſorem, & in conſe-
quentiam ipſi ligabuntur ut non poſſint ædifi-
care, ut dicetur plenius in dicto. §. morte.

26 Circa † tertium Bar. ſimiliter approbat glo.
dicens debere poni illa clauſula, ſi ſenſeris te
grauatum compareas reſponſurus, tamen repræ
hendit eam dum poſuit alternatiuè, uel ueniat
reſponſurus, cũ potius debeat poni copulatiuè,
& ueniat reſponſurus: quoniam ſi daret alterna
tiuè, ſenſus eſſet quòd uel deberet abſtinere, uel
deberet comparere, & cõparẽdo nõ tenetur ab-
ſtinere: quia in alternatiuis ſufficit unã partem
eſſe

eſſe ueram, l. ſi hæredi plures. ff. de conditio. in-
ſti. quod non eſt de intentione nunciantis, qui
uult utrunq; ꝙ abſtineat, & ꝙ compareat reſpō
ſurus. Ipſemet tamen Bar. in conſ. 80. tenuit cō
trarium ꝙ imò clauſula ponatur alternatiuè, &
tenuit etiã glo. in cap. ex parte. j. §. fi. ff. de uerb.
ſignifi. ut hic refert Ripa. tamen uerior eſt opi-
nio Bar. hic in propoſito noſtro: quando præce
ptum ualet, & nuncians intendit illud ſeruari,
& ille compareat ſi eſt grauatus. Sed quando
præceptum non ualet, & non debet ſeruari, tūc
utilis poteſt eſſe alternatiua, ut dicemus infra
in materia generali. Et ratio quare hæc clauſu-
la iuſtificatiua debet apponi eſt ſecundum do-
cto. quia præceptum executiuum non ualet ſine
cauſæ cognitione, l. prolatam. C. de ſententijs.
l. in cauſæ. §. cauſa cognita. ff. de mino. l. j. C. de
executione rei iudicatæ, & per Bar. in l. ſi filius
familiàs. §. diui. in fi. quæſtio. ſupra. de leg. j. cū
ſimilibus adductis hic per docto. Vnde opor-
tet ꝙ interueniat illa clauſula iuſtificatiua quæ
facit quòd ſi aduerſarius ſenſit ſe grauatum poſ
ſit comparere coram iudice, & petere reuoca-
ri. Sed tamen tu dicas quòd quantum ad ma-
teriam noſtram iſta clauſula iuſtificatiua nō eſt
neceſſaria, cum ſine ea nunciatio ualeat, & om-
nino ſit ſeruanda, quod probatur: quia ſi ipſe
dominus extraiudicialiter nunciat ſufficit di-
cere nuncio nequid noui operis fiat, nec eſt
opus addere, & ſi ſenſeris te grauatum compa-
reas, & idem quando fit per manum, uel per la-
pillum, ut patet in formulis infra tradendis.
Nam abſque eo quod apponatur per edictum
prætoris, data fuit hæc forma ut ipſæ partes
ſubijciantur iuriſdictioni prætoriæ, & quòd
nuncians det libellum, & nunciatus compa-
reat petendo remiſſionem, & præſtando ſatiſda-
tionem ut dictum fuit in d. l. j. & ſi priuati præ-
ceptum ualet ſine illa clauſula, & timendum
eſt & obſeruandum, tanto magis debet ualere
in perſona iudicis, & obſeruari, in quo nulla ca-
dit ſuſpicio, & pro eo præſumitur, cap. con-
tingit. de fide inſtrumentorum. l. Herennius. §.
Titia. ff. de uſur. & no. in cap. quoniam contra.
27 de probationib. † Et iudex in dicta nunciatio-
ne ſuccedit loco partis, & factum ipſius dici-
tur eſſe factum partis, ut per glo. hic dum alle-
gat l. bonorum. C. qui admitti, & eſt tex. in l. ſi
prædium. C. de euictionibus, & not. in dicto. §.
morte. per Rubeum in primo notabili, dum uo
luit quòd nunciatio facta à prætore non extin
guatur morte prætoris: ſed per mortem partis
tantum: quia in effectu eſt nunciatio priuati,
cui prætor auxiliatur, & ibi dicam. Et facit etiã
28 † quia clauſula iuſtificatiua apponitur ut præ-
ceptum inualidum ualidetur, ut per Alex. hic
in materia generali. Sed hoc præceptum de ſe
ualet ex permiſſione facta in edicto, ſiue iure
ſiue iniuria ædificet, & datur modus proceden
di, ut iuſtificetur ill. rigor petendo remiſſio-
nem. ideò non eſt opus alia clauſula ad illud ua
lidãdū, & hoc omnino puto uerū, & utilius eſſe
in practica & euitabūtur difficultates ſequētes.
29 Retenta tamen communi opinione quòd de
beat apponi illa clauſula, obſtat fortiter: quia
uidetur ꝙ illa clauſula multum noceat attento
quòd ipſa facit totum præceptum reſolui in
uim ſimplicis citationis, ut per Speculatorē in
tit. de ſententiæ prolatione §. ſpecies, uerſi. nū
quid iudex. & Bar. in l. j. C. de executione rei iu
dicatæ, & Bal. & Saly. in l. actio. C. de tranſactio.
& in l. ij. C. de epiſcop. audientia, & l. ea quidē.
C. ſi mancipium ita fuerit alienatum, & in l. j.
§. j. C. de iure deliberan. cum ſimilib. adductis
per Alex. Iaſ. & Ripam hic. Si ergo reſoluitur in
uim citationis, ergo non debet ſeruari, nequè
nunciatus debet abſtinere: ſed comparendo ſa
tisfecit dicto præcepto quod eſt contra inten-
tionem nunciantis & omnia dicta in præceden
tibus, Et iſtam glo. ad hoc ponderat Alex. Iaſ. &
Rip. quæ tamen alternatiuè loquitur: ſicut etiã
facit glo. in cap. ex parte. j. de uerbo. ſignifica-
tio. Vnde Alex. hic conatur concordare has con
cluſiones dicens primò, quòd aliud eſt quòd
clauſula concipiatur ſimpliciter & compareas
reſponſurus, aliud eſt ſi concipiatur ſub condi-
tione, ſi ſenſeris te grauatum: quia primo ca-
ſu præceptum eſt purum tam in clauſula quàm
in præcepto. Secundò uerò caſu clauſula eſt cō
ditionalis ptopter dictionem ſi, quæ adiecta
uerbis executiuis facit actum conditionalem, l.
quibus diebus. §. quidam Titia. ff. de condi-
tio. & demonſtrationibus coniuncto cap. præ-
tereà requiſiuiſti. de appellatio. quam con-
cordiam repræhendit hic Ripa dicens non fa-
cere ad propoſitum: quoniam procedit quando
tota oratio eſt conditionalis, & regulatur ab
eo uerbo: ſecus ſi ſint orationes continentes
plura, ut in caſu noſtro, in quo præceptum ha
bet duas partes ſeparatas. Ideò dicit Bal. in
rub. C. commiuationes uel epiſtol. uelle alio
modo ſoluere difficultatem, & quòd præce-
ptum iſtud, licèt ſit copulatiuè factum, ta-
men copulatiua reſoluitur in alternatiuam. &
rationem addit Rip. quia copulatiua poſita in-
ter duo incompatibilia reſſoluitur in diſiun-
ctam, l. ſi Titia. ubi Bar. ff. de uſufructu legato,
l. final. C. de codicill. Abb. in cap. ij. de reſcri.
& mens iudicis uidetur ſuadere qui illam clau-
ſulam, ſi ſenſeris te grauatum, oſtendat nolle
grauare, cuius cōtrariū eſſet ſi uellet firmū ma-
nere ante cognitionē. d. l. j. C. de executiu. rei iu
dica. Ideò nō uidetur uirtualiter eſſe differētia
an preceptū fiat cū clauſula alternatiuè, uel co-
pulatiuè, & Bar. hic forſan iſtud uidetur ſenſiſſe
in alia materia, quàmuis in hac materia nuncia
tionis repræhēdat glo. Remanet igitur ꝙ iſtud
præceptum iuſtificatur per clauſulã, & reſolui-
tur in uim ſimplicis citationis, ſiue copulatiuè,
ſiue alternatiuè fiat, ac nos præſumamus iudicē
uoluiſſe iuſtitiã facere, pro quo ſemp præſumi-
tur, ut no. in d. cap. in præſentia. de probationi.

Sed tamen per iſta non eſt reſolutum contra
rium, imò eſt magis auctum: quia ſi reſoluitur
in uim ſimplicis citationis,prohibitio ceſſat,&
nunciatus comparendo poterit licitè ædificare,
re,quod eſt contra d.l.prætor.& totam materiã
nũciationis, quæ præſupponit ꝙ ædificans ſpre
ta nũciatione, teneatur ædificium demoliri, &
ita eum hac concordia Alex. uidetur deſtruere
hanc materiã.Tamen ex alio uidetur quòd ip-
ſe det ſolutionem, quoniã in generali materia
dicit regulam eſſe, quòd præceptum, executi-
uum non ualet,d.l.j. C.de executione rei iudi-
catæ.Tamen in multis caſibus præceptũ execu-
tiuum ualet,ut ſi eſſet periculũ in mora & ſcãda
lo,uel tractaretur de paruo præiudicio,& mul-
tos caſus ponit Ripa hic, in quibus ualet præce
ptum.Alios ponit Imo.in d.l.filius familiàs. §.
diui.in fi.ff.de leg.j.Ideò dicit ꝙ ſi clauſula ap-
30 ponitur præcepto executiuo,ꝙ regulariter non
ualet, ꝙ tunc clauſula iuſtificatiua reſoluit il-
lud in uim ſimplicis citationis, ne uideatur uel
le facere iniuſtitiam.ſed quando præceptum ua
let,tunc clauſula non reſoluit in uim citationis
ſed remanet ualidum & obſeruandum,& copu-
latiuè,ſi ſenſerit ſe grauatum, debet comparere
petendo reuocari. Ita igitur in propoſito pro
ſolutione dicendum eſt, ꝙ cum præceptũ nun-
ciationis ualeat ex permiſſione prætoris,clauſu
la non reſoluit illud in uim ſimplicis ciationis.
Sed præceptum durat & omnimodò ſeruari de
bet,& ſi ſenſerit ſe grauatum comparere debet,
petendo illud reuocari ſecundum formam tra-
ditam à prætore in l.j.ſup.eo. de remiſſione, &
in l.j.C.de noui oper. nunciatio. Iſta tamen dif
ficultas ceſſabit,ſi nullam appoſueris clauſulam
ut ego dixi ſeruandum eſſe ultra alios.

31 In generali autem materia, †quid operetur
clauſula iuſtificatiua Alex.hic multum inſiſtit,
& poſita concluſione,ꝙ regulariter præceptum
executiuũ nõ ualet,fallit tamẽ in certis caſibus.
firmat ꝙ quãdo illa clauſula apponitur præce-
pto nullo, uel iniuſto,tũc reſoluit illud in uim
ſimplicis citationis,ut eo cõparente, præceptũ
dicatur eſſe nullũ,& ſolùm teneatur ad compa
rendum ſicut ex ſimplici citatione,eo uerò non
comparente ualidetur ex quadam præſumpta
iuſtitia, tanquàm ipſe conſentiat. Si uerò præ-
ceptum poteſt ualere per ſe, & tunc non reſol-
uitur in uim citationis: ſed ipſum præceptum
ualet, & adiungitur alia obligatio, quòd ſi
ſenſerit ſe grauatum poſſit comparere petendo
reuocationem, eo tamen interim obſeruato.

Contra quas tamen concluſiones ipſe met
Alex.poſteà inſtat,& primò ex mente Bal. in l.
ne quidquàm §.ubi decretum,colum.3.ff. de of
ficio proconſ. & etiam hic per Ripam, ꝙ imò
tale præceptum executiuum neque ualidetur;
neque etiam in uim ſimplicis citationis ualeat:
quia cum ſit ipſo iure nullum per dictam l.j. C.
de executio.rei iudica.nullum grauamen indu
cit, & ſi non grauat, neque etiam citatio ua-
let,quaſi conditione deficiente,ſi ſenſerit ſe gra
uatum,cap.non præſtat. de reg. iur.in 6.& cum
non grauet,non eſt opus iuſtificare per appoſi-
tionem clauſulæ, cum iam conſtet ipſum non
ſentire ſe grauatum. Ad hoc contrarium reſpõ
debat Bal. in dicto loco fatendo illud, & dice
bat concluſionem communem procedere in ca
ſibus in quibus ualet præceptum. Sed tamẽ hæc
reſponſio in effectu facit quòd præceptum nul-
lum per clauſulam non iuſtificatur,& ipſa effi-
ciatur eluſoria. ideò communiter docto. te-
nent quòd imò dicta clauſula aliquid operetur
ipſum ualere,ſi non compareat,& eo comparen
te reſolui in ſimplicem citationem:quoniam il
la conditio ſi ſenſeris te grauatum, non reſpi-
cit quod eſt in ueritate: ſed ex mente iudicis
refertur ad ſenſum & intellectum citati, ſi ipſe
putauerit ſe grauari. Vnde poteſt uerificari ꝙ
ipſe in opinione ſua ſenſerit ſe grauatum. Sed
Ripa dicit non tolli contrarium: quia ſi præ-
ceptum eſt nullum, & facultas comparendi de-
pendeat à ſua opinione, eueniet quòd ſi nolit
comparere dicendo quòd non ſentit ſe graua-
tum, præceptum remanebit omnino nullum,
nec citatus erit contumax,& per conſequens ni
hil operabitur. Vnde ipſe reſpondet quòd illa
clauſula operatur ualiditatem præcepti, ſi non
opponatur exceptio nullitatis, l. ij. & ibi not.
Bar.C.de iure emphy.Facit tex.in l.filio præte-
rito. ff. de iniuſto rupto & irrito teſtamento.
Quæ tamen etiam reſponſio reducit ualiditatẽ
præcepti in totum ad arbitrium ipſius citati.
Vnde tu potes alio modo reſpondere ꝙ ex ap-
poſitione clauſulæ præceptum efficitur ualidũ:
quoniã eſt parui præiudicij: quoniam cum iu-
dex dederit poteſtatem comparendi, & peten-
di reuocationem, præceptum efficitur parui
præiudicij, & præceptum parum præiudiciale
ualet etiam ſine clauſula,l. ſi quis ex aliena.ſup.
de iudicijs, & l. ij. ſupra ſi quis in ius uocatus
non ierit,& ſi iudex illo caſu non reuocaret pre
ceptum tranſiret in rem iudicatam, cap.ad con
ſultationem de re iudica. ut hic refert Alex. &
expreſſè poſuit Bar.in d.l.filius familiàs. §. Di-
ui.in fi.ff.de leg.j.Et ſic tota concluſio remanet
uera quòd præceptum reſoluetur in citationẽ
eo cõparente, & eo nõ cõparente ualebit: quia
propter illam clauſulam efficitur parui præiu-
dicij,& tranſibit in rem iudicatam, ſi non ap-
pellaretur ſecundum Specul. in dicto titulo de
ſententijs.§.eſt quoque alia ſpecies, & uidetur
eſſe hæc communis opinio, & ego uidi ſeruari
in practica,quòd parte comparente reſoluatur
in uim citationis,ea non comparente,teneatur
ſeruare, & habes effectum quid operetur clau-
ſula iuſtificatiua quando præceptum eſt nullum.

32 In †ſecundo caſu: quando præceptum eſt ua
lidum,& ſubijcitur illa clauſula quòd nihil de
beat operari, adhuc inſtatur ex mente Alexan-
dri & Ripæ hic, cum ſi præceptum eſt iuſtum
non debet reſolui. l. j.ff.de carbo. edicto. Item
ſi iu-

ſi iuſtum eſt, ſequitur quòd non grauat: ergo clauſula deficiente conditione quod ſentiat ſe grauatum. nihil poterit operari. Reſpondetur ex mente eorum quòd conditio refertur ad ſenſum citati, & non ad ueritatem iuris, & ſecundum ſenſum citati potuit imaginari ſe eſſe grauatum. ideò operabitur uim citationis.

Secundò reſpondet quòd ſemper præceptum grauat: quia ſine cauſæ cognitione factum, ſemper iniuſtum eſt, non apparente iure partium: argum. l. j. ſupra eodem. unde adhuc ſtat concluſio, quòd tunc præceptum debet ualere, & ſi ſentiat ſe grauatum debet comparere, & petere illud reuocari. Igitur facias regulam quòd præcepta executiua ut plurimum ſunt nulla tanquàm non ſeruata regula, & prohibita, dicta l. j. C. de executio. rei iudica. & l. j. C. comminatio. uel epiſto. cum ſimilib. adductis per docto. Fallit primò in hac materia nunciationis in qua ſemper dicitur eſſe iuſtum, ſtante permiſſione per edictum prætoris in caſu dubio. Secundò fallit ubicunquè non paratur plenum præiudicium: quia tunc non requiritur cauſæ cognitio, ut declarat Inn. cap. ij. de in integrum reſtitutio. Tertiò fallit: quando ſuper negotio præceſſerat cognitio l. ea quidem C. comminatio. uel epiſtol. Quartò fallit in emergentibus, & incidentibus, in quibus ſententia interlocutoria, etiam præceptiua ualet, & tranſit in rem iudicatam, niſi reuocata fuerit l. quod iuſſit. infra de re iudicata, cap. quod conſultationem, extra eodem Inno. in cap. j. de his quæ ſunt à maiori parte capituli, Paul. de Caſtro. & Ripa hic. Quintò fallit quando fit ſuper his, quæ ſpectāt ad officium iudicis, & ex officio ſuo non in figura iudicij, Ancha. terminat in regula ea, quæ. de reg. iur. in 6. exemplificat, & declarat Fely. in cap. ſi quando. col. ij. & ſequenti de reſcriptis. Sextò fallit in his quæ ſunt uoluntariæ iuriſdictionis ſecundum Bal. in ſua margarita in uerbo mandato. & Fely. in cap. eccleſia S. Mariæ. de conſtitutio. col. ij Alias limitationes poſuerunt Mod. in dicta l. filius familiàs. §. Diui. ff. de leg. j. In quibus omnibus limitationibus quoniam præceptum ualet de ſe, clauſula iuſtificatiua illud non reſoluit: ſed debebit obſeruari, & per clauſulam datur poteſtas quòd comparendo poſſit petere reuocari. Sed in regula quòd præcepta non ualeant, remanebit firma concluſio ut reſoluatur in uim citationis eo comparente, & non comparente propter iuſtificationem, præſumetur iuſtum, & tranſibit in rem iudicatam. Attamen in materia noſtra, ut ſupra dixi, melius eſt quod non apponatur hæc clauſula: quia euitabimus hanc contradictionem quòd debeat reſolui in uim citationis, uel tenendo quòd ualeat uideatur data poteſtas cōparendo quòd poſſit inſtare ut reuocetur: quoniam ei data eſt prop[illegible] natura ab edicto prætoris, quòd ualeat omninò, & ſe[illegible]ari debeat in caſu dubio, & quod ſeruetur forma petendi remiſſionem oblata cautione, quæ contradicente parte infra tres menſes faciet ſuperſederi, & poſt tres menſes reuocabitur præſtita ſatiſdatione, iuxta dictam l. j. C. de noui operis nunciatione, & hæc de forma nunciationis per prætorem.

33 Glo. † in uerbo manum. allegat tex. concordantem, & poſteà ponit formam nunciationis per lapillum. Sed tu has duas ſepara, quærendo quomodo fiat nunciatio per manum, & textus noſter hic non aperit nequè tex. in dicta lege. quàmuis. infra de acquir. rerum domi. Sed tamen tex. in l. quemadmodum. §. j. ſupra ad l. Aquiliam, quem allegat hic Bar. uidetur uelle quòd nunciatio per manum fiat: quando ædificatur in ſuo, ut propria auctoritate deſtruat ædificium, ſicut uult tex. ibi, de aquæ ductu incluſo. Tamen in contrarium facit tex. in l. uim facit. ſecundo reſponſo. infra quod ui aūt clam, qui uidetur ponere formam quòd tantummodo apponatur manus ad ædificium dum dicit prohibimus, uel per uerba, uel per manus appoſitionem, & hæc pars magis placet. unde dicas quòd nunciatio per manum fit, quando nuncians corpore ſe opponit in ædificio ne illud fiat, & dicit diſcedatis, nihil faciàtis: quia uolo in hoc loco ne quid noui operis fiat, & ſic forma eſt quòd dicatur prohibeo uos, uel nuncio uobis ne quid noui operis fiat hic, per ſignum manus eos expellendo, & ſe opponendo cum corpore.

Nec obſtat dicta l. quemadmodum: quia loquitur quando opus eſt factum: nam tunc non habet locum nunciatio, quæ ſolum pertinet ad opera futura, dicta l. j. §. j. ſupra eodem. ſed quia factum diruendum eſt ibi, conceditur remedium ualde magnum quòd poſſit propria auctoritate illud diruere, cum potius uideretur debere competere interdictum quod ui aut clā. Ideò quantum ad hoc diſtinguas ut ibi per docto. Sed in opere futuro ſerua prædictam formam nunciationis per manum.

34 Poſteà glo. addit † formam nunciationis per lapillum in qua tres ſunt opiniones, quomodo lapillus proijci debeat, & una eſt quòd debeat nuncians aſcendere opus, & proiicere de opere lapillum per modum deſtructionis. Sed Bar. hoc repræhendit ſe remittendo ad. §. operis, ubi dixit, ideò non ualere: quia daretur materia tumultus, & poſſet cauſare damnum perſonis, proiiciendo, & ſequitur hic Ripa, quæ ratio mihi non placet: quia poſſet proiicere de loco, ut taliter quòd non faceret damnum hominibus, & ſi faceret puniretur ex dolo ſuo iux. l. item ſi obſtetrix. §. fi. ff. ad leg. Aquiliam. Vnde ex alio iſte modus non placet: quia facit deſtructionem operis facti, & per nunciationem quis non poteſt unum lapidem appoſitum mutare, cum hoc pertineat ad interdictum quod ui aut clam, & moduli debent

apponi, lege non ſolum. §. ſed nt probari. infra eodem.

Secundus eſt modus quòd proiiciantur tres lapilli, quem etiam repræhendit Bar. hic: quia ſufficit unus lapillus. l. j. §. quid ſit ui, ibi ex iactu minimi lapilli, infra quod ui aut clam. Ideò forma eſt quòd nuncians exiſtens uel in domo ſua in feneſtra, uel etiam in uia publica, uel in ſolo ædificij, extra tamen opus, & proiiciat unum lapillum in opus, qui lapillus poteſt eſſe paruus, & poteſt eſſe magnus, licèt Ripa hic diceret quòd debet eſſe paruus, & non poteſt proiicere magnum, ne daret occaſionem tumultus, & faceret damnum operariis, uel aliis ibi exiſtentibus. Nam hæc ratio non facit: quia poteſt proiicere non offendendo homines, & ſi oſtenderet, ſuccedit tex. in dicta l. item ſi obſtetrix. §. fi. ſupra ad leg. Aquiliam, & tex. in dicta l. j. §. quid ſit ui. concedit etiam proiici magnum lapidem: ſed dicit ſufficere minimum lapidem ponendo implicatiuam, etiam quæ præſupponit minorem fuiſſe dubitationem in proiectione magni lapidis, quàm parui lapilli, ut no. in l. prima. cum ſimilib. C. qui admitti. Et cum tex. utatur hoc uerbo iactu, apparet ꝙ debet eſſe extra opus, & proiicere lapillum in illud.

35 Sed† tunc ſuccedit dubitatio an requirantur uerba, & quidam uolebant quòd non: quia ſi requirerentur in effectu eſſet nunciatio uerbalis, & tamen iura præſupponunt differre ab ea. Vnde dicunt ſufficere quendam nutum demonſtrantem contradictionem. glo. tamen tenet contrarium uolens quòd interueniant uerba ut intelligatur ab operariis uel aliis: ſed tamen ſufficiant quæcunquè uerba apta ſignificare cõtradictionem, & prohibitionem: arg. l. in ſumma. infra. de re iudicata, & Bar. hic eam ſequitur, & plenius infra in l. non ſolum. in §. morte. in materia proteſtationis prohibitoriæ, quàm dicit pro ſui forma requirere uerba. & eſt communis opinio, licèt Ripa hic uideatur dubitare dum ſubiicit quæſtionem. An mutus poterit nunciare per lapillum. uel per manum, & dicit quòd ſic: quia pro forma non requiruntur uerba: argumento textus in cap. tuæ. de ſponſalib. cum ſi requirerentur uerba pro forma nõ ualeret per no. in l. prima. ff. de uerbo. obligationibus. ſed tu dicas uerba requiri pro ſolennitate ad finem ut clara mens ipſius nunciantis appareat, & nihilominus mutus poterit nunciare: quia quando uerba requiruntur pro ſolennitate diſpenſatur per legem in muto, quòd poſſit actum facere ſuis ſignis, dicto cap. tuæ.
36 deſponſalibus. Nam in matrimonio oportet ꝙ expreſſè uerba proferantur uis, uolo, ad finem ut clara mens appareat: aliàs non inducitur matrimonium, cum defectus ſolennitatis uitiet etiam actum, ut habetur in dicta lege prima. §. qui præſens, & lege ſciendum. infra de uerbo. obligatio. tamen diſpenſatur in muto, & ità diſpenſabitur in hac nunciatione. Nec obſtat quòd mutus non poteſt facere ſtipulationem: quia illud procedit in illo contractus, ex eo: quia pro forma ſpecialiſſima requiritur quòd interueniant uerba, etiam apparente uoluntate partium, dicta l. prima. §. ſi quis ità eodem titulo. ſed hic non requiruntur uerba pro forma: ſed tantummodo pro ſolennitate actus, & ità concordatur tex. in dicta l. prima ff. de uerbo. obligationibus. cum dicto capit. tuæ. de ſponſalibus. In materia uerò interdicti quod ui aut clam, facilius procederet opinio quòd ſufficeret quodcunquè ſignum, cum non ſit de ſolennitate ꝙ ſit nunciatio uerbalis.

37 Addit† poſteà Bar. quòd dicta uerba debent eſſe concepta in rem non in perſonam, dicendo in iactu lapilli nuncio nequid noui operis fiat, & hoc etiam communiter tenent docto. quantum ad plenam cautelam, ut ultra operarios præſentes dominus etiam, & cæteri abſentes ſint prohibiti, & quòd poſſit tranſire ad hæredes: tamen ſi fieret etiam in perſonam, non per hoc uitiaretur nunciatio, ut probatur in d. l. non ſolum. §. ſi cum iure. tamen efficeretur perſonalis, & non ligaret niſi perſonam prohibitam, ut ſupra dictum fuit, & hæc opinio uerior eſt, quidquid dicat Ripa hic.

Nec obſtat quòd interuenientibus uerbis eſſent duo actus, nunciatio uerbalis, & nunciatio per lapillum: arg. l. uim facit. §. primo. infra quod ui aut clam. quia imò erit unica nũciatio per duos modos declarans intentionem prohibentis, & erit duplex modus, unus qui fit uerbis tantum, & alius qui fit iactu lapilli cum uerbis. Nec obſtat dicta l. uim facit. quia loquitur in interdicto in quo uerba non ita ſunt neceſſaria, & ità teneas hæc, quantum ad formam nunciationis per manum uel per lapillũ.

38 Glo. in uerbo poſſeſſorem. † ponit formam nunciationis uerbalis cum iſtis uerbis. ædificas in meo, malè facis prohibeo ne ædifices, quæ forma habet duas partes unam narratiuam, & aliam prohibitiuam. in narratiua nihil dicunt docto. tamen tu dicas quòd illa pars non eſt neceſſaria, ex eo: quia per talem narrationem exprimitur ratio quare fiat nunciatio quæ ratio ab initio non eſt exprimenda ut concluſum fuit in l. j. in prima quæſtione Bar. ſupra eod. cum ſufficiat eam exprimi quando interrogatur. Ideò qui facit illam narrationem ex ſola uoluntate facit, in parte uerò prohibitiua, quę eſt neceſſaria tres ſunt dubitationes, & prima eſt: quia glo. utitur uerbo prohibeo, quod non uidetur conuenire nunciationi: ſed prohibitioni ad cauſandum interdictum quod ui aut clã, prout tenet glo. in dicta l. prima. ſupra eodem quam ibi multi docto. ſequuntur. & etiam hic ſecundum intellectum Cuma. Tamen Bar. hic ſequitur glo. cum qua concordat alia, & ibi Bar. in l. ſi procurator. infra eodem. Ripa uerò hic poſt Fulgoſium tenet contrarium: quia nun-

nunciatio eſt modus per quem inducitur prohibitio, non autem eſt prohibitio ut probatur in dicta l. prima. & ibi ego ſecutus fui: Sed defendendo glo. & Bar. poteſt dici fatendo quòd nunciatio eſt actus per quem fit prohibitio: ſed non tollitur quin nunciatio poſſit fieri per uerbum prohibeo, cum & per illud inducatur prohibitio, licèt per uerba magis clara. & per illud exprimitur effectus nunciationis. Vnde in neceſſarium antecedens uidentur incluſa uerba denunciatiua per ea, quæ dicunt doctor. poſt glo. in l. prætor. §. j. infra eodem. dum nolunt quòd per interdictum in neceſſarium antecedens inducatur edictum, & remiſſio tacitè concedatur per demolitionem, & facit lex refectionis. ff. communia prædiorum. & l. ueteres. ff. de itinere actuque priuato. facit tex. in dicta l. prima. §. quid ſit ui. ibi, per teſtationem & denunciationem. infra quod ui aut clam, ergo demonſtratur quòd uerbum prohibeo facit nunciationem. Vnde ſenſus eſt nuncio tibi ꝙ prohibeo ne quid noui operis fiat, & eſt communis opinio, & ſequenda: quia ut ſæpe dictum fuit, non fuit per prætorem inductum ꝙ certa uerba ſpecialia requirantur.

Secundò dum glo. dicit ne ædifices perſonaliter Bar. reprehendit: quia uerba poſita hic per glo. prohibeo ne ædifices, faciunt interdictum quod ui aut clam, dicta l. j. §. quid ſit ui. ibi, contra id quod prohiberetur, & ſic utitur uerbo prohibere perſonali, & in l. aut qui aliter. §. ſi cum. dum dicit quòd ſi denunciatur quòd nult ædificari ipſe renuntiet ne faciat opus, inducitur interdictum, in nunciatione uerò uerba debent eſſe in rem, l. operis. infra eo. & ſupra. §. nunciationem. & dicta l. prætor. & §. deinde. ibi, ne quid noui operis fiat. quam concluſionem reprehendunt docto. ut ſupra dictum fuit: quia imò & nunciatio poteſt fieri prohibendo ſpecialem perſonam, dicta l. non ſolú. §. ſi cum iure. infra eodem. & ſolum dicunt ꝙ nunciatio in perſonam debilis eſt: quia ligat perſonas prohibitas, & non trahitur ad alias: ſed quando uerba concipiuntur in rem, plenior eſt: quia ligat etiam ignorantes ad quos pertinet ipſa res, & ſucceſſores ad quos tranſibit, ut no. in dicto. §. morte.

Quare opinio Bar. melior eſt, & in practica ſeruanda propter maiorem commoditatem: ſed opinio glo. non eſt falſa, ſed tantummodo debilis.

Item dum glo. utitur uerbo ædifices, non bene dicit: quia nimis ſpeciale uerbum eſt: ſed debet dici uerbum opus facias, quod eſt generalius comprehendens omne: quidquid in præiudicium iuris alterius fit.

Quare concludas quòd forma conueniens, & utilis, & in practica ſeruanda, debet eſſe núcio uobis ne quid noui operis fiat, proferendo uerba nunciatiua in perſonas, & uerba prohibitiua in rem, uel etiam omittendo uerbum núcio, poteſt dici prohibeo uos ne quid noui operis fiat. nam implicitè erunt incluſa uerba nuncio uobis quòd prohibeo ne quid noui operis fiat, & eſt communis forma, & ſeruanda ad tollendas difficultates.

39 Similiter † ſubiungit Bar. quòd facta nunciacione debet redigere in ſcriptis quantum operis factum ſit, ad hoc ut poſſit apparere quid erit factum poſt nunciationem, quod dictum uerum eſt, ſed non neceſſarium, ut profert Bar. quoniam non eſt neceſſarium quòd redigatur in ſcriptis: ſed ſufficit: quod apponantur ſigna uiſibilia per quæ demonſtrari poſſit quid factum fuit ante nunciationem, & quid poſtea. Vnde dicit tex. in dicta l. non ſolùm. §. ſed ut probari: quòd debet apponere modulos, hoc tamen non eſt de forma nunciationis: ſed eſt ſolùm de utilitate, & ſi nihil ad huc factum eſſet dicti moduli non eſſent neceſſarii, incæpto autem ædificio efficiuntur neceſſarii ad abundantem cautelam, cum in dubio ſemper præſumetur opus factum fuiſſe ante nunciationem non
40 poſtea: † quia nemo præſumitur delinquere, & probationibus claris delicta debent probari ut ibi no. per docto. & eſt tex. allegabilis ad hoc, & concordat tex. in l. fi. C. de probationib. & dubia probatio non releuat probantem cap. in præſentia. de probationibus. & concordat alius tex. multum in terminis in dicta l. aut qui aliter. §. ſi quis denunciauit. infra quod ui aut clam. ubi expreſſè dicitur quòd dubia denunciatio non releuat denunciantem: neque fit ſubaudicio ad eam. & facit etiam tex. infra eadem l. §. qui nunciat. ubi locus uenit exprimendus, alioqui nunciatio non ualet, unde debet exprimi ne quid noui operis fiat in illo loco, & poterit fieri per mutum, etiam ut in præcedentibus dixi, dummodo per ſigna mens ſua clarè demonſtretur, per quam formam poterit etiam ex mente induci probibitio quod ui aut clam. meritò dicitur in lege aut qui aliter §. ait Iulianus. infra quod ui aut clam. quòd ex unica prohibitione competit interdictum quod ui aut clam, & interdictum de noui operis nunciatione, & eſt tex. in l. prætor. §. nonnulli. cum glo. infra eodem. & habetur in l. ſi procurator. infra eodem.

41 Vnde ſuccedit §. ꝙ etiam in interdicto quod ui aut clam. poterit peti remiſſio, & prohibitus dando ſatiſdationem efficietur poſſeſſor, ut ibidem dicitur: quoniam ex uſu hæc duo remedia fuere communicata ut ſupra ego concluſi ultra alios, & penè habent eandem naturam in illo capite quod ui factum fuerit, & differentia plena remanſit tantummodo in capite quod clam factum erit. ut ego dixi in lege prima. §. primo. ſupra eodem, & hæc de forma nunciationis uerbalis.

42 Extra † glo. Bar. quærit hic: quia in præcedentibus concluſum fuit per nunciationem uerbalem priuari nunciantem poſſeſſione, ut hic,

& l. j. §. in operis . ſupra eodem, utrum modo poſsit nuncians hanc poſſeſsionem amiſſam recuperare? & argumentatur primò quòd non: quia uidetur ꝙ ex facto ſuo eã amiſerit, ideò obſtat regula damnum quod quis. de reg. iur. in 6. & l. factum cuiquè ſuum. ff. de reg. iur. Dynus tamen determinauit contrarium, quem ſequitur Bar. quòd imò poterit recuperare per interdictum de ui, & ui armata: quia ille ædificando poſt prohibitionem facit uiolentiam, & cum ipſe ædificaret coegit nunciantem deueni re ad remedium nunciationis per quam amiſit poſſeſsionem. Vnde ipſe uidetur dediſſe cauſam amisſioni poſſeſsionis, & cum poſteà eam habeat, tenetur ipſe eam reſtituere, per l. j. §. ſi filius. ubi pater propter deiectionem filij tenetur: quia dando peculium fuit cauſa, & cum eam habeat, tenetur reſtituere, & in §. ſiue autem dicitur, quòd ſi quis ingrediatur poſſeſsionem abſente domino, qui poſteà reuertatur, & uidens armatos in re ſua ſuſpicans ſe poſſe repelli, amiſit poſſeſsionem. nam ipſe tenetur: quia fuit cauſa ut dominus timendo amitteret, & cum eam habeat tenetur reſtituere illo interdicto de ui, & ui armata. Idem probatur in l. j. §. hoc interdictum. eod. titulo. ff. de ui, & ui armata. ubi, qui fuit cauſa ut per alium deiiceretur, tenetur reſtituere, ſi eam habeat: ergo eodem modo cum nunciatus fuerit cauſa quòd nuncians per nunciationem amiſerit poſſeſsionem, propter ſuum uiolentum ædificium, cum eam habeat, tenetur reſtituere. & addit plus Bar. quòd etiam propria auctoritate poterit eam recuperare, ſi in continenti antequàm tranſeat ad extraneos actus ſe interponat, per tex. in l. iij. §. cum igitur. ff. de ui, & ui armata, & uidentur ſequi communiter docto. Iaſ. tamen hic contra Bart. adducit doctrinam eiuſdem Bar. in l. j. §. nunciatio ſupra eodem. qui dixit quòd quando nunciatus amiſit poſſeſsionem, non poteſt opus factum propria auctoritate demoliri: ergo ſentit quòd non poſsit poſſeſsionem recuperare, & ſic uidetur ſibi contrarius, ut ponderauit Iacobus de Puteo. Dantur tamen plures ſolutiones. Primò quòd Bar. ibi intelligitur quando ex interuallo uellet deſtruere: ſecus quando in continenti: quia poſſet ut hic. Secundò ſoluit Iaſ. quòd Bar. ibi dixit quòd non poteſt deſtruere opus propria auctoritate, hic uerò dixit quòd poteſt recuperare poſſeſsionem, quòd eſt diuerſum, & ea recuperata non permitteretur deſtruere opus propria auctoritate, cum competeret ſibi interdictum demolitorium. & hæc eſt uera ſolutio.

Sed poſteà ſubdit Iaſ. quòd neutra concluſio eſt uera, & dictum nunciantem nequè poſſe recuperare poſſeſsionem ex interdicto, nequè propria auctoritate: quoniam ſi nunciatus nihil ædificauit, non poteſt dici quòd nuncians amiſerit propter uiolentiam cum nulla interuenerit: ſed ſolum propter factum ſuum, ſeu propter timiditatem, ut per glo. in ratione tex. in dicto. §. in operis. ſed Ripa dicit Iaſ. in terminis decipi. quoniam licèt timiditate amiſerit poſſeſsionem: tamen præceſsit uiolentia facta à principio ab ædificante, & uiolenter fuit acquiſita nunciato: quoniam timiditas proceſſit à uiolentia præcedenti, & nunc dicitur priuatus poſſeſsione per uim, l. quod ſi nolit. ff. de acquir. poſſeſsio. Item dicit in alio Iaſ. erraſſe: quia præſupponit nunciantem amittere poſſeſsionem, ſi non fuerit ædificatum, quod eſt falſum ſecundum eum: quia nunquàm eſt uiolentia, ſi nunciatus deſiſtit ab ædificãdo. Vnde tenet concluſionem Bar. hic cum fallentia, niſi tranſiuerit ad extraneos actus, ut poſſit poſſeſsionem recuperare propria auctoritate, & addit quòd in continenti quis dicitur recuperare, etiam poſt biduum, uel triduum dum congregat amicos, uel etiam aliquando poſt decem annos: arg. no. in dicta l. iij. §. cum igi-
43 tur. de ui, & ui armata. † Sed ego puto prædicta non eſſe neceſſaria: nequè regulam: nequè limitationem eſſe ueram: quia aſſumptum docto. eſt falſum, quòd ante remiſsionem nunciatus amittat poſſeſsionem ut ſupra dixi, ſiue ædificauerit, ſiue non, quod probatur: quia nunciatus non habet animum amittendi poſſeſsionem: nequè facit actum nunciando per quem inducatur amisſio ipſa, niſi quando erit ſibi cautum per ſatiſdationem: quia cum intendat conſeruare ius ſuum, dicta l. prima. §. nunciatio. ſupra eodem. & ſupra. §. ſed ſi in ædes. intendit conſeruare omni meliori modo, & ideò ſi nondum eſt ſibi cautum per ſatiſdationem de demoliendo, uidetur uelle retinere poſſeſsionem, cũ qua facilius poſſet conſeruare ius ſuum, & pendente conditione ſub qua eſt animus amittendi non amittitur poſſeſsio, l. qui abſenti. §. j. ff. de acquir. poſſeſsio. pro quo multum facit: quia per prohibitionem factam ex interdicto quod ui aut clam, & ſecutam ędificationem, priuatur prohibitus poſſeſsione: ſed datur interdictum uti poſſidetis, ut hic dicitur, & uiolentum dicitur opus: quia facit contra poſſeſsionem nunciantis, non quia acquirat poſſeſsionem: ergo eodem modo ædificans contra nunciationem, uidetur facere uiolentum opus, & tenetur demoliri: quia facit contra poſſeſsionem nunciantis, & turbat ipſum, & hac ratione concurrunt, ut dicitur in dicto. §. Iulianus. qui non procederet, ſi ædificans poſſideret, cum licèt poſſeſsio poſſet dici uiolenta: tamen opus factum ſuper poſſeſsione ſua, non diceretur uiolentum, qua de cauſa etiam poſt ſatiſdationem opus non debet demoliri: quia fit à poſſidente, & deſinit eſſe uiolentum, ut dicitur in dicto. §. Iulianus. cum igitur nuncians nunquam amittat poſſeſsionem, niſi poſt ſatiſdationem, ſequitur quòd non poteſt tractari de aliqua recuperatione: nequè per interdictum de ui, & ui armata: nequè p-

pria auctoritate: ſed ſolùm debet tractari au
quis poſſit defendere poſſeſſionem ſuam per in
terdictum uti poſſidetis, ut hic dicitur in fi. uel
an poſſit propria auctoritate demoliri, quod
prius factum fuit, quo caſu recurrendum eſt ad
diſtinctionem poſitam in l. quemadmodum. §.
primo ſupra ad leg. Aquiliam, cum modifica-
tione, ut quando uult deſtruere propria aucto
ritate, iſtud faciat incontinēti: arg. tex. in dicta
l. iij. §. cum igitur. ff. de ui, & ui armata. ex
interuallo autem cogeretur ſe defendere per in
terdictum uti poſſidetis, uel intentare rei uen
dicationem, ſeu aliud remediū petitorium. præ
dicta tamen difficultas de amiſſione, & recupe
ratione poſſeſſionis ceſſat in prohibitione quæ
fit ad cauſandum interdictum quod ui aut clā,
quia in eo nunquàm amittitur poſſeſſio: neque
ante ædificium: neque poſteà: neque ex inten-
tione ex eo: quia in eo ſecundum propriam na
turam non habet locum remiſſio per ſatiſdatio
nem, ut probatur in hoc tex. ſecundum omnes
intellectus. Nam doct. communiter tenentes
nunciationem fieri per lapillum, uolunt quòd
per ea non amittatur poſſeſſio, qui modi fa-
ciunt interdictum quod ui aut clam, & ſolùm
in nunciatione amittatur poſſeſſio: quando fit
nunciatio per uerba. Ideò Cuma. tenebat, &
ſequaces, quòd per prætorem, uel lapillum nō
induceretur noui operis nunciatio: ſed tantum
modo interdictum quod ui aut clam. Et qui
tenent ꝙ fiat nunciatio per iſtos duos modos,
uolunt quòd non amittatur poſſeſſio per illos:
ſed tantummodo per nunciationem uerbalem,
ut hic dicitur in tex. qui hanc differentiam ex-
44 expreſſè facit. † Vnde cum non amittatur poſ-
ſeſſio niſi per uerbalem nunciationem, & uidea
mus quòd in aliis modis, & in interdicto præ-
cedit uiolentia in ædificando, & poſteà etiam
ſubſequitur, apparet quòd dicta uiolentia non
eſt habilis ad priuationem poſſeſſionis: ergo
neceſſarium eſt dicere quòd ſi aliqua priuatio
interueniat non cauſetur propter uiolentiam:
ſed propter uoluntatem ſuam, & ſi timiditas
eſt, cauſat uoluntariam amiſſionem non per
uiolentiam. Ideò tenendo etiā opinionē cōmu-
nē ꝙ ꝑ nunciationē uerbalem ab initio amitta-
tur poſſeſſio, non poteſt procedere niſi ex pro-
45 pria uoluntate, non autem ex uiolentia. Nam †
quādo ædificat ab initio non poteſt dici ꝙ pro
priè ſit uiolentia, cum nulla præceſſerit prohi
bitio: ſed ipſe credit uti iure ſuo. unde ante
prohibitionem non poteſt competere interdi-
ctum quod ui aut clam, & ſi ædificando primò
nullam facit uiolentiam, non poteſt dici ꝙ de-
ueniat ad nunciationem propter uiolentiam
nunciati: ſed ſolum quia credit ipſum nun-
cians non uti iure ſuo, & quòd ſibi competat
ius nunciandi: ergo ſi amittit poſſeſſionem, hoc
facit ex natura nunciationis: non quia uiolen-
ter uideatur priuatus: ſeu timiditate recedat à
poſſeſſione poſt quàm autem ipſe nunciando a-
miſit poſſeſſionem, ſi poſteà nunciatus ædificat
non poteſt dici committere uiolentiam circa
poſſeſſionem, cum ipſe utatur poſſeſſione,
ſibi quæſita, & hic non datur neque prin-
cipium: neque medium quòd per uiolen-
tiam nuncians uideatur amittere poſſeſſio-
nem, ut dicebat Ripa etiam hic in fin. & pro-
pterea ex omni capite concludendum eſt re-
cuperationem traditam per Bar. hic per in-
terdictum de ui, & ui armata, uel propria au-
ctoritate iuxta dictum §. cum igitur. non poſſe
procedere: quia ſi tu tenes quòd ab initio nun-
ciando amittat poſſeſſionem, nulla poteſt dici
uiolentia facta per nunciatum in ædificando,
cum nulla præceſſerit prohibitio, & præſuma-
tur potius uelle uti iure ſuo quod credit ſibi
competere, & cum poſteà amiſerit, ſi fiat ædi-
ficium non poteſt dici uiolentum, cum fuerit
factum à poſſidente. Vnde non eſt tractandum
de recuperatione: neque per interdictum de ui
& ui armata. neque per propriam auctoritatem
iuxta dictam legem tertiam. §. cum igitur. & eſt
opus dicere quòd poſſeſſio fuerit amiſſa per ꝓ-
priam uoluntatem, quo caſu obſtat poſteà ꝙ
non apparent probabiles modi demonſtrandi
quòd uoluerit amittere poſſeſſionem cum ani-
mus uerus non interueniat: neque etiam inter-
ueniat aliquis actus inducens priuationem poſ
ſeſſionis, imò omnes actus, qui fiunt à nuncian
te demonſtrant intentionem cōſeruandi ſuam
poſſeſſionem: nec poteſt reddi differentia qua-
re nunciando uerbis magis uelit amittere poſ-
ſeſſionem, quàm nunciando per iactum lapilli
uel per prætorem, cum in omnibus modis con
cedatur poteſtas petendi remiſſionem ipſi nun
ciato, & ſequantur omnes effectus alii qui ſe-
quuntur ex nunciatione uerbali. Si uerò tu uis.
quòd non amittatur poſſeſſio niſi poſt præſta-
tionem ſatiſdationis, quod eſt magis rationa-
bile, & tunc non poteſt tractari de recuperatio
ne poſſeſſionis: quia cum conſentiat poteſtati
ædificandi, concedit etiam quòd liberè poſſit
uti poſſeſſione, & amplius non poteſt dici face
re uiolentiam, ut clarè dicit tex. in dicto. §.
ait Iulianus. & quietè ipſe debet morari in poſ
ſeſſione uſquè ad diffinitiuam ſententiam, qua
poſteà lata, ſi apparebit quòd nuncians habue
rit ius prohibendi uirtute ſtipulationis, agere
poterit ad demolitionem, & ad recuperatio-
nem poſſeſſionis, & ut omnia reponantur in
præſtinum. Vnde remanet generaliter quòd
hæc recuperatio per interdictum non poterit
habere locum neque per propriam auctoritatē:
quoniam permiſſione legis à quocunque tem-
pore incipiat poſidere dicitur poſſeſſionem re-
tinere, & nunquàm poteſt tractari de uiolen-
46 tia. † Verior tamen eſt opinio quòd poſſeſſio
per quemcunque modum fiat, nunciatio nun-
quàm amittatur à nunciante: neque acquiratur
nunciatio: ſed ſolum ei acquiratur: quando
præſtita eſt ſatiſdatio, ut dicit tex. noſter hic

in uerbo faciemus, futuri temporis. & in dicto. ait Iulianus. & tex. in dicto. §. in operis. intelligitur ſecuta ſatiſdatione, uel tantummodo habito reſpectu ad intentionem, cogitando quòd per naturam nunciationis petita remiſſione debebat concedere poſſeſſionem, & per conſequens æquiparari nunciatio interdicto quod ui aut clam. In quo, & ex uſu poſteà introductum fuit quòd amittatur poſſeſſio præſtita ſatiſdatione, dicta l. prohibere. §. ſi quis paratus. & dicta l. aut qui aliter. §. ait Iulianus. infra eodem, quod ui aut clam. Quare remanet concluſio multum generalis, & in practica utilis reiectis inculcationibus docto. ꝙ quomodocunquè fiat prohibitio, nequid noui operis fiat, ſiue uerbis, ſiue per nunciationem uerbalem, ſiue per manum, iactum lapilli, uel prætorem animo intentandi remedium edicti de noui operis nunciatione, ſiue fiat prohibitio omnibus dictis modis animo intentandi interdictum quod ui aut clam, nunquàm ab initio amittetur poſſeſſio: quia non eſt animus amittendi: nequè actus facti animum amittendi denotant: neque operatio aliqua amisſionem inducit: ſed ſolum intentio eſt nunciantis, uel prohibentis, conſeruare poſſeſſionem ſuam, ꝓpter quàm ſemper poterit intentare interdictũ uti poſſidetis. ſi moleſtabitur ædificando uſquè ad tempus quo petatur remisſio, & detur ſatiſdatio præſtita autem ſatiſdatione, ſiue intentatum fuerit edictum de noui operis, ſiue interdictum quod ui aut clam, nunciatus, & prohibitus recuperat poteſtatem ædificandi. & acquirit poſſeſſionem ex intentione nunciantis, & ex natura tradita dictis remediis, & nũquã poteſt tractari de recuperatione poſſeſſionis, niſi quando intentabitur remedium ſtipulationis appoſitę de demoliendo: quoniã hęc duo remedia hodie ut dictum fuit fuere communicata quantũ ad eorum effectus, & remiſſio etiam in interdicto quod ui aut clam, cœpit competere, ut probatur infra in titulo de remisſionibus, qui propter hanc cauſam reſeruatua fuit ad dictum locum ut ſupra concluſi.

47 Quærit etiam Bar. hic, † an nunciatio debeat fieri in ſcriptis. & concludit poſt Dy. non debere fieri ſiue uoce, ſiue per lapillum, quod omnes amittunt, cum hæc forma ſeu talis modus, uel ſolennitas non reperiatur tradita: neque ſcriptura ei conueniat: ſed etiam dicunt ꝓcedere quando fit per prætorem, ut non ſit neceſſarium prætorem in ſcriptis pro ſolennitate facere præceptum, uel quòd notarius illud redigat in ſcriptis, niſi hoc uelit facere pro faciliori probatione: ſed ſufficiat iudicem uerbaliter dicere nunciato quòd ſe conferat ad locum operis, & nunciet præſentibus quòd aliquid noui operis in loco non fiat, & hoc expreſſè dicit glo. & ſequuntur communiter docto. quod ego puto procedere etiam quòd aduerſarius in ſcriptis denunciaſſet ſe uelle ædificare, & ille à contrario denunciaſſet ſe uelle facere iuxt. tex. in dicta l. aut qui aliter. §. ſi quis. infra. quod ui aut clam. quàmuis non appareat an ſit danda in ſcriptis illa denunciatio de qua in dicta l. aut qui aliter. §. ſi quis denunciauerit. ſed tu declara ut per Bar. in l. non ſolum. §. morte in materia pro teſtationis, ubi dicetur. Fatentur tamen omnes quòd ſi poſteà compareat nunctiatus in iudicio, & fiat lis ſuper negotio principali, qđ tunc erit neceſſarius libellus, & cætera ſeruanda in iudiciis ſolita, ut inf. §. qui opus. cum declaratione tamẽꝙ debeat procedi ſummariiſſimè ſaltem hodie, & ſine litis conteſtatione, & ſecundum formam poſitam in clementina ſæpe. de uerbo. ſignificatione. & per Bar. in aucto. ad reprimendum. in uerbo ſummariè, propter l. j. C. de noui operis nunciat. quæ dicit iudicem feſtinare debere in expeditione cauſæ, & declarauimus in l. j. in fi.

48 Glo. in uerbo † noceat. ponit unam declarationem ad tex. dicens non eſſe mirum quòd poſſit per nunciationem prohibere: quia licèt quia ædificet in ſuo: tamen ſi nocet, poteſt prohiberi, ut dicitur in l. ſicuti. §. Ariſto. ff. ſi ſeruitus uendicetur. & l. epiſtolam. ff. de ſeruitutl. urba. prædiorum. in quibus etiam caſibus ſi fieret aliquod ædificium ut noceret uicino ſuperiori, uel inferiori poſſit fieri nunciatio ſecundum formam. §. noſtri. Sed in contrarium adducit Iaſ. tex. in l. cum eo. ff. de ſerui. urbanorum prædiorum. ubi cum eo, qui extollendo ædes ſuas obſcurat lumina uicini, nulla competit actio: ergo uidetur quòd nec etiam poſſit fieri nũciatio: quia in ſolo ſuo à ſe poſſeſſo unuſquiſquè licitè poteſt ædificare. Facit tex. in l. altius. eo. titulo de ſeruitu. urba. prædiorum, qui procedit etiam ſecundum Angelum ibi, & in l. j. in j. col. C. qui teſtam. facere poſſ. ſi ad æmulationem uicini ædificaretur, cum ſit diuinare intelligere iſtum tex. quòd prætendebat ſeruitutem: tamen Iaſ. & Paul. de Caſtro in d. l. cum eo. intelligunt illum tex. reſtringendo quando ædificat, ut ſibi ædificanti proſit: ſecus, ſi ſolum ut noceret: quia poſſet prohiberi per l. j. §. deniquè. ff. de aqua pluuia arce. & ità intelligit etiam dictam l. altius. C. de ſerui. & aqua. & communiter alii docto. relati hic per eum. Tu autem dicas quòd propriè ille text. loquitur quando nulla debebatur ſeruitus ab ædificante: quando autem deberetur tex. ille non intendit. uelle quòd non poſſet agi contra ipſum, cum paſſim permiſſum ſit cum ædificante in præiudicium ſeruitutis poſſe agi confeſſoria, uel negatoria, ac etiam fieri nunciatio per tex. in. §. impoſiticiam. ſupra. eadem lege.

Similiter iſte tex. intelligitur cum ſua glo. quando aliquis ædificaret nocendo alteri contra diſpoſitionem legum, taliter ꝙ poſſet ſibi competere actio. Ideò procedit omnino quando ſeruitus erat impoſi[illegible] uel ſaltem ex præſcriptione, uel longo uſu eam eſſe acquiſitam,

ſita-

men etiam nulla exiſtente ſeruitute quis ædificaret nocendo aduerſario in caſu quo leges etiam permittunt cum eo poſſe agi, adhuc iſte tex. poſſet ꝓcedere, ut nũciatio permitteretur: quia ſimpliciter dicit, ſi quis ædificat in ſuo ut noceat alteri, non faciendo mentionem de ſeruitute: ſed generaliter ita determinando, quod ſatis poteſt procedere ſaltem ampliatiuè, quàmuis poſſit dici quòd habuit reſpectum ad ſeruitutem, cum ueniat declaratiuè ad §. præcedentem, qui loquitur de nunciatione ex cauſa naturali, & ex cauſa impoſititia, ut dixi in præcedentibus.

In tertia parte tex. ſunt etiam difficultates. Et prima eſt ad quàm partem tex. referatur, an ad primam, uel ad ſecundam, uel totam literam? & reſolutio eſt quòd refertur ad primam partem: quando nunciatus ædificabat in ſolo nunciantis, & non amiſiſſet poſſeſſionem ſecundum utrunquè intellectum, ſiue teneamus quòd loquatur de prohibitione cauſante interdictum quod ui aut clam, ſiue de nunciatione facta per lapillum uel prætorem, & cum non amittatur poſſeſſio ſi perſeuerat in ædificando turbat nunciantem in ea. unde ſibi competit dictum interdictum ad eam conſeruandam. §. retinendæ. inſti. de interdictis, l. j. ff. uti poſſidetis. Sed ſi fuiſſet facta nũciatio uerbalis, ſecundum quam amitteretur poſſeſſio, tunc non poſſet competere interdictum uti poſſidetis. propterea glo. hic dixit illud interdictum competere antequàm facta ſit nunciatio, uel facta ſit per modum quo non amitteretur poſſeſſio. Sed ſi eſſet amiſſa poſſeſſio non poſſet competere. Vnde cum in ſecunda parte præſupponatur quòd ille ædificat in ſuo, & nuncians nullam habuerit poſſeſſionẽ non poſſet ad illam referri: quia non poſſidenti tale interdictum competere nõ poteſt, & propterea reſtringitur hæc ultima pars ad primam partem. Si tamen eueniret quòd nuncians eſſet in quaſi poſſeſſio ſeruitutis, & ille ædificando turbaret in dicta quaſi poſſeſſione, poſſet competere dictum interdictum, quod datur etiam pro ſeruitutibus, & iuribus incorporalibus. l. j. §. fi. infra uti poſſidetis.

Secunda eſt difficultas: quoniam iſte tex. uidetur præſupponere quòd interdictum uti poſſidetis detur ad demoliendum, cum adiũgatur interdicto quod ui aut clam, quod datur ad demoliendum, quod uidetur eſſe inconueniens, cum ſoleat dari ut deſiſtat à moleſtationibus. & glo. hic uidetur ſentire quòd competant tria remedia ad demoliendum interdictum de noui operis, & quod ui aut clam, & uti poſſidetis. Soluit Ripa ꝙ in executione datur ad demoliendum non principaliter, quod ſatis placet: quoniam per ædificium facit moleſtationem, & turbationem: ergo deſtruendo ædificium ceſſant moleſtationes, quæ non poſſent ceſſare durante ædificio. Secundò confirmatur: quia interdictũ uti poſſidetis, in conſequentiam competit ad recuperandam poſſeſſionem, ſi forſan poſſeſſio aliqua eſſet amiſſa, & poſſidens per illam ammiſſam turbaret. Nam tunc datur ad recuperandam poſſeſſionem, & concurrit cum interdicto recuperandæ, ut declarat Bar. in l. naturaliter. §. nihil commune. infra de acquir. poſſeſſio. in materia interdicti retinendæ, & ibi omnes eum ſequuntur, & etiam ego poſui.

Tertia eſt difficultas, an poſſit propria aucto ritate prohibens deſtruere ædificium? & glo. finalis dixit ꝙ ſic, & ꝙ etiam competit actio iniuriarum, l. qui pendentem. ff. de actio. empti. & ſic uult ꝙ quinquè remedia competant, quod uerum eſt, ſi interueniant ſua principia. Nam ſemper competit interdictum quod ui aut clam, facta prohibitione ad finem illud cauſandi. Ideò competit interdictum demolitorium ex ędicto de noui ope. ſi facta fuit nunciatio per ſuos modos aptos, & cum ſuis requiſitis. Item competit interdictum uti poſſidetis, tenendo quòd non amittatur poſſeſſio, & cum ſecundum opinionẽ quam ſupra firmaui, nunquàm amittatur poſſeſſio, ſemper poterit competere hoc interdictum quia per ædificium turbatur in poſſeſſione.

Quartum etiam remedium de actione iniuriarũ cõpetit, ſi nunciatus ędificauit animo iniuriandi, & quãdo nõ acceſſit ad iudiciũ de facto uidetur moleſtare, & cõpetit actio iniuriarũ, ꝑ tex. in l. iniuriarum. §. ſi quis prohibuerit. inf. de iniurijs, ac etiam, ſi peteret remiſſionẽ animo iniuriandi, adhuc poſſet cõpetere actio iniuriarum, ut dixit clarè tex. in dicta l. iniuriarum. §. ſi quis uocauerit. qui eſt ſecundus in illa lege. tamen oportet ꝙ interueniat animus iniuriandi qui animus in dubio non præſumitur, cũ præſumatur potius uelle uti iure ſuo, & non iniuriam facere, ut probatur ex no. in l. no ſolùm. §. ſed ut probari. inf. eo. unde hoc remediũ erit accidentale. Item competit poteſtas demoliendi, ſi opus iam factum eſt in ſolo proprio ipſius nunciantis à ſe poſſeſſo, ut dicit tex. in l. quemadmodum. §. j. ſupra ad legem Aquiliam. qui tex. omnino procedit: quando nulla præcedente nunciatione ædificauit. ſed ſi præceſſiſſet nũciatio quòd poſſit deſtrui propria auctoritate, non bene decidit ille tex. quoniam alioqui dicta quatuor remedia uiderentur eſſe ſuperflua, & in dubio credendum eſt talem poteſtatem non fuiſſe conceſſam, de quo tamen dicendum eſt ut ibidem not.

Datur, & ſextò actio ordinaria rei uendicationis, uel pro ſeruitutibus confeſſoria, & negatoria, d. l. ſicuti. §. Ariſto. & §. ſi quęratur. ſupra ſi ſerui. uendicetur. quod remedium eſt ultimum: quando prædicta ex aliquo impedimento intentari non poſſunt. l. qui uiam. cum ibi no. infra eodem. & hæc ſufficiant.

Ioannes Bolognetus Salerni legens, & repetita Meſſanæ de anno 1567.

Summaria in l. Non ſolùm. §. Morte. ff. de operis noui nunciatione.

1 IN. hoc. §. tractatur quanto tempore duret nunciatio noui operis, & quando extinguatur, & an tranſeat ad ſucceſſores.

2 Nunciatio noui operis producit multos effectus potentiſſimos hic relatos.

3 In nunciatione noui operis interueniunt quinquè tempora facientia quinquè partes principales einſdem.

4 Nunciatio in primo tempore legitimè facta ligat manus nunciato ut prohibeatur ædificare.

5 Nunciatio in ſecundo tempore, ſi nunciatus ſpreta ea ædificat, cauſat quòd ædificium eſt uitioſum, & per interdictũ demolitorium omnino demoliri debeat.

6 Nunciatio tertio tempore, oblata ſatiſdatione de demoliendo, impedit ædificari per tres menſes, ut cauſa feſtinanter agitari debeat.

7 Nunciatio in quarto tempore, præſtita ſatiſdatione de demoliendo, non impedit nunciatum ædificare, & cauſat interdictum ne uis fiat ei.

8 Nunciatio iu quinto tempore, ſi iuſta eſt, lata ſententia perpetuat prohibitionem, & ſi iniuſta remittitur perpetuò.

9 Nunciatione facta, duo frequenter contingunt, uel quòd partes moriuntur, uel quòd alienans. ideò dubitatio eſt frequens in tex. relata, an tranſeat ad ſucceſſores.

10 In hoc §. ponitur deciſio bimembris, tam de morte & alienatione nunciantis, quàm nunciati, reſpiciens primum tempus.

11 In ſecundo tempore alia bimembris deciſio dari debet quæ ponitur in l. prætor. §. interdictum. inf. eo.

12 In tertio tempore tradi debet deciſio quæ ponitur in l. prima. C. eodem.

13 In quarto tempore dari debet deciſio quæ ponitur in l. prætor §. fi. inf. eo.

14 In quinto tempore quando eſt lata ſententia diffinitiua tranſit ad ſucceſſores, ſecundum naturam rei iudicatæ.

15 Quare nunciatio extinguatur morte nunciantis, ratio inquiritur, & referuntur multa quæ reprobãtur.

16 Ius prohibendi eſt duplex, unum in ueritate quod eſt perpetuum, & aliud in opinione ſeu prætenſione, quod eſt temporale.

17 Ratio quare nunciatio finitur morte, uel alienatione eſt: quia in perſona nunciantis finitur ius prohibendi temporale, ſeu prætenſio nunciantis.

18 Ratio deciſionis quare nunciatio finitur morte nunciantis, traditur clara, & concludens.

19 Nunciatio quare finiatur per alienationem nunciantis declaratur.

20 Nunciatio quare nou extinguatur morte nunciati inquiritur.

21 Nunciatio non finitur morte nunciati: quia ex parte ipſius fit in rem.

22 Intellectus ad uerſi. ex eo. inquiritur.

23 Diuiditur, &. ſummatur tex.

24 Caſus figuratio enucleans, tex. cum materia.

25 Caſus figuratio in ſecunda parte tex.

26 Rationes decidendi docto. referuntur, & reprobantur, & replicatur ratio ſupra tradita per auctorẽ.

27 Nunciatio an ſit actio ad petendam confirmationem declaratur.

28 Omne ceſſibile eſt tranſmiſſibile, & an ius nunciandi poſſit cedi declaratur.

29 Similitudo de mandato ad nũciationem nou procedit.

30 Nunciatio facta per prætorem an extinguatur morte prætoris, & concluditur quòd non reſpondendo obiectis.

31 Intellectus ad l. finalem inquiritur, & ad l. puto. ff. de poſtul.

32 Nunciatio per ſolam mortem nunciantis non alterius extinguitur.

33 Probibitio cauſans interdictum quod ui aut clam, an morte probibentis extinguatur.

34 Intellectus l. deniquè. §. quæſitum. ff. quod ui aut clam, inquiritur.

35 Probibitio cauſans interdictum quod ui aut clam extinguitur morte probibentis.

36 Nunciatio facta à tutore, an finiatur morte tutoris, uel pupilli declaratur.

37 Nunciatio facta à procuratore, an finiatur morte procuratoris, uel domini.

38 Nũciatio facta à prælato, an per eius mortẽ finiatur.

39 Nunciatio quare finiatur per alienationem nunciantis inquiritur.

40 Per alienationem extinguitur prætenſio iuris alienantis, ideò quoquè extinguitur nunciatio ſuper ea fundata.

41 Actus deueniens ad caſum à quo incipere non poterat, quando extinguatur.

42 Actus conſiſtentes in mera uoluntate quando tranſeant ad hæredes, & quid de nunciatione.

43 Rubeus multas oppoſitiones irreſſolutas in terminis extra propoſitum fecit.

44 Actus dependentes à uoluntate unius, uel duorum quando tranſeant ad hæredes.

45 Ceſſante cauſa nunciationis: quando nunciatio ceſſare dicatur.

46 Si artifex promiſit facere domum in fundo meo, an alienato fundo liberetur, latè nouiter diſcutitur, & deciditur.

47 Lex quando permittat illud quod à contrahentibus ſolitum ſit ſeruari.

48 Intellectus legis finalis, C. de fideiuſſo. traditur.

49 Contrahentes præſumuntur apponere clauſulas ſolitas apponi in contractibus.

50 Intellectus huius tex. in uerſi. finali ultrà alios inquiritur.

51 Notarius quando præſumatur rogatus apponere clauſulas conſuetas.

52 Contrahentes præſumuntur facere ea, quæ ſoliti fuerunt facere uel in locum conſuetum eſt fieri.

53 Nunciatio ex parte nunciantis quando non eſt amplius integra, tranſit ad hæredes.

54 Nunciatio quæ ſtat in puris ſinibus nunciationis, non tranſit ad hæredes: ſecus ſi interueniat ſecundum tempus.

55 Nunciatio differt à mandato in multis, & non debet ad eius naturam regulari.

56 Interpellatio an, & quando extinguatur morte interpellantis.

57 Interpellatio non finitur morte: quando moram cauſauit: quia eius effectus eſt conſumatus, & per hoc differt à nunciatione.

58 Interpellatio finiretur morte interpellantis, ſi effectus moræ non eſſet conſummatus.

59 Secunda ſolutio glo. non eſt ad propoſitum, & docto. non penetrauerunt terminos nunciationis.

60 Nunciatio non extinguitur morte nunciantis: quando præſtita eſt ſatiſdatio: quia inducitur quartum tempus.

61 Quinque tempora in nunciatione contingentia ultrà docto. narrantur, cum eorum effectibus.

62 Primum eſt tempus: quando facta eſt nunciatio, & non eſt contrauentum, & tunc morte nunciantis extinguitur ut hic in tex.

63 Secundum tempus: quando eſt ædificatum ſpreta nũciatione, et tunc trãſit ad hæredes ab utraq; parte.

64 Tertium tempus eſt: quando nunciatus dicit hodie conſtat, hodie agatur, & tunc tranſit ad hæredes ab utraquè parte.

65 Quartum tempus eſt: quando præſtita eſt ſatiſdatio de demoliendo, & tunc etiam tranſit ad hæredes:

66 Quintum tempus eſt: quando ſententia eſt diffinitiua, & tunc quoquè tranſit ad hæredes.

67 Nunciatio extinguitur morte nunciantis in ſolo primo tempore ad quod reſtringitur iſte tex.

68 Ratio quare nunciatio alienatione nunciantis extinguatur declaratur.

69 Alienatione utriuſquè prædij facta à nunciante, extinguitur nunciatio.

70 Alienatione neceſſaria an extinguatur nunciatio.

71 Alienatio per mortem an ſit neceſſaria, uel uoluntaria.

72 Ius prohibendi quomodò capiatur in hoc tex.

73 Nunciatio an extinguatur per furorem.

74 Nunciatio non extinguitur per excommunicationem

75 Nunciatio facta pro ſe & hæredibus, an tranſeat ad hæredes, & concluditur quòd non.

76 Prohibitio extinguitur morte, ad ſimilitudinem nunciationis.

77 Nunciatio an tranſeat ad hæredes: quando ædificium eſt inceptũ à nunciante, & perfectum ab hæredibus latè diſcutitur.

78 Nunciatio an extinguatur per adoptionem nunciãtis.

79 Nunciatio an extinguatur per deportationem.

80 Nunciatio ex parte nuncianti tranſit ad hæredes.

81 Nunciatio facta in perſonam nunciati non tranſit ad hæredes.

82 Venditore ædificante, an emptor teneatur deſtruere.

83 Emptor qui ædificauit ignorans, an teneatur deſtruere.

84 Intellectus ad uerſi. idquè ex eo inquiritur.

85 Stipulatio de demoliendo quomodo concipiatur.

86 Ratio poſita in tex. quomodo adaptetur iterum diſcutitur.

87 Ratio differentiæ inquiritur: quare ex parte nunciantis extinguatur nunciatio, & non ex parte nunciati.

88 Intellectus ad l. prætor. §. interdictum. inquiritur: quomodo illud tranſeat ad hæredes.

89 Stipulatio an augeat actum ſuper quo interponitur, latè diſcutitur.

90 Stipulatio de demoliendo tranſit ad hæredes ab utraquè parte: quia ità conuentum fuit.

91 Stipulatio de demoliendo non poteſt dici appoſita ſuper nunciatione quæ extinguitur. ideò ſeruat naturam ſuam, quòd tranſeat ad hæredes.

92 Interdictum demolitorium non poteſt competere poſt ſatiſdationem. ideò nec ſtipulatio poteſt regulari ſecundum eius naturam.

93 Hæredes nunciantis an poſſint ex perſona ſua nouiter nunciare.

94 Nunciatio per hæredes facta non impedit ædificium factum: ſed eſt opus interdicto quod ui aut clam, ſi qualitates interueniunt.

Summaria ſuper materia proteſtationis.

1 Materia proteſtationis hic ſubiecta fuit: quia habet naturam, & conuenientiam cum nunciatione, quæ eſt proteſtatio prohibitoria.

2 Proteſtatio quid ſit diſcutitur, & referuntur uariæ diffinitiones.

3 In materia proteſtationis ſunt decem nomina pro ſynonymis accepta.

4 Diffinitio proteſtationis Bartol. refertur, & repræhenditur.

5 Decem nomina hic relata per Bar. propriè diuerſa ſignificant.

6 Proteſtatio in ſpecie quid ſignificet.

7 Nunciatio, annunciatio, renunciatio, & denunciatio in quo differant.

8 Prædicta nomina ex uſu cœperũt pro ſynonymis capi.

9 Proteſtatio an fieri debeat cum clamore.

10 Diffinitio an ſuſtineatur: quando comprehendit eam prout plurimum fiunt.

11 Diffinitio, & deſcriptio neceſſariò debet comprehendere omnes caſus, etiam minimos, ut ſit bona:

12 Secunda diffinitio Bar. refertur, & reprahenditur.

13 Diffinitio Oldra. & aliæ Mod. referuntur, & repræhenduntur.

15 Diffinitio noua auctoris ponitur, & declaratur.

16 Quotuplex ſit proteſtatio, declaratur.

17 Quinta ſpecies proteſtationis conſeruatoria iuris ſui un reperiatur.

18 Diuiſio proteſtationis Ripæ refertur, et reprehẽditur.

19 Diuiſio Oldra. refertur, & reprahenditur.

20 Diuiſio Alcia. refertur, & reprehenditur.

21 Diuiſio noua traditur: tamen quia illa Bartol. eſt

magis palpabilis, & intelligibilis approbatur.

22 *Prima eſt ſpecies proteſtationis declaratoria uoluntatis, ad cuius ſubſtantiam requiritur quòd actus dependeat à mera uoluntate, & libera poteſtate proteſtantis.*

23 *Proteſtatio hæc poteſt fieri ſuper quinquè ſubiectis hic relatis.*

24 *Proteſtatio declaratoria uoluntatis non requirit præſentiam partis cui fiat.*

25 *Proteſtatio hæc an rectè exemplificetur in aditione, & negotiorum geſtione.*

26 *Proteſtatio ut ſe ipſum exoneret, & neminem grauet an requirat præſentiam partis diſcutitur.*

27 *Proteſtatio declaratoria uoluntatis an poſsit fieri per procuratorem, & quare.*

28 *Hæreditatis aditio quando poßit fieri per procuratorem.*

29 *Actus dependens à uoluntate quando requirit ſolennitatem poteſt fieri per procuratorem.*

30 *Proteſtatio declaratoria uoluntatis an poſsit fieri quolibet loco.*

31 *Proteſtatio hæc, an per primum actum finiatur diſcutitur.*

32 *Proteſtatio ſimpliciter facta finitur per primum actum, & quomodo dicatur ſimpliciter facta.*

33 *Proteſtatio ſimpliciter facta an trahatur ad actum ex interuallo ſubſecutum.*

34 *Intellectus ad legem per retentionem. C. de uſur. & l. ſi ità. ff. de auro, & argento leg. inquiritur.*

35 *Intellectus ad legem ſi ità legatum. de legatis primo. & l. ſi quis in principio. de leg. tertio. ibi, cui bis legauero ſemel deberi uolo. inquiritur.*

36 *Voluntas ſemper præſumitur durarere, & quando.*

37 *Prohibitio trahitur ad actus ex interuallo: quando durat cauſa prohibitionis.*

38 *Intentio Bar. in illis uerbis ſi ſimpliciter fiat, qualis fuerit.*

39 *Proteſtatio omnis explicitè, uel implicitè continet uerbum futuri temporis.*

40 *Proteſtatio quando trahatur ad actum futurum, noui ter diſtinguitur.*

41 *Proteſtatio ſimpliciter facta, an finiatur in primo ſi plures actus ſequuntur.*

42 *Verbum quandocunquè, an faciat proteſtationem trahi ad plures actus.*

43 *Verba multiplicatiua an faciant proteſtationem trahi ad plures actus.*

44 *Epilogatio breuis quando proteſtatio finiatur in primo actu, uel trahatur ad plures.*

45 *Proteſtatio an tollatur per actum contrarium, latè diſcutitur.*

46 *Actus cõtrarius proteſtationi quomodo cognoſcatur.*

47 *Proteſtatio tollitur per actum ſequentem contrarium directo, licèt Bar. aliter dicat.*

48 *Proteſtatio non tollitur per actum contrarium: quando fit ex aliqua neceſſitate.*

49 *Proteſtatio per actum contrarium factum per errorem non tollitur, uel quando fit in ipſo actu.*

50 *Proteſtatio an tollatur per actũ contrarium dependentem à uoluntate duorum.*

51 *Proteſtatio non tollitur per actum contrarium dependentem à uoluntate duorum: quando ambo conſenſerunt proteſtationi.*

52 *Proteſtatio tollitur regulariter per actum dependentem à uoluntate duorum contraria.*

53 *Proteſtatio tollitur per actum contrarium, etiam in fauorem tertij.*

54 *Proteſtatio non tollitur per actum contrarium dependentem à uoluntate duorum: quando metus durat.*

55 *Proteſtatio tollitur per actum contrarium dependentem à uoluntate duorum, etiam ſi ſit facta cum iuramento.*

56 *Proteſtatio facta cum iuramento in manibus unius, non tollitur per actum contrarium, etiam iuratum factum cum alio.*

57 *Scholaris proteſtans ſe per quemcunquè actum ſequentem non uelle contrahere matrimonium, poſtea contrahendo obligatur, niſi metu fecerit.*

58 *Scholaris faciens proteſtationem quòd non intendit contrahere matrimoniũ in præſentia mulieris conſentientis, ſi poſtea contrahat, non obligatur.*

59 *Proteſtatio tollitur per ſequens matrimonium: quando ſecuta fuit copula carnalis non ſolita.*

60 *Actus ambiguus ſequens proteſtationem, declaratur per eam.*

61 *Actus ambiguus, quomodo cognoſcatur ut per proteſtationem declaretur.*

62 *Proteſtatio ſemper tollitur per actum ſequentem contrarium habentem præſumptiones iuris, et de iure.*

63 *Breuis theorica: quando proteſtatio tollatur per actũ contrarium ponitur.*

64 *Proteſtatio declaratoria uoluntatis per quam alter grauatur det intimari parti, ſi cauſatur grauamen à facto præcedenti.*

65 *Proteſtatio per quam alter grauatur non debet intimari parti quantum ad præiudicium proteſtantis.*

66 *Procurator conſtitutus ad contrahendum matrimonium poteſt ignorante muliere reuocari. Idem in nuncio.*

67 *Proteſtatio ut quis exoneretur, & alter grauetur, debet fieri publicè, ſi incerta eſt perſona.*

68 *Mors domini an per hæredes debeat intimari procuratori.*

69 *Proteſtatio inducens grauamen propter diſpoſitionẽ legis, an debeat intimari parti.*

70 *Proteſtatio declaratoria uoluntatis de his que dependet à uoluntate duorum, debet fieri in præſentia partis.*

71 *Intellectus legis cum in plures. §. ſi locator horrei. ff. locati. latè inquiritur referendo ſex uarios intellectus.*

72 *Omnes intellectus traditi per doctores ad dictum. §. ſi locator. ſunt boni cumulatiuè, non reſtrictiuè: quia ponit generalem deciſionem.*

73 *Proteſtatio facta in præſentia partis, an quoque requirat eius conſenſum.*

74 *Proteſtatio tollens obligationem perfectam requirit præſentiam, & conſenſum partis.*

75 *Proteſtatio ad tollendam obligationem de futuro ex cauſa de præterito req[illegible]. conſenſum partis.*

76 *Proteſtatio [illegible]cta à caupona, quod non uult teneri de peri-*

de periculo rerum, antequàm ingrediantur uiatores, an requirat conſenſum eorum.

77 Proteſtatio ad tollcadam obligationem de faturo ex cauſa de faturo, an requirat conſenſum partis, ut ei præiudicet.

78 Proteſtatio ad tollendam obligationem præteritam, præſentem, uel futuram, regulariter requirit conſenſum partis. fallit ut hic.

79 Proteſtatio tollens obligationem, an requirat conſenſum tacitum, uel expreſſum, ponitur regula quod requiritur expreſſus. Fallit in caſibus enumeratis.

80 Intellectus ad legem ſi filius. ff. ad Macedoni. inquiritur.

81 Proteſtatio in actu dependente à uoluntate duorum requirit conſenſum expreſſum, uel præſumptum ex uarijs cauſis ſupra traditis.

82 Proteſtatio facta abſente parte ei præiudicat: quando proteſtans propter metum non audet in præſentia proteſtari.

83 Metus tribus modis conſiderari poteſt in proteſtãte.

84 Fideiuſſor proteſtans iudici quòd non audet contradicere, ideò nõ intendit obligari, iuuatur etiam quòd iudex expreſſè non conſentiat.

85 Socius proteſtans quòd non intendit obligari pro ſocio abſentè, an poſteà contrahendo obligetur, latè diſcutitur ultra alios.

86 Proteſtatio facta in actu contrahendi in præſentia partis, non requirit conſenſum expreſſum.

87 Pactum factum contra ſubſtantiam actus quando ualeat.

88 Sex ſunt partes ſubſtantiales cuiuſcunquè actus ciuilis: ſed cauſa formalis, & materialis præualet.

89 Pactum factum contra ſubſtantiam materialem, uel formalem, annullat ipſum actum: ſed contra alias ſubſtantias uincitur ab actu.

90 Proteſtatio contra cauſam formalem, uel materialem actus, præualet actui, ſed contra alias partes facta uincitur ab actu.

91 Diſtinctiò Alex. Rip. & Decij. & aliorum Mod. in prædictis refertur, & reprehenditur.

92 Proteſtatio facta ad limitandam obligationem: quando præualeat actui.

93 Proteſtatio ad limitandam obligationem, ſi qualitas illa uitiat totum actum, requirit conſenſum partis: aliàs ſufficit tacitus.

94 Proteſtatio facta ad limitandam obligationem non uitians totum contractum, ualet etiam quòd non ſit acceptata.

95 Intellectus legis Modeſtinus. ff. de ſolutio. inquiritur.

96 Proteſtatio ad limitandam obligationem in contractu, qui re contrahitur, an requirat conſenſum partis.

97 Proteſtatio inducens præiudicium parti pro conſeruatione iuris proteſtantis, non requirit expreſſum conſenſum.

98 Proteſtatio facta ſuper actu dependente à uoluntate duorum, ut præiudicet parti requirit conſenſum expreſſum, tacitum, uel præſumptum.

99 Proteſtatio tranſit ad ha[..]des: qaando effectus eſt conſummatus ∶ aliàs non tranſit.

100 Proteſtatio an extinguatur per alienationem.

101 Proteſtatio an tranſeat ad hæredes proteſtati.

102 Proteſtatio facta iudici ut expediat cauſam, an tranſeat ad hæredes remiſſiuè.

103 Proteſtatio ſuper actu dependente à uoluntate duorum, an poſſit fieri per procuratorem.

104 Proteſtatio dependens à uoluntate de iure, & non de facto quid operetur.

105 Appellari ſeu proteſtari prohibitus propter potentiam iudicis, coram qao fieri debeat proteſtatio, latè diſcutitur.

106 Proteſtatio de actu explicando coram iudice tanquã parte debet fieri coram alio iudice.

107 Proteſtatio fienda ei qui adeptus eſt magiſtratum debet fieri coram uicinis.

108 Proteſtatio fienda ei qui abſens eſt, uel in furore, debet fieri in iudicio, & quomodo.

109 Proteſtatio an neceſſariò ſit fienda ab impedito, uel ſufficiat probare impedimentum.

110 Impeditus ſi uult ſe excuſare, non cogitur proteſtari, ſed ſi uult acquirere oportet proteſtari.

111 Impeditus ex perſona ſua an debeat proteſtari, referuntur uariæ diſtinctiones.

112 Breuis reſolutio eſt, aut uult euitare pœnam & non requiritur proteſtatio: ſed ſi uult acquirere proteſtari debet.

113 Proteſtatio fienda de actu explicando cum iudice abſente debet fieri coram eius tribunali.

114 Proteſtatio an debeat fieri in ſcriptis, & ponitur regula quòd non.

115 Proteſtatio quæ ſuccedit loco actionis, debet fieri in ſcriptis.

116 Proteſtatio ſuccedens loco exceptionis, an debeat fieri in ſcriptis.

117 Proteſtatio ſuccedens loco appellationis à decreto debet fieri in ſcriptis.

118 Proteſtatio contra adulterum ſuſpectum debet fieri in ſcriptis ut poſſit eum impunè occidere, & in alijs caſibus hic relatis.

119 Proteſtatio in his quæ dependent à libera uolantate de facto, & non de iure, quomodo fieri debeat, & an proſit.

120 Proteſtatio quando incertus homo ex actu poteſt lædi debet fieri in loco illo uel publicè.

121 Proteſtatio de actu dubio fiendo debet continere diẽ, horam, & locum.

122 Clericus accuſans delinquentem, debet proteſtari quòd non accuſat ad pœnam ſanguinis.

123 Proteſtatio de actu lædente an poſſit fieri procuratori, amico, uel uxori.

124 Emphytheuta uolens alienare rem emphytheuticam, an poſſit denunciare eius uxori, uel amico, ut uitet pœnam.

125 Proteſtatio facta uxori, uel amicis: quando proſit, & quo tempore.

126 Vulnerans, uel uulnerari mandans aliquem cum proteſtatione quòd intendit occidere, an excuſetur ab homicidio.

127 Proteſtatio de delicto quod poteſt animo moderari, delictum quoquè moderatur.

128 Proteſtatio facta tu mentiris ſalao bonore tuo, an excuſet ab iniuria latè diſcutitur.

129 Verba hæc mentiris ſaluo bonore tao, excuſant ab iniuria ſecaadum aactorem.

130 Emphyteuta, uel feudatarius uendens ſaluo aſſenſa domini, an excuſetur à pœna, latè diſcutitur referendo uarias opiniones.

131 Clauſula ſaluo, & reſeruato aſſeaſa domini, ſecundum ueriorem opinioaem excuſat alienantem à pœaa.

132 Proteſtatio facta à ſtatuentibus, quòd non intendunt ſtatuta eſſe contra libertatem eccleſiæ, an proſit.

133 Proteſtatio de re illicita quæ poteſt moderari ex uoluntate, prodeſt.

134 Proteſtatio de actu non dependente à uoluntate de iure nec de facto, non ualet.

135 Proteſtatio ſeu clauſula in libello poſita, ſaluo iure addendi, & aunciandi, an ualeat, uel proſit.

136 Proteſtans ſeu producẽs inſtrumentum in parte, & partibus facientibus pro ſe, an ualeat, & quomodo fieri debeat.

137 Proteſtatio contra ſubſtantiam: quando proſit, & quando non ualeat.

138 Proteſtatio probibitoria, ſeu inbibitoria quot effectus operetar, & in quibus caſibus fiat.

139 Creditor probibens debitorem ne ſibi ſoluat ſine caaſa, proteſtatio quos effectus operetur.

140 Proteſtatio facta à tertio, debitori ſine cauſa ne ſoluat, non aalet.

141 Si ſcholaris mandat amico, ut uendat libros, & pro bibeat emptorem ne ei ſoluat pretium, an ſoluendo liberetur.

142 Proteſtatio facta à tertio, debitori ne ſoluat creditori ex cauſa non aeriſimili, nibil operatur.

143 Offendens petens cautionem ab inimico ne offendatar, an audiri debeat.

144 Proteſtatio facta debitori ne ſoluat ex cauſa iuſta, quando non ualeat, & quando facit exigi cautionem.

145 Intellectus ad leg. finalem. C. de petitio. hæredita. inquiritur.

146 Proteſtatio facta debitori ne ſoluat ex iuſta cauſa, & probata, operatur quòd ſoluendo creditori noa liberatur.

147 Certificatio fieri debet concurrentibus duobus, quòd legatur auctẽticã, & copia relinquatur, ſi petatur.

148 Proteſtatus offerens cautionem de idemnitate proteſtandi, an poſsit ſoluere ſao creditori, & quid ſi creditor offerat.

149 Proteſtatio facta depoſitario ne ſoluat, nibil opatur.

150 Proteſtatio facta debitori cum iudicis auctoritate ne ſoluat, ualet, etiam quòd non oſtendantur ſcripturæ.

151 Proteſtatio facta à priuato, debitori non probata caaſa, uibil operatur.

152 Proteſtatio facta à debitore fideiuſſori ne ſoluat, non probata caaſa ualet.

153 Epilogatio breuis quando proteſtatio facta ſiae cauſa, ael ea non probata, ualeat.

154 Proteſtatio probibitoria per quos fieri poſsit.

155 Proteſtatio probibitoria an poſsit fieri à procuratore dabio cum cautione de rato.

156 Proteſtatio an poſsit fieri à negotiorum geſtore.

157 Notificatio proteſtationis, & eius cauſa, poteſt fieri per quemcunqaè: quando ſola ſcientia ſafficit.

158 Proteſtatio ipſa non poteſt fieri niſi per eum qui poteſt mouere actionem.

159 Coniunctus an poſsit facere proteſtationem.

160 Proteſtatio probibitoria an poſsit fieri procuratori & ponitur noua diſtinctio poſt alias relatas.

161 Proteſtatio probibitoria debet præcedere ipſum actum, & qnomodo.

162 Proteſtatio probibitoria ne fiant delicta, qnos effectus operetur.

163 Proteſtatio probibitoria ne quis ædificet: qnando operetur ſaos effectus.

164 Proteſtatio ne quis faciat delictum, ualet: quia eſt ueſtita colore legis.

165 Proteſtatio nequis interficiat latrones ſine cauſa, an ualeat.

166 Proteſtatio ne quis interficiat foriudicatos, guidatos propter aliquam publicam utilitatem, an ualeat latè diſcutitur.

167 Occidens bannitum, etiam guidatum, uel non cancel latum, aon tenetur pæna bomicidij, ſi non eſt facta plena fides.

168 Occidens bannitam fidatum, uel remiſſum, & non cancellatum, qua pæna puniatur, ſi non ſit probata cauſa.

169 Occidens bannitum poſt proteſtationem non certificatam, qua pæna puniatur, ſi eum poterat capere.

170 Proteſtatio probibitoria ne faciat quod poteſt probibitus facere, & non facere de iure, quos effectus operetur.

171 Proteſtatio probibitoria ne faciat qnod eſt illicitũ, ex uoluntate proteſtantis aalet.

172 Proteſtatio probibitoria ne fiat actus contra utilitatem Reipablicæ, ut faaerari, non ualet.

173 Proteſtatio probibitoria ne detur pecunia mutuo filio ſtudenti, quando ualeat.

174 Proteſtatio facta ab infirmo, medico ne expendat pro eo ſanando, ſine cauſa, non ualet.

175 Proteſtatio ne quis ſoluat debitum proteſtantis, non ualet.

176 Proteſtatio ne quis ſoluat quod ſalua boneſtate ſeruare non poteſt, non ualet. uel ſi eſſet eius ae recundia.

177 Proteſtatio facta à fideiuſſore creditori ne det pecuniam mutuo per eum promiſſam, an ualeat.

178 Proteſtatio ne quis emat, uel contrabat cum aliquo ſine cauſa, non ualet.

179 Proteſtatio ne quis contrabat, cum cauſa iuſta facta, ualet.

180 Proteſtatione quis alienet rem quia uult de ea litigare, ualet.

181 Proteſtatio ne quis alienet fundum quia tertius eſt dominus: qaando ualeat.

182 Proteſtatio ne quis alienet fandum: quia proteſtãs eſt dominus, uel quia eſt fal[illegible] tutor: quando ualeat.

183 Intellectus plures referuntur ad l.ij.ff.qđ cũ fals.tato.

Epilo-

184 *Epilogatio breuis quando proteſtatio ſit, ne quis contrahat ualeat, uel inducat malam fidem.*

185 *Proteſtatio facta à domino procuratori ſuo, ne actum gerat, quid operetur.*

186 *Proteſtatio facta à procuratore generali alio procuratori ſpeciali cum iuſta cauſa ualet, & impedit actum fieri.*

187 *Proteſtatio hæc prohibitoria, an poßit fieri procuratori.*

188 *Proteſtatio hæc prohibitoria, an poßit fieri per procuratorem.*

189 *Proteſtatio incitatoria in quibus fieri poſſit, & quos effectus operetur.*

190 *Proteſtatio incitatoria ut fiat quod tenetur facere ex facto alterius, debet continere cauſam cum eius certificatione.*

191 *Intimatio de aliquo debet fieri ſecundum formam Clem. cauſam. de electio. cuius intellectus hic declaratur.*

192 *Interpellatio facta ut quis adimpleat quod tenetur ſub conditione facere, eam eueniſſe demonſtrare tenetur.*

193 *Interpellans uenditorem ut ueniat ad defendendum cauſam, an debeat denunciare litem motam, & dare copiam libelli latè diſcutitur.*

194 *Interpellatio facta auctoritate iudicis ut emptor ueniat ad defendendum, non debet continere copiam libelli, uel citationem.*

195 *Interpellatio facta debitori ex facto ſuo, non requirit aliquam certiorationem.*

196 *Verba incitatoria requiruntur in proteſtatione incitatoria, & qualia debeant eſſe.*

197 *Proteſtatio incitatoria debet continere incitationem & denunciationem, & certiorationem.*

198 *Incitatio ut ueniat ad defendendum, an requiratur in denunciatione litis, latè diſcutitur referendo uarias opiniones.*

199 *Sermo indefinitus qui non poteſt uerificari niſi in uno, ſpecialis eſt.*

200 *Verba incitatoria non requiruntur: quando omnino res fuit euicta.*

201 *Verba incitatoria an requirantur: quando uenditor promiſit de euictione cum iuramento.*

202 *Interpellatio an ſit neceſſaria: quando quis promiſit ſe facturum & curaturum.*

203 *Interpellatio in cauſa euictionis an ſit neceſſaria, plenius diſcutitur.*

204 *Interpellatio an ſit neceſſaria: quando emptor & uenditor ſunt conuenti in eodem iudicio.*

205 *Interpellatio an ſit neceſſaria: quando emptor, minor, uel eccleſia denunciant.*

206 *Interpellatio incitatoria an ſit neceſſaria: quando uenditor eſt in mala fide.*

207 *Interpellatio non eſt neceſſaria: quando uenditor eſt in mala fide, & habet inſtrumenta defenſionis ſufficientia.*

208 *Interpellatio non eſt neceſſaria: quando uenditor remiſit ius denunciandi.*

209 *Neceßitas denunciandi an poſſit remitti.*

210 *Pretium an ſit reſtituendum re euicta: quando remittitur euictio.*

211 *Clauſula ſalutaris ſcribenda: quando uenditor non uult teneri de euictione, refertur.*

212 *Interpellatio, uel denunciatio an ſit neceſſaria: quando uenditor latitat.*

213 *Interpellatio & denunciatio an ſit neceſſaria: quando uenditor nullas feciſſet defenſiones, uel non habet iuſtam cauſam impediendi reſtitutionem.*

214 *Emptor quando poßit agere de euictione, ante ſententiam agnoſcendo bonam fidem.*

215 *Proteſtatio incitatoria fieri poteſt in loco quo debitor poteſt conueniri.*

216 *Proteſtatio inuitatoria fieri poteſt in quocunquè loco, dummodo conferatur obſeruatio in locum congruum.*

217 *Interpellatio debet conferre ſolutionem ad locum deſtinatæ ſolutionis.*

218 *Interpellatio ſimpliciter facta, intelligitur de loco deſtinatæ ſolutionis, ſi non eſt appoſitus de loco interpellationis.*

219 *Interpellatio quocunquè loco ualet, quando eſt clauſula quòd promiſit ſoluere quocunquè loco reperiatur.*

220 *Interpellatio poteſt fieri tam in iudicio quàm extra.*

221 *Interpellatio poteſt fieri in lupanari, ſi ibi eſt debitor dummodo conferatur ſolutio in locum honeſtum.*

222 *Interpellatio an, & quando debeat continere locum loci, in quo fienda eſt ſolutio.*

223 *Tempus quale congruum ſit, ut debitor conſtituatur in mora.*

224 *Tempus feriatum an ſit congruum ſolutioni.*

225 *Proteſtatio & interpellatio poteſt fieri die feriata regulariter.*

226 *Interpellatio poteſt fieri ut conferatur actus ſolutionis in tempus feriatum pro neceſſitate hominum.*

227 *Interpellatio an poßit conferre ſolutionem in tempus feriatum ultra docto. diſtinguitur.*

228 *Promittens in feſto Paſcatis uel Natiuitatis Domini ſoluere, quo die conſtituatur in mora.*

229 *Interpellatio conferens actum fabrilem in tempus feriatum, non ualet, niſi propter neceßitatem permittatur.*

230 *Citatio an poßit fieri die feriata longus eſt articulus: ſed regulariter non poteſt. Fallit ex forma ſtatutorum.*

231 *Interpellatio an fieri poſſit pendente die, uel conditione diſcutitur.*

232 *Interpellatio an poßit fieri tempore quo audiuntur diuina officia, uel ducitur uxor, uel funeratur.*

233 *Interpellatio an poſſit de nocte fieri, uel conferre actum ad noctem.*

234 *Interpellatio poteſt indiſtinctè fieri de nocte: quando illud tempus eſt deſtinatum ad negotia ſecundum conſuetudinem loci: aliàs non poteſt.*

235 *Interpellari quis poteſt de nocte, & in prandio, ſi uocatus uadit ad audiendum.*

236 *Interpellatio poteſt fieri procuratori, ſi habet poteſtatem ſoluendi, alioqui requiritur quòd denunciet domino.*

237 *Interpellatio poteſt fieri per procuratorem gene-*

ualem, & ſpecialem, ſed non per negotiorum geſtorem.

238 Proteſtatio facta à debitore debitori ut recipiat, quos effectus operetur.

239 Venditor uini quando poßit illud effundere, ſi emptor non recipit.

240 Creditor an ſit obligatus recipere debitum ſuum.

241 Creditor an debeat certificare quòd eſt creditor.

242 Oblatio à debitore creditori an debeat fieri actualiter; uel ſufficiat uerbalis.

243 Venditor uini quando poßit illud effundere plenius declaratur.

244 Proteſtatio de actu obligante, per officium iudicis debet fieri in iudicio.

245 Officium iudicis an præſupponat obligationem.

246 Proteſtatio ut faciat quod non tenetur facere, pro cõſequendo lucro ualet.

247 Intellectus ad legem primam. §. primo. ff. de uent. inſpici. declaratur.

248 Proteſtatio ut fiat quod tenetur non facere, pro conſequendo lucro in damnum proteſtati non ualet.

249 Proteſtari ſine iure & percutere caput in parietem æquiparantur.

250 Proteſtatio facta à fideiuſſore creditori ut exigat debitum, an ualeat.

251 Proteſtatio ut quis adimpleat conditionem proteſtatiuam, quos effectus operatur.

252 Conditio poteſtatiua poteſt apponi in contractibus, & ultimis uoluntatibus in perſona debitoris, & perſona creditoris, & ut actus incipiat à conditione & diſpoſitione:

253 Conditio poteſtatiua alio modo committitur in contractibus, alio modo in ultimis uoluntatibus: quando actus incipit à praecedenti conditione.

254 Si actus incipit à præcedenti diſpoſitione, conditio poteſtatiua in omni diſpoſitione ſtatim deficit: quando fieri potuit, & non fit.

255 Si actus incipit à præcedenti conditione poteſtatiua, & eſt inter uiuos, conditio non deficit niſi per mortem, & in ultimis uoluntatibus: quando potuit fieri.

256 Proteſtatio facta in caſu quo non deficit conditio quãdo actus fieri poteſt, nihil operatur.

257 Proteſtatio facta in actu quo conditio deficit: quando potuit facere conſtitui debitorem in mora.

258 Statutum an debeat interpretari ſecundum ultimas uolantates, uel leges loquentes de contractibus, latè diſcutitur.

259 Proteſtatio facta illi qui obligatur ex lege, uel ſtatuto ſub conditione poteſtatiua, an inducat moram & requiratur monitio latè diſcutitur.

260 Monitio an requiratur: quando ſecunda lex mandat id quod prima.

261 Statutum diſponens quòd ſi reus non ſoluat condemnationem amputetur ei manus, an requirat monitionem.

262 Reus habens poteſtatem ſoluendi pœnam pecuniariam à ſtatuto, an incidat ſtatim in moram. uel expectetur eius mors.

263 Proteſtatio facta alteri ut delinquat, quid operatur in proteſtante & proteſtato.

264 Mandans fieri delictum an poßit reuocare mandatum ante factum, & quomodo.

265 Reuocans mandatum, an teneatur intimare inimico qui uenit offendendus.

266 Proteſtatio certificatoria quos effectus operetur, & in quibus caſibus fiat.

267 Proteſtatio quòd quis uult ædificare ualet, ſi exprimatur locus & dies.

268 Intellectus ad legem aut qui aliter. §. primo. ff. quod ui aut clam declaratur.

269 Proteſtatio certificatoria an ſit propria ſpecies proteſtationis.

270 Proteſtatio certificatoria aliquid eueniſſe operatur omnes effectus ſciẽtiæ, & non poteſt opponere exceptionẽ ignorãtiæ, nec debet certificari amplius.

271 Proteſtatio certificatoria impedit aliquando curſum præſcriptionis.

272 Proteſtatio contraria primæ, quando eam tollat.

273 Noua diſtinctio traditur quid operatur proteſtatio contraria primæ, & an tollat eam.

274 Proteſtatio certificatoria quando debeat fieri ſolis uerbis, & quando oſtendendo teſtes, uel inſtrum.

275 Proteſtatio certificatoria poteſt fieri procuratori ut referat.

276 Proteſtatio certificatoria an interrumpat præſcriptionem, & concluditur quòd non.

277 Proteſtatio certificatoria ex capite quod inducit malam fidem, non rumpit uſucapionem.

278 Proteſtatio facta à reo quòd non intendit in iudicem conſentire, quomodo fieri debeat, & quos effectus operetur.

279 Proteſtatio facta à libellante quod non producit in uim ſolennis libelli, quomodo fiat, & quos effectus operetur.

280 Proteſtatio quòd quis producit inſtrumentum in parte & partibus, quomodo fieri debeat, & quid operetur.

281 Quinta additur ſpecies proteſtationis conſeruatoria iuris ſui nuncupata.

282 Proteſtatio conſeruatoria iuris ſui, an ſit ſpecies de per ſe examinatur.

283 Proteſtatio facta ſuper actu incompatibili cum ea, an uitiet, uel uitietur.

284 Proteſtatio conſeruatoria in his quæ non dependent à uoluntate, nihil operatur.

285 Proteſtatio conſeruatoria in his quæ dependent à uoluntate proteſtantis: quando præualeat, uel ipſe actus incompatibilis.

286 Proteſtatio conſeruatoria ſuper quibus ſubiectis fieri poßit.

287 Proteſtatio conſeruatoria poſt actum perfectum, & ius alteri quæſitum nihil operatur.

288 Proteſtatio conſeruatoria ſuper actu dependente à ſola uoluntate proteſtantis, etiam perfecto ualet, & qualificat actum.

289 Proteſtatio conſeruatoria de actu præſenti dependẽs à mera uoluntate, ualet.

290 Proteſtatio conſeruatoria de actu futuro dependente à mera uoluntate, ſimiliter ualet.

291 Proteſtatio de actu dependente à mera uoluntate nõ requirit præſentiam partis, nec debet intimari,

nec

nec poteſt fieri per procuratorem.

292 *Proteſtatio conſeruatoria de actu dependente à mera uoluntate, quando finiatur.*

293 *Proteſtatio conſeruatoria de actu dependente à uoluntate duorum præterito, nihil operatur.*

294 *Proteſtatio conſeruatoria ſuper contractu præſenti ualet, ſi fiat in præſentia partis, per multa exempla hic poſita.*

295 *Proteſtatio facta ab emphyteuta alienante ſaluo aſſenſu domini ualet, & qualia debent eſſe uerba.*

296 *Proteſtatio facta à domino recipiente canonem ſaluo iure caducitatis, ualet.*

297 *Dominus faciens inueſtituram poſt annum & diem, ſi proteſtatur ſaluũ eſſe ius ſuũ, ualebit proteſtatio.*

298 *Proteſtatio facta à teſtatore quòd legat ſaluo iure coloni, uel uſufructus, uel iudex reſeruat condemnationem expenſarum, ualet.*

299 *Proteſtatio ſoluentis collectam ſaluo iure exemptionis ualet.*

300 *Clauſulæ multæ conſeruatoriæ iuris priuilegiorum referuntur.*

301 *Proteſtatio in omnibus prædictis caſibus ſemper requirit præſentiam partis conſentientis expreſſè, uel præſumptiuè.*

302 *Conſenſus quomodo præſumatur in dictis proteſtationibus.*

303 *Proteſtatio conſeruatoria ſuper contractu futuro ualet, ſi pars eſt præſens, & expreſſè conſenſit.*

304 *Proteſtatio certificatoria ſuper actu non dependente a uoluntate de facto, propter timorem iudicis, ualet ſi fiat coram uicinis, idem ſi iudex ædificat, & in aliis exemplis hic poſitis.*

305 *Proteſtatio conſeruatoria ſuper delictis non ualet, niſi uoluntate poſſint limitari.*

306 *Proteſtatio aggreſſoris quòd non intendit præiudicare cum ſocys in facto & honore ualet.*

307 *Proteſtatio tu mentiris ſaluo honore tuo, ualet.*

308 *Proteſtatio ſuper his quæ probibentur à iure nihil conſeruat.*

309 *Proteſtatio producentis libellum ſaluo iure addendi non ualet quando lex probibet.*

310 *Proteſtatio pro conſeruatione iuris alterius ualet.*

Lex Non ſolum. ſ. Morte. De oper. noui nunciatione.

FAmoſa, & difficilis eſt ualde materia huius. ſ. & in forenſibus actionibus frequentiſſimè agitata. In ea enim Bar. ſumpta occaſione à denunciatione quæ in noui operis nunciatione interuenire ſolet, totam proteſtationis materiam pertractauit. prius tamen præſentis. ſ. materiam diſcuſſit, quæ & ipſa ſubtilis, & difficilis eſt.

1 In eo enim tractatur quanto tempore duret noui oper. nunciatio, & quando extinguatur, & an tranſeat ad ſucceſſores uniuerſales, uel particulares. & tex. hic licèt breuem deciſionem ponat, tamen rationes dubitabiles reddit, quæ offuſcant deciſionem, ac etiam recipit multa cõtraria, quæ quoſcunque legentes uacillare faciunt. Vnde ad eius euidentiam, & aperiendam uiam reſolutioni contrariorum, aliqua ſunt præmittenda.

2 Et primò repetendum eſt † unum ꝙ in præmiſſis legis primæ poſuimus, ꝙ nunciatio noui operis producit multos effectus, & quámuis ſit actus extraiudicialis, potentiſſimos tamen effectus cauſat. Et primò ea legitimè facta, quãuis extraiudicialiter ligantur manus ipſi nũciato ut amplius ædificare à lege nõ permittatur.

Secundus ſuccedit effectus, quod ſi ædificium ſpreta nunciatione factum fuerit, illud uitioſum & uiolentum reputatur. Poſteà ſuccedit tertius effectus, quod competit interdictum demolitorium ad illud opus deſtruendum nulla audita defenſione in iuribus partis, d. l. prætor. ſ. interdictum. infra eodem. Poſteà ſuccedit quartus effectus: quia ſi petit remiſſionem offerendo ſatiſdationem, & nuncians eam nolit acceptare inſtando quòd procedatur in cauſa principali, tunc omnino ſuperſederi debet in ædificio l. j. C. de nou. oper. nunciatione. Quintus ſuccedit effectus, ſi cauſa non finitur infra tres menſes, tunc nunciatus poteſt petere remiſſionem, quã obtinebit præſtando ſatiſdationem, d. l. j. in fi. C. eo. Et ſtatim ſuccedit ſextus effectus quòd recuperat ius ædificandi ſiue iure, ſiue iniuria ædificaret. Item & ſeptimus ſuccedit effectus quòd ſi prohibeatur habet interdictum ne uis fiat ædificanti, d. l. prætor. ſ. deinde inf. eod. Poſteà ſuccedit octauus effectus ꝙ debet proferri ſententia diffinitiua, per quam imponitur finis negotio principali, ut uel in totũ confirmetur nũciatio & uirtute ſtipulationis diruatur totũ ędificiũ, uel in totũ remittatur nũciatio, confirmãdo perpetuò ædificiũ, ſi apparebit nũciantẽ nõ habere ius prohibẽdi, l. j. in fi. principij ſup. eo.

3 Qui † effectus conſtituunt quinq; partes principales in nunciatione, cauſando quinque tempora diuerſa.

4 Primũ tempus eſt: † quando fit ipſa nũciatio, quæ ſi legitimè concepta fuit, ligat à continẽti manus ipſi nũciato ex legis diſpoſitione, ut amplius ædificare non poſſit, & ita fit nunciatio cũ ſuo immediato effectu prohibendi, & ligãdi manus ipſi nũciato.

5 † poſteà ſi eueniat ꝙ nũciatus uelit ædificare ſpreta nũciatione, tunc ſuccedit ſecunda pars nunciationis conſtituens ſecundũ tempus ut ædificiũ factum dicatur eſſe uitioſũ, & uiolentũ, & eo facto in continenti cõpetat interdictũ demolitorium. l. prætor. in principio cum ſequentibus inf. eo.

6 † Sin autẽ eueniat ꝙ nũciatus nolit ædificare. uel ſecuto interdicto demolitorio ipſe offerat ſatiſdationẽ de demoliẽdo in caſu ſuccumbentiæ petendo remiſſionẽ, tunc ſi nuncians dicat hodie conſtat, hodie agatur, uel aliter partes faciunt inſtantiã ſup cauſa

principaſi, tũc cõſtituitur tertia pars principa
lis nunciationis, conſtituens tertiũ tẽpus ut iu
dex debeat feſtinare in cauſæ expeditione etiã
ꝙ interim debeat ſoperſedere ꝑ tres mẽſes, per
tex.in l.j.C.de no.op.nuncia.quo finito, ſi cauſa
nõ eſt expedita propter aliquod impedimẽtũ,
tunc nũciatus auditur pręſtãdo ſatiſdationẽ de
7 demoliẽdo.†Vnde cauſatur quarta pars princi
palis nũciationis, cõſtituẽs quartũ tẽpus, ut in
continenti fiat remiſsio nũciationis,& inde ſe-
quatur effectus ꝙ recuperet ius ædificandi, ſiue
iure, ſiue iniuria, ac etiã cõpetat ei interdictum
ne uis fiat ædificanti, ſi interim prohiberetur:
quoniã per ſatiſdationẽ in caſu ſuccũbentiæ ei
prouiſũ fuit, per tex.in d.l.prætor.§. deinde. &
8 §.ſeq.inf.eo.†Poſteà ſi in cauſa procedatur,& fe
ratur ſentẽtia diffinitiua, ſuccedit quinta pars
nũciationis cõſtituẽs quintũ tẽpus, ut cauſa to
ta expediatur,& uel cõfirmetur perpetuò nũcia
tio diruẽdo ædificiũ uirtute ſtipulationis appo
ſitæ, uel ꝑpetuò cõfirmetur remiſsio cõfirmãdo
ædificiũ perpetuo cũ plena poteſtate ædificãdi:
arg.d.l.j.inſ.C.eo.in quibus omnibus partibus
ſeu tẽporibus interueniũt quatuor regulariter,
ꝑſona nũciãtis & prędiũ cui pretẽditur fieri pre
iudiciũ,& nũciatus,& prædiũ in quo ædificatur
9 cũ prætẽſo præiudicio nũciãtis.†In quibus qua
litatibus cõtingũt duo quotidiana,& frequẽtia
ut ipſe nũciãs moriatur, uel ipſe alienet prædiũ
cui prætenditur fieri præiudicium. ſimiliter uel
nunciatus ipſe moriatur, uel alienetur prædium
in quo fit ædificium.

Vnde ſuccedũt duæ principales dubitatiões,
an ꝑ mortẽ ipſius nũciantis, uel per alienationẽ
factã ab eo de prædio, cui prætenditur præiudi
ciũ extinguatur ius nunciãdi, uel potius duret,
& trãſeat nũciatio ipſa ad ſuos hæredes uniuer
ſales, uel per alienationẽ in hæredes ſingulares,
Secũdo an per mortẽ nũciati, uel ꝑ alienationẽ
factam ab ipſo de prædio in quo ædificatur in
prætenſum præiudiciũ nũciãtis extinguatur ip
ſa nũciatio, uel potius duret ut trãſeat in hære
dẽ uniuerſalẽ per alienationẽ in ſingularẽ ſuc-
ceſſorẽ, quæ dubitationes poſſunt cõtingere in
omnibus partibus, ſeu in omnibus tẽporibus di
ctæ nũciationis, attẽto ꝙ in omnibus dictis par
tibus per partẽ ipſius nũciantis, uel nũciati, uel
ꝑ alienationẽ ſuccedit ꝙ dominiũ ipſorum præ
diorũ diſcedit à ꝑſona ipſorũ cõtrouerſãtiũ,&
trãſit in alias perſonas, uel hæredes uniuerſales
10 uel ſingulares ſucceſſores.†Et in tex.noſtro poni
tur bimẽbris deciſio ſeparãdo perſonã, & alie-
nationẽ nunciantis à ꝑſona & alienatione nũcia
ti, determinãdo ꝙ per mortẽ nũciantis & alie-
nationẽ nunciãtis, extinguitur ipſa nunciatio
& non tranſit in hæredes uniuerſales per mor-
tẽ: neq; in ſucceſſores ſingulares per alienatio-
nẽ: ſed habeatur in utroq; caſu ac ſi nunquã fa-
cta fuiſſet: quia extinguitur ius prohibendi. Si
uerò moriatur nũciatus, uel alienauit, nihilomi
nus adhuc duret ipſa nunciatio, & ligamem ap

poſitũ ꝑ nunciationẽ prohibitionis ædificandi,
adhuc duret,& trãſeat in hæredes uniuerſales ꝑ
mortẽ & in ſucceſſores ſingulares per alienatio
nẽ ſeu aliã diſpoſitionẽ, ꝙ apparet quia in ſti-
pulatione fit mẽtio hæredis, quæ deciſiones pro
cedũt in prima parte,& in primo tẽpore nũcia
tionis: quando ipſa nunciatio fuit facta,& ex ea
ſecuta fuit immediata prohibitio ædificandi,&
effectus ligãdi manus: quæ ſimul connexa ſunt,
& æqualiter in operatione animi conſiſtunt, &
ad hoc tẽpus reſtringitur utraq; deciſio tex. no
11 ſtri.†Nam, ſi poſteà ſucceſsiſſet ſecundũ tẽpus ut
ſpreta nunciatione ædificiũ eſſet factũ,& cõpe-
terat interdictũ, tunc diuerſa bimẽbris deciſio
fieri debet, prout habetur in d.l. prætor.§.inter
dictũ hoc, hærede inf.eo.& ſi eueniſſet ꝙ oblata
eſſet ſatiſdatio, & nunciãs dixiſſet hodie cõſtat
12 hodie agatur.†& ità eſſemus in tertio tẽpore,
tunc deciſio ſeruanda eſſet quæ ponitur in d.l.j.
C.eo.& ſi eueniſſet ꝙ præſtita eſſet ſatiſdatio le
13 gitimè, & facta eſſet remiſsio † & ità eſſemus in
quarto tẽpore, tũc ſeruanda eſſet deciſio poſita
in d.l.prætor.§.fi.inſ.eo.cũ diſtinctione ibi tra-
14 dita per glo.& docto.†Et ſi poſteà eſſet lata ſen
tentia diffinitiua,& eſſemus in quinto tempo-
re, tũc an trãſiret in hæredes uniuerſales, uel ſin
gulares, ſeruanda eſſet natura rei iudicatæ; de
qua inf.in rub. & nigro de re iudicata dicetur.
Vnde apparet ꝙ hæc materia habet quinq; capi
ta,& ꝙ nõ faciliter poteſt hæc quæſtio determi
nari, an nũciatio tranſeat in ſucceſſores uniuer
ſales, uel ſingulares: tamẽ diſtinguẽdo hæc quin
què tẽpora poterit quilibet diligens inueſtiga-
tor ſe reſoluere,& dare reſolutiones claras & fa
ciles in tota hac materia, quæ, ut apparet ꝑ ſe
ſubtilis & difficilis eſt,& tex. iſte ex ſua propria
materia efficitur allegabilis, & quotidianus,
ultra materiam additam per Bar. de uirtute &
effectu generali proteſtationum.

Secundò proprius ad tex. præmittendum eſt
pro inuenienda ratione decidendi, præſuppoſi
ta pręcedenti concluſione, ꝙ deciſio tex. noſtri
procedat tantũmodo in primo tẽpore: quoniã
tex. aſsignat duas rationes dubitabiles, ualdè in
ſiſtendum eſt ſuper earum declaratione,& intel
15 ligentia.†Et prima eſt dubitatio: quare nuncia
tio extinguatur ex morte nunciantis, attento ꝙ
nos uidemus contractus regulariter conſiſten-
tes in operatione animi, & uoluntate contrahẽ
tium non finiuntur morte, ſed producunt obli-
gationẽ,& actionẽ, quæ tranſit in hæredes pro
hæreditarijs portionibus, l. pro hęreditarijs. C.
de hęreditarijs actionib. l.ij.§.j.& ij.inſ.de uerb.
oblig. cũ ſuis concor. Multę rationes per doct.
aſsignantur. nã tex. iſte aſsignat rationẽ dubita
bilem, dum dicit ꝙ extinguitur ius prohiben-
di, quę ratio uidetur eſſe falſa, cum ius prohi-
bendi conſiſtat in dominio rei cui fit pręiudi-
cium,& ipſum dominium per mortem non ex-
tinguitur: neque per alie...tionem: ſed tranſit
ad ipſos hęredes uniuerſales, uel ſingulares
qui

qui repræſentant perſonam auctoris ſui, & in
eis ius prohibendi conſeruatur ſicut cætera iu-
ra, l.cum hæredes. infra de acquir. poſſeſſio.
Vnde prima aſſignatur ratio ex mente glo.hic,
quòd debeat diſtingui ut in mandato, & ſicut
mandatum extinguitur morte mandantis, uel
mandatarij. §. Item ſi adhuc.inſti. mandati. Si
hoc contingat re integra, itē & in hac nuncia-
tione, quæ ſimilitudo non eſt uera, ut dice-
mus in primo not. Vnde ſecunda aſſignatur ra
tio per Bar. hic, & uidetur communis, quòd
ideò extinguitur: quia nunciatio conſiſtit in
uoluntate, quæ uoluntas extinguitur morte, l.
iiij.ff. locati. cap. ſi gratioſè.de reſcriptis cum
concordantibus. quæ ratio non eſt generalis,
cum in alienatione non extinguatur uoluntas,
& ex hoc,& multis alijs reprehenditur per Ri-
pam ut dicetur in dicto primo nota. Ideò ter-
tia aſſignatur ratio adhærēdo uerbis iſtius tex.
quia finitur ius prohibendi conſiſtens in ipſo
dominio ſecundum Crotum.& quàmuis uidea-
tur durare propter dominium in quo funda-
tur quod tranſit ad omnes ſucceſſores tamen
extinguitur in perſona ipſius nunciātis,& ideò
exponitur in tex. quia finitur ius prohibendi,
& dominium in quo cauſatur in perſona ipſius
nunciantis, licèt per ſe uideatur durare, quæ
ratio licèt prima facie uideatur multum con-
ueniens literæ,tamen uerè nihil affert, ex eo:
quia ſi conſideraremus extinctionem in perſo-
nam nunciantis, omnes penitus effectus, & om
nia iura extinguerentur, & non tranſirent ad
hæredes uniuerſales, uel ſingulares: quoniam
mors omnia ſoluit. §.deinceps.in auct.de nup.
ſed cum uideamus quòd non obſtante hac ra-
tione infinita poſt mortem durant,& tranſeunt
ad ſucceſſores; quia ad eos ipſa iura tranſeūt,
ideò nec etiam concludit in hac nunciatione,
ut licèt extinguatur ius prohibendi, & domi-
nium in perſona nunciantis: tamen non debet
actus extingui,cum dominium & iura tranſeāt
in ſucceſſores. Ideò quarta aſſignatur ratio
per Iacobum de Arena quem ſequitur Bar. ut
exponamus, extinguitur ius prohibendi,id eſt,
extinguitur cauſa prohibitionis, & cauſa eſt
uoluntas, & ipſum dominium, quæ ratio rein-
cidit in illam ſupra poſitam, & uoluntas ſola
non eſt fundamentum nunciationis, cum licèt
eam præcedat: tamen fundatur in alia opera-
tione animi poſt ipſam uoluntatem. Vnde quin
ta poteſt addi ultra docto. ratio intelligendo
tex.prout iacet: quia extinguitur ius prohiben
16 di † præſupponendo tamen quòd ius prohiben
di eſt duplex, unum perpetuum quod fundatur
in dominio uero rei,uel iuris cui fit præiudi-
cium, quod per Bar.& Docto. in l.j.in fin.glo.
magnæ ſupra. eodem. appellatur ius prohiben
di in ueritate. Secundum eſt ius prohibendi
fundatum in opinione,& dubietate iurium par
tium, quod conceſſum fuit à prætore per edi-
ctum ſuum: quoniam uoluit ut ſi eſt dubium de
iuribus partium nuncians prætendens ſibi fieri
præiudicium poſſit facere nunciationem, pro-
hibendo ædificare aduerſarium ad tempus, ſiue
iure, ſiue iniuria ædificaret, l.j. in principio
ſup.eodem, quæ permiſſio facta à prætore cau
ſauit unum nouum ius prohibendi fundatum
ſuper prætenſione nunciantis, & eſt tempo-
rale durans uſquè ad diffinitiuam ſententiam,
quo tempore poſteà apparebit an & prætenſio
ſit uera, & an ipſi nuncianti competat ius pro
hibendi perpetuum, uel potius illud non ha-
beat, ut dicitur in dicta l. j. in fi. principij. &
ibi per glo. & Bar. latiſſimè, & nos diximus
declarando leg. j. §. j. infra de remiſſionibus.
17 † Eſt ergo ſenſus in tex. noſtro quòd per mor-
tem finitur iſtud ius prohibendi temporale,cō
ceſſum à prætore propter dubietatem iurium
partium, quod ius prohibendi non eſt funda-
tum in ipſo dominio: ſed eſt fundatum in præ-
tenſione nunciantis, & eius opinione uerisimi
li, quæ prætenſio poſteà fundatur ſuper præten
ſo dominio rei, uel iuris cui fit præiudicium.
Vnde ſi eueniat quòd totum dominium rei,uel
iuris recedat à perſona ſua, & tranſeat in aliū
ſucceſſorem; non poteſt amplius dici quòd pre
tendat ſibi fieri præiudicium, cum interroga-
tus quare nuncias neceſſariò debet reſponde-
re, nuncio: quia tu facis præiudicium mihi in
ſolo meo, uel iuri mihi competenti. & iſta re-
ſponſio toleratur, etiam quòd non habeat ue-
rum dominium, neque ius: ſi tamen dubium
eſt in facto: ſed poſtquàm ipſe alienat ius quod
habet ſeu amiſit ius quod habet in re cui fit præ
iudicium, non poteſt amplius dictam rationē
aſſignare; quia cum conſtet quòd nullum ha-
bet dominium amplius in ſolo, uel in iure ali-
quo alio: quia totum tranſtulerit in aliam per
ſonam, non poteſt amplius tolerari reſponſio
ſua, quòd prætendat ſibi fieri præiudicium, cum
notoriè conſtet ſi nullum amplius habet domi
nium in illo ſolo, uel ius allegatum, quòd non
poteſt amplius prætendere ſibi præiudicium fie
ri, ſicut ſi quilibet extraneus uellet nunciare
ædificanti, aſſerendo quòd fit præiudicium in
ſolo ſuo, uel in ſeruitute ſua, & notoriè con-
ſtaret quòd ipſe nec anteceſſores ſui nunquàm
fuere domini: neque ſoli, uel domus cui dice-
retur ſeruitus deberi, eius nunciatio poſſet ſper
ni, ut latè dixit Bar.in l.j. in ſuis quæſtionibus
ſupra eodem, & ibi firmauimus. cum igitur
per mortem, uel alienationem nunciantis no-
toriè conſtare incipiat quòd amplius non ha-
bet dominium in illo ſolo: neque in domo cui
prætenditur ſeruitus: neque aliud ius, nun-
ciatio efficitur notoriè calumnioſa, & præten-
ſio ipſius nunciantis dicitur corruere, meritò &
ius prohibendi conceſſum à prætore in præten
18 ſione partis dicitur corruere † & propterea ra-
tio tex. noſtri remanet clara, & facilis quòd
nunciatio finitur morte, uel alienatione: quia
finitur ius prohibendi, id eſt, ius prohibendi

conceſſum à prætore per edictum ſuum,ſiue iure, ſiue iniuria ædificet, quòd eſt fundatum in prætenſione nunciantis, quàmuis in facto non uera, quæ prætenſio aſſumit cauſam à dominio ipſius ſoli, uel iuris, cui dicitur fieri præiudicium. & cum iſtud dominium, uel ius receſſerit à perſona ſua, finitur ipſa prætenſio, & per conſequens etiam ius prohibendi à prætore illi prætenſioni conceſſum,extinguitur. & ratio efficitur clara, quæ prætenſio conſiſtit in operatione animi, & dicitur opinio, quæ in ſe facti eſt: quoniam animus facti eſt in ſuis operarionibus,& ipſa prætenſio, prout eſt operatio, & prohibitio ſucceſſiua dicitur eſse facti, ſicut, & ipſa poſſeſſio conſiſtens in animo,& bona fides uel mala fides dicitur eſſe facti. l. in bonæ fidei. infra de acquir. rerum dominio. & ipſa poſſeſſio quoque conſiſtens in animo, dicitur eſſe facti ſecundum ueram opinionem,quam la tè diſputabo & firmabo in l.j.in prin. infra. de acquir.poſſeſſio.unde cum ſit facti, & conſiſtat in animo hæc prætenſio finitur morte nunciantis ſicut & poſſeſſio,l.cum hæredes. inf. de acquir. poſſeſſio. & quamuis cauſa prætenſionis id eſt, dominium ipſum & ius tranſeat ad alios qui & ipſi poſſunt facere hanc prætenſionem, & tenere hanc opinionem: tamen erit noua prætenſio, & noua opinio fundata in animo eorum, & in eorum animi operatione, & differet ab illa nunciantis quæ extincta fuit, ſicut dicitur in dicta l.cum hæredes. de acquir. poſſeſſio. quod poſseſsio conſiſtens in perſona morientis extinguitur, & non tranſit ad hæredes, & quàmuis ad ipſos hæredes tranſeant omnia iura teſtatoris propter quæ poſſunt apprehendere poſseſsionem: tamen eorum poſseſsio erit noua, & fundata in eorum animo, & operatione animi eorum, ſeparata in totum à poſseſsione morientis, licèt ex eadem cauſa acquiſita. Vnde ſuccedit quòd ius prohibendi, & nunciatio fundata in prætenſione nunciantis omnino extinguitur per mortem:quia prætenſio ipſa extinguitur per eius mortem, in qua fundatur ius prohibendi, & licèt per hæredes poſsit ex eadem cauſa noua prætenſio fieri: tamen quia erit fundata in eorum animo, & erit ſeparata à prætenſione morientis, ipſa nunciatio erit extincta, & ius prohibendi,& ipſis hæredibus nouum ius prohibendi acquiretur ſuper ſua noua prætenſione fundatum,licèt ex eadem cauſa,& erit opus noua nunciatione, & hæc eſt ratio fundamentalis iſtius tex. in primo dicto

19 de morte †Et in dicto de alienatione penè eadem eſt : tamen aliqualiter alteratur : quia animus per alienationem non extinguitur : ſed tunc oportet dicere quòd ipſa prætenſio extinguatur: quia animus uerìſimiliter extingui debet, & ceſsaret dicta præſumptio, ex eo: quia dominium uel ius in quo fundari debet,ceſsat in ipſo,& notoriè conſtat quòd facta alienatione ampliùs non poteſt allegare hanc prætenſionem,& quòd opinio ſua eſt calumnioſa, & omnino reijcienda, ſuper quibus bene cogita: quia aperiunt aditum ad reſolutionem multorum contrariorum, ſuper quibus docto. hic uacillauerunt, & hæc de prima parte.

In ſecunda parte ponitur deciſio quòd per mortem nunciari, uel alienationem non extinguitur nunciatio:ſed tranſit ad hæredes,& quia addit uerba ex eo: quia in ſtipulatione ſit mentio hæredis, ſuccedunt duæ dubitationes. Vna quæ ſit ratio deciſionis differentis à præcedenti. ſecunda quem ſenſum habeant illa uerba ul

20 tima. † Circa primum communis eſt concluſio rationem decidendi eſſe: quia nunciatio ſit in rem,l.de pupillo.§.nunciationem ſupra eodem & l.operis. & in terminis in l.fi. infra eodem, quæ ratio licet habeat multa contraria, ut dicemus ſuper notabilibus& glo.tamen ipſa uera eſt & tenenda. Nam ſenſus eſt quòd nunciatio ſit in rem,id eſt,per nunciationem ligatur ipſa res,ut in ea non debeat fieri ædificium propter illa uerba ne quid noui operis fiat in illo loco, l. prætor. in principio. & §. deinde. infra eodem. Vnde onus unum ligaminis apponitur in ipſa re,quòd tranſit ad quemcunque tranſit ipſa res, & ideò ſi tributum apponatur in te, uel cenſus, uel emphyteuſis, ipſa res afficitur hoc onere reali, & tranſit ad quemcunque tranſit ipſa res,ut omnes poſſeſſores ad illud onus exequendum compelli poſſint,etiam quòd ſint eccleſiæ, & aliæ priuilegiatæ perſonæ, ut eſt glo. & ibi docto. omnes ponunt in cap.j.extra de cẽſibus cum concordantibus. ità hoc onus ligaminis tranſit ad quemcunque poſſeſſorem ut teneatur obſeruare, & facere quòd nullum opus in præiudicium nunciantis fiat, ideo ſi eueniat quod ipſe nunciatus ædificaſſet, & poſteà moriatur hæredis propter hoc onus tenebuntur interdicto demolitorio, ut ſaltem præſtent patientiam,l.prætor. §. interdictum, & l. pen. infra. eodem. & ſi ipſe ſucceſſor ædificauerit in præiudicium nunciantis, tenetur illud opus deſtruere: quia ædificauit contra onus ligaminis impoſitum in ipſa re,& ipſe ad hoc poterit conueniri ut dicitur in dicta l. fi. in fi. ibi, domi-

21 nus ſolus conueniri poteſt & debet † ita quòd ſumma differentiæ eſt,quòd nunciatio ex parte nunciantis eſt in perſonam fundata in ſui animi prætenſione, & finitur cum perſona. ſed ex parte nunciati eſt in rem, & afficit ipſam rem. Vnde durat quatenus durat res. Ideò ad quemcunque tranſit res, tranſit & iſtud onus ſeu prohibitio ædificandi, ex qua ratione ſequitur quòd ſi nunciatio eſſet facta in perſonam tantum, ſicut plerunque ſolet fieri prohibitio ad interdictum quod ui aut clam, non durabit prohibitio poſt eius mortem: neque tranſibit in ſucceſſorem: quia debet extingui cum perſona,& ita poteſt intelligi tex.in l.3.§.opus.ff.de alien. iud.mut.cauſ.facta,& l.ui.1 facit. §. tandiu. infra quod ui aut clam. inter tamen iſtos ſucceſſores

nentur ad ſolam patientiam, aliquando tenen-
tur ad deſtructionem, & omnes impenſas, & ad
alia de quibus inf. dicetur, & hæc ratio militat
etiam in omnibus partibus, & temporibus nun
ciationis : tamen cum uarietate & modo obli-
gandi, propter uarias alterationes in dictis tem
poribus contingentes, ut inf. dicetur ſuis locis.

22 Tertia eſt dubitatio †de ſenſu illorum uerbo
rum ex eo &c. & communiter docto. uidentur
intelligere ut ponantur pro ratione decidendi,
inſerentes ꝙ quando nunciatio fit pro ſe & hæ-
redibus, ꝙ talis nunciatio aſſumet nouam natu
ram ut poſſit trãſire ad hæredes. qui intellectus
falſus eſt. Primò: quia in nunciante hoc non po
teſt procedere cum licèt millies diceret nuncio
pro me & hæredibus, non poſſit nunciatio trãſi
re ad hæredes, quę fundata eſt in prætẽſione, &
opinione perſonali, & animo nunciatur : ſicut
nec ſi quis diceret acquiro poſſeſſionem pro me
& hæredibus, ut inf. ſuis locis dicetur. Itẽ pręſup
ponunt ꝙ nunciatio tranſiret tantummodo ad
hæredes quando eſſet appoſitum pro ſe & hære
dibus in ſtipulatione, quod eſt falſum: quia imò
hoc idem eſt per generalem rationẽ, etiam nul
la appoſita ſtipulatione. Item & tertiò non con
uenit caſui propoſito: quoniam hic tractatur de
primo tempore nunciationis, & ad plus inclu-
ditur ſecundum tẽpus, in quibus nunquã appo-
nitur ſtipulatio, cum illa apponatur tantum in
tertio uel quarto tẽpore, ut inſ. dicetur, & ratio
eſſet extra propoſitum. Ideò ſecundus uerior in
tellectus eſt, ꝙ iſta uerba ſint poſita per modũ
probandi, quaſi dicat iuriſconſultus ego probo
tibi, ꝙ nunciatio ex parte nunciati trãſit ad hæ
redes: quia ſtipulatio, quæ ſuper ea interponitur
ſolet fieri cum clauſula, pro ſe, & hæredibus, quæ
clauſula non apponeretur, ſi nõ tranſiret ad hæ
redes: ne faceremus clauſulã inanẽ & eluſoriam.
Ideò cum receptum ſit ꝙ fiat cum dicta clauſu-
la, apparet ꝙ prius receptum erat, ꝙ prius tran
ſiret ad hæredes, & hoc modo inducẽdo, uerba
tex. ſunt clara. & non continent aliquam abſur
ditatem, & proſunt ad confirmationem deciſio
nis, ſecundum quem intellectum poſſunt refer-
ri tantum ad præcẽdens ſecundũ dictũ, & nõ ad
primũ: quia cõtinerẽt falſum pręſuppoſitũ, & fa
cerent abſurdã deciſionẽ, ſuper quibus cogita.

23 Quibus ſic ad euidẽtiã præmiſſis, deuenio ad
tex. qui diuiditur ſecũdũ omnes in duas partes.
In prima ponitur quid iuris ſit; quãdo nũcians
moritur, uel alienat. In ſecunda, quid iuris ſit;
quãdo nũcians moritur, uel alienat ſecũda ibi,
ꝙ ſi is. Prima ſubdiuiditur in duas in dicto & in
ratione. ſecunda ſubdiuiditur in duas in dicto,
& in probatione, licèt in hoc diſcordant docto.

Sũmatur ſecundũ omnes. Nunciatio ex parte
nunciantis eſt in perſonam, ideò morte, uel
alienatione extinguitur, & non tranſit ad ſuc-
ceſſores. Sed ex parte nunciati eſt in rem, ideò
tranſit ad omnes ſuc ceſſores.

24 Caſus ita breuiter fingi poteſt. †Quidam pręten-
dens uicinũ moliri opus in præiudiciũ do-
mus ſuæ, uel ſeruitutis ei debitæ, uel quia ædifi-
cat in ſuo ſolo, nũciauit ei ne quid noui operis
fieret, qui nũciationẽ cõtemnẽs, incępit ædifica
re. Vnde cæpit cõpetere interdictum demolito
riũ, nũcians tamẽ periјt, hęredes agebãt interdi
cto demolitorio, oppunebatur ꝙ nõ poterat in
tentare: quia nunciatio erat extincta per mortẽ
ipſius nũciãtis, fuit quæſitũ quid iuris, uel aliter
nũciatus iuridicè procedẽ deſtitit ab opere, in-
tendens coram prætore agere ius ſibi eſſe ędifi-
care, interim tamẽ mortuus eſt nũciãs, uel præ-
diũ cui fiebat præiudiciũ alienauit. Vnde nũcia
tus uidens mortem nunciantis, uel alienationẽ,
cuius pborreſcebat potẽtiã, amplius nõ curauit
de nũciatione: neq; de lite: ſed cæpit ædificare,
& perfecit opus. hæredes nũciantis faciebãt in-
ſtantiã, ꝙ opus omnino demoliretur tanquàm
factũ ſprera nũciatione, & non remiſſa. l. prætor
in princ. inf. eo. excipiebat ipſe ſibi licuiſſe ædi-
ficare: quia nũciatio fuerat extincta per mortẽ,
uel alienationẽ, replicabat ipſe, imò adhuc cã
durare, fuit quæſitum quid iuris? & ratio dubi-
tandi erat, & uidebatur dicendũ ꝙ adhuc dura
ret nunciatio, & ipſe nũciatus teneretur demo
liri & primò : quia nunciatio fundatur in iure
prohibendi cauſatum à dominio, l. j. §. j. inf. de
remiſſio. & §. ij. ibi, qui dominiũ habet & ſerui-
tutem: ſed dominium tranſit in ſucceſſores: er-
go & ipſa nũciatio tranſire debet. per regulam
acceſſorium. de reg. iur. in ſexto.

Secundò faciebat: quia nũciatio iã produxe
rat effectum ſuum ꝙ fecerat prohibitionem, &
ligauerat manus nunciato: ergò perpetuò dura
re debebat, per regulã poſitam in l. pluribus. §.
& ſi placeat inf. de uerb. oblig. quod ubicunquè
actus eſt cõſummatus nõ extinguitur quamuis
deueniat ad caſum à quo incipere non poterat.

Tertiò faciebat: quia cõtractus eſt facti, & in
facto cõſiſtit, l. cõſilio. de curatore furioſi, & ta-
mẽ trãſit ad hæredes, etiã ſub cõditione fact. is.
§. ex cõditionali. inſt. de uerb. obl. & l. pro hære
ditarijs. C. de hæredit. actio. ergo eodem modo
& nunciatio, quãmuis conſiſtat in animo & eius
operatione debet tranſire.

Quartò facit: quia ſtipulatio appoſita ſuper
actu regulatur ſecundũ eius naturã, ut no. plenè
in rub. ff. de uerb. obli. ſed ius prohibẽdi eſt per
petuum : ergo, & ipſa nunciatio debet eſſet per
petua ſuſtentata ab illo iure prohibendi tranſi-
torio ad hæredes.

Quintò faciebat tex. in l. deniq;. §. quęſitũ inf.
quod ui aut clã, ubi interdictũ quod ui aut clã,
cõpetit hæredi de ope facto poſt mortẽ domini
ante aditã hęred. quo tẽpore nulla erat prohib.

Sextò faciebat: quia nũciatio fit in rẽ, l. opis.
& l. prætor. inf. eo. ergo debet tranſire ad hære-
des, cũ uideatur eſſe perſecutoria rei, l. ex con-
tractu, & l. omnes. ff. de actio. & obl. & §. j. inſti.
de perp. & temporalibus actionibus.

Septimò faciebat tex. in l. prætor. §. interdi-

P

ctum,& §.fin.inf.eod. ubi in terminis dicitur quod tranſit ad hęredes.

Octauò faciebat: quia facilius actiones tranſeunt in hæredes actoris, quam rei. §. pœnales. & . §. non omnis. inſtitu. de perpetuis, & temporalibus actionibus: ergo ſaltem in hæredes nunciantis deberet tranſire nunciatio.

His tamen non obſtantibus, contrarium determinatur in hoc tex. quòd imò morte nunciantis extinguitur nunciatio. & ſimiliter per alienationem taliter quòd poſt eius mortem, & alienationem extinguitur omne ligamen ut remaneat libera à dicta nunciatione, & ratio decidendi ponitur in tex. quia nunciatio perſonalis eſt,& affixa perſonæ, cui etiam perſonæ eſt affixum ius prohibendi temporale, unde cum ipſum ius prohibendi extinguatur; extinguitur & ipſa nunciatio, quæ ratio plenius ità debet declarari nuncianti competit ius nunciandi à prætore conceſſum propter prætenſionem ſuam probabilem, etiam quòd uerè non poſſet prohibere prætenſio autem ſua conſiſtit in animo, & eius operatione, & opinione fundata in animo, & cum moritur extinguitur ipſa prætenſio cum animo ipſius; ergo, & ius prohibendi eius prætenſioni conceſſum à prætore extinguitur, & per conſequens ad ſucceſſores tranſire non poteſt.

Non obſtat allegata in contrarium. & primò: quod ius prohibendi eſt perpetuum: ergo & nunciatio eſt perpetua: quia reſpondetur quòd duplex eſt ius prohibendi, unum fundatum in dominio, uel ſeruitute, dicta l.j. inf.de remiſsionibus, & hoc eſt perpetuum, & tranſit ad omnes ſucceſſores ſimul cum dominio,ſed nunciatio non fundatur ſuper eo: quoniam permitteretur tantummodo:quando nunciatus iniuria ædificaret. Secundum eſt ius prohibendi temporale conceſſum à prætore ex edicto ſuo, quod conceditur prætenſioni ipſius nunciantis,non diſtinguendo an uerè fiat præiudicium iuri ſuo, uel non, quæ prætenſio eſt fundata in animo, & opinione ipſius nunciantis, & cum ipſa prætenſio extinguatur per mortem nunciantis uel alienationem, extinguitur & etiam ius prohibendi.igitur reſpondetur formaliter quòd contrarium procedit de iure prohibēdi fundato in dominio, uel ſeruitute,quod eſt perpetuum,ſed ſuper eo non eſt fundata nunciatio. tex. autem noſter loquitur de iure prohibendi temporali, quod eſt fundatum in prætenſione, & dubietate iurium, & cum prætenſio finiatur morte, uel alienatione, finitur & etiam nunciatio.

Non obſtat ſecundum quòd nunciatio produxerat effectum ſuum prohibitionis: quia ille effectus, & ipſe conſiſtit in animo nunciantis, & in operatione ſucceſsiua animi in prohibendo. unde habet eandem naturam cum nunciatione tanquam effectus ſibi connexus ei, extinguitur ſimul cum ea ceſſante animo: quia eſt fundamentum utriuſquè. Vnde non dicitur propriè effectus conſumationis conſumatus cū ſuccedat effectus interdicti demolitori, qui poſteà faciebat nunciationem durare.

Non obſtat quòd contractus ſunt facti, & tamen tranſeunt ad hæredes: quia illud contingit:quoniam producunt incontinenti obligationem,& actionem quæ iuris eſt, & tranſmiſsibilis, uel ſpem ipſius. Sed ex nunciatione non naſcitur hæc actio, & obligatio formata,quæ de per ſe ſtare poſſit, & tranſmitti ad hæredes, & hæc diuerſitas contingit propter conuentionem partium.

Non obſtat quòd ſtipulatio reguletur ſecundum naturam actus cui apponitur: quia conceditur, & concordat. ſed nunciatio apponitur ſuper iure prohibendi temporali, & non tranſmiſsibili, & prætenſione quæ perſonalis eſt,& extinguitur: ergo & ipſa extingui debet: ſicut & etiam ſtipulatio, ſi apponitur ſuper re non tranſmiſsibili, & ipſa extinguitur lege prima. §.ſub conditione.ff. ut legato. nomi. caueat. & lege ſi eum. §. qui iniuriarum. ff. ſi quis cautionibus. contrarium autem procederet ſi nunciatio fundaretur in iure prohibendi perpetuo.

Non obſtat tex. in l. deniquè. §. quæſitum: quia ille tex. loquitur quando nunciantes non erant mortui: quia cum fuerit facta iacente hæreditate, oportet præſupponere quòd ibi prohibitio erat facta à ſeruis hæreditariis,uel à curatore hereditati dato.unde nō eſt in terminis, uel ille tex. procedit de interdicto quod ui aut clā ex capite clandeſtinitatis, quod nō facit ad propoſitū nunciationis ut dixi in l.j.§.j.ſup.eo.

Non obſtat quòd nunciatio fiat in rem: quia uerum eſt ex parte nunciati: ſed ex parte nunciantis dicitur eſſe in perſonam.

Non obſtat l. prætor.§.interdictum.& §.fi.infra eodem: quia tex. in dicto. §. interdictum. loquitur de ſecundo tempore nūciationis: quādo factum fuit ædificium in uita nūciantis,& ei quæſitum fuit interdictum demolitoriū, quod tranſit ad hæredes utriuſq; partis ut ibi, & tex. ſin.§.fi.loquitur quando deuentum fuit ad quartum tempus in nunciatione: quia præſtita fuit ſatiſdatio. Nam tūc ſuccedit remiſsio à lege data,quæ tranſmiſsibilis eſt ad hæredes,& ius ædificandi recuperatum, quod ſimiliter tranſit ad hæredes, & interdictum ne uis fiat poſsidenti, quod ſimiliter eſt tranſmiſsibile,quæ tria remedia competunt nunciato contra hæredes nūciantis, & ipſi nuncianti per ſtipulationem erat prouiſum in promiſsione de demoliendo, quæ ſtipulatio tranſit ad hæredes lege prætoriæ. infra. de prætoriis ſtipulationibus. nos autem loquimur quando nunciatio ſtat in puris terminis nunciationis, & nuncians mortuus fuit in primo tempore exiſtente nunciatione integra, & non alterata. & propterea remanet concluſio quòd nunciatio ex parte nunciantis extinguitur quando mo-

ritur, nel alienat nuncians in primo tempore.

25 Sed tunc ſuccedit dubitatio, † quid ſi nunciatus ſtatim facta & perfecta nunciatione mortuus fuerit, uel alienauerit prædium in quo fit ædificium: utrum extinguatur nunciatio, uel potius ſi ſucceſſores ædificauerint poſt mortẽ nũciati, uel alienationem, poſſint conueniri interdicto demolitorio. Et ratio dubitandi erat, & uidebatur dicendum quòd eſſet extincta nunciatio; quia ſi hoc contingit in nunciante, idem uidetur eſſe ſeruandum in nunciato: quia contrariorum eadem eſt diſciplina, ut no. in rub. infra de acquir. poſſeſſio.

Secundò faciebat: quia contractus ab utraq; parte traſmittuntur ad hæredes dicta l. pro hæreditarijs, C. de hæredita. actio. & l. ij. §. ij. infra de uerbo. obligatio. & quando non tranſeunt à nulla parte tranſeunt. §. item ſi adhuc. inſti. mãdati. ergo & etiam nunciatio ab utraquè parte non debet tranſmitti.

Tertiò faciebat tex. in terminis in l. 3. §. qui opus. ff. de alienatio. iud. mutand. cauſa facta. ubi expreſſè dicitur quòd ex parte nunciari nõ trãſit ad ſucceſſores; quia ipſis nũciatũ nõ fuit.

Quartò faciebat tex. in l. uim facit. §. tandiu. infra quod ui aut clam. ubi ſimiliter prohibitio non tranſit ad hæredes.

His tamen non obſtantibus contrarium fuit determinatum in tex. noſtro, cum quo concordat l. fi. inf. eodem. & ratio decidendi ponitur ibi per Iuriſconſ. quia nunciatio fit in rem, & obligatur ipſa res in qua imponitur hoc onus ut non poſſit fieri ædificium, & cum hoc onere tranſit ad quemcunque, & ille qui eſt dominus & poſſidet, tenetur, ut dicitur in dicta l. fin. & comprobat hic Iuriſconſultus; quia conſueuerunt partes in ſtipulatione facere mentionem de hærede ipſius nunciati, quod non facerent ſi non eſſet à iure conceſſum, ne fruſtratoria clauſula apponeretur.

Non obſtant contraria, & primò ꝙ cõtrariorum eſt eadem diſciplina; quia uerum eſt quando militat eadem ratio: hic autẽ militat diuerſa ratio, cum nunciatio ex parte nunciantis conſiſtat in eius perſona, ex parte uerò nunciati dirigatur in rem: Vnde cum perſonalis ſit ex parte nunciantis extinguitur, & cum ſit in rem ex parte nunciati tranſmittitur.

Non obſtat ꝙ contractus ab utraq; parte trãſmittatur, uel non tranſmittatur; quia militat eadem ratio in utraquè parte: quando autẽ militat diuerſa ratio tunc diuerſum ius conſtituitur, l. cum precario. infra de precario. ſed hic militat diuerſa ratio: ergo &c.

Non obſtat tex. in d. l. 3. §. qui opus, quia uariæ dantur ſolutiones per glo. ibi. Sed uera eſt ſolutio ꝙ ille tex. loquitur, quando nunciacio eſt facta in perſonam, etiam ex parte nunciati, ut dixit Bar. in l. fi. infra eodem.

Non obſtat l. uim. §. tandiu. quia ſimiliter loquitur in prohibitione ex interdicto quod ui aut clam, quæ ſimiliter fit in perſonam, unde non tranſit ad hæredes, & quia in iſtis duobus caſibus militat eadem ratio cum ipſo nunciante, etiam datur eadem deciſio, ut æqualiter non tranſeat ad hæredes, & infra dicetur.

26 Notandum eſt primò † ex iſto tex. quòd per mortem nunciantis extinguitur nunciatio, & ratio deciſionis multiplex allegatur per docto. prima eſt per ſimilitudinem mandati, ut ſicut mandatum non tranſmittitur ad hæredes; quando res eſt integra: & ſi res non eſt integra tranſmittitur. §. item ſi adhuc. inſti. mand. & leg. & quia. ff. de iuriſdictio. omnium iudi. ita fit in nunciato. coniungendo hunc. §. cum l. prætor. §. hoc interdictum. & §. fi. infra. eodem. Sed hæc ratio non eſt uera nec tenenda: quia diuerſitas eſt magna inter mandatum & nunciationem. Nam in mandato interuenit conſenſus duorum, hic uerò interuenit uoluntas ſola ipſius nunciantis, & in ſolo eius animo & prætenſione conſiſtit. Secundò in mandato tranſmiſſio non fit nequè ex parte mandantis, nequè ex parte mandatarij, cum extinguatur morte mandantis & mandatarij, dicto. §. item ſi adhuc. in nunciatione uerò extinctio ſolum fit per mortem nunciantis.

Tertiò mandatum fit ex gratia ipſarum perſonarum, & mandans confidit de perſona mandatarij, & non hæredum, & mandatarius uult facere gratiam mandanti propter beneuolentiam, & non hæredibus, quæ ratio non militat nunciatione quæ non fit gratia ipſius nunciati: nequè beneuolentia perſonarum conſideratur; Vnde ſequitur quòd cum tanta ſit diuerſitas, quòd non poteſt fieri argumentatio de mandato ad nunciationem; quia ex diuerſis non fit illatio. l. Papinianus exuli. ff. de mino. Vnde ſecunda aſſignatur ratio per Bar. inf. quæ uidetur communis; quia nunciatio conſiſtit in uoluntate, quæ uoluntas non tranſit ad hæredes; quia uoluntas facti eſt, & non tranſit ad hæredes. l. iiij. ff. locati, & cap. ſi gratioſè. de reſcripis in 6. & arg. l. cum hæredes. de acquir. poſſeſſio.

Hinc dicebat Rubeus hic quòd declaratio uoluntatis non tranſit ad hæredes, glo. in leg. Pomponius. §. ſi plures. ff. de rei uendi. & Bar. in l. ſi quis intentione ambigua. ff. de iudi. Sed nec etiam hæc eſt bona, & eam repræhendit Crot. hic num. 14. quia dicta iura loquuntur quando aliquid eſt commiſſum uoluntati alterius, ſeu arbitrio, tunc benè finitur morte, dicta l. iiij. & dicto cap. ſi gratioſè. & no. in l. ſi quis arbitratu. infra de uerbo. obligatio. cum ſimilibus. hic uerò nunciatio conſiſtit in prætenſione, & in opinione ſua, quòd ſibi fiat præiudicium, fomenta à prætore Item hic non dicitur eſſe ſimplex uoluntas, ſed dicitur eſſe uoluntas regulata à ratione: quia oportet quòd ſit rationabilis, & quòd habeat fundamentum ab ipſo dominio, uel ſeruitute,

qun dominio & ſeruitute deficiente, deficit ipſa nunciatio . Vude uideretur quòd deberet regulari ſecundum naturam dominij & ſeruitutis , cum recedat à ſimplici uoluntate, & uidemus quòd contractus conſiſtunt in uoluntate, & animi operatione, & tamen tranſeunt ad hęredes , dicta l. conſilio. de curato. furioſ. coniuncto . §. ex conditionali . inſti. de rerum diuiſione . Quare idem Crotus tertiam asſignabat rationem ſecundum uerba tex. quia finitur ius prohibendi in perſona nunciantis . Nam dicebat ipſe, ius prohibendi fundatur in dominio & ſeruitute , dicta l. j. de remisſio. & quatenus dominium & ſeruitus eſt in perſona nunciantis , durat ius prohibendi , etiam in eius perſonam : ſed quando ipſe alienat , uel moritur , recedit dominium & ſeruitus ab eius perſona , recedit etiam & ius prohibendi . Vnde dicitur his duobus modis finiri ius prohibendi in perſona ſua , & ita declarabat iſtum tex. ſub audiendo uerbum in perſona ſua , quæ declaratio uerbis tex. conuenire uidetur, & prima facie optimè , tamen nec ipſa eſt uera, ex eo: quia aſſumptum ſuum non eſt uerum , quòd nunciatio fundetur propriè in iure prohibendi conſiſtente in dominio uel ſeruitute, quoniam ſequeretur quòd illa non poſſet fieri niſi quis in ueritate haberet dominium & ſeruitutem , & uerum ei fieret præiudicium , quod tamen non eſt uetum : cum etiam quòd ucrè ſibi non competat dominium uel ſeruitus : tamen nunciare poteſt , ut dicitur in leg. prima ſupra eodem . ibi , ſiue iure ſiue iniuria . & in leg. prætor . §. interdictum , & ſecundo. infra eodem & leg. j. §. & patui . infra quod ni ant clam.

Item ſi hæc ratio attenderetur quòd finitur ius in perſona ſua , nihil eſſet tranſmisſibile ad hæredes ; quoniam mors omnia ſoluit . §. deinceps . in auct. de nup. & in omni contractu finitur ius in perſona morientis , & tamen tranſeunt , Item hoc idem eueniret in perſona nunciati in quo & ipſum ius finitur , & propterea hæc ratio nec etiam eſt bona . Vnde Iacobus de Arena exponebat ius prohibendi, id eſt, finitur cauſa prohibendi . cauſa autem eſt uoluntas & dominium , quæ ratio reijncidit in præcedentem , quòd finiatur ius in perſonam nunciantis . Item eſt uiolatiua tex. quia exponit ius prohibendi , ideſt , cauſa prohibitionis . Item , & tertiò immiſcet de uoluntate quod ſupra reprobatum fuit . ideò quintam ego asſignani rationem in præmisſis , & figuratione caſus , quę in uerbis differt ab omnibus præcedentibus . Et forſan eam intendebant tradere docto. ſed neſciuerunt extra dentes explicare , intelligendo iſtum tex. quòd loquatur de iure prohibendi temporali , quod conceditur à prætore alicui prætendenti ſibi fieri præiudicium ex opere : ſed non fundatur in dominio nec ſeruitute , ſed fundatur in prætenſione nunciantis , cum poſſit ille qui non habet dominium nequè ſeruitutem uerè , ſed ſolum aſſerat ſe habere , & ſibi fieri præiudicium poſſit nunciando prohibere, ſiue iure ſiue iniuria ædificet , & cum hoc ius prohibendi fundetur in prætenſione & opinione nunciantis, quæ prætenſio facti eſt, in operatione animi conſiſtens, & adhærens perſonę : unde non poteſt tranſire ad hæredes l. cum hæredes . de acquir. poſſeſſio. & l. in bonæ fidei . infra de acquir. rerum dominio . Ideò illud ius prohibendi finitur per mortem , ſicut finitur ipſa prætenſio per mortem in qua fundatur, & quàmuis ipſa prætenſio requirat conſiderationem dominij uel ſeruitutis , tamen ſufficit quòd prætendatur etiam quòd uerè non interueniat , & quando nuncians alienat licèt animus ſuus non extinguatur : tamen extinguitur prætenſio ; quoniam ceſſat cauſa in perſona ſua, per quam poſſit prætendere, cum appareat clarè & notoriè quòd nullum ius habet in re , & quòd prætenſio ſi allegatur eſt calumnioſa . Summa eſt igitur quòd pro ſubſtantia nunciationis non requiritur quòd habeat dominium: nequè ſeruitutem , ſed ſufficit quòd habeat colorem aliquem de dominio uel ſeruitute , ſuper quo colore poteſt fundare prætenſionem, & ſuper dicta prætenſione prætor poſteà concedit ius prohibendi temporale : quando autem moritur , extinguitur color dominij ſuper quo erat fundata prætenſio, & per conſequens extinguitur ius prohibendi . Ideò uera ratio asſignatur in tex. quia extinguitur ius prohibendi temporale , quòd fundatur in prætenſione quæ extinguitur per mortem , & ſi fuerit facta alienatio, adhuc extinguitur ius prohibendi: quia extinguitur etiam prætenſio, cum licèt non deficiat animus , tamen extinguitur color dominij uel ſeruitutis, ſuper quo fundabatur ipſa prętēſio , & ſi perſeueraret in ea, notoriè conſtaret ꝙ calumnioſè prætēderet, & ità ueniret excludēdus per ea quę dicta fuere ſup. in l. j. per Bar. & doct.

27 Qua concluſione firmata † per rationem allegatam ſuccedunt adhuc dubitationes ; quia imò uidetur quòd nunciario non debeat extingui per mortem: quia nuncianti competit actio petendi confirmari actionem, ſecundum Bar. in l. de pupillo. §. qui opus . ſupra eodem, & glo. in l. ij. ſupra eodem , & actiones tranſeunt ad hæredes , l. pro hæreditarijs. C. de hæreditarijs actionib. Reſpondebat Iaſ. quòd ius petendi confirmationem non eſt propriè ius formatum: ſed eſt quoddam ius annexum ipſi nunciationi, ꝙ regulatur ſecundum naturam ipſius nūciationis, & cum ipſa nunciatio conſiſtat in uoluntate , quæ finitur morte ſui natura , eodem modo & illud ius anexum; arg. l. ſi eum §. qui iniuriarum. ff. ſi quis cautionibus : & l. j. §. ſub conditione . ff. ut leg. nomi. caueatur . Rubrus uerò dicebat quòd imò ..s oritur ex ipſa nunciatione, tamen quamuis oriatur, non tranſit ad

ſit ad hæredes ſicut actio & obligatio ex mandato,l.inter cauſas.ff.mandati.& §.Item adhuc. inſti.mand. coniuncta l.mandatum.C.mand.& facit etiam quia pro poſſeſſione, datur ius petẽdi confirmationem,ut per Bar. in l.3. §.miſſus. ff.de Carb.edicto.& tamen ipſa non tranſit ad hæredes l. cum hæredes. ff. de acquir.poſſeſsio. ius enim petendi confirmationem regulatur à re quæ petitur confirmari quatenus eam poſsis de iure habere. ſed tu dicas quòd ſimilitudo de mandato non procedit propter diuerſitates quas ſupra demonſtrauimus.

Item dum Iaſ.dicebat quòd non eſt ius formatum obſtat:quia Bar.ibi uult quòd imò competat actio in factum quæ dicitur eſſe ius formatum, ideo ad contrarium reſpondetur, quòd actio quæ naſcitur ex contractu tranſit ad hæredes, procedit quando actio naſcitur ex ipſo contractu, & tunc per eam contractus tranſit ad hæredes. Sed in caſu noſtro actio non naſcitur ex ipſa nunciatione, ſed naſcitur ex edicto prætoris dicta leg. prætor.§.nonnulli.infra eodem.ideò ipſa non alterat nunciationem,ut faciat eam tranſire ad hæredem: ſed competit quatenus ipſa nunciatio durat: arg. dictæ l.ſi eum. §.qui iniuriarum. & dictæ l. j. §. ſub conditione. ut legato. nomine caueatur propterea ſtat concluſio firma, quòd ipſa nunciatio finitur morte.

27 Secundò obſtat, † quia ius nunciandi poteſt cedi, quod probatur: quia uſufructuarius nunciat tanquàm procurator in rem ſuam, leg. j. §. final. ſupra eodem.ergo ceditur ei. Si ergo ceditur, ergo ius nunciandi eſt tranſmisſibile: quia omne quod eſt ceſſibile eſt tranſmisſibile, arg.l. ſi ſtipulatus fuero illud, & illud. ff.de uerborum obligatio. & l. ex pluribus.ff. de adminiſtra.tuto.cum ſimilibus. Rub.hic inſtat ſuper hoc per unam columnam, an quod poteſt cedi poſſit tranſmitti, & primò negat quòd uſufructuarius ſit procurator in rem ſuam, & per conſequens cedatur ius nunciandi ei, quod uerum eſt: tamen non eſt opus recurrere ad iſtam diſſenſionem quæ latisſima eſt,& communis uidetur concluſio quòd omne quod ſit ceſſibile ſit tranſmisſibile; tamen non militat in propoſito, & quoniam ius nunciandi differt ab ipſa nunciatione,& quàmuis ius nunciandi perpetuum poſſit cedi, & per conſequens tranſmitti, tamen ipſa nunciatio neque ceditur, neque trãſmittitur, ſicut & ius poſſidendi poteſt cedi & tranſmitti: tamen poſſeſsio ipſa non ceditur neque tranſmittitur: ſed deſinit eſſe in cedente,& incipit alia noua in acquirente: arg. l. cũ hæredes.infra de acquir.poſſeſsio. & no. in l. ꝙ meo. eodem titulo ubi dicetur.ideò licèt in uſufructuario interueniat ius nunciandi ceſſum: tamen nunciatio facta ab uſufructuario conſiſtit in eius perſona, & extinguitur cum animo ſuo.

Tertiò obſtat: quia mandatum non extinguitur morte ex cauſa neceſſaria:ſed tranſit ad hæredes,ut declarauit Iaſ. qui poſuit decem caſus in l.eius qui in prouincia. §.placebat.ſup.ſi cer. petat.& refert Rub. infra in 6. no.nu.7.Similiter nec nunciatio ſecuta alienatione neceſſaria extinguitur: ſed tranſit ad hæredes, l.in hoc iudicio ff.famil. erciſcundæ, & l. fundi. ff. de acquir.poſſ. ſed alienatio, quæ fit per mortem eſt ex cauſa neceſſaria:ergo uidetur quòd per mortem non extinguatur nunciatio. Idem tenuit Bar. infra dicens quòd per mortem inducitur alienatio neceſſaria, allegat l. prætor.§. fratre. coniuncto. §. ſi prædium. ſoluit ibi Rub. quòd ſimilitudo de mandato tenet in aliquibus, non autem in omnibus, propter diuerſas rationes.

29 Tu autem dicas † quòd ſimilitudo non eſt bona ut ex uno poſſit inferri ad aliud,cũ ſint ualdè diuerſa, & ex diuerſis non fit illatio. l.fin.ff. de calumniatoribus.& l.Papinianus exuli. ff.de minorib.Nam mandatum eſt contractus & conſenſu contrahentium inducitur, l. ex conſenſu. ff.de actio.& obligationibus.ſed nunciatio conſiſtit in uoluntate unius,& fit in inuitum,& habet naturam iudicij. l. inter ſtipulantem.§.j.infra. de uerbo. obligatio. & appellatur prouocatio ad iudicium, ut per docto.in l.j.ſupra eodem, Item mandatum fit contemplatione perſonarum: quia unus confidit de alio,& inuicem ſibi faciunt gratiam ex beneuolentia, quæ non porrigitur ad hæredes quos ipſi non cognoſcunt, quæ ratio non militat in nunciatione, cum nuncians ſuam ſolam commoditatem conſideret nullo habito reſpectu ad perſonam nũciati. Præterea quidquid ſit de ſimilitudine mandati: tamen non facit in propoſito noſtro, ex eo: quia neceſsitas alienationis, non poteſt alterare naturam nunciationis: quia ius nunciãdi conceſſum à prætore, fuit datum propter prætenſionem nunciantis,quæ prætenſio cauſatur à dominio,uel ſeruitute ſibi competente,& ceſſante ipſo dominio ceſſat prætenſio, & per conſequens fundamentum poteſtatis nunciandi. Sed quando moritur alienans etiam quòd inuitus alienet;tamen uerum eſt quòd in eo ceſſet dominium & ſeruitus, & per conſequens ceſſat prætenſio; ergo neceſſariò ipſa nunciatio extinguitur deficientibus ſuis fundamentis, & non poteſt transferri ad aliam perſonam cum extinguatur, ſicut dicitur de poſſeſsione per no. in dicta l.quod meo: ideò accipit naturam perſonalem ut non poſſit tranſire ad ſucceſſores: argumen. l. quia perſonale. ff. ſoluto matrimonio. taliter quòd nec etiam ex ſua uoluntate poteſt mutare naturam nunciationis, ut ſupra dixi, & infra dicam. ideò habes firmatam concluſionem, quòd nunciatio parte nunciantis non tranſmittitur ad hæredes.

30 Sed pulchra & neceſſaria eſt dubitatio,† an nũciatio facta per prætorẽ extinguatur morte prætoris,uel morte ipſius nũciãtis? iſta quæſtio nõ

haberet difficultatem ſi teneremus opinionem
multorum Modernorum poſitam in l. de pupil
lo §.meminiſſe.ſupra eodem . quòd nulla nun-
ciatio poſſet fieri per prætorem : ſed per eam
cauſetur prohibitio pertinens ad interdictum
quod ui aut clam . Vnde hæc quæſtio eſſet por-
tio ſequentis dubitationis, ſed quia ibidem ter
minus quòd nunciatio etiam poſſit fieri per
prætorem ſaltem ex communi uſu,ideò proba-
bilis eſt dubitatio,an extinguatur per mortem
prætoris,uel principalis nunciantis.rub. hic eã
tangit nu.iiij.& dicit uideri quòd extinguatur
morte prætoris,per tex.in l.puto.ff. de poſtulã.
cum glo. & l.final.ff. de pæn. Vbi ſententia in-
terlocutoria,quæ eſt præceptum iudicis, ut per
glo in l.cum clericis.C.de epiſcop.& clerici.fi-
nitur mortuo iudice , ſeu finito eius officio.fa-
cit etiam: quia prætorum ædicta non durabant
niſi durante magiſtratu; nequè etiam hodiè du
rant ſecundum ueram opinionem, quam firma
ui in rub.C.de edendo.& facit tex.in. §.j. inſti.
de perpetu. & tempo.actio. ipſemet tamen &
Ruy.& cæteri tenent quòd nõ extinguatur per
mortem prætoris;quia illa nunciatio dependet
ab inſtantia partis ſine qua fieri non poſſet , ut
per docto. in l.iiij.§.hoc autem iudicium. ff. de
damn. infecto. & Bar. poſuit in dicto. §. memi
niſſe . Et ad tex.in dicta l.non puto . reſpondet
quòd ibi in ſententia dictum fuit apud ſe : ſe-
cus ſi ſimpliciter prohibuiſſet .

31 Et †ad dictam leg. fi. reſpondebat Puteus,&
Ruy ꝙ illa interlocutoria erat facta ſine cauſæ
cognitione , ſententiæ uerò regulariter factæ
cum cauſæ cognitione , non extinguntur per
mortem iudicis, uel finito eius officio , alioqui
omnes ſententiæ eſſent temporales,& omnia iu
dicia perſonalia , facit tex. l. cum proponeba-
batur ff.de iudicijs . & l. apud Sempronium. in
fra iudi . ſolui. & ſequitur Alexand. in dicta
leg. fundi.

Secundo reſpondet Rub.ex mente Decij , in
cap. ex literis. col.5.de conſtitutio . quòd ille
tex.loquitur in interlocutoria lata contra con-
tumacem,cui ob contumaciam interdictum fuit
ne uteretur arte ſua,quod in perpetuũ fieri non
potuiſſet.Bal.in l.iu multis.circa finẽ.C.de ap-
pellationib.Glo.Bal.& Alex.in l. j. §. hoc iudi-
ciũ.ff.ſi quis ius dic.non obtemp.ſed iſte intelle
ctus eſt uiolatiuus literæ; quia non apparet ibi
de cõtumacia.Item primus etiã eſt uiolatiuus ;
quoniam cum cauſæ cognitione prætores facie
baut ædicta,unde eſt diuinare quòd non inter-
uenerit cauſæ cognitio.Item non intereſt an in
teruenerit uel non, cum prætores faciebant edi
cta & interdicta cum cauſæ cognitione , & ta-
men non excedebant eorum officium,dicto.§.j.
inſti.de perpet.& temporalibus actionib. & ſer
uatur etiam in magiſtratibus noſtri temporis.
Ideò tu aliter potes reſpondere , quòd dicta
duo iura procedunt quando iudex profert illas
interlocutorias ex officio ſuo nobili,ſine inſtan
tia partis . Vnde tota conſiſtebat in perſona iu
dicis: ſed nos loquimur ubicunque fit ad inſtan
tiam partis , & eſt officium ſimile mercenario ,
ut fundetur in ipſa inſtantia partis; quia iudex
ſubrogatur in locum partis,l.ſi prædium. C.de
euictionibus .

Secundò potes reſpondere ad dicta iura , &
diſtinguere ; quia aut præceptum habet tractũ
ſucceſſiuum,& tunc non extenditur ultra tẽpus
iuriſdictionis iudicis ; quia uidetur conſiſtere
in uoluntate ipſius iudicis , dicta l. puto. & di-
cta l. fi.Aut uerò non habet tractum ſucceſſiuũ,
ſed in continenti mutatur ſtatus alicuius per
ſententiam,& perficitur prohibitio de præſen-
ti,quæ diſponitur perpetuò ſit prohibitus,& ſic
de præſenti actu ſit conſummatus , & tunc du-
rat perpetuò,ut in interdictis aqua & igni,& de
portatis,qui ſtatim capite diminuũtur,&perpe
tuò priuantur , & ita procedit totus titulus de
interdictis & relegatis , ſed tamen quia ex hac
ultima diſtinctione (quæ licèt uera ſit) infertur
quòd nunciatio debet extingui morte iudicis,
uel ex fine eius officij , quoniam ipſa nunciatio
conſiſtit in uoluntate ipſius iudicis:ideò teneas
ſolutionem primam , quòd in nunciatione præ
tor totam operationem ſuam fundat in inſtan-
tia partis , & præceptum ſuum eſt acceſſorium
ad inſtantiam partis maximè:quia ipſa pars po
terat nunciare ſine auxilio iudicis,& æqualiter
ualebat . Vnde dicitur eſſe poſitum præceptum
ad corroborationem & augmentum nunciatio
nis,cum illa fundetur in iure prohibendi cõceſ
32 ſo à prætore , ipſi priuato inſtauti . † Ideo ſola
mors ipſius nunciantis conſiderari debet ; arg.
l. qui pretio. §. fi. de donatio.cauſa mortis.& l.
apud Sempronium . ff. iudicatum ſolui.& l. j.§.
ſub conditione,ut legato. no. cauea.& l.ſi eum.
§.qui iniuriarum . ff. ſi quis cautionibus.& præ
ceptum iudicis intelligitur ſecundum naturam
nunciationis, & facit l. ſi quis domum. §. fi. ff.
loca. cum ſimilibus. Quæ concluſio ampliatur
procedere , etiam quòd per ſtatutum ſit reſtri-
ctum tempus ad nunciandum ; quia militat ea-
dem ratio . & tex.noſter poteſt comprehende-
re hunc caſum per extenſionem paſſiuam ; arg.
l.j.§.lex Falcidia. ff. ad leg. Falcidiam . facit.l.
j. §. quod autem.ff.de aleatoribus.& l. in frau-
dem. §. fi.ff. de militari teſtam.cum ſimilibus .
Propterea concluſionem teneas quòd finitur
morte principalis , & non iudicis .

Non obſtat quòd uideatur eſſe quædam ne-
ceſſitas nunciandi quæ facit in mandato uo-
luntatem non extingui morte , dicta leg. fun-
di . ff. de acquirenda poſſeſſione.& per mul-
ta exempla confirmat hic Rubeus , latè inſi-
ſtendo ſuper intellectu illius tex. & demon-
ſtrando quòd ille tex.non uidetur probare con
cluſionem Docto. quia ultra eum dici debet ꝙ
per tale ſtatutum nulla inducatur neceſſitas
nunciandi , cum remaneat in libera poteſtate
nunciantis : ſed ſolum reſtringitur tempus ad
nuncian-

nunciandum, quæ reſtrictio non tangit, nec mutat naturam ipſius nũciationis: nec eius fundamentum perſonale, ſicut ſi ſtatutum diceret quòd emptor apprehendat poſſeſſionem infra unum menſem: aliàs amplius non posſit. Nam per tale ſtatutum non mutaretur natura poſſeſſionis. Facit tex. in §. cum igitur. & §. liberis. n ſti. de bonorum poſſeſſio.

33 Sed probabilior eſt dubitatio,† quid de prohibitione quæ cauſat interdictum quod ui aut clam, an extinguatur morte prohibentis? & uidetur ꝙ ſic: quia idem eſt fundamentum, & eadem natura, & nunciatio eſt prohibitio, ut no. in l. j. ſupra eodem.

34 Sed in contrarium † eſt fortis tex. in l. deniquè. ſ. quæſitum. intra. quod ui aut clam, ubi prohibitio defuncti, facit quòd opus factum iacente hæreditate, ſit factum ui, & ſucceſſiuè ædificium à prætore factum, & tamen ſi prohibitio morte fuiſſet extincta iacente hæreditate prohibentis non uideretur opus factum ui, ſicut nec furtum factum iacente hæreditate, dicitur eſſe furtum: quia per mortem extincta eſt poſſeſſio. l. j. §. Scæuola. ff. ſi quis teſtamento liber eſſe iuſſus fuerit. & l. j. & per totum. ff. de crimi. expila. hæredita. iſte tex. prima facie uidetur turbare totam hanc materiam: quia nõ uidetur poſſe fieri differentiam inter nunciationem, & prohibitionem. Nec enim poteſt dici quòd loquatur de hærede prohibiti: quia text. dicit de hærede cui competit illud interdictum in uerſi. poſteà, ibi, Titius hæreditatem adiit. an ei competat interdictum, & hoc interdictũ hæredi competere, & in fi. ibi. hæredi quoquè & cæteris ſucceſſoribus competere hoc interdictum.

Tamen potes tribus modis reſpondere. Primò quòd ibi opus erat incæptum uiuente prohibente, unde ipſi cæpit competere in uita interdictum, & durat etiam poſt mortem: & ſic ſumus ibi in ſecundo tempore, ſicut eſt in l. prętor. §. interdictum. infra eodem. Secundò reſpondetur quòd ille tex. dum præſupponit prohibitionem factam iacente hæreditate, neceſſarium eſt dicere quòd fuerunt ſerui hæreditarij, uel curatores dati iacenti hæreditati, uel procuratores, qui fecerunt prohibitionem, quę prohibitio durat per eorum uitam, & cum hæres poſteà adiuerit hæreditatem, trahitur retrò ad tempus mortis, & prohibitio uidetur facta ab ipſo hærede, & per conſequens tranſit in ipſum hæredem, & hæc uidetur eſſe intentio Iuriſconſulti in duabus legibus præcedentibus, in quibus loquitur de aliis perſonis, & oportet præſupponere interueniſſe prohibitionem alicuius, cuius intereſt. Et ſolùm eſt dubitatio an illud interdictum extendatur ut poſſit competere illis, qui tunc temporis non erant domini. Vel tertiò potes reſpondere, quòd ille tex. non dicit competere interdictum ex capite uiolentiæ: quia nulla preſupponitur probibitio, ſed intelligitur de interdicto ex capite clandeſtinitatis. nam hæres prohibiti ædificando, licèt eſſet prohibitio, clam uidetur ædificare iacente hæreditate, quaſi ſuſpicetur ſe poſſe repelli ab hærede uenturo, & unaquæquè ſolntio bona eſt, & teneas quam uis.

35 Ex† quibus tu habes ampliationem ad iſtum tex. ut procedat etiam in prohibitione cauſante interdictum quod ui aut clam, ut illa extendatur per mortem prohibentis, ſicut, per mortem nunciantis, & res prohibita remaneat libera ab interdicto demolitorio, & ab interdicto quod ui aut clã, & capite uiolentiæ, & procedit generaliter per quemcunquè modum fiat nunciatio uel prohibitio, ſiue uerbaliter tantum, ſiue per manum, ſiue per lapillum, ſiue per prætorem: quia in omnibus dictis caſibus militat ſemper eadem ratio, quòd nunciatio eſt fundata in prætenſione nunciantis, uel prohibentis, propter quam à prætore fuit conceſſum ius prohibendi, & cum extinguatur prætenſio tranſlato dominio in alium, extinguitur generaliter ius prohibendi, & per conſequens nunciatio & prohibitio, quod nota.

36 Sed ſuccedit tertia dubitatio, † quid de nunciatione facta à tutore, an finiatur morte tutoris uel pupilli? & ex dictis Bar. in l. ſi per epiſtolam. ff. de acquir. hæreditate. ſumitur hæc diſtinctio. Aut tutor ſolus nunciauit: quia pupillus eſt infans: arg. l. infanti. C. de iure deliberandi, uel eſt abſens, & tunc tota nunciatio fundatur in prætenſione ipſius tutoris, licèt ex dominio pupilli, & tunc extinguitur per mortem ipſius tutoris: ſicut iuſſus in dicta l. ſi per epiſtolam. Et idem eſſet ſi pupillus eſſet præſens, & tutor ſuo nomine nunciaſſet: quia uoluntas pupilli non attenditur, niſi ei authoretur tutor: arg. l. de pupillo. ſupra eodem. ſi uerò pupillus nunciat cum auctoritate tutoris. & Bar. ibi. dicit dubitabile eſſe, an iuſſus finiatur, & ità etiam an nunciatio finiatur ꝑ mortem tutoris, tamen inclinat quòd non finiatur morte tutoris: ſed finiatur morte pupilli. quòd clarius tenuit ibi Imol. pro quo facit quod uoluit Bar. in l. & quia. ff. de iuriſdictione omnium iudicium. qui dicit quòd præſtans auctoritatem non dicitur ipſe facere actum, ſed perficere actum alterius: & ideò Bal. in l. fi. C. de pactis. & idem Bal. in l. ſi ut proponis. C. de ſeruo pig. dato manu. & ideò prohibitus per ſe agere, poteſt agenti conſentire, ſecundum Ioannem Andreæ in additio. ſpecul. in titulo de accuſatore in princ.

Sed in contrarium Rub. adducit dictam legẽ de pupillo, quæ ſecundum eum uidetur dicere, quòd nunciatio ſuſtineatur in tutore, dum dicit non aliter facta, quæ uerba denotant formam, ut per Bar. in l. de his. circa medium. C. de tranſactio. per quod ipſe adhuc cogitat quòd nihil eſt: quia auctoritas tutoris non eſt ſubſtantia nunciationis, ſed fundatur in per-

ſona pupilli confirmata ab auctoritate, ità ꝙ nunciatio ipſa reſpectu materiæ eſt in animo pupilli, ſicut ſtipulatio. inſti. de aucto. tutor. in principio & ſolùm ipſa auctoritas tutoris ui detur dare quandam firmitatem legalem perfi ciendo animum pupilli, unde ſine ea ipſa nunciatio non ualeret.

Secundò adducit doctrinam Bar. in l. neque C. de procurato. in fi. qui uidetur uelle quòd tutor poſſit reuocare mandatum factum à pupillo cum eius auctoritate, & ſi dicatur ut per Alex. ibi. quòd Bar. hic non firmat. Reſpondetur quòd imò firmat, & clarius in l. actor. 3. col. uerſi. ſed iuxta prædicta. ff. rem ratam haberi. Sed tamen Bar. ibi loquitur quando ipſe tutor ſolus potuit conſtituere. hoc uerò caſu non poteſt ſolus tutor nunciare. Vnde magis obſtare uidetur primę concluſioni, quando tutor ſolus tutorio nomine nunciauit: quia & etiam poterit reuocare: ergo ſubſtantiabitur in perſona tutoris: ſed tunc ſumus concordes, & conſentimus, quòd morte tutoris extinguatur, & quando interuenit tutoris auctoritas quòd non extinguatur morte eius, probat tex. in l. ſi quis mancipiis. §. ſi impubes. ff. de inſtito. & illa ratio ibi poſita propter utilitatem promiſcui huius, eſt impulſiua non finalis, quaſi dicat maximè propter utilitatem promiſcui uſus, & licèt uideatur finalis in inſtitore patris, tamen non ponitur poſteà in inſtitore dato ab ipſo pupillo, cum ipſe pupillus uiuat, facit l. uerum. eodem titulo. imò præſupponit ꝙ poſt mortem tutoris pupillus ſolus poſſit reuocare, & donec non reuocet conſtitutio, ualeat. Præterea illa iura loquuntur de contractibus, quæ fiunt in uolentes, nos loquimur de nunciatione, quæ fit in inuitum, & non tenet argumentatio ut ſupra, & quia cum ſit fundata hoc caſu in iure prohibendi pupilli, durabit etiam nunciatio uiuente perſona pupilli, cum naturaliter ab ipſo fuerit facta, & in eius prætenſione licèt ſomentata auctoritate tutoris.

37 Conſequens eſt dubitatio † an per mortem procuratoris extinguatur nunciatio, uel potius conſideretur perſona domini? & uidetur ꝙ per mortem procuratoris extinguatur: arg. dictæ l. j. §. fi. ſupra eodem. & l. ij. ubi uſufructuarius eſt procurator, & tamen per mortem procuratoris extinguitur nunciatio. Facit etiam: quia procuratori agenti nomine domini acquiritur actio in perſona ſua, quam dominus habere non poteſt, niſi cedatur l. poſſeſſio quoque §. fi. infra. de acquir. poſſeſſio. ergo eodem modo nunciatio facta à procuratore non debet pertinere ad dominum, niſi cedatur, & ſic inſpicitur perſona procuratoris. In contrarium tamen facit tex. in l. cum procurator. infra eo. iuncta glo. quæ uult quòd ſi procurator petat remiſſionem illa acquiritur domino: ergo & nunciatio uidetur facta à domino. Pro concordia poteſt diſtingui. Aut aliquis eſt procurator in rem ſuam, & tunc extinguitur ꝑ mortem procuratoris, & non domini, dicta l. j. in fi. ſupra eodem: quia ipſe procurator habet ius prohibendi ceſſum. Similiter ſi eſt procurator ſimplex: ſed generalis, & tunc conſideratur perſona ipſius procuratoris: quia tota nunciatio uidetur eſſe fundata in prætenſione procuratoris, cum dominus ipſe ignoret negotium, & per eius mortem debet extingui, ſi uerò eſt procurator ſpecialis deputatus ab ipſo domino ad hunc effectum, & tunc conſideratur perſona domini, ex eo: quia ipſe iam prius habebat prætenſionem, & commiſit ut nunciaret. Vnde ꝓcurator uidetur nunciare nomine domini conferendo nunciationem in perſonam ſuam, ſolâ perſonam ad ipſum actum ſuum apponendo, ſicut dicitur de poſſeſſione, quæ per perſonam procuratoris acquiritur domino, & non fundatur in animo procuratoris: ſed in animo domini lege quod meo. & ibi no. infra. de acquirend. poſſeſſio. & no. in l. j. C. per quas perſonas nob. acquir.

38 Alia ſuccedit dubitatio † an ꝑ mortē prælati extinguatur nūciatio? & tex. in Cle. fi. de procurato. uidetur determinare quòd ſic: quia procurator conſtitutus per prælatum deſinit eſſe procurator eo mortuo: quia morte prælati extinguitur mandatum, & fortius quando fuit conſtitutus nomine proprio: tamen ille tex. uidetur ponere caſum ſpecialē, cum nulla ſucceſſio cadat in prælato reſpectu beneficii, ut nunciatio poſſit trahi ad ſucceſſorem, pro quo facit etiam: quia prælatus habet adminiſtrationem, & eſt tanquàm uſufructuarius, capitulo ſi quis epiſcopus. 10. quæſtione tertia & no. in cap. præſenti, de off. ordin. in 6. & cap. ſecundo. de pecul. cleri. ergo debet extingui morte ipſius: quia mandatum uſufructuarii uel uſua rii extinguitur morte ſua. cap. ſi quis ſanè. de pecul. cleri. & Bal. in l. ſi defunctus. ff. de procura. Bar. & Areti. plenè. in dicta l. ſi per epiſtolam de acquir. poſſeſſio. Sed quidquid ſit de mandato ſuper quo laborat hic Rubeus, puto quòd nunciatio omninò finiatur morte prælati per dictam clementinam finalem de procurato. ubi in iudicialibus finitur: ergo eius deciſio ſeruabitur in nunciatione, quæ eſt actus iudicialis, cum reddatur in inuitum, & conſiſtat in ſola animi operatione, & prætenſione ipſius prælati, & non debet hoc factum tranſire ad eccleſiam, ſicut nec tranſit ad dominum. §. ſed cū factum. inſti. de ſtip. ſeruo. & tanto fortius: quia eccleſia non habet animum neque prætenſionē in qua fundetur nunciatio, & ius prohibendi in perſona prælati conſiſtere uidetur, licèt propter dominium ipſius eccleſię & ideò debet per mortem prælati extingui, ſicut, & prætenſio extinguitur, & prædicta poſſunt inferri ad cæteros adminiſtratores, ut ſunt adminiſtratores ciuitatum, & ſyndici. [illegible] m ſyndicus ipſe eſt procurator generalis, & non interuenit ſcien-

tia ipſius ciuitatis. unde oportet quòd fundetur
prætenſio in perſona ipſius, licèt propter ius
ciuitatis ſicut fundatur in perſona tutoris, di-
cta l. ſi per epiſtolam. & idem, & fortius eſt in
adminiſtratoribus, qui ultra procurationem
habent adminiſtrationem, & aſſimilantur ip-
ſis tutoribus, & ipſi debent iurare de calum-
nia in animam ipſorum, ut habetur in l. ij. §.
ſin autem. C. de iuram. calumn. Vnde præten-
ſio uidetur tota fundari in perſona ipſorum ad
miniſtratorum, licèt propter dominium ciui-
tatis. Et propterea ex morte ipſorum admini
ſtratorum debet finiri nunciatio, ſicut & per
mortem prælati. Vnde reſolue has ſimiles quæ-
ſtiones omnes, per ſimilitudinem tutoris, &
39 plati. Et hæc de perſonis.
Secundò principaliter notandum eſt † quòd
per alienationem nunciantis extinguitur nun-
ciatio: quia finitur ius prohibēdi, cui rationi
uidetur obſtare: quia ius prohibendi fundatur
in dominio, uel ſeruitute, l. j. §. j inf. de remiſ.
& nullum iſtorum finitur alienatione, ſicut nec
per mortem. l. cum hæredes. de acqui. hæredi
tate. & lege ſecunda. §. ex hia. de uerborum
obligationibus. & lege quid aliud. ff. de uer-
borum ſignificatio. & fortius uidetur pro-
cedere in alienatione, cum uoluntas per alie-
nationem alienantis non extinguatur, & ani-
mus in quo fundabatur nunciatio non extingui
tur. Vnde durante iure prohibendi uidetur quò
etiam duret nunciatio. Nec uidetur quòd tex.
no. non loquitur de iure probibendi perpetuò
quod tranſit in ipſum cui fit alienatio: ſed lo-
quitur de iure prohibendi temporali quod non
fundatur in dominio: ſed fundatur in prætenſio
ne, quæ prætenſio adhuc uidetur durarè cum
uoluntas, & ipſa operatio animi non finiatur
40 per alienationem.
Vnde pro ſolutione oportet dicere † quòd
licèt animus per alienationem non extingua-
tur, tamen extinguitur in nunciante cauſa præ
tenſionis, ex eo: quia prætenſio ſua non pote-
rat allegari, niſi: quia habebat dominium, uel
ſeruitutem, ſaltem coloratam, cum nec etiam
eſſet neceſſarium quòd uerè dominium, uel ſer
uitutem haberet, cum aliàs ſemper nunciatio
eſſet iuſta: tamen quia ius quale ſit quod aſſero
bat ſe habere in perſona ſua, translatum fuit in
acquirentem per alienationem, ceſſauit in to-
tum cauſa prætenſionis, cum amplius non poſ-
ſit dicere ſe habere dominium uel ſeruitutem,
cui per ædificium fiat præiudicium. Vnde no-
toriè incipit conſtare quòd calumnioſa eſt præ
tenſio ſua, ſi forſan poſt alienationem perſeue-
raret in allegatione quòd ſit præiudicium iuri
ſuo, propterea attendi non debet, & poterit
ſperni nunciatio, ut dicit Iaſ. hic in iiii. nota-
bi. colligens ex hoc confirmationem alterius
conclusionis Bar. poſitæ in l. j. ſupra eo. quòd
nunciatio quæ notoriè eſt calumnioſa ſperni
poſſit. Nam ſi quando nunciatio ualuit, & po-
ſteà per alienationem dominii incæpit eſſe ca-
lumnioſa, cum notoriè conſtet quòd amplius
non habet prætenſionem legitimam extingui-
tur, tanto fortius ſi apparebit ab initio ꝙ fuit ca
lumnioſa ſperni debebit, per l. patre furio-
ſo. ff. de his, quis ſunt ſui uel aliè iur. Hinc ſe-
quitur ꝙ concluſiò iſtius tex. procedit, quan-
do conſtat de plenitudine alienationis, & ple-
na tranſmiſſione dominij, & iuris: cum amplius
non poſſit prætendere ſibi fieri præiudicium
ex cauſa dicti dominij uel ſeruitutis: ſed ſi alie
naſſet uſumfructum tantum, uel donaſſet poſt
mortem ſuam ſeu aliquod ius reſeruaſſet in re
alienata, tunc per alienationem non eſſet extin
cta nunciatio, & oporteret in iudicio examina
ri, an de præſenti dominium, ſeu aliud ius à
ſua perſona diſceſſerit, & hoc eſt quod uoluit
dicere Iuriſconſultus, allegando quòd finitur
ius prohibendi. Nam maior erat dubitatio de
alienatione quàm de morte, & ipſe dixit eod.
modo, & per alienationem extingui ius pro-
hibendi: quia deſinit eſſe cauſa in perſona ſua,
in qua fundetur prætenſio, & ius prohibendi.
41 Et ex præſenti, & præcedenti notabili † ꝙ
nunciatio per mortem extinguitur, colligunt
docto. unam regulam, quòd ubicunquè actus
deuenit ad caſum à quo incipere non poterat,
extinguitur. concordat l. pluribus. §. & ſi pla-
ceat. ff. de uerbo. obligationibus. quæ regula
procedit: quando actus non eſt conſummatus
plenè: ſed ſi actus fuiſſet plenè perfectus non ui
tiaretur, ut patet in filio nato, qui non mori-
tur, licèt moriatur pater, & habetur in lege ſi.
ff. unde liberi. & no. in dicta lege, & ſi placeat.
Nec obſtat l. j. §. exigitur. ff. de bon. poſſeſ-
ſio. ſecundum tab. quia ille tex. loquitur de
actu non perfecto, & cum teſtamentum non di-
catur perfectum niſi poſt mortem. l. iij. in fin.
ff. de adim. leg. in quo Rube. ipſe multum ſe
torquet recurrens ad non neceſſarium. Et ſi
dicatur quòd imò in nūciatione actus eſt perfe
ctus: quia ipſa ſtatim produxit ligamen in per
ſonam nuncianti ne amplius poſſet ædificare
propter prohibitionem: Reſpondetur quòd
ille eſt effectus coniunctus ualdè, & immedia-
tè proueniens, conſiſtens in eadem operatio-
ne animi. cum prohibitio ſit actus ſucceſſiuus
animi, ſicut & ipſa nunciatio, ut habetur in l.
prohibere. in fi. cum l. ſeq. infra quod ui aut
clam. ubi dicit quòd ſufficit ſemel prohibuiſ-
ſe, licèt poſteà taceat uſquè ad ſententiam: do
minus tamen dicitur continuo prohibere, &
ædificium efficitur uiolentum. & idem eſt in
nunciatione quæ ſemel fit, tamen prohibitio
durat uſquè ad remiſſionem. ideò quia con-
ſiſtit in operatione animi continua, & ſucceſ-
ſiua, propterea cum habeat eandem naturam cū
ipſa nunciatione, iudicatur tanquàm ſubſtan-
tia nunciationis ut finiatur ſimul cum ea, &
alius conſideretur effectus in nunciatione, ut ſi
ædificium fiat ſpreta, uel naſcatur interdictum

tem uel alienationem, extinguitur ipſa nunciatio. Vnde per iſtum tex. inſert Angelus ad quęſtionem quando artifex uel architector promiſit mihi p ſtipulationẽ facere ædificium in fundo, uel area mea, ſi poſtea alieno fundum uel aream non tenebitur amplius ex ſtipulatione, & dicit eſſe caſum ſingularem, & ſequitur Roma. in l.ſtipulationes non diuiduntur. ubi Mod. omnes ponnnt. infra de uerborum obligationibus. confirmat ratione, ſi facto meo deſinit meum intereſſe, deſinit etiam actio perſonalis. l. & ideò in uerbo non tuo, à contrario ſenſu. ff. de conditio furtiua not. Bar. in l. qni autem. §. illud. ff. ſi quis cautionibus. facit glo. in dicta lege ſtipulationes. quæ dicit quòd ſi ſtipulatus ſum à te mihi ædificari domum, ſecuta alienatione pro parte perimitur ſtipulatio. l. ſi ſub una. §. j. infra de uerbo. obligationib. niſi interſit ipſius uenditoris: quia promiſit quòd dictum ædificium ibi conſtitueretur, l. ſi in uenditione. ff. communia prædiorum, & l. ſi fundum. ff. de actio. empti, quam quæſtionem etiam poſuit Alberi. qui ab traquè parte examinauit dicens pro parte quòd amplius non teneatur promiſſor facit l. ſi hominem. ff. de ædili actio. & dicta l. ſi ſub una. & quia ſtipulatio deuenit ad caſum à quo incipere non poterat: arg. l. pluribus. §. & ſi placeat. ff. de uerbo. obligatio. poſteà in contrarium allegauit: quia quando ſemel interfuit, ſemper poteſt agi l. iuſtiſſimè. in fi. ff. de ædilitio edicto. & l. edicta §. ſi ſeruus. ff. de euictionibus. & l. quæcunquè. ff. de actio. & obligationib. & qnia ceſſante intereſſe, ſi ſemel interfuit adhuc durat actio, l. ubi. §. primo. ff. de edendo. & dicta leg. qui autem §. illud. ff. ſi quis cautionibus. unde pro reſolutione diſtinguit quòd ſi pœna fuit appoſita, & tunc agi poteſt non obſtante alienatione ad pœnam: quia non inſpicitur intereſſe, ſi uerò ante alienationem non cœpit intereſſe, tunc non poteſt amplius incipere, l. j. §. præterea. ff. de aqua quotidiana, & æſtiua. & hic ſequitur Iaſ.

46 Sed † tu primò dicas quòd tex. noſter non facit ad propoſitum in dicta quæſtione, ex eo: quia hic per alienationem extinguitur prætenſio, & ius prohibendi, & finitur in totum nunciatio cum omnibus eius effectibus, & in dicta quæſtione licèt ſecuta fuerit alienatio: tamen ſtipulatio adhuc durat & obligatio efficax ex ea nata, & actio: ſed tamen non habet effectum executionis, ex eo: quia ille promiſſor poteſt tantummodo conueniri ad intereſſe, quod intereſſe per alienationem non poteſt eſſe in rerum natura. Vnde non eſt quòd ſoluendum ſit.

Item hic ſumus in actu dependente à uoluntate, & operatione unius tantum, ibi in actu dependente à conſenſu duorum, magis tamen poſſet conuenire quæſtio de ſeruitute quæ facta alienatione non poſſet amplius præſtari, & ceſſaret cauſa ipſius obligationis, dicta leg. ſi ſub una. §. primo. infra de uerborum obligationibus. tamen quantum ad ipſam ſtipulationem utrum poſſit agi ad intereſſe uel ad pœnam faciunt hæc argumenta. Nam primò quòd liberetur architector: quia quando ex facto meo deſinit intereſſe, ceſſat actio perſonalis, dicta l. & ideò. in uerbo non facto tuo. de conditione furtiua, & l. qui autem. §. j. ff. ſi quis cautionibus.

Secundò facit l. ſi hominem. ff. de ædilitio edicto ubi ſi emptor manumiſit ſeruum emptũ non poteſt amplius agere redhibitoria, nec quãti minoris, nec de euictione: quia facto ſuo deſinit eſſe dominus.

Tertiò facit dicta l. ſi ſub una. ff. uerbo. obligationibus.

Quartò facit: quia ſtipulatio deuenit ad caſum a quo incipere non poterat: ergo uitiatur, lege pluribus. § & ſi placeat eodem titulo: ſed ſi ab initio ſtipulor fieri domum in ſolo quod non habeo, non ualet ſtipulatio. lege qui inſulam. eodem titulo. & lege ſi ſer. ff. de euictionib. ergo poſteà per alienationem debet ceſſare.

In contrarium tamen allegatur: quia imò in ſtipulatione nata fuit obligatio, & actio, & aptitudo ad intereſſe, & ſufficit ſemel extitiſſe intereſſe, etiam quòd nunc amplius non ſit l. ubi exigitur. §. j. ff. de edendo. ubi tenetur argentarius ad intereſſe quod deſiit eſſe, & l. qui autem illud. ff. ſi quis cautio.

Secundò facit l. iuſtiſſimè. j. ff. de ędil. edicto. & l. euicta. §. ei ſeruus. ff. de euict. ubi ſufficit intereſſe fuiſſe quàmuis ſeruus mortuus fuerit, & tenendo hanc partem poteſt reſponderi adductis pro alia parte quòd loquuntur de actionibus honorariis, quæ faciliter tolluntur, & ad rationem quòd deuenit ad caſum à quo incipere non poteſt. reſponderi poteſt quòd non procedit quando effectus eſt conſummatus ut nota. in dicto. §. & ſi placeat. hic uerò effectus eſt conſummatus, quòd intereſſe cœpit competere, uel melius quod actio, & obligatio ex ſtipulatione nata fuerat; ſed & etiam prædicta adducta pro alia parte, quia quando deſiit intereſſe ad huc actio datur quando interuenit dolus debitoris ut ibi notat. hic uerò non fuit dolus artificis qui nihil fecit circa ipſam alienationem ut hic per Crotum. Rubeus quoque contra diſtinctionem datam per Alberi. adducit doctrinam Barto. in dicta lege qui autem. §. illud. ff. ſi quis cautionibus. qui non facit differentiam inter pœnam legalem, & conuentionalem, & dicit quòd illa diſtinctio poteſt procedere quando intereſſe deſiit ex facto alieno. ſed quando intereſſe deſiit ex facto ſtipulantis uidetur quòd nunquàm teneatur debitor ut probatur in l. ſi quis uxorem. §. fi. ff. de fur. facit etiam tex. in l. ſine magiſtratus. §. tandiu. ff. de fur. ubi facto teſtatoris deſiit intereſſe quẽ

repręſentat. ſimiliter dicit ipſe illa pœna conuentionalis ſuccedit loco intereſſe quod declaratur per illam quantitatem expreſſam, l. ſi ita ſtipulatus. ff. de operis libertorum. & no. in. §. fi. inſti. de uerborum obligationibus.

Tertiò obſtat illa ratio: quia in fundo alieno non poſſum ſtipulari fieri domum: quia mea non intereſt, dicta l. ſub una §. fi.

Finaliter Rubeus hic conſtituit aliquos caſus. Primus eſt: quando intereſſe cæpit: quia fuit in mora antè alienationem, & illud non deſiit, & tunc adhuc poteſt peti ut per eum. Sed tu melius dicas. Aut ceſſit actionē emptori, ſiue tenetur ex aliqua cauſa facere domum in fundo alieno, & tunc omnes concludunt quòd durat actio ad intereſſe. Secundus caſus eſt: quando non ceſſit neque aliquod eſt utile ſtipulatoris ut fiat domus, & ante moram alienauit, omnes conueniunt quòd non tenetur: quia nullum eſt intereſſe.

Tertius caſus eſt: quando per dolum promiſſoris res deſiit eſſe ſtipulatoris, & tunc ſi intereſſe cæpit licèt deſinat, tenetur, dicta l. ubi autem. §. is. ff. de edendo, & l. euicta. §. ſi ſeruus. ff. de euictio.

Quartus caſus eſt: quando intereſſe cępit ſed ſine dolo promiſſoris fuit alienata, & hic eſt caſus dubius, tamen æquior eſt opinio, quòd liberetur: quia hoc intereſſe non fuit effectualiter deductum ad eſſe, ſed ſolum in quadam ſpe, cum deſinat competere tunc in effectu, poteſt dici quòd ſtipulator nullum eſt paſſus intereſſe, ergo non eſt quod ſoluatur: quia cum promiſſor non poſſit conueniri niſi ad intereſſe, eſt neceſſarium probare intereſſe formatum. Sed in ipſo ſtipulatore non eſt intereſſe formatum, ergo ſequitur quòd non eſt quod ſoluatur: nequè eſt ad quod poſſit conueniri. Vnde ſolum in effectu promiſſor poterit conueniri quando aliquòd intereſſe formatum incæpit eſſe: quia propter moram non potuit in tempore quo poſſedit rem, cuſtodire fructus ſuos quos amiſit, & iſtud intereſſe ſemper durauit quàmuis alienauerit. unde illud petere poterit, & etiā integram pœnam: quia ſufficit quòd aliquod intereſſe natum fuerit, ad hoc ut teneatur ad pœnam, ut nota. in lege quarta. §. Cato. & in lege ſtipulatio iſta. §. alteri. infra de uerborum obligationibus.

47 Quintò notandum eſt in uerſi. ex eo. ſecundum intellectum quem poſuit glo. quòd lex uoluit ut tranſiret nunciatio ad hæredem ex parte nunciati: quia ita contrahentes ſoliti ſunt ſeruare. Vnde colligitur regula quòd lex permittit illud quòd à contrahentibus ſolitum eſt ſeruari. l. fi. C. de fideiuſſori. facit tex. in l. quod ſi nolit. §. qui aſſidua. ff. de ędilitio edicto. & l. uel uniuerſorum. ff. de pig. actio. & l. Titianus. ff. quod cum eo. Fely. & Decius in cap. cū M. Ferrarienſis. de conſtitutio. cum multis ibi cumulatis per eos, & omnes Mod. quæ regula procedit in contractibus, d. l. quod ſi nolit §. qui aſſidua. ff. de ędili. edicto. & lege fin. C. de fideiuſſor.

Nec obſtat quòd in dicta l. fi. fuit neceſſaria legis diſpoſitio: quia per legis diſpoſitionem inducitur maior certitudo, & non eſt opus probare conſuetudinem, & etiam poteſt extendi
48 ad caſus ſimiles. Sed tamen † Rubeus hic ſecundum ſuum morem æquiuocauit: nam aliud eſt dicere utrum conſuetudo contrahentium in contractibus ſit ſeruanda, an uerò de conſuetudine lex fuerit facta. Nam in l. fi. apponebant contrahentes pactum, & uirtute pacti agebatur contra fideiuſſorem: lex autem diſpoſuit quòd ſine appoſitione pactorum fideiuſſorem poſſint conuenire, unde ſequitur quòd hodie non eſt neceſſarium probare conſuetudinem ex eo: quia lex uoluit generaliter illam deciſionem ſeruari ſiue fuerit, uel non fuerit conſuetudo, & illa conſuetudo præſtitit occaſionem ut generalis fieret lex. lege prima. §. ſexum. ff. de poſtulando, ante autem illam legem cum agi poſſet ex uirtute pactorum erat neceſſarium ꝙ uel in ſcriptura pactum reperiret, uel quòd ex conſuetudine generali probaretur præſumptiuè pactum fuiſſe appoſitum. & hoc modo procedunt alia allegata pro concordantibus de quibus non fuit facta lex.

49 Nam uera eſt regula † quòd contrahentes pręſumuntur apponere clauſulas ſolitas apponi in contractibus, dicta l. quod ſi nolit. §. qui aſſidua, & ſi eſt aliquod uerbum dubium in contractibus, interpretatur ſecundum conſuetudinem contrahentum, dicta l. uel uniuerſorum. & l. Titianus. uel ſi non apparet de particulari declarantur p conſuetudinem generalē. facit l. ſi ſer. plurium. §. fi. cum ſuis concordantib. ff. de le. j. ſed tunc non agitur ex lege aliqua. ſed agitur ex illo pacto, ſeu conuentione præſumptiuè probata, & ſic apparet uerè differentiam eſſe: utrum lex decidat aliquid ſeruari quod ſolitum fuerat ſeruari, uel quòd præſumatur appoſitum illud quod ſolitum fuit ſeruari in conuentionibus partium, uel ex conſuetudine gene-
50 rali. Et † ideò in tex. noſtro oportet dicere ſecundum hunc modum intelligendi quòd lex ita ſtatuit ut tranſiret ad hæredes, ex eo: quia uidebat inter contrahentes hoc ſeruari, & hoc modo concordabit dicta l. fi. Tamen ex alio iſte intellectus non eſt uerus, ut declarabo ſuper glo. cum dictis doct. & cum hac diſtinctione debent intelligi alia quæ hic cumulat Rubeus, qui dicit quòd prædicta regula procedit etiam in reſcriptis cap. cum ſit. ubi per omnes de reſcriptis. & l. ij. §. merito. ff. ne quid in loco publico.

Tertiò procedit etiam in delictis. l. iij. C. de epiſcop. audi. Barba. in cap. ex literis. de reſcrip. ubi dicitur quòd petens indulgentiam pro delictis non poteſt ob[illegible]nere niſi faciat mentionem quòd conſueuit facere ſimilia, Iaſ. in l.

nec da-

hec dannoſa . C. de pretibus Imper. offerend.
Quartò procedit etiam in ultimis uoluntati
bus l.ſi ſeruus plurium . §. fi. de leg.j.& in ſum-
ma procedit in omnibus materiis , ut no.per Ia
ſon. & Mod. in l. cert. conditio.§. quoniam.ff,
ſi cer.pe.& Fely. in cap.j. de probatio. & etiam
in materia odioſa . Alex. conſi. 107. pro inue-
ſtigatione . col. penul. lib. ij. Abb. conſi. 88. in
fi.& conſi. 72. uol. j.

51 Ex quo infertur ad quæſtionem uulgatam †
quod notarius cenſetur rogatus apponere clau
ſulas conſuetas in inſtrumento, dicta l. quod ſi
nolit . §. qui aſſidua . & l. fi. C. de fideiuſſo.quę
tamen lex non facit ut dixi . & Bal. in l.prima
ad finem . ff. ſolu. matrimon. & Bar. in lege ſi
prius . §. primo. ff. de aqua pluuia . arce. &
lege de die. ff. qui ſatiſda. cogant. cum ſimi-
libus adductis per Alex. in l. ſi finita infra. de
damno inſecto, & in conſil. 142. lib. ſecundo.
cum multis ſimilibus adductis hic per Rube. in
52 quo ualdè laborat . † Sed tu utilius conſidera,
& dicas quòd contrahentes in contractibus
præſumuntur apponere ea, quæ ſoliti ſunt face
re, dicta lege uel uniuerſorum & lege Titianus.
Idem teſtator præſumitur feciſſe, dicta lege ſi
ſeruus plurium. Idem, & princeps, & ſuppli-
cans in reſcriptis . Item contrahentes præſu-
muntur facere ea quæ ſolita ſunt fieri in regio-
ne, dicta l. ſi ſeruus plurium . & dicta l. qui aſ-
ſidua . Sed an contrahentes præſumantur roga
re notarium apponere in inſtrumentis clauſu-
las conſuetas, oportet diſtinguere an ipſe par-
tes ſcirent clauſulas ſolitas apponi, & eas in-
telligant, an uerò ignorent. Nam ſi ignorant
non eſt conſenſus, lege ſi per errorem . ff. de iu-
riſdictio. omnium iudicium. Item non uidetur
rogatus ut ponat ea quæ non habent certitu-
dinem, Alex. conſil. 5. uolu. quinto.ipſe uerò
notarius in dictione, & uidetur continere ea
quæ ipſe ſolitus eſt facere in ſimilibus inſtrumē
tis, Barbat. conſil. 19. Iaſ. in lege Gallus.
§. idem credendum.ff. de liber. & poſthumis.
Quartò intellige de his quæ lege non prohi-
bentur. Nam ſi leges prohibent uel ſunt du-
biæ, oportet quòd lege ſeu ſuperiore ſciente
apponantur per longum tempus, quia obſtat
lege pacta quæ contra . C. de pactis, & l. non
dubium . C. de legib. mentio tamen hæredum
in præmiſſis nihil operatur niſi ut maior certi-
tudo inducatur cum in dubio præſumatur fa-
cta, l. pactum. ff. de probatio. cum uulgarib.
in prohibitis autem nihil operatur, ut in caſu
noſtro ſecundum uerum intellectum, ut ſtatim
dicam contra Bar. & glo. quia ſi quis nuncia-
uerit pro ſe & hæredibus, non tranſibit ad hæ-
redes, & ſolum poterit operari in iuribus, &
actionibus natis, ut in caſu dictæ l. prætor. §.
interdictum. infra eo.

53 Glo. prima † opponit contra tex. & ſoluit
duobus modis : nam cum hic dicatur quòd
morte nunciantis extinguitur nunciatio, in
contrarium eſt tex. in dicta lege prætor . §. in-
terdictum hoc. infra. eodem. ubi competit
hæredi ipſius nunciantis, & contra hæredem
nunciati minus datur. Soluit glo. quòd ibi
nunciatio non erat integra: quia poſt eam e-
rat ædificatum . hic uerò nunciatio erat inte-
gra. Vnde non tranſit, ſimile eſt in §. rectè.
& in. §. item ſi adhuc. inſti. mandati, & le.
& quia. ff. de iuriſdictio. omnium iudicum.
ubi mandatum re integra, extinguitur mor-
te, & quando res non eſt integra, tranſit ad
hæredes. & iſtam ſolutionem ſequuntur com-
muniter doctores, & ratio poteſt eſſe: quia
quando fuit ædificatum contra nunciatio-
nem naſcitur interdictum quod eſt remedium
iuris, unde eſt tranſmiſſibile ad hæredes. ar-
gumen. leg. pro hæreditariis. C. de hæredi-
ta. actionibus; ſed quando nondum fuit ædifi-
catum nullum competit remedium iuris quod
tranſeat ad hæredes, ideò extinguitur. & ſi
dicatur imò facta nunciatione naſcitur reme-
dium iuris, ex eo: quia naſcitur prohibitio,
& ligatio manus ut ille non poſſit ædificare, &
tamen non tranſit: Reſpondetur quòd illa
prohibitio non eſt aliquod ius formatum pro-
ut eſt actio, ſed eſt quidam effectus conſiſtens
etiam in operatione animi, cum prohibitio du-
ret quatenus duret animus, & uoluntas prohi-
bentis. Vnde habet eandem naturam cum
ipſa nunciatione, nec meritò tranſit ſicut nec
54 ipſa, & hæc duo reputantur pro uno, Et †
hæc ſolutio etiam reſoluitur in aliam quàm
ego ſupra dixi, quòd iſte tex. loquitur ubi-
cunque nunciatio eſt in primò tempore, &
ſtat in puris terminis nunciationis. ille tex.
uerò loquitur quod ſumus in ſecundo tempo-
re nunciationis, quo caſu receditur ab eius na-
tura, & hæc magis uidentur concludere quam
55 ratio glo. fundata in ſimilitudine mandati: †
quoniam ut dictum fuit, in mandato concur-
runt tria diuerſa, quæ non conueniunt nun-
ciationi: quòd dependeat à uoluntate duo-
rum, & quòd non tranſeat ad hæredem man-
dantis neque mandatarij. & quòd in eo at-
tenditur beneuolentia, & confidentia perſo-
narum, quæ non cadunt in nunciatione, quæ
habet uim iudicii, & dependet à uoluntate
unius, & datur in inuitum l. ſi ita ſtipulatus . §.
primo . infra de uerborum obligatio.& ex di-
uerſis non fit illatio l. Papinianus exuli . ff.
de minoribus.ex utroquè tamen modo ſoluen-
di, colligitur quòd omnis proteſtatio quæ con
ſiſtit in mera uoluntate, ſi adhuc res eſt inte-
gra, uel ſumus in primo tempore, extinguitur
per mortem, & non tranſit ad hæredes.

56 Vnde ſequitur † quòd interpellatio, quæ eſt
proteſtatio incitatoria ut inf. dicetur cū Bar. in
generali materia re exiſtente integra per mortē
debet extingui. Et cum natura interpellationis
ſit ut inducat moram, & mora exiſtente debitor
incipiat teneri de interitu. l. quod te. ff. ſi cer.

petatur. non exiſtente mora liberetur per mortem ſpeciei debitæ, lege omnes debitores. ff. de actio. & obli. ſi eueniat quod ſit facta interpellatio, & proteſtatio incitatoria, qua durante debitor teneretur de interitu ſi eueniat ꝙ creditor moriatur, extinguitur ipſa interpellatio, & ipſa mora, taliter quòd ſi moreretur res debita, debitor liberaretur per interitum, per inde ac ſi nunquàm fuiſſet interpellatio, ſicut etiam mortuo nunciante, nunciatus poteſt ædificare per inde ac ſi nunquàm nunciacio facta eſſet, & ita inferebat Raphael. Fulgo. hic dicens eſſe notandum ad limitationem omnium iurium, quæ uolunt quòd ſufficiat unica interpellatio ad commitendam moram, lege Titia §. uſuras. ff. de legati. ſecundo. cum ſuis concordantibus. tamen poſteà in contrarium adducit regulam poſitam. in. §. ſi ſeruum. §. ſequitur infra. de uerbor. dictantem quòd mora perpetuat obligationem, & gloſ. ibi exemplificat, quia debitor liberatur per interitum rei ante moram, & ſic obligatio fit temporalis, poſt moram uerò durat obligatio poſt interitum: quia adhuc tenetur ad extimationem, & ſic perpetratur obligatio. Vnde ibi eſt textus in terminis, quòd per mortem creditoris non extinguitur interpellatio quoniam non poteſt dici perpetuata actio. unde ipſe dubius reſidet. Sed Iaſo. hic dicit tenendam eſſe concluſionem Bartol. quòd proteſtatio conſiſtens in mera uoluntate extinguitur per mortem

Nec obſtat illud de interpellatione: quia interpellatio non conſiſtit in mera uoluntate, cum imò requirat multa quæ ponuntur per glo. in lege mora. ff. de uſur. & in lege quod te. ff. ſi cert. peta. per quàm ſolutionem Iaſ. demonſtrauit quod non intellexit contrarium neque illationem neque ſolutionem dedit ad propoſitum. Nam Raphael fatebatur regulam. Bartol. hic, quæ communis eſt, & uera quando proteſtans moritur re integra exiſtente, & communiter ſequuntur doctor. ſed ipſe inferebat ad interpellationem, ut per mortem deberet extingui ſimul cum effectu moræ: tamen poſteà opponit de dicto. §. ſequitur, & ſolutio Iaſon. quòd mora non conſiſtat in mera uoluntate, & nihil affert: quia uerum eſt quòd ad faciendam interpellationem efficacem requiruntur illa quòd fiat congruo loco, & tempore, & quòd ipſe ſciat, uel ſcire debeat, & alia poſita in dicta lege mora, & in dicta lege quod te. quæ magis reſpiciunt requiſita ad committendam moram, quàm ad faciendam interpellationem: tamen iſta non tollunt quin dependeat à ſola uoluntate, cum ſit in plenum arbitrium creditoris interpellare, & conſtituere creditorem in mora, interuenientibus tamen requiſitis, ſicut, & etiam nunciatio conſiſtit in mero arbitrio nunciantis ut poſſit prohibere, & ligare manus, ſeruatis tamen requiſitis quòd non ſit defectus perſonæ, neque defectus, rei neque formæ, neque etiam cauſæ, de quibus plenè dictum fuit. in lege prima. ſupra eodem. Vnde ſicut nunciatio cum omnibus dictis requiſitis perfecta, per mortem nunciantis extinguitur, ita etiam interpellatio; & commiſſio moræ cum omnibus dictis modis deberet extingui, & cum textus in dicto. §. ſequitur. dicat contrarium, quòd imò perpetuatur obligatio, & per conſequens ꝙ effectus moræ ſemper durat, apparet quòd adhuc plenum contrarium durat, & Iaſ. nihil dixit ad illud, & Rub. & alii Mod. nihil boni circa hoc contrarium afferunt: unde tu potes reſpondere duobus modis, & primo quòd textus in dicto. §. ſequitur. procedit durante interpellatione, ut uiuente creditore. Nam tunc perpetuatur obligatio in hæredem debitoris, ſicut uiuente nunciante perpetuatur obligatio in ipſum nunciatum, ut hæredes ipſi etiam ex nunciatione ligentur. lege fin. infra eodem. & hæc uidetur multum probabilis ſolutio ex qua remaneret firmata concluſio, quòd interpellatio tunc produceret effectum moræ ſi uiueret creditor, & ipſa duraret. Sed quando moreretur creditor ceſſaret mora, & liberaretur ipſe debitor, & eſt concluſio, quæ poſſet facere honorem in palatiis, & in circulis diſputando.

57 Sed tamen † ex alio hæc illatio mihi non placet, ex eo: quia termini ſunt diuerſi. Nam per interpellationem inducitur mora interuenientibus illis requiſitis poſitis in dicta l. mora. & in dicta lege quod te. Ita quòd interpellatio ſola per ſe non inducit ipſam moram. Sed oportet quòd interueniant multa alia ibi poſita, quibus interuenientibus conſtituitur mora, quia eſt effectus iuris formatus, & ſeparatus ab ipſa interpellatione, & quàmuis per mortem creditoris finiatur ipſa interpellatio, & eius animi operatio, tamen non finitur ipſa mora, quæ non tantum ex ipſa interpellatione, ſed ex aliis requiſitis interuenientibus fuit cauſata, & fuit natum unum remedium iuris formatum, & quàmuis ceſſet interpellatio, non tamen ceſſat ſubſtantia moræ, quæ habuit eſſentiam ſuam ab aliis requiſitis ultra interpellationem, unde ipſa durare debet. Sed in nunciatione ſubſtantia ipſius dependet à prætenſione animi, & eius operatione, coniuncto iure prohibendi conceſſo a prætore, & quando moritur nuncians, extinguitur illa prætenſio, extinguitur & ipſum ius prohibendi in ea conſiſtens, ut hic dicit tex. & ideò extinguitur ipſa prohibitio, quæ ab ipſis principiis tantum in totum dependet, & non poteſt ſuſtineri ſine aliqua eſſentia. unde apparet ꝙ termini ſunt diuerſi, & non poſſit inferri de extinctione nunciationis, & pro-
58 hibitionis, ad extinctionem moræ. † tunc autem

eſſet ſimilitudo ſi ſacta fuiſſet interpellatio, & expectarentur alia tequiſita, ut mora committeretur. Nam tunc morieute creditore ceſſaret: quia dependeret à ſola eius animi operatione,& in iſtis terminis non loquitnt illatio Raphaelis, uel etiam ſimilitudo procederet quando poſt nunciationem ille ædificaſſet, & acquiſitum fuiſſet interdictum demolitorium nuncianti. Nam tunc per eius mortem non extingueretur nunciatio: quia eſſet cauſatum unum nouum ius formatum. dicto. §. interdictum. Sed tunc recederemus à terminis tex. noſtri. & tranſiremus in ſecundum tempus. uis ergo tota ſtat an pet operationem ipſius motientis fuiſſet ſubſecutum aliquod ius fotmatum, & tunc per mortem illud non extingueretur. ſed ſi non eſt ſubſecutum ius formatum tunc per mortem extingueretut, & ad iſtos terminos debent reduci omnes quæſtiones, quæ contingere poſſint in generali materia ptoteſtationis utrum ttanſeat ad hæredes. Nam in omnibus caſibus contingentibus opottet conſiderare, an ex ipſa proteſtatione cauſatum fuerit aliquod ius formatum tranſmisſibile, & ſeparatum à ſubſtantia ipſius proteſtationis, & tunc per mortem non extinguitur, quàmuis dependeat à mera uoluntate proteſtantis. Si uetò non fuit cauſatum aliquod ius fotmatum, uel alius effectus formatus ſeparatus à ſubſtantia proteſtationis, & tunc pet mortem extingueretur ipſa proteſtatio, ſicut contingit in nunciatione hic, & in poſſesſione. l. cum hæredes. de acquit. poſteſſio.

Vnde in propoſito quæſtionis remanet, ꝙ in terminis poſitis per Raphaelem, pet mortem creditoris mora ipſa non extinguetur, & durabunt omnes effectus moræ qui erunt acquiſiti hæredibus creditoris, quæ benè nota quia facilitet poteris cognoſcere quantum æquiuocauerint hic docto. & poterunt æquiuocare in ſimilibus quæſtionibus, & hæc de prima ſolutio. glo.

59 Secundò † ſoluebat glo. contrarium, de dicto. §. interdictum. dicendo quòd ibi erat præſtita ſatiſdatio, hic uerò non erat præſtita ſatiſdatio. quam ſolutionem alio modo declarat Bartol. dicens quòd hic erat præſtita ſatiſdatio, ibi non, & quòd hæc eſt bona, & ptima meliot. Alexander uetò. & Iaſo. dicunt quòd imò hæc ſecunda non eſt uera, & qnòd corrupta eſt litera Battol. & quòd prima eſt uetior, & ita docto. de ea hic uariant: ſed tu dicas quòd doctores hic demonſtrauerunt non intelligere terminos. Nam hæc ſolutio non poteſt eſſe neque bona neque mala: quia non eſt ad propoſitum: quoniam interuentus ſatiſdationis non poteſt accommodari iſtis duobus iuribus. Nam in hoc tex. non poſſumus præſupponere quòd ſit præſtita ſatiſdatio: quia tunc egrederemus terminos, & tranſiremus ad quartum tempus quando nunciatio per remisſionem eſſet extincta, qui ponuntur in lege prætor. §. deinde. infra eodem, & in dicto. §. interdictum. non potuit eſſe præſtita ſatiſdatio: quoniam ſi ædificium eſſet factum, ea præſtita non competeret illud interdictum: quia eſſet facta remiſſio, & licitè ædificaret. dicto. §. deinde, & plenius in lege ſi alius. §. ait Iulianus. infra quod ui aut clam. unde egrederemur terminos dicti. §. interdictum. Propterea dicas quòd prima ſolutio tradita per glo. & plenius declarata per me ſupra, uera eſt: & hæc ſecunda non eſt ad ptopoſitum: quia egreditur terminos utriuſquè legis.

60 Vnde tu ultra glo. & docto. † potes fotmare aliud contrarium: de textu in dicta lege prætor. §. final. ubi dicitur quòd interdictum illud tranſit ad hæredes nunciati, & datur contra hæredes nunciantis. ſed ſolutio debet tradi quam ponit hic glo. quòd ibi præſtita fuit ſatiſdatio, hic uerò non fuit præſtita. unde ſunt diuetſi termini. Nam præſtita ſatiſdatione tunc fit remisſio, & extinguitur ipſa nunciatio ut in lege prima in fi. ſupra eodem. ſecundum ſuos intellectus. Hęc autem remisſio tranſit ad hæredes ipſius nunciati. Item acquiritur ius ædificandi, ſiue iure, ſiue iniuria, quòd tranſit ad hæredes, ac in continenti acquiritur interdictum ne uis fiat ædificanti. dicto §. deinde. & §. ſequenti. quod interdictum tranſit ad hæredes cum omnibus dictis remediis ut probatur in dicto. §. final. ſimiliter ex parte nunciantis ptæſtita ſatiſdatione ius tranſit ad hæredes: quia ei nullum aliud remedium competit niſi actio ex ſtipulatione competens ad demoliendum opus, quæ ad plenam eius cautelam fuit interpoſita, & ipſa actio tranſit ad hæredes in ſolidum, ut dixit glo finalis. infra eodem. & ibi plenè tangemus. & ſic habes quòd quando præſtita eſt ſatiſdatio ab utraquè parte, in ſolidum tranſit nunciatio ad hæredes, ſeu ea, quæ loco nunciationis ſucceſſerunt, iſte antē tex. noſter loquitur quando nulla eſt præſtita ſatiſdatio, nequè oblata, & ipſa remanebat in terminis ſuis, & nulla præſtita erat ſatiſdatio,

61 unde non tranſit ad hæredes. † Ex qnibus habes modo quòd uarij termini contingunt in nunciatione, quos terminos in præmiſſis ego appellaui partes nunciationis, ſeu melius tempora, & quòd in dictis temporibus uario modo fit tranſitus ad hæredes.

62 Primum ergo tempus eſt † quando eſt facta nunciatio cum ſuis tequiſitis, quæ ſtatim inducit prohibitionem, & ligat manus; & antequam aliquid aliud ſuperueniat mors contingit, & tunc procedit iſte tex. quòd per mortem nunciantis extinguitur nunciatio, & per mortem nunciati non extinguitur cum declarationibus infra ponendis.

Secundum tempus eſt,ubicunquè poſt nunciationem,factum fuit ædificium ea ſpreta,niuente ipſo nunciante, nam tunc ei acquiſitum fuit interdictum demolitorium,l. prætor. in principio. infra eodem. & tunc ſi moriatur nuncians datur tota contraria deciſio, quòd nunciatio adhuc durat, & interdictum demolitorium trauſit ad hæredes in ſolidum. ſed non datur contra hæredem nuncianti in ſolidum, & in nihilum, ſi forſan prædium illud in quo eſſet factum ædificium ad eum non perueniſſet. Sed datur contra forſan legatarium, uel alium hæredem, ad quem totum illud prædium in quo ædificatum fuit perueniſſet, uel pro illa parte pro qua peruenit. Vnde in hoc ſecundo tempore quando poſt nunciationem ædificatum fuit uiuente nunciante qui poſtea mortuus fuit, uel etiam nunciatus,oportet recurrere ad dictum. §. interdictum,& ſecundum eum decidere hanc totam quæſtionem utrum nunciatio tranſeat ad hæredes.

64 Tertium † tempus poteſt superuenire, ſi forſan dirupto ędificio, uel etiam nullo facto, compareat nunciatus, & petat remiſſionem offerendo ſatiſdationem, & ipſe nuncians etiã compareat dicendo, nolo quòd remittatur, ſed uolo quòd cognoſcatur de cauſa, faciendo inſtantiam quòd cauſa principalis expediatur, & tunc ſumus in nouis terminis, ſeparatis. à §. noſtro. & à dicto. §. interdictum, & ingredimur terminos legis primę. C. de noui operis nunciatione,ubi dicitur quòd debet ſuperſederi ab ædificio per tres menſes, & cauſa feſtinanter agitari. Vnde poteſt dubitari, quid ſi nuncians, uel nunciatus moriatur infra illos tres menſes, an extinguatur nunciatio,uel potius tranſeat ad hæredes, & uidetur quòd debeat procedere textus noſter hic ex eo: quia hæc nunciatio non uidetur alterata; & ipſa perſeuerat in prohibitione tenendo ligatas manus. Nihilominus mihi magis placet quòd non extinguatur morte nunciantis, uel nunciati, ſed tranſeat ad hæredes utriusquè, uel alios ſucceſſores ſingulares: quia non eſt uerum, quòd non ſit alterata nunciatio, imò eſt ualdè alterata: quia per oblationem ſatiſdationis tractabatur de extinguenda ea per remiſſionem, & illa oblatio operata fuit, quòd eius uirtus non duraret niſi per tres menſes reſtringendo prohibitionem ad illud tempus. ſimiliter per inſtantiam nunciantis,nunciatio commixta fuit cum cauſa principali, & euenit quòd cauſa principalis effecta fuit ſummaria, cum ſui natura non facta nunciatione fuiſſet ordinaria; unde cum interuenerit tanta alteratio, ab utraquè parte, receſſum fuit à terminis primis nunciationis, & conſtituta fuit tertia pars ipſius, & tertium tempus, & cauſatum certum ius formatum extra eius ſubſtantiam. Vnde ſequitur quòd ſiue moriatur nuncians, tranſmittitur ad hæredes hæc prohibitio temporalis trium menſium, & quòd cauſa ſummariè in hoc tempore expediatur: & ſi moriatur ipſe nunciatus quòd tranſeat hæc reſtrictio ut prohibitio non excedat tres menſes, & eis finitis, poſſit offerendo ſatiſdationem, obtinere remiſſionem: & ſic apparet quòd in hoc tertio tempore adhuc nunciatio tranſit ad hæredes utriuſquè partis in ſolidum.

65 Finitis tribus menſibus tunc nunciatus poteſt inuito nunciante præſtare ſatiſdationem & obtinere remiſſionem, ut dicitur in dicta lege prima. C. de noui operis nunciatione, ſequendo ius antiquum, & addendo quòd etiam quòd differretur poſt tres menſes, tamen adhuc non impediretur hæc præſtatio fideiuſſionis, & ius habendi remiſſionem: quia uoluit ibi Iuſtinianus quòd nunquàm extinguatur corrigendo in hoc ius antiquum. ita quòd etiam hæredibus hoc ius poſt tres, & decem menſes concederetur, qua præſtita incipit quarta pars nunciationis, quæ conſtituit quartum tempus in quo ipſi nunciato tria acquiruntur. Primò ipſa remiſſio. Secundò quòd poteſt ædificare ſiue iure ſiue iniuria uſquè ad ſententiam diſſinitiuam. Tertiò quòd habet interdictum ne uis fiat ædificanti. quæ omnia tranſeunt ad hæredes nunciati, & contra nunciantem, dicta l. ſecunda. §. deinde. & §. ſequenti. & §. fi. infra eodem. & ipſi nunciato acquiritur actio ex ſtipulatione, ut eius uirtute nunciatus lata ſententia diſſinitiua: teneatur demoliri totum ædificium contra nunciationem factum, uel pro parte eatenus quatenus ius prohibendi habebit, quæ actio tranſit in ſolidum ad hæredes, ut teneantur etiam ad pœnam propter conuentionem partium,ut dicitur hic in fi. tex. iuncta glo. fi.& ſic in hoc quarto tempore habes ꝙ ab utraquè parte ipſa nunciatio,ſeu ea,quæ ſuccedunt loco nunciationis in ſolidum tranſeunt
ad hæredes,& eſt tempus ſeparatum à terminis
66 tex. noſtri.† ſucceſſiuè inſtantibus partibus pro
fertur ſententia diſſinitiua in cauſa principa-
li,in qua iudex uel in totum confirmat nuncia-
tionem mandando deſtrui ædificium,uel confir
mat remiſſionem iudicando quòd perpetuò
liceat ei ædificare, uel pro parte confirmat ſeu
infirmat eatenus quatenus apparent iura par-
tium,ex qua ſententia naſcitur actio iudicati,&
alia actio de qua habetur in l. iiij. infra de re iu
dica. & tunc ſi moriantur ipſę partes tam nun-
cians quàm nunciatus tranſibunt hæc reme-
dia ad hæredes in ſolidum ab utraquè par-
te, per textum in lege ex contractu, cum con-
cordantibus, & ſua materia infra. de re iu-
67 dicata. † Ex quibus habes deciſam totam
hanc difficultatem, an,& quomodo nunciatio
per mortem extinguatur, & habes declaratum,
& reſtrictum textum noſtrum plenius quam fa-

ciant

ciant glo. & docto. & apertum aditum ad reſoluendum omnia ſimilia contraria, & non eſt opus diſcurere an ſtipulatio debeat regulari ſecundum naturam nunciationis, ut extinguatur ſimul cum ea, uel potius mutet naturam ſuam: quia hæc non pertinet ad iſtam glo. ſed pertinet ad glo. fin. ubi eſt locus ſuus, & ibi dicemus, & impertinenter examinant hic doctores.

68 Subſequitur † tex. dicens quòd alienatione nunciantis etiam extinguitur nunciatio: quia finitur ius prohibendi, quæ ratio debet declarari ut ſupra. Nam per alienationem licèt non extinguatur uoluntas ipſius nunciantis, tamen quia ipſe transfert dominium in alium, uel ſeruitutem, ceſſat intereſſe ſuum quod poterat cauſari, ut per ædificium fieret ei præiudicium in dominio, & ſeruitute. unde ceſſat cauſa prętenſionis rationabilis, & non poteſt ueriſimiliter prætendere ſibi per ædificium fieri præiudicium, & ſi prætendat calumnioſa apparet prætenſio, & nulla. unde & etiam ius prohibendi à prætore conceſſum deſinit in eo, & ità ratio tex. eſt concludens, quod per alienationem extinguitur ius prohibendi: quia per eam transfertur dominium & ſeruitus in alium, & non poteſt ipſe amplius prætendere. unde ceſſante prætenſione ſaltem colorata, extinguitur ipſum ius prohibendi in ea fundatum, cap. cum ceſſante, de appellatio.

69 Quo ſtante † ſuccedit dubitatio, de qua alienatione intelligatur tex. & propter hoc facta eſt glo. hic ſecunda, quæ dicit quòd intelligitur de alienatione ipſius prædii cui prætendebat nuncians fieri præiudicium, & eſt bona declaratio. ſed addit poſteà, quòd idem poteſt dici de prædio in quo fiebat ædificium, quod tamen erat ipſius nunciantis, & poterat alienare. Nam utroq; modo ius ipſius nunciantis in quo fundabatur prætenſio, dicitur tranſmiſſum ad alium. unde ceſſat prætenſio ipſa, & ipſa nunciatio, propter quàm declarationem dicit non obſtare tex. in l. fi. infra eodem. ubi per alienationem non extinguitur nunciatio, imò tranſit ad ipſum emptorem. Nam ſolutio eſt quòd ille tex. loquitur, ubicunquè nũciatus alienauit prædium in quo fiebat ædificium, quod quantũ ad dominium pertinebat ad ipſum nunciatum, hic uerò nos loquimur de alienatione facta à nunciante de prędio cui fiebat præiudicium, ſiue de prędio in quo fiebat ędificium, tamen quantum ad dominium pertinebat ad nunciantem, & iſtã ſolutionem ſequuntur omnes hic, & concluſio uera eſt per illam rationem: quia quando alienans eſt dominus alienando transfert dominium uel ſeruitutem cui fiebat præiudicium, & cum non poſſit amplius allegare quòd ædificium fiat in eius præiudicium, & ceſſet cauſa prætenſionis, ceſſat; & ius prohibendi. Ideò oportet hanc concluſionem quando alienauit in totum transferendo omne ius quod habet, ſecus ſi dediſſet in emphytheuſim, uel feudum: ita quod adhuc duraret ius in re cui poſſet fieri præiudicium.

70 Sed contra hunc tex. ita declaratum † opponit glo. de l. in iudicio. ff. famil. erciſcundę ubi ſi duo ſunt hæredes qui elegerint arbitros ad diuidendam hæreditatem, & durante arbitrio unus nunciauerit opus, uel aliquem actum fecerit, ſi eueniat quòd totus fundus fuerit adiudicatus uni, tex. ibi dicit quòd debent cauere de conſeruandis iuribus actionum, & cum fecerit mentionem de nunciatione, apparet quòd conſeruatur nunciatio, & tamen ibi eſt ſecuta alienatio, cum prædium eſſet commune, & uni totum fuerit adiudicatum, & ſic per alienationem non extinguitur nunciatio. ſoluit glo. quod ibi alienatio fuit neceſſarià, hic uoluntaria. unde limitat tex. noſtrum dicens quòd per alienationem uoluntariam extinguitur nunciatio: ſed non per alienationem neceſſariam ut ibi. ſed Bar. repręhendit hanc ſolutionem, quia alienatio, quę fit per mortem eſt neceſſaria, & tamen per eam non extinguitur nunciatio. ergo nec etiam per illam quæ fit per iudicium familiæ erciſcun. Et quòd alienatio ſit neceſſaria per mortem probat hoc modo ex eius intentione, quia regula eſt, quòd res prohibita alienari, non poteſt alienari extra familiam, aliàs alienans eam amittit, & acquiritur per fideicommiſſum aliis de familia, ſecundum ordinem poſitum in l. peto. §. fratre. infra de leg. ij. Sed illa regula fallit in alienatione neceſsaria, ut ponitur caſus & exemplum in eadem lege peto. §. prædium, ubi ſi per executionem iudicis facta ſit alienatio in creditores, ipſi creditores eam rem poſſident licitè, donec uiuat ipſe alienans prohibitus, nec tranſit ad alios, quia alienatio eſt neceſsaria, eadem etiam procedunt ſi alienans moriatur relicto ab inſtituto hærede extraneo: quia alienatio ualebit, quoniam eſt neceſsaria, per text. in dicto. §. fratre. à contrario ſenſu, ibi, inſtituit hæredem extraneum, & no. glo. & Bar. ibi, & plenius poſuit Ripa, in l. filius familiàs. §. diui. in finali quæſtio. ff. de leg. prim. & Alexander, & Soci. in lege qui Romæ. §. cohæredes. infra. de uerborum obligationibus.

71 Sed Raphael † repræhendit Barto. quia per mortem non fit alienatio neceſsaria: ſed ipſa mors: quia bene neceſsariò morimur: ſed alienatio eſt uoluntaria, uel permittendo uenientes ab inteſtato, uel inſtituendo uel legando alteri ad libitum ſuum. Iaſ. uerò dicit quòd imò ab inteſtato alienatio eſt neceſſaria, & ſolum per inſtitutionem eſt neceſſaria. l. ſi hominem. ubi glo. ff. de euictionib. Ruy. in ſurgit quod imò etiam ab inteſtato alienatio ſit uoluntaria, cum poterat faciendo teſtamentum eum priuare, arg. l. ſi quis eum. & legis co-

dicillorum.ff. de iur. codicillo. Replicat Rub.
quòd imò eſt neceſſaria, quia illa tacita conceſ-
ſio non habetur in conſideratione, & non uenit
ſub nomine alienationis uoluntarię, ut per Ra-
pha. in conſ. 84. ſed ex alio repręhendit Rubeus,
quia ille tex. loquitur de alienatione uolunta-
tia, cum prouocaus ad diuiſionē dicitur uolun
tariè alienare, l. ſi cōmunis. & l. ſi pupillorū. ff.
de rebus eorū, quod inducit Bar. ad diuiſionem
rei efficitur actor. l. & ideò. ff. de conditio. fur. &
per Iaſ. in l. fi. C. de iur. emphyteu. cum ſimi. alle
gatis hic per Rub. Tu autem dicas concordan-
do, ꝙ per mortem omninò fit neceſſaria aliena
tio, quia unuſquiſq; inuitus bona relinquit, &
portaret ſecum ſi poſſet, prout faciebant anti-
qui qui diuitias ſuas ponebant in ſepultura, ut
eas inuenirent quando reſurgerent, & nouiter
in Indijs uouum hoc repertum fuit. Tamen ele-
ctio perſonatum in qua fit alienatio eſt uolunta
ria, & ita procedunt contraria, & facit l. unum
ex familia. §. j. cui ſuis concordantibus. de leg. ij.
Sed tamen quidquid ſit, an ſit alienatio uolunta
ria, uel neceſſaria, teneas concluſionem contra
glo. quòd per alienationem neceſſariam finitur
nunciatio, ſicut per uoluntariam: quia per eam
transfertur dominium & ſeruitus, unde ceſſat
æqualiter ipſa prætenſio, & ius prohibendi, pro
pterea æqualiter debet extingui nūciatio. ideò
ad contrarium reſponde ut per Bar. quòd ille
tex. intelligitur ſecundum diſtinctionem tex.
noſtri, in caſu quo nunciatio non extinguitur.
Nā ut ſupra dixi, quinq; ſunt tempora, & in pri
mo tantum extinguitur nunciatio, in quo nec
etiam extinguitur per mortem nunciati, &
cum tex. dicat ille ſimpliciter nunciationem
intellige in terminis habilibus, ut no. in l. ſcien
dum. ff. qui ſatiſda. cogant.

72 Glo. in uerbo. ius prohibendi † declarat tex.
in uerbo ius prohibendi, & exponit ius prohi-
bendi, id eſt, ipſa nunciatio à iure permiſſa fi
niri. Sed Bar. repręhendit: quia tunc ratio eſſet
eadem cum dicto, contra no. in l. fi. ff. de off. pro
cur. Cæſar. Vnde refert expoſitionē Iacobi de A
rena dicentis, ius prohibendi finitur, id eſt, cau
ſa prohibitionis. Cauſa autem prohibitionis,
eſt ipſa uoluntas, & ius in re. dicens ſenſum eſſe
quòd nunciatio finitur, quia finitur uoluntas,
quæ eſt cauſa prohibitionis. propter quam ex-
poſitionem colligitur, quòd uoluntas eſt cauſa
prohibitionis, & nunciationis. ſed utrunquè fal
ſum eſt. Nam expoſitio ius prohibendi, id eſt,
cauſa prohibitionis, eſt uiolatiua ad tex. & eſt
exponere album pro nigro. Item non eſt ue-
rum quòd uoluntas ſimplex ſit cauſa prohibi-
tionis. Nam benè uoluntas concurrit quando
facit nunciationem, cum ex uoluntate moueca-
tur ad eam, & nemo ipſum cogat. Sed tamen
nunciatio habet alias cauſas: quoniam depen-
det à dominio rei, uel ſeruitutis, ſaltem præ-
tenſo, propter quod cauſatur prætenſio, quòd
ſibi propter ius ſuum fiat præiudicium, cui præ
tenſioni prætor concedit ius prohibendi. unde
exponitur, uerè finitur ius prohibendi tempo-
rale, conceſſum à prætore: quia finitur prętén-
ſio quæ facit præiudicium ſibi, cum amplius nō
73 habeat dominium, nequè ſeruitutem. Ex quo †
ſequitur quòd una illatio Bar. non eſt uera, di-
centis quòd per furorem ſuperuenientem ex-
tinguitur nunciatio: quoniam ex furore ſuper-
ueniennti non tollitur ius prohibendi, quàm-
uis uoluntas ſua fuerit offuſcata, cum adhuc re
tinet omnia iura ſua ſuper quibus eſt fundata
prætenſio: quia animus præſumitur durare. l.
ſi is qui. ff. de acquire. poſſeſſio. & l. iuſto. §.
eum qui & leg. nunquàm. §. ſi ſeruus. ſupra de
uſucapionibus.

Nec obſtat l. ſi quis alicui. ff. de acqui. hęre-
ditate: quia loquitur de iuſſu facto ad adeun-
dam hæreditatem, qui fundatur in præſenti uo
luntate abſquè principio alicuius iuris, & illa
uoluntas, & ille iuſſus extinguitur, & non po-
teſt obligari oneribus hæreditariis, & non pręſ
ſumitur durare ut obligetur. Et iſtam opinio-
nem comprobat hic Crotus per alia, ut hic per
eum, quæ quàmuis bona ſint, non tangunt me-
dullam difficultatis, & ceſſant etiam alia quæ
adducit Rubeus quibus conatur reſpondere, te
nendo limitationem Bar. tamen non reſpondet
quòd per furorem non tollitur ipſa prætenſio
fundata in iuribus ſuis, ſicut nec extinguitur ip
ſa poſſeſſio, cum animus in eius fauorem præſu-
matur durare.

74 Secundò infertur † quòd per excommunica-
tionē non finitur nunciatio, ſicut nec aliud iudi
cium cæptum, licèt non poſſit audiri perſequen
do per modum agendi, nec perſequi nuncia-
tionē, tenendo opinionē ꝙ excomunicatus non
poſſit nunciare, de qua plenè habetur in l. j. ubi
dixi. ſupra eo. & ſequitur hic Rubeus.

75 Aliam limitationem etiā ponebat hic Bar. †
dicens quòd ualet nunciatio pro ſe, & hæredi-
bus, ſi dictum fuit nuncio pro me, & hæredi-
bus, per rationem: quia quando actus per ſe nō
eſt tranſmisſibilis, addendo mentionem hære-
dum, efficitur tranſmisſibilis l. diem. proferre.
§. j. ff. de arb. & l. ſi uerò non remunerandi. §. fi.
ſupra mandati. & lege cum precario. §. fina.
ff. de precario. & ſequitur Paul. de Caſtro. &
Iaſ. & Alexander hic. Rubeus uerò dicit limi-
tationem non eſſe ueram, ſed nihil allegat con
tra eam, ſolum reſpondet quibuſdam, quæ
poſſunt allegari pro Bar. ſed Antoni. de Prato
ueteri cōtra Bar. magis in terminis allegat l. ne
mo & l. hæres ſocij. ſupra pro ſocio. ubi ſocietas
nō trāſit ad hæredes etiam ꝙ de eis fiat mētio.

Secundò adducit tex. in lege ſtipulatio iſta
§. ſi itá quis. ff. de uerborum obligationibus.
ubi ſtipulatio de uſufructu pro hæredibus, non
facit uſumfructum durare & tranſire ad hære-
des: ſed ſolum cauſatur noua ſtipulatio produ-
cens actionem hæredibus ad petendum uſum-
fructum .. ouū ſibi cōſtitui, ergo nec mētio hęre
dum

dum poterit facere quòd nunciatio duret, & tranſeat ad hæredes. ſed ſolum poſſet cauſare ut hæredibus acquiratur ius ad faciendam nouam nunciationem.

Tertiò adducit:quia aliás non eſſet differentia inter nunciantem & nunciatum,cum in nunciato ipſa tranſeat ad hæredes: quando ſit mentio eorum,ſecundum unum intellectum,qui tamen ut infra dicetur non eſt uerus.Crotus uerò tenet limitationem Bar.per ſua iura,& quia nõ reperitur prohibitum, & conatur reſpondere tribus præcedentibus fundamẽtis,& addit plus quòd ualebit etiam pro hæredibus ſuis in ſerui tute,per l. ſicut. §.fi. ff. quibus mod. pignus uel hypoteca ſoluit.& l.in annalibus C.de lega.Sed ego puto limitationem omninò falſam ex eo: quia nunciatio fundatur in prætenſione, & opinione conſiſtente in animo propter ius prætenſum:ſed quando addit uerbum pro hæredibus, non poteſt facere quòd ipſa prætenſio tranſeat ad hæredes,quæ conſiſtit in opinione,& animo ſuo,unde ſi quis apprehendit poſſeſſionem pro ſe, & hæredibus, non poteſt facere poſſeſſionem ſuam tranſire ad hæredes l. cum hæredes. ff. de acquir.poſſeſs.quia poſſeſſio requirit operationem animi quæ deſinit per mortem, & nõ poteſt interim ſuſtineri ab hæreditate ipſa nunciatio.ſicut nec ipſa poſſeſſio, ut no. in dicta l. cum hæredes. Vnde ſolum poteſt tranſire ius nunciandi cum iſta qualitate, quòd ex perſona ſua incipiat prætendere & prohibitionem facere cum ſuis uerbis, ſicut & hæredes ſi uolunt poſſidere,oportet quòd per animum ſuum incipiant poſſidere l. hæreditas in multis. ff. de acquir. rerum dominio. ſicut etiam nec mentio hæredis facit quòd tranſeat uſusfructus in hæredem: ſed oportet quòd ipſe met ex ſua apprehenſione ſibi acquirat, leg. tertia. ff. de uſufructu.

Nec obſtant iura allegata per Bar. quia loquuntur in actu uoluntario in quo pars poteſt ſibi præiudicare, & quando illa promittit principali,& hæredibus ex conſenſu ſuo,præiudicat ſibi.ſed nunciatio non fit ex conſenſu duorum, neque nunciatus præiudicat ſibi conſentiendo, cum tranſeat ad hæredes: ideo non poterit trãſire cum fiat in inuitum ſicut & actus iudiciarius l.inter ſtipulantem.§.j.infra. de uerborum obligationibus,& hoc probabilius eſt. Et pro-
76 cedit etiam † ſi prohibitione facta ad acquirendum interdictum quod ui aut clam, ſi moriatur antequàm prohibitus ædificauerit,ut prohibitio duret in puris terminis prohibitionis,ſed ſi eueniſſet quòd poſt prohibitionem ædificatum fuiſſet ſicut & poſt nunciationem,tunc trãſiret ad hæredes:quia iam eſſet acquiſitum inter dictum demolitorium tranſmiſſibile,dicta leg. prætor.§.interdictum,& l. ſi is qui puteum.§. fi. & l.denique. §.quæſitum infra quod ui aut clam. & fortius ſi poſtea præſtita eſſet ſatiſdatio:quia tunc tranſiremus in quartum tempus ut ſupra dixi.

77 Aliam etiam limitationem † ponit hic Bar. quando in uita nunciantis cæptum fuit ædificium, & poſt mortem per hæredes perfectum quia tota nunciatio tranſibit ad hæredes, & interdictum dabitur ad demoliendum totum opus,ſicut contingit in mandato,cum res amplius non ſit integra, & in tutela, l. ſi tutor in principio. ff. de tutel. & rationibus diſtrahen. & ſequitur hic Crotus reſpondens quibuſdam contrarijs. Rubeus uerò hic dicit quæſtionem dependere ab alia: an ſi quis ſpreta nunciatione incipit ædificare,& poſtea præſtitit ſatiſdationem de demoliendo in caſu ſuccumbentiæ, & ędificauerit poſtea totum,an teneatur totum deſtruere propter partem,quæ incideret in cõmiſſum,quam quęſtionem ponunt docto.in l.ſtipulatio.§.j. infra. eodem.& communis reſolutio eſt ibi, quòd ſi ſcienter præſtitit ſatiſdationem accipiente nunciante,quod nihil debet deſtrui,quaſi renunciauerit l.cõmiſſoriæ C.de pactis inter emptorem & uenditorem,& l.ij.C. de iur.domini.impetrando. an uerò nũcians ignorabat ædificatum. & totum debeat deſtrui,& illicitum trahit ad ſe licitum.l.ad eius ff.de aqua pluuia. arcenda. & attenditur cauſa quæ nocet, l. ſi quis in grauia. §. fin. ff. ad ſyll. Subdit tamen ipſe, ſibi placere quòd ſemper totum opus debeat remanere, & quod licitum trahat ad ſe illicitum l. eum qui. §. pro parte.ff de his quibus ut indignis.Secundo per tex.in l.ij.ff.de his quibus ut indignis. ſecundo per tex.in l.ij. ff.de cuſto.rerum.& l. ſi pecunia. ff. ut legatorum nomine caueatur, ubi ſequens cauſa tollit effectum inductum occaſione cautionis non præſtitæ. ſed in caſu noſtro effectus cautionis non præſtitæ erat quòd opus iuſtè factum deſtrueretur,& licitum trahit ad ſe illicitum,cap. ſacris.de ſepulturis.

Tertiò adducit quia quando cauſa quæ prodeſt eſt potentior cauſa quæ nocet, attenditur potentior & illa quæ deducit ad ius commune l. ſi arrogator.ff.de adoptionibus.

Quartò adducit quia pro dolo non datur reſtitutio,ſed ſic pro culpa l.auxilium.ff.de minoribus. quando autem dolus & culpa miſcentur datur reſtitutio l.ſi ex cauſa. §. ſi in cõmiſſum. coniuncto. §. uidendum.ff.de minoribus, & poſtea reſpondet ad contraria. Sed tu in illa queſtione non recedas ab opinione communi:quia neceſſaria eſt renunciatio, ut non proſit interdictum,quæ renunciatio non inducitur ab ignorante l.mater decedens.ff.de inoffi.teſt. & l.ſi per errorem ff. de iuriſditio. omnium iudic.& ſi tu uis tenere opinionem contra communem, oportet dicere quòd nuncians recipiendo ſatiſdationem de demoliendo, uidetur præiudicaſſe ſibi in interdicto demolitorio, & conuertiſſe totam cauſam nunciationis in ſatiſdationem. Vnde cum erit prolata ſententia diffinitiua erit deſtruendum eatenus, quatenus

apparebit de iure partium. ſed quantum ad quæſtionem propoſitam illa alia parum facit uel nihil ex eo: quia per ſatiſdationem partes ingrediuntur quartum tempus nunciationis, in quo ſui natura omnia remedia tranſeunt ad hæredes, & nunciatio ipſa extinguitur. ſed nos ſumus in ſecundo tempore in parte ædificij facti, & in primo tempore pro parte ædificij non facti, & nunciatio in utroque tempore tranſit ad hæredes. ſed ſolum eſt differentia an pro, parte facta à nunciato teneatur in ſolidum, uel potius quatenus ad ipſum peruenit, & uerior eſt eſt opinio Bar. quòd hæres nunciautis teneatur in ſolidum: quia cum ipſe pro parte ſua uenerit contra nunciationem, uidetur approbaſſe factum defuncti, & tenebitur in ſolidum, & per rationem poſitam in dicta l. tutor. ff. de tutel. & ratio. diſtrahend.

78 Item hic poſſet addi † quod ſupra tetigit Rubeus, an per adoptionem nunciantis extinguatur nunciatio, in quo breuiter dicendum eſt, ꝙ de iure antiquo extinguebatur ex eo: quia arrogatus priuabatur dominio ſuo, & ſeruitute quæ tranſibat in patrem àrrogautem. Vnde erat alienatio plena, & per conſequens militabat ratio quæ ponitur in hoc tex. ſed hodie non extingueretur ex eo; quia arrogatus retinet dominium rerum ſuarum, & ſolum uſusfructus tranſit ad patrem, ut inſti. de acquiſi. per arrogationem §. j. ideo durat adhuc cauſa prætenſionis, & per conſequens ipſa prætenſio, & ius prohibendi, & alienatio uſusfructus non nocet, per no. in l. j.
79 §. j. & l. ij. ſupra eodem. Item poteſt addi † an per deportationem extinguatur, & dicendum eſt quòd ſic: quia ipſe nuncians poſtea deportatus priuatur omni iure ſuo, & dominio, & ſeruitute, quæ tranſeunt in fiſcum, & dicitur quædam ſucceſsio. Vnde ceſſauit ipſa prætenſio & per conſequens ius prohibendi, & nunciatio extinguetur ſicut etiam extinguetur ſocietas. leg. actione. §. publicatione. ſupra pro ſocio. per quas omnes limitationes & ampliationes habes aditum, ut per te poſsis reſoluere omnes ſimiles contingentes queſtiones, & hæc de prima parte.

80 In ſecunda parte dicitur† quòd ſi nunciatus moritur, uel alienauerit, non extinguitur nunciatio, ſuper qua parte glo. primò querit, an aliquis tex. concordat qui plenius materiam declaret, & reſpondet, quòd cum dicto primo de morte, concordat l. pe. infra eodem, quæ uult quòd ſi nunciatus moriatur poſt quàm ædificauit ſpreta nunciatione, hæres tenebitur quatenus ad ipſum peruenit, & ſic non extinguitur nunciatio niſi: quia non tenetur ad penam, quæ non tranſit ad hæredes, cum ſecundo dicto ꝙ per alienationem non extinguatur, concordat l. fi. inf. eodem, quæ dicit quod ſi emptor ædificauit ipſe in ſolidum tenebitur ad deſtruendum ædificium: quia nunciatio fit in rem, & onus eſt affixum rei. Vnde ille qui poſsidet rem conueniri debet, & addit glo. quòd coniungendo hæc duo iura, demonſtratur quòd ex parte nunciati nunciatio tranſit ad hæredes, ſiue ipſe inceperit ædificare, ſiue nihil ędificauerit: ſed poſtea glo. opponit de tex. in l. 3. §. opus quoque. ſupra de aliena. iudicij mutan. cauſ. facta. Vbi tex. uult quòd facta alienatione poſt nunciationem teneatur alienans ex illo edicto: quia ratione nunciationis non poteſt agere contra alienantem, qui nihil ædificauit, neque contra emptorem: quia ei nihil nunciatum fuit, & glo. ſe remittit pro ſolutione ad illum tex. ubi multæ ſolutiones traditæ fuere.

81 Bar. quoque † hic opponit de illo tex. & ſoluit ſe remittendo ad. l. finalem, ibi uerò dicit diſtinguendo: Aut nunciatio fuit facta in perſonam, & tunc non tranſit ad aliquem hæredem, & ita poteſt intelligi d. l. 3. §. opus. Aut uerò eſt factam in rem, & tunc procedit dicta l. fin. ut ſi ſucceſſor fecit tunc teneatur ad patientiam ſi ignorans fecit. Si uerò ſciens teneatur in ſolidum, dicta l. pen. & l. uim facit. §. tandiu. infra quod ui aut clam.

Secundò hic Bar. opponit de tex. in dicta l. uim facit. §. tandiu, ubi ſucceſſor ignorans non tenetur, uarię ſimiliter dantur ſolutiones. tamen ſolutio eſt planior quòd ibi prohibitio erat facta in perſonam. Vnde heres non poterat teneri; ſed tamen ſi ſciens ædificauit: quia ui uidetur clam facere, poteſt teneri ex capite illius interdicti de opere clandeſtino. Vnde in effectu Bar. hic tenet unum, contra ea quæ poſuit ſupra, in l. de pupillo. §. meminiſſe. nam ibi uoluit quòd nunciatio non poſſet fieri in perſonam & ſolum poſſet fieri in rem. Sed in dicta l. fi. dixit quòd poteſt fieri in perſona, & quod ualebit, ſed tamen non obligabit niſi perſonam prohibitam, & opinionem Bar. in dicta l. fin. ſecuti fuerunt docto. in dicto. §. meminiſſe. & ibi dixi, tamen ex dictis Bar. in dicto. §. fi. colliguntur aliquæ concluſiones.

Et prima eſt, quòd quando fuit facta in perſonam nunciatio, non tranſit ad hæredes: quia hoc ratio dictat, quámuis nullus tex. hoc concludenter aperiat. ſed facit in argumentum in dicta l. aut qui aliter. §. fin. infra. quod ui aut clam. & leg. metum. §. animaduertendum. ff. quod metus cauſâ. & l. ſi ſeruum. §. ait prętor. ff. de acquir. hæredita.

82 Secunda eſt concluſio. †quòd quando uenditor ædificauit, tenetur emptor in ſolidum, tamen emptor liberatur præſtando patientiam ut demoliri poſſet, dicta l. pen. & communiter tenetur. & eſt uera: quia uenditor delinquit & non ipſe emptor. ſed quia opus eſt in dominio alterius, neceſſarium eſt ꝙ pręſter patientiam, ut concludunt omnia iura, facit tex. in §. pęnales. inſti. de perpet. & tempor. actio.

Tertia eſt concluſio quòd quando uenditor ſcienter ædificauit, & nunciatio eſt facta in rem, quòd ipſe tenetur in ſolidum, dicta l. fin,

quæ

quæ etiam eſt, uera, & ab omnibus approba-
tur: quia ipſe ſolus deliquit, & probat dicta
l. final. quæ de hoc in ſpecie dubitat tum:quia
ſcienter emit rem uitioſam, tum quia etiam
ipſe dicitur ſpernere prætoris auctoritatem.

83 Quarta eſt concluſio †quòd quando emptor
ſeu ſucceſſor ignorans ędificauit, quód tenea-
tur ad patientiam, quæ dubitabilis eſt, quia
imò uidetur quod nullo modo teneatur, cum
in nulla parte deliquerit, & uidetur probare
dicta l. 3.§. opus. & dicta l. uim facit. §. tandiu
quæ ſimpliciter dicunt non teneri ſucceſſorem,
& reſtringete ad pænam impenſæ pro demo-
litione, eſt uiolate illa iura, maximè:quia non
poteſt fieri demolitio operis, cum ſemper ſit
pœna emptotis & ſucceſſoris in amittendo ope
ras, & calcem, & multa alia quæ amplius non
ſunt utilia pto opere reficiendo, & hanc opi-
nionem tenet Iaſ.in dicta l.de pupillo.§.nuncia
tionem. Vbi ignorantes non ligantur niſi ab
eo die quo ſciuerint. ſed communiter docto.
tenent opinionem Bar. per iſtum tex. & dictã
l. fi. & ad dictum. §. nunciatione. & reſpon-
dent quòd imò dominus ignorans tenetur,ſed
habet regreſſum contra fabros, ſed ſi eſſent nõ
ſoluendo dominus nullo modo teneretur, &
ad dicta iura reſpondent ut ſupra. Sed ego pu
to diſtinguendum eſſe, & ex mente etiam do-
cto. in dicta l. fi. quòd aut nuuciatio fuit facta
in perſonam, uel etiam prohibitio cauſans in-
terdictum quod ui aut clam, quod tunc non te-
netur ſucceſſot, ſi ignotans ædificauit interdi-
cto demolitorio: nequè interdicto quod ui aut
clam in aliqua parte, ſed ſi ſcientet ædificauit,
tunc nõ tenetur etiam interdicto demolitotio:
quia nunciatio extincta fuit,nequè etiam tene-
tur intetdicto qùòd ui aut clam ex capite uio-
lentiæ: quia prohibitio fuit extincta, & non
dicitur ædificaſſe contra prohibitionem. Sed
tamen poterit teneri interdicto quod ui aut
clã:ex capite clandeſtinitatis, quoniam ipſe ui
detur clam ædificaſſe. & ex iſto capite tenetur
illo interdicto, & ita procedit tex. in dicto. §.
tandiu. dum diſtinguit inter ſcientem & igno-
rantem. Nam illa diſtinctio procedit tantum-
modo in capite clandeſtinitatis, cum ex capi-
te uiolentiæ indiſtinctè non teneatut. ſed ſi nũ
ciatio eſſet facta in rem, tunc emptor indiſtin-
ctè tenebitur tam ſcicus quàm ignorans per di
ctam l. fi. quia ipſe ædificauit in loco ptohibi-
to, & ſatis dicitur in culpa: quia debebat ſe in
formate quòd prohibitio in tali loco facta fue
rat.Summa eſt igitur quòd tex.noſter hic,dum
uult qnòd nunciatio extinguatur motte nun-
ciati, & alienatione, limitatur non procede-
re quando nunciatio eſt facta in perſonam; quo
niam tunc finietur morte,& alienatione,ſicut in
perſona nunciantis,per dictum. §.opus.qui hoc
expreſſè dicit.

Subſequitur poſtea tex.confirmando dictum
84 præcedens per illa uerba† idquè ex eo apparet:
quia in ſtipulatione quæ interponi ſolet,hære-
dis fit mentio. in quibus uerbis contingunt
multæ difficultates: propter quas facta eſt glo.
final. quæ diuiditur in quinque partes, pro-
ut quinque ponit declarationes ſeparatas ad
textum.

Et prima eſt quæſtio de quo hærede intelli-
gatur iſte tex. & reſpondet quòd intelligitur
de hærede ipſius nunciati; quia nunciatus per
ſatiſdationem promittit per ſe uel ſuos hære-
des demoliri opus, cum qua expoſitione hic ui
dentur tranſire docto.tamen alibi uidentur te-
nere quòd etiam intelligatut de hærede ipſius
nunciantis, ſentientes quòd ſi ex parte nun-
ciantis ſit facta mentio hæredum, quòd tranſi-
bit ad eius hæredes, & propterea uolunt quod
quando eſt facta mentio hæredum in nunciatio
ne, quòd illa tranſibit, ſicut etiam uoluit Bar.
expreſſè ſuper pręcedenti glo. inferentes quòd
deciſio tex. noſtri in prima parte,procedat tan
tummodo quando nuncians ſimpliciter nun-
ciauit:ſed ſi nunciaſſet pro ſe & hæredibus, non
procedat iſte tex. quia tranſibit ad hæredes &
ita faciunt deciſionem tex. mutabilem. ſed ego
ſupra reprobaui:quia cum nunciatio ſui natu-
ra extinguatur per mortem, non poteſt ipſe nũ
cians cum iſtis uerbis alternare eius naturam,
& facere quod tranſeat ad hæredes. ſolum er-
go poteſt procedere eorum opinio, ut ſi facta
eſt mentio hæredum ex parte nunciantis in ſti
pulatione, quòd tranſibit ad hæredes nuncian
tis: ſed tunc non erit nouum: quia omnis ſti-
pulatio ſui natura tranſibit ad hæredes etiam
quòd non dicatur. l. ſi pactum. ff. de proba-
tionibus. Vnde teneas omninò expoſitionem
glo. quòd iſte tex. intelligitur de hærede ip-
ſius nunciati.

85 Secunda eſt dubitatio †quomodo concipia-
tur hæc ſtipulatio, & glo. ſe remittit ad no. in
l.ſtipulatio. §. j. inf.eo. ibi autem dicitut quòd
hæc ſtipulatio generaliter concipitur ab utraq;
parte; quia nunciatus promittit per ſe & ſuos
hæredes demoliri facere omne ædificium con-
ſtructum poſt nunciationem in caſu ſuccumbẽ-
tiæ, ſi per ſententiam fuerit declaratum nun-
ciantem habere ius prohibendi, & ſi pro par-
te, eatenus quatenus habebit ius prohibendi,
& ipſe nuncians ſtipulatur generaliter pro ſe,
& ſuis hæredibus ut ſibi competat ius petendi
fieri dictam demolitionem, eatenus quatenus
declarabitut per iudicem quod habebit ius nũ
ciandi, & ſic apparet quòd hęc ſtipulatio tran
ſit ad hæredes ab utraquè parte. Et non eſt mi-
rum quòd tranſeat ad hæredes nunciantis: quo
niam per talem ſatiſdationem extinguitur nun
ciatio, & inducitur remiſſio, & recuperatur
ius ædificandi, & ita in totum alteratur natu-
ra nunciationis, nimirum ſi ab omni parte
tranſit ad hæredes.

86 Tertia eſt dubitatio † quomodo hæc uerba
adaptentur ad tex. & glo. hic dicit quòd ada-

ptantur; quia cum ſoliti fuiſſent ipſi contrahentes facere mentionem de hærede, ut tranſiret ad hæredes nonciati, etiam à lege fuit diſpoſitum quòd tranſiret, ſicut etiam in l. fi. C. de fideiuſſo. fuit diſpoſitum quòd ſi conueniatur unus fideiuſſor, poſſit creditor mutata uoluntate conuenire unum fideiuſſorem, & per pactum boc ſeruabatur. Ita per legem hoc fuit confirmatum, & bic eſt ſenſus glo. docto. tamen ut dixi in ultimo notabili, alio modo declarant, ut per Oldra. quem refert hic Bart. ꝙ quia hæc ſtipulatio nnn tranſibat ad hæredes, quia nec uunciatio traaſibat, diſpoſitum fuit hic quòd fiat mentin hæredum, adhoc ut poſſit tranſire, & quòd attendatur illud qund ex conſuetudine ſeruatur; unde multa ſimilia poſuit Rub. ſupra iu ultimo nntabili, ſed ilte intellectus nou eſt bonus ex eo: quia præſupponit ꝙ per legem nunciatio ex parte nunciati non trãſiret ad hæredes, quòd tamen eſt falſum, tam per iſtum tex. quàm per tex. in dicta l. fi. infra eodem. qui clariſſimus eſt, & tamen ibi nulla erat appoſita ſtipulatin. & propterea dicendũ eſt quòd per legem nunciatio ex parte nunciati tranſibat ad hæredes, etiam nulla appoſita ſtipulatione, per dictam l. fi. & l. penul. infra. eodem & per iſtum tex. qui loquitur de primo tempore, quando nullum erat ædificium factũ, & non erat opus ſtipulatione. Vnde uerus eſt ſenſus iſtius tex. quòd hæc uerba ſubijciantur per modum probandi, ut ſit ſenſus, ego probo tibi quòd ex parte nonciati nunciatio tranſit ad hæredes, quia principales apponunt clauſulam pro ſe & hæredibus, quam non apponeret, ſi per legem non permitteretur quòd tranſiret ad hæredes, ne clauſula eſſet fruſtratoria: argumen. leg. ſtipulatin. §. diuus. ſup. ut leg. no. caueat.

87 Quarta eſt dubitatio quæ eſt ratio †quòd ex parte nunciantis non tranſit, & ex parre nunciati tranſit ad hæredes, & glo. reſpondet rationem eſſe: quia ex parte nunciantis ipſa nunciatio eſt in perſonam, & cum perſona extinguitur. l. quia perſonale. ff. ſoluto matrimonio, & ex parte nunciati nunciatio eſt in rem, & onus eſt annexũ ipſi rei, unde tranſit ad quẽcunqoe tranſit res. l. fin. infra eodem, & hanc rationem ſequuntur communiter docto. ut ſæpius dictum fuit, & facit tex. §. animaduertendum. ff. quod metus cauſa, ex quo ſequitur ꝙ quando nunciatio eſt facta in perſonam ex parte nunciati extinguitur nunciatio per mortem, & alienationem, & non tranſit in ſucceſſores: quia militat eadem ratio cum nunciante, & itá procedit tex. in dicta l. 3. §. opus quoque. ff. de alienatio. iud. mutand. cauſ. facta. ſecundom ueriorem intellectum. & l. uim facit. §. tandiu. infra quod ui aut clam.

Item infertur quòd idem erit in prohibitione quæ fit ex interdicto quod ui aut clam. Nam cum ex parte prohibentis ſemper fit in perſonam extinguetur per mortem, uel alienationẽ prohibentis: ſed ſi prohibitio fieret in rem ex parte prohibiti, tunc quoquè tranſiret in hæredem, ſiue ignorans, ſiue ſciens ædificaret. per dictam l. fin. infra eodem. & ſi prohibitus locæpiſſet ædificare, tranſiret ad hæredes quatenus ad ipſum perueniſſet. l. pen. infra. eodem. ſed ſi prohibitio fieret in perſonam ex parte prohibiti, prout plerunq; ſolet fieri ex natura prohibitionis, & tunc extingueretur per mortem, & alienationem, & non tranſiret ad hæredem ex capite uiolentiæ, per rationem poſitam in d. §. qui opus: ſed ex capite clandeſtinitatis diſtingueretur: quia ſi eſſet ignorans, non poſſet teneri: quoniam ignorans clam non dicitur ædificare: ſed ſi eſſet ſciens, tunc teneretur: quia uideretur ædificaſſe clam mortuo prohibente ſecundum diſtinctionem poſitam in dicta l. uim facit. §. tandiu. qui proprié loquitur in his terminis, & cum bac conſideratione reſoluuntur omnia iura contraria, & habes æquiparationem in omnibus de nũciatione ad prohibitionem, datis paribus terminis, quam ego dixi in l. de pupillo. §. meminiſſe. ex uſu fuiſſe factam ut remedia fuerint communicata, ſicut factum fuit de leg. & fideicommiſſ. ut habetur in l. j. ff. de leg. j.

88 Quinto opponit glo. †ex quo in præcedentibus concluſum fuit quòd per ſatiſdationem appoſitam ſuper nunciatione, nunciatio tranſit ad hæredes inſolidum ab utraquè parte, taliter quòd ſi nunciatus ædificaſſet, hæredes ſui tenerentur inſolidum ad deſtruendum, etiam quòd ipſa deſtructio uideatur eſſe pænalis.

Vnde contradicit tex. in l. prætor. §. interdictum. infra eodem, ubi interdictum demolitorium contra hæredes nunciati non tranſit, niſi quatenus ad ipſos hæredes peruenit. glo. hic ſoluit dicens quòd in ſtipulatione interuenit conuentio partium uolentium quòd hæredes inſolidum indiſtinctè teneantur, ideò ipſi teneantur, ſed in. §. interdictum nulla ſtipulatio neque conuentio fuit appoſita, ideò hæredes tenentur ex propria natura interdicti, & iſtam ſolutionem ſequuntur communiter doct.

89 Sed †contra eam fortiter facit ratio: quia natura ſtipulationis, & conuentionis partium ſuper uno actu eſt cumulare obligationem, & eam fortiorem inducere: ſed non augere ipſam obligationem, ut in plus tranſeat ad hæredes, ut probatur in l. j. §. ſub conditione. ff. ut lega. nomine canea. ubi ſtipulatio fuit appoſita ſuper legato, de cuius natura eſt ut non trãſeat ad hæredes, ſi legatarius moriatur ante cõditionem, & ſtipulatio habet naturam ut tranſeat ad hæredes, etiam ſub conditione. §. ſub conditione. inſti. de uerbo. obligatio. & tamen per eam non augetur natura ipſius legati ut tranſeat ad hæredes. Id n probatur in l. ſi eum. §. qui iniuriarum. ff. ſi quis cautionibus ubi actio iniuriarum non tranſit ad hæredes, ſi moria-

moriatur actor ante litis conteſtationem, & ſi apponatur ſtipulatio, non augetur ut tranſeat ad hæredes: ſed tantummodo cumulatur obligatio. & ſi moriatur actor ipſa ſtipulatio quoquè extinguitur. Facit etiam tex. in l. Titius in fin. Vbi hoc dicitur in terminis infra ad Trebellianum. propter iſtud contrarium. docto. ſupra in notabilibus dixerunt, & ſuper ultimo dicto l. noſtræ dixerunt quòd ſui natura ſtipulatio non tranſit ad hæredes: ſed oportet quòd fiat mentio hæredum ut tranſeat, quam ſolutionem ſupra reprobaui: quia imò nunciatio ex parte nunciati ſui natura tranſit, dicta l. fin. infra eodem. Vnde glo. dicebat quòd imò nunciatio in hoc caſu mutat naturam ut tranſeat ad hæredes, & deſinit eſſe integra, & ità etiam tenebat Dy. ut hic refert Bar. pro qua opinione Alex. allegabat tex. in l. ſi defunctus. ff. de procura. Vbi mandatum extinguitur per mortem ante litis conteſtationem: tamen ſi appoſita eſt ſtipulatio de iudicatum ſoluendo, non extinguitur per mortem: ergo idem eſt in nunciatione: quando appoſita eſt ſtipulatio, ut deſinat eſſe integra, & tranſeat ad hæredes, & in ſolidum. Sed hæc ratio Alex. nec etiam uidetur ſufficere. ut dicebat And. de Piſ. hic: quia imò hæc eſt natura ſtipulationis, ut non augeat actum, & probatur in terminis in dicta l. ſi eum, §. qui iniuriarum. Vbi actio non deſinit eſſe integra. ut tranſeat ad hæredes, licèt ſit appoſita ſtipulatio.

Et tenendo hanc partem contra glo. ad dictam l. ſi defunctus. reſpondetur ſecundum Iaſ. quia ibi ſtipulatio erat appoſita ab eo ex cuius perſona actus non tranſibat ad hæredes. Vnde poteſt augeri. hic uerò ſtipulatio erat appoſita à nunciato in cuius perſona tranſibat ad hæredes, & hæc nõ debet mutare naturam nunciationis, & hanc differentiam poſuit glo. & Bar. in dicta l. ſi defunctus. per l. ſi præcedente. ff. mand. Vnde ſi ibi præſtita fuiſſet ſatiſdatio ab ipſo procuratore ſciente domino, non fuiſſet extinctum mandatum per mortem domini. Item ſecundum alios ibi dominus diſceſſit poſt litis conteſtationem licèt cautio eſſet præſtita ante. Et dum tex. dicit ad litem conteſtatam. intelligitur de cautione non de morte.

Tertiò reſpondebat Rubeus quòd ibi procurator potuiſſet reuocari ante litem conteſtatã, l. ante litem. ff. de procuratorib. ergo ſatiſdatio ibi non facit, quòd non poſſit reuocari, & per conſequens quòd res non eſſet integra. Aliam reſponſionem dabat. Marti. ibi, quòd domini intereſt ut non cenſeatur reuocatum illud mandatum: quia aliàs redderetur ſtipulatio contra hæredes domini. & fideiuſſores quos dedit, iuxta l. iudica, ſolui. ff. iudicatum ſolui. Ideò non eſt uerìſimile dominum uoluiſſe reuocari, ut hic larius per Rubeum in notabilibus, qui ſuper hac ſolutione inſtat, & finaliter tenet opinionem glo. quod in dicto. §. hoc interdictum. nunciatio non ſit integra. Sed quòd quando nuncians præſtat ſatiſdationem extinguat nunciationem. Quæ conſideratio nec etiã eſt uera, ex eo: quia in dicto. §. interdictum non præſtatur ſatiſdatio ex natura nunciationis, poſt quàm ædificium fuit factum: ſolum præſtatur ſatiſdatio quando petitur remiſsio, uel diruto ædificio, uel ſi non fuit ædificatum poſt tres menſes, iuxta formam poſitam in l. j. C. de noui oper. nunciatio. Vnde Bar. hic ponebat aliam ſolutionem tenendo opinionem glo. & dicebat quòd tunc ſtipulatio regulatur ſecundum naturam actus cui appponitur, & non faciat tranſire ad hæredes: quando ſolùm apponitur ad confirmationem actus: ſed hic non apponitur ad confirmationem: ſed nunciatus per eam acquirit remiſsionem, & ius ædificandi. Vnde poſteà etiam in alio ſeruatur natura ſtipulationis, ut ipſa tranſeat ad heredes in ſolidum. Iaſ. uero hic dicebat hanc ſolutionem nihil afferre, ex eo: quia non intereſt an aliquid acquirat ex ſtipulatione, uel non cum habeamus regulam firmam quòd ſtipulatio regulatur ſecundum naturam actus cui apponitur, quam latiſsimè firmant docto. in rub. ff. de uerbo. obligationibus in penul. quæſtio. Vnde Alex. dabat reſponſionem dicens quòd in. §. interdictum. non tranſit actio in ſolidum contra hæredes: quia eſt pœna legalis, & pœna legalis non tranſit contra hæredes, l. j. C. ne ex delicto defunctorum, cum ſimilibus, & expreſſè hoc dicit tex. in dicta l. pen. infra eodem. Sed quando pœna apponitur ex conuentione partium, illa indiſtinctè tranſit ad hæredes, ut habetur per omnes in l. iiij. §. Cato. infra de uerb. obligatio. in tantũ quòd etiam nulla culpa hæredis interueniente, & iacente hæreditate ſtipulatio pœnalis committitur contra hæredes. l. ad diem. eodem titulo & cum ibi not. ff. de uerborum obligationibus. Quæ ſolutio nec ipſa aliquid affert, ex eo: quia illa regula procedit quando ſtipulatio per ſe apponitur: ſed quando ſtipulatio apponitur ſuper alio actu, tunc etiam obligatio pœnalis regulatur ſecundum naturam actus ut non tranſeat ad hæredes, ut probatur clarè in dicto. §. ſub conditione, & in dicto. §. iniuriarum qui generaliter per omnes intelliguntur, etiam quòd eſſet appoſita pœna. Imò propter obligationem pœnalem tantum, ſolent dictæ ſtipulationes interponi, & ideò uidetur quòd paſſus ſit dubius.

90 Finaliter ‡ autem tu teneas opinionem glo. & Bar. quæ notoriè uera eſt, quòd hæc ſtipulatio ab utraquè parte in ſolidum tranſit contra hæredes per illam rationem: quia ita ex conuentione partium actum fuit, & actus tranſeunt ad hæredes in ſolidũ ex uoluntate partiũ.

Nec obſtat dicta regula quòd ſtipulatio reguletur ſecundum naturam actus: quia illa nõ adaptatur in propoſito noſtro. & in hoc docto.

omnes allucinati fuere. Nam hæc ſatiſdatio
nunquàm apponitur ſuper dicto interdicto de
molitorio, ſed apponitur per nunciatum ad fi
nem ut extinguatur nunciatio, & conſequatur
91 remiſſionem, & ius ædificandi.† Vnde non po-
teſt dici quòd ſit appoſita ſuper nunciatione,
quæ per eam extincta fuit: ſed fuit una noua
prouiſio quæ ex ædicto prætoris inducta fuit,
quòd per ſtipulationem ipſi nuncianti proui-
deatur, cum enim uoluerit nunciationem extin
gui, & prohibitionem ceſſare, & quòd nun-
ciatus poſſet ædificare iure, & iniuria, dedit re-
medium ipſi nuncianti quòd per ſtipulatio-
nem in caſu ſuccumbentiæ poſſit petere demo-
liri ædificium. Et ut plenius prouideretur, no-
luit quòd ſecundum propriam naturam tranſi-
ret ad hæredes ipſius nunciantis, qui poſſent
petere demolitionem, & tranſiret contra hære
des nunciati in ſolidum, ſiue defunctus ædifi-
92 caſſet, ſiue ipſi. ſiue ſimul. † quę ſtipulatio non
eſt appoſita ſuper interdicto demolitorio, ut
credidere docto. quia ædictum demolitorium
non poteſt competere poſt ſatiſdationem: quo
niam ędificium non fuit ſactum ſpreta nuncia-
tione, quæ remiſſa fuit per eum: ſed rectè à
poſſeſſione fuit factum ædificium, l. ſi alius. §.
ait Iulianus. infra eodem. Vnde non poteſt di-
ci quòd debeat regulari ſecundum naturam ip
ſius interdicti quòd nunquam tunc temporis
poterit competere. ſolum etenim competit
interdictum demolitorium: quando ædificium
eſt factum ſpreta nunciatione ante nunciatio-
nem, ut clarè dicit tex. in l. prætor. in prin. in-
fra eodem. quo tempore nulla apponitur ſtipu-
latio, & preſtita ſatiſdatione naſcitur interdi-
ctum contrarium, ne uis fiat ædificanti, dicta
l. prætor. §. deinde, & hæc eſt ipſa ueritas. &
docto. in hoc æquiuocauerunt ualde: ſed ſi co-
gitaſſent & conſideraſſent illa quinque tēpora
in nunciatione, faciliter potuiſſent cognoſcere
errorem ſuum, & uidere quòd ſatiſdatio non
præſtatur niſi in quarto tempore quando fini-
tur nunciatio, & illud interdictum non compe
tit niſi in ſecundo tempore: quando ædifica-
tum fuit ſpreta nunciatione, & ſi forſan poſt
interdictum demolitorium natum placeret par
tibus apponere ſtipulationem, quòd tamen
non eſt in uſu, & raro euenire poſſet, tunc il-
la ſtipulatio regularetur ſecundum naturam il-
lius interdicti procederent omnia, quæ hic di-
cūtur per doct. ut in plus non tranſiret ad hæ-
redes; quia tunc eſſet appoſita ſuper interdi-
cto iam nato, & ſequeretur eius naturam. & in
hoc fuit æquiuocatio docto. quæ cauſauit hanc
difficultatem non neceſſariam.
93 Vltimò quærit Bar. hic † cum in tex. dicatur
quòd per mortem nunciātis, uel alienationem
extinguitur nunciatio, utrum poterunt ſucceſ-
ſores nouiter nunciare, & impedire ne ille poſ
ſit ædificare, & glo. j. hic dixit quòd ſic, & eam
ſequitur Bar. & cæteri docto. & eſt opinio om-
ninò tenenda. & eſt ratio: quia cùm in ipſos
ſucceſſores tranſiuerit dominium, uel ſeruitus,
quæ fuerat cauſa prætenſionis ipſius nuncian-
tis, & quòd eidem ius prohibendi competeret
à prætore, eodem modo propter dictum domi
nium, uel ſeruitutem poterunt ſucceſſores præ
tendere per ædificium fieri præiudicium, & cō-
ſequi ius prohibendi temporale conceſſum à
prætore, & facere nunciationem, quæ eis ui-
uentibus ualida erit. Et licet ſit fundata in eo-
dem iure: tamen erit noua nunciatio facta ex
noua prætenſione, & conſiſtens in operatione
animi ipſorum ſucceſſorum, ſicut dicitur de
poſſeſſione in l. cum hæredes. infra. de acqui-
renda poſſeſſione. ut licet dominium quod
erat apud defunctum poſſidentem tranſeat ad
hæredes, cauſatur in ipſis hæredibus ius poſſi-
dendi. Ideo poterunt appræhendere poſſeſſio-
nem bonorum defuncti, quæ licèt ſit fundata
in eodem iure; tamen erit noua poſſeſſio con-
ſiſtens in animo ipſorum hæredum, & in eo-
rum animi operatione, quæ nunciatio opera-
bitur quòd ædificium in poſterum, per nuncia-
94 tum fieri non poterit. † ſed tamen non impe-
diet ædificium iam factum, ſi forſan iacente
hæreditate ipſe nunciatus ædificaſſet: quo-
niam illud non poſſet dici uiolentum, nequè ex
capite prohibitionis: quia ceſſauit prohibitio:
neq; ex capite nunciationis: quia ceſſauit nun-
ciatio, & nō fuit factū ea ſpreta. Vnde ſolū erit
remedium, ut conſideretur an poſſit compete-
re interdictum quòd ui aut clam. ex capite clā
deſtinitatis: quoniam nunciatus ſciens prohi-
bitionem factam ædificando iacente hæredita-
te, uel hærede ignorante, uidetur ſuſpicari ſe
poſſe repelli. Vnde ædificium tanquàm clam
factum poterit deſtrui, l. prohibere. §. clam.
infra. quod ui aut clam. & l. deniquè. §. quæ-
ſitum. eodem titulo ſecundum unum intelle-
ctum. ſi autem ædificaſſet adita hæreditate ſciē
te & uidente ipſo hærede, & faciente tunc, nec
etiam interdictum ex hoc capite competeret:
quia non poſſet dici clam factum ſciente & pa-
tiente domino. Vnde recurrendum eſſet ad re-
media petitoria, ut quis uel uendicaret fundū
ſuum, uel ſeruitutem, iuxta l. qui uiam. infra
eodem. Vel ageret aliquo interdicto poſſeſſo-
rio, ſi eorum requiſita interuenirent, & hæc
ſufficiant quantum ad hanc materiam nuncia-
tionis. quæ per triginta quatuor lectiones cum
rub. fuit expedita.
95 Sequitur † modo ut nos uideamus materiam
proteſtationis, quàm hic ſubiecit Bar. diffe-
rens ualde à prædicta materia, licèt eius occa-
ſione eam hic ipſe Bar. tractauerit. Nam cum
nunciatio dicatur eſſe quædam proteſtatio pro
hibitoria, quæ habet naturam ſuam, & aliquā-
do tranſit ad hæredes, & aliquando non, ut ſu-
pra dictum fuit, poterat eſſe dubitatio, quid
de alijs proteſtationibus prohibitorijs, de
quibus uidebatur utile eſſe uidere. ſed ne conti
nentiæ

nentiæ materiarum diuiderentur.Bar. hic ſum
pta occaſione tractauit generalem materiam
proteſtationum formando quęſtiones ſpeciales
in quacunque parte eiuſdem, ſuper quibus poſ
ſent fieri, quibus perſonis poſſent fieri, & qua
liter debeāt,fieri,& quos effectus producant, &
quomodo finiantur.Verum:quia omnis inſtru-
cti o à diffinitione incipere debet, ut ſciamus
quid nominis, & quid rei. Ideò exordium ip-
ſe fecit rectum ordinē ſeruando à diffinitione.

2 Quærit igitur hic Bar. †quid ſit proteſtatio,
& refert diffinitionem Ioannis Monaci dicen-
tis quòd proteſtatio eſt clamoſa teſtatio adcau
telam proteſtantium facta. Dicebat quòd eſt
teſtatio tanquàm genus; quia teſtatio eſt quan-
do aliquis actus fit præſentibus, & conuocatis
teſtibus, leg. ait prætor. §. ſi quis particeps. ff.
quæ in fraudem credit. Vnde teſtamentum
etiam dicitur mentis teſtatio: quia fit præſen-
tibus, & conuocatis teſtibus, ut inſti. de teſt.
in principio. Item dixit clamoſa: quia iſtæ
proteſtationes ſolent fieri cum clamore, & ſæ-
piſſimè ab irrato homine: quando dubitat de
aliquo ſuo præiudicio, & probatur in cap.ſan-
ctorum. in fin. de præſcriptionibus. ubi dici-
tur quòd poſſesſiones per triginta annos reten
tæ quietè, & ſine ſynodali proclamatione non
ſunt mutandæ. & glo. ibi intelligit proclama-
tionem illam proteſtationem, quam facit ille
qui non habet copiam aduerſarij ſecundum for
mam poſitam in leg. ut perfectius. C. de annal.
exceptionibus. Item dixit ad cautelam prote-
ſtantium facta, ut excluderet contractus & te-
ſtamenta, & cæteras diſpoſitiones, quæ fiunt
ad diſponendum, non autem ad ſolam caute-
lam. Bar. tamen hanc diffinitionem repræhen-
dit: quia per uerbum clamoſa, compreheudi-
tur tantummodo proteſtatio uerbalis, quæ fit
cum clamore, & non compræhenditur proteſta
tio in ſcriptis quæ fit ſine loquela naturali,
neq; etiam comprehenditur proteſtatio uerba
lis facta curialiter, & tamen interpellatio facta
curialiter per uerba indigeo illa pecunia, uel-
lem ut dares mihi pecuniam debitam, ualet, ut
per doct. in l.quod te.ff.ſi cer.peta. Vnde contra
eam Bar. adducit tex. in auct. hanc autem que-
relam. C.de non numerata pecunia. & l.ut perfe
ctius. C. de annali exceptione. & l.fi.C. de neg.
geſtis. & capitulum appellatio. de appellatio. in
6. in quibus proteſtatio fit in ſcriptis ſine loque
la & clamore: ſed quia poſſet dici ꝙ dicta iura
non loquuntur in propoſito de proteſtatione:
quoniā in dicta auct. hanc autem. nominatur ex
ceptio, & in d.l.ut perfectius. nominatur libel-
lus, & in d.l.fi. nominatur atteſtatio, & in dicto
cap. appellatio. dicitur appellatio. Vnde non ui
dentur oppugnare dictam diffinitionem prote
ſtationis. Bar. reſpondet quòd imò loquuntur
de proteſtatione quæ dictis nominibus & mul-
3 tis alijs nominatur. † Nam aliquando dicitur
proteſtatio, aliquando teſtatio, aliquando dete
ſtatio, aliquando atteſtatio. & aliquando conte
ſtatio. Item nunciatio, denunciatio, prædictio,
prohibitio. uetatio, appellatio, & interpellatio,
quæ omnia nomina habent eandem ſignificati-
uū, & ſunt ſynonyma ſicut enſis & gladius. Ideò
licèt in dictis iuribus nō ſit hoc nomē proteſta
tionis, attamen in d.l.fi.C.de neg.geſt. eſt nomē
atteſtationis, & in d.l.ut perfectius. eſt nomen
denunciationis, & in alio nomō appellationis.
& cum idem ſignificent quod proteſtatio, pro-
bant quòd proteſtatio poteſt fieri in ſcriptis, &
ſine clamote uocis, & per conſequens diffinitio
Ioannis Monaci non eſt bona: quia non com-
prehendit proteſtationes quæ fiunt in ſcriptis,
& alias quæ fiunt ſine clamore.

4 Vnde †reiecta hac diffinitione poſuit Bar. aliā
ex mēte Iuriſconſulti in l. deteſtatio. de uerbo.
ſignificatio. dicens ꝙ proteſtatio eſt cum teſti-
bus facta denunciatio. nam licèt ibi diffiniatur
deteſtatio: tamen etiam diffinitur proteſtatio:
quia ſynonyma ſunt, ut ſtatim dixit. Ideò cōclu
ſit ꝙ diffinitio Iuriſconſulti ſit uerisſima. Et dū
dicitur cum teſtibus, demonſtrat quòd proteſta
tio ſine teſtibus fieri non poteſt, quod ipſe præ-
ſuppoſuit neceſſarium in tota hac materia. Et
dum dixit denunciatio, demonſtratur ſubſtan-
tia proteſtationis quę tendit ad finem tantum
notificandi, non autem ꝙ ſit locutio diſpoſitio
nē inducens. Vnde per illud uerbū excluduntur
contractus, & teſtamenta: quia in illis non eſt lo
cutio ſimplex ad notificandū: ſed eſt locutio ad
diſponendū. Itē dum dicit cū teſtatione, nō ex-
primendo in ſcriptis, cōpræhendit proteſtatio-
nem tam factam in ſcriptis, quàm ſine ſcriptis.
& propterea cum comprahendat omnes ſpe-
cies proteſtationum; & excludat alias diſpoſi-
tiones, ſequitur quòd diffinitio eſt bona, & per
fecta, & ita reſſidet ut hic per eum. ex cuius di-
ctis colliguntur aliquæ concluſiones.

5 Et prima eſt † ꝙ decem hæc nomina per eū re
lata ſunt ſynonyma habentia eandem ſignifica
tionē, & denotantia proteſtationem de qua in
materia noſtra loquimur. & uidentur per tranſi
re docto. ſed tamen eius concluſio confunditur
per iura allegata per ipſū, quæ clarè dicunt hęc
nomina diuerſa ſignificare, & ſeparata à prote-
ſtatione. Nā primò eſt teſtatio, quæ dicitur eſſe
locutio cum teſtibus, d.l. ait prætor. §. ſi quis par
ticeps. ibi, teſtato cōuenit. ff. de his, quæ in frau
dem creditorum, & probatur inſti. de teſtam. in
prin. ibi, teſtamentum eſt mentis teſtatio, id
eſt, declaratio mentis coram teſtibus conuoca
tis. Item poſteà eſt atteſtatio. quod uerbum de
notat declarationem mentis factam coram te-
ſtibus ad abſentem miſſa l. ſubſignatum. §. at-
teſtari. de uerbo. ſigni. & ſic atteſtatio eſt ſpe-
cies. Similiter eſt uerbum deteſtatio, quod ſi-
gnificat teſtationem cum teſtibus factam de ali
quo actu, quem intendit refutare improbare ſe
repudiare, quia deteſtari eſt odioſum referre,
& repudiare, cap. j. de ſepul. in fin. ibi, deteſt.

mur ſub anathematis uinculo, & alibi dicitur
de teſtabilis abuſus, cap. ſi canon. de officio or
din. in . 6. & deteſtabilis , id eſt , iniquus, cap.
acceptamus, de pact. cum ſimilibus poſitis per
Alb. in uerbo deteſtatio. Item eſt conteſtario,
quæ denotat actum coram teſtibus factum con
tradicentem teſtationi ſibi factæ, ut ſit ſimul te
ſtatio. l. j. §. denunciamus . & §. ſequenti in uer
bo cum teſtato. ff. de lib. agnoſcend. & patet in
toto titulo de litis conteſtatio. ff. C. & decreta.
quia ſemper dicitur ſimul teſtatio. Item eſt pro
teſtatio, quæ dicitur cum inſtantia coram teſti-
bus uocatis reſtatio. Nam dictio pro , denotat
quodam augmentum , ut cum inſtantia affir-
mare cap. eum qui . de dolo , & contum. lib. 6.
cap. archidiaconus . & cap. ut quis, duas. ſuper
uerbo proteſtatus. lib. 6. Card. cap. in genera-
6 li. de reg. iur. in 6. †Vel dicitur proteſtatio à di
ctione pro, & teſtatio. quæ dictio pro , denotat
idem quòd ante, ut per Albericum in dictiona-
rio ſuo in uerbo pro, ut eſt proclama, id eſt, cla
matio ante factum cum lex in futuris det for-
mam negocijs, & proclama fit ante exceſſus fa-
ctos, & uerbum profugere ſignificat ante face-
re, l. metum. in fi. prin. cum glo. in uerbo profu-
gi. ff. quod met. cap. & quocunque modo ca-
piantur, ſemper eſt quædam ſpecies ſaparata ab
alijs ſupra nominatis . & non eſt genus prout
præſupponit Bar.
7 Rurſus †habemus quatuor nomina ſimiliter
ſeparata , & ſpecialiter ſignificationem ha-
bentia , nunciatio, anunllatio, renunciario , &
denunciatio . Nunciatio fit abſenti ut per
Archidia. in cap. diaconi. 93. diſtinctio. inde
dicitur nuncius qui ſemper ad abſentem mitti-
tur, hic eſt quòd nunciatio in hoc titulo noſtro
ità appellatur: quia poteſt fieri abſente domi-
no, & eſt neceſſarium quòd fiat in opere etiam
abſente domino cui ſine opere fieri non poteſt,
l. de pupillo. §. nunciationem . & §. ſi quis for
tè . ſupra eod. & ſufficit quòd ſint operarij uel
ſerui præſentes , ut ibi dicitur, ubi glo. plus di
xit quòd ſine eis etiam fieri poſſet, quod tamen
ego non approbaui ſupra : quia nunciatio ſine
perſonis eſſet muta, & non eſſet qui renſiciaret.
ideo ſatis procedit quòd non requiruntur alij
teſtes præſentes, poſteà eſt renunciatio de qua
in dicto. §. nunciationem. quando operarii re-
nunciant domino. ideſt , ſibi nunciatum refe-
runt. poſteà eſt annunciatio , quæ denotat ali-
quod futurum cum gaudio notificare, ut in Euā
gelio dictum fuit paſtoribus , Annuncio uobis
gaudium magnum, & ſanctæ Virgini Mariæ an
nunciatum fuit, ut per Archidiaconum in cap.
ſi diaconi lxxj. diſt. Item eſt denunciatum quæ
eſt de præſenti nunciatio, de qua habetur in to
tò illo titulo. ff. de lib. agnoſcend. & ff. de adul.
l. denunciaſſe. cum ſimilibus. & per Archidiaco
num in eodem loco, & iſta differt ab teſtatione
leg. j. §. quid ſi ui. uerſi. ideò. ibi, teſtationem uel
denunciationem infra quod ui aut clam. poſteà
eſt prædictio , quæ ſignificat ante factum di-
ctio, l. fin. §. ſi quis prædixit. ff. nautæ caup. &
ſtapul. Item eſt prohibitio de qua in toto titu-
lo infra , quod ui aut clam, & in l. j. in princi-
pio . ſupra eodem. & eſt ſpecies etiam differens
ab alijs denunciationibus . Item eſt uetatio di-
cta l. ſeruus uetante . ff. de uerborum obligatio
nibus, atque interpellatio. l. mora. ff. de uſur.
quæ dicitur eſſe denunciatio incitatiua , & eſt
ſpecies ſeparata à prædictis. Vnde omnibus his
congeſtis apparet quòd iſta nō ſunt ſynonyma
ut præſupponit Bar. imò dicuntur diuerſa no-
mina habentia ſpecialem ſignificationem à pro
teſtatione, & ipſemet Bar. infra in materia præ
ſupponere uidetur, dum in diuiſione ponit qua
tuor ſpecies proteſtationis . & ſi nos nolumus
aliquem terminum pro genere capere , ſolùm
poſſumus in iſtis duobus terminis hoc facere
teſtatione , & nunciatione : quoniam ipſi ſunt
termini ſimplices, & alii compoſiti , & compo-
ſita uerba ſemper in ſpecie capiuntur, & ſimpli
cia in genere, ut dixi in rub. ſupra ſoluto ma-
trimo. dum concludunt docto. quòd petere eſt
genus , dare , & facere , & ſpecies ſunt reddere,
reficere, & repetere , & deponere . Vnde cum
proteſtatio ſit compoſitum à pro & teſtatione
non poteſt capi in genere , & neceſſariò deno-
8 tat ſpeciem . † Saluari non poteſt aliter Bar.
niſi quòd licet iſti termini de iure habeant
has ſpeciales ſignificationes , & diuerſas : ta-
men ex uſu ſignificant idem, & pro eodem po-
nuntur, & communis uſus loquendi docto. ſcho
larium, & idiotarum inoleuit quòd hoc nomen
proteſtationis capit in genere , ut ſub eo com
prehendat omnes alias notificationes per di-
cta uerba denotatas , & ſecundum illum abu-
ſum locutus fuit Bar. & nos etiam ſequamur in
hac materia : ne nimiam ſubtilitatem ſequen-
tes , difficultatem & inuolutionem in dictis do
cto. augeamus . & ſi reperiemus alios termi-
nos , qui tamen habent ſpecialem ſignificatio-
nem in genere ſumptos cum hac conſidera-
ne ſaluabimus. facit textus à contrario , in
§. alio . inſtitutionibus quibus modis infir-
ment. teſtam .
9 Quibus ſic declaratis †reuertendo ad diffini-
tionem Bar. hic reprobauit illam quam tradi-
dit Ioannes Monachus ex eo , quòd præſuppo-
nebat omnem proteſtationem debere fieri cum
clamore, quod non eſt , cum in ſcriptis & ſine
uerbali locutione fieri poſſit . Alex. tamen hic
dicebat eam ſaluari poſſe : quia imò , & in ſcri
ptis nos dicimur clamare , cap. cum Marthæ ,
in uerbo lex Moſaica clamat . de celebratio.
miſſarum qui tex. mihi non habet hæc uerba, ut
etiam hic per Rub. mā tamen dictum eſt in ſe
uerum: quia leges clamare dicuntur ut per Bar.
in l. Arriani. C. de hęreti. nā in ſui promulgatio
ne ſemper præcones clamando eam referunt ut
audiatur, unde cū poſteà lex ſemper loquatur ,
dicta l. Arriani. ipſa dicitur clamare ſemper ut
apræ

à præcone promulgata, & probatur in dicto cap. ſanctorum. ibi, ſynodali promulgatione. de præſcriptio. & glo. exponit de illa citatione quæ fit parti abſenti ſecundum formam l. ut perfectius. C. de ann. exceptio. quæ tamen ſaluatio non eſt tuta, ex eo: quia licèt leges dicantur ſemper clamare, tamen proteſtantes nõ clamant, cum uerbis curialibus & moderatè poſſint proteſtari, & dicto cap. ſanctorum. appellatur proclamatio: quia fit in ſynodo publicè coram omnibus clericis de prouincia congregatis, & non poteſt aliter fieri ut audiatur, niſi proclamando, quod non procedit quãdo quis proteſtatur alicui perſonæ, unde apparet quòd hæc proclamatio eſt accidentalis in proclamatione, & non continet ſubſtantiam ipſius, & accidentia non debent poni in diffinitionibus: quia ſemper eam reddunt imperfectam, cum nõ poſſit comprehendere omnes caſus, & nunquã conuertitur cum ſuo diffinito, prout requiritur, l. j. §. dolum. ff. de dolo. Ideò diffinitio debet tradi per genus & ſubſtantiales differentias ut no. in l. j. ff. de teſtam.

10 Rubeus † autem ex alio modo ex mente aliorum dicebat eam ſaluari poſſe ex eo: quia à cõmuniter accidentibus, & plerunque fit cum clamore, & ut dicebat Alex. in conſ. 114. lib. 3. proteſtatio ſemper fit cum magna inſtantia ideò plerunque fit cum clamore, & licèt in aliquibus non interueniat: tamen non uitiatur diffinitio, ut uoluerunt Areti. & Decius in rub. & cap. j. ext. de iudi. dicentes diffinitiones non improbari quamuis in aliquibus paucis cauſis non uerificentur. Sed nec iſta ſaluatio eſt bona, tũ quia non eſt uerum quòd plerunque fiat cum clamore: quia imò ſæpiſſimè fit cum uerbis moderatis & curialibus. Item ſæpiſſimè fit in ſcriptis priuatorum, quæ non dicuntur clamare, quum & etiam ſcribens dicatur propriè loqui. ut not. plenè docto. in l. j. ff. de uerbo. obligatio. interentes ad ſtatutum prohibens loqui cum bannitis. præterea non eſt uerum quòd diffinitio ſuſtineatur ſi in aliquibus non uerificetur, cũ imò ſit neceſſarium quòd quilibet minimus caſus in ea comprehendatur: aliàs non poſſet conuerti cum diffinito, ut requiritur, d. l. j. §. j. de dolo. & l. j. ff. de teſtam. & hoc ſolùm ſuſtinetur in regula, ut habetur in l. j. ff. de reg. iur. non in diffinitione quæ ſemper periculoſa eſt hac ratione l. omnis diffinitio ff. de reg. iur. Vnde ſi tu uis ſaluare tu non potes aliter dicere, niſi quòd hæc non eſt diffinitio. ſed eſt quædam larga, & & uulgaris deſcriptio, quæ ſolet fieri per ea quę magis apparent uulgo, & facilius intelligũtur. prout fecit Iuſtinianus in l. Imperium. ff. de iuriſdictione omnium iudicum, qui deſcripſit imperium mixtum per qualitates ipſius magis notas & apparentes uulgo: ſed non eſt bona diffi-
11 nitio, ut ibi dicunt docto. & plenè notaui. † deſcriptio uerò propria & diffinitiò debent comprehendere omnes caſus ut dixi.

. Secunda eſt diffinitio Bar. quòd eſt cum teſtatione facta denunciatio, quæ diffinitio & ipſa & ſecundum ueras regulas diffinitionis, & de-
12 ſcriptionis eſt imperfecta † Nam primò dicit quòd eſt denunciatio, & contradicit ſibi ipſi, qui uoluit quòd denunciatio idem ſignificet quòd proteſtatio, Vnde hæc diffinitio caret genere. Et ſi tu uis ſaluare eſt neceſſarium quòd dicas denunciationem latius ſe habere, quàm proteſtationem, quod improbat ipſe & cæteri.

Similiter eſt imperfecta: quia non ampræhendit proteſtationes factas ſine teſtibus, & tamen infinitæ poſſunt fieri, ut inſ. in materia dicetur, & licèt teſtes interueniãt ad probandum tamẽ non ſunt de ſubſtantia, l. cum res. C. de probatio, & ſi eſſet ſcriptura, uel etiam pars confiteretur eã, proteſtatio ualeret ſine præſentia teſtiũ. l. ſi ſeruus. ff. de neg. geſt. & communiter tenẽt docto. de nunciatione, quæ eſt proteſtatio in l. j. §. nunciationem. ſup. eo. Vnde non comprehenditur in diffinitione proteſtationis factæ ſine teſtibus, & non conuertitur cum ſuo diffinito, cõtra l. j. §. dolo. ff. de dolo. Præterea uidetur cõprehendere teſtamentum, quod dicitur eſſe mẽtis teſtatio §. j. inſti. de teſtam.

Præterea dat diffinitionem quam poſuit Iuriſconſultus ad deteſtationem, quæ tamen eſt ſpecies proteſtationis ut ſupra. Item teſtari & proteſtari idem ſignificant. l. at ſi quis. §. ſed interdum. ff. de religi. & ſump. funer. ibi, actu dicitur teſtari & proteſtari, & per l. fi. de neg. geſt. & l. capite quinto. ff. de adulter. Vnde uidetur quod ſit idem, ac ſi diceretur proteſtatio eſt cum atteſtatione denunciario.

Præterea eſt dubitabilis, ex eo: quia uidetur exprimi modus proteſtandi, id eſt, denunciatio cum interuentu teſtationis, & modus non ſolet poni in diffinitionibus, ut no. in d. l. j. de teſt. & de dolo. Vnde hæc diffinitio peccat eodẽ morbo quo peccat diffinitio Ioannis Monaci, & ſi tu uis eam ſaluare eſt neceſſarium recurrere ad ſubterfugia ſupra poſita, quòd proteſtatio ex uſu hominum, & ex uulgari appellatione doct. ſumitur in genere, & denunciatio, eodem modo poteſt capi ex intentione in genere & in ſpecie. Item quòd eſt quædam deſcriptio uulgaris quæ traditur per ea quæ ſunt magis nota ut facilius cognoſcatur, non tamen eſt uera deſcriptio neque diffinitio.

13 Ideò † aliæ traduntur diffinitiones per docto. & Oldrad. dicebat quòd proteſtatio eſt ſolius animi expreſſio alicuius uerbi uel facti dubij ambiguitatem declarans. l. fi. C. qui admi. & l. filius familiàs. ff. ad Macedo. quæ tamen & ipſa eſt imperfecta: quia non complectitur omnes ſpecies, cum ſolum uideatur continere proteſtationem declaratoriam. Vnde cum ſit imperfectiſſima, nec ſub nomine deſcriptionis largè poteſt defendi, & contineat omnem loquentem, atquè etiam docto. legentes. Alia quoque traditur quòd eſt quædam

propoſitio quæ fit coram iudice.l. idem Vlpia-
us.§. ſufficit.ſup.de excuſatio. tuto. quæ & ipſa
imperfectisſima eſt, & nimis ſpecialis.

Aliam quoque addidit Rub.hic dicens quòd
proteſtatio eſt quædam denunciatio quæ in iu-
dicio, uel extra in ſcriptis, uel ſine coram teſti
bus & ſine eis in opere uel extra opus gratia iu
ris conſeruandi, uel damni depellendi, quæ
& ipſa eſt nimis uerboſa. & ſimul quoque im-
perfecta: nam ſimul uult cumulare omnes qua
litates accidentales quas omnes per unam car-
tam non poſſet explicare.Ideò neceſſariò tales
diffinitiones ſunt ſemper imperfectæ: quoniam
ſemper multi caſus omittuntur, & non poteſt
conuerti cum ſuo diffinito. Item peccat in ma-
gis neceſſario: quia dicit tantummodo iuris cō
ſeruandi, & damni depellendi, & non explicat
alias partes proteſtationis, quæ fiunt incitan-
do uel declarando,

14 Vnde † Alcia. in dicta l. deteſtatio. ff. de uer
bo. ſignificatio. addit aliam dicens quòd pro-
teſtatio eſt animi noſtri declaratio iuris acqui-
rendi, uel conſeruandi, uel damni depellen-
di cauſa facta, quæ & ipſa imperfecta eſt: quo-
niam non complectitur omnes cauſas propter
quas fit proteſtatio, & cum ipſe uoluerit eam
tradere per cauſam finalem, erat neceſſarium
quòd omnes cauſas exprimeret, uel ſub uer-
bo generali contineret, alioqui non complecte
tur omnes ſpecies proteſtationis, & remanebit
diminuta ut non poſsit conuerti cum ſuo diffi
nitio, contra leg. j. §. j. ff. de dolo. & no. in d.
l.j.ff.de teſtam. Solum tamen poterit ſuſtineri
per modum cuiuſdam largæ deſcriptionis. Itē
uidetur conuenire contractibus & teſtamentis,
in quibus fit animi expresſio, & declaratio,quā
uis ab hoc poſſet ſuſtineri:quia in contractibus
eſt declaratio ad diſponendum.

15 Quare†tu potes aliter omisſis alijs diffinire
dicendo, quòd proteſtatio eſt intentionis, uel
facti expresſio ad aliquem effectum cauſandum
pro cautela notificata.Dixi intentionis expreſ-
ſio:quia omnis proteſtans primò exprimit intē
tionem ſuam, & poſteà eam notificat.Et addi-
di uel facti:quia in proteſtatione certificatoria
exprimitur,uel narratur factum contingens no
tificandum.Item dixi notificata:quia hæc prote
ſtatio oportet quòd innoteſcat, ſiue fiat in ſcri
ptis, ſiue ſine ſcriptis,ſiue cum teſtibus,uel ſine,
cum ſi non appareret in mundo nullum auxiliū
afferre poſſet,& non poſui cum teſtatione: quia
teſtes non ſunt de ſubſtantia, & ſine eis poteſt
eſſe ut dixi. Item addidi ad aliquem effectum
cauſandum, ut complecterer omnes cauſas pro
teſtandi. & includerem omnes ſpecies infra po
nendas in diuiſione.Item dixi pro cautela, ut
excluderem omnes alias intentiones, & contra
ctus,& teſtamenta, & omnes diſpoſitiones,quæ
diffinitio comprehendit proteſtationem in ge
nere,& omnes ſuas ſpecies.tamē ſi tu uis poſteà
habere ſpeciales diffinitiones poteris eas trade
re poſt examinatam ſequentem quæſtionē Bar.
de diuiſione conſtituendo ſuas ſpecies principa
les & ſingulariter diffiniendo, & hæc de diffini
tione. & terminorum declaratione.

16 Secundò quærit Bar.hic, †quotuplex ſit pro-
teſtatio, & dicit omisſis alijs diuiſionibus quæ
non habent theoricam,nec intellectum iur is,ꝙ
eſt quadruplex declaratoria uoluntatis ſuæ. Itē
prohibitoria,ſeu inhibitoria ne aliquid fiat.Itē
incitatoria,ut alter aliquid faciat. Item certifi-
catoria de euentu alicuius accidentis,quæ diui
ſio licèt ipſe non dicat ſumitur à quatuor cauſis
proteſtandi: quia aut proteſtamur & declara-
mus uoluntatem noſtram tollendo dubium de
eo,propter quod poſſent ſequi multi effectus.

Secundo fit proteſtatio ad finē ut prohibea-
tur aliquid fieri ut in nunciatione noui operis,
& prohibitione quod ui aut clam,uel ne mulier
nubat l. denunciaſſe.infra de adulterijs.

Tertiò fit proteſtatio ad finem, ut incitetur
pars ad aliquid faciendum,ut eſt interpellatio
l.quod te.ff. ſi cer. petat.

Quartò fit ad finem,ut aliquis euentus inno
teſcat, ut ſi mulier dicat ſe pręgnantem ex ma-
rito, uel contraxiſſe matrimonium, uel feciſſe
diuortium, uel eueniſſe aliquam conditionem
contractus, uel aliquem eſſe mortuum, uel ali-
quid ſimile.

17 Addunt alij†quintam ſpeciem quę fit ad finē
conſeruandi ius ſuum,ut quando proteſtatur ꝙ
non intendit ex aliquo actu ſibi præiudicare,&
illum actum facit ſaluo iure ſuo, l. ſi debitor. §.
j.ff.quibus modis pig.uel hypoteca ſoluitur. &
l. ſi creditores. C. de pact. & eſt bonum exem-
plum in l.j.§. quemadmodum. ff. de lib. agno-
ſcend.uerſi.ſine autem. tamen communiter do-
cto.ſaluant diuiſionem Bar.dicentes,quòd hæc
quinta ſpecies continetur ſub illis .quatuor, &
maximè ſub prima,cū in ea fiat declaratio uo-
luntatis,& cōſeruatio iuris ſui uidetur eſſe cau
ſa generalis ad omnem ſpeciem proteſtationis
tamen mihi placet quòd hæc quinta ſpecies ad
datur:quoniam cōſeruatio iuris ſui licèt ſit cau
ſa generalis ad faciendam omnem ſpeciem pro
teſtationis, tamen habet propriū finē ſepara-
tū. Vnde conueniens eſt ut etiam p onatur ſpe-
cies quæ habeat ſuum finem ſeparatū conſerua
tionis iuris ſui,& in dictis caſibus ad hunc ſolū
finem fit proteſtatio ut conſeruetur ius ſuum.

Nec obſtat quòd ſit declaratoria uoluntatis
quia & inhibitoria & prohibitoria eſt etiā de-
claratoria uoluntatis; tamen quia eſt cauſa ge-
neralis ponuntur ſuæ ſpecies cum ſua cauſa ſpe
ciali,& poterit dici proteſtatio ne per illū actū
18 fiat ſibi præiudicium.†Ripa uerò in d.cap.cum
M.Ferrarieſis.de cōſtitutio.ponit duas ſpecies,
unā proteſtationis,& aliam denūciationis, pro
teſtatio ſecūdū ipſum cōſiſtit in his quæ depen
det,à uolūtate & ſolo facto proteſtātis,denūcia
tio uerò cōſiſtit in his,quæ depēdet à facto eius
cui denūciatur,quæ differentia ſatis poſſet pro
cedere

cedere ſummendo hoc nomen proteſtationis
in ſpecie, prout diſtinguitur ab alijs ſimilibus
ſpeciebus, ſeu in genere ſubalterno, ut dixi ſu
pra de propria ſignificatione uerborum: ſed ſu-
mendo in genere generaliſſimo, pro ut aſſum-
pſerunt omnes docto. & ex uſu fuit receptum.
19 non procedit hæc diſtinctio † Oldrad. quoquè
ut refert Siculus in dicto cap. cum M. Ferrarien-
ſis. dicebat enim quòd imò eſt unica proteſta-
tio, quæ eſt mentis expreſſio, & fit in his, quæ
depēdent à mera & pura uolūtate proteſtantis,
quæ opinio non eſt uera, cum reperiatur pro-
teſtatio declarans aliquid eſſe uel fuiſſe, ut mu-
lierem eſſe prægnantem, conditionem extitiſ-
ſe, aliquem eſſe mortuum, & ſimilia. Item po-
teſt fieri de his quæ dependent à uoluntate duo-
rum, & à poteſtate iuris & non facti, & pote-
ſtate facti, & non iuris. Item dum dicebat Al
ciatus quod quando aliquid intimatur, uel in-
citatur eſt, denunciatio incidit in opinionem
Bar. qui uoluit ſub proteſtatione contineri de-
nunciationem, ut ſit alia ſpecies, & teſtatio
quoque comprehendit etiam ea quæ dependēt
à uoluntate duorum, ut ſupra demonſtraui in
20 generali cognitione terminorū. † Alcia. uerò in
dicta l. deteſtatio. dicebat duas eſſe ſpecies tan
tum, una quæ ab animo proteſtantis principa-
liter tendit, alia quæ factum eius cui proteſta-
tur reſpicit. Prima eſt declaratoria conſerua-
toria & certificatoria. Secunda eſt incitatoria
& prohibitoria. Item prima in teſtatione conſi
ſtit. Secunda in nunciatione, quæ diuiſio nec
etiam eſt perfecta: quia aut capis conſiſtere in
animo quia exprimitur mens, & ex uoluntate
procedit, & hæc qualitas eſt communis omni-
bus, cum incitatoria, & prohibitoria præſup-
ponunt animi expræſſionem, & à uoluntate de-
pendent: quia nemo cogit eum proteſtari. Aut
capis conſiſtere in animo ad differentiam fa-
cti extrinſeci eſt imperfecta: quoniam eſt &
tertia, quæ continet notificationem facti in
perſonam proteſtantium, & quòd ſit prægnans
mulier, uel extiterit conditio, & Titium eſſe
factum conſulem. Item dum dixit quòd prima
conſiſtit in teſtatione: quia nihil impedit quin
fiat ſine teſtibus, ſi aduerſarius fateretur eam,
ac etiam interpellatio ut ſoluat, uel ut inci-
tet cuſtodes debet fieri cum teſtibus, lege
prima. §. denunciare. ff. de liber agnoſcen-
dis. & in illo caſu non cogitur, ut in dicto §.
denunciare. coniuncto. §. Iulianus. in uerbo
conteſtato.
21 Tu † autem potes dicere quòd proteſtatio po
teſt tribus modis diuidi, uel reſpectu modi,
uel reſpectu ſubiecti, uel reſpectu cauſæ finalis.
reſpectu modi diuiditur: quia quædam fit cum
teſtatione, ut ad ſui eſſentiam requirat conuo
cationem teſtium, & iſta poterit dici propriè
proteſtatio, quæ habet ſpecies ſuas, proteſta-
tionis in ſpecie, atteſtationis, conteſtationis
& deteſtationis. Secunda fit ſine teſtibus de ne-
ceſſitate, & quocunque modo appareat ſuffi-
cit, & hæc continet ſuas ſpecies, nunciatio-
nem, renunciationem, annullationem, &
denunciationem, quæ ſpecies antiquo iure
Romanorum habebant uarietatem iuris: ſed
hodie non uidetur quòd de iure recipiant ali-
quem ſpecialem effectum ſeparatum.

Secundò poteſt diuidi reſpectu ſubiecti: quo
niam quædam fit ante ipſum actum, ut prote-
ſtatio in ſpecie, quædam fit abſenti, & appel-
latur deteſtatio, quædam fit ſimul, & appella
tur conteſtatio, quædam fit de re odioſa, & ap
pellatur deteſtatio. Idem eſt in nunciatione:
quia illa fit abſenti, annunciatio de re futura,
renunciatio de re relata, & denunciatio de re
præſenti. quæ diuiſio etiam iure antiquo pro-
ducebat aliquos effectus ſeparatos: ſed in iure
noſtro non uidetur producere aliquem effe-
ctum conſiderabilem.

Tertiò modo fit diuiſio reſpectu cauſæ fina-
lis, & hæc eſt quam dedit Bar. & ſequuntur cō
muniter docto. & eſt melior omnibus alijs, ad-
dendo illam quintam ſpeciem conſeruationis
iuris: quoniam in hac diuiſione, & in iſtis ſpe
ciebus reperiuntur conſiderabiles effectus iu-
ris qui magis ad ſenſum poſſunt apparere,
& unaquequè poſteà poterit recipere prædi-
ctas diuiſiones ſtatim traditas, ſi autem tu
uis reducere ad bimembrem, potes facere
unam ſpeciem de certificatoria, & aliam de
alijs partibus, & dicere quòd quædam con-
ſiſtit in ſimplici notificatione, ut notificetur
aliquid factum eſſe uel eueniſſe, & alia quæ
conſiſtit in notificatione mentis ſuæ, quæ uel
ſit ſimpliciter ad hunc finem ut innoteſcat
cum intentione ut prohibeatur, uel incitetur
aliquid facere, uel quòd actum non faciat præ
iudicialem, & ità quatuor ſpecies continebun
tur ſub uno genere ſubalterno, & ideò cum nec
etiam habeat effectum iuris, melius eſt ut tenea
mus diuiſionem Bar. & communem cum dicta
additione, quæ intelligibilior eſt.
22 Prima † eſt igitur ſpecies declaratoria uolun
tatis, quæ fit ſuper actu qui dependet à uolun-
tate, & à poteſtate proteſtantis, ut per illam
declarationem appareat quòd ipſe intendat fie
ri de ipſo actu: Vnde ad eius ſubſtantiam requi
rit quòd actus dependeat à libera uoluntate, &
poteſtate mera. Nam ſi non dependet à uolun-
tate uel poteſtate, fruſtratoriè fieret, & nullius
erit effectus, ut infra dicetur, & quoniam po-
teſtas quinque modis in nobis conſiderari po-
teſt, uel quòd ſit plena iuris & facti, uel quòd
ſit plena iuris & facti cum interuentu alterius
perſonæ, ut in contractibus, uel quòd ſit po-
teſtas iuris & non facti, uel quòd ſit po-
teſtas facti tantum, & non iuris, uel quòd
23 nulla ſit poteſtas. † Ideò Bartolus hic di-
cit quòd hæc proteſtatio poteſt fieri ſuper
quinque ſubiectis ſeperatis. Et primò quan-
do ſubiectum dependet à libera uoluntate

& poteſtate plena. Secundò quando ſubie-
ctum dependet à uoluntate proteſtantis, & al-
terius. Tertiò quando dependet à poteſtate
iuris, & non facti. Quartò quando dependet
à poteſtate facti tantum, & non iuris. Quin-
tò quando dependet ab his quæ nullo modo
ſunt in poteſtate & uoluntate, quod ulti-
mum fuit poſitum ut appareat quando prote-
ſtatio ſit utilis: quoniam ſi non dependet à po
teſtate, & uoluntate nihil operatur ſeu inutili-
ter fit, & cum ſuper iſtis quinquè ſubiectis fie-
ri poſſit, oportet ſeparatim inueſtigare in quo
ſubiecto fiat, cui perſonæ ſit fienda, qualiter
ſit fienda, quos effectus producat, & quando,
& quomodo finiatur.

Prima eſt igitur ſpecies proteſtationis de-
claratoriæ uoluntatis, quæ fit ſuper ſubiecto
ſeu actu dependente à libera uoluntate & plena
poteſtate proteſtantis, quæ proteſtatio aliquan
do fit ad finem ut ſe exoneret, & neminem gra
uet. Aliquando fit ad finem ut ſe exoneret non
curando quòd alius grauetur uel capiatur. In
primo modo forma quærit de illis quatuor, cui
fiat, qualiter fiat, quos effectus producat, &
24 quomodo finiatur. †Cui autem fiat, breuiter re
ſoluit dicens quòd non eſt neceſſaria perſona
cui fiat, nemini enim fieri poteſt, & per conſe-
quens in quocunque loco, ita quòd ſubſtantia
ipſius conſiſtit ſolum in illa expreſſione uolun
tatis quocunque loco facta, & ponit exemplum
de aditione hæreditatis, l. pro hærede. §. pri-
mo & l. ſi quis aliena. §. fin. ff. de acquir. hære-
ditate. & l. at ſi quis. §. plerique. de relig. &
ſump. fun. & de teſtamento l. ſi quis in princip.
teſtamenti. de leg. 3. & de expenſa facta in
utilitatem alterius l. Neſennius. ff. de neg. geſt.
& poſteà dicit quòd debet fieri perſonaliter,
& non poteſt fieri per procuratorem, per l. per
procuratorem. ff. de acquir. hæreditate, & per
rationem: quia in quocunque loco fieri poteſt,
& producit effectum: quia exonerat proteſtan
tem, & finitur per unum actum, uel expreſſum
in proteſtatione, uel in continenti futurum, ſi
ſimpliciter dixit per actum, quem ego fa-
ciam, & non trahitur ad actum ex interual-
lo, niſi ſint uerba prægnantia, ut hic per eum
cum iuribus ſuis allegatis. Ex cuius dictis col-
liguntur aliquæ concluſiones.

25 Prima eſt concluſio, † quòd hæc proteſtatio
facta ſuper actu dependente à mera uoluntate,
& plena poteſtate exemplificatur in teſtamen-
tis, hæreditatis aditione, & negotiorum ge-
ſtione, & ſequuntur communiter docto. Sed
exemplum de lege qui aliena. §. finali. non ui-
detur bonum: quia ibi requiritur iuſſus domi-
ni, & ſine eo aditio nihil operatur: ergo non
dependet à uoluntate & poteſtate; Sed defen-
dendo Bar. potes reſpondere quòd licèt requi
ratur iuſſus ad hoc ut acquiratur ipſi iubenti:
tamen ipſa aditio dependet à ſola uoluntate
ſerui, qui ſi non uult acquirere nunquàm effi-
cietur hæres, etiam quòd pateretur ſe excutia-
ri, l. cum proponas. C. de hæredibus. inſti. &
dicto. §. finali. poſſet enim eſſe quòd odio ha-
beret dominum, & alteri ſucceſſori magis ſibi
grato uellet acquirere, uel forſan ſperaret li-
bertatem ut adeundo eam ſibi acquireret, iux-
ta. §. ſi uerò. inſti. de heredibus inſtituend.
Rubeus etiam dicit quòd exemplum de nego-
tiorum geſtione non eſt bonum, cum poſſit pro
hiberi à parte, & impediri expenſas factas re-
cuperare. l. final. C. de neg. geſt. & non habet
ſimilitudinem cum aditione, uel teſtamenti fa
ctione: argum. glo. in Clem. dudum. §. ſi ue-
rò. de ſepul. quæ dicit illud pendere à libera
uoluntate: quando non poteſt impediri ut in
cap. quæ in eccleſiarum. de conſtitutionibus. ſal
uat ipſe: quia Bar. habuit aliam intentionem
allegando dictam l. Neſennius. quia licèt nego
tiorum geſtio non ſit uoluntaria, tamen dona-
tio quæ præſumitur eſt uoluntaria, & proteſta
tio ibi fit ad illum finem ne ſit donatio, quæ nō
cadit in l. alimenta. C. de neg. geſtis. tamen
ſubdit quòd per hoc non ſaluatur, cum prote-
ſtatio non fiat ſuper donatione ſed ſuper ipſa
geſtione. Sed tu defendendo Bar. potes dicere
quòd intellexit de caſu quando non prohibere
tur. Nam tunc dependet à mera uoluntate: quia
fundatur in ſola operatione animi ſui, etiam
abſente uel ignorante domino, & ſine eius ſcié
tia & conſenſu inducitur contractus obligans
ipſum dominum. Vnde dicitur dependere à ſo
la uoluntate uſque ad prohibitionem, & pro-
batur in l. libertas. de ſtatu hominum. ubi li-
bertas eſt naturalis facultas faciendi quod ſibi
placet, niſi ui aut iure prohibeatur. & ſic uis
aut legis prohibitio, quæ poſſet in certo caſu
accidere non impedit liberam uoluntaté aliis,
neque quòd actus non dicatur conſiſtere in li-
bera uoluntate, & illa prohibitio facta à do-
mino non impediret proteſtationem, quin ope
raretur, non habere animum donandi, licèt
ex alio poſteà impediatur repetere. & propte-
rea exempla Bar. ſunt bona.

26 Secunda † colligitur concluſio. quòd quan-
do proteſtatio fit ut ſeipſum exoneret, & nemi
nem grauet, poteſt fieri nemini, & ſibi ipſi eā
facere: quia non eſt neceſſarium quòd fiat in
præſentia partis: neque alteri pro eo, & ſolùm
teſtes interueniunt ad probationem, iuribus
allegatis per eum, & textus in dicto. §. final.
probat in terminis noſtris: quoniam aditio
licèt requirat iuſſum: tamen conſiſtit in eius uo
lūtate, & plus probat neceſſaria, quòd nō requi
ritur præſentia partis: quoniam ibi proteſtatio
fuit facta clam à domino, & eo abſente, & tamē
ualet, dum tex. dicit fallens aduit, & ſequun-
tur cōmuniter docto. & comprobat Iaſ. per mul
ta exempla actuum quæ dependent à uolun-
tate, & poteſtate propria, etiam quòd in-
ducit diſpoſitionem, ut in ratihabitione, iura
mento confirmatorio, & renunciatione gratiæ
de ac-

de acquir. beneficio, & approbatione teſtamenti, & aliis ſimilibus, ut hic per eum. qui in fi. declarat quòd coſeſsio inducens obligationem non perficitur parte abſente, l. certum. §. ſiquis abſente. de conf. Sed quando per eam inducitur approbatio, actus poteſt fieri abſente parte, ut per Ang. in §. ſi uerò expresſim. de hæredibus. & Falcidia. & cap. conſtitutus. & cap. fin. de confeſs. & ſequuntur quàm plurimi docto. allegati hic per Rubeum. qui, & ipſe conſtituit hanc regulam generalem, quòd in his, quę dependent à uoluntate unius, non eſt neceſſaria præſentia alicuius: ergo nec etiam in proteſtatione de iſtis, quæ dependet à uoluntate erit neceſſaria præſentia alicuius.

Contra tamen iſtam concluſionem allegat Ruy hiç tex. in l. ut perfectius. C. de annal. exceptio. & l. in contractibus. §. pe. C. de non num. pec. ubi ſumus in his, quæ dependent à uoluntate, & quis ſe exonerat, & neminem grauat, & tamen requiritur quòd intimetur parti. ſuper cuius ſolutione laborat ipſe, & Rubeus inquirentes rationem diuerſitatis: ſed tu dicas, quòd contrarium non eſt in terminis noſtris, & Bar. expreſſè diuerſificat: quoniam illa proteſtatio fit in his, quæ dependent à poteſtate iuris, & non facti. & propterea lex dedit ei formam quòd proteſtatio debeat fieri in ſcriptis, ut ſemper poſsit apparere cum per eam impediatur acquiſitio præſcriptionis. Item illa proteſtatio fit de illis quæ debent agitari in iudicio quod redditur in inuitum, l. inter ſtipulantem. §. j. de uerbo. obligationibus. unde illa proteſtatio habet uim citationis & actus iudiciarii. l. de unoquoquè. ff. de re iudica. & ſic ſuccedit loco actus iudiciarii, præterea ibi poteſt dici quòd ibi requiritur pręſentia partis propter exceptionem quæ debet opponi in iudicio, & non propter proteſtationem.

Secundò huic concluſioni obſtat: quia ſi quis denunciat ſe recepiſſe uſuras: ſe exonerat, & neminem grauat, & tamen requiritur præſentia partis ſecundum Bar. in l. cum quis decedens, §. codicillis. de leg. iij. reſpondetur ex mente Fely. in cap. ſi cautio. de fide inſtru. col. 8. uerſi. fallit ulterius. quòd illa denunciatio præiudicat confitenti ſeu denuncianti, quia ſi fiat in abſentia præiudicat ipſi confitenti ſecundum Bar. in l. ſeruus. C. de agri. & cenſ. lib. xj. facit lex. ſi mulier. C. ad Velleia. Tu autem dicas quòd grauare poteſt abſentem: quia ex longa ſolutione earum inducitur probatio obligationis ſortis l. cùm de in rem uerſo. cum materia. ff. de uſur. facit l. plures apochis. C. de fide inſtrum. & ſic habes quòd quis non poteſt declarare motum animi ſui ex poſt facto: quando tractatur de præiudicio tertij, & ideò dicunt ſcribentes in l. j. ff. de ſolutio. quòd debitor non poteſt ex interuallo declarare ex qua cauſa ſit facta ſolutio, l. ſi partem. in fi. ff. quemad. ſerui. ami. intellige tamen quando ex illa proteſtatione nō inducitur renunciatio, & acquiſitio de re ſua alteri: quia tunc oportet ꝙ interueniant ea quę ſunt de ſubſtantia amisſionis, & acquiſitionis in alium, ut no. in l. ſi quis ui §. differentia. ff. de acquir. poſſeſsio. & per Bar. in l. ſi rem aliquam. eodem titulo. iunctis no. in l. non ſolum. §. liberationis uerba. de lib. lega. dixi in l. naturaliter. §. nihil commune. ſuper tertia lectura de acquir. poſſeſsio. Iterum ultra doctores contra Bar. facit: quia imò uidetur quòd quis proteſtando ſe non adire hæreditatem grauet alios: quoniam grauat legatarios qui interim non habent legatum, & creditores qui interim non poſſunt conſequi credita ſua, & ſeruus grauat dominum, cui non acquirit hæreditatem: ergo uidetur quòd iſtud exemplum Bar. non ſit bonum, neque etiam theorica ſua procedat: ſed potes reſpondere fatendo quòd per dictam delationem hæreditatis grauantur multum dictæ perſonæ habito reſpectu ad oculum corporis: tamen uerè dictæ partes non dicuntur grauari habito reſpectu ad oculum intellectus: quia lex uoluit quòd aditio dependeat à mera uoluntate, & ꝙ nemo ſui iuris poſsit cogi hæreditatem adire, & ſufficiat pro ratione uoluntas. l. quia poterat. ff. ad Trebelli. unde non dicitur grauare differendo neque repudiando, cum hoc faciat lege permittente, & propterea facias unam concluſionem ad hanc regulam Bar. quòd tunc dicitur ſe exonerare ſine grauamine alterius: quando ſecundum leges nullam alteri facit iniuriam, & licèt de facto uideatur grauare: tamen non appellabitur grauamen cum fiat iure permittente l. nec magiſtratus. cum materia. ff. de iniuriis. & no. in leg. iuſtè poſſidet. infra de acquirenda poſſeſsio. ubi dicetur.

27 Secunda eſt principalis concluſio Bar. † quòd proteſtatio declaratoria uoluntatis proteſtantis non poteſt fieri per procuratorem, & ſic de ſubſtantia ipſius proteſtationis eſt, quòd illa fiat perſonaliter, ſicut & perſonaliter debet adire, & aditio hæreditatis non poteſt fieri per procuratorem. l. Paulus. alias per procuratorem. ff. de acquir. hæredita. & eſt ratio: quia dictio inducitur ex omni actu inferente uoluntatem adeundi l. pro hærede. eod. titulo. unde data habilitate quòd quis in continenti poſſit adire, & quòd quis habeat uoluntatem adeundi conſtituendo procuratorem demonſtrat uoluntatem adeundi, & per conſequens dicitur adire, & non remanet aliquid quod poſteà expediatur per procuratorem, ita conſtituendo procuratorem ad proteſtandum, ſtante dicta aptitudine, & uoluntate, uidetur in continenti proteſtari ad ſufficientiam. unde non eſt quod remaneat per procuratorem agendum, & potius procurator conſtitutus referret, quàm quòd ipſe proteſtationem faceret, & quod per me nunc poſſum non coniuncto uoluntati alterius l. quia ratio. ff. de conditionibus inſtitu-

tionum . & dixit Bal.in l. j. uigeſima nona op-
poſitione . C. qui admitti quòd ſi quis conſti-
tuit procuratorem in his quæ pendent à ſua me
ra uoluntate , ſtatim officium procuratoris in
ipſo ortu mandati perimitur , & in ſequenti op
poſitione ibidem ſubdit quòd quædam ſunt ,
quæ ſola uolũtas deducit ad actum perfectum :
& iſta non poſſunt fieri per procuratorem: quia
28 non datur medium inter uoluntatem , & eſſe . †
Fallit tamen ſecundum glo. in dicta l. per pro-
curatorem : quando dubitatur an hæreditas ſit
ſoluendo : quia poteſt dicere conſtituo te pro-
curatorem ad adeundum , ſi eſt ſoluendo , & ua
lebit conſtitutio : nec de præſenti uidebitur adi
re:quia aditio conditionem non recipit l. actus
legitimi . ff. de reg. iur.Sed Bar. in d. l.ibidem
repræhendit hanc limitationem: quia ſi dubius
eſt animus adeuntis , non poteſt ipſe adire , er-
go nec etiam conſtituere procuratorem ad ità
agendum poteſt,ex eo : quia procurator poſteà
reſolutus non poteſt ex proprio animo adire :
quia ipſe non eſt hæres : nec ex animo ipſius hæ
redis inſtituti: quia dubius eſt . ideò non ualet
aditio , & neceſſarium eſt quòd à procuratore
ipſe ſit notificatus , & certificatus poſteà ipſe
habeat per perſonam ſuam , & non per procu-
ratorem, quæ opinio in puncto iuris uerior eſt,
ex eo: quia aditio hæreditatis poteſt fieri à prin
cipali in quocunquè loco exiſtenti: quando ip-
ſe reſolutus eſt .

Nec obſtat quòd dicitur de bonorum poſſeſ
ſione , ut ibi no. quia agnitio bonorum poſſeſ-
ſionis non poteſt fieri in quocunquè loco : ſed
oportet quòd fiat in præſentia iudicis.unde po
terit fieri per procuratorem cum forſan domi
nus non habeat commoditatem adeundi , &
tunc uidetur quòd per petitionem procurato-
ris factam coram iudice ipſe dominus ex ani-
mo ſuo uideatur adire , ut potius uideatur nun
cius , quàm procurator : arg. l. ſi pater. de ma-
numiſs. teſtam. & eorum quæ no. per Bar. latè
in l. ſi is qui pro emptore. ff. de uſucapio.& ſen
tit Bar. hic , dum dicit quòd proteſtatio poteſt
fieri quocunquè loco , ideò ſequitur quòd per
procuratorem fieri non poteſt : quia conſtituen
do uidetur proteſtari:ſed ſi deberet fieri in præ
ſentia partis , uel in certo loco , tunc poſſet fie-
ri per procuratorem , & ideò ſicut generaliter
aditio hæreditatis non poteſt fieri per procura
torem , ſecundum opinionem poſitam per Bar.
in dicta l. per procuratorem. eodem modo nec
ipſa proteſtatio. Et quamuis Rubeus hic uidea
tur dubitare de proteſtatione quæ uidetur poſ
ſe fieri ſub conditione differens ab ipſa aditio-
ne : tamen hoc non eſt uerum p dictũ Bal. in di
cta l. j. C. qui admitti : quia quando actus de-
pendet à ſola uoluntate , iſta non poſſunt fieri
per procuratorem : quia non eſt medium inter
uoluntatem , & eſſe , & hæc eſt uera ratio à qua
non eſt recedendum . Glo. tamen ibidem , &
docto. ponunt ſecundam rationem quòd in adi
tione hæreditatis eſt electa induſtria perſonæ ,
quo caſu actus non poteſt explicari per alium ,
l. unica . §. ne autem . C. de cad. tollend. & no.
in cap. fi. de officio delegati , ſed hæc ratio pa-
rum ualet : quia aſſumptum negatur quòd ſit
electa aliqua induſtria in aditione , ut per do-
cto. ibidem , & per Rub. hic , & bene , aliæ e-
tiam ibi aſſignantur , & quas ibi reprobant do
cto. & referunt hic Crotus , & Rubeus , & re-
præhendunt, unde uideas per te ſi placet .

29 Intellige † tamen concluſionem:quando (ut
dixi) non requiritur aliqua ſolennitas in actu:
quia tunc poteſt per alium fieri actus , ut in da-
tione libertatis , leg. pater ex prouincia . ff. de
manumi. uindicta . & l. qui abſenti . ff. de ac-
quir. poſſeſſio. & hoc modo etiam procedit il-
lud quòd per procuratorem poteſt conferri be-
neficium , cap. qui autem . de præbend. in 6.
ſuper quo laborat hic Rubeus.Sed tu dicas non
eſſe generale quòd libertatis datio poſſit fieri
per procuratorem , cum imò regula ſit in con-
trarium quòd non poſſit dari per procuratorẽ,
ut l. nec mulierem . C. de manumiſs. uindi. &
l. j. C. de manumiſs. in fi. & eſt glo. communi-
ter approbata in l. cum proponas . C. de dolo
circa medium . Vnde ad hoc ut per procurato-
rem fieri poſſit eſt neceſſarium quòd ipſi pro-
curatori donetur ſeruus ad illum effectum , ut
ipſe tanquàm dominus poſteà manumittat ,
quo caſu appellatur procurator in rem ſuam ,
ut ibidem nota.& ratio adducitur.quia in pro-
curatore non eſt dominium in quo conſiſtit ip-
ſa libertas , ut no. inſti. de liber. in prin.Et ad
tex. in dicta l. pater ex prouincia . cum tribus
concordantibus reſpondetur quòd procedunt
in patre & filio , & filio & patre , & auo &
nepote , qui propter coniunctionem præſumun
tur eſſe eadem perſona , iuxta . §. ei uerò. inſti.
de inutilibus ſtipulationibus .

30 Tertia eſt concluſio, † quòd præſtatio decla-
ratoria uoluntatis poteſt fieri quolibet loco , &
tempore : ſed in contrarium uidetur tex. in di
cta l. at ſi quis . §. plerunquè . ff. de religioſ. &
ſump. funer. ubi quando funerat in illo actu de
bet facere proteſtationem ut patet ibi in litera
in uerbo funerat , & in uerbo facere , quæ ſunt
præſentis temporis . Sed uera eſt ſolutio quòd
ibi in ipſo actu debet fieri : quia inceperat ab
actu , & ille ſtatim faceret executionem ut uide
retur adiuiſſe , & per aditionem præſumptiuè
probatam non eſſet amplius locus pœnitentiæ.
ſed ſi incepiſſet ab ipſa proteſtatione, ante quã
faceret actum , tunc poſſet eam facere quocun-
què loco,& poſteà funerari , & non eſſet neceſſa
rium inter eam repetere , ſi ex modico interual
lo fieret , ut probatur in l. qui in aliena . §. fi. &
dicta l. pro hærede . §. j. de acquir. hæredita.in
tellige ergo quòd poteſt fieri quolibet loco, &
quolibet tempore : quando tu incipis ab ipſa
proteſtatione : ſed ſi tu incipis ab actu, tunc
eſt neceſſarium quòd in continenti fiat in ipſo
actu

actu : quia per eum fieret executio.
Item dum dicit de quolibet loco.dubitat Bar-
batia in dicto cap. cum M. Ferrarienſis. an poſ
ſit fieri in eccleſia, & communis eſt concluſio
quòd ſic : quia non eſt actus iudiciarius : nec ſo
lennis. Et per eandem rationem etiam pote-
rit fieri die feriata: arg. not.in leg.j. §. nuncia-
tio. ſupra eodem. & hic etiam per Mod.
31 Quarta eſt concluſio Bar. † ingrediendo ar-
ticulum : quomodo finiatur proteſtatio, quòd
per actum præſentem finitur proteſtatio, quæ
concluſio non habet difficultatem : quando ip-
ſa proteſtatio fieret in actu,ut in dicta l. & ſi
quis. §. plerique. ff. de relig. uel etiam ſi fie-
ret ante : tamen ſe referret ad actum ſpecialem
nominatum dicendo proteſtator quòd ego uo
lo adire hæreditatem funerando patrem,uel uo
lo quòd bis debeatur legatum : quando in hoc
teſtamento bis legauero, uel aliter referendo
proteſtationem ad actum ſequentem nomina-
tum. Nam cum proteſtatio ſit ex uerbis reſtri-
cta ad illum actum, neceſſariò extinguitur cum
ipſo actu, & hic eſt primus modus finiendi pro
teſtationem, in quo non dubitant hic doctor.
quando uel fit in ipſo actu, uel in proteſtatione
nominatur actus fiendus : quia in claris non eſt
opus coniecturis l. continuus. §. cum ita. ff.de
uerbo. obligatio.
32 Quinta concluſio eſt, † quòd ubicunquè pro-
teſtatio fit ſimpliciter, illa porrigitur tantum-
modo ad actum, qui fit in continenti, & licèt
docto.non ponant formam quomodo dicatur
fieri ſimpliciter,neceſſarium eſt ut tu dicas eam
fieri per uerba futuri temporis: quoniam ſi præ
cedit ipſum actum, neceſſariò ipſe actus eſt fien
dus de futuro. Et ſi quis diceret proteſtor
de actu quem facio, eſſet proteſtatio in ipſo a-
ctu facta, & reſtricta ad eum, & eſſemus in præ
cedenti caſu. Vnde ut diſtinguamus eſt neceſ-
ſarium quòd fiat per uerba futuri temporis. &
forma eſt quòd dicatur ego proteſtor quòd per
actum quem faciam non intendo adire hæredi-
tatem, uel per legata, quæ bis legauero non in
tendo bis deberi : ſed ſemel deberi uolo. In
qua forma ſi in continenti ſequatur actus, tunc
finitur ipſa proteſtatio in eo, atquè in eo ueri-
ficabitur, & ſequuntur communiter docto.pro
qua concluſione faciunt ea, quæ cumulando ad
ducit hic Iaſ. quòd, quæ in continenti fiunt cen
ſentur ineſſe in ipſo actu l. lecta. uerſi.dicebam
ff. ſi cet. pet.cap. officij. de electio. glo. & do-
cto. in l. petens. C. de pact. Imò fortius etiam
in his, quæ de neceſſitate debent fieri ante actũ,
paria ſunt aliquid fieri ante actum, uel in ipſo
actu, uel poſt actum in continenti.glo.nota. in
l. Pomponius. §. rati. ff. de procurato. quæ di-
cit exceptionem dilatoriam quę neceſſariò de-
bet opponi ante litem conteſtatam : tamen ſi
opponatur poſteà in continenti admittetur :
quia paria ſunt, uel ante litem conteſtatam,uel
poſt in continenti opponatur. quam glo. ſe-
quuntur communiter docto. relati hic per Iaſ.
Ideò Bal. in l. ſi. ff. de ferijs dixit quòd ſi alicui
iudex præfigat terminum peremptorium ad ꝓ
bandum, poterit etiam eo elapſo in continen-
ti probare per inſtantiam,& per teſtes, & idem
tenet in l. diffamari. C. de inge. & manumiſſ.
limitando tamen, & in auct. ad hæc. col. pen.
C. de uſur. Idem eodem modo, & tutor poteſt
præſtare auctoritatem ante actum, & poſt actũ
in continenti. glo. in. §. tutor. in uerbo poſt
tempus. inſti. de auctoritate tutorum,ac recon
uentio poterit fieri in continenti poſt litis con
teſtationem, licèt debeat ante fieri, ut per Bal.
in cap. cum ueniſſet. col. pe. de iudicijs cum
alijs ſimilibus concordantibus cumulatis hic
per Iaſ.in practica utilibus.cum ergo proteſta-
tio facta in ipſo actu,uel in ſequenti nominato,
uerificetur, & finiatur in eo, ità etiam ſi fiat
ſimpliciter, & poſteà ſequatur actus ; in conti
nenti uerificabitur, & finietur in eo per dictam
regulam quòd paria ſunt aliquid fieri in ipſo
actu, uel poſteà in continenti, & de hac conclu
ſione adhuc nemo dubitat.
33 Sexta eſt concluſio, † quòd proteſtatio de-
claratoria uoluntatis ſimpliciter facta non por
rigitur ad actum: qui ex interuallo ſequitur :
quia uidetur ex curſu temporis ab ea proteſtãs
receſſiſſe, & faciendo actum ex interuallo am-
plius non recordaui, uel non curaui de ipſa
proteſtatione, quæ concluſio etiam communi-
ter approbatur, & uera eſt rectè intellecta cum
reſtrictionibus infra dandis : tamen Bar. eam
probat per duas leges parum concludentes. Nã
allegat tex. in l. per retentionem. C. de uſur.
ubi ſi quis ſecerit pactum quòd poſſit retineri
pignus pro uſuris minoribus, uerificabitur, &
finietur in eis, & ſi poſteà fiat pactum ex inter-
uallo de maioribus, non trahetur ad ea:quia ſe
34 quitur ex interuallo ſecundum eum. † Tamen
ad iſtum tex. reſpondet Iaſ. hic quòd eſt ſpecia
le ibi propter odium uſurarum : quia odia ſunt
reſtringenda. cap. odia. de reg. iur. in 6. & le.
cum quidam. ff. de lib. & poſthumis. & ſentit
ipſemet Bar. in dicta l. per retentionem. in bo
nis lecturis. Secundo reſponder quòd loqui-
tur in diuerſis terminis : quia ibi pactum erat
factum ſuper minoribus uſur.& erat conuentio
non proteſtatio. Vnde cum ſit factum ſuper
una re, non trahitur ad aliam rem ex interual
lo per dictam legem ſi unus. §.ante omnia.ff.de
pactis. unde non probatur ibi de proteſtatio-
ne. Tertiò reſpondetur quòd ibi pactum fuit
uerificatum in dictis minoribus uſuris, & reſtri
ctum ad eas. & poſteà ſubſecutum fuit aliud pa
ctum ſeparatum, ità quòd ibi interuenerunt
duo actus, & quando interueniunt duo actus
nõ poteſt proteſtatio quæ uerificata eſt in uno,
& extincta poſteà trahi ad ſequentem actum
ex interuallo : ſed quæſtio noſtra eſt quando
præceſſit proteſtatio, & nullus actus ſecutus
fuit in continenti : ſed ipſa proteſtatio ſtetit in

ſuſpenſo & poſteà ſecutus eſt unicus actus ex in
teruallo, an uerificetur in eo, & ad ipſum por
rigatur, & ille tex. hoc non dicit. Similiter al
legat tex. in l. ſi ità. ff. de aur.& arg. legato.
ubi qui legat ueſtem. & aurum ſuum, intelli-
gitur de præſenti non de futuro, cum multis ſi
milibus: ergo proteſtatio intelligitur de præ-
ſenti non de actu ex interuallo. Sed responde-
tur quòd ibi legatum iam fuit uerificatum in
ueſte; & auro præſenti. unde non poteſt exten
di ad futuras res in caſu noſtro. proteſtatio in
nullo actu præſenti fuit uerificata: ſed unicus a
ctus ex interuallo ſubſecutus fuit. Item ibi le-
gatum fuit factum per uerbum præſentis tem-
poris lego. unde non trahitur ad futura per ll.
allegatas ibi per glo. ſed hic præſupponitur ꝙ
proteſtatio ſit per uerba futuri temporis, di-
cendo per actum quem faciam proteſtor me
nolle adire, cum ſi eſſet facta per uerba præſen
tis temporis non eſſet proteſtatio ante actum:
ſed eſſet proteſtatio in ipſo actu, ut in caſu
dicti. §. plerique. ubi dicitur per actum
quem ego facio non intendo adire, & iſte eſt
caſus ſeparatus ex mente Bar. licèt doctor.
æquiuocando permiſceant. unde dictæ leges nõ
probant concluſionem Bar. in iſtis terminis:
quando poſt proteſtationem nullus actus in cõ
tinenti fuit ſubſecutus: ſed ſtetit ſuſpenſa uſquè
ad actum ex interuallo factum, & quòd ad eum
non trahatur nihil concludens per Bar. fuit ad
ductum. Vnde tertiò adducitur tex. in leg. ſi
quis certam. ff. de adim. legatis ubi ſi quis lega
uit Sempronio certam rem, & grauauit ut det
alteri ꝑ fideicomiſſum, poſteà eandẽ relinquit
per fideicommiſſum ipſimet, & non grauauit,
dicitur quòd grauamen non eſt repetitum: ſed
reſpondetur quòd nec etiam facit: tum quia ſe
cundus actus eſt diuerſæ naturæ allegatæ ſecun
dum iura antiqua: tum quia etiam ipſa uo-
luntas ſeu proteſtatio uerificabatur in ipſo a-
ctu, & erat diſpoſitio præſentis temporis, non
autem dilata ad futurum tempus, ut in caſu pro
poſito. unde apparet quòd nihil fuit adductum
quòd hæc proteſtatio non trahatur ad unicum
actum ex interuallo factum. Propterea Bal. in
dicta l. pacta nouiſſima. C. de pactis. & in le-
ge. Item quia. ff. de pactis & Areti. in dicta l.
qui in aliena. §. fin. tenuerunt contrarium ꝙ
proteſtatio facta ſimpliciter porrigatur ad a-
ctum factum ex interuallo, ſi nullus alius in cõ
tinenti præceſſit, & mouetur per tex. in l. ſi ita
ſcriptum. ff. de leg. j. ubi ſi teſtator proteſtetur.
& dicat ſi cui bis legauero ſemel deberi uolo,
talis proteſtatio operetur etiam circa legata,
35 quæ poſteà ex interuallo fiant. † Sed tamen de
fendendo reſpondetur quòd licèt legata fiant
ex interuallo, id eſt, ſeparatim ab ipſa proteſta
tione: tamen quia fuerunt facta in eodem teſta
mento, dicuntur ſemper in continenti facta:
quia teſtamentum dicitur fieri unico contextu
l. hæredes palam. §. ſi. ff. de teſtam. & l. cum an
tiquitas. C. de teſtam. & no. quòd hic proteſta
tio fuit facta per uerba præſentis temporis, &
poſteà uerba reſpicientia factum fuere futuri tẽ
poris. & tamen ille tex. uult ꝙ proteſtatio facta
de actu futuro uerificetur in eo dummodo fiat
in continenti, id eſt, in actu continuato.

Secundò adducit Bal. quia proteſtatio de ſui
natura ſemper fit per uerba reſpicientia actum
de futuro: quoniam ipſa proteſtatio de ſe ni-
hil eſſet, niſi ſe referet ad actum de futuro ſequẽ
tem, ſi nullus de præſenti fit: ergo ſi exprima
tur dicendo per actum: quem ego faciam, uel
dicendo quando bis legauero, exprimi illud ꝙ
tacitè ineſt: ergo nihil debet operari lege iij.
de leg. j. Sed quando ponitur uerbum futuri tẽ
poris trahitur ad actum ex interuallo, dicta l. ſi
ità ſcriptum. ergo idem erit ſi non exprimatur
& ad iſtud non datur reſponſio. Sed tamen tu
potes reſpondere quòd licèt proteſtatio ſem-
per implicet actũ de futurò cui proteſtans uult
derogare: tamen implicat actum in continen-
ti futurum, & quando exprimitur uerbum futu
ri temporis, ſimiliter explicatur actus in con-
tinenti futurus. unde ſi ſequatur actus in con-
tinenti in eo uerificabitur proteſtatio, & dero-
gabitur ei: ſed ſi actus fieret ex interuallo non
traheretur: quia uoluntas non præſumitur du-
rare, & actus ex interuallo non alteratur per
proteſtationem iam extinctam.

Tertiò contra Bar. adducitur dicta l. ſi quis
in principio teſtamenti. ff. de leg. j. ubi prote-
ſtatio fuit ſimpliciter facta per uerbum ſimplex
futuris temporis, cui bis legauero, & tamen
trahitur ad actum ex interuallo: quia trahitur
ad legatum factum in codicillis, & tamen non
poteſt dici in continenti factum, cum codicilli
nõ poſſunt fieri unico contextu cũ teſtamento:
non quoniam fruſtra fierent, ſufficeret teſtamen
tum: ſed eſt neceſſarium quòd fiant ex interual
lo, aliquando per unum, & aliquando per de-
cem annos. Super hoc tex. laborant communi-
ter docto. & Alex. reſpondebat quòd neceſſa-
riò ibi erant uerba futuri temporis aliàs non
traheretur ad actum poſteà ex interuallo, &
pondera quòd intelligit de uerbis prægnanti-
bus futuri temporis: quia uerba ſimplicia futu
ri temporis reſpicientia actum, & ſeparata à ꝓ
teſtatione ibi interuenerant. ſed tu dicas quòd
hæc eſt diuinatio ad illum tex. quia tex. ponit
formam uerborũ in proteſtatione, & addere uer
ba prægnanti eſt deſtruere illum tex. unde tex.
ille concludentiſſimè uidetur probare contra
Bar. quare ſecunda datur reſponſio quòd ibi co
dicilli erant teſtamento confirmati. unde ui-
dentur eſſe idem cum ipſo teſtamento: arg. in
l. aſſe toto. ff. de hæredibus inſtituend. cum ſi-
milibus. Quæ reſponſio etiam eſt diuinatiua
ad illum tex. quia ultra quòd eſt diuinare quòd
codicilli ſint teſtamento confirmati: tamen da-
to quòd eſſet non tollitur quin eſſent ex inter-
uallo facti aliquando per decem annos, & de

prote-

protestatione uideretur oblitus teſtator, uel ſaltem uideretur eam uoluiſſe tollere. Vnde tu potes dare tertiam ſolutionem, & dicere quòd ibi eſt alius ſenſus in illis uerbis uel codicillis, quàm dent docto. ſed illa dictio uel codicillis, uidetur referre totam orationem præcedentem ut ſit ſenſus, ſi in teſtamento ponatur iſta clauſula trahitur ad legata facta in teſtamento, uel ſi iſta clauſula ponatur. in codicillis trahitur ad legata facta in codillis, quo caſu non contradicit: quia codicilli fiunt unico contextu cum ipſa clauſula per dictam legem hæredes palam. §. fi. de teſtam. non autem dicit quòd clauſula appoſita in teſtamento porrigatur ad legata facta in codicillis, & ſic non probat ꝙ trahatur ad uerba de futuro, & hoc modo procedit tex. in l. fi. ff. ad Trebellianum l. Caio. ff. de annu. leg. Corneus conſi.44. uol.iij.& l. aſſe toto. ff. de hæredib. inſtituend.

Quartò obſtat l. quoties. ff. de hæredib. inſti. ubi qui dicit ſe inſtituiſſe Caium ſub conditione, ſi poſteà inſtituiſſet purè, talis proteſtatio tollit ipſam inſtitutionem, etiam ex interuallo factam. Sed tu reſponde quòd ibi proteſtatio non poterat uerificari in alio actu puro: ſed quando uerificatur in actu puro non trahitur poſteà ad actum ex interuallo, uel dicas quòd ibi durabat cauſa proteſtationis, quo caſu proteſtatio etiam durat cum expreſſiſſet certam perſonam, ut infra dicetur.

Quintò obſtat l. ſi tibi liberum. ff. de actio. emp. & l. ſi binarum. ff. de ſeruituti. urbanorum prædio. ubi ſi uendidi tibi ædes meas cum hoc ut ſeruiat alijs meis, ſi trado ſimpliciter, proteſtatio uerificatur in eis, & tamen potuit eſſe facta ex interuallo, reſpondetur quòd incontinenti fuit quæſitum ius ex illa diſpoſitione, & non poterat ex interuallo mutari. Item illa proteſtatio erat pars contractus, & non potuit poſteà mutari. per l. ſed & ſi. ff. de actio. & obliga. Tertiò, ibi cauſa proteſtationis ſemper durauit. Ideò per tempus non fuit extincta.

36 Sextò obſtat regula † quòd uoluntas ſemper præſumitur durare, & in dubio non præſumitur mutatio uoluntatis, cap. maiores. de batiſmo, l. ij. ff. de probatio. Reſpondet Ruy. quòd ibi actus erat conformis ipſi mandato. ideò mandatum præſumitur durare: ſecus in caſu noſtro, que ſolutio non tollit totum contrarium, cum aliquando actus poſſit eſſe conformis proteſtationi. Secundò reſpondetur per doctrinam Bar. in l. non ſolum. §. ſi mandato meo. ff. de iniurijs, qui uoluit quòd ſi quis mandauit quẽ facere homicidium, ſi fecit ex interuallo tenetur: quia non præſumitur mutatio uoluntatis: quia ibidem durabat cauſa mandati, id eſt, inimicitia, & ſic proteſtatio trahitur ad actum ex interuallo: quando cauſa proteſtationis eſt cõtinua, & adhuc durat tempore actus, quàmuis poſſit dici quòd illud dictum Bar. non ſit uerum, ut no. per glo. in. §. certè. inſti. de obligatio. quæ ex delicto naſcuntur, & per Bal. in dicta l. j. col. iij. C. de ſerui. fugitiuis. & per Decium in dicta lege pacta nouisſima. ſed tamen uerior eſt opinio Bar. per ea, quæ infra dicemus.

37 Octauò † contra Bar. facit tex. in l. j. §. idem Labeo, infra quod ui aut clam, ubi dicitur ꝙ ſi eſt facta prohibitio ne fiat ædificium, & prohibitus ceſſauerit per aliquod tempus, etiam unius anni, & poſteà cæperit ædificare, quòd adhuc dicitur uiolenter ædificare: quia durat prohibitio etiam ter, & quater uſquè ad finem cauſæ principalis, & ſic apparet quòd prohibitio facta trahitur ad actum ex interuallo, & durat uoluntas prohibentis per longum tempus: ergo proteſtatio durat per longum tempus, & trahitur ad tempus ex interuallo. Sed reſpondetur quòd prohibitio trahitur ad actum ex interuallo: quia ſemper durat cauſa prohibitionis ne fiat præiudicium iuri ſuo, ut ibidem etiam nota. Reſolutiuè autem loquendo docto. hic diſtinguunt ſex caſus, ut per Rubeum, & Crotum determinando totam materiam. quæ diſtinctio non hic, ſed in fi. articuli danda eſt.

38 In propoſito autem oportet cõſiderare † quid ſibi uelit Bar. quando dixit, ſi ſimpliciter facta ſit proteſtatio. Nã poteſt intelligi uelle ꝙ quando dictum fuit proteſtor non adire hæreditatem, quòd uideatur ſimpliciter facta proteſtatio non exprimendo actum de futuro. & ità uidentur ſenſiſſe Iaſ. & Alex. hic dum reſpondendo ad l. ſi quis in principio. dicunt quòd ibi erat uerbum futuri temporis: ergo præſupponunt quòd in caſu propoſito nullum erat uerbum futuri temporis, ſecundò modo poteſt intelligi quòd proteſtatio erat facta cum appoſitione relata ad actum per uerba futuri temporis, ut in dicta l. ſi ità ſcriptum. & in dicta l. ſi quis in principio teſtamenti. in quibus uerba proteſtationis habebant hunc ſenſum, quòd proteſtor, uolo deberi ſemel legatum, ſi bis uni legauero, & hæc ſecunda eſt naturalis forma proteſtationis: quoniam primus modus potius eſt negatio, quàm proteſtatio, & ſi uis reducere ad modum proteſtationis, eſt neceſſarium ꝙ des ſenſum proteſtor ꝙ nolo adire per actũ quẽ ego faciam, & ità uidentur ſentire docto in d. l. pacta nouiſſima, & Bar. ibidem in diſtinctione, qui non eſt ſibi contrarius, ſi rectè diſtinguamus conceptiones uerborum proteſtationis. Vnde Bal. ibi dicebat, quòd cum natura proteſtationis trahatur ad futurũ, licèt nõ exprimatur: tamen ideò ſi exprimitur uerbum futuri temporis, ponitur illud quòd tacitè ineſt.

39 Propterea dicendum eſt † ꝙ in propoſito caſu ſiue intelligamus primo modo, ſiue ſecundo modo ſemper enim proteſtatio implicitè, uel explicitè continebit uerbum futuri temporis. Vnde quæſtio præſens eſt, utrum uerbum futuri temporis in proteſtatione comprehenſum uerificetur in actu de præſenti tantum, uel

40 potius uerificetur in actu de futuro, † Et reſol-
uendo ego puto diſtinguendum. Aut cauſa ꝓ-
teſtationis durauit longo tempore uſquè ad a-
ctum ex interuallo factum, & tunc proteſtatio
ad illum trahitur: quia uoluntas præſumitur
durare, dicto cap. maiores. de baptiſmo, &
per Bat. in l. non ſolùm. §. mandato meo. ff. de
iniur. & in multis iuribus allegatis per Bar. qui
bus hanc reſponſionem dedimus. Si uerò non
durat cauſa proteſtationis, & tunc, & ipſa pro
teſtatio eſt extincta. per ea, quæ uidimus ſupra
in hoc. §. de morte uel alienatione proteſta-
tionis. Sed etiam ſine iſtis accidentibus diſpo
ſitio derogatoria uoluntatis non præſumitur
durare: quoniam odioſum eſt quòd quis ſibi li
beram poteſtatem auferat, & hic eſt caſus in di
cta l. cum in plures. §. ſi locator horrei. ſupra
locati, ubi per actum contrarium uidetur rece
dere, & tamen erat facta proteſtatio per actum
futuri temporis, ità quòd concludemus quòd
actus ex interuallo diuerſus à proteſtatione po
tius præualebit proteſtationi, quàm quòd ip-
ſa proteſtatio uitiet actum, & nos faciemus con
cluſionem quòd ſiue implicitè contineantur
uerba futuri temporia, ſiue explicitè, in dubio
hæc proteſtatio extinguitur per unum actũ, uel
durat paruo tẽpore. unde non trahitur ad actũ
ex interuallo factum: quia debilitatur, & præ-
ſumitur ex illo actu noluiſſe ab ea recedere. Fal
lit ubicũquè durauit cauſa proteſtationis: quia
tunc uerificabitur in actu de futuro, cum pro-
prietas uerborum eum compræhendat, & inten
tio proteſtantis concurrat.

41 Septima eſt concluſio † tacita ex mente Bar.
quòd ubicunquè poſt proteſtationem ſequun-
tur plures actus, proteſtatio uerificatur in pri
mo, & non trahitur ad alios actus, quæ conclu
ſio probatur per dictam l. per retentionem. quæ
propriè loquitur in his terminis, & per l. ſi ti-
bi certam. ff. de adim. leg. quæ ſimiliter loqui-
tur in his terminis, ulterius enim non uidetur
cogitaſſe proteſtans ne uideatur uelle ſibi libe-
ram poteſtatem auferre, pro qua opinione fa-
cit regula poſita in l. boues. §. hoc ſermone. in
fra de uerborum ſignificatione, & quæ latiſſi-
mè poſuit Tiraquell. in ſua repetitione, quo-
niam omnis ſermo in dubio etiam per uerbum
futuri temporis factus, uerificatur in primo
actu. Fallit tamen quando duraret cauſa pro-
teſtationis; quia, & ipſa extenderetur ad alios
caſus: quoniam uerba conueniunt, & ſecundum
proprietatem eos poſſunt comprehendere, &
intentio proferentis ex cauſa uidetur concurre
re, & eſt una principalis limitatio tradita per
Tiraquellum, & alios ad illum tex. in dicta leg.
boues. §. hoc ſermone. ff. de uerbo. & rerum
ſignificatio.

42 Poſſet tamen dubitari † an per uerbum quan
docunquè, uideatur proteſtans uoluiſſe com-
præhendere plures caſus, ſi forſan diceret per
actum quem quandocunquè faciam, non inten-
do adire hæreditatem, & omnes conueniunt,
quòd ſi unicus caſus ſucceſſit ex interuallo fa-
ctus, quòd tunc comprehendetur ex natura uer
bi: etiam quòd non eſſet duratio cauſæ per no.
per Decium in l. iij. ff. ſi cer. petatur in uerbo
quandocunquè. Tamen eſt dubium ſi interue-
nerint plures caſus an ex tali uerbo caſus ſucceſ
ſiui contineantur, & cum nos non habeamus ꝙ
iſtud uerbum denotet multiplicationem actus,
ſi ſimpliciter poſitum fuit, uidetur quòd non
debeat complecti plures caſus. Vnde poteſt
diſtingui. Aut dicitur per præſentem actum,
& alium quandocunquè, & tunc compræhen-
dentur ſequentes: ſed ſi dicetur per actum quẽ
quandocunquè faciam, tunc continebitur tan-
tummodo primus caſus ſiue incontinenti, ſiue
ex interuallo factus: quia hoc uerbum eſt dila-
tiuum temporis tantum, non autem multipli-
catiuum actuum, & eſt de mente docto. in di-
cto. §. hoc ſermone.

43 Octaua eſt concluſio † quòd ubicunquè in ꝓ
teſtatione quis uſus eſt uerbis denotantibus du
plicitatem ſeu multiplicationem actuum, quòd
tunc proteſtatio trahitur ad omnes actus ſequẽ
tes, tam in continenti, quàm etiam ex inter-
uallo factos, quæ concluſio non habet difficul-
tatem in primo exemplo Bar. quando dixit per
actum quem faciam, & quemcunquè alium ꝓ-
teſtor non adire: quia uerba expreſſè multipli
cationem inferunt, conditio quæcunquè dici-
tur eſſe uniuerſalis l. hoc articulo. ff. de hære-
dibus inſtituend. & eſt tex. in l. ſi quis ex libe-
ris. §. j. ff. de uulg. & pupill. & in l. qui filiabus
§. fi. ff. de leg. j. & no. plenè in l. re coniuncti.
ff. de leg. iij. & idem eſſet ſi diceretur in omnẽ
cauſam, ut per Iaſ. hic dum allegat tex. in leg.
quæro. in fi. ff. locati. in uerbo in omnem cau-
ſam. & idem eſſet ſi diceret, ſi per iſtum actum
& omnem alium, & huiuſmodi alia uerba uni-
uerſalia eſſent poſita. Sed dum Bar. allegat tex.
in l. ſi ita ſtipulatus. infra de fideiuſſo. dubium
eſt quare ibi fideiuſſio trahatur ad omnes caſus
ſequentes, & uerbum quandocunquè, non ui-
detur hoc inferre per ſupra dicta, nequè uerbũ
quantam. quia denotat quantitatem. Tamen
ex illo tex. poſſumus inferre quòd omnia uer-
ba duplicata faciunt ut diſpoſitio trahatur ad
omnes caſus. ibi enim erat uerbum quantam,
quòd adaptatur diuerſis ſummis; & erat uer-
bum quandocunquè, quod denotat uaria tem-
pora. Vnde ſimul iungendo faciunt ut diſpo-
ſitio trahatur ad plures caſus. Vnde ſequitur ꝙ
ſi dicatur per iſtum actum, & alium quando-
cunquè quòd denotabuntur plures actus tres,
& quatuor propter duplicitatem uerborum, &
idem poterimus dicere de alijs ſimilibus uer-
bis duplicatis.

Quare totam quæſtionem reſoluendo conſti
44 tuas ſex caſus. † primus eſt: quando proteſta-
tio eſt facta tempore quo fiebat actus, & tunc
reſtringitur ad eum, & finitur in eo, dicta l. an
ſi quis.

ſi quis §. plerique, & dicta leg. ſi unus. §. ante omnia.ff. de pactis.

Secundus caſus eſt: quando proteſtatio eſt ſimpliciter facta, quod procedit quando de nullo actu facit mentionem, uel etiam facit mẽtionem per uerbum futuri temporis, ut ſupra cum omnis proteſtatio implicitè contineat futurum tempus, & tunc ſi actus ſequatur in continenti uerificabitur in eo, & complebitur in eo, ut dicebat Bar quia uerba intelliguntur de præſenti, & de in continenti ſacto.

Tertius caſus eſt: quando in proteſtatione poſitum fuit tempus futuri temporis, uel implicitè continetur, & tunc ſi durat cauſa proteſtationis trahitur ad actum futurum ex interuallo per dicta ſupra in concluſione contra Bar. & in ſpecie per textum in dicta lege prima. §. Item Labeo. infra quod ui aut clam: ſed ſi non durat cauſa proteſtationis, tunc non trahitur ad actum de futuro: ſed ex paruo tempore corruit, ut hic per Bar. & doctores communiter.

Quartus caſus eſt, ubicunquè in proteſtatione dixit per actum quem quandocunquè faciam, & tunc trahitur ad unicum actum, etiam ex longo interuallo factum ex natura uerbi non conſiderata ratione an durauerit cauſa.

Quintus caſus ubicunquè unus actus eſt ſecutus in continenti, & plures alij ex interuallo, & tunc ſi ſimpliciter eſt facta, uerificatur in uno actu primo, & in eo finitur: ſed ſi poſt primum additum fuit uerbum quandocunquè. uerificabitur etiam in alijs propter naturam uerbi.

Sextus caſus eſt: quando uerba fuere pregnantia, ut quia dictum fuit per actum iſtum & quẽcunquè alium, uel per iſtum actum, & aliũ quandocunquè, & tunc continebuntur plures actus, per dictam l. ſi ita ſtipulatus. & non finietur per ſecundum uel tertium: ſed ad plures alios extendetur donec non fuerit mutata cauſa, cum reſtrictione tamen tradita per docto. in dicta l. boues. §. hoc ſermone. ff. de uerbo. ſignificatio. quæ bene nota: quia latè uolui examinare: quoniam conuenit omni materiæ proteſtationis, maximè in omnibus ſpeciebus ipſius proteſtationis declaratoriæ uoluntatis, ut ſciamus per quos actus finiatur, & ad iſtum locum remittemus.

45 Sed ſuccedit dubitatio † utrum per actum contrarium finiatur proteſtatio? & Barto. hic diſtinguit. Aut actus dependet à uoluntate ſola proteſtantis, & tunc proteſtatio præualet actui, & actus annullatur: ſed ſi actus ſequens ſit cum alio præualet actus: quia uidetur receſiſſe à proteſtatione ne ille tertius lædatur, & etiam quantum ad alios ut per eum faciendo aliquas concluſiones.

Prima eſt concluſio, quòd ubicunq; actus dependet à ſolo facto proteſtãtis, proteſtatio tollit actum, non actus tollit proteſtationem, niſi exprimatur l. ſi quis in princ. teſtamenti. ff. de leg. iij. & dicta l. ſi ità ſcriptum. ff. de leg. j. & l. ſi mihi, & tibi. §. in legatis. eodem titulo. Idem tenet Bar. in dicta lege qui in aliena. §. fin. de acquir. hæreditat. Bal. in lege ſi tam anguſti. ff. de ſeruitutibus. glo. prima in lege.
46 ut debitum. C. de hæreditariis actio. † Iaſ. tamen hic dicit quòd illę leges non uidentur probare: quia ibi non erat actus proteſtationi contrarius: ſed erat ambiguus, ideò declaratur per proteſtationem. ſoluit quòd ſaltem largo modo eſt contrarius actus, & Crotus præſumptiuè dicit eſſe actum contrariũ, Rub. dicit ꝙ cõcluſio Bar. melius probatur in d. l. qui in aliena. §. fi. ſed tu dicas ꝙ ante omnia eſt conſiderandũ qualis fuerit forma ꝓteſtationis, ad hoc ut ſciamus an actus ſequens fuerit contrarius, & propterea ut ſupra diximus inſpiciendum eſt an ipſa proteſtatio ſit facta de toto actu: ſeu de ſubſtantia ipſius, uel de qualitate ipſius actus. Nam ſi proteſtatio eſt facta de ipſo actu, & tota ſubſtantia actus, tunc actus ſequens eſt contrarius proteſtationi, ut ſi quis dicat proteſtor quòd nolo adire hæreditatem, ſeu dicat proteſtor quòd nolo alienare talem rem, ſi poſteà ſequatur quòd ipſe addit, tunc actus eſt in totum contrarius. uel ſi poſteà alienet rem, tunc actus eſt in totum contrarius: ſed ſi quis dicat proteſtor quòd per actum, quem faciam non intendo adire hæreditatem, ut per funerationem, uel cuſtodiam rerum, tunc actus non eſt contrarius proteſtationi: quia funeratio poteſt fieri, & cuſtodia abſq; eo ꝙ adeat hęreditatem. & propterea apparet quòd in d. l. qui in aliena. §. fi. actus fuit contrarius proteſtationi: quia ibi ſeruus proteſtatus fuerat ſuper ſubſtantia aditionis quòd nolebat adire hæreditatem, & poſteà iuſſus à domino adiuit, & præualet proteſtatio, ideò ille tex. in terminis probat opinionem Bar. ſed tamen ex alio poſteà non eſt in terminis, ut ſtatim dicam in d. l. uero. ſi ità ſcriptum l. ſi quis in principio, actus non erat contrarius proteſtationi: quia ſubſtantia proteſtationis erat quòd ſemel uolebat deberi, etiã quòd bis legaret, unde legando non dicitur facere contra proteſtationem, quæ non fuit quòd non uolebat bis legare: ſed fuit quòd uolebat ſemel deberi, quàmuis bis legaret. ideò proteſtatio non fuit ibi de ſubſtantia actus, ſed tantummodo de qualitate, an ſemel uel bis deberetur. unde ſi dixiſſet bis lego, & uolo bis deberi, tunc feciſſet actum contrarium proteſtationi, & propterea apparet quòd in dictis iuribus actus non fuit contrarius proteſtationi: nequè uerè: neque quantum ad effectum. & ſic dicta lex ſi ita ſcriptum, & dicta lex ſi quis in principio. non probant concluſionem Bartol. quòd ibi actus fuerit contra-
47 rius proteſtationi. † imò probant totum contrarium, quòd ſi legatum fuiſſet factum ut bis deberetur, quòd eſſet ſublata proteſtatio, & per conſequens uidetur fienda concluſio contra

Bar.quòd per actum directo contrarium prote
ſtationi,etiam in dependentibus à ſola uolunta
te tollitur ipſa proteſtatio.

Nec obſtat tex.in dicto.§. qui in aliena. quia
ibi actus contrarius fuit factus ex neceſsitate ti
more domini, & durabat tempore quo facie-
bat animus non adeundi, ut patet ibi in uerbo
fallens. † Vnde uidetur ponere limitationem
quòd per actum contrarium non finitur prote-
ſtatio: quando facta fuit ex cauſa metus, & me
tus durauit tempore actus. Nam cum uidea-
tur cauſa perſeuerantiæ in proteſtatione actus
annullatur: ſed ſi feciſſet proteſtationem ex cau
ſa uoluntaria, & poſteà feciſſet ſimiliter ex li-
bera uoluntate actum contrarium, uidetur ꝙ
iſte actus contrarius tollat proteſtationem,qua
ſi reuocauerit eam, & non intendat amplius in
ea perſeuerare. probatur in dicta lege ſi quis in
principio. in ſecundo reſpon. pro qua opinio-
ne allegatur tex. in lege ij. ff. de hæredi. inſti-
tuend. ubi ſi quis dixit, inſtituo Titium, & Sem
pronium pro partibus quas aſcripſero, & po-
ſteà inſtituit purè ualet proteſtatio ut pura, &
ſic præualet actus proteſtationi. Idem proba-
tur in l. cum pater. §. fi. ff. de leg. ij. & l. fi. C.
de inſti. & ſubſtitutio. Bar. in l. ita ſtipulatus.
magna de uerbo. obligationibus col. ij. uerſi.
ſed contra iſtam lecturam. Sed defendendo
Bar. reſpondetur quòd ibi actus erat perfectus
antequàm fieret proteſtatio, quod ſatis poſſet
tollerari ad dictam l. ſi pater. §. fi. & dictam l.
penul. Tamen ad dictam l. ij. non conuenit:
nec uidetur rationabilis differentia, an lega-
tum præceſſerit proteſtationem, uel proteſtatio
legatum, cum utrunquè uideatur perfici in con
cluſione l. ſi is cui. ff. de teſtam. & l. contractus.
de fide inſtrum. Vnde reſpondebat Rubeus ꝙ
ibi pœnituit teſtatorem, quod nihil aliud eſt
dicere, quàm quòd Bart. non bene loquitur:
quia actus præualet proteſtationi. Tertiò re-
ſpondet quòd ibi cenſetur facta duplex, inſtitu
tio, quod nec etiam ualet: quia in d. l. ità ſti-
pulatus. uolebant contrahentes facere ſtipula-
tionem conditionalem, uel in diem, & tamen
non diuiditur, ut actus ualeat. unde ipſe di-
cit reſoluendo quòd ſi teſtator uoluit appone-
re conditionem, & non appoſuit, remanet le-
gatum purũ: quia uidetur pœnituiſſe, d. l. cum
pater. ſi uerò dixit ex partibus quas aſcripſe-
ro, & præualet actus inſtitutionis: quia uide-
tur feciſſe duplicem inſtitutionem, dicta l. ij. ſi
uerò partes erant reſolutæ facere conditiona-
lem ſtipulationem, uel in diem, & non fe-
cerunt, præualet actus, dicta lege ità ſtipu-
latus. ſi autem deſtinauerat facere inſtitutio-
nem conditionalem, & poſteà eam fecit pu-
rè, non ualet nec actus nec proteſtatio leg. quo
ties. §. tantundem. ff. de hæredibus inſtituen-
d. q æ diſtinctio uerbalis eſt, & ponit caſus
legum diuerſos, non rationem diuerſitatis. &
indiſtinctè probatur ꝙ præualet proteſtatio
actui, & in dicta l. tantundem actus non ualet:
quia fuit error in ſecunda inſti. pura, ut patet
in præcedenti. §. qui idem ſequitur, & non eſt
diſceſſum à proteſtatione. Ideò ſequitur quòd
ibi præualet proteſtatio, cum actus non fuerit
ei conueniens: quia illa pura tollitur per pro-
teſtationem, & conditionalis quæ erat ex
mente non fuit oppoſita: nec facta: ſed ſi
non fuiſſet error, præualeret actus proteſta-
tioni: ideò ad huc probatur concluſio contra
Bar. quòd per actum contrarium tollitur pro-
teſtatio.

Tertiò contra Bar. facit tex. in l. fi. ff. de leg.
ij. ubi ſi teſtator dixit ſi quid tibi legauero in
epiſtola obſignatæ, uolo ualere iure codicillo-
rum, & poſteà legat in epiſtola non obſigna-
ta, ualet iure codicillorum, & ſic actus præua-
let proteſtationi. Bar. in dicta lege ſi quis in
principio, dicit quòd ibi præualet actus: quia
proteſtatio derrogatoria erat tacita, à con-
trario ſenſu ſumpta, & ſequebatur Ruy. ſed
ut hic dicit Rubeus confunditur per dictam l.
Diuus. §. licèt. ff. de iure codici. ubi proteſta-
tio erat expreſſa. & tollitur. Replicatur quòd
imò etiam erat tacita, qđ nihil eſt dicere. ideò
tu facias concluſionem contra Bar. quòd ubi-
cunquè actus fit contra proteſtationem, in his
quæ dependent à uoluntate, præualet actus, &
tollitur proteſtatio: quia ultima uoluntas præ-
ualet d. l. ſi quis in principio. declarata ut ſupra,
& dicta l. ij. ff. de hæredibus inſtituen & d. l. fi. §.
fi. ff. de leg. ij. & d. l. diuus. §. licèt. de iure codicil
lo. niſi ſecundus actus fiat per errorem d. l. quo-
ties. §. tantundem. iuncto. §. præcedenti. qui eum
declarat. ff. de hæredibus inſtituend.

Nec obſtat d. l. ſi quis in principio. in primo
reſponſo: quia ibi actus non erat contrarius
proteſtationi: ſed erat dubius.

Nec obſtat dictus. §. qui in aliena. quia ibi
ſequens actus fuit factus per metum, unde dura
uit proteſtatio, & fallens adiuit: ideò per illum
49 tex. ponitur limitatio ut ſupra dixi, Et † alia
limitatio ponitur in dicta l. quoties. quando
actus fit per errorem. Item tertia poteſt dari:
quando proteſtatio fieret in ipſo actu: quia tunc
per proteſtationem deficit uoluntas, per ea quę
dicentur infra in ſequenti membro. l. obliga-
tionum ſubſtantia. §. fi. ff. de action. & oblig.
ubi Barto. in terminis dixit contrarium, &
ego ibi contra Alexand. comprobaui, in a-
ctu dependente à uoluntate duorum, & for-
tius procedit in actu dependente à uoluntate
ipſius proteſtantis, & idem forſan poſſemus
dicere ſi actus fieret immediatè in continen-
ti: quia uideretur durare ipſa proteſtatio,
& faceret quòd actus eſſet corpus ſine ſpi-
ritu, ne uideatur in continenti ſe corrige-
re, per ea quæ habentur in l. petens. C. de pact.
cum concordant. adductis per Iaſ. & propte-
reà ſequitur quòd proteſtatio finitur per actum
contrarium: quando immediatè in continenti
non ſe-

nõ ſequitur,licèt ex paruo interuallo ſequatur.

50 Secunda eſt concluſio, quòd † quando actus contra prnteſtationem geritur cum alio, tunc proteſtans nidetur recedere à proteſtatione, præualet actus prnteſtationi: quoniam gerendo cum alio ne ei præiudicet, uidetur ab ea recedere: arg. tex. in cap. ſolicitudinem. de appellatinnibus.& cap. primn.quod metus cauſa, qund prncedit non tantum quantum ad præiudicium ipſius cum quo geritur actus, quòd non habet difficultatem, per l. fi. de interogato.actin. ſed etiam quantum ad alins: quia cum à prnteſtatinne receſerit, remanet actus liber perinde ac ſi nunquam feciſset prnteſtatinnem, & ſeqnuntur communiter docto. ut hic per Iaſo. allegantem tex. in l. pro hærede. §. Papinianus. ff. de acquir. hæreditate, & ibi Bar. in fi. gln. j. in cap. cum nlim. & ibi Butrius. de cenſibus Alex. conſi. 7. lib. iiij. Bal. cnnſil. 383.cum ſe-
15 quenti. unl. 3.† Vnde ad hoc ut prnteſtatio releuet, eſt neceſſarium quòd interueniat cnnſenſus utrinſquè, qun caſu ex eorum conuentinne actus ſeqnens poterit eſse ſimulatus, nt dicemus in. ij. membro principali Barto. & confirmatur prn nn. per glo. inl cap. tua nos. de ſponſalib. ubi ſi quis fecit prnteſtationem, quòd per omnia, quæ faciet uel dicet, non intendit contrahere matrimnnium: ſi poſteà publicè contrahat matrimonium cum muliere,nõ obſtante proreſtatione matrimonium ualebir: quia nidetur receſiſse à proteſtatione, contrahendo de facto cum muliere, niſi illi proteſtationi conſenſiſset mulier: quia tunc prnpter pactum uiderentur feciſse matrimonium ſimulatum, & idem probatur in cap. primn quod met. cauſa ubi mulier ingrediens monaſterium, fecit prnteſtationem qnòd non intendebat monachari: tamen ſi poſteà in proceſsu temporis, fecit actum cum Abbatiſsa, contrarium proteſtatinni, tunc uidetur receſiſse à proteſtatione. unde Papa ibi mandat inquiri, an talis actus ſubſecutus fuerit. Rubeus tamen dicebat quòd in dicto cap. primn. non uidetur probari concluſio Bar.quia ibi actus inductiuus profeſſinnis factus fuit cum alin, ſed proceſtatio fuit cum epiſcnpo, & ipſi ſimulauerunt ponere uelum, ideò præualet prnteſtatio. Vnde ibi poſt obitũ mariti,potuit induci cnnſenſus monachandi: quia ceſsauit metus.Sed tu dic quòd non allegatur iu prima parte,ſed allegatur in fine dnm Papa mandauit inquiri, an ipſa poſt monacharionem feciſset actum contra prnteſtatinnem,& cum illa proteſtatio fuiſset factacum epiſcopn,ignnrante Abbatiſsa, & monialibns, apparer quòd actus ſubſequens fuit factus cum tertio, & proteſtatio erar facta ſecretè ab ipſa muliere cum epiſcnpo:ideò in terminis etiã fortioribus probat.Item dicebat Rubeus ꝙ nec in d. cap. ſolicitudinem concluſio probatur ſecundum Abb.ibi:quia nõ aperitur an ꝓteſtatin tollatur per actum contrariũ,uel potius actus contrarius tollat proteſtationem.Item ibi prnteſtatio erat cnntra naturã actus ex diſpoſitione iuris.Item ibi per actũ cnntrariũ eſt renuntiatũ appellationi,reſpectu pontificis,nnu autẽ reſpectu partis.Itẽ ibi erat repugnantia iuris ꝙ litigaret coram archiepiſcopn, & duraret appellatio ad Papã,Sed ego puto omninò concluſionẽ
52 Bar.eſse uerã ꝙ † uideatur receſsum à prnteſtatione per actũ cnntrariũ,per rationem ſuã:quia proteſtatio ſine ſcientia partis facta,dicitur eſſe propoſitum in mente retentũ:quando poſteà uenit ad contrahendum cum tertiò qđ nihil operatur,d.l.ſi repetendi. C. de cond.ob cauſam, & ab en uidetur eſse receſsũ,ut ibi nn.& in l.cũ in plnres.§.ſi locator hnrrei.ſupra lncati. ſecundũ mũ intellectũ,& confirmari poteſt ꝑ ea,quę ſupra conclnſi iu præcedenti caſu, ꝙ etiam uidetur receſsum à proteſtatinne quandn prnteſtans facit poſteà actũ ſequentem contrarium, & dependentem à ſola eius unluntate, uidetur eſſe receſſum à proteſtationt:ergn tanto fortius quando pnſteà actum contrariuni ꝓteſtatinnĩ facit cum alin, & per quem alius ederetur, quæ concluſio procedit etiam quantum ad omnes alias perſonas.ideò quia receſſum fuit à prnteſtatinne,& actus remanet liber ſine aliqua reſtrictione,ac ſi nunquàm fuiſset facta prnteſtatio, & etiam prnbatur per dictum cap. primum,allegatum per Bar.per locum à fortiori:quia ibi ꝓteſtatio erat facta cum epiſcopo, & firmata conſenſu dunrum,& ramen per actum pnſteà ſequẽtem factũ à dicta muliere cum monialibus, uel cum Deo,uidetur receſiſse à dicta proteſtatione:ergo tautn fortins quandn proteſtatin fuit facta ab ipſo ſnlo,& eſt merè propoſitũ ipſius, nec ibi uidetur inductũ pactum faciendo prnteſtatinnẽ cum epiſcopo de nõ mnnachãdo: quia nnn intererat ipſius epiſcopi.unde nullũ ius potuit ei quæri,& propterea pnteſt per actum contrarium reuocari, ac etiam probatur in d. cap. ſolicitudinem. ſecundum nnum intellectum firmatum à Ioanne And. ꝙ ibi præualeat actus, & appellationi ſit renuntiatum. Vnde concluſio Bar.remanet nera cum ampliatione, ut prncedat etiam quòd proteſtatin ſit facta cum alin, & firmata conſenſu dnnrum,ſi ipſius præſentis nnn interſit, per dictum capitulum primum. quod met. cauſa. in fi. declaratum ur ſupra.

53 Secũdò†ampliatur procedere ut nedũ actus præualeat in fauorem tertij contrahentis: ſed etiam in fauorem aliorum quntum intereſt,quãuis non ſint præſentes per illam rationem: quia uidetur eſse receſsum à proteſtarione, & actus remanet liber, & ſimplex ſicut ſi nulla fuiſſet facta proteſtatin, ideò ſi hæres ſnluendo uni creditori, proteſtatur quòd per illam ſolutionem non intendit adire hæreditatem: ſed cauſa pietatis ſnluit,atq; addat quòd nec etiam ſi ſoluet alteri creditori non intendit adire hæreditatẽ:ſi tamen poſteà ſimpliciter ſoluat alteri ſine prnteſtatinne,uidebitur adire, & tenebitur

tanquàm hæres cæteris creditoribus : quia illa proteſtatio erat propoſitum in mente terentum quantum ad ipſos, etiam facta coram uno creditore. Vnde poſteà ſimpliciter ſoluendo uidetur receſiſſe ab illa proteſtatione, per dictam legem ſi repetendi. & dictum. §. ſi locator horrei.

Nec obſtat dicta l. fi. ff. de interroga. actionibus : quia ut dicit Bar. ibi non poterat adire, alioqui ſi poſſet, præiudicaretur.

54 Nec obſtat dicta lex qui in aliena. §. fi.† quia ibi ptoteſtatio fuit ueſtita ex cauſa metus, unde durante metu uidetur etiam durare proteſtatio, ut ibi probatur, dum dixit, fallens addicit: per quam conſiderationem tollitur limitatio data per Bartol. ad illum textum, dum uoluit quòd ſi ibi ſeruus contraxiſſet tanquàm hætes cum tertio, uideretur teceſiſſe à proteſtatione. Nam iſtud eſt falſum, quoniam quando proteſtatio eſt ueſtita cauſa metus, uel alia cauſa durabili, præualet ipſi actui : quia uidetur adhuc actus remanere ſine animo, per ea quæ ſtatim dicemus poſt Iaſ. de matrimonio. per capitulnm Lotharius. 31. quæſtione ſecunda. Ampliatur, & quartò ptoce-
55 dere, † etiam quòd proteſtans iuraſſet non adire, uel noo facere alium actum contrarium proteſtationi, dummodo iuramentum ſibi ipſi tantum feciſſet, non ad utilitatem alterius : quia illud iuramentum non ligat, nequè quo ad tertium quando nullus eſt cui quæratur, nequè quo ad Deum : quia Deus non recipit ſi non eſt intereſſe alterius, nequè eſt cauſa pia, ut in uoto, ut no. io cap. j. & cap. ſi debitores. de iureiurand. ut uoluit Bal. in terminis in l. duobus. §. fi. ff. de iur.iurand. & in cap. ueniens. eodem titulo. ſequitur Alex. conſi. 16. ponderatis narratis in themate. lib. tertio. & licèt uideatur dubitaſſe in dicta lege dubitaſſe, in fine tamen Iaſ. hic firmat, Rubeus & Crotus, & eſt uera concluſio : quia nemo ſibi ipſi poteſt imponere legem à qua tecedere nequeat, leg. ſi quis in principio teſtamenti. cum ibi nó. per Bar. infra de leg. iij.

Limitatur tamẽ nõ procedere: quãdo ſequẽs actus eſſet factus per metum : quia tunc duraret proteſtatio, quæ faceret deficere animum, & actus remaneret corpus ſine ſpiritu, per dictum. §. finalem, & dictum capitulum Lotharius. cum concordantibus ſtatim adducendis in quæſtione de matrimonio.

Secundò limitatur nõ procedere: quãdo proteſtatio fuiſſet facta ipſi, cum quo poſteà actum contrahit contrarium : quia tuuc proteſtatio præualeret actui, & uideretur eſſe pactum derogatorium contractui ſequenti, per glo. in l. pacta nooiſsima. C. de pactis, & pet Bar. ubi dicetur infra in ſecundo membro principali, ſeu ſecunda ſpecie proteſtationis declaratotiæ ubi de hoc plenè dicitur.

56 Tertiò limitatur non procedere : † quando proteſtatio fuiſſet facta uni, cuius intereſſet actum contrarium non fieri, & fuiſſet appoſitum iuramentum : nam tunc per talem prõteſtationem impediretur actus etiam ſequens per gloſ. reputatam ſingularem in capit. licèt mulieres, in glo. final. de iureiurando. in ſexto. pro qua eſt bonus textus. in cap. intellecto. eodem titulo de iureiurando. Bar. in lege ſi quis pro eodem. in tertio membro. ff. de fideiuſſo. & in l. ſi prædium. C. de prædijs minorum. in fi. & in leg. is cui bonis. in fi. ff. de uerborum obligationibus, cum alijs concordantibus adductis latè per Imo. in cap. dilecto. de præbendis. & in cap. cum contigat. 37. carta de iureiurand. & per Crotum, & Rubeum hic. & ratio iſtius deciſionis eſt: quia proteſtatio, & iuramentum fuit præſtitũ illi cuius intererat, ut puta in manibus patris, uel fratrum, uel aliorũ qui poterant habere ius in dictis bonis, quo caſu per iuramentum acquiritur nouum ius ipſis quibus iuratur, quod non poteſt auferri ab eis per regulam l. fi. cum materia, & ſuis concordantibus. ff. de pactis. & declarat Bal. in dicta l. duobus. §. fi. ff. de iureiurand. & in dicto. cap. ueniens. eo. titulo. & Alex. ſequitur in dicto conſi. 16. lib. iij. & eſt concludens & bona ratio. Aliam tamẽ rationem aſsignabat glo. io d. cap. licèt mulieres, quòd iuramentum primum præualet, & eſt licitum, & ſecundum eſt illicitũ. quæ ratio bona eſt ſi coniungatur cum præcedenti ut iuramentum ſit interpoſitum cum alio, cuius intereſſet, & ei eſſet quæſitum ius. nam tunc ſecundum iuramentum efficeretur illicitum, cum non poſſet alteri ius auferre. Sed ſi iutamentum fuiſſet factum ab illa ſola, quo caſu nemini eſſet ius quæſitum, tunc ſecundum iuramentum eſset obſeruandum, per qood alteri eſset ius quæſitum, & uideretur eſse à primo receſsum, quàmuis poſset certo modo reputari periurus, per ea, quæ habentur in dicto cap. licèt mulieres. quinimmo etiam hoc caſu actus præualeret iuramento : primò etiam quòd in ſecundo non eſset interpoſitum : quia ab eo uideretur eſse receſsum acquirendo ius alteri, & ne uideretur illudere, & decipere tertium præſumeretur receſiſse à dicto iuramento, per notata in dicta lege ſi quis in principio teſtamenti. Aliam etiam rationem ponebat Iaſon hic: quia iuramentum in continenti habet ipſo iure executionem, unde tunc ab eo non poterat recedere, ſicut nec admittitur purgatio moræ, quãdo eſt facta executio à l. ut per Bar. in l. ſi inſulã. in ij. parte principali. ubi plenè per omnes infra de uerbo. obligationibus. & no. in leg. ſi quis maior. in uerbo mox. C. de tranſactio. quæ ratio etiam eſt bona ſi coniungatur cum prima, quando primum iuramentum fuiſset appoſitũ in fauorem tertij, cui tunc eſset ius quęſitũ, & facta executio ſed ſi eſset præſtũit à ſe ipſo, nó poſſet di-

ſet dici propriè ꝙ eſſet facta executio cũ nullus eſſet cui ius quæreretur, & ſic ceſſaret fundamentum rationis. unde apparet quòd per iuramentum cum intereſſe alterius præſtitum, proteſtatio inualidat actum ſequentem etiam iuratum. Rubeus uerò hic uolebat, quòd imò ſemper per actum iuratum, eſſet receſſum à proteſtatione etiam iurata, ex quo ſequens contrahens ignorabat proteſtationem, ut noluit Ioannes Fabri inſti. quibus alienare licèt, uel non in principio. & Bal. in conſi. 138. lib. 3. Nec conſiderari debet iuramentum ut glo. uoluit, in eo qui iurauit non reuocare procuraturem, uel teſtamentum, ut per docto. in l. ſi quis in principio teſtamenti. ff. de leg. iij. & l. ſi ita quis. ſ. ea. lege. ff. de uerbo. obligationibus: quia emptor incideret in captionem, & quamuis ſit quæſitum ius patri uel fratri, tamen alienatio ualebit, cum ipſa mulier cum marito ſit domina, & poteſt transferre dominium, facit lex. finalis, ff. de leg. ij. & l. liberi. ff. de contrahend. emptione. ſed tamen tu non recedas à præcedenti diſtinctione, an iuramentum ſit præſtitum in manibus alterius cuius intereſt, quo caſu proteſtatio ualeat, an uerò ſit præſtitum à ſe ipſo, & tunc præualeat ſequens actus, & in hoc ſecundo caſu procedunt notata in dicta lege ſi quis in principio. & lege ſi ita quis. ſ. ea lege.

Nec obſtat quòd eſſet captio: quia concludit in hoc ſecundo caſu quãdo nulli eſt ius quæſitum, ſed quando eſt ius quæſitum primò, remaneret etiam captio in primo, & in pari cauſa potior debet eſſe ille cui prius eſt ius quæſitum, l. potior, & lege qui balneum. cum materia. ff. qui potiores in pigno. habeantur, & huic ſecundo potuit eſſe ſuccurſum per actionem de dolo ad intereſſe. le. eleganter, cum concordan. ff. de dolo. cum toto titulo, & hoc eſt uerius.

57 Quantum uerò ad † quæſtionem de matrimoniis: quia caſus eſt frequens, Crotus hic ſeparatim eam examinauit, & in ea conſtituas tres caſus.

Primus caſus eſt: quando Scholaris intendẽs decipere mulierem, facit proteſtationem cum ſuis conſocijs ea ignorante, quòd ipſe per omnia quæ faciet, non intendit contrahere matrimonium cum tali muliere, & tunc ſi poſteà contrahit publicè cum illa muliere ualebit matrimonium. & uidebitur receſſiſſe à proteſtatione per glo. in dicto cap. tua nos. de ſponſalibus, & per dicta ſupra in generali theorica, & ſequuntur communiter doctores. quæ ampliari debet etiam quòd iuraſſet non contrahere illud matrimonium. Nam tale iuramentum à ſe ipſo factum, eſſet nudum propoſitum in mente retentum, quod non releuaret per dictam legem ſi repetendi. C. de conditio. ob cauſam. & uideretur receſſum ab eo quod potuit fieri: quia nemini erat ius quæſitum quàmuis certo modo poſſit dici per iurus, per no. in dicta lege ſi quis in principio teſtamenti. cum ſimilibus. Limitatur tamen non procedere, quando talem proteſtationem feciſſet propter metum mortis, forſan minatam à conſanguineis, ſi eam non deſponſaſſet. Nam tunc: quia proteſtatio eſſet ueſtita iuſta cauſa, quæ adhuc duraret tempore diſpoſitionis præualeret proteſtatio, & matrimonium eſſet ſine conſenſu, ut per Butr. Abb. & Mod. in dicto cap. tua nos. de ſponſalibus, & per tex. in dicta l. qui in aliena. ſ. fi. cum ſimilibus ſupra adductis, cum reſtrictione tamen, niſi metus eſſet poſteà ex cohabitatione ſponte purgatus. cap. ad id. de ſponſalibus. & no. in dicto cap. j. in fi. quod metus cauſa, & facit l. ij. C. quod metus cauſa. & l. ſi ob turpem. ff. de condi. ob turpem cauſam, & utrunquè probatur in dicto cap. Lotharius. 31. quæſtione ij.

58 Secundus † caſus eſt: quando proteſtatio emanauit ipſa muliere præſente. Nam tunc per eam acceptatam, inducitur pactum derogatorium contractus ſequentis, ut per glo. in l. pacta nouiſſima. C. de pactis. & dicetur infra in ſecundo membro principali: quia cum deficiat conſenſus, non poſſet eſſe matrimonium, dicto cap. tua nos. & tenet Anto. Abb. & cæteri ſcribentes, in dicto cap. tua nos. & in capi. ueniens. el. ij. de ſpoſalibus. Fely. in cap. cũ M. Ferrarienſis. de conſtitutionibus. col. iij. quæ concluſio procedit etiam in foro conſcientiæ, ut per Abb. in cap. per tuas. in fi. de conditionib. appoſ. Limita tamen quando ipſa mulier expreſſè conſentit proteſtationi. nam ſi tacuiſſet, non præſumeretur conſenſiſſe illi proteſtationi, unde per ſequentem actum matrimonii uideretur eſſe receſſum à dicta proteſtatione, per no. per Bar. infra in ſecundo membro principali dum allegat l. cum in plures. ſ. locator horrei. ſupra pro Socia, ubi dicemus cum aliis. Item limita niſi proteſtans propter metum faceret: nam tunc quàmuis non eſſet expreſſus conſenſus mulieris, proteſtatio præualeret: quia duraret animus, & tanto fortius ſi in ipſa muliere concurreret metus.

59 Tertius caſus eſt, † quando poſt matrimonium ſecuta fuiſſet copula carnalis. Nam tunc uideretur eſſe receſſum omninò à dicta proteſtatione ſi fuiſſet facta à ſola. Item etiam ſi fuiſſet facta ab utroquè per copulam, uideretur eſſe receſſum, ut habetur per omnes in dicto cap. tua nos. & ratio eſt ne per talem proteſtationẽ inducatur turpitudo & peccatũ, cap. conſultationi. de ſponſalibus. l. fi. cum ibi no. C. quod metus cauſa. & ſequitur Ant. in dicto cap. ueniens. el. ij. de ſponſalibus & per Abb. in cap. per tuas. de conditio. appo. qui notabiliter extendit etiã ꝙ ipſa ꝓteſtatio fuiſſet facta conſentiẽte muliere, & prodeſt etiã in foro cõſcientiæ & eſt ratio: quia lex facit cõſenſum præſumptũ, & appellatur matrimoniũ præſũptũ, iux. ca. is. q

fidem. extra de ſponſalib. & proteſtatio nõ poteſt impedire matrimonium præſumptum, quãdo præceſſerunt ſponſalia, & multo minus quãdo præceſiſſet per uerba de præſenti. Ideò dicit Abb. in dicto cap. per tuas. quòd remediũ ſuper eſt ut mulier renuntiet ſponſalibus: uam tuoc per copulam non inducitur matrimoniũ ptæſumptũ, declarando latius nt hic per Rubeũ nu. 57. Limita tamen quando nulla præceſiſſet copula. ſed ſolum poſt matrimoniũ ſecuta fuiſſet. ſed ſi ante proteſtationem præceſiſſet copula, licèt poſteà poſt matrimonium iterum ſequeretur, tamen non eſſet receſſum à proteſtatione: quia ceſſaret dicta ratio inceſtus & peccati iam contracti, ut tenet. Anto. & Abbas. in d. cap. ueniens. ij. de ſponſalibus in primo. no. & ſequitur hic Iaſ. & dicit ſe conſuluiſſe Paduæ. Secundo limita niſi proteſtatio fuiſſet facta per metum: nam tunc durante metu per copulam, non recederetur à proteſtatione, niſi poſteà fuiſſet per longam cohabitationem purgatus, per dictum cap. Lotharius. 31. quæſt. ij. cum alijs ſupra adductis. & bic ponit, & ſequitur Rubeus.

60 Tertia eſt concluſio Bar. † ꝙ ubicunq; actus qui legatur non eſt contrarius proteſtationi directò, ſed ambiguus, & tunc declaratur per proteſtationem non autem tollit eam per l. Neſennius. de neg. geſtis. & licèt ipſe non declaret, tamen tu dicas, ꝙ tũc actus eſt dubius quando ꝓteſtatio non fit de non faciendo actũ, ſed ſolùm fit ꝙ ſi actus ſequatur non habeat effectum iuris, & ità intelligitur d. l. Neſennius. Nam non negauerat nelle præſtare alimenta ſed uolebat ꝙ uon eſſent donata. unde cum poſſent eſſe præſtita animo donandi & repetendi, actus dicitur eſſe dubius: ideò declaratur per proteſtationem ꝙ fiat animo repetendi. Idem probatur in d. l. ſi ità ſcriptum. de leg. j. & l. ſi quis in principio teſtamenti. ff. de leg. iij. Nam quando teſtator dixit cui bis legauero ſemel deberi uolo, ſi legat bis duobus, tũc dubitatio eſt utrum leget ut bis debeatur, uel ſolum ut ſemel debeatur, & propter proteſtationem declaratur ut ſemel tã-
61 tum debeatur. Et ſic apparet † ꝙ tunc actus eſt dubius quando proteſtatio eſt ſuper qualitate, quæ multiplex poteſt eſſe ut certo modo intelligatur, tuoc autem proteſtatio eſt contraria actui, quando fit ſuper ſubſtantia actus, ut ſi dicat proteſtor me nolle adire, & tunc adeundo facit actum contrarium, uel proteſtor me nolle alienare, & tunc alienando facit actũ contrariũ. ſed ſi diceret proteſtor me per alienationẽ non intendo adire, tunc eſt ſuper qualitate, cum alienatio poſſit habere qualitatem, ut concurrat animus adeundi, uel non habeat animum. Vnde poſteà ex proteſtatione declaratur. Et ex iſtis exemplis potes te reſoluere, & euitare multas æquiuocationes in hac materia, & ſic io ſumma habes, quòd quando proteſtatio eſt facta, & actus eſt dubius, tunc declaratur per ꝓteſtationem, non autem annullat ipſam proteſtationem: quæ concluſio eſt frequentiſsima in hac materia proteſtationis declaratoriæ uoluntatis: & propterea rarò poteſt euenire quòd uerificetur illud dictum Bar. quòd per actum contrarium dependentem à ſola uoluntate proteſtantis reuocetur, ſed frequentius poteſt contingere, quando actua geritur cum alio, quo caſu non fit differentia, ntrum actua ſit contrarius ꝓteſtationi, uel fiat ſuper qualitate ipſius actus: quia ſemper in dubio uidetur recedere ab ipſa proteſtatione, ſi ipſi tertio non exprimatur. Item etiam procedit quòd ius commune ſit contra facientem actum dicta lege Neſennius. Angel. in lege metum in principio. ff. quod met cauſa.

62 Fallit ubicunque † proteſtatio habet in contrarium præſumptionem iuris, & de iure: quia tunc præualet actus: arg. cap. is qui fidem. de ſponſalibus ubi ſi contraxerunt uir & mulier ſponſalia, & intendant matrimonium in aliud tempus perficere, tamen ſi ante illud tempus copulantur lex præſumit quòd receſſerint ab illa intentione, & tunc contrahant matrimonium. Similiter ſi mulier & uir faciant proteſtationem quòd non intendunt contrahere matrimonium, licèt publicè illud contrahant, tunc ut ſupra concluſimus matrimonium eſt ſimulatum: tamen ſi poſteà ſubſequatur copula carnalis, uidentur receſsiſſe à proteſtatione, & à ſimulatione matrimonij, & uidentur uoluiſſe facere matrimonium uerum, in tantum quòd non poſſunt dicere cum dicta proteſtatione feciſſe copulam: quia lex præſumit uoluiſſe recedere, & eſt probatio iuris, & de iure, quæ non admittit aliam probationem in contrarium, ut dicitur in dicto cap. is qui fidem. & per Antonium, & Abbatem in cap. tua nos, & cap. ueniens. de ſponſalibus. Aliud exemplum ponitur in cap. per tuas. de conditio. appoſitis, ubi contraxerunt matrimonium ſub conditione ſi placebit parentibus ipſorum, uel alterius tantum, ſi poſteà ſequatur copula, uidentur receſiſſe ab illa conditione, & matrimonium ſimpliciter eſſe contractum: quia lex præſumit eos receſiſſe, & reuocatam fuiſſe proteſtatioo em, & conditionem propter periculum peccati, & fauorem matrimonij, per quæ exempla habes ampliationem ad iſtam regulam Bar. quòd per actum contractũ cum tertio uidetur receſſum à proteſtatione, ut procedat etiam quando proteſtatio erat acceptata, & redacta in pactum, ſiue de ſubſtantia contractus eſſet facta, ſiue de qualitate tantum, facit quòd notabiliter uoluit Imol. in cap. cum uenerabilis. in x. col. de exceptionibus, & Domini de Rota deciſ. 28. & quod uoluit Bar. in l. tutor qui repertorium. col. iiij. de adminiſtratione tutorum. ut hic latius per Rubeũ qui latius inſiſtit ſuper doctrina Imol. in dicto cap. cum ueoerabilis

63 Facias tu autem concluſionem generalem † quòd

quòd quando poſt proteſtationem ſuſequitur actus contrarius proteſtationi, directò per eũ tollitur proteſtatio: quia præſumitur uoluiſſe recedere à proteſtatione, ſiue actus geratur à ſola proteſtante, ſiue geratur cum alio, per dictũ capitulum ſolicitudinem, & dicto cap.j. quod metus cauſa.& l.ij. ff. de hæredibus inſtituend. l. fin. ff. de leg.ij. & l. diuus §. licet. ff. de iure codicillo.& ſi proteſtatio eſt acceptata per partem adhuc per actum contrarium receditur à proteſtatione, ſi eſt materia peccati, ut in exemplo de copula carnali ſubſecuta. Fallit quando proteſtatio eſt facta ex cauſa metus: quia tunc propter ueſtimentum iuſtæ cauſæ, præſumitur ſemper durare, per cap. Lotharius 31. quęſtio. ij. ſed ſi actus ſequens non eſt directò contrarius, ut quia proteſtatio ſit facta ſuper qualitate actus; & tunc non tollit proteſtationem, ſed per eam declaratur dicta l. Neſennius. & l. ſi ita ſcriptum & l. ſi mihi, & tibi. §. in legatis. ff. de leg.j.& dicta l. ſi quis in princip. ff. de leg. 3. etiam quòd eſſet appoſitum iuramentum ab ipſo ſolo proteſtante factum. Sed ſi cum alio tunc actus annullatur, ut per glo. in clem.j. de renuntiatio. & no. in cap. fi. de procuratoribus in 6. per quas theoricas habes declaratam totã principalem quæſtionem, quando proteſtatio fit ad ſe exonerandum & neminem grauando, licet aliqualiter ab ea deuiauerit Bar. in hac concluſione de actu contrario.

Vnde ſecũda ſubſequitur pars iſtius proteſtationis declaratoriæ uoluntatis factę de his quæ dependent à libera uoluntate, & plena poteſtate proteſtantis, quæ eſt quando proteſtatio fit ad ſe exonerandum. ſed tamen aliter grauatur ſeu poteſt incidere in captionem in qua Bar. di

4 cit † q ſi grauamen dependet à facto præcedenti ipſius proteſtantis, quòd debet intimari parti, quæ grauatur ſeu læditur. leg. ſi mandaſſem. ff. mand. & l.j. C. de ſatiſ. niſi ſit incerta perſona: quia tunc publicè debet fieri. l. ſed ſi pupillus. §. præſcribere. ff. de inſti. Si uerò grauamen dependet à legis diſpoſitione, tunc ſufficit facere abſente parte, per l.i.& ſecundam. C. de filio familias quemadmodum pater lib. 10.& l. honores. §. fi. ff. de decurio. ibi, uel alio quocunque modo, & ideò habes in tota, cui fiat, qualiter fiat, ut in dictis iuribus, quos effectus producat: quia apparet quòd exoneratur, & quomodo finiatur: quia per primum actum finitur, uel quãdo finitur cauſa propter quam fit proteſtatio ut hic per eum.

Prima eſt concluſio, quòd quando grauamen cauſatur à facto præcedenti proteſtantis, ipſa proteſtatio debet intimari parti, quæ læderetur dicta l. ſi mandaſſem. ubi ſi mandatum fuit reuocatum ipſa reuocatio debet intimari procuratori quando ipſe præparaſſet ad actum, & etiam parti negotianti cum procuratore, ſi propter reuocationem læderetur dicta l.j. C. de ſatiſdando, & ſequuntur communiter docto. Idem Bar. in l. qui hominem. & l. ſi Titium. ff. de ſolutio. & Bal. in l. mandatum. ad fi. C. mand.

65 Limitatur autem † non procedere in aliquibus caſibus, & primò non procedere in præiudicium proteſtantis: quia licèt non intimetur parti, reuocatur mandatum in præiudicium mãdantis in continenti. glo. in clem. j. de renuntiatio. & in cap. 2. de procuratoribus. in 6.& tex. in leg. ſed ſi ſocius. §. primo. ff. pro ſocio. & ſequuntur etiam communiter docto. poſt Bal. in conſ. 55. colum. pen. uerſi. quarto quęro. & hic per Rubeum.

66 Secundò limitatur non procedere † in procuratore ad contrahendum matrimonium, iuxta tex. in cap. fi. de procuratoribus in 6. qui poterit reuocari etiam ignorante muliere, & ignorante ipſo procuratore, & ſi poſteà deſponſabit eam procuratorio nomine, non erit ſponſa mãdantis: quia deficit conſenſus ſine quo non eſt matrimonium l. nuptias. ff. de reg. iur. Fely. in cap. ex parte de cani. colum. quarta de reſcrip. quod ampliatur procedere etiam in matrimonio ſpirituali, ſecundum Dominicum, & Ancharanum in cap. fin. de procuratoribus in 6. quamuis ſecus eſſet in matrimonio diſſoluendo, dicta clem. prima de renuntiatio. & hac ratione impeditur tranſlatio dominij. leg. Papinianus. ſi quis prohibuit ff. de publ. actione, & tex. in l. 2. §. ſi quis donaturus. ff. de donationibus. & hic per Rubeum. & ideò debet eſſe cauta mulier deſponſata per procuratorem ut mittat alium ad ipſum mandantem, qui ratificet ipſam deſponſationem ne poſteà remaneat deluſa.

Tertiò limitatur non procedere in nuncio: quia ſi per proteſtationem erit reuocatus, ualebit reuocatio, etiam quòd non ſit intimata parti; ex eo: quia nuncius facit actum in perſona domini, & in animo domini conſiſtit: & quando eſt facta reuocatio deficit animus, & actus remanet ſine conſenſu etiam ignorante nũcio. glo. in clem.j. de renunciatione. Petrus de Anchar. conſ. 45. colu. 2. Philip. Franch. in dicto. cap. fi. de procuratoribus in 6. Rubeus tamen dicit hanc caſum eſſe dubitabilem: quia fundatur in l. ſi pater ex prouincia. ff. de manumiſſ. uindicta, qui loquitur de eo, qui læderetur in lucro captando, ideò uideretur quòd deberet notificari ut dixit Bologninus in additio. ad dictum conſilium Ioan. de Anan. Potes etiam alio modo reſpondere ad illum tex. quòd loquitur in libertate quæ non poteſt præſtari niſi à ſolo domino: nec etiam per procuratorem, niſi procurator ſit effectus dominus, glo. circa medium in l. cum proponas. C. de dolo. quia dominus ſolus poteſt dare libertatem cum in eius dominio ipſa conſiſtat, ut no. in. §. 1. inſti. de libertinis. Vnde cum ſit diſpenſatum in patre & auo, & manumiſſio poſſit fieri per filium uel nepotem: quia præſumuntur eadem eſſe perſo-

na.§.ei uerò inſt.de inutilibus ſtipulationibus, meritò patre reuocante libertas nõ poterit cõpetere: quia ipſe non potuit dici dediſſe libertatem in quo ſe fundauit tex.ibi in fi. Vnde ſecus uidetur eſſe in alijs negotijs quæ poſſunt fieri per procuratorem. Tu autem teneas omninò limitationem per rationem poſitam in præcedenti limitatione,de nuncio,& de matrimonio, ubi eſt lęſio magna, & tamen ualet reuocatio ſine intimatione:quia deficit cõſenſus. & ratio rationis eſt: quia in dicto caſu,& in omnibus nunciis totus actus geritur in perſona mandatis, quamuis ipſe apponat ſuum factum perſonæ:ſed tantummodo dicitur præſtare nudum miniſterium l. quod meo. §. procurator. ff.de acquirend. poſſeſſione. & not. per Bart. ubi latè dixi in l. ſi is qui pro emptore. ff. de uſucapionibus in ſecunda ſpecie fictionis tranſlatiuæ quæ fit de perſona ad perſonam, & ideo concluſio Bar. ſolum procedit quando totus actus geritur in perſona procuratoris: quia ipſe læderetur cum ipſe eſſet obligatus: ſecus quãdo actus geritur in perſona mandantis: quia tunc procurator ponit nudum miniſterium, & actus fit à mandante, & deficiente conſenſu nullus eſt, ſolum autem poſſet tractari de præiudicio illius cum quo geritur actus, ut reuocatio non uideatur poſſe fieri, cum ipſe forſan læderetur propter rationem. Bar. hic,& uerè uideretur multum eſſe æquum quando tractaretur de aliqua uenditione rerum facta ab eo cum quo geritur negotium. tamẽ quia ipſe ſcit eum eſſe nuncium, & contrahit cum eo, dirigendo uerba ad dominum qui conſenſum propter reuocationem non dicitur præſtare, uerius eſt ꝙ actus non debet ualere, & ſi eſt læſus forſan tradendo rem nuncio poteſt eam recuperare per conditionem ſine cauſa, & agere de dolo ad intereſſe,per l. eleganter. & l. rem quandam, ff. de dolo cum ſimilibus.

Quartò limitatur non procedere ut per Bar.
67 hic quando non eſt certa perſona cum qua cõtrahatur: quia tunc ſufficit quòd proteſtatio publicè fiat. dicta l. ſed ſi pupillus.§. proſcribere.de iuſti. & cap. fi. de electio, opportet tamẽ quòd fiat publicè, & in ualuis loci, in quo conuerſabantur contrahentes, & illius loci in quo gerebantur negotia, ut innoteſcat omnibus, & non ſufficit clandeſtinè opponi, uel tempore quo populus non conuerſatur in loco, Fely. in cap.ex parte decani. de reſcriptis. Bal. in l.mãdati.C. mand. in fi.ubi Saly.colum.ij. facit l. iubemus. C. de defenſoribus ciuitatum. & licet ille. §.proſcribere.loquatur in inſtitore, tamen idem eſt in procuratore generali, ſecundum Bal.& Paulum in dicta l.qui hominem.§. ſi Titium. ff. de ſolutio.& Saly. in dicta l. mandatum.& quando debet negotiari in certo loco reuocatio debet fieri in ualuis illius loci. ſecundum Alex. hic,nec ſufficir proteſtari ipſi procuratori. ſed ſi eſſet generaliter deputatus,ſine loco negotiorum, uideretur quòd ſufficeret proteſtari ſoli procuratori, ſecundum Bar.in dicta l. j. C. de ſatiſdand. &Alex.in l.is cui. ff. de uerborum obligationibus.non habito reſpectu ꝙ partes læderentur: quia eis ſuccurſum eſt per remedium competens contra falſum procuratorem, cum ſimilibus. ff. de conditio. in debiti. Ioann.Fabri in. §. item ſi adhuc. inſti. mandati plus dixit,quod ſufficit intimare procuratori tantum quando perſona eſt incerta:quia tex. in dicto §. proſcribere. loquitur de inſtitore qui publicè negotiatur, & non tenet argumentum de procuratore ad inſtitorem:quia procurator reuocatur per mortem mandantis & non inſtitor. dicta l. ſi quis mancipijs. §. fi.de inſti. Rubeus uerò hic dicit ſeruari debere formam dicti.§. proſcribere,ut uoluit Bal. in dicta l.mandatum. C. mandati. imò ſi eſſent aliqui certi, qui contradicturi forent, eſſet intimandum eis l. ſi eo tempore. C.de remiſſione pig. & faciunt no.in cap. gratum.de officio delegati. & Alex. conſ. 107. lib. 5. & in conſ. 5. col.j.lib.2.& hãc eandem latè defendit Crotus hic,nu.78.& mihi placet:quia in dicto.§. proſcribere.in effectu intimetur parti cum intimetur omnibus qui lędi poſſint, & tunc inſurgit rumor ex quo omnes poſſunt eſſe certificari accedendo propter eum ad uidendum proſcriptionem,

Quintò limitatur procedere, quando procurator reuocatur per mortem, iux. §. rectè. inſti. mand. & leg. mandatum. C. mandati, illo enim caſu non eſt intimandum nec procuratori nec partibus. glo. in clem.j.de renuntiatione, & ibi Inno. & idem in procuratore iudiciali.l. 3.ff. quæ ſententiæ ſine appe. reſcindantur. Et eſt ratio: quia non poteſt imputari domino quare non intimauit mortem ſuam. Crotus tamen hic num. 74. dicit ſe dubitare, & tenet quòd imò etiam ab hæredibus mors mandantis procuratori ſit notificanda: quia aliàs doſſet lædi:ſicut mutatio conditionis procuratoris debet intimari parti l. ſi cum Cornelius.de ſolutionib.& ſtatim dicetur.Sed ego miror de iſtis doctoribus: quia eſt tex. expreſſus in dicto,§.rectè ubi ſi procurator ignorans mortem domini geſſit negotia, habet actionem mandati propter iuſtam ignorantiam, & ille tex. etiam loquitur de procuratore generali,ergo ſequitur quòd donec mors eſt ei intimata non cenſetur reuocatum mandatum, & ita omnino teneas. Nec obſtat l. pe. §. quos uerò.ff.ſi cert. petat. quia loquitur de dominio alienando tamen actus tenebit.

Sextò limitatur non procedere quando propter delictum reuocatur mandatum,l. ſi cum Cornelius. ff. de ſolutionibus. ubi Bar. cap.nulli.in fi. de electione,l. utilitatem.& l. in confirmando.ff.de confirmando tutore. Bal. in l. rogaſti.§.fi.ff.ſi cert.petat.oportet tamen quòd illa noua qualitas mutata notificetur, Bal. in l. hæredem. ſupra de teſtamen. tutel. & hic per

Cro,

Cro. num. 79.

69 Secunda eſt concluſio† quòd quando aliquis
grauatur per proteſtationem propter aliquam
præcedentem diſpoſitionem legalem , quòd
tunc reuocatio non debet intimari parti, per
dictam l. honores . §. fi. & l.j. & ij. C. de filio.
familiàs quemadmodum pater.facit tex. in l.
per pecuniam. ff. de conditio.ob cauſam,& di-
cta l.ſi cum Cornelius . ff. de ſolutio. cum ſimi.
ſupra adductis .

Vnde A nchar.conſ.20. dixit quòd querela
dicitur deſerta quando procurator reuocatus
fuit citatus, licèt intimatio reuocationis non
ſit facta iudici nec parti,& petenda eſt ac ſi nul
lus ſit citatus, l. quoties. ff. qui ſatiſda cogan.
Card.conſ.110.Rota deciſio.6.in nouis.ſub ti-
tulo de procurato.Sozi. conſ.253. in primo du
bio. Fely.in cap. ex parte decani.de reſcrip.fal.
6. Tex. tamen in dicta l. honores . non uide-
tur probare : quia dicit apud ordinem uel alio
modo . Vnde dictio alio, intelligitur, de ſimi-
li, id eſt,quòd ſit intimanda parti ſi fiat in alio
loco propter dictionem alio,quæ eſt repetitiua
ſimilium,l. ſi fugitini . C. de ſeruis fugitiuis .
Rubeus tamen dicit imò probare propter il-
lam quaotitatem quocunque alio modo, quæ
non recipit reſtrictionem de habilitate,leg.j.§.
nunciatio.ſupra eodem. & dicit rationem eſſe:
quia potius pater præſens obligatur lege : quia
præſumitur conſentire, qui conſenſus præſum-
ptus ceſſat , ſtante proteſtatione:ſed hæc ratio
concludit cootrarium:quoniam leg. obligatur
præſumptiuè niſi contradicat,ergo eſt fundata
intentio Reipublicæ , niſi ille doceat de contra
rio conſenſu l. ſiue poſſidetis . C. de probatio-
nibus . ergo ne ipſa à lege decipiatur debet in-
timari Reipublicæ ut poſſit procurare nouũ fi-
deiuſſorem pro eo. Vnde Crotus hic tenet con
trarium, quòd imò ſit intimanda Reipublicæ :
quia nactu annullando durius agitur cum le-
ge quàm cum homine. ſed in homine requiri-
tur intimatio , ergo fortius in lege:argum. l. ſi
libertus maiorem, ſupra de oper. liberto. Item
quis nou debet decipi auctoritate legis,cap. ui
des. 17.quęſtiooe.ij. l. Gracchus. C.de adulte.
Facit etiam quod dictum fuit : quia qualitas
mutata debet notificari parti, quàmuis de iure
uideatur facta reuocatio , & ſic ſimile Iaſ. retor
quetur, ipſe tamen poſteà ſequitur o pinionem
B ar.num.83. reſpondendo adductis per eum.
ſed ego puto tutiorem aliam partem propter
fauorem Reipublicæ, & bonum eſt intimare
parti , ut Reipublicæ ſiue ordini , & uerbum
alio quo quomodo, intelligo ſi fiat alio abſen-
te, ut intimetur ei,uel in iudicio publico ut ef-
ficiatur notorium.pro quo faciunt omnia, quæ
habentur infra in ſequenti membro principali,
ubi requiritur præſentia illius cuius intereſt,&
conſenſus , & facit etiam:quia tex.io dicta l.j.&
ſecunda dicit : quia ſemper præſumitur conſen
ſentire niſi probetur diſentire . Vnde uidetur
quòd pater ipſe debeat facere hanc probatio-
nem,& eſt inconueniens quòd Reſpublica de-
beat ſtare in ſuſpenſo, donec appareat de pro-
teſtatione patris quam ſemper occultabit ipſe ,
ut filius magis liberè adminiſtrare poſſit, &
hoc uidetur omninò tenendum in cauſa Rei-
publicæ , in alijs uerò caſibus in quibus tracta-
retur de præiudicio tertij priuati, poſſet proce
dere opinio Bar. ut poſſit imputari creditori
qui non diligenter inquiſiuit , cogita tamen,&
hæc de prima ſpecie iſtius proteſtationis de-
claratoriæ .

70 Secunda eſt ſpecies ſeu ſecundum caput pro
teſtationis declaratorię †quando fit de his quæ
dependent à uoluntate duorum ut ſunt contra
ctus , & in his ponit regulam , quòd adhoc ut
proteſtatio proſit proteſtanti , oportet quòd
fiat in præſentia partis cum qua geritur actus,
uel poſſit lædi , & licèt non dicat , ſaltem ei in
timetur antequàm fieret negotium per tex.in l.
debitor. §. j. quibus modis pignus uel hypote-
ca ſolui. & l. codicillis. §.j.ff.de leg.ij. & l. cum
in plures §. locator horrei . ff. loca. ſecundum
intellectum primum relatum per Bar. quòd ibi
ideò non tenet proteſtatio in præiudicium pro
teſtati:quia ei non fuerit intimata , nec fuerat
ibi præſens, quàmuis ipſe ponat alium intelle-
ctum de quo infra . Sed iura allegata per Bar.
non uidentur probare : quia in dicta l.debitor.
proteſtatio non fuit facta ſuper uenditione, ut
præſupponit Bar. ſed ſuper conſenſu præſtito ,
qui conſenſus differt à contractu uenditionis ,
& idem dici poteſt in dicta l. codicillis. §. j. ff.
de leg.ij. & præſtatio conſenſus dependet à ſo-
la uoluntate conſentientis l. ſi conſenſit,& l.ſi-
cut.§.illud.eo.tit.quibus modis pig.uel hypo-
teca ſolui. ſaluat Rub. quòd quàmuis præſta-
tio conſenſus, ſit arbitrarium conſentientis an
tequàm præſtetur , tamen propter acceptatio-
nem partis efficitur factum , quæ acceptatio ui
detur neceſſaria ſecundum Bar. tamen uerè il-
la iura non probant concludenter quòd illa
proteſtatio,ſeu reſeruatio iuris ſui, fuerit facta
in præſentia emptoris , potuiſſet enim dicere
ante ſi ego conſentiam uenditioni pignoris ,
ego intendo conſentire ſolum ſaluo iure meo ,
& illa proteſtatio facta abſentibus partibus de
beret præualere , ut iuri ſuo non renunciet , &
omnes conſentiunt quòd quando talis prote-
ſtatio facta fuit ex iuſta cauſa , uel metus , uel
alia ſimili , non requiritur partis præſentia ,
quaſi ſit ueſtita iuſta cauſa , dicta leg. ij. C. de
his qui per metum iudicis non appellauerunt ,
& cap. fi. de appellationibus & cap.j.quod me
tus cauſa , & per Præpoſitum in dicto cap. ſolli
citudinem , & Geminianum in præfatione ſex-
ti libri , & in cap.ij.de confeſſis.in 6.in glo.ra-
tionabili.& ſupra per omnes, tamen ego ibi di
xi quòd procedit generaliter : quia illa prote-
ſtatio facit deficere conſenſum in actu , & non
debet ualere etiam ignorante parte l. obliga-

tionum ſubſtantia. §. ſi. de actio. & obligatio. ſi ſicut etiam dictum fuit ſupra de reuocatione nuncij, per quam deficit conſenſus in reuocante, clem. j. de renuntiatione cum glo. & hæc opinio probatur in terminis, in dicto. §. locatur hortei. ſecundum naturalem ſignificationem uerborum: quia ibi erar propoſitum non pactum, & quamuis non habeat effectum, illud non euenit quia non ualuiſſet proteſtatio, ſed quia ſecutus fuit actus contrarius proteſtationi de directò, qui tollit proteſtationem ut ſupra dictum fuit, & infra repetam circa intellectum illius tex. Niſi ſaluando Bar. dicas, quòd ipſe non negauit quin proteſtatio in abſentia facta ualeret, tamen dicit ꝙ non prodeſt: quia per actum contrariũ uidetur reuocata niſi fiat in præſentia partis; tamen nec etiam hæc ſaluatio ſufficit: quia etiam quando facta eſt in præſentia partis, ſi non eſt acceptata ut efficiatur pactum, uidetur reuocata per actum contrarium, per dictum. §. locator horrei. ſecundum intellectum Bar. Concludas igitur quòd proteſtatio facta in his, quæ dependent à uoluntate proteſtantis & alterius, ualet in abſentia partis: quia facit deficere conſenſum, qui ſemper dependet à ſola uoluntate ſua, & ſine cõſenſu actus non ualet, tam proprius, quàm etiã communis cum alio, ut no. per docto. in dicto cap. final. de procuratoribus. & uoluit etiam Imol. in cap. j. de renuntiatione. quæ proteſtatio durat & operatur effectum ſuum ſi eſt ueſtita cauſa ſucceſſiua ut præſumatur ſemper durare, uel ſi actus qui ſequitur non eſt directò contrarius, ſed ſi non eſt ueſtita aliqua iuſta cauſa ſucceſſiua, tunc per actum geſtum cum alio uidetur reuocata, ne uideatur præiudicaſſe illi & eum illuſiſſe. & quoniam propoſitum in mente retentum nihil operatur, dicta l. ſi repetendi C. de conditio. ob cauſam. maximè ſi in contractibus apponantur illa uerba ſolita apponi ex certa eius ſcientia, non ui, uel dolo, uel metu, nequè errore ductus, cum ſequentibus quæ uidentur reuocare quamcunquè proteſtationem præcedentem, & ita communiter tenent docto. cum limitationibus poſitis per docto. quæ referuntur clarius per Claudium. nu. 13. cum ſequenti.

71 Sed quia †hæc concluſio multũ dependet ab intellectu tex. in dicto. §. locator horrei. ideo ſuper eis inſiſtunt hic docto. & primus eſt intellectus, quòd ibi proteſtatio non habuit effectum: quia ibi non fuerat facta in præſentia partis nequè ei intimata, & ſuadet illud uerbum propoſitum quod differt à pacto, ſeu conſenſu l. ſi repetendi. C. de conditio. ob cauſam Sed iſtum intellectum reprę̃hẽdit Bar. hic, quia non conuenit literę cum in fine dicat propoſitum fuiſſe remiſſum, & in hoc caſu non poſſet dici remiſſum: quia imò fuiſſet nullum, ex quo non fuerat factum in præſentia partis, & quod nullum eſt remitti non poteſt. l. decem. ff. de uerborum obligationibus & habetur in l. is qui in prouintiam. ff. ſi cert. petatur. Sed tu dicas quòd imò intellectus eſt uerus ad illum tex cumulatiuè non priuatiuè: quia non eſt uerum aſſumptum Bar. quòd propoſitum non ualuerit, etiam quòd non fuerit factum in præſentia partis: quia imò omnis proteſtatio quę reſpicit uoluntatem & conſenſum partis ualet, & tollit conſenſum. Sed poſteà reuocatur per actum contrarium ut dixit expreſſè Bar. in præcedenti quæſtione, an proteſtatio tollatur per ſequẽtem actum, ubi omnes conſentiunt. Vnde cum utatur uerbo propoſitum, quod ſolet fieri ſine parte, & uerbum remiſſum etiam conueniat, ſequitur quòd iſte intellectus eſt uerus in ſe: ſed cumulatiuè non autem priuatiuè cum & alij intellectus ueri ſint ut ſtatim declarabo. Alcia. uerò in dicta l. deteſtatio. reprę̃hendit ex alio hunc intellectum: quia ibi propoſitum non potuit denotare mentem non recipiendi: quia tex. utitur hoc uerbo non propoſitum, non recipere, non autem uerbo non recipiendi, & ſolum quando dicitur propoſitum recipiendi, denotatur mens deſtinata. Sed quando dicitur propoſitum recipere, denotatur mens ſcripta, & propoſita in actu, iuxta l. ſi quis id quod. ff. de iuriſdictio. omnium iudicum. & Valla l. lib. j. cap. 27. hæc tamen ſubtilitas grammaticalis non recipitur à Iuriſconſultis, nequè à iudicibus: argum. l. ſicut. §. ſi debitori. ff. quibus mod. pig. uel hypoteca ſoluit. ſecundum quos participium, & infinitiuum poteſt adaptari ad mentem tacitam, & maximè quando eſt uer[illegible]ũ præteriti tẽporis ut ibi dicitur, habuit propoſitum non recipere, id eſt, deſtinauerat non recipere: argum. l. ſi is qui deſtinauit. de rei uendicatio. & l. dominus. de teſtam. proderit tamen hæc ſua ſubtilitas, quòd etiam intellectus Bar. poterit cumulari ad illum tex. Secundus eſt intellectus quòd ibi poſt proteſtationem ſecutus fuit actus ex interuallo, unde proteſtatio non potuit habere effectum: quia non trahitur ad actum ex interuallò ex ſua natura, cũ proteſtans in proteſtatione cogitat de præſenti actu, ſecundum Bar. ſupra. per l. per retentionem. C. de uſur. Hunc intellectum quoquè repræhendit Bar. per eandem rationem; quia non conueniunt uerba remiſſum eſt: quia ratio eſſet aſſignanda: quia actus ſit ex interuallo. ſed tu dicas quòd imò iſte intellectus etiam eſt uerus in ſe, & conuenit illi tex. quia ut ſupra dictum fuit, proteſtatio recipiens conſenſum & uoluntatem ualet ſine abſentia partis, & ſuſpendit conſenſum: ſed tamen poſtea ex curſu temporis remittitur iſta uoluntas & iſta ſuſpenſio: quia non præſumitur durare longo tempore, niſi ſit ueſtita cauſa ſucceſſiua, ne uideatur ſibi ipſi ligaſſe manus: argum. legis ſi quis in principio. de leg. 3. cum ibi no. ideò dicitur eſſe remiſſum ex curſu temporis, quinimo etiam proteſtatio ſui natura poteſt trahi ad actus ex inter-

internallo, ſed per actum ſequentem fuiſſet reuocata. Vnde & etiam iſte intellectus eſt bonus cumulatiuè non excludendo alios, & Decius dixit in dicta l.pacta nouisſimia, quòd ſatis dicitur remiſſum propoſitum,ſi de facto reijcitur per allegata per ipſum. Alio modo reprehendebat Alcia.in dicta l.deteſtatio. negando quòd proteſtatio non trahatur ad actus futuros, cum proteſtatio dicatur ante teſtatio,ex anticipatione temporis,ut per Bar. in l. fideicommiſſa. §. ſi quis decem, ff. de leg. 3. alioqui eſſet diſpoſitio non proteſtatio. Sed tamen potes replicare ut ſupra diſtinxi in loco ſuo, quòd licet ſit anticipatio, tamen eſt de modico interuallo non de longo,& nemo præſumitur durare in uoluntate, quæ ligat ſibi manus,niſi ſit neſtita ex aliqua cauſa ſucceſsiua, & propterea tegualiter uidetur proteſtans remiſiſſe excurſu temporis,& propterea intellectus eſt bonus ad illum tex. cumulatiue ut dixi.

Tertius eſt intellectus Bar.hic, remisſiuè tamen ad ſequentia dicta, ubi clarius mentem ſuam explicat, in quo facit præſuppoſitum quòd proteſtatio iſta reuocatoria uoluntatis non ualeat,ſi eſt facta in abſentia partis, ſed ad ſui eſſentiam requirat quòd fiat in præſentia partis, ubicunque ſit de actu qui geritur cum tertio. Sed tamen etiam quòd ſit facta in præſentia partis,ſi poſteà non eſt acceptata, remanet debilis,& tollitur per actu contrarium. Vnde dixit probari in illo tex.quòd adhoc ut proteſtatio facta ſuper actu dependente à uoluntate duorum, duo ſunt de ſubſtantia: unum quòd fiat in præſentia partis, ſecundum quòd interueniat eius conſenſus, alioqui per actum contrarium uidetur eſſe reuocata, & ad hoc reputat notabilem illum tex. & propterea tex. ibi ſubdit, ego dixi propoſitum eſſe remiſſum:ſed tamen docto. eum reprehendunt ex eo: quia repugnat uerbum propoſitum, quod ſui natura denotat uoluntatem ſolius proteſtantis,cum notificatum parti amplius non appelletur propoſitum, ut ſentiunt docto. in dicta l. ſi repetendi. C. de condictio. ob cauſam. ſed tu potes ſaluare, ut ſit bonus ad illum tex. cumulatiuè non priuatiuè, ut etiam iſtum caſum decidat.

Nec obſtat quòd non ſit propoſitum quando eſt notificatum: quia uerum eſt ſi pars acceptaſſet:quoniam tunc tranſiret in conuentionem: argum.glo. in dicta l. pacta nouisſima. ſecundum declarationem factam inf. per Bar. ſed ubicunque non ſuit acceptatum adhuc remanet propoſitum licèt ſit notificatum, cum cōſiſtat in ſola eius intentione,& ex actu poſteà ſequenti dicitur remiſſum. Vnde, & faciunt etiā ea,quæ ponderauit Alcia. ſupra relatus de uerbo non recipere,non autem de uerbo recipiendi. Ideò, & iſte intellectus eſt tenendus cumulatiuè ut dixi, ut præcedentes caſus & iſtum quoquè decidat.Quartus eſt intellectus Bal. & in l. pacta nouisſima. C. de pactis in. iiij. col. quòd proteſtatio uerbalis licèt non tollatur per alium actum uerbalem.cap. ſolicitudinem. de appellationibus. tamen benè tollitur per actum facti ſicut interuenit in illo tex.quia poſt proteſtationem paſſus eſt tales res in horreum portari. ſic uidemus:quia teſtator appoſuit in primo teſtamento clauſulam derogatoriam licèt non tollatur per actum uerbi, tamen tollitur per actum facti incidendo uel cancellando l.noſtram C. de teſtam. fortior eſt enim actus facti, quàm uerbi, præſertim ad declarandam ueritatem, l. ſi dictum, aliàs ſi tamen.§. ei qui. ff. de ædili. edicto. ubi uendens ſeruum ligatum uidetur facto demonſtrare fortius quàm uerbis, quòd eſt fugitiuus, Sicut quando quis arripit iter ad papam dicitur fortius appellare, quàm uerbis appellando. cap. dilecti.de appella.facit tex. in cap. cauete. xxij. quæſt.5.quē intellectum dicit Iaſ.originaliter fuiſſe Ioannis Monachi, in regula in generali,prout ibi refert Ioannes And. in pen. colum. quem ſequitur & Roma. hic, & Paul.de Caſtro in dicto.§. locator horrei. in prima colum; Sed hunc intellectum reprehendit Alex.hic, & Imol.Primò quia actus agentium non operantur ultra eorum uoluntatem, l. non omnis. ff. ſi cert.petatur, & ſecundum. Alex. nimium reſtringeretur tex. in l. qui in aliena. §. fi.ff. de acquir.hæreditat.ut intelligatur ſolum in actu uerbi.Sed tu dicas quòd intellectus non conuenit literæ. quia dum ibi dicitur quòd paſſus eſt illas gemmas & merces pretioſas portari, præſuppoſuit quòd eſſet conſenſus tacitus, qui minus poteſt quam expreſſus, & ibi tanquam caſus magis dubitabilis refertur, præſupponendo quòd ſi expreſſis uerbis actum fuiſſet, ut portarentur dictæ merces pretioſæ clarius appareret propoſitum eſſe remiſſum. Nec ualet cōſideratio quòd actus facti potentior eſt:quia procedit illa regula in eo qui corpore ſuo actum facit,non autem in eo qui præſens eſt,& tacet actui facto ab alio. Nam ſemper conſenſus eſt tacitus,& minoris efficatiæ quàm expræſſus,ut per Bar. in l. quæ dotis. ſupra ſoluto matrimonio. in tota illa theorica, an præſens & tacens actui ab alio facto, uideatur conſentire. Ideo in ſe non dicitur benè conuenire illi literę, nihilominus cumulatiuè poteſt ſuſtineri ut per eum habeamus alium caſum ibidem deciſum, quòd nedum uidetur receſſum à propoſito per conuentionem expresſis uerbis factam: ſed etiam per conuentionem tacitam, quæ ſumitur ex præſentia cum patientia. Quintus eſt intellectus Iaſ. quòd proteſtatio ibi fuit generalis,& actus ſequens ſpecialis, & quia ſpecies derogat generi illa proteſtatio per actum ſpecialem reuocatur. Sed ipſemet reprehendit: quia natura proteſtationis eſt ut fiat generaliter,ut probat.ſup. in dicta l. ſi quis in principio.& l. ſi ita ſcriptū & l.ſi mihi. §. in legatis. ff. de leg.j. Vnde nihil

noui affert. Præterea dixit Decius, diſpoſitio ge
neralis comprehendit omnes caſus ſingulariter
in eis diſponendo l. ſi chorus. ff. de leg. 3. & l. ſi
duo. in fin. ff. de admiuiſtratio. tuto. alioqui
nunquàm generalis haberet effectum, cum
qui proteſtatur generaliter intendat omnem
actum prohibere, & etiam, ille ſpecialis uide-
tur prohibitus. Vnde in effectu ſpecialis pro-
teſtatio reuocatur. Sed tu dicas quòd iſte intel
lectus poteſt etiam procedere ibi cumulatiuè
ut decidat alium caſum quòd non interſit an
proteſtatio ſit generalis uel ſpecialis: quia per
actum ſequentem factum cum alio. Sextus eſt
intellectus Rubei hic, & Alcia. quòd ibi ſit ſpe
ciale in dicto. §. locator. in locatore horrei: quia
eſt ſuſpectus ne habeat cõmercium cũ furibus,
cum claues remaneant penes horrarium, ut no.
in l. dominus horreorum. ff. locati. Vnde ne de-
cipiantur mercatores inductum fuit, quòd pro
teſtatio ſemper præſumatur remisſio. & de ſimi
li ſuſpicione habetur in l. j. ff. naute. caup. &
ſtabul. & l. j. ff. fur. aduerſ. nautas. & uidetur
ſentire glo. ibi dum allegat dictam l. fi. §. Item
ſi prædixerit, pro quo intellectu facit: quia ſer
ui horrearij poſſunt torqueri, ut no. in dicta l.
dominus horreorum. Sed iſte intellectus con-
funditur per dictum. §. Item ſi prædixerit. ubi
ſeruatur proteſtatio ſi conſenſerit, & idem ſi
non conſenſerit ſecundum intellectum Bar. ibi,
quando facta fuit antequàm ingrederetur, pro-
ut clarè euenerat in dicto §. locator horrei. Præ
tereà non eſt uerum quòd claues remaneant
penes horreareos: quia experientia, quæ eſt re
rum magiſtra, demonſtrat totum contrarium,
cum plerunque ipſi mercatores apponant cla-
ues ſuas nouas fortisſimas non confidendo de
inuectis, & non eſt credendum quòd merces
pretioſæ ponantur in manibus horreariorum
qui plerunquè ſunt pauperes, & merces dictæ
pretioſæ ualent decuplum, ultra ſubſtantiam
eorum, & ultra quòd retineant claues aliquan
do inquirunt ut ipſi domini teneantur de peri
culo, ſi forſan domus diruerettur per fures. Vn-
de iſte intellectus eſt accidentalis & rarò con-
tingens, & non eſt tenendus priuatiuè ad illum
tex. quia non apparet quòd hoc fuerit ex tali
ſuſpicione ſed eueniat propter regulam ge-
neralem.

72 Quare tu concludas † quòd omnes intelle-
ctus traditi per docto. ueri ſunt in ſe, & poſſunt
cumulatiuè teneri ad illum tex. Vnde ex cumu-
latione potes facere ſeptimum intellectum ꝙ
ille tex. generaliter decidat ſex caſus propter
generalitatem uerborum. Primò quòd prote-
ſtatio in abſentia facta per ſequentem actum
præſumatur remiſſa. Secundò quòd proteſta-
tio ex interuallo facto ex curſu temporis, ui-
deatur remiſſa ut per actus ex interuallo non
determinetur ab ea. Tertiò quòd proteſtatio
in præſentia facta & non acceptata remittatur
per actum contrarium. Quartò quòd prote-
ſtatio in præſentia facta remittatur æqualiter
per actum contrarium uerbis expresſis factum,
& per tacitum conſenſum inductum ex præſen
tia & patientia ipſius proteſtantis. Quintò ꝙ
omnis proteſtatio tam generalis quàm ſpecia-
lis remittatur per actum ſequentem factum cũ
alio. Sextò quòd remittatur ſiue ſit ſuſpectus
dominus uel etiam non ſit ſuſpectus, & propte-
reà habes generalem regulam confirmando cõ
cluſionem Bar. infra ponendam quòd proteſta
tio quomodocunque facta ſit, tam in præſen-
tia quàm abſentia, tam generaliter quàm ſpe-
cialiter, reuocatur per actum contrarium uer-
bis expresſis factum uel tacitum, niſi fuerit ac-
ceptata, & proptereà non probant hanc pri-
mam concluſionem Bar. quæ eſt quòd de ſub-
ſtantia proteſtationis ſit quòd fiat in præſen-
tia partis quæ posſit lædi. ſed probat amplia-
tiuè per unum intellectum quòd non prodeſt
proteſtanti ſi fiat abſenti. & ex interuallo: ſed
oportet quòd fiat in præſentia ut fortiorem ha
beat operationem, dictum tamẽ eſt in ſe uerum
quòd proteſtatio ad hoc ut proſit debet fieri in
præſentia partis propter aliam qualitatem inf.
tradendam, quia requiritur expreſſus conſen-
ſus uel tacitus.

Quare Bar. ſubijcit quæſtionem. Præſuppoſi
73 to † quòd proteſtatio fiat in præſentia, utrum
ſufficiat ad inualidandum actum, uel potius
etiam requiratur conſenſus, & ipſe diſtinguit
tres caſus. Vnus eſt quãdo fit proteſtatio ad tol
lendam obligationem iam perfectam. Secun-
dus eſt quando fit ad tollendam obligationem
futuram, ſed dependentem à caſu de præteri-
to. Tertius eſt quando fit ad tollendam obli-
gationem de futuro ex cauſa de futuro. In pri-
mis duobus breuiter ſe expedit determinando
quòd requiritur conſenſus expreſſus, aliàs pro-
teſtatio nihil operatur, ſuper tertio uerò caſu
inſiſtit ponendo eandem regulam quòd requi-
ritur conſenſus. Sed addit poſteà aliquas limi-
tationes diſtinguendo, an proteſtatio fiat ad
tollendam obligationem de futuro, ex cauſa
de futuro, & requiritur conſenſus per glo. in l.
pacta nouisſima. C. de pactis aliàs non prodeſt
proteſtanti. fallit in caſu l. obligationum ſub-
ſtantia, §. fin. ff. de actio. & obligatio. ſi uerò fit,
ad obligationem limitandam in contractu, qui
uerbis contrahitur, requiritur expreſſus conſen-
ſus leg. j. §. ſi quis ſimpliciter. intra, de uerbo.
ſed in contractu qui conſenſu contrahitur non
requiritur per leg. Modeſtinus. in fin. ff. de ſo-
lutio. nec etiam requiritur in actu qui re con-
trahitur ut in ſolutione, leg. j. ff. de ſolutio. neq;
etiam in caſu l. ſi debitor. §. j. ff. quibus modis
pig. uel hypo. ſolui. ut hic latius per eum. Et
ex eius dictis colliguntur multæ concluſiones
utiles & non ſuperfluæ. Nam licet Iaſ. repræ-
hendat eum de ſuperfluitate cum in tribus caſi
bus ſemper requiratur conſenſus partis tamen
uerè non eſt ſuperfluus: quia limitationes & di

ſtinctiones

ſtinctiones uolebat tradere ad ultimum caſum tantum, unde ne uiderentur communes optimè facit ſeparando omnes dictos caſus, nec poteſt dici contrarius his quæ poſuit in leg. pacta nouiſſima. quia ibi proceſſit magis generaliter, & concluſiuè, hic uerò proceſſit magis diſtinctè, & non inconuenit quòd ibi dicta amplientur & diſtinguantur per magis ordinatè hic dicta: arg. no. in l. ſciendum. ff. qui ſatiſdare cogantur.

74 Prima igitur eſt concluſio † quòd proteſtatio tollens obligationem perfectam in totum uel in parte requirit conſenſum partis, dicta l. perfectam. & l. ſi maiores. C. de tranſactio. & ſequuntur omnes per l. ſicut. C. de actio. & obligatio, & procedit etiam in fiſco l. de contractu. C. de reſcind. uenditio. facit in l. ſed ſi ſocius. §. j. ff. pro ſocio, & idem in mandato, & quolibet alio actu reuocabili, ſeu contractu. qui tamen caſus non propriè pertinent ad proteſtationem: quia tunc eſt potius reuocatio, quàm proteſtatio, & pertinent ad materiam reuocationis, de qua habetur in l. ab emptione. ff. de pact. cum l. cum ſimilibus.

75 Secunda eſt concluſio † quòd quando obligatio contrahitur in futurum ex neceſſitate alicuius actus præcedentis, ſeu ex cauſa de præterito, proteſtatio inducta ad tollendam obligationem in totum, uel pro parte, non prodeſt niſi conſentiant, per leg. finalem. §. item ſi prædixerit. ff. nautæ caupones, & ſtabularij. & eſt ratio: quia caupo ſtatim quòd uiatores recepti fuere in caupona, in continenti incipit teneri de omni periculo ex natura officij l. j. in principio. & §. uiatorum. ff. fur. aduer. nau. idem iam obligatio ſaltem legaliter uidetur eſſe contracta informiter, & per receptionem ad actum deducitur in effectu tractatus de obligatione iam contracta tollenda, & militat præcedens ratio quòd dicitur eſſe quædam reuocatio contractus, quæ non poteſt fieri ſine conſenſu partium per dictam l. ſicut. C. de actio. & obligationibus, & l. ſi ut certo. §. j. ff. commoda. & propter dictam rationem hæc concluſio non habet difficultatem quando uiatores iam fuerunt recepti: ſed ſi nondum fuiſſent recepti tunc ſi ante ingreſſum fiat proteſtatio, uidetur quòd ipſa ualeat, & debeat ſeruari etiam ſi nõ conſenſerit, ut dixit Bar. in dicto. §. item ſi prędixerit, qui allegatur contrarius per Iaſ. hic.

76 Sed tamen † uerè non eſt contradictio: ſed limitatio, quam limitationem tenuit Card. in dicto cap. ſollicitudinem. Vnde ſufficit quòd ipſi ingredientes audita proteſtatione ingrediantur: quia non contradicendo, uidentur tacitè conſentire, & in hoc ſpeciali caſu ſaluatur glo. in dicto. §. item ſi prædixerit. Iaſ. tamen hanc limitationem repræhendit dicens rationem Bar. hic allegatam eſſe generalem. Nam ſi caupones tenentur acceptare omnes uiatores, & non poſſunt eos expellere, dicto. §. uiatorum. ergo ſequitur quòd etiam ante ingreſſum ipſi caupones ſunt obligati recipere, & tenentur ex legis diſpoſitione de periculo rerum ſuarum, ergo ſicut quando ingreſſi uiatores proteſtatio non præiudicat eis niſi conſenſerint, eodem modo antequàm ingrediantur, cũ eadem ſit obligatio iam contracta à lege, non debet præiudicare dicta proteſtatio. Ideo Iaſ. hic indiſtinctè tenet concluſionem Bar. hic, reiecta dicta limitatione, & ſequitur Rubeus hic. tamen uidetur quòd limitatio Bar. probabilis ſit & ſuſtineri poſſit, ſi hoc faciunt ex iuſta cauſa & ſine fraude. nam non eſt uerum quòd ante ingreſſum eadem ſit contracta obligatio à lege: quia tex. in dicta l. j. in principio. in uerbis, uidetur præſupponere contrarium quòd non teneantur uiatores acceptare, & licet docto. interpretando illum tex. intelligant quòd ſtatim appoſita caupona & publicato officio ſuo ipſe teneatur uirtute illius edicti recipere omnes uiatores, tamen illa uidetur eſſe quædam obligatio informis, quæ non deducitur ad actum niſi poſt receptionem, & ante uidetur quòd non contineat neceſſitatem præciſam maximè ſi forſam in illo loco eſſent alij caupones habiles ad receptionem, itaquòd ceſſaret publica utilitas; quòd itinerantes non haberent ubi reciperentur. Ideo uidetur quòd quando ipſi ſunt in uia parati ad ingrediendum ad aliom locum, ſi fiat illa proteſtatio ſine fraude, aſſignando aliquam rationem probabilem quòd reperiuntur multi uiatores in caupona, uel quòd ſunt multi latrones circumcirca, uel alii potentes, quorum ingreſſum de facto impedire non poteſt, qui poſſent res eorum auferre, uidetur quòd imò debeat admitti hæc eorum proteſtatio, & quòd ipſi audientes proteſtationem, & non contradicentes uideantur conſentire, & eum à tali periculo liberare per rationes adductas ibi per glo. & Bar. ſed ſi interuenisset fraus quia forſan haberet caupo commercium cum furibus. & latronibus, & hac de cauſa faceret proteſtationem, tunc proteſtatio non prodeſſet etiam quòd cõſenſus interueniſſet: quia ſaltem de dolo teneretur l. ſi unus. §. illud. ff. de pactis & ex hac concluſione infertur ſecundum Rubeum quòd ſi officialis dicat poſt ſuſceptum officium nolle teneri de facto ſuæ familiæ, illa proteſtatio nihil operaretur, quia lege obligatur uel ſtatuto, niſi expreſſè ciuitas conſentiat.

Nec obſtat quòd infra dicetur quòd quando tractatur de prẹiudicio requiritur cõſenſus proteſtati: quia reſpondetur quòd in hoc caſu ſaltem interuenit tacitus conſenſus uiatorũ audita probabili ratiõe & nõ cõtradicẽtes ingrediẽdo, ut inf. dicit Bar. in quatuor caſibus declarãdis. ſed ſi expreſſè contradixiſſent dicẽtes uolumus hic hoſpitari ut ſolet obſeruari, nõ admittimus tua uerba, tunc poſſet procedere opinio Bar. hic, ꝙ proteſtatio nec etiã hoc caſu proce-

derct, per rationem Iaſ hic, niſi poſteà per uiolentiam latronum, ſine dolo cauponis ſuperueniret & ita poſſunt concordari hæc duæ doctrinæ Bartoli.

77 Tertia eſt concluſio †quòd ubicunquè tractatur de obligatione inducenda de fururo ex cauſa de futuro, & per proteſtationem impedienda quòd ſi talis proteſtatio non fuerit acceptata, adhuc etiam nibil releuabit per dictam leg. cnm in plures. §. ſi locator horrei. ff. locati ſecundum intellectum tertium traditum à Bar. quem ſupra diximus eſſe uerum ſimulatiuè licèt non priuatiuè: quia tunc ſecuto actu contrarin uidetur ipſe proteſtans recedere à propoſito ſuo, & ſic ad hoc ut proteſtatio proſit, non ſufficit quòd ſit facta in præſentia partis: quia ſemper per actum contrarium reuocatur, ſed eſt neceſſarium quòd interueniat conſenſus. Vnde dixit Bar. quòd ſi aliquis proteſtatur ipſi treditori quòd fideiubendo pro Titio, non intendit obligari, ſi ralis proteſtario erit acceptata, rnnc impedietnr ſequens contractus, & præualebit proteſtatio. Sed ſi non ſuerir acceptata licèt fuerit facta in præſeutia etiam creditore non contradicente, quòd per promiſſionem ſequentem contrariam nidebitur reuocara per dictum. §. ſi locaror horrei. & ratio differentiæ eſt: quia quando eſt acceptata tunc inducitur pactum derogatorium contractus ſeqnentis, qund pactum ualet ut per glo. in l. pacta nouiſſima. C. de pact. & uidentur partes facere contractum ſimulatum iuxta l. imaginaria. ff. de reg. iur. ſed quando non fuit acceptata non inducitur illud pactum: quia præſentia & taciturnitas in his, quæ reſpiciunt præiudicium tacentis non inducit conſenſum, per notata per Bartolum in leg. quæ dotis. in columu. pen. ff. ſoluto matrimo. & l. Caius. ff. de pignoribus cum ſuis concordantibus.

78 Et ſic Bar. † facit unam generalem concluſionem quòd quaudo proteſtatio fit in actibus qni dependent à conſenſu duorum, non prodeſt etiam quòd fiat in præſentia, niſi & cum præſentia interueniat conſenſus, quam concluſionem generaliter facit, ſiue tractetur de tollenda obligatione futura, ex cauſa de præterito, ſiue de obligatione futura ex cauſa de futuro, & ſequuntur communiter docto. fallit tamen ſecundum eum niſi proteſtatio fiar in ipſo actu, quæ tollar conſenſum per l. obligarionum ſubſtantia. §. final. ff. de actio. & obligario-

79 nibus. Sed tamen dubitant doctn. †an requiratur expreſſus conſenſus uel potius ſufficiat tacitus. & Bar. hic uidetur tenere quòd requiratur expreſſus conſenſus ex eo: quia infra in quatuor limitationibus puneudis per ipſum interuenit cunſenſus tacitus, unde extra illos caſus præſupponit quòd requiratur expreſſus conſenſus. Sed in contrarium uidetur facere: quia hæc proteſtatio acceptata habet uim pacti. Sed pactum æqualiter ualet ſiue interueniat expreſſus conſenſus ſiue tacitus. l. item quia. ff. de pact. & l. nec creditores. C. de pactis. cum concordantibus adductis per me in rub. C. de pactis. ubi latè hoc firmaui. ergo etiam, & in hac proteſtatione uidetur quòd ſufficiat tacitus conſenſus. Tamen docto. reſoluendo difficultatem faciunt regulam generalem, quòd requiratur expreſſus conſenſus acceptantis: quia per ſolam præſentiam in præiudicium ſui non uidetur ſibi præiudicaſſe.

Limitatur tamen non procedere in multis caſibus. Et primo fallit quando proteſtatio in eſt actui, tunc ſufficit raciturnitas per glo. in cap. j. 27. diſtinctiò. & in cap. Diaconi. 28. diſtinctio. & per tex. in dicto §. fina. infra de actio. & obligationibus.

Secundò fallit quando tractatur de modico præiudicio: qnia tunc tacendo uidetur conſentire l. quam Tuberonis. §. ſunt quidam. ff. de peculio leg. l. Sabini. ff. comoda. Bar. in l. quæ dotis. in ultima colum. ſupra ſoluto matrimonio & glo. in l. ſi fideiuſſor. in principio ſecundum nnum intellectum. ff. qui ſatiſdare cogantur.

Tertiò fallit quando proteſtatio fieret in iudicio. Nam tunc ſnfficeret taciturnitas proteſtati, nt per glo. ſecundum alium intellectum in dicta l. ſi fideiuſſor. & probatur per tex. in l. cum oſtendimus. §. final ff. de fideiuſſo. tuto. ſecundum declararionem traditam per docto. in rub. ff. de uerborum obligationibus in quæſtione an pactum nudum in iudiciò factum producat actionem, & faciunr notata per Bal. in leg. final. C. de pactis inter empto. & uenditorem. cum alijs adductis per Crotum numer. 98.

80 Quartò fallit †quando interuenerir aliquod factum proteſtati immediatum: quia tunc præſumeretur conſentire, leg. ſi filius. ff. ad Macedonianum. ſecundum commnnem intellectum ibi, & in dicta l. quæ doris. Ex quo infert hic Alexan. quòd ſi facta ſit proteſtatio in ſcriptis, & ſcriptura illa detur parri quæ illam acceptet & non contradicit, uidetur conſentire, & acquieſcere proreſtationi, quod reputat notandum. Sed ſi non reneremus intellectum communem ad illum tex. non probaretur hæc limiratio. tamen eàm confirmat hic Crotus, quia actus facti magis oſtendit uoluntatem quàm actus nerbi l. ſi tamen. §. ei qui. ff. de ædili. edicto. cap. cauete. 27. diſtinctio. Et quia aliàs timor reuerentialis impedit conſenſum lege. pennl. infra. de fur. & leg. j. §. quæ honorandæ. ff. quarum rerum actio non datur. & l. ſi ſeruus communis. ff. de donatio. inter uirum & uxorem, & Bar. in dicta l. quæ dotis. colum. fin. uerſi. ij. ramen iſte timor non impedit conſenſum quando colligitur ex actu facti, ut probat tex. in l. ſi fideiuſſor §. pater. ſupra de pignoribus. ita declaratum per Crotũ in leg. ij. §. uoluntatem. ff. ſolut. matrim. quæ tamen

tamen limitatio ex hoc ſolo quòd eſſet facta in iudicio nun procederet niſi interueniſſet alia coniectura ut ego declaraui in dicta rub. de uerbo. obligationibus.

Quintò fallit quando proteſtatio non ſtat in finibus proteſtationis, ſed ultra proceſſit proteſtans aliquid dando uel promittendo: quia tunc aduerſarius recipiendo, & non contradicendo uidetur ipſi proteſtationi conſentire, cum non poſſint partem facti reprobare, & partem retinere, per no. in cap. cum olim. extra de cenſibus, & probatur ex not. per Cardi. in cap. Cumana. de cenſibus inducendo. ut hic, per Crotum. nu. 104.

Sextò fallit quando proteſtatio reſpiceret fauorem pupilli; quia tunc etiam præſumeretur conſenſus: quia in hoc caſu non contradicendo præſumitur conſentire l. ſi filius. ff. de tutelis. Bar. in dicta l. quæ dotis. in ultima coln. ſolut. matrim. Roma. in conſ. 311. in caſu propoſitę conſultationis. per tex. in dicta l. cum oſtendimus. ſ. fi. & in dicta leg. ſi filius. ff. ad Macedonianum ſecundum declarationes ibi poſitas per Mod.

Septimò fallit quando proteſtatio reſpiceret commodum eccleſiæ: quia æquiparatur minori. cap. j. de in integrum reſtitutione. glo. in l. libertas. C. de excuſatio. tutorum. Roma. in dicto conſ. 311. & maximè: quia eccleſia æquiparatur pupillis. ut per glo. in dicta l. libertas. & l. qui neque. ſ. j. ſupra de rebus eorum. glo. in l. ij. C. de cur. furioſi.

Octauò fallit quando proteſtatio reſpiceret commodum Reipublicæ: quia tunc uidetur conſentire non contradicendo. leg. ſecunda. ff. ad municip.

Nonò fallit quando proteſtatio reſpiceret fauorem piæ cauſæ: quia ſimiliter inducitur tacitus conſenſus, auct. ſi ſeruus. C. de epiſcop. & cler. & cap. ſi ſeruus ſcienter. 54. diſtinctio. arguendo de libertate ad pias cauſas, iux. leg. primam. C. de communi ſeruo manumiſs. ibi ad hanc rationem pietatis deuenerit. Bar. in l. ſi unus. C. de teſtam. & l. proximè. ff. quæ in teſtam. delentur.

Decimò fallit quando proteſtatio fit abſente eo de cuius præiudicio agitur ſecundario. Nam quo ad eum ualebit proteſtatio, quoniã ſufficit conſenſus illius quem principaliter tangit negotium Ioan. de An. in dicto cap. generali. per tex. in cap. paſtoralis. ſ. fi. de offi. ordinarij. ubi ualida eſt proteſtatio facta coram iudice qui aliquid facit ad commodum partis. quia principaliter agitur de reſcindendo facto iudicis, ſicut appellatur coram iudice non coram parte. cap. appellatio. de app. in 6. l. cum quidam. infra de appellationibus. l. eos. in fi. C. eodem. facit cap. quàmuis. de pact. in 6. ex quo infert ibi Dominicus ꝙ ſi ex forma ſtatuti debeant uocari illi quorum metu fit contractus, intelligitur de eo qui directè principaliter poſſet pati damnum. facit glo. in l. de uno quoque. ff. de re iudica. quæ uult illum eſſe citandum cuius principaliter intereſt non ſecundariò, & eſt tex. in l. pen. ſ. fin. ff. de uent. inſpiciendo cum multis ſimilib. quæ adducuntur per Iaſ. & multos docto. latè in l. ſæpe. ff. de re iudica. ut hic latius per Cro.

Quæ omnes limitationes habent eandem ra-
81 tionem: † quia in eis præſumitur tacitus conſenſus. Vnde reuertendo ad principalem concluſionem Bar. tu dicas contra docto. quòd ad hoc ut proteſtatio præiudicet, ſufficit quòd interueniat tacitus conſenſus proteſtati, ut probatur in dictis limitationibus. Sed tamen quia tacitus conſenſus non præſumitur ex ſola præſentia & taciturnitate, niſi interueniat aliqua alia coniectura, quæ inducat illum tacitum cõſenſum, ideo neceſſarium eſt quòd interueniat expreſſus conſenſus, & ad hunc finem docto. dixerunt requiri expræſſum conſenſum. tamen idem operatur tacitus conſenſus ſi ex aliqua probabili coniectura probatur quòd interuenerit. Vnde tu potes nedum dictas limitationes tradere: ſed etiam omnes alias quas poſuit Bar. in dicta l. quæ dotis. & ibi etiam ego latè dixi ſupra ſoluto matrimonio. Vnde quatuor limitationes tradendæ infra per Bar. non erunt ſingulares ſed erunt cumulandæ cum omnibus prædictis & alijs poſitis in dicta lege quæ dotis.

82 Vna tamen eſt principalis, † quam hic poſuit Crotus num. 109. quando proteſtans non audet proteſtari propter iuſtum metum. Nam tunc in proteſtatione non requiritur expreſſus conſenſus proteſtati. imò fieri poteſt proteſtatio eo abſente ſecundum Bal. in leg. ſi repetendi. C. de conditio ob cauſam. Anto. & Abb. in capit. tua nos. extra de ſponſalibus. glo. & Abbas in dicto cap. j. quod metus cauſa. idem Abbas in cap. ob cauſam matrimonij. ex. de officio delegati qui loquitur de muliere quæ abſente marito clam proteſtatur quòd non uult conſentire alienationi. Sed tamen quia Bal. in l. clari. C. de fideicommiſſ. Paul. de Caſtro, & Alexand. in l. qui in aliena. ſ. fi. ff. de acquir. hæreditate. Alex. in conſ. 16. ponderatis. lib. 3. tenent hanc concluſionem procedere, quando actus fit cum eo cuius timore fit proteſtatio, ſecus ſi fit cum alio. Ideò Crot. hic dictam modificationem reprehendendo diſtinguit tres caſus.

83 Primus caſus eſt † quando quis non audet proteſtari metu ſuperioris uel potentis, & iſto caſu proteſtatio clandeſtina erit ualida, & proderit proteſtanti, ſi contractus erit cum alio celebratus, adeò quòd erit ipſo iure nullus: quia proteſtatio præcedens declarat non adeſſe conſenſum l. at ſi quis. ſ. plerique. ſupra de religio. & ſump. funer. ut uoluit Paul. de Caſtro in l. qui in aliena. ſ. fin. ff. de acqu. hæred. Abb. in cap. tua nos. in fi. de ſponſ.

Fely. in dicto. cap. cum M. Ferrarienſis. col. 23. uerſi. ſecundo. limita. extra de conſtitutionibus.

Secundus caſus eſt: quando quis non audet proteſtati palam propter metum ſuperioris, & poſtmodum contractus cum alio celebraretur, tunc contractus non eſt ipſo iure nullus, probato tamen metu reſcinderetur actione quòd metus cauſa, & ita procedit dictum Bal. in leg. clari. cum ſimilibus ſupra adductis, & intelligit Fely. in dicto cap. cum M. Fetratienſis. uerſi. ſecundo limita, quæ tamen declaratio noo ſufficit: quia ſi iſta proteſtatio prodeſt proteſtanti etiam ſi cum alio celebretur, contractus æqualiter debet eſſe nullus: quia deficit conſenſus, & ſi non erit ipſo iure nullus, nec etiam uidetur quòd debeat reſcindi actione quod metus cauſa. Vnde uetius dici poteſt quòd hæc proteſtatio prodeſt, quando fit cum eo cum quo celebratur ut ſaltem ipſe tacendo uideatur conſentire.

Tertius caſus eſt: quando potens uult ut quis celebret contractum cum alio & inuitus; & iſto caſu ſi non audet proteſtari palam propter metum potentis, procedit proteſtatio clandeſtina proteſtantis ut hic latius per Crotum. a num. 111. uſque ad num. 115. Sed tamen quia nec perfectè totam quæſtionem explicat, & neceſſarium eſt recurrere ad ea quæ dicemus infra in quarto membro principali Bar. dicas quantum ad propoſitum noſtrum, quòd quando proteſtatio fit propter metum in præſentia ipſius proteſtati, & illi aſſignatur cauſa proteſtationis, ſi ipſe non contradicit, uidetur tacitè conſentire, propter quem tacitum conſenſum inducitur pactum derogatorium ipſius cõtractus, & efficietur ſimulatus ex conſenſu utriuſque: quia ſufficit tacitus conſenſus præſumptus, ut in præcedentibus caſibus concluſum fuit. Et ideo inferuntur prædicta ad ali-
84 quas quæſtiones. Et prima eſt † quam ponit hic Iaſ. dicens eueniſſe de facto. Si aliquis requiſitus, ut eſſet fideiuſſor ipſius non audens illi contradicere acceſſit ad iudicem, & proteſtatus fuit quòd licet fideiuberet pro eo, tamen non intendebat conſentire. dicendo domine iudex, ego fui requiſitus à Barone meo ut fideiuberem pro eo, ego non ſum auſus denegare, & ei promiſi, proteſtor quòd ſi me receperitis in fideiuſſorem, nolo teneri, & iudex tacuit, & poſteà proteſtans fideiuſſit, Aug. in leg. mora. in principio in ſecunda. colum. ff. de uſur. dixit determinatum fuiſſe talem fideiuſſionem non ualuiſſe, per doctrinam Butrigar. in dicta leg. pacta nouiſſima. & in leg. ſi fideiuſſor. in princip. ff. qui ſatiſda. cogant. & per dictam l. qui aliena. § fin ff. de acquiren. hæreditate. quæ deciſio uera eſt ex illo capite quòd iudex præſumitur conſenſiſſe propter iuſtam cauſam allegatam, & ex pacto contractus fuit ſimulatus: ſed ſi noo fuiſſet allegata cauſa metus, & quia propter amicitiam uoluit denegare, tunc non præſumeretur iudex conſenſiſſe, & propterea ex actu ſequenti uideretur reuocata proteſtatio: quia requirebatur expræſ-
85 ſus conſenſus. † Secundam fecit illationem Alexand. hic ad quæſtionem de duobus ſocijs, ſi unus uidens tertium uelle contrahere cum ſocio, proteſtatus fuit ne contraheret: quia non intendebat teneri pro contractu ſocij, & ille tacuit, & poſteà contraxit, an ſocius proteſtans obligetur. & Alexan. concludit quòd ſic: quia erat neceſſarium quòd ille contrahens conſentiret expræſſæ proteſtationi, per theoricam ſupra traditam: tamen eius quæſtio præſupponit duo, non uera, unum quòd ſocius obligatur pro contractu ſocij quod eſt falſum, auctcn. ſi quando. C. de conſti. pecunia, in tantum quòd nec ſocius habet mandatum à ſocio faciendi utilia ſocietati l. proprium. ff. communia prædiorum quem adducit Aretinus in leg. eandem colum. fin. ff. de duobus reis. Sed Rubeus dicit Alexand. debere intelligi in caſibus & terminis habilibus, quando ſocius obligatur pro ſocio ex conſuetudine, iuxta not. in leg. Titianus. ff. quod cum eo. quo caſu uidetur habere mandatum à ſocio, uel quando exercebant mercantiam in diuerſis locis, quo caſu unus eſt inſtitor alterius ſecundum Bar. in dicta leg. eandem. de duobus reis. colum. 7. & hanc ego puto fuiſſe intentionem Alexandri quia plerunquè plures ſocij conſtituunt bancum, & ordinant quòd unus ſit principalis in negotiando, unde ipſi pro eo tenentur, quod etiam poteſt procedere in alijs mercibus ſi unus præponatur, & facit tex. in leg. etiam. §. final. & leg. ſi quis ſeruum. & leg. quoties. ff. de peculio. tamen adhuc obſtat: quia præſupponit Alexand. quòd iſte ſocius proteſtans, liberetur per contractum, & non dicit an ipſe quoquè interuenerit in contractu, & uidetur quòd ſi non interuenit in contractu non poſſit dici reuocata proteſtatio ſicut dicitur in l. ſi fundum. C. de rei uendicatione. ubi actus ſequens proteſtationem non tollit eius effectum: quia non celebratur cum proteſtatur, & facit etiam: quia uidetur reuocare mandatum factum cum ſocio, l. ſi quis mancipium. §. fi. ff. de iuſti. & facit quòd habetur in Clem. j. de renuntiatio. & per docto. in cap. fi. de procuratoribus in 6. de reuocante nuncium. Sed ſi ipſe ſocius proteſtans. interueniſſet in ipſo contractu, tunc omnimodò uidetur quòd dicta proteſtatio fuerit reuocata per contrariũ actũ, ſi non interuenit conſenſus ipſius proteſtati, per theoricam poſitam hic. Vnde in hac quæſtione oporter diſtinguere, aut ipſe ſocius proteſtans interuenit in contractu, & tunc procedit concluſio Alexand. ſi uerò non interuenit in contractu, quod plerunquè acccidere debet, tunc non tolleretur per actum ſequentem ipſa proteſtatio per dictam leg. ſi fundum. &

propte-

propterea uidetur quòd proteſtatio ei proſit
ut non teneatur.
Quarta eſt cóclufio reuertẽdo ad dicta Bar.
86 qui dictam regulam limitat † ꝙ ubicunque in
actu contrahendi ipſe contrahens proteſtatur
ſe promittere animo non obligandi,ꝙ tũc pro
teſtatio releuat,cum ſi fiat in præſentia ipſius
& non contra dicat per tex.in d. l. obligationũ
ſubſtantia.§.fi. infra. de actio. & obligatio.qui
tamen tex.non probat concludenter: quia ui-
detur præſupponere,quòd uterquè haberet ani
mum non contrahendi, cum tex. dicat per io-
cum, Vnde tunc ex conſenſu duorum ſimulata
eſt ſtipulatio,ſicut ſcholares diſputantes ſæpiſ-
ſime in exemplis ſuis faciunt ſtipulationem &
promiſſionem, uel docto: legentes. nam tunc
neque promittens nequè ille qui eſt præſens ui
detur habere animum ad inducendam obliga-
tionem. ſed ſolum illam ſtipulationem faciunt
cauſa demonſtrandi uel dicendi, ſed ſi appa-
reret quòd unus interrogaſſet eum animo fa-
ciendi ſtipulationem ſi reſpondiſſet promitte-
re animo non obligandi,tunc non dicit ille tex.
87 quòd ſtipulatio foret nulla. Item in † contra-
rium facit regula quæ habet, quòd actus ſeu pa
ctum factum contra ſubſtantiam contractus
non ualet,& pactum eſt nullum, & contractus
præualet l.cum precario. ff. de precario, & di-
cto cap.cum.M.Ferrarienſis. iuncta glo.in uer-
bo præiudicio.ubi probatur, quòd ſimultanea
proteſtatio contraria facto non ualet:ſed reie-
cta proteſtatione actus remanet ualidus. facit
etiam tex. in dicto cap. ſolicitudinem. in fine
ſecundum unum intellectum, & confirmat Iaſ.
hic per glo. in auct. ingreſſi. C. de ſacroſanct.
eccleſie & in. §. illud. in auct. de monachis,
quæ noluit quòd ſi quis efficiatur monachus, &
proteſtetur quòd uult retinere bona ſua: quia
illa proteſtatio eſt contra ſubſtantiam mona-
chatus ut in cap. ad monaſterium.extra de re-
gula. præualet monachatus reiecta proteſtatio
ne, & in terminis eſt bonus tex. in cap.inſinuan
te. qui clerici uel monachi.facit tex.in cap.du-
dum.de conuerſio. coniuga. & in cap. diaconi.
cum glo. 28. diſtinct. & eſt communis conclu-
ſio in auct. ingreſſi. & in l.ij.ubi dixi.ff. ſi cert.
peta. Alex. hic multum inſiſtens, & Iaſ. dant ſo
lutionem in effectu dicentes, quòd illa regula
procedit, ubicunque proteſtatio eſt de dire-
cto contra ipſam ſubſtantiam actus, ſecus au-
tem ubicunque non eſt contra ſubſtantiam
actus: quia tunc præualet pactum contractui,
ut per Bar. in l. ubi ita donatur.ff. de donatio.
cauſ. mor. & habetur in dicta l.ij. ff. ſi cert.pe-
tatur. & no. Bal. in leg. ſi pater.in ij. lectura.
ff. de adoptionibus. ſed in dicta l. obligatio-
num ſubſtantia, pactum non eſt contra ſub-
ſtantiam ipſius actus, ſed contra conſecutiua:
quia obligatio ex contractu deſcendit, quæ ſo-
lutio confunditur apertè per tex. in dicta leg.
cum precario ff. de precario, ubi pactum erat
ne poſſet reuocari precarium, quæ reuocatio
non eſt de ſubſtantia principali precarij. Sed
eſt quædam natura ei poſt conuentionem tradi
ta per legem. & tamen pactum non ualet. Idem
probatur ex not. in dicta l. ij. ff. ſi cert. petatur
quando fit pactum quòd in mutuo non tranſ-
feratur dominium. nam illa dominij tranſlatio
non eſt principalis ſubſtantia mutui, ſed eſt
ipſe conſenſus cum rei traditione, & tamen
pactum non ualet. ſimiliter in caſu Bar. non eſt
uerum quòd ſit contra conſecutiua: quia di-
cendo quòd non uult obligari, in effectu dicit
quòd non præſtat conſenſum illi promiſſioni,
& ſic pactum eſt de directò contra ipſam ſub-
ſtantiam. Vnde non deberet ualere, & actus
ipſe deberet præferri. Vnde tu pro ſolutione
dicas totum contrarium quod dicit Alexand.
& Iaſ. quòd quando pactum eſt contra ſubſtan-
tiam actus, præualet pactum & annullatur
actus. ſi uerò pactum eſt contra conſecutiua,
tunc pactum annullatur & præualet actus, præ
88 ſupponendo tamen quòd † ſex dicuntur eſſe
partes ſubſtantiales in contractibus, cauſa ef-
ficiens, materialis, formalis, ſubiectiua, ſol-
lennitatis, & finalis. ut dixi in leg. j. & in leg.
ſciendum. infra de uerborum obligationibus.
Duæ tamen ſunt magis principales cauſa mate
rialis & cauſa formalis, ideo in omni contra-
ctu duæ ſunt ſubſtantiæ principales, ipſe con-
ſenſus qui eſt cauſa materialis in omnibus con
tractibus, l. j. ſupra de pactis. & forma ut uer-
ba in ſtipulatione l.j. §. ſi quis ita. infra de uer-
89 borum obligationibus. Si ergo † pactum ſit fa-
ctum quòd contractus ſit ſine conſenſu, uel ſit
ſine forma, tunc præualet pactum contractui:
quia deficiente cauſa formali uel materiali, nõ
poteſt introduci in rerum natura, & cum nihil
ſit & nullam eſſentiam habeat, non poteſt præ-
ualere pacto, argum. l. eius qui in prouintiam.
ff. ſi cert. petatur. & probatur in dicta leg. j. §.
ſi quis ita. de uerborum obligationibus. ſin au-
tem pactum fiat contra alias ſubſtantias, & tũc
illud pactum non ualet: quia cum actus habeat
materiam & formam, habet quoquè eſſentiam
& poteſt præualere pacto, & itá procedit tex.
in dicta leg. cum precario, & glo. in dicta au-
cten. ingreſſi. cum alijs concordantibus ad-
ductis cum declaratione, & modificatione tra-
dita per me in dicta l. ij. ff. ſi cert. petatur dan
do reſponſum ad l. ubi ita donatur. de donatio.
cauſ. mor.
90 Cum igitur in caſu Bar. † proteſtatio impe-
diat conſenſum in ipſa promiſſione, & faciat
deficere totam eſſentiam ſtipulationis, ſequitur
quòd neceſſariò proteſtatio quæ de ſe ualida
erat, debet preferri ipſi actui & ſic cõcluſio Bar.
eſt uera, Et contraria non obſtant: quia loquun
tur de pacto contra conſecutiuam ſubſtantiam
non principalem. & pro dicta opinione Bart.
facit: quia hæc reſponſio cum proteſtatione
facta, non eſt conueniens interrogationi, ergo

ſtipulatio debet uitiari per ea, quę ipſemet Bat. dicit infra, dum allegat l.j.§. ſi quis ſimpliciter. de uerbo.obligatio.

Quare facias concluſionem ſimul cum Bat. ꝙ ubicunque proteſtatio fit in ipſo actu derogatoria conſenſus formæ ſeu obligationis quòd tales proteſtatio præualet, actus ipſe redditur nullus: quia per eam tollitur tota eſſentia ipſius actus: ſed ſi proteſtatio eſſet facta circa cōſecutiua ſeu alia ſubſtantialia actus, tunc præualeret actus, & proteſtatio non acceptata redderetur nulla: quoniam ſi fuiſſet acceptata pactum fuiſſet nullum, dicta l. cum precario. cum ſimilibus ſupra adductis: ergo tanto fortius ipſa proteſtatio reddetur nulla, neque in ea præſumetur conſenſus quod benè nota. & in effectu poteris concordare doctrinas docto.hic.

91 Alex. uerò hic †pro ſolutione conſiderabat quinque caſus. Primus eſt, quando ſumus in iudicialibus, & tunc ſi repellitur à iudice, proteſtās præualet proteſtato, & proteſtatio ſi admittitur, pręualet actus, dicto cap. ſolicitudinē. Secundus caſus eſt in extraiudicialibus: quia ſi repellitur, præualet proteſtatio, & ſi non repellitur præualet actus. dicto cap. cum M. Ferrarienſis. Tertius caſus eſt quando proteſtatio eſt contra conſecutiua actus inſurgentia ex iuris diſpoſitione, & tunc proteſtatio non ualet dicta auct. ingreſſi, & dicto cap. diaconi. qui tres caſus pertineat ad materiam dicti capituli cum M. Ferrarienſis. & ibi examinantur. Quartus caſus eſt, quando proteſtatio eſt contra ſubſtantiam actus, & tunc non ualet proteſtatio, & præualet actus, d.l. cum precario. ſecundum eum ſed nos diximus contrarium eſſe uerius. Quintus caſus eſt quando proteſtatio eſt contra conſecutiua actus procedentis à uoluntate: quia tunc præualet proteſtatio ut hic ſecundum eum, quod etiam reprobauimus: quia imò hic proteſtatio eſt contra principalem ſubſtantiam actus. Aliā diſtinctionem ponit Abbas in dicto cap. cum M. Ferrarienſis. ſuper quo laborant Decius, & Ripa. multa allegantes in contrarium, ſed nō benè reſoluunt ex eo: quia non faciunt bonum principium ad cognoſcendum quando proteſtatio eſt contra ſubſtantiam actus. Rubeus hic uidetur diſtinguere. aut proteſtatio poteſt trahi ad duplicem ſenſum, & tunc præualet proteſtatio, ut ſi proteſtor ꝙ nolo litē conteſtari per reſponſionem datam ad libellū: quia eſt mutabilis. aut uerò non poteſt trahi ad duplicem ſēſum, ut quia dicit litem conteſtor, proteſtando ꝙ litem nolo conteſtari, tunc erit inducta litis conteſtatio, ſimiliter ſi dicat profiteor religionem, proteſtando nolo eſſe monachus, tunc non ualet proteſtatio, & actus eſt nullus. quæ tamen diſtinctio reſoluitur in ea, quæ dicta ſunt ſupra in præcedenti articulo quādo actus eſt dubius, uel quando actus eſt in totum contrarius, quod eſt quando proteſtatio fit ſuper qualitate actus, uel quando fit ſuper ſubſtantia actus, & quādo fit ſuper qualitate, actus ſequens præualet proteſtationi, per legē Neſennius. de negocijs geſtis, & quando fit ſuper ipſo actu, tunc per actū contrariū ſemper tollitur, & hoc ſi fiat aliqualiter ex interuallo. Sed ſi fiat in ipſa cōfectione actus tunc deciſio ipſius ultima eſt falſa: quia quando proteſtatio fit contra ſubſtantiam materialem præualet proteſtatio: quia tollit eſſentiā ipſius actus per dictam l. obligationū, Et facit lex de ſuis. de milit. teſt. ubi ſi dico inſtituo animo nō inſtituendi, nō eſt inſtitutio, & tex. in l. an inutilis. ff. de acceptilatio. ubi nō eſt nec acceptilatio nec pactum, & l. ſi tibi rem. ff. de præſcrip. uerbis quia propter perplexitatem deficit conſenſus, l. ſi Titius. ff. de conditio. inſtitutionū quæ faciūt pro Bat. & Rubeus hic adducit: quia continent quandam repugnantiam, & tamen poſtea non tollit contrarium. Crot. uerò hic conſiderat aliquos caſus quando pactum eſt contra ſubſtantiam actus ualeat, & quinque caſus diſtinguit, ut hic per eum. num. 123. qui pertinent ad materiam l. ſecundæ & l. cum quid. ubi latè dixi ff. ſi cert. pet. tamen non reſoluit poſtea quid de proteſtatione. ideò aliter uidetur diſtinguēdū ut ſup, aut proteſtatio fit contra formā actus ue ꝙ ſtipulatio ſit ſine uerbis, & mutuū ſine interuentu rei, uenditio ſine pretio, & contractus literarū ſine literis, & tunc ſi eſt cōſenſus utriuſq; utrunq; corruit: quia implicat repugnātiam cū ſit cōuentio ut fiat cōtractus & nō fiat contractus, d.l. ubi repugnantia, & in effectu præualebit proteſtatio. ſi uerò nō cōſentit, & tūc adhuc actus annullatur, ſiue ſit contra formā, ſiue ſit ꝙ non interueniat contractus, ut hic per Bat. ſi uerò eſſet facta cōtra alia ſubſtantialia, & tūc præualet pactus & pactū annullatur. d. l. cum precario cum ſimilibus, quæ procedunt quando actus non poteſt uariari: quia contrahentes intendunt omninò illum actum facere. ſed ſi non eſt firmata intentio de actu, ita quòd non apparet ꝙ omnimodò uoluerint facere alium actū. ſed ſi actus erat mutabilis & per pactum poſſit uariari contractus, qui ſe compatiatur cum pacto, & tunc utrunq; ualebit, & mutabitur actus d.l. ubi ita donatur, quæ hoc modo cōcordatur cū d.l. cū precario, & ſic in propoſito proteſtationis quando ipſa fit in confectione actus & ꝑ eā tollitur cōſenſus uel forma: quia repugnātia eſt nihil fit, d. l. ubi repugnantia, & per conſequens in effectu proteſtatio præualet, & hanc diſtinctionē poteris facere etiam in iudicialibus, & in caſibus poſitis in dicto cap. cū M. Ferrariēſis, adaptando per te, & addendo ea, quæ dixi in d.l.ij. & l. cum quid. ff. ſi cert. petatur.

92 Quinta eſt concluſio Bat. †quòd ubicunquè proteſtatio fit ad limitandam obligationem in qualitate, & tunc ſi eſt talis qualitas, quæ uitiat totum contractum, ut quæ in obligatione quæ uerbis contrahitur, interrogati eſſet de obligatione pura contrahenda, & reſponſio fieret per proteſtationem quòd obligatio naſceretur

ſub

ſub condi:ione, & tunc requiritur conſenſus u-
triuſquè partis, ſicut quando fit ad obligatio-
nem tollendam, quæ uerba ambigua ſunt ſecun
dum docto. in multis: quia non exprimit an re-
quiratur conſenſus utrinſquè cum ſe referat ad
præcedentia. Item uon exponit an actus ua-
leat ucl annulletur per proteſtationẽ: quia ſe re
fert ad præcedentia. Tertiò uon declarat qua
re iſtud ſit in contractibus, qui uerbis contra-
huntur, & ſecus ſit quando contrahuntur con-
ſenſu uel re. Ias. hic uidetur uelle ponere unam
rationem diuerſitatis dicens, quòd actus facti
eſt potentior in conſenſu inducendo, quàm a-
ctus uerbalis, per tex. in clem. j. de procura-
torib. coniuncta l. filius familias.§. inuitus. ff.
de procuratoribus inducendo ut per eum, quæ
tamen extranea eſt. Alex. autem hîc nu.32.po
nit quòd quando dicitur promittis decem, &
ille intendat promittere uiginti quòd tunc ua-
leat ut hic per eum, tamen non tangit prædictas
93 difficultates. Tu autem dicas† quòd Bar. non di
ſtinguit inter cõtractum uerbis, & contractum.
qui conſenſu uel re contrahitur, ut inducat in
totum differentias inter iſtos contractus, ità
quòd aliud ſit in uno modo contrahendi, & a-
liud in alio. Sed exemplificauit de diuerſis mo,
dis contrahendi ad alium finem, conſideran-
do quòd aliquando iſta uarietas in qualitate
uitiat totum contractum, aliquando nõ uitiat:
ſed reſtringit. exemplum autem quòd uitiet
contractum in totum non cadit niſi in contra-,
ctibus qui uerbis contrahuntur, & non in aliis
in quibus potius fit reſtrictio obligationis, quã
quòd uitietur contractus, & eſt ratio: quia
quando eſt contractus uerborum, oportet quòd
reſponſio ſit congrua cum interogatione, alio-
qui uitiatur tota ſtipulatio propter formam
ipſius, ut dicitur in dicta l. j. §. ſi quis ſimplici-
ter. infra de uerborom. quod nou eſſet in a-
lijs contractibus, in quibus forma non conſi-
ſtit in hanc congruentia uerborum. & propte
reà mens ipſius eſt quòd aut contractus annul-
latur per hanc diuerſitatem qualitatis, & tunc
proteſtatio nõ prodeſt ſi alter non conſentiat:,
quia per actum contrarium uidetur receſſum
à dicta proteſtatione: argu. dicti. §. ſi locator
horrei. ſi uerò cõſenſit, & tunc ualebit proteſta
tio tanquàm de rogatoria ſtipulationis, quę ua
lebit cum illa qualitate cum in ſubſtantia ſeu
in intentione erit congrua reſponſio. Vnde
dum ſe remittit Bar. ad prædicta uolut dictam
diſtinctionem referre, dicens quòd quando
per proteſtationem annullatur in totum actus
uel contractus, idem eſt quòd tollatur tota o-
bligatio uel limitetur: quia ſequitur idem eſſe
ctus quòd totus actus annullatur. unde omnia
quæ dicta ſunt in tollenda tota obligatione ꝓ-
cedunt etiam in limitanda, ex quo ſequitur ꝙ
ſi in uerborum obligatione diuerſitas eſſet in
ſumma, ut quia promittendo uiginti intende-
ret promittere decem tantum, tunc proteſta-
tio præualeret, & actus remaneret limitatus:
quamuis non conſentiret aduerſarius: quia ex
tali uarietate non uitiaretur tota obligatio:
ſed tantummodo limitaretur, & ualeret ſtipu-
latio, per dictam legem primam. §. quod ſi is.
qui ſequitur dictum. §. ſi quis ſimpliciter. infra
de uerborum obligationibus, & hæc fuit uera
mens Bar. qui non diſtinxit propriè inter mo-
dum contrahendi. ſed inter effectum utrum per
talem proteſtationem tollatur totus contra-
ctus uel non tollatur: quia ſi tollitur per illam
uarietatem totus contractus, idem eſt ac ſi age
retur quòd tota obligatio uitiaretur. ideò re-
quiritur conſenſus partis ut præualeat prote-
ſtatio. ſed ſi non tollitur totus actus, ſed tan-
tummodo limitatur, ſufficiat præſentia partis
ſine eius acceptione.

Sed huic concluſioni unum uidetur obſtare:
quia ſi tenes illud ſequitur quòd per fictionem
partes poſſunt ſtipulationis formam facere,
quod non uidetur poſſe procedere: quia homo
non poteſt fingere, ut per Bar. in l. ſi is qui pro
emptore, in diffinitione fictionis infra de uſuca
pionibus. & no. per docto. in rub. ff. de uer-
bo. oblig. & ſequitur hic Rubeus tenens quòd
nunquàm ualeat talis conuentio. ego autem in
dicta rub. tenui quòd conuentiat ualeat diſpu-
tatiuè cum ſufficiat aliquod uocale exprimi ꝙ
poſſit facere interrogationem, & reſponſionẽ
congruam: ſed in propoſito ſi interrogat de ui
ginti, & reſponſio fit de decem, exprimitur
aliquod uocale quod facit interrogationem, &
reſponſionem cougruam, dicta l. j. §. quod ſi
is, & ſicut ſi expreſſè reſpondeat de decem ſti-
pulatio cum reſtrictione ualet, ita etiam præ-
cedente proteſtatione ſtipulatio cum dicta re-
ſtrictione ualebit, etiam quòd non ſit acceptata
proteſtatiò: quia præſumetur acceptata ut ibi-
dem dicitur per docto.
94 Sexta eſt concluſio † quòd ubicunquè per ꝓ-
teſtationem limitatur obligatio, & contractus
non uitiatur in totum per talem uarietatem.
ſed reſtringatur tantum, ut ſi eſt contractus qui
conſenſu contrahitur, tunc proteſtatio ualet,
etiam qnòd non fuerit acceptata per l. Mode-
ſtinus. infra de ſolutio. in uerbo rei pretium,
quæ uerba demonſtrant intellectum Bar. ad il-
lum tex. quòd quando quis ſoluit ut ſibi cedan
tur actiones, ita proteſtando ſolutio non ha-
bet uim ſolutionis ut inducatur actus re contra
ctus. ſed habet uim contractus qui conſenſu cõ
trahitur: quia inducitur uenditio ut illa uen-
dat ceſſionem actionum pro peccunia ſibi ſo-
luta, iuxta l. per diuerſas. C. de mandati. &
illa uarietas non impedit actum ualere cum illa
95 limitatione. Alex. tamen dicit, † quòd ille.
tex. non facit: quia agitur de conſeruanda non.
limitanda obligatione, ſed tu replicare potes
qnòd imò agitur de limitanda obligatione re-
ſpectu actus ſolutionis, ut ille actus non ſeruet
naturam integram, quòd tollat obligationem.

ſed quòd tantummodo habeat uim pretii, & conſeruatio obligationis, & actionis non eſt in perſona ſoluentis, & proteſtantis: ſed in perſona alterius. Ideò hic non attenditur.

Secundò obſtat: quia imò uidetur ſecundum Alexandrum, quòd imò requiratur conſenſus partis: quia ille tex. dicit in duobus locis de pacto ut in principio, & poſteà ponit uerbum conueniſſent. ſed tu reſponde quòd ille textus. duo ponit in uerſi. quod ſi his. Nam primò dicit quòd ſi dictum fuit, & poſteà addit, & ſi conueniſſet. unde uidetur alternatiuè uelle, uel quòd ſit dictum, uel quòd ſit conuentum, & ſic probat. Secundò etiam concedendo quòd requiratur conſenſus ut uidentur inclinare communiter docto. tamen dicas quòd ille conſenſus tacitè inducitur ex hoc ſolo, quòd ille non contradixit proteſtationi, & accepit ſolutionem peccuniarum. unde inducitur tacitus conſenſus per tex. in l. qui patitur. inducendo ut ego feci. in dicta rub. & in l. quæ dotis. ſol. matri, ff. mandati. & hæc fuit intentio Bar. quòd non ſit neceſſaria acceptatio expreſſa: ſed ſufficiat acceptatio tacita, quæ facit tacitum conſenſum ex præſentia, & patientia, & facit una limitatio in præcedentibus poſita, & relata in d. l. quæ dotis. quòd quando tractatur de paruo præiuditio tacentis, præſumitur conſenſus, & propterea habes concluſionem quòd quando uarietas non tollit obligationem totam, ſufficit quòd proteſtatio fiat coram parte, & præualebit actu propter tacitum conſenſum, & hoc modo declarando, iſte caſus continetur ſub regula generali ſupra tradita.

96 Septima eſt concluſio † quòd ubicunquè proteſtatio fit ad limitandum obligationem ſuper actu qui re contrahitur, tunc ualet etiam quòd expreſſè non ſit acceptata per partem per dictã legem primam. & ij. ff. de ſolutionib. Sed Bar. uidetur malè loqui in duobus. Primò: quia non agitur de obligatione limitanda ſed de obligatione tollenda ut hic ponderabat Crot. Tu autem defendas Bar. quòd imò agitur de limitanda ut ſolutio fiat magis in unum caſum quàm in alium, & licèt fiat liberatio, tamen non fit eo modo quo uolebat creditor. Item obſtat ſecundum eum: quia non uidetur poſſe reddi rationem diuerſitatis inter contractum re, & contractum uerbis, dicta l. j. loquitur de ſolutione facta ex quocunquè contractu. Sed tu replica, quòd ibi non tractatur de contractu re, ſed de actu ſolutionis, qui re contrahitur qui actus re contrahitur in quocunquè contractu fiat ſolutio, & hoc uoluit conſiderare Bar. & no. in rub. infra. de ſolutio. & habetur in l. rogaſti. §. ſi tibi. ff. ſi cer. pet. unde cum ille tex. uellit proteſtationem ualere probat unã limitationem ſecũdum intentionem Bar. quòd non requiratur expreſſus conſenſus, & facit quia tractatur de modico præiudicio creditoris cum cæteræ actiones remaneant ualidè inte grè ideò præſumetur tacitus conſenſus, & in effectu iſte caſus continebitur ſub regula generali tradita in præcedentibus ex mente eiuſdem Bar.

97 Octaua eſt concluſio † quòd quando diuerſitas qualitatis cauſat ſolum præiudicium parti non in actione ſed quòd proteſtans habeat aliquod ius in re, & tunc ſufficit quòd fiat parti ne decipiatur. ſed non requiritur eius conſenſus dicta l. ſi debitori. §. j. quibus modis pignus uel hypotheca ſoluitur. & dicta l. codillis. §. j. ff. de leg. ij. & ſequuntur communiter docto. hic & in dicto cap. cum. M. Ferrarienſis, ut dicit Rubeus: quia ſe compatitur proteſtatio cum actu quod parum ualet. Sed tu melius dicas: quia in conſeruatione iuris ſui non requiritur expreſſus conſenſus partis, quæ plerunquè contradiceret.

Nec obſtat quòd in præiudicialibus tacens non habeatur pro conſentiente l. qui uas. §. uetare. ff. de fur. & per Bar. in dicta l. quæ dotis. de quo opponit hic Crotus: quia ſecundum eũ non procedit quando agitur de lucro, in hoc autem caſu uidetur eſſe lucrum, quæ tamen ratio licèt concludat in uenditore, tamen non cõcludit in emptore qui intendebat liberam emere. Vnde potes tu dicere fatendo quòd non cõſentit. ſed hoc non releuat: quia ſua contradictio etiam quòd expreſſè fieret non impediret quin ipſe poſſet conſeruare ius ſuum, & dicere ego ſum contentus conſentire: ſed uolo ſaluum eſſe ius meuum in pignore, uel ſecundò potes dicere quòd imò in hoc caſu præſumitur conſentire: quia melius eſt parum habere quàm nihil habere, & cum ipſe alias non conſentiret ſi acceptauit conſenſum cum illa proteſtatione, præſumitur tacitus eorum conſenſus. & ſic ibi. ideò proteſtatio ualet, & præualet actui: quia præſumitur tacitus conſenſus. & includitur ſub regula generali ſupra poſita. Ex quibus habes u-

98 nam † concluſionem multum latam in toto hoc diſcurſu Bar. quòd quando proteſtatio fit ſuper actu dependente à conſenſu duorum, pro eius ſubſtantia requiritur quòd interueniat præſentia partis, & ultra præſentiam quòd interueniat etiam conſenſus ipſius qui conſenſus ſufficit quòd ſit tacitus. ſed tamen quia tacens non præſumitur conſentire in præiudicium ſui oportet quòd interueniant qualitates aliquè facientes præſumi tacitum conſenſum, quæ ſi interueniant inducetur acceptatio tacita, & ſi nõ interueniant requiretur expreſſa acceptatio; ꝓpterea regula traditur quòd ad ualiditatem ꝓteſtationis requiritur præſentia, & expreſſus cõſenſus. fallit in illis caſibus in quibus ex aliqua coniectura præſumitur conſenſus: quia tunc ſufficit tacitus conſenſus, ut in quinquè caſibus poſitis per Bar. & in alijs poſitis ſupra per Rub. & alijs traditis per Bar. & alios in dicta l. quæ dotis ff. ſolu. matri.

99 Quærit etiam hic Bar. † an proteſtatio tranſeat ad

ſeat ad hæredes, & dicit quòd ex parte prote-
ſtantis extinguitur morte ut in hoc tex. ex par-
te uerò illius cui fit proteſtatio ſimiliter finitur
morte, niſi ſit facta mentio hæredis expreſſè uel
tacitè: arg. l. ſicut. §. ſi debitori, quibus mo-
dis pignus uel hypotheca ſoluitur ut hic pen.
qui facit duas principales concluſiones. Prima
eſt quòd proteſtatio non tranſit ad hæredes pro-
teſtantis, quando effectus non eſt conſumma-
tus, & ratio eſt: quia conſiſtit in uoluntate quæ
finitur morte, quando effectus non eſt conſum
matus, l. quarta. ff. locati. & cap. ſi gratio-
ſè, de reſcri. ſecundum docto. Vel melius: quia
conſiſtit in operatione animi proteſtantis, & in
iure proteſtandi quod quis habet in perſona
ſua, & hac ratione finitur etiam alienatione
rei propter quam fit proteſtatio, ut dictum fuit
de nunciatione. Sed in contrarium uidetur tex.
in leg. ſi infra. C. de non num. pec. Secundum
Rubeum. Sed tu dicas quòd ille tex. in primo
caſu loquitur de iure proteſtandi quod tranſit
ad hæredes, & proteſtatio ibi non tranſit: quia
nulla facta fuit in ſecundo caſu per proteſtatio-
nem affectus eſt conſummatus, & ille effectus
tranſit: quia iuris eſt non ipſa proteſtatio in fu-
turum, ut ſimiliter dictum fuit de nunciatione,
& proteſtatio de qua in dicta l. ſi intra, & in
dicta l. ſi ſtatim producit effectum & interru-
ptionem præſcriptionis. quæ iuris eſt. unde
tranſit ad hæredes: quia effectus eſt conſum-
matus. ſed ſi proteſtatio aliquid induceret ſu-
ſpenſione non traheretur ad hæredes, ut ſi di-
ceret proteſtor quòd uolo promittere purè, uel
uolo ſoluere, ut mihi cedantur actiones, uel nõ
intendo per actum futurum adire hæreditatem
uel alienare, tunc ſi ante actum moreretur uel
in alium transferret res, proteſtatio extingue-
retur ſicut dictum fuit de nunciatione, & facit
tex. in l. Neſennius. ff. de neg. geſtis. ubi de ex-
penſis factis tranſiret ad hæredes: quia effectus
eſt conſummatus, de expenſis uerò futuris non
100 tranſiret. Amplia ur. † ut dictum fuit etiam per
alienationem, quod intellige niſi proteſtatio
nõ eſſet idonea in re alienata, cum tranſeat ius
proteſtandi; & ipſa proteſtatio, ſecundum Ru-
beum allegantem l. ſi res. ff. de euictionib. &
Bal. in conſil. 450. uol. iiij. quod intellige ſi
tranſit res ipſa propter quam fit proteſtatio, ut
in nunciatione. Vnde ſi debitor chirographa-
rius ceſſerit debitum de quo oppoſita ſit exce-
ptio, ſeu interrupta præſcriptio tranſibit etiã
effectus proteſtationis, ut ille habeat ius debi-
ti plenum, cui non poſſit opponi præſcriptio
ratione curſus temporis præteriti.

Nec obſtat quòd non ſit tranſmiſſibilis, er-
go nec ceſſibilis l. ſi ex pluribus. ff. de admini-
ſtratio. tuto. quia ſecundum eum facilius fit
ceſſio quàm tranſmiſſio ut no. in l. poſt dotem.
ff. ſoluto matrim. Tu clarius reſponde quòd
imò proteſtatio eſt tranſmiſſibilis quando ſe-
cutus eſt effectus tranſmiſſibilis, & in hoc caſu
effectus ſecutus eſt tranſmiſſibilis: ſed quando
non eſt ſecutus effectus neque ceditur neque
tranſmittitur proteſtatio.

101 Secunda eſt concluſio Bar. † quòd ex parte
proteſtati non tranſit proteſtatio ad hæredes,
ſicut nec ad hæredes nunciati tranſit nunciatio
ut probatur in hoc tex. niſi actus propter quem
eſt facta proteſtatio geratur ab hærede, hæredi
tatis nomine, id eſt, iure hæreditario: quia
tunc tranſibit ad hæredem ſicut licentia l. ſicut
§. ſi debitori. ff. quib. mod. pig. uel hypothe-
ca ſoluitur, ubi ſi creditor dedit licentiam de
bitori uendẽdi pignus ſaluo iure pignoris hæc
licentia de rigore iuris non debet tranſire ad
hæredes, tamen quia leges, & iudices non ad-
mittunt has ſubtilitates, tranſit licentia ad eos
dummodo ille hæres iure hæreditario faciat a-
lienationem, non autem tanquàm dominus ſim
pliciter; quia ita reſtringitur dictus. §. ſi debi-
tor. & ſequuntur communiter docto. Sed tu di-
cas quòd aut proteſtatio eſt facta in rem, ut q̃d
res uendatur ſaluo iure pignoris. & tunc tran-
ſit ad quemcunquè tranſit ipſa res uel iure hære
ditario, uel iure ſingulari: quia hæc licentia
eſt realis, unde tranſit ad omnes hæredes, ut di-
citur in hoc tex. de nunciatione, & l. fin. infra
eodem. aut uerò fuit facta in perſonam ut con
cedo tibi licentiam uendendi, & tunc non tran
ſibit ad hæredes: quia eſt perſonalis ſicut dici-
tur de hærede nunciati l. iij. §. opus quoquè. ſu-
pra. de aliena. iudicij mutandi cauſa facta, &
l. aut qui aliter. §. hæc uerba, & §. ſi. & l. uim
facit. §. tandiu. infra quod ui aut clam, l. ſi ſer
uum. §. ait prætor. ff. de acquir. hæredita. & l.
metus. §. animaduertendu. ff. quod met. cauſa,
licentia uerò conceſſa perſonæ uidebitur etiam
facta hæredi, quando hæres gerit actum hære-
ditario nomine. dicto. §. ſi debitori. & ſic ali-
quando conceſſio perſonalis, & proteſtatio ex
tacita mente proteſtantis eſt tranſitoria ad hæ-
redes actus ipſe eſt tranſmiſſibilis.

102 Nunquid autem † proteſtatio facta iudici ut
expediat cauſam tranſeat ad ſucceſſorem in of-
ficio, ponit hic Crotus, & concludit quòd non,
reſpondendo aliquibus obiectis in contrarium
nu. 136. quem uide: quia benè loquitur & ſæpe
caſus contingit, & cum ſit facta in perſonam
& reſpiciat ſolam informationem iudicis con-
ſiſtit in animo ipſius, & non poteſt tranſire ad
ſucceſſores.

103 Quærit etiam Bar. † utrum proteſtatio poſ-
ſit fieri per procuratorem, & reſpondet quòd
ſic in caſibus in quibus ſcientia procuratoris
nocet domino, & unus ponitur in l. procurato
ris. ff. de trib. & l. apud Celſum. §. quæſitum
el. ij. ff. de exceptio. doli. & l. iij. §. ſi procura
tor. ff. quod quiſquè iuris. quæ tamen ratio Bar.
concludit de procuratore proteſtati, non autẽ
de procuratore proteſtantis. ideò tu plenius di
cas, Aut quærimus an poſſit fieri per procura-
torem proteſtantis, & tunc ſi non eſt neceſſaria

præſentia partis quòd aliquando contingere poteſt, & tunc non poteſt: quia conſtituendo dicitur dictam proteſtationem facere ut dictũ fuit ſupra in alia ſpecie, per l. Paulus reſpondet per procuratorem. ff. de acquir. hæredita. ſi uerò debet fieri in præſentia partis, & tunc poteſt fieri per procuratorem ſicut cæteri actus & contractus: arg. cap. fi. de procuratoribus. in 6. & no. in dicta l. per procuratorem. in exemplo de agnitione bonorum poſſeſſionis, quę non poteſt fieri niſi in iudicio. Secundo caſu an poſſit fieri procuratori proteſtati, & tunc regulariter dicas quòd non poteſt fieri ipſi procuratori cum requiratur ſcientia, & conſenſus domini quam non habet per procuratorem, ut in pleriſque exemplis poſitis in toto hoc membro. Fallit in his in quibus ſcientia procuratoris nocet domino: quia tunc perinde eſt ac ſi dominus ſciret dicta l. procuratoris. ff. de tributo. & leg. iij. §. ſi procurator. ff. quod quiſquè iuris. & hæc quando actus ſequens fit per ipſum principalẽ. ſi autem actus geritur per procuratorem, & tunc ſicut procurator facit actum, ita etiam indiſtinctè poteſt facere dictus procurator proteſtationem, & ſimiliter ſi procurator proteſtati facit actum, tunc etiam eidem poteſt fieri proteſtatio: quia idem operatur ac ſi eſſet facta domino, & cum ipſo actu poſſit præiudicare domino, eodem modo, & per proteſtationem quæ actum ipſius procuratoris modificat & reſtringit. & hæc de ſecundo capite principali.

104 Tertium eſt † caput proteſtationis declaratoriæ ſeu iij. ſpecies quando fit de conſiſtentibus in uoluntate partis, & in eius poteſtate de iure quia lex ei permittit actum facere: ſed tamen de facto non poteſt: quia propter aliquòd impedimentum impeditur. in quo Bar. conſiderat quòd aliquando ego non poſſum habere copiam aduerſarii propter eius potentiam, & meam per horreſcentiam, aliquando non poſſum habere copiam aduerſarij propter eius abſentiam, uel quia eſt pupillus ſeu furioſus, ſine adminiſtratore, in primo caſu quando propter perhorreſcentiam de facto impedior, uti iure meo, & tunc ſi actus erat gerendus cum eo tanquàm cum iudice proteſtatio poteſt fieri coram uicinis: arg. l. ij. in fi. C. de his qui propter metum iudicis non appellauerunt, & in cap. fi. extra de appellationibus in quibus iuribus actus erat gerendus cum iudice, ex eo: quia appellatio debet fieri coram iudice: quoniam uerba diriguntur in ipſum iudicem narrando quòd ipſe fecit iniuſtitiam, & illa debet porrigi ipſi iudici licèt non ſit neceſſarium legere. cap. appellatio. de appellatio. in 6. unde cum eueniat aliquando quòd iudices pręcipitoſi uel ualdè potentes audientes appellationem ponant appellantes in carceribus, propter talem timorem de facto impeditur appellans habere copiam iudicis. ideò tunc ſufficit quòd proteſtatio fiat coram honeſtis uicinis, ſeu honeſtis perſonis, dicta l. ſecunda. & dicto cap. fin. ſi uerò negotium erat gerendum cum iudice tanquàm cum parte in iudicio tamen, & tunc proteſtatio debet fieri in iudicio ſecundum formã poſitam in l. ſi præſes. C. de epiſcop. aud. & l. in contractibus. §. j. C. de non num. pecu. ubi excipiens fecerat confeſſionem ſe recepiſſe pecuniam mutuò uel in dotem, quam tamen uerè non receperat, & cum infra biennium debeat opponere exceptionem non numeratæ pecuniæ in iudicio per actum iudicialem negotium erat gerendum, cum ipſo in iudicio tanquàm cum parte, tamen ſi poſteà reperitur in officio non poteſt cum eo litigare & habere copiam ipſius, ideò proteſtari debet coram aliquo iudice ut ibidem dicitur. ſi uerò actus erat gerendus cum eo tanquàm cum parte extra iudiciũ, & tunc proteſtatio debet fieri coram uicinis, & honeſtis perſonis l. de pupillo. §. ſi quis ipſi prætori. ſupra eodem ubi prætor ædificabat in præiudicium alterius, & nunciatio poterat fieri extraiudicium contra ipſum tanquàm cum parte. Sed quia reperitur prætor, & nuncians non poteſt habere copiam ipſius propter dignitatem officij, debet fieri proteſtatio corã uicinis, ſecundum uerum intellectum illius tex. & ibi no.

Quibus ſic declaratis, ex dictis Bar. colli-
105 guntur aliquę concluſiones. Et prima eſt † quòd quando impedior appellare: ſeu proteſtari propter potentiam partis, & actus erat gerendus cum eo tanquàm cum iudice, proteſtatio debet fieri coram uicinis per dicta iura, tamen uidetur quòd dicta l. fi. C. de his qui propter metũ non probet: quia tex. in dicta l. fi. & in l. cum quidam. ff. de appellationibus. dicit quòd publicè conteſtatio fieri debet, & non uidetur ſufficere quòd fiat coram uicinis, & tex. in dicto cap. fi. dicit, quòd coram iudice fieri debet, & ſic probat contrarium. Sed tamen reſpondetur, quòd dum ibidem dicitur publicè fieri debere intellitur in loco publico, ut in uia publica coram uicinis, & ita exponit glo. in dicta l. cum quidam. de appellationibus. & in dicta l. de pupillo. §. ſi quis ipſi prætori. Item ſatis dicitur publicè fieri, quòd fit coram teſtibus etiam in domo ſua, uel alterius, cũ per dictum eorum res efficiatur manifeſta, cap. ſignificauerunt. in uerbo liquere. extra de teſtibus. & habetur in cap. fi. de cohabitatio. clerico. & mulier. & quod Bar. dicit de uicinis non expreſſit ut ſit de forma quòd ſint uicini: ſed quia hoc plerunquè ſolet fieri, ſufficeret enim quòd fieret coram aliis perſonis honeſtis. unde tex. in dicto cap. fi. dixit in præſentia bonorum uirorum, & ita interpretantur communiter docto. & ad tex. in dicto cap. fi. dum fit mentio de iudice: reſpondetur quòd intelligitur quando non eſt magnus timor, ut poſſit fieri coram tribunali, uel etiam intelligitur de alio iudice exiſtente in illo loco uel prouincia, quòd uidetur tutius, & poſteà

ſi non

ſi non eſt commoditas iudicis ſufficiat facere coram honeſtis perſonis, ut per Saly. in dicta l. ſi. in principio. & ſequuntur communiter doctores. & facit quod uoluit Abb. in dicto cap. fin. uerſ. ſed aduerte, & ſubdit hoc procedere ſi copia eius haberi poteſt, id eſt, publicè per omnes adiri poteſt, uel etiam poteſt fieri coram epiſcopo, in qua tamen proteſtatione oportet quòd proteſtans alleget cauſam grauaminis ſicut in qualibet appellatione requiritur, iuxta cap. oblatæ, & cap. ut debitus honor. de appellatio. unde aliqui uolebant quòd deberet appellari formaliter, ſicut fit coram quocunquè iudice: tamen Abbas in dicto cap. ſi. dicit, quòd ſufficit quòd exprimatur cauſa grauaminis, abquè eo quòd ſeruetur illa forma ſolita ſcripturæ, appellandi, ac etiam debet allegari cauſa metus, qui tamen non debet eſſe uanus ſed probabilis, & probare quòd iudex eſt ſolitus incarcerare appellantes, uel aliquam aliam iniuriam facere, & non ſufficit allegare quòd una uice fecerit: quia ſaltem debet probare de duabus uicibus ſecundum Abbatem in dicto capi. ſi. ſuper glo. Archidia. in cap. illud. xij. diſtinctio. & no. in cap. ita nos. xxv. quæſtio. ij. & l. iij. C. de epiſcop. audientia. putarem tamen ſufficere ſi iudex dixiſſet ei, ſi tu appellabis ponam te in carceribus: quia eſt metus ſpecialis: & illas cauſas probare debet, ut per Bar. in dicto. §. ſi quis ipſi prætori. quæſtio. 5. & quæſtio. xj. cum ſimilib. adductis, & confirmatis per Iaſ. in dicto. §. ſi quis ipſi prætori. quæſtione xj. Item debent peti Appoſtoli non dimiſſorii, ſed reuerentiales, & teſtimoniales, & dicti uiri debent ſe ſub ſcribere, & apponere ſigillum ſuum, ſecundum Angel. in dicta lege cum quidam, & debent eſſe ſeparati à teſtibus: quia ipſi ſubrogantur loco iudicis. unde ultra eos etiam teſtes debent interuenire in proteſtatione. Peruſini tamen in dicto cap. ſi. col. 6. tenent quòd ſufficiat ſemper appellare coram honeſtis perſonis, nec inſpiciendum eſt an poſſit haberi copia iudicis uel ſit urgens timor, per dictam legem cum quidam. de appellatio. & ſequitur hic Rubeus: tamen præcedens magis placet: quia d. l. ſi. & d. l. cum quidã. utuntur uerbo publicè, & dictum capitulum fin. de appellatio dicit quòd debet proteſtari coram iudice, relinquitur tamen arbitrio iudicis an fuerit iuſtus metus, & erit etiam commodum has cauſas allegare coram iudice, & coram eo poſteà probare, ut per Cardi. Alex. in di. cap. ſi. col. iij. uerſi. ex his. Item debent prædictæ omnes proteſtationes fieri infra decem dies datos ad appellandum, ut in dictis omnibus iuribus dicitur, quæ proteſtatio erit ſufficiens, & non erit opus ceſſante metu facere de nouo appellationem: quia illa proteſtatio eſt loco legitimæ appellationis, ut communiter concludunt docto. in dictis locis, & dicunt præfata iura, & confirmat Rube. quàmuis ſecus ſit in nunciatione.

106 Secunda colligitur concluſio † quòd ubicunquè actus eſt explicandus cum iudice tanquàm cum parte, in iudicio explicando, tunc non ſufficit facere proteſtationem coram uicinis, ſed eſt neceſſarium quòd fiat coram aliquo iudice, qui illam proteſtationem, & exceptionem notificet, dicta l. ſi præſes. C. de epiſcopali audientia. & l. in contractibus. §. ſi. & eſt ratio: quia impedimentum non eſt in illo actu iudiciali: ſed eſt in ſola perſona quæ non poteſt citari, unde ſufficit quòd præſtetur remedium in illo impedimento perſonæ, ideò in reliquis debet ſeruari forma l. ut fiat in iudicio: quia ſubrogatur hæc proteſtatio loco ipſius actus iudicialis, unde ſemper erit neceſſarium ut fiat actus iudicialis proteſtationis, qui in ſcriptis etiam ad domicilium ſuum mittat, dicta l. in contractibus. §. ſi. in principio. unde differt à præcedenti caſu in quo impedimentum erat quoquè in ipſo actu iudiciali, & propterea ſemper oportet conſiderare impedimentum in qua parte interueniat, & ſi in toto actu interuenit, ſufficit proteſtatio coram uicinis ut in præcedenti caſu, & ſi interuenit in perſona litigantis aduerſarij debet fieri ſemper in iudicio, & ita in quãtum poteſt minus recedere à regulis iuris communis, quòd eſt probabile, & conueniens, & generale.

107 Tertia eſt concluſio † quòd ubicunq; actus fit cum priuato extraiudicium, & poſteà superueniat impedimentum, quòd ipſa pars eſt effecta iudex ut non poſſit ille actus extraiudicialis cũ illo exerceri, & tunc ſufficit proteſtatio coram uicinis, dicto. §. ſi quis ipſi prætori, & non eſt opus coram iudice proteſtationem facere, & eſt ratio: quia cum ipſa parte eſt explicandus extra iudicium: ergo ſi non habetur copia partis, ſufficit etiam quòd fiat extra iudicium. unde ſufficit quòd fiat coram uicinis ſecundum formam poſitam in dicto. §. ſi quis ipſi prætori. Propterea Bar. hic cum ratione diſtinxit hos tres caſus ponendo uarios modos proteſtandi, & communiter ſequuntur docto.

108 Secunda eſt pars iſtius membri † quando proteſtans non poteſt habere copiam aduerſarij ꝓpter abſentiam, uel furorem, uel aliquod aliud impedimentum ſiue metu, & tunc facit duos caſus. Aut actus erat explicandus in iudicio tanquàm cum parte, & adhuc debet fieri proteſtatio in iudicio l. ut perfectius. C. de annal. exceptio. ſi uerò erat explicandus cum eo tanquã cum iudicè, & tunc debet proteſtari coram ſuo tribunali l. prima. §. adeundi. ff. quando appell. ſit, & ita conſtituit duas concluſiones. Ideò quarta eſt concluſio, quòd quando proteſtans impeditur uti iure ſuo, propter abſentiam uel furorem partis, & actus erat expediendus in iudicio, debet proteſtari coram aliquo iudice, ſi aliquis commodè haberi poteſt, & ſi deficiat debet ad domum in ſcriptis mittere eam factã

coram uicinis, & ſubſcriptione tabulariorum, uel alios, cum tribus teſtibus, ſecundum formam poſitam in dicta l. ut perfectius, & ratio eſt quam ſupra poſui cum impedimentum eſſet tantummodo circa perſonam, ſeruari debet forma in qua non eſt impedimentum, & ideò debet fieri in iudicio, & ſi etiam deficiat copia iudicis ut in eo ſit impedimentum, tunc proteſtatio debet fieri alio modo ibi poſito. Sed in contrarium uidetur: quòd imò nunquàm ſit neceſſarium quòd fiat in iudicio: quia quando emptori mouetur lis propter quàm uenditor tenetur de euictione debet denunciare uenditori ut defendat l. ſi rem. §. fi. & l. ideò. §. fi. & leg. ſi dicti. §. ſi præſens. ff. de euictionib. propter quã acquiritur actio ex ſtipulatione de dupla, quæ debet exerceri in iudicio: quia omnis actio eſt ius proſequendi in iudicio. ut inſtitu. de actio. in principio. & nihilominus ſufficit quòd fiat coram uicinis, & ut per Bar. in dicto. §. ſi quis ipſi prætori. ergo etiam uidetur quòd hic ſufficiat fieri coram uicinis. Sed reſpondetur quòd hæc obiectio quantum ad l. ut perfectius. eſt una: quia tex. ad literam uult quòd fiat coram iudice ſi haberi poteſt, quantum uerò ad ſimiles caſus, reſpondetur quòd non obſtat: quia il la proteſtatio non debet fieri in iudicio, ſed ſufficit quòd fiat coram ipſo, uel denuntietur ad domum, dicta l. ſi dictum. §. fi. & licèt Rubeus dubitet, tamen reſponſio eſt uera, & probatur: quia poteſt fieri pupillo ſine tutoris auctoritate, dicta l. ſi dicti. §. fi. nec eſt neceſſaria noua denunciatio ſecundum Bal. in l. cum ſucceſſores. C. de euictionibus, & Alex. in dicto. §. ſi quis ipſi. col. ij. & Bar. ibi de noui operis nunciatione, & de hoc impedimento debet proteſtari, ut appareat quòd fuit diligens ſuo tempore, & non excuſatur niſi proteſtetur, facit glo. in cap. cupientes. §. quod ſi per niguiti. in uerbo propoſito. de electione, & ibi Imol. & in cap. j. & cap. plerunque. de præſcriptio. & Alex. in dicto. §. ſi quis ipſi. in fi. & Iaſ. in l. properandum. §. ſin autem uterque. C. de iudiciis. poſt Alexan. ibidem, facit quod uoluit Fely. in cap. ex tranſmiſſa, & Alex conſi. 151. col. pe. lib. ij. & propterea habet ex prædictis ſupplementionem ad diſtinctionem Bar. Nam ſupra diſtinxit tres caſus, & explicauit caſum quando actus erat expediendus extra iudicium, hic uerò poſuit duos caſus tantum, & tacuit illum tertium, quando actus poterat fieri extra iudicium cum parte ſi haberet copiam. Ideò dici debet quòd in illo caſu ſufficit proteſtatio coram uicinis, uel denunciare ad domum, ſi non poterit haberi copia ipſius partis.

109 Sed iterum † contra utrunque dictum inſtari poteſt; quia imò uidetur quòd nunquà proteſtatio ſit neceſſaria: quoniam quando impedimentum eſt in aliquo actu explicando non eſt neceſſarium proteſtari: ſed ſufficit probare impedimentum, quo probato excuſatur ſine proteſtatione, ut per Bar. in l. ij. §. quod diximus. ff. ſi quis cautio. dicens de conſuetudine tantummodo ſeruari quòd fiat proteſtatio, & ibi Iaſ. poſt Fely. quia non debet ius partis tolli propter ommiſſam proteſtationem per l. ſcire oportet. §. ſufficit. in uerbo ei ignoſcendum. ff. de excuſatio. tuto. & dicta l. ij. ff. ſi quis cautio. & l. quibus diebus. in prin. ff. de conditionibus, & demonſtrationib. & in l. qui commeatus. & in l. iij. §. qui commeatus. ff. de re militari, & l. continuus. §. cum ita. ff. de uerbo. obligationibus, & l. fi. §. fi. ff. quis ordo in bonorum poſſeſſio. ſeruetur. faciunt no. per Decium in cap. ex ratione. in pe. & antepenul. col. de appellationib. ubi tractat an ſufficiat probare impedimentum: Sed ad iſta iura reſpondet Alex. in dicto. §. ſi quis ipſi prætori. quem Iaſ. ſequitur diſtinguendo aliquos caſus. Primus caſus eſt ubi impedimentum eſt in perſona iudicis uel aduerſarii tunc eſt neceſſaria proteſtatio. dicta l. ſi præſes. C. de epiſcopali audientia. & l. fi. eodem titulo. & cap. fi. de appellatio. & dicta l. ut perfectius, & §. ſi quis ipſi prætori. cum ſimilibus hic allegatis per Bar. Facit lex ſi reus paratus. ff. de procuratoribus ubi ſi quis uult conſtituere aduerſarium in mora, uel aliud ius ſibi acquirere ſi impediatur propter factum aduerſarii requiritur proteſtatio, & facit etiam lex finalis. C. de pupilla. uſur. & l. ij. ff. de naut. fœno. ubi ſi non poteſt haberi debitor, debet creditor proteſtari ut transferat periculum pecuniæ in ipſum debitorem, & eſt glo. in l. att. prætor. §. ſed hodie. ff. de minoribus: Sed contra iſtum primum caſum, uidetur tex. in l. ſi arbiter calendis. ff. de arbi. ubi ſi alter ex litigatoribus citatus, non comparuit, non incidit in pœnam ſi propter mortem arbitri non erat neceſſe comparere, & tamen ibi non dicitur quòd eſſet neceſſaria proteſtatio, imò ſufficit quòd conſtet de impedimento. & facit tex. in l. ſi fundum. §. fi. ff. de lege commiſſoria ubi ſi ille qui debet ſoluere ad diem non habet cui ſoluat poteſt eſſe ſecurus ſi hoc probetur, nec dicitur quòd ſit neceſſaria proteſtatio. Idem probat tex. in l. pecunia funebris. in fi. ff. de uſur. & l. cum quidam. §. ſi à pupillo. ff. de uſur. & per Alex. conſi. 92. col. iij. lib. j. & Fely. in cap. cum te. col. j. de re iudicata. faciunt nota. per Bar. in l. item illa. ff. de conſtitu. pecunia. & illud ſentit etiam glo. in l. ut perfectius. C. de annal. excep. & in l. ſi quis reipublica. ff. ex quibus cauſ. maior. quæ dicit ſi in caſu legis ut perfectius non utatur remedio illius legis, poteſt tamen in integrum reſtitui, niſi dicas ſecũdum Rubeum quòd eſſet neceſſaria proteſtatio ut ipſo iure interrumpatur præſcriptio, tamen propter hoc non eſt ſublatum remedium reſtitutionis in integrum: quia Imperator per remedium nouum non uidetur tollere antiquum. l. fin. §. ſin autem. uerſi. cum enim gemini. C. de iure deliberand. & declarat Saly. in dicta l. ut perfectius

110 fectius,& ita reſidet hic Rubeus. † Sed tu facias
clarã,& generalem reſponſionem,quòd in di
ctis iuribus, quando quis ſe uult excuſare ſeu
euitare pœnam,tunc nõ requiritur proteſtatio,
& ſufficit probare impedimentum. Sed ubicun-
què quis uult acquirere aliquod ius nouum, ut
conſtituere aduerſarium in mora,uel impedire
aduerſarium præſcribere, & ſic habere ius inter
rumpendi,uel aliud ius acquirere,ſemper requi
ritur proteſtatio. & ita procedit tota hęc mate.
111 Secundus † caſus eſt ſecundũ Iaſ. ubi impedi
mentum eſt ex parte facientis actum,& iſto caſu
non requiritur proteſtatio. ſed ſatis eſt probare
de impedimento, dicta l. iij. ff. ſi quis cautioni
bus. & l. quæſitum. ff. de re iudica. & l. j. ff. ex
quibus cauſis maior. & poteſt ita intelligi l. qui
commeatus. ff. de re milita. & ſequuntur Peruſini,
in dicto cap. ex ratione. col. 7. de appellatio-
nib. ubi eſt impedimentum ex parte eius qui
debet actum facere,& ſatis eſt dicere de impe-
dimento,& diligentia,& ibi Decius uidetur ſe-
qui in dicto cap. ex ratione. in iij. col. Sed
Card. Zabarella. in conſi. 138. diſtinguit alio
modo,& dicit quòd ubi tempus eſt utile non ſo
lum reſpectu curſus,non eſt opus quòd impedi
tus proteſtetur, unde dicit quòd uaſallus non
petens inueſtiturã poſt annum non debet prote
ſtari de impedimento aut uerò loquitur de tem
pore continuo qđ currit etiam iuſtè impeditis,
& tunc ſemper requiritur proteſtatio. Alberi.
uerò in dicta l. ſi præſes. C. de epiſcop. audient.
uidetur uelle quòd uaſallus teneatur proteſtari,
licèt poſſit hoc facere ſine iudice. ſed Rubeus
tenet diſtinctionem Card. in dicto conſi. 128.
Areti. uerò. in conſi. 152. alio modo diſtinguit:
aut impedimentum inſurgit ex facto credito-
ris cui debet fieri ſolutio, & tunc non eſt opus
proteſtatione, l. ſi fundus. in fi. ff. de leg. commi.
ubi apparet quòd fuit proteſtatum creditori
quòd debebat fieri ſolutio: reſpondet tamen A-
reti. quòd ibi denotatur contingentia facti. ſe-
quitur Alex. conſi. 92. uerſi. nec obſtat. lib. j. aut
uerò impedimentum inſurgit ex perſona ipſius
impediti qui fortè eſt infirmus, & tunc ſufficit
quòd quis doceat de impedimẽto, & ita poteſt
intelligi dict. l. qui commeatus. & l. iij. §. ſi ad diẽ.
ff. de re militari. & ita declarat Fely. in dicto
cap. ex tranſmiſſa. in iiij. col. aut uerò impedi-
mentum prouenit ex parte ipſius iudicis ut in
caſu. l. ij. C. de his qui propter metum. & cap.
fi. de appellatio. & in alijs pleriſquè iuribus,&
tunc neceſſarium eſt proteſtatio niſi impedimẽ
tum eſſet notorium ſecundum Paul. de Caſtro
in conſi. 190. col. ij. per Fely. in dicto cap. ex
trãſmiſſa. col. ij. Rub. uerò hic aliter diſtinguit.
aut agitur de euitando delictum, & tunc ſuffi-
cit probare impedimentum abſquè alia prote-
ſtatione, & ita poteſt intelligi lex qui commea-
tus. & l. iij. §. ſi ad diem. ff. de re milita. & l.
ſi pecuniæ funebris. in fi. ff. de uſur. & l. ſi fun-
dus. ff. de lege commiſſ. in quibus iuribus pro-
batur, quòd quo ad euitandam moram ſufficit
docere de impedimento, aliquando uerò per
proteſtationem quis conſequitur id quod fuiſ-
ſe conſecutus ſi non fuiſſet impeditus actum fa
cere, & iſto caſu requiritur quòd proteſtetur
de impedimento, & ita intelligitur dicta l. de
pupillo. §. ſi quis ipſi prætori. & l. ij. C. de his,
qui propter metum. aut uerò quis non conſequi
tur per proteſtationem id quod fuiſſet conſecu
tus ſi non fuiſſet impeditus,& tunc non eſt ne-
ceſſaria proteſtatio,ſi tamen fiat operatur ut cõ
cedatur reſtitutio in integrum. iux. no. in cap. j.
112 & in cap. pleriquè. extra de reſcrip. † Sed tu bre
uius dicas quòd tota hæc materia reducitur ad
illam breuem diſtinctionem: aut quis uult euita
re pœnam, ſeu ſe excuſare propter impedimen
tum,& ſufficit illud probare ſine proteſtatione
facta,ſi uerò uult aliquod ius acquirere uel prin
cipaliter uel acceſſoriè, & tunc ſemper eſt ne-
ceſſaria proteſtatio,& ita loquitur tota mate-
ria noſtra. actus autem dicitur fieri cum iudice
ex mente Ioannis And. quando principaliter
agitur de impugnãdo factum iudicis uel exclu
dendo impedimentum proueniens à facto iudi
cis,licèt tale factũ commodũ partis reſpiciat.
Ideò licèt ſententia feratur per iudicem in fa-
uorem partis,tamen appellatio fit cum iudice
principaliter & dicitur proteſtatio geri cum iu
dice: quia coram eo interponẽda eſt l. cum qui
dam. ff. de appellatio. & l. eos. in fi. C. eo. titu.
& cap. fi. eo titulo cap. appellatio. eod. titulo.
in 6. & ideò dicitur in cap. cum ueniſſent. de eo
qui amittitur in poſſeſſionem,& in cap. paſtora
lis. §. fi. de officio ordinarij quòd licèt reuoca
tio remiſſionis in poſſeſſionem ex primo, &
ſecundo decreto reſpiciat partis commodum,
tamen principaliter factum iudicis reſpicere
cenſetur, idcirco hoc caſu proteſtatio coram iu
dice fieri debet uel in eius deffectum, coram ho
neſtis perſonis, eodem modo ſi proteſtatio re-
ſpicit principaliter factum partis, licèt illud
factum uia iudiciaria fiat; uel impugnetur, ta
men actus cum parte fieri cenſetur licèt in iu-
dicio agitetur, id circo proteſtatio coram par
te fieri debet, & iſta eſt ratio auct. hanc au-
tem querelam. & lege in contractibus. C. de
non. num. pecum. & lege ut perfectius. C. de
annal. exceptio. unde Bar. uult ſi non habet co
piam partis fiat in iudicio, & ſi deficeret iu-
dicium ſufficit fieri extraiudicialiter coram ho
neſtis perſonis.
113 Quarta eſt concluſio † quod quando actus erat ex
plicandus cũ abſente tanquàm cum iudice pro
teſtatio debet fieri coram tribunali ſi publicè
eius copia haberi non poteſt,nec eſt opus inqui
rere eum in hortis uel ſuburbanis dicta leg. j.
§. adeundi. ff. quando appelland. ſit, tamen ille
tex. non dicit quòd debeat fieri proteſtatio
aliqua,imò dicit quòd tempus appellandi non
currit,quatenus iudex non fecerit copiam ſui,
ut adiri poſſit, & ideò ſufficit ſolum pro-

bare impedimentum abſquè eo quòd fiat aliqua proteſtatio, & uerè tex. hoc tantummodo ſentit: ſed tamen Bar. addidit hoc: quia aliquando appellans non contentatur quòd ſir excuſatus in non appellando: ſed uult nt appellatio ſeu tempus currat ad cognoſcendum de cauſa, ut cito expediatur, & tunc proteſtatio facta coram tribunali habebir uim appellationis: ut perinde cognitio haberi poſſit ac ſi appellaſſet. unde, & in iſto tex. dāda eſt diſtinctio ſupra poſita, aut uult tantummodo excuſari, & ſufficit probare impedimentum. aut uult aliquod ius acquirere principaliter uel acceſſoriè, & tunc requiritur proteſtatio, quæ fit coram tribunali ſuo: quia non impeditur propter per horreſcentiam: ſed ſolum propter abſentiam. hodie tamen in practica hæc difficultas rarò euenire poſſet, ex eo: quia cõſuetudo obſeruatur ut appellatio porrigatur corã magiſtro actorũ ſeu notario cauſæ etiam in abſentia iudicis: quo quoniam notarius ſemper ſcribit appellationẽ factam coram iudice, & ità præſumitur cum ſit penes acta, & non curatur de præſentia iudicis, qui poſteà admittet eam cum habebit ſcientiã, & ſi iudex conſueuit dare audientiam in alio loco ut in camera, hortis, uel ſuburbanis, uel in loco thermarum per aliquos menſes, debet ibi inquiri, & ibi proteſtari. glo in dicto cap. cupientes. §. quod ſi per uiginti. in uerbo propoſita, quam ſingularem reputat Imol. Roma. & alii in dicto. §. ſi quis ipſi prætori. & Bar. in l. j. §. dies infra quando appellandum ſit, & practica quotidie obſeruat.

114 Quærit etiam Bar. † an proteſtatio debeat fieri in ſcriptis, & ponit regulam cum duabus fallentijs, & regula eſt quòd non requiritur ſcriptura per tex. in l. fi. C. de neg. geſtis. ubi idem tenent Bar. & alij. & Anchar. & Dominicus in dicto cap. cupientes. reprehendentes glo. ibi de electio. in 6. glo. in. §. conteſtationem. in uerbo in aliis. de tempore non ſolutæ pecuniæ. & facit ratio: quia non eſt de caſibus enumeratis per glo. in cap. j. de cenſibus, & per doctor. in l. j. C. de iure emphy. facit tex. in l. ſcire oportet. ff. de excuſationibus tutorum. Fely. in dicto cap. cum M. Ferrarienſis. confirmat Card. in dicto cap. ſolicitudinem. quia proteſtatio non eſt diſpoſitio: ſed quædam animi declaratio ut dictum fuit in diffinitione, & ſi exceptio quæ eſt diſpoſitio non requirit ſcripturam dicta lege ſcire oportet. minus proteſtatio, & ſcriptura fit ad probandum l. contrahitur. ff. pignoribus, & no. in cap. j. de exceptionibus. & l. pactum. C. de pact.

Nec obſtat quòd uniuerſa acta debent contrahi, ut no. in cap. quoniam contra. de probatio. quia uerum eſt à notario: ſed pars non tenetur eam in ſcriptis proponere ut ibi not. per glo. in uerbo exceptionem. libellus uerò datur per partem in ſcriptis neceſſariò ut ibi no. niſi cauſa ſit ſummaria: quia ſufficit quòd uerbo proponatur, & notarius ſcribat, ut ibidem etiam dicitur, & habetur per omnes in clem.
115 ſæpe. de uerborum ſignificatione. † Limitatur primò non procedere, quando proteſtatio ſuccedit loco actiouis: quia tunc debet dari in ſcriptis, dicta lege ut perfectius. C. de annal. exceptione, Rubeus tamen dicit hanc ſimilitudinem de actione non eſſe bonam, ex eo: quia tempore legis ut perfectius. non erat neceſſariũ quòd libellus daretur in ſcriptis, cum ſolum hoc nouiter fuerit introductum per auct. offeratur. C. de litis conteſtatione, & tamen tex. uult quòd detur in ſcriptis. Sed poteſt reſponderi negando hoc non fuiſſe neceſſarium de iure antiquo, uel ſaltem per notarium, omnimodò erat ſcribenda petitio facta à parte, cum cætera acta etiam procederent ſine ſcriptura iux. notata in cap. quoniam contra. de probationibus. ideò ſatis dicebatur dari actio in ſcriptis, Et propterea textus. in dicta lege ut perfectius poteſt declarari quòd non requirit pro forma, quòd ipſa proteſtatio porrigatur in ſcriptis per proteſtantem: ſed ſufficiat quòd per notarium ſcribatur ad plenam probationem. & certè hæc ſubtilitas à iudicibus non admitteretur. unde ſequitur etiam quòd ſi ex forma ſtatuti procedatur ſummariè in iudicio ſufficiet quòd exceptio proponatur, & notarius eam ſcribat: nec fiet inquiſitio, an à parte in ſcriptis fuerit porrecta: quàmuis utilius obſeruetur quòd porrigatur à parte in ſcriptis, propter commoditatem, quòd ſuper tali ſcriptura poſſunt conſuli multum homines antequã porrigatur in actis, & dicebat quidam aduocatus magnus quòd libelli deberent ſtare per cameram ſub pedibus per decem dies ut bene ſuper eis cogitari poſſit.

116 Secundò limitabat Bar. † non procedere in exceptione non num. pecuniæ, & non num. dot. per dictam auct. hanc autem quærelam. & ideò non ſufficiat dicere notario ſcribas in actis, ſed ſit neceſſaria exceptio, quòd proponatur in ſcriptis, tamen ut dixi puto hanc ſubtilitatem non admittere iudices: argum. legi ſicut. §. ſi debitori. ff. quibus mod. pig. uel hypote. ſoluitur, cum ſufficiat ſcripturam auctenticam, de ea apparere ad futuram rei memoriam, & magis utile eſſe porrigentibus propter pleniorem conſiderationem ut dixi. unde uidetur quòd hæc limitatio non differat à præcedenti: quia, & ipſa exceptio actio eſt lege prima. ff. de exceptio. tamen defendendo dicas quòd eſt ſpecialis limitatio, ut una ſit in actore reſpectu actionis, alia ſit in reo reſpectu exceptionis, & cum in utroquè caſu lis de præſenti non fiat, ſed expectari debeant aliqua tempora, hoc pro forma inductum fuit tam fauore actoris, quã fauore rei, & ex hac limitatione cum ratione inferri poteſt quòd quando quis appellat à decreto oportet facere proteſtationem in ſcriptis: quia & ipſa appellatio debet fieri in ſcriptis, &

ptis, & ſuccedit loco appellationis ſcribendæ cap. ut debitus honor. de appellationibus. & in eã exprimi ſi cauſas ſpeciales grauaminis, & detur rationabile.

Nec obſtat tex.in dicto cap. fi. de appellatio nib.quia ille tex. non negat quin ſcriptura debeat fieri illa proteſtatio: ſed ſolum remouet contrarium de pręſentia iudicis.

118 Tertiò fallit † ultra Bar. in auct. ſi quis ei. C. de adul.ubi qui habet ſuſpectum aliquem de adulterio proteſtari debet in ſcriptis ne loquatur amplius cum ſua uxore; & ſi poſteà inueniat eum loquentem cum illa poterit impune interficere, & eſt caſus mirabilis.ut quis propter ſolam ſuſpicionem de adulterio poſſit ſuſpectum interficere impunè, cum uix permittatur quando reperit eum in adulterio. le. Gracchus, cum ibi no. C. de adulteriis. & inferri poteſt quando tractaretur de aliquo pręiudicio ſimili, ꝙ ſemper proteſtatio deberet fieri in ſcriptis.

Quartò limitatur in caſu auct. presbyteros. C. de epiſcop. audientia. propter ſuſpicionem uiolentię ne forſan iudex latius eos coegerit eſſe tutores, & ideò proteſtatio illa fit ad ſolum finem ut apparet quòd ipſe ex propria uoluntate tale onus ſuſcepit.

Quintò limitatur in .§. ſicut de prędictis.in auct. ut cum de appellatio. cognoſcit.ubi quando filius negligit cuſtodire, & alere patrem furioſum, ſi cuſtoditus ab extraneo per tres intimationes in ſcriptis perſeuerauerit in negligẽtia, priuatur hęreditate patris. & eſt ratio quia infertur maximum præiudicium quòd filius priuetur hæreditate patris, & etiam habet quandam formam prouocationis.& libelli, & includitur in præcedentibus ut ibi dicitur.

Sextò poteſt limitari ſecundum Rubeum in caſu poſito per Bal.in l. in cauſas. C. de appellatio. quando cauſa refertur principi, ibi tamen Bal. non firmat.

Septimò limitatur in caſu capituli ne clerici.& cap. cum cauſam.de electio. ubi qui opponit crimina contra electum, debet ea in ſcriptis proponere cum ſuis qualitatibus ne liceat poſteà uagari:tamen illa non eſt propriè proteſtatio ſed oppoſitio.niſi dicas eundem modum per illam rationem in proteſtatione ſeruandũ. Alias plures limitationes per te poſſes ponere laborioſè inquirendo.per quę omnia habes quomodo fiat hæc proteſtatio, quibus fiat, & quos effectus producat.

119 Quartũ † eſt membrũ principale, ſeu quarta ſpecies in hac proteſtatione declaratoria, quando fit ſuper his quę conſiſtunt in libera uoluntate de facto: ſed non de iure:ut in maleficiis, quæ ex uoluntate fiunt l.tamen prohibente. in qua Bar.conſiderat, quòd aliquando ab initio actus eſt licitus:ſed ex poſt acto poteſt effici illicitus.aliquando ab initio eſt illicitus, & poteſt effici magis illicitus.In primò caſu dicit, quòd talis proteſtatio prodeſt, & eum excuſat a delicto,& à pœna, dicta l.qui foueas,& l.ſi putator. ff. ad l. Aquil. & l. ait qui aliter.& l fi.§. fi.quod ui aut clam,quę concluſio procedit quando qs fecit foueas in loco priuato,uel aliàs ſolito,quo caſu actus eſt omninò licitus,& excuſatur ſi fecit proteſtationem tempore quo poterat præcauere,& ſi actus eſt ſucceſſiuus fecit proteſtationem ſucceſſiuam ponendo ſignum continuum; Sed ampliatur procedere etiã ſi faceret foueã in publico uel proiiceret,quo caſu actus eſt culpoſus:nihilominus per proteſtationem excuſatur à pœna delicti,ſed bene poteſt prohiberi ne faciat in publico,uel factum remanere,tamen ſi reperitur proteſtatio excuſat à delicto quàm-
120 uis actus ſit culpoſus† Secundò Bar.hic determinat cui poſſit fieri hęc ꝓteſtatio. & dicit quòd ſi incertus eſt ille qui poteſt lędi debet fieri proteſtatio in loco quo fit actus,l. ſi putator. ff. ad l. Aquiliam.ubi etiam ponitur qualiter debeat fieri,& principaliter in tempore quo poſſit præcaueri. non enim debet proiicere ramum,& poſteà dcere caueatur ideò muliones, & aſinarij qui habẽt animalia uitioſa,debent proteſtari tẽpore quo damnum præcaueri poteſt: aliàs non releuat dictis iuribus, & ſi tranſeuntes poſuiſſent pannos alterius poſſent pannos alterius deuaſtare, uel ciatos, ſeu uaſa ferrea frangere, debent proteſtari tempore quo poſſit damnum euitari,aliàs tenentur ad intereſſe per actionẽ legis Aquiliæ, ut per Florianum in dicta lege ſi putator. facit lex. Item Mela eodem titulo. cum aliis cumulatis hic per Rubeum. & per dicta iura ut dictum fuit, probatur quòd etiam hæc concluſio procedit, quando actus erat culpoſus ut quia proiiciebat in uia publica, ut dictis perſonis debeat fieri proteſtatio, ſi tamen damnum eſſet continuum, & ſucceſſiuum, ſeu multiplicabile, tunc oportet quòd proteſtatio eſſet ſucceſſiua, & quòd ſemper in loco deberet retinere hominem, qui faceret proteſtationem,uel quòd ſaltem in publico faceret proſcriptionem,iuxta legẽ ſed ſi pupillus. §. proſcribere.ff. de inſti. actione,tamen quia inter idiotas & caprarios hęc ſcriptura nõ prodeſſet,melius eſſet quòd ipſe poneret ſignũ notum omnibus ut appareret ꝙ in dicto loco eſſent foueę periculoſę, uel ꝙ aliquod aliud eſſet,ꝓiectum quod poſſet offendere alios,ut non teneatur l.Aquil.uel ex quaſi delicto.iux. l. j. & per totum. ff. qui deie. uel effuderint.

121 Tertia eſt concluſio,† quòd quando quis facit actum per quem poteſt incidere in delictũ, tamen intendit conſeruare ius ſuum, & aliquis prætendit lædi, & dubium eſt tamen de iure partium & aduerſarius eſt dubius quòd debet denunciari ei actus futurus, quo die ſeu hora fieri debeat clarus lege aut qui aliter. §. primo. ff. quod ui aut clam. ibi autem non dicitur quòd debet fieri in loco actus,& in hoc differt à nunciatione,& prohibitione ne fiat actus. lege de pupillo. §. nunciationem.ſupra eod. &

l. prohibere. infra quod ui ant clam. & eſt ratio : quia nunciatio, & prohibitio fit de opere præparato, denunciatio uerò iſta de opere futuro. Item illa fit ad prohibendum, hæc ad certificandum ut poſsit ptohibere ſi prætendit lædi. Vnde uidetur quòd hæc proteſtatio potius ſit certificatoria, magis tamen propriè eſt declaratoria : quia certificatoria fit propriè, declaratoria fit de actu futuro in intentione cõſiſtente. eſt benè uerum quòd omnis declaratoria mentis eſt etiam certificatoria : quia certificat aduerſarium de tali intentione declarata, & è contrariò, omnis certificatoria eſt declaratoria : quia certificando ſemper declarat animum ſuum, tamen attenditur id quòd principaliter agitur lege ſi quis nec cauſam. ff. ſi cer. petatur. & ptohibitoria etiam ac incitatoria, poteſt dici declaratoria uoluntatis, & certificatoria ut iu nunciatione noui operis facta cum aſsignatione cauſæ, & interpellatione facta cum productione inſtrumenti, diſtinguuntur autem omnes iſtę ſpecies ab eo quod principaliter agitur, & nominantur à ſuo eſſe magis proprio, ut no. in rub. ff. de uerbo. obligationib. nec conſideratur conuenientia generica, l. j. ff. de rerũ permutatione.

122 Addit † aliud exemplum Iaſ. & Ruy. de clerico accuſante latronem in cauſa criminali, qui efficitur irregularis ſimpliciter accuſando, cap. ſententiam ſanguinis. ne clerici uel monachi. unde debet proteſtari, non accuſare ad pœnam ſanguinis. cap. ij. de homici. & ſupletur dictum Bar. hic: quia tunc hæc proteſtatio debet fieri à iudice, & parte per uerba ſpecialia ut ibi no. & per glo. in cap. inquiſitores, ubi Cardinalis. de hæreti. in 6. ex eo : quia offenſio, & delictum fit per actum iudicialem. unde etiam proteſtatio debet fieri in iudicio: per quod exemplum poteſt inferri ad multa alia ſimilia.

Alium etiam exemplum poteſt poni de cap. ij. de ſumma Trinit. & fid. catholica. & doctrina Bar. in leg. ambitioſa. col. pe. uerſi. quæro quid de decretis ab ordine faciendis. cum alijs ſimilibus.

123 Tertia eſt concluſio † quòd ubicunquè non poteſt haberi copia partis quæ poſſet lædi ex dicto actu à principio licito, quòd tunc proteſtatio poteſt fieri procuratoti, uxori, & amicis, per dictam leg. aut qui aliter. §. ſed & Seruius. inſra quod ui aut clam. ſi agitur de conſeruatione iuris ſui tantum, & nemo aggrauatur. Sed ſi alius aggrauaretur non poteſt fieri niſi domino uel eius procuratori ſeu legitimo adminiſtratori l. ſi ex legati cauſa. ff. de uerborum obligationib. cum l. ſequen. & cap. non poteſt dolo. de reg. iur.

Huic tamen concluſioni obſtat: quia in nunciatione, & prohibitione, quæ impeditur ædificare ſiue iure uel iniutia opus faceret lege prima. ſupra eodem, & lege prima. §. ſed & parui. infra quod ui aut clam. & tamen poteſt fieri omnibus operarijs pueris, & ſeruis lege de pupillo. §. nunciationem. ſupta eodem. lege aut qui aliter. §. hæc uerba, & lege prima. §. quid ſit ui factum. infra quod ui aut clam. Item iura allegata per Barto. uidentur loqui in proteſtatione incitatoria. ſed reſpondetur ꝙ oppoſitio ſit de proteſtatione prohibitoria, quæ fit in rem non in perſonam tantum, illa enim quæ fit in perſonam requirit ſcientiam ſpecialem eius, imò non ſufficit procuratoris ſcientia, niſi ſit de caſibus in quibus ſcientia procuratoris nocet domino. iux. notata in lege ſi procurator. infra de inſtitu. uel poteſt dici quòd prædicta iura loquuntur : quando actus non ligat prohibitos niſi à die ſcientiæ, quo caſu, & omnibus dictis perſonis poteſt fieri, cum teneatur dominus prohibitus, quando per dictas perſonas deuenit in notitiam eius. facit textus in lege. Item ueniunt. §. ſi petitam primo, & ſecundo. ff. de petitio. hæredita. ſed ubicunquè actus operaretur effectum contra prohibitum ante diem ſcientiæ non poſſet proteſtatio fieri niſi ipſi domino uel procuratoti, cum hoc ut renunciaret domino, alijs autem amicis non poſſet nequè uxori, ut probatur in dicta lege item neniunt. §. ſi petitam, qui in terminis uidetur loqui.

Item ulterius obſtat: quia non uidetur quòd proteſtatio poſsit fieri amicis, uxori, uel alijs : quia tales perſonæ non poſſunt habere ſcientiam iuris domini ut poſsint ſe reſoluere, an debeant renuntiare quòd non ædificet, ſeu actum faciat. ſed poteſt reſponderi quòd ille tex. non admittit proteſtationem talibus perſonis, niſi in deffectum quando non poteſt haberi copia domini, & poſteà procuratoris, & illi admittuntur non ad finem ut ipſi reſiſtant proteſtationi, ſed ut notificent domino qui poſsit ſe opponere ſi putabit ſua intereſſe, & propter hanc cauſam dominus non ligatur niſi à die ſcientiæ, ut no. in l. qui opus. & in l. oper. inf. eo. Item poteſt dici illud permitti ſauore Reipublicæ, ne ædificia prohibeantur, ſeu poſteà demoliantur: arg. l. prætor. §. pe. infra eodem. Alia exempla ponunt docto. iu dicto cap. cum M. Ferrarienſis, & in dicto cap. ſolicitudinem, quæ refert & examinat Rubeus, & uideas parte. Et circa il-
124 lud † quòd permittitur proteſtari uxori de negotio uiri, & uiro de negotio uxoris, Iaſo. hic infert ad emphyteutam uolentem alienare rem emphytheuticam, an ſufficiat proteſtari ſeu denunciare uxori domini, ut euitetur pœna lege final. C. de iure emphytheutico. & poſt multa uidetur concludere quòd ſic, ſi non poteſt haberi copia ipſius domini : tamen ille textus. uerè non facit, cum loquatur de eo qui conſeruat ius ſuum, & nihil de iure alterius uult acquirere. ſed emphyteuta uult acquirere ius nouum cum uelit conſequi poteſtatem alienandi quam non habet in præiudicium magnæ commoditatis domini, dicta lege fi. C. de

iure

C. de iure emphyteut. quæ in iure eſt multum
conſiderabilis, cum per dictam l. diſponatur ut
alienans cadat à iure ſuo, quòd accumuletur
cũ iure domini, uerum: quia iſta denunciatio ſit
ad finẽ ut ille dominus certificetur ꝙ emphyte.
uult alienare, & per curſum duorum menſiũ eo
tacente acquirit hanc poteſtatem alienandi, ſi
nõ poteſt haberi copia domini: quia ſit abſens,
ſufficit denunciare ad domũ, ſeu procuratori, iu
xta clementinam cauſam. de electione. & ſi ibi
habitauerit uxor, denunciatio uxori facta pro-
derit magis, ex eo: quòd ibi ſit domus quàm
quòd uxor, & ſi ibi non habitaret non ſufficeret
denunciare uxori, & potius deberet denuncia-
ri ad domum, ut etiam dicit tex. in dicta l. aut
qui aliter. ſed additur ibi de amicis ex eo: quia
ſufficit ſimplex ſcientia domini, & non ligatur
niſi à die ſcientiæ atquè ibi datur poſteà reme-
dium, ut poſſit petere remiſſionem præſtando
ſatiſdationem ſaltem hodie ſecundum declara
tionem quam ego poſui ultrà alios, in lege de
pupillo. §. meminiſſe. ſupra eodem. & cum
tex. in dicta l. fin. dicat debere atteſtationem
mittere domino, oportet quòd prius hoc de-
claret coram teſtibus. & poſteà mittat ad do-
minum, uel procuratorem, uel ad domum per
quàm poſſit habere notitiam dominus, & de-
nunciatio facta uxori ſuſtinebitur, quatenus ſit
perſona; quæ poſſit referre domino, non; quia
ipſa poſſit præiudicare lege prima. C. ne uxor
pro marito. nec ualet conſideratio Iaſ. quòd fa
cilius fit præiudicium in quærendis quàm in
quæſitis. lege fin. C. de acquir. poſſeſſio. & le-
ge tertia. C. de hæredibus inſtitu. & l. iubemus
nullam. C. de ſacro ſanct. eccleſi. cum simili-
bus: quia hic non tractatur de iure quærendo
ſed de quæſito conſeruando, & emphyteuta non
125 poſſit alienare. Concludas igitur † ꝙ ubicunquè
proteſtans uult ius ſuum conſeruare ſeu eo uti
nihil acquirendo, ut in d. l. aut qui aliter. uel ſi-
mili. Primò debet denunciare domino, uel eius
legitimo procuratori, tutori uel curatori, & ſi
ſunt abſentes ad domum, & perſonis in ea exi-
ſtentibus. & uxori, & famulis. & ſi domũ non ha
bet, tunc ſi dominus non obligatur niſi à die
ſcientiæ in caſu quo ſufficiat eius ſcientia, tunc
poteſt denunciare amicis, & uxori ad finem ut
referant domino ut per ſuam ſciẽtiam incipiat
ligari. ut in nunciatione noui operis, & prohibi
tione, in emphyteuta uerò idem ſeruabitur ſi
eſt preſens uel habet domum: ſed ſi non habet
domum non ſufficeret denunciare amicis uel
uxori, licèt dubitet hic Rubeus diſtinguendo
ut per eum numer. 56. dicens quòd ſi feudum
uxoris datum fuit marito poterit denunciari
omninò: quia ipſe eſt dominus lege in rebus.
C. de iure dotium. ſed ſi non eſt datum feu-
dum uel emphytheuſis in dotem, & non ha-
bitant ſimul, non ſufficiet ei denunciari: quia
tractatur de præiudicio irreparabili, quod non
eſt in caſu dictæ legis aut qui aliter, & in di-
cta lege fin. tempus incipit à die denunciatio-
nis, & ligatur dominus, & in dicta lege aut qui
aliter non ligatur niſi à die ſcientiæ. Ideò in di-
cta lege fin. dicitur denunciari debere ipſi do-
mino, & ſi eſſet feudatarius poſſet ponere pro-
teſtationem in ualuis curiæ domini. arg. cap.
ex tuæ, de clericis non reſidentibus. & facit tex.
in fortioribus terminis in lege, & ideò. §. fin.
& l. ſi dictum. §. ſi præſente. ff. de euictionib.

126 Quatta eſt concluſio ex ſecundo capite Bar. †
quòd ubicunquè aliquis facit rem illicitam ab
initio, quæ poteſt poſteà effici magis illicita ut
eſt uulnerare aliquem uel percutere, & tunc ſi e-
uentus non poteſt limitari per ſolam uolunta-
tem ſuam, proteſtatio quòd non intendit plus
delinquere nihil operatur. & ideò ſi quis percu
tit alium proteſtandoꝙ non intendit eum occi
dere, ſi ſequatur homicidium tenebitur de homi
cidio, & proteſtatio nihil operabitur, per l. quo
niam facinora. C. ad l. Iuliam de ui. & cap. fi. de
homic. in 6. ubi aggreſſor tenetur de homic. nõ
tãtum facto in perſona aduerſariorum, ſed etiã
facto in perſonam ſuorum ſotiorum, & prote-
ſtatio nihil operaretur. & idem quando manda
ret alicui ut uulneraret cum proteſtatione ꝙ eũ
omninò non occidat. tamen ſi ſequatur homic.
omninò tenetur de homic. d. cap. fi. quia debe-
bat conſiderare, ꝙ omne uulnus eſt mortale, &
quòd ex eo poteſt ſequi homicidium, & datur
regula generalis, quòd ubicunquè quis ab ini-
tio facit actum illicitum tenetur de omni euen-
tu qui poſteà ſequatur, & ideò ſi quis uellet
comburere unam domum connexam aliis, &
ex alia comburerentur duæ uel tres aliæ tene-
retur de incendio omnium. & ſi eueniret quòd
eſſet ptopinqua eccleſia etiam quòd ignoraret
teneretur de ſacrilegio lege uulgaris. §. ſi quis
ff. de fur. ſed ſi eſſent res ſeparatæ inſpicitur ani
mus, & proteſtatio lege uulgaris. §. ſed & ſi
quis. ff. de fur. & ſi offenditur una perſona in
plus quàm proteſtatum fuerit punitur de facto
reiecta proteſtatione, & idem eſſet uolens
percutere unum percuſſit duos tenetur de duo
bus lege eum qui nocentem. §. fin. ff. de iniu-
riis. & lege ſcientiam. §. qui cum aliter. ſu-
pra ad lege Aquiliam. ſed ſi offenſa ueniret in
quandam conſequentiam inſpicitur proteſta-
tio: quia iniuriando ſeruum poteſt proteſtari
nolle iniuriam facere domino dicta l. eum qui
nocentem. §. fi. ff. de iniuriis. & dicit Bar. quòd
in dubio præſumitur quòd facit pro his qui per
cutiunt famulos Scholarium ut non faciant in
iuriam dominis. ſed uidetur fieri pro propria
percuſſione.

127 Quinta eſt concluſio † quòd ubicunquè deli-
ctum poteſt per animum & uoluntatem mode-
rari, quòd tunc proteſtatio prodeſt, & ponit e-
xemplum Bar. in eo qui uiolenter ingredi-
tur fundum animo acquirendi poſſeſſionem
quòd ſi proteſtetur nolle acquirere poſſeſſio-
nem ciuilem non uidetur facere uiolentiam

niſi in naturali,ut eſt glo. in l.j.C.uti poſſidetis
in uerbo nec ui.circa medium dum ponit exem
plum de uſufructuario uiolenter ingrediente
fundum cum dicta proteſtatione, & ſequuntur
communiter docto. Taurinenſes uerò dicebant
quòd imò hæc proteſtatio non prodeſt ex eo:
quia ſi delictum eſt in parte. ergo etiam erit in
toto: quia uidentur inſeparabilia. tamen hæc
ratio parum ualet: quia poſſet procedere in
uiolentia circa poſſeſſionem naturalem. Sed in
poſſeſſione ciuili eſt noua uiolentia, & nouus
actus, qui poteſt impediri, & cum poſſeſſio ci-
uilis non ſit alterata, non poteſt dici quòd uio
lentia in ea ſit facta, ſimile poſſet eſſe quando
quis inſultaret unum aſſociatum cum mnltis
alijs, ſi dicat ſocijs qnòd diſcedant, quòd non
intendit ei iniuriari neque de facto faciat iniu-
riam, proteſtatio proderit, & non poterit ac-
cuſari à ſocijs de inſultu: quia ex proteſtatio-
ne nullus ei factus fuit inſultus. quinimo con-
cluſio Bar. procedit in fortioribus terminis ſu-
pra poſitis ut in caſu legis uulgaris. §. ſed & ſi
quis.infra de fur. & quando offenſa neniret in
couſequentiam proteſtatio impedit iniuriam
ſequi, dicta l. ut in ſeruo iuiuriato cum animo
ut uon tranſeat ad dominum, iuxta l. eum qui
nocentem. §. fi. ff. de ininr. & qnòd ibi dicit
Bar. Ideò hæc conclnſio Bar. omninò eſt uera
cum ſua diſtinctione. Aliam ſimilem diſtinctio
nem poſuit Bal. in lege ſi quis ſeruo. C. de fur.
& per Ioannem Andre. in regula cum quis. in
mercurialibus. Similiter prædicta diſtinctio
Bar. procedit in uerbis ininrioſis, ut ſi quis
dixit uerbum iniurioſum proteſtando quòd
non facit animo iniuriandi, proteſtatio non
releuat in ſeparabilibus. ſed in ſeparatis,ut in
perſona domini uel in ſocijs prodeſſet utſupra.
128 Vnde infertur ad quæſtionem † ſi quis dixit
tu mentiris ſaluo honere tuo, an talis proteſta
tio releuet, & Bar. in l. ſi quis extraneo. ff. de
acquir. hæreditate. dixit quòd talis proteſtatio
non releuat: quia cum iucipiat à uerbo iniurio-
ſo quod ſui natura facit iniuriam, aſſerendo ꝗ
ille dicit falſum cum dolo, & ſcienter, ſi poſteà
addit cum honore ſuo, illa uerba nihil operan
tur: quia iam iniuria eſt conſummata, & non
poteſt fieri ſeparatio. ſequitur Alex. in l. tur-
pia. ff. de leg. j. & in l. fi. ff. quod quis. iur. ubi
eriam ſequitur Iaſ. per rationem poſitam per
Dy. quia proferendo uerbum iniurioſum de-
monſtrat quòd habet animum iniuriandi, &
proteſtatio eſt contraria facto, & non releuat
cap. ſolicitudinem. de appellatio. ubi Fely. &
in cap. dilecti. columm. penul. de exceptioni-
bus. & Alexander in lege tertia. ff. de liber.
& poſthumis. & ſequitur Iaſ. in colum. fin. in
fin. carta. dicens. quòd ſi quis dicat tu es
falſarius, cum proteſtatione quòd non dicit
animo iniuriandi, talis proteſtatio non ualer,
& ampliatur procedere etiam quòd dicat, tæ-
det me quòd fueris condemnatus de furto,
Et ampliatur etiam procedere ſi primò dixerit
ſaluo honore tuo tu mentiris: quia in his quæ
fiunt in continenti non datur prius nec poſte-
rius lege nec enim. ff. de ſolutionibus. & l. qui
dam teſtam. ff. de peculio legato. no. in lege pe
tens. C. de pactis. confirmatur: quia uerbum
ſui natura denotat dolnm, & facit iniuriam ex
legis diſpoſitione. unde ſuccedit regula legis
non poteſt. ff. de fur. nbi iudex condemnan-
do de furto non poteſt cum proteſtatione face-
re quòd non ſequatur infamia, nt per Roma. in
dicta lege ſi extraneus. & glo. in lege de ætate.
§. ſi cum eſſet. ff. de interogatorijs actionib.
& in lege qni interrogatus. ubi Ang. de petitio.
hæreditatis dicunt quòd uerbum mentiri præ-
ſupponit iniuriam. ſequitur Ripa in dicto cap.
cum M. Ferrarienſis. nu. 88. reprehendens etiã
limitationem Ang. in dicto tractatu maleficio-
rum. in nerbo uerba iniurioſa, quando præ-
ceſſit proteſtatio. Infert quoquè contra menda
daces docto. reprehendentes alios, ſalua honori
ficentia uel ſalua pace. Nam iniuriantur eis ſi ꝑ
ſonam offendunt. ſin autem ſola dicta reprehen-
dunt, iuſtè faciunt ſi digna ſunt reprehenſione,
& dixit Ab. in cap. cũ enim. de iur. iur. ꝗ ſi quis
iurauit fidelitatem ſaluo honore eccleſiæ. non
excuſatur ſi erat ſuus uaſallus, & refert quòd u-
nus iudex fecit ſuſpendi unum hominem ſaluo
honore ſuo, & omni iure in uita, & honore.
129 Sed in contrarium uidetur facere: † quia illa
nerba ſaluo uel reſeruato honore tuo, ſunt abla
tiui abſoluti qui reſoluuntur in cõditionem. l. à
teſtatore. ff. de conditio. & demonſtra. & no. in
rub. ff. ſol. mat. & dicemus inf. in quæſtio. ſequen
ti, & per conſequens totus actus determinatur
per illa uerba, & annullatur eis non nerificatis.
§. hnic. inſti. de legatis. ſicut omnis alius actus
deficiente conditione annullatnr. ergo iſte a-
ctus iniuriandi annullabitur, deficiente condi-
tione quòd non ſit ſeruatus honor ſuus: argu. §.
ſub conditione. inſti. de uerb. oblig & l. iiij. ff. de
cond. & demonſtration. Secundò facit ꝗ uoluit
Bar. ſupra quando aliquis dixit promitto ani-
mo non obligandi, uel conteſtor litẽ animo nõ
conteſtandi, uel adeo hæreditatẽ animo nõ ade
undi, ꝗ propter talẽ ꝓteſtationem in ipſo actu
factam uerbũ ipſum diſpoſitiuum annullatur in
totum, per l. obligationũ ſubſtantia. §. fi. ff. de a-
ctio. & obligatio. ergo etiam, & uerbũ mentiris
& actus ininrioſus annullabitur per proteſtatio
nem in ipſo actu factã, non diſtinguendo an pre
cedat uel ſequatur, per l. petens. C. de pactis. &
ꝓpterea uidetur ꝗ omninò talis proteſtatio de
beat operari nt nulla inducatur iniuria, uel ſal-
tem ut nos faciamus quòd illnd uerbum deno-
tans quòd dicat falſum de dolo declaretur, ut
intelligatur quòd dicat falſum ſine dolo.

Nec obſtat quòd pactum contra ſubſtantiam
actus factum non ualeat l. cum precario. ff. de
precario: quia procedir in cõſecutiuis non autẽ
quãdo pactum eſt cõtra primordialem ſubſtan
tiam

tiam actus, ut contra materiam uel formam ipſius actus ur ſupra declaraui. Item pactum contra ſubſtantiam actus alterat ipſum actum, mutando & transferendo in alium contractum, quando actus, præciſè non eſt ſtabilitus. l.ubi ita donatur. ff. de donationibus cauſ. mor. & dixi plenè in l.ij. ff. ſi cer. petat. propterea dicendum eſt quòd ſi uerba ſunt talia tu non dicis uerum ſaluo honore tuo: qnia iſta uerba ſunt dubia, & poſſunt intelligi cum dolo uel ſine dolo cap.ij.22.quæſt.2. ubi Paulus dixit mendacium cum iuramento & non fuit delictum: quia defuit dolus. ita hoc uerbum non dicis uerum, declarabitur ut ſit ſine dolo, & ignoranter dixerit falſum eodem modo, & iſtud uerbum mentiris quàmuis habeat ſignificationem dicendi falſum cum dolo, tamen propter proteſtationem declarabitur & impropriabitur qꝫ dicit falſum ſiue dolo: argum.l. ubi ita donatur. ff de donatio. cauſ. mortis. & hæc uidetur tutior & uerior opinio, & in practica tenda, ut nos euitemus delicta & iniurias in quantū poſſumus. l. ſi de interpretatione. ff. de pœnis, & per no. in l. non ſolum. ſ. ſed ut probari, ſup. eod. maximè inter doctores diſputates. & morigeratas alias perſonas.

130 Infertur etiam ad aliam quæſtionem† Si emphyteuta uendat rem exphyteuticam uel uaſallus feudum irrequiſito domino, quo caſu incidit in pœnam priuationis leg. fin. C. de iure emphyteuti. cap. imperialem. de prohibit. feud.alienatio. per Frideri. cum ſuis concordantibus, aut ſi apponat illa uerba ſaluo, & reſeruato aſſenſu Regio incidat in pœnam, uel potius illa proteſtatio proſit ut in eam incidere non uideatur, & communiter Docto. uidentur tenere quòd iſta proteſtatio non releuet: qnia dicitur eſſe contraria facto ex eo: quia de facto alienat, & transfert dominium, & dicit ſaluo aſſenſu domini proferendo uerba contra ipſum factum l. alimenta C. de nego. geſt. & tenet Ioan. And. Hoſti. & Abb. in cap.cum te.de iureiurand.dicentes quòd malè ius conſeruat qui totum illud eneruat, idem tenet Bal.in cap. j. ſ. fi. colum. fin. quæ fuit prima cauſa benefi. ammittendi, & in cap. Cumana.col. 3. de electione: quia in præiudicialibus talis proteſtatio non releuat, ſicut ſi quis diceret uulnero te animo non uulnerandi, uel percutio te animo non percutiendi, cap.olim.de cenſibus, & hanc opinionem aſſerit communem eſſe Iaſ. in l. fin. quæſt.24.& 26. C.de iur.emphy.& Fely.in cap. quæ in eccleſiarum.de conſti. Cur.ſenior. conſ. 8.& Cur. iunior in ſuo tracta. feud. in iiij.parte. queſtio. xxj. Decius conſ.160.cum infinitis cumulatis per Rubeum hic, & ampliatur procedere per Iaſ.hic etiam quòd ſit dictum ſaluo iure domini, nec aliter nec alio modo. But. in cap. fi. col. 9. uerſi. aduerte ſi dicunt. de confeſſis, & in l.unica col.13. C. de conf.Abb.in cap. ij.col. fi. de feud.& in cap. inſinuante.de clerico uouente. Sed in contrarium ſun multæ auctoritates quas allegat Cur.in dicto tracta.feudali quæſt.xx.& quando non fouit ſecuta traditio communiter docto.tenent allegati ibi, & Dynus in leg. alienationes. de uerborum ſignifi. tenent quòd non incidat in pœnam per tex. in dicto cap. imperialem. ſ. callidis. de prohibit. aliena. per Frideri. Beneuenutus in dicto cap. Imperialem.car.8.motus; quia ad pœnam debent duo concurrere uenditio, & traditio. cap.j. quid iuris ſit ſi uaſallus alie. & cap. j. de uaſallo qui contra Conſti.Lotharij.& cap. j.ſ.j. de lege Coradl.Bal.in l. uoluntas. C. de fideicommiſſ. quia uerbalis alienatio. non eſt alienatio, per Iaſ. in dicta l. fin.quæſtio.19.de iur. emphyteu. Iacob. de ſancto Georgio.in uerbo & cum pacto. Cur. in dicta. iiij. par. quæſtio. xx.facit tex. in l.ficut.ſ. ſi debitori.quibus modis pignus uel hypotheca ſoluit. ubi in re alienata & non tradita durat ius pignoris, & reſpondeno obiectis hāc tenet & ampliat dictus Beneuenutus procedere etiam quòd uenditor appoſuerit conſtitutum conſtituendo ſe poſſidere nomine alterius: quia licèt uideatur tradere poſſeſſionem per no. in l. quod meo.infra de acquir.poſſeſſi.& per Tiraq.in tracta. ſuo de conſtituto. tamen dicitur eſſe ficta traditio. ut per Alex. in conſ.66. col. 7. & conſ. 83. & 26. lib.6.Cuma.conſ.41.& Fulgoſ.conſ.2.quia conſenſus domini etiam poſt alienationem interuenire poteſt & per And. in dicto cap. Imperialem. ſ. callidis. ubi alii ſequuntur. facit l. in concedendo. ff. de aqua pluuia arcenda.& l. ubi lex. ff. de uſucapionibus. Item ampliant procedere etiam quòd ſit ſecuta traditio uera, appoſita illa cauſula ſaluo iure domini, & non aliter nec alio modo, ut per Abb. in dicto cap. ij. de feud. & in dicto cap. inſinuante.de clerico uouente, licet Cur. in quæſtio.19. uideatur tenere contrarium, & hanc etiam tenet hic Rubeus: quia illa uerba ſaluo aſſenſu dominio poſſunt intelligi ſaluo dominio directo ſeu ſine præiudicio domini. Item poſſunt intelligi ſaluo aſſenſu domini, id eſt, ſi dominus conſenſerit, ut per Bal.& Mod. in l.fi.iiij.quæſtio. C. de ædilitio edicto.ita quòd quæſtio uidetur remanere in hoc ſolo quando dixit ſaluo iure domini, & facta ſit traditio, tamen hæc ultima uerba ſaluo iure domini, etiam quòd exponātur, id eſt, quòd ſaluum ſit ius domini ſeu dominium directum non pro ſunt: quia tunc uidetur ſolum uendere dominium utile, tamen per hoc non euitat pœnam, cum etiam uendendo dominium utile tantum, & nominando eſſe rem emphyteuticam uel feudalem non euitat pœnam, ut in dicto cap. Imperialem.ſ.j.& propterea reſoluendo ego puto quòd iſta clauſula ſaluo iure domini, non ſufficiat ad euitandum pœnam ſi ſecuta fuit traditio, uel actualis, uel legalis per conſtitutum: quoniam tantummodo dicuntur reſeruare dominium dire-

ctum, ut uideatur dominium ſuum utile uen-
didiſſe, quòd non ſufficit ad euitandam pœnã
ut dixi, & ita procedat communis opinio do-
cto.cum omnibus auctoritatibus ſupra allega-
tis, etiam quòd fuerit apposita clauſula nec ali
ter nec alio modo: quia reſtringuit alienatio-
131 nem tãtummodo ad dominum utile. †Sed ſi ſit
appoſita clauſula ſaluo & reſeruato aſſenſu Re
gio uel domini, & tunc indiſtinctè puto con-
trariam opinionem ueriorem eſſe, quòd imò
excuſetur à pœna, quoniam illa uerba ſaluo, &
reſeruato aſſenſu, ſunt ablatiui abſoluti, & abla
tiui abſoluti in futurum relati important con-
ditionem, l. à teſtatore. ff. de conditio. & de-
monſtratio. & no. ubi plenè dixi in rub. ſupra
ſoluto matrimonio: ergo hæc uenditio facta
erit ſub conditione ſi dominus aſſentiet ſeu cõ
ſentiet, & cum ſit conditionalis non habet ef-
fectum ſuum, nequè per traditionem ueram uel
fictam transfertur dominium, §. ſub conditio-
ne, inſti. de uerborum obligationibus & l. ij.
de lege commiſſ. & per eundem Tiraquell. in
dicto tracta. de conſtituto. Vnde ſequitur quòd
cum non ſit tranſlatum dominium non poteſt
dici alienatio facta, & ideo non incidet in pœ
nam, & oportebit inquirere an dominus con-
ſentiat, & eo conſentiente tanquàm uerificata
conditione uenditio habebit effectum, & eo diſ
ſentiente tanquàm deficiente conditione rema
nebit nulla l. j. §. ſin autem ſub conditione. C.
de caduc. tollend. & hæc interpretatio ſumen-
da eſt, quoniam ſi intelligerentur uerba ut ia-
cent ſaluo aſſenſu domini, id eſt, quòd ſit ſal-
uus eius aſſenſus nihil importarent. ſicut ſi dice
retur ſaluus ſit rex uel dominus, ideo ut ali-
quid operentur interpretari debent ut tota uẽ
ditio collata fuerit in conditionem aſſenſus
domini: quia hæc fuit mens eorum l. non om-
nis. ff. ſi cer. peta. & præſumitur ut euitetur
pœna caducitatis: argum. l. merito. ff. pro ſo
cio. & eorum quæ ponit latè Fely. in cap. paſto
ralis. de reſcrip. & Alexan. conſ. 72. col. 2. lib. 2.
Barba. conſ. 6. col. j. lib. j. & per Bar. in l. cum
procurator. §. ſi dominus. colum. ij. ff. eodem.
ubi dixit quòd iſta uerba appello uiua uoce re
ſeruato beneficio appellandi in ſcriptis habent
nim conditionis. & hanc opinionem tenet Bal.
in dicta l. fi. C. de iur. emphyteu. & Anch. conſ.
10. cui ſe ſubſcripſerunt multi docto. & tanquã
ueriorem approbant omnes Mod. in dicto cap.
Imperialem. Afflict. in cap. j. de uaſſ. qui cont.
conſti. Lothar. ubi Afflictus poſt alios, dicit quòd
ualet alienatio ſi dominus conſenſerit, & pro-
batur l. ſi quis locuplex. in fin. ff. de manumiſſ.
teſtam. & l. ſi ſocius. eod. titulo & l. cum hære
ditas, ff. qui, & à quibus cum ſimilibus addu-
ctis per eos. quæ opinio tanto fortius proce-
dit, quando appoſita eſt clauſula, nec aliter nec
alio modo: quia tanto fortius facit diſpoſitio
nem conditionalem, & multo magis ſi poſteà
ſubiecta ſit clauſula quam ego uidi in pleriſquè
alienationibus appoſitam, quòd dictus uen-
ditor uel emptor teneantur intra ſex menſes
uel aliud tempus dictum aſſenſum Regis impe
trare, & ita in practica ſeruatur.
132 Item infertur quòd ſi ſtatuentes dicant † quòd
non intendunt ſtatuta prædicta eſſe contra li-
bertatem eccleſiæ, non excuſantur niſi aboleãt
per doctrinam Bar. in auct. caſſa. C. de ſacro-
ſanct. eccleſi. & habetur in cap. nouerint. de ſen-
tentia excommunicationis. quam concluſionẽ
intellige ſi uerba proferuntur ut ſupra: ſed ſi di
ctum fuiſſet ſalua & reſeruata libertate eccle-
ſiæ, tunc uiderentur facta ſub conditione, & non
haberent effectum ſeu non ualerent quatenus
eſſent contra libertatem eccleſiæ per ea, quæ di
ximus in præcedenti quæſtione: nec eſſet opus
abolitione: quia ſemper remanerent nulla, &
nunquam habuiſſent effectum: quoniam nec ſta
tuentes facere uoluiſſent.
Item infertur quòd ſi quis dederit poculum
amatorium proteſtando quòd non uult eam in
terficere neq; ad finem ut moriatur dedit: quia
ſi morietur tenebitur de homicidio. leg. ſi quis
aliud. §. abortiuus. ff. de pœnis. quod tamen ue
rum eſt ſi fuit poculum amatorium habens ali-
quod periculum: quia tunc eſt actus illicitus ab
initio, & proteſtatio nihil operatur quin te-
neatur de interitu ut dicemus in ſequenti con-
cluſione, cui magis uidetur conuenire: ſed ſi
eſſet poculum conceptionis non tenetur pœna
homicidij. l. eiuſdem. §. primo. ff. de ſicariis.
per l. capitalium. §. incendiarii. ff. de pœn. nam
in poculo conceptionis, ut mulier faciliter cõ
cipiat non eſt aliquod malum, & actus de ſe eſt
licitus, & proteſtatio ſaltem faciet quòd non
ſit in dolo, & tantummodo teneatur de homi-
cidio propter culpam. Sed in poculo armato-
rio eſt res mali exempli continens in ſe deli-
ctum: ideo tenetur ut in ſequenti capite, ut di
cit Sozi. ita diſtinguens in conſ. 116. in fine
in pulchro caſu, & de ratione inſtat hic Ru-
beus. numer. 37. ſed apparens eſt declarando
ut ſupra.
133 Quinta eſt concluſio † ingrediendo ſecun-
dum caput Bar. quòd ubicunque quis facit rem
illicitam quæ limitari poteſt ex uoluntate fa-
cientis, proteſtatio excuſat à delicto ultra ani-
mum, per glo. in dicta l. j. C. uti poſſidet. ut
ſupra dixi, nec requiritur præſentia partis. Idẽ
tenet Bal. in cap. Cumana. de electio. & ſequitur
Rubeus reſpondens quibuſdam leuibus addu-
ctis in contrarium. Vnde infertur quòd ſi ali-
quis deſiderat mulierem non animo committẽ
di adulterium num dicitur etiam adulterium
facere, iuxta illud, qui concupiuerit mulierem
alienam, in corde ſuo mœchatus eſt, cap. mu-
lieres. de ſententia excommunicationis. Nam
hoc peccatum poteſt limitari per animum in
quo totum conſiſtit. Idem etiam eſſet ſi oſcu-
laretur mulierem animo non committendi adul-
terium; ſed ſolum oſculandi non teneretur de
de adul-

de adulterio, & mulier ipſa non amitteret do
tem,iuxta uulgatam queſtionem tractatam per
omnes Mod. in rub.C.de edendo : quia hoc de
lictum conſiſtit in animo:ſed ſi quis copularc-
tur cum ea proteſtando quòd non intendit cō
mittere adulterium, proteſtatio nihil operare
tur : quia iam ex facto incidit in adulterium,
nec poteſt per animum impediri, quæ ſuffi-
ciant tibi ad decidendas infinitas ſimiles
quæſtiones.

Quintum eſt caput proteſtationis declarato
134 riæ uoluntatis † quando ſit de his, quæ non de-
pendent neque à poteſtate, neque à uoluntate
proteſtantis de iure & de facto. & exemplum
poteſt poni in omnibus his, quæ prohibentur
à lege, quæ prohibitio eſt tam potens, quòd
nec etiam uidentur eſſe in rerum natura ut dif-
ferat à præcedenti capite, in quo licèt ſit pro
hibitio legis omnia delicta prohibentis, & pu
nientis, tamen ipſa delicta ſunt in rerum natu
ra, & apparent, & uidentur, & eſſentiam habent
de facto, in hoc autem capite propter prohibi
tionem legis, neque de iure, neque de facto ap
parent, uel conſiderantur, & exempla ponit
tria Bar.

Primum quando mulier infra triennium præ
ſtat alimenta filio, proteſtando quòd habet ani
mum repetendi ſalarium laboris ſui, & alias
expenſas, talis proteſtatio non ualet : quia eſt
contra legis diſpoſitionem l.alimenta. C.de ne
go.geſtis & repetitio, propter diſpoſitionem le
gis, de iure neque de facto conceditur. Vnde
non dicitur pendere à uoluntate ſua, neque à
poteſtate de iure uel de facto. ſupra uerò illud
tempus proteſtatio ualet, per l. Neſennius. ff.
de neg.geſt. coniuncta dicta l. alimenta: quia
proteſtatio non tollit neceſſitatem à lege indu
ctam, & illum tex. no. Aretin. in conſilio 160.
col.ij. & Alex. conſ. 94. in fi.lib.ij. Crapranica
conſ.17.colum.pe. & confirmat Cuma.in l.ubi
ita donatur. de donatio. cauſ. mor. per tex. in
l. ſi quis hæres inſtituatur excepto fundo. ff. de
hæredibus inſti. & l. ſi ex fundo, & l. quoties.
§.ſi duo.eodem titulo. Et addit aliud ſimile Ru
bens de cap.is qui fidem. de ſponſalibus. ſi ſpō
ſus copulatur cum ſponſa, proteſtando quòd
non uult contrahere matrimonium talis prote
ſtatio non releuat : quia reſiſtit lex, & eſt præ-
ſumptio iuris, & de iure. Vnde eſt neceſſarium
ut primò diſſoluantur ſponſalia, & poſtea copu
lentur : quia tunc ceſſaret fundamentum præ-
ſumptionis, alioqui ſemper procedit deciſio
dicti cap. is qui fidem. Anto. & alij in cap. ue-
niens.de ſponſalibus. & ibidem Cardina. & in
cap. ſolicitudinem.de app. Ripa in dicto cap.
cum. M.Ferrarienſis. num. 95. qui allegat ra-
tionem quòd illa proteſtatio continet turpitu
dinem, confirmatur per aliud ſimile quòd ſi
quis acceptat beneficium incompatibile prote
ſtando quòd non intendit uacare primum,
proteſtatio nihil operabitur: quia obſtat capi-
tulum de multa. de præbend. & cap. ſi epiſco
pus.de præbend. in 6.

135 Secundum exemplum poſuit Bar. hic de eo
qui producit libellum ſaluo iure emēdandi ad
dendi uel minuendi uſquè ad ſententiam, ta-
lis proteſtatio nihil operabitur poſt litis con-
teſtationem : quia obſtat deciſio l. edita. C.de
eden. quod infertur ad partes producentes ali
quod inſtrumentum uel librum rationum cum
proteſtatione quòd producit quatenus facit
pro ſe & non aliter nec alio modo. Nam talis
proteſtatio nihil operabitur:quia de facto pro
ducit totum inſtrumentum, & facit quòd to-
tum ſit de actis. Vnde proteſtatio nihil ope-
rabitur cum omnes ſcripturæ, quæ ſunt de actis
probant pro, & contra ambas partes: quia di-
cuntur eſſe communia cap.G. perpetuus.de fid.
inſt. & no. in l.ij.C. de edend. Ideo huic prote
ſtationi reſiſtit lex & nihil ualet ut hic per Iaſ.
& habetur in cap. cum olim, de cenſibus, &
cap.cum uenerabilis,de exceptionibus.facit nt
no. in cap. imputari.de fide inſtrumen. & lex
poſt legatum. ff. de his quibus ut indignis. &
l. ſi filius. §. fin. de interrogatorijs actionibus
per quæ iura, ita tenet Cardinalis in conſ. 81.
& Decius plura allegans in dicto cap.cum uene
rabilis. de exceptionibus.

136 Vnde ad hoc † ut proteſtatio proſit oportet
quòd producens proferat alia uerba limitando
productionem, & dicat produco hoc inſtrumē
tum uel librum rationum in parte & partibus
facientibus pro me, & non aliter nec alio mo-
do, quæ proteſtatio ualebit : quia lex non re-
pugnat, quin quis poſſit producere partem, ſo-
lum repugnat pars producta ſi non faciat fidē
pro utroque. ideo cum proteſtatio ſit de de-
pendentibus à uoluntate ſua, ualebit, & tunc
non erit de proceſſu niſi illa pars producta, &
limitata, intelligendo tamen quòd aliæ par-
tes non ſint connexæ : quia ſi ſunt connexæ ut
pretium in uenditione, & illa cenſeretur pro-
ducta argum. no. per Bar. in l. Aurelius. §.Ga-
ius ff. de lib. legata. Sed tamen tunc aduerſa-
rius debet ſeruare aliam cautelam ut alias par
tes non productas ipſe reproducat in parte &
partibus : quia cum illud inſtrumentum totum
ſit in proceſſu, licèt non ſit de proceſſu eſt effe-
ctum commune ut poſſit reproduci, & tunc po
terit probare pro utraque parte, & hæc eſt com
munis practica in tota Lombardia, & ſequun-
tur communiter docto. relati. hic per. Iaſ.cum
infinitis cumulatis hic per Rubeum. aliqua etiā
addens de libello. nu. 59. ſed quantum ad li-
brum rationum eſt doctrina communis docto.
in rub. C. de edendo. qui concludunt quòd
ſtante dicta clauſula alia pars non producta nō
eſt de proceſſu. quæ concluſio ampliatur proce
dere etiam in ſcriptura priuata, quæ pro parte
tantum erit producta, tamen poterit reprodu
ci per aduerſarium & probabit contra produ-
centem, quæ licet aliàs non faciat fidem pro ſcri

bente nt no. in l. admonendi. ff. de iur.iut.& l. j.C.de edendo. & hic pet Iaſ. tamen quando eſt producta ab aduerſario ipſa tota eſt apptobata, ideo ſi teptoducatur potetit probare etiam pro ſctibente ut habetur per Caccialupum in dicta l. admonendi.

Tertinm exemplnm poſuit Bar. de lege nemo poteſt.de leg.j. quando quis legat cum proteſtatione quòd non nult obligationem durare niſi per decem annos, talis proteſtatio non ualet: quia lex reſiſtit, quæ dedit naturam perpetuam obligationi, tamen ptoderit proteſtatio quantum ad exceptionem ut ibi, ego dixi. Alia multa exemplia in practica utilia refert hic Rub. quem uideas per te, nam prædicta ſufficiunt ad aperiendum uiam ad teſolutionem.

137 Aduerte tamen † in tota hac concluſione cum præcedentibus dictis in quarto capite, ꝙ quædam ſunt, quæ prohibentur à lege certo modo, & alio modo non ptohibentur. nam proteſtatio in l. ubi ita donatur. ptodeſt: quia facit actum ualere alio modo, & in l. cuni precario. ff. de precatio, non prodeſt. & eſt ratio: quia pactum contra ſubſtantiam contractus poteſt altetare naturam contractus: quando paciſcentes non ſe reſtriugunt ut in modo præciſo fiat & tunc ualet, & actus tranſit in aliam ſpeciem: ſed ubicunque uult illum actum in ſua ſpecie præciſa ualere, & pactum fiat contra ſubſtantiam, tunc eſt tepugnantia, ideo oportet quòd unum ex iſtis præualeat, & aliud ſit nullum, & eſt exemplum in cap. ſolicitudinem. in fin. de appellationibus. ſecundum nnum intellectum, ideo tunc diſtinguitur. aut per pactum tollitur ſubſtantia matetialis nel formalis: quia actus nullam habet eſſentiam, neceſſario præualet pactum, & actus remanet nullus, & ita procedit qnod dixit Bar. de ptoteſtatione facta in ipſo actu, dum allegat legem obligationum ſubſtantia. de actionibus & obligationibus cum multis ſimilibus ſupra declararis. Si uerò pactum non eſt contra ſubſtaotiam materialem, uel formalem, tunc actus aſſumit eſſentiam, & poteſt præualere pacto, & ita procedit dicta l. cum precario. ff. de precario, & per hæc pauca tu potes reſoluere infinita contraria, & multa etiam à num. 65. per duas cartas uſquè ad num. 70. In omnibus enim caſibus per eum adductis illa æquiuocatio militat, & cum dicta diſtinctione habebis reſolutionem, & reſecabuntur ambiguitates.

Quare reſoluendo dicas quòd cõcluſio Bar. procedit in his, quæ cetto iute ſunt prohibita & habent eſſentiam per ſe: quia tunc proteſtatio annullatur. Si uerò impedit ſubſtantialem eſſentiam, præualet pactum dicta l. cum precatio. Si uerò facientes actum non ſe reſtringunt ad certam formam, itaquòd ex eorum intentione poteſt recipere mutationem, & tunc utrunque ualebit, & poterit dici quòd proteſtatio ſit facta ſuper act; dubio, qui declaratur per eum nt per Bat. ſupra dum allegauit l. Neſennius. ff. de neg. geſtis. Item aduerte quòd Bar. dicit tantum de his, quæ non dependent à uoluntate mea & aliorum: quia in dictis exẽplis quædam dependent à uoluntate aliorum, cum ſi pars conſentiat ptoteſtationi, ita prohibita efficiuntur licita, ut in dicta l. alimenta. & dicto cap. expoſuiſti, & dicto cap. paſtoralis. & patet in illa quæſtione quando emphyteuta uel uaſallus alienat irrequiſito domino. nam talis ptoteſtatio nihil operabitur ſi quis dicat uendo tibi cum proteſtatione, quòd ego nolo ammittere feudum. Nam talis proteſtatio nihil operabitur, licet dependeat à uoluntate domini, qui poteſt facere quòd alienatio ualeat conſentiendo, & qnòd non ualeat & incidat in pœnam, idem etiam eſt de contractibus ſi non interueniant conſenſus partis ut patet in multis exemplis ſupra per Bar. poſitis in ſecundo capite uerſi. ſed quætitur. Ideo conſtituas regulam generalem quòd proteſtatio in his, quæ non dependent à uoluntate ſua nihil operatur, quatenus per legem prohibetur facere actum, & proteſtatio non egreditur terminos quos prohibet lex. nam ſi aliqualiter egreditut, poterit proteſtatio & actus ualere, & eſt de mente docto. licet non ita clarè expteſſerit & extra dentes explicauerint.

138 Secunda eſt † ſpecies proteſtationis principalis prohibitoria ſeu inhibitoria nuncupata, quæ fit quando quis per ſuam ptoteſtationem intendit prohibere aliqnid fieri uel non fieri, in qna & illa quinquè ſunt uidenda, de quibus fiat, cui fiat, qualiter fiat, quos effectus prodncat, & quomodo finiatut.

Circa primum de quibus fiat? Bar. hic ponit reſolutionem breuem conſiderando quòd quis ptoteſtando intendit prohibere aliquem facere quod ipſe tenetur facere. aliquando intendit prohibere aliquem non facere quod tenetur nõ facere, aliquando intendit prohibere aliquem facere, uel non facere quod poteſt ad libitum facere, uel non facere. Ideo in hac ſecunda ſpecie principali conſtituit tria capita. Vnum eſt quando quis prohibet aliquem facere quod tenetur facere, ut ſi uult prohibere debitorem non ſoluere creditori, uel patrem non dare alimenta filijs, uel matitum non teddere debitum uxori. Secundum caput eſt quando quis uult prohibere non facere quod tenetur non facere, nt quod non faciat homicidium, uel nõ committat adulterium. Tertium caput eſt quãdo quis uult prohibere actum uoluntarinm alicuius. In primo capite licet multa poſſint poni exempla, tamen Bar. proſequitur unũ quod eſt ualde frequens, quando quis uult prohibere debitorem ne ſoluat debitum creditoti, & conſtituit uarios caſus in eo. Nam aliquando creditor ptohibet debitori proptet aliquam ſuam commoditatem ne ſoluat ſibi, aliquando extraneus prohibet debitorẽ ne ſoluat creditori nul-

ri nulla cauſa exiſtente, uel exiſtente iniuſta, aliquando uult prohibere ex iuſta cauſa,ſed uõ uerisimili, aliquando ex iuſta cauſa, & uerisimili, ſed non probata,aliquando ex iuſta cauſa & nerisimili,& probata, aliquando ex cauſa uera: tamen non notificata nunc, ſed poſtea notificatur uel non.

In quibus omnibus caſibus examinat tantũmodo quos effectus producat proteſtatiõ,in fine ponendo reliquas partes, ut hic per eum,ex cuius dictis colliguntur uatiæ concluſiones.

139 †Prima eſt concluſio quòd ſi creditor prohibet debitori ne ſibi ſoluat, & ſine cauſa hoc facit, & tunc proteſtatio operatur duos effectus:quia ſi debitor eſt in mora, deſinit eſſe in mora, & ipſe creditor conſtituitur in mora, & ſi debitor non fuiſſet in mora operaretur ſolum effectum, quòd ipſe conſtituatur in mora, & debitor amplius ceſſando non incideret in moram. allegat tex. in l. mora. ff. de uſur. & l. ratio.§.cum per uenditorem. ff. de actio. empti. quæ iura non nidentur clarè probare: quia lex mora.dicit tantummodo quomodo mora committatur per debitorem, & quomodo ceſſet per illa uerba,& non ſit omiſſa repetendi inſtantia.& tex. in dicta l. ratio. §. cum per uenditorem, dicit quòd debitor poteſt eſſe in mora & creditor, ſed non dicit quòd per proteſtationem creditoris, deſinat debitor eſſe in mora, & creditor conſtituatur in eo,ideo Claudius hic allegat legem Largianus.ff. de minoribus & l.poſt diem ff. de lege commiſſoria, quæ faciunt nientionẽ de denuntiatione: ſed tamen poſteà nec ipſe probat, quàmnis Rubeus multum inſiſtat:quia loquuntur de denunciatione ad incitandum debitorem nr ſoluat, non autem ad prohibendũ, & ſolum in autecedens neceſſarium inducunt remisſionem moræ præcedentis: quia uidetur renunciaſſe illi. Vnde tu dicas quòd opinio Bar.probatur melius in l. illud ff. de periculo, & commodo rei uenditæ, & l.ſi duo.in fin.cum l. ſed & ſi alia. ff. de conſti.pecun. & l. qui decem. ff, de ſolutionibus, & l. ſi ſeruum. §. ſequitur.infra de uerborum obligationibus, quæ utrunque clarisſimè dicunt, & ſunt iura notisſima in materia,l.quod te.ff.ſi cer. pet.& Bar.forſan omiſit tanqnàm nota, & allegauit illa duo iura: quia in eis per docto. materia examinatur, & in ſpecie in dicta l. ſed & ſi alia. ff. de conſti. pecunia. & concluſionem Bar. ſequuntur communiter docto.

Solum ei uidetur obſtare: quia unus & idem actus non uidetur quòd posſit operari duos effectus,ut per Bar. in l. quoties in diem. ff. de nerborum obligationibus,& in l.ita ſtipulatus. eodem titulo dum dixit quòd euentus conditionis non poteſt eodem tempore conſtituere in moram, & obligare debitorem. Ideò requiritur alius actus, tamen reſpondetur quòd ſecundum opinionem multorum, dictum non eſt uerum, uel ſecundò quòd procedit in eo quòd euenit ſine facto hominis ut eſt euentus conditionis,ſecus hoc caſu in quo fuit proteſtatio hominis. Vel tertiò & melius reſpondet hic Rubeus quòd procedit in eadem perſona. ſed in diuerſis perſonis contrarium ſæpius reperitur ut ſi quis tradat rem ſuam alteri. per ipſum actum ipſe priuatur, & alium facit dominum. Ita per hanc proteſtationem ipſe conſtituitur in mora, & facit in debitore ceſſare moram. Vel quartò potes dicere quòd proteſtatio tantummodo facit quòd debitor deſinit eſſe in mora; quia in eo ceſſat negligentia. ſed creditor poſteà conſtituitur in mora per oblationẽ factam à debitore non per proteſtationem, dicta leg. ſed ſi alia. ff. de conſti. pecunia. & hęc quando nulla cauſa fuit allegata uel non probabilis. Sin autem creditor allegaſſet iuſtam cauſam:quia ipſe nellet ſoluere cum damno creditoris non congruo loco & tempore,tunc proteſtatio utilis eſt ipſi creditori, & operatur cõtrarios effectus: quia ipſe debitor confirmatur in mora, ſi in ea erat, & creditor acquirit maius ius ex proteſtatione,non autem ipſe conſtitur in mora, ut in dicta l. ſed & ſi alia.quos effectus & ipſe Bar. debuiſſet ponere. ſed tamen: quia cognouit materiam eſſe ualde latam,ideo ſe remiſit,cum una pars tractetur in l. ſi inſulã. ff. de uerborum obligationibus, & alia in leg. quod te. ff. ſi certum petatur cum ſuis concordantibus.

140 Secunda eſt concluſio in caſu diuerſo† quando tertius proteſtando uult prohibere debitorem ne ſoluat ſuo creditori. & tunc ſi hoc facit ſine iuſta cauſa, talis proteſtatio nihil operatur,per l. Papinianus.§. ſi quis prohibuerit. ff. de Publiciana actione ſecũdum unam literam, ubiprocurator conſtitutus ad alienandum,poſtquàm nendidit fuit prohibitus ne traderet, ſed ipſe ſpreta proteſtatione tradidit, & dicitur ibi quòd tranſtulit dominium, & ipſi emptori competit Publiciana, & utriquè contra mandantem competit actio mandati: quia cum procurator legitimè uendidiſſet nulla cauſa erat quòd poſſet prohiberi. ideo non operatur impedimentum in traditione. ad idem allegat tex. in l. utrum.in fin. ff. de conſti. pecu.ubi debitor non poteſt prohibere conſtituentem ne ſoluat, quàmuis ipſe teneatur reſtituere pecuniam eidem: quia ipſe iam erat obligatus. ad idem allegat glo. in l. ſi fideiuſſor. ff. de fideiuſſoribus. Nam tex. ibi loquitur in proteſtatione incitatoria, tamen glo.ibi dicit quòd de contrario ſi fideiuſſor proteſtatur creditori ne ſoluat reo,& dicit quòd eſt quæſtio ſabbatina, tamen Bar. ibi diſtinguit, ſi non eſt iuſta cauſa,proteſtatio non ualet: ſecus ſi eſt iuſta cauſa, & facit glo. in l.grege. ff. de fideiuſſo. cum adductis hic per Iaſ. & rationem aſsignat Bar. quia poſtquàm actio eſt data & contractus perfectus, non poteſt quis cum proteſtatione ſua auferre ſine cauſa actionem ſuã creditori, ideo

nihil operatur.tex. tamen in dicta l. Papinia-
nus , uidetur probare contrarium ſecundum
alium intellectum perquem determinatur, ꝙ
tunc procurator tradendo non tranſtulit uerũ
dominium , ſed tantummodo transfertur qua-
ſi dominium quod emptori acquirit Publicia-
nam actionem ut poſſit uſucapere: ſed tamen
tu dicas quòd adhuc probat ex eo:quia ſi domi
nium uerũ non fuit tranſlatũ,preceſſit: quia re
uocata fuit procura & ceſſauit animus domini.
Vnde ſine uoluntate Domini non potuit tranſ-
ferri , tamen traditio ualuit, & cauſauit iuſtum
titulum , & acquiſitionem in poſſeſſionem , ut
per eam cum bona fide poſſit uſucapere,ita-
quòd proteſtatio non fuit operata effectum pro
hibitionis ex intentione domini .

Vnde concluſio remanet uera . & eam infe-
141 runt docto. hic ad aliam quæſtionem.†Quid ſi
ſcholaris mandauit amico ut ſuos libros uende
ret , qui uendidit ad tempus , mandans poſteà
proteſtatus fuit emptori quòd non ſolueret
pretium procuratori uendenti , ſed retineret :
quia ipſe cito ueniet ad locum & eam exiget ,
tamen emptor uenditori pecuniam ſoluit ſpre
ta proteſtatione, unde dubium eſt an fuerit li-
beratus , & per prædicta uidetur quod ſit libe-
ratus : quia in emptione pecuniam ei promiſe-
rat , & ei erat obligatus per dictam l.emptor.
de conſtituta pecunia . & facit tex. in leg. uero
procuratori . §. j.de ſolutionibus. ubi ſtipula-
tor non poteſt prohibere debitorē ne adiecto
ſoluat : quia ius eſt ei quæſitum, & ita dicit Ia-
cobus Butr.determinatum fuiſſe . Sed Alberic.
in dicta l. utrum. dicit malè fuiſſe iudicatum :
quia totus contractus fuit factus ex cauſa man
dantis,& potuit mandans facere pactum de nõ
petendo l. emptor.ſupra de pactis . & potuit
reuocare mandatum ne ſoluatur procuratori
ut dicit tex. in dicta l.uero procuratori. §. pri-
mo in primo reſponſo , qui contrariatur ſe-
cundo reſponſo, & facit lex ait prætor . §. ſi
quis particeps.ff.de his quæ in fraudē credito-
rum.& l.uirilis §.ſed ſi adierit.ff.de l.præſtand.

Nec obſtat dicta leg.uero procuratori : quia
illa ſemetipſam ſoluit : quia ibi eſt damnum
debitoris .

Nec obſtat dicta l.Papinianus . quia loqui-
tur de eo quod erat fiendum in damnum reuo-
cantis, hic uerò de eo quod erat fiendum in fa
uorem . Tamen hæc ſolutio non tollit contra-
rium: quia in utroque caſu uerum eſt quòd ob-
ligatus erat debitor procuratori , ſicut in dicta
l. ſi quis prohibuit.erat obligatus procurator ,
quod ſolum conſideratur in dicta l.utrũ. & im
putetur domino quòd non reuocauit manda-
tum in perſona procuratoris. argum.l.etiam.§.
ſi.ff.de peculio. Vnde putarem quòd opinio Al
ber. procedere poſſet quando procurator præ-
ſtauit nudum miniſterium : quia obligatus eſt
emptor ipſi domino licèt ſoluendo procurato
ri liberetur, quaſi ſoluerit domino per miniſte
rium procuratoris . Sed ſi contractus totus eſt
conceptus in perſona procuratoris ut emptor
ei eſſet obligatus atquè etiam ipſe haberet com
moditatem ſoluendi ei , magis quàm domino ,
melior uidetur opinio contraria quòd emptor
ſoluendo procuratori , non obſtante proteſta-
tione fuerit liberatus,niſi reuocauerit manda-
tum notificando utriquè , quo caſu dictus em-
ptor remaueret obligatus procuratori: tamen
haberet exceptionem per tex. in dicta l.uero
procuratori . §. primo in primo reſponſo ,
ideo reſolutio dependet an caſus iſte æqui-
paretur ſecundo reſponſo uel primo reſponſo
dicti . §. primi .

142 Tertia concluſio eſt † quòd ubi proteſtatio
ſit ex iuſta cauſa allegata , quæ tamen non eſt
uera nec ueriſimilis , itaquòd nulla naſcitur
præſumptio quòd interſit ſua , non ſolui talis
proteſtatio nihil operatur : quia uariæ minę
non ſunt attendendæ l. hæc autem.in principio
ff.ſi cui pluſquàm. per l.Falcidiam . ubi ſi quis
proteſtatur hæredi ne ſoluat legata legatarijs :
quia ipſe habet omnia bona uinculata per fidei
commiſſum antiquum , uel uult accuſare teſta-
mentum & annullare ut ſuccedat ab inteſtato ,
tamen nihil uerіſimile allegat , tunc non po-
teſt hæres exigere cautionem à legatarijs de re
ſtituendo , ſi appareat ſoluiſſe plus , uel nullo
modo legata deberi . ſed ſi cauſa eſſet uerіſimi-
lis poſſet exigere cautionem de reſtituendo à
legatarijs, taliter quòd hæc proteſtatio prodeſ
ſet & proteſtanti & hæredi , ut ſibi poſſet pro-
ſpicere exigendo cautionem , & ex illo tex.
colligitur unum generale , quòd non eſt cu-
randum de uanis minis factis leg. metum . C.
quod metus cauſa . cum ſimilibus adductis hię
per Iaſ.

143 Vnde infertur † quòd ſi aliquis petit cautio-
nem ne offendatur ab inimico ſuo,iuxta doctri
nam Bar. in l. qui illicitas . §. ne potentiores .
ff. de officio præſidis & l. qui bona . §. ſi quis
iuſta . infra de damno infecto , quòd tunc pote
rit impetrare ut aduerſarius cogatur præſtarę
cautionem ſi habet probabilem cauſam dubi-
tandi . ſed ſi non proferuntur niſi uanæ minæ
tunc non debet cogi,facit l. ſtipulatio §.Diuus,
ut legatorum nomine caueatur . & l. ſi credito
res . ff.de priuileg. creditorum . & per Fely. in
capitulo primo de officio delegati . homines
enim aliquando iactantur ex uana opinione ,
cap. deinde. 26. diſtinctione ultra medium, &
lubricum linguæ non eſt facile trahendum ad
pœnam l. famoſi . ff. ad l. Iuliam Maieſtatis ,
quæ allegat Alb. in dicta l.hęc autem . & dixit
etiam Cardi.in dicto cap. ſolicitudinem,quòd
ſi aliquis denunciat parochiano ne ſoluat deci
mas ſuo clerico parrochiali nihil operatur :
quia non eſt uerіſimile quòd debeantur in alie
na parrochia cap. ad decimas . de reſtitutione
ſpoliatorum. & ſi tutor proteſtatur ſe uelle mo
uere controuerſiam pupillo non excuſatur à tu

tela niſi doceat de ueriſimili iure ſecundũ Bar. in l.inter ſtipulantem.§.ſcram.ff.de uerbo.obligationibus.facit etiam quod uoluit Bal.in l.fi. col.7.ubi etiã Sal.C.de edicto Diui Hadria.tollendo per l.j.C.de prædijs curialibus.& hic refert,& ſequitur Iaſ. multa alia exempla ponit hic Rubeus, quæ uideas per te ſi placet.

144 Quarta eſt concluſio † quòd quando unus tertius proteſtatur debitori ne ſoluat creditori ſuo,& allegat cauſam iuſtam ueriſimilem, tunc ſi eſt debitum ex ultima uoluntate operatur quòd poteſt ſoluens exigere cautionem,dicta l. hæc autem.ff.ſi cui pluſquàm per legem Falcid. & probatur in l. fi.C. de petitio. hæredita. in primo dicto, quæ loquitur in caſu magis frequenti,quando hæres conuenitur petitione hæreditatis uel fideicommiſſaria hæreditatis petitione,propter quam litem incipit hæres dubitare an ſit hæres,& ideo recuſat uelle ſoluere legatarijs legata relicta,& creditoribus credita eorum,uolens eos ſuſpenſos retinere uſquè ad finem litis. Vnde ne ex hac cauſa creditores incommodum conſequantur, diſponitur quòd ſi legatarij petant, teneantur eis ſoluere legata, non obſtante dubio litis: ſed ſolum poſſit exigere cautionem de reſtituendo in caſu ſuccumbentiæ ipſius hæredis in totum uel pro parte. Sed ſi eſſent creditores ex actu interuiuos,quòd omnimodo teneatur ſoluere eis, etiam nulla præſtita cautione, & ratio eſt: quia quicunque uincat, ſemper creditoribus ſua credita ſolui debent,nec diminui poſſunt, legata uerò poſſunt in totum annullari ſi actor prætendit totã hæreditatem uinculatam,uel quòd in totum annulletur teſtamentum.& ſi uincat pro parte tũc etiam pro parte annullabuntur legata, ideo poterit hæres exigere cautionem de reſtituendo,ſicut igitur ibi hoc ſit ex repugnantia ſolius hæredis, idẽ etiã erit quando ipſe actor proteſtatur hæredi ne ſoluat: quia tunc à legatarijs poterit exigere cautionem, & creditoribus tenebitur in totum ſoluere.

145 Sed tamẽ uidetur ſecundũ Rubeũ hic,† ꝙ hæc differentia Bar. inter legata,& credita inter uiuos non ſit bona: quia poteſt euenire ꝙ legata omnimodò debeãtur,etiã uincẽte actore, ut in caſu poſito in l.hæc autẽ. ff.ſi cui pluſquã per legẽ Fal.ij.reſponſo.Si eueniat ꝙ ſit inſtitutus Titius,& reperiantur duo Titij,& unuſquiſq; credat ſe eſſe hæredem, tunc quicunq; eorũ uincat eadem legata æqualiter debebuntur. Similiter ſi omnia bona teſtatoris ſint ex fideicommiſſo antiquo prohibita alienari, creditores inter uiuos nihil exigere poterunt, ſtante hæreditate non ſoluendo.Vnde poteſt eſſe quòd uincente hærede,debita non ſint ſoluenda, unde æquum eſt & in eis ut cautio de reſtituendo præſtetur, & ita tenet hic Rubeus.Sed tamen uidetur ꝙ de directò oppugnet diſtinctionem Iuſtiniani,uerbis claris poſitam in d.l.fi.ſed tamen poteſt reſponderi defendendo,ꝙ diſtinctio poſita ibi p Iuſtinianum fuit poſita habito reſpectu ad ea quæ communiter accidunt, cum regulariter legata per litem motam alterentur, credita uerò plerunque eadem remaneant quicunque uincat; tamen non negat quin ſi eadem eſſet ratio in utroq; credito,quin eadem eſſet diſpoſitio. ideò tu potes omnia reſoluendo aliter dicere, quòd aut per litem motam legata uel credita ſunt æqualiter debenda ſine aliqua alteratione, & tunc proteſtatio nihil operatur,& omnimodò erunt ſoluenda: ſin autem legata & credita inter uiuos ueniunt alteranda ſi actor uiueret,& tunc operabitur,ut hæres ſoluendo poſſit exigere cautionem,ut ſibi reſtituantur quatenus plus ſoluerit in caſu ſuccumbentiæ, nulla facta diſtinctione an debeantur ex ultima uoluntate uel interuiuos.

Nec obſtat d.l.fi.quia Iuſtinianus poſuit illã diſtinctionẽ habito reſpectu ad ea quæ frequẽtius accidunt,& ita debẽt ſubaudiri uerba Bar. hic quæ indiminuta ſunt & obſcura,& declarari d.l.fi. Sed contra totam cõcluſionẽ facit tex. in l.ita tamen.§.quoties.ff.ad Trebel.& leg. qui cum hærede.ff.de actio.& obligat.& l.ij.ff.de exceptione rei iudicatæ. ubi mota controuerſia per filiũ, qui accepit contra tabulas, hæres ſcriptus non tenetur pendente lite,ad præſtandum legata;Reſpondet Pau.de Caſt.in l.in fraudem. C.de legatis, quòd illa iura procedunt uolente hærede,qui habebat electionem uel ſoluere recepta cautione,uel per exceptionem ſe defendere, donec eſſet finita lis, & ſuadetur per tex.in l.cum hæreditas. in fi. ff. ad Trebellianum ubi eſt ſpeciale ꝙ in actionibus tempore perituris hæres poſſit cogi ſoluere: ergo in alijs uidetur quòd nõ poſſit cogi ſoluere,& ſic uidetur quòd deciſio Iuſtiniani non ſit perfecta. ſed reſolutio eſt ꝙ d.l.fi.correxit omnia dicta iura diſponendo quòd indiſtinctè legata debeant ſolui præſtita cautione.

Secundò reſpondebat Rubeus ꝙ quando filius petebat contra tabulas hæres non tenebatur ſoluere per dicta iura, ſed ubicunque erat quæſtio falſi tunc poterat hæres ſoluere recepta dicta cautione,d.l.hæc autẽ. tamen hæc ſolutio, eſt imperfecta:quia licet uideatur conuenire dictis primis iuribus,tamen uidetur eſſe uiolatiua ad dictã l.hæc autẽ. & l.apud. ff. de iure fiſci. Vnde uidetur dicendum ꝙ dicta lex hæc autẽ, habebat locũ antequã eſſet cæptum iudiciũ, & ſolæ erant minæ: ſed poſtquàm erat inceptũ iudiciũ hæres habebat arbitriũ, ut dicebat Paul. de Caſt.tamen hodie iſtæ diuerſitates fuere ſublatæ per Iuſtinianũ,& data fuit noua diſtinctio corrigendo dicta iura,per dictam l.fi. quæ & ipſa imperfecta fuit & declarari debet ut ſupra.

146 Quinta eſt concluſio † ꝙ quando proteſtatio ſit debitori,& allegatur iuſta cauſa, & demonſtratur uera oſtendendo inſtrumenta, ꝙ tunc operatur effectum, ut non poſſit ſoluere,& ſoluendo,malè ſoluat dicto creditori,per l. nomẽ

C. quæ res pignori obligari poſſunt, & ſequun
tur commmuniter docto. Tamen dubium eſt
quando dicatur probata cauſa, Bar. hic tenet
quòd ſufficiat alternatiuè unum de duobus, uel
quòd ei legat inſtrumentum auctenticum, uel
dimittat copiam per dictam clem. cauſam. de
electione, quæ in hoc propoſito ſemper alle-
gatur. & idem tenuit ipſemet in l. j. in. xj. quæ
ſtio. ſupra eodem. ſed tamen in contrarium
facit doctrina eiuſdem in l. quod te. col. fin. &
clarius in repetitione. ff. ſi certum petatur qui
dixit quòd ſi datur copia alicui non dicitur le-
gitimè inſtructus: quia non tenetur ei crede-
re: quia copia non facit plenam fidem. auct. ſi
quis in aliquo. C. de edendo. Vnde dixit quòd
ſi quis uidit copiam teſtium examinatorum,
non dicitur didiciſſe teſtificata: quia non tene
batur credere illi copiæ proceſſus. Vnde dicit
quòd ad certificandum aliquem, & ut debitor
incidat in moram, oportet quòd oſtendatur
inſtrumentum auctenticum & dimittatur co-
pia ſi petatur, iux. formam poſitam in dicta
clementiua cauſam. Areti. in dicta leg. ſi ex
legati cauſa, perpendens hanc contrarietatem
dicebat quòd ſi incipit à lectura inſtrumenti te
netur dare copiam. ſed ſi incipit à datione co
piæ unum ſufficit, argumento no. per glo. in l.
j. §. in amittenda. ff. de acquirenda poſſeſſio.
& leg. potuit. C. de iur. delib. Nam per ſolam
lecturam non poteſt deliberare an uelit cede-
re uel contendere, argum. l. j. in princip. & in.
§. edere. ſupra de edendo. & l. de pupillo. §. qui
procuratorio. ſecundum intellectum Bar. ſupra
eodem dummodo petatur, & per Hermano-
tium in dicta l. j. ſupra. eodem. in. xj. quæſtio.
Sed tamen per hanc diſtinctionem non eſt ſub-
latum contrarium: quia per ſolam copiam non
dicitur certificatus cum ei non teneatur crede
147 re. Vnde ego puto aliam opinionem uiorem †
ut etiam dixi in dicta xj. quæſtione quòd ſit ne
ceſſarium utrunque, ut primò legatur inſtru-
mentum auctenticum cui tenebitur præſtare fi-
dem, & poſteà etiam dimittatur copia ſi pe-
tatur, ut copulatiuè dixit dicta clementina
cauſam. ſed ſi non petatur ſufficeret lectura
inſtrumenti. Sed nunquàm ſufficeret ſola da-
tio copiæ, facta autem plena fide tunc proteſta
tio ualet, ut prohibitus ſit ſoluere, & ſoluendo
malè ſoluat.

Limitabat tamen Nicolaus de Neapoli &
Ang. in l. hæres qui debuerat. ff. ad Trebellianũ
148 non procedere † quando ille proteſtatus offer-
ret cautionem de ſeruando indemnem: quia nõ
obſtẽte proteſtatione poteſt ſoluere ſuo credito
ri, per l. is à quo. cum lege ſequenti. ff. rei uendi
catione & l. pen. C. de poſit Bar. in l. nam & ſi
fur. in ſi. ff. ff. ſi cert. peta. & Inno. in cap. ſane. ad
finem de officio delegati. & hic Iaſ. ſed ſi credi
tor primus faceret proteſtationem debitori, ne
ſoluat ceſſionario, ſed ſibi, & offert cautionem
de indemnitate, tunc debitor potius debet
ei ſoluere, cum directò ſit eius debitor, dummo
do ille creditor allegaret iuſtã cauſam, potuit
enim eſſe ꝙ allegaret pignorãtionem fuiſſe fa-
ctam, & ꝙ debitor uellet ſe defẽdere ab illa ceſ
ſione, & tunc præſtabitur cautio de conſeruan-
do indemnẽ, quæ ſatiſdatio poteſt offerri ut di-
ctum fuit à creditore atq; etiã à creditore ſi prę
tenderetur pignorantionem non rectè factã, uel
ceſſionẽ nullã fuiſſe. Videtur tamẽ ꝙ dicta iura
non ſint in terminis: quia loquuntur in caſu du
bio. Bar. autẽ loquitur in caſu claro, quando cau
ſa uera legitimè ſit demonſtrata: propterea ſtan
tibus dictis terminis non uidetur ꝙ debeat au-
dirì de danda cautione, per dictam l. hæc autẽ.
ſi cui pluſquàm per legem Falcidiam. Vnde
oportebit quòd tunc creditor compareat, & fa
ciat ſuam inhibitionem debitori, ne ſoluat ceſ
ſionario, & ita res efficiatur dubia. Vnde hæc li
mitatio magis congruit ſequenti caſui.

148 Secundò † limitatur & melius non procede-
re in debitore ex cauſa depoſiti facti, qui non
debet parere, ſed debet omnimodò reſtituere
deponenti l. penultima. cum auct. ibi poſita
item prædicta procedunt quantum ad proteſta
tionis effectum: ſed quantum ad probationem
plenam non ſufficit oſtendere inſtrumentum,
ſed eſt opus illud producere in actis, & quòd au
ctoritate iudicis fiat poſteà copia, quæ rema-
neat in proceſſu, & detur partibus cum termino
ad opponendum ut per Bar. in extrauaganti
ad reprimendum in uerbo. de plano. per tex. in
l. ſi. ubi Bal. & Saly. C. de fid. inſtrumen. ut hic
per Iaſ. Similiter ſecus erit ubicunque eſſet præ
ſumptio, inſtrumentum auctenticum eſſe pe-
nes proteſtatum: quia tunc non eſt opus oſtende
re illud. Bal. in l. ſi legatum per illum tex. ff. de
edendo & Iaſ. & Hermano. hic.

149 Sexta eſt concluſio † quòd quando proteſta-
tio ſit debitori ne ſoluat, ſeu non faciat quod
debet, & allegatur cauſa uera & rationabilis, ta
men ueritas non demonſtratur per inſtrumen
tum, ſed illa ſit per auctoritatem iudicis, tunc
denuntiatio ualet, & ei debet parere, per l. ſi. ff.
de legẽ commiſſor. & ratio eſt: quia pro facto
iudicis præſumitur. cap. in præſentia. de renun-
tiatione. & in c. in præſentia. de probationi. l. ij.
uerſi. non arbitraturus. C. de officio ciuiliũ iudi
cum. & l. ſi. in uerbo non putamus. C. de fid. inſt.
cap. ſicut. de re iudicata cap. contingit. de fide
inſtrumento. plenè per Abb. & Decium in cap.
quoniam contra. de probationibus. Et ſequun-
150 tur hic communiter docto. † dicentes cautelam
eſſe ut ſemper proteſtatio fiat per auctoritatem
iudicis, tam in hoc caſu quàm in multis alijs in
fra dicendis in tota materia, ſecũdum Imol. hic
Alex. in l. de pupillo. §. qui procuratori. ſup. eo.
& hic Iaſ. per dictam l. ſi. intelligendo quòd ibi
proteſtatio fuit facta per officialem fiſci, qui
habet iuriſdictionem, ut Bar. dixit in dicta l.
finali. firmat Iaſ. per ſimile: quia ſi debitor
iurauit ſoluere in certa die, ante diem
ſit con-

ſit condemnatus licèt non debeat fieri confiſca
tio bonorum, nec ſit facta: tamen ſi fiſcus denun
tiat debitori ne ſoluat debet ei parere ut uoluit
Ioannes Andreæ & Butrius in cap. ſignificauit.
de cenſibus. & Archidiaconus. in cap. dixit. quar
ta. quæſtio. 5. & Ioannes Andreæ in additioni-
bus Speculi. in tit. de ſolutionibus. §. nunc ali-
qua. uerſ. nunc autem. Sed aduertatur: quia Bar.
præſupponit quòd requiratur allegatio cauſæ,
quæ ſit uera, licèt non probetur: tamen in con-
trarium uidetur nec etiam eam eſſe allegandã,
ſecundum Fely. in cap. cum. M. Ferrarienſ. de
conſtitutionibus. in 5. concluſione, eo: quia in
iudice præſumitur cauſa, dicto cap. ſicut cum
concorda. ſed Claudius hic & Hermano. tenent
opinionem Bar. quia præceptum iudicis ſine
cauſa, non ualet regulariter, ut per Bar. in l. fi-
lius familiás. §. diui. ff. de leg. j. & hoc præceptũ
ſine cauſa eſt euidenter iniquum, & in dicta l. fi.
cauſa erat allegata ut fiſco ſatisfaceret interim,
tamen quòd ſi præhabita eſſet cauſæ cognitio
ſufficiens uel aliqualis, & diceretur ex iuſtis &
rationabilibus cauſis, non exprimendo ſpecia-
lem poſſet ſufficere donec compareret, & pete-
ret cauſam ſpecialem allegari propter præſum
ptionem quæ eſt pro iudice. & contraria proce
dunt in præcepto præciſo & diffinitiuo, non in
proteſtatione. facit tex. ille, & tex. in dicta l. fi.
quòd ſi emphyteuta proteſtatus ne ſoluat ca-
nonem cum cauſa allegata, ſi non ſoluat, non
incidit in commiſſum: quia ceſſat dolus & cul-
pa. ſicut nec incidit in pœnam legis commiſ-
ſoriæ. Videtur tamen quòd dicta lex finalis nõ
probet de auctoritate iudicis: quia de hoc ibi
nullum uerbum eſt poſitum, & ibi fiſcus tanquã
pars fecit proteſtationem & ſuadetur: quia tex.
præſupponit quòd non perſeuerauit fiſcus in
dicta præſumptione, cum poſteà ſe obtulerit
ad iterum ſoluendum mulieri: tamen intelle-
ctus communis uidetur magis probabilis: quia
ibi non dubitatur de ualiditate proteſtationis:
unde uidetur quòd fuerit ſolenniter facta.
Sed non poteſt dici quòd ibi cauſa fuerit plenè
probata: quia illa habuiſſet plenum effectum,
unde uidetur quòd ſit neceſſarium dicere, quòd
ibi ſine probatione cauſæ facta fuerit auctori-
tate iudicis, & ita probat præfatam concluſio-
nem, & multas alias infra dicendas.

151 Septima eſt concluſio † quòd proteſtationi fa-
ctæ ſine cauſa á priuato non eſt credendum, ne-
què ullum effectum operatur, nec debitor pro-
teſtatus tenetur ei credere l. j. §. fi. cum l. ſeq. ff.
quod cum falſo tuto. cum requiratur notifica-
tio, & certioratio cauſæ: quia paria ſunt non eſ-
ſe, uel non apparere l. duo ſunt Titij. de teſtamẽ
taria tutela, & nemo tenetur credere aſſertio-
ni alterius, niſi ipſi de eo quod dicit probatio
fiat & poteſt ſemper bona fide non credere, d. l.
ij. ff. quod cum falſo tuto. & confirmat Iaſ. per
doctrinam Bar. in l. j. in prin. ff. de eo per quem
factum fuerit, & in l. quidam decedens. §. fin. ff.
de adminiſtratio. tutorum. & quod tenuit Spe-
culator in tit. de citatione. §. ſequitur. poſt prin
cipium, uolentes quòd non tenetur quis crede-
re aſſerenti ſe appellaſſe, niſi oſtendatur inſtru-
mẽtum appellationis, & Archidiaconus in cap.
quam magnum. 23. quæſt. 4. & Speculator in tit.
de appellatio. § qualiter. uerſi. cautus ſit. col. ij.
& Anchar. conſ. 361. pro declaratione. Per qua
tuor exempla in dictis locis contenta, & hic re
152 fert Iaſ. Fallit ſecundũ Bar. † niſi proteſtatio de
eo quod principaliter reſpicit proteſtantem, ut
ſi principalis proteſtetur fideiuſſori ne ſoluat:
quia habet exceptionem. Nam tunc licet non
probet quòd eſt tutus dicta exceptione, tenetur
tamen ei credere, & ſi conueniatur á credito-
re debet eam opponere antequàm ſoluat, alio-
quin malè diceretur ſoluiſſe, cum in his quæ per
tinent ad proteſtantem debet cogitare quòd
ipſe eſt magis informatus de iuribus ſuis quã
ipſe ſit. Vnde tenetur eam opponere, & interim
non ſoluere l. ſi fideiuſſor. in fin. principij ſupra
mandati. ibi, potuit enim, quæ allegatio prode
rit ei ſi poſtea reus eam probauerit: ſed ſi non
probaret tunc poſſet bonam fidem agnoſcere, &
ſolutionem facere: arg. dictæ l. ſi fideiuſſor. in
prin. Secundò fallit in nunciatione noui operis
& in prohibitione cauſante interdictum quod
ui aut clam, quæ habent ſui ſpecialem formam,
ut ſufficiat prohibere ſimpliciter, & ſi petatur
cauſa ſufficiat eam allegare ut dictum fuit in l.
j. in j. quæſt. ſupra eodem. & interim habebit li-
gatas manus donec poſteà iudicialiter in cau-
ſa principali probabitur: quoniam per legem
aliud remedium fuit tributum, ut poſſit præ-
ſtando ſatiſdationem petere remiſſionem ex ſo
la allegatione ſuæ cauſæ, licet non probatæ, di
cta l. prætor. §. deinde. ſupra eodem.

153 Reaſſumas igitur & dicas † quòd proteſtatio
ſine cauſa non ualet, regulariter ampliatur pro
cedere etiã ꝙ ſit allegata cauſa & non ueriſimi
lis. Secundò etiam ꝙ ſit allegata & ueriſimilis
& non probata. Limitatur quãdo creditor pro
teſtatur cum cauſa. Limitatur quãdo allegatur
cauſa ueriſimilis, per quam annullaretur debi-
tum. Limitatur quãdo cauſa uera legitimè pro
batur. Limitatur quãdo fit auctoritate iudicis.
Limitatur in nunciatione. Limitatur quando
debitor denunciat ſuo fideiuſſori. Limitatur
quando creditor cum cauſa proteſtatur debito
ri ne ſoluat iuxta l. qui decem. ff. de ſolutioni-
bus. & hæc poſuit Bar. ad declarandum quomo
do poſſit fieri proteſtatio ſeu qualiter.

154 Quærit ſubſequenter Bar. † per quos poſſit
fieri hæc proteſtatio, & reſpondet quòd per
principalem, & eius procuratorem ſine dubio,
dummodo ipſe procurator habeat ſpeciale mã
datum: ſed ſi haberet generale poſſet dubitari.
tamen Alex. in l. de pupillo. §. qui procuratorio,
tenet quòd ſufficiat generale mandatum per l.
j. §. fin. ſupra eodem: quia iſte caſus non an-
numeratur inter eos qui requirunt ſpecia-

prohiberi.nam tunc ſufficit habere illam ſcien
tiam per quemcunque qui rem notam faciat,
per tex.in d.l.item ueniunt. §. ſi petitam.uerſi.
quicunque. & ibi Bar.& alij.ff.de petitio.hære
di.ubi mala fides per quemcunque ſcientia ſit
inducta cauſatur in poſſeſſore, & incipiunt cur
rere uſuræ,& mora incurritur re ipſa: quia qui
certus eſt non poteſt bona fide non credere. fal
lit ubicunque eſt magnum præiudicium: quia
tunc non ſufficit negotiorum geſtoris notifica-
tio,ſeu prohibitio per l.eum ſatis. §. pen.in uer
bo per ſe uel per procuratorem.C.de agrico. &
cenſit.& hic per.Iaſ.poſt Areti.in dicta l. ſi ſer-
uum. §. ſequitur.ff.de uerborum. obligationi.
Rubeus tamen dicit quòd ille tex. loquitur de
proteſtatione certificatoria: quia proteſtatio
certificatoria poteſt fieri per negotiorum ge-
ſtorem,etiam quòd incidat in pœnam. per di-
ctum. §. petitam.uerſi. quicunque. Item intima
tio procuratoris poteſt fieri per negotiorum
geſtorem,Domini de Rota dec.12. in antiquis
quæ reſponſio concludit contrarium quòd imò
poſſit fieri proteſtatio per negotiorum geſtorē
etiam in præiudicialibus ſi agitur de ſcientia,&
d.l.eum ſatis.loquatur de negotiorum geſtore
ipſemet etiam multum inuolutè tenet, q nun-
quàm poſſit fieri proteſtatio per negotiorũ ge
ſtorem.Mihi autem uidetur quòd quãdo requi
ritur certioratio etiam poſſit fieri per negotio
tum geſtorem,ſi eam legitimè faciat allegãdo
iuſtam cauſam,& neranı,& eam demonſtrando
per inſtrumentũ publicũ: quia cum conſtat de
pleno iure domini quilibet uidetur habilis ad
faciendum illam certiorationem. dũmodo præ
158 ſtet cautionem de rato. Quare reſoluendo di-
cas, aut tractatur de ſola certificatione, & illa
poteſt fieri per quemcunque ut ſequantur om-
nes effectus qui propter ſcientiam incurruntur.
aut loquimur de proteſtatione,& tunc illa non
poteſt fieri niſi ab eo qui habet ius mouendi
actionem ad finem, ut ualeat iure proteſtatio-
nis.& ſi fieret per negotiorum geſtorem uale-
ret quantum ad effectum inducendi ſcientiã &
producendi effectus ſcientiæ: ſed non ualeret
quantum ad effectum inducendi prohibitionẽ
cum effectibus prohibitionis,niſi in prohibitio
ne quæ fit per interdictum quod ui aut clam, &
niſi præſtaretur cautio de rato, & ſeruando in-
demnem d.l.qui abſentem.de procurato.
159 Item dubitatur quid de coniuncto an poſſit
facere hanc proteſtationem inhibitoriam,Paul.
de Caſtro in dicto. §. qui procuratorio, uide-
tur tenere quòd ſic,Anchar.in conſ. 76. factum
ſuper quo,& Bal.in dicta l. qui abſentem.ff. de
procurato. ſed in contrarium uidetur doctrina
eiuſdem Bal.in l.tutor urgenti. ff. de minorib.
& Fely.in dicto cap.cum. M.Ferrarien.in ſepti
ma concluſione.Rubeus uerò tenet primam opi
nionem, quòd imò coiunctus admittatur: quia
tex.in dicta l.tutor urgentibus, quando cuniun
ctus erat datus tutor, alter coniunctus, nihil
amplius habebat.Vel ſecundo ibi mater non al
legabat cauſam ueram nec probabat. Sed ma-
gis in contrarium facit quod dictum fuit de ne
gotiorum geſtore,qui ſecundum docto.non po
teſt proteſtari. Rubeus hic non uidetur ſe reſol
uere. ſed tu teneas quòd admittitur in illis caſi
bus in quibus poſſit ipſe coniunctus mouere
actionem præſtita cautione de rato: quia tunc
æquiparatur procuratori, alioquin.
160 Quærit etiam Bar. quid è contra,an procura
tori poſſit fieri proteſtatio prohibitoria,& cõ
cludit quòd non: quia dominus debet prohi-
beri & certificari,cum ipſe debeat gerere actũ. 161
Fallit in caſibus in quibus ſciẽtia procuratoris
nocet domino. l.procuratoris. in princ. ff. de
tributo.actione.& l.apud Celſum §.quæſitum.ff.
de exceptione doli & habetur in l. 3. §. ſi pro-
curator. ff. quod quiſque iuris. Quam tamen li-
mitationem ſublimitat hic Iaſ. in tribus caſi-
bus, quibus nec etiam poteſt fieri procuratori
etiam generali. Primus quando lex requireret
quòd proteſtatio deueniret ad plenam notitiã
domini,glo.in clem.cauſam.in uerbo appella-
tum.de electio.quam reputant ſingularē.Rom.
& Alex.hic.& ibidem Card.in. §. intimatio. ſe-
cunda quæſt. Secundò ſublimitat quando po-
teſt haberi copia domini: quia tunc procurato
ri fieri non poteſt per tex.in l.aut qui aliter.§ &
ſi forte infra quod ui aut clam, inducendo ut
hic per eum. Sed Rub.dicit quòd Bar.loquitur
quando ſcientia procuratoris nocet domino,
quòd nihil eſt: quia hoc non ignorauit Iaſ.
unde limitationem ſuam per illum tex. & eam
etiam poſuit Bar.infra in pe.col,uerſi. quarto.
Non obſtat tex. in dicta l.ſi dictum.§.ſi præ-
ſente ff. de euictionibus: quia ſemetipſum ſol-
uit: quoniam ibi dominus erat præſens & ſcies.
Vnde faciendo procuratori, uidetur etiam eã
facere domino,& nemo negat quòd in præſen-
tia domini non poſſit fieri procuratori, ut utri
què uideatur facta.Tertiò ſublimita ubicunque
proteſtatio cauſat uitium animi ut quis efficia
tur malæ fidei poſſeſſor. dicta l. item ueniunt.
§. ſi petita. ff. de petitio, hæreditat. & eſt ra-
tio: quia ſcientia procuratoris non poteſt
facere, quòd ipſe dominus ſit in mala fide.Sed
tamen uidetur in contrarium.tex.in dicto.§.pe
titam, qui dicit quòd imò poteſt fieri procura
tori: ſed tu reſponde quòd tex. ulterius proce
dit ſi poſteà ille procurator notificauit domi-
no,ita quòd uerum ſit quòd dominus habuerit
ſcientiam,& tunc nihil repugnat. Vnde ſeque-
tur quòd uitium animi non erit in domino, ni
ſi ab eo die quo procurator eidem renuntiauit:
ſed tamen Iaſ. per iſtas limitationes non decla
rauit principalem concluſionem quæ eſt quòd
proteſtatio poteſt fieri procuratori, Vnde tu
dicas quòd ſi negotium erat agendum per do-
minũ tunc ſoli domino poteſt fieri proteſtatio.
uel ſi fiat procuratori oportet quòd renuntia-
uerit domino,quoniam ſi ipſe eſt facturus actũ

non poteſt dici prohibitus, niſi ipſe ſciat ſe prohibitum ut faciendo incurrat in pœnam. Sed ſi actus totus erat gerendus per procuratorem quod contingit io procuratore generali qui exigit & ſoluit debita, & tunc proteſtatio poterit fieri procuratori, & præiudicabit domino: quia ipſe erat negotium facturus, & ita procedit tex. in dicto. §. quæſitum. ff. de exceprio. doli dum dicit ꝙ iu procuratore generali dominus tenetur de omni dolo, & etiam procedit tex. in d. l. procuratoris. de exercito. actio. quæ nota.

Alia eſt concluſio Bar. † quòd proteſtatio
161 debet fieri antequàm actus celebretur l. ſi pecuniam. §. ſi quis. ff. de condi. ob cauſam, ubi qui dedit decem ut emat ſeruum, & manumittat antequàm emat, poteſt prohiberi totum, poſtquã emit oon poteſt prohiberi niſi manumittat, & ſi manumiſit ampliusnon poſſit prohiberi: quia poſtquam actus eſt perfectus non tractatur de prohibitione: ſed de reuocatione l. ſi mandaſſẽ. ſupra mandati. facit tex. io capitulo conſulti. in uerbo proteſtatur. de regulari. & glo. in uerbo iu coocubinam. in uerbo cum teſtatione, de concubinis, & in l. penul. in uerbo denunciatione. ff. pro emptore. Bar. & ſcribentes io leg. ſi ita ſcriptum. ff. de leg. j. quę concluſio procedit generaliter ſiue quando fit circa factum proteſtati. l. fi. C. de neg. geſt. ſiue circa factum proteſtantis & alterius l. perfectã C. de donatio. quæ ſub modo. Et ampliatur procedere etiam, quando actus eſt inceptus & oondum perfectus l. contractus. de fide inſtrumentorum. conionctã d. l. perfectam: quia paria ſunt aliquid fieri in ipſo actu uel fieri ante actum l. lecta. uerſ. dicebã. ff. ſi cert. petat. & l. petens. C. de pact. ſed non poſt actum perfectum: quia quando tractatur de reuocatione actus, non ſuot paria aliquid fieri in actu & poſt actum, & ſi habet actus tractum ſucceſſiuum, & dependeat à conſenſu abſentis poteſt fieri antequàm perficiatur per ipſum conſenſum l. j. filius familiãs. ff. ad Macedoni. ſecundum Rubeum hic: quàmuis non ita declaret, & ſubdit Claud. quòd quando tempus eſt indeterminatum procedunt prædicta. ſed ſi tempus eſt determinatum uſquè ad quod, tuoc ſecundũ propoſitum omne tempus eſt liberum, uſque ad præfixionem impoſitã ut io interruptione præſcriptionis, quæ poteſt fieri uſque ad ultimam diem præfixam l. ut perſectius. C. de annal. exceptio. & in primo fatali cap. ex ratione. cũ ibi. no. de appellationib. ſi uerò tempus non eſt præfixum: ſed eſt totum liberum: quia poteſt irreuocabiliter labi per ſingula momenta, tunc debet fieri ante, in tantum quòd commodè actus poſſit explicari, nec reſtituitur tempus lapſum ut in quadriennio dato ad petendam reſtitutiooem, l. fi. cum ibi. no. ſup. de minoribus, & in ſecundo fatali ut no. in dicto cap. ex ratione. ut per Claudium & Rubeum hic. ſed tu clarius dicas ut ſupra quòd poteſt fieri, uſquè quo actus ſit perfectus, cum interruptio præſcriptionis non perficiatur, niſi per ultimũ momentum, & lapſus fatalium noo dicatur ſecutus niſi poſt ultimum momentum. & hæc de primo capite.

162 Secundum † eſt caput huius proteſtationis inhibitoriæ, quando proteſtans intendit prohibere aliquid fieri, quod proteſtatus tenetur non facere, & exemplom eſt in delictis, quę ſecundũ leges aliqois tenetur non facere. in quo Bar. diſtinguit. aut nullam cauſam habet credendi ſe poſſe facere, & tunc proteſtatio inhibitoria ualet, & ille tenetur oon facere. ſi uerò habet iuſtã cauſã credendi ſe poſſe facere, & tunc proteſtatio non ualet niſi ſit certioratus quòd illa ſua cauſa credendi non eſt uera, & de primo dicto Bar. poſuit exemplum in prohibitione quæ fit ad cauſandum interdictum quod ui aut clã, & de ſecundo dicto ponit exemplũ in delictis quãdo quis uult interficere latrooes in caſu permiſſo uel noo permiſſo, per quæ duo exempla licèt intentionem ſuam explicet generaliter, tamen in exemplis per eum poſitis nullam ponit perfectam deciſionem, cum in prohibitione ne quis ædificet non decidat, quid iuris ſit quãdo prohibens prohiberetur eum qui haberet iuſtã cauſam ædificandi, an prohibitio ualeat, nequè determinat ſi aliquis prohiberet aliquem interficere hominem quãdo oullam cauſam haberet ſe poſſe facere, & propterea ut nos habeamus perfectam reſolutionem oportet ut in unoquoquè exemplo utrunque capot conſideremus &
163 reſoluamus. Ideo † prima debet eſſe dubitatio, an quis poſſit prohibere aliquem ædificantem in præiudicium proteſtantis, & Bar. hic determinat, ꝙ ſi oullam habet cauſam ille ædificãdi, ꝙ tunc prohibitio ualet. ſed ſi eueniat quòd prohibitus habeat iuſtam cauſam credendi ſe poſſe ædificare ipſe non determinat an poſſit. imò uidetur præſupponere quòd tunc prohibitio non ualeat niſi pleniſſimè certioratus ſit de cauſa, ut dicit poſteà in exemplo de prohibito occidere latròoes: ſed hæc deciſio in terminis prohibitionis quod ui aut clam non eſt uera: quia licet ipſe prohibitus habeat iuſtam cauſam credendi ſe poſſe ædificare, tamen prohibitio ualet uſi ſciret ſe ædificare io ſuo, & propterea licere ſibi ſecundũ leges ædificare. l. altius. ff. de ſeruitutibus, uel ipſe crederet ſe nullam ſeruitutem debere, uel ſaltem prætendere ſe nullam ſeruitutem debere, & per conſequens nullum præiudicium facere prohibenti, & oihilominus prohibitio ualet: quia parui refert, an ipſe iuſtè, uel ioiuſtè ædificet l. j. §. & parui. ff. quod ui aut clam. & idem ſeruatur io ouociatione l. j. in principio ſupra eodem. & eſt ratio. quia datum fuit remedium ut ille comparendo poſſit petere remiſſionem, & recuperare poteſtatem ædificandi, ſiue iure ſiue iniuria ædificet. l. prætor. §. deinde. cum. §. ſeq. infra. eodem. propterea dicendum eſt, quòd in propoſito diſtioctionis Bar. hoc exẽplũ procedere non poteſt, & fienda.

eſt con-

eſt concluſio cõtra intentionem eiuſdem quòd proteſtatio prohibitoria ne quis ædificet opus ſemper ualet ſiue habeat iuſtam cauſam creden di ſe poſſe ædificare, ſiue nullam habeat, ſiue ſit dubius in tantum quòd nec prohibens eſt obligatus exprimere cauſam prohibendi, niſi petatur, ut per Bar. & omnes in l. prima, in prima quæſtione. ſupra eodem. & procedit ſiue ædificet in ſolo apparenter ſuo, ſiue in alieno l. de pupillo. §. Sextus Pædius, & §. meminiſſe.ſupra eodem. ſufficit enim ſimplex negatio partis, etiam quòd apparerent inſtrumenta clara, quòd nulla ſeruitus deberetur, ut dictum fuit in dicta prima quæſtione:ſolum autem prohibitio uel nunciatio poteſt ſperni, quando notorium eſt ex euidentia facti permanentis, quod prohibens nullam habet poteſtatem prohibendi ut dictum fuit in dicta prima quæſtione, qui caſus non conſideratur hic per Bart. quia tunc non eſſet opus certioratione.

Quare dicas quòd materia prohibitionis quod ui aut clam, & nunciationis noui operis, non poteſt determinari per conſiderationem Bar. hic ſed debet determinari per aliam diſtinctionem poſitam in dicta l. j. & in dicto. §. meminiſſe.ſeparatã ualde à terminis Bar. ideò præſupponas, quòd de quæſtione Bartol. nihil determinatum fuit per dictum exemplum poſitum.

164 Vnde primum† caput ſuæ diſtinctionis tu debes exemplificare alio modo, quando unus proteſtatur alteri ne faciat homicidium,uel ne cõmittat adulterium, uel ne interficiat uxorem ſuam,tunc talis prohibitio ualet: quia eſt ueſtita colore legis prohibentis. nam ſi nullam ipſe habet cauſam, non poteſt ipſe homicidium,uel adulteriũ facere, uel uxorem ſuam interficere, & proteſtatio ualet omninò, & ſeruari debet: quia concordat cum iure communi, ſicut dicunt doct. de pacto nudo, quod continet, id quòd debet fieri, de iure communi, producit actionem: quia ueſtitur colore legis, l. legitimæ. ff. de pactis cum plenè no. in rubri. ff. de

165 uerbo. obligationib. Si uerò † aliquis proteſtaretur ne interficeret transfugas uel latrones,nõ allegata cauſa, proteſtatio nihil ualeret: quia eſſet contra legis diſpoſitionem l. alimenta. C. de neg. geſt. ut probatur in l. non omnes. §. ſi. com ſuis concordantib. ff. de re milit. & latrones, & foriudicatos ex forma ſtatutorum Italiæ, unicuiquè licet interficere, ut per Bar. in l. deficiuot. ff. de cap. diminu. & in hoc caſu etiam Bar. non loquitur. Sinautem eueniat quòd ſit caſus mixtus: ut quia ſint tranſfugæ portantes alios transfugas, uel permittentes portare iuxta dictam legẽ non omnes. §. ſi. uel banitus ſit reſtitutus. & adhuc reſtitutio non eſt declarata, & tunc procedit deciſio Bar hic.

166 Vnde tertius eſt caſus † quando aliquis proteſtatur ne interficiat illum transfugam,qui poteſt ducere alios, uel latronem qui poteſt capere alios, uel bannitum ſeu foriudicatum, qui fuit poſtea reſtitutus. dubium eſt an proteſtatio ualeat,ſaltem ſi allegat iuſtam cauſam, dicendo ſe rebannitum, uel quòd habet ſaluum conductum, uel quòd poteſt conducere latrones uel foriudicatos, & Bar. determinat quòd non ualet hæc proteſtatio: quia non ſufficit aſſignare cauſam. ſed oportet eam probare oſtendendo inſtrumentum ſaluiconductus, uel inſtrumentum quòd ipſe eſt rebannitus,ſeu quòd duxit latrones, quam concluſionem ſequuntur communiter doct. quia non debuit proteſtatus credere ei, cum iam notorium eſſet illos fuiſſe transfugas uel latrones permiſſos à iure interfici, quam opinionem confirmat hic Iaſo. per tex. in cap. ſicut. de ſententia excommunicationis. iuncta glo. per quam notat ibi Abb. quòd nulli delinquenti credendum eſt de abſolutione, niſi oſtendat inſtrumentum abſolutionis. facit tex. cum glo. in cap. propoſuit. in ſi.

167 de clerico excommunicato miniſtra.† Item confirmat per dictum Paul. in conſi. 84. licèt iſta ſit quæſtio determinata per doct. qui uoluit quòd occidens bannitum habentem ſaluum cõductum, ſi non eſt facta legitima fides, non debet puniri pœna homicidij. Idem. & tertiò tenuit Alex. in conſi. 65. attenta diſpoſitione ſtatuti.lib.iij. qui dixit quòd occidens bannitum ex gratia remiſſum, tamen cancellatio nõ erat facta per officiales, de libris cameræ, non debet puniri de homicidio: quia non erat facta plena fides, & ſequitur idem Alex. in leg. filio quem pater. ff. de lib. & poſthumis. Quartò etiam adducit dictum Ioann. Andreæ in addi. Specul. in titulo. de accuſationib. §. primo uer ſi. ſed quid ſi bannitus. & in titulo. de obligatio. & ſolutionib. ſuper rub. ad finem. qui ſimiliter uoluit quòd ſi bannitus deſcriptus in libro publico bannitorum, ſoluit omnem pœnam, & habebat plenam remiſſionem, tamen ſi non erat cancellatus de libro publico, occidens eum non tenetur de homicidio. ſed ſolum tanquam culpabilis poteſt leuius puniri arbitrio iudicis, & ſequitur Ang. & Bal. in l. noſtram. C. de teſtam. Alex. conſ. 77. uiſis dubitationibus tertio uolumine, & Imol. & Alex. in l.huiuſmodi.§. ſi ita cui cũ concord. utrobiq; adductis. ff. de lega. j. Quintò confirmat per dictum Ang. in dicta l. filio quem pater. qui ſimiliter dixit, quòd occidens bannitum per ſententiam iudicis rebannitum, ſi non erat cancellatus de libro publico, non poteſt puniri de homicidio, & refert Iacobum Butrig. & Iacob. de Belniſo idem conſuluiſſe. & ſequitur Ang. in l. ſi duo. ubi latè Roma. ff. de acquir. hereditate Bal. in l. prima ff. de legationib. facit quod uult Bal. in lege Labeo. §. j. ff. de pactis. & in l. de ætate. §. de cauſa. ff. de interrogato. actionibus. & eſt communis opinio, & in practica tenenda.

168 Sed dubitatio remanet† an occidens talem

bannitum debeat abſolui in totum, uel potius leuius puniri tanquàm culpoſus, & Bar. hic tangit, ſed non perfectè reſoluit, incliuat tamen quòd ipſe ſit in culpa: quia qui cum alio contrahit debet ſe informare de conditione illius cum quo contrahit per l. qui cum alio. ff. de reg. iur. & occidens uidetur loco actoris, qui ita ſe informare debet. unde quaudo proteſtatur audiuit proteſtationem quòd eſſet rebannitus, debebat deſiſtere, & ire ad ſe informandum an eſſet uerum, & inquirere libros & alios fidedignos, & non faciendo ipſe dicitur eſſe in culpa. Vnde interueniente culpa dicitur feciſſe homicidium culpoſum, & tenetur ſicut cum culpa interficiens, & hoc idem tenuit Paul. de Caſtro in dicto conſi. 34. in penul. col. aſſerens quod propter talem proteſtationem ſuberat iuſta cauſa inueſtigandi an eſſet rebannitus: arg. l. ſi fundum. C. de rei uendicatio. & l. ait prætor. §. ſi quis particeps. ff. quæ in fraud. credit. & hoc idem tenuerũt omnes docto. ſupra allegati in dictis locis expreſſè decidentes quòd debet puniri leuius propter culpam arbitrio iudicis. ſed non ordinaria pœna homicidij. & eſt ſimiliter communis opinio, & uera, & tenenda, & tu addas quòd hæc pœna non debet eſſe æqualis: ſed augeri uel minus ſecundum qualitatem culpæ. Nam ſi ipſe per multos dies publicè ambulaſſet per ciuitatem, & ſolus debet rationabiliter credere quòd erat rebannitus, uel quòd habebat ſaluumconductum. idem etiam eſſet ſi uidiſſet eum ambulare publicè cum belluarijs, & alijs miniſtris iuſtitiæ deputatis, ad capiendum bannitos, & latrones, debuit iuſtè credere quòd habuiſſet ſaluumconductum, uel remiſſionem. & idem ſi oſtenderet quandã cartam probabilem, licèt non auctenticam, taliter quòd in hoc caſu poſſet dici in lata culpa, & deberet puniri ad relegationem perpetuã uel etiam deportari. Sed ſi nunquàm comparuiſſet in publicum, & ſolum in uia cum reperijſſet eũ, allegaſſet quòd eſſet rebannitus uel haberet ſaluumconductum, & tunc dicitur eſſe in leui culpa, non inquirendo, & ueniret puniendus relegatione ad tempus, & ex alijs ſimilibus cauſis occurrentibus arbitrio iudicis, hæc culpa eſſet augenda uel minuenda, & hæc quando ipſe bannitus allegauit cauſam, & non demonſtrauit. Sed dubitat Iaſ. quid ſi nunquàm fuiſſet rebannitus tamen ab initio non ſeruata debita ſolennitate fuiſſet bannitus, utrum interficiens dicatur eſſe in culpa: quia non ſe informauit quòd nulliter eſſet bannitus, ita quòd debeat etiam puniri de culpa, & ipſe determinat quòd ſic: quia militat ratio l. qui cum alio. ff. de reg. iur. & ll. allegatæ per Bar. non dicunt quòd interuenerit proteſtatio. & facit quòd uoluit Bar. in l. fi. ff. de adul. & Ioann. Andr. in regula quod quis mandato. in mercurialibus, ubi expreſſè decidunt quòd uolens offendere, debet ab initio ſe informare an ritè, & legitimè fuerit bannitus, alias eſt in culpa, quàm concluſionem ego puto ueram ſi defeciſſent ſolennia notoria, ut quòd non fuiſſet publicè citatus in loco ſolito, uel non fuiſſet bannitus publicè per ſonum tubicinis, pro ut ſolet fieri, uel iudex non eſſet deputatus ad cauſas criminales ſimiles, ſed ſi aliqua ſubtilis ſolennitas non fuiſſet ſeruata, per quàm proceſſus poſſet dici nullus, tamen non inquirendo eam non poſſet dici in culpa: quoniam ſi ipſe fuiſſet captus, & opponeret exceptionem quòd proceſſus eſſet nullus, uix per duos menſes auditis aduocatis, iudex ſe poſſet reſoluere, propterea & in hoc caſu multum uerſari debet officium iudicis in inueſtigando an fuerit in culpa.

169 Aliam etiam † cõſiderationem debet habere iudex, quando occidens fuit proteſtatus, & poſſet eum capere, nam tunc in magna culpa dicitur eſſe audita proteſtatione, occidendo eum, & non capiendo, ut uoluit Paul. de Leaza. in clem, prima de re iudica. quia confeſſus qui capitur non poteſt impunè occidi, ſed debet conduci ad iudicem l. libertas. ubi Bald. ff. de ſta. hominum. & l. pupilla. §. ſerui. ff. de uerborum ſignificatio. facit lex. fi. C. de maleſ. & matthema. & mors tunc uidetur data non fauore Reipublicæ, ſed propter odium particulare, & inimicitiam. cap. ſi omnes. ſecunda quæſtione prima. & etiam uidetur quòd ſaltem ſit in culpa lata, quæ in criminalibus æquiparatur dolo. l. lege Cornelia. ff. de ſicar. & ego etiam puto uerum ſi ſine periculo poterat capi, & conduci, tamen raro poterit euenire quòd ſine periculo fugæ poſſit capi, uel etiam uitæ ſuæ, uel cum ſua impenſa: ut per glo. in l. ſatis apertè. C. de falſ. & glo. in auct. de exhibend. & introdu. reis. §. ſiue quidam, & per tex. in l. ſi ſeruus. ubi Bar. C. de his qui ad eccleſ. confugiunt. unde Claudius dicit quòd ante factum, eſt tenenda opinio Pauli de Leaza. ſed poſt factum opinio alia uerior eſt. Sed ego puto opinionem Pauli non procedere niſi quando conſtaret quòd ſine periculo uitæ, & fugę poterat capere, & conducere ad iudicem, alias opinio Imol. uerior ſit, faciunt. no. in l. ut uim. ff. de iuſti. & iur. ubi quando eſt periculum uitæ, licitum eſt aduerſarium interficere etiam non bannitum. ergo fortius bannitum de facto. Tamen euenit quòd quidam bannitus fuerat captus à familia publica, & inimicus eũ uidens interfecit, tunc optimè potuit procedere opinio Pauli de Leaza, & propterea occidens condemnatus fuit ad triremes, & legitimè ex eo: quia tũc nullum periculum erat fugę, neque uitæ propriæ occidentis, propterea, & in hoc caſu etiam multum uerſari debet arbitrium iudicis, quod eſt fundamentum in tota præſenti quæſtione.

170 Tertium eſt caput proteſtationis † prohibitoriæ quando proteſtans intendit prohibere, ut non faciat illud quòd poteſt facere, & non facere,

cere, id eſt, intendit prohibere actum uoluntarium, in quo Bar. diſtinguit, aut prohibetur illud quòd ſola uoluntate proteſtantis ſit illicitum, uel prohibetur illud quod per uoluntate non ſit illicitum: tamen non poteſt ſalua honeſtate proteſtatus parere, aut poteſt ſalua honeſtate parere, & tunc aut nulla iuſta cauſa aſſignatur, aut iuſta cauſa allegatur. & tunc aut eſt de futuro aut de præterito, & ſi de præterito, aut proteſtans non eſt ille cuius principaliter intereſt, aut uerò eſt ille cuius principaliter intereſt, & tunc aut alius uult uti illa proteſtatione aut ipſe, & ſi ipſe proteſtans, aut de iure, aut de lucro certat, uel de damno. Si uerò prohibetur facere quòd poteſt nomine alieno facere, & tunc aut prohibet dominus uel eius procurator ſpecialis, aut prohibet procurator generalis. & ſi generalis, aut allegat iuſtam cauſam, aut non allegat iuſtam cauſam, ut hic latè per eum. ex cuius dictis colliguntur multæ concluſiones.

171 Prima eſt concluſio † quòd quando prohibetur illud quòd ſola uoluntate prohibentis ſit illicitum, & tunc proteſtatio ualet, etiam nulla cauſæ allegatione facta, & ille tenetur parere, l. fi. C. de nego. ge. & l. Diuus. ff. de ſerui. ruſti. prædiorum. & l. iij. ff. de acquir. rerum dominio, quæ concluſio ſine dubio procedit quãdo proteſtatus propter proteſtationem, incidit in delictum ſe immiſcendo. ut per Bar. in l. ſi Stichum. §. fi. ff. de noua. & hic per Herma. tamen etiam procedit ſi ille ſe immiſcendo non incideret in delictum: quia dicta l. fi. non præſupponit negotiorum geſtorem delinquere. Nam dominus per geſtionem negotiorum obligatur ex quaſi contractu ipſi gerenti negotium, qui inducitur ex æquitate, & lex uidetur fingere eius conſenſum interuenire ut habetur in. §. j. inſti. de oblig. quæ ex quaſi contractu naſcuntur, & plenè dixi. in rub. C. de pact. quando autem dominus ꝓteſtatur ne ille ſe immiſceat in negotijs ſuis, tunc conſtat quòd non interuenit eius conſenſus. unde ceſſat præſumptio legis quæ in caſu claro non poteſt habere effectũ. l. continuus. §. cum ita. infra de uerbo. obligatio. Ideò ſtante dicta proteſtatione apparenter notificata, conſtat quòd ceſſat animus, & non inducitur ille quaſi contractus, per conſequens ex geſtione nullam poteſt conſequi actionem ad petendum illud quod ipſe expendit, & ſic actio de qua in dicta l. fi. ceſſat ex ſola contradictione, & proteſtatione. ſi tamen poſteà perſeueraret ſe immiſcendo in negotijs ſpernendo uoluntatem domini tunc poſſet incidere in delictum quaſi committens uiolentiam in rebus alienis, & ex illo delito adhuc conueniri poſſet.

172 Limitatur tamen non procedere † quando actus prohibitus contineret utilitatem Reipublicæ, ut quòd eſſet prohibitus non funerare aliquem iux. formam traditam in l. at ſi quis. §. idem Labeo. ff. de relig. & ſump. funer: quia non minus funerari intereſt, quàm nutrire homines. Ioannes Andre. in cap. Lucius. de foro comp. in. 6. facit dictum Bar. in l. ſi Stichus. ff. de peculio legato. quod tamen intellige niſi allegaret iuſtam cauſam, ut quia eſt excommunicatus, uel uſurarius manifeſtus. cap. quàm uis. de uſur. in 6. uel quia à iudice erat uidendus propter aliquàm probationem iudicialem, uel aliam ſimilem cauſam.

173 Secundò limitatur non procedere † quando pater proteſtaretur ne aliquis mutuaret pecuniam filio ſtudenti in ciuitate aliena: quia proteſtatio non ualeret ſi filius benè ſtuderet, glo. in l. ſed, & Iulianus. §. quid quęram. ff. ad Macedoni. ſecundum Rubeum hic, quod tamen ego intelligo quando forſan dediſſet commiſſionem alicui ut daret quolibet menſe certam pecuniam pro eius expenſis donec maneret in ſtudio, & ſi pater proteſtaretur ne amplius ſolueret, proteſtatio non ualeret, & ſi filius ſtuderet, & laudabiliter pecunias expenderet. Nam cum ipſe iam eſſet obligatus ſoluere, tenebatur ſoluere ſalua honeſtate per ea quæ ſtatim dicemus in ſequenti concluſione: ſed ſi allegaret iuſtam cauſam: quia expenderet in meretricibus, uel in ludis, uel ex alia cauſa non ſtuderet, tunc proteſtatio ualeret, & amplius non teneretur ſoluere, & ſoluendo malè faceret per l. Quintus. ſupra mandati. Sed ſi nulla interueniret commiſſio præcedens facta à patre, & ipſe proteſtaretur ne mutuaret filio ſuo, tunc uideretur quòd proteſtatio indiſtinctè ualeret, mandando extraneo ne ſe intromitteret in expenſis filij ſui: arg. dictæ legis fin. ff. de negot. geſt. & legis Diuus. & arg. leg. fin. C. de cura. furioſi.

Tertiò limitatur non procedere quando infirmus proteſtaretur medico ne aliquid impenderet pro eum ſanando, nã tunc ſine cauſa non ualeret ſecundum Speculatorem in titulo de ſalario. §. fi. uerſi. quid ſi infirmus: quia hæc proteſtatio ſine cauſa uidetur contra utilitatem Reipublicæ, & nemo eſt dominus membrorum ſuorum l. liber homo. ff. ad l. Aquiliam..

Quartò limitatur non procedere in caſu ſingulari legis ſi quis mancipijs. §. Paulus. ff. de inſtitu.

175 Quintò limitatur † in caſu legis ſoluendo. ff. de nego. geſt. quando quis mandaret alteri ne ſolueret debitum ſuum: ſeu eum non liberaret: quia fauore liberationis etiam inuitus, & contradicens liberari poteſt ut ibidem dicitur, & in l. ſi Stichum. §. fi. ff. de no. & hic per Rubeũ, & eſt unus caſus in quo in inuitum confertur beneficium de quo per docto. in l. inuito. infra de reg. iur.

176 Secunda colligitur concluſio † quòd quando per proteſtationem prohibitus non ſoluere, nõ poteſt parere ſalua honeſtate ſua, tunc proteſtatio nihil operatur, uec proteſtatus tenetur ei

parere: quia nemo tenetur facere, ea quæ ſunt contra honeſtatem, & bonos mores l. Quintus. ff. mand. & facit tex. in leg. filius familiâs. ff. de conditio. inſtitutio. Idem tenuit Bar. in l. ſi fideiuſſor creditori. ff. de fideiuſſo. & allegat no. tex. in l. pecunia. in uerbo incerta eſt, & in uerbo uerecundiam. ff. de alim. leg. ſubdens regulam, quòd non ſolum obligatio ciuilis uel naturalis nos adſtringit: ſed etiam uerecundia & boni mores, ad multa alia inferens. idem tenet Saly. in l. placuit C. de iudi. & Imo. hic in fi. dixit eſſe notandum. facit tex. cum gloſſa in l. nepos Proculo. ff. de uerbo. ſignificatio. Ampliatur procedere etiam quod uon urgeret uerecundia proteſtantis: led ſolum urgeret uerecundia proteſtati ſecundum Cuma. in l. quamuis. ff. ſolut. matrimo. & ſequitur Herma. hic, licet Alex. ſecundum eum teneat oppoſitum ibi. Sed pro ampliatione facit dicta l. Quintus, & ego etiam puto uerum ſi eſſet conſanguineus proteſtantis cuius dedecus etiam offenderet proteſtatum. Ideo Bar. infert poſteà, quòd proteſtatio poteſt ſperni ſi reus iubeat fideiuſſori ne ſoluat quòd promiſit pacto nudo, ſi forſan eſt magnus mercator & ſolitus uerba ſua obſeruare, cum tales ſine aliquando homines, ut magis uerbo ſuo credamus quàm ſcripturis aliorum: arg. dictæ legis Quintus. & l. j. ff. de conſti. pecunia. quod debet eſſe generale in omnibus hominibus, tamen in mercatoribus eſt magis neceſſarium, cum mercatores ſeruãtes uerbum ſuum ſemper quolibet uerbo reperiunt mutuas pecunias, & cum alienis pecunijs plus lucrantur quàm faciant alij cum proprijs. unde eſt eorum intereſſe magnum ultra uerecundiam, non ſeruare uerbum ſuum, meritò proteſtatio nihil operatur contra eos. unde ſecutum fuit quòd in fore mercatorum ſeruatur ſolum ius gentium reiecta ſubtilitate iuris ciuilis, ut habetur per Sozi. & alios in rubr. infra de uerbo. oblig. facit l. auus. ff. de iure. dot. & cap. j. & ſecundo extra de pactis. & l. ad exactionem. C. de dotis promiſſione & l. fi. C. ad Velleia.

177 Item infertur ſecundum Bar. †ad quæſtionem quando fideiuſſor mandauit creditori ne det reo principali pecuniam mutuam, quando promiſerat eam mutuare, uel etiam ne extraneus, qui promiſerat dare dotem marito ne numeraret illam dotem marito, qui forſan promiſerat reſtituere dictam dotem, in caſu ſoluti matrimo. & dederat fideiuſſorem, tamen quia fideiuſſor uidebat eum mutaſſe conditionem, & dubitabat ne maritus effectus non ſoluendo, non poſſet reſtituere, & ipſe fideiuſſor teneretur eam præſtare, nam talis proteſtatio non ualet: quia iam ipſe qui promiſerat dotem, omninò erat obligatus, & non poterat non ſoluere, & illa mutatio conditionis non tollit quin teneatur ſoluere, & docto. hic ſequuntur: tamẽ non uidentur ipſi recordati fuiſſe de tex. in l. in omnibus. ff. de iud. ubi dicitur quòd quando debitor in diem mutauit conditionem tenetur dare fideiuſſorem, ubi omnes notant. ſi ergo quando debitor recepit pecuniam propter mutationem conditionis tenetur præſtare cautionẽ. ergo fortius anteqnàm numeretur pecunia poterit impediri ſoluere, uel ſaltem exigere aliam cautionem tenebitur per l. patre furioſo. ff. de his qui ſunt ſui uel alieni iuris. Et propterea debet limitari concluſio Bar. ut procedat quantum ad numerationem, ut non poſſit impediri. Sed tamen tenebitur ipſe exigere nouam cautionem, ſtante dicta proteſtatione ſi mutauerit conditionem, & cauſa fuerit allegata per dictam legem in omnibus. ff. de iudiciis. & facit lex ſi creditores. ff. de priuileg. creditorum, Si autem ſubdit Bar. non eſt obligatus ad ſoluendum ut eſt in mutuo, & tũc ſi non mutauit conditionem non tenetur parere proteſtationi: quia ſalua honeſtate ſua non poteſt non ſoluere. Sed ſi mutaſſet conditionem tunc: quia eſſet iuſta cauſa poſſet impediri ne ſolueret: arg. dictæ legis Quintus. ſed tamen poſteà non declarat quomodo poſſit euenire caſus, quòd quis ſalua honeſtate non poſſit nõ ſoluere ſi dictam pecuniam nunquam promiſit. unde Iaſ. hic intelligebat quòd adhuc promiſerat ſoluere pecuniam mutuo, tamen non erat tam potens obligatio ſicut in promiſſione dotis, quòd nihil eſt, ideò tu dicas exemplum poſſe poni, in l. ſi ita ſtipulatus. infra de fideiuſſoribus. ubi aliquis requirebat bancherium, uel alium ſimilem, ne ſibi mutuaret pecunias pro tempore, & inuenit fideiuſſorem uel mandatorem qui dixit ei, quantam pecuniam quandocunque credideris fideiubeo ſoluere. in hoc caſu non erat preciſè bancherius obligatus ſoluere: quia non promiſerat in ſpecie, tamen quia receperat fideiuſſorem, & ille confidebat de eo, non poterat ſalua honeſtate negare, quin requiſitus non ſolueret. Ideò diſtinguitur an durauerit in ſua conditione, & proteſtatione nihil operatur propter honeſtatem, an uerò mutauerit conditionem, & tunc debet ei parere propter iuſtam cauſam, & ſequuntur hic docto. & ita habes differentiam inter hunc caſum, & primum: quia in hoc caſu tenetur non ſoluere pecuniam. in primo uerò tenetur ſoluere pecuniam, tamen propter proteſtationem debet exigere fideiuſſorem per dictam legem in omnibus. & arg. dictæ legis ſi creditores. de priui leg. creditorum. facit lex ſi pœnam. & ibi no. ff. de uerborum obligationibus. ſicut è contra eſt in arbitrium ipſius debitoris recipere lege pecuniam. ff. ſi cer. pet. & l. potior. uerſi poterat. ff. qui po. in pigno. habeant. & l. Titius. ij. reſponſo. ff. quæ res pig. oblig. poſſunt, in quibus apparet quòd erat in arbitrium ipſius ſoluere, uel non ſoluere, & ſic apparet quòd mutatio conditionis iuſtificat proteſtationem in numeratione futura arbitraria: ſed non iuſti-

ficat

ficat in obligatioue præciſa niſi quantum ad ex actionem cautionis. dictá l. in omnibus. ff. de iudic. & lege hæc autem. ff. ſi cui pluſquam. per lege Falci. & facit lex finalis. C. de petitio. hereditat.

178 Terria eſt concluſio † quòd proteſtatio facta alicui ne emat uel contrahat cum alio ſi non habet iuſtam cauſam nihil releuat, l. ſi maior. C. de reſcind. uenditio. & l. j. C. debiror. pigno. uendi. imp. non poſſe. & l. tutor urgentibus. ff. de minorib. & ratio eſt manifeſta: quia ſi proteſtatio prodeſſet auferretur commertium hominum, ſi unuſquiſquè poſſet cum ſuis proteſtationibus impedire contractus eorum. unde eſt contra ius gentium qun commertia propter neceſſitatem fuere introducta, cum aliàs uiuere non poſſint l. ex hoc iure. ff. de iuſti. & iure. & ampliatur procedere ex iuribus allegatis per Bar. etiam quòd eſſent perſonæ coniunctæ quæ facerent proteſtationem, & ex cauſa pietatis mouerentur: quia forſan dubitarent ne alienantes inciderent in paupertatem, ut probatur in dicta l. ſi maior, ubi fuit ſocer qui prohibuit, forſans uidens quòd habebat multos filios, & ſine neceſſitate alienabat, & in dicta l. tutor. erar marer: quæ ſimiliter ex cauſa pietatis ueri ſimiliter mouebatur, & tamen proteſtatio non ualer ſi alienans fuit maior, uel ſi fuit minor, tutor legitimè alienauit: quia in re mandata quilibet eſt moderator, & arbiter, l. in re mandata. C. mandati, & hoc arbitrium iure gentium auferri non debet. facit lex Titio centum in principio. ff. de conditio. & demonſtratio. quòd eſt notandum.

179 Quarta eſt cnnclusio quòd quando † proteſtatio fit ex iuſta cauſa, & permiſſa à lege, ut actus ſeu contractus non fiat ſeruari debet, & impeditur ille actus fieri ſaltem in præiudiciũ proteſtantis. & Bar. ponit tria exempla, unum in l. denunciaſſe. ff. de tutel. quando maritus uult poſt diuortium accuſare uxorem iure mariti, quòd licitum non eſt ſi nupta eſt, & ſi ei denunciat ne nubat allegando cauſam ꝙ uult eam accuſare: & ſic nec contra talis denunciatio ualet, ut matrimonium non fiat, uel ſi fiat non impediatur maritus eam accuſare iure ſuo, & ſic apparet quòd hæc proteſtatio fuit facta de futuro ex cauſa de futuro, cum hanc concluſionem ipſe reſtringat ad caſum, quando ipſe uult proteſtari de futuro, ex cauſa de futuro. Ad idẽ allegat l. uirilis. §. ſed ſi adierit. ff. de leg. præſtand. ubi filius emancipatus erat præteritus, & inſtitutus parens, & datæ multæ libertates in teſtamento ſi ipſe parens adiuerit, confirmantur libertates directæ ut præſtari debeant. & ſi non adiuerit non confirmantur, filius igitur præteritus uidens quòd inclinabatur ad adeundam hæreditatem, proteſtatus fuit ei ne adiret, allegando cauſam quòd uolebat intentare bonorum poſſeſſionem contra tabulas, & annullare teſtamentum, & dicitur ibi quòd hæc proteſtatio ualet, & adeundo ipſe tenetur de dolo, nam aditionem non uidetur feciſſe niſi ad æmulationem ipſius filij, cum non adeundo non erat amiſſurus portinnem ſibi relictam, quoniã conſeruàbatur per illum titulum. ff. de leg. præſtand. unde cum eius non intereſſet tenebatur ei parere cum eſſet ex actu de fututo ut non adiret ex cauſa de futuro: quia uolebat petere bonorum poſſeſſionem: Ideò ſequitur quòd ſi nõ fuiſſet de parentibus, non teneretur parere: quia ſuam portionem aliter ſibi conſeruare nõ pnſſet niſi per aditionem, cum forſan litigando poſſet obtinere.

180 Tertium exẽmplum ponit † quando quis nũciaret alicui uolenti alienare ne dictam rem alienaret: quia uolebat agere contra eum, tanquàm res ad ipſum pertineret, & ſic fuit de futuro ex cauſa de futuro, & ibi dicitur quòd tenetur ei parere, & non parendo incidit in pœnam: quia deſinit dolo poſſidere. Ideò poteſt conueniri rei uendicatione perinde ac ſi poſſideret. l. dolo. ff. de reg. iur. & l. is qui dolo. ff. de rei uendicatinne, & probatur in lege Fulcinius. §. quid ſit latitare. cum glo. in uerbo animus. & ibi Bar. ff. ex quib. cauſ. in poſſ. eat. quæ dixit quòd ſi notifico alicui quòd die craſtina uolo dare libellum contra eum; & amplius non appareat quòd præſumitur dolo latitare. ergo eodem modo proteſtatus præſumitur dolo deſiiſſe poſſidere, & iſtam concluſionem ſequuntur communiter docto. tamen non inquirunt nec Bar. dicit, quare reſtrinxit hanc ſuam concluſionem ad caſum quo proteſtabatur de actu futuro ex cauſa de futurn. Ideò tu dicas Bar. feciſſe: quia præſupponit qnòd in hac concluſione ſufficiat allegare cauſam, & non eſt neceſſarium probare, & per hoc differt à ſequenti concluſione in qua cauſam tenetur probare, & proteſtatus poteſt non bona fide credere per l. ij. ff. quod cum falſo tuto. nam quando cauſa eſt de præterito illa eſt deducta in eſſe, & naturaliter poteſt probari, ideò neceſſaria eſt probatiò. ſed quando eſt cauſa de futurn non eſt deducta in eſſe, & naturaliter non poteſt probari: arg. cap. quoniam contra. de probatio. in principin. ideò non tenetur probare, & proteſtatus tenetur parere ſi cauſa fuit allegata, & non probata, & hæc fuit intentio Bartol. in diuerſificando has duas concluſiones.

181 Quinta eſt cnnclusio † quòd quando aliquis proteſtatur alteri ne faciat actum ex cauſa de præterito, ut quia dixit prohiben ne alienes fundum: quia dominium eſt alterius, uel ne contrahas cum tali: quia eſt falſus tutor, & tunc dicit quòd ſi ille cuius non intereſt proteſtatur, id eſt, extraneus, ut quia dixit prohiben ne emas uel uendas fundum: quia ille fundus eſt Sempronij, & ſic dixit, eſt tertii non ſuus, quod ſi in tali proteſtatione non aſſignaret cauſam, proteſtatin nihil ualet: quia non tenetur ei cre

dere per dictam legem ſecundam. ff. quod cum falſo tuto. ubi prohibitus ne contrahat cum tutore poteſt non parere: quia bona fide potuit non credere. Et ampliatur procedere ſecundum Bar. etiam quòd allegaretur cauſa, & non eſſet uериſimilis: quia paria ſunt non eſſe uel non eſſe uериſimile l. hæc autem. ff. ſi cui pluſquàm per l. Falci. Item ampliatur procedere etiam quòd eſſet allegata cauſa iuſta, & non probata, ut quia expreſſum fuiſſet in proteſtatione, quòd ille fundus eſt Sempronij. & quòd ille eſt falſus tutor, tamen quia non demonſtrauit inſtrumentum, & ipſe eſt extraneus non tenetur ei credere per dictam l. ij. ibi, bona fide nón credere. Et ampliatur procedere quantum ad ipſum, & quantum ad dominum, & ad omnes alios quorum intereſt, & iſtam concluſionem ſequuntur communiter docto. & probatur in dicta l. ſecunda. ſequendo naturalem ſenſum uerborum: ibi, potuit non bona fide credere, non enim uerbis hominum credendum eſt, qui ſæpe uana opinione ſe iactant cap. deniquè, ultra medium. 17. diſtinctio. Subdit poſteà Bar. quòd ſi ille proteſtans probaſſet cauſam allegatam oſtendendo inſtrumentum, & dimittendo copiam ſecundum formam poſitam, in dicta l. nomen. C. quæ res pigno. obliga. poſſunt, & clem. cauſam. de electio. tunc proteſtatus tenetur ei credere, etiam quòd eſſet extraneus proteſtans: quia amplius non poteſt dicere quòd bona fide potuit non credere, cum cauſa ſit probata tamen dicit ut non ualebit ut proteſtatio ita quòd impediatur facere actum: ſed ualebit ut quædam notificatio, quæ inducit malam fidem in ipſis contrahentibus, quæ notificatio poteſt à quocunquè fieri, ut dicitur in l. item ueniunt. §. ſi petitam. el. ij. ff. de petitio. hæred. Sed ipſa proteſtatio non poteſt fieri niſi ab eo qui poteſt mouere actionem, ideò non ualebit ut proteſtatio, cum non habeat ius ꝓhibendi, ſed ut quædam certioratio, quæ proderit omnibus quorũ intereſt, & ſic habes ꝙ quando extraneus proteſtatur regulariter, proteſtatio non non ualet: quia nõ tenetur ille credere. Fallit ubicunq; cauſa eſt probata: quia tũc tenetur ei credere, & licèt nõ ualeat ut proteſtatio, tamẽ ualet ut notificatio quędã, quãtũ ad omnes quorũ intereſt.

182 Sexta eſt concluſio † ꝙ ubicunquè ille cuius intereſt principaliter proteſtatur. ut ſi forſan uendatur fundus ab alio, qui eſt ipſius proteſtãtis, uel fiat contractus cum tutore falſo, de re ꝑtinen:e ad proteſtantem, & ſic proteſtans eſt principalis cuius intereſt, qui proteſtatur uẽditori ne uendat fundum, uel ne contrahat cũ falſo tutore, & tunc Bar. diſtinguit, aut proteſtatus uult ſe releuare de illa proteſtatione, in qua nõ eſt allegata cauſa, & tunc non poteſt. dicta l. ij. ff. quod cum fal. tuto. ſecundum alium intellectum. Si autem eſt proteſtans qui ſe uult releuare, & tunc aut certat de lucro, & nihil operatur ꝑ d. l. ij. quod cum fal. tuto. ſecundum alium intellectum quem dabat Dy. ſed ſi tractat de damno, & tunc proteſtatio ualet cum allegatione cauſæ, licèt non ſit probata, & ità procedit tex. in d. l. ſi fundum. C. de rei uendicatio. & leg. ait prætor. §. ſi quis particeps. ff. quæ in fraudẽ creditorum. ibi, teſtator coniunctis, & in effectu uult, quòd quando ille cuius intereſt proteſtatur, & allegat cauſam quæ non probatur, proteſtatio nihil operatur reſpectu illius cũ quo contrahitur negotiũ, & reſpectu proteſtantis quando certat de lucro. Nã ad hoc ut his caſibus proſit, oportet ꝙ cauſa ſit probata. fallit tamẽ quando proteſtans tractat de dãno: quia cauſa allegata, & nõ probata inducit præſumptionem doli in ipſis proteſtatis, quantũ ad proteſtantẽ, & quantum ad alios, & intelligit tex. in d. l. ſi fundum: ut procedat duobus concurrentibus ꝙ ibi proteſtans ille cuius intererat, & quod tractabatur de damno, & differt iſte caſus ab alio quandò extraneus proteſtatur: quia ibi proteſtatio nunquàm operatur, etiam cum cauſæ allegatione niſi ſit probata, & quando eſt probata nec etiam ualet iure proteſtationis: ſed ſolum producit effectum quòd proteſtatus efficitur malæ fidei quantum ad omnes, & ita habes intellectũ unum ad dictam leg. ſi fundum, & quadruplicem intellectum ad dictam leg. ij. ff. quod cum falſo tuto.

183 Cauſa autem huius diſtinctionis, † & iſtorũ intellectuum fuit propter contrarietatem iuriũ nam dicta l. ſi fundum præſupponit quòd proteſtatio ſine probatione cauſę aliquid operatur, & idem dicitur in d. l. ait prætor. §. ſi quis particeps: ſed in contrarium uidetur eſſe tex. in d. l. ij. ff. quod cum falſ. tutò. qui præſupponit ꝙ proteſtatio nihil operatur etiam quòd cauſa ſit allegata, & uera: quoniam ibi erat in proteſtatione nenim narratum quòd ipſe eſſet falſus tutor & tamen hæc allegatio cauſæ uerè non prodeſt: quia potuit bona fide non credere. Docto. conſiderantes hanc contrarietatem, dant quatuor intelleſtus ad dictam legem ſecundam reſtringendo. Et primus eſt intellectus quòd ille tex. loquitur quando extraneus proteſtatur, & n illam aſſignat cauſam uel non uериſimilẽ, & ita reſtringunt cum tex. Secũdus eſt intellectus quòd ille tex. loquitur etiam quando cauſa uera fuit allegata tamen fuit extraneus, qui allegauit. Tertius fuit intellectus quòd ille text. loquitur etiam quando principalis proteſtatur: ſed tamẽ non prodeſt illi cum quo proteſtatus contraxit. licèt proſit quantũ ad alios. Quartus eſt intellectus quòd ille tex. procedit etiã quando proteſtatur principalis, tamen tractat de lucro, quos omnes intellectus Bar. dixit procedere de iure, & quòd reſtringit dictẽ l. ſi fundum. ut illa lex, loquatur tantũmodo in principali proteſtante, & quando certat de damno, in alijs autẽ caſibus procedat d. l. ij. ut poſſit ſemper proteſtatus bona fide non credere, & uidetur per tranſire doctores. Intellectus ad dictam l. ſi fundum ſatis

uidetur

nidetur procedere: quia ex uerbis literæ apparet quòd erant principales proteſtantes, & allegabant cauſam ueram, & non probabant. Intellectus nerò traditi ad dictam legem ſecundam. non nidentur procedere: quia pleriquè uidentur diuinare ad illum tex. & Iaſ. hic dicit primũ intellectnm eſſe uerum: quia magis conuenit literæ: ſed tamen nnn poteſt tolli quin ſit nimis reſtrictiuus intelligendo quòd erat extraneus qui proteſtabatur, cum tex. ſimpliciter loquatur. Rnbe. uidetur tenere tertium intellectum qni etiam eſt diuinatiuus de per ſe, unde tu dicas quòd tres primi intellectus ſunt ueri cumulatiuè ad illum tex. & nou priuatiuè: quia illa regula quòd nou proſit proteſtatio, uera eſt in illis tribus caſibus quòd proteſtatin nihil operetur, ſi cauſa non eſt probata: ſed tamen quartus intellectus ut reſtringatur ad eum qni certat de lucro non eſt uerus: quia imò etiam creditur principali, ſi cauſam allegauerit, & nnn probauerit, quàmuis tractet de lucrn, ut probatur per tex. in dicta lege uirilis. §. ſed ſi adierit. ff. de leg. præſtand. qui tex. loquitur etiam in cauſa de præteritn, licèt Bart. reſtrinxerit ad cauſam de futuro, cum ibi ille filius emancipatus iam acceptauerat contratabulas bonorum poſſesſionem, & ex cauſa de præterito ſibi competebat, & tamen inducit dolum ipſi adeunti ex ſola allegatione. Vnde tu amplia tex. in dicta l. ſi fundum, ut probet etiam ſi tractet de lucro, & facias concluſionem, quòd quando ille cuius intereſt proteſtatur alicui ne emat fundum: quia fundus eſt proteſtantis uel iure legati, uel alia cauſa, uel proteſtatur ne contrahat cum illo falſo tutore propter intereſſe ſuũ, tam ex cauſa lucratiua, quàm onerosa, illa proteſtatio inducit malam fidem in ipſis proteſtantis; non tamen prohibet actualiter contractum fieri: ſed ſolùm inducit uitium in eo: ſed ſi cauſa eſſet probata, tunc fortius nperaretur, cum etiam operaretur malam fidem: quandn proteſtatin eſſet facta ab extraneo.

184 Quare concludas. † Aut eſt cauſa uera allegata, & probata, & tunc in principali proteſtante operatur uim prohibitionis, & inducit malam fidem, in extraneo uerò proteſtante, non operatur uim protestationis: ſed ſolùm malam fidem quantum ad omnes, ſi uerò cauſa eſt allegata, & non probata, & tunc ſi eſt cauſa de futuro, nperatur doli præſumptinnem, ut in dicta l. denunciaſſe, & dicta lege Fulcinius: quia cauſa futura probari non poteſt. ſi uerò eſt cauſa de præteritn in extraneo proteſtante nihil operatur, in quo paria ſunt nullam allegare uel allegatam non probare, lege duo ſunt Titij. ff. de teſtam. tutel, ſed in principali proteſtante operatur prohibitionem, & malam fidem, dicta l. ſi fundum, quæ nota: quia non ita declarantur per alios.

Stat igitur concluſio, quòd regulariter in proteſtatione cauſa debet allegari, & probari, talit in caſu dictæ l. ſi fundum.

Secundò limitatur non procedere in principe: quia ſi Papa denunciauit aliquid eſſe uel non eſſe, inducitur mala fides ſecundum gloſſ. magnam in ſi. in cap. ſecundo. de præſcriptionibus. quod etiam comprobat hic Rubeus dicens, procedere in ſereniſſimo rege Romanorum, uel rege Franciæ, & Hiſpaniæ, & alijs ſimilibus, ut per Bald. in lege hoſtes columna. ſecunda. ff. de cap. & in lege prima. §. quare. ff. de poſtuland. & rationem tu potes addere: quia in eis præſumitur iuſta cauſa, ut nota. in cap. propoſuit. de conceſſio. præbendæ. cum in eis ceſſat uitium ſubreptionis, & præſumuntur dicere ueritatem, ſicut in proteſtatione quæ ſit auctoritate iudicis. Vnde propter perſonam præſumitur iuſta cauſa quæ ſatis dicitur eſſe oſtenſa, & inducit malam fidem.

Secundò fallit: quando proteſtatio fieret in fauorem eccleſiæ, ut in dicto capitulo ſecundo. de præſcriptio. ſecundum quintam lecturam propter eandem rationem: quia cauſa præſumitur probabilis.

Tertiò limitatur in caſu legis item ueniunt. §. petitam. & §. ſequenti. ff. de petitio hæredita. ſecundum Anto. in capitulo grauis. de reſtitutio. ſpoliatoru. Abbas tamen dicebat quòd ibi ille poſſeſſor conſtituitur in mala fide: qui poſſidebat ſine titulo. Sed ſecundum alios intellectus ſupra datos, ſufficiebat ibi ſcientia, & non requirebatur certioratio.

185 Septimò colligitur concluſio † quòd ſi proteſtatio fiat ut prohibeatur ille qui negotium gerit nomine alieno, ut eſt procurator, quòd ſi eſt dominus qui prohibet, proteſtatio ualet, idẽ eſt ſi eſt procurator ſpecialis adhoc deputatus: ſed ſi eſt procurator generalis, tunc ſi nullam cauſam allegat, non poteſt impedire procuratorem ſpecialem. ſed ſi cauſam iuſtam allegat, quam ſi ſciuiſſet, dominus ipſe prohibuiſſet, tũc proteſtatio ſua ualet, & impedit actum fieri, per l. ſi hominem. ff. mand. ut hic per eum. In qua concluſione aduertatur primò, quòd Bart. loquitur de procuratore uoluntario. & non de adminiſtratore, qui tamen negotium gerunt nomine alieno: ſed in eis dicas quòd proteſtatio à quocunquè facta ne negotium ſuæ adminiſtrationis faciant, non ualet, niſi cauſa ſit allegata. & probata, ex eo: quia de iure habet adminiſtrationem, etiam inuitis principalibus, & omnibus alijs, ut probatur in dicta lege tutor urgentibus. ſupra de minoribus. In procuratore uerò uoluntario concluſio Bar. procedit quando res eſt integra, & negotium non eſt inceptum, ſin autem negotium eſſet inceptum, & tunc proteſtatio nihil operatur ad impediendum actum, quẽ perficere procurator erat obligatus, per tex. in dicta l. Papinianus ſiquis prohibuerit. ff. de Publicia. actio. & per ea quæ habẽtur in l. ſi mandaſſem. ſupra mand. Similiter

non procedit ſeruo peculiari: quia ſi dominus proteſtatur ſeruo ne faciat actum peculiarem proteſtatio non ualet, & nihilominus actus factus à ſeruo ualebit, ut eſt tex. in terminis in l. etiam. ff. de peculio. unde oportet ꝙ prius reuocet conceſſionem peculij, & poſteà prohibeat: quia ſtante conceſſione, prohibitio continet repugnantiam, ideò nihil operatur, ut ibidem continetur.

186 In procuratore uerò generali, † diſtinctio Bar. eſt uera & communiter approbata. Vnde octaua eſt concluſio quòd quando proteſtatio fit à procuratore generali, ad prohibendum ꝓcuratorem ſpecialem, ꝙ talis proteſtatio ualet & inducit prohibitionem, ſi iuſta cauſa allegator quę mouiſſet ipſum dominum, & addit plus quòd inducit prohibitionem, etiam ſi dictã cauſam non probauerit plenè eſſe ueram, cum ſufficiat allegatio, & cauſa probabilis, per illũ tex. qui ualde notabilis eſt. Et adducit Iaſ. hic multas concluſiones, & deciſiones, quæ ſumuntur ex d. l. ſi hominem, & primò: quia per illum tex. probatur quòd ſi Papa impoſuit pœnitentiam alicui, poterit inferior epiſcopus ex cauſa iuſta immutare, ut per glo. in cap. tempora plenitudinis. 16. q. 7. & glo. in cap. latorem. 33. q. ij. per famoſum dictũ Bal. in l. omnes populi. in 6. col. ff. de iuſti. & iur. qui uoluit ꝙ epiſcopus poteſt ſtatuere, & illi derogare ex iuſta cauſa, & ſequuntur communiter docto. cumulati hic per Iaſ. Et facit etiam quod uoluit Card. in cap. ſtudienti. de officio de legati, poſt illam glo. quòd ordinarius ex magna cauſa poteſt ſe impedire in negotio commiſſo ſpecialiter delegato. Ac etiam uiſitator generalis poteſt corrigere malefactũ à ſpeciali uiſitatore, ut dicit Bal. in l. ſi in aliqua. in fi. in prin. ff. de off. proconſul. & lega. & ultra ipſum d. l. ſi hominem declarat totam materiã iuris prætorij: quia cum prætores eſſent magis inferiores ſecundum ueram opinionem, non poterant condere legem, contra ius legis duodecim tab. factæ à populo ſuperiore, tamen quia eſt procurator generalis, cum ex ea ſit cuſtos iuris ciuilis, ex iuſta cauſa poterat facere edicta contra legem quæ ſeruabantur donec durabant in officio, per dictam l. ſi hominem. & finito officio corruebant, donec factum fuit edictũ perpetuũ à Saluio Iuliano, ut plenè dicunt doctor. ubi latè examinaui in rub. C. qui admitti. & per eandem legem ſi hominem. omnes magiſtratus moderni poſſunt facere edicta, & banna durante eorum off. ſi ex iuſta, & nota cauſa mouentur, alioqui non ualebunt, & contradicente uniuerſitate reuocabuntur, ut in eadem rub. habetur. Et per eandem l. ſi hominem. Barones omnes in terris ſuis poſſunt facere ex iuſta cauſa, & noua ſuperueniente edicta, & banna contra leges, quæ ſeruari debent donec uiuunt, ut per Bar. & alios in l. omnes populi. in iij. q. principali. ff. de iuſti. & iure. ubi etiam ad infinita alia ſimilia docto. inferunt, & Felynus in c. j. col. 20. de conſti. & Iaſ. in l. j. C. de diuerſ. reſcr. cũ ſimi.

Ex quibus habes quos effectus producat iſta proteſtatio. Nam uarios effectus producit ſecũ
187 dum uaria ſubiecta ſupra diſtincta. † Item habes
cui debeat fieri: quia debet fieri ipſi principali ſi inuenitur, ipſi autem procuratori fieri non poteſt ſi negotium gerendum eſt ab ipſo principali: quia ſi prohibendus uenit, oportet quòd ipſe ſciat quòd ſit prohibitus, & quàmuis denunciatum ſit procuratori, non per hoc ipſe principalis ſcit. Vnde eſt neceſſarium ſi non reperiatur principalis, & fiat ipſi procuratori, quòd ille ꝓcurator renuntiet domino, & antequàm renuntiet, dominus non uidebitur prohibitus, ut dicit tex. in dicta l. Item ueniunt. §. ſi petitam. ff. de petitio. hæredita. & in ſubſidium poteſt fieri ad domum cum hoc tamen ut deueniat ad notitiam ipſius principalis, quòd præſumitur ſi ibi habitat, amicis autem, & uxori nõ poteſt fieri: licèt Bar. aliter ſentiat per l. prohibere. §. j. ff. quod ui aut clam. Nam ille tex. non loquitur de ꝓhibitione: ſed loquitur de denũciatione quæ fit ab eo qui dubitat ſe poſſe prohiberi, ad finẽ, ut tollat uitiũ clandeſtinitatis. unde tex. ille eſt ſpacialis & doct. generaliter malè allegant: quoniã ille tex. uerè nõ loquitur niſi in hac deũnciatione, & ponit hanc concluſionem ꝙ denunciatio quæ fit ad finẽ ut tollatur uitium clandeſtinitatis, illa poteſt fieri amicis, & uxori ſecundum ordinem ibi poſitum: ſed quando tractatur de ꝓhibitione, & alio actu prçiudiciali, tunc proteſtatio non poteſt fieri uxori, & amicis cũ requiratur rationabilis ſcientia ipſius prohibiti.
188 Item habes † per quem poſſit fieri hæc proteſtatio. Nam poteſt fieri per ipſum principalem. Item poteſt fieri per procuratorem ſpecialem. Itẽ & per procuratorem generalẽ: quando allegauit iuſtã cauſam ſecundũ formã d. l. ſi hominẽ. per negotiorum autem geſtorem fieri nõ poteſt: neque per aliũ extraneũ: quia non habent ius prohibendi ut clarè dixit Bar. ſupra in ſecundo intellectu dictæ l. ij. ff. quod cum falſ. tuto. niſi forſan ille probaret plenè cauſam approbatam: quia tunc ſaltem induceret malam fidem ipſi prohibito, ut ibidem per eum, & ita poteſt intelligi dicta lex ij. §. ſi petitam. ff. de petitio hæredita. & hæc de ſecunda ſpecie principali ſufficiant.

189 Tertia eſt † principalis ſpecies proteſtationis incitatoria nuncupata, per quam proteſtãs intendit incitare, exhortari, & perſuadere alium ut aliquid faciat ad utilitatem proteſtantis, in qua Bar. conſtituit tria capita. Primum caput eſt: quando uult incitare aliquem ut faciat id quòd facere tenetur, Secundum quando uult incitare aliquem ut faciat id quod facere non tenetur: Tertium eſt quando uult incitare aliquem, ut faciat aliquid quod eſt in eius arbitrio facere uel non facere. In primo capite licèt Bartol. potuiſſet adducere multa exempla, tamen contentatur de uno, quando

aliquis

aliquis uult incitare debitorem ut ſoluat, uel faciat quòd ſoluere, uel facere tenetur. in quo diſtinguit, aut eſt obligatus ex facto alterius, ut patris uel defuncti cui ſucceſſit, aliquando eſt obligatus facere ex facto ſuo, tamen obligationem contulit in euêtum, ſeu factum alterius; aliquando uult incitare eum qui eſt obligatus ex facto ſuo, & purè ut hic per eum. Ex cuius dictis colliguntur concluſiones.

190 Prima eſt concluſio, † quòd ubicunque quis uult facere proteſtationem incitatoriam ei qui tenetur ex facto alterius, oportet quòd prius eum inſtruat de facto præcedenti: quia qui in alterius locum ſuccedit, iuſtam habet cauſam ignorantiæ an ſit debitor l. qui in alterius. ff. de reg. iur. & poteſt bona fide ei non credere, ideò eſt neceſſarium quòd cauſam probet ueram, producendo inſtrumentum auct. ei legendo, & dimittat copiam ſi petatur, ita quòd ſit certioratus: arg. tex. cum glo. in dicta l. nomen debitores. C. quæ res pigno. poſs. & clem. cauſam. de de electio. Quæ tamen concluſio limitatur per eum non procedere, ſi aliunde, ipſe eſt inſtructus de cauſa, ſi forſan aliquis extraneus eã ſibi probaſſet, uel præſumeretur ſcire, ut contingit in hærede, qui eſt inſtitutus ab extraneo: nam tunc non poteſt ignorare legata, cum non poſſit eſſe hæres niſi uiderit teſtamentum, uel ſi incœperit ſoluere legata aliqua: quia præſumitur eſſe informatus de alijs, ſed ſi legata eſſent relicta in codicillis poſſet ignorare contenta in eiſdem, quâmuis ſit hæres, uel ſi eſſet ſuus hæres poſſet ſe ignorare inſtitutum, ut declarat Bar. in l. qui Romæ. §. duo fratres. inf. de uerbor. oblig. & in iſtis duobus caſibus eſſet neceſſaria oſtenſio codicillorũ uel teſtamẽti, ut rectè eſſet interpellatus, & conſtitueretur in mora, & cum hac diſtinctione intelligitur lex ſi ex legati cauſa. inf. de uerb. oblig. & l. mora. ff. de uſur. & plenè habetur. in l. quod te. ff. ſi cer. pet. ubi tex. dicit quòd in mora eſt, qui ſcit uel ſcire debet ſe eſſe debitorem. Facit quod uoluit Bar. in l. quidam decedens. §. ſi. ad finem. ff. de admini. tuto. ubi ſi notificatur alicui ꝙ ſit tutor, debet ei oſtẽdi teſtamentũ, in quo dicatur ꝙ ſit tutor, ad hoc ut teneatur de non geſtis, ut poſuit Ale. conſ. 42. lib. 7. nu. iiij. & idem Bar. ſupra in primo membro proteſtationis prohibitoriæ de ceſſionario proteſtante, ubi diſtinguit duos caſus, quorum tamen differentiam reprehendit Rubeus: quia generaliter ſemper requiritur plena certioratio ut per eum, & benè.

191 Idem † tenet Fely. in cap. cum contingat. col. 5. & ſequenti. de reſcrip. ubi ſimiliter ponit regulam generalem, quòd quando debet fieri intimatio inferens aliquod præiudiciale, debet fieri ſecundum formam poſitam in dicta cle. cauſam. & Ia. plenè in d. l. quod te. col. pe. & ſi. quod tamen limitat Bar. quando eſt res in qua poteſt fieri ſcriptura: ſecus ſi non poteſt fieri ſcriptura ut quia contractus eſt factus coram teſtibus, uel quia tractatur de re de qua non poteſt fieri inſtrumentum, ut de morte: quia tunc ſufficeret adducere teſtes, dicentes ſe fuiſſe præſentes contractui, uel ſciuiſſe aliquem eſſe mortuum, per l. in exercendis. C. de probatio. eis enim tenetur credere: quia paria ſunt ſcire uel ſcire debere, d. lege quod te. ff. ſi cer. petat. unde committetur mora. & tenebitur ad intereſſe, & ad uſuras ſecundum ſubiectam materiam.

Secundò limitatur quando hæres per tertiũ fuit certioratus, cum dicta oſtenſione uter in alio caſu, uel quando ipſe præſumitur ſcire côtẽta in teſtamento ſecundũ diſtinctionem poſitã in l. qui Ro. in 6. q. ff. de uerb. oblig. ex quo ſequitur ꝙ ſufficit ſcientia ꝙ eſt obligatus. non autẽ requiritur certioratio, quæ fit ad ſolũ finẽ ſcientiæ. unde ſciens interpellatur ex ſolis uerbis incitatorijs ſine oſtenſione inſtrumenti, ut dicitur in d. l. quòd te. ibi, ſcit uel ſcire debet, & certus non eſt amplius certiorandus, l. j. in fi. ff. de act. emp. & regula eum qui certus. de reg. iur. in 6. & ſequitur Ripa in d. cap. cum M. Ferrarienſis. de conſti. & Cagno. in d. l. qui in alterius. ff. de reg. iur. Forma autem certiorationis eſt, ut alternatiuè unum fiat, uel quòd oſtendatur inſtrumentum uel tradatur copia ſecundum Bar. hic.

Sed tamen repugnat tex. in d. clem. cauſam, q loquitur copulatiuè, & ità etiam dixit Bar. in d. l. quod te. col. ſi. uerſi. uenio circa ultim. ff. ſi cer. pet. Propterea Are. in l. Ariſt. ff. de acqui. hæredi. dixit ꝙ uolens conſtituere aliquem in mora, ſi incipiat à traditione copiæ ipſius inſtrumenti ſufficit ad certiorandum: ſecus ſi incipiat ab oſtenſione. Alia eſt diſtinctio quòd ſufficit oſtendere, niſi pars petat copiam, quo caſu eſt neceſſaria traditio, ut eſt caſus in clem. cauſam. & hoc ultimum mihi placet: quia ſola traditio copiæ non facit certiorationem, cum non teneatur ei credere per no. in auct. ſi quis in aliquo. C. de eden. nec ſufficit ſola lectura, ut quis poſſit deliberare an loquatur in terminis, & an habeat ſolennitates requiſitas, ideò debet dare copiam ſi petatur.

Item poſteà dum Bar. hic uult quòd non ſufficiat ſola denunciatio, in contrariũ uidetur deciſio communis in l. ſi rem. §. tingum. ff. de rei uẽdicat. de qua per Alex. in l. de pupill. §. nunciatus. ubi etiam Iaſ. ff. co. & Alex. in conſ. 37. uol. j. & Bal. in leg. per diuerſas. in 10. q. C. mandati. dixit quòd ſtante ſtatuto mandante debitorem etiam non citatum, capi poſſe ad inſtantiam creditoris, non tamen poterit capi ad inſtantiam ceſſionarij niſi præceſſerit ceſſionis certificatio, per oſtenſionem inſtrumenti, uel traditionem copiæ, quod dictum ſequitur Alex. in conſi. 95. col. 3. lib. ij. ſed declaratur ut ſup. Vnde infertur etiam ꝙ ſi quis mihi cedit actiones tenetur facere fidem de credito. lege nomen. ff. de hæredita. uel actio. uendi. per quàm dicit ibi Bald. quòd ſi fideiuſſor obijciat creditori cui fuit condemnatus ad ſoluendum, quòd 192

uult beneficium cedendarum actionum, quòd creditor tenetur eidem facere fidem de credito, & tradit Alex. in l. ſciendum. col. 3. ubi Bar. colum. 11. ff. de uerbo. obligatio. & licet fideiuſſor qui confeſſus fuit debitum principale, non poſſit allegare quòd debitor non ſit obligatus, poterit tamen in executione ſententiæ petere copiam debiti principalis, & cedi actiones.

Item infertur quòd ſi ceſſionarius uellet interpellare debitorem ſuum hæreditarium, deberet ei notificare quòd iſte hæres, oſtendendo teſtamentum, uel ei fidem facere per teſtes fide dignos: quia qui ſe aſſerit eſſe talem, debet probare l. ſi quis inficiatus. ff. depoſiti, & l. ſi uero, & . §. qui pro rei qualitate. ff. qui ſatiſdare cogantur. & per Alex. conſ. 15. lib. 7. & per Sozi. conſ. 37. col. 5. lib. iij. & Alex. & Iaſ. in l. de pupillo. §. qui procuratorio. ſupra eodem. & Corſ. in ſingul. ſuo in uerbo procurator: quia iſta ſunt facti, & non præſumuntur niſi demonſtrentur, per no. in l. ſi emancipati. C. de collatio. & ſi forſan eſſet debitum ꝙ non poſſet niſi per confeſſionem debitoris factam probari, tunc oportet deducere confeſſionem ſecundum And. Sicul. in conſ. 86. lib. 3. ſed tamen præiudicabit tantum confitenti: quia ſicut quis in præiudicium tertij prohibetur paciſci, etiam uidetur prohibitus confiteri, per l. ſi in uenditione. in fin. ff. communia prædiorum ſecundum Rubeum hic, & Alex. conſ. 29. col. 2. lib. j. quæ concluſio tanto fortius procedit in caſibus, in quibus mora committitur re ipſa, qui ponuntur in d. l. quod te, ubi etiam dixi. Nam oportebit informare debitorem de facto per modum ſupradictum, & tunc ſine uerbis incitatorijs conſtituetur in mora, & fortius incitabitur. Sed ſi proteſtatio fiat auctoritate iudicis non erit opus demonſtrare inſtrumentū: quia propter auctoritatē iudicis, ei tenebitur creditor donec comparendo petat copiam, per dicta in primo capite præcedentis ſpeciei, per l. fi. ff. de lege commiſſoria.

192 Secunda eſt concluſio † ꝙ ubicunque interpellatio fit ut adimpleatur illud quod ex facto ſuo tenetur adimplere, ſi tamen obligationem contulit in aliquem euentum futurū, uel fortuitū, uel dependentem à facto tertij, eſt neceſſarium ꝙ fiat fides de illa conditione, ꝙ euenerit per probationes conuenientes, cum ea exiſtente nō poſſit dici eſſe obligatus, uel ſcire ſe teneri, uel ſi differtur poſt mortem alterius, debet notificari eum eſſe mortuū per perſonas fidedignas, uel ſi dependet à facto tertij etiam de illo euentu certificare, per tex. in d. l. qui in alterius. in exemplo de fideiuſſore. & l. fi. §. j. C. de bon. aucto. iud. poſſidend. ibi, debitū ſuum demonſtrare. Idem Bar. & Saly. in l. emptor. C. de euiction. & Card. in cap. ſolicitudinem. de appell. & Iaſ. hic, & Alex. conſ. 33. uiſo tenore. col. fi. lib. 2. & Paul. de Caſt. in l. j. in 2. col. C. ubi in rem actio. & Ang. de Aret. in. §. actionum. col. 15. inſti. de actio. & per regulam uulgatam ꝙ alicui non creditur in eo quod facit pro ſe, niſi faciat fidē de eo quod aſſerit, l. de ætate. §. 1. ff. de interroga. actioni. & cum ſit fundamentum obligationis & incitationis debet plenè notificari, per dicta in præcedenti concluſione.

193 Et ideò Bar. † infert ꝙ non ſufficit emptori denunciare uenditori litem fuiſſe motam: ſed oportet ꝙ etiam inſerat copiam libelli, & citationis, uel oſtendat in forma pub. & ſequitur Fely. in dicto cap. cum M. Ferrarienſis. & Alex. cōſ. 33. uiſo tenore. lib. 2. & eſt communis opinio, ut hic per Iaſ. & Alex. in conſ. 33. lib. 4. Sed Roma. tenebat contrarium uolens unum ſufficere tantum ꝙ denuncietur litem motam: quia certus dicitur ille qui eſt qualitercunque certificatus l. certum, ff. ſi cert. petat. & maximè ubi emptor denuncians uenditori reputaretur bonus uir: quia bono uiro credendum eſt, ut glo. dicit in l. Titio fundus. de conditio. & demonſtrat. facit tex. in l. in l. argentum. ff. comodati. ſed tamen communis opinio uerior eſt: quia licèt bono uiro credatur, tamen oportet ut referat ipſe uerba libelli, quæ tamen ipſe ut iacet non poteſt, & eſt neceſſarium, quòd plenius cognoſcatur, quòd non poteſt fieri niſi oſtendendo copiam, & in l. certum. erat plena certioratio, per oſtenſionem. per digitum, ſed non per ſimplicem uocem. quòd fuerit citatus poteſt fieri certioratio, maximè in his in quibus requiritur forma. Vnde non ſine ratione in d. l. nomen, & dicta clem. cauſam. ponitur ille modus certiorandi.

Nec obſtat glo. in dicta clem. cauſam, quæ dicit bonum eſſe illud ſeruari in aliis proteſtationibus: ergo de iure non requiritur: quia illa procedit quando ſcientia non eſt de ſubſtantia, ſed ubicunque eſt de ſubſtantia, tunc eſt bonum & neceſſarium. Ang. tamē dicebat in l. emptor. & in l. empti. & l. ſi cum queſtio. C. de euiction. ꝙ hæc forma non ſeruatur in practica, ſed ſolùm uenditori denunciatur litē eſſe motā abſq;

194 eo quòd detur copia libelli, & citationis. † Tamen adhuc dicit Alexan. illud obſeruari ex eo: quia in practica ſemper ſolet hæc intimatio fieri cum auctoritate iudicis, quo caſu omnes conueniunt, dictam certiorationem non eſſe neceſſariam, per l. fi. ff. de lege commiſſo. tamen non negat quin illa requiratur, quando fit ſine iudice, licèt raro obſeruetur. Vnde Alex. & Iaſ. & cōmuniter Mod. tenent opinionem Bar. hic: quādo denunciatio fit ſine auctoritate iudicis, & in practica requiri formā dictæ clem. cauſam, per illū tex. dum dicit idemque in aliis caſibus, & ſic ille tex. ſemetipſum oſtendit ad alios ſimiles caſus, in quibus denūcia. parat præiudiciū alteri.

Limitatur tamen procedere ut debeat dari copia ſi petatur, aliàs ſufficit legere auctenticū, & oſtendere ut per glo. in dicta clem. cauſam, quæ procedit in omnibus, & tenet Fely. in cap. cum M. Ferrarienſis.

Secun-

Secundò limitatur non procedere quando creditor eſſet idiota: quia tunc non ſufficeret legere in lingua Latina: ſed oporteret etiam explanare ut ipſe intelligeret: arg. eorum quæ ponuntur per docto. in l. j. §. fi. ff. de uerbo. obligationib. Tamen uidetur ſufficere quòd oſtendatur libellus, uel dicere quòd eius copia reperitur in actis iudicis: arg. l. Herennius. §. j. ibi, auctorem laudauerat. ff. de euictionibus. nã ex quo uenditor tenetur ad defendendũ debet inueſtigare: arg. cap. ab excommunicato. de re ſcr. ut uidetur concludere hic Rubeus. ſed non aduertit quòd dicit, idem quòd docto. quia dicendo libellus fuit datus, & ego fui citatus, in quo aduerſarius dicit ſe eſſe dominum prout in actis talis iudicis, & notarij, tunc in effectu uidetur legere: quia per relationem poteſt ſe informare. unde mihi placet quòd in intimatione facta etiã auctoritate iudicis nuncietur litem motam, & ſe fuiſſe citatum, & datum libellum prout in actis dicti notarij, & ſi fieret etiam ſine auctoritate iudicis referendo ſe ad illa acta ſpecialia, ſufficeret. Sicut in ſimili habetur, in leg. edita. C. de edendo, quando in libello aliquis ſe refert ad aliquod inſtrumentum dom docto. ibi diſtingunt ſuper dictione prout.

195 Tertia eſt concluſio, † quòd quando aliquis eſt debitor ex facto ſuo, & purè, tunc ſufficit interpellare ſine aliqua certioratione: quia ipſe præſumitur inſtructus, cum nemo cenſeatur oblitus de facto ſuo. leg. fi. ff. pro ſuo, & ideò cum ſit certus certiorari non debet, dicta l. prima. in fi. ff. de actio. empti. & cap. eum qui certus. de reg. iur. ideò tunc ſolum requiritur ad hoc ut proteſtatio ualeat, quòd fiat per congrua uerba, atquè congruo loco, & tempore, quæ tria requiſita probantur, in l. qui decem. de ſolutio. & in l. mora. cum glo. ff. de uſur. & habetur in l. quod te. ff. ſi cert. petat. ſi enim locus nõ eſt congruus: nequè tempus aptum, non poteſt conſtitui in mora: quia tunc non eſt obligatus, tali modo ſoluere. unde deficit ſubſtantia moræ quòd ſciat uel debeat ſcire ſe teneri, dicta leg. quod te.

196 Quarta eſt concluſio, † quòd uerba congrua in proteſtatione incitatoria, ſunt illa quæ inducunt incitationem, ut communiter fit, ſoluas ꝙ mihi debes, uolo ꝙ mihi ſoluas, ſeu des pecuniã debitam, unde ſolet dubitari an uerba curialia ſufficiant, ut indigeo illa pecunia, uel uellẽ pecuniam habere quam mihi debes, & Cy. in l. in minorum. C. de in integrum reſtitutio. minorũ dicebat quòd non erant uerba ſufficientia, ſed Bar. in l. & eo. modo. ff. de leg. j. tenebat contrarium per illum tex. ibi uolentem legatum inducisſi dicatur opto ut des, cupio ut des, credo te daturum, & rogo ut des, uel deſidero. & idem no. in l. quod te. ff. ſi cer. petatur. ſed ego ibi tenui contrarium ſequendo Cy. quia aliud important uerba opto, & cupio ut des, quám uerbum indigeo: quoniam uerbum indigeo nequè tacitè nequè expreſſè, nullam inducit petitionem: ſed uerbum, opto ut des, inducit ſaltem quandã curialem petitionem, & poſſet eſſe quòd proferret illa uerba ꝙ uellet demonſtrare ſe facere magnam gratiam, ei non petendo. Idem ibi dixi de uerbo uellem pecuniam illam: quia cum ſit uerbum optatiui temporis, ſolũ non inducit diſpoſitionem, ut per glo. in l. inuendentis. C. de contrahen. emp. & habetur in l. quinta. ff. de lega. j. oportet enim quòd cũ uerbo optatiuo addatur uerbum diſpoſitiuũ dicẽdo opto ut des, cupio ut des, ideò concluſio eſt quòd per uerba poſita in d. l. & eo modo, & alia ſimilia inducitur incitatio curialis: ſed non per uerbum indigeo, uel aliud uerbum optatiui modi.

197 Quinta eſt concluſio quòd † quando in proteſtatione incitatoria eſt neceſſaria certioratio ſecundum formam traditam in præcedentibus, quòd tunc duplicata uerba requiruntur in ea, ſcilicet uerba certiorantia, cum ſuis qualitatibus neceſſariis, & ultra certiorationem etiã uerba incitatoria, & proptereà infert Bar. ad caſũ quando emptor uult denunciare uenditori litẽ motam oportet quòd duplicata uerba proferat. Primò denunciando litem, & copiam libelli, & citationis proferendo ad plenam certiorationem, & ultra ea etiam proferat uerba incitatoria dicendo quòd ueniat ad defendendum per tria iura allegata per ipſum, quibus addi poteſt etiam textus. in capitulo cum ſucceſſores. in uerbo aſſiſtere negotio. denuncia. C. de euictionibus, & in lege empti. in uerbo debes interpellare. ut tibi aſſiſtant, cauſamquè inſtruant. C eod. & idem dicitur in cap. fi. de emptio. & uendi. ibi, ut rem uenditam ſibi defendi nunciaret, & ibi gloſſa. & Anto. & Abbas. & idem tenet Bal. in l. ſi cum quæſtio. C. de euictionibus, & Specul. & Ioann. Andreæ in titulo de emptio. & uenditio. §. fi. ad finem Paulus de Caſtro. conſi. 375. effectus primi dubij. & Ro. hic, & Iaſ. hic notantes. tamen ex dictis iuribus quòd certa uerba formalia non ſunt neceſſaria, ſed ſufficiant uerba æquipollentia ut defendas, uel liti aſſiſtas, uel cauſam inſtruas, uel litem proſequaris, & alia ſimilia uerba, quæ in idem recidunt, ꝙ teneatur comparere ad defendendũ, & ſequũtur cõmuniter doct.

198 Contrarium tamen ꝙ † imò ſufficiat denunciatio de mota lite, & nõ ſit opus dicere ꝙ ueniat ad defendendũ, tenuit Io. de Imo. in d. cap. fi. de empt. & uenditio. & in d. cap. cum M. Ferrarienſis. ad finem. per tex. in dicta l. cum quæſtio. ubi ſolum dicitur denunciatum fuiſſe litem motam, & addit Iaſ. tex. in l. ſi dictum. §. penul. & fi. & in l. minor. §. ſi ſeruus. in fi. & in l. ſi res ff. de euictio. & in l. empt. & in l. ſi controuerſia. C. de euictio. unde Bal. tenuit idem in lege prima. C. de periculo, & commodo rei uenditæ. per ſimile de muliere, cui ſatis eſt ſi denunciet ſe eſſe prægnantem lege j. §. j. & §. denunciare. ff. de liber. agnoſcendis. Sed ad iſta omnia

iura reſpondet hic Iaſ. licèt non perſiſtendo ꝙ
debent declarari per alia iura magis diſtinctè
loquentia, cum lex ſimpliciter loquens declare
tur per aliàs leges magis diſtinctè loquentes,
iux,no.in l.ſciendum.ff.qui ſatiſdare cogantur.
quam reſponſionem ego puto omninò tenẽdã:
quia reperiuntur dicta ſex iura ulterius proce-
dentia,quę ſatis demonſtrant formam,& nõ eſt
opus ut in omnibus iuribus tota forma refera-
tur:quia nimia uerboſitas induceretur,p ea, qđ
eſt abſurdum, & contra intentionem compilan
tiũ leges tẽpore Codicis qui delectabantur bre
niſſimis nerbis,unum caſum longum,uel etiam
plures continere ut patet in legibus.C. quæ ma
ximã difficultatẽ cauſauerunt propter hanc cau
ſam,ut habetur in l.filiũ quem habentem.C.fa-
mili. erciſcun.& l.eam quàm.C.de fideiuſs.alio
qui eſſet neceſſarium quòd in omnibus legib.
integra legata ſcriberentur,& plerunq; integra
teſtamenta.unde Gregorius in cõpilatione de-
cretaliũ amputauit omnia nerba ſuperflua,refe
rendo tantũmodo ea, de quibus eſſet dubietas,
Ideò in omnibus capitulis addidit uerbũ& inf.
ut per Ab.in cap.cũ nobis.de iur.patronatus.&
eo.modo reſpondetur ad tex.in l.j.ff.de uen. in
ſpiciend.quia poſteà in alio loco addũtur alia
uerba,ut mittat ſi placet perſonas, quæ uentrẽ
inſpiciant d.l.j.§.quemadmodũ,quàmuis poſſet
dici,ꝙ ibi non ſumus in proteſtatione incitato
ria,ſed in proteſtatione declaratoria. Secundò
pro opinione Rom.adducebat Iaſ.hic quòd cũ
illa denunciatio fiat uenditori ſolum ad finem
199 ut ueniat ad defendendum † ſuccedit regula ꝙ
ſermo indefinitus,qui non poteſt uerificari niſi
in una ſpecie, uel reſpectu unius effectus, cenſe
tur eſſe ſpecialis. l. ij. ff. de lib. & poſthumis l.
ſi domino, & ibi Bar. & alij. ff. de leg. primo.
cap. ex parte. primo. de reſcriptis ubi gloſſa,
& Abb. & facit glo. in l. quàmuis. ubi expreſſè
Bald. & Paul. C. de fid.Sed reſpondet ipſemet.
Iaſ. non perſiſtendo tamen quòd imò hæc uer-
ba non ſe referunt ad bonam ſpeciem cum poſ
ſint fieri ad duplicem effectum, uel ut ueniat ad
defendendum,uel quòd certificetur quòd tene-
tur de euictione. Tu melius reſponde, quòd ip
ſe non aduertit quòd concludit cum communi,
neceſſaria eſſe illa uerba incitatoria: ſed tamen
quòd poſteà ex natura uerborum, & ſubiectæ
materiæ, tacitè uidentur expreſſa: tamen ad-
huc dicas quòd illa iura non probant: quia in
eis erant uerba, quæ de proprietate ſermonis
illum caſum ſpecialem etiam continebant, un-
de poterant reſtringi: ſed in ſimplici denuncia
tione non includitur aliquòd uerbum quod de
notet in genere uel in ſpecie in citationẽ, ideò
non faciunt.

Tertiò adducit Iaſ. dictum Bal. in l. uinum.
ad finem.ff. ſi cer. petatur. dicentis quòd in de-
nunciationibus,& proteſtationibus ſufficit nar
rare uerbum,nec requiritur petitio uel conclu-
ſio, ne inſtruatur aduerſarius: arg. dictæ legis
primæ. ff. de uent. inſpiciend. ſed tamen tu de
bes reſpondere quòd procedit in proteſtatione
declaratoria mentis, & certificatoria tantum,
non autem incitatoria, neque prohibitoria:
quia requiruntur alia uerba inducentia hanc
ſpecialem ſpeciem proteſtandi, alioqui nulla
eſſet differentia inter certificatoriam incitato-
riam, & prohibitoriam.

Quare concludas cum communi quòd ad
iſtam proteſtationem ultra certiorationem,re-
quiruntur uerba incitatoria in omni caſu, & in
hac denunciatione litis motæ oportet addere
uerba denotantia incitationem, ut ueniat ad
defendẽdũ uel ſpecialia uel generalia, Aliquas
tamen concordias uidentur hic docto. dare. &
Prima eſt quam ponit Alexa. ex mente Bal. &
Saly. in leg. prima. C. de peri. & commod. rei
uenditæ. quòd ſi uenditor ſcit litem per denun
ciationem factam à tertio, tunc non ſufficit:
ſed eſt opus incitatione ut hic dicebat Bar.arg.
leg. qui abſentem. ff. de procuratoribus quem
ibi Bar. Bal.& Angel.ponderant. Si uerò uen-
ditor ſcit litem eſſe motam per denunciationẽ
ipſius emptoris, tunc ſufficiat certioratio abſ-
què uerbis incitatiuis, quæ tamen concordia
non tollit obiectionem: quia aliàs eſſet certio-
ratoria non incitatoria. Secunda datur con-
cordia per Claudium hic quòd aut talis de-
nunciatio eſt facta ignoranti, & tunc quia po-
teſt operari effectum certificatiuum non ope-
rabitur effectum incitatiuum, ideò neceſſaria
ſunt uerba incitatiua. Sed ſi fiat ſcienti litem
motam, & appareat,tunc non erunt neceſſaria
uerba incitatiua: quia alium effectum non po-
teſt operari: arg. leg. ſi quando. ff. de leg.pri-
mo, quæ concordia præſupponit incitationem
neceſſariam, & ſolum dicit eam tacitè inclu-
di,tamen nec etiam placet: quia ſcienti fit cer-
tioratio, ut non poſſit eam negare, & non ſit
opus alia probatione, & ſic ſemper poteſt o-
perari effectum certiorationis.Aliam concord,
ponit Sozi. in lege ſecunda. §. uoluntate. ff.ſo
lut. matrimo. quòd aut emptor uult agere de
euictio. tantum. & tunc ſufficit denunciare li-
tem fuiſſe motam abſquè eo quòd incitetur. ſi
uerò uult agere etiam ad ſumptus litis, & ut ip
ſe emptor ſuſtineat onera, tunc requiritur in-
citatio.

Sed huic diſtinctioni obſtat:quia ad agendũ
de euictione non eſt opus denunciare ſi emptor
fecit defenſionẽ probabilem,& non fuit lata ſen
tentia in eius contumaciam.Rub.tamen hic di-
cit,quòd forſan opinio iſta contra Bar. uerior
eſt quòd non ſit opus uerbis incitatiuis,Nec ob
ſtat dicta l.denunciaſſe. in qua ſe fundat Barto.
quia illud uidetur eſſe ſpeciale fauore matrimo
nij. Sed hæc reſponſio ultra quòd eſt diuina-
tiua non tollit ſex iura ſupra allegata, quæ ul-
terius procedunt. Vnde Sozi. in dicto. §. uo-
luntate. col. penultima dicit quòd dicta l. pri.
C. de periculo, & commo. rei uenditæ.uidetur
require-

requirere pro forma quòd addantur illa uerba ut aſſiſtatur liti: quia dicit conditionaliter ſi denunciatum eſt ut cauſæ agendæ adſit, arg. l. prætor ff. de coll. bonorum: tamen hoc ſolum non probaret: quia illa uerba non ſunt de forma, cum alia æquipollentia ſufficiant, ut dictũ fuit ſupra. Quare finaliter Moder. conueniunt quòd opinio Bar. ſit uerior, & ſint neceſſaria uerba incitatiua generalia ſaltem uel ſpecialia. Ripa. Herma. Rub. & ceteri hic, & omnes etiã mod. poſt. Alex. & Iaſ. in dicta l. ij. §. uoluntatem. ff. ſoluto matrimonio. Idem Alexand. conſ. 138. colum. ſecunda lib. 2. & in conſ. 27. lib. 7. & hanc communem dicit Corneus in conſ. 255. col. 2. lib. 2. & Alex. in conſ. 24. col. 2. lib. iiij.

200 Limitatur autem non procedere † in multis caſibus per eoſdem docto. poſitis primo limitatur ſecundum Fulgo. in l. & ideo. ff. de euictionibus. quòd non procedat quando omninò res eſt euicta: quia tunc non eſt opus denunciatione neque intimatione, ut tenet Imo. in dicto cap. fi. de emp. & uendi. & Sozi. diciteã eſſe æquam, in dicto. §. uoluntatem. col. antepenul. pro qua adducuntur tria fundamenta quibus reſpondet ibi Sozi. & quamuis eiſdem reſponſionibus replicet hic Rubeus latè, tamen ipſe poſteà tenet opinionem contra Fulgo. nu. 74. colum. ſecunda fin. & uidetur eam ſaluare in caſu quo notoriè conſtabat nullam exceptionem competere uenditori, quod ſatis poteſt procedere, ſi tamen uenditor allegaret quòd poterat inuenire defenſiones & inquirere, hæc opinio redditur dubitabilis. Vnde oportet dicere quòd debet plenè conſtare nullam exceptionem potuiſſe competere neque aliquam defenſionem potuiſſe facere.

201 Secundò † limitatur non procedere ubi uenditor promiſiſſet de euictione cum iuramento: quia tunc etiam non requiſitus ſi ſciat litem motam contra debitorem tenetur illũ defendere, ſecundum Ioannem Andreæ Butrium & Imo. in cap. breui. de iur. iurand. poſt Specul. in titulo de aduocat. §. primo. colum. 5. uerſi. ſed nunquid is qui iurauit. dicentem ꝙ qui iurauit defendere eccleſiam tenetur id facere etiam non requiſitus ſi eccleſia ei fidem ſeruauerit, & ſalarium præſtiterit, & tranſit Iaſ. in l. quod te. colum. 9. ff. ſi cert. petatur Barba. cap. ex literis. colum. 10. de conſtitutio, & Anto. Baoer. in tracta. de uirtute iuramenti colum. 4. & Decius in dicta l. quod te. in 4. columna, ubi ego latè dixi, nu. 58. & iſtam opinionem communem dixit Areti. in conſ. 150. oiſis diligenter. & Aquenſis hic poſt Alexand. in l. 2. §. fin. ff. ſoluto matrimonio & Antonius Burgos in cap. fin. in fin. colum. 6. uerſi. tertius caſus. de emptio. & uenditione. pro qua opinione facit dictum Bal. in cap. querelam, de iureiurand. per illum tex. ubi ſi conductor iurauit ſoluere penſionem ſi ceſſat per annum cadit à iure ſuo. ſequitur Alexand. conſ. 85. non puto id de quo quæritur. lib. primo. Tamen ſecundum Rubeum iſtud dictum non ſtringit: quia non cadit à iure ſuo ex eo: quia iuramentum habeat uim interpellationis: ſed quia ſingulo anno ad ſolutionem penſionis tenetur, & ideo ibi dies interpellat pro homine. leg. magnam. C. de contrahen, & committe. ſtipulatio. Vnde uirtute iuramenti qui non ſeruat contenta incidit in pœnam. l. ſi quis maior. C. de tranſactionibus.

202 Secundò † pro iſta opinione facit ſecundum Iaſ. in dicto loco: quia qui promittit facere & curare ad illud ipſo iure tenetur ſine interpellatione, ut per Bal. in cap. 1. §. ſed hæc. in titulo hic finitur lex Corradi. & ſequitur Alexan. in l. quod lege. & in l. ſi ex legati cauſa. in fi. ff. ff. de uerborum obligationibus, & idem Aret. in conſ. 142. in facto præſupponuntur. colum. 4. Fely. in cap. ex reſcripto. colum. penul. de iureiurand. & Lanfrancus de Oriano in tractu. de arbitris. in 13. car. 7. parte principali. & Areti. in leg. ita ſtipulatus. §. poſſunt. ff. de uerborum obligationibus Alex. in conſ. 127. uol. primo colum. prima. ſed ille qui iurat uidetur promittere facturum & curaturum, ut probatur in cap. ex literis de ſponſalibus, tamen hoc fundamentum non eſt tutum ut hic per Rubeum: quia non uidetur quòd qui promittit ſe facturum & curaturum incidat in pœnam ſine interpellatione, ut uoluit Areti. ſibi contrarius in conſ. 82. in ultima colum. & ſequuntur Moderni Ferrarienſes, in tracta. moræ. ſecunda colum. & Decius in dicta l. quod te. quia qui promittit hominem ſiſtere in iudicium uidetur promittere ſe facturum & curaturum, l. quoties quis. ff. de uerborum obligationibus. & tamen iſto caſu requiritur interpellatio, ut dixit glo. fin. in l. & ſi poſt tres. ff. de cautionibus & Hoſtienſ. Cur. & Ricard. in dicta l. quod te. & eſt de mente Bar. in l. ita ſtipulatus. l. agranda. in 6. columna. ff. de uerborum obligationibus ubi Ang. Imol. & Alex. dicunt quòd in quacunque obligatione ſiue dãdi ſiue faciendi, ut quis in mora conſtituatur requiritur interpellatio, & facilius in obligatione faciendi, & Bal. in cap. primo. §. adhæc poteſt dici, quòd loquitur in officiali, prout eſt tex. in l. prima. C. de priuat. carceribus quem Bal. adducit, uel loquitur de eo qui ad factum ſucceſſiuum tenetur, per tex. in l. ſi ita ſtipulatus eſſem abſente ff. de uerborum obligationibus & declarat Decius in conſilio ſecundo columna penultima, unde fundamenta Iaſ. parum ſtringunt.

203 Contrariam ideò opinionem † quòd ille qui promiſit defendere in cauſa euictionis, teneatur ſolum ubi eſt interpellatus, tenet Alexand. in dicta l. quod te. colum. 6. & Sozi. in l. 2. §. fi. ff. ſolut. matrimonio. pro qua facit tex. in dicto. cap. j. §. licet. ſi de feud. fuer. contro. inter

dominum & agnatum ubi eſt ſpeciale in uaſallo quòd quando dominus eſt in magno periculo, ſine requiſitione teneatur eum adiuuare, ergo regulariter non tenetur adiuuare, niſi fuerit requiſitus, non obſtante quòd præciſè iurauerit eum adiuuare, niſi dicatur quòd in forma fidelitatis ponitur uerbum requiſitus, dicendo quòd ſi requiſitus erit iurat adiuuare, & confirmat Sozi. quia qui tenetur ad factum regulariter, prout eſt obligatus ille qui tenetur defendere non incidit in moram niſi fuerit interpellatus l. inſulam. ff. de uerborum obligationibus, facit lex & ſi poſt tres. cum glo. fin. ff. ſi quis cautionibus & l. ſi deceſſerit. ff. qui ſatiſdar. cogantur. & facit ſecundum Iaſ. in dicta l. quod te: quia regulariter ad conſtituendum quem in mora requiritur interpellatio, & qui habet regulam pro ſe habet intentionem fundatam, & iuramentum regulatur ſecundum naturã actus regulariter, l. fin. ff. qui ſatiſdare cogantur. & l. fi. C. de non num. pecunia Tamen ut dixi nec iſtud fundamentum ſtringit: quia in iuramento ſuo apponitur uerbum requiſitus, & in cap. primo de noua forma fidelitatis ut perpendit Rubeus poſtea hic. nu. 423. Vnde melius facit illa regula generalis, quòd iuramentum regulatur ſecundum naturam actus & ſecundum naturam primordialem ut declarat Aretin. in cap. primo in antepenultima colum. de iudi. quem ſequitur Sozi. in l. frater à fratre. penul. colum. ff. de conditio. indeb. huic tamen rationi etiam reſpondetur, quòd iuramentum licet ſequatur naturam actus ſuper quo interponitur, tamen efficacius obligat, ſicut dicitur de ſtipulatione, ut eſt caſus & ibi Imol. & Paul. de Caſtro. in l. miles. §. decem. ff. de re iudica. & ita apparet quòd fundamenta adducta pro utraque parte non ſtringunt. Vnde caſus remanet ualde dubius. ego autem in dicta leg. quod te. num. 58. tenui opinionem Alex. quòd regulariter iuramentum non habet uim interpellationis: tamen communis opinio eſt in contrarium, & in iudicando & conſulendo docto. faciliter inclinant, quòd conſtituatur in mora, nihilominus uidi, & contra hanc communem ſententiam iudicari. Quantum uerò ad propoſitam quæſtionem ſi emptor denunciauit litem motam, licet non apponat uerba illa incitatiua, putarem quòd uirtus iuramenti importaret quòd eſſet uocatus ad defendendum; quoniam hæc denunciatio non uidetur eſſe facta ad alium finem, niſi ut ueniat ad defendendum. Vnde implicitè uidetur continere incitationẽ referendo ſe ad promisſionem ſuam, in qua iurauit eum defendere: ſed ſi habuiſſet ſolam notitiam litis motæ, & nulla denunciatio ei facta fuiſſet, tunc magis placet quòd non incidat in moram, per illam regulam generalem quòd mora non committitur per interpellationem, ita uidetur procedere illa opinio Speculatoris cum ſequacibus.

204 Tertiò limitatur non procedere: † quando emptor, & uenditor ſunt conuenti in eodem iudicio, ab eo qui rem euincit. Nam abſquè aliqua denunciatione poterit emptor ſuperatus agere contra uenditorem de euictione, ut eſt glo. ſingularis in l. ſi dictum. §. Si præſente. in uerbo posſit. ff. de euictio. ubi Saly. eam ſequitur & Odoffred. ibi ſimpliciter pertranſit, & Bal in l. libera. in principio C. de ſententijs, & in l. fi. §. primo. C. de uſur. rei iud. & Alex. in l. 2. §. uoluntatem. colum. iiij. ff. ſolut. matrimonio, & hic in ultima colum. & Card. in cap. ſolicitudinem. col. 38. uerſi. ſeptimo fallit, qui addit rationem: quoniam ſi uenditor erat in iudicio, potuit ſuas defenſiones adducere, iuxta. no. in cap. 2. circa finem de procuratoribus in 6. Ideò dixit Ang. in leg. ſi ſuſpecta col. 2. de inoffi. teſtam. quòd ubi uenditor uocatur ab agente contra emptorem, eius perſona eſt firmata, & dicitur defenſor neceſſarius, ut eſt caſus in l. ſi eo tempore. ff. de remisſio. pignor. & per Inno. in cap. cum R. de exceptionib. & tranſit Anto. Burgos, in dicto cap. ſi. uerſi. quartus caſus. col. j. de emptio. & uenditio. per glo. in dicta l. ſi dictum. §. ſi præſente. quæ allegat tex. in l. Lucius. ff. de manumiſ. teſtam. & in leg. Herennius. §. Caia. ff. de euictionibus, quibus tamen iuribus conatur hic reſpondere Rubeus. nu. 427. ut per eum & aliis etiam ſupra adductis, qui tamen poſtea dicit opinionem communem ſine dubio procedere quando etiã incæpit uenditor defendere, ut præſupponunt iura prædicta allegata, tamen docto. generaliter tenent limitationem ex eo: quia non poteſt tolli quin ipſe ſit præſens in iudicio, & quòd ipſe non habeat notitiam litis. Vnde uidetur quòd ſaltem ſtante iuramento ipſe dicatur incitatus, nihilominus tutior eſt opinio contraria quòd debeat interuenire denunciatio.

205 Quartò † limitatur iſta concluſio non procedere: quando emptor eſt talis perſona pro qua ius conſtituit debitorem in mora ipſo iure & re ipſa, ſine alia interpellatione, ut ſi eſt minor, uel eccleſia, uel fiſcus, uel alii caſus ſint, quos ego poſui in l. quod te. ff. ſi cer. petatur enumerando octo. & hic Roma. ſequitur per tex. in l. minorum. C. de integ. reſt. mino. & de eccleſia eſt glo. in §. item mixta. in uerbo iudicium. inſti. de actio. & Bal. in auct. hoc amplius. colum. 2. C. de fidei. de fiſco eſt glo. in l. cum quidam. §. fiſcus. in uerbo inferunt. ff. de uſur. & cum his limitationibus tranſit Alex. in in dicta l. quod te. ff. ſi cert. petatur colum. 4. & Card. in dicto cap. ſolicitudinem. in prima fallentia, & in minore. Imo. in conſ. 75. & Alexand. in conſ. 7. lib. 2. Cor. conſ. 184. lib. 3. Sozi. conſ. 133. in. 4. col. & in conſ. 174. per totum. & conſ. 57. col. 9. uol. 4. poſt Cuma. & Ang. dicentes quòd in minore contrahitur mora irregularis re ipſa, etiam quo ad pœnæ com-

commiſſionem. & Rom. ſingul. 106. Sed Rubeus hic in contrarium quòd etiam reſpectu minoris, requiratur denunciatio ut conſtituatur debitor in mora, adducit: quia quòd in minore non requiratur interpellatio non poteſt argui ad hanc materiam, quoniam adhoc ut conſtituatur pupillus in mora debet interpellari tutor uel pupillus cum auctoritate tutoris. l. ſi ex legati cauſa.cum lege ſequenti. & l. ſi pupillus.ff. de uerborum obligationibus. Sed in materia noſtra talis denunciatio poteſt fieri ſoli pupillo ut teneatur de euictione l. ſi dictum. §. fi. ff. de euictionibus. & ſic non fauemus pupillo ut non incidat in moram, ergo nec etiam debemus fauere ei ut ut uenditor cóſtituatur in mora re ipſa, & lex in minorum. eſt exorbitans & non debet extendi ad iſtum caſũ, gl. tamen in dicta l ſi dictum. reſpondet, quòd imò eſt fauor pupilli ibi, ut poſſit ei ſoli denunciare, cum ſi non poſſet: quia non haberet tutorem, excuſatus eſſet à denunciatione emptor, cum non eſſet perſona cui denunciari poſſet, dicta l. ſi dictum. §. penul. & ſic eſſet maius præiudicium. Vnde cum in caſu noſtro ſit fauor pupilli, ut conſtituatur in mora ideo ſeruabitur, & cum iſta ſolutione in ſimili tranſit Alex. in dicta l. ſi ex legati cauſa. dicens eſſe ueram ſolutionem, & communiter teneri, licet doct. multa uerba effundant, ſequuntur doct. in dicta l. ſi dictum. Sed contra eam replicat Rubeus: quia illa ſolutio repugnat illi tex. qui ſolum non apparente tutore permittit denunciari pupillo. ſed in caſu contrario ſecus eſſet ſecundum eum, & ille tex. iuuat ex benignitate hoc permitti, quaſi iuuat quòd non ſit fauor pupillorum. Vnde Rubeus inſtat ſuper intellectu illius tex. ſed tamen intellectus Alex. uerior eſt, quòd illud fuerit introductum fauore pupilli, & licet ipſe cum alijs multa uerba effundant, unde mihi placet limitatio, quòd ſi eſt certus uenditor non debeat denunciari, tamen ſi ignorat opus eſt denunciatione: quia mora non committitur in ignorante nullo modo, ſcientia autem regulariter non præſumitur, licèt uideat emptorem litigare, unde uidetur eſſe neceſſarium quòd fiat denunciatio, qua facta ſine incitatione fauore pupilli uel eccleſiæ conſtituatur in mora, ut teneatur uenire ad defendendum, & finaliter uidetur pertranſire etiam Rubeus.

206 Quintò limitatur † non procedere ubi uenditor eſt in mala fide eo: quia habet inſtrumẽta per quæ emptor ſi haberet, poſſet uincere, & non notificat emptori: quia ſine interpellatione conſtituitur in mora, & tenetur de euictione, etiam ſi non fuerit proteſtatus. Ita Bal. in l. prima colum. ij. C. de pericul. & commod. rei uendi. & tenet Card. in dicto cap. ſolicitudinem. carta; fi. uerſ. tertia eſt, licèt de Bal. nõ faciat mentionem, & ſequitur ſimpliciter Aut. Burgos. in dicto cap. fin. colum. 5. de emp. & uenditio. Aquenſis in hoc. §. & pro iſta opinione adducitur l. Iulianus. §. idem Iulianus. in fi. ff. de actionib. emp. & l. ſi Titius. eodem titulo. Sed in contrarium adducit Rub. quia ſi tenemus hanc limitationem regula Bar. hic deducitur ad nihilum; quia à communiter accidentibus uenditores habẽt ſcripturas de re uendita non emptores, ut eſt caſus in l. Titius hæres. & leg. creditor. in primo reſponſo. ff. de actio. emp. Secundò arguitur: quia iſta denunciatio uidetur eſſe de forma ut etiam interueniat incitatio, ergo uidetur quòd forma ſit ſeruanda, dato quòd uenditor penes ſe habeat inſtrumenta & illa ſex iura requirentia uerba incitatoria ſimpliciter loquuntur, non habito reſpectu an habeat inſtrumenta uel non, imò uidetur hæc incitatio neceſſaria ad finem ut ipſe uenditor præparet inſtrumenta, & ueniat inſtructus ad defendendum, & maximè: quia uenditor poteſt cogi exhibere, ut dicit tex. in dicta l. creditor. in primo reſponſo. ff. de actio. emp. & in l. inſtrumenta. C. de fideicommiſſ. ubi doct. concludunt quòd inſtrumenta debent remanere penes uenditores: quia ſua intereſt, attento quòd de euictione tenentur.

Nec obſtat dicta lex Titius. ff. de actio. emp. quia ubi uenditor uendit ſcienter rem alienam, licèt expenſæ tranſcendant duplum rei, poſſunt repeti ab eo, licèt emptor poſſit conſequi ab euincente, & in hoc conſiſtit ſingularitas illius legis ſecundum Rubeum hic, non autem quòd denunciatio remittatur, qui poſteà ſubdit quòd tenetur uenditor actione ex uendito ratione doli: non ex illo capite quod res ſit euicta ſed quòd ipſum emptorem decepit, ut probatur in dicto. §. idem Iulianus. & in leg. ſeruus quoque. §. ſi ſciens. ff. de actioni. emp. addit tamen poſteà quòd Bal. in dicta l. j. col. ij. facit duos caſus. Primus eſt quando uẽditor ſcit litem motam & habet inſtrumenta penes ſe ex quibus emptor poſſet uincere, & iſto caſu uidetur quòd teneatur de euictione, quamuis poſſit dici quòd teneatur ratione doli. Secundus caſus eſt quando uendidit rem alienam ſcienter, & iſto caſu nulla facta denunciatione tenetur ratione doli; quia etiam re non euicta tenetur de dolo, dicta l. ſeruus quem. & declarat Bar. in l. at qui natura. §. qui me abſente. in fin. ff. de neg. geſt. quia de euictione non agitur niſi res ſit reſtituta. Cæpola tamen in cautela ſua 254. quæ eſt cautela antepenul. dicit quòd ſtatim poteſt agi ex empto de euictione & hoc non etiam intelligit Cardin. in dicto cap. ſolicitudinem. Rubeus uerò uult etiam quòd poſſit agi de euictione quando agitur ratione doli, ſecus autem quando agitur contra ignorantem; quia tunc eſt opus denunciatione, cum mora non committatur ſine ſciẽtia. Vnde cum ignoret motam litem non poteſt ſcire an teneatur defendere, & iura, quæ uolunt moram ipſo iure committi, præſupponunt certi-

tudinem in obligatione, & in exiſtentia conditionis, & mihi placet: quia eſt ſatis rationa
207 bile. Sic iure †limitatur non procedere quando uenditor eſt in mala fide, & habet inſtrumenta ſufficientia ad uictoriam, & ea non notificat emptori. nam tunc non eſt opus interpellatione, & ſufficeret ſimplex denunciatio de lite mota, Bal. in l.1.col.2. C. de periculo, & commo. rei uenditæ. & Cardinalis in dicto cap. ſolicitudinem, & Ripa in dicto cap. cum M. Ferrarienſ. cum ſimilibus adductis hic per Rubeum, qui dicit eſſe communem opinionē. & licet contra eam arguat tamen finaliter eam ſequitur quando lis eſt intimata, ut per Corneum in conſ.255.lib. 3. & ſubdit hic Rubeus quid ſi uenditor ſcit rem eſſe alienam, & etiam emptor an etiam iſto caſu teneatur uenditor de euictione. nam emens ſcienter rem alienam nō habens regreſſum de euictione etiam ad pretium ut per Bar. & alios communiter in l. fin. §. emptor. C. communia de lega. Facit quia in pari cauſa turpitudinis deterior eſt conditio petitoris l.4.ff. de conditio. ob turpem cauſ. & l. cum pax. ff. de reg. iur. ideo tex. in l. ſi fundum. C. de euictionibus & in l. ſi fratres. C. communia utriuſque iudicii uolunt quòd emptor ſibi prouideat de euictione. ſed breuis eſt reſolutio quòd ſi uenditor ſciens rem eſſe alienam promiſit emptori illam defendere ſumptibus ſuis quòd requiritur denunciatio ſecundum Cor. in dicto conſ.2. in 5. colum. uerſi. ſed his non obſtantibus. lib. 3. & eſt generale quòd ubi uenditor promiſit rem defendere ſumptibus ſuis, nihilominus ei lis eſt intimanda: quia pacta apposita in contractu emptionis & uenditionis, intelliguntur ſecundum naturam contractus ſuper quo interponuntur. l. ſi ſtipulatus. ff. de uſur. & l. ſi uno. in prin. ff. loca. ideo talis promiſſio debet intelligi ſi lis fuerit eidem intimata, & Corn. Peruſinus ita declarat in conſ. 255. col. 2. lib. 3.

208 Sextò limitatur prædicta concluſio † ut non procedat ubi in contractu eſſet remiſſum ius denunciandi & eſſet conuentum, ut creditor teneretur ad defendendum ſine alia interpellatione per l. Herennius. in princip. ff. de euictionib. & tenuit Bal. & Sali. in l.1. C. de pericul. & commod. rei uendit. & Barbatia in cap. fi. col.3. de emptio. & uenditio. per glo. in ſimili. in cap. primo. de off. de leg. & dixit Sali. in dicta l. prima in 6. oppoſitione, quod eſt multum notabile, ut iſta denunciatio remitti poſſit, & ſimpliciter pertranſit Cardinalis in dicto cap. ſolicitudinem. de appellationibus uerſi. 4. limitatio. & Ang. conſ.167. in prima col. qui dicit quòd talis remiſſio ſolum refertur ad denunciationem inquietitudinis facti, quia uenditor non tenetur reſpectu inquietitudinis facti l. fin. C. de actio. empti. Vbi ergo remittitur denunciandi neceſſitas de ea intelligitur ad quam faciendam eſt aſtrictus emptor, ad nullam autem eſt aſtrictus niſi cum emptori iudiciario modo lis infertur, quo caſu uenditori denunciandum eſt dicta leg. prima C. de pericul. & commod. rei uendit. & l. empti actio. & l. ſi plures. cum uulga. C. de euictionibus, ſuadetur: quia uerbum remiſit, eſt liberationis inductiuum: ergo non arctat niſi ad caſum ſubſiſtentis obligationis. l. ſi ff. ſi cert. peta. & l. decem. ff. de uerbo. obligatio.

209 Sed † in contrarium adducit hic Rubeus: quia imò uidetur quòd neceſſitas denunciandi no poſſit remitti: quia inducta eſt à lege quæ ſic præcipit, l. ſi fundo. §. fi. & l. ſi ideò. §. fin. ff. de euictionib. Vbi ergo lex præcipit, ei renunciari non poteſt ut no. glo. C. ne fideiuſſo. dotium dentur. eo maxime: quia iſta denunciatio fit magis ad tollendam negligentiam in denunciante, quàm ad moram inducendam in denunciato. Sed tamen reſpondetur quòd continet utilitatem denunciati: quia ipſe uidetur magis inſtructus & quilibet poteſt renunciare, ſciens l. prohinendi in fauorem alicuius, ut declarat Cy. in l. 1. in fi. C. ne fideiuſſ. dotium dentur. & plenius per docto. in l. ſi quis in conſcribendo. C. de edendo.

210 Addit † hic Rubeus quòd ubi remittitur euictio, nihilominus uendens tenetur ad reſtitutionem pretii, quod eſt notandum pro his qui uolunt teneri tantum de euictione, pro dato & facto eorum tantum: quia etiam pro facto alieno tenentur ad reſtitutionem pretii, per tex. in l. emptorem. §. qui autem. ff. de actio. emp. niſi ſit conuentum quòd non teneatur uenditor ad reſtitutionem pretii, ut declarat Bar. in dicto. §. qui autem, dicens quòd ille tex. eſt fortis ſicut alius, & tenet ibi etiam Paul. de Caſtro. Odofredus & alii in l. ſtipulatio iſta. in 3. col. ff. de uerborum obligationibus. Corn. in conſ. 226. lib. 2. ſed ſi uenditor dixit ego nolo teneri de euictione, ſi euincatur à tali uel ex tali cauſa nō tenetur ad reſtitutionem pretii, ut per glo. iuncto tex. in l. qui libertatis. ff. de euictionibus. quā ibi notant Ang. & Bal. in l. non dubitatur. C. de euictio. dicens quòd illa glo. eſt ſingularis, & ſequitur. Paul. de Caſtro in dicto. §. qui autem. & Bal. in dicta l. prima colum. ult. C. de pericul. & commo. rei uend. Roma. in ſingu. ſuo. 284. Anto. Borgias in cap. fi. colum. octaua. de emptio. & uenditio. & Iaſ. in l. ſtipulatio iſta. colum. 4. ff. de uerborum obligationibus. Rubeus tamen hic dicit, quòd iſta limitatio, cum qua omnes tranſeunt, non eſt uera: quia ubi quis dicit nolle teneri niſi pro facto ſuo: iſta uerba important caſu quo ipſe fecerit aliquam alienationem de ipſa re, uel obligationem, dicto. §. qui autem. & facit lex ſi quis à multis. ff. de nox. & leg. ſed ſi fur. ff. de uſufruct. l. 2. ff. de hæredi. uel actio. uendi. l. ædiles. in prin. ff. de ædilitio edicto & l. ſi hominem. §. fi. eodem titulo. ſed ubi quis non uult teneri de euictio. pro facto alieno tenetur ad reſtitu-

ſtitutionem pretii, ergo idem uidetur, ubi nō uult teneri pro facto Titii uel Sempronii, ut idem operētur genus in ſuo genere, quod ſpecies in ſua ſpecie l. ſi duo. ff. de teſtam.tutel. & uidetur tex.in dicta l. emprorem.in uerſi.ibdē, ubi dicir quòd ſi inſtrumenro apponatur nihil euictionis nomine præſtitum iri, pretium quidem deberi ſubdir tex. nequè enim bonæ fidei contractus hanc patitur conuentionem, ut emptor rem amittat, & uenditor pretium retineat. nam hæc ratio concludit quando non uult præſtare euictionem reſpectu certæ perſonæ, uel cauſæ. ſicut quando non uult aliquo modo de euictione teneri: quia ſemper militat ratio de contractu bonæ fidei, in quo lex habet pro abſurdo, quòd emptor rem amittat & uenditor pretium retineat, & ſic dicta l. qui libertatis, declaratur per dictum.§. ſine autem ut nō præſtetur euictio reſpectu intereſſe: ſed non reſpectu pretij.

211 Et addit cautelam eſſe † quòd clauſula ſcribatur hoc modo, quòd uenditor non uult teneri de euictione, nec ad pretii reſtitutionem niſi pro facto, & dato ſuo, qualitercunque, & quomodocunquè euincatur, & quòd emptor renunciet omni iuri & actióni ex quibus poſſet de euictione agere contra formam prædictam, & tale pactum ualet ut glo. dicit in dicto.§. ſiue autem, & per Azo. in ſumma. de euictionibus §. primo uerſi. agit autem emptor. & per Hoſtienſem in ſumma. de emptio. & uendi. §. at qui uenditor. facit: quia traditioni rei quæ uēditur poteſt quodlibet pactum apponi l. traditionibus. ff. de pact. & remittentibus actiones ſuas non datur regreſſus l. quæritur. §. ſi uenditor ff. de ædili. edicto. & per. Cy. Saly. Alber. in l. non dubitatur. C. de euictionibus & Alber. in dicto §. qui autem. & ego puto etiam tutius eſſe ita clauſulam ſcribere ut tollantur difficultates: tamen ſi eueniret quòd creditor uenderet rem ſibi pignoratam, uel de iure uel ex conuentione, quo caſu debitor de iure tenetur de euictione uel ex conuentione: quia creditor poſſet obligare bona debitoris, tunc ſi diceret ſe nolle teneri de euictione niſi de dato & facto ſuo, nec etiam teneretur ad pretii reſtitutionem cum ſufficeret quòd emptor haberet regreſſum contra ipſum principalem debitorem.

212 Septimò limitatur iſta concluſio per Taurinenſes hic, ut non procedat quando uenditor latitat, & impedit ne ſibi fiat denunciatio: quia tunc tenebitur de euictione, abſquè alia denunciatione ut probatur in l. ſi dictum. §. ſi præſente, in ultimo reſponſo, ff. de euictionibus. facit: quia qui malitioſè abeſt, uidetur abeſſe ad ſui præiudicium ut per Inno. in cap. quoniam frequenter. de eo qui mittitur in poſſeſſionem. facit tex. à contrario ſenſu. in l. ſi cum ſeruum. §. ſi. ff. de fideicommiſſ. libertat. ubi qui abeſt ex iuſta cauſa non uidetur abeſſe ad ſui præiudicium. & ſequitur Card. in dicto cap. ſolicitudinem. in uerſi. octauo fallit. iiij. finali. qui fortius dixit non eſſe neceſſe, ut emptor aliter proteſtetur de impedimento: quia ſufficit quòd probet illud, Tamē Rubeus uidetur ſentire quòd ſit neceſſaria proteſtatio ut probatur in l. de pupillo. §. ſi quis ipſi prætori. ſup. eodem. quia hanc proteſtationem requirit tex. in l. 2. ad finem. C. de his qui per metum iudicis non appellauerunt, & cap. fi. de appellatio. & in l. 2. C. de nauti. fœno. ſed tamen pro prima opinione facit quod uoluit Bar. in l. 2. §. pen. ff. ſi quis cautionibus, & ſupra etiam nos uidimus, & ibi tradita fuit diſtinctio quòd ſufficit probare legitimum impedimentum quando quis uult tantummodo ſe excuſare. ſed ubicunque quis uult acquirere actionem ſemper eſt neceſſaria proteſtatio. ut tenuit ipſemet Bar. ſupra in proteſtatione declaratoria uoluntatis in 3. membro declarando tex. in l. prima. §. adeundi. ff. quando appelland. ſit, quæ proteſtatio una ſufficit, quam uis alliquando trina requiratur, ut in auctentica ſtatuimus. C. de epiſcop. & cleri. & ſi eueniat quòd poſtea uenditor faciat ſibi copiam, quid ſeruandum ſit, dicas ut hic per Rubeum.

213 Octauò limitatur † per Alexan. hic ut dicta concluſio non procedat quando emptor poteſt probare quòd ſi denunciaſſet ipſi uenditori, ipſe non potuiſſet eum defendere in iudicio: quia euincens fouebat iuſticiam, quia iſto caſu non uidetur interfuiſſe ipſius uenditoris. Ita Alex. hic dicit colum. penul. poſt. Imol. in cap. fin. de emptio. & uenditio. & dicit Alex. hic eſſe notabilem limitationem, tamen ipſa redditur dubia in practica, ex eo: quia malè poteſt apparere quòd omnimodò eſſet euincenda, cum poſſet uenditor dicere quòd ipſe potuiſſet facere probationes, & inquirere ſcripturas neceſſarias. Vnde uidetur quòd debeat declarari ſecundum primam uel ſecundum ſequentem.

Nonò limitatur non procedere quando uenditor nullam habuiſſet iuſtam, & rationabilem cauſam, qua mediante potuiſſet impedire reſtitutionem rei, & ideò ſecundum Imol. in cap. fi. pen. col. uerſi. ſed aduerte. de emptio. & uendi. ſi emptor agat de euictione contra uenditorem, & ipſe excipiat de denunciatione non facta, & quòd non fuit expectata ſententia, poteſt replicari quòd ſua non intererat, ex quo iſte uenditor nullum habebat ius nec potuiſſet illam rem defendere, & ſic ſua non intererat, Et hanc declarationem magni facit Alexand. hic colum. penul. ad finem. & ideò non tenetur ſi nihil rationabile allegat, & idem Alex. hic quòd licèt hodie prius debeat fieri excuſſio in bonis debitoris principalis antequàm deueniatur ad fideiuſſorem, ut in auct. præſente. C. de fideiuſſo. Si tamen non facta excuſſione conueniatur fideiuſſor, qui excipiat de excuſ-

ſione non facta, poterit replicari quòd ſua nõ
intereſt: quia debitor non eſt ſoluendo, facit
ſecundum Alex. & Imol.glo.in l.niſi actor.ff.de
pact. & quia ubicunque emptor agit de euictio
ne, & uenditor non opponit de denunciatione
ſibi non facta, ualet iudicium. ſed paria ſunt
non poſſe uel non opponere. ſed nemo poteſt
opponere exceptionem quam opponere ſua nõ
intereſt, cum uires eius ex perſona ſua non æſti
mentur l.militis. §.fin. ff. de teſtamen.milit.&
l.ille à quo. §. ſi de teſtamento. ff. ad Trebelli.
& confirmat Rub. hic: quia hæc denunciatio
fit uenditori ut liti aſſiſtat, uti melius inſtru-
ctus ſit quàm emptor. Sed ubi conſtat eum non
habere aliquod ius non uidetur neceſſaria de-
nunciatio. ut per Bar. in fortioribus terminis
in l. 2. §. quod de frumentaria. ff. de admini-
ſtra.rerum ad ciui.pertinentiũ, & uidetur tex.
ubi Abbas in cap.cum olim.colum.9.ff.de re iu
214 dic.Sed ipſemet Rubeus † poſteà opponit con-
tra hanc limitationem: quia uidetur uelle ꝙ
poſſit agi de euictione, quando emptor agno-
ſcit bonam fidem reſtituendo rem, nulla data
ſententia contra legem non utiquè. ff. de rei
uendicatio. & per tex. in l. ſi ſeruus. in fi.ff.iu-
di.ſolui.quem adducit Alberi. in l. at qui natu
ra. §. cum me abſente.ff. de nego. geſt. ſed ſol-
uit ex mente Imol.in dicto cap. fi.colum. penu.
quòd id quod dicitur ut requiratur ſententia
adhoc ut poſſit agi de euictione procedit quan
do quis uult agere ad duplum actione ex ſtipu-
latu,ut eſt caſus in l.habere licere. ff. de euicti.
ſed ubi quis uult agere actione empti ratione
euictionis, poteſt agere antequàm ſit lata ſen
tentia, l. non tamen. & l. ſi ei cui.ff.de euictio.
Nam ibi ſi emi à te fundum & extiti hæres, ue-
ro domino poſſum agere ex empto ad pretium
quod mihi abeſt: quia uideor debere habere rẽ
ex alia cauſa, eodem modo uidetur dicendum
quando emptor conuentus à domino rei: quia
conſtat ipſum eſſe dominum, & eidem reſti-
tuit rem, ſubdit tamen Imol. quòd tutius eſt
expectare ſententiam, quòd agens contra em-
ptorem probet, & maximè: quia uidetur di-
uerſa ratio inter hunc caſum, & caſum l. ſi ei.
Et in effectu Alexand. hic uult quòd uenditor
tenetur probare ſi non uult teneri de euictione
quòd ille cui eſt facta reſtitutio non habet ius
in re, quia probationis ius] deberet transferri
in ipſum emptorẽ,ut ſentit Bar. in d.l.atqui na
tura. §. cum me abſente, quia uenditor poſſet
habere aliquas defenſiones quas ignorat em-
ptor, ſi ergo emptor uult agere ſine probatio-
ne requiritur quòd denunciet. Item quòd non
reſtituat niſi ſecuta ſententia, iuxta l. euicta.§.
duplæ. & legem habere licere. ff. de euictioni-
bus. Addebat etiam hic Rubeus, ex mente Imol
in dicto cap. fin. quòd non poteſt agi ex ſti-
pulatu ad duplum pretij, aliqua in oppoſitum
quibus reſpondet, & uideas per te, ne in to-
tum hic ponamus materiam euictionis & ſti-
pulationis de euictione, & hæc de congruentia
uerborum.

215 Secundò † quærit quis ſit locus congruus in
hac proteſtatione incitatoria ſeu interpellatio
ne. & diſtinguit aliquos caſus, & primò dicit
quòd locus congruus eſt, ubicunque reus ibi
poteſt conueniri, quod uerum eſt de loco ip-
ſius ſolutionis, & quando non eſt appoſitus lo
cus ad ſoluendum. ſed ſi eſt deſtinatus locus ſo
lutioni, tunc ille omnimodo ſeruandus eſt. Et
216 † propterea dicas. aut nos quærimus de loco in
quo fit proteſtatio, & tunc omnis locus eſt ſuf-
ficiens quàmuis ibi nòn poſſit conueniri, dum
modo conferatur ſolutio ad locum in quo po-
teſt conueniri, per tex. in l. fi.ff. de offic.præ-
fect. urbis. ubi præfectus urbis licet extra eam
non habeat iuriſdictionem,tamen poteſt iube-
re iudicari in ipſa ciuitate conferendo iuſſum
ad locum iuriſdictionis.

217 Si uerò † quærimus de loco in quo ſit fienda
ſolutio, & tunc in interpellatione debet conti-
neri locus deſtinitæ ſolutionis, alioqui non ua
leret: quia eſſet auferre commodum pecunia
rum, & ſolutionis, & ipſius loci, ipſi reo, quod
non poteſt fieri. l.j.ij.& iij.& per totum. ff. de
eo quod cert.loco. Si enim quis promiſiſſet ſol
uere in nundinis, & alibi cogeretur ſoluere,
auferretur maxima commoditas reo, qui ibi
ſperabat à debitoribus ſuis exigere pecunias,&
habere commoditatem ſoluendi, quod magni
facit tex.in dicta l.3.§.j. ff. quod certo loco. Si n
autem non eſt deſtinatus locus, tunc optimè
procedit, quod dixit Bar. interpellationem de
bere fieri, ut ſolutio debeat fieri in loco quo
poſſit conueniri: quia iudex eum cogeret ibi
ſoluere, & ſequuntur omnes in hoc. Addit po
ſtea quòd ſi exiſtens extra locum conuentio-
nis interpellet ſimpliciter, quòd intelligitur
interpellare ut ſoluat in loco interpellationis.
arg.l.ſi cum dies. §. ſi arbiter. ff. de arbit. ubi
iuſſus ſtare in iudicio ſimpliciter, intelligitur
de loco compromiſſi, in tantum quòd etiam
poteſt fieri in eccleſia, ut dixit Bar. in l.ij. C.de
ſacr. ſanct. eccleſ. & probatur in auct. ſi quis ei
C. de adulter.& facit quòd dictum fuit in pri-
mo capite proteſtationis declaratoriæ, quòd
illa poteſt fieri quolibet die & tempore, & uo-
luit idem Bar. in l.cum filius familias.§.final.de
uerborum obligationibus. & leg. in contra-
ctibus. §. fin. C.de non num. pecu.

218 Addas tamẽ ꝙ ſi in inſtrumẽto eſſet appoſi
tus locus deſtinatę ſolutionis, interpellatio ſim
pliciter facta intelligeretur relata ad illũ locũ,
non autem facta de loco interpellationis: quia
neceſſario in interpellatione facit mentionẽ de
cauſa, & de contractu, licèt ei non oſtendat,
Vnde intelligitur interpellaſſe ut ſoluat in lo-
co in contractu conuento, arg. auct. ſi quis in
aliquo. C.de edendo.& quod uoluit Bar. in l.
edita, ubi per omnes ſuper glo. in uerbo pro-
ut. C. de adendo, & facit: quia in dubio actus

præſu-

præſumitur factus,potius ut ualeat quàm ut pereat. l.quoties. de reb.dub.cum ſimilibus.

219 Si tamen appoſita ſit clauſula, † quòd quis promittit ſoluere Romæ, Florentiæ, & in quocunque loco,prout ſolet in omnibus contractibus fieri, tunc interpellatio in quocunque loco facta,ualeat,cum & ſolutio in quocunque loco fieri debeat ſecundum formam inſcriptam in dicto inſtrumento, cuius uerba ſpectanda ſunt.

220 Secundò concludit †quòd locus faciendi interpellationem eſt æqualiter congruus tam in iudicio quàm extra,ut probant tres glo. allegatæ per Bar.ut in dicta l. qui Romæ. §. cohæredes.in uerbo teſtato. & in dicta l. fideiuſſor obligari. §. fi. in uerbo reus.de fideiuſſoribus & l. amplius non peti.in medio glo.magnæ. ff.rem ratam haberi, quod procedit etiam quòd cautio eſſet explicanda in iudicio ex mente Bar. & illarum Gloſarum:quia mutabilitas iſta non uitiat diſpoſitionem, & quin conferatur executio ad locum habilem ut ſtatim ſubijcit etiam.Sed dum uult quòd ſimplex interpellatio in loco non congruo executioni non ualet: quia uidetur facta ut executio fiat in loco interpellationis,in contrarium allegat hicHermanocius tex. in l. ſi ut proponis. la ſecunda. C. quomodo & quando iudex.ubi niſi mutetur,uidetur facta in loco à principio deſtinato.

Nec obſtat dictus §.ſi arbiter: quia ibi repetitio fit in loco compromiſſi: quoniam non commutabatur compromiſſum, & pro iſta ſolutione potes allegare tex.in l.Titia.§.idem reſpondet.ff.de uerborum obligationibus. Sed tu potes alio modo reſpondere quòd probat contra Bar. quia ibi citatio ſimpliciter facta refertur ad locumdeſtinatum ad iudicium,qui eſt ut fiat in loco compromiſſi, & non attenditur quo loco ſit facta citatio:ita non attenditur quo loco ſit facta interpellatio: quia tacitè intelligitur, ut executio actus fiat in locum iuris, ut ſupra etiam concluſi, & hic latius etiam per Rubeñ. per tex.in l.ſi ut proponis. C. quomodo & quãdo iudex. quod dictum allegat Alex. in appoſtillis ad Bar.in dicta l.ſi cum dies.§. ſi arbiter ff.de arbitr.Vbi dixi quòd quando arbiter fecit ſibi deputare locum,omnes citationes referuntur ad illum locum dicta l.ſi ut proponis. Aut non eſt deputatus locus, tunc citatio refertur ad locum ubi eſt factum compromiſſum,neque ſequitur Alex. conſ. 134. in ultima col.in uerſi. ſecundò reſpondeo.lib.ij.idem ergo uidetur dicendum in propoſito,ut interpellatio uideatur facta in loco deſtinatæ ſolutionis:quia ibi uidetur celebratus contractus.l.cõtraxiſſe ff.de iud.

221 Tertio concludit Bar. † quòd interpellatio poteſt fieri in loco inhoneſto ut ibi ſoluatur. Sed tamen ſi reperiatur debitor in lupanari uel in popina, & interpelletur ut ſoluat in loco honeſto, ualebit proteſtatio per dictum. §.ſi arbiter. & facit lex uſuras. C. de ſolutionibus. & eſt ratio: quia non poteſt conqueri de eo ſi ibidem creditor debitorem inuenit, & poteſt dici nihil Catilina Cethego,& ſequitur hic Rubeus, & alij.

222 Tertiò Bar.hic concludit † quòd interpellatio debet continere locum loci in quo debitor ſoluere debeat, ſi tacitè non includit. ideo dicit quòd locus loci eſt exprimendus.Vnde dicit quòd quando actor in illo loco habet domicilium tunc non eſt neceſſarium exprimere: quia tacitè continetur domus ipſius creditoris,ut dixit glo.in l.item illa.ff.de conſti.pecunia.in uerbo cæpit, quæ dicit quod reus debet accedere ad domum creditoris, tamen Bar. ibi declarat an,& quando creditor debeat accedere ad domum debitoris uel debitor ad domum creditoris, & ſecundum eius diſtinctionem ibi poſitam poteris reſoluere illam difficultatem: quia interpellatio intelligetur quòd debitor accedat ad domum creditoris, uel creditor ad domum debitoris ſecundum diſtinctionem ibi poſitam. Secundò Bar. concludit quòd ſi proteſtans uel proteſtatus non habet domicilium in loco,tunc eſt neceſſarium exprimere locum loci, ad finem ut debitor ſit certus in quo loco debeat ſoluere, faciunt no. per eundem in l. de pupillo.§. qui nunciat. ſupra eodem.& bonus tex. in l. fin. ff. de lege commiſſ. ubi ille debitor acceſſit cum ſacculo paratus ad locum loci: ſin autem eſt deſtinatus locus in inſtrumento, & tunc tacitè continetur ille locus ut ſupra concluſi, & ſi eueniat quòd ſit locus paruus, ut locus nundinarum, ſufficit quòd compareat in nundinis, & in quocunque loco poteſt proteſtari quòd ipſe eſt paratus ſoluere creditori. & ſi eſt creditor,poteſt proteſtari quòd eum nunquàm uidit in loco nundinarum. Sed ſi eſſet locus magnus tunc eſſet neceſſarium ut dicit Bar. quòd locus loci exprimeretur in interpellatione,ad finem ut ille ſciret qua hora,& quo tempore, & in quo loco eum inuenire poſſet: argu. dictæ l. aut qui aliter. §. primo. ff.quod ui aut clam. In uno tamen caſu ut dicit hic Iaſ.& omnes,interpellatio debet fieri in iudicio,quando quis non poteſt obligari ad illum actum faciendum niſi per officium iudicis nobile, ut eſt exẽplum in l. cum poſtulaſſem.ff. de damno infecto. quando aduerſarius ædificat in ſuo quod poteſt nocere domino. ſi enim damnum eueniat poſt interpellationem extraiudicialem nõ tenebitur ædificans. Sed ſi eueniat poſt præceptum factum à iudice, tunc poſteà tenebitur tãquàm conſtitutus in mora, & ibi Bar. nota.tamen ut ibi patet,non euenit ex natura interpellationis: ſed quia ante nulla erat contracta obligatio, & ſine obligatione non poteſt quis in mora conſtitui:arg.l.decem.ff. de uerb. obliga.

223 Quærit etiam Bar. hic † quod dicatur eſſe tempus congruum adhoc ut interpellatus conſtituatur in mora. & primo quærit an tempus feriatum dicatur eſſe tempus congruum. & refert Cy. in leg. in minorum. C. de in inte-

grū reſti.minorum.dicentem quòd tempus feriatum non ſit tempus congruum:quia ſicut locus in quo non poteſt conueniri, id eſt,non poſſit lis fieri non eſt congruus, eodem modo nec tempus quo non poteſt conueniri, & acta iudiciaria fieri,uidetur eſſe congruum.

224 Sed tamen Bar. reprehendit: † quia ſolutio non eſt actus iudiciarius. & ideò poteſt fieri in quocunque tempore;arg.l.dies feſtos. C. de feriis. Vbi tantummodo actus iudiciarij prohibētur.ergo à contrario,actus non iudiciarii permittuntur fieri, ideò ipſe diſtinguit, Aut actus ad quem quis incitatur eſt explicandus in iudicio,& tunc dies feriata non eſt tempus congruū niſi ſit dies interpellationis, qui ſemper poteſt fieri die nō feriata,ſicut dictum eſt de loco. Aut actus uenit explicandus extra iudicium,& tunc ſi eſt actus ſecundum bonos mores prohibitus fieri die feſtiuo,ut quòd faber præſtet operas ſuas,& tunc ſimiliter prohibetur fieri die feriata. Si uerò honeſtè poteſt fieri in die feriata ut ſoluere pecunias,& ſimilia, & tunc talis proteſtatio ualet,argum. l. miles.§. ſexaginta.ff.de adulter & l.1.§.nunciatio ſupra.eo.& C.de tempo.appellatio.l.2.in fi.& ſic in effectu facit regulam,quòd proteſtatio poteſt fieri in die feriata indiſtinctè. Item etiam actus ſolutionis poteſt conferri in tempus feriatum,per dictam l.miles §.ſexaginta.cum alijs per eum adductis. Fallit quando actus erat explicandus in iudicio:quia tunc debet eſſe tempus nonferiatum. Fallit etiā quando actus erat ſecundum bonos mores prohibitus fieri in die feriato.

225 Tu autem plenius dicas. † & facias regulam. quòd proteſtatio reſpectu ſui poteſt fieri die feriata: quia eſt talis actus qui non reperitur prohibitus,in contrarium tamen uidetur tex. in d. l.dies feſtos.in ſecundo reſponſo. ibi,admonitio nulla, & ibi,nulla fideiuſſoris exactio, quæ uerba expreſſè uidentur negare interpellationem poſſe fieri,cum interpellatio uideatur eſſe quædam admonitio, & exactio fideiuſſoris,quædam admonitio ut ſoluat, tamen ex mente doct. reſpondetur quòd illa uerba non intelligūtur de interpellatione,ſed de admonitione quæ ſit per nuncium citantem ut compareat in iudicio,& ſic loquitur de citatione quæ eſt actus iudiciarius. Item dum dicit de exactione fideiuſſoris,intelligitur de actione quod quis teneatur præſtare de iudicio ſiſti,uel alia ſtipulatione prætoria,ut ibi declarat glo.& ſequuntur cōmuniter doct. interpretantes illum tex. loqui de actu iudiciario, & propterea remanet cōcluſio Bar.uera ꝙ interpellatio quocunque die fieri poteſt. Fallit quando fieret ei qui non eſſet obligatus, & obligari inciperet tantummodo per officium iudicis: quia tunc oporteret fieri in iudicio,quoniam iuſſus iudicis alibi obligaret,dicta l.cum poſtulaſſem. ff. de damno infecto.cum ſuis ſimilibus.

226 Secunda etiam regula conſtituitur † ꝙ actus exequendus per interpellationem quocunque die fieri poteſt, conferendo illum actum in tempus feriatum,ſi eſt tempus feriatum ob utilitatem hominum:nam tunc nullus actus regulariter extraiudicialis fieri prohibetur, quòd præſuppoſuit pro clarò Bar.ut in dicto tempore in diſtinctè tam fieri poſſet, quàm conferri.

227 Sed ampliatur procedere etiam † ꝙ ſit tēpus feriatum in honorem Dei;quoniam omnis ſolutio pecuniarum tempore feriato poteſt fieri,ut hic per Bar. & ſequuntur communiter doct. Sed tamen in contrarium facit,quia nos uidemus ꝙ bancherii,ſeu nummularii, qui aliud negotium non exercent niſi recipiendi & dandi pecunias, & tamen nos uidemus ꝙ eorum exercitium ſecundum bonos mores ex conſuetudine prohibitum eſt. Sed poteſt reſponderi ꝙ & bancherii plura alia negotia faciunt, faciendo infinitos contractus uſurarios,& alios actus. Item eorum negotium reſpicit plures ſolutiones,& efficitur unum exercitium prohibitum die feriata, ſed nos loquimur de una ſolutione quam quis tenetur facere ſuo creditori uirtute proprii contractus,non uirtute exercitii, & ratio diuerſitatis poteſt eſſe:quia quando facit exercitium nummularii,eſt occupatus in tota die,& nō curat accedere ad miſſas,& ad alia officia diuina in diebus feriatis audienda,ac facerent tem mali exēpli,ut in tali tempore conſpicerentur ſua negotia facere, quæ ratio ceſſat ubicunque debitor eſt obligatus facere unam uel duas ſolutiones, ex qua ratione infertur quòd ſi quis eſſet obligatus ultra ſolutionem,reddere rationem alicuius negotii ſucceſſiui. quòd nec etiam tempore feriato fieri poſſet,quæ faciunt ad communē ſtylum notariorum, negotiantium,qui promittunt in feſto Paſchatis & in feſto Natiuitatis facere ſuas ſolutiones: quia tunc talis conuentio ualebit,& etiā ſolutio fieri debebit,& dicto die elapſo ipſi ſoluentes conſtituentur in mora,ſicut ſi eſſet dies non feriatus,iuxta l.magnam.C. de contrahen.& committenda ſtipulatione. Pu-

228 tarem tamen † magis deuotè hanc promiſſionē interpretandam,ut dicendo in die Paſchatis uideatur promiſiſſe in uigilia Paſchatis, & in uigilia Natiuitatis Domini, tāquā ſit dies magis aptus ad expendendas pecunias per creditorē, uel ſi forſan ipſe reus erat,habebat recipere in illo die ab alio,ut intelligeretur de primo die poſt feſtū Natiuitatis,uel Paſchatis,iuxta tex.in d.l.2.§.fi.C.de temp. appella. ſecundum uarias lecturas.nam cum uerba ibi ſint ambigua,præſtatur ſenſus,unus eſt quòd actus ſit expediēdus in ultima die non feriata illius termini, Alius eſt intellectus ꝙ expediri debeat, in prima die non feriata etiam poſt terminum elapſum.

Tertius eſt intellectus quòd poſſit fieri actus in ultima die etiam feriata, ut ibi glo. & doct. examinant & ſecundum eorum diſtinctionem debet hæc quæſtio terminari attento quòd non eſt actus prohibitus in diebus

diebus feriatis: ſed ſi eſſet actus iudicialis qui
prohibetur fieri in diebus feriatis, non poſſet
expediri in die feriata,cum hoc tantum permit
tatur ex neceſſitate ut in caſu dictæ l. ij.

229 Secundò fallit dicta regula†quando actus ex
plicandus per debitorem,nõ poteſt fieri in die
feriata ſecundum bonos mores,ut in operis ſa-
brilibus,d.l.dies feſtos.& l.ij. ff.de fer.nam tũc
non ualeret,& eſſet prohibita,ut hic communi-
ter docto.tenent,& Fely.in cap.cum M.Ferrariẽ
ſis.col.19.de conſtitutio.& Cardinalis in cap.
ſolicitudinem.col.38.in uerſ.quod tempus dici
tur congruum.de appella.quæ tamen limitatio
ſublimitari debet non procedere, niſi illi actus
ex permisſione canonica propter neceſſitatem
poſſent fieri in diebus feriatis, prout nos uide-
mus panem in pleriſq; ciuitatibus permitti fie
ri in diebus feriatis,& in triturationibus frumẽ
torũ,& alijs operationibus circa frumenta colli
genda propter neceſſitatem. Nã tunc ſi aliquis
promiſiſſet præſtare operas fabriles ad frumen
tũ colligendum, poſſet interpellari ut ſolueret
etiam in die feriata,ut habetur d.l. dies feſtos.
& in l. præcedenti dum dicitur,quòd & etiam
ſuſpenſiones latronũ fieri poſſunt in die Paſcha
tis.quãmuis poſſet dici ꝙ tunc ſecũdum bonos
mores non prohibentur.Ideo hæc cõcluſio tota
declaratur ſecundum conſuetudinem loci, & ſe
cundum permisſionem factam à ſuperioribus
ex iuſta cauſa.

230 Secundò Bar.concludit †hic tacitè ꝙ nuncia
tio noui operis poteſt fieri quocunq; die, & idẽ
dicit de citatione,dum ſe refert ad l.j.§.nuncia-
tio ſup.eo.tamen quantũ ad citationem articu
lus eſt lõgus & difficilis,utrũ poſſit fieri in die
feriata,& in ea conſiderantur tria. Vnum reſpe
ctu comparitionis ipſius citati, & in hoc conue
niunt omnes ꝙ nõ poteſt fieri de feriata,& cita
tio continens quod quis compareat die feriata
eſt ipſo iure nulla. Aliud interuenire debet in
citatione,ſcilicet cõmisſio iudicis, quæ dicitur
eſſe quædam ſententia interlocutoria,ut habe-
tur in cap.quoniam contra.de probationibus &
in hoc uarij fuere docto.in d.§.nunciatio,atten
to ꝙ hæc commisſio fit de plano, & ſine cauſę
commisſione. Vnde die feriato fieri poteſt per
dictam l.miles.§.ſexaginta.ff.de adulterijs. ta-
men Bar.ibid.tenuit ꝙ nec etiam die feriata fie
ri poſſit,& eſt magis communis concluſio,& te
nenda.Tertium interuenit in citatione,ipſa ad
monitio nuncii citantis reum,& tunc etiam do
cto.ſunt uarii,an poſſit fieri die feriato, & mul
ti tenent quòd ſic: quia eſt quędam interpel-
latio quæ confert actum in aliud tempus con-
gruum, tamen & etiam in hoc magis commu-
niter tenent Docto.quòd tempus feriatum non
eſt congruum, ita quòd tota citatio fieri de-
bet in die non feriata, de conſuetudine tamen
uel ex forma ſtatutorum ſeruatur in pleriſque
locis,& commisſio iudicis, & admonitio nun-
cii poſſint fieri in die feriata, & ſufficit ꝙ actus
explicandus conferatur in die non feriata, &
ita obſeruatur Bononiæ, & in multis aliis ciui
tatibus,tam ex forma ſtatuti quàm ex conſuetu
dine:quæ ualebunt arg.dictæ l.miles.§. ſexagin
ta, hoc autem fuit introductum ut lites citius
expedirentur,cum per eadem ſtatuta fuerit di-
ſpoſitum,ut infra duos menſes cauſæ expedian
tur, uel aliud ſimile tempus breue. Vnde fuit
opus diſpenſare ut commisſio& admonitio poſ
ſit fieri die feriata. De relatione quoquè nuncii
an poſſit fieri die feriata, dubitauerunt ibidem
docto. tamen concludunt ꝙ nõ poteſt fieri die
feriata quatenus ſcribitur per notariũ: quia eſt
actus iudiciarius,ſed quatenus ſcribitur per nũ
cium manu propria quacunque die fieri poſſet.

231 Tertiò Bar.concludit †ꝙ tempus incongruũ
ſit,quando fiat interpellatio antequàm dies ce-
dat uel ueniat,per l.cum filius familias.§. fin.ff.
de uerbo.obligationib.qui tex.loquitur de tẽ-
pore quo fit interpellatio.ita ꝙ duo probare ui
detur.Primò quòd interpellatio fieri nõ poteſt
antequàm dies obligationis ueniat,etiam ꝙ cõ
feratur in tempus congruum:quia tex. ille ſim-
pliciter loquitur. Vnde uidetur contradicere
tex.in l.cum in tempus.ff de heredibus inſti.cũ
uulgatis concordantibus. & omnia alia,quæ ſu
pra determinauimus,uolentes quòd in loco nõ
congruo,& in tempore non congruo poſſit fie-
ri interpellatio, dummodo actus exequendus
conferatur ad tempus,& locum congruum.Sed
poteſt reſponderi quòd in illis caſibus nullum
eſt intereſſe ipſius interpellati,in hoc autem ca
ſu eſt intereſſe: quia antequàm ueniret dies,il-
lud tempus arbitrarium ſolutioni quod conce
ditur ad parandas pecunias,iuxta l.quod dici-
mus de ſolutio.reduceretur ad tempus antequã
ueniret dies, & efficeretur conditio deterior.
Vnde ſicut commoditas loci non poteſt per in-
terpellationem auferri. l. 3. §. 1. ff. de eo quod
certo loco.eodem modo nec commoditas tem-
poris.& hæc concluſio procedit ſine dubio ſi di
ceres,ſoluas in die deputata.Sed ſi diceret ꝙ ſol
ueret per decem dies poſtquàm uenerit tẽpus,
tunc uideretur ꝙ interpellatio deberet ualere.
tamen tex. ille generaliter loquitur. & magis
placet quod generaliter intelligatur,& fiat cõ-
cluſio quòd interpellatio non poteſt fieri ante-
quàm ceſſerit,uel uenerit dies, ut per eam de-
bitor conſtituatur in mora.Vnde recurrendum
eſt ad interpellationem legalem,quę uult quòd
dies interpellet pro homine,dicta l. magnam.
C.de contrahe.& committend. ſtip. & interpel
latio uerbaliter facta,erit quædam confirmatio
interpellationis legalis,ut maior uideatur ef-
fecta eius contumacia, ſicut ſi duplex uel tri-
plex interpellatio interuenerit,de quo habetur
in l.traiectitiæ, de actio. & obligatio. & per do
cto. in dicta l. quod te.ff. ſi cert.petat.Secundò
probat ille tex. quòd ſi quis fuit interpellatus
ante diem, ut etiam ſoluat ante diem, quòd
tunc interpellatio non ualeat,& hoc tenent om

nes docto, & multi ſunt, qui adhnnc caſum tantum reſtringat illum tex. tamen magis placet ut procedat etiam quando actus ſolutionis eſt collatus poſt diem, ut ſupra, & ita uidentur ibi tenere docto.

232 Item Bar. concludit † quòd tempus incongruum eſt quaudo quis duxit uxorem, uel mortuum ſequitur, uel miſſam audit, nel alia diuina officia, l. 2. ſupra de in ius uocando. quæ cõcluſio omnimodò uera eſt, ſi actus ſolutionis ad illud tempus conferatur. ſed actus interpellationis ex mente Bar. non uidetur prohibitus etiam in iſtis temporibus, & ſatis poteſt procedere quàmuis ſanctius eſſet hoc non facere, & turbare eum in ſuis orationibus, & in contemplatione Dei. Sed dum ipſe uult quòd ſequens funus poſſit interpellari, procedere poteſt in extraneis, in filio uero, nel propinquo, conſanguineo, funerante ſuum patrem uel conſanguineum propinquum. putarem quòd nec interpellari poſſet, quaſi nec etiam eum audire uideatur propter dolorem, per rationem illius tex. & facit tex. in. §. fi. in auct. ut cum de app. cognoſ. Item etiam dum dicit quòd quando quis dormit uel comedit, non eſt tempus cogruum ad interpellationem. hæc concluſio licèt ſimpliciter hic teneatur tamen recipit limitationes quas ſtatim tradam.

233 Sed dubitant hic Docto. †utrum tempus noctis dicatur eſſe tempus congruum ad interpellandum. in quo Bal. in cap. fi. col. prima de appellatio. in caſu illius tex. concludit quòd proteſtatio poteſt fieri de nocte, ſi poteſt haberi copia illius cui eſt facienda, & confirmat Iaſ. quia actus iudiciales poſſunt fieri de nocte regulariter cum tribus luminaribus, ut habetur in. §. ſedebunt. in auct. de iudicijs. per l. j. §. tria luminaria. ff. de uentre inſpiciendo. & per docto. in cap. quod conſultationem. de re iudica. & tanto fortius actus extraiudiciales, ut ſunt contractus l. non minorem. C. de tranſactionibus, & teſtamenta l. ad teſtamentum. §. pe. ff. de teſtam. & etiam appellatio. ſecundum quòd declarat Bal. in auct. ſed hodie. in ultima colum. C. de appellatio. & l. j. C. de ferijs. facit tex. in l. j. §. dies, cum. § ſequenti in uerbo ſuprema hora. ff. quãdo app. ſit per glo. in cap. ab eo. de appellatio. in 6. Sed in contrarium facit: quia tales proteſtationes non poſſunt fieri de nocte: quia ſolutio nõ poteſt fieri de uocte, quia nõ dicitur fieri congruo loco & tempore l. ſi ſoluturus. ff. de ſolutio. & eſt glo. ſingularis. in l. moræ. & ibi Bar. ff. de ferij. quæ uoluit in contractibus & ſolutio. diem intelligi, quando ſol eſt ſuper terram, an autem à media nocte uſque ad aliam mediam noctem. ſaluabat hic Iaſ. ut hoc dictum procedat quando eſſet periculũ in aperiendo oſtium de nocte, uel quando poſſet ſequi deceptio in qualitate pecuniæ ſoluendæ, alioqui ſecus: ut tenẽt Alberi. Ang. & Alex. in d. l. moræ. Bal. in l. acceptam. in 2. quæſt. C. de uſur. & Saly. in d. l. non minorem. tamen Bar. hic uidetur cõtradicere regulæ dum uoluit ꝙ neq; quando comedit, neq; dormit poteſt fieri, & uoluit Bal. relatus hic per Aquenſem in l. acceptã. in 4. col. C. de uſur. Sed Rubeus hic tenet dictã regulã. & uoluit Fely. in dicto cap. cũ. M. in. 19. col. uerſ. quarta concluſio, & in cap. conſuluit. in pen. colum. de officio de leg. in collatione beneficij, quæ poteſt fieri de nocte, quoniam ſecundum eum omnes actus poſſunt fieri de nocte niſi expreſſè reperiantur prohibiti. poſteà uerò Rubeus uidetur dubitare: quia tempus noctis non eſt tẽpus congruum ſecundum Bar. in l. mora. ff. de uſur.

234 Sed †tu plenius potes diſtinguere. Nàm aut tempus noctis eſt deputatum ex conſuetudine ciuitatis ad negotia gerenda, quod in pleriſq; ciuitatibus tempore hyemali permittitur ut in hac ciuitate per duas horas, Bononiæ per tres, & Venetijs per quinque, & in Germania per ſeptem, in quibuſdam locis. & tunc in illo tempore noctis nedum poterit fieri interpellatio. ſed etiam ad illud poterit conferri actus ſolutionis: quia cum ex dicta conſuetudine pleræq; apothecæ faciant negocia, & uendant, & accipiant pecunias, & teneant apothecas apertas uel ſaltem acceſſibiles, tempus illud eſt deputatum totum ad negotiandum, meritò ſolutio etiã fieri poterit, quod tẽpus minoratur poſteà de æſtate, in æſtate: quia breuiores noctes ſunt. Vnde in hoc caſu de hoc tempore reputatur perinde ac ſi eſſet dies. Fallit tamẽ ut dicebat Iaſ. quando eſſet periculum aperire hoſtium de nocte. Vel quando poſſet ſequi deceptio in qualitate decuniæ. propter quas limitationes poſſes dicere quòd nummularij ſeu bancherij de nocte non tenentur ſoluere pecunias propter periculum ne latrones ingrederentur domum & facerent uiolentias, unde conſueuerũt in quocunque loco retinere omni tempore noctis bancum clauſum. & in ſumma in hoc conſiderari debet conſuetudo. Si uerò eſt tempus noctis nõ deputatum ad negotiandum, & tunc procedit alia opinio quòd non erit tempus congruũ ad ſolutionem fiendam, nequè ad interpellandum ſi ipſe reus nollet audire.

235 Sed †ſi reus exiſtens in domo, uocatus accederet ad feneſtram, & interpellaretur ut ſolueret pecuniam, putarem quòd interpellatio ualeret: quia tempus noctis non impedit, quin habeat aures, & bene poſſit audire ſi uult, & idem dicerem ſi comederet de die: quia ſi admitteret interpellantes ad loquendum interpellatio ualeret ut hic uidetur etiam tenere Bar.

Quærit etiam Bar. hic de perſonis interuenientibus in hac proteſtatione, & concludit quòd ipſi principali fieri poteſt, ſi haberi poteſt, aliàs poteſt fieri procuratori, l. ſi dictum. §. fin. ff. de euictio. dummodo ſecundum Bar. ſit procurator generalis cuius ſciẽtia nocet domino per l. apud Celſum. §. quæſitũ de excep. dol. & l. procuratoris. ſup. de tribu. actio. ſed tu plenius

236 niſi dicas ut ſupra † quòd aut ſolutio eſt fien-
da per ipſum principalem, & tunc non poteſt
fieri niſi ipſi principali, nec ſufficit facere pro-
curatori: quia ſcientia procuratoris non fa-
cit quòd principalis ſciat ſe eſſe interpellatum,
Vnde non uerificatur illud requiſitum quòd
ſciat uel ſcire debeat iux.no.in leg.quod te.ff. ſi
cert. petatur,& in leg. mora. ff. de uſur. Vnde
oportet ſi fiat procuratori quòd ei fiat ad refe-
rendum ipſi domino, ut dicit tex. in l.item ue
niunt. §. petitum. el. ij.ff.de petitio. hæ.edi-
ta. Vnde oporteret probare quòd procurator
notificaſſet domino, ut incipiat currere tem-
pus no. in l. quod dicimus.de ſolutionibus.

Nec obſtat dicta l.ſi dictum. §. fin. quia il-
le tex.loquitur de domino præſente & ſciente,
ut claré hoc dicit litera,quo caſu ceſſat ratio
prædicta. Sin autem negotium erat expedien-
dum per ipſum procuratorem quod plerunque
contingit in procuratore generali cum libera;
& tunc ſufficit interpellare ipſum procurato-
rem: quia cum ipſe procurator debeat ſoluere
ſufficit eius ſcientia, & non requiritur ſcientia
237 domini, dicta l.apud Celſum.§. quæſitum.cum
ſimilibus. † Si uero tu quæris per quas perſo-
nas poſſit fieri interpellatio, & concludas
quòd omnimodo poteſt fieri per ipſum prin-
cipalem, & eius procuratorem. Sed tamen eſt
dubium an per negotiorum geſtorem, & uide-
tur dicendum quòd ſic,per tex. in dicta l. item
ueniunt.§. petitam, & magis in terminis ui-
detur tex.in l.ſi ſolutioni. §.primo. ff. de ſolu-
tio. qui uult quòd etiam negotiorum geſtori
fiat mora. ergo ipſe interpellauit: quia ſi non
interpellaſſet mora fieret, interpellanti non ip
ſi negotiorum geſtori: & ita uidentur tenere
communiter Docto. ibi. & docto. ſupra in ma-
teria proteſtationis prohibitoriæ dum ille tex.
allegatur in contrarium, & dicunt aliud eſſe in
proteſtatione prohibitoria, aliud in incitato-
ria quæ poteſt fieri per gerentem. Sed tamen
in contrarium facit: quia ille qui non habet po
teſtatem mouendi actionem non uidetur quòd
etiam poſſit habere poteſtatem interpellandi,
ſicut ſupra uoluit Bar. quòd non habeat pote-
ſtatem faciendi proteſtationem prohibito-
riam, dum declarauit tex. in l.ij. ff. quod cum
falſo. tuto.

Nec obſtat dictus §. petitam: quia ibi ſu-
mus in eo qui incurrit pœnas ex ſola ſcientia,
unde ſufficit quòd à quocunque, quis habeat
ſcientiam, ſed mora non incurritur propter ſo
lam ſcientiam, ſed etiam eſt neceſſaria inter-
pellatio, cum alioqui omnes debitores ex fa-
cto proprio in continenti eſſent in mora, ideò
cum ſit neceſſaria incitatio, uidetur quòd de-
beat fieri ab eo, qui habeat ius mouendi actio-
nem, ſicut dictum fuit de proteſtatione pro-
hibitoria.

Nec obſtat dicta l. ſi ſolutioni. §. j. quia in-
telligo illum tex. de procuratore generali, qui
etiam ſolet appellari negotiorum geſtor, ſicut
& ſeruus peculiaris & inſtitor.

Nec obſtat quòd plerunque ſolemus mitte-
re famulos ad petendum pecunias debitas: quia
tunc ipſi dicuntur procuratores ſpeciales & pe
runt eas ex iuſſu domini, ideò conſtituunt de-
bitores in mora, & hæc uidetur tutior opinio;
tamen in practica forſan ſeruaretur communis:
facit tex. in l. qui abſentes. ff. de procuratori-
bus. Poſſet tamen ſaluari cõmunis opinio, quã-
do negotiorum geſtor produceret inſtrumentũ
& faceret plenam certiorationem, quoniam
tunc non uidetur intereſſe an fuerit dominus
uel alius, & hoc modo etiam poſſet procedere
tex. in dicto §. ſi petitam.

Secundum eſt caput principale iſtius prote-
ſtationis incitatoriæ, quando quis proteſtatur
ei qui non eſt obligatus, ut faciat id quod non
eſt obligatus facere & per eam intendit prote-
ſtans incitare eum qui non eſt obligatus, ut fa-
ciat aliquid ad commodum incitantis, & po-
nit multa exempla conſtituentia aliquos ca-
238 ſus ſeparatos. Et primò dicit † quòd quando
debitor proteſtatur creditori ut recipiat ſuum
debitum, tunc proteſtatio operatur duo, quòd
ipſe debitor in mora conſtitutus purget morã
ſuam, ac & ſucceſſiue ipſe creditor conſtitua-
tur in mora, per tex. in l. ratio. §. cum per uen
ditorem. ff. de actio. emp. ubi ſit mentio de
mora debitoris & creditoris, & ex ordine ibi
poſito probatur quòd primò fuit debitor in
mora, & poſteà creditor, quòd non poteſt eſſe
niſi ipſe noluerit recipere rem oblatam, Idem
probatur in l. illud. ff. de pericul. & commod.
res uendi. ac & tertio in l. ſi ſeruum. §. ſequi-
tur. infra de uerborum obligationibus dum
uult quòd debitor per oblationem purget mo-
ram, & quòd liberatur ab interitu, & dũ uult
quòd liberetur ab interitu præſupponit quòd
tranſeat in creditorẽ & per conſequens per il-
lam oblationem creditor incidat in moram,
239 † Item & habet & tertium effectum: quia ali-
quando debitor poteſt effundere uinum dicta
l.j.§.licet.ff. de pericul. & commod. rei uendi. in
qua proteſtatione non requiritur pro forma quòd
certificetur creditor: quia iam certus eſt: ſed
ſolum requiritur quòd fiat illa oblatio aliquan
do uerbalis, ſecundum ſubiectam materiam, cũ
diſtinctione poſita in l. prætor. §. ſi quis para-
tus. inf.eo. ut hic per eum, quem ſequuntur cõ
muniter docto. Tamen in hoc exemplo contin
gunt multæ dubitationes.

240 Et Prima eſt; † quia præſupponit quòd ipſe
creditor non ſit obligatus: quia in contrarium
faciunt iura allegata per Bar. facientia mentio-
nem de contractu correſpectiuo, in quo neceſ-
ſario, eſt obligatio, ab utraq; parte l. Labeo. lib.
j. de uerbo.ſignificatio. & quàmuis etiam loqua
tur in ſtipulatione tamen ad huc poteſt eſſe ob
ligatio ab utraquè parte, ut probatur in l. pri-
ma de duobus reis, inducẽdo ut hic per Rubeũ,

qui in hoc ualdè laborat. Sed ipſe non aduertit quòd oppoſitio ſua nihil eſt ex eo: quia Bar. nõ negat quòd in contractu correſpectiuo creditor ſit obligatus ad aliquid dandum uel faciendum: quia hoc ſciebat & notorium eſt. Sed dicit quòd ipſe creditor non eſt obligatus ad recipiendum quòd debitor debet, & debitor nullam habet actionem contra creditorem ut cogat eum accipere quod ſibi debetur ad quod ipſe debitor incitando uolebat cogere. Sed probabilius poteſt opponi, quòd imò creditot teneatur recipere, quod ſibi debetur & offertur: quia ſi conſtituitur in mora, & incidit in omnes effectus moræ, apparet quòd ipſe eſt obligatus, cum mora ſit culpoſa ceſſatio illius quod facere tenetur, ut no. in l. quod te. in diffinitione. ff. ſi cer. petarur. Sed defendendo poteſt dici quòd licet quædam uideatur eſſe extrinſeca obligatio cauſatiuè, ut ſi non recipiat liberetur à pœna debitor, & ipſe incidat in eam, tamen non eſt obligatio formata quæ cauſat obligationem, & actionem naſcentem ex ipſo contractu, & hoc conſiderauit Bar.

241 Tertia eſt dubitatio; † quia imò uidetur quòd etiam creditor debeat certificari à debitore ſi forſan ipſe eſſet creditor occaſione hæreditatis acquiſitæ, quoniam ut conſtitueretur in mora oporteret eum certificare quomodo iam euenerat tempus ſoluendi, & tenebatur rem oblatam recipere, cum poſſit bona fide non credere, quòd concurrerent requiſita neceſſaria, adhoc ut illo tempore uel loco ſolutio fieri deberet, per ea quæ habentur in dicta l. quod te. & in dicta l. mora. de uſur. Sed defendendo reſpondet hic Rubeus, quòd cum præſupponat Bar. debitorem fuiſſe in mora, ergo fuit interpellatus à creditore. ergo creditor ipſe certificauit creditorem de debito, & ita fuit primo certus cum alium certificauerit, Vnde ſequitur quòd in terminis ſuis ipſe creditor ex antecedẽti neceſſariò antea erat certificatus. & nõ oportebat amplius certificare per regulam eum qui certus. ff. de reg. iur. in 6. Sed tu dicas quòd hæc ſolutio eſt accidentalis, quatenus præſupponitur quòd debitor erat in mora per interpellationem creditoris, cum imò potuiſſet eſſe in mora ſine interpellatione, interueniente die iuxta legem magnam. C. de contrahen. & committend. ſtipulation. uel etiam re ipſa in caſibus in quibus mora committitur re ipſa quos ego notaui in dicta l. quod te. ff. ſi cert. petatur. Vnde neceſſariò oportet ſubaudire ad Bar. quòd ſi debitor in mora fuit conſtitutus ſine interpellatione, debet in oblatione certificare creditorem quatenus ipſe eſt creditor, & interueniunt omnia requiſita propter quæ omnino tenetur recipere rem oblatam, & ita teneas.

242 Quartò etiam Bar. dicit † quòd aliquando oblatio fit de rebus, aliquando fit uerbaliter, ſe remittendo ad dictum. §. ſi quis paratus. Voluit dicere, quòd ſi eſt res mobilis quæ debetur, & poſſit ſecum portari, tunc debet offerri cum ſacculo paratus. dicta l. ſi ſoluturus. de ſolutionibus. uel ſi eſt ſeruus debet duci ad locum quo ſolui debeat, & aliàs ſimilis res. ſed ſi eſt res immobilis quæ portari non poteſt ad creditorem, tunc ſufficit oblatio uerbalis cum aliquo exteriori ſigno, & ſi eſt fideiuſſio uel alia res incorporalis quæ offertur debet offerri fideiuſſio, oſtendendo perſonam fideiuſſoris, & ſic oblatio debet fieri cum actu præſenti ſecundum ſubiectam materiam, demonſtrando factum ultra uerba, ut not. in dicto. §. ſi quis paratus. Item debet fieri congruo loco & tempore dicta leg. ſi ſoluturus. & l. qui decem. de ſolutio. ut non auferatur commoditas loci uel temporis: quia tunc non ualeret proteſtatio; & aliquando res quæ offertur debetur in genere, aliquando debetur in ſpecie, & uarij ſequuntur effectus ut hic proſequitur Rubeus. & omnia ſummariè cogitauit Bar.

243 Quintò etiam Bar. dicit † quòd proteſtatio habet effectum effuſionis per tex. in l. j. §. licèt de pericul. & commod. rei uendi. non uidetur in terminis loqui ex eo: quia ille effectus non ſequitur ex generali oblatione facta à debitore de ſoluendo, ſed oportet quòd ſubſequatur ſpecialis interpellatio per quam debitor notificet ipſi creditori quòd ſi non ueniet ad recipiendum & menſurandum uinum, illud effundet ut ibi clarè dicit tex. Item oportet quòd aſſignet cauſam: quia ipſe indiget dolijs, uel loco propter alia ſubſequentia negotia alioqui non competeret ſibi dicta poteſtas quàm uis concedatur de rigore, tamen non ſimpliciter conceditur ex æquitate, ſi non eſt præciſa neceſsitas. Vnde ſubdit quòd laudabilius erit non effundere ſi potuerit alia dolia conducere, uel alium locum in quo ponat uina noua, & pretium penſionis retinebit poſteà, quando præſtabit uinum uel poterit etiam ſubſecuta plena contumatia, uendere uinum ad omne intereſſe ipſius emptoris ut ibi etiam ſubijcitur, & quod deeſt recuperare ab ipſo emptore. Vnde Magazenerius ſeu horrearius qui uult effundere uinum debet eſſe multum cautus in modo proteſtandi, & effundendi ut maius damnum non conſequatur. poteſt tamen dici quòd Bar. conſiderauit omnes iſtas qualitates neceſſarias, & præſuppoſuit quòd interuenerint in oblatione facta ab ipſo debitore ſecundum ſubiectam materiam.

244 Secundum poſuit caſum Bar. † quando quis proteſtatur ut aliquis faciat quod de iure facere non tenetur, ex obligatione formali, tamen poteſt obligari ex officio iudicis ut in caſu dictæ l. cum poſtulaſſem. ff. de damn. inf. ſed tunc pro forma requiritur quòd hæc proteſtatio fiat in iudicio coram iudice qui exequitur officium ſuũ nobile præcipiendo ei ut præſtet illã cautionẽ, alioqui extraiudicium facta non ualeret ut

ibidem

ibidem dicitur, & ſequuntur docto. hic & ibi,

245 Tamen dum præſupponit † quòd quando quid debet fieri per officium iudicis nulla præcedit obligatio non ſimpliciter debet admitti: quoniam etiam officium iudicis aliquam præſupponit obligationem, licèt non formalem ex illo contractu, ut no. in l. quarta. C. de poſ. & plenius per Bar. & docto. in l. prima. in iij.col. ff. de iuris. omnium iud. & ſecundum diſtinctionem ibi poſitam debet declarari hoc præſuppoſitum Bar.

246 : Tertius caſus † Bar. eſt & tertium exemplum quando quis proteſtatur alicui incitando ut faciat illud quod non tenetur facere ad finem ut conſeqnatur aliquod commodum ſine præiudicio alterins, & tunc dicit proteſtationem ualere, & eius concluſio probatur per dictam legem Titius ſtatuas. ff. de condi. & demònſtrationibus ubi hæres inſtitutus ſub conditione ſi poſuerit ſtatuas in foro, & interpollauerit municipes ur dent locum, qni non tenetur dare locum conſeqnitur utilitatem, quòd uideatur adimpleuiſſe conditionem quaſi per eum non ſteterit quin opponat ſi non dant licentiam uel aſſignant locum, licèt ipſi ad hoc non teneantur, neque aliquòd damnum incurrant. Idem probatur in l. qui Romæ. §. ſi cohæredes. ff. de uerborum obligationibus. ubi cohæredes retinuerunt fundum indiuiſum cum obligatione ut uolens uendere teneatur cohæredib. uendere, & cum mulier cohæres uellet uendere fecit proteſtationem ut ipſi emant, per quam proteſtationem proſequitur liberam poteſtatem uendendi, licèt inciter cohæredes qui non tenebantur emere, ad idem eſt tex. in l. finali. C. de iur. emphyteu. ubi emphyteuta proteſtando domino, ut emat rem emphyteuticam quàm non tenetur emere, conſequitur liberam poteſtatem uendendi alteri, quæ tria iura probant optimè con
247 cluſionem Bar.† Sed quartò ipſe adducit tex. in l. prima. §. j. ff. de uentre inſpiciend. qui tamen tex. non probat in terminis Bar. quoniam ibi ſi mulier denuuciat marito quòd eſt prægnans, & ipſe uon reſpondeat, conſequitur utilitatem, quòd ipſa non debet præſtare alimenta filio, & maritus tenetur eum recipere in filium, & præſtare alimentà, donec cognoſcatur de propt ietate filiationis, an ſit filius ipſius uel non, & ſic ibi mulier ſe liberando grauat maritum, ut ipſe teneatur ad expenſas, & filius conſtituatur in poſſesſione paternitatis, niſi ſaluando Bar. dicamus quòd ex hac proteſtatione neceſſariò non grauatur maritus: quia ſi ipſe è contra renunciauerit uxori, remanebit hoc onus in ipſa muliere, & ſic non grauat eum inuitum, & iſtam concluſionem ſequuntur communiter docto. generaliter. & in ſpecie, & eſt rationabile ut ualeat ad conſequandam utilitatem, & neminem grauando ut dictum fuit ſupra in primo capite proteſtationis declaratoriæ uoluntatis, oportet tamen quòd notificetur ei legitimè ut in fi. dicemus.

248 Quartum † exemplum ponit Bar. ſeu quartus eſt caſus qnando aliqnis proteſtatur illi qui nõ eſt obligatus uerè uel cauſatiuè aliquid facere, ut proteſtans conſequatur lucrum, & damnum transferat in proteſtatum, & tunc dicit quòd talis proteſtatio nullius eſt effectus: quia nemo cum ſuis proteſtationibus poteſt auferre ius ſuum alteri, & eum grauare, & ſibi acquirere, cum alioqui unuſquiſquè conaretur lucrari, faciendo uerbales proteſtationes, & ſequuntur cõ

249 muniter docto. † Et ideò audiui procuratores ſacetos dicere quòd ptoteſtari, & caput in parietem percutere, unuſquiſquè facere poteſt, uolentes inferre quòd per hanc proteſtationem non tollitur ius alterius: nequè grauari poteſt, & niſi concurrat ius ptoteſtandi legibus conceſſum, proteſtatio inutilis, & uana eſt.

250 Sed † dum allegat tex. in l. ſi fideiuſſor creditori. infra de fideiuſſoribus, uidetur quòd ille tex. non probet, attento quòd ſi fideiuſſor proteſtetur credirori ut exigat à debitore pecuniam: quia ipſe efficitur non ſoluendo ad finem ut fideiuſſor liberetur, & ſi poſteà creditor non poſſet exigere à debitore non poſſit amplius conueniri, uidetur eſſe æquiſſimum ne creditor per ſuam negligentiam faciat tantum præiudicium fideiuſſori qui interim non poteſt ſibi prouidere, & uideat debitorem effici non ſoluendo, & ſi ipſe ſoluet non poterit recuperare pecuniam ſolutam. Propterea docto. in dicta l. ſi fideiuſſor creditori, dicunt quòd ille tex. procedit de iure antiquo, quo tempore creditor habebat arbitrium dimiſſo debitore, exigere à fideiuſſore, abſquè eo quòd faceret excuſſionem ipſius debitoris. unde cum ipſe fideiuſſor ſimpliciter eſſet obligatus, non poterat auferre hoc ius electionis ipſi creditori. & ideò dicunt quòd concluſio Bar. hodie non procedit ſtante auct. præſente. C. de fideiuſſoribus, quæ uoluit quòd prius fiat excusſio contra debitorem antequàm conueniatur fideiuſſor, & non ſimpliciter ipſe tenetur ſed tantummodo facta excusſione. Idem dicunt procedere in caſu legis decem. ff. de uerbo. obligatio. quando fideiuſſor promiſit ſoluere totum quod non poſſet exigi à debitore. nam tunc de iure antiquo nec etiam proteſtatio ualebat: quia non poterat exigi fideiuſſor, niſi prius facta excusſione debitoris, & ſi debitor interpellatus negligebat exigere à debitore præiudicabat ipſi fideiuſſori. unde per proteſtationem æquum erat ut releuaretur, ut hic etiam declarat Rube. latè inſiſtens ſuper intellectu dictæ leg. decem. & an dicatur tunc propriè fideiuſſor, tamen communis opinio eſt, & uera quæ ſupra poſita fuit. Sed tu addas quòd imò etiam quando ſimpliciter fideiuſſor promittebat, ut in caſu dictæ legis, ſi fideiuſſor, creditori proteſtatio debebat prodeſſe per tex. in l. in omnibus. ff. de iudicijs. ubi ſi debitor in diem antequàm poſ-

ſit conueniri efficiatur non ſoluendo, tenetur
præſtare cautionem pro idemnitate ipſius cre-
ditoris, ergo eodem modo, & fortius quando
debitor efficitur non ſoluendo, poſtquàm dies
uenit debet poſſet cogi, præſtare fideiuſſorem,
ideò poſſumus limitare dictam legem ſi fideiuſ
ſor. ut procedat, quando fideiuſſor proteſtatur
ut exigat, & non addit quòd recipiat fideiuſſo-
rem. ſed ſi adderet ut recipieret fideiuſſorem
ne dilapidet bona in ſui deſtructionem, æquiſ-
ſimum uidetur quòd ſtatim exigat pecuniam,
uel ſaltem recipiat nouum fideiuſſorem, & ſi
negligit, eius negligentia præiudicet ſibi, non
autem fideiuſſori: arg. dictæ legis in omnibus.
& l. ſi creditores. ff. de priuileg. credito. hæc ta
men difficultas ceſſat de iure nouo per dictam
auctenticam præſente: quia tunc proteſtatio ua
lebit: arg. dictæ legis decem. ff. de uerbo. obli
gationibus. ſi tamen in inſtrumento fideiuſſor
renunciauit dictæ auctenticæ præſente, prout
ſolent practici notarij apponere, reducitur tem
pus nuuum ad tempus antiquum, ut fideiuſſor
ſit ſimpliciter obligatus. Ideò ſtante dicta clau
ſula tenenda eſt concluſio Bar. cum declaratio-
ne ſupra poſita per dictam legem. ſi fideiuſſor
creditori, & cum aliquibus declarationibus po
ſitis hic per Rubeum. numer. 511. cum multis
ſequentibus.

251 Quintum exemplum eſt ſeu quintus caſus. †
Vbicunque aliquis proteſtatur alteri ut adim-
pleat conditionem poteſtatiuam appoſitam in
actu, id eſt, quando proteſtatio ſit de actu condi
tionali, in quo ſit appoſita conditio poteſtati-
ua. nam tunc proteſtatio uario modo operabi-
tur ſecũdum uaria exempla poſita hic per Bar.
252 Et ut intelligas, præſuppònas † quòd conditio
poteſtatiua poteſt apponi in contractibus, & in
ultimis uoluntatibus. Item poteſt apponi in
perſonam debitoris, ut ſi non fiat debitor in
currat in pœnam & creditor acquirat. Item &
poteſt apponi in perſona creditoris ut credi-
tor eam adimpleat, & ſi non adimpleat ipſo
amittat lucrum, ut in caſu l. hæc conditio. ff.
de conditio. & demonſtrationibus, ubi condi-
tio erat appoſita in perſonam legatarii, ut eam
adimplendo conſequatur lucrum in l. uero. pri
ma de penu. legata. & in l. ſi penum. ff. quando
dies legati cedant, conditio erat appoſita in
perſonam hæredis debitoris ſi non ſolueret pe
num teneretur ſoluere certam pecuniam in pœ
nam Rurſus hæc conditio poteſt apponi actui
faciendo quòd ipſe actus incipiat à præceden-
ti diſpoſitione, & ſi non obſeruetur incidat in
pœnam, ut in caſu dictæ l. primæ, de penu. lega.
quando hæres grauatur ſoluere penum, & ſi non
ſolueret daret pecuniam. Item poteſt actus in
cipere à præcedenti conditione quando ſolum
dicitur ſi non dederis penum, ſoluas decem. qui
bus ſic ſtantibus reperiuntur aliqua iura contra
ria. Nam tex. in l. ita ſtipulatus. §. j. infra de uer
bo. obligatio. uult quòd ſi actus incipiat à præ-
cedenti conditione, ut ſi non aſcendas capito
lium ſoluas Stichum, talis conditio non deficit
ſtatim cum potuit facere. ſed ſolum deficit per
mortem, ut ibi clarè dicit tex. & tamen poſteà
in uerſi. Sabinus. dicitur, quòd ſi hæres grauatur
dare decem ſi non ſoluerit penum incipiendo à
præcedenti conditione, & tamen incontinenti
quòd potuit ſoluere, & non ſoluit, deficit condi
tio, & tenetur dare pecuniam, non expectato an
253 ipſe moriatur, & ſic de directo contradicit † Do
cto. bi ſoluunt conſtituendo differentiam in-
ter contractus, & ultimas uoluntates, & dicen
tes, quòd in contractibus conditio negatiua
nunquam poteſt adimpleri niſi per mortem. ſed
in ultimis uoluntatibus eſt ſpeciale, ut non ex-
pectetur mors hæredis. ſed deficiat ſtatim, quod
potuit facere, & non fecit, & hoc fauore ulti-
marum uoluntatum, & plenius diſpoſitio te-
ſtatoris poſſit habere effectum l. in teſtamen-
tis. ff. de reg. iur.

Cui tamen diſtinctioni obſtat tex. in dicta l.
ita ſtipulatus. in principio cum multis concor-
dantibus ubi qui promiſit ſiſtere Stichum, & ſi
non ſiſteret promiſit pœnam, ſi nõ ſiſtat, ſtatim
quòd potuit incidit in pœnam, & ſic non expe-
ctamus mortem in contractibus, ſicut nec etiam
in ultimis uoluntatibus, ſoluunt docto. quòd
ibi actus incipit à præcedenti diſpoſitione, &
quando incipit à præcedenti diſpoſitione con-
ditio poteſtatiua deficit ſtatim, quòd potuit
adimplere, & non adimpleuit, & in hoc caſu
non eſt differentia inter contractus, & ultimas
uoluntates: ſolum eſt differentia, quando actus
incipit à præcedenti conditione poteſtatiua, ne
gatiua, Alia eſt contrarietas in ultimis uolunta
tibus inter dictam l. hæc conditio. ff. de condi-
tio. & demonſtratio. & l. ſi quis inſtituatur. §. j.
ff. de hæredibus inſtituend. nam in dicta l. hæc
conditio. deficit ipſa conditio in perſonam le-
gatarii, ſtatim quòd potuit aſcendere, & non
aſcendit, & ideò ſtatim priuatur legato, ſed in
dicta l. ſi quis inſtituatur. §. j. ſi hæres eſt inſtitu-
tus ſub conditione poteſtatiua ſi manumiſerit
ſeruum, poteſt differre quantum uult, & non
amittit ius adeundi. Soluunt docto. quòd dicta
l. hæc conditio. loquitur in legatis, dicta uerò
lex ſi quis inſtituatur, loquitur in inſtit. hære-
dum, & ratio differentiæ eſt: quia in legatis
iam ius plenè eſt quæſitum legatario, & nata
eſt actio, ideò facilius deficit conditio. Sed in
dicta l. ſi quis inſtituatur. ſumus in inſtitutione,
in qua nulla eſt obligatio contracta, ut tenea-
tur adire, ideò conditio poteſt differri. Sed
tamen, quia aliquando ex dilatione præiudica
tur legatariis & creditoribus, per iudicem ex
æquitate aſſignabitur tẽpus hæredi infra quod
adimpleat, alioqui tanquam defecta ſit condi
tio priuetur poteſtate adeundi. unde in inſti-
tuto proteſtatio debet fieri in iudicio cum iuſ-
ſu prætoris, ut ibi, ſecus autem in legatis: quia
ſufficit quòd uerbaliter fiat, & extra iudicium

ipſi

ipſi legatario ut appareat an ſteterit per ipsū.

254 Propter has contrarietates ſoluendas † Bar. hic fecit totam diſtinctionem ſuam, conſiderando diuerſos caſus ut per eum. Sed tamen tu potes clarius explanare faciendo duas regulas, Vna eſt quòd quando actus incipit à præcedenti diſpoſitione, & ſubſequitur conditio poteſtatiua, illa conditio deficit ſtatim, quòd potuit adimplere, & non adimplet, tam in contractibus, quàm in ultimis uoluntatibus. Ideò ſequitur quòd proteſtatio ſemper operabitur effectum ſuum, ut faciat conditionem deficere, & appareat quòd per ipſum ſtetit, ut eam non adimpleret, quo caſu habetur pro impleta, dicta l. ita ſtipulatus in principio. & l. prima. ff. de penu leg. & l. ſi penum. ff. quando dies leg. cedat.

255 Secunda eſt regula † quòd quando actus incipit à præcedenti conditione poteſtatiua, & tunc in contractibus non adimpletur niſi per mortem, dicta l. ita ſtipulatus. §. primo, ſed in ultimis uoluntatibus deficit ſtatim quòd potuit adimplere, & non adimpleuit, dicta l. ita ſtipulatus. §. Sabinus, & hoc in legatis, in inſtitutione uerò ſeruatur tex. in dicta l. ſi quis inſtituatur. §. primo. ff. de hæredibus inſti.

256 Ideò ſequitur † quòd ſi fiat proteſtatio in contractibus, ut aſcendat capitolium, talis proteſtatio nihil operabitur: quia cum à lege habeat poteſtatem adimplendi uſquè ad mortem, & non deficiat conditio niſi per mortem, & tunc non poteſt arctari à proteſtāte ut adimpleat in continenti, & quòd per proteſtationem deficiat, in ultimis uerò uoluntatibus proteſtatio operatur effectum moræ, ex eo: quia non debet expectare mortem: ſed tenetur adimplere quando poteſt. Vnde cum hæc proteſtatio non arctet eum adimplere ultra quàm poſſit de iure, proteſtatio facit deficere conditionem, quaſi ſteterit per ipſum quominus adimpleret, dicta lege. ita ſtipulatus. §. Sabinus. ubi conſtituitur differentia inter contractus, & ultimas uoluntates. Et hæc procedunt etiam in conditione affirmatiua, ut in ultimis uoluntatibus. hæc conditio ſi aſcenderis capitolium ſtatim adimpleri debeat. Ideò proteſtatio operabitur effectum moræ ſi nō adimpleuerit cum potuerit. Fallit in inſtitutione in qua ſeruatur forma poſita in dicta l. ſi quis inſtituatur.

257 Iterū, & breuius facias theoricam, † & dicas ꝙ ant cōditio poteſtatiua apponitur in actu ut debeat adimpleri ſtatim ꝙ poſſit, & tunc proteſtatio ſemper operatur effectum, ut incidat in moram ſi potuit adimplere, & non adimpleuit, ſi uerò eſt talis actus, ut non requirat conditionem adimpleri in continenti; ſed poſſe differri ad libitum, & tūc proteſtatio nihil operatur: quia auferret ius proteſtati, ut in caſu dictæ legis ità ſtipulatus. §. primo. & dicta lege ſi quis inſtituatur. Vnde tunc debet interuenire auctoritas iudicis ex æquitate, ſi poſteà quæratur quando actus requirat conditionem incontinenti adimpleri cum poſſit, dicas regulam eſſe generaliſſimam, quòd ſemper conditio poteſtatiua, ſtatim quòd poteſt adimpleri, tam in contractibus, quàm in ultimis uoluntatibus, ſi incipiat à præcedenti diſpoſitione, dicta l. ita ſtipulatus. in principio. & lege prima de penu leg. & l. ſi penum. quand. dies legati ced. Item etiam quando incipit à præcedenti conditione in ultimis uoluntatibus, dicta l. ità ſtipulatus. §. Sabinus, & etiam in conditione affirmatiua, dicta l. hæc conditio. Fallit in contractibus quando incipiunt à præcedenti conditione negatiua, d. l. ita ſtipulatus. §. j. & in inſtitutione, dicta l. ſi quis inſtituatur.

Quare habes concluſionem breuem, & facilem quòd proteſtatio in actu conditionali poteſtatiuo, regulariter operatur effectum moræ: quia regulariter deficit cum poteſt adimpleri, & non adimpletur. Fallit in caſu dictæ leg. ità ſtipulatus. §. primo. ubi non deficit niſi per mortem. & fallit in dicta l. ſi quis inſtituatur. Et hic ſic habes rationem quare Bar. fecit tot caſus ponendo certas qualitates: nam ſolum fecit ut remoueret hæc duo contraria: ſed utilius & notabilius feciſſet ſi conſtituiſſet regulam ut dixi, quòd proteſtatio ualet. fallit in illis duobus caſibus. Et ideò legas literam Bar. & uidebis ſubſtantiam diſtinctionis totam tendere ad prædictam regulam cum duabus fallentijs, & cætera uerba ſunt inutilia. Rubeus quoquè alio modo declarat Bar. ſequendo eius ordinē, & conſtituit ſex caſus ut hic per eum, quem uideas & tota eius diſtinctio in effectu reducitur ad præcedentem declarationem.

Sextum eſt exemplum ſeu ſextus caſus Bart. quando conditio poteſtatiua uenit imponenda ex diſpoſitione le. uel ſtatuti, ut ſi forſan ſtatutum aliquam conceſſionem faciat, uel priuationem ſub conditione poteſtatiua, An proteſtatio operetur effectum moræ. Et difficultas re-
258 ducitur † an ſtatum interpretetur ſecundum leges loquentes de contractibus, uel ſecūdū leges loquentes de ultimis uoluntatibus, quoniā ſi attenderētur leges cōtractuū, ꝓteſtatio nihil ualebit: quia cōditio poteſt adimpleri uſq; ad mortē, d. l. ita ſtipulatus. §. j. ſi uerò per leges ultimarum uoluntatum ualebit: quia deficit ſtatim ꝙ potuit adimplere, & non adimpleuit d. §. Sabinus, & d. l. hæc conditio. & ipſe concludit, quòd attendatur l. ultimarum uoluntatum per tex. in l. ij. §. mater. ff. qui peta. tutores, & proteſtatio ualebit. Sed tamen cōſidera ꝙ dictus. §. morte mater non facit: quia ibi præceſſerat iuſſus legis affirmatiuus, ut mater teneatur petere tutores filijs, & liberti teneantur petere patronis ſuis, & ſi non peterent priuentur ſucceſſione: unde ibi diſpoſitio legis incipiebat à præcedēti iuſſu affirmatiuo, quo caſu concordant leg. ſequentes de contractu, & ultima uoluntate, ut d. l. ita ſtipulatus. in prin. cum ibi no. & l. j. ff.

ſemper deficiat conditio quàm primum potuit facere, & non fecit, per dictam legem ita ſtipulatus. de penu. legata. & l. ſi penum. ff. quando dies legati ced. Nihilominus Iaſ. & communiter docto. tenent quòd etiam quando diſpoſitio legis inciperet à præcedenti conditione negatiua, nihilominus deficiat conditio quàm primum potuit, & non fecit, per doctrinã Bar. hic: & quia interpretatio uerborum in ſtatutis, fit ex coniecturis ſicut in ultima uoluntate, glo. in l. tale pactum, in fi. ff. de pact. Ang. in conſ. 280. Marti. Ioannis de Florentia. col. iij. facit doctrina Bar. in l. hæredes mei. §. cum ita. ff. ad Trebelli. & quod uoluit Sozi. in l. Gallus. §. nunc de lege. ff. de lib. & poſthum. & Anchar. conſi. 100. incipiente plura dubia. Item facit ſecundum Iaſ. quia ualet argumentum de ultimis uoluntatibus ad contractus. l. ij. C. de reb. alien. non alienand. Item facit: quia prohibitio teſtatoris æquiparatur prohibitioni ſtatutariæ, Ancha. in dicto conſ. 100. plura ſunt dubia. Quintò quia plus poteſt ſtatutum quàm teſtator, quantum ad derogãdum iuri publico: quia illud poteſt tollere ſolennitatem teſtamenti. l. ſi non ſpeciali. C. de teſtam. & non teſtator. l. nemo poteſt. ff. de leg. primo. & l. teſtandi. C. de teſtam. ergo fortius obligabitur quàm ultima uoluntas, & per conſequens adhæret ultimis uoluntatibus l. in teſtamentis. de reg. iur. & facit: quia diſpoſitio teſtatoris, lex eſt. §. diſponat. in auct. de nup. & hanc opinionem tenuit Bar. in l. prima, per glo. ibi. C. de his quibus. ut indignis. & Roma. & Alexan. in lege quarta. §. Cato. ff. de uerborum obligationibus. repræhendentes Bal. contrarium dicentem in lege omnes populi ubi per omnes Mod. ff. de iuſtit. & iure.

In contrarium tamen facit: quia in ſtatutis, quidquid eſt omiſſum habetur pro omiſſo, l. ſicut in ſtipulationibus. & l. quidquid adſtringendæ. ff. de uerborum obligationibus. & ſtatuta ſunt ſtricti iuris ſicut contractus l. conſtitutionibus. ff. ad municipales, & non trahitur ad caſum improprium l. iij. §. hæc uerba. ff. de nego. geſt. & ſunt actus inter uiuos ſicut contractus. Et ad tex. in dicta l. ij. §. ſi mater. & glo. in l. j. C. de his quibus ut indig. reſpondet Bal. in auct. amplius. C. de fideicommiſſ. ꝙ loquuntur in officiis publicis, quæ celeritatem requirunt, & debent fieri quàm primum poſſunt, & ſequitur Roma. in l. in cognatione. ff. ad Syllani.

259 Secundò reſpondetur † quòd non facit ut ſupra ego dixi, & in hac opinione etiam fuit Bar. in l. inficiando. §. infans. ff. ad Syllanianum. diſtinguendo an lex incipiat à præcedenti conditione, & non ualet proteſtatio: quia poteſt adimpleri conditio uſquè ad ultimum uitæ ſpiritum, ſicut in contractibus, dicta l. ita ſtipulatus. §. primo. ff. de uerborum obligationibus. ſi uerò incipiat a præcedenti diſpoſitione, committitur pœna quàm primum poteſt fieri, ſicut & in contractibus, dicta l. ita ſtipulatus. in principio, cum ibi no. Et facit etiam: quia ſtatuta habẽt ſuam ſeparatam interpretationem, de qua habetur in l. ij. C. de noxa. Hæc tamen concluſio, contra communem recipit dubitationem: quia cum lex tacitè ſemper uideatur incipere à diſpoſitione, & ſi non fiat imponere pœnam, ſicut ſupra dixi contingere in matre quæ iubetur petere, & ſi non petat, priuatur hæreditate, & ſentit Alex. & Saly. in dicta l. prima. C. de his quib. ut indig. Innoc. uerò in capit. extirpandæ. §. quia uerò. de præbend. in ſexto quem refert Bar. in dicto. §. infans, dixit quòd aut pœna imponitur pro facto negatiuo, & requiritur monitio ut incidat in pœnam, ſi uerò imponitur pro facto affirmatiuo, & tunc nulla monitio eſt neceſſaria, ſed faciẽdo punitur, quẽ ſequuntur plures docto. relati per Alex. in dicta l. ita ſtipulatus. col. quarta. & licèt Corn. dicat quòd communis opinio eſt contra Innoc. tamen pro ea facit capitulum excommunicamus. §. moneantur. de hæreticis, & tex. in. §. ſi quis uerò non implens. in auct. de hæredib. & Falci. & tex. in. §. ſi autem hoc fuerit. in auct. de eccleſiaſticis titulis, quæ tamen iura, & ipſa loquuntur, quando præceſſerat aliqua obligatio affirmatiua, & actus incipiebat à præcedenti diſpoſitione. Rubeus uerò dicit quòd opinio Inno. in caſu ſuo eſt uera, quòd quando incipit à facto negatiuo imponendo pœnam, requiritur monitio, & tanto fortius ſi dicimus præcedere obligationem affirmatiuam, quem ſequitur Alex. in dicta l. ita ſtipulatus. col. quarta. & dicta l. ſi mora. col. quinta. & l. prima. C. de his quibus ut indignis. & dictum Inno. eſſe approbatum communiter teſtatur Dec. in conſi. ſecundo. & in conſi. 132. colu. iiij. & ratio differentiæ eſt: quia factum affirmatiuum de ſe patet, & factum negatiuum eſt improbabile, per capitulum quoniam contra. de probatio. & licèt Rubeus dubitet, ratio eſt ueriſſima, cũ in facto negatiuo non reperitur terminus, per quem poſſit apparere omninò non eſſe factum, unde requiritur monitio præfigens terminum quo elapſo apparet quòd non fuit factum in excommunicatione, ſolet epiſcopus facere præceptum, ut aliquid faceret, ut reuelet quòd ipſe ſcit, & ſi non reuelauerit incidat in excommunicationem, & ita incipit à præcedenti diſpoſitione, & aliquando præfigitur tempus ad reuelandum, quo elapſo incidit in excommunicationem. tamen etiam ſi non procederent elapſo termino, quo poſſet probabiliter reuelare incideret in pœnam, ſi iterum, & monitus: quia præſumitur præceptum prius factum, & in ſumma concluſio reducitur, ut in hac parte interpretatio ſtatuti fiat, ſecundum modum qui ſeruatur in ultimis uoluntatibus.

260 Limitat tamen Butrius † niſi lex de nouo idem diſponat quòd prima lex. ut quòd cura-

ti teſi-

ti reſideant. nam ſi non reſident, ſine monitio-
ne priuantur, ut ipſe dixit in cap. quoniam fre
quenter. §. ſi uerò. col. 5. ut lite non conteſta
ta, & Federi. de Sen. conſili. 80. ut aliquid ad-
dat. & ſequitur Alex. in dicta. l. ſi mora. col. 6.
& l. ita ſtipulatus. col. 5. & confirmatur per ea,
quæ dixit Bar. in l. prima. §. nunciario ſupra
eodem. requiritur tamen in facto affirmatiuo,
quòd negatiua iudicis probetur declaratio par
tis, & citatio, ut per Zabarelam in dicto capi.
extirpandæ. Item qui promiſit ſe facturum, &
curaturum ſub pœna, ſi ipſe non faciat, non
incidit in pœnam niſi interueniat monitio in-
citatoria, ut per Are. in conſi. 72. col. fi. uerſ.
ad octauum. & Oldrad. in conſi. 242. tota præ
ſens quæſtio, & Decium conſil. ſecundo col. ij.
Secundò limitatur non procedere ſecundum
Alexand. in dicta lege. ita ſtipulatus. in foro
pœnitentiali in quo cõſcientia debet mouere.
261 Sed iuxta prædicta † quærit hic Alexa. pone
quòd in ſententia uel ſtatuto dicatur, ſi talis
delinquens non ſoluerit, ſeu ſoluere non potue
rit pœnam pecuniariam, luat in corpore, & in-
cidat in pœnam amputationis manus, an re-
quiratur proteſtatio, & reſolutio eſt q̃d ſit neceſ
ſaria proteſtatio: quia hoc ſtatutũ, uel ſenten-
tia neceſſario incipit à præcedẽti diſpoſitione,
cum primo condemnetur ſeu imponatur pœna,
poſteà apponitur alia conditio, & ſi non ſol-
uerit amputetur ſibi pes, per dicta in præce-
dentibus, & per Bar. in dicta l. inficiando. §.
infans. infra de pœnis. ſed Rubeus diſtinguit,
aut iudex uel ſtatutum incipit à præcedenti di-
ſpoſitione, & requiritur proteſtatio incitato-
ria. ſi uerò iudex uel ſtatutum loquitur condi-
tionaliter, ſi non ſoluerit puniatur pœna cor-
porali, & uidetur quòd expectetur quòd deſi-
nat poſſe facere, & non conſtituatur in mora
per proteſtationem incitatoriam, & ſi dicatur
ſubdit ipſe expectando illud tempus, pœna red
detur eluſoria: quia poſt mortem amplius pu-
niri non poteſt. reſpondet quòd eſt imputan-
dum iudici qui locutus eſt conditionaliter: quia
conditio nihil ponit in eſſe. facit lex prima. §.
Biduum. ff. quando appelland. ſit. Sed Areti.
in dicta l. ita ſtipulatus. uolt procedere quan-
do in defectum ſolutionis, appoſita eſſet in con
ditione alia pœna pecuniaria: quia tunc eſſet
expectandum, ut deſineret poſſe ſoluere; ſecus
ubi eſſet appoſita pœna corporalis: ſed adhuc
Rubeus tenet quòd utroquè caſu militat ratio
quòd conditio nihil ponit in eſſe. Sed tu di-
262 cas † in utroquè totum contrarium idem eſſe, ꝙ
imò ſtatim quòd potuit adimplere, & non ad-
implet incidat in pœnam, cum ipſa efficeretur
eluſoria, & in facto regulariter ut dixi, prius
præcedit condemnatio, & ſic diſpoſitio affirma
tiua. ſed ſi eueniret quòd ſolum loqueretur cõ
ditionaliter, tunc in ſtatuto dicẽdum eſt idem:
quia præſumitur appoſita diſpoſitio, in ſenten-
tentia uerò ſeruabimus naturam contractuum
niſi per relationem ad proceſſum poſſit dici ꝙ
præceſſerit diſpoſitio affirmatiua. Rubeus ue-
rò hic multa uidetur proferre. Sed tamen te-
neas ut ſupra. unde tu potes generaliter dice-
re, ꝙ ſi eſt lex ad quàm referatur ſtatutum, tunc
intellige ut per docto. in l. ſecunda. C. de no-
xalibus. ſi uerò non eſt aliqua lex, melius eſt æ-
quiparare contractibus: quia ſtatuta ſunt ſtri-
cti iuris, dicta l. conſtitutiones. ff. ad municipa
les. niſi aliter ſuadeat publica utilitas, uel actus
ſtatuti redderetur eluſorius. per l. ſi quando. ff.
de leg. primo. cum concordanti.
263 Tertiũ eſt caput proteſtationis incitatoriæ †
quando fit proteſtatio illi qui non tenetur face
re, ut illud faciat hoc eſt fit proteſtatio ut de-
linquat, in quo Bar. dicit quòd iſte proteſtans
eſt inſtigator ad delictum. & tenetur tanquàm
mandator. l. ſecunda. §. incipit. ff. ad Turpil
li. ergo omnia, quæ dicuntur de mandante, ha
bebunt locum in proteſtante, quæ ponuntur in
l. non ſolum. §. ſi mandato meo. & per tran-
ſeunt communiter docto. ſed tamen ille tex. nõ
uidetur probare præſuppoſitum Bar. quòd in-
ſtigator æquiparetur mandanti: quia ſeparatim
& alternatiuè fecit mentionem de inſtigatore,
& mandatario, & dictio uel, ponitur inter di-
uerſa, ut no. in rub. ff. quod ui aut clam, ſo-
lum probat unum notabile dictum, quòd inſti
gator incidat in Turpillianum, ſicut accuſator
& mandans, & quantum adhoc procedit illa
æquiparatio. & ſicut in aliis differt ab accuſa-
tore, ita & debet differre à mandante: quia æ-
qualiter cum utroquè immiſcetur. unde cum
hodie in practica ſecundum ſtatuta mandãtia,
quòd in delictis procedatur per uiam inquiſi-
tionis, raro fiunt accuſationes, illi comparen-
tes nominantur potius inſtigatores quam accu
ſatores. unde incidunt in Turpillianum ſi deſi-
ſtant ſicut accuſatores, per dictam legem ſe-
cundam. §. incidit, ac etiam ſunt citandi ſi-
cut accuſatores, nec curia ſolet componere cum
accuſato eo contradicente, ut ibi no. tamen po
tius inſtigator æquiparari debet perſuaſori, ut
ſi quis perſuadeat alicui ut faciat delictum. un-
de proteſtans ut faciat delictum, uidetur po-
tius quidam perſuaſor, ut teneatur illa pœna
perſuaſionis. ideò incidet in pœnam poſitam
in l. pri. & in. §. is quoquè. ff. de ſeruo corrup.
ubi habes exempla magis in terminis huius ꝓ-
teſtationis. Poteſt tamen defendi Bar. ex alio
capite: quia ibi tractatur de omnibus pœnis e-
tiam inſtigatoris, & ſufficit ad præſentem ca-
ſum. Item quia plus eſt perſuadere quàm man-
dare, dicta l. prima. §. perſuadere. ideò in con
ſequentiam tenebitur tanquàm mandator, &
de utroquè Bar. loquitur in dicto. §. mandato
meo. & utraquè pœna punietur, & ſi è contra-
rio quis incitaret facientem delictum ut non fa
ceret, eſſet potius prohibitoria proteſtatio quã
incitatoria, & oporteret diſtinguere, ut in ſe-
cundo capite proteſtationis inhibitoriæ, & al

quas differentias,& conuenientias ac inter inſti
gatorem,perſuaſorem , & mandatorem poſuit
Bar. ibidem . colum. fin. quæſtio. antepen.& in
fin. ponit conuenientias in pœna. Et addit po-
264 ſteà illam quæſtionem † an mandans poſsit re-
uocare mandatum , perſuaſor , & inſtigator , &
concludit quòd mandans poteſt reuocare:quia
mandatarius propter eum uidebitur facere , &
propter eum deſiſtet, ſi uidebit non complace-
re amico,uel nõ ſit habiturus pecunias.ſed ſi eſt
perſuaſor , & inſtigator tunc actus eſt conſum-
matus: quia corruptus eſt animus uolentis de-
linquere, & per reuocationem mandati non de
ſinit eſſe corruptus , nec reuocatur animus de-
linquentis, & eſſet opus tunc noua perſuaſione,
demonſtrando quantum eſſet delictum, & quan
tum leges puniant taliter delinquentes , & ſi
non confidit mutare animum , eſt opus quòd
denunciet illi qui erat offendendus , quòd ſe cu
ſtodiat ab illo ne offendatur , ſecundum Inno.
in cap. ad audientiam.de homicidio,& ibi Ab.
& cæteri ſequuntur . dicebat tamen Bal. in leg.
non ideò minus . C. de accuſatio. quòd non de
bet nominare perſonam ratione ſcandali ſed
ſimpliciter dicere quòd caueat , idem Bal. in
leg. mandatum . C. mandati ad finem . & facit
quod uoluit Bartol. in l. ſi pecuniam . §. ſi ſer-
uus . ff. de conditio.ob cauſ. & Alex.in apoſtil.
in dicto . §. ſi mandato meo . Tamen doct. non
loquuntur de conducto per pecuniam : ſed ego
puto idem dicendum de conducente perſonas
265 cum pecunia. Ideò dicas † quòd ſi ille offenden
dus erat inimicus mandatarij, non poteſt re-
uocari mandatum niſi intimet parti, ut per In-
no. in dicto loco , aut non erat inimicus ipſius
& tunc reuocato mandato rationabiliter non
eſt amplius facturus , ideò reuocatio ualebit e-
tiam quòd nõ intimetur parti,quod nota: quia
hoc de facto euenit , ut conducens cum pecu-
nia, dubitans ne ille conductus reuelaret ini-
mico conducentis,reuocauit mandatum,& inti
mauit ei ne amplius faceret , tamen non inti-
mauit illi offendendo , nam talis reuocatio de-
bet ualere : quia ille nõ erat aliàs facturus,ideò
reuelauit ei,ut ſaltem ab offendendo extorque-
ret pecunias, & aliquando ambo faciunt collu-
ſionem , ut deducant animum faciendi ad actũ
offenſionis , appoſtando ſeu ſparando archibu-
gium inaniter ut ille reuocans poſſet puniri : ta
men docto. tenuerunt generaliter quòd reuo-
catio non ualeret , & ita inclinabant ut reuo-
cans deberet condemnari . Sed cauſa fuit po-
ſteà compoſita . ego autem ſemper tenui , & te
neo quòd reuocatio debeat ualere , etiam ſine
intimatione facta parti : quoniam ea ſecura il-
le amplius non erat facturus,quæ bene nota .
266 Quarta eſt ſpecies principalis † proteſtatio-
nis certificatoriæ, quando proteſtans intendit
certificare alium de aliquo euentu, quàm diui-
dit Bar. in duo capita . Vnum eſt quando quis
uult certificare alium , de intentione , & delibe
ratione ſua in futurum . Secundò quando uult
certificare alium de eo quod iam euenit , & ſic
de actu præſenti uel de præterito. In primo ca-
267 pite Bar. ponit concluſionem † quòd illa pro-
teſtatio ualet, & operatur quòd actus dicatur
factus palam ſine ſuſpitione doli uel fraudis, ut
amplius non poſsit dici factus clam , ut in di-
cta l. aut qui aliter . §. primo.infra quod ui aut
clam,quæ tamen debet eſſe certa , in loco, tem-
pore , & perſona , & re, ut ibi dicitur,& ſequun
tur communiter docto. & bene nota illum tex-
268 tum : † quia ibi hæc denunciatio poteſt fieri,pri
mo domino poſteà procuratori , & eo non in-
uento , amicis , & uxori , & ad domum . ſed
quando fit procuratori , uel uxori , uel amicis ,
tunc operabitur effectum ſuum , ſi ipſi retule-
rũt domino, & ab ea hora qua ipſe dominus ha
buit certitudinem , arg. l. item ueniunt . §. ſi pe
titam . . ff. de petitio. hæredita.& hic eſt pro-
priè caſus particularis illius tex. qui uult quòd
poſsit proteſtatio fieri uxori , & amicis quan-
do fit ad finem ut tollatur actus clandeſtinus
ſeu uitium clandeſtinitatis , quantum autem
ad alios fines non prodeſſet fieri amicis , &
uxori,ut malè dixit Bar. ſupra in materia prote
ſtationis prohibitoriæ.nam uerè ille modus nõ
debet ſeruari , niſi ad tollendum uitium clande
ſtinitatis . ſed ſi fieret ad domum , induceretur
præſumptio ſcientiæ , & potentius operaretur ,
ſaltem quando fieret auctoritate iudicis pro ut
contingit in citatione .
269 Aduertas tamen: † quia uidetur quòd hæc
non poſsit dicit propriè ſpecies proteſtationis:
quoniam concurrit cum proteſtatione declara
toria uoluntatis , in qua fit certificatio de ali-
quo actu præſenti , uel futuro . Item concurrit
cum proteſtatione prohibitoria : quoniam uo-
lens prohibere debitorem ne ſoluat , tenetur
eum certificare, l. nomen . C.quæ res piguo. da
ti poſſunt . Item concurrit cum proteſtatione
incitatoria: quia interpellans debitorem debet
eum certificare de debito per leg. qui in alte-
rius . ff. de reg. iur. & ſic uidetur quòd non
ſit propriè ſpecies , ſed qualitas aliarum ſpe-
cierum. ſed tamen ego puto eam eſſe propriam
ſpeciẽ de per ſe pro ut tenet Bar. hic & commu
niter docto.quia hæc certificatio poteſt fieri ad
hunc certum finem tantummodò , ut ille redda
tur certus , & propter hunc finem aſſumit pro-
priam ſpeciem , in alijs autem ſpeciebus licèt
fiat certificatio , tamen fit ad finem declarandi
uoluntatem , uel prohibendi uel incitandi . un
de efficitur neceſſarium ad eas , & ſequela earũ
dem , cum actus inducetur ſecundum finem l. ſi
quis nec cauſam. ff. ſi cer. petat. nam ſi nos con
ſideraremus qualitates commixtas nulla eſſet
propria ſpecies: quia & in prohibitoria fit de-
claratio uoluntatis , & etiam in incitatoria. un
de oportet dicere quòd licèt iſtæ qualitates poſ
ſint commiſceri , tamen tranſeunt in ſpecies ſe
paratas propter principalem finem ſeu cauſam
finalem

finalem, & propterea quando certificatio fit propter cauſam finalem certificandi, & ad ſolum finem ut reddatur certus, tunc appellabitur propriè ſpecies de per ſe, certificatoria uoluntatis nuncupata.

Secundum eſt caput huius proteſtationis: quando uult certificare aliquem de actu de præ
270 ſenti, uel præterito, † notificando ei forſan conditionem appoſitam in contractu euenìſſe, uel aliquem teſtatorem mortuú fuiſſe, uel aliquod aliud ſimile, & tunc dicit Bar. quòd operatur, quatuor effectus. Primò operatur effectum ꝙ amplius non poteſt ignorare, & amplius nó poteſt dici ignorans, & ſciens. unde omnes effectus qui ſequuntur per ſcientiam, naſcentur ex hac proteſtatione, diſtinguendo tamen an ſit facta ab eo cuius principaliter intereſt, uel à ſuo procuratore uel à tertiò ut ſupra nos diximus. de proteſtatione prohibitoria, & ideò cauſat effectum malæ fidei, & uitium animi aliquando. Secundò producit effectum ꝙ non poteſt amplius opponere exceptionem ignorantiæ, unde fideiuſſor notificatus ꝙ principalis ſoluit nel habet exceptionem non poterit ampilus ſe excuſare, per l. ſi fideiuſſor in prin. & §. j. ff. mandati. Tertiò operatur effectum ꝙ amplius non debet certificari. Vnde interpellatio, & prohibitio ne debitor ſoluat, ualebit ſine alia certificatione. licèt alias requiratur per regulam eum q certus. ff. de regul. iur. Quartò producit effectu ut ſi interueniat, poſteà patientia, inducatur etiam conſenſus in omnibus illis caſibus, in quibus ſcientia cum patientia producit conſenſum qui ponuntur, per Bar. in l. quæ doris. ubi plenius dixi. ff. ſolu. matrimon. Iſte tamen effectus de cõſenſu tollitur per contradictionem certificati: quia contradicendo demonſtrat quòd non præſtat patientiam, & quòd non uult conſentire, ut probatur, & eſt bonum exemplum in l. j. §. pœna. cum glo. in uerbo denunciauerit. ff. de uen. inſpiciend. & alia habentur in l. ſæpe. cum materia infra de re iud.

271 Quintò effectum producit mirabilẽ † ſecundum Bar. qui aliquando impedit curſum præſcriptionis, ut in caſu l. ſi ancillam, infra pro ſuo Nam ſi aliquis emit ancillam ignoranter licèt poſteà ſuperuenerit ſcientia, uſucapio non impeditur de iure ciuili: tamen ſi poſteà ſuperuenerit ſcientia quod eſt furtiua: quia ſcit eam uitioſam impeditur uſucapio, & hoc in ipſa ancilla. ſed ſi eueniat quòd penes emptorem pariat filium illa ſcientia etiam quòd mater ſit furtiua non impedit partum uſucapi poſſe. Si ipſe emens denunciauit domino quod poſſidebat ancillam ſuam, & tacuit. nam tunc uidetur diminuta illa mala fides propter ſcientiam, & patientiam domini. Igitur denunciatio facit quòd uſucapio incæpta non interrumpitur, quamuis interrumperetur ſi non eſſet facta, ſuper quo tex. etiam inſiſtit hic Rubeus, tamen ſolum poteſt dubitari an procedat de iure canonico, & puto quòd non: quia ſtatim quòd ipſe incæpit habere malam fidem ipſe eſt in peccato, & quamuis poſteà notificet domiuio tamen non tollitur peccatum, proptereà in eo habebit locum deciſio poſita in cap. uigilanti, & in cap. fi. de præſcriptio. Aliud exemplum iſtius proteſtationis certificatoriæ, quæ conſeruabit ius uſucapionis ſicut & alia contra denunciatio, dicta lege prima. §. pœna. ff. de lib. agnoſcendis, & dicta lege. aut qui aliter. §. ſi quis eum. infra quod ui aut clam, & eſt tex. ſingularis in dicta leg. ſi ancillam. & ibi Bar. Paul. & Raphael. notant, & ex illo tex. etiam aliud colligitur, quod iſta proteſtatio ubi non poteſt fieri, propter impedimentum, habetur pro facta, & nullo exiſtente dolo uel fraude proteſtati, nam ſi per eum ſtat, plura ſunt iura quæ uolunt eam haberi pro facta. lege ſi dictum. §. penul. cum gloſſ. ff. de euictionibus: quia denuntians ibi tractat de ſe exonerando, ſecundum Bar. in lege. ſi ſeruus dotalis. quæſtio. fin. ff. ſolu. matrim. Item notandum eſt ſecundum Cardinalem Alexandr. in cap. ſolicitudinem. in ultima colu. quòd ſi proteſtatio faciat aliquid propter proteſtationem certificatoriam, inducitur contra eũ doli præſũptio. l. Fulcinius. §. j. ff. ex quibus cauſ. in poſſeſ. eatur. ideò oportet ꝙ proteſtatus contra proteſtetur, ut habetur in d. l. aut qui aliter. ut quod non intendit pati ꝙ ille qui fuit ꝓteſtatus ædificet. Ideò tex. in d. l. aut qui aliter. dicit, ꝙ ſi proteſtatus ędificet quòd dicitur ędificarę ui, propter contrariã proteſtationẽ. Tamẽ uerè illa contra proteſtatio, dicitur proteſtatio prohibitoria, ſeu declaratoria uoluntatis, quòd non intendit conſentire. ideò operatur effectũ ſuum prohibitionis, cum prima operata fuiſſet effectum clandeſtinitatis, ut declarat Bar. hic relatis in apoſtilis in l. j. pe. col. C. de litis conteſtatio. & per Cardin. in d. cap. ſolicitudinem.

272 Addit tamen hic Rub. aliquas concluſiones. Prima eſt, ꝙ ubi proteſtatio recipit actum communẽ proteſtantis, & proteſtari, ſecunda proteſtatio tollit primã: quia in re cõmuni melior eſt conditio prohibẽtis. l. Sabinus. ff. cõmuni diuid. & facit l. cõſilio. §. fi. ff. de cura. furioſi, & tradit Io. An. in d. cap. in generali. octaua col. de regul. iur. & hoc modo ſecundum eum poteſt etiã intelligi tex. allegatus per Bar. in l. j. §. denuntiaſſe. ff. de lib. agnoſcend.

Secunda ſit concluſio quòd ubicunq; proteſtatio non reſpicit actum cõmunẽ, nec intereſſe cõmune, ſed tantũ ſolius proteſtantis, ꝙ iſto caſu proteſtatio contraria non tollit primam, ponit exemplũ Cy. in l. j. in 5. & 6. q. C. de lit. conteſtatio. ubi etiam Bar. in pe. col. & Anton. in cap. unico de litis conteſtatio. ut ſi reus proteſtatur quòd per reſponſionem quam dat libello, non tenetur acceptare iſtam reſponſionem, tunc prima proteſtatio operabitur ſuũ effectũ qđ proteſtatio aduerſę partis circa hoc nó poteſt aliqd

operari : quia non ſit circa illud qnod ſit in poteſtate ipſius contra proteſtantem.

Tertia ſit concluſio quòd ubi proteſtatio ſit ad conſtituendum aduerſarium in mora, uel in contumacia, tunc contraria proteſtatio tollit primam, ſicut ultima mora nocet, per no. in l. ſi. ff. de in int. reſtitutio. & l. ſi ex legati cauſa. ff. de uerbo. oblig. & per Bar. in §. pœna. hic allegato per eum.

Quarta ſit concluſio quòd ubi proteſtatio reſpicit actum indifferentem tam reſpectu proteſtantis, quàm proteſtati, & tunc ſecunda proteſtatio ſapit quandam defenſionem, ſed defenſio eſt adeò fauorabilis ut non ſolum faueamus reo circa eam, quando directò uenit ſe defendẽdo. cap. ex literis. de probationib. ſed etiam in omni ſpecie quæ ſapit defenſionem, ei fauemus. ca. ſignificauerunt, & cap. dilecti. in ſi. de exceptionib. Ita ſit concluſio, quòd ſi quis proteſtetur ꝙ uult ædificare, ad hoc ut excuſetur, uitiũ clandeſtinitatis, ſi fiat contraria proteſtatio, illa operatur effectum ſuum, quòd inducit uitiũ uiolẽtiæ, ut declarat Bar. in d. l. j. in pe. col. C. de litis conteſtatione. & de hac certificatoria allegat Bar. tex. in dicta l. aut qui aliter. & eundem allegat in proteſtatione declaratoria uoluntatis, ut in l. qui foueam. & l. ſi putator. ff. ad l. Aquiliam. & tamen eſt magna differentia: quia in proteſtatione declaratoria uoluntatis, non requiritur præſentia partis, per tex. in leg. Neſennius. ff. de neg. geſt. ſecus eſt in proteſtatione certificatoria. Sed ſolutio tradita fuit in præcedentibus: quia hæc certificatio poteſt fieri ad diuerſos, ſecundum quos efficitur portio aliarum portionum, hic uerò ſit ad ſimplicem certificationem, ut quis efficiatur certus de eo ꝙ faciendum eſt ut tollat etiã uitiũ clandeſtinitatis. Putarem tamen quòd primum caput proteſtationis certificatoriæ, magis poſſit appellari caput proteſtationis declaratoriæ uoluntatis: quia non ſit ad ſolũ finẽ ut aduerſarius reddatur certus, ſed ſit ad finem ut acquirat ius ædificandi, ſine uitio clandeſtinitatis. unde poteſt dici portio proteſtationis declaratoriæ uoluntatis, de actu qui reſpicit uoluntatem duorum, ſeu intereſſe duorum ſine contractu, in qua declaratione uoluntatis requiritur ſcientia partis: quoniam tractatur de intereſſe ipſius. unde uel poteſt dici portio illius capitis, uel poſſumus hoc nouũ caput procreare, uel ponere in ſecunda parte primi capitis, quando quis declarat uoluntatem ut ſe exoneret, & alium grauet, in quo requiritur ſcientia aduerſarij ut ibi per Bar.

273 Quantum uerò ad illam difficultatem † an hæc proteſtatio certificatoria tollatur per contrariam proteſtationem, non uidetur quòd diſtinctio tradita per Cardi. in dicto cap. ſolicitudinem, ſit perfecta, dum ipſe diſtinguit. an fiat ſuper actu communi, uel alio actu: quia uidetur quòd aliud ſit cõſiderandum. Nam quando proteſtatio ſit ad finem ut tollatur uitium clandeſtinitatis, contraria proteſtatio poteſt fieri duobus modis. Primò quòd non conſentit, & tunc non impedit uitium clandeſtinitatis. Secundò ulterius procedendo, quòd ipſe non intendit ut poſſit ædificare, & tunc incidit in proteſtationem prohibitoriam: ſi uerò proteſtatio ſit ad finem ut tráſferat aliquod onus in aduerſarium: ut quòd aduerſarius teneatur aſſumere aliquẽ in filium, tunc contra proteſtatio facit ut non poſſit cogi, & non dicatur incidere in contumaciam, ad finem ut patiatur damnum, quòd teneatur ſuſcipere filium. Si uerò proteſtatio ſit ad certificandum quòd aliqua conditio euenit, uel aliquis mortuus eſt, uel quòd alius reperitur hæres qui uult petere hæreditatem, & tunc proteſtatio contraria non poteſt fieri niſi ad finem negandi, tamen ſi erit plenè certificatus, hæc ſua negatio nihil operabitur, quin dicatur conſtitutus in mala fide, iuxta dictam l. item ueniunt. §. ſi petitam. ff. de peti. hæredi. & non poterit euitare quin ſequatur effectus quòd ipſe certus ſit, & amplius nõ debeat certificari. cap. eum qui certus. de reg. iur. Similiter non poterit per contradictionem impedire quin ſequatur alius effectus, quòd non poſſit dici ſe ignoraſſe, ut in caſu legis ſi fideiuſſor. ſupra mandati. ſolum ergo hæc contradictio operatur, ꝙ non uidetur conſentire, & propterea non poterunt ſequi illi effectus, qui ſequuntur ex tacito conſenſu inſurgente ex ſcientia, & patientia, & ſic ſumma eſt quòd contra denunciatio ſolum operatur quòd non uideatur conſentire, non autem tollit effectum ſuum quin dicatur prudens, & ſciens: ſed ſi ulterius procedit, uel prohibendo, uel declarando uoluntatem, uel incitando, tunc operaretur effectus illarum ſpecierum proteſtationis.

274 Quæſiuit † etiam Bartòl. hic qualiter debeat fieri hæc proteſtatio, & an ſufficiat quòd fiat uerbis. ſed ſumma eſt quòd cum hæc proteſtatio debeat inducere certitudinem, & ſcientiam in proteſtato, oportet quòd ſit talis ut inducat hanc certitudinem, ideò ſi eſt talis perſona quòd uerbis ſuis credi debeat, & tunc ſufficeret hæc uerbalis certificatio, ſin autẽ eſſet talis perſona quòd plerunquè contingit ut credi non poſſit, & tunc oportet quòd fiat probatio, uel legendo inſtrumentum, & relinquendo copiam. iuxta clem. cauſam. de electio. & no. in l. nomen. C. quæ res pig. obligari poſſunt, uel ſi non poteſt fieri inſtrumentum, qđ adducantur perſonæ fide dignæ quibus credere debeat, alioqui proteſtatio nõ operaretur effectus prædictos: quia poſſet bona fide non credere, iuxta l. ij. ff. quod cum falſo. tuto. Quis autẽ debeat facere hanc proteſtationem ſatis poteſt colligi ex prædictis: quia uel debet eſſe principalis, uel eius procurator, uel generalis, uel ſpecialis, negotiorum autẽ geſtor etiam poterit ꝓdeſſe in hac parte, dũmodo ſit talis perſona ut ei credi debeat per ea, quæ dixit Bar. ſupra

in proteſtatione prohibitoria in tertio mem-
bro, dum dedit intellectum ad dictam legem
ſecundam. ff. quod cum falſo tuto. quilibet e-
nim demonſtrando inſtrumenta, & alias pro-
bationes faciendo, poteſt cauſare hanc certitu-
dinem ut ille efficiatur ſciens, ut dicitur in di-
cta lege. item ueniunt. §. ſi petitam. il ſe-
cunda. ff. de petitio. hæreditatis. Oportet ta-
275 men † quòd fiat ipſi principali ſi poteſt haberi,
uel procuratori ut dicitur, in dicto. §. ſi peti-
tam, cum hac tamen qualitate quòd ipſe pro-
curator referat domino, qui ante relationem
non poterit eſſe ſciens, uel ſi non poteſt fieri
procuratori, fiat ad domum cum auctoritate iu
dicis, iuxta ea quæ habentur. in lege iiij. §. hoc
autem iudicium. ff. de damno infecto. De ci-
tatione ad domum, procuratori quoquè gene-
rali poterit fieri, quando actus eſſet expedien-
dus ab eo, & non à principali, quo caſu tene-
tur dominus ex ſcientia, & dolo procuratoris.
lege. apud Celſum. §. quæſitum. ff. de exceptio.
doli. Amicis uerò, & uxori an poſſet fieri, di-
ſtinguendum eſt. Nam aut fit ad finem ut ip-
ſe non incidat in uitium clandeſtinitatis, &
tunc poteſt fieri eis, cum hac tamen qualitate
quòd referat principali, & operetur effectum
ab eo die quo principalis ſcit, dicta lege. aut
qui aliter. §. primo. infra quod ui aut clam, ſe-
cundum uerum intellectum quidquid dixerit
Bar. ſupra: ſi uerò fit ad finem ut cauſetur ple-
na ſcientia, & uitium malæ fidei in ipſo princi-
pali, tunc non ſufficit fieri amicis, nequè uxo-
ri, ſed oportet quòd fiat ipſi principali, uel
procuratori, cum qualitate ut referat, per di-
ctam legem. item ueniunt. §. ſi petitam. ff. de
petitione hæred. qui eſt clarus in hac materia
proteſtationis certificatoriæ.

276 Quæſiuit etiam Rubeus, & Taurin. † utrum
proteſtatio certificatoria interrumpat præſcri-
ptionem, id eſt, faciat quòd præſcriptio cæpta
& non perfecta, amplius non perficiatur, &
concludunt ipſi quòd non interrumpit præſcri-
ptionem, nequè de iure ciuili: nequè de iure ca-
nonico, per tex. in l. pe. ubi Bar. Imo. Pau. & Cu-
ma. ff. de uſucap. pro emptore. allegantes Innoc.
in cap. dilecti. de maio. & obedien. & in cap. o-
lim cauſam. de cenſibus. quod dictum refert A-
lex. in l. naturaliter. col. iij. in appoſtilla ad Bar.
in uerbo reſtat. ff. de uſucapio. quia non reperi-
tur iure cautum, quòd interpellatio extraiudi-
cialis interrumpat præſcriptionē, allegat Imo.
in l. ſi ſeruus §. ſequitur. ff. de uerbo. obli. tenent
Bal. & Imo. & Fely. in cap. nihil. de præſcrip. &
Card. in cap. ſolicitudinem. col. xxij. uerſi. con
catenetis aliam concluſionem, & ibi ponit ſex
fallentias. dicit tamen Rubeus quòd dicta lex
penulti. uidetur probare tantum de præſcri-
ptione longi temporis, quæ difficilius interrum
pitur, ut per Barto. in dicta lege. naturaliter.
& præſcriptio triginta, uel quadraginta anno-
rum non erat cognita de iure. ff. ut dicit glo.
in l. qui occidit, ad legē Aquili. tamen Bar. am
pliat etiam procedere in præſcriptione trigin-
ta uel quadraginta annorum. Nam licèt præſcri
tio longi temporis interrumpatur ſolum per li
tis conteſtationem, l. moræ. C. de rei uendi-
catione, & præſcriptio triginta annorum, &
ulterior interrumpatur per ſolam citationem.
lege cum notiſſimi. C. de præſcriptio. 30. uel
quadraginta annorum. 16. q. iij. §. poteſt. &
per Fely. in cap. illud. de præſcriptionibus. &
per Iaſ. in lege fin. ff. de eo per quem factum e-
rit. tamen adhuc militat ratio principalis:
quia hæc proteſtatio certificatoria non inducit
incitationem, ſed ſolam certitudinem, & ſi in-
terpellatio quæ inducit incitationem non in-
terrumpit præſcriptionem ſecundum omnes,
cū requiratur citatio iudicialis, ſequitur quòd
nec etiam hæc proteſtatio debet operari inter-
ruptionem, quidquid dicat hic Rubeus. Quod
277 tamen uerum eſt † quantum ad uirtutem pro-
teſtationis. ſed tamen quia aliquando hæc pro
teſtatio fit cum plena certificatione, oſtendēdo
inſtrumentum, uel alia faciendo quæ cauſant
plenam ſcientiam, & tunc interrumpetur præ-
ſcriptio non ex capite proteſtationis: ſed quia
incæpit habere conſcientiam rei alienæ, & ma-
lam fidem. Vnde de iure canonico interrumpi-
tur præſcriptio, per illam regulam quòd om-
nis præſcriptio interrumpitur, quando quis
incępit habere conſcientiam rei alienæ. cap. ui
gilanti. & cap. ſi de præſcriptio. cum materia,
& ad hanc breuem diſtinctionem debes reduce
re, omnia uerba poſita hic per Taurinenſes, &
Rubeum, quantum ad ius canonicum, quantum
uerò ad ius ciuile de quo parum curandum eſt
in materia præſcriptionis, potes diſtinguere ut
per eos.

278 Vltra commentum Bar. † Imo. hic Iaſ. & Alex.
addunt unum famoſum dictum Innoc. in cap.
Cum. de electio. diſponens quòd ſi quis com-
pareat coram iudice, & proteſtetur quòd per
quemcunquè actum, quem in futurum faciet,
non intendit in iudicem conſentire, talis prote
ſtatio licèt uideatur multum cauteloſa, tamen
eſt periculoſa, ex eo: quia innuit quòd nullo
unquàm caſu uult conſentire in iudicem, unde
ſequitur quòd ſi ex aliqua cauſa ipſe eſſet com
petens iudex, non dicitur in eum conſenti-
re, & per conſequens nec dicitur coram eo
comparere, unde ipſe efficitur contumax, &
propter contumatiam poſſet excommunica-
ri, uel alio modo multari, iuxta tex. in lege.
prima. ff. ſi quis ius dicenti non obtempera-
uerit, ideò dicebat ipſe eſſe neceſſarium adde-
re temperamentum per alia uerba, niſi quate-
nus de iure teneatur, per quæ uerba ſi teneretur
comparere, uideretur ei paruiſſe, & non poſſet
tanquàm contumax multari, quod dictum pro-
batur per capi. certum. xj. quæ. iij. ubi compa-
rens excōmunicatur ſi negat obedire uel diſceſ
ſit ante finitā cauſam. Secūdò facit tex. in ca. ex

parte.ptimo nerſicul. intelligendum. ibi:quia
citatus noluit iuri ſtare, de uerborum ſigni-
ficatione. Tertiò per textum, in leg. ij. in fin.
quem ibi ponderar Bal.C.ubi quis decu. uel co
hottal.& communiter ſeruatur ut per Fel. in d.
cap.cũ M.in cap.24.in 5.concluſio.Illud tamen
Claudius hic intelligit, quando proteſtans non
proſequitur litem.ſed ſi proſequeretur non eſ-
ſet puniendus tanquã contumax, uel etiã con-
demnandus in expenſis,uel etiã proteſtatur ſim
pliciter,& eſt uerè incompetens, quas declara-
tiones repræhendit hic: quia per primã non tol
litur quin ſit contumax, & ſecunda eſt eadẽ cũ
cautela,Inno.Paul.nerò de Caſtro in l.non uide
tur.ij.de iudi.dicit dictum Inno.non eſſe uerũ :
quia illa proteſtatio uidetur implicitè contine
re illa uerba,quatenus ſit incompetens, & ſi ſit
competens non contradicit,unde per illa uer-
ba exprimitur illud quod tacitè ineſt, tamen di
cit quòd propter auctoritatem Innoc. ſeruare-
tur in practica,& procedit quando iudex decla
raret eum contumacem:ſecus ſi non declararet,
& ille procederet in cauſa,operaretur quòd nõ
ualeret ſi in ueritate ille erat iudex incõpetens
l.fi.& per totum.C.ſi à non comp.iudi.Et hoc di
ctũ Inno.ego puto omninò uerũ,& eſt cõmune,
& patet ex allegatis p Iaſ.hic:& probatur: quia
ille qui ponit talem clauſulã dicit prius eũ eſſe
judicẽ incõpetentem, & non teneri ſtare corã
eo,& proteſtando quòd nõ intendit in eũ con-
ſentire per actum ſequentẽ,perſeuerat in illa o-
bligatione,& non poteſt accõmodari, quod uo
luit Paul.ut tacitè inſint illa uerba niſi ſit incõ
petens,cũ repugnẽt,unde cũ omninò dicat eſſe
incompetentẽ,& quòd non conſentit neceſſariò
eſt contumax,& multari poteſt,& ſequitur Dec.
in d. c.cum M.Ferrarienſis.nu. 25. per adducta
ibi per eum. & confirmat Iaſ. per aliam ſimi-
lem proteſtationem. Nam libellus in iudiciis
ordinarijs requirit certas ſolennitates quæ po-
nuntur in l.j.ff.de eden.& l.edicta.C.de eden.a-
liàs non ualet,& aliquando iudicatur ineptus,
& facit iudiciũ nullũ,ut no.in l. j. ff. de off.aſſe.
279 †Vnde libellãtes nolẽtes euitare hanc nullitatẽ
producẽdo libellũ licèt in forma ſolẽni, ꝓteſtã
tur ꝙ non producunt in modũ ſolennis libelli,
ſed in modũ qualis qualis petitionis, ſi eueniat
quòd iudicium ſit ordinariũ, & requirat ſolen-
nem libellum,remanebit libellus ineptus:quo-
niam illa proteſtatio tollit totam ſolennitatẽ,
& libellus non ut ſolennis, ſed ut ſimplex nar-
ratio habetur. Vnde iudicium tanquàm deficiẽ
te libello ſubſtãtiali remanet nullũ,& iudex nõ
debet ſuper eo procedere.ut per Pet. de Ancha.
in conſi.33.incipiente ſtatutum in quo agitur.
Panorm. in c. j.de libel.oblat.& aucten.offera-
tur.C.de litis conteſt. & ſuccedit regula, quòd
potui nolui,& quod uolui adimpleri nequiui.l.
multum intereſt.C.ſi quis alteri uel ſibi. & c. ſu
per abbatia.de off.de leg.Item quia continet ex
preſſam repugnantiam reſultantem ex uerbis
ideò uitiatur,l. ubi repugnantia. ff. de reg. iur.
ideò eſt neceſſarium mitigare hanc proteſtatio
nẽ ſubaudiẽdo uerba, niſi,& ubi quatenus ſolen
nis libellus requirit,quod dicit eſſe notandũ in
practica.Poſſet tamen,& in hoc exemplo ſubſti
neri dictum Pau.de Caſt.quòd huiuſmodi uer-
ba tacitè ſubintelligantur ut libellans intendit
producere ſecundũ naturam iudicij, quod non
eſt in caſu Inn.quia inducta ad augmentũ nõ de
bent operari diminutionẽ.§.pen.inſti.de excuſ.
tuto.& l.legata inutiliter.ff.de adimen.leg. uel
ſaltẽ ſubintelligitur clauſula, omni meliori mo
do,quæ idem operabitur,& ſi interueniat quod
plerunquè contingit, omninò ſuſtinebitur li-
bellus, & ſentit Dec. in dicto cap.primo.de iu
dic. numer. 25. approbando dictum Pauli de
Caſtro.
280 Poteſt addi † aliud ſimile.ſi aliquis producit
inſtrumentum quòd habet aliquas partes ſibi
præiudiciales, dicit quòd producit illud quate
nus facit pro ſe,& non aliter nec alio modo,iſta
proteſtatio nihil operatur: quia illud inſtrumẽ
tum totum producit,& facit de proceſſu, unde
non poteſt poſteà facere quòd cum ſit totum de
proceſſu iudex non poſſit ſuper eo fundare ſen
tentiam contra producentem, ideò uel totum
eſt productum, uel propter proteſtationem ni-
hil eſt productum, ut uolunt Bal.in ca. præſen-
tium. colu.ij. de teſtibus. & de actis productis
in leg. unica.col.ij.C.ut quæ deſunt aduoca.per
glo.notab.in l.j.§.editiones.ff.de edend.quæ re
putatur mirabilis pro ſolutione,in d.l.unica. &
Pau.de Caſt. ut refert Iaſ.ſupra in 5.memb.pro
teſtationis declaratoriæ.Ideò eſt opus,quòd di
catur produco hoc inſtrumentum ad hæc acta
in parte, & partibus, in punctis, & capitulis
facientibus pro me, & contra partem aduer-
ſam, & in aliis ſecus, & non aliter, nec alio
modo. Nam tunc ille partes tantum erunt de
proceſſu, & non poterit iudex ſe fundare in a-
liis partibus quæ non ſunt de proceſſu, ut per
Albet. in dicta lege prima. §. editiones. colu.
penultima. ff. de edendo. ubi dicit quòd ita
inoleuit practica communis aduocatorum.
Addit tamen quod cõtraria pars poterit illud
met inſtrumentũ acta reproducere in parte, &
partibus, capitulis,& articulis facientibus pro
ſe,& efficientur de proceſſu,quæ cum iam ocula
riter reperiantur de proceſſu, effecta ſunt com-
munia,quàmuis ante productionem eſſent pri-
uata partis alterius, unde ea poteſt produce-
re, & non eſt opus inquirere an deberent edi,
& tenet Innocentius. in ca. cum olim. de cen-
ſi. & in capi. cum uenerabilis. de exceptio.
& uterquè Antonius de Butri. & Iaſon ſupra
in dicto loco. Per quæ exempla habes quod
non ſemper abundans cautela non nocet, quia
aliquando nimia cautela nocet, & in proteſta-
tionibus aduocatus debet eſſe temperatus, ne
credens ſibi fauere noceat, quod nota.
281 Vltra Bat. † & eius quatuor ſpecies proteſta
tionis,

tionis,addebat Iaſ. hic poſt aliquas quintã ſpe-
ciem proteſtationis, conſeruatoriam iuris nun
cupatam, per quàm proteſtans intendit princi-
paliter conſeruare ius ſuum in aliquo actu facto
à ſe,uel ab aliu,iux.tex. in l.debitor.§.j.ff.quib.
mod.pign.uel hypot. ſolui. & l. codicillis.§.j.ff.
de leg.ij.de qua habetur in cap. ſolicitudinem.
extr.de appella.& eam ipſe diuidit in duas par
tes,una eſt quando quis uult conſeruare ius ſo-
lius proteſtantis,alia eſt quando uult conſerua
re ius alterius,& de utraq; parte ponit multa e-
xempla,ut per eum,qui demonſtrat has duas ꝑ-
tes non differre in ſubſtantia.Ideò tu plenius,&
magis rethoricè procedẽdo,dicas tria eſſe ſepa
ratim diſcutienda.Primò an hæc ſit ꝓpria ſpe
cies proteſtationis ſeparata ab aliis. Secundò
quid iuris ſit quando ſit ſuper actu incompati-
bili, Tertiò, quando ſit ſuper actu compatibi-
li, & ſuper hac tertia parte latisſimè inſiſten-
dum erit,eam diuidendo ut Bar.fecit de prote-
ſtatione declaratoria uoluntatis:quia hæc con-
ſeruatoria habet magnam connexitatem cum il
la declaratoria uoluntatis, differt tamen in fi-
ne ut dixi.

282 Circa primum uidetur quòd non poſſit dici
eſſe propria ſpecies proteſtationis,cum hęc qua
litas conſeruationis iuris, dicatur eſſe finis om
nium proteſtationum:quoniam quilibet prote
ſtans intendit omne ius ſibi quæſitum, uel quæ
rendum conſeruare:quoniam omnis proteſta-
tio fit ad conſequendã aliquã utilitatem,ſeu ali
quod commodũ ipſi proteſtanti. Secundò uide
tur ꝙ in effectu proteſtatio conſeruatoria iuris
dicatur eſſe declaratoria uoluntatis:quia ꝑ eam
proteſtans declarat uoluntatem quam habet cõ
ſeruandi ius ſuum.unde uidetur habere eandẽ
ſubſtantiam cum ea,propterea.Bar. & cõmuni-
ter docto.eum ſequentes eã poſuerunt ſub ſpe-
cie proteſtationis declaratorię,& iura ad eãper
tinentia ibi allegauerunt,ut fecit Bar.in ij.mẽ-
bro eiuſdẽ proteſtationis. Tertiò etiam facit:
quia hæc qualitas conuenit omnib.aliis ſpecie-
bus,cũ ille qui proteſtatur debitori ne ſoluat
creditori,eam faciat ad ſolum finem ut conſer
uet ius ſuũ in ceſſione acquiſitũ,& quando quis
facit proteſtationem incitatoriam,eam inducit
ad finem,ut creditũ ſuum conſeruetur,& ꝑ præ-
ſcriptionem non tollatur,& quando facit prote
ſtationem certificatoriam ſimiliter eã facit ad
conſeruationem iuris ſui,ut patet in omnib.exẽ
plis in unaquaquè ſpecie proteſtationis ſupra
factis.Nihilominus his non obſtantibus proba
bilior, & uerior eſt opinio, quòd hæc ſit ſpe-
cies de per ſe:quoniam diuiſio proteſtationum,
ut etiam dictum fuit in ſecunda quæſtio. ſumi-
tur à principali fine,& licèt uideantur habere
omnes ſpecies commixtionem qualitatum in-
ter ſe: tamen poſteà inducuntur, & ſeparantur
ex principali fine, & proteſtatio declaratoria
uoluntatis, interueniat in proteſtatione prohi
bitoria,& incitatoria,per dictam l. nomen de-
bitoris. C.quæ res pignor. obliga. poſs. & in
certificatoria,l.aut qui aliter.infra quòd ui aut
clam. & è contrariò certificatoria interueniat
in omnibus alijs tribus ſpeciebus. Et tamẽ nos
uidemus quod non obſtantibus his commixtio
nibus,diſtinguũtur dictę ſpecies propter princi
palem finem,igitur ſicut declaratoria uolunta
tis efficitur propria ſpecies propter principalẽ
finem,& certificatoria ut ſupra dictum fuit pro
pter ſuum finem,eodem modo,& hæc conſerua
toria propter principalem finem,& proprium,
& immediatum conſeruando ius ſuum,aſſumet
nouam formam,& nouam ſpeciem, & hoc uti-
lius eſt.

283 Circa ſecundum quid † operetur proteſta-
tio facta ſuper actu incompatibili, cum ea re-
currendum eſt ad interpretationem docto. poſi
tam in cap.ſolicitudinem.in fi. de appellationi
bus.& ibi Abb. uidetur tradere hanc doctrinã.
Nã aut proteſtatio fit ſuper actu incompatibili
qui poſtea non habet effectũ,ut ſi forſan qui ap-
pellauerat ad ſedem apoſtolicam,cõpareat co-
ram iudice inferiori,proteſtando ꝙ non inten-
dit recedere ab appellatione ad ſummum ponti
ficem,nam ſi iudex non admiſit, & pars recuſa-
uit,dicendo quòd comparitio implicat contra
dictionem, & tunc proteſtatio præualet actui:
quia cum actus nullam eſſentiam aſſumpſerit,
non poteſt uincere proteſtationem, ideò prote
ſtatio durauit.dicto cap. ſolicitudinem.in fi.ſe-
cundum unum intellectum:ſi uerò proteſtãs cõ
paruit,& cauſam coram iudice inferiori proſe-
cutus fuit cum dicta proteſtatione,& iudex ad-
miſit,uel pars non recuſauit,taliter quòd actus
comparitionis habuit perfectionem, & ſuam eſ
ſentiam, & tunc talis proteſtatio conſeruatoria
iuris corruit:quia propter actum contrarium,
in eſſe deductũ uidetur ei renuntiaſſe. Pro qua
diſtinctione facit quod dictum fuit ſupra in ſe-
cundo capite proteſtationis declaratoriæ uolũ
tatis, de eo,qui dixit promitto animo me non
obligandi,uel conteſtor litem animo non cõte-
ſtandi.Nã tunc proteſtatio præualet actui: quia
impedit eſſentiã ipſius actus, & non poteſt uin-
cere proteſtationẽ:ſed ſi ꝓteſtatio fuerit facta
ſuper ſubſtãtia extrinſeca,ita ꝙ actus nõ impe-
pediatur habere eſſentiã ſuam.tũc actus præua-
let proteſtationi,per d.l.cum precario.§.j.ff.de
precario.quãdo enim actus eſt incõpatibilis cũ
ꝓteſtatione,ad hoc ut præualeat ei, oportet ut
aſſumat eſſentiã in ſe,ut bene dicebat Ab.quod
tamẽ debet intelligi,ſi renũtiare proteſtationi
dependebat à ſola uoluntate,uel facere actum
contrarium.nam ſi unus ex iſtis non depẽderet
ab eius uoluntate, ut renuntiatio, proteſtatio:
quia forſan ius eſſet quæſitũ alteri, tunc ſemper
præualeret illud ꝙ non poſſet tolli per ſolã eius
uoluntatem. Contra tamen doctrinam Abb. in
dicto cap.ſolicitudinem.tenebat Io.An.dicens,
ꝙ imò proteſtatio ſemper ualet,& nunquã à cõ
trario facto uitiatur, & dicit illum tex. ſpecia-

liter procedere in iudicialibus, tantũ in quibus proteſtatio iuuat, licèt facto ſit contraria, & uidentur ſequi Peruſini ibi, & Imol. in di. cap. cum.M. in col pen.& Car. in conſi.5.eod. tit.& Alex. hic col. 7. Et uidemus in ſimili, quòd quãdo quis litigando coram iudice proteſtatur ꝙ non uult in illum conſentire, actus uidetur contrarius proteſtationi, & tamen proteſtatio operatur effectum ſuum, ut uoluit Inno. in d. cap. Cumana. de electio. in tantum ꝙ etiam proteſtãti poteſt nocere, ut nos uidimus latè in præcedẽtibus tribus exemplis ſupra examinatis. Sed Dec. in d.cap. ſolicitudinem. col. fi. nu. 10. & in dicto cap. cum M. Ferrarienſis. de conſti. col. 7. uerſi. ſecundum exemplum, dicit quòd iſte intellectus non uidetur probari, in dicto cap. ꝙ ibi actus contrarius proteſtationi ſequatur, & quòd quando ſequitur quod tollatur. Quia tex. ſimpliciter dicit de proteſtatione, & non determinat, an uideatur renũciare, ſed dicit hoc uenire ex diſpoſitione iuris. nam cum cauſa delata fuerit ad principem, coram inferiore tractari non poteſt, niſi renuncietur proteſtationi, contra naturam actus inſurgentis ex diſpoſitione iuris, ideò non iuuat ut probatur in d. cap. cum M. ubi proteſtatio ꝙ receptus in canonicum nihil percipiat, uitiatur: quia eſt cõtra ius, cũ receptus in canonicum debeat habere præbendam. cap. relatũ. de præb. facit tex. in cap. diaconi. xxvij. diſtinctio. ubi uitiatur proteſtatio ſi promotus ad ſacros ordines, proteſtatur ꝙ non uelit ſeruare caſtitatẽ, uel quod uelit retinere patrimonium ſuũ. facit tex. in l. j. §. j. ff. ſi uſuſfructus petatur. & in d. cap. ſolicitudinem. actus eſt contrarius proteſtationi præciſè, ideò ꝓteſtatio uitiatur, ut declarat Ang. in l. iuriſgentiũ. §. quo ferè. ff. de pact. Bal. in l. Neſennius. ff. de neg. geſt. glo. per illũ tex. in cle. gratię. in uerbo. renunciaro. de renunciatio. & in dictis caſibus in quibus proteſtatio non poteſt diſpoſitioni iuris derogare, præualet actus diſpoſitioni: ſed ſi proteſtatio poſſet derogare, tunc ualeret proteſtatio, ut latè per Dec. d. col. fi. Sed tamen non eſt rece-
284 dendum à prædicta diſtinctione: † quia prædicta non oppugnant in totum, ſed declarant concluſionem. Nam ut ego dixi. Aut actus mutatio non dependet à uoluntate mutantis, & tunc proteſtatio illum impedire non poteſt. Similiter è contrariò, ſi renunciatio proteſtationis non dependet à uoluntate renunciantis, proteſtatio præualebit, & ita procedunt allegata per De-
285 cium. Si uerò nos ſumus in terminis, in quibus obſeruatio proteſtationis, & renunciatio dependet à uoluntate proteſtantis, tunc per actum contrarium tollitur cum diſtinctione Abbatis. Aut actus ille aſſumpſit eſſentiam, & præualet proteſtationi: ſi uerò actus nondum ſuſcepit eſſentiam, tunc proteſtatio præualebit, ut habetur in dicto cap. ſolicitudinem, ſecundum utrunquè intellectum.

286 Circa tertium † tu dicas reiecta diſtinctione Iaſ. hic quæ nihil utilitatis affert, quòd cum hæc proteſtatio conſeruatoria, contineat in ſe qualitatem declarationis uolũtatis, & principaliter tẽdant ad finem immediatum conſeruandi ius ſuũ, participat magis de proteſtatione declaratoria uoluntatis. Ideò nos debemus eius utilitates conſiderare ſecundum diſtinctionem Bar. traditam in ſpecie proteſtationis declaratoriæ uoluntatis. Ideò diſtinguendum eſt, aut hæc proteſtatio fit ſuper actu dependente merè à libera uoluntate, & poteſtate proteſtantis, aut fit ſuper actu dependente à uoluntate proteſtantis, & alterius, aut fit ſuper actu à uoluntate proteſtantis de iure ſed non de facto, aut fit ſuper actu dependente à uoluntate proteſtantis de facto, ſed non de iure, aut fit ſuper actu non dependente de iure, nequè de facto à uoluntate, & poteſtate proteſtantis.

287 In primo capite adhuc tres caſus ſunt conſiderãdi, † Aut fit hæc proteſtatio poſt actum perfectum, aut fit in ipſo actu præſenti, aut fit ſuper actu de futuro.

In primò caſu potes ponere exemplum unũ in l. pactũ. ff. de pollicitationib. ubi pollicitatio eſt ſolius offerentis promiſſio, & à ſola eius uoluntate dependet, tamen ſi eſt perfecta ut: quia ſit facta Reip. ob honorem, uel ex alia cauſa, & opus cæptũ ſit iuxta legem j. §. cæpiſſe. ff. de pollicitationi. & tunc proteſtatio nihil ualet: quia cum ius ſit quæſitum Reipubli. non poteſt amplius cum ſua proteſtatione conſeruare ius amiſſum l. perfectam. C. de donationib. & probatur in dicta l. pactum in ſecundo. & tertio. reſponſo. & in l. toties. in principio. & l. de pollicitationibus. ſecundò reſponſo, ibi, gratiam muneris minuere non debet. eo. tit. cum ſimilibus. Et poteſt poni ſecundum exemplum tactum per Iaſ. col. fi. ut quando iudex in ſententia diffinitiua reſeruat ſibi expreſſè taxationem expenſarum, uel quòd fortius eſt reſeruat condemnationem expenſarum poſt latam ſententiam, proteſtatio nihil ualebit: quia iam functus eſt officio ſuo. Item poteſt poni exemplũ in eo qui poſtquam adiuit hęreditatẽ proteſtatur ꝙ uult conſeruare actiones ſuas. nam tunc talis proteſtatio nihil operabitur: quia ius eſt quęſitum alteri. l. Vianius. cum ſimilibus. ff. de ſo-
288 lutio. Sed ſi eueniat † quòd ſit actus qui poſt perfectionem reuocari poteſt, ut eſt teſtamentum iuxta. no. in l. ſi quis in principio teſtam. ff. de leg. terti. & tunc proteſtatio poſt actum perfectum ualebit. ſi enim forſan in teſtamento legauerat bis alicui, poſteà ipſe faciat proteſtationem ꝙ intendit conſeruare ius hæredis, ut ſemel tantum debeatur, uel ſi legauit fundum Titianum, & poſteà alienet partem, proteſtando quòd intendit conſeruare ius hæredis ne moleſtetur in illa parte, tunc ualebit proteſtatio, per l. quod ſi rerum. §. j. ff. de leg. j. & d. l. ſi quis in prin. teſtam. in ſecundo reſponſo. & iſtis caſib. proteſtatio aliquando requiret eãdẽ

ſolen-

ſolennitatem quam requirit teſtamentum, ali-
quando ſufficient duo teſtes ſecundum diſtin-
ctionem poſitam in l. hæredes palam. §. ſi quid
poſt. cum materia de teſtam. ad quam in hoc ca
ſu eſt recurrendum. Aliud exemplum poteſt po
ni ſi in teſtamento ſimpliciter legauit fundum,
& poſtea ex interuallo facit proteſtationem, ꝙ
intendit conſeruare ius coloni ne per legatariũ
expellatur, de quo per Bal. in l. fin. in 2. colum.
C. de uſu & fructi. legato. uel ſi eueniat quòd
poſt legatum de fundo, proteſtatur quòd intẽ-
dit reſeruare ius uſus fructus hæredi, uel aliquã
ſeruitutem: nam talis proteſtatio ualebit, cum
actus primus teſtamenti reuocari poſſit, ſerua-
ta tamen forma in dicta l. hæredes palam. §. ſi
289 quid poſt. ff. de teſtam. poſita per docto. †Ter
tium exemplum poteſt poni de mandato, ſi ali-
quis conſtituit procuratorem generalem, demũ
poſtea proteſtatur quód non intendit eum poſ
ſe aliquem ſpecialem actum facere. & conſer-
uat ſibi ius aliquod, uel quòd non intendit ut
procurator poſſit alienare fundum in totum.
ſed reſeruat ſibi uſumfructum, & tunc proteſta
tio ualebit, cum hac tamen qualitate quòd ſit
poſtea intimata, iux. tex. in l. ſi mandaſſem. ff.
mandati, & in Clem. prima. & fi. de procura.
. Secundus eſt caſus quãdo hæc proteſtatio fit
in actu præſenti, & tũc hęc proteſtatio operatur
effectum ſuum ex eo: quia poteſt proteſtãs actũ
à uoluntate ſua dependentem moderari & re-
ſtringere, & exemplum bonum eſt in pollici-
tatione. l. Septitia. ff. de pollicitatio. & l. ſi ſer-
uus plurium. §. fi. ff. de leg. j. & l. ſi alij. ff. de uſu-
fructu legato. & ſi quis adeundo hæreditatem
dicit quòd intendit actiones conſeruare, iux.
no. in l. fi. C. de iure deliberand. & in hoc caſu
non diſtinguitur, an actus poſſit reuocari uel
non reuocari, quoniam antequàm perficiatur,
nemini eſt ius quæſitum, & omnem actum ſuum
poteſt modificare, & poſſunt poni exempla. Iaſ.
hic, de teſtamento, quando teſtator legat ſaluo
& reſeruato uſufructu, uel reſeruato iure colo-
ni, uel ſi iudex in ſententia reſeruat ius taxan-
di expenſas, uel etiam in ſententia abſoluen-
do reum ab obſeruatione iudicij reſeruat ius
actoris, uel omne aliud ius non deductum in
iudicio, quæ proteſtatio requirit eandem ſo-
lemnitatem quàm ipſe actus, cum dicatur por
tio ipſius actus, iuxta legem lecta. uerſi. dice-
bam. ff. ſi certum petatur. & leg. petens. C.
de pact.
290 Tertius caſus eſt † ubicunque proteſtatio fit
pro conſeruatione iuris in actu futuro, & tunc
ſimiliter talis proteſtatio operabitur effectum
ſuum: quoniam cum dependeat à ſola uolun-
tate proteſtantis, poterit modificari ipſe actus
per ipſum proteſtantem, eo modo quo fit quan
do actus fit de præſenti. Vnde ſi quis dicat ſi
eueniat quòd per pollicitationem promittam
fundum reipublicæ, proteſtor quòd uolo con-
ſeruare uſumfructum mihi, uel ius coloni, uel
etiam ſi dicatur ſi legauero bis, uolo conſerua-
re ius hæredis ut poſſit ſoluere ſemel, uel ſi le-
gauero fundum proteſtor quòd uolo conſerua
re ius coloni, uel uſumfructum, ſeu ſeruitutem
hæredi, & idem in mandato, & alijs ſimilibus,
per dictam l. ſi quis in princip. teſtam. & l. ſi
ita ſcriptum. ff. de leg. primo & l. qui in alie-
na. §. fi. ff. de acquir. hæredit. & l. at ſi quis. §. ple-
tiquè. de religio. & ſump. funer. ut ſi quis dice-
ret proteſtor ſi ego funerabo patrem meum,
ego intendo conſeruare, liberam meam pote-
ſtatem adeundi, uel repudiandi hæreditatem.
291 †Et hæc proteſtatio ualebit facta coram duo-
bus teſtibus, quamuis ac teſtamentum faciendũ
requirat poſtea ſeptẽ teſtes, quæ proteſtatio in
omnibus dictis caſibus poteſt fieri ſine præſen-
tia partis, ſicut & actus ipſi fieri poſſunt, & non
eſt neceſſarium tunc intimare parti, ut in prote
ſtatione declaratoria inquit Bar. ſi non tracta-
tur de præiudicio alterius. ſed ſi tractaretur de
præiudicio alterius, ſeruaretur quòd dicit Bar.
in ſecunda parte iſtius primi capitis. & non po
teſt fieri per procurarorem, ſicut nec proteſta-
tio declaratoria, dicta l. per procuratorem. ff.
292 de acquir. hæreditat. †Finitur autem per actum
præteritum ad quem refertur, & per actum præ
ſentem quando fit in eo, ſed ſi fiat de actu de
futuro finitur per ſequentem actum in continẽ-
ti, & etiam ex interuallo, ſi durat cauſa proteſta
tionis, prædicta l. qui in aliena. §. fin. ſed ex-
tinguitur per primum actum futurum, & non
trahitur ad actus ſequentes. per no. in l. bo-
ues. §. hoc ſermone ff. de uerborum ſignifica-
tion. & per Tiraquel. in repet. eiuſ. legis. Sed
ſi eſſet dictum per actum quem faciam, uel
quemcunque alium, proteſtor quòd uolo con-
ſeruare ius meum in tali re, & tunc duraret &
extenderetur ad omnes actus ſequentes, argu.
dictæ l. ita ſtipulatus. ff. de fideiuſſo. cum de-
clarationibus traditis in commento Bar. circa
hoc primum caput, proteſtationis declarato-
riæ, atque etiam tollitur per actum contrarium
cum declaratione quam ego poſui.
Secundum eſt principale caput huius prote-
ſtationis, quando fit ſuper actu dependente à
uoluntate proteſtantis & alterius, ut ſuper con
tractibus, & aliis ſimilibus, & in hoc etiam ſi-
militer ſunt conſiderandi tres caſus. Vnus eſt
quando fit de actu præterito. Secundus quando
fit de actu præſenti. Tertius quando fit de
actu futuro.
293 In primo caſu regulariter † proteſtatio non
ualet: quia actus perfectus diminutionem, ſeu
qualitatem, uel alterationem non recipit, l. per
fectam. C. de donatio. quæ ſub mod. & l. ſi ma-
ior. C. de tranſactio. niſi eueniat quòd actus ſui
natura poſſit reuocari, ut eſt mandatum. nam
poſt perfectionem, quis poteſt mandatum ſuũ
cum proteſtatione limitare: reſeruando ſibi ali
quod ius. ſed tunc oportet quòd interueniat no
tificatio ipſi procuratori, ſecundum formam po

ſitam in l. ſi mandaſſem.ff. mand. Item oportet
quòd actus non ſit inceptus ab ipſo procurato
re: quoniam ſi eſſet inceptus, non ualeret modi-
ficatio, per tex. in l. Papinianus ſcribit ſi quis
prohibuerit. ff. de publicia. actio. ſi tamen eue
niret quòd interueniret conſenſus partis, & cō
uenirent inter ſe per modum quendam diſſol-
uendi actum, tunc ualeret modificatio, non iu-
re proteſtationis, ſed magis iure cuiuſdam re
uocationis: argum. tex. in l. adeo. ff. de pact. &
l. ab emptione, eo. tit. & §. j. & §. fin. inſti. quib.
mod. tollit. obligatio.

294 In ſecundo caſu † quando proteſtatio fit ſu-
per actu præſenti tunc regula poteſt fieri, quòd
proteſtatio operatur effectum ſuum modifican
di, & limitandi actum ut certum ius conſerua-
re ſibi poſſit, ut eſt tex. allegatus per Bar. in l.
ſi uenditor. §. j. ff. quibus mod. pignus. uel hy-
potheca ſoluitur. & l. codicillis. §. j. ff. de leg. 2. &
poſſunt cumulari omnia exempla Iaſ. hic. Et pri
mum eſt quando res datur inſolutū creditori,
& creditor proteſtatur quòd ſi contingat ta-
lem rem ab alio euinci, quòd à prima obliga-
tione & actione non diſcedatur: nam iſta obli-
gatio proderit ut ſi euincatur habeat actionem
contra fideiuſſores primos, contra quos non
daretur regreſſus niſi eſſet facta dicta proteſta-
tio: quoniam obligatio eſſet extincta per ſolu
tionem: argum. l. Modeſtinus. in princip. ff. de
ſolutionibus. & per Bar. in leg. ſi quis aliam.
in prima oppoſitione. ff. de ſolutionibus. &
in leg. eleganter in principio. ff. de pignora.
actio. Bal. & Ang. in l. libera. C. de ſententiis.
& Vero. in caute. 169. aliàs. 350. quæ cautela eſt
magis ſecura ſi clarius fiat proteſtatio dicendo
ſaluo iure in hypotheca & contra fideiuſſores
primos, quod exemplum licet uideatur conue
nire proteſtationi declaratoriæ uoluntatis cū
ſequentibus, tamen eſt magis propriè de hac
ſpecie conſeruatoriæ iuris, cum declaratio fiat
ad hunc ſolum finem ut ius ſuum conſeruetur.
Aliud exemplum etiam additur, quando credi
tor recipit ſortem principalem, & proteſtatur
quòd uult ſaluum eſſe ius petendi pœnam uel
intereſſe, per talem enim proteſtationem reſer
uat ſibi ius hæc acceſſoria petendi, cum aliàs
per ſolutionem tota obligatio extincta fuiſſet,
ut declarat Bar. in l. fin. in ultima colum. ff. de
eo quód cert. loco. Spe in titulo de arbi. §. ſequi
tur. verſi. ſed pone. dum recipit aliud exemplū,
quando creditor habet plures in ſolidum obli
gatos, & recipiendo partem ab uno proteſtatur
quòd recipit ſaluo iure ſolidi, & ſic cum re-
ſeruatione petitionis reſidui ſecundum doct.
in l. ſi creditor. C. de pactis. Bal. in l. ſi ex to-
to. §. primo ff. de leg.

295 Aliud exemplum eſt in emphyteuta, uel ua-
ſallo alienante ſine conſenſu domini, quo caſu
incidit in commiſſum, l. fi. C. de iure emphy. &
cap. Imperialem. de prohibi feud. aliena. per
Frid. unde ut euitet hanc pœnam proteſtatur
quòd ipſe alienat ſub conditione ſi placuerit
domino, uel ſub conditione, ſi conſenſus dom i
ni acceſſerit. Nam talis proteſtatio proderit
ad euitandam caducitatem. l. fi. C. de fund. pa-
trimo. lib. xj. & l. qui abſente. §. j. ff. de acquiren.
poſſeſſio. ſecundum Alberi. poſt Alber. Papien
ſem. in l. fi. in ultima col. C. de iure emphyteu.
Iacobum Ardizonem in ſumma feudorum. in
titulo quibus modis feudū amitt. ſub rub. ſi uē
didit ſub conditio. Bal. in cap. j. §. hoc quoquè.
col. fi. de ſucceſſio feud. per tex. in d. l. ſi quis lo
cuples. de manum. teſtam. & Alcia. in cap. pri-
mo. colum. pen. de prohibi. aliena. per Frideri.
uel ſi alienat cum alia proteſtatione conditio-
nali hoc modo facta, uendo, & alieno tibi, ſi &
in quantum de iure poſſum, & non àliter. nam
ſimiliter per talem proteſtationem reſeruatur
ſibi ius, & excuſatur à pęna caducitatis. Bal. poſt
Ardizo. in dicto cap. j. §. hoc quoque. & Aluaro.
in dicto cap. primo in principio, ſecus autem eſ
ſet quando emphyteuta, uel uaſallus uenderet,
& tempore traditionis apponeret proteſtatio-
nem, ſaluo & reſeruato conſenſu domini: tunc
enim talis proteſtatio nihil operaretur: quia
iam actus eſſet perfectus, & non poſſet poſteà
cum proteſtatione alterari, per l. Papinianus, ſi
quis prohibuerit. ff. de Pub. actio. cum ibi no.
oportet enim quòd hæc proteſtatio fiat ſub con
ditione quæ debeat impedire perfectionem
actus: quoniam ſi fiat poſt perfectionem, nihil
operatur: quoniam quando fit ſub conditione,
actus ipſe ſuſpenditur, & non ualet, ſi uerò fiat
purè, & poſteà ſequatur proteſtatio, tunc nihil
operatur: quia iam actus eſt perfectus, & hoc
modo procedunt ea quæ dixit Iaſ. in prima ſpe
cie proteſtationis declaratoriæ ad finem: quia
illi ablatiui abſoluti licèt reſoluantur in con-
ditionem: tamen non ſuſpendunt ipſam uendi
tionem puram: Ego tamen ibi dixi quòd iſta
clauſula ſemper operabitur ſuſpenſionem in
quocunque loco, & per quæcunque uerba fiat in
ipſo contractu uenditionis: quia ſemper ex in
tentione proferentis reſoluuntur in conditio-
nem ut ſuſpendant totum contractum: argum.
l. hæc conditio. ff. de conditio. & demonſtra.
& hæc interpretatio mitior eſt, & ſumenda:
argum. tex. in cap. in pœnis. de reg. iur. in 6. &
per no. in l. non ſolum. §. ſed ut probari. eodem
titulo. & ita obſeruat conſuetudo ut ſufficiant
illa uerba, ſaluo & reſeruato conſenſu domini,
ſolum ergo allegata in contrarium procedunt
quando actus penitus eſſet perfectus, & in tra-
ditione fieret dicta proteſtatio.

296 Aliud † etiam exemplum & notabile addit
hic Iaſ. quando emphyteuta ceſſaſſet ſoluere ca
nonem propter quem ipſe iam cecidiſſet, iux-
ta l. 2. C de iure emphyteu. & cap. potuit. de lo
cat. ſi poſteà emphyteuta ſolueret canonem do
mino, & recipiendo faceret proteſtationem,
ſaluo & reſeruato ſibi iure caducitatis, tunc ta-
lis proteſtatio ualeret, & non præſumeretur re-
nun-

nuntiaſſe caducitati, ut eſt glo. ordinaria in
cap.potuit,& ibi ſcribentes extra de loca.& tex.
in l. ſecunda in principio & ibi Bal. ad hoc no.
ff. ſi quis cautio. Specu.in tit.de leg. §. nunc ali
qua. in uerſi. 25. & per omnes. in l.2.C.de iu-
re emphyteu.

Aliud etiam exemplum ponit Iaſ. ſi uaſallus
infra annum & menſem poſt mortem domini
non petat inueſtituram cadit à iure ſuo ut in
cap. 1.quo tempore.mil. & ſi eueniat poſteà ꝙ
dominus poſt illud tempus concedat inueſtitu
ram,uidetur renuntiaſſe huic ingratitudini.ſed
ſi dedit inueſtituram ſaluo & reſeruato iure
priuationis feudi,tunc adhuc poterit eum pri-
uare, ſecundum Bal. in cap. primo col. 2. quo
tempo. miles. & in cap. quæ in eccleſiarum.de
conſtitut. poſſet tamen dici quòd hæc eſt pro-
teſtatio declaratoria uoluntatis: tamen me-
lius eſt dicere quòd ſit conſeruatoria, ex eo
quia hæc declaratio fit ad immediatum & prin
cipalem finem conſeruandi ius ſuum, & res de
nominatur à cauſa finali, l. ſi quis nec cau-
ſam. ff.ſi cert.petatur. Idem etiam dici debet,
ſi poſtquàm emphyteuta;tamen poteſt poſt mo
ram ſuâ purgare celeri ſatisfactione, ut in cap.
potuit de locato. nam dominus debet eſſe cau
tus,ut declaret ſe uelle eum cecidiſſe: quia non
ſimpliciter cadit: ſed tantummodo domino
uolente, ut eſt tex.in dicta l.2.in uerbo uolen-
te.& in uerbo. ſi uoluerit,ubi Bar.C.de iure em
phyteutico. nam tunc poſteà non poſſet morâ
ſuam purgare ſecundum docto. allegatos hic
per Iaſ. Tamen hoc non eſt bonum exemplum
in propoſito: quia hoc caſu non conſeruat ius
ſuum, ſed magis declarat uoluntatem quòd in
tendit eum cecidiſſe. Item eſt dubium an ta-
lis proteſtatio impediat purgationem moræ ut
hic per eum & plenius in dicta l. 2.

298 Vnde †exemplum aliud eſt magis conueniẽs
quando teſtator legat alieni ſaluo & reſeruato
iure coloni, & iure hæredis interueniente præ
ſentia hæredis, uel iudex reſeruat ſibi condem-
nationem expenſarum, uel ſi diceret condem-
no te in mille, ſaluo & reſeruato niſi infra dies
decem probaueris te ſoluiſſe. ſecundum Spe-
cul. & Ioannem Andreæ in titulo de ſententiis
§. ſpecies. uerſi. quòd ſi iudex præcepit, uel
quando iudex in miſſione in poſſeſſionem dice
ret ſaluo & reſeruato iure legitimi poſſeſſoris,
ut per Bal. notabi.in l final.in 4. quæſtio. C. de
edict. diui Hadria. tollend. poſt Bar.in l. ille à
quo. §.primo. ff. ad Trebellianum. & eſt aliud
exemplum in cap. cum longe. ibi, ſaluo reſer-
uato cuiuſlibet prouintiæ priuilegio ſexageſi-
ma tertia diſtinctione,& in cap.ſaluo. 9. quæſt.
3. uel etiam ſi contingat quòd aliquis exem-
ptus ſoluat collectas, uel ſubeat onera, & fa-
ciat proteſtationem quòd non intendit præ-
iudicare iuri ſuæ immunitatis uel exemptio-
nis. Nam per talem proteſtationem conſer-
uat ſibi ius immunitatis, ſecundum Cy. in l.

uoluntariæ. in 5. quæſtio. C. de excuſa tuto.
& eſt tex.in l.prima. & in l.fi. ff.de his qui ſpon
299 te mun. ſuſcip. lib.10.†Vnde Bar. qui habebat
priuilegium exemptionis, ſi aliquando ſolue-
bat munera faciebat proteſtationem quòd uo-
lebat conſeruare ſibi ius immunitatis, ut di-
xit Bar. in dicta leg. prima cum aliis cumul.
hic per Iaſ.

300 Et ultra exempla Iaſ. †potes tu addere quòd
principes concedendo priuilegia feudi, uel
quodcunque aliud priuilegium, ſolent appone
re clauſulam,ſaluo iure tertii,uel ſaluo iure cu-
riæ, uel quando dominus uendit feudum, uel
donat cum clauſulis contra naturam feudi, ſo-
lent ſemper cancellarii apponere clauſulam,ſal
ua & reſeruata natura feudi. quæ operabitur
quòd licet in illis pactis recedatur à natura feu
di:tamen in reliquis remanet feudum ut am-
mittatur per feloniam, atquè amittatur per ſuc
ceſſionem breuiorem à conſtitutionibus tradi-
tam, & non uidebis forſan priuilegium, quin
in eo ſint iſtæ clauſulæ poſitæ ſaluo iure tertii,
ſaluo iure Curiæ, & ſalua natura feud. quæ ſunt
maximi momenti.

Item etiam potes addere omnia exempla
poſita hic per Bar.in uerſi. ſed quære. in ſecun-
do capite proteſtationis declaratoriæ, ut ſi fi-
deiuſſor ſoluit, & proteſtatur ꝙ uult ſibi cedi
actiones: nam tunc ex tali proteſtatione pecu-
nia reſoluetur in pretium actionum, & non ex
tinguentur actiones, iuxta l. Modeſtinus.ff. de
ſolutionibus uel ſi quis dicat ſoluo tibi reſerua
to mihi iure declarandi in quod debitum uolo
quòd ſolutio cedat, iux. l. 1. & 2. ff. de ſo-
lutionibus: uel ſi campo dicat accepto te in cau
ponam ſaluo iure meo,quòd ego non teneat de
furto uel rapina rerum tuarum.

In omnibus autem dictis exemplis proteſta
tio tunc proderit,quando facta fuit in præſen-
tia partis cum qua fit ille actus uel contractus,
ut dicebat Bar. in dicto ſecundo capite prote-
ſtationis declaratoriæ,per dictam l.ſi debitor.
§.primo & l.in codicillis.§.primo.

Item etiam quòd interueniret conſenſus par
tis cum qua fit actus uel contractus, & ſi quidẽ
interuenit conſenſus expreſſus, tunc nulla eſt
dubitatio quòd proteſtatio proderit: tamen
ego puto quòd etiam ſufficiat conſenſus taci-
tus,qui conſenſus præſumitur ex multis conie-
cturis, quas ego poſui in dicto loco poſt Rub.
ſed generaliter præſumitur quando ille cum
quo contrahitur perficit actum audita dicta
301 proteſtatione, & non contradicit † Nam reci-
piendo actum præſumitur conſentire,per tex.in
l.qui patitur.ff mand.ubi qui patitur mandari
alteri ut pro ſe fideiubeat,non contradicendo,
uidetur conſentire,taliter quòd ipſe uidetur fa
cere mandatum fideiuſſori ut fideiubeat. Si er-
go uidetur mandare ut obligetur, tanto for-
tius uidetur conſentire proteſtationi recipiẽdo
actum,facit tex.in l.ſi filius. ff. ad macedoni. &

ideò ego puto quod in caſu l.fi. §. item ſi prædixerit.ff.naut.caup.& ſtab. ſi uiator audita tali proteſtatione ingrediatur cauponam, & non contradixerit, uidetur ei conſentire pro ut tenebat Bar. ibi. Nam concluſio poſita ſupra in dicto ſecundo capite,procedit quando uiatores contradixiſſent, uel quando iam ſimpliciter recepti fuiſſent, & actus eſſet perfectus: quia ex interuallo poſteà facta nihil operaretur, quàmuis uiatores tacuiſſent, per dictam l.j.§. uiatorum. ff.fur. aduer.naut.

303 Tertius caſus eſt, †ubicunque proteſtatio fit ante actum,in quo Bar.in dicto ſecuodo capite diſtinguit.An agatur de rollenda obligatione, uel de limitanda. Tamen in propoſito noſtro non eſt diſtinguendum: quia ſemper per hanc proteſtationem conſeruatoriam iuris quis intendit modificare actum, & limitare obligationem. & propterea dicendum eſt quòd talis proteſtatio ualebit ut modificet actum futurum, per tex. in dicta l. Modeſtinus. de ſolutio. & l. j.& ij.ff.de ſolutio.cum hac tamen qualitate quòd fiat in præſentia partis, & quòd pars expreſsè conſentiat: nam ſi non interueniret expreſſus conſenſus: quia tractatur de eius præiudicio, non præſumeretur conſentire, & ideò poſteà faciendo actũ ſimpliciter, uideretur proteſtans receſſiſſe à proteſtatione, per tex. in l. cum in plures.§.locator horrei. ff. loc. ſecundum uniũ intellectum, niſi forſan eueniret quòd proteſtatio eſſet facta cũ iuſtiſſima cauſa propter timorem aduerſarij, uel aliam iuſtam cauſam, quæ duraret tempore actus,ut ſi forſan fideiuſſor accedat ad iudicem, & dicat ſi ego fideiubebo pro tali,baroni meo intendo non obligari, & ſaluum ſit ius meum, ut dixit Iaſ.in præcedenti in dicto præcedenti ſecuodo capite.

Tertium eſt principale caput: quando proteſtatio fit ſuper his quæ dependent à uoluntate ſua de iure: ſed non de facto, in quo Bar. in prima ſpecie diſtinguebat.Aut non poteſt haberi copia aduerſarij propter perhorreſcentiã, aut propter abſentiam, uel imperfectionem.

304 †In primo caſu dicas quòd proteſtatio ualet,ut ſi quis timens appellare dicat, ego proteſtor quòd ſi ego in præſentia iudicis promittam nolle appellare,quòd uolo ſaluum eſſe mihi ius appellandi; nam tunc talis proteſtatio ualebit: arg. tex.in cap.ſi.extra de appellatio.& l. fin. C. de his qui propter metum iudicis non appellauerunt,& tuoc talis proteſtatio ſufficit quòd fiat coram uicinis, ſeu honeſtis perſonis.dicto cap. ſi.uel ſi quis uidens prætorem ædificare,dicat coram uicinis, ego proteſtor quòd nolo ædificium mihi præiudicare: ſed uolo ſaluum eſſe ius meum,quod ego declarabo quando mihi concedetur de facto,iux.legem de pupillo. §. ſi quis ipſi prætori. ſupra eodem. uel etiam ſi quis dicat ego habeo ius opponendi exceptionem non numeratæ pecuniæ,& quia non habeo copiam aduerſarij eam oppono, iux.l.ut perfectius.C.de annal.excep.& auct.hanc querelam. C.de non num.pec. & proteſtor quòd ego uolo mihi ſaluum eſſe ius quandocunque opponẽdi.uel ſi quis non habet copiam iudicis,dicat ego appello penes acta,ſaluo mihi iure appellandi coram iudice; quando habebo copiam iudicis: nam talis proteſtatio ualebit:quia eſt cõformis legi,per dictam l. primam. §. adeuudi. ff. quando appelland.ſit,uel ſi quis uoce appellauerit, & dicat pro ut quotidie ſolet fieri, appello ſaluo mihi iure appellandi in ſcriptis,quę proteſtatio debet fieri in illis locis in quibus actus ipſe eſſet expediendus, ſi haberet copiam partis: aliàs non ualeret, ut declarat Bar. in dicto. 3.capite proteſtationis declaratoriæ.

305 Quartum caput iſtius proteſtationis eſt:quãdo quis proteſtatur ſuper actu dependẽte à uolũtate de facto,& non de iure,& tunc ſi quidem proteſtatur poſt delictum conſummatũ,proteſtatio nihil operabitur; quia iam lex fecit executionem imponendo pœnas ſuas, unde mutari non poteſt: arg. l. perfectam, C. de donatio. Sin autem fiat in actu præſenti, & tunc ſi actus eſt licitus de ſe, poteſt tamen effici illicitus, tunc proteſtatio nihil operatur,ut ſi quis proijciat ramum,& dicat ſaluo iure tertij, quem nolo offendere, uel faciat ſoueam pro urſis capiẽdis, & dicat ſaluo iure quòd non intendo teneri pro damno futuro in hominibus, uel beſtiis domeſticis. Nam talis proteſtatio nihil operaretur ex eo:quia iam actus eſt aptus ad faciendum damnũ alijs. Ideo eſſet neceſſarium quòd ipſe hanc proteſtationem faceret coram hominibus uolentibus ingredi: aliàs ipſe teneretur, per l.qui ſoueas & l. ſi putator. ff. ad leg. Aquiliam. Si uerò quis faceret proteſtationem ſuper actu omninò illicito, ut ſi dicat ego percutio te ſaluo iure meo, quòd nolo teneri de homicidio,uel ſi quis ingrediatur fundum uiolenter, & dicat ſaluo & reſeruato iure meo quãtum ad pœnam homicidii futuri: nam tunc talis proteſtatio nihil operaretur. Idem eſſet ſi in actu futuro diceret,ego proteſtor quòd ſi mandabo alicui ut offendat Semproniũ, quòd ego nolo dare comiſſionem de interficiendo, uel quòd uolo ſaluum eſſe ius meum quantum ad homicidium:nam talis proteſtatio nihil operabitur: quia ſemper de euentu tenebitur, per tex. in cap. fin. de homi. in 6. & l. quoniam facinora, C.ad leg.Iuliam de ui, & declarat Bar. in dicta prima ſpecie proteſtationis in. iiij.capite.& licèt dicta exempla ſint de proteſtatione declaratoria uoluntatis; tamen etiam poſſunt adaptari ad conſeruatoriam iuris, ſi quis uteretur uerbis denotantibus intentionem, quòd principaliter intendit conſeruare ius ſuum, & poteſt etiam clarius exemplum poni in caſibus no.in l.ut uim.ff.de iuſti. & iur. in quibus permiſſum eſt offendere alium,animo ſe defendendi. Sin autem eſſet talis actus qui poſſet limitari per uoluntatem, tunc talis proteſtatio ualeret, ut

ret, ut ſi quis diceret ego proteſtor quòd ſi uiolenter ingrediar fundum, ego intendo capere tantummodo poſſesſionem naturalem, & uolo quòd ſalnum ſit ius domini in poſſesſione ciuili: nam talis proteſtatio ualebit: quia delictum limitatur ex ſola uoluntate, ut per glo. in leg. prima. C. uti posſidetis. in glo. magna circa medium.

306 Et † idem eſſet ſi quis uidens inimicum ſuum aſſociatum cum multis. & proteſtetur quòd ſi inſultabit ſuum inimicum, non intendit facere iniuriam ſocijs, neque inſultare ſocios, & dicat, ego ſaluo iure & honore ſociorum, putarent tamen quòd hęc proteſtatio eſſet facienda coram ipſis ſocijs, alioqui ipſe uideretur receſsiſſe in ſultando à dicta proteſtatione.

307 Similiter † ſi quis diceret tu mentiris ſaluo honore tuo, talis proteſtatio ualebit: quoniam dependet à uoluntate ſua reſtringere uerbum iniurioſum, & mutare eius ſignificationem, per l. Labeo. de ſupelle. lega. & l. ſi alij. ff. de uſuf. lega. & per. no. in l. ſi quis in fundi uocabulo. ff. de leg. primo. Vnde ponendo proteſtationem ſaluo honore tuo, demonſtrat quòd uult intelligere uerbum, ut dicat falſum ignoranter, ſecundum quòd ego declaraui in dicta prima ſpecie proteſtationis declaratoriæ, reprehendendo alios contrarium tenentes in quinto capite poſt Rubeum.

308 Quintum † eſt caput proteſtationis conſeruatoriæ iuris: quando ſit ſuper his, quæ non dependent à poteſtate proteſtantis: nequè de facto: nequè de iure, & tunc ſi mater dicat ego præſto alimenta filio meo anniculo, ſaluo iure repetendi mihi ſalarium nutricis, talis proteſtatio non ualebit: quia prohibente lege, nequè de iure: neque de facto competit ſibi repetitio: ſed ſi ſimpliciter fieret, tunc non ualeret per triennium, & poſt triennium operaretur effectum. per l. alimenta. C. de neg. geſt. coniuncta l. Neſennius. ff. de neg. geſt.

309 Similiter † ſi quis diceret ego produco libellum ſalno iure addendi, uel minuendi, emendandi, uel mutandi, poſt litem conteſtatam, proteſtatio nihil operabitur: quia de facto, neque de iure competit hoc ius, ut habetur in leg. edita. C. de edendo. Sed ſi ſimpliciter fieret, tunc ualeret quantum ad caſus permiſſos ante litis conteſtationem: quia eſſet conformis iuri.

Idem ſi quis diceret lego fundum ſaluo iure hæredis, quòd non teneatur poſt decem annos, non ualeret talis proteſtatio, per l. nemo poteſt. ff. de leg. primo. niſi quantum ad exceptionem acquirendam, ut plenè ego ibi dixi.

Et generaliter, ſi quis faciendo delictum. dicat ego facio hunc actum cum proteſtatione quod ego nolo obligari ad pœnam legis, uel nolo cõmittere illud delictum, talis proteſtatio nihil ualeret repugnante lege, per tex. in l. non poteſt. ff. de fur.

310 Quæ † omnia capita procedunt, ut etiam ego poſui exempla, quando proteſtatio ſit animo conſeruandi ius alterius: quia eadem ratio militat, & eadem poteſtas conceditur, iure aliquando etiam minor competit, unde nulla ſubſtantialis differentia poteſt reperiri quantum ad poteſtatem proteſtandi, & ualiditatem ipſius, & in modo eam concipiendi, quàmuis Iaſ. hic diſtinxerit, cuius tamen diſtinctio magis prodeſt ad cognoſcendum exempla, quàm ad aliquem effectũ iuris, & propterea in omnibus dicas ut in præcedentibus. Et hæc ſufficiant in tam lata & diffuſa materia, ut quodam ſummo digito habeas aditum apertum quomodo proteſtationes ualeant & fieri posſint ſi enim omnia exempla ennmerare uoluerimus, penè totum corpus iuris ciuilis cumulare neceſſe erit, & omnes actiones omninm recenſere, ideò cum laude Dei ſit finis.

Ioannes Bolognetus Salerni legens, & Meſſanæ repetita de anno 1567. die 20. Decembris in. 55. lectionibus cum tota materia nunciationis noui operis.

Finis tituli de noui operis nunciatione.

De acquirenda, uel ammittenda poſſeßione. Rubrica.

SVMMARIA.

1 *QVæ poſita ſunt in hoc uolumine, & quo ordine narrantur.*
2 *Quare iſte titulus cum præcedenti non fuerit poſitus in digeſto ueteri, narratur.*
3 *Generalis compilatio totius uoluminis digeſtorum an rectè facta fuerit inquiritur. Ordo compilationis fuit, ut primò ponatur de perſonis, poſteà de rebus, poſteà de actionibus.*
4 *Quare tractatus de acquirendo rerum dominio non fuit poſitus in ff. ueteri ante tractatum de rebus declaratur.*
5 *Tractatus de donationibus quare poſitus fuit ſeparatim ab ultima uoluntate.*
6 *Tractatus de re iudicata quare non fuerit coniunctus cum titulo de iudicijs.*
7 *Hic titulus de acquir. poſſesſio. quare non fuit præpoſitus tit. de acquir. rer. dominio, latiſſimè inquiritur referendo uarias opiniones.*
8 *Quare hic titulus præponitur titulo de uſucapionibus, & in Codice ſubſequitur, diuerſitatis ratio demonſtratur.*
9 *Quare hic titulus non præceſsit titulum de acquir. rerum dominio nouiter declaratur.*
10 *Intellectus ad l. ſi fundum. digeſtis de fundo dota-*

li inquiritur, & nouus traditur.
11 Nubilius debet præponi inter æqualia.
12 Media influunt inter extrema ſua.
13 Poſſeſſio quæ longo tempore præcedit acquiſitionem per uſucapionem, eſt magis conſiderabilis, quàm illa quæ immediate acquirit dominium.
14 Vniuerſaliora ſunt notiora, & notiora ſunt præponenda.
15 Dominium an ſit utilius, dignius, & nobilius poſſeſſione?
16 Dominium de iure gentium in decem modis hic declaratis acquiritur ſine poſſeſſione.
Falſum eſt aſſumptum docto. quòd dominium ſine poſſeßione non acquiratur.
17 Dominium à poſſeßione non fuit cauſatum: ſed propter poſſeßianem ab hominibus inuentum, quàm uis per præcedentem poſſeßionem acquiratur.
18 Poſſeßio informis fuit antiquior dominio: ſed poſſeßio formata longè poſteà ſecuta fuit.
19 Poſſeßio formata noueſt magis nota dominio.
20 Optima igitur cum ratione hæc rubrica poſtpoſita fuit titulo de acquiren. rerum dominiu.
21 Continuatio rubricæ à glo. tradita, approbatur reſpondendo obiectis.
22 Continuatio plenior & clarior traditur.
23 In titulo præcedenti tractatur de ſola acquiſitione de iure gentium, quidquid dixerint Moderni.
24 Facultas teſtandi, legandi & acquirendi per ſeruos, ex dictis cauſis eſt de iure gentium.
25 In titulo præcedenti non fuit tractatum de acquiſitione per poſſeſſionem formatam.
26 Rubrica hæc rectè fuit ſcripta de amittenda poſſeſſione, non de omittenda: quidquid dicat Alcia. & alij.
27 Verbum amittere, ſignificat perdere, & uerbum admittere ſignificat recipere, ideò hic rectè dicitur de amittenda.
28 Hæc rubrica continet tria uirtualiter, de acquir. retinenda, & amittenda poſſeſſione. Vnde hæc cum illa Codicis conuenit.
29 Contrariorum duo ſunt genera, contradictoria & contraria. & nu. 37.
30 Acquirere & non acquirere ſunt contradictoria: ſed amittere & acquirere ſunt contraria.
31 Verbum acquirere, & retinere, ſe compatiuntur: ſed retinere & amittere, habent contradictionẽ.
32 Cognito quomodo acquiratur poſſeſſio, non cognoſcimus quomodo amittatur.
33 Suppletio rubricæ non fit ex capite quòd cognito uno de contrarijs, aliud cognoſcatur: ſed ex alio quòd diſpoſitio facta de uno contrario, trahitur ad aliud.
34 Rubrica hæc rectè ſcripta eſt alternatiue, uel amittenda, & in Codice copulatiuè, & retinenda.
35 Rubrica hæc æquè bene fuiſſet ſcripta per nomina de acquiſitione uel amisſione poſſeſſionis.
36 Vſucapio quare non interrumpatur de iure ciuili per amiſſionem bonæ fidei, ſicut per amiſſionem poſſeßionis declaratur.
37 Duo ſunt genera contrariorum, & contradictoria inducuntur per negationem.
38 Ex cognitione unius contrarij infertur ad cognitionem alterius quatuor modis.
39 Regula ponitur quòd cognito uno de contradictorijs, cognoſcitur & aliud in ſubſtantia.
40 Cognito quomodo unum contradictorium inducatur, cognoſcimus quoque quomodo aliud inducatur.
41 Cognito quòd in uno ſubiecto eſt unum contradictorium, cognoſcimus aliud non eſſe, niſi ſit diuerſitas rei, temporis, & reſpectus.
42 Cognito uno contradictorio in pluribus ſubiectis, quomodo cognoſcamus aliud eſſe in alijs ſubiectis.
43 Cognito uno de contrarijs non habentibus medium, cognoſcimus aliud quatuor modis ut ſupra.
44 Cognito uno de contrarijs habentibus medium, cognoſcimus etiam aliud.
45 Cognito uno de contrariis in modo inducendi, cognoſcimus aliud.
46 Cognito quòd unum contrarium eſt in uno ſubiecto, cognoſcimus aliud non eſſe, niſi ſit diuerſitas temporis, rei, reſpectus, uel legis.
47 Cognito quòd unum contrarium eſt in aliquibus ſubiectis, non cognoſcimus aliud eſſe in alijs propter medium.
48 Theorica breuis ponitur per quam cognoſcitur differentia inter contraria & contradictoria in cognitione.
49 Teſtis interrogatus ſi neſcit dicere quid eſt dies, uel quid eſt bona fides, demonſtrat quòd neſcit quid eſt nox, uel mala fides.
50 Diſpoſitio facta ſuper uno contrario trahitur ad aliud: quando militat eadem ratio. quod multis exemplis declaratur, & oſtenditur.
51 Statutum diſponens quòd exceptio poſſit probari per duos teſtes, ſimul quoque diſponit de actione & replicatione.
52 Idem ſi diſponat quòd legatum poßit probari per duos teſtes.
53 Statutum diſponens ſuper effectibus unius contrarij, uidetur quoque diſponere contrarios effectus in alio contrario: quando militat contraria ratio.
54 Non admittitur quis ad petendum id cuius contrarium non eſt poſtulaturus,
55 Intellectus ad cap. fin. extra de uerbo. ſignificatio. tenet quòd ibi militat diuerſa ratio.
56 Diſpoſitio facta de uno contrario non trahitur ad aliud: quando militat diuerſa ratio.
57 Extenſio non fit quando militat diuerſa ratio.
58 Teſtamentum quod poteſt fieri coram duobus teſtibus, an etiam poſſit coram duobus teſtibus reuocari, declaratur,
59 Facere teſtamentum & reuocare, an ſint contraria declaratur.
60 Si ſtatutum diſponit quòd teſtamentum ualeat coram duobus teſtibus, an cum eiſdem legatum reuocari poßit non facto alio teſtamento.
61 Dictio benè, an ſignificet idem quòd ritè & rectè.
62 Diſpoſitio loquens de condemnatione, an trahatur ad ſolutionem, uel è contra, latè diſcutitur.
63 Lex concedens iuriſdictionem magiſtratui in abſolutione, concedit etiam in condemnatione, & è contra,

Prin-

64 *Princeps delegans cauſam ordinario concedendo abſolutionem, uidetur etiam concedere condemnationem, & è contra.*

65 *Probibita condemnatione in materia correctoria, an uideatur probibita abſolutio, latè diſcutitur.*

66 *Intellectus ad l.ſolět.ff.de off.proc.& leg.inquritur.*

67 *Adhærendum eſt regulæ ſicut Bononienſes Caroccio.*

68 *Intellectus ad clemētinā j.§.duro.latiſſ. diſcutitur.*

69 *In mandato an fiat extenſio in correctorijs.*

70 *Noua diſtinctio, an diſpoſitio loquens de condemnatione trahatur ad abſolutionem, & è contrario.*

71 *Alia noua diſtinctio magis theoricalis traditur.*

72 *Noua etiam & breuis, & generalis theorica ponitur, an diſpoſitio loquens de uno contrario, trahatur ad aliud contrarium.*

73 *Correlatiua quæ ſint declarātur, & quare ita dicātur.*

74 *Argumen à correlatiuis ualet poſitiuè, & priuatiuè.*

75 *Cognito uno ex correlatiuis, cognoſcitur, & reliquum reſpectu ſui, & in modo inducendi.*

76 *Cognito quòd unum correlatiuum eſt in uno ſubiecto, cognoſcimus quòd in eo non eſt aliud, niſi ſubiectū ſit deſtinatum ad omnia.*

77 *Cognitoq; unū correlatiuū eſt in aliquib. ſubiectis, quo modo cognoſcamus aliud eſſe in alijs ſubiectis decl.*

78 *Diſpoſitio facta in uno correlatiuo, uidetur etiam facta in alio, quando militat eadem ratio.*

79 *Diſpoſitio facta ſuper effectu unius correlatiui, uidetur etiā facta de cōtrario effectu alterius correlatiui.*

80 *Diſpoſitio facta in uno correlatiuo non trahitur ad aliud, quando non militat eadem ratio: ſed remanet caſus omiſſus.*

81 *Statutum excludens ſororem à ſucceſſione fratris, an uideatur excludere fratrem à ſucceſſione ſororis, latè diſcutitur.*

82 *Caſus omiſſus in ſtatutis habetur pro omiſſo.*

83 *Statutū debet interpretari ut minus lædat ius cōmune*

84 *Frater & ſoror quomodo ſint correlatiua.*

85 *Argumenta pro contraria parte referuntur, & eis reſpondetur.*

86 *Diſpoſitio loquens in uno ex æquiparatis trahitur ad aliud: quando militat eadem ratio. Aequiparatorum eadem eſt diſciplina.*

87 *Diſtinctio noua ponitur, an ſtatutum excludens ſororem à ſucceſſione fratris, uideatur excludere fratrem à ſucceſſione ſororis.*

88 *Extēſio in dicto ſtatuto an fiat nulla apparēte ratione.*

89 *Breuis & noua theorica, an diſpoſitio loquens in uno correlatiuo, trahatur ad aliud.*

Rubrica de acquirenda poſſeſſione.

EXpedita materia nunciationis noui operis cum ſuis acceſſorijs, ſequitur ut ad rub. de acquir. uel amittend. poſſeſio. perueniamus, quæ in eodem uolumine ponitur poſt quatuor tra-
1 ctatus. †Nam primo poſitus fuit tractatus de remediis conſeruatorijs, uſquè ad titulum de donationibus, ubi ſubiicitur ſecundus tractatus de donationibus. Tertiò ſucceſſit tractatus de manumiſſionibus, tā inter uiuos, quàm in ultima uoluntate. Quartò loco ſubiectus fuit tractatus de acquirendo rerum dominio. Sed quoniam dominium acquiritur de iure gentium, & de iure ciuili, & uarii ſint modi cum nariis limitibus acquirendi. primò poſitus fuit tractatus de acquir. rer. dominio de iure gentium, & ſucceſſiuè poſitus fuit tractatus uſucapionum, per quas acquiritur dominium de iure ciuili: ſed ante dictam materiam interpoſitus fuit iſte titulus de acquiren. poſſeſſio. & poſt ſubiectus fuit tractatus uſucapionum, & inde de ſententia & re iudica. Vnde naſcuntur duæ principales difficultates circa ſituationem, una de generali compilatione, an rectè facta fuerit, ſecunda de ſpeciali ſituatione iſtius tituli, an rectè facta fuerit.

2 Circa †primam difficultatem cauſam: quia in rubrica de noui oper. nunciatio. dictum fuit quòd hoc uolumen appellatur. ff. nouum, quia in eo ponitur ius nouum, & ff. uetus. appellatur quia ibi ponitur ius magis antiquum, & referuntur primordia iuris naturalis, gentium, & ciuilis, cum origine iuris Romanorum; & ſucceſſiuè de alio iure à principio inducto, Vnde uidetur quòd titulus de acquir. rerum dominio, & iſte titulus de acquir. poſſeſſio. debuiſſet poni in. ff. ueteri ubi cætera primordia iuris referuntur, cùm acquiſitio poſſeſſionis, & dominii fuerit ab initio mundi ab eo die quo Adam fuit in mundo, ut probatur in l. j. ij. reſponſo in fra eodem. ibi, dominiumque rerum à naturali poſſeſſione cæpiſſe cum ſequentibus.

3 Pro †ſolutione illius contrarii recurrendum eſt etiam ad ea quæ diximus in dicta rub. ſupra de nunciatio. noui operis, ubi poſui ordinem totius compilationis. ff. ueteris, in quo compilatores ſecuti fuere dictum Iuſtiniani in. §. fi. inſti. de iur. nat. gentium. & ciuili. ut primò ponatur de perſonis, poſteà de rebus, & poſteà de actionibus. Ideò in ff. ueteri poſt titulum de origine iuris, & de iuſti. & iur. dictum fuit de ſtatu hominum, de his qui ſunt ſui uel alieni iuris; de ſeruis, libertis, & liberis, atq; de hominibus habentibus iuriſdictionem, cū declaratione eorum officij, & in couſequentiam poſitus fuit tractatus de iud. poſteà ſuppoſita fuit ſecūda pars iuris de rebus, in qua conſiderantur quinq; articuli principales, unus eſt quomodo res acquirātur cum credito; ut quando dantur cum ſpe aliquid recipiendi, uel ille qui recipit cum onere aliquid dādi recipit, qui incipit à tit. ff. de reb. cred. ſi cer. per. & durat uſquè ad titulum de teſtam. ponendo omnes contractus correſpectiuos, ac matrimonia, pacta dotalia, reſtitutionē dotium, & tutelas in quibus bona pupillorū dātur tutoribus cū onere reſtituendi, poſteà ſubiectus fuit ſecūdus articulus, qui tractat de rebus datis per ultimā uoluntatē, ſeu de acquiſitione

quæ fit ex ultima uoluntate, tam ex teſtamento ex uniuerſali conceſſione bonorum per inſtitutionem, uel ſubſtitutionem, quàm etiam ex patticulari conceſſione per legata, uel fideicommiſſa, atque etiam de ſucceſſione ab inteſtato de iure ciuili,& prætorio cum ſuis acceſſorijs, qui durat pet totum infortiatum. Tertiò in principio huius uolum[illegible]s poſitus fuit atticulus de remediis conſeruatorijs,uſq; ad titulũ de teſtamentis, & ibi incipit quartus ariculus de rebus datis ſine ſpe aliquid recipiendi, qui conſiſtit in donationibus,& in manumiſſionibus, quo expedito ſubiectus fuit articulus generalis de particularibus modis acquirendi dominium, incipiendo ab acquiſitione dominii de iure gentium, & tranſeundo ad acquiſitionem de iure ciuili præponendo titulum de acquirenda poſſeſſio. poſteà ſubiiciendo totum tractatum de uſucapionibns. & ſucceſſiuè tractatum de ſententia & re indica. cum eius executione,per quam dominia rerum acquiruutur de iure ciuili, & ità explicitus fuie ttactatus de rebus,poſteà ſubſecutus fuit tractatus de actionibus à titulo de actionibus & obligationibus, & ſubiecta fuit materia ſtipulationum tanquam uirtualiter continens omnes actiones & obligationes, cum in omnibus contractibus apponatur, ut no. in dicta rubrica, ac poſteà poſita fuerunt quædam acceſſoriapro complemento de appellationibus.de iure fiſci, de iute ciuitatum, & de nerborum ſignificatio. & de reg. iur. cum igitur quinta pars tractatus rerum eſſet de acquirenda parte earum, & eſſet ponenda in quinto loco, & fieret de inte gentium & de iure ciuili, ne cauſarum continentiæ diuiderentur, tractatum etiam hic fuit de acquiſitio. iutis gentium, quæ tamen ptopter alterationem de iure ciuili dici poteſt, & ſic ſituatio iſta uidetur rationabilis.

4 Sed tamen adhuc iuſtari poteſt contra compilatotes:†quoniam licèt iſte tractatus de acquitend. retum dominio ſit portio totius tractatus de tebus: tamen cum ſit generalis, uidebatur quòd debuiſſet poni in ptincipio ante titulum de tebus creditis, cum generales tituli uidentur ptæponendi, ut patet in hac matetia uſucapionis, ubi præponitur titulus generalis de uſucapionibus, aliis titulis ſpecialibus, & titulus de ſeruitutibus ſuis ſpeciebus cum ſimilibus, & uidetur probari in ſecundo libro inſtitutionum, ubi poſt tractatum de perſouis, in continenti tractando de rebus, exordium fecit à titulo generali de acquirend. rerum dominio, & poſteà de acquiſitione ſpeciali, per quas perſonas nobis acquititur, & ſucceſſiuè de teſtamentis, & aliis modis acquirendi. & pet contractus. Sed defendendo poteſt dici ꝙ non ſemper titulus genetalis eſt præponendus. Nam quando ille conrinet commixtionem ſpecierum, ſemper debet poſtponi, ut patet in titulo communia de ſeruitutibus, & in titulo communia utriuſque iudicii. & in titulo communia de uſucapionibus. C. Vnde cum ratione in ultimo hic titulus generalis continens uarios modos acquirendi, ſubiectus fuit poſt alios modos acquirendi ſpeciales præpoſitos. Nec obſtat quòd factũ fuit in inſtitutionibus: quia rectè factum fuit ptopter iuuenes, ut primò addiſcerẽt antiquiora,& poſteà ceteras partes particulares cognoſcetent, & ſeparatim uiderent tractatum ultimarum noluntatum, & poſteà contractuũ, unde ille ordo rectè fuit ſeruatus, & iſte etiam cum ratione à compilatoribus compoſitus fuit. Vnde adhuc remanet ꝙ ſituatio borum titulorum rectè, cum ratione in hoc loco facta fuit.

5 Sed † adhuc inſtatur contra compilatores circa generalem compilationem:quia uidetur quòd tractatus ultimarum uoluntatum ineptè fuerit diuiſus,cum in hoc nolumine dictum fuerit de douationibus cauſa mottis,& de mannmiſſionionibus quæ fiunt in ultima uoluntate, quæ debebant poni in aliis nltimis uoluntatibus: Sed defendeudo compilatores reſponderi poteſt, quòd principaliter intendebant tractare ibi de actibus, quibus dantur res ſine credito,& ut plenior eſſet, & utilior etiam appoſitæ fuerunt donationes cauſa mortis, quæ in ultimis uoluntatibus fiunt, & ne continentiæ cauſarum diuiderentur, per l.nulli. C. de iudi. & maximè: quia donationes cauſa mortis participant magis de contractu, quàm de ultima uoluntate, ſecundum diſtinctionem poſitam in l. ij. ff. de leg. ptimo.& libertas directa ſit ſpecies de per ſe ſeparata à legatis, & fideicommiſſis ut no. in rubrica. & in l.prima.ff.de leg. primo.

6 Quartò †etiam adhuc contra compilatores inſtatut: quia uidetur quòd tota materia rei iudicatæ cum alijs pertinentibus ad executionem ſententiæ debuiſſenr poni in. ff. ueteri, poſt titulum de iudicijs, cum dicantur portio iudiciorum,& etiam tractatur in decretalibus, ubi poſt titulum de iudiciis, & aliis, pertinentibus ad iudicia ſubiicitur rub. de ſententia. & re iudica. Sed reſponderi poteſt defendendo compilatores, quòd etiam hoc rectè factum fuit. Nam in libro de iudicijs tractatum fuit de iudiciis in ſubſtantia, & de actionibus pertinentibus ad ea,& cũ etiã quæſtiones circa contractus contingentes atquè in ultimis noluntatibus, in eis ſoleant tractati, ſubiecta fuit materia de tebus creditis plena, & de ultimis noluntatibus, atquè etiam de temediis conſeruatoriis, & de donationibus, & alijs actibus qui fiunt ſine credito, & alijs modis generalibus acqnirendi, ptopter quorum quæſtiones, iudicia adhuc durant, quibus finitis, poſteà fertur ſententia, & fit executio,unde poſt tantam congeriem tractatus rerum,cum ratione ſubiectus fuit tractatus de ſentẽtia & re iudica.& de alijs pertinẽtib.ad executionẽ ſentẽtię,maximè

quia

quia per ſententiam & executionem eiuſdem tractatur de alio modo acquirendi de iure ciuili, in quo etiam debet interuenire poſſeſſio propter pignorationem, & miſſionem in poſſeſſionem contra debitores, ad inſtantiam creditorum factam. Et hoc idem uidemus ſeruatum in C. in quo materia rei iudicatę cum eius executione longiſſima, fuit ſubiecta poſt titulum de iudiciis, & per multos libros ſeparata. quare remanet ex omnibus prædictis ꝙ tota compilatio uoluminis. ff. rectè ordinata fuit. & quòd iſte titulus cum ratione adhunc locum reſeruatus fuit, & probabiliter hic poſitus fuit. & hæc de primo dubio.

7 Secunda † ſuccedit dubitatio circa ſituationem ſpecialem, an iſte particularis titulus de acquirenda poſſeſſione rectè ſituatus fuerit in hoc loco, poſt titulum præcedentem de acquirendo rerum dominio. & glo. hic continuando rub. demonſtrat quòd ſic dicens, quòd ſupra uiſum fuit de acquirend. rerum dominio ex diſpoſitione iuris gentium, unde ſequebatur uidere de acquirendo rerum dominio ex diſpoſitione iuris ciuilis, quod fit per uſucapiones, per ſententiam, & executionem rei iudica. tamen: quia ad tractatum de uſucapionibus debet præcedere poſſeſſio, ſine qua uſucapio perfici non poteſt, l. ſine poſſeſſione. infra de uſucapionibus, ideò præpoſitus fuit iſte titulus de acquirenda poſſeſſione. & per conſequens cum ratione ſituatus fuit poſt titulum de acquirend. rerum dominio, & præpoſitus titulo de uſucapionibus.

8 Tamen contra iſtam ſituationem inſtatur, quia imò uidetur quòd debuiſſet ſituari poſt totum tractatum de uſucapionibus, ſicut obſeruatum fuit in C. ubi ſeptem tituli de uſucapionibus præpoſiti fuere, & poſteà ſubiectus fuit titulus de acquirenda, & retinenda poſſeſſione. & uidetur contrarium ſatis urgens, & apparens. Sed defendendo reſponderi poteſt quòd medullitus conſiderando non eſt contradictio, & quòd ſituatio ibi concordat cum hac ſituatione præſupponendo quòd de iure. ff. per uſucapionem tantum acquirebatur dominium tantum rerum mobilium & immobilium, ut patet in toto titulo infra de uſucapionibus. & in l. 3. quæ ſimpliciter loquitur, & inſti. de uſucapionibus. in princip. & . §. primo. & præſcriptio non erat cognita de iure. ff. ſecundum magis communem opinionem poſitam in rubrica extra de præſcriptionibus, & in rubrica extra de præſcriptionibus triginta uel quadraginta annorum, & tangemus infra in rub. de uſucapionibus. & præſcriptio iure. ff. tantummodo conſiderabatur in actionibus, & dicebatur quædam exceptio, ut in toto titulo infra de diuerſis & temporalibus præſcriptionibus. Vnde acquiſitio per modum iuris ciuilis inuentum iure. ff. tantummodo fiebat per uſucapionem; ſed ſuperuenit Iuſtinianus, qui diuiſit hunc modum acquirendi de iure ciuili inter uſucapionem & præſcriptionem, & noluit quòd regulariter res mobiles de iure ciuili acquirantur per præſcriptionem tam longi temporis, quàm triginta uel quadraginta annorum. Vnde nomen uſucapionis reſtrinxit ut in dubio uideatur impoſitum, ad acquirendas res mobiles, & ad acquirendas res immobiles aliud nomen cũ alio modo præſcriptioni attributo interueniat, taliter quòd ex eius intentione præſcriptio ſubrogatur loco uſucapionis antiquę, per quam res immobiles acquirebantur, quo ſtante apparet quòd conformis fuit ſituatio tam in. C. quàm in. ff. quoniam hic in. ff. præponitur ante acquiſitionem per uſucapionem, quæ unica erat de iure. ff. ibi præponitur ante tractatum præſcriptionum, quæ ſubrogatæ fuerunt loco uſucapionis generalis, & materia uſucapionis alia ratione præpoſita fuit: quoniam ſupra in toto ſeptimo libro erat tractatum de materia manumiſſionis, & de omnibus aliis modis acquirendi libertatem, & poſteà ſubiectus erat titulus de præſcriptione longi temporis, quæ pro libertate competit, & quoniam per alios modos uſucapiendi poteſt competere libertas atque etiam impediri, & de una perſona in aliam dominium perſonæ transferri, ſubiecti fuere ſeptem tituli tractantes de uſucapione; ut titulus de uſucapione pro emptore, pro legato, pro donato, pro ſuo, atquè etiam ſimplex titulus de uſucapionibus. & poſteà titulus de uſucapio. transformanda, in quibus omnibus tractatum fuit quomodo amittatur uel acquiratur per uſucapionem, & principaliter quomodo ſerui acquirantur uel amittantur per uſucapionem. Vnde nullus eſt titulus in quo non reperiatur aliqua lex tractans de uſucapione ſeruorum, & mancipiorum, ita quòd apparet principaliter omnes illos titulos fuiſſe ſubiectos propter materiam ſeruorum, quàmuis & etiam in conſequentiam aliquæ leges de uſucapio. rerum immobilium interpoſitæ fuere. Vnde cum ibi materia uſucapionum ſubiecta fuerit alteri conſiderationi, & facta acceſſoria alterius materiæ non fuit habita in conſideratione reſpectu poſſeſſionis, & cum ſolum principaliter reſpectu ſui præpoſita fuerit materia præſcriptionum, cum ratione eidem præpoſitus fuit titulus de acquirenda poſſeſſione. Vnde uidetur conuenire cum ſituatione poſita in hoc loco in uolum. ff. in qua tota materia uſucapionis, æqualiter & principaliter conſiderata fuit reſpectu ſui, & ideò eidem præpoſitus fuit iſte titulus de acquirenda poſſeſſione. Quare remanet quòd hic titulus rectè in hoc loco ſituatus fuit, & quòd ſituatio in C. facta non contradicit, imò uirtualiter eadem uidetur eſſe in utroque loco, & cum eadem ratione facta.

9 Secundò † contra dictam ſituationem inſtatur

ex alia ratione uidetur ꝙ non rectè hæc rubrica hic fuerit ſituata: quoniam acquiſitio dominii de iure gentium ad ſui eſſentiam requirit quòd præcedat poſſeſſionis acquiſitio, ut primò acquiratur poſſeſſio, & per eam dominium, ut probatur in l. prima. infra eodem ibi, dominiumque rerum ex naturali poſſeſſione cæpiſſe, eiuſquè rei ueſtigia hodie remanent in his, quæ cælo terra mariquè capiuntur, quorum primò poſſeſſionem, & ex poſſeſſione dominium acquirimus, atquè etiam ſeruatur in his, quæ capiuntur ab hoſtibus, & in inſula nata in mari, & lapillis in littore inuentis. cum ergo de iure gentium ad acquiſitionem dominii præcedere debeat acquiſitio poſſeſſionis tanquàm cauſa ipſius dominii, uidetur quòd ſicut propter hoc quòd eſt cauſa uſucapionis eius titulo præponitur. eadem ratione, & titulo de acquirend. rerum dominio præponi debuiſſet, atquè ante omnia debuiſſet poni titulus de acquirenda poſſeſſione, & poſteà ſubiici titulus de acquirend. rerum dominio. de iure gentium, & tertio loco, ſubiici materia de acquirend. rerum dominio de iure ciuili, cum rubrica de uſucapionibus. hoc contrarium eſt ualde urgens, & turbauit omnes docto. antiquos & Mod. Vnde dantur ſex ſaluationes per eos, quæ tamen omnes dubitabiles ſunt. Et prima fuit ſaluatio Areti. qui etiam hoc contrarium poſt Albericum excogitauit, fatendo ꝙ etiam poſſeſſio præcedit acquiſitionem dominii de iure gentium ſicut de iure ciuili. Tamen in hoc eſt differentia: quia in acquiſitione uſucapionis ſemper eſt neceſſaria leg. ſine poſſeſſione. infra titulo primo. Sed in acquiſitione de iure gentium non eſt ſemper neceſſaria, cũ aliquando poſſit fieri ſine poſſeſſione, ut eſt tex. not. ſecundum eum in l. ſi fundum. ſupra de fundo dotali, ubi mulier erat domina fundi quem extraneus poſſidebat & uſucapiebat, & tamen ipſa mulier dedit in dotem, & tranſlatum fuit dominium in maritum, ut fundus ſit effectus dotalis, & uſucapio præcedens fiat in præiudicium ipſius mariti. Igitur ſi extraneus uſucapiebat poſſidebat, & cum maritus acquiſierit dominium apparet quòd ſine poſſeſſione iſtud acquiſiuit, & per conſequens dominium de iure gentium poteſt acquiri ſine poſſeſſione tradentis & recipientis. Iaſ. tamen iſtam ſaluationem repræhendit: quia Areti. non concludenter probat quòd dominium poſſit acquiri ſine poſſeſſione de iure gentium. Nam generaliter ſtringit tex. in dicta leg. prima ibi, dominiumque rerum ex natura-
10 li poſſeſſione cæpiſſe. † Ideò ad tex. in dicta leg. ſi fundum. reſpondet quòd ibi dominium non acquiritur de iure gentium: ſed potius de iure ciuili, cum in multis alijs caſibus dominium de iure ciuili poſſit acquiri ſine poſſeſſione, qui enumerantur in l. ſi ager. ff. de rei uendica.

Sed tamen nec Iaſ. etiam probat intentionem ſuam quòd ibi poſſeſſio acquiratur de iure ciuili: quia tex. ibi dicit fundum dederit, quod uerbum denotat dominii tranſlationem ſecundum ius gentium, & regulas iuris, ut latè inſiſtit hic Hermano. Vnde alii dicebant negando quòd ibi fuerit tranſlatum dominium: quia fundus erat datus ineſtimatus, quo caſu de iure gentium non transfertur dominium. quæ opinio nec etiam eſt uera. & reprobatur per Bal. in leg. in rebus. C. de iure dotium, & Iaſ. in l. de die. §. final. ff. qui ſatiſda. cogantur. per tex. in leg. prædium dotale. ff. de fundo dotali. Vnde alia fuit opinio quòd ibi non transferatur dominium: ſed fuit ceſſio actionis, ut ibi tangit glo. & aliqui ſequuntur. quæ tamen nec etiam eſt uera: quia repugnat uerbum dederit, quod denotat traditionem & dominii tranſlationem, quod non fit per ceſſionem actionis: Item nec tunc fundus efficeretur dotalis: ſed ipſa actio tantum, ut per Bar. in l. ſingularia. colum. pen. ſupra ſi cert. petatur. Ideò alii dicebant quòd contractus dotis eſt de iure ciuili, & per conſequens acquiſitio fuit de iure ciuili, quod tamen nec etiam eſt uerum ut probatur in leg. eas. ff. de cap. diminutio. & habetur in l. ex hoc iure. ff. de iuſti. & iure, & ego plenè declaraui in præmiſſis rubricæ. ff. ſoluto matrimonio. & notant doctores in leg. legitima. & l. iuriſgentium. ff. de pactis. Vnde Iaſ. poſteà addebat quòd dato quòd non fiat acquiſitio de iure ciuili: tamen eſt caſus ſingularis qui non debet attendi: arg. tex. in l. iiij. §. illud. ff. de fideicomiſ. lib. & l. nam ad ea. ff. de legibus.

Sed Hermanotius replicat latè inſiſtendo, & probando quòd ibi dominium acquiritur de iure gentium: nec eſt uerum quòd ibi ſit caſus ſpecialis: quia in multis aliis exemplis illud dictum poteſt uerificari.

Et tex. in dicta leg. nam ad ea, intelligitur de caſu multum ſingulari, & inſolito ſecundum Decium in l. prima. infra. de reg. iur. Et quamuis ab iſtis poſſet defendi Iaſ. tamen ego non inſiſto: quia ueritas eſt quòd tex. in dicta leg. ſi fundum. non probat intentionem Aretin. quoniam ibi dominium acquiritur præcedente poſſeſſione. Nam præſupponitur quòd uſucapiens erat abſens, & forſan iuerat ad nundinas, ut retineret poſſeſſionem ciuilem ſufficientem ad uſucapiendum, & mulier ingreſſa fuit fundum, & acquiſiuit naturalem poſſeſſionem uacantem, quod potuit fieri per tex. in l. clam poſſidere. §. qui ad nundinas. infra. eodem. & illam poſſeſſionem tranſtulit in maritum, qui per eam poſteà acquiſiuit dominium: nam licèt ſit poſſeſſio clandeſtina: tamen non impedit ut per eam acquiratur dominium, neq; etiam impedit uſucapionem abſentis. Vnde remanet ꝙ per illum

tex.

tex. non probatur aſſumptum Areti. ut domi-
nium ſine poſſeſſione acquiri poſſit, & per con
ſequens adhuc ualida remanet obiectio, quòd ti
tulum præcedentem debuiſſet præcedere ſitua-
tio iſtius rubricæ.

Quare idem Areti. ſecundam dedit ſaluatio
nem fatendo contrarium, quòd ſemper acquiſi
tio de iure gentium fit à præcedenti poſſeſſio-
ne, ut dicitur in dicta l. prima. infra eodem. Ta
men ex alia conſideratione debuit præponi ti-
tulus præcedens: quoniam eodem inſtanti in-
troducta fuit acquiſitio poſſeſſionis. & dominii
de iure gentium: ita quòd ſunt æqualia in ori
11 gine. † inter æqualia autem præcedere debet
quod eſt nobilius: ſed dominium nobilius eſt
poſſeſſione: quia dicitur eſſe utilius, & dura-
bilius, & poſſeſſio pereat & dominium conti-
nuetur. Vnde ipſa non habetur in conſideratio
ne per l. primam. C. ſi de momenta. poſſeſſio.
fuerit appellatum, in acquiſitione autem domi
nii per uſucapionem poſſeſſio longè præcedit
eam, & eſt multum apparens & conſiderabilis,
ideò iſte titulus cum ratione illi præpoſitus
fuit, & acquiſitioni dominii de iure gentium
poſtpoſitus. Iaſ. quoquè hanc ſaluationem re-
prehendit: quia licèt ſint æqualia in origine. ta
men negari non poteſt quin poſſeſſio ſit cauſa
dominii, ut dicitur in dicta l. prima. infra eo-
dem. cauſa autem ſemper eſt nobilior cauſato,
ſuo, l. manumiſſiones quoque. de iuſti. & iure.
& l. licèt. §. ea obligatio. ſupra de procuratorib.
Vnde cauſa ſemper eſt nobilior ſuo cauſato, &
ignoratis cauſis, ignoratur & cauſatum: ſecun-
dum Philoſophum. ideò poſſeſſionis cognitio
tanquàm cauſa ſemper debuit præcedere. Præ-
tereà in his quæ habent originem ad oculos
æqualem, ſeruatur ordo intellectus, ut ille qui
præcedit in cognitione, præcedere debeat, l. ſe-
cunda §. ſi prius, ff. de uulg. & pupill. & l. qui-
dam. ff de pecul. legato: & obſeruatum fuit
in rubrica. infra de re iudicata: ubi non conſide
ratur quòd interlocutoria præcedat diffiniti-
uam ratione temporis, ut ibi dixit Ripa. &
& ita ſeruatum fuit in rub. de actio. & obliga-
tio. & hæc opinio contra Areti. mihi magis
placet, nam quod dicitur per Ripam in dicta
rub. & aliis contrariis, procedit in connexis:
poſſeſſio autem & dominium ſæpiſſimè ſeparã
tur. Item nec etiam eſt uerum quòd ad oculũ
corporis, præcedat dominium poſſeſſionem:
quoniam imò ſemper ipſa præceſſit, & fuit in-
troducta ante acquiſitionem dominii, nam ſo
lum obiectio procedit quando res ſunt in bo-
nis nullius, quando autem res erant in bonis
alterius, tunc nec de iure gentium per poſſeſ-
ſionem acquirebatur dominiũ, ſed præcedebat
longè donec ſubſequeretur uoluntas domini,
per §. interdum. inſti. de rerum diuiſio. Item
poſſeſſio ſtatim producebat dominium in his
quæ cælo, & terra, & mari naſcuntur, in rebus
uerò immobilibus dominium lõgè poſteà fuit

conſideratum, quando regna eſſe cæperunt. l. ex
hoc iure. ff. de iuſti. & iure.

Quare tertiò alii ſaluabant fatendo contra-
rium, quòd poſſeſſio præcedere debeat acqui
ſitionem dominii de iure gentium æqualiter, &
de iure ciuili, tamen adhuc ſituatio facta fuit:
quia poſita fuit in medio hæc rub. ad finem, ut
12 conueniret & præcedenti. & ſeq. titulo † cum
media influant in extrema, l. 3. §. filius. ſupra
de liber. & poſthumis. & probatur ex continua
tione poſita in rub. C. eodem. ubi glo. conti-
nuat: quia poſſeſſio eſt neceſſaria ad uſuca-
pionem, & ad præſcriptionem. Ideo in medio
collocatus fuit ille titulus, ut influeret in extre-
ma, & deſeruiret præcedentibus & ſequenti-
bus. Tamen nec etiam hæc ſaluatio eſt bona,
ut dicebat hic Iaſ. quia quòd media influant in
extrema, toleratur propter refugium, pro ut
fuit in. C. Nam cum ex alia cauſa præceſſiſſet
collocatio totius materiæ uſucapionis, & non
bene conueniret titulus de acquirenda poſſeſ-
ſio. propter refugium, collocatus fuit in me-
dio: ſed hæc neceſſitas non erat in hoc loco,
quoniam paruus erat labor præponere hanc
rubricam titulo de acquirendo rerum domi-
nio, & nulla inſtans cauſa coniungebat titu-
lum de acquirendo rerum dominio, cum præce-
dentibus. Ideò hic uideretur eſſe negligentia
latiſſima, non ſeruando regulam quòd cauſa
deberet præcedere cauſatum, in tanta breuita-
te & facilitate, & propterea adhuc contra-
rium uiget.

13 Ideò Iaſ. quartam ſaluationem tradebat, fa-
tendo quòd poſſeſſio præcedit acquiſitionem
dominii de iure gentium, tamen quia illa poſ-
ſeſſio ſtatim producit dominium, & ipſa amit-
titur diſcedendo, & dominium remanet, at-
tenditur ipſum dominium reiecta poſſeſſione:
ſed in uſucapione poſſeſſio per longum tem-
pus præcedere debet dominii acquiſitionem,
& ipſa poſſeſſio eſt longa, & durabilis, &
ualde apparens ad oculos corporis & intelle-
ctus. Ideò cum ratione præpoſitus fuit hic
titulus uſucapioni, & non acquiſitioni domi-
nii de iure gentium, propter illam conſideratio
nem quòd in uſucapione longo tempore præce
dit, & apparet ad oculos, & in acquiſitione
dominii ſtatim operatur effectum, & extingui-
tur per diſceſſum.

Sed tamen nec iſta ſaluatio eſt concludens:
quia non eſt generalis. Nam licèt poſſeſ-
ſio in his quæ ſunt in bonis nullius, ſtatim pro-
ducat dominium; tamen in his quæ iam prius
ſunt alijs acquiſita, per poſſeſſionem in conti-
nenti non transfertur dominium: ſed expecta-
tur uoluntas ipſius domini, iuxtà. tex. in. §.
interdum. inſti. de rerum diuiſio. & cum de
iure gentium iam omnia bona fuerint acquiſi-
ta priuatis, dicta l. ex hoc iure. apparet quòd
maior pars bonorum eſt in bonis alterius, & ac
quiſitio poſſeſſionis regulariter non producit

dominium in continenti, niſi in illis paucis quæ celo, terra, & mari naſcuntur. Et propterea hæc ſaluatio non eſt bona, & adhuc urget contrarium. Ideò quintam ſaluationem poſuit Iacobus de Are. ſumendo cauſam præcedentē à maioti notitia, & dicendo quòd licèt dominium cæperit à poſſeſſione: tamen dominium eſt magis notum poſſeſſione: propter
14 quam notitiam debet præponi † quia notiora ſunt præponenda, teſte Philoſopho in proæmio primi phiſicorum, & inſti. de iuſti. & iure. §. j. tamen quia poſtea non bene demonſtrat hanc maiorem notitiam in dominio, Sozi. hic conatus fuit probare dicens, ꝙ illa ſunt notiora, quæ magis ſunt uniuerſalia & confuſa reſpectu ſubiectorum, & ſingularium rerum, ac pręcedere debent, l. prima ſupra ſi cert. petat. & ubi cognitio generalis tituli de rebus creditis debet pręcedere cognitionem cōtractuum particulariū. Vnde pueri omnes ſeniores appellant parentes, & omnes fœminas matres, & potuit adducere aliud exemplum ꝙ quando uidemus hominem à longè, primò cognoſcimus quòd eſt corpus, poſteà quòd eſt animal, poſteà quòd eſt homo, demum quòd eſt Titius, & ſic magis uniuerſalia, ut corpus & anima ſunt magis notiora, & facilius cognoſcuntur, dominium autem ſecundum eum eſt magis uniuerſale, quàm poſſeſſio, cum multis modis acquiratur, & traditione, & uſucapione. ut ſupra titulo præcedenti per multas primas leges. poſſeſſio antè eſt unica ſecundum aliquos, uel ſaltem ſolum eſt duplex & diſtincta: ergo minus nota, uel ſaltem illi modi acquirendi dominium ſunt magis noti per traditionem & occupationem, cum ab initio, & ſemper frequentati fuerint; ergo bona cum ratione præpoſitus fuit titulus de acquirendo rerum dominio. Sed tamen hæc tam lōga philateria de maiori notitia, falſa eſt in propoſito noſtro. cum ex omni capite poſſeſſio ſit magis nota. Primò: quia eſt magis uniuerſalis: quoniam poſſeſſio ſemper cauſat dominium, ſi non eſt impedimentum, atque etiam de per ſe ſine dominio poſſit eſſe, præſtando utilitatem de per ſe, & non è contra dominium ut ſupra, & ſecundo ex modis acquirendi, qui prius accōmodati fuerunt poſſeſſioni, quàm dominio. cum traditio & occupatio prius producant poſſeſſionem, quàm dominium: attento quòd ſtatim quòd homines in mundo fuere, poſſeſſionem habere cæperunt, & non dominium: ſed terra remanſit communis omnibus per longa tempora, donec conſtituta fuerint Regna, & ciuitates conditæ, quo tempore poſteà cæperunt eſſe dominia omnium rerum, l. ex hoc iure. ff. de inſti. & iure.

Tertiò poſſeſſio per oculum corporis magis percipi poteſt, quàm dominiū, cum dominium ſit incorporale. & non cognoſcatur à ruſtico: & propterea eſt difficillimæ probationis, ut no. in §. primo. inſti. de actionibus. poſſeſſio uerò à quocunque cognoſci poteſt, & facilius probari poteſt à uidentibus eum manere in fūdo, ingredi liberè, & exire, ac percipere fructus, ut per glo. in l. ſtipulatio iſta. §. hi quoquè. infra de uerbo. obligatio. & dicetur infra in diffinitione poſſeſſionis: ergo poſſeſſio cum ſit magis nota debuiſſet præponi, & ſic ſaluatio retorquetur in confirmationem obiectionis, quòd imò iſte titulus debuiſſet præcedere titulum de acquirendo rerum dominio cum præceſſio ſit magis nota, & ſit cauſa dominii.

Ideò ſexta datur ſaluatio ſumendo cauſam præcedentiæ à maiori notitia alio medio: ſeu à maiori nobilitate. Nam licèt dominium cæperit a poſſeſſione: tamen nobilius eſt ipſa, & utilius, ex eo: quia continet plenam poteſtatem diſponendi de ipſa re, poſſeſſio uerò paruam poteſtatem tribuit, licet aliqua commoda concedat, de quibus in. §. commodum. inſti. de interdictis, quæ tamen commoda non habentur in conſideratione: argum. l. prim. C. ſi
15 de moment. poſſeſſio. fuerit appellatum. † Igitur cum ſit nobilis; utilius, & dignius, debuit præponi, leg. prima & ſecunda. ff. de albo ſcribendo, cap. ſolitæ. de maiori. & obedi. quæ dignitas non conſideratur: quando tractatur de uſucapione: quia in ea poſſeſſio eſt potentiſſima & efficaciſſima, quæ per ſe ſola aufert dominium ab alio, & per longum tempus illud tribuit poſſidenti, & hanc ſequitur Ferretus hic, dicens dominium eſſe uberius, & pinguius poſſeſſione, & præponendum, quæ tamen ſaluatio nec ipſa eſt concludens, ex eo: quia non tollitur quin poſſeſſio fuerit antiquior, & fuerit cauſa dominii quòd ab ea proceſſerit. dicta l. prima. in fi. principij. infra eo. Vnde tam ratione antiquitatis, quàm ratione cauſæ, ipſa uidetur nobilior & præponenda, cum ſemper cauſa nobilior ſit ſuo cauſato, in eo quod illud cauſat. Item uberior & plenior eſt, cum ipſa produxerit, & cauſauerit ubertatem dominii, ac quia non bene poteſt cauſatum cognoſci, niſi prius cauſæ cognitio præcedat. Vnde adhuc durat ratio, quòd adhuc ipſa poſſeſſio maximè in doctrina tradēda debuiſſet pręponi.

Ideo ſeptimam ſaluationem ponebat hic Ripa negando aſſumptum Aretini quòd poſſeſſio debeat præcedere dominium, & quòd non poſſit acquiri ſine poſſeſſione: neque iura hoc uidentur bene probare, cum omnia iura ſolummodo dicant de appręhenſione & traditione quæ præcedere debeat, non de poſſeſſione, l. traditionibus. C. de pactis, & dicta l. traditio. ſupra titulo primo. & illa traditio etiam ſola cauſat poſſeſſionem, l. quemadmodum. infra eodem: ergo non poteſt eſſe poſſeſſio, & per conſequens ſequitur quòd poſſeſſio non dicitur præcedere dominium, quàmuis iura dicant quòd traditio & appræhenſio, uel occupatio, præcedat dominium, leg. prima. ij. & iij. ſupra eodem.

Nec

Nec obſtat lex prima infra eodem: quia ibi nomen poſſeſsionis non denotat ueram poſſeſsionem: ſed denotat ſolam illam appræhenſionem facti, & traditionem, uel tunc traditio cauſat poſſeſsionem, & dominium: ſed non tamen dicit quin ſola traditio poſsit cauſare dominium. Et quòd apprehenſio differat à poſſeſsione probatur ex ao. infra eod. in diffinitione. Sed nec iſta ſaluatio, licèt uideatur aliqualiter adhærere ueritati: tamen non eſt perfecta: neque uera, ex eo: quia appræhenſio, & occupatio in re ab alio non poſſeſſa, ſtatim cauſat poſſeſsionem quæ per traditionem in accipientem etiam transfertur, & ſi quis occupauerit res, quæ in bonis nullius ſunt, in continenti acquirit poſſeſsionem, & à poſſeſsione cauſatur dominium. ideò tex. dixit quod dominium à naturali poſſeſsione cæpit. dicta l. prima. inf. & non ab ipſa appræhenſione, uel occupatione. Vnde cum ipſa poſſeſsio per occupationem acquiſita, de facto præcedat, & cauſet dominium per rationem ſæpius dictam, ipſa debuiſſet præponi, & modi ipſam acquirendi, atque eius ſubſtantiam prænarrari pro pleniori cognitione dominij, & per conſequens adhuc ſtat uiridis, & fortis obiectio, quòd imò iſte titulus debuiſſet præponi titulo de acquir. rer. dominio: quod facillimè fieri poterat.

16 Quare octauam ego † puto ſaluationem dati ultra doctor. conſiderando quòd ipſi in his ſaluationibus, faciunt quattuor præſuppoſita falſa, propter quæ incidunt in has difficultates. Nam primum eſt eorum aſſumptum principale, quòd poſſeſsio cauſauerit dominium, & ſine ea illud acquiri nō poteſt, quod tamen falſum eſt. Quoniam ſi nos diſcutrimus totum titulum, inſti. de rer. diuiſione, & ſupra de acqui. rerum dominio, uſque ad l. acquiritur, nos inuenie-mus duodecim modos acquirendi dominium, & tamen per duos tantum à præcedenti poſſeſsione cauſatur dominium, per alios autem decē modos ipſum dominiū acquiri poteſt ſine poſſeſsione. Et primum eſt exemplum in ſpecificatione: quia ſi quis poſſideat uas meum, & illud conflauerit, extinguit omnem poſſeſsionem, & illud poſteà reducat in aliam ſpeciem, tunc uas ipſum conflatum dicitur eſſe meum, quàmuis nunquàm illius apprehenderim poſſeſsionem, ſecundum illam diſtinctionem ibi poſitam, an res poſsit reduci ad priſtinam materiam, uel non reduci.

Secundum eſt exemplum in confuſione, ubi ſi quis poſſidet uinum meum, & commiſcuerit cum ſuo, iam ego omnimodo nullam ipſius habeo poſſeſsionem, neque mei, neque ſui, & tamen facta confuſione, medietas uini ſui efficitur mea, cum totum corpus communicetur, & tamen nulla unquàm præceſsit neque poſſeſsio, neque habilitas poſſeſsionis, ut §. ſi quis ex aliena materia. cum ſequen. inſtit. de rerum diuiſione.

Tertium eſt exemplum de acceſsione, ſi quis poſsidens ueſtimentum meum, impoſuerit in eo ſuum ſericum, uel aliud ornamentum, tunc illud ornamentum cedit ueſti, & ſicut ueſtis eſt mea, ita & ornamentum efficitur meum, quàmuis illud nunquàm poſsiderim, neque uiderim. §. ſi tamen. eo. titulo.

Quartum eſt exemplum in alluuione, nam ſi prope flumen ego habeam fundū ab alio poſſeſſum, & ei per alluuionem acceſſerit aliqua pars terreni, illa in continenti cedit dominio alterius, & dominus qui non poſſidet fundum neq; etiam cæpit poſſidere rem accreſcentem, efficitur dominus etiam rei accedentis ſine aliqua poſſeſsione: non enim poſſeſſori accreſcit alluuio, ſed ipſi fundo, & per conſequens dominium acquiritur ſine poſſeſsione.

Sextum eſt exemplum, de inſula nata in flumine, quæ ipſo iure acquiritur dominis habentibus prædia prope ripam, quæ acquiſitio fit ipſo iure, ſine aliqua appræhenſione poſſeſsionis, & ipſis dominis acquiritur, & licèt tex. in dicto loco dicat, quod acquiritur illis qui poſſident, fundum prope ripam, intelligitur de domino, non de ſolo poſſeſſore: quia ſi unus ſolam haberet poſſeſsionem, propter eam non efficeretur dominus ipſius inſulę.

Septimum exemplum eſt in eo, qui ædificauit in ſolo alterius, nam ſi aliquis per uiolentiam poſſidet fundum alterius, & etiam ſine uiolentia, ſi ædificat in hoc ſolo alieno, non ipſe efficitur dominus ædificij, ſed dominus fundi efficitur dominus ædificij, & tamen dominus non habebat poſſeſsionem, neque ipſius ędificij poſſeſsionem habuit, quòd forſan nunquàm uidit, ut ibidem dicitur, & in l. fundo C. de rei uendicatio. Idem dicitur de eo qui ſeminauit frumentum, nam ſtatim quòd iniecit radices, dominus qui non poſſidet, efficitur dominus fructuum naſciturorum, ſaltem antequàm ſint percepti, & ſeparati à ſolo, & tamen eorum poſſeſsionem nunquàm habuit.

Octauum eſt exemplum, quando poſſeſſor fundi alieni plantauit arbores in eo, & iniecerint radices, ab eo die quo iniecerint radices dominus fundi acquirit quoque dominium arborum, & non ipſe poſſeſſor, licèt eos poſſideat, & prius fuerit dominus, in tantum quòd poſſeſsio, nedum ibi non cauſat dominium. ſed non eſt ſufficiens ad conſeruandum dominium, & non poteſt impedire, quin ipſe qui non poſſidet, acquirat dominium ſine poſſeſsione aliqua præcedenti.

Nonum eſt exemplum de fœtu animalium, nā ſi aliquis poſſideat armenta aliena, uel ancillas alienas, & ex eis naſcantur fœtus, licèt eos incipiat poſſidere, & dominus nunquàm uiderit, neque poſſiderit, tamen ipſe efficitur dominus nulla præcedente poſſeſsione, & uincit poſſeſsionem alterius.

Decimum eſt exemplum de ſcriptura facta

in chatta alienam: nã ſi quis habeat chattam alienam, & ſuper ea ſcribat; ſcriptura cedit chartæ, ita quòd dominus chartæ, quamuis nequè chartã nequè ſcripturam poſſederit unquàm, tamen ipſe efficitur dominus, ergo apparet quòd ex duodecim modis acquirendi dominium, decem ſunt in quibus acquiritur, ſine poſſeſſione dominium, & duo tantummodo ſunt, in quibus præcedit poſſeſſio dominium, ſcilicet per occupationem, & traditionem, qui etiam modi non ſunt generales: quia ſolum habent locum in rebus quæ ſunt in bonis nullius, quarum poſſeſſio acquirit dominium, uel forſan etiam non à poſſeſſione, prout dicebat Ripa. ſed ab ipſa ſola apprahenſione acquiritur dominium ut probatur in lapillis, & gemmis inuentis in littore maris, qui acquiruntur ex ſola inuentione per aſpectum, dicto: §. item lapilli, & infr. eodem lege prima. quæ inuentio non cauſat poſſeſſionem, cum ſolus aſpectus poſſeſſionem non acquirat, ut infra dicemus.

Ergo apparet quòd nec etiam in iſtis caſibus plenè poteſt dici, quòd ex poſſeſſione dominium acquiratur: quando autem dominium eſt alterius, omnibus notum eſt, quòd ſola occupatio, apprahenſio, uel traditio, non poteſt cauſare dominii acquiſitionē, niſi ſequatur poſtea uoluntas domini. §. interdum. inſti. eod. titulo: taliter quòd apparet in paucisſimis caſibus, ex præcedenti poſſeſſione dominium acquiri. Et ſi dicatur, omnia illa decem exempla non tractant de acquiſitione dominij directa; ſed de acquiſitione, quę fit per acceſſionem per quam uidetur dominium unum, aliud dominium trahere, unde non probant quòd directò dominium ſine poſſeſſione acquiratur. Reſpondetur quòd non poteſt tolli, quin dominium ſine poſſeſſione acquiratur, & quòd poſſeſſio non ſit habilis ad acquirendũ, & q̃ dominus in acquiſitione rei nouæ præferatur poſſeſſori ſaltem, etenim uideretur quòd poſſeſſor rem ipſam poſſeſſam potius ſibi acquireret, quàm alter qui nunquàm uidit eam. Vnde demonſtratur quòd ipſa poſſeſſio in paucisſima eſt conſideratione, quantum ad acquiſitionem dominij, & cũ de duodecim modis, decē eſſent in quibus poſſeſſio non eſſet neceſſaria. imò nin ceretur, & duo alii modi debiles ſint, & accidentales, apparet quod nulla ratio dictabat, ut materia acquiſitionis poſſeſſionis illum titulũ præcedere deberet.

17 Secundum eſt aſſumptum† doctorũ quòd dominium à poſſeſſione cauſatum fuerit, & quòd ipſa produxerit dominium, quod etiam falſum eſt: quia nequè poſſeſſio cauſauit dominium, nequè ab eo proceſſit, etiam in primo die quo Adam fuit in mundo, & in bonis, quæ in bonis nullius erant, hoc enim nulla lex dicit neq; probat, & tex. in dicta l. prima. infra eode. in illis uerbis, dominiumquè rerum à naturali poſſeſſione cæpiſſe, non probant quòd cauſatum fuerit à poſſeſſione, ſed ſolum probat quòd ab initio homines cauſauerunt poſſeſſionem per apprahenſionem, & cum appareret utilitas iſtius apprahenſionis, cæperunt cogitare quòd erat ualde utile, poſſe diſponere de ipſa re, & ita in animo aliorum unam pleniorem poteſtatem diſponendi procreauerunt, ita quòd ex uſu omnium gentium, dominium propter poſſeſſionem fuit introductum, non autem ab ipſa poſſeſſione cauſatum fuit, ſed ab ipſis hominibus inſtigante ratione naturali introductum fuit, ut plenius dicam, in dicta l. prima. taliter, quòd non poteſt propter hanc rationem probari, quòd poſſeſſionis cognitio præcedere debeat, ex eo: quia fuerit cauſa dominii, & quòd ab ea illud præceſſerit, ſed ſolum fuit cauſa impulſiua, ſeu occaſio quædam faciendi: q̃ homines poſtea cognoſcentes, utilitatem poſſeſſionis, introduxerunt dominium. Et ſi dicatur ſaltem per ipſam poſſeſſionem acquiritur dominium, & ipſa poſſeſſio eſt cauſa acquiſitionis, licèt non fuerit cauſa dominij. Reſpondetur quòd hoc fuit accidentale, ſed non neceſſarium ut ſupra dixi, & infra etiam dicetur.

18 Tertium etiam eſt aſſumptum docto. † quòd poſſeſſio fuerit antiquior dominio, unde ratione antiquitatis præcedere debet, quod etiã falſum eſt, ex eo: quia uerè dominium per longum tempus præceſſit, antequàm poſſeſſio de qua nos agimus eſſet introducta. Nam poſſeſſio duobus modis poteſt conſiderari, ut informis, & formata. Poſſeſſio illa informis quæ erat pedum poſitio, ſeu per corpus apprahenſio, bene fuit ante dominium de iure naturali, ſed non habebat ſubſtantiam aliquam. Nam deficientibus pedibus corruebat, & ſtatim q̃ quis rem mobilem ponebat in loco, deſinebat eam poſſidere. Vnde potius quædam apprahenſio, ſeu occupatio rei appellabatur, quàm poſſeſſio uera. ſed poſteà de iure ciuili hæc poſſeſſio formata fuit, & tributa fuit materia, & ſubſtantia habita, & fuit facta noua creatura. arg. tex. in l. ius ciuile. ff. de iuſti. & iure, & diſtincta fuit in tres partes ſeu ſpecies, ut una eſſet poſſeſſio ciuilis, alia. poſſeſſio naturalis, & alia detentatio, & poſſeſſio ciuilis ſolo animo ſemper retineretur, & poſſeſſio naturalis unita cum ciuili amitteretur, ſed per ſe ſola exiſtens, animo retineretur, & detentatio quoquè mutata fuit, ut & ipſa aliquando mutata fuit, ut infra plenius dicetur. in lege prima. & cùm hæc noua creatura fuerit à ſolo iure ciuili inducta, ut communiter tenent docto. in l. prima, & ibi. etiam probauimus, apparet quòd poſſeſſio formata, nedum non fuit ante inuentionem dominij, ſed longo tempore poſt quàm introductum fuit dominium, ipſa inuenta fuit, & ſic apparet quòd alia ratio doctorum, quòd propter antiquitatem debeat præcedere: quia retorquetur in contrarium, q̃ imò propter antiquitatem maiorem, cognitio poſſeſ-

domini præcedere poſſit, de illa enim informi poſſesſione, quæ magis occupatio uel apprahenſio, quàm poſſesſio appellari debet, non intendebant loqui hic compilatores: quia nullius conſiderationis erant ad uſucapionem. ſed tantummodo de illa poſſesſione formata, quę poſteà fuit creata, & animo retineri poſſet, & ſola prodeſt ad uſucapiendum, intendebant loqui compilatores in hoc titulo noſtro, relinquendo illam breuem, & facilem cognitionem acquirendi poſſesſionem informem, in illo titulo de acquir. rer. dominio.

19 Quartum eſt aſſumptum docto. † quòd poſſesſio tanquàm magis nota ipſo dominio, præcedere debeat, & ipſum falſum eſt: quoniam poſſesſio formata de qua intendebant loqui cõpilatores, dicitur eſſe incorporalis, & non poteſt animo nec oculis uideri, ſed ſolum per intellectum percipi, ſicut, & ipſum dominium, ut declarabimus in dicta l. prima. unde nulla maior notitia cadere poteſt in ruſtico de poſſesſione, quàm de dominio, ſolum autem quòd uidetur oculis eſt ipſa occupatio, ingreſſus, & exitus, & fructuum perceptio, qui non ſunt poſſesſio, ſed ipſam poſſesſionem demonſtrant, attamen etiam ęqualiter demonſtrant dominiũ quod eſt ius plenius diſponendi. unde cum ſola occupatio uideatur notior, & magis apprahẽdator illa, tantum pręcedere debuit, ut de ea dictum fuit in titulo præcedenti. ſed ipſa formata poſſesſio ex hac ratione non debuit præcedere.

20 Cum igitur dominium † ſine poſſesſione de iure gentium plerunquè acquiratur, atquè etiã dominium longo tempore præceſſerit inuentionem poſſesſionis formatæ, nequè ipſa fuerit cauſa dominij, nequè etiam ipſa ſit nota, apparet quòd ex rationibus docto. retorquentis, oppoſitio eorum ceſſat, & quòd omninò ipſi compilatores debuerunt prius tractare de acquiſitione dominii de iure gentium cum ſua appræhenſione, & occupatione, & ſecundo loco tractare de acquirenda poſſesſione, longo tempore poſteà iuncta, & introducta. Et cum per eam ſucceſsiuè cauſarentur uſucapiones, de uſucapionibus ſubijcitur titulus, prout factum fuit, & per conſequens apparet, quòd iſte titulus tam reſpectu generalis compilationis, quàm reſpectu ſpecialis ſituationis rectè, & probabiliter, & cum ualidisſimis rationibus in hoc loco ſituatus fuit, poſt titulum de acquir. rer. domi.

21 Quo ſtante ſuccedit modo dubitatio † quomodo hæc rub. continuetur ad præcedentia. & glo. hic continuat ſimpliciter, ſupra uiſum eſt de acquir. rer. dominio, ſequitur ut uideamus de acquirenda poſſesſione, de iure ciuili: ſed quia poſſesſio, & eius acquiſitio debet præcedere uſucapionem, ideò ſubijcitur hæc rubrica, de acquir. poſſesſio. ante illum titulum de uſucapio. & poſt hunc titulum de acquir. rer. dominio. quam continuationem ſequuntur docto. communiter hic. Sed contra eam inſtatur: quia uidetur quòd non ſit bona, quoniam non ſeruatur modus continuandi, cum hæc rub. cõtinuetur ad ſequentia, & natura continuationis eſt, ut ſiat ad præcedentia. lege ſecunda. ſupra de ſiat. hominum. Sed defendendo reſponderi poteſt quòd imò hæc continuatio ſit ad præcedentia, quoniam titulus de uſucapionibus in quo ſit acquiſitio de iure ciuili, continuatur ad titulum de acquir. rerum dominio. tamen quia poſſesſio præcedere debet tanquàm neceſſarium antecedens, hic titulus interponitur, & ſimilis continuatio ſit, inſti. de obligationib. in principio. quia poſt tractatum de rebus erat tractandum de actionibus, tamen quia obligationes præcedunt actiones, ideò interponitur illa rubrica. de obligationibus. Nec obſtat quòd obligationes pertineant ad tractatum de rebus, cum ſint res incorporales, ut inſtitu. de rebus corporalibus, & incorporalibus. §. primo: quia ibi non conſiderantur tanquàm res, quoniam eius cognitio ſubiecta fuiſſet, poſt tractatum de ſeruitutibus, & rebus incorporalibus. Vnde cum extra fuerint poſitæ, apparet quòd non tanquàm res, ſed tanquàm quid extrinſecum, tanquàm præcedentes actiones tractatæ fuere. Facit etiam quod habetur in rub. C. qui admitti, ubi poſt titulum de iure patronatus, & bonis libertorum, erat tractandum de bonorum poſſesſione contra tabulas liberti, tamen quia ad cognitionem illius bonorum poſſesſionis ſpecialis liberti, debebat præcedere cognitio bonorum poſſesſionis in genere, ideò ille titulus cum ſuis acceſſorijs interpoſitus fuit, & illam continuationem ibi ſequuntur communiter docto.

22 Præterea † poteſt etiam continuari hic titulus ad præcedentes dicendo, ſupra uiſum eſt de acquir. reru. dominio. de iure gentium, cum præcognitione poſſesſionis informis quæ præcedere illam acquiſitionem debet: ſed quia poſſesſio de iure ciuili formata, fuit poſteà introducta, ſubiecta fuit rub. hæc de acquir. uel amittenda poſſesſione formata. & hodie conſiderata. Et quia per eam ſequitur uſucapio, ideò ſubiectus fuit titulus de uſucapionibus, & ita in totum ceſſat obiectio.

Secundò contra dictam continuationem inſtatur: quia imò uidetur quòd titulus de acquirend. poſſesſio. debeat poſt titulum de uſucap. poni, non autem præponi, ut patet in C. ubi ponuntur ſeptem tituli de uſucapio. & poſteà ſubijcitur rubr. de acquir. poſſesſio. & ſubſequitur materia præſcriptionum. ſed defendendo, reſpondetur ut ſupra dictum fuit, ꝙ imò uirtualiter dicta rub. præcedit tractatum de uſucapionibus, quoniam de iure. C. loco uſucapionum introductus fuit tractatus præſcriptionum quæ ſine poſſesſione fieri non poſſunt

quæ ſine poſſeſſione fieri non poſſunt, & meritò eius acquiſitio præcedere debet. Nec obſtat quòd præcedanr illi ſeptem tituli de uſucapionibus: quia illi ex intentione Iuſtiniani tractãt de uſucapi. rerum mobilium principaliter, quorum poſſeſſio uilis, & abiecta eſt, lege ſi quis, id quod. infra eodem. & licèt interponantur etiam acquiſitiones rerum immobilium, tamen hoc fit propter antiquam ſignificationem, tamen ſolum conſiderantur propter res mobiles: quoniam præceſſerat tractatus de manumiſſione ſeruorum, per multos ritulos, & iure libertorum, & ſubiectus erar titulus de præſcriptione longi temporis pro libertate. unde eius occaſione erat tractandum de alijs modis uſucapiendi ſetuos, uel libertatem. Ideò ſubiecti fuere illi ſeptem tituli de uſucapionibus, in quibus pro maiori parte ponuntur leges tractantes de contractibus factis cum ſeruis. & eorum uſucapionibus, ideò iuſta ex cauſa totus ille tractatus ibi poſitus fuit, & ideò in illo loco poteſt tolerari continuatio quàm ibi ponit glo. quia cum ſupra tractatum fuerit de uſucapionibus, occaſioue legirima, & conuenienti erat tractandum de præſcriprionibus rerum immobilium, ſed quia poſſeſſio eſt neceſſaria, tã in uſucapionibus, quam præſcriptionibus, interpoſitus fuit titulus de acquir. poſſeſs. qui tanquàm medius influit in extrema. lege tertia. §. ſi filius. ff. de lib. poſthumis. & toleratur ibi illa interpoſitio: quia ratione tractatus de uſucapionib. cum præcedentibus erat cum ratione præpoſitus, hic uerò nulla erat ratio quòd hic titulus poneretur poſt tractatum de uſucapionibus, quoniam nihil poſteà remanebat quod requireret præcedentiam poſſeſſionis. & ſic huc uſquè hæc continuatio rectè facta ſuadetur.

23 Tertiò tamen † contra eandem inſtabat Marianus Sozi. in quibuſdam ſcriptis ſuis ut referunt hic quidam Mod. quoniam uidetur quòd aſſumptum commune ſit falſum, quòd ſupra tractatum fuerit de acquir. rerum dominio de iure gentium tantum: quia imò etiam tractatum fuir de acquirendo rerum dominio de iure ciuili, quod probat ipſe, quia nullus reperitur titulus ſpecialis de acquirendo rerum dominio de iure ciuili, & nos habemus hic rubricam generalem de acquirendo rerum dominio, ergo ſub ea tractatur de utraquè acquiſitione.

Secundò hoc probatur per tex. in lege acquiritur in §. ſecundo. & tertio. infra eodem. & in lege. ea quæ ciuiliter, & in lege homo liber. & in lege quædam ſunt, & in lege cum in corpus. cum concordantibus ſupra eodem, in quibus tractatur de acquiſitione quæ fit per ſeruũ inſtitutum in teſtamento, uel ſubſtitutum, uel legatarium factum, & de alijs ſimilibus acquiſitionibus, quæ ſunt de iure ciuili, quoniam teſtamenta dicuntur de iure ciuili, ut no. in §. tertium genus. inſti. de teſtam. Similiter, & in hoc titulo. tractatur de acquirenda poſſeſſione de iure naturali, atquè etiam de acquirenda poſſeſſione. de iure ciuili, tam naturali, quàm ciuili, dicta lege prima. in principio, coniunctis alijs legibus ſeq.

Nec obſtat ſi dicatur quòd imò tantum in præcedenti titulo tractatur de acquiſitione iuris gentium: quia Paulus Iuriſcon. diſtinguendo, dixit ſe uelle ibi tractare de acquiſitione iuris gentium: quoniam illa uerba referuntur ad tractatum ipſius Pauli, qui hunc ordinem in eo ſeruauit. ſed compilatores non retulerunt totum ſuum tractatam, ſed tantummodo particulam in dicta lege prima. & alias miſcuerunt in toto titulo, & poſtea interpoſuerunt leges aliorum auctorum, & commiſcuerunt etiam acquiſitionem de iure ciuili ab alijs tractatam, & etiam ab eo faciendo multas mutilationes. Vnde ipſe continuabat aliter, ſupra uiſum eſt de acquiſirione dominii de iure gentium, & de iure ciuili ſequitur ut uideamus de acquiſitione poſſeſsionis de iure gentium, & de iure ciuili, & quia illa præcedir uſucapionem, ideò ſubſequatur poſteà titulus de uſucap. ut latius per eum, & Mod. referentes. Sed tamen licèt iſta uideantur aliqualiter demulcere aures, tamen medullitus conſiderando nõ ſunt uera: quoniã aſſumptum eſt falſum, quòd ſupra tractatum fuerit de acquiſitiione de iure ciuili, quoniam imò in toto illo ritulo. à principio uſquè ad finem, ſemper tractatur. de acquiſitione de iure gentium. Et in primis legibus ponuntur duodecim modi acquirendi de iure gentium, ſicut referuntur, inſti. de rerum diuiſione. per totum. & poſteà in lege acquiritur. cum ſequentibus, tractatur per quas perſonas nobis acquiratur dominium de iure gentium, & de eadem materia ſubiiciuntur leges particulares uſquè ad finem, quod probatur etiam ex præſarione poſita in lege prima, quæ licèt facta fuerit à Paulo reſpectu ſui tractatus, tamen etiam conuenit toto illi titulo: quia eam præpoſuerunt compilatores, & ſi uoluiſſent interponere acquiſitionem de iure ciuili, potuiſſent faciliter mutilare illa uerba, ſicut & infinita alia deleuerunt. unde non mutilando demonſtrauerunt quòd intendebant ſecundum ea tractare de acquiſitione iuris gentium per totum, quoniam uolebant de acquiſitione iuris cinilis tractare per uarios titulos ſequentes de uſucapio. & de re iudicata. cum ſuis multis acceſſoriis titulis.

Nec obſtãt leges allegatæ in quibus tractatur de acquiſitione occaſione reſtamenti: quia, & etiam illæ tractant de acquiſirione iuris gen-
24 tium, † quoniam facultas teſtandi, & acquirendi per inſtitutionem, & legata, tota fuit de iure gentium ut ego plenè declaraui, reprobata opinione contraria in rub. ff. de leg. primo. & in rub. infra. ad legem Falcidiam. poſt Sozi. & in rub. ff. de liber, & poſthumis. & in materia ſubſtitutionis quod probaturi quia in militibus remiſſa fuit ſolennitas iuris ciuilis. & te-

ſtamen-

ſtamenta eorum ſeruantur de iure gentium inſti. de militar. teſtamento. in principio. & leg. prima de milit. teſtam. & teſtamenta ad pias cauſas, remiſſa ſolennitate iuris ciuilis ualent de iure gentium, ut plené oo. in lege prima. C. de ſacr. ſaoct. eccl. Ideò cum in dicta leg. acquiritur. & aliis coocordantibos, dicatur ꝙ per ſeruos acquiritur dominis, illa acquiſitio eſt de iure gentium: quia ſeruitus eſt de iure gentium. lege manumiſſiones quoquè. ff. de iuſti. & iure, & acquiſitio per eos eſt de iure gentium. lege ſi quis id quod. ff. de peculio. & & per conſequens acquiſitio per ſeruum inſtitutum, & per ſeruum legatarium, & alia, ſimilis eſt de iure geotium. & ideò hæc oppoſitio retorquendo, confirmat opinionem communem quæ habet, quòd ſupra tractatum fuit de modis acquirendi de iure gentium, & per quas perſonas acquiratur de iure gentium.

25 Quartò contra †dictam continuationem inſtatur: quia imò uidetur ꝙ ſupra tractatum fuerit de acquiſitione poſſeſsionis formatæ, pro ut eſt inuenta à iure ciuili, & de acquiſitiooe per uſucapionem, per poſſeſſioem de iure ciuili quæſitam, ut patet in dicta lege acquiritur. §. tertio. ſupra titulo primo, dum dicitur quòd per ſeruos noſtros acquiritur nobis poſſeſsio, & per poſleſsionem poſteà longo tempore acquiritur dominium: unde ille tex. neceſſario intelligitur de acquiſitione poſſeſsionis formatæ cum per eam uelit induci uſucapionem, & poſteà ſubijcitur lex pupillus, quæ ſimiliter loquitur de poſſeſsione ciuili, pro ut formata fuit à iure ciuili cum ſuis concordantibus. Sed adhuc defendendo reſpondetur, quòd dum ibi dicitur per ſeruos acquiri poſleſsionem, intellexit de illa poſseſsione informi naturali, quæ de iure gentium requirebatur, & quàmuis poſteà ſubiecerit uerbum de acquiſitione dominii, intellexit de dominio de iure gentium, & ut illud pleoius traderet, addidit etiam de uſucapionibus & poſſeſsio. ciuili. ſed hoc obiter additum fuit ad quandam confirmationem, non tamen quòd ibi principaliter fuerit tractatum de poſſeſsione ciuili, oequè de uſucapione, ſed obiter quod patet: quia poſteà integri tituli ſubiecti fuere de acquiſitione poſseſsionis de iure ciuili, & de uſucapionibus, referendo illa pauca ibi dicta, in ſua generali materia. Er ſicut oemo poſſet dicere quòd ibi tractatum fuit de uſucapionibus, ita nec etiam poteſt dici, quòd ibi tractatum fuit de acquiren. poſſeſsio. à iure ciuili formata. Non inficior tamen qnòd generaliter non poſſit dici quòd ibi tractatum fuit de acquiſitiooe de iure ciuili, quoniam omnes illi modi acquirendi de iure gentium, & per perſonas ibi traditas recepti fuerunt à iure ciuili, taliter quòd apud nos de præſenti, & per retro acta tempora obſeruata fuerit tota illa acquiſitio. ſed hoc factum fuit per reception & approbatiooem à iure ciuili factam, ſicut & etiam obligationes naturales à iure ciuili receptæ fuere, ut no. inſti. in §. primo. de obligatio. ſed tamen hæc approbatio non attenditur: quoniam ibi compilatores & auctores legum iotendebant tractare de modis acquirendi, inuentis à iure gentium, non conſiderando approbationem, ad differentiam modorum inuentorum à iure ciuili ſine principio iuris gentium, de quibus infra dicetur, Et quòd hanc conſiderationem habuerit, probatur inſti. de rerum diuiſ. §. primo. coniuncto titulo. inſti. de uſu. & habitatio: in §. fi. proptereà apparet quòd continuatio glo. rectè facta fuit, eam tamen pleoius potes ponere ita dicendo, ſupra uiſum eſt de acquiſitione dominii de iure gentium quæ fit per modos introductos à iure gentium, & per perſonas eodem iure habilitatas, uerum quia aliqui etiam modi ſeparati, introducti fuere de iure ciuili, ſequitur de eis uidere, & quooiam uſucapio eſt de modis inuentis à iure ciuili, quam præcedere debet acquiſitio poſſeſsionis formatæ, ideò ioterpoſitus fuit iſte titulus de acquirend. oel amittenda poſſeſsio. formata, & cum hac declaratiooe ceſſant omnia cootraria.

Tertia adhuc ſuccedit difficultas circa com-
26 poſitionem uerborum rubricæ. † Nam in ea habemus uerba de acquir. uel amittenda poſſeſſio. in contrarium adducebat Alci. hic, quòd imò uidetur formandam eſſe per uerbum omittere. Dicendo de acqui. uel omitten. poſſeſſ. incipiẽdo uerbũ omittere per o. nõ autem per a, & ità dicit inueniſse. C. antiquos formatos, & poterat adducere ſimile in rub. ff. de acquir. oel omittenda hæredi. ubi uerbum omittenda creatur per o. ſed tamen hic eſt unus locus in quo ipſe, & alii Neotherici aſsumpſerunt præſuptionẽ faciendi leges nouas. qui ſemper allegant hos ſuos codices antiquos, contra communes literas, ut uideantur aliquid noui afferre, forſan non habiles ad rationabilia inuenienda, quaſi illi eorum codices, ſint magis auctentici quàm fuerint prolati à Iuſtiniano, & ut hæc eorum fantaſia ualeret, procurauerunt ut codices imprimerentur ſecundum eorum iotentionem, tamen hæc opinio ſua nedum eſt falſa, ſed etiam eſt inepta in hac materia. Nam uerbum omittere ſignificat quòd delatum eſt, & nunquàm acquiſitum repudiare, ſeu non acquirere, & ita apponitur, io dicto titulo. ff. de acquir. uel omittend. hæredi. nam hæreditas uel eſt acquirenda, uel repudianda, id eſt, nõ acquirenda, quooiam ſibi uel ex teſtamẽtos uel ab inteſtato hæc poteſtas delata eſt, & ne creditores decipiantur, & defraudentur, aſsignatur tempus ad adeundum, & deliberandum, ut in lege prima, & per totum. ff. & C. de iure deliber. & in l. ſi quis inſtituatur. §. primo. ff. de hæredi. inſti. cum ſimilibus. Vnde coguntur hæredes, uel adire, uel omittere hæreditatem, id eſt, non acquirere, meritò rubrica illa opti

mè formata fuit de acquir. uel omittenda hæredita. illud autem uerbum ioeptiſſimum eſt in hac materia noſtra, quoniam nulla lege delata fuit poteſtas acquireodi poſſeſſiooem, ut cogatur acquirere, uel omittere, ſeu repudiare eam, & de hac delatione nullum uerbum ponitur in in toto titulo noſtro, ſi quis forſan eſſet. ſed hic tractatur de amittenda poſſeſſione poſtquã ipſa fuit quæſita, ut nobis innoteſcant quomodo poſſeſſio acquiſita amittatur, ut dicitur in l. iij. §. in amittenda, & io lege quemadmodum, in lege Pomponius. & in lege ſi quis, id quod. & in lege peregrè, cum multis ſimilibus, inſr. eodem. quo caſu uerbum amittere noo poteſt conuenire, ſed tantummodo uerbum amittere per a. quoniam omittere per o. non eſt acquiſitum perdere per tex. in l. qui autem. § primo. infra quæ in fraudem creditorum. ſolum autem amittere per a eſt acquiſitum perdere, de qua tali amiſſione tractatur in hoc titulo noſtro. & ideò compoſirio rubricæ ſecundum communẽ literam ooo eſt uera, ſed neceſſaria, & illa quæ eſt facta per uerbum omittere per o. eſt inconueniens ioutilis, & inepta. & omnino reijciẽdæ.

27 Adhuc etiam † aliqui Neotherici ſcribunt, & multi alij, io utroquè regno Siciliæ uerbum amittenda cum. d. quaſi quendam emphaſim ad uerbum addere procurent, tamen & ipſa ſcriptura iuepta eſt, & contraria, cum uerbum amittere debeat ſcribi per duplicatum. m. non autem per. d. quoniam tunc mutatur eius ſignificatio, & infert totum contrarium: quoniam admittere per d. eſt recipere, ſeu acquirere, & amittere ſioe d. eſt perdere acquiſitum, ut probatur io rub. & in toto titulo. C. qui admitti ad booorum poſſeſſiooem poſſunt. ubi tractatur de his qui ab inteſtato uel ex teſtamento uocati ſunt ad booorum poſſeſſionem, & dicuntur admitti ſeu recipi ad booorũ poſſeſſ. per legem uel iudicem, & ſic acceptari ad acquiſitionem. Vnde ſolent dicere iudices coram quibus à partibus iura producuntur, uel appellationem admittimus, ſi & io quantum de iure tenemur, id eſt, recipimus, & ſi tunc haberet eandem ſignificatiooem cum uerbo amittere, quòd ſignificat perdere, ioepta eſſet eorum interlocutoria, & totus titulus cum rub. C. qui admitti implicaret contradictionem. Quare cum ratione cõpoſita fuit hæc rub. per uerbum amittenda cum duplicato. m. non autem cum ſyllaba. d. & ita reperitur ſcriptum io toto hoc titulo ſecundum coomunes codices. & eſt de mente Iuriſconſultorum, qoidquid forſan aſſeruerint Grãmatici, uel alij Neotherici procurantes ut codices itã imprimantur.

28 Tertiò contra dictam compoſitionem † inſtatur ſecundum glo. quia hic dicitur de acqui. uel amittend. poſſeſ. & alio modo compoſita fuit rub. C. quæ dixit de acquir. & retinenda poſſeſſio. unde uidetur quod uel hæc, uel illa ſit malè compoſita. Ad iſtud contrarium reſpondet glo. illod fatendo. & dicit quòd una ſuppletur per aliam. nam uerbum retinere, & amittere ſuot contraria, & cognitio uno de contrariis cognoſcitur, & reliquum. l. j. ff. qui ſunt ſui uel alieni iuris, & inſti. eo. tit. & inſti. de tutelis. io principio. & l. qui accuſare. ff. de accuſationibus. ergo ſequitur quòd hic per uerbum amittenda implicitè, tractatur etiam de retioenda poſſeſſione, & in C. ſimiliter per uerbum retioenda implicitè, continetur de amittenda poſſeſſione, & ſic, utraquè rub. æqualiter, & uirtualiter tria dicit, de acquir. retinenda, uel amitt. poſſeſſio. & ſequuntur communiter docto.

Tamen huic argumentationi gloſſ. obſtant duo. Primò uerbum retinere, & amittere, noo probatur quòd ſint contraria, & hoc negabat Crotus hic, & dicebat quòd nec acquirere, uel amittere ſunt cootraria, nec etiam acquirere, & retinere, quæ ſimul concurrunt, & ſolum ſunt coutraria, acquirere uel non acquirere, & amittere, uel non amittere ſuper quo ipſe, & alij Mod. multum ſe inuoluunt.

29 Sed tu breuiter reſoluendo dicas † quòd duo ſunt genera cootrariorum, contradictoria quæ non habeot medium, & cootraria quæ habent medium, ut per docto. maxiomè Hiſpanos in l. is qui ducenta. §. utrum. ff. de rebus dubijs. Contradictoria inducuntur per negatiuam, ut eſt acquirere, non acquirere, amittere, ooo amittere, booa fides, non bona fides, uelle, & non uelle. Contraria uerò ſuot, quæ nominantur per diuerſa uerba, ut bona fides, mala fides, bonum, & malum, ſanitas, infirmitas, uelle, & nolle, quæ habent io ſe medium, nequè bona fides, nequè mala fides, ut eſt titubatio. l. iij. §. hæc genera. cum glo. infra eodem: & inter uelle, & nolle, eſt medium, nec uelle nec nolle, ut per Bar. in l. quinta. ſupra de leg. primo, & habetur in l. illa inſtitutio. ſupra de hæredibus inſtituend.

In propoſito igitur dum Crotus dicebat, quod acquirere, & non acquirere, amittere, & non amittere ſunt contraria, bene dicit, ſed pro-
30 priè ſunt contradictoria † acquirere uerò, & amittere, adhuc ſunt cootraria. quidquid ipſe dicat: quia io eodem ſubiecto ſtare non poſſunt eod. tempore. l. ſi ancillam. ff. pro ſocio. Tamen habent in ſe medium non acquirere, & non amittere. uerbum autem retinere eſt quoddam medium, ſed improprium. Nam poteſt
31 concurrere cum uerbo acquirere, † quooiam nihil impedit quod quis acquirat, & retineat poſſeſſionem, tamen uerbum retioere eſt contrarium cum uerbo amittere, quoniam io eodem ſubiecto ſimul concurrere non poſſunt, ut patet ad ſenſum, & habent cootrarios effectus, cum qui retinet habet, & qui amittit perdit. gloſſ. autem quando fecit argumentationem à contrarijs, conſiderauit uerbum retinere, & amittere, quæ ut ego probaui dic[illegible] eſſe ſufficientia,

tia, quantum ad propoſitum argumentationis,
cum illa propoſitio, cognito uno de contra-
rijs, cognoſcitur & reliquum, procedat in con
tradictoriis, & in omnibus aliis contrariis ut
ſtatim latè declarabo.

Tamen ex alio ſaluatio glo. nõ eſt bona: quia
non eſt uerum, quòd cognito quomodo acquira
tur uel retineatur poſſeſsio cognoſcamus quo-
modo amittatur, quoniam acquiritur corpore,
& animo, amittitur uerò ſolo animo. l. iij. §.
in amittenda, & l. ſi quis ui. §. differentia, in-
fra eodem. & in pupillo alia forma ſeruatur. l.
pupillus. & lege prima. §. adipiſcimur. infra
eodem. Propterea dicas quòd argumentatio
glo. ad ſupplendum rubricam non eſt bona;
per illud caput, quòd cognito uno de contra-
33 riis, cognoſcatur & reliquum. † Sed debet ſal-
uari per aliud caput, quòd contrariorum ea-
dem eſt diſciplina quantum ad diſpoſitionem
le. Pomponius. §. primo. de procurator. &
§. illud. inſti. pro ſocio. cum ſimilibus, & id:ò
ita debet argumentari: quoniam in hac rubr.
diſponitur de uerbo amittere. ergo etiam di
ſponitur de contrario uerbo retinere. Et in C.
per uerbum retinere ſcriptum, uidetur etiam
diſpoſitum de uerbo amittere, quoniam mi-
litat eadem ratio tradendi doctrinam æqua-
liter in omnibus, & ad finem uſucapionis, &
præſcriptionis, & quando militat eadem
ratio, contrariorum eadem eſt diſciplina,
quantum ad diſpoſitionem, ut ſtatim dice-
mus, & ita ſaluatur ſuppletio, & concordia
gloſſ. quàmuis docto. neſciuerint extra den-
tes explicare.

34 Quartò huic compoſitioni obſtat: † quia hęc
rubrica formatur per alternatiuam uel, & in
C. ponitur per copulatiuam &, unde adhuc eſt
contradictio. quidam ſaluant quòd non inter-
eſt: quia iſtæ duæ dictiones confunduntur, & u-
na reſoluitur in aliam, ſecundum ſubiectam ma
teriam, ut no. in rub. inf. quod ui aut clam. Tu ue
rò dicas quòd utraquè bene ſtat, & cum ratio-
ne, nam in C. ponitur copulatiua: quia ad perſe
ctionem uſucapionis utrunq; requiritur, acqui-
rere, & retinere, hic uerò bene ſtat alternatiuè:
quia acquirere, & amittere, non poſſunt conue-
nire uſucapioni. ideò de utroquè alternatiuè
dicendum eſt in hoc titulo.

35 Quintò obſtat: † quia utraquè rubr. eſt forma
ta per gerundium, quòd denotat neceſsitatẽ,
ut dicit glo. & ibi omnes docto. ponunt, in rub.
C. de edendo. ergo infertur ꝙ in hoc tit. tracta-
tur, quando aliquis cogitur acquirere poſſeſsio
nem, uel amittere, quod tamen eſt falſum: quia
tractatur de amiſsione uoluntaria, l. 3. §. in amit
tenda, & l. ſi quis ui. §. differentia. inſ. eo. Sed bre
uiter reſpondetur, ꝙ quantum ad rubricã. C, poſ
ſet tollerari, quoniã referendo ad finẽ præſcribẽ
di, ſi quis uult præſcribere cauſatiuè. cogitur ac
quirere, & retinere poſſeſsionem, tamen quan-
tũ ad rub. noſtrã hoc nõ poteſt dici, cũ ad uſuca
piendũ nõ eſt neceſſaria amiſsio, imò eſt inuti-
lis; & dãnoſa. Vnde ſecũda datur reſpõſio negã
do ꝙ denotet neceſsitatẽ, uel ꝙ ſaltẽ ex in tõto
ne rubricãtis hãc ſignificationẽ habeat, & ideò
cõmuniter doct. uolunt quòd in ru. gerundium
nõ denotat neceſsitatem, ſed ꝙ eadem ſit ſigni
ficatio, ac ſi eſſet dictum de editione per nomen
ſubſtantiuum. Ideò cõcludunt quòd eadem eſt
ſignificatio, ſi dicatur de poſtulando, uel de po
ſtulatione, de edendo, uel de editione, de exci-
piendo, uel de exceptionib. & huiuſmodi aliis ſi
milibus. Vnde infertur ꝙ nec hic, nec in C. ullam
neceſsitatem infert, ſed perinde eſt ad ſi eſſet di
ctũ de acquiſitione, uel amiſsione poſſeſsionis,
uel de acquiſitione, & retentione poſſeſsionis,
& hoc eſt uerius, & tenendum, & hæc de compo
ſitione, & ſignificatione uerborum rub.

36 Quarta eſt principalis dubitatio † quã ponit
Iaſ. hic, licèt aliqualiter impertinenter, & demõ
ſtrando ꝙ parũ ſit, quid ſit præmittere, & quor
ſum tendant præmiſſa. nam cũ hic tractatur de
amittenda poſſeſsione, & reſpectu materiæ præ
ſcriptionis intentio ſua eſt dicere, ꝙ per amiſ-
ſionẽ poſſeſsionis uſucapio interrũpitur, ut ple
nè habetur per Bar. in l. naturaliter. inſ. eo. & in
l. ſi is qui pro emptore. §. qui bona. eo. tit. tamen
habemus quoquè, ꝙ per defectum bonæ fidei,
non interrumpitur uſucapio, l. j. §. hoc autem ob
ſeruando. cum ſimilibus. C. de uſucapio. trans-
formanda. Vnde dubium reſtat cur hæc ſint di-
uerſa, & ipſe reſpondet ꝙ in circulis fuit reſpõ-
ſum, diuerſitatem eſſe: quia mala fides faciliter,
& quotidie inducitur cum multis modis poſſit
cauſari, ut no. Bar. in l. Celſus. infr. de uſucapio-
nib. unde ſi per defectum bonæ fidei interrum-
peretur uſucapio, parum uel nihil ipſa prodeſ-
ſet, quoniã rariſsimè procederent, & leges cur-
ant ut actus ſint utiles, & frequentes, l. ſtipulatio
§. Diuus. ut leg. nomine caueatur. & l. non cogẽ-
di. §. fi. ff. de procuratori. Poſſeſsio autem non
ita faciliter amittitur, cum requiratur corpus,
& animus, & uiolentia in amittendo, quam ta
men reſponſionem rectè ipſe repræhendit: quia
ſequeretur quòd hodie inutilis eſſet præſcrip-
tio, quoniam de iure canonico interrumpitur
ſemper, per ſuperuenientiam malæ fidei. cap. ſi
uigilãti, & cap. fi. extra de præſcriptionib. & ius
canonicum hodie ſeruatur, etiã in terris impe-
rii ut plenè in dictis locis dicitur, & tamen de
facto per experientiam apparet, quòd utilis, &
fructuoſa eſt hodie præſcriptio.

Vnde ipſe reſpondet rationẽ differentiæ eſſe:
quia præſcriptio cauſatur propter negligentiã
principalis, qui poteſt agere & non agit, & ha
bemus quòd rei uendicatio datur contra poſſi-
dentem tantum, per leg. ſi in rem. ſupra de rei
uendicatio. & clarius in capitulo examinata.
de iudiciis. Ideò dicit quòd quando aduer-
ſarius poſſidet, dominus habet plenam pote-
ſtatem agendi contra ipſum, & non agendo eſt
in magna negligentia, Sed quando præſcribens

deſijt poſſidere, non poteſt amplius conueni-
ri, ideò dominus non uidetur eſſe in negligen-
tia: quia non ualenti agere non currir præſcri
ptio.l.fi.in fi.C.de annal.exceptio.& hoc in præ
ſcriptione rerum procedir, in præſcriptione ue
rò actionum hæc obiectio non procedir, nequè
eſt neceſſaria reſolutio, quoniam præſcriptio
currit ſine poſſeſſione, ut per Bar. in l. ſequitur.
§. ſi uiam. de uſucapionibus. & ſi dicatur quòd
imò qui dolo deſijt poſſidere, adhuc poteſt con
ueniri, l. is qui dolo. ff. de reg. iur. ergo non de-
beret interrumpi præſcriptio, cum adhuc ſit in
negligentia, Reſponder ipſe quòd illud eſt in
odium ipſius deſinentis dolo poſſidere, unde
non debet conuerti in odium ipſius agentis, per
l. quod fauote. C. de legibus. ut latius hic per
eum ſatis pueriliter gloriantem. Nam hæc ra-
tio ſua eſt peiot prima, cum interruptio uſu-
capionis non conſideretur, ex eo: quòd quis
poſſit agere, uel non agere, ſed bene conſide-
ratur quantum ad hoc, ut ipſa uſucapio cũ ſuis
terminis non currat ſi non poteſt agere, etiam
quòd ille poſſideat.

Item quòd quis non poſſit agere non conſi-
deratur de facto, ex hoc quòd ille nõ poſſideat
cum ſi ille non poſſit conuenite, alter poſſidens
iuridicè poſſir conueniri, ſed ſolum conſidera-
tur quantum ad potentiam iuris: quia à lege ꝓ
hibetur agere, ut in caſu dictæ l. finalis. C. de an
nal. exceptio, unde dicas rationem eſſe: quia u-
ſucapio, eſt per uſum capio, l. ij. infra eodem. id
eſt per poſſeſſionem, & per uſum rei, unde ap-
parer quòd poſſeſſio eſt cauſa formalis, & ſub-
ſtantia materialis uſucapionis, ille autem tres
qualitates, quòd interueniat iuſtus titulus, bo-
na fides, & quòd res non habeat in ſe uitium,
fuere introductæ ad notificandam, & iuſtifican
dam talem acquiſitionem per uſum, propterea
reputantur tanquàm ſolennitas requiſita, per
cuius defectum non ita faciliter impeditur a-
ctus, ſicut per defectum materiæ, & formæ, ut
habetur in l. prima. §. ſi quis ita. infra de uerb.
obligatio. & l. nemo poteſt. in princ. ff. de leg. j.
in quibus ſolennitatibus docto. dederunt hanc
naturam, quòd ab initio interueniant, & quòd
non requiratur continuatio, & in materia uolue
runt requiri continuationem. Vnde quatuor
dicuntur neceſſaria ad uſucapionem, ut inſti. de
de uſucapionibus uo. & in §. nouiſſimè. & ſola
poſſeſſio dicitur quòd debet eſſe continuata, ta
men etiam ſi ſuperueniat ſcientia uitij, interrũ
pitur uſucapio ſecundum diſtinctionem poſitã,
in l. ſi ancillã infra pro ſuo. Hęc tamen quęſtio
hodie non habetur in cõſideratione ex eo: quia
utroque iure deffectus bonæ fidei, & ſuperue-
nientia malæ fidei æqualiter impedit uſucapio
nem, ſicut interrumptio poſſeſſionis, ut plenè
habetur in d. cap. fi. de præſcriptionibus.

Quinta eſt principalis difficultas in hac rub.
circa argumentationem factam per glo. de con
trariis, quòd cognito uno de contrariis, co-
gnoſcitur, & reliquum & propterea ſupple-
tur tacitè hæc rub. ut tractet etiam de retinen-
da poſſeſſio. & illa. C. tractet etiam de amitten
da. Tamen huic ſuę ſupplotioni obſtat, quòd uer
bum retinere, non uidetur contradicere uerbo
acquirere, nec etiam eſt uerum, quòd ſi cogno
ſcimus quomodo acquiratur poſſeſſio, cognoſ-
camus quomodo amittatur, cum acquiratur cor
pore, & animo, & ſolo animo amittatur. l. iij. §.
in amittenda. & l. ſi quis ui. §. differentia. infra
eodem. & pupillus, uel furioſus certo modo a-
mittant, l. prima. §. adipiſcimur, & l. pupillus.
cum concordantibus. infra eodem. Iaſ. dicebat
quòd argumentum procedit, quando neceſſa-
riò ſequitur cognitio, ſed in poſſeſſione neceſſa
riò non ſequitur, per quam ſolutionem demon
ſtrat quòd glo. non bene ſoluit, & quòd rubr.
utraque remanet deffectiua, & contradictio in-
ter eas, & nullus ponit ſolutionem, & pertran-
ſeunt cum contradictione, nequè etiam demon
ſtrant, an & quando uerum ſit quòd cognito u-
no de contrariis, cognoſcatur & reliquum.

37 Ideò tu plenius ultra doctor. † conſiderare
debes quòd reperiuntur duo genera contratio
rum. Vnum quòd ſui natura non habet medium
& appellatur contradictorium, & aliud quod ha
bet in ſe medium, & propriè dicitur contrariũ,
ut habetur in l. ſi is qui ducenta: §. cum ita. & §.
utrum. ſupra de rebus dubiis. & per Bar. in l. 5.
de leg. primo. dum dicit quòd uelle, & nolle ha
bet in ſe medium, nequè uelle, nequè nolle. Vn-
de contradictoria inducuntur per negatiuam,
ut acquirere, non acquirere, amittere, non a-
mittere, bona fides, non bona fides, ex eo: quia
negatiua quidquid inuenit deſtruit, & totũ con
trarium immediatum inducit, l. iij. §. genera. cũ.
glo. inf. eod. unde plus eſt dicere non bona fi-
des, quàm mala fides ut ibi per eam. Contra-
ria uerò inducuntur per terminos contrarios,
ut bona fides, mala fides, bonum & malum, in
quibus eſt medium, nequè bonum, nequè malũ,
& nequè bona fides, nequè mala fides, ut eſt titu
batio, ut per glo. in dicto. §. genera. & ſanitas,
& infirmitas in quibus datur medium, nequè
ſanus, nequè infirmus, & prodigalitas & aua-
ritia in quibus eſt medium temperantia, & me-
dium ſolet in uirtutibus eſſe approbatum, cum
extrema ſint uitioſa: unde dicitur medium te-
nuere beati. Reperiuntur tamen quædam con-
traria quæ licèt ſui natura habeant medium, ta
men propter ſubiectam materiam, non recipi-
piunt, ut eſt exemplum in leg. prima. ff. de his
qui ſunt ſui uel alieni iuris, ubi hæc duo ſunt
contraria, eſſe ſui iuris, & alieni iuris, cum
poſſit eſſe medium, nequè ſui nequè alieni iu-
ris, & exemplum eſt in aſcrptitijs, & colo-
nis, & in his qui ſunt ſub tutela uel cura, qui
nequè plenè ſunt ſui iuris, cum ab aliis guber-
nentur, nequè plenè alieni iuris: quia non
ſunt in poteſtare parentum, tamen hoc me-
dium aliquando non conſideratur, ut ſit in
dicta

in d. l. j. ff. de his qui ſunt ſui uel alieni iutis: quia ibi dixit, omnes homines aut ſunt ſui, uel alieni iutis, & uoluit illud mediū contiuere, ſub alio extremo alieni iuris, reducendo ad naturam contrariorum, ut ſtatim demonſtrabitur.

38 Reuertendo igitur ad propoſitum, † ſi quæratur an cognito uno de contrariis, cognoſcatur & reliquum, fieri debent duo articuli. Vnus de contradictoriis, alius de contrariis habentibus medium, & in utroquè articulo oportet quatuor caſus conſiderare. Nam aliquando quærimus an cognito uno de contrariis, cognoſcamus & reliquum in ſui ſubſtantia, conſiderando contraria reſpectu ſui, & in abſtractu, aliquando nos quærimus, utrum cognito modo inducendi unum contrarium, cognoſcamus modum inducendi, uel tollendi aliud contrarium, & ſic non quærimus de cognitione contrarii in ſubſtantia, ſed de cognitione modi quomodo inducatur, & ita argumentata fuit glo. hic dicendo, an ſi cognoſcimus quomodo acquiratur poſſeſſio, cognoſcamus quomodo amittatur, uel retineatur. Tertio modo nos poſſumus quærere de contrariis, an reperiantur in uno ſubiecto, formando quęſtionem ſi conſtat quòd unum contrarium eſt in uno ſubiecto, an cognoſcamus, quòd aliud contrarium ſit in eodem ſubiecto, uel non, & ita argumentatur tex. in l. ſi ancillam. infra pro ſuo. Quartò modo poſſumus quærere de contrariis reſpectu plurium ſubiectorum, an ſi cognoſcamus, quæ ſubiecta habent unum contrarium, cognoſcamus quoquè ſubiecta, quæ habent aliud contrarium, & ita argumētatur tex. in l. j. de his qui ſunt ſui uel alieni iuris. & §. j. inſti. de tutelis. & l. qui accuſare. ff. de accuſationibus.

Igitur. ſi in articulo de contradictoriis quæ-
39 ratur † an cognito uno de contradictoriis cognoſcatur & reliquum, facias concluſionem ꝙ ſic: quia ſi cognoſcimus in ſubſtantia quid eſt acquirere, cognoſcimus quoquè quid eſt non acquirere: quia acquirere eſt ſibi appropriare, nō acquirere eſt non appropriare ſeu refutare. Itē ſi cognoſcimus quid eſt bona fides, cognoſcimus etiū quid eſt nō bona fides, uel ſi cognoſcimus quid eſt ſanitas, cognoſcimus quid eſt non ſanitas, quoniam per intellectum nos non poſſumus habere cognitionem unius contradictorii, quin cognoſcamus quæ ei obſtant, & contrariantur.

40 Secundus eſt caſus † quando non quęrimus de cognitione contrarij: quia eam habemus. ſed quærimus quomodo inducatur, & ſi nos cognoſcimus quomodo unum contrarium inducatur, an cognoſcamus quomodo aliud contrarium inducatur, & concluſio ſimiliter eſt facienda, quòd per cognitionem quomodo unum contrarium inducatur, ſciamus quoquè quomodo aliud contrarium inducatur. Vnde ſi cognoſcimus quod acquirimus poſſeſſionem corpore & animo, cognoſcimus quòd eam non acquirimus quando unum ex iſtis non interuenit. Item ſi cognoſcimus quòd ſanitas inducitur ex bona corporis organizatione, & humorum temperantia, & conuenientia, cognoſcimus ſanitatem non eſſe, quando unum ex iſtis deficit, & iſti duo caſus non recipiunt limitationes.

41 Tertius caſus eſt † quando quærimus de contrariis in uno ſubiecto, dicendo cognoſco ꝙ in Titio eſt acquiſitio poſſeſſionis, uel eſt ſanitas, an cognoſcam quòd in eo ſit uel non ſit contradictorium, & adhuc dicas quòd ſic: quia ſi cognoſco Titium acquirere poſſeſſionem fundi Titiani, ſimul quoquè cognoſco ꝙ non ſit in eo qualitas non acquirendi: quia eſt repugnantia. Item ſi cognoſco quòd ipſe eſt ſanus, cognoſco etiam quòd in eo non interuenit non ſanitas, id eſt, illa confuſio humorum intemperata, quoniam eſt repugnantia, & duo contraria non poſſunt eſſe in eodem ſubiecto, lege fin. ff. pro ſuo. & habetur in lege tertia. §. è contrariò. infra eodem. Hæc tamen concluſio uera, interuenientibus tribus qualitatibus, ut quæſtio ſit de eodem tempore, de eadem re, & eiuſdem reſpectibus, alioquin ſecus. Ideò ſi cognoſco Titium acquiſiuiſſe fundum, cognoſco quòd non eſt contradictorium non acquiſitionis in eodem. attamen non cognoſco quòd in eo non ſit non acquiſitio de domo, cum poſſit eſſe uerum quòd ipſe acquiſiuerit fundum, & tamen tunc non acquiſiuerit domum, propter diuerſitatem rei de qua quæritur. Similiter ſi ego cognoſco quòd nunc acquiſiuit fundum, non cognoſco quòd poſt decem annos illum non acquiſiuerit, & ſic ſuum contradictorium, quoniam ſtant ſimul, quòd nunc acquiſierit fundum, & poſteà illum amiſerit, & poſt decem annos nunquàm acquiſiuerit, & ſic duo contradictoria in eodem ſubiecto poſſunt reperiri, diuerſis temporibus. Vnde ſi cognoſco de hoc tempore, non cognoſco unum contradictorum non ineſſe alio tempore. Similiter ſi cognoſco aliquem eſſe ſanum, cognoſco quoquè non ſanitatem abeſſe ab eo, propter repugnantiam. Sed ſi reſtringo quæſtionem meam ad brachium, & cognoſco eum eſſe ſanum in brachiis, non cognoſco de neceſſitate quòd non ſanitas repèriatur in pedibus. uel in capite: quia hæc duo contraria ſtant ſimul, quòd in brachiis ſit ſanus, & in pedibus non ſanus, & quòd ſit ſanus in corpore, & non ſanus in intellectu, & è contrariò, prout contingit ſæpiſſimè in teſtatoribus. Vnde ſi cognoſco unum ineſſe reſpectu corporis, non cognoſo de neceſſitate aliud non ineſſe reſpectu mentis, niſi ad nouas rationes me conducam, propterea apparet quòd iſte caſus recipit has tres limitationes, ut ſi cognoſco unum contradictorium eſſe in uno ſubiecto, non cognoſco de neceſſitate aliud contradicto

rium, non ineſſe in diuerſis rebus, in diuerſo tempore, uel diuerſis reſpectibus.

42 Quartus caſus eſt, † ubicunquè nos quærimus de contradictoriis, an cognoſcamus ineſſe in pluribus ſubiectis, ut ſi cognoſco aliquem acquiſiuiſſe fundum, uel eſſe ſanum, an cognoſcam ſimul alios qui contradictotium habent, & in his terminis loquuntur iura allegata per doctores hic, & concludas quòd ſi ſubiecta ſunt certificata, & nota, ſi cognoſco qui habent unum contradictorium, ſimul quoquè cognoſco illos qui habent aliud contradictorium, & hic eſt propriè caſus in. §. primo. inſti. de tutelis. Nam mihi notum eſt ex propoſitione Iuſtiniani, quòd omnes homines aut ſuut ſub tutela, uel cura, aut non ſunt, nequè ſub tutela, nec cura, ſi cognoſco illos qui ſunt ſub tutela, uel cura, ſimul quoquè cognoſco illos qui non ſunt: quia ſunt certi, & nullum eſt medium, ſed ſi non eſſet propoſitio illa cognita, & ita ſubiecta non eſſent nota, concluſio non procederet: quia licèt cognoſcerem illos qui ſunt ſub tutela uel cura, non tamen cognoſcerem alios, & ita debent declarari iura allegata per doct.

Igitur facias regulam, quòd cognito uno de contrarijs, cognoſcitur & reliquum in ſui ſubſtantia, Ampliatur procedere etiam quantum ad modum inducendi. ut ſi cognoſco quo modo inducatur unum, cognoſco quoquè quomodo ſuum contradictorium inducatur. Secundò ampliatur etiam reſpectu unius ſubiecti, ut ſi cognoſco quòd unum contradictorium in uno ſubiecto ineſt, cognoſco quoquè ſuum contradictorium abeſſe propter repugnantiam. Fallit ſi diuerſitas eſt in re, uel diuerſitas in tempore, uel in diuerſis reſpectibus. Item tertiò ampliatur quantum ad plura ſubiecta, ut ſi nota mihi ſunt omnia ſubiecta, & cognoſco quæ ſint quæ habeant unum contradictorium, ſimul quoquè cognoſco illos qui habent aliud contradictorium, & ſi de ſcholaribus in hoc ſtudio exiſtentibus mihi notis, cognoſco illos qui ſtudent, ſimul quoquè cognoſco illos qui non ſtudent, ſed ſi ſubiecta non eſſent nota nec certificata, ſecus eſſet.

43 Secunda eſt regula de contrariis † quæ propter ſubiectam materiam non habent medium, in quibus per omnia, dicas omnia quæ dicta fuere in contradictoriis: quia militat eadem ratio quòd non habent medium, & ita procedit tex. in dicta l. j. ff. de his qui ſunt ſui uel alie. iur.

44 Tertius eſt articulus de † contrarijs habentibus medium, in quibus quoquè dicendum eſt regulam eſſe, quòd cognito uno de contrariis, cognoſcitur & reliquum. nam ſi cognoſcitur quid eſt bona fides, etiam quid eſt mala fides, & ſi cognoſcitur quid eſt bonum, ſimul quoquè cognoſcitur quid eſt malum, cap. cum renuntiatur. 32. quæſtione prima. & idem de ſanitate, & bonitate, & alijs contrarijs, ut cognoſcamus quid eſt infirmitas, uel malitia.

45 Secundus caſus eſt † quando quærimus an ſi cognoſcimus quomodo inducatur unum contrarium, cognoſcatur quoquè quomodo inducatur aliud, & ſimiliter quoquè regula eſt, quòd ſic, per regulam legis nihil tam naturali. de reg. iur. & capituli primi. de regu. iur. in ſexto. & propterea ſi cognoſco quomodo acquiratur poſſeſſio, cognoſco quoquè quomodo amittatur, & ſimiliter ſi cognoſco quomodo retineatur, cognoſco quoquè quomodo amittatur, ſecundum naturam contrariorum, per dictam legem nihil tam naturale, & legem quemadmodum. infra eod. Fallit tamen quando per legem eſt aliter diſpenſatum, ut lege tertia. §. in amittenda. & lege ſi quis ui, §. differentia. iuſ. eo. & per hoc apparet quòd argumentatio gloſſæ per modum cognoſcendi non fuit bona: quia obſtat diſpenſatio legis.

46 Tertius caſus eſt ubicunquè quæritur † an ſi cognoſcimus contrarium in uno ſubiecto, cognoſcamus quoquè aliud contrarium non eſſe in illo ſubiecto, & ſimiliter regula facienda eſt quòd ſic: quia duo contraria non poſſunt ſtare in eodem ſubiecto. lege fin. ff, pro ſuo. & ſi cognoſco quòd aliquis acquirit fundum, cognoſco quoquè falſum eſſe quòd ipſe non acquirit illud, quæ tamen regula debet intelligi reſpectu eiuſdem rei, & temporis, & reſpectus: ſecus autem quando eſt hæc diuerſitas. Vnde in homine, & in alijs rebus, ſunt hæc duo contraria, uita, & mors, & confectio teſtamenti, & reuocatio, & ſi cognoſco quòd Sempronius nunc acquirit fundum, non cognoſco quod hinc ad decem annos non ſit falſum quòd ipſe non acquirat eundem fundum, ſi forſan amiſit, uel ſi cognoſco quòd nunc acquirit fundum, non ſequitur falſum eſſe quòd non acquirat domum poſt decem annos. Nam ſimul poſſunt eſſe uera quòd acquirat fundum, & non acquirat domum nunc, eodem tempore. Item ſi cognoſco quòd aliquis eſt ſanus corpore, non ſequitur quòd cognoſco eum non eſſe infirmum mente, quoniam ſimul poſſunt eſſe hæc duo contraria quòd quis ſit ſanus corpore, & infirmus mente, & è contrariò ut quotidie contingit dici in teſtamētis.

47 Quartus caſus eſt † quando contraria reſpiciunt plura ſubiecta, an ſi cognoſco homines in quibus eſt unum contrarium, cognoſcam alios in quibus eſt aliud contrarium, & dicendum eſt, quòd aut illa ſubiecta non ſunt certificata abſquè dubio, ſi cognoſco habentes unum contrarium, non cognoſco habentes aliud contrariū: quia hoc etiā eſt in contradictorijs, & contrarijs uó habentibus mediū. ſed ſi ſubiecta ſunt certificata, adhuc regula etiā eſt, ꝙ ſi cognoſco qui habent bonam fidem de exiſtentibus in hac domo, non co[illegible] ꝙ alii habeant

malam

malam fidem: quia poſſunt habere titubationem, & ſi cognoſco illos qui acquirũt fundum, non cognoſco qui ſunt illi qui amittunt: quia poſſent retinere, & ſi cognoſco illos, qui ſunt ſani, non ſequitur quòd cognoſcam alios eſſe infirmos, cum poſſent eſſe neque ſaoi, oequè infirmi, & ſic de ſingulis, & in hoc differt hic articulus de contrariis, ab ar iculo de contradictoriis, propter illam rationem: quia in contradictorijs non datur medium, unde ſi eſt unum, neceſſarium eſt quòd ſit aliud: ſed in iſtis contrarijs datur medium. unde non ſequitur ſi nnum eſt contrarium in certis, in alijs ſit aliud contrarium, cum poſſit eſſe medium.

48 Conſtituas igitur regulam † quòd cognito uno de contrarijs, cognoſcitur & reliquum reſpectu ſui, & in abſtracto. Ampliatur procedere etiam quantum ad modum inducendi, ut ſi cognoſco quomodo unum inducatur, cognoſco & etiam quomodo aliud inducatur. Fallit quando lex aliter diſpenſat, dicta leg. iij. §. in amittenda. & l. quemadmodum.

Secundò ampliatur quantum ad unum ſubiectum, ut ſi cognoſco unum contrarium eſſe in uno ſubiecto, cognoſco alind non eſſe in eodem ſubiecto, dicta l. fi. infra pro ſuo. Fallit quando diuerſitas eſt rerum, temporum, & reſpectuum. Fallit quoquè quando conſiderantur cõtraria in diuerſis ſubiectis: quia ſi cognoſco, quę ſubiecta habent unum contrarium, non cognoſco quæ ſubiecta habeant aliud contrarinm propter medium quod poteſt ineſſe, ſiue ſint certificata ſubiecta, ſiue noo certificata.

49 Et dicta † inferuntur per Bal. iu l. prima. ff. qui ſunt ſui uel alieni iuris, ad quæſtiones in facto contingentes, ut ſi teſtis depoſuit Sempronium ioterfeciſſe Titium de nocte, & interrogatus quid ſit dies, neſciuit reſpondere, & tunc ei non creditur: quia apparet quòd ſi non cognoſcit quid eſt dies, nec etiam cognoſcit quid eſt nox, propter naturam contrariorum. Similiter ſi quis depoſuir quòd Titius emit cum bona fide fundum, uel quòd Titius eſt bonæ famæ, & poſteà eſt ioterrogatus, quid eſt mala fides, uel quid eſt mala fama, & neſciuit reſpondere, tunc non creditur ex eo: quia apparet quòd ignorat quod deponir, quid ſit bona fides, & bona fama, propter naturam cõtrariorum. Addit tamen quòd non eſt oeceſſarium ut reſpõdeat cum illis ſubtilibus uerbis, & terminis, quibus uterentur philoſophi, ſed ſufficit quòd reſpondeat per quædam uerba nota, ſicut idiotę, & ruſtici reſponderenr, quando cognoſcerent illa contraria. Ex quibus exemplis tu habes unam notabilem ampliationem ad regulas prædictas, ut ſicut cognito uno de contrariis, cognoſcimus & reliquum, ita ignorato uno de contrariis, ignoramus & reliquom quod bene nota.

Secunda eſt principalis concluſio glo. hic, quod contrariorum eadem eſt diſciplina, quæ concluſio habet duas partes. Vna eſt reſpectu cognitionis, ut contrariorum eſt eadem diſciplina reſpectu cognitionis, ut ſi cognoſco nnum contrarium, cognoſco & reliquum. Secunda eſt pars reſpectu diſpoſitionis, ut ſi diſpoſitio ſit facta de uno contrario, an uideatur etiam facta de alio contrario, de quo nullum uerbum in diſpoſitiooe fuit, in qua difficultate iura ſunt uaria, & docto. uarij. Tamen finaliter reſoluendo conſtituuntur tres regulæ quæ totam materiam complecti uidentur. Vna eſt quando ratio eadem quæ militar in uno contrario, militat etiam in alio contrario. Secunda eſt quando ratio in uno contrario militat, & contraria ratio militat in alio contrario. Tertia eſt quando ratio quæ militar in uno contrario, non militat in alio: ſed diuerſa, quas tres regulas conſtituit hic Sozi. Rip. & alij Mod. licèt Iaſ. & imperfectè nonfaciat niſi duas, commiſcendo leges unius regulæ cum alia.

50 Prima igitur eſt regula † quòd quando diſpoſitio eſt facta ſuper uno contrario cum una ratione uel cauſa, & eadem ratio militat iu alio contrario; tunc diſpoſitio facta in uno contrario expreſſo, habet locum etiam in alio contrario non expreſſo, per tex. in l. Pomponius. §. j. in fi. ff. de procuratoribus. & in §. illud. inſti. de ſocietate, & glo. in clem. fi. de appellatio. & in l. accuſare. ff. de accuſationib. & glo. in l. ſecundum naturam. ff. de reg. iur. & per Bar. in l. inter ſtipulantem. §. ſacram. infra de uerbo. obligatio. facit tex. in leg. quemadmodnm. inf. eo. eum ibi no. & in cap. frequens. ad fi. §. fi. in uerbo ex contrario. & ibi Gemini. de reſti. ſpoliatorum. in 6. & eſt tex. in cap. hoſpitiolum. io fi. & ibi glo. no. 32. diſtinctio. & facit tex. in l. diem proferre. §. ſtari. ſupra de arbit. ibi, ſiue æqua, ſiue iniqua ſit, & in lege prima. ſupra de nou. operis nunciatione. & l. ſicut maior. C. de repud. hæredita. cum ſimilibus. quæ regula procedit in ſententiis ut dicitur in dicta l. Pomponius. §. primo. de procura. ibi, ſi iudicat rem eſſe meam, ſimul quoquè iudicat rem non eſſe alteriùs. Item procedit in contractibus, dicto §. illud. inſti. pro ſocio. Item in legibus, dicta l. ſicut maior. & l. prima. ſupra de noui oper. nunciatio. Item procedit etiam in arbitris, dicta lege diem proferre. §. ſtari, & generaliter in omnibus alijs diſpoſitionibus. Item procedit in contrariis, quæ poſſunt eſſe in eodem ſubiecto diuerſo tempore, ut in uita, & morte, & in factiooe, & reuocatione. Item procedit etiam quantum ad potentiam: quia ſi unum contrarium inducitur per ſolum conſenſum, eodem modo, & ab eo recedi poteſt, lege ab emptione. & ibi Baldus. ſupra de pactis. & lege prima. & ſecunda. C. quando liceat ab emptione diſcedere. ac etiam procedit quantum ad modum ſignificandi. ut ſicut proximus,

dicitur qui ante ſe nullum habet, licet nullus ſequatur, ita ſupremus dicitur qui neminem habet poſt ſe, & nec etiam ante, ut nota. in l. ex duobus. in principio. in uerſi. ſicut à contrario. & ibi Bal. & Alex. ſupra de uulg. & pupill.

Et ratio omnium prædictorum eſt: quia ratio legis, eſt anima legis, cap. ratio nulla. de præbend. & ſi diſpoſitio fit ſuper uno contrario cum una ratione, ſi militat eadem ratio in alio contrario, uidetur quoquè in alio contrario loqui, quæ tamen diſpoſitio eſt tacita, non tamen expreſſa, ut eſt glo. in dicta leg. Pomponius, quæ exponit tex. ſimul quoque indicat rē non eſſe alterius, id eſt, per quādam conſequentiam, & ibi ſequuntur docto. quod tamen intellige, quòd cōtraria ipſa operentur ſuos contrarios effectus: quoniam diſpoſitio quæ trahitur ad aliud contrarium, non mutat naturam contrariorum, quin ipſi producant ſuos effectus naturales. Vnde diſpoſitio in faciendo contractū, operatur obligationem, diſtractus uerò operatur diſſolutionem obligationis, & licèt ſi dicitur contractus eſt bonæ fidei, etiam eſt diſpoſitum quòd diſtractus eſt bonæ fidei, tamen contractus producit obligationē, & diſtractus diſſolutionem, d. l. j. & ij. quando liceat ab emptio. diſcedere. & l. ſi unus. §. ſi pactus. ff. de pactis, & habetur in omnibus dictis iuribus allegatis. & in dicto. §. illud. ubi lucrum prodeſt, & damnum nocet.

51 Quæ † regula infertur ad decisionem multarum quæſtionum, & multæ ponuntur deciſiones particulares in dictis legib. ultra eas infertur, quòd ſi ſtatutum mandat exceptionem poſſe ꝓbari per duos teſtes, eodē modo mandat ꝙ actio, & replicatio ꝓbari poſſit per duos teſtes: quia eadem eſt diſciplina in potentia. Bal. in cap. cum uenissent. col. ſi. de iudi. & ſequitur hic Iaſ. confirmando: quia circa media cauſæ ſeruatur æqualitas, & circa probationes æquè fauemus reo, ſicut actori, & è contra. glo. in cap. cum ad ſedem. de reſti ſpoliatorum, & in cap. cū ſint partium iura. de reg. iur. in 6.

52 Item infertur † quòd ſi ex forma ſtatuti diſponatur, quòd legatum poſſit probari ꝑ duos teſtes, eo. modo diſponitur ꝙ reuocatio eiuſdem poterit fieri per duos teſtes: quia contrariorum eſt eadem diſciplina, ut eſt glo. notabilis in l. cum proponeretur. ſupra de lega. ij. & l. Diuus. ff. de mili. teſtam. coniuncta l. in fraudē. §. fin. eo. tit. & tenuit Bald. in l. fin. col. fin. C. de fideicommiſſ. & Bal. & Card. in cap. relatum. de teſtamentis. & Alex. hic & Ias. qui addit qđ Bal. in cap. ij. ad finem de reſtitutio. ſpoliatorū, uoluit quòd ſicut renuntiatio beneficij eccleſiaſtic poteſt probari per teſtes, & non requirit ſcripturam, ita etiam collatio beneficij poterit probari per teſtes. Item infertur quòd ſicut ſtatutum non poteſt habilitare forenſes, ut ualeant teſtari coram duobus teſtibus, ita non poterit inhabilitare ut non poſſint in domo ſua hoc facere, ſecundum Bar. in lege cunctos populos. de ſumma Trini. in ſeptima q. ubi Bal. quod tamen intellige niſi eſſent bona ſubiecta territorio ſtatuentium, & cum alia diſtinctione quàm ibi tradunt docto. qui articulus eſt diffuſus ualdè, & diſputabilis.

53 Secunda eſt concluſio ſeu regula huic contraria, † quòd quando diſpoſitio fit ſuper uno contrario, & militat contraria ratio in alio contrario, quòd tunc uidetur contrarium diſponere in alio contrario: quia contrariorum contraria eſt diſciplina, quando militat contraria ratio, ut probatur in lege, & ſi contra. ff. de uulgari. & pupillari. & lege fin. §. fin. ff. de leg. iij. ubi ſi filius eſt inſtitutus in una uncia, & alter filius præteritus petat contra tabulas, eidem quoquè competit, ut per eadem uideatur uocatus ad medietatem. Vnde deciditur quòd ſicut portio augetur, eodem modo & legata augeantur, ſi forſan erat obligatus dare fundum pro una uncia tantum, nunc modo tenetur pro ſex uncijs, uel ſi poterat uti lege Falcidia, aucta inſtitutione amplius non habebit locum, & augebitur legatum, non autem dicas quòd legata de centum efficiantur ducentum. ſed intellige iſtis modis uel alijs, ibi nota. & ſi eueniat quòd dictus filius eſſet inſtitutus in undecim uncijs, & per contra tabulas reducatur ad ſex uncias, tunc diminuentur legata eodem modo, & ratio aſſignatur: quia ſicut legata augentur aucta inſtitutione, ita ea diminuta, diminuuntur.

Vnde ſummant ibi docto. tex. quòd operatur propoſitum in propoſito, operatur oppoſitum in oppoſito, facit tex in l. penul. C. de ſolutio-
54 nibus. ubi ponitur regula, † Non admittitur quis ad petendum illud cuius contrarium non eſſet poſtulaturus, & idem habetur in lege ſi ex toto. ff. de leg. primo. & lege quod in rerum. §. primo. quòd ſicut ſi augetur res legata per teſtatorem, debetur augmentum, ita ſi eſt diminuta debetur cum diminutione, & idem no. in dicta lege nihil tam naturale. ff. de reg. iur. & capitulo primo. de reg. iuris in antiquis. unde dicebat Roma. conſilio. 446. primus conſultationis. Quòd per traditionem inſtrumentorum factam alicui, præſumitur factum mandatum, ita per repetitionem probatur reuocatio mandati, & ſi dicatur quòd hæc regula ſit ſuperflua: quia & præcedens quoquè intelligitur, cum natura contrariorum ſit, ut ſuos contrarios effectus producat. Reſpondetur quòd imò utilis eſt ualdè ex eo: quia ibi diſpoſitio eſt facta ſuper contrario, & trahitur ad aliud contrarium, quæ tamen producunt ſuos contrarios effectus. Sed hæc diſpoſitio eſt facta ſuper effectibus unius contrarij, & intelligitur facta ſuper effectibus alterius contrarij, ſi militat contraria ratio, ut diſponat de contrario effectu alterius contrarij, & ita procedit dicta

l. & ſi

l. & ſi contra. nam diſpoſitio erat quòd lega-
ta augerentur. ſi portio augeretur. Vnde di-
ſponit quòd legata diminuantur ſi portio di-
minuatur, ita quòd in effectu, in præcedenti re
gula diſpoſitio fit ſuper contrariis, hic uerò di
ſpoſitio fit ſuper effectibus qui ſemper ſunt con
trarii in diſpoſitione.

55 Huic tamen regulæ † obſtat tex. in cap. fi. de
uerborum ſignificatio. quem in alia regula ad-
ducit Iaſ. nam ibi Papa commiſerat effectum
unius contrarii, ut diminueret canonicorum,
numerum, ſi bona erant diminuta: unde fuit
dubitatum an uideatur cõmiſiſſe contrarium ef
fectum, quòd augeret ſi bona reperirentur au-
cta, & tex. ibi dicit quòd non, & ita in termi-
nis contrariatur. Soluit Iaſ. quòd ſpeciale eſt
in mandato, cuius fines diligenter ſunt ſeruan
di. l. diligenter. ff. mandati, quæ ratio debilis
eſt: quia & in aliis contractibus limites conuẽ
ti, ſunt ſeruandi, l. ſi cum dotem. ff. ſolut. ma-
trimonio. Vnde Rip. hic in fin. melius reſpon-
det, quòd ibi non militabat contraria ratio.
Nam ratio diminuendi erat: quia erat indeco-
rum quòd clerici ſeruientes perirent fame &
mendicarent in foro, ut habetur in cap. ſecun-
do de præben. cum ſimilibus. quando autẽ ſunt
magnæ facultates, non ſolemus augere num-
rum, dummodo ſeruitium ſufficiens habeamus,
ut in auct. ut determinatus ſit numerus clerico-
rum, & cap. cum M. Ferra. de conſt. Sed reddi-
tus maiores uel diſtribuuntur inter pauperes
ut decet, uel diſtribuuntur in reparationem ec
cleſiarum, & alias neceſsitates urgentes. Et eo-
dem modo reſpondetur, ad tex. in l. ex duobus
§. item ſi inrauero. ff. de iur. iurand. coniuncta
lege ſi libertus. ff. de iur. iur. coniuncta. l. fi. liber
tus. de iur. patron. quia ibi militat diuerſa ra-
tio ut declarat Bar. in dicta l. ſi libertus, qui ta-
men tex. magis conuenit correlatiuis, quàm
contrariis, ut inf. dicetur.

56 Tertia eſt regula, † quòd ubicunque diſpoſi
tio eſt facta ſuper uno contrario, propter unam
rationem, uel cauſam, quæ ratio non militat
in alio contrario, quòd tunc non trahitur ad
aliud contrarium, ſed remanet diſpoſitio ſu-
per contrario expreſſo tantũ, & aliud contra
rium remanet omiſſum, & idem ſi diſpoſitio
eſt facta ſuper effectu alicuius contrarii, & non
militat ratio contraria in effectibus alterius cõ
trarii: quia ſimiliter diſpoſitio facta de effecti
bus unius contrarii, non trahitur ad effectus al
terius contrarii, ſed remanet, ut caſus omiſſus
in diſpoſitione iuris communis, ut probatur in
l. inter ſtipulantem. §. ſacram. infra de uerbo-
rum obligationibus, ubi ſi res empta deſinit eſ
ſe in commercio, extinguitur obligatio, & ta-
men non reuiuiſcit, ſi poſteà reuertatur ad com
mertium: quia non militat eadem ratio. Simi-
le habetur in l. ſi unus. §. pactus. ff. de pact. ꝙ ſi
per pactum remiſſa ſit actio iniuriarum, per
contrarium pactum non reuiuiſcit: quia ex pa-
cto non naſcitur actio iniuriarum. Ad idem
eſt tex. in l. in fundo. ff. de rei uendicatio. ubi
impenſa facta de centum in fundo alieno, non
exigitur tota, ſi melior ratio eſt tantummodo
in quinquaginta, & tamen ſi melioratio ſit in
centum, & expenſa in quinquaginta, non exi-
guntur niſi quinquaginta: quoniam nõ militat
contraria ratio. Et facit etiam tex. in cap. fi. de
uerborum ſignificatione, ubi conceſſa poteſta
te diminuendi numerum ſi diminutæ ſint fa-
cultates, ſi reperiantur auct. non eſt data facul-
tas augendi: quia non militat contraria ratio.

Et ratio decidendi eſt: quia diſpoſitio facta
ſuper uno contrario, uel eius effectu, non com
præhendit aliud contrarium, & eius effectus in
explicatione uerborum, ſed ſolum trahitur ex
interpretatione, ſeu extenſione, per glo. in di-
cta l. Pomponius §. primo. ff. de procuratorib.
57 quæ dicit in conſequentiam & tacitè. † Ergo ſi
non militat eadem ratio, non fit extenſio, &
neque interpetatio, & remanet tanquàm caſus
omiſſus in diſpoſitione iuris communis, ex re-
gula communi, l. ſi uerò. §. de uiro. ff. ſolut. ma
trimonio, & l. præcipimus C. de appellatio. &
l. ſancimus. C. de teſtam. Facit etiam tex. in l.
ſi quis negocia. C. de neg. geſtis. ubi ſi negotio
rum geſtor exegit indebitum, tenetur reſtitue-
re: quia effectus eſt locupletior, ſed ſi ſoluit in
debitum, non tenetur reſtituere: quia fuit in
culpa. Similiter ſi pupillus acquirit, facit ua-
lidum contractum, & ſi eſt ſibi damnum, non
ualet, ut inſti. de auctoritate tuto. in princip. &
l. ſeruus uetante. ff. de uerborum obligationi-
bus. Facit etiam: quia filius maior non poteſt
reuocare inſtitutionem de hęreditate paterna,
& tamen abſtenſionem reuocare poteſt, l. neceſ-
ſariis. ff. de acquir. hæredita. & l. ſi quis ſeruus.
ff. de iur. deliberandi. coniuncta l. fi. C. de repu-
di. uel abſtinend. hæreditate.

Similiter qui admiſit exceptionem perem-
ptoriam, facit ſententiam interlocutoriam, ha
bens uim diffinitiuæ, & tamen qui non admiſit
exceptionem peremptoriam, repellendo facit
interlocutoriam, quæ non habet uim diffiniti-
uæ: quia militat diuerſa ratio, cum in admiſ-
ſione teneatur ferre ſententiam, ut hic per Are
ti. magis tamen placet quod in hoc Areti. non
bene loquatur: quia licet admittat exceptio-
nem, non tamen cogitur actorem condemna-
re, uel abſoluere, cum poſſit eſſe quòd poſteà
illa exceptio non bene probetur, unde ſolum
poſſet procedere, quando pronuntiaretur ex-
ceptionem obſtare: quia tunc faceret plenum
præiudicium, & haberet uim diffinitiuę. Et hoc
modo loquitur glo. in clem. ad repulſionem. in
finalibus uerbis. & forſan idem ſenſit Areti. li-
cet Peruſini ſe inuoluant, quæ concluſio proce
dit etiam in mandato per dictum capitulum fi
nale. de uerborũ ſignificatio. licet aliter Iaſ. hic
diceret, & probatur in cap. cum dilecta. de re-
ſcriptis. Abbas in dicto cap. fi. in 3. notabili. de

reſcriptis, & in dicto capitulo fi. in 3. not. Sed tamen ſi eſſet alia materia non extenſibilis ſui natura, tunc etiam quòd militaret contraria ratio non haberet locum diſpoſitio in caſu contrario: quia illa extenſio non poſſet fieri, ſi actus ſui natura non reciperet extenſionem, ut eſt mandatum in certo caſu, capitulo fin. de procuratoribus. in 6. & cap. ſuſceptum. de reſcrip. in 6. & cap. cui de non ſacerdotali. de præbend. in 6. & cap. quamuis. eodem titulo. ut hic per Alcia. nu. 6. oportet tamen ut hæc limitatio procedat, quòd conſtat de mente extendentis: quia quando conſtat de mente, mandatum etiam extenditur per identitatem rationis. leg. ad rem mobilem, & l. ad legatum. ff. de procuratoribus. & l. uel uniuerſorum. C. de pigno. actio. glo. in cap. cum inferior. in fin. 21. diſtinctio. & in dicto cap. fi. & l. non cogendum. de procuratoribus, cum ſimilibus,

Nec obſtat dictum cap. fi. de uerborum ſignificatio: quia ibi militat diuerſa ratio, ut dixi in alia concluſione, uel ibi Papa non cogitauerat de illo caſu contrario, propter ſupplicationem porrectã de diminutione, ſed ſi Papa cogitaſſet de illo caſu, & militaſſet ratio à contrario, fuiſſet data etiam poteſtas augendi, per dicta in præcedenti cõcluſione. Vnde ibi ponitur generalis concluſio, quòd contrariorum non eſt contraria diſciplina, quando non militat contraria ratio, uel quando non cogitauit diſponens de alio contrario, & uidetur ſatis bonus intellectus ad dictum capitulum fi.

Prædicta inferuntur ad uarias quæſtiones. Et primò ad quæſtionem de reuocatione: utrum diſpoſitio facta ſuper modo inducendi, habeat locum etiam in reuocatione: & regula eſt quòd ſic, ſi militat eadem ratio. l. ab emptione. ff. de pactis, & idem in ſtipulatione quæ fit ſolis uerbis, & ſolis uerbis poteſt reuocari. §. quo genere. inſti. quib mod. tollit. oblig. & l. nihil eſt tam naturale. ubi multa cumulat Decius, & Cagnolus. de reg. iur. Ideò facit ad multas quæſtiones teſtamentarias.

58 Vna eſt quia teſtamentum militare ualet coram duobus teſtibus, poterit etiam reuocari coram duobus teſtibus, facto alio teſtamento in militia, ſed extra militiam non poſſet: quia militaret diuerſa ratio. Similiter lex diſponit quòd ualeat teſtamentum ad pias cauſas coram duobus teſtibus, & ſine inſtitutione, & aditione hæreditatis, & aliis de quibus per Bar. in l. prima. C de ſacroſanct. eccleſi. eodem modo ſine illa ſolennitate poterit reuocari coram duobus teſtibus, ſi fiat ad aliam piam cauſam; ſed ſi fieret in fauorem laicorum, requirerentur ſeptem teſtes, & alia integra uoluntas in reuocatione: quia ceſſaret ratio priuilegii, & militaret ſuſpicio falſitatis, & aliàs fauor retorqueretur in odium. l. quod fauore. C. de legibus. Tertiò infertur, quòd ſi ſtatutum diſponat, quòd teſtamentum ualeat coram duobus teſtibus, uidebitur etiam diſponere quòd poſſit reuocari coram duobus teſtibus, per eandẽ regulam contrariorum, dummodo generaliter diſponatur, ut Venetijs. Si uerò ſpecialiter in certo caſu diſponeretur, tunc eſſet inſpiciendum, an militaret eadem ratio in reuocatione, an uerò ceſſaret ut ſupra, tamen in contrarium uidetur tex. in l. hac conſultisſima. §. ex imperfecto. C. de teſtam. coniuncta auct. hoc inter liberos, & in. §. fi. C. de teſtam. & habetur in l. ſancimus. C. de teſtam. & in §. ex hoc ſolo. inſti. quibus modis infirmat. teſtamen. ubi dicitur quòd teſtamentum factum inter liberos coram duobus teſtibus non reuocatur, niſi per aliud teſtamentum factum coram ſeptem teſtibus, & teſtamentum factum de ſuccedentibus ab inteſtato coram quinque teſtibus, non reuocatur niſi cum ſeptem.

Sed tamen reſponſio eſt quòd illa iura procedunt quando extraneus immiſcetur in teſtamento ſecundo. nam tunc ceſſat ratio fauoris liberorum. Ideò requiritur in ſecundo ſolennitas communis, ſed ſi teſtamentum ſecundum fieret inter eoſdem liberos, uel inter eoſdem ſuccedentes ab inteſtato, uel inter eaſdem pias cauſas, ſine mixtura extranei, tunc ualeret coram duobus teſtibus: quia tunc militaret eadẽ ratio. Vnde ſemper prædictæ regulæ pares terminos firmando habebunt locum.

59 Iterum tamen contra prædictas deciſiones inſtabat Crotus & Ripa dicentes, † quòd in dictis caſibus argumentum à contrarijs non procedit, ſed extra propoſitum: quia facere teſtamentum, & reuocare, non ſunt contraria ſecundum eos, quoniam non contrariantur in actu agendi, nec in eodem tempore. Vnde in eodem ſubiecto diuerſis temporibus concurrere poſſunt, & ſolum eſſentialiter ſunt contraria, ut mors, & uita, habitus, & priuatio: uoluit dicere quòd iſta ſunt contraria in abſtracto conſiderata, non in concreto, ſicut acquirere, & amittere non ſunt contraria in concreto, per ea quæ dixit Bar. in quarta & 5. quæſtio. & acquirere & amittere tantummodo ſunt cõtraria priuatiuè ſecundum dialecticos.

Tu autem reſponde quòd imò ſunt uerè contraria, ſed tamen habent medium, retinere autem non eſt plenum contrarium, cum ſit medium, inter acquirere & amittere, & contrariatur retinere ipſis, ſicut nec uelle, nec nolle, extremis illis uelle & nolle, & nec bona fides, nec mala fides, extremis illis bonæ fidei, & malæ fidei. leg. 3. §. genera. infra. eodem.

Item reſponde, conceſſo quòd ſint multæ differentiæ inter contraria, cum quædam ſint contraria priuatiuè, & quędã eſſentialiter reperiantur contraria, ut in 3. de anima textu & cõmento. 85. tamen in propoſito omnia contraria æquiparantur, cũ tractemus extenſione ex uolũtate diſponentis, & quand. militat eadem ra-

io, uel

tio, uel contraria uoluntas diſponentis dicitur interuenire in quocunque contratio, ut ſupra dictum fuit.

Secundò inſtatur: quia nullum teſtamentum poteſt reuocari eodem modo quo poteſt fieri, cum non ſufficiat reuocatio coram ſeptem teſtibus niſi fiat aliud teſtamentum, uel poſteà labantur decem anni, l. ſancimus. C. de teſtam. & dicto. §. ex eo ſolo. Sed reſpondetur ex mente eorundem, quòd dictæ concluſiones intelliguntur, cum illa qualitate quòd fiat reuocatio, condendo aliud teſtamentum coram illis duobus teſtibus, alioquin reuocari non poſſet: quia in reuocatione ſola, ineſt ſuſpicio falſitatis, cum faciliter quis poſſet inducere ſeptem teſtes, qui dicerent teſtatorem reuocaſſe. Ideò oportet quòd etiam fiat aliud teſtamentum, & cum habeamus modum reuocandi teſtamentum, illum ſeruare debemus, ut ſupra dictum fuit: arg. l. continuus. §. cum ita. ff. de uerbo. obligationibus.

60 Sed poteſt fortius inſtari † ſuper ſtatuto diſponente, quòd teſtamentum ualeat coram duobus teſtibus; an poterit reuocari legatum coram duobus teſtibus, nullo alio facto teſtamento, & Bal. in dicta l. fi. C. de fideicommiſſ. tenuit quòd ſic: & ſequitur hic Ruy. per rationem: quia facilius reuocatur legatum quàm teſtamentum. l. 3. §. fi. ff. de adi. leg. cum ſimilib. ideò non requiritur aliud teſtamentum.

Nec obſtat l. heredes palã. §. ſi quis poſt. inſ. de teſt. Vbi requiritur eadem ſolennitas in reuocando legatum, ſicut & teſtamentum: quia reſpondetur, quòd ſatis interuenit [illegible]lennitas teſtamenti, cum ſtante ſtatuto teſta[illegible]entum fieri poſſit [illegible]ram duobus teſtibus, & idem eſſet ſi ſtatu[illegible] diceret expreſſè, quòd legatum poſſet fier[illegible]ram duobus teſtibus: nam tunc etiam reuo[illegible]ſſet.

[illegible] contrarium arguebant Peruſini, quòd [illegible]ilitat eadem ratio in reuocando: [illegible]a faciendo legatum, eſt donatio & [illegible]reuocatione eſt odium, & adem[illegible]. Ruy. reſpondebat quòd imò [illegible]fauorabilis, per tex. in l. ſi ita fuit. ff. de reb. dubijs. Vbi ualet adem[illegible] non ualet legatum, quæ reſpõ[illegible] cum imò ademptio regulari[illegible]bi illud non inducitur pro[illegible]ptionis, ſed propter aliam [illegible]clarat Sozi. Vnde aliter re[illegible]mente Alcia. quòd fauor, uel [illegible]on conſideratur ad effectum [illegible] modo in ratione diſpoſitio[illegible]nium diſponentis, ſit identi[illegible] odii, ſicut uidemus quòd lu[illegible]abile, & damnum odioſum, & ta[illegible]et locum regula contrariorum. [illegible]de ſocie. quia eadem eſt ratio in [illegible]entis de utroque. Idem probatur [illegible]ari. ſupra de arbi. & leg. prima ſuprà de nou. oper. nunciatio. ibi, ſine iure ſiue iniuria, & tamen in utroquè caſu diſpoſitio prætoris eſt iuſta; quia fundatur in alia ratione conſiſtente in dubietate, quæ militat in utroque caſu, & hoc mihi placet, & probatur in dicta l. & ſi contra. de uulg. & pupill. & l. finali. §. fi. ff. de leg. 3. Vbi augeri legata, & diminui dicuntur, fauorem, & odium inducere, & tamẽ diſpoſitio de uno trahitur ad aliud, propter rationem mouentem diſponentem, & ſi ita non eſſet, nunquàm diſpoſitio de uno contrario traheretur ad aliud: quia ſi ſunt contraria non poſſunt eſſe ſimul fauorabilia, & neceſſarium eſt quòd unum ſit odioſum.

Vnde contrarium non obſtat, ideò ipſimet iterum inſtant: quia reuocatio eſt materia correctoria, & in correctoriis fit ſtricta interpretatio, dicta l. ſi uerò. §. de uiro. ff. ſoluto matrimonio, & l. ſancimus. cum uulga. C. de teſtamen. Sed facilis eſt reſponſio: quia in correctoriis etiam fit extenſio, ſi militat eadem ratio, ut dixi plenè in l. omnes populi. in 6. quæſtio. prin. ff. de iuſti. & iure. Secundò quia hic non ſumus in materia correctoria interpretanda, uel extendenda: ſed ſumus in ipſa correctione expreſſa, an ualeat; & quæ requirantur in eius ualiditate. Teneas igitur omninò quòd reuocatio legati ualebit, interueniente illa ſolennitate, quæ ex forma ſtatuti requiritur, in condendo ſeu reuocando teſtamentum, quòd procedit etiam ſi ad pias cauſas eſſet legatum relictum in illo teſtamento. Sed ſi legatum eſſet relictum in teſtamento coram tribus teſtibus ualido de iure communi, per capitulum cum eſſes. & capitulum relatum. de teſtam. tunc non ſufficerent tres teſtes in reuocando legatum, ſicut nec ſufficerent in reuocando teſtamentum: quoniam hoc caſu militat ratio fauoris. uel odii, niſi tranſlatum fuiſſet ad aliam piam cauſam, & idem dicerem. Si tractaremus de reuocando legato, facto in teſtamento inter liberos, ut non ualeret coram duobus teſtibus, ſi eſſet tranſlatum ad extraneos: ſecus ſi ad alios liberos. per tex. in dicta auct. hoc inter liberos. C. de teſtam.

61 Item infertur † quòd ſicut dictio bene, ſignificat idem quod ritè, & rectè, ut no. in cap. ius dictum, de uerborum ſignificatione. Vbi iuſtè poſſidet, qui benè poſſidet: ſed iuſtè ſignificat ritè, & rectè glo. in §. exhæredatos. in auct. de hæredibus & Falci. & ibi Ang. ergo idem etiam eſt in uerbo malè: quia debet ſignificare, neque ritè neque rectè: quia contrariorum eſt eadem diſciplina. Sed contrarium tenet Bal. in l. eos. C. de appell. colu. 2. qui uult quòd uerbum malè ſignificet tantum ritè, non rectè, & ſequitur hic Iaſ. Sed tu dicas quod malè loquitur, per regulas ſupra poſitas, Et ego puto quod à part iudicantur benè, & malè, ſi in eiſdem terminis capiantur, cum benè & malè ſint contraria, ut no. in dicta. l. 3. §. genera. de acquir. n.

poſſeſſio. & dictum Bal. procedit ex eo: quia omnia ſubiecta non conueniebant. Sed ſi materia conueniret in utroque caſu, & uerbum bene ſignificat ritè, & rectè, eodem modo ſi materia ſubiecta eſt habilis, uerbum malè ſignificat non rectè neque ritè, omnes enim iſtæ dictiones habent eandem ſignificationem, quando concurrit aptitudo ſubiecti, & ſi non concurrit aptitudo, uariantur, ut etiam ego declaraui, in l. prima. ſupra de nou. operis nuncia, in notabilibus.

62 Item infertur ſecundum Sozi. hic ad quæſtionem diffuſam & quotidianã. †An diſpoſitio loquens de condemnatione, comprænhendar etiã abſolutionem, uel è contra, priuatiuè uel poſitiuè, ut ſi diſponat aliquem poſſe abſoluere, permittat etiam condemnare, uel ſi prohibeat abſolutionem, prohibeat quoquè & condemnationem. In qua quæſtione Sozi. nimis ſicco pede proceſſit. Nam in ea reperiuntur ſeptem iura directò contraria, & tria ſunt quæ æquiparant condemnare & abſoluere, & quatuor ſunt quæ uolunt, quòd qui poteſt abſoluere, non poſſit condemnare: nam tex. in l. 3. infra de re iudicata. dicit affirmatiuè qui condemnare poteſt, abſoluere poteſt. & tex. in leg. nemo poteſt. ff. de reg. iur. dicit negatiuè qui condemnare non poteſt, nequè abſoluere poteſt, & in cap. cum inferior. de maiorita. & obedien. utrunquè dicitur: quòd inferior non poteſt ſuperiorem abſoluere, ergo nec condemnare. Sed, ſuperior poteſt abſoluere inferiorem, & condẽnare, & ſic hæc duo æquiparantur priuatiuè & poſitiuè, ut diſpoſitio facta de uno trahatur ad aliud.

In contrarium tamen eſt tex. in l. fi. §. adeò. C. ubi ſena. uel clariſſi. qui dicit quòd delegatus principis, poteſt abſoluere illuſtrem: ſed non poteſt condemnare, & idem dicitur in autentico ut apud proprios epiſcopos. §. penul. ubi præſes prouinciæ cognoſcit in cleri. de crimine non eccleſiaſtico, & poteſt etiam eum abſoluere, ſed non poteſt punire niſi degradetur ab epiſcopo. facit tex. in l. ſolent. ff. de officio proconſ. & leg. ſecundum unum intellectum, quòd ſi proconſul committit cauſam criminalem legato ſuo, poteſt abſoluere; ſed non poteſt condemnare: quia debet remittere. ſecundum tamen alium intellectum, ibi dicitur quod non poteſt etiam abſoluere, ſed debet remittere ad proconſulem, cauſam cognitam, & proceſſum factum: quia legatus non poteſt cognoſcere cauſas criminales, & non poteſt abſoluere: quia nec coram eo accuſare nec proceſſum facere poteſt, ſeu condemnare, & hoc modo concordaret cum tribus præcedentibus. Quartò eſt tex. cum glo. in Clem. j. de hæreticis. in §. duro. ubi inquiſitor Papæ, de iure communi cognoſcit contra hæreticos, ſimul cum epiſcopo, & eos condemnat, tamen dicit quòd ſolus epiſcopus poteſt inquirere, & duro carceri tradere, ſine inquiſitore, & glo. ibi dubitat de abſolutione, & dicit quòd etiam poteſt abſoluere, & ſic uult quòd qui prohibetur condemnare, non prohibetur abſoluere.

63 Pro ſolutione iſtorum iurium contrariantium docto. conſtituunt tres caſus. †Primus eſt quando lex concedit iuriſdictionem in cauſa criminali alicui iudici, & poteſtatem abſoluendi: nam uidetur concedere etiam poteſtatem cõdemnandi, & è contrario, niſi expreſſè excipiat per dicta tria iura prima.

64 Secundus caſus eſt †quando princeps delegat cauſam criminalem alicui, non corrigendo leges: ut quia delegat illi, qui poteſt habere merum & mixtum imperium, tunc quoque ſi committit abſolutionem uidetur etiam committere condemnationem, uel è contrario per dicta prima iura, & per dictam regulam contrariorum ſupra traditam: quoniam eadem ratio uidetur militare ſemper, ne eueniat quòd reus trahatur ad diuerſos iudices, & uexetur in expenſis.

Tertius caſus eſt quando ſtatutum corrigendo ius commune, uel princeps corrigendo ius commune, delegat abſolutionem uni, an uideatur condemnationem delegare, uel è contrario, taliter quòd nos ſumus in correctoriis, & in hoc caſu uarii ſunt docto. & fundamenta uaria adducunt pro utraque parte, quibus reſpondetur ut articulus fiat diſputabilis.

65 Eſt igitur dubitatio, †an in materia correctoria prohibita condemnatione, ſit prohibita abſolutio, uel permiſſa abſolutione ſit permiſſa condemnatio, Areti. in ſpecie formauit iſtam quæſtionem column. ſecunda. & determinauit quòd ſemper prohibito uno, uideatur prohibitum aliud: quia regulariter dicta duo [illegible] paſſu ambulant, per dictas tres primas le[illegible] &
quando duo ſunt æquiparata per regul[illegible]
ſpoſitum in uno habet locum etiam in [illegible]
in correctoriis, ut per Bar. in l. Mar[illegible]
quod autem. ff. ad Trebelli. & in au[illegible]
teſtator. C. ad l. Falcidiam, & al[illegible]
tex. in auct. de hæredibus ab inteſt[illegible]
tibus. §. ex his. ubi correctio fact[illegible]
tibus, trahitur etiam ad tutela[illegible]
tur æquiparata. Et ad glo. in di[illegible]
det quòd malè loquitur, & e[illegible]
ibi Stephanus, & Petrus de [illegible]
ciatus uerò allegat in contr[illegible]
per militat diuerſa ratio: c[illegible]
ſemper fauorabilis, & conc[illegible]
ſa. argument. leg. Arrianus. [illegible]
obligationibus.

Sed reſpondetur ſecundum [illegible]
non conſideramus fauorem cau[illegible]
ſolutio uel condemnatio: ſed co[illegible]
tionem, qua legiſlator motus fui[illegible]
dum condemnationem, cum ita [illegible]
publicæ in condemnando, ſicut [illegible]
propter quem omnis diſp[illegible]

latur fauorabilis, ut per Bar. in l.2.§ exercitus ff.de his qui notantur in.& l. quemadmodũ. C. de agric.& cenſ. lib.xj.& l.ſi quis id quod.ff.de iuriſdictione omnium iudicũ. & ſæpe poteſt eſſe ratio prohibendi condemnationem: quia in ea forſan uerſatur periculum tumultus, propter auctoritatem condemnandi, uel quia propter eius dignitatem, dedecus eſt quòd à magiſtratu inferiori condemnetur, uel quòd executio fiat à debili magiſtratu, quæ ratio non militauit in abſolutione. ſed ſi ratio militaret, etiam in ea, tunc traheretur non obſtante quòd abſolutio ſit fauorabilis. Simile eſt de lucro & dãno quæ ſunt contraria l.ſi.C.de codici.& tamen diſpoſitio facta de uno porrigitur ad aliud, l. ſecundum naturam, de reg. iur.& dicto. §. illud. inſti. de ſocie. Similiter iniuria facit actum odioſum, & tamen ad utrunque porrigitur. leg. prima. ff. de noui operis nunciatio. coniuncta l.prætor. eodem titulo.& l.diem proferre.§.ſtari.ff.de arbit.ut hic per eum ſequentem iſtam regulam.

Srat igitur difficultas prædicta, An quando prohibeatur condemnare ille qui de iure communi poteſt facere utrunque, & ita ſumus in materia correctoria, an uideatur etiã prohibitus abſoluere. Prima eſt opinio quòd trahatur per illam regulam de æquiparatis. l. in tantum. ff. de ſeruo corrupto. & per Docto. in dicta auct. ſed cum teſtator.cum ſimilibus. Sed faciliter poteſt reſponderi, negando quòd ſint æquiparata per modum regulæ. Prætereà in illis locis argumentatio fit ab æquiparatis, quando militat eadem ratio, & non aliter, in hoc caſu dicitur quòd militat diuerſa ratio, ut per Decium in dicta leg. nemo poteſt. ff. de reg. iur.

Secundò mouetur Sozi.hic: quia arguere de condemnatione ad abſolutionem, eſt arguere de actore ad reum: ſed actor & reus à pari iudicantur. l. ſi. cum glo. C. de fructibus & litis expenſis. & glo. in Clem. ſæpe. de uerborum ſignificat. ergo, & condemnatio & abſolutio. Sed reſpondetur per Iaſ. quòd regula retorquetur: quia in ferendo ſententiam, fauorabiliores ſunt rei quàm actores. l. fauorabiliores. ff. de reg. iur. hic autem ſumus in terminis ferendæ ſententiæ. ergo non ſit extenſio ad abſolutionem, ad finem ut impediatur, ergo reſponſio ſolum concludit in caſu dictæ clem. primę de hereticis. Sed non concluderet in caſu contrario, ſi poſſet condemnare, poſſet abſoluere, & è contrario, quando prohibeatur abſolutio in uerbis.

66 Tertiò adducit Sozi.tex. in l. ſolent. ff.de officio proconſ.& leg.† ubi legatus non habet ius liberandi: quoniam apud eum non poteſt accuſari, id eſt, ipſe non poteſt condemnare, & quando eſt facta delegatio non uenit ius liberandi: quia non poteſt uenire ius condemnandi: ergo ſi habere habilitatem ad utrunque, ueniret utrunque. Sed potes reſpondere quòd ille tex. non probat, ſi tenes quòd ſi non uenit delegatio abſolutionis, & intelligas ut ipſe liberet, ſcilicet delegans. Item dicit legatum non poſſe abſoluere: quia non habet iuriſdictionem criminalem in cognoſcendo, & delegatio etiam in ſpecie, de abſolutione non ualeret, ut poſſet abſoluere: quia cauſa meri imperii indelegabilis eſt, ſolum ergo delegatio affert, quòd ipſe poteſt carcerare, & capere informationem, non autem ut faciat proceſſum plenum. Vnde optima eſt conſequentia non habet cognitionem cauſarum criminalium neq; poteſtatem faciendi proceſſum, ergo non poteſt abſoluere nec condemnare ex deffectu iuriſdictionis, ergo nihil facit ad caſum noſtrum, in quo præſupponimus quòd ſit facta delegatio ualida de uno contratio.

Ideò ut ille tex. faciat pro Sozino, oportet intelligere eum quòd per delegationem transfertur pôteſtas liberandi, ſed non poteſtas condemnandi, quoniam ſi non habet cognitionẽ, non transfertur poteſtas abſoluendi, nec condemnandi: quia non poteſt animaduertere; tamen adhuc reſpondetur quòd non poteſt condemnare: quia in delegatione erat expreſſum quòd ſolum poſſet abſoluere, de negando ei poteſtatem condemnandi, & ſic ſumus in caſu claro, & non facit aliud, tamen probat ille tex. ſecundum unum intellectum, quòd delegatio facta de abſolutione non compræhendit condemnationem, tamen in contrarium dixit glo. in dicto cap. cum inferior. xxj. diſtinctio. ſed poteſt dici quòd ibi delegatus, prohibetur delegare cauſas criminales, & in dubio reſtringitur, ne uideatur delegare ſententiam in aliqua parte.

Quartò adducit Sozi. quòd præſcriptio iuriſdictionis, eſt ſtricti iuris, ut ſi poſſideatur unum caput iuriſdictionis non extendatur ad aliud, ut per Bar. in leg. prima §.ſi quis hoc interdicto.inf.de itin.actuq; priuato. ſed qui præſcribit poteſtatem condemnandi, etiam præſcribit poteſtatem abſoluendi: quia ſunt eiuſdem gradus, ut no. per Bal.in l.imperium.de iuriſdictio. omnium iudicum, & ſi hoc eſt in præſcriptione, idem & fortius erit in ſtatuto, uel delegatione in quo non tam ſtrictè proceditur. Sed dictum Bal. ſemet ipſum ſoluit ex eo: quia præſupponit quòd ille qui præſcribit & abſoluit, cognoſcebat cauſas criminales ad finem decidendi, & per hoc poſſidebat etiam ius condemnandi, & quando rei reperti fuiſſent innocentes, non deſinit poſſidere poteſtatem condemnandi, paratus condemnare ſi caſus eueniſſet, & cum poſſederit utrunque, meritò ſine extenſione utrunque præſcribit, ſin autem ipſe ſolum poſſediſſet poteſtatem abſoluendi reos, & ſi eueniſſet caſus condemnandi, remiſiſſet eos condemnandos ad ſuperiorem, tunc non uideretur præſcripta poteſtas condemnandi, ut ibi per

eum & ſic dictum Bal. non facit.

67 Quintò pro hac parte adducitur, † quòd ſtandum eſt regulæ ſicut Bononienſes, Catocio, glo. in l. omnis diffinitio. de reg. iur. Sed regula eſt, quòd qui habet unum, habet & aliud, dicta l. 3. inſ. de re iudi. & l. nemo poteſt. de reg. iur. & dicto cap. cum inferior. ergo etiam & in hoc caſu ſtabimus regulæ. Item regulam habemus ſupra firmatam, quòd diſpoſitio facta de uno contrario, trahitur ad aliud contrarium, ſed reſpondetur quòd utraquè regula procedit quando militat eadem ratio: ſecus ſi diuerſa, ut patet ex no. in dicto cap. cum inferior. Vbi nõ procedit in multis caſibus, de quibus infra dicemus. Nec eſt tenendus intellectus ad dictam l. nemo poteſt, quòd procedit in eo qui non habet iuriſdictionem, quoniam nullius eſſet dubitationis, quærere an priuatus poſſit abſoluere reos, & ille qui non habet iuriſdictionem non poteſt cognoſcere, & minus abſoluere, uel condemnare. eſt igitur ſolutio & intellectus earum, quòd loquuntur in conceſſionibus legalibus, ſimplicibus, non correctoriis, & in illis qui poſſunt utrunq; cõcedere & prohibere.

68 Sextò poteſt induci dicta Clem. prima de hæret. in proœmio, dum dicit quòd fauore fidei inducitur illa correctio, ſed ille fauor militat tã in abſolutione quã in condemnatione, ergo & diſpoſitio in utroque, poſſet enim eſſe quòd unus ſolus eſſet nimis facilis in abſoluendo in damnum fidei. ſed reſponde ut infra in reſolutione, declarando illam Clem. Sed circa intellectum dictæ Clem. ulterius inſtandum eſt, quoniam ab eo dependet reſolutio præſentis quæſtionis. Vnde pro opinione contraria quòd imò prohibita condemnatione, non prohibeatur abſolutio, facit ratio generalis poſita per glo. in dicta Clem. quòd quæ non mutantur, nõ prohibentur ſtare. l. præcipimus, in fin. C. de appellationibus: ſed non prohibetur abſolutio, ergo ipſa remanet in diſpoſitione iuris communis. Item quia prohibitio facta de uno, includit permiſſionem de alio, l. cum prætor. de iud. & l. maritus. C. de procuratoribus. Sed reſpondetur quòd illud eſt uerum, niſi ex rationis identitate appareat diſponentem uoluiſſe in caſu contrario etiam diſponere. Videtur autem papa in dicta Clem. & ſcribentes idem uoluiſſe in abſolutione, ut ſimul procedant fauore fidei, & reorum: quia utilius eſt per plures cauſas cognoſci, ut no. in l. prima, & ſecunda. extra de arbit. & etiam in correctoriis ex identitate rationis fit extenſio. maximè quãdo ſunt æquiparata per modum regulæ, dicta l. in tantum. ff. de ſeruo corrupto. Item ſi fieret iſta differentia, an eſſemus in correctoriis, uel pœnalibus, uel fauorabilibus, nimis uiolarentur regulæ prædictæ contrariorum, quatenus docto. intelligunt etiam in correctoriis & pœnalibus ut patet in exemplo ſtatuti, diſponentis quòd teſtamentum fiat coram tribus teſtibus. & glo. in dicto cap. cum inferior. uoluit quòd in delegatione procedat ſemper & contra regulas iuris quando aufertur iuriſdictio ordinarii. Et Nicolaus Euerardi in ſuis exemplis loquitur etiam in pœnalibus, & correctoriis, & facit; quia non comprahendendo abſolutionẽ, minus læderetur ius commune: ergo non fit extenſio: argum. no. in l. ij. C. de noxalibus. & res de facili reuertitur ad naturam ſuam. l. ſi unus. §. quod ſi in tempore. ſupra de pact. Sed reſpondetur eodem modo quòd ubicunque cõſtat de uoluntate diſponentis, non attenditur an lædatur ius commune, cum ex identitate rationis fiat extenſio, propter tacitam uoluntatem diſponentis, imo potius eſt comprehenſio: argum. l. nominis & rei. §. uerbum. de uerborum ſignification. Vel ſecundò poteſt dici, quòd imò ledit ius commune, non comprahendendo abſolutionem: quoniam iſta duo ſunt connexa per ius, & ordinatum eſt quòd diſpoſitio facta de uno, trahatur ad aliud, dicta l. 3. ff. de re iudica. & dicta l. nemo. & dicto cap. cum inferior.

Tertiò adducitur: quia illa deciſio eſt facta in fauorem rei ut à pluribus debeat condemnari. ergo non debet retorqueri in eius odium, ut poſteà per concurſum alterius impediatur abſolutio. Sed reſpondetur quòd illa Clem. nõ fuit facta fauore rei, ſed fauore fidei, ut plures perquirat hæreticos, & eos perquiſitos poſteà iudicet rectè, & iuſtè iudicent: quæ iuſtitia æqualiter conſiſtit in abſoluendo, quia quod à pluribus cognoſcitur melius iudicatur, dicto cap. ij. de arbitr.

Quartò ultra prædicta ad intellectum dictæ. Clem. adducitur tex. in leg. quoties. §. adeò. C. ubi ſenato. uel clariſſimi. ubi patricii & exiſtentes in maxima dignitate, poſſunt abſolui ſi ſunt in caſu abſolutionis: ſed non poſſunt condemnari ſi ſunt in caſu condemnationis. Ergo licet ab epiſcopo uel inquiſitore ſolo non poſſint condemnari, non eſt inconueniens quòd poſſint abſolui. Sed reſpondetur ꝙ ibi illud eſt: quia expreſſum fuit, & lex ulterius proceſſit. Ideo ſeruatur quod diſponit, ſed per hoc non debet iudicari. Idem ſeruandũ ſi lex ulterius non proceſſiſſet, imò poteſt retorqueri: quia ſi non fuiſſet neceſſarium ſeparare illa duo, non fuiſſent ſeparata, ergo in dubio uniri debent.

69 Quintò adducitur tex. in cle. fi. in fi. de uerborum ſignificatio. ubi ſecundum unum intellectum eſt ſpeciale in mandato, propter naturam mandati, ut illa diſpoſitio facta de uno contrario, non trahatur ad aliud, ergo eadem ratione in correctoris, ſtricta debet fieri interpretatio. Sed reſponderi poteſt ut ſupra, ꝙ ibi non cogitauerat Papa de augmento: quia pro firmo erat expoſitum ei, quòd erant diminutæ facultates: ideò non poteſt trahi mandatum ultra eius intentionem. Sed ſi fuiſſet in ſupplica-

plicatione narratum eſſe dubium, an facultates eſſent auctæ, uel diminutę, tunc concedendo poteſtatem diminuendi quando facultates deterioratæ eſſēt, uideretur etiā cōceſſa poteſtas augendi numerum ſi facultates auctę fuiſſent: quia cogitatum fuiſſet de utroque, & diſpoſitio nō trahitur ad non cogitata, l. cum Aquiliana. ſupra de tranſactionibus. Et hæc uidetur realis reſponſio ad illum tex. ſecundum quam nullū eſt ſpeciale in mandato. Secundò etiam reſpondebat Rip. ꝙ ibi non militat eadem ratio, ut ego ſupra declaraui, & ſic tunc non faceret. Sextò pro iſta parte facit, quia limitata cauſa limitatum producit effectum, l. in agris. de acquir. rer. domi. l. age cum Gemi. ubi Iaſ. C. de tranſactio. ſed cauſa illius diſpoſitionis fundatur, quia ſub pietatis conſideratione innocentes puniuntur, in detrimentum fidei, & de hoc fuit facta querela. ergo reſpectu ipſius etiam debet diſponere, & non ulterius. nam ſi uoluiſſet etiam abſolutionem tollere, potuiſſet prohibere ſimpliciter eos in tali cauſa iudicare: nam & in ſtatutis limitatus conſenſus attenditur. Sed reſponderi poteſt quòd illa non ſit ratio finalis, ut uidetur reſpondere hic Hermanotius, & illam ibi exprimit Papa, tanquam inducens maius malum, cum melius ſit nocentes abſoluere, quam innocentem condemnare.

Per quæ apparet quòd articulus eſt diſputabilis, & opinio Sozi. non ita ſimpliciter procedit: ideò ipſemet poſteà mutando opinionem, dixit diſtinguendū eſſe: quòd aut fuit ſublata iuriſdictio in condemnando, & tunc non uideatur ſublata in abſoluendo. nam iſta duo nō ſunt ita connexa, ut unum ſine alio ſtare non poſſit, imò poſſunt ſtare per nota. in l. 3. C. ubi ſenatores uel clariſſimi & l. ſolent ſup. de officio proc. & leg. ergo uno remoto, non ſequitur de neceſſitate remotio alterius, quando alterum eſt fundatum ſuper iuriſdictione non ſublata: Aut eſt ſublata iuriſdictio ſimpliciter, & non dico ſublatam condemnationem & abſolutionem: quia ſublatum eſt fundamentum, per dictam l. ſolēt, & uult glo. in terminis in l. nemo poteſt. de reg. iur. Primo enim caſu non dicitur ſublata iuriſdictio, ſed potius ſublatum exercitium circa cōdemnationem, ita procedit glo. in dicta Clem. j. de hæreti. & facit magnani uim, quoniā concederetur: quia tūc reciperet augmentū, ſecus quādo excluditur à cōdemnando, ut in caſu noſtro quia diminutio nō recipit augmentū, l. Tiria cū teſtamēto §. fi. ſup. de inoſ. teſt. l. cū quidā. ſup. de lib. & poſth. glo. in l. 2. C. de acq. hæred. ut hic p eū. Sed ipſe nō aduertit ꝙ in totū receſſit à prędicta opinione: quia quādo tractamus de cōceſſione iuriſdictionis, nos ſumus in j. & ij. caſu. caſus autē noſter eſt quādo ſumus in correctorijs, & cōcedēdo, uel adimēdo unū, corrigitur ius cōmune, in quo ipſe cōcludit, ꝙ nō fiat extēſio p regulas reſtrictiuas, & diminuatur correctio.

70 Vndę aliàs ego … atiuę loquēdo dicebam plenius, aut iſti termini ꝓhibentur, aut conceduntur. Primo caſu quando prohibentur, aut ꝓhibentur ſimpliciter ſub conſideratione cognitionis cauſæ, & tunc ſi prohibetur condemnatio, uel abſolutio ſimpliciter reſpectu cognitionis, ut quia cogitat ꝙ ille non habet cognitionem illius generis cauſarū, tunc prohibito uno prohibetur aliud: quia militat eadem ratio, & hoc modo procedit lex. nemo. ff. de reg. iur. Si enim magiſtratus municipales prohibentur cognoſcere cauſas criminales, ſi lex dicat eos non poſſe condemnare, ſimul quoque dicit eos non poſſe abſoluere, & è contrario: uel ſi laicis qui nō habent regulariter iuriſdictionē in clericos prohibetur condēnatio, ſimul quoque prohibetur abſolutio, arg. cap. at ſi clerici, & cap. cū nō ab homine. extra de iud. Si uerò eueniat ꝙ prohibeatur unus iudex, potens, timore forſan tyrānidis, uel nimiæ duritiæ & tunc prohibita cōdemnatione non eſt prohibita abſolutio: quia ſuſpicio nimii rigoris, militat in condemnatione, non in abſolutione, & hic poteſt eſſe caſus in dicta Clem. j. de hæret. nam ibi propter querelā ꝙ inquiſitores procedebant, non ſeruando metas ſuæ iuriſdictionis, & in hoc grauabātur ſubditi ſub pietatis ſpecie, ideò ꝓhibetur condēnatio fieri ab ipſis inquiſitoribus ſolis, & ab epiſcopis etiam. ſed nō prohibetur abſolutio: quia in ea nō cadat ratio nimiæ duritiei. Si uerò querela erat de nimia licentia ſeu leuitate, & tunc ſi eſſet prohibita cōdemnatio tāto fortius & abſolutio: quia in ea militat ratio leuitatis: ſed è contrario ſi eſſet prohibita abſolutio, non eſſet prohibita condemnatio: quia ceſſaret dicta ratio leuitatis.

Secundo autē caſu principali quādo permittitur unum ex iſtis, & tūc ſi permiſſio facta fuit ſub conſideratione iuriſdictionis in illis cauſis, per permiſſionem unius, eſſet etiam aliud permiſſum, ut probatur in d. l. 3. ff. de re iudicata. ſin autē querela eſſet de nimia leuitate, tūc permiſſio abſolutionis fortius tribueret pmiſſionē cōdēnationis, quia minor eſſet ſuſpicio, ſed ſi permitteretur condemnatio, nō eſſet permiſſa abſolutio. ſin autē querela eſſet de nimia duritia, tunc è contrario permiſſio cōdemnationis traheret ſecū permiſſionem abſoluendi, ſed permiſſio abſolutionis non traheret ſecū condēnationem, quia militat ratio querelæ in condemnatione, quæ ceſſat in abſolutione: arg. dictæ Clem. j. de hæreti. & in ſumma concluſio eſt, ꝙ diſpoſitio facta de uno caſu trahitur ad aliud, quando militat eadem ratio in utroque, aliàs ſecus: quoniam quando militat eadem ratio, ut latè dixi limitando infinitas auctoritates, in l omnes populi. in 6. quæſtio. principali. de inſti. & iure, in materia extenſionis, ſi uerò non militat eadem ratio, non fit extenſio, quia de illo caſu non cogitauit diſponēs & tanto fortius; quia natura contrariorum eſt, ut ſe inuicem remoueant, non quòd ſe inui-

cem ponant. ille aut ille. de uerborum ſignification. & probant argumenta adducta pro prima parte. & iſta duo non ſunt connexa, ita quòd unum trahat ſecum aliud de neceſſitate, per dictam l. ſolent, & l. 3. C. ubi ſenatores uel clariſſimi.

71 Attamen † quia hæc diſtinctio non reſoluit omnes caſus contingentes, & omnes difficultates, tu magis theoricè ita diſtinguas. Aut in diſpoſitione eſt aſſignata ratio certa, quæ ratio apparet quòd militat in utroq; contrario, tunc diſpoſitio facta in uno habet locum & in alio, per dicta in prima regula, in qua omnes conueniunt. Aut uerò nulla eſt aſſignata ratio, in ſtatuto tamen ſunt alia uerba expreſſa, uel talis eſt materia, quòd non poteſt aſſignari niſi una ratio, ſecundum quòd doct. diſputant in l. maximum uitium. C. de lib. præter. & tunc ſi illa ratiò militat in alio contrario, adhuc etiam diſpoſitio illa extenditur, per dicta in prima regula, coniunctis no. in l. maximum uitium. C. de lib. præter. & etiam in ea omnes conueniunt. Si uerò nulla eſt aſſignata, uel non ſunt coniecturæ ꝙ unica tantum poſſit aſſignari, & tunc inſauorabilib. extenſio poterit fieri ex ratione, qua ſi ratio quæ utriq; côueniat uideatur aſſignata. ut diſpoſitio extendi debeat. Sin autẽ nulla eſt aſſignata, neq; etiã eſt côiectura probabilis de aliqua ſpeciali, uel nos ſumus in exorbitantibus omninò, & correctorijs, & hic eſt caſus dubius: quia neque ex uerbis, neque ex ratione argumẽtari poſſumus. Vnde militant contrariæ coniecturæ, quoniam ab una parte facit natura contrariorũ, quæ ut ſe inuicem uideantur côtinere, iuxta. §. illud. inſt. de ſocie. & ab alia parte facit regula, ꝙ caſus omiſſus, habetur pro omiſſo l. ſi cum dotẽ. ff. ſol. mat. & alia ꝙ in exorbitantibus & correctoriis, ꝙ non mutatur, non prohibetur ſtare. l. præcipimus. in fi. de appel. & l. ſancimus, C. de teſt. & alia ratio, ꝙ nemo loquitur ſine uerbis, l. Labeo. in fi. ff. de ſuppe. leg. & in dubio nõ eſt recedendum à uerbis. l. non aliter. ff. de leg. 3. l. j. §. is qui nouem. ff. de exercit. actio.

Finaliter mihi placet ꝙ in hoc caſu diſpoſitio nõ trahatur ad aliud contrarium: quia magis urgẽt ultimæ rationes, ꝙ non fiat extenſio, quoniã in dubio nõ uidetur cogitatũ, niſi de eo quod in uerbis expreſſũ fuit, d. l. Labeo in fi. ff. de ſupellecti. leg. & facit cap. fi. de uerb. ſignific.

72 cum alijs ſimilib. † Et ita in effectu tu poteris facere regulã, ꝙ diſpoſitio facta in uno côtrario, nõ trahitur ad aliud. Ampliatur procedere quãdo ratio aſſignata nõ militat in eodẽ côtrario, uel quãdo ſi unica ratio poteſt aſſignari, illa nec etiã poteſt habere locũ in alio côtrario, uel etiã quando ratio eſt dubia, & nos ſumus in correctoriis. Limitatur primò quando ratio aſſignata procedit etiã in alio contrario, uel ſecundò quando ratio unica poteſt aſſignari, quæ militat in utroq; contrario: uel tertiò quando ratio eſt dubia tamẽ ſumus in fauorabilibus, Nã in iſtis tribus caſibus, diſpoſitio de uno côtrario trahetur ad aliud, per ea quæ dicta ſunt in prima regula, & ſecunda. alioquin ſecus.

Nec obſtat quòd natura contrariorum uidetur ſemper, ut ſe inuicem contineant, ſaltem ut contraria diſpoſitio inſurgat: quia uerũ eſt, quando eadem ratio militat, uel expreſſa uel præſumpta: ſed quãdo nulla ratio militat, tunc attẽdimus uerba, quæ unum contrarium tantũ modo continent, & non habemus legem dicentem, quòd ex ſola natura contrariorum, diſpoſitio facta in uno, trahatur ad aliud, ſed hoc tantummodo inducitur propter idẽtitatem rationis, ex quadam conſequentia, & extenſione, ut per glo. in d. l. Pô. §. j. ff. de proc. quæ ratio oportet aſſignari, & hæc ſufficiant de contrariis.

73 Alia ſuccedit dubitatio † quid de correlatiuis, an correlatiuorũ eadem ſit diſciplina, quã doct. hic immiſcent cum contrariis: tamen uerè eſt alia natura: quia correlatiua non dicuntur eſſe contraria, ſed habent ſuam naturam ſpecialem à lege attributam. Quare dicas, correlatiua ſunt qualitates quædam in ſubiectis inhærentes, quæ ſe inuicem reſpiciunt, ut priuatiuè, & poſitiuè, unum ſine alio eſſe non poſſit, & coniunctionem quandam inter ſubiecta inducant, ut eſt pater & filius, frater & ſoror, dominus & ſeruus, libertus & patronus, maritus & uxor. iſtæ enim qualitates nõpoſſunt reperiri in uno ſubiecto, quin in alio ſubiecto, alia correlatiua qualitas reperiatur. Vnde dicuntur correlatiua: quia ſe inuicem reſpiciunt & referunt, & ſicut relatiuum ſolet ſemper referre ſuũ ſubſtãtiuum, ita correlatiua ſe inuicem referunt & re-

74 ſpiciunt. † Vnde ualet argumentatio poſitiuè, ut ſi ponimus unum correlatiuũ in uno ſubiecto, neceſſariò ponimus aliud correlatiuum in alio ſubiecto, ſine quo nec primum eſſe poſſet, ut per glo. in Clem. prima de ſumma Trini. & fid. Catho. in uerbo æternaliter. quæ dixit, quòd ſtatim quòd damus patrem Deum, & æternum, in continenti nos damus filium Deum & coæternum: quia poſito uno ponitur & aliud, unum ſine alio eſſe non poſſet. ideò non reperitur unus cum qualitate patris, qui non habeat filium, neque unus cum qualitate mariti, qui non habeat uxorem, neque frater qui non habeat ſororem, neque dominus ſine ſeruo, aut patronus ſine liberto, & è contrario.

Similiter procedit argumentum priuatiuè, ut remoto uno, reuocatur & aliud, quoniam ſi amplius non erit uxor, non poterit eſſe maritus, & ſi amplius non erit pater, non poterit eſſe filius, & idem de ſimilibus per tex. in l. finali. cum ibi no. ff. de acceptilationibus. ubi emptione reſoluta per acceptilationem, eſt etiam reſoluta uenditio: quia ſine ea ſtare non poteſt, qd tamen intellige quantum ad illã qualitatem, in qua conſiſtit correlatiuum, non autẽ quantum ad ſubiecta. nam ſi pater mortuus eſt relicto filio, non ſequit[illegible]d filius ipſe tan-

quam

quã ſubiectũ,deſinat eſſe:imò naturaliter remanere debet, ſed non appellabitur amplius filius de præſenti, ſed ſolum appellabitur habito reſpectu ad id quod fuit. Vnde dicitur filius quondam talis, maritus quondam talis,frater, dominus,& patronus,quondam talis,& retinet hoc nomen propter quandam demonſtrationẽ de his quæ inter eos interuenerunt, uel eorum occaſione contingere poſſunt.

Quibus ſtantibus reuertendo ad propoſitũ, ſi quæratur an correlatiuorum eadem ſit diſciplina,conſtituenda duo ſunt capita ſeparata.an ſit eadem diſciplina quantum ad cognitionem, & an ſit eadem diſciplina quantum ad diſpoſi-
75 tionem. † In primo capite conſtituas regulam, ut in contrariis, quòd cognito uno de contrariis cognoſcitur & reliquum, & fortius quàm in contrariis: quia ſe inuicem referunt, quæ regula ampliatur procedere, etiam quantum ad modum inducendi: quia ſi cognoſcimus quomodo unum inducatur, cognoſcimus etiã quo modo aliud inducatur, & ſi ſcimus quomodo fiat filius,uel maritus, ſcimus quoque quomodo fiat pater, & uxor,& idem de aliis:quoniam ſe inuicem referunt, & unum ſine alio eſſe non poteſt, ſicut & hoc eſt in contrariis.per l. nihil eſt tam naturale. ff. de reg. iuris. & cap. primo de reg. iur. in antiquis, Nec uidetur poſſe dari limitatio niſi lex aliter diſpoſuerit: quoniam ſi per legem unum impediatur cum aliqua qualitate adiuncta, aliud quoque impeditur.

76 Tertiò ampliatur procedere † etiam & in uno ſubiecto,quia ſi cognoſcimus unã qualitatẽ eſſe in uno ſubiecto,cognoſcimus quoq; aliã qualitatẽ correlatiuã non eſſe in illo ſubiecto: ſed reperiri neceſſariò in alio, cum in una & eadem perſona, non poſſit eſſe paternitas & filiatio,frater & ſoror,maritus & uxor,quod tamen intellige quando ſunt correlatiua deſtinata ad diuerſa ſubiecta. Si uerò eſſent correlatiua deſtinata ad unum ſubiectum, ut ſunt plura membra in uno corpore: nam inter ea eſt quædam correlatio,& tunc erit regula contraria,ꝙ ſi cognoſcimus unum correlatiuum in uno ſubiecto, cognoſcimus quoque eſſe aliud correlatiuum. Vnde uiſa muliere ad feneſtram cum capite & manibus,cognoſcimus quòd ſunt cætera membra naturaliter, & ſi reperitur una manus,cognoſcimus quòd cætera membra interuenerunt. Vnde ſi quis eſt inquiſitus de homicidio, & haberet manus in ſua domo, inducitur præſumptio quòd fuerint cætera correlatiua, in illo loco, ut rationabiliter torqueri poſſit.

77 Item & quartò † ampliatur procedere in pluribus ſubiectis. ut ſi de hominibus certis cognoſcamus, qui ſint patres uel mariti, cognoſcimus alios eſſe filios, uel uxores: argu. inſti. de tutelis. §. primo. & de his qui ſunt ſui uel alieni iuris. §. primo [illegible] fallit niſi lex aliter diſponeret, quòd tamen non faciliter poſſet reperiri: uel quando argumentaremur in diuerſo tẽpore, ſicut etiam dictum fuit de contrariis.

78 Secundum eſt caput: An correlatiuorum ſit eadem diſciplina quantum ad diſpoſitionem, ut ſi fiat diſpoſitio de uno correlatiuo, an uideatur facta de alio. In quo capite adhuc conſtituuntur tres regulæ,ſicut & in contrariis. Prima eſt, quòd quando militat eadem ratio, diſpoſitio facta in uno ex correlatiuis, uidetur facta in alio, per tex. in l.fi.C. de indicta uiduit. tol.ubi correcta lege IuliaMiſcella,in uxoribus, correcta etiam intelligitur in maritis, ut ibi dixit Iuſtinianus, & permiſſo uno,uidetur permiſſum aliud,ſeu uno prohibito, aliud quoque eſt prohibitum,Bal.in l.3.in fi.C.de ſacroſanct. eccl.& Bal. in rub. C. de rebus cred.col.2.uerſi. ſecundò quæro.& Bar.in dicta l.fi.in prin.& in l. ſi ab eo.C.de legitim. hæredibus.

Et ampliatur procedere etiam in pœnalibus & odioſis,l.prima. & ibi Bar.C.de cupreſſ. lib. xj.& etiam in correctoriis dicta l.fi. ubi Bar. & habetur per Genu.in cap.j.de tempo.ordi.lib. 6.Et lex corrigens in actore, uidetur etiam corrigere in reo, glo. ordinaria in l. per interuallum. de iud. & in auth. qui ſemel. ſuper uerbo triginta die.C.quom. & quando iud.& ibi Sali. facit l.ſi cũ diebus §.pe. ff.de arb.& lex ueteres. ff.de actio.emp.& l.cũ emptor. ff. de reſcinden. uẽdi.& alios caſus ultra cẽtũ,ponit Baptiſta de Sãcto Blaſio in ſuo tractatu correlatiuorũ. facit l.ſi quis ſeruo.& ibi glo.& docto.C.de fur.& Cl. prima in fi. de hæreti. & cap.cum expediat. de electio.io 6.quia correlatiua actiuum, & paſſiuum,ſunt ſimul & eodem tempore, Bal. in rub. C.de reb.cred.ad fi.uerſi.ult.quæritur, & correlatiuorum eadem eſt natura.Bal.in auct.ex cauſa.8.col.uerſi.concludo ergo.C.de lib.præteri. & uno oppoſito ſequitur & reliquum,ut per Signo. de Homod. in conſ. 69. cum ſimilibus.

79 Secunda eſt regula, †quòd ſi diſpoſitio eſt facta ſuper uno effectu unius correlatiui ſi militat contraria ratio,uidetur etiam facta ſuper effectu alterius correlatiui,ſicut quoq; dictũ fuit de contrariis.per l.& ſi contra.ff.de uulg. & pupil.& l.fi.§.fi.ff.de leg.3. ut ſi forſan effectus maſculinitatis eſt,quòd maſculus debeat incedere cũ ueſte breui, è contrario facta diſpoſitio ꝙ uxor debeat incedere cũ ueſte lõga:quia militat cõtraria ratio:quoniã maſculi habent caligas,& debẽt ſe exercere in armis,mulieres uerò nõ habeãt & nõ ſe exerceant in armis,& habeãt uentrem impedientem, & idem in ſimilibus.

80 Tertia eſt regula, † quòd diſpoſitio facta in uno ex correlatiuis non trahitur ad aliud, quã do militat diuerſa ratio propter illam regulã: quia correlatiua habent nomina diſtincta, & ſi fiat mentio de uno, non eſt facta expreſſio de alio,& idcò dicitur caſus omiſſus, qui debet remanere ſub regula iuris communis,& nemo ſine uerbis loquitur l. Labeo. in fi. ff. de ſupelle-

cti. legata. Vnde cum per Orficianum ſenatus
conſ.eſſet inductum, quòd filius ſuccederet ma
tri,non fuit è contrario inductum quòd mater
ſuccederet filio:ſed fuit neceſſarium aliud ſena
tus conſultum Tertullianum, uocans matrem
ad ſucceſsionem:quoniam militabat diuerſa ra
tio,ut per Iaſonem in d.l.fi.& l.tranſigere.col.j.
C.de tranſact.per tex.cum glo. in l.curatorem.
C.de interdi.matr. Ideo dixit Bened.de Plum.
in ſuo conſilio primo quòd diſpoſitio facta ſpu
rio ut ſuccedat patri, non facit quòd e contra-
rio pater poſſit ſuccedere filio: qnia militat di
uerſa ratio: quoniam in patre eſt delictum in
committendo, quod non eſt in filio.C.uaſc.56.
diſtin.& in filio uiget ratio miſerationis, &
idem poſſet dici de ſimilibus exemplis.

81 Vnde docto.iuſerunt hic ad queſtionē † quid
ſi ſtatutum diſponat quòd ſoror non poſſit ſuc
cedere in bonis fratris,an è contrario uideatur
eſſe diſpoſitum,quòd frater non ſuccedat in bo
nis ſororis,Bal.in l.lege.12.tab.C.de legi. hære
di.dicebat quòd non,& idem tenet ibi Paulus
de Caſtro.& Iaſ.hic & Ancha.in cap. canonum
ſtatuta.de conſtitutio.& Decius in l. ſecundum
naturam. de reg. iur.concludentes quòd licet
ſoror ſit prohibita ſuccedere in bonis fratris,
tamen frater non eſt prohibitus ſuccedere in
bonis ſororis, & mouentur: quia non debet
multiplicari inconueniens cum ſi toleramus
quòd ſoror non ſuccedat fratri, non debemus
inducere aliud inconueniens, quòd frater ex-
cludatur à ſucceſsione ſororis. Sed tamen hoc
fundamentum parum ſtringit,quoniam inter-
pretando quòd frater ſit excluſus à ſucceſsione
ſororis,potius nos mitigamus inconueniens in
ductum,quàm quòd de nouo aliud inducamus,
cum ſecundum naturàm uideatur,quòd ſi ſoror
non ſuccedat fratri,eodem modo nec ipſe fra-
ter ſuccedat ſorori:arg.rub.& nigro.in auct.de
æqualit.do.& eſt de mente tex.in dicta l.12.ta-
bularum.arg.l.ſi totas.C.de reuocād. donatio.
Secundò inducitur dicta l.lege 12.tabul.quę di
cit illam inæqualitatem inductam.per l.12.tab.
eſſe iniquam,& ideò Iuſtinianus eam corrigit:
tamen ante correctionem ſeruabatur, ergo &
etiam in hoc caſu ſeruari debet uſquè ad corre
ctionem. ſed adhuc facilis eſt reſpōſio: quia ibi
ideo ſeruata fuit, quoniam ita expreſſum erat
in l.& nemo contradicit,quòd ſi lex uult facere
hac diſparitatem,quin poſſit facere,ut habetur
in l.maximum uitium.C.de lib.præter.Sed ſi nō
fuiſſet hoc expreſſum, non negat ille tex. quin
fieret extenſio, cum aliter diſpoſitio remaneat
iniqua,imò innuit quòd ſic,ut ibidem dicitur,
& nos habeamus quòd diſpoſitio facta de uno
contrario,trahitur ad aliud contrarium etiā in
correctoriis,per dicta in præcedentibus,& pro
cedit etiā in correlatiuis. d.l.fi.ff. de acceptila.

82 Tertio pro opinione † quòd non fiat exten-
ſio, inducitur uulgata regula,quòd caſus omiſ
ſus remanet ſub diſpoſitione iuris communis,
& in ſtatutis habetur pro omiſſo.l. ſi extraneus
ff. de conditionibus ob cauſam. & l.ſi cum do-
tem. ff. ſoluto matrimonio: ergo ſi nihil dicit
de fratre,remanebit uocatus per regulam iuris
communis. Sed reſponderi poteſt argumen-
tum procedere, quando caſus fuit in totum
omiſſus.Sed in hac queſtione ex mente ſtatuen
tium non uidetur omiſſus, propter naturam
correlatiuorum, quæ ſe inuicem referunt, &
diſpoſitio de uno trahitur ad aliud, dicta l.fin.
C.de indict.uidui.tollend. & l.prima.C. de cu-
preſſ. lib. xj.

Quartò inducitur ratio ſupra poſita, quòd
per Orficianū fuit uocatus filius ad ſucceſsionē
matris,& tamen è contrario mater non fuit uo
cata ad ſucceſsionem filii, & ſi hoc ibi fuit
in fauorabilibus, & in his in quibus militat
ratio naturalis. ergo minus debebit præce-
dere in priuatione, ut frater uideatur exclu-
ſus:arg.l. nam & ſi parentibus.de inoffi.teſtam.
Sed reſpondetur quòd ibi conſtabat de mente
ſtatuentium,qui taxatiuè tantummodo, uoca-
uerunt filium ad ſucceſsionē matris, atquè etiā
erat inducta ratio quæ non militabat in matre,
ut probatur inſti. de Tertullia. Senatuſconſ. §.
j.idem filii magis meriti erant de republica,
quàm ipſe mulieres.

. Quintò inducitur alia ratio generalis,quòd
in correctoriis nō fit extenſio.l.cōſtitutionibus
inf.ad municip.l.ſi uerò.§.de uiro.ff.ſol.mat.ſed
reſpondetur quòd hæc non eſt propriè extēſio.
Sed eſt quædam tacita compræhenſio,ut innuit
tex.in d.l.fi.C.de ind. uidui.toll.cum ipſa corre
latiua ſe inuicem referant,& idem eſt in contra
riis,d.§.illud.inſti.pro ſocio. Vnde dicitur in l.
Pomponius,§. j.in fi. quòd ſi iudex iudicat rem
eſſe meam, ſimul quoque iudicat rem non eſſe
tuā,etiam quòd materia ſit odioſa, d.l.ſecundū
naturā, & ex ratione æquiparationis ut ſemper
uideatur eadem ratio propter æquiparationē
ut debeat fieri extenſio,ut no.in d.l.omnes po-
puli in 6.quæſt.principali.ff.de iuſti.& iur.Vn-
de hæc uidetur quædam tacita correctio, quæ
æquipollet expreſſè,l.nominis & rei. §. uerbum
ex legibus. ff. de uerb. ſignifi.

83 . Septimò † inducitur alia ratio generalis, ꝙ
ſtatutum debet interpretari ut minus lædat ius
commune,cap.dilectus,& ibi Abbas. de conſue
tudine,& Decius.conſ.441.col.2.&no.in l.2.C.
de noxal.& in l.ſi quādo,per Iaſ.de lega.j.ſed re
ſpondetur ut ſupra, quòd non procedit quan-
do correctio inducitur ex natura æquiparato-
rū,ut no.in l.ſi quis ſeruo.C.de fur.& ex natura
correlatiuorū,uel ex natura contrariorū,ut ſup.

Octauò facit ratio quam cogitauit hic Iaſ.ꝙ
in hoc ſtatuto militat diuerſa ratio:quia uide-
tur factum fauore agnationis,& quàmuis nō ſit
expreſſum,tamen quia niſi unica aſsignari po-
teſt,illa habetur pro expreſſa, ut no.in l. maxi-
mū uitium.C.de lib. præter.& in l.eam quā. C.
de fidei.ſed reſpōdetur,ne[illegible]ndo ꝙ hic una poſ
ſit aſ-

ſit aſſignari, cũ imò multæ aliæ poſſent adduci, non enim ſemper quando mulieres excluduntur a ſucceſsione, uidetur eſſe factum fauore agnationis, ſed pótuit fieri multis aliis cauſis, quas cogitauerunt docto. in dicta l. maximum uitium. & in dicta l. eam quam. ſolum autem argumentatio ſua procederet, quaudo in ſtatuto eſſet dictum, ex tantibus agnatis, ucl fratribus ſorores non ſuccedant, ut hic fatebatur Sozi. quia tunc rationabiliter illa ſola poterat aſſignari.

84 Nonò inducebat Iaſ.hic.ꝙ†frater & ſoror, nõ propriè ſunt correlatiua: ſed frater ad fratrẽ & ſoror ad ſororem, uel ſaltem quando ſoror habet multas ſorores, uel frater multos fratres, correlatio ad ſororem nõ uidetur eſſe inducta. Sed reſponderi debet aſſumptum ſuum eſſe falſum: quia licet frater dici poſſit correlatiuus reſpectu fratris & ſororis. & è contra, tamen quando conſideratio fit de fratre ad ſororem, correlatio propriè conſideratur in illis terminis, & quamuis frater habeat alios fratres, uel ſoror ſorores, tamen non minus ſoror unica poteſt dici correlatiua, reſpectu fratris: quia ſemper uerum eſt, ꝙ ipſa refertur ad fratres, ſicut & ad ſorores ſuas, in diſpoſitione in qua fit conſideratio ſororis & fratris tantũ. & ſic apparet quòd fundamenta pro iſta parte uon probant.

85 Contrariam tamẽ†opinionem tenuerunt Sozi.& ſequaces, & mouẽtur per rationem generalem de correlatiuis, quæ habet ꝙ diſpoſitum in uno, uideatur diſpoſitũ in alio, l.fi.C.de indict. uidui.tol.l.fi ff.de accept.& correlatiuũ dicitur ſimul relatiuum, & eſt neceſſariumꝙ aut utrũq; corruat, aut utrũque interueniat, cũ unum ſine alio eſſe non poſſit, ſecundum Bal.in l.conuenticulã.C.de epiſc.& cleri.& procedit argumentũ conſtructiuè ut poſito fratre, ponatur etiam ſoror, ſicut dicitur de patre, & filio, per glo.in cle. unica.in uerbo æternaliter de ſumma Trinitate & fide catholica.& deſtructiuè procedit, ut ſi remoueatur unũ, remoueatur & aliud, d.l.fi.ff.de acceptil.Similiter procedit collectiuè, ut quod eſt diſpoſitũ in uno, uideatur diſpoſitũ in alio dictis iuribus, & per Euerardũ in ſuo loco à correlatiuis.ergo expoſitio de excluſione ſororis à ſucceſsione fratris, uidetur etiam diſponere de excluſione fratris à ſucceſsione ſororis, & ſicut corrigẽs in uxore, dicitur corrigere in marito, ita corrigens in ſorore, uidetur etiam corrigere in fratre. d.l.fi.C.de indicta uiduit.tollẽ.& lex corrigens in actore, uidetur etiam corrigere in reo, glo.ordinaria in l.per interuallũ ff.de iud. & in auct.qui ſemel.ſuper uerbo triginta dierũ. C.quomodo & quando iudex, & ibi Saly. Et ſtatutum puniens emptorem, uidetur etiã punire uenditorem, quàmuis non dicat Bar.in d.l.fi.C. de indicta uiduit.tol. ubi dixit ſe cõſuluiſſe per l.primam.C.de cupreſsis, & l.ſi cũ dies.§.pen.ff. de arbit.& l.ueteris.ff.de actio.empti. & l. cum emptor.ff.de reſcind.uenditio. & alios caſus ultra centum poſuit Baptiſta de Sancto Blaſio in ſuo tractatu correlatiuorum.

Sed omnibus iſtis reſpondetur ꝙ procedunt quando militat eadem ratio, ſecus autem quãdo non militat, ut per Iaſ.in d.l.fi.C.de indi.uidui.tol.& in l.tranſigere.col.prima. C.de tranſactio.per tex.cum glo.in l.curatorem. C.de interdicto matr. Et ideò dixit Benedictus de Plũbino in ſuo conſ. j. ꝙ diſpoſitio facta de ſpurio ut ſuccedat patri non facit ꝙ eius pater poſſit ſuccedere filio ſpurio: quia militat diuerſa ratio: cum in patre ſit delictum in committendo quod nõ eſt in filio.cap. naſci.56.diſt.Vnde nõ militat ratio miſerationis ſicut in filijs. Ratio autem diuerſa eſt in ſucceſsione ſororis, fratri, quã è contrario, cũ ſorores maritentur extra familiã & per eas nõ conſeruentur bona in familia, ſecus quãdo frater ſuccedit ſorori, ſicut dicebatur in §.media.inſt.de legi.agnat.ſucceſ.quæ reſponſio paſſim eſt uera, quando apparet ꝙ hoc ſtatutũ fuit gratia ſeruandi agnationẽ, ut hic per Sozi.ſed tamen quando eſt facta ſimpliciter, illud etiam idẽ uidetur eſſe ſecundũ Iaſ. quàmuis Sozi.aliter ſentiat, cum illud ſtatutũ in dubio uideatur factũ illa ratione, attento ꝙ nulla alia conueniens aſsignari poteſt, id circo habetur pro expreſſa ut no.in dicta l.ſi uerò. §. de uiro.ff.ſolut.mat.& l.j.ff.ad Macedoni.

Secundò inducitur per Crotum generalis ratio contrariorũ de qua ſupra dictũ fuit.Sed reſpondetur eo.modo, quòd illa regula procedit quãdo militat eadem ratio, hic autẽ militat diuerſa: quia per ſucceſsi.fratris conſeruãtur bona in familia, uel è contrario per ſucceſsi. ſororis.

86 Tertio ſimiliter†inducitur illa regula de æquiparatis, quoniã ſucceſsiones cõſanguineorũ, hodie ſunt ęquiparatę per d.l.lege xij.tab.ergo diſpoſitũ in uno trahitur ad aliud.etiã correctoriè, ut l.ſi quis ſeruo.ff.de ſeruo corrupto.& no. in l.Marcellus.§.quod autẽ.ff.ad Treb.facit glo. fi. inſti. ad Tertullianum, quæ dicit ſicut filius non ſuccedit matri illuſtri, ita etiam & mater nõ ſuccedit filio.Et facit tex.in dicto.§.filium. ubi legitimatus per oblationem non ſuccedit agnatis, nec ei ſucceditur, & in l. ſi ab eo.C.de leg.hæredibus.Sed reſpondetur quòd illa ratio procedit, quando mens diſponentis eſt diſponere utroquè caſu, quando non apparet quando mens diſponentis eſt diſponere in utroquè caſu. Nam actus agentium non operatur ultra intentionem agentis, l. non omnis. ff. ſi cer. petatur mens autem diſponentis non dicitur eſſe quando ratio motiua ad prohibendum ſuccedere fratri, non militat in ſucceſsione ſororis propter conſeruationem bonorum in familia ut dictum fuit.

Quartò inducitur hic per Crotum ratio iniquitatis: quia iniquum uidetur quòd unus ſuccedat alteri, & alter uni non ſuccedat, ut dicitur in dicta l. lege xij. & in dicto §. filium. Sed reſpondetur quòd hæc iniquitas non

conſideratur quando apparet de meute diſponentis, uel ex uetbis, uel ex ratione, ut dicitur in dicta l.lege xij.tabularum,ubi illa iniquitas ſeruabatur: quia apparebat de mente,& idē erat in l.maximum uitium.C.de lib.præter.quæ ſeruanda eſt, licèt ſit dura, l. proſpexit. ff. qui & à quibus.Sic autem apparet de mente diſponentis ex tatione aſſignata per ſtatuentes, uel ex præſumpta ratione, quæ uerò ſimiliter potuerit mouere ſtatuentes, per quæ apparet ꝙ fundamenta pto alia parte adducta nec etiam ſunt uera.

87 Reſolutiuè † autem loquendo tam in prædicto caſu, quàm in quolibet alio ſimili caſu diſtinguas.Aut ratio eſt aſſignata in ſtatuto,& apparet quòd militat in utroque correlatiuo, & tunc fit extenſio. Aut apparet quòd non militat in eodem correlatiuo, & tunc non fit extenſio ſecundum omnes. Similiter ſi talia ſunt uerba in ſtatuto ut unica tantū ratio aſſignari poſſit, quæ uel militat in utroquè caſu, & fit extēſio, uel non militat, & tunc non trahitur ad aliud correlatiuum ſecundum omnes,etiā:quia conſtat de mente diſponentis, & in claris non eſt opus coniecturis,l.continuus.§.cum ità.inſ. de uerb.oblig.& in hoc concordat Sozi. cū Iaſ. & aliis.Si uerò ſtatutum eſt factum ſimpliciter, & in hoc caſu diſcordant docto.& Sozi.tenet ꝙ fiat extenſio.quaſi militet eadem ratio,& Iaſ.tenet ꝙ non fiat extenſio quaſi militet diuerſa ratio, cum non poſſit aſſignari niſi unica fauore agnationis. Sed uerè nullus probat intentionem ſuam, cum ſtatuentes poſſint moueri.& illa ratione, & alia ſecundum ſubiectam materiam,& propterea inſpicienda eſt materia,& inſpiciendæ ſunt præfationes an poſſit ex eis colligi ratio,uel ſaltem an ſtatuentes cogitauerint de utroq; caſu,uel non,& tunc iudicandum erit ſecundum quòd apparebit uoluntas ſtatuētiū: quia ſi uideantur cogitaſſe de utroque caſu,tūc fiet extenſio, & ſi uidebuntur cogitaſſe de uno caſu tantum non fiet extenſio. Vnde in hoc per aduocatos elaborandum erit, ut ex uerbis præcedentibus, uel ſequentibus,uel ex ſubiecta materia colligant mentem ſtatuentium,ex qua poterunt poſteà iudicare.

Sin autem non poteſt ex nerbis, nec ex materia ſubiecta conſiderari certa mens, an cogitauerit de utroquè uel uno caſu tantum, ſecundum ea quæ babentur in cap.fi.de uerb.ſigni. &
88 hic eſt propriè caſus dubius † utrum fiat extenſio: quoniā rationes hinc inde pugnant & pto opinione ꝙ fit extenſio,faciunt argumenra Croti. Primò de natura correlatiuorum ut ſe inuicem referant & diſponant. Secundò regula cōtrariorum,ut etiam diſpoſitio facta in uno trahatur ad aliud.Tertiò regula de ęquiparatis,d. l.ſi quis ſeruo. de ſeruo corru. Quarto ratio iniquitatis: quia iniqnum uidetur ut unum ex correlatiuis admittatur,& quòd aliud excludatur.

Pro alia autem parte urget ratio ſimiliter generalis,quòd in correctoriis non fit extenſio de uno caſu ad alium. l.ſi uerò.§.de uiro.ff. ſolut.matrim. Secunda ratio quòd nemo ſine uoce loquitur,l.labeo.in fi.ff.de ſupellecti.leg.Tertia regula ꝙ caſus omiſſus habetur pro omiſſo,& remanet in diſpoſitione legis communis, l.ſi cum dotem.ff.ſolu.matrim.& l.ſi extraneus, de cond.ob cauſam.Quarta ratio ꝙ non mutatur,non prohibetur ſtare, l.præcipimus. in fin. C.de appellatio.& l. ſancimus.C.de teſt. Tamē finaliter tenenda eſt hæc pars in plena dubietate,ꝙ non fiat extenſio per has ultimas rationes quæ ſunt magis apparentes.

Nec obſtant contraria: quia procedunt quando conſtat de mente diſponentis, uel ex nerbis, uel ex coniecturis. non enim habemus legē diſponentem ꝙ diſpoſitio in uno contrario trahatur ad aliud in caſu dubio: ſed ſolum quando militat eadem ratio,& idem dicemus de contrariis, ut diſpoſitio de uno non rrahatur ad aliud,niſi quando militat eadem ratio,& diſpoſitio de nno ex æquiparatis trahatur ad aliud, niſi quando militat eadem ratio, & regula de iniquitate non procedit quando ex aliqua ratione lex ita uoluit:quia tunc ceſſar iniquitas, ut habetur in cap.fi.de præſcriptio.per Abb.nu. 6.poſt.Io.And.Sed quando non militat eadē ratio,aliæ rationes contrariæ ſunt ſeruandæ.

89 Vnde tu conſtituas regulam † quòd in hoc ſtatuto,& in ſimilibus aliis caſibus,de correlatiuis in dubio diſpoſitio loquens in uno ex correlatiuis non trahitur ad aliud.per quatuor rationes ſtatim aſſignatas Ampliatur procedere, & fortius quando militat diuerſa ratio in ſtatuto aſſignata,uel militat diuerſa ratio non ſcripta, quæ tamen unica poteſt aſſignari uel quādo ex ſubiecta materia, uel ex præfationibus colligitur diuerſa ratio,uel quòd diſponens non cogitauit niſi de correlatiuo expreſſo.

Limitatur non procedere:quando tatio aſſignata in ſtatuto militat in utroq; correlatiuo, uel ſecundo:quando unica poteſt aſſignari quæ militat in utroque caſu, uel tertio: quando ex ſubiecta materia, uel ex coniecturis apparet ꝙ ueriſimiliter cogitauit de utroq; caſu, nam tūc fiet extenſio ad aliud correlatiuum, quoniam ratio legis eſt anima legis.cap. ratio nulla. de præben.& magis cum ratione, quā cum nerbis homines loquuntur, ut ibidem notatur, ſed ea non apparente non poſſimus recedere à uerbis l.non aliter.ff.de leg.3.& l.prima. §. is qui nauem.ff.de exercito.actio.cū ſimilib. ſuper quibus bene cogita: quia nihil melius inueniri poterit. Et hæc ſufficiant pro declaratione iſtius rubricæ, in qua me latius uolui extendere, quoniam in iſtis quæſtionibus ſemper recurrimus ad hanc rub.

Ioannes Bolognettus Salerni legens, Meſſanæ repetita de anno 1568. in quinquè lectionibus.

Summa-

Summaria in l. primam ff. de acquir. poſſeßione.

1 Modus procedendi in declaratione partium rubricæ ſeruatus ab auctore & compilatoribus breuiter narratur.

2 A'. §. item acquirimus. uſquè ad l. iij. tractatur per quas perſonas poſſeſsio nobis acquiratur.

3 In lege tertia ponitur quæ res poſſideri poſſint, & quomodo acquiratur poſſeſſio.

4 In §. in amittenda. cum ſeq. tractatur quomodo amittatur poſſeſsio per corpus noſtrum, & alienũ.

5 In §. ſaltus. cum ſequenti tractatur quomodo retineatur poſſeſsio per corpus noſtrum, & alienum.

6 In hoc principio tractantur quatuor primordialia poſſeſſionis, unde dicatur, quid ſit, quando habuerit originem, & quos effectus producat in dominia.

7 Summatur ſecundum doct. & noniter plenius.

8 Caſus figuratio in qualibet parte ſeparatim ponitur.

9 Diffinitio poſſeſsionis traditur hic in ſecunda parte.

10 Poſſeſſio habet originem de iure naturali hominum à natura productum.

11 Poſſeſſio an ſit dicta à pedibus, uel ſedibus latè diſcutitur.

12 Verior demonſtratur litera quòd poſſeſsio dicta ſit à ſedibus.

13 Alia uerò litera quòd dicatur à pedibus magis applauſit auribus uulgi, & doct.

14 Poſſeßio quare potius dicatur à pedibus, quàm ab alia parte corporis inquiritur, & rationes doct. refelluntur.

15 Poſſeßio quare potius dicatur à corpore, quàm ab animo inquiritur, & reprehenduntur rationes doct.

16 Noua ratio aſſignatur: quare poſſeſsio denominatur à pedibus, & à corpore, & non ab animo.

17 Dictio quaſi, in tex. poſita an denotet improprietatem, & quis ſit ſenſus literæ ponitur.

18 Argumentum ab etymologia, uel alluſione fieri poſſe non colligitur ex hoc textu.

19 Poßidere quid ſit in hoc tex. ponitur, dictans duo concurrere debere corpus. & animus permanendi.

20 Poſſeſſio informis eſt inſiſtentia in re quam naturaliter tenemus, ut hic inquit Paulus.

21 Poſſeſsio à iure naturali hominum ſuit inuenta, & poſſeſſio rerum immobilium à iure gentium.

22 Ius naturale licèt in ſubſtantia ſit commune omnibus animantibus: tamen reſpectu modi non communicatur, ſed particulare eſt in quolibet genere animalium.

23 Dominium quomodo à naturali poſſeſsione cæpiße dicatur, declaratur.

24 Poſt diſtincta dominia plerique modi acquirendi de iure gentium inuenti fuere, & commoda poſſeßionis.

25 Diſtinctio dominiorum fuit conueniens iuri naturali, & cum maxima ratione, & utilitate inducta.

26 Titulus pro ſuo, cauſatur ex appræhenſione rerum, quæ ſunt in bonis nullius.

27 Quando res ſunt prius occupatæ, alius modus uel titulus concurrere debet ad acquirendum.

28 Capta in bello ſtatim acquiruntur occupanti ſine alio interueniente titulo, ſi ſunt ducta intra præſidia, & pernoctauerunt.

29 Capta in bello iuſto efficiuntur capientium, etiam in foro conſcientiæ.

30 Capta in bello efficiuntur capientium, ex capite quòd ſunt in bonis nullius: quando ſunt derelicta alioqui acquiruntur ex ſolo titulo occupationis.

31 Capta in bella efficiuntur capientium, ſi bellum eſt indictum à non recognoſcentibus ſuperiorem, alioqui latrones dicuntur.

32 Bellum inter non recognoſcentes ſuperiorem eſt permiſſum: quia eorum controuerſias nemo iudicialiter dirimere poteſt.

33 Duellum inter ſubditos omni iure eſt prohibitum, ac etiam bellum inter barones.

34 Capta in bello iniuſto, an acquirantur capientibus diſcutitur.

35 Capta in bello efficiuntur capientium, ſi dubium eſt de iniuſtitia belli: ſecus ſi notoria ſit iniuſtitia.

36 Intellectus ad capitulum ſicut. de iure iurando traditur, dum dicit capta in bello reſtituenda.

37 Capta in bello an efficiantur ſpecialiter capientium, uel Regis indicentis bellum, latè diſcutitur, referendo uarias opiniones.

38 Capta ab hoſtibus an acquirantur omnibus militibus in communi.

39 Noua diſtinctio traditur quomodo bona in bello capta capientibus acquirantur.

40 In duello permiſſo bona acquiruntur ſoli capienti.

41 Sophoniſma capta à Maſsiniſſa effecta fuit ſerua populi Romani capta ex hoſtibus in bello.

42 Capta ex hoſtibus in bello in territorio alieno, an efficiantur capientium, & reprehenditur opinio Sozin.

43 Capta in territorio alieno ex ui iuriſdictionis non licitè capiuntur, ſed capta ex ui facultatis naturalis licitè capiuntur, & acquiruntur capientibus.

44 Capta ab hoſtibus, & poſteà per noſtros recuperata, an efficiantur capientium? uel potius reſtituantur prioribus dominis, plenè diſcutitur.

45 Porci uel pecudes captæ à lupis, & per canes alienos recuperatæ, prioribus dominis reſtituuntur.

46 Diligentia ſua unicuiquè prodeſſe debet.

47 Captus ex hoſtibus qui aufugit, & poſteà iterum capitur, reſtituitur primo capienti.

48 Captæ res, & reuerſæ nunquàm fuiſſe hoſtium finguntur, & interim ſemper permanſiſſe ſuorum dominorum.

49 Captæ res & reuerſæ reſtituuntur in omnibus qualitatibus, & conditionibus quæ erant: quando captæ fuere multis legibus oſtenditur.

50 In omnibus rebus captis etiam mobilibus habet locum poſtliminum, niſi cum dedecore amittan-

tur, ut arma & ueſtes.

51 Intellectus ad legem ſecundam infra de captiu. traditur.

52 In triremibus captis, & recuperatis an habeat locum poſtliminium.

53 Lapilli qui ſint, & quot modis capiantur.

54 Gemmæ & margaritæ an lapides dicantur.

55 Lapides omnes pretioſi, & uiles in littore inuenti occupanti conceduntur.

56 Lapis uel lapillus eſt nomen æquiuocum multa complectens.

Probatio dubia non releuat probantem.

57 Venenum eſt nomen æquiuocum: quia eſt bonum, & malum uenenum.

58 Lapidis nomen ſecundum communem uſum loquendi denotat lapides uiles, niſi addatur adiectiuum pretioſus.

59 Mulier accuſata quòd proiecit lapidem in facie, de cicatrice uel iniuria condemnari debet, ſi teſtes deponant de lapide ſimpliciter.

60 Venenum ſecundum communem uſum loquendi ſemper intelligitur de malo: quia bonum dicitur medicina.

61 Lapilli inuenti extra littus maris non efficiuntur inuenientium.

62 Lapilli an acquirantur per ſolam inuentionem, uel potius requiratur occupatio.

63 Inuentio eſt modus acquirendi dominium de iure gentium.

64 Inſula nata in mari occupanti conceditur.

65 Nulla pars terræ in mundo hodie præſumitur eſſe in bonis nullius, ex capite iuris naturalis.

66 Qui uult hodie acquirere dominium ex capite quòd ſit in bonis nullius, oportet quòd probet eam fuiſſe habitam pro derelicto.

67 Rem eſſe habitam pro derelicto, quomodo præſumatur, & quid probandum ſit declaratur.

68 Res ſacræ, religioſæ, & ſanctæ non ſunt ſimpliciter in bonis nullius.

69 Territoria, nemora uacantia cuius præſumãtur eſſe.

70 Quod non eſt tuum debes ſcire eſſe alienum.

71 Rex non præſumitur eſſe dominus rerum ſingulariũ in Regno.

72 Territorium an, & quando arguat iuriſdictionem, uel dominium.

73 Bona, uel nemora uacantia quando præſumantur eſſe uniuerſitatis in cuius territorio reperiuntur.

74 Vniuerſitas concurrens cum priuato præfertur in agris deſertis.

75 Vniuerſitates etiam nouiter conſtitutæ præſumuntur dominæ agrorum deſertorum, in territorio exiſtentium.

76 Si uniuerſitas concurrit cum barone quis præſumatur dominus agrorum deſertorum.

77 Vniuerſitas præcedens conſtitutionem feudi præſumitur domina deſertorum: ſed ea ſubſequente baro præfertur.

78 Litera pedibus, uel ſedibus, quæ melior ſit repetitur.

79 Etymologiæ alluſio, deriuatio, uis nominis, & interpretatio quomodo differant.

80 Nomina debent eſſe conuenientia rebus.

81 Argumentum ab etymologia ualere non probatur in iſto tex.

82 Argumentum ab etymologia, alluſione, uel deriuatione, quid operetur,

83 Argumentum alij nominis, quid operetur, & quomodo fiat, & quot modis.

84 Argumentum à diffinitione quomodo ſumatur, & quid inferat.

85 Argumentum ab etymologia quomodo concludat.

86 Argumentum ab etymologia affirmatiuè non ualet, & quare,

87 Argumentum ab etymologia ualet affirmatiuè: quando ipſum continet totam ſubſtantiam nominati.

88 Rariſſimè unum nomen continet totam ſubſtantiam nominati.

89 Etymologia eſt ueriloquium: ſed non pleniloquium.

90 Argumentum à nomine adiectiuo ualet affirmatiuè, & quomodo.

91 Argumentum ab etymologato ad etymologiam ualet affirmatiuè.

92 Argumentum ab etymologia negatiuè regulariter ualet.

93 Argumentum à nominibus proprijs nullo modo ualet plenè.

94 Similitudo nominis non inducit probationem.

95 Quædam mala nomina accidentalia faciunt malam præſumptionem, ut ſint digna inquiſitione, & proceſſu.

96 Argumentum ab etymologia quando qualitas requiritur ſolum in principio, quomodo procedat.

97 Argumentum ab etymologia, quando illa qualitas deſideratur, quomodo procedat.

98 Argumentari oportet per modum quo requiritur qualitas in nominato.

99 Argumentum ab etymologia quando qualitas requiritur fictè, quomodo procedat.

100 Argumentum ab etymologia non procedit: quando lex uel diffinitio repugnat.

101 Argumentum ab etymologia ualet præſumptiuè.

102 Propria ſignificatio non ſumitur ex alluſione, uel deriuatione: quando repugnat diffinitio, uel alia lex.

103 Res mobiles an propriè poſſideantur latè diſcutitur, & referuntur fundamenta communia, quibus reſpondetur.

104 Res mobiles non propriè poſſideri, argumentatur multis exemplis, quibus reſpondetur.

105 Res mobiles propriè poſſideri confirmatur concludentibus fundamentis.

106 Legans ſuas poſſeſſiones, uidetur legare agros, fundos, & prædia, non poſſeſſionem eorum, neque res mobiles, neque ædes.

107 Legans poſſeſſionem rerum ſuarum comprehendit poſſeſſionem omnium rerum, etiam mobilium, ſi in loco deſtinatæ ſunt.

108 Legans poſſeſſionem rerum ſuarum, in effectu uidetur legare uſumfructum.

109 Diffinitiones glo. referuntur, & oppugnantur.

110 Diffinitio non debet tradi per effectus: neque unde res proueniat: ſed ſolam quiditatem continere de-

re debent.

111 *In poſſeſſione interuenire ius, & factum cumulatiuè omnes conueniunt, quod quomodo fiat, latè declaratur.*

112 *Habilitas ciuilis, & naturalis in poſſeſſore, & re poſſeſſa, & poſſeſſione. omni tempore concurrere debent. ità quòd nunquàm eſt iuris tantum, uel facti tantum.*

113 *Quæſtio præſens eſt, an poſſeſſio ſit in ſubſtantia facti cum adminiculis iuris, uel ſit ius in ſubſtantia cum adminiculis facti.*

114 *Quid ſit ius, & quid ſit factum uariauerunt docto. in principijs, & eſſentia.*

115 *Prima eſt opinio quòd omnia incorporalia iuris ſunt, & corporalia facti quæ repræhenditur.*

116 *Secunda eſt opinio quòd corporalia in fieri ſunt facti, & res fabricatæ: nequè ius: nequè factum. & res incorporales dum fiunt facti ſunt, perfectæ autem iuris fiunt.*

117 *Infinita incorporalia facti eſſe demonſtratur.*

118 *Tertia opinio quòd res incorporales à iure naturali approbatæ facti ſunt, approbatæ uerò à iure ciuili, donec ſunt in fieri, adhuc facti ſunt, ſed perfecta iuris efficiuntur.*

119 *Ius naturale facti eſſe penitus falſum eſt.*

120 *Quæ ſunt in ſubſtantia facti per approbationem iuris non deſinunt eſſe facti, ſolum aſſumunt qualitatem ut ſint conſiderabiles in iure ad producendum effectus ciuiles.*

Contractus omnes facti eſſe demonſtratur.

121 *Quarta eſt opinio quòd incorporalia ſunt iuris quando ſunt perfecta, & aſſumpſerunt formam à iure ciuili, cætera ſunt facti, quæ ſimiliter reprahenditur.*

122 *Forma data à lege non facit ſubſtantiã facti mutare.*

123 *Quinta eſt opinio auctoris quòd facta dicuntur omnia à natura uel homine introducta, iuris uero ſunt omnia à iure introducta ſummendo principia à conditore.*

124 *Lex eſt altera natura producens ſuas creaturas.*

125 *Ius diſponens eſt factum à legiſlatore. ius autem diſpoſitum eſt legis creatura.*

126 *Ius aut eſt eſſentiale, aut potentiale, aut operatiuum.*

127 *Factum capitur in genere generaliſſimo, in genere ſubalterno, & in ſpecie.*

128 *Factum legiſlatoris ad finem condendi legem obumbratur, & pro iure capitur: quia creat nouam naturam, & principium iuris.*

129 *Hæc duo principia iuris, & facti defenduntur ab obiectis, & demonſtrantur à doctoribus teneri.*

130 *Lex finxit ſuper facto: quia illud mutare non poteſt: ſed ſuper iure uerè diſponit: quia eſt eius creatura.*

131 *Docto. in hoc articulo ſuper ignoto, & æquiuoco diſputauerunt.*

132 *Secundum ueram opinionem quæſtio formari debet an poſſeſſio ſit de operationibus hominum, uel iuris.*

133 *Poſſeſſio non eſt ius eſſentiale ſeu uniuerſale, quod tenent omnes.*

134 *Poſſeſſio nec etiam eſt ius operatiuum ſecundum omnes.*

135 *Quæſtio præſens eſt an poſſeſſio ſit ius potentiale ſeu potentia iuris, uel potius ſit operatio naturalis animi.*

136 *Per hanc diſcuſſionem an poſſeſſio ſit iuris uel facti, deuenimus in cognitionem in quibus differat factum à iure & poſſeſſio à cæteris iuribus.*

137 *Intellectus l. peregrè. infra eodem inquiritur.*

138 *Intellectus l. nemo, C. eodem latè inquiritur.*

139 *Intellectus leg. non ideò minus. C. de liberali cauſa inquiritur.*

140 *Intellectus l. poſſeſſio quoquè in principio. & in §. primo. infra eodem inquiritur.*

141 *Intellectus l. ſi quis ad ſe fundum. C. ad legem Iuliam de vi. requiritur.*

142 *Intellectus legis ſi hæres. §. fin. ff. de actionibus emp. inquiritur.*

143 *Intellectus legis qui pignori. infra eodem inquiritur.*

144 *Intellectus legis ſtipulatio iſta. §. ei qui de uerbo. obliga. inquiritur.*

145 *Intellectus legis quæſtio. ff. de uerbo. ſignificatione. inquiritur.*

146 *Intellectus legis liber homo. §. ſi. de acquir. rer. dominio inquiritur.*

147 *Intellectus legis ſtipulatio. §. ſi quis fortè. ff. de uerbo. obligatio. inquiritur.*

148 *Intellectus legis cum hæredes. inf. eo. in illa exceptione inquiritur.*

149 *Intellectus legis prætoris officium. ff. de damno infecto inquiritur.*

150 *Ius ex facto oriri, quomodo intelligatur.*

151 *Facta an cedi poſſint, declaratur.*

152 *Facta an ſequantur hominem, & quando ſequantur declaratur.*

153 *Incorporales res quando, & quomodo in iure conſiſtere dicantur, declaratur.*

154 *Poſſeſſio propriè incipit, & deſinit, licèt propter iura et attributa dicatur ammitti, & acquiri.*

155 *Poſſeſſio an mutauerit ſubſtantiam ſuam propter approbationem, & adhærentiam.*

156 *Poſſeſſio ad ſui eſſentiam requirit apprehenſionem quæ facti eſt.*

157 *Poſſeſſio ut conſideretur requirit adminicula iuris in habilitate poſſeſſionis, & rei poſſeſſæ, & approbatione.*

158 *Poſſeſſio eſt ius debile ſecundum docto. taliter quòd ſine ſuſtentaculo animi ſtare non poteſt.*

159 *Iura aliqua ſine animi ſuſtentaculo ſtare non poſſe falſum eſt.*

160 *Intellectus. §. adipiſcimur. in hac lege inquiritur.*

161 *Intellectus. §. ſi uir uxori. in hac lege latè inquiritur.*

162 *Intellectus legis cum hæredes. §. primo. hoc titulo. inquiritur.*

163 *Intellectus legis deniquè. ff. ex quibus cauſ. maio. inquiritur.*

164 *Intellectus legis in bello. §. facta. ff. de cap. inquiritur.*

165 *Intellectus legis primæ. §. Scæuola. ff. ſi quis teſta-*

mento liber eſſe iuſſus fuerit, inquiritur.

166 Intellectus legis cum hæredes. in principio. infra eo. iterum & ex alio capite inquiritur.

167 Intellectus legis poſſeſsionem pupillum. infra eod. inquiritur.

168 Intellectus legis tertiæ. §. primo. ff. de bono. poſſeſſio. traditur.

169 Intellectus legis naturaliter. §. nihil commune. infra eodem. in uerbo nihil commune, traditur.

170 Poſſeßio amittitur obliuione, & iura non amittuntur, & quare.

171 Poſſeſſio amittitur per occupationem rei, & maris, uel fluminis, & iura non amittuntur, & quare.

172 Poſſeſſio propter uiolentiam amittitur, & iura etiam uiliſſima non amittuntur, & quare.

173 Poſſeſſio tranſit cum identitate de perſona in perſonam, iura uerò tranſeunt, & quare.

174 Omnia quæ interueniunt in poſſeſſione facti ſunt, & qualia.

175 Animum eſſe facti plenè demonſtratur.

176 Poſſeſsio an ſit mixta in ſubſtantia iuris, uel facti diſcutitur.

177 Poſſeſsionem non eſſe mixtam in ſubſtantia, omnes aſſerunt contra Aretinum.

178 Poſſeſsio non poteſt eſſe unum mixtum ex iure, & facto alterato: quia neutrum eſt.

179 Poſſeſsio non poteſt eſſe unum indiuiduum ex partibus non alteratis, & æqualibus.

180 Opinio Aretini inutilis reddetur.

181 Iura in uiginti tribus qualitatibus differunt à facto.

182 Poſſeſsio differt à natura iurium in uiginti tribus qualitatibus hic enumeratis.

183 Poſſeſsiones facti eſſe in ſubſtantia finaliter, & efficacibus rationibus concludet.

184 Ius ciuile in poſſeſsione circa tria principaliter ſe geſſit.

185 Diffinitiones poſſeſsionis quinque antiquè referuntur. & reprobantur.

186 Res diffiniri debet in ſui quidditate, & ſubſtantia, non quomodo, & unde producatur.

187 Diffinitio Bar. refertur, quam docto. dicunt eſſe eandem cum Ioanne.

188 Habilitas perſonæ uel rei non debet poni in diffinitione.

189 Ius inſiſtendi differre à poſſeſsione demonſtratur: quia præcedit, concurrit, & remanet poſt extinctam poſſeſsionem.

190 Diffinitionem communis non poſſe procedere, ex multis demonſtratur.

191 Diffinitio Alciati quòd poſſeſsio ſit uſus reprabenditur.

192 Noua diffinitio traditur quòd ſit inſta in re, appræhenſa in titoriè.

193 Poſſeſsio tribus modis conſiderantur, & tribus modis diffiniri poteſt, & concordantur omnes opiniones doctorum, & ſaluantur.

194 Poſſeſsio diffinitur per Bar. reſpectu potentiæ: ſed oportet poſteà quòd ſuppleatur.

195 Poſſeſsio poteſt conſiderari reſpectu effectuum, & tunc etiam iuris eſt.

196 Poſſeſsio reſpectu potentiæ, & effectuum ſumpta impropriè diffinitur, cum ſolum propriè dicatur quando eſt in eſſe deducta per operationem animi.

197 Res ſæpe ſolet pluribus modis conſiderari, & uarijs modis diffiniri.

198 Poſſeſsio an ſit unica, uel multiplex, latiſsimè examinatur.

199 Poſſeſsio quòd ſit unica, latè confirmatur, adducendo fundamenta, eiſdem etiam reſpondendo.

200 Intellectus legis primæ. §. ſiue autem. ff. de ui, & ui armata. inquiritur.

201 Intellectus ad legem tertiam. §. genera. infra eod. inquiritur.

202 Plures ſpecies propter diuerſam ſubſtantiam, una per aliam non tollitur regulariter, aliquando tamen hoc fieri poteſt.

203 Nulla concludens ratio pro Azone adducitur niſi: quia ſemper præſumitur unica, donec probetur multiplex.

204 Intellectus legis. ij. §. primo. ff. de uſucapio. pro hærerede inquiritur.

205 Naturalis poſſeſsio dicitur ciuilis, & ciuilis naturalis, ex uarijs accidentibus hic relatis.

206 Intellectus legis nemo. codice eodem. iterum inquiritur.

207 Intellectus legis tertia. §. Nerua filius. inquiritur.

208 Intellectus legis primæ. §. deijcitur. de ui & ui armata inquiritur.

209 Intellectus legis quemadmodum. infra eodem. inquiritur.

210 Intellectus legis acquiritur. §. ſi. de acquir. rer. domini. inquiritur.

211 Duo quomodo poſſint in ſolidum poſſidere, declaratur latè.

212 Plures ſpecies faciliter conſtituuntur, ex qualitatibus diuerſis de iure noſtro.

213 Opinio Ioannis, de pluribus ſpeciebus non probatur iure, ergo præſumitur unica poſſeſſio, niſi alijs modis probetur diuiſio.

214 Opinionem poſuit tertiam Bar. quòd tres ſint poſſeſſionis ſpecies, diſtincta propter diuerſitatem effectuum.

215 Diuerſitas effectuum, non probat neceſſariò diuerſitatem ſpecierum, niſi ſit generatio,

216 Vſufructuarius, feudatarius, & emphyteuta, per naturalem poſſeſſionem rei, non poſſunt uſucapere iura ſua, & fuit error Bar.

217 Iura incorporalia uſucapiuntur, per quaſi poſſeſſionem eorum, non per poſſeſſionem rei.

218 Poſſeßio corporalis non differt ſpecie, neque effectu à naturali poſſeſſione rectè ſumpta.

219 Corporalis poſſeſsio aliquando denotat ciuilem aliquando detentationem, aliquando omnes, ut per nomen nulla ſpecies noua, induci debeat, & reſpondetur obiectis.

220 Quarta eſt opinio docto, communiter quòd duplex ſit poſſeſsio, naturalis & ciuilis, quæ uariantur ſubſtantia, propter diuerſitatem effectuum.

221 Ciuilis poſſeſsio eſt illa, quæ producit uſucapionem, & fructuum acquiſitionem, Naturalis eſt illa quæ producit effect[illegible]tionis, & recuperationis

rationis.

222 *Diffinitio ciuilis poſſeſſionis, tradita à Bar. examinatur, & repræhenditur in aliquibus,*

223 *In diffinitione non poſſunt contineri caſus improprij.*

224 *Ciuilis poſſeſſio, quæ tantummodo cadit in re corporali, diffinitur hic per Bar.*

225 *Verba ius inſiſtendi, & uerba aptum producere, non perficiunt diffinitionem.*

226 *Diffinitio Bar. & doctо. nouiter reformatur.*

227 *Diffinitio Bar. poſſeſſionis naturalis examinatur, & reprobatur, & reformatur.*

228 *Nouiter diffiniuntur dictæ ſpecies ſequendo opinionem quòd poſſeſſio ſit facti.*

229 *Diffinitiones reformatæ oppugnantur ex multis, & defenduntur ab obiectis.*

230 *Mulier quomodo poſſideat in re donata, declaratur.*

231 *Vſusfructuarius non acquirit à ſeruo bona propter poſſeſſionem naturalem, quam habet in eo, ſed propter ius utendi.*

232 *Naturalis poſſeſſio an ſit habilis ad producendum uſucapionem.*

233 *Species quomodo, & quando diſtinguantur propter effectus declaratur.*

234 *Ius retentionis: & recuperationis competit etiam pro ciuili poſſeſſione.*

235 *Poſſeſſio pro ut eſt operatio animi, unica eſt ſecundum ueram opinionem.*

236 *Poſſeſſio reſpectu effectus, & potentia legalis dicitur eſſe iuris, & efficitur noua ſpecies differens à præcedenti.*

237 *Opiniones uariæ in diuiſione poſſeſſionis, referuntur, & refutantur.*

238 *Opinio communis quòd duplex ſit, naturalis, & ciuilis defenditur, & in practica omninò tenendum eſſe aſſeritur.*

239 *Poſſeſſio ciuiliſſima quæ ſit, & per tria exempla declaratur.*

240 *Pro poſſeſſione ciuiliſſima, competunt remedia poſſeſſoria.*

241 *Intellectus ad ſtatutum diſponens, quòd poſſeſſio continuatur in hæredem, diſcutitur ponendo tres modos eam continuandi.*

242 *Poſſeſſio ciuiliſſima aliquando efficitur noua ſpecies.*

243 *Dominium uerum quale ſit, in quo differat ab utili, & ſubalternato, & an utile comprahendatur in libello loquente de dominio uero.*

244 *Bar. in tota hac lege non fuit recordatus quòd alloquebatur iuuenes.*

245 *Res incorporales uerè non poſſidentur ſed quaſi poſſidentur.*

246 *Quaſi poſſeſſio in rebus incorporalibus, inducitur ex diuerſis principijs, à poſſeſſione rerum corporalium quæ referuntur.*

247 *Rerum incorporalium duo ſunt genera, unum earum quæ ſunt iuris, aliud earum, quæ ſunt facti.*

248 *Incorporales res quæ ſunt facti, diuiduntur in tres ſpecies incorporales, eſſentiales, potentiales, & operatiuas.*

249 *Poſſeſſio ſecundum ueram opinionem, enumeratur inter res incorporales operatiuas facti.*

250 *Res incorporales i[illegible] diuiduntur in tres ſpecies, in incorporales, eſſentiales, operatiuas, & potentiales.*

251 *Incorporales res iuris, potentiales, diuiduntur inter incorporales res, per ſe exiſtentes, & ſeruitutes.*

252 *In incorporalibus ſimplicibus, poſſeſſio acquiritur, cum continuatione animi ſequentis.*

253 *Poſſeſſio in incorporalibus ſimplicibus, diuiditur inter ciuilem, & naturalem.*

254 *Res incorporales ſeruientes, diuiduntur in tres ſpecies: nam quædam à perſona perſonæ, quædam à re perſonæ, & quædam à re rei debentur.*

255 *In ſeruitutibus perſonalibus, quaſi poſſeſſio conſiſtit in animo, & diuiditur inter ciuilem, & naturalem.*

256 *In ſeruitutibus prædialibus, quaſi poſſeſſio conſiſtit in prædio, cum adminiculo animi poſſeſſoris.*

257 *Quaſi poſſeſſio ſeruitutum prædialium, requirit uſum naturaliter continuatum, quo deficiente poſſeſſio efficitur diſcontinua.*

258 *Quaſi poſſeſſio rerum incorporalium eſt facti omninò, quia conſiſtit in uſu prædij qui eſt facti adminiculo iuris.*

259 *Diffinitio quaſi poſſeſſionis doctо. refertur, & repræhenditur.*

260 *Diffinitio noua quaſi poſſeſſionis, traditur, & declaratur.*

261 *Seruitus prædialis debetur è prædio prædio, etiam quòd omnis actus in perſona dominorum concipiatur.*

262 *Quaſi poſſeſſio ſeruitutum prædialium inter ciuilem & naturalem refertur, ex mente Bar. quæ tamen repræhenditur in multis.*

263 *Quaſi poſſeſſio, nulla poteſt reperiri ſine animo uerò, uel præſumpto.*

264 *Quaſi poſſeſſio in ſeruitute diſcontinua, quomodo interueniat.*

265 *Seruitutes diſcontinuæ, nunquàm præſcribuntur, ſed aliquando conſtitutæ præſumuntur.*

266 *Quaſi poſſeſſio in ſeruitutibus prædialibus, diuiditur in ciuilem, & naturalem, ex nouis principijs ultra doctо. traditis.*

267 *Seruitutes quando habeant cauſam continuam uel quando quaſi continuam, & quando diſcontinuam declaratur.*

268 *Seruitutes prædiales quo tempore, & quando præſcribantur declaratur.*

269 *Seruitutes generaliter quòd non præſcribantur adducuntur fundamenta Moderno. quibus reſpondetur.*

270 *Seruitutes præſcribi poſſe nouiter declaratur, & defenditur.*

271 *Quaſi poſſeſſio rerum incorporalium, quomodo acquiratur plenè declaratur.*

272 *Detentatio eſt duplex, iudiciaria, & uoluntaria.*

273 *Detentatio iudiciaria, an ſit iuris uel facti, diſcutitur.*

274 *Detentationem iudiciariam, iuris eſſe ex multis fundamentis probatur, quibus etiam reſpondetur.*

275 *Detentatio in ſui ſubſtantia conſiderata, facti eſt. ſed reſpectu effectus & potentiæ iuris dicitur,*

276 *Poſſeßio quæ de iure naturali, & quæ de iure gentium inducta fuerit, declaratur.*

277 *Poſſeſſio an iure gentium primæuo uel ſecundario introducta fuerit inquiritur cum doctoribus.*

278 *Ius gentium an fuerit duplex, uel unicum latè diſcutitur referendo uarias opiniones.*

279 *Ius naturale cum ratione ſeruatum efficitur ius naturale hominum, à natura tamen introductum.*

280 *Ius naturale, à natura introductum non eſt ſemper eum omnibus animantibus.*

281 *Ius gentium quantum ad nomen, unicum uidetur. ſed quantum ad conditores duplex eſt, unum à natura, aliud à gentibus introductum.*

282 *Seruus remanet capax iuris naturalis hominum à natura inducti.*

283 *Poſſeſſio, dominium, & obligationes fuere inducta, de iure naturali hominum, ad finem ſe conſeruandi, & perpetuandi.*

284 *Dominium, & poſſeßio, & obligationes, & contractus cauſa ditaudi fuere inducta à iure gentium facto ab hominibus.*

285 *Iure gentium ab hominibus condito, fuit diſpoſitum quòd acquiſita per ſeruum tranſeant in dominum*

286 *Seruus hodie etiam naturaliter eſt dominus peculij, ſed propter effectus ciuiles efficitur incapax.*

287 *Sex concluſiones præter docto. nouiter, & ordinatè in hac ſerui capacitate conſtituuntur.*

288 *Poſſeſſio formata in ſpecies naturalis, & ciuilis, diuiſa dicitur de iure ciuili, propter formam inducta.*

289 *Detentatio quando iure naturali, uel gentium, uel ciuili fuerit inducta præter alios declaratur.*

290 *Quaſi poſſeßionem rerum incorporalium, ſolo iure ciuili inductam fuiſſe demonſtratur.*

291 *Dominium iure gentium, & ciuili, ſine poſſeſſione in multis caſibus acquiritur.*

292 *Poſſeßio animo, & corpore acquiritur principaliter propter occupationem, & traditionem, & commodum.*

293 *Poſſeßio an acquiratur per aſpectum, latè diſcutitur referendo uarias opiniones.*

294 *Animal illaqueatum, an efficiatur illaqueantis, diſcutitur, & nouiter diſtinguitur.*

295 *Intellectus legis iij. §. Neratius. infra eodem, inquiritur.*

296 *Poſſeßio quando, & quomodo acquiratur, per aſpectum, nouiter declaratur.*

297 *Intellectus legis clauibus. digeſtis de contrahend. emp. inquiritur.*

298 *Executor iudicis per traditionem clauium domus nõ transfert poſſeſſionem, neque detentationem.*

299 *Traditio clauium an debeat fieri in conſpectu horreorum, uel de proximo, declaratur, & concluditur quòd in conſpectu.*

300 *Traditio clauium facta debitori uolenti tradere creditori ſuo præſenti, transfert poſſeſſionem in utrunque ſucceßiuè.*

301 *Duæ fictiones poſſunt concurrere, quando interueniunt primordium ueritatis.*

302 *Traditio clauium facta in abſentia, & deambulando contrahentes deueniunt ad horrea, an transferant poſſeßionem.*

303 *In traditione clauium non eſt neceſſarium ſcire locum loci mercium.*

304 *In traditione clauium, opus eſt quòd præcedat titulus alioquin uidentur datæ cauſa cuſtodiæ.*

305 *Inuentio an ſit modus acquirendi poſſeßionem, uel dominium*

306 *Statutum diſponens quòd ſi quis fuerit inuentus cum armis, uel alijs rebus prohibitis, an intelligatur quòd debeat ſequi apprehenſio, & referuntur uariæ opiniones.*

307 *Verbum inuenire de proprietate denotat ſolam inuentionem, nec requirit apprehenſionem.*

308 *Statutum dans præmium inuenienti, requirit etiam capturam, ſecundum ſubiectam materiam.*

309 *Statutum dans præmium inuenienti ſi alloquitur officiales iuſtitiæ intelligitur de captura, ſi alias perſonas, de ſola inuentione.*

310 *Statutum loquens de inueniente mulieres, in dubio ſemper intelligitur de ſola inuentione propter honeſtatem.*

311 *Statutum loquens de inuentione, an requirat capturam noua theorica traditur.*

312 *Nemo ſibi ipſi tradere poteſt rem quam habet, niſi ſuperueniat nouus titulus.*

313 *Mutare ſibi cauſam poſſeßionis, & rem ſibi tradere æquipollent.*

314 *Tutor uel curator an ſibi ipſi tradere poßit latè diſtinguitur.*

315 *Detentatio iudiciaria, an poßit per aſpectum a nuntio dari, latè diſcutitur.*

316 *Detentatio iudiciaria regulariter non poteſt dari per aſpectum à nuntio niſi interueniat impedimentum.*

317 *Tutor, curator, uel procurator generalis an per modos fictos poßint transferre poſſeſſionem, & concluditur quòd non.*

318 *Qui non poſſidet per conſtitutum, transferre non poteſt poſſeßionem.*

319 *Verus poſſeſſor poteſt transferre poſſeßionem in procuratores, & adminiſtratores acquirentis per modos fictos.*

320 *Prælatus poteſt per modos fictos transferre poſſeſſionem rerum eccleſiæ.*

321 *Verus poſſeſſor per actus fictos transfert poſſeſſionem in omnes, quòd multis rationibus probatur reſpondendo obiectis.*

322 *Procurator generalis an per actus fictos, & conſtitutum poßit transferre poſſeßionem, ſpecialiter diſcutitur.*

323 *Intellectus l. & iniurandum. §. tutor. ff. de acceptila. inquiritur.*

324 *Procuratorem generalem non poſſe per actus fictos transferre poſſeſſionem, nouiter ex multis confirmatur.*

325 *Cautela eſt, quòd contrahens cum adminiſtratoribus, corpore ingrediatur poſſeßionem, poſt traditionem per actus fictos.*

326 *Poſſeßio quomodo amittatur. uel retineatur, latè didiſcutitur.*

327 *Prima eſt opinio quòd ſemper per diſceßum amittatur, quæ reprehenditur*

Secunda

328 *Secunda eſt opinio Azo. ꝙ nunquam per diſceſſum amittatur: quia unica eſt, quæ etiã reprahẽditur.*

329 *Tertia eſt opinio Aldrici quòd per diſceſſum amittatur naturalis, & ciuilis acquiratur, & per reuerſionem amittutur ciuilis, & reacquiratur naturalis quæ reprehenditur.*

330 *Poſſeſſio naturalis, & ciuilis ſe inuicem compatiuntur: quia habent eadem principia.*

331 *Quarta eſt opinio Ioannis, qui diſtinguit quatuor caſus, & approbatur.*

332 *Poſſeſſio naturalis, an per diſceſſum amittutur, quando eſt unita cum ciuili, latè diſcutitur.*

333 *Vnita fortius conſeruantur, ne pereant quam ſola.*

334 *Ratio glo. quòd animus nimis grauatur in retinendo duas poſſeſſiones debilis eſt, & pucrilis, ideò cum alijs ſimilibus reprahenditur.*

335 *Naturalem poſſeſſionem unitam cum ciuili, amitti per diſceſſum comprobatur urgentibus fundamentis, & reſpondetur obiectis.*

336 *Naturalis poſſeſſio unita cum ciuili, amittitur per diſceſſum: quia eius potiſſimũ fundamẽtũ eſt corpus.*

337 *Naturalis reacquiritur, per conſpectum, & propinquitatem, qui habet auxilium à ciuili poſſeſſione.*

338 *Naturalis poſſeſſio retentu cum ciuili, per ſeruum peculiarem, amittitur per diſceſſum ſerui: quia lòco dominij habetur.*

339 *Naturalis poſſeſſio retenta per colonum, & ſeruoś, non amittitur per diſceſſum coloni, uel ſerui.*

340 *Naturalis ſola retinetur animo indiſtinctè.*

341 *Poſſeſſio corporalis à Bar. inuenta quæ eſt ſecundum doct. naturalis iniuſta retinetur animo, quòd comprobatur efficaciter.*

342 *Detentatio naturalis coloni, & commodatarij retinetur animo.*

343 *Detentatio iudiciaria an retineatur animo, diſcutitur referendo fundamentu Bar.*

344 *Detentatio iudiciaria pro ut eſt iuris retinetur animo*

345 *Detentatio iudiciaria pro ut eſt facti retinetur animo.*

346 *Miſſus in poſſeſſionem poſt quinquennium poteſt obtinere ſecundum decretum, etiam quòd amplius non fuerit ingreſſus rem.*

347 *Noua & generalis traditur theorica, quomodo poſſeſſio, & detentatio retineatur uel amittatur per diſceſſum, conſtituendo regulam quòd retinetur animo. Fallit in uno caſu tantum.*

348 *Caſus uarij referuntur, ſeu modi, per uarias cauſas amittendi poſſeſſionem.*

Lex prima. ff. de acquir. poſſeſſio.

EXplicitis hijs, quæ reſpiciunt declarationẽ rubricæ tam circa eius ſituationem, quàm uerborum conceptionem, eſſet uidendum de generali ſignificatione terminorum poſitorũ in ea, & in ſpecie de poſſeſſione: Veruntamen quia omnia generalia tangũtur in principio ... j. docto. ibi reſeruauerunt
ea diſcurienda, & nos etiam ibidem declarabi-
1 mus. Solum ergo † pro præmiſſis erit uidendum
quem ordinem obſeruauerint compilatores in
declaratione partium in rub. poſitarum, quæ
ſunt tres: de acquir. amittend. & retinenda poſ-
ſeſſione. Et quoniam utilis ualdè, & proficua eſt
hæc materia, diligenter ueniẽ examinanda, iux.
legem legata. de lib. leg. ideò ipſi, tria in quacũ
cunquè parte ordinatè poſuerunt. Primò quo-
modo per corpus noſtrum acquiratur poſſeſſio.
Secundò quomodo per corpus aliorum, tam ſer
uorum quàm liberorum hominum. Tertiò de
quibus rebus acquiri poſſit, & quæ ſint neceſſa-
ria ad eam acquirendam, quæ tria quoq; repli-
cauerũt in amittenda poſſeſſione, & retinenda.
2 Primò igitur, in §. item acquirimus incæpe-
runt declarare † quomodo acquiratur poſſeſſio
per corpus noſtrũ, ſiue habeamus mentem per
fectam, uel imperfectam, & ſiue contractus ſit u
tilis, uel inutilis, & poſteà in §. itẽ acquirimus.
inceperunt tractare, quomodo poſſeſſio per cor
pus alterius acquiri poſſit. Et primò dixerunt,
quòd per ſeruos, & filios quos habemus in pote
ſtâte, nobis acquiritur ſcientibus, & ignoranti-
bus, etiam ex cauſa peculiari. Secundò poſteà di
xerunt, quomodo per ſeruos, & liberos homi-
nes, bona uel mala fide poſſeſſos acquiratur.
Tertiò quomodo per ſeruos communes. Quar-
tò quomodo per ſeruos in quibus habemus u-
ſumfructum. Quintò quomodo per ſeruos, in-
fantes, uel furioſos. Sextò quomodo per ſeruos
quos in fuga habemus. Septimò quomodo per
ſeruos pignori corporaliter datos acquiramus.
Octauò quomodo per ſeruos hæreditarios ac-
quiramus. Nonò ponit unã qualitatem neceſſa-
riã omnibus, ꝙ ipſi habeant animũ acquirendi
dominis ſuis, alioqn ſine animo nullo modo ac-
quirerent. Decimò poſteà addiderũt, quomodo
per homines liberos nobis acquiratur, ut tuto-
res, curatores, & procuratores, atquè etiam po-
ſteà quomodo per oculos, & effectum, propter fa
ctum hominis liberi nobis acquiratur. Vndeci-
mò poſteà dixerunt de municipibus, an ipſi ac
quirere poſſint poſſeſſionem, atq; poſteà an per
ſeruos Reipu. ipſis, uel Reip. acquiri poſſit poſ-
ſeſſio: & ita compleuerunt tractatũ, quomodo
per corpus alienum nobis acquiratur poſſeſſio.
3 Poſteà in l iij. † dixerunt de rebus quarũ poſ
ſeſſio acquiri poſſit, dicendo. ꝙ res tantũmodo
corporales poſſideri poſſunt, incorporales ue-
rò nõ poſſunt poſſideri, ſed tantummodo quaſi
poſſideri. Item res debet eſſe certa, ut poſſideri
poſſit, pro portione uerò incerta poſſideri non
poteſt, addẽtes poſteà quoq; quomodo acquira
tur poſſeſſio, & dicentes quod requiritur cor-
pus, & animus, & nequè ſolo corpore, nequè
ſolo animo acquiri poteſt. Vnde poſteà infe-
runt in d. l. iij. §. Neratius. quomodo acquiratur
poſſeſſio theſauri, decidentes ꝙ ſolo animo niſi
corporaliter res amoueatur acquiri nõ poſſunt
Duodecimo dixerũt de cauſis acquirẽdi decidẽ

tes ꝙ ex narijs cauſis poſſeſſio unius rei acqui-
ri poteſt, ſed tamen è contrariò plures eandem
rem in ſolidum posſidere non poſſunt, per ra-
tionem, quòd in eo loco in quo ſto, tu ſtare non
potes, & in eo loco in quo ſedeo, tu ſedere non
potes, & ita compleuerunt primam partem quo
modo acquiratur poſſeſſio. Poſteà in §. in amit-
4 tenda † incęperūt tractare de ſecūda parte rub.
quomodo amittatur poſſeſſio eundē ordinē ſer
uando. Et Primò dicentes ꝙ per corpus noſtrū
amittimus poſſeſſionē, interueniente facto cor-
poris noſtri, & animi, hoc plus dicentes, ꝙ etiā
ſine facto corporis noſtri, & ſolo animo amitte
re poſſumus poſſeſſionē, ita ꝙ poſſidēs ciuiliter
ſi nūciatur, eis ꝙ inimici ingreſſi ſūt poſſeſſionē
rei ſitę, propter ſolū timorem amittunt poſſeſ-
ſionē. Secundò addiderunt quomodo per cor-
pus alienū amittimus poſſeſſionem, dicentes, ꝙ
ſi ſerui uel coloni quorum corpore poſſidemus
moriantur non amittimus poſſeſſionē: ſed ſi ip
ſi alteri tradiderint poſſeſſionē animo nos pri-
uādi eā amittere poſſumus. Tertio loco dixerūt,
quomodo per ſeruos qui ſe liberos cōtendūt, a-
mittere poſſumus poſſeſſionē: poſteà quarto lo
co dixerūt, an per ſolū corpus deſinamus poſſi-
dere, ſaltus hibernos, & æſtiuos. Quartò addide
runt quomodo de rebus mobilibus amittamus
poſſeſſionē, dicentes ꝙ ſtatim ꝙ nos perdideri
mus eas, deſinimus poſſidere, & poſteà dixerunt
de feris, beſtijs captis quomodo eas deſinamus
poſſidere, & addiderunt ꝙ eriā res immobiles
poſſumus deſinere poſſidere, ſi occupatę fuerint
à flumine, uel à mari, atquè ita compleuerunt ſe
cundā partē rub. quomodo amittatur poſſeſſio.
5 Et in eo. quoq; loco † implicitè tractauerunt
de tertia parte rub, quomodo retineatur poſſeſ
ſio, & in. §. ſaltus hibernos, dixerūt ꝙ retinemus
poſſeſſionē rerū ſolo animo, etiā ꝙ diſcedamus
per multos mēſes corpore ab eis. Itē addiderūt
quomodo per perſonā aliorū retineamus poſ-
ſionem, dicentes ꝙ corpore alieno, & animo no
ſtro poſſidere poſſumus, ut per corpus colono-
rū, ſeruorū, & aliarū, nomine noſtro, perſonarū
poſſidentiū. Itē etiā, & corpore alieno, & animo
alieno, etiā ignotātes retinere poſſumus poſſeſ
ſionē in rebus peculiaribus, addentes etiā ꝙ re
rū mobiliū retinemus poſſeſſionē, ſi eas cuſtodi
tas habemus. Itē & etiā ferarū, beſtiarū, poſſeſ-
ſionē retinemus, donec ſūt ſub cuſtodia noſtra
uel animum reuertendi habuerint: ſed ſi ſe in
naturalem libertatem receperint, deſinimus
poſſidere, atquè ita compleuerunt tertiam par
tem rubricæ de retinenda poſſeſſionę.

Quibus explicitis poſteà tractauerunt quot
ſunt genera poſſeſſionū, demōſtrando ꝙ reperi
tur poſſeſſio naturalis, & poſſeſſio ciuilis, & ꝙ a
liud eſt poſſidere, aliud eſt in poſſeſſione eſſe, &
hæc ordinatim poſuerunt, ut plenè de trib. par-
tibus rubricæ cognitio haberi poſſit, & ſucceſſi
uè poſteà, addiderunt multa acceſſoria prædi-
ctis accidentalia, & ſine ordine, uſq; ad finē titu
li, decidētes multos caſus particulares, ut plenā
6 notitiā per nos aſſumere poſſimus † Veruntamē
quia in omnibus prædictis unicū eſt ſubiectum
poſſeſſionis, de qua in omni parte dicendū eſt,
ideò ne illotis manibus accedamus de ſubſtan
tia ipſius poſſeſſionis ante omnia dicendum
erat, iuxta l. primam. ff. de iuſti. & iur. & in l. ij.
ff. de orig. iur. & arg. l. primæ. ff. ſi cer. peta.

Vnde Paul. auctor legis, & cōpilatores ipſi in
prin. poſuerunt quatuor principia ſeu primor-
dialia poſſeſſionis determinādo multū utiliter
& breuiter. Primò unde dicatur poſſeſſio ponē
do eius etimologiā. Secūdò qd ſit poſſeſſio po-
nēdo diffinitionē poſſeſſionis naturalis, & in-
formis. Tertiò declarando quo tēpore habuerit
originē poſſeſſio, & quo iure. Quartò quos effe-
ctus ꝓduxerit circa acquiſitionē dominij. ideò
hoc principiū diuiditur in quatuor partes prin
cipales, licèt doc. in tres partes aſſeruerint diui
di. Nā in prima parte ponitur etymologia poſ-
ſeſſionis, in ſecunda parte, quæ incipit ibi, quia
naturaliter tenetur, ponitur diffinitio poſſeſſio
nis informis. in tertia pte ponitur quo iure ha
buerit originē, quāuis implicitè, ibi. dominiūq;
rerū, in quarta pte ponitur effectus poſſeſſionis,
in eiuſdē uerbis, & magis in ſpecie: ibi, eiuſq; rei.
7 Sūmatur. † Poſſeſſio dicta eſt à pedū poſitio-
tione, à qua olim incæpit dominiū, ꝙ hodiè e-
tiā ſeruatur in his quę in bonis nullius ſūt. Sed
Iaſ. hic repræhēdit, hoc ſūmariū de impfectione
in ultima parte: quia tātūmodo fecit mētionem
de rebus quæ ſunt in bonis nullius, & tacuit de
rebus captis ab hoſtibus quæ non ſunt in bonis
nullius. Propterea ut latius loqueretur ipſe, lo
co ultimorū uerborū Bar. addidit ꝙ hodie etiā
ſeruatur in exēplis hic poſitis, ꝙ ſummariū quā
tū ad iſtā partē poteſt ſtare, & nihil repugnat.
Attamē Alc. hic ſaluat Bar. cū ſuis uerbis, dicēs
ꝙ imò capta ab hoſtibus, poſſunt dici in bonis
nullius antequā capiātur, l. rē in bonis. ſup. titu.
pri. ex eo: quia à dominis prius pro derelictis
habētur, dū ipſi milites fugiūt uerſa pila, ideò,
& expilare uerbū inuentū fuit, qđ ſignificat ſub
ſtractionē quā furto faciunt illi de rebus in bo
nis nullius exiſtētibus, ut in rub. & nigro de cri
mine expilatæ hæreditatis, quaſi uertere pilā di
cātur ipſi domini, uel ſi dominus ſit, ipſe tamē
ꝓ timore fugiat, & ꝓ derelicto habeat, qđ ſæpe
cōtingit in his qui ſpoliātur à furibus de nocte
palijs ſuis, nā fugiētes, ne & uitā amittāt, ueſtes
ſuas pro derelictis babēt, uertendo pilas, l. j. §. j.
inf. de effracto. quem tex. ita intelligit ipſe.

Et in hanc opinionē incidit ipſe Iaſ. ſibi con
trarius, in quarto. no. qui uoluit quòd bona ho-
ſtiū nobis acqrātur ex capite ꝙ ſint in bonis nul
lius: qa enumeratur hic modus inter alios in qui
bus acquiritur, ex capite ꝙ res ſint in bonis nul
lius, quæ opinio ſatis ſuſtineri poteſt de rebus
ꝓiectis in terra ab hoſtibus fugientibus, qui ut
facilius currere poſſint proijciunt arma grauia
quæ ꝓ derelicto habere p[illegible]ſumūtur, arg. tex. in
l. quod

l.qđ ſi nolit. & l.quod meo.§.fi.inf.eo.Sed tamẽ ſi ſperaſſent aliquo modo recupare,ut auctis uiribus ſtatim reuertantur, ut ſuadet ratio ꝙ fecerint,& tunc non uidentur haberi pro derelicto, ſi probari poſsit,ſicut dicitur de rebus in mari propter timorem tempeſtatis proiectis.

Vnde & de ipſis rebus dubitabilis eſt opinio, An habeantur pro derelictis, ſed magis dubitabilis eſt,in rebus non proiectis etiam quòd aufugiant,uel etiam quando ipſi ſe opponunt hoſtibus licèt defeſsi poſteà capiantur.nam tunc non uidentur deſinere poſsidere,& minus deſinere habere dominium,per legẽ ſi quis ni,& legẽ quod meo.§.fi.infra eodem . & tanto fortius quando ſunt res immobiles in quibus eſt ſpes recuperandi , & non ita faciliter habentur pro derelictis . Proptereà uidetur quòd acquiſitio quæ fit de rebus hoſtium , non fiat ex illo capite quòd ſint in bonis nullius,tum quia apparuerunt iam poſſeſſæ , tum quia non præſumuntur habitæ pro derelicto. Sed additur unus modus acquirendi dominium , per ſolam occupationem etiam rerum quæ ſunt in bonis alterius, ut ſtatim quòd uiolenter capiantur ab hoſtibus , ipſi capientes incipiant poſsidere,& ab illa poſſeſsione acquiratur dominium ſine traditione, & alia legitima cauſa præcedente,& æquiparatio quæ fit hic in tex.non eſt ex capite,quòd res ſint in bonis nullius, ſed ex capite , quòd poſtquàm acquiſita eſt poſſeſsio,in continenti ſequitur acquiſitio dominij , quod non erat regulariter in rebus acquiſitis , & in rebus quorũ dominium iam erat acquiſitum,nec etiam de iure gentium,ut infra dicemus in ſeptimo,& octauo notabili,de lapillis,& gẽmis inuentis extra littus maris.Quare apparet quòd Bar.in ſuo ſummario non fuit complexus res captas ab hoſtibus,& melius locutus fuit Iaſ.hic quam in dicto quarto notabili. Ex alio etiam ultra doct. ſummarium Bar.eſt diminutum:quia non facit mentionem de diffinitione poſſeſsionis tradita, nequè de origine ipſius. unde plenius ita ſummari poteſt.Poſſeſsio dicta eſt à pedibus, uel à ſedibus,& tunc inducitur,quando quis inſiſtit in re quam naturaliter tenet, originemquè habuit à iure naturali,atquè ab ea proceſsit dominij acquiſitio,cuius ueſtigia hodie remanẽt in rebus nullius , & in his quæ capiuntur ab hoſtibus.

8 Caſus ita breuiter fingi poteſt Fuit† quæſitũ coram Paulo,& compilatoribus, quæ in princi. huius nigri tractanda eſſent,& dicenda, & uidebatur ſecundum formam rub. ꝙ prius eſſet tractandum quomodo acquiratur poſſeſsio,tã per corpus propriũ,quàm alienum , enumerando ꝑſonas per quas acquirere poſſumus,atq; tractãdo de rebus.& poſteà quomodo acquiratur , & retineatur,uel ſi aliquod pro præuia inſpectione eſſet præponendum, uidebatur bonũ eſſe laudare materiam,& utilitatem ipſius:arg.l. j.ſup. de reſti.in integrum & l. j. ſupra naut. caup. & ſtabul.& l.j.ff.de ...cud. rui. & nauf. Aliter tamen determinauit hic Paulus dicens , ꝙ cum ſubiectum totius materiæ tituli noſtri ſit ipſa poſſeſsio,ante omnia quatuor principia,ſeu primordialia poſſeſsionis uidere debemus. Primò unde dicatur,& quam etymologiam habet . Secundò quid ſit poſsidere , & quid poſſeſsio , ac quomodo diffiniatur.Tertiò quo iure, & à quo tempore originem habuerit.Quartò quos effectus producat,circa dominij acquiſitionem , & ratio decidendi eſt: quia ante omnia debemus laborare,ne ſuper ignoto diſputemus, iuxta te. in l j.ff.de iuſti.& iur.& in l.ij.ff. de orig. iur. & l.j.ff.ſi cert.pet.Non obſtant contraria:quia illa bona eſſent,ſed hæc meliora,& præponenda. Nec obſtat illud de laude : quia bonum eſt , ſed non neceſſarium,hoc autem neceſſarium eſt , & laus ipſa ſe manifeſtam facit ex materia.

Sed tunc ſuccedit dubitatio poſtquàm hæc principia præmittenda ſunt . Et primò uidendum eſt unde dicatur poſſeſsio,& de eius etimologia.Quæritur igitur unde dicatur, & uidebatur quòd deriuatur à pos, & ſeſsione:quaſi ſit potentia ſedendi , ut grammatici exiſtimant, quos adducit hic Alcia. ſicut polluere dicitur: quia poteſt lauare . polliceri, qui poteſt liceri : arg.leg.iij.§.ex contrario. infra eodem. ut hic per Alcia.& in tracta ſuo.de quinq; pedũ pręſcriptione. Vel ſecundò uidebatur poſſeſsionem denominari debere à poſsidendo , ſicut tutor, à tuendo,doctor à docendo, & creditor à credendo , ut inſti. de tutel. in principio . & uidetur ſentire Ferretus hic, & non uidetur eſſe neceſſarium apponere pedes , uel ſedem:arg. legis tertiæ . §. ſaltus . infra eodem . & l. clauibus . de contrahend. emptio. & l.quod meo. §. ſi per uenditorem . ff. de actio. emp. His tamen non obſtantibus aliter determinauit hic Paulus : quia poſſeſsio dicta eſt à pedibus, quaſi pedum poſitio , uel ſecundum aliam literam dicta eſt à ſedibus,quaſi ſeſsionis poſitio , & ratio decidendi eſt : quia per etymologiam nos addiſcimus ſubſtantiam etymologati , & ſaltem eius materiam : quoniam nomina ponuntur ad diſtinguendas res . §. ſi quis in homine . inſti.de leg.& l.ad recognoſcẽdas. C.de ing.manu.ideò nomina ponuntur ut denotant aliquã ſubſtantiam apparentem , per quam nominatũ cognoſcatur,atquè diſtinguatur ab alijs rebus , & cum pedum uel ſedium poſitio ad oculum corporis poſſeſsionem demõſtret, & ſeparet ab alijs rebus,ideò nomen impoſitum fuit,compoſitum ex illis duobus , pedũ poſitio, ſeu ſedium poſitio.Quæ declaratio appellatur etymologia id eſt,reſolutio etymologati, ſeu uocabuli compoſiti,in terminos magis notos , hoc eſt in terminos ex quorum mixtione componitur.

Non obſtant contraria : quia illa etimologia grãmaticorum non eſt bona,tũ quia pos per es, nõ poteſt denotare potentiã , & magis cõuenit ut denotet poſitionẽ , tũ etiã quia potẽtia ſedẽdi nõ den...t ſubſtãtiã poſseſsionis, quam nos

ante omnia ſcire debemus,& per nomen expli-
cari debet,cum potentia actum non præſuppo-
nat in eſſe,& ſi dicatur quòd poſſidere dicitur
à pos,id eſt,in poteſtate ſua habere,ut in prom-
tuario, uel ſecundũ alios poſſesſio dicitur à pos
græcum,quod denotat dominium, & ſedere,id
eſt habere,id eſt,in dominio noſtro habere. Vel
ſecundum alios à uerbo pos, quod potentem ſi
gnificat,& uerbo ſedeo,quod eſt habere in pote
ſtate,uel dominio: nam prædictæ etymologiæ
traditæ fuere ab ignorãtibus ius, & credẽtibus
ꝙ dominiũ,& poſſesſio ſint idẽ,qđ tamẽ de iure
falſum eſt,cũ poſſesſio diſtinguatur à dominio.
l.naturaliter.§.nihil cõmune.infr.eo.licèt anti-
quo iure in pleriſquè bonis poſt poſſesſionẽ ſe
queretur dominiũ,Cum autẽ Paul.hic uellet ety
mologare de poſſesſione, prout differt à domi-
nio,poſuit etimologiam connenientem illi tan
tũ.dicendo à pedibus,ſeu à ſedibus,ſeu ſesſione
quæ à quocunq; etiã non domino haberi poſſit.

Non obſtat ꝙ debet denominari à poſſiden-
do:quia tunc non eſſet etymologia, ſed deriua
tio, cum etymologia reſoluat nominatum in
terminos componentes, & denotantes ſubſtan
tiam,deriuatio uerò fiat à uerbo,per quod non
denotatur ſubſtantia, & ut hic nomen ſubſtan-
tiale poneret, Paulus etimologiam denotantẽ
ſubſtantiam poſuit, ut habetur in l.ij.§.appel-
lata. ff. ſi cer. pet.

9 Sed tunc ſuccedit tertia dubitatio † quam o-
miſerunt docto.quomodo diffiniatur poſſesſio,
ſeu quid ſit poſſidere, & uidebatur dicendum,
ut per grammaticos uariãtes ſupra relatũ fuit,
uel legaliter loquendo ꝙ deberet diffiniri: ꝙ
eſt ius inſiſtendi rei,uel alio modo ut infr. latiſ.
niè examinabimus.His tamen non obſtantibus
contrariũ determinatũ fuit,ꝙ imò poſſesſio na
turalis,& informis diffiniatur, ꝙ eſt inſiſtentia
in re,quam naturaliter tenemus,& poſſidere eſt
inſiſtere in re,quam naturaliter tenet. Et ratio
decidendi eſt:quia duo ſunt de ſubſtantia poſ-
ſesſionis naturalis,corpus,& animus, & uno de
ficiente,deficit poſſesſio. Per uerbũ autem natu
raliter tenemus,& denotatur opatio corporis,
& appræhenſio ipſius rei,quaſi cum corpore ac
quiſitio,& per uerbum inſiſtentia,denotatur o-
peratio animi, quæ omninò concurrere debet,
cũ nõ ſufficiat tenere rem ſi non habeat animũ
eam poſſidendi, l.j.§.antepe.& l.iij.in ſecundo
reſponſo.inf.eo.& l.quemadmodũ.Vnde opor-
tet ꝙ iſte animus demonſtretur,quod ſit per ip
ſam inſiſtentiam,id eſt,ualde ſiſtentiam,ut non
ſimpliciter teneat,ſed animus omninò tenendi
ſit & idẽ eſt in uerbo poſſidere. Vnde non ſuffi
ciat ſimpliciter tenere, ſed eam emphaſim in rẽ
ſtare:ideò inſiſtentia eſt genus,& refertur ad o-
perationem animi,qui effectũ tenẽdi habeat, &
uerbum ꝙ naturaliter poſſidet,ponitur ad dif-
ferentiam, ut includatur operatio etiam corpo
ris,ut patet in græco addito hic per Paulum.

Nec obſtant expoſitiones grammaticorum.
quia ſupra reſponſum fuit quòd ipſi excedunt
terminum poſſesſionis communicãdo cum do
minio.Nec obſtant diffinitiones docto.inf.tra-
ditę: quia illę procedunt in poſſesſione forma-
ta à iure ciuili,quæ ualde alterata fuit, ut infra
dicemus,ut ſolo animo retineri poſſit, & amit-
ti.Nos autem loquimur de poſſesſione naturali
informi,quæ hæc duo requirit, corpus, & ani-
mum. dicta l. quemadmodum. infra eo.

Quarta poſteà ſuccedit dubitatio, † quo tẽ-
10 pore poſseſſio habuerit originem.& uidebatur
quòd fuiſſet inuenta poſt cognitionem domi-
nij,& diuiſionem factam de iure gentium,& cũ
propter eam dominij cognitio cæperit eſſe. Itẽ
quia remedia poſſeſſoria longo tempore poſteà
introducta fuere,ut patet inſti.de interdictis.in
§.j.Secundò uidebatur ꝙ eſſet introducta de iu
re ciuili:quia appellatur poſſesſio ciuilis,& ſolo
animo retinetur ex diſpoſitione ciuili, l. licèt.
C.eo.atquè etiam producit effectus ciuiles in u
ſucapione,ut dictum fuit in rub.His tamen non
obſtantibus, contrarium determinatur, ꝙ imò
poſſesſio habuerit originem ab exordio mũdi,
& ſtatim ꝙ homines eſſe cæperunt, & per conſe
quens ꝙ fuerit introducta de iure naturali.& ra
tio decidendi eſt: quia ſtatim ꝙ Adam fuit in
mundo,per inſtinctum iuris naturalis primò ac
quirebat poſseſſionem,& poſteà dominium, ut
probatur in cap. ius naturale,ibi, ſuccesſio libe
rorum,quæ de his rebus neceſſarijs, ad uictum
& ueſtitum fiebat. Vnde illo iure per occupatio
nem acquirebatur.l. ij.& iij.ſupra tit.primo.

Non obſtant contraria: quia primum proce-
dit de poſseſſione rerum immobilium, quæ cũ
primò eſſet communis,poſteà effecta fuit parti
cularis, quando dominia rerum fuere diſtincta
de iure gentium,nos loquimur hic de poſseſſio
ne rerũ immobiliũ. Nõ obſtant alia contraria,
quia loquuntur de poſseſſione formata,quæ po
ſteà inuenta fuit à iure ciuili, nos loquimur de
poſseſſione primæua naturali.

Quintò dubitatur quos effectus ꝓducat poſ
ſesſio,& uidebatur quòd produceret acquiſitio
nem fructuum, & poteſtatem ſedendi, ut dici-
tur in prima parte,uel quòd produceret effectũ
uſucapionis,& alios quos poſuit tex. in §. com-
modum.inſti. de interdictis. Aliter tamen de-
terminatur hic, quòd imò ex poſseſſione pro-
ducatur dominium, & ratio decidendi eſt:
quia ab initio mundi ex occupatione rerum, ad
uictum, & ueſtitum pertinentium, acquireba-
tur poſseſſio, & ſucceſſiuè dominium, inſti-
gante iure naturali, ut de ois poſſet facere ad
libitum quod ſibi placeret, ad ſui conſerua-
tionem, cuius productionis ueſtigium etiam
hodie ſeruatur, in omnibus rebus quæ cœlo,
& terra, & mari naſcuntur, & in inſula nata
in mari, & in lapillis, gemmis, & marga-
ritis inuentis in littore maris: quia cum ta-
les res etiam hodie ſint in bonis nullius, ſta-
tim quòd occupantur, acquiritur poſseſſio, &
à poſ-

à poſſeſſione procedit dominium, quod etiam
ſeruatur in his quæ capiuntur ab hoſtibus: quia
earum acquiſitio fit per captiuitatem, ex intro
ductione iuris gentium, perinde acſi eſſent in
bonis nullius per ſolam occupationem.

Nonò obſtant contraria; & primò de fructi-
bus: quia ille effectus ſequitur ex dominio quan
do acquiritur per poſſeſſionem: ſed ſi eueniat
quòd ex poſſeſſione dominium non poſſit quę-
ri: quia prius alteri fuerit quæſitum, tunc pro-
cedunt contraria, quòd poſſeſſio producat effe
ctum fructuum, & alios poſitos in d. §. commo-
dum: quia tunc cum non poſſit cauſare princi-
palem effectũ dominij, cauſat eos quos poteſt.
Quare ſtat concluſio, quòd in hoc principio po
nuntur quatuor primordialia poſſeſſionis. Pri-
mò unde dicatur. Secundò quomodo diffinia-
tur. Tertiò quo tempore habuerit originem.
Quartò quos effectus producat.

11 Notandum eſt ex iſto tex. † quòd poſſeſſio
dicta eſt à pedibus, quaſi pedum poſitio ſecun-
cundum unam literam, quæ uidetur magis com
munis. Alia tamen reperitur litera ſecundum
quòd refert glo. ut dicatur à ſedibus, quaſi ſit
ſedium ſeu ſeſſeſſionis poſitio: unde naſcitur dif
ficultas, quæ litera melior dicatur. Et glo. hic di
cit, quòd prima litera melior eſt: quia denomi-
natur à principio quod interuenit in poſſeſſio-
ne, cum antequàm acquiratur; primo interue-
niat pedum poſitio. Sed ſi diceretur a ſedibus,
denominaretur à fine, id eſt, ab intẽtione finali:
quia qui acquirit poſſeſſionem, habet hanc fina
lem intentionẽ in eo loco ſedendi, & quieſcen-
di, prout fecerunt antiqui patres, qui peregrina
bantur per mundũ longo tẽpore, & poſtea feſſi,
ſe firmabant in loco, ubi ſedem faciebant, & qe
ſcebant. Tamen doct. ex hac ratione parum mo
uentur: quia etiam res iudicantur ſecundũ prin
cipalem intentionem, & propter finem mutant
naturam, l. ſi quis nec cauſam. ff. ſi cer. pet. & ma
ximè: quia poſitio ſedium non eſt finis, ſeu effe-
ctus poſſeſſionis, ſed eſt ipſe actus poſſidendi,
qui tunc fit quando ponit ſedem, id eſt, habet a-
nimum retinendi, cum peregrinantes ponãt pe
dem in quocunque loco, non tamen acquirunt
poſſeſſionem: quia non habent animum perma
nendi, neque retinendi: quando uerò ponunt ſe
dem, demonſtrant animum retinendi, & cum ef
ficitur poſſeſſio, quæ eſt inſiſtentia in re cum a-
nimo retinendi.

Vnde adhuc ſtat plena dubitatio, quæ dica-
tur eſſe uerior litera. Et pro prima litera, quę cõ
munis eſt: & auctoritas teſtamẽti ueteris Deuto
ron. ca. xj. ubi Deus dixit Moyſi: quidquid calca
uerit pes tuus tuũ erit, ꝙ poſtea replicatum eſt
Ioſue, cap. j. & 14. Ioſu. ergo uidetur ꝙ poſſeſſio
propter pedem principaliter conſideretur.

Secundò facit: quia iura ciuilia dicunt aliquẽ
mitti in poſſeſſionem, & aliquem ire in poſſeſ-
ſionem, ut in rub. & ni[illegible]ro. ff. ut in poſſeſſio. eat.
& in l. prima. & per totum infra ne uis fiat ei.
& l. j. ſupra ut in poſſeſſio. legatorum. & l. non
mirum. ff. de pigno. actio. Ideò uidetur quòd
primum inſtrumentum requiſitum in poſſeſſio-
ne ſit pedis operatio, & meritò ab eo denomina
ri debet, & facit infra in §. ſi pupillo.

Tertiò facit tex. in l. iij. in prin. infr. eod. ubi
non eſt opus ut totum fundum circumambulet,
& ſufficit ingredi, & partem circumire, ergo
pes eſt de ſubſtantia.

Quartò facit tex. in l. quod meo. §. fi. dum di
citur non minus per oculos acquirimus poſſeſ-
ſionem quàm ſi pedem poſuiſſemus.

Quintò facit: quia denominatio debet fieri à
potentiori, & à priori parte, & pes uidetur eſſe
præambulum, neceſſarium ad principium poſ-
ſeſſionis, ut hic dicebat glo. & hanc opinionem
uidentur tenere communiter docto. & expreſſè
firmat hic Ferretus poſt Hugonionem, qui dixit
quòd etymologia debet totum etymologa-
tum referre, & eſſe debere æqualem uerbo, ut in
capitulo priuilegia. tertia diſtinction. ic ue-
rò non ponitur etymologia, ſed quædam de
nominatio tantum quæ denotat principium
poſſeſſionis.

12 Alcia. uerò hic tenet contrariam opinionem
quòd imò uerior litera ſit à ſedibus, non à pedi
bus. & mouetur. Primò quia poſſidere uerbum
componitur, & denominatur à uerbo ſedere,
quaſi potenter ſedere, ſicut & reſidere dicitur il
le, qui continuam habitationem in loco ponit,
quaſi perfectè ſedere, ut in rubro, & nigro. extra
de clericis non reſidentibus. in antiquis. & in 6.
Itẽ aſſidere exponitur, id eſt, iuxta iudicẽ ſede
re. unde dicitur aſſeſſor. ut in rub. & nigro. ff. &
C. de officio aſſeſſo. & l. nemo. C. de aſſeſſoribus
ſi ergo uerbum poſſidere, participiat de uerbo
ſedere, ſeu ſubſtantiam capit ab eo, eodem mo
do, & ipſa poſſeſſio.

Secundò adducit ipſe, quòd apud Virgilium
reperitur huic ſeruare ſedem. & apud Orpheum
in l. lege cenſoria. de uerborum ſignificatio. di-
citur habere ſedes. in cap. ius gentium. diſt. di
citur, ꝙ ius gentium eſt occupare ſedes. Vnde
uidetur ꝙ poſſeſ[illegible] à ſedibus ſubſtãtiã habeat.

Tertiò adduci[illegible]pſe, & Rip. hic: quia in tex.
ponitur uerbum [illegible]grecũ cathesim. [illegible] quod
ſignificat ſecun[illegible]ũ eum, decumbo, ſeu incumbo,
uel ſecundum [illegible] in prima glo. ſignificat idem
quod ſedeo, [illegible] cathedra dicitur, in qua prin-
cipalis in do[illegible] ſedet. ergo ſequitur quòd poſ-
ſeſſio à ſeſſi[illegible] dici debeat.

Quartò f[illegible] tex. de quo per Iaſ ibidẽ, in le.
iij. §. è cont[illegible] in fi. infr eodem. ibi, in loco in
quo ſtare[illegible] potes, & in eo loco in quo ſe-
deo, ſedere [illegible] potes, ideò poſſeſ[illegible] in ſolidum
apud plure[illegible] ſe non poteſt, & ſic de ſubſtantia
poſſeſſioni[illegible]gumentatur per uerbum ſedeo.
Et hæc op[illegible] mihi magis placet, quàm etiã cõ
muniter [illegible] approbauerunt, pro qua facit, q̃a
maior in[illegible]tera eſt conuenientia termini:
nam poſſ[illegible]icitur à pos, ꝙ expoſitum ſigni

ficat, poſitio, & ſeſſio, ſignificat ſedem: & ſic componitur ex duplici termino, ex poſitione ſeſſionis: propterea dicitur poſſeſſio, ſicut mutuum componitur ex meo, & tuum, & appellatur mutuum: quia fit de meo tuum. l. ij. §. appellata. ff. ſi cer. peta. & teſtamentum reſoluitur, id eſt, mentis teſtatio, perficiendo terminos ex quibus componitur, & ſi tu habes literam pedũ poſitio, nulla eſt conuenientia termini, cum nulla pars conueniat pedibus, & ut conueniret eſſet opus dicere popedio, id eſt, poſitio pedum. Quoniam igitur compoſitio uerbi debet reſolui in terminos ex quibus cõponitur, & nõ poteſt reſolui in terminos pedum poſitio, neceſſariò debet dici ſeſſionis poſitio, cum à uerbo in dubio nõ debeamus recedere, l. nõ aliter. ff. de leg. iij. Et facit etiam: quia ad poſſeſſionẽ acquirendã, non ſufficit calcare pedes, cum omnes deambulantes uideãtur calcare, & ponere pedem, & tamen nullam acquirunt poſſeſſionem, ideò non uidentur ponere aliquã ſubſtantiã poſſeſſionis.

Sed ſi tu dicas à ſedibus, denotatur ſubſtantia poſſeſſionis, quòd interueniat operatio corporis, & cuiuſcunquè partis corporis, atquè operatio animi: quia ſedendo demonſtrat animum retinendi, & nomina debent eſſe conuenientia rebus. §. pe. inſti. de donationibus. & etymologia uocabuli ſoleat denotare aliquam ſubſtantiam rei, ſine qua eſſe non poſſit. Vnde appellatur etymologia ab ἐτυ quod eſt uerum & λογος locutio, quaſi uera locutio, & inde dicitur ueriloquium, ut habetur in d. §. appellata. & inf. dicetur ſuper glo. Poſſeſſio autem ſine pede, eſſe poteſt, ſi quis in ſella portetur, uel etiam in re mobili, ut inf. dicetur, & ſolo oculo, ergo cũ non denotetur ſubſtantia aliqua, illa expoſitio non eſt tenenda, & uerior eſt illa, ut dicatur à ſedibus, quaſi ſeſſionis poſitio.

13 Veruntamen: † quia hæc ſedium poſitio non ſoleat in omni poſſeſſione haberi, doct. inclinauerunt magis in illa litera pedum poſitio, ꝓpter illam rationem, quòd magis ad oculum corporis uideatur interuenire pedum poſitio, quam ſedium.

Vnde tenendo hanc litera[illegible] communem du-
14 bium eſt † quare potius appe[illegible]tur à pedibus, quàm à manu. & Iaſ. hic refert [illegible]s rationes Prima eſt: quia pes eſt ſubſtentacu[illegible]n perſonæ, & eſt baſis in corpore, ſicut & ba[illegible] in columna, ideò potius pes quàm alia par[illegible]orporis conſideratur. Quæ tamen ratio par[illegible] concludit in propoſito: quia licèt reſpectu c[illegible]oris, & eius uſus, pes uideatur potentior pa[illegible]amen quantum ad poſſeſſionem, quàmuis [illegible]bſtentaculum corporis, non demonſtra[illegible]òd ſit potentior pars, cum imò manus in [illegible]ehenſione uideantur potentius operari [illegible]aximè in occupatione ab hoſtibus.

Secunda ratio adducitur, quò[illegible]ſſeſſio incæpit à rebus immobilibus, in [illegible]s pes eſt neceſſarius, poſſeſſio uerò reru[illegible]obilium fuit poſteà introducta, unde denominatur ab illo inſtrumento, quod in prima poſſeſſione erat neceſſarium. Quæ ratio falſa eſt: quia imò ut dixi in figuratione caſus: poſſeſſio rerum immobilium introducta fuit, ſtatim quòd Adam fuit in mundo, qui pro uictu, & ueſtitu in continenti incæpit capere res, quæ cœlo, & terra, & mari naſcuntur, ideò cum ſit antiquior poſſeſſio, uideretur quòd potius, à manibus deberet denominari, tanquàm faciant primum inſtrumentum ad capiendam poſſeſſionem.

Vnde tertia aſſignatur ratio: quia tria ſunt inſtrumenta ad poſſeſſionem capiendam, oculus, manus, & pes; oculus parum facit: quia requiritur uoluntas, & operatio tradentis, l. j. §. ſi iuſſerim. & l. quod meo. §. fi. unde non habetur in conſideratione quantum ad nomen, ſolum ergo remanent, & manus, & pes: manus autem interuenit in poſſeſſione rerum mobilium, pes uerò interuenit in poſſeſſione rerum immobilium. Sed poſſeſſio rerum immobilium eſt potẽtior; & dignor: quia illa mobilium eſt uilis, & abiecta. l. ſi rem mobilem. infra eo. & res debet denominari à potentiori parte, l. cum quæritur. ff. de ſtatu hominum. & à nobiliori l. cum diuerſis. ff. de relig. & ſump. fune. quæ ratio nec etiam concludit: quia cum poſſeſſio rerum immobilium, eſſet longo tempore ante poſſeſſionem rerum mobilium, & diſtinctionem dominiorum inducta, debuit habere nomen, & cum illo tempore ſolum cauſaretur à manu, uidebatur quòd ab ea deberet denominari, & non à pedibus qui tunc temporis non conſiderabantur, & cum hoc eſſet nomen antiquiſſimum, debuiſſet etiam habere denominationem rationabilem, ut diſtingueretur ab aliis rebus. per. §. pen. inſti. de donatio. & ſic nulla ratio concludit.

15 Augetur difficultas propter aliam dubitationem, cum ad poſſeſſionem debeat interuenire corpus & animus, quare potius denominatur à corpore, id eſt, à pedibus, & non ab animo. Reſpondent doct. hoc fuiſſe factum cum ratione: quia corpus eſt potẽtior pars in poſſeſſione, cũ pes ſit principiũ, & præambulũ, animus uerò ueniat in cõſequentiã, & res denominatur à potẽtiori, dicta le. cũ quæritur. & dicta l. cũ diuerſis. ſed Iaſ. opponit contra eam: quia ex alio capite animus debet præualere. Nã cũ animus differat à corpore, demonſtrat differentiã inter homines, & beſtias, cũ homines propter animã, dicantur habere ſimilitudinẽ cũ Deo, & non per corpus: & anima eſt incorporea, & immortalis: corpus uerò eſt fœtidũ, & mortale: unde anima cunctis rebus eſt præferẽda, l. ſancimus. C. de ſac. ſanct. eccl. & l. iuſtiſſimè. ff de ædili edicto. Vnde cũ ſit nobilior pars deberet ab ea denominari poſſeſſio. Quia quando ſunt duæ cauſæ, ſemper attẽditur illa pars quæ eſt nobilior, cap. ſi duo. de reſcr. in 6. ubi appellatur ad Papã: quia nobilior eſt alijs delegantib. & habetur p Ab. in ca. cũ ſit generale. de decim. Iaſ. aute[illegible] ſoluit, dicẽs ꝙ imò

corpus

corpus dicitur eſſet potentius: quia animus uenit in conſequentiam, cum ſine operatione corporis poſſeſſio nō poſſit conſiderari, quæ ratio nihil concludit: quia imò animus eſt potentior: quoniam furioſus & infans: quia carent animo, quamuis corpore ſint in re, uel eam teneant in manu, non poſſident. §. adipiſcimur. infra eodem, & non tollitur ratio nobilitatis, quòd res non debeat à nobiliori parte denominari.

Hinc eſt quòd aliquando poſſeſſio eſt ſine corpore, ut eſt poſſeſſio ſtatutaria, de qua habetur in l. fi. C. de ſacroſanct. eccleſ. & nulla unquam reperitur ſine animo ex corpore ſolo inducta: ideò apparet quòd hæc denominatio in totum fuerit irrationabilis.

Tamen ſi tu uis eam defendere ab utroque
16 obiecto potes dicere † quòd ideò facta fuit denominatio à pedibus, & à corpore: quia operatio pedū in omni poſſeſſione, eſt neceſſaria, nō tantum in mobilibus, ſed etiam in occupatione rerum immobilium, cum capiendo antiquitus cogebatur currere, uel ire ad rem inueniendam, & cum operatio pedum ſit præambula, & magis nota, & apparens ad oculum corporis, omnibus etiam ruſticis, & idiotis, ab ea debuit denominari poſſeſſio: quoniam nomina ponuntur ad diſtinguendas res. §. ſi quis in nomine. inſti. de leg. & l. ad recognoſcendas. C. de ing. manu. Ideo debet poni nomen, quod facilius diſtingat illam rem ab alia, ut per denominationem intelligatur loquendo facilius. Vnde ſolent aliquando Iuriſconſulti diffinientes res, exprimere illas partes magis notas per quas ſeparantur ab aliis, non curando dare plenam cognitionem ſubſtantiæ, ut fecit Vlpian. in l. imperium. ubi dixi ſupra de iuriſdictio. omnium iudicum. cum ergo operatiò pedum in quacunque poſſeſſione ſit magis apparens, atquè etiā magis uideatur quàm animus, qui inuiſibilis eſt, apparet quòd cum ratione, potius a pede quàm à manu, & ab animo denominata fuit poſſeſſio, ut loquentes facilius intelligerentur. Et eſt ratio magis concludens quàm præcedentes tenendo communem literam. ſi tamen teneres aliam literam ceſſarēt omnes iſtæ difficultates: quia per ſedem denotatur totum corpus cū animo, & non reſtringitur appellatio magis ad unam partem quàm ad aliam, ſed fit æqualiter, de operatione animi & corporis.

Sed adhuc eſt ſcrupulus tenendo quamcun
17 que literam: † quia uidetur quòd hoc nomen non propriè denotet poſſeſſionem, quoniam tex. quaſi pedum poſitio, uel ſedium, & dictio quaſi, denotat improprietatem: ergo ſequitur quòd uerè poſſeſſio non eſt propriè, neque pedum poſitio, neque ſedium poſitio, ſed quaſi, id eſt, impropriè. Areti. hic ſentit difficultatem, ſoluit ut per eum. cuius ſolutio non uidetur poſſe procedere: quia præſupponit ꝙ ex actu ficto non reſultet uera poſſeſſio, contra l. quod meo. inf. eod. ut hic per Sozi. qui dat aliam ſolutionem, dicens quòd ſubſtantia & quidditas poſſeſſionis non eſt pedum poſitio, l. 3. infra eod. & infra in multis locis. ideò bene dicit quaſi pedum poſitio: quia poſſeſſio uerè non eſt pedum poſitio, quæ reſolutio concludit de pedum poſitione, ſed non concludit de ſedibus, quæ uidentur completè, ſeu perfectè ueram poſſeſſionem facere.

Vnde tu potes reſpondere tribus modis. Primò quòd dictio quaſi, hic non eſt impropriatiua, ſed demonſtratiua ueritatis: quia ponitur demonſtratiuè, quia ponitur, pro id eſt: id eſt pedum poſitio, l. j. ff. de tranſactio. Secundò poteſt reſponderi quòd illa impropriatio bene ſtat: quia non reſpicit poſſeſſionem, ſed terminum, ſeu nomen poſſeſſionis. nam hoc uocabulum compoſitum eſt ex duobus terminis ex pedibus, & poſitione; tamen ambo termini non ſunt expreſſi, ſed ſunt diminuti. Dicit tamen quòd idem importat hoc uocabulum, quod facerent illi duo termini: & unde cum ratione dicit quaſi pedum poſitio, id eſt perinde, ac ſi nomen contineret hos duos terminos. Simile eſſet in mutuo, nā exponitur quaſi de meo tuū: quia mutuum tantum importat quantum illi duo termini, meum & tuum, ideò perinde eſt ac ſi illi duo termini eſſent expreſſi, meum & tuum. Et idem poſſet dici de teſtamento, quòd teſtamentum dictum eſt à mentis teſtatione, quaſi mētis teſtatio, id eſt, iſti duo termini eſſēt in totum expreſſi. Vel tertio poteſt dici, quòd dictio quaſi, ſtat propriè, denotans ex ſua natura improprietatem ex eo: quia ſedium poſitio non eſt neceſſaria ad poſſeſſionem hodie, hoc enim ſolum ab initio quando homines cæperunt poſſidere interueniebat, quoniam illi antiqui patres poſt longam peregrinationem, in loco quem uolebant poſſidere ponebant ſedem, ſed poſteà aucta fuit poſſeſſio, & incæpit eſſe ſine ſedibus. l. 3. §. ſaltus. infra eodem. Ideò hæc ſedium poſitio, recepit nouam interpretationem, ut exponeretur pro quadam diuturna mora, & inſiſtendi animo, qui æquiparabatur poſitioni ſedium.

Et ex hoc ultimo tu potes ſaluare aliud contrarium quod obiicitur, ut non poſſit eſſe bona etymologia, ex quo ſine poſitione ſedium poſſeſſio reperitur, dicta l. 3. §. ſaltus. infra eodem. Nam reſponſio eſt, quòd hæc etymologia ſumpta fuit ex eo, quod à principio obſeruatum fuit, cum illi antiqui patres peragrationem in loco ſibi placito firmabāt ſedes, & quieſcebant, intendentes illa loca tantummodo poſſidere, non ea omnia quæ pedibus calcaſſent. Quæ etiam expoſitio poteſt conuenire interpretationi, quòd ſit pedum poſitio, declarando ut ſupra quòd appellata fuit poſſeſſio, ab eo quod magis uidetur, & frequentius requiritur in poſſeſſione, & magis ad oculum uidetur, & ſatis conſonat ratio Alcia. hic dicens: ꝙ

res debet denominari ab eo quod eſt propriũ ipſius, & quòd illi ſoli ſpecialiter conuenit, l. mortis. ſupra de donatio. cauſ. mor. & l. non facilè. in principio ff. de gradibus. ſed factum corpòris ſpecialiter acquira de poſſeſſione eſt neceſſarium, & magis uidetur, & apparet, & l. 3. §. Nerua. infra eodem. Aliæ autem partes non ita uidentur, nec animus ita apparet, & non tãtum poſſeſſioni ſed cuicunque acquiſitioni generaliter adeſſe debet, l. pro hærede. ff. de acquir. hæredita. l. 3. §. pen. de cõditio. ob cauſam. ergo potius debet denominari à ſuo eſſe ſpecifico, non generico, ſicut dicitur de ſtipulatione, in rub. ff. de uerborum obligationibus. ſed ſi teneres quòd pes hic nominatur, non ruditer, ut denotant uerba, ſed legaliter & ciuiliter, & cõprahendat totum corpus: quia ponendo quis pedem in loco, ponit etiam totum corpus, & tunc ceſſarent omnes dictæ difficultates, ut inf. declarabimus. Ideò teneas quam uis.

18 Secundò notandum eſt ſecundum Alexan. & alios quòd ualet argumentum ab etymologia ſeu alluſione uocabuli, concordat tex. in l. ij. §. appellata. ff. ſi cer. peta. cum ſimi. adductis per eum. Sed Iaſ. melius dicit, hoc notabile non colligi ex iſto tex. quia hic ponitur tantummodo etymologia, non autem ponitur argumentatio ab etymologia, ut ratiocinando reducamus ad cognitionem ignoti pro ut fit in dicto. §. appellata. ubi ulterius Iuriſconſultus proceſſit argumentando, & ideò ſi non fiat de meo tuum, non eſt mutuum, & probat etiam tex. in cap. pudenda. 14. quæſt. 1. ubi conſecratus dicitur qui eſt ſimul ſacratus, & addit poſteà argumentando. & ideò ſi non eſt ſimul ſacratus, non eſt conſecratus, ſed execratus. Idem etiam probatur in cap. cleros. §. concentor. xxj. diſtinct. ibi, concentor eſt, qui concinnè cantat. Ideo ſubdit poſteà ſi non concinnè cantat, non eſt concẽtor. & idem dicitur in cap. forus. §. iudex. de uerborum ſignificatione, ibi. iudex dicitur à iuſtitia, & ideò non eſt iudex ſi non ſit in eo iuſtitia.

Hęc autem iura expreſſè probant, quòd argumentum ab etymologia uocabuli procedit, & quod negatiuè poſſimus iuridicè argumentari. Vnde dictum uerum eſt in ſe, quòd ualet argumentum de iure, ab etymologia uocabuli negatiuè, ſed non probatur hic: quia nullam facit Iuriſconſultus argumentationem. Nos tamen per ſimilitudinem dictorum iurium poſſemus argumentari ſi uellemus, & argumentatio procederet negatiuè ſi præſupponeremus quòd terminus pes, ponatur pro toto corpore ciuiliter, uel ſedium poſitio, ſimiliter ciuiliter capiatur, ut denotet animi perſeuerantiam in detinendo: nam tunc poterimus dicere hic non eſt ſedium poſitio, ergo non eſt poſſeſſio, uel hic nõ eſt ſediũ poſitio, ergo nõ eſt poſſeſſio quin imo & eo caſu poſſemus argumentari etiã affirmatiuè: quia hæc etymologia ita ciuiliter ſumpta, denotaret totam ſubſtantiam poſſeſſionis, ideò de ea poſſet dici ſicut de illa etymologia iniuriæ, donationis, & exceptionis, in quibus argumentum ualet affirmatiuè, ut per Decium ubi dixi in dicto. §. appellata. & infra etiam tangemus.

Alia etiam iura reperiuntur, quæ ſolum mentaliter uidentur argumentari. ut in l. ita uulneratus. ſupra ad l. Aquiliam. & cap. periculoſè. de pœni. diſtinctio. prima & l. nationem. §. inſtrumentorum de uerborum ſignificatione & l. plebs. §. pignus. eodem titulo & cap. j. §. fin. per quos fiat inueſtitura. Alia autem iura, quæ allegantur in materia, ſicut nec iſte tex. faciunt argumentationem expreſsè, uel tacitè, quando autem poſſit fieri argumentatio, tam affirmatiuè quàm negatiue, unam theoricam poſui in dicto. §. appellata. Aliam etiam ponam inf. ſuper glo. j. ubi Iaſ. & docto. tradunt, reducendo totam theoricam ad duas regulas. cum ſuis limitationibus, ut ibi dicemus.

19 Tertiò notandum eſt ex iſto tex. in ſecundo dicto † quid ſit poſſidere: nam dicitur quod eſt inſiſtere in illa re quam naturaliter tenet, hoc eſt ualde ſtare in illa re, ſeu cum intentione permanendi in illa re, ſtare, facit lex Gallus. §. ille caſus Indificilis, ſupra de lib. & poſthum. ibi, ille caſus eſt indiſficilis, id eſt, ualde diſficilis, ita inſiſtere, id eſt, ualde ſtare ad differentiam peragrantis. qui ſe firmat in loco, animo comedendi, uel pernoctandi, donec ueniat alius dies quo ambulare poſſit.

Per quam diffinitionem demonſtratur quòd duo ſunt de ſubſtantia uerbi poſſidere: quòd ille naturaliter teneat, id eſt, corpore ſit in re, atque etiam interueniat animus ibi permanen
20 di, & detinẽdi, ut inſiſtat. hoc eſt ualde ſtet. † Ex quo etiam colligitur quid eſt poſſeſſio in ſubſtantia, & ideò mentaliter diffinit poſſeſſionẽ, quòd ipſa eſt inſiſtentia in re quam naturaliter tenet. inſiſtentia enim eſt quædam operatio animi, effectum retinendi habens ſucceſſiuo tempore ipſam rem, & continet duo ſubſtantialia ad poſſeſſionẽ: quòd interueniat operatio animi, & corporis. Nam per uerba naturaliter tenet, denotatur operatio corporis. Per uerbum autem inſiſtentia in re, denotatur operatio, & continuatio animi. quæ tamen diffinitio procedit habito reſpectu ad poſſeſſionem naturalem informem, quæ de iure gentium tantummodo poterat eſſe, quando utrunque interueniret, & ſi poſſidẽs diſcedebat corpore ab illa re, amplius nõ poſſidebat: quia illo iure, animo ſolo retinere poſſeſſionem nõ poterat. Hoc autem fuit nouiter additum per ius ciuile, & conſtitutum fuit quòd ſolo animo quis retineat poſſeſſionẽ l. 3. §. ſaltus. infra eodem. & leg. licet. C. eodem. quod etiam extenſum fuit ad poſſeſſionem naturalem quæ ſola eſſet, & detentationem, ut infra dicemus cum Bar. ideò nouam formam recepit à iure ciuili, & diuiſionem, ut rationabiliter

liter poſsit dici poſſeſſio formata, propterea
aliam diſfinitionem inquirunt docto. infra, &
cum eis etiam latè inſiſtemus.

21 Quartò notandum eſt ex iſto tex. quòd poſ
ſeſſio inuenta fuit de iure naturali, probatur
enim in uerbo naturaliter tenetur: & quia tex.
dicit ex naturali poſſeſſione dominium proceſ
ſiſſe, & millies inf. in materia appellabimus na
turalem & corporalem poſſeſſionem. Sed tunc
dubitatio eſt, an iure naturali quod eſt com-
mune omnibus animantibus iuuenta fuerit, an
uerò iure gentium à gentibus inductum, inter-
ueniente ratione naturali, & Bar. infra. & com
muniter docto. tenent, quòd fuerit introducta
de iure gentium: quia quando lex facit men-
tionem de iure naturali in actibus hominum,
intelligitur de iure gentium, per tex. in l. cum
amplius. §. is natura debet. de reg. iur. & l. om
nes populi. ibi, naturalis ratio. ſupra de iuſti. &
iure, & clarior tex. in. §. ſingulorum. inſti. de
rerum diuiſione, & confirmatur: quia ius natu
rale eſt commune omnibus animantibus l. j. §.
primo inſti. de iur. natur. gẽtium & ciuili. Ergo
& poſſeſſio eſſet communis omnibus animanti
bus. ut poſſent poſſidere, atq; poſſemus dicere
ꝙ Aſinus poſſidet ſellã, quod tamẽ eſt falſum:
quia nec etiam homines qui non habent intel-
lectum poſſidere poſſunt. §. adipiſcimur. inf.
eodem. & uidetur communis opinio.

Sed tamen ego puto contrariam opinionem
ueriorem, quòd imò poſſeſſio de qua hic dici-
tur, fuerit introducta de iure naturali, quod eſt
præceptum ipſius naturæ, antequàm gentes fe
ciſſent ius gentium, quod eſt pręceptum gen-
tium. Namque Adam pro ſuo & filiorum uictu
& ueſtitu, incæpit capere res quæ cęlo, terra &
mari naſcuntur, & capiendo acquirebat poſſeſ-
ſionem: quoniam habebat animum retinendi,
& poſt eam, dominium: quia habebat animum
plenè diſponendi, & hoc faciebat ex præcepto
iuris naturalis, quod inſtigabat eum, ut indiui-
dua conſeruaret, & perpetuaret genera, ergo
apparet quòd hæc poſſeſſio fuit introducta de
iure naturali, uero, & proprio, quod eſt præce-
ptum naturæ.

22 Nec obſtat ſi dicatur † quòd eſt commune om
nibus animantibus: quia uerum eſt in ſubſtan-
tia, cum ex illo præcepto, omnia animalia inſti
gentur ut ſe conſeruent, & perpetuent genera.
Sed tamen modus conſeruandi non eſt commu
nis, ſed uarius, cum piſces ſe conſeruent in
aqua, & aues in aere, feræ beſtiæ in nemoribus,
& homines cum ratione naturali, & intellectu.
Vnde modus conueniens piſcibus, non eſt com
munis cum auibus, & feris beſtiis, neque homi-
nibus, & modus conſeruandi cum auibus, dif-
fert ab aliis, & modus conſeruandi in homini-
bus differt ab aliis, propter rationem natura-
lem: unde reperitur ius naturale piſcium, ius
naturale auium, & ius naturale ferarũ, & ius na
turale hominum, quod eſt præceptum naturæ,
ſeruatum ab hominibus tantum, & differt à iu-
re gentium, quod eſt præceptum omnium ho-
minum. Et hoc iure naturali hominum, intro-
ducta fuit dicta poſſeſſio rerum mobilium, quæ
erit propriè de iure naturali, & eodem iure etiã
fuit ſucceſſio liberorum, in dictis rebus acqui-
ſitis, & cõmendatio rei depoſitæ, ut dicitur in
dicto cap. ius naturale. prima diſtinctione, &
eodem iure fuit etiam communis totius mun-
di poſſeſſio, ut ibidem etiam dicitur, & com-
munis opinio ſolum ſaluari poteſt, in poſſeſſio
ne particulari rerum immobilium: nam cum
de iure gentium diſtincta fuiſſent dominia, poſ
ſeſſio quoquè particularis eodem tempore fuit
inducta, per dictam l. ex hoc iure. ff. de iuſti. &
iur. & infra ſæpius repetetur.

23 Quintò notãdum eſt in quarto dicto, † quòd
à poſſeſſione naturali cauſatum fuit dominiũ,
ſed in contrarium facit quod ſupra dixi in rub.
ubi concluſi quòd dominium in decem caſibus
acquiritur de iure gentium, ſine poſſeſſione, &
ſolum ſunt duo caſus in quibus procedit poſſeſ
ſio, ut in occupatione & traditione, ergo do-
minium à naturali poſſeſſione non uidetur in-
troductum. Propterea tu exponas iſtum tex.
quòd incæpit dominium à poſſeſſione, id eſt,
dominium propter poſſeſſionem cogitatum
fuit. Nam cum uidiſſent homines quòd bonum
eſſet poſſidere res, propter aptitudinem ad ca-
piendum fructus, cogitauerunt melius eſſe ha
bere poteſtatem plenè diſponendi, & ita inſti
gante natura introductum fuit dominium pro
pter poſſeſſionem, & poſteà de iure gentium in
rebus immobilibus poſt diſtinctam poſſeſſio-
nem etiam ex præcepto omnium gentium in-
troductum fuit dominium, cum plena poteſta
te diſponendi, dicta l. ex hoc iure. ſupra de in-
24 ſti. & iur. † Quo tempore etiam fuere introdu-
cti alii modi acquirendi dominium de iure gẽ
tium, de quibus ſupra titulo primo per totũ,
inſti. de rerum diuiſione per totum, & principa
liter ille modus acquirendi per traditionem
auctus fuit, & cum eueniret quòd ſæpius capie-
batur poſſeſſio rerum iam alijs acquiſitarum,
per quam non poterat acquiri dominium, ipſa
cæpit diſtingui à dominio, & incæpit etiã pro
ducere alium effectum, ultra dominium ut fru
ctuum acquiſitionem, ac retentionem in liti-
bus, & huiuſmodi commoda attributa poſſeſ-
ſioni iuxta §. commodum. inſti. de interdictis.

Et ſic ſucceſſiuo tempore alterata fuit in tri-
bus. Primò in retentione ut cum animo ſolo
poſſet retineri, dicta l. licet. C. eodem. Secun
dò in productione fructuum, & aliorum ef-
fectuum. Tertiò in tranſlatione dominii,
quam non poterat facere de re aliena ſine con-
ſenſu domini, quæ omnes alterationes ſecutæ
fuerunt propter illam diſtinctionem dominio
rum, de qua in dicta l. ex hoc iure. de iuſti. & iu
25 re. † quæ diſtinctio fuit etiam cum ratione in-
troducta ut hic exoritur Soz. referendo tres ta

ṭione traditas à Diuo. Thoma.

Prima : quia per eam quis efficitur magis ſo
licitus circa rem propriam quàm commuuem ,
& communia negliguntur, l.ij.C.quando & qui
bus quar. pars debet. Secuudo: quia, res humanæ
maiori ordinę tractantur ſi ſingulæ res ſingulis
aſſignentur, tum aliàs eſſet quædam confuſio ,
per tex. in cap.j.91.diſtinctio.& cap.cum ſingu
la.de.præbend.in 6.& cap. ad hæc, de præbeud.
& melius cum re propria conſeruabit perſouã
ſuam & filiorum, quàm cum re communi .
Tertia eſt : quia reſultat ſtatus magis pacificus:
quia cõmuoio ſolet parere multas diſcordias,
l.cum pater.§.dulcisſimis.ff.de leg.2.Qnartam
rationem potes addere: quia naturalis ratio di
ctar, ut qui difficulter uiuunt. cogantur labo-
rare, ne aliqui de labore alieno uiuere uellent
& ipſi ire ſpaciatum cum alioquin magis potẽ
tes & minus laborantes perciperent fructus col
ectos & ali i fame perirenr. Vnde induceretur
quædam confuſio, & armis fructus omnes defen
dendi, & percipiendi eſſenr. Vnde non tantum
utilis, ſed propè neceſſaria fuit diſtinctio do-
miniorum, & conueniens iuri naturali, quod
licet induxiſſet terram communem omnibus,
tamen non prohibuit quin illa deberet diſtin-
gui , & ſingulis ſingulas partes aſſignari.

26 Sextò notandum eſt † quòd hodie rebus hic
enumeratis, ſola naturali poſſesſione acquiri-
tur dominium, ſeu appræhenſione corporali,
ſinc aliquo ritulo poſſidcndi, & traditione fa-
cta : ſola enim occupatio facit titulum acquirẽ
di, qui appellatur titulus pro ſuo, Et eſt ratio:
quia iſtæ res ſunr in bonis nullius, & nemini ſit
præiudicium, & non eſt qui ſit expectandus, ut
conſentiat appræhenſioni, uel tradat.l. prima
infra pro ſuo. per quam rationem apparet, ꝙ
iſte tex. nimis generaliter loquens, debet re-
ſtringi, dum enim dicit quæ in cœlo terra & ma
ri naſcuntur, reſtringitur ad ea, quæ ſunr in bo
nis nullius. fructus autem terræ, atque etiá ani-
malia domeſtica, & aues reconditæ iu alueo, &
columbi, qui habent conſuetudinẽ abeũdi & re
deundi, & pauones, anſeres, & gallinæ, nó ac
quiruntur occupanti ſimpliciter: quia non na-
ſcuntur in bonis nullius, præcedente aliquo
qui prius eſt dominus : quoniam ceſſat ratio,
quod ſinr in bonis nullius.

Tempore autem antiquorum patrum regula
generaliter procedebat : quia nullus præcede-
bar occuparor, & militabar generalis ratio,
quòd eſſent in bonis nullius: ſed tamen dum
tex. dicit quòd eius ueſtigia remanẽr in dictis
rebus, oporteret declarare quod ſinr res uerè
in bonis nullius. quo caſu nihil impeditut ap-
præhenſa poſſesſione dominium acquiratur, &
ſuccedit illa natura antiqua poſſeſſionis, quòd
ipſa ſolum tribuit dominii acquiſitionem, &
cæteræ utilitates à dominio ſequuntur. non ta-
men intelligas quòd iſta poſſesſio ſemper ſit ne
ceſſaria ad dominium, cum etiam aliquando
de dictis rebus, dominium ſine poſſesſione ac-
27 quiri poſſit per ſupra dicta. † Si tamen non eſ-
ſent in boois nullius, tunc non ſufficeret apprę
henſio, ſed eſſet neceſſaria aliqua, de his quæ ſo-
lebant inducere acquiſirionem dominii de iure
gentium, & frequentius traditio, quæ poſſeſ-
ſio eſt, ſeparata à dominio & producit illos ef
fectus qui ponunrur dicto. §.commodum.inſti.
de interdictis, & ſi interueniant requiſita ad
uſucapionem, de iure ciuili poterit dominium
acquiri, ſecuodum formam traditam infra. de
uſuca. per totum, & C.de uſucapionib. & inſti.
eo. per totum.

28 Septimò notandum eſt etiam, † quòd capta
in bello etiam hodie efficiuntur capiëtium, cõ
cordar rex.in l. naturaliter. §. fin.ſupra titulo,
primo, & inſti.de rerum diuiſio. §. item ea. &
l.transfuga.ſupra titulo primo. & l. ſi quid in
bello. infra de capti.& c. ius narurale. prima
diſtinctio. in fi. & cap.dicar aliquis. 23.quæſt.5
& l. pen.§.ſimiliter. C.de donarioni. Quæ con-
clnſio procedir cum qualitare, quòd ſtarim
poſt captiuitatem acquiratur dominium, ut di
cit rex in dicta l.naturaliter.& dicto.§.item ea.
quæ tamen declarario debet intelligi cum qua
litate, quòd poſt captiuitatẽ producta fuerint
intra præſidia, ur habetur in l.poſtliminii.in-
fra. de capt.& poſtli.reuer. & declaratur ut de-
beãt apud hoſtes pernoctare, ut habetur arg. in
l. ſi quis in ſeruitute.infra de fur. & conſtitutio
pręſens hoc nidetur determinare in ciuitate
Mediolani, ut in fi.dicebar hic Iaſ.uerbum ergo
ſtatim poſitum in dictis locis, intelligitur cum
hoc interuallo, & quod tracta fuerint intra
præſidia, dicta l.poſtliminii.quæ eſt quinta, in
fra de capt. Vnde ſi res aufugerent ante illud tẽ
pus, non eſſent acquiſitæ capienribus.

29 Secundò dicta concluſio intelligitur † quòd
etiam in foro conſcientiæ, ut per Bal. in cap. j.
col.3. de milit. uaſallo. qui contum. eſt.& ideo
homo liber, per captiuiratem effectus ſeruus al
terius, non poteſt ſine peccato recedere à domi
no ſuo, ſicut nec poſſet ſi eum ille emiſſet cap. ſi
quis ſeruum.primo.& 2.17.queſt. 4. ut tranſeat
ad alium, ſed bene ſine peccato poteſt recede-
re, ut reuertatur ad ſuos & poſtliminio recu-
peret libertatem etiam dolo, l. nihil. infra de
cap. quòd poſtliminium eſt de iure gentium,
& à iure naturali fomentatum, ut conſeruet ſe
metipſum & ex æquitare inductum, licet ali-
qui hic relinquant cogitandum. ſi tamen bel-
lum eſſet notoriè iniuſtum, tunc indiſtinctè
poſſet recedere ſine peccato: quia tunc in foro
conſcientiæ bona oon eſſent capientibus acqui
ſita : argum. cap. ſicut. el. 3. de iur. iur. & in-
fra dicetur.

30 Tertiò intelligitur dicta concluſio ſecun-
dum Iaſ. hic, quòd dicta bona acquirantur ca
pientibus, & capite quòd ſint in bonis nul-
lius : quoniam iſte modus ponitur inter
alios hic enumeratos i. a.i quibus acquiſitio

fit ex

ſit ex ſola ratione, quòd res ſit in bonis nullius, & hoc tenebat hic Alcia. quia res hoſtium ſunt in bonis nullius. Et aſſignabat rationem: quia milites uerſa pila fugientes, dicuntur habere res pro derelicto, & ideò cum efficiantur in bonis nullius, occupanti conceduntur. leg. prima cum ſeq. ff. pro derelicto. & §. fi. inſti. de rerum diuiſio. Quæ declaratio ſatis poteſt procedere in rebus mobilibus relictis in terra, quando ipſi milites aufugerunt: quia tunc propter timorem uidentur derelinquere, ſicut qui audiuit aliquos occupaſſe rem ſuam, nolens accedere ad eam amittit poſſeſſionem, l. 3. §. ſi quis nunciet. infra eodem. & l. clam poſſidere. §. qui ad nundinas. infra. eodem. etiam quod uerè non eſſent occupatæ. ut infra in l. ſi id quod. §. fi. infra eodem. & no. per glo. in dicto. §. nunciet: ſed ſi bona non fuiſſent derelicta, cum milites fugientes eas ſecum portarent, uel eas tenerent in caſtris, tunc ſimiliter capiuntur cum eis, uel ciuitates quæ capiuntur haberent bona dictorum militum, non uiderentur acquiri ex capite, quòd ſint habitæ. pro derelicto, ſed dicerentur acquiri ex capite occupationis de iure militari, ut bona etiam prius occupata, & in bonis aliquorum exiſtentia, acquirantur capienti de iure militari, ex ſpeciali modo de iure gentium introducto. Et hæc opinio tutior eſt, quam etiam tenuit Iaſ. in principio, reprehendens Bar. in ſuo ſummario.

Nec obſtat quòd iſte caſus enumeratur inter alias res, quæ acquiruntur ex capite quòd ſint in bonis nullius: quia hæc non fuit cauſa commiſcendi hunc modum, ſed occaſio ſumpta fuit ex alia ſimilitudine, ſicut res quæ ſunt in bonis nullius, occupanti conceduntur ſine facto alterius interueniente, ita & etiam res quæ capiuntur ab hoſtibus acquiruntur capienti ſine facto alterius, imò eo penitus contradicente. Et ſic tu habes modum in quo res quæ ſunt alterius, contradicente domino occupanti conceduntur de iure gentium, etiam à iure ciuili approbato, & iure canonico, & in foro conſcientiæ, propter ius militare, & naturam belli, naturaliter attributam.

31 Sed adhuc circa hoc notabile, contingunt quinq; utiles & quotidianæ difficultates. † Et prima eſt utrũ hoc procedat inter omnes inimicos ſi quis ab inimicis ſuis capiat res, an ſibi acquirantur. Ad hoc reſpondet Sozi. & dicit ꝙ non: ſed eſt neceſſarium quod inimici appellentur hoſtes, quod contingit quando bellum eſt indictum ab illis qui non recognoſcunt ſuperiorem, ut erant Romani, & Perſæ, & alii inimici. Sin autem bellantes eſſent in iuriſdictione alterius, ſeu aliis ſubiecti, tunc non diceretur bellum, ſed appellarentur latrones, l. hoſtes. infra de cap. & poſtlimi. reuerſ. & eſt ratio: quia quando nullum recognoſcunt ſuperiorem, nullus eſt qui iudicialiter poſſit dirimere eorum controuerſias, & propterea cum unicuique liceat defendere rem ſuam, & uim ui repellere li-
32 ceat, l. ut uim de iuſti. & iur. † ideo bellum iure gentium fuit permiſſum, per quod bellum iuſtitia manifeſtatur ex uictoria, ſicut per ſententiam in bello iudiciario manifeſtatur.

Et hac ratione etiam eſt hodie de conſuetudine permiſſum duellum, quando partes non habent teſtes cum quibus poſſint probare læſionem, & ius ſuum, & quàmuis hæc purgatio uulgaris, ſit reprobata de iure canonico, ut habetur in cap. primo. & ſecundo de purg. uulg. tamen procedit in ſimplici duello, inter habentes ſuperiorem. ſed inter reges & alios non recognoſcentes ſuperiorem, adhuc iſte modus probandi iuſtitiam ſuam per bellum, etiam de iure canonico, & in foro conſcientiæ permit-
33 titur. † Ideo cum ratione dixi quòd duellum permittitur de conſuetudine: quoniam omni iure prohibetur inter eos qui habent ſuperiorem: quia ceſſat ratio quòd nullus ſit qui controuerſias ſuas dirimere poſſit iudicialiter, ideo ſequitur quòd ſi duo Barones faciunt bellum inter ſe etiam magnæ potentiæ, non appellabitur bellum ſed latrocinium, & capientes nihil poterunt acquirere de rebus hoſtium, & idem eſſet quando unus indiceret bellum Baroni alterius Regis, qui non recognoſceret, ſuperiorem: quia nec etiam belllum eſſet, quoniam potuiſſet offenſus recurrere ad ſuperiorem dicti Baronis, & petere iuſtitiam ſibi miniſtrari ex capite: quòd actor ſequitur forum rei, etiam quòd ſit alterius iuriſdictionis, ut habetur in cap. ſi quis contra clericum. & cap. fi. extra de foro competi. ſi tamen ille ſuperior denegaret iuſtitiam adminiſtrare, tunc procedendum eſſet per modum capiendi repreſalias, poſitum per Bar. in tractatu ſuo repreſaliarum. & habetur per docto. in rub. ſup. ſolut, matrim. Vbi etiam dixi.

34 Sed tunc dubitauit Sozi. hic, † an quoque ſit neceſſarium, quòd iſti indicentes bellum habeant iuſtitiam, & Petrus Anchar. in regula peccatum. de reg. iur. in 6. & per docto. in cap. cũ olim de reſcrip. uidentur tenere quòd ſit neceſſaria iuſtitia belli. per tex. in cap. ſicut. el. 3. de iur. iurand. Sed Areti. hic poſt Abb. in dicto cap. ſicut. tenuit contrarium quòd imo non ſit neceſſaria iuſtitia belli: quia iura ſimpliciter uolunt, quòd capta in bello efficiantur capientium ab utraquè parte, & non dicunt de iuſtitia, uel iniuſtitia belli, quam opinionem ſequitur etiam hic Sozi. dicens quòd cum iura uelint, ab utraque parte capta, effici capientium, neceſſarium eſt quod ab una parte ſit iuſtum & ab alia parte iniuſtum, & confirmat, per tex. in cap. ſi epiſcopus. cum glo. de ſupplend. negligent. prælato. in 6. Vbi epiſcopus captus fuit a Sciſmaticis, uel piratis qui iniquè capiebant, & tamen tex. præſupponit quòd efficiatur ſeruus, & ibi glo. no. quòd captiuitas

æquiparatur morti, ut iuriſdictio acquiratur
capitulo, ſicut ſi eſſet mortuus.

Et ad dictum Petri de Ancharano reſpon-
det, quod poteſt procedere in foro conſcientiæ
ſed pro opinione Anchar. Hermanotius hic al-
legar, quòd princeps non poteſt ſine iuſta &
urgentisſima cauſa aliquem re ſua priuare, l. Itē
ſi uerberatum. §. fi. ff. de rei uendicatio. & l. Lu
cius. ff. de euictio. & per Bar. in prœmio digeſto
rum. Decium & omnes in cap. quæ in eccleſia-
rum. de conſtitutio. ergo nec etiam per bellum.
Secundò facir tex. in dicto cap. ſicut. de iureiur.
qui loquitur de indicente bellum, & tamen co-
gitur teſtituere capta. Tertiò adducit: quia bel
lum eſt introductum de iure gentium, quod eſt
æquum & bonum, l. prima. ff. de iuſti. & iur. &
glo. in §. ius autem gentium. inſti. de iuſtit. &
iure. Quartò adducit: quia nemo ex ſua ne-
quitia lucrari debet, leg. quòd Setiuius. infra
quod ui aut clam.

Sed tamen pro opinione Areti. & Sozi. facit
dicta ratio: quia ſufficit quòd ſint hoſtes ad-
hoc ut bona acquirantur dictis iuribus, & l. ho
ſtes. infra de capt. Secundò facit dictum cap. ſi
epiſcopus. Tertio facit: quia ſemper Ro-
mani ex bello ab utraque parte dixerunt ſer-
uos fieri, & habere locum poſtliminium ſi ca-
pti ab hoſtibus reuertebantur, quod non fuiſſet
neceſſarium ſi bellum fuiſset iniuſtum. facit
quoque lex poſtliminii. †. primo. infra. de cap.
ubi Marius Attilius fuit captus à Carthaginen
ſibus & effectus ſeruus. Quartò facit tex. in di-
cta l. poſtliminium, ibi, per iniuriam, quam al-
legar Iaſ. in dicta l. ex hoc iure. ff. de iuſtitia
& iure.

35 Sed tu pro reſolutione potes ita diſtinguere
† Aut iniuſtitia eſt notoria ex parte indicentis
bellum, & tunc poterit procedere opinio An-
char. & ea quæ adducebat Hermano. Si uerò in
iuſtitia non eſt notoria, ſed ſunt controuerſiæ,
& allegationes ab utraq; parte, ut dubia ſit re-
ſolutio, & tunc bellum dicitur iuſtum ab utra
que parte: quoniam nemo debet relinquere ius
ſuum indefenſum, & ideò ſicut admittuntur
partes litigantes in iudicio, ita procedet hoc
iudicium naturale, ut per fortunam belli ui-
ctor demonſtret iuſtitiam ſuam, quæ primo du
bia erat. Vnde ſtante dicta dubietate bellum
reputabitur iuſtum, & quidquid acquiretur ex
dicto bello, capientibus acquiretur, pro quo
facit tex. in l. prima. ſupra de noui operis nun
ciatione, & l. prima. §. & parui. infra quod ui
aut clam. Vbi permittitur prohibitio etiam cō
tra eum, qui iuſtè ædificat, propter dubietatem
iurium, & prætor iuſtè dicitur hoc permiſiſſe,
ut latè diximus poſt Iaſ. in dicta l. prima. de
noui oper. nuncia. in primo notabili. & hoc mo
do procedunt omnia iura ſupra allegata, & to
tus titulus infra, & C. de capt. qui ſimpliciter
loquitur.

36 Nec obſtat dictum capitulum ſicut: † quia
reſponderi poteſt. Primò quod loquitur de
Baronibus habentibus ſuperiorem, quoniam
nullum nomen regale exprimit, & ideo non fa-
cit, uel ſecundò poteſt dici quòd ille tex. loqui
tur quando perfecto bello, uel etiam eo durante,
re, bellantes ſe ſubiecerunt iuriſdictioni Papæ,
qui declararet eorum differentias & dirimeret:
nam tunc uidentur iuri ſuo renunciaſse, & om
nia poſuiſse ſub iuriſdictione Papæ, tamen il-
lud procederet in ipſis principalibus regibus,
qui capta tenerentur reſtituere: ſed non proce
deret in militibus qui ſe non ſubiecisſent iuriſ-
dictioni Papæ, & iam per captiuitatem effecti
fuiſsent domini. Nam per ſententiam latam à
Papa, inter reges, non potuiſſent milites pri-
uari per regulam res inter alios acta, & ideo ne
que ex hoc capite ille tex. obſtat. Vnde tutior
eſt opinio ut propter dubietatem ſemper bel-
lum reputetur iuſtum, ut patet quando Moy-
ſes cum populo Iſrael acceſſit cum exercitu ad
accipiendam terram promisſionis, & nullam
ab eis acceperat iniuriam, niſi dicas illud fuiſſe
de arcanis Dei: quoniam hoc factū eſt ita Deo
diſponente cui parandū eſt, & ſi Romani illicitè
bellādo capta debuiſſent reſtituere, & ſolū quo
que proprium in quo Roma ædificata fuit reſti
tuere tenerentur ut in pri. decade. Titi. Liu. li. j.

37 Secunda eſt principalis dubitatio † quo-
modo bona capta capientibus acquirantur. An
publico iure, ut Reipublicæ, uel Regi indicen
ti bellum acquirantur, uel potius priuato iure,
ut immediatè capientibus acquirantur. Et ui-
detur primò quòd præciſè efficiantur priuato-
rum occupantium, ut uidetur clarè dicere tex.
in dicto §. item ea quæ ex hoſtibus. & in dicta
l. naturali. §. fi. quæ ſimpliciter dicunt, capta
ex hoſtibus capientium fieri, ergo efficiuntur
capientium: quoniam ipſi ſunt qui immedia-
tè capiunt. Secundò hoc uidetur dicere clarè
tex. in l. transfugam. ſupra titulo primo, qui
dicit res hoſtiles non publicas eſſe, ſed occupan
tium fieri. Tertiò facit tex. in dicto cap. ius na
turale in fi. prima diſtinctio. qui dicit quod por
tio danda eſt regi, ergo bona acquiruntur ca-
pientibus, cum obligatione dandi portionem
Regi. Quartò ſuadet tex. in l. ſi quid in bello.
infra de captiuis. qui uult quòd priuatus ca-
piens habeat in re capta poſtliminiū. In contra
rium tamen allegatur tex. in dicta l. pen. §. ſimi
liter. C. de donationibus. Vbi dicitur quòd glo
rioſisſimi capitanei, donant fortiſſimis mili-
bus ex ſpoliis ſiue in occupatione belli, ſiue in
quibuſcunque locis degant, quoniam donatio
non poſſet fieri de ſpoliis, ipſis militibus, ſi ca-
piendo effecti fuiſſent domini: quia de re noua
mea donatio non ualet. l. neque pignus. ff. de
reg. iur.. §. ſic itaque. inſti. de actio.

Secundò probatur per tex. in cap. dicat. 23.
queſt. 5. Vbi Abraam dixit ſe nihil capturū de
præda, & totam eā ſeruare Regi, ergo eſt ipſius
Regis. Tertio etiam uidetur ſuadere tex. in di-
cto cap.

cto cap. ius militarẽ in fi. dum dicit ꝙ pro perſonarum qualitatibus & laboribus iuſta diuiſio fieri debet, & principi portio reſeruari, & ſi ipſi capientes eſſent effecti domini, non poſſit amplius fieri diuiſio.

Pro reſolutione tot iurium reperiuntur uarię opiniones Doct. Prima eſt, quòd acquirantur capientibus bona, cum qualitate quòd debeant præſentari Regi, qui ea diuidat, ut in dictis primis iuribus. Quæ opinio poteſt intelligi duobus modis. Primò quod acquirantur capientibus, cum onere & obligatione ea præſentandi Regi. Secundò quòd acquirantur capientibus, ſub conditione ſi præſentauerint regi uel duci: ſed quæcunque ſit expoſitio, opinio non eſt uera ex eo: quia ſi acquiruntur capientibus, eſt inconueniens quòd Dux bona acquiſita ab uno, ei auferat, & alteri concedat ex eo: quia illa non diuidit pro rata, ſed dat pro dignitatibus, & pro meritis, & pro laboribus. dicto cap. ius militare. in fi. & illa acquiſitio efficeretur inutilis ipſis capientibus, qui forſan minus metuiſſent, uel nihil, & pro maiori parte, uel in totum priuarentur: arg. tex. in l. quiſic. de ſolutionibus. & l. fi. §. fi. C. de bon. quę liber. Et contradicunt prædicta iura quę uolunt quòd acquiſitio ſit plena, & perpetua, & irreuocabilis, & ſi tenes quòd acquiſitio fiat ſub conditione, ſi præſentauerint Duci, adhuc militat dictum inconueniens, & non poteſt procedere ex eo: quia facta præſentatione in continenti efficerentur domini, & per ducem poſteà priuarentur, quòd eſt inconueniens: ut ſupra. Item contradicunt iura, quæ ſimpliciter dicunt quòd ſtatim & ilicò acquiruntur, ut in hoc tex. cum concord. & ſic hęc opinio in nulla parte procedere poteſt.

38 Vnde ſecunda eſt opinio † quòd bona non acquirantur ſimpliciter capientibus, ſeu ſingulariter, ſed quòd acquirantur in communi, ita quòd totus exercitus eſt dominus prædæ, & non ſinguiares perſonæ capientes, iuxta tex. in. §. uniuerſitatis. inſti. de rer. diuiſio. & hoc modo intelligantur prædicta iura quæ dicunt, capientibus acquirantur, id eſt, omnibus capientibus in communi. Quæ opinio & ipſa habet difficultatem ex eo: quia ſi acquirerentur in communi, diuiſio pro rata & æquali portione facienda eſſet, ut in diuiſione hereditatis, ſed contrarium ſeruatur: quia maioribus, uel exiſtentibus in dignitate magna portio pręſtatur, & idem in magis meritis, minoribus uerò parua portio conceditur, & qui non meruerunt nihil, licet pugnando cũ mortuis eam ceperint: quæ diuiſio non poteſt præſupponere communionẽ inter ipſos milites, dict. cap. ius militare.

Item obſtant omnia prædicta de præſentatione Regi facienda, dicto cap. dicat aliquis. & Rex retinet quartã partẽ, & quod uni quæſitum eſt non debet ab eo auferri.

ideò Salj. in d. l. ab hoſtibus. ponebat aliam diſtinctionem dicens. Aut capiuntur ab exercitu, uel legione, & ſunt Duci præſentanda, & procedũt dicta iura primò allegata, Aut sũt capta ab aliquo ſingulariter diſcurrente extra exercitum, & tunc capientibus acquiruntur, & ita procedunt iura ſecundò allegata. Pro qua diſtinctione potuit allegare glo. in dicto cap. dicat aliquis. dñ loquitur de Abraã, qui non erat ſubditus Regi. Sed hec diſtinctio nec ipſa eſt rationabilis: quoniã ſi uerũ eſt quòd dicta bona capta efficiantur totius exercitus in communi, neceſſarium eſt quòd diuidantur pro rata, cuius contrarium ſupra dictum fuit. Itẽ Dux retinet quartã, uel decimã partẽ atq; etiã res magis ꝓtioſas. Quando autem quis tranſcurrendo exercitum, facit capturam, uidetur eadem ratione æquum quòd acquirat Regi non ſibi, cum iura dicant quòd acquirantur Regi. dicto cap. dicat aliquis. & ipſe eſt qui debet diſtribuere, & eſſet maxima reſtrictio ad dicta iura, & tunc efficerentur capientium, quando ipſi tranſcurrendo exercitum, caperent, & non in conflictu cum alijs, quando profligatur exercitus.

Vnde licet aliquibus hęc ratio uideatur demulcere aures & probabilis: ſit quia ille ponit uitã ſuã, & arma in periculo, tamen medullitus cõſiderando, peior eſt alijs cum poſſent iſti ſingulares, eſſe cauſa quòd exercitus inimicus irritaretur, atquè faceret magnum damnũ exercitui ſuo, & Regi, & ſolũ poſſet tolerari quando caperent aliqua pro uictu, quòd ſæpe faciũt milites ingrediendo bellitorium inimicorum, & capiẽdo animalia, uel alias res ſimiles comeſtibiles. Alc. & hic uidetur reſpondere ad dictam l. tranſfugam, & intelligere de rebus hoſtium, quę erãt penes milites, ut eſt transfuga hoſtium, qui eſt penes uincẽtes ante uictoriã, & per illum tex. dicit limitandam totam materiam. Sed tamẽ eſt magna uiolatio illius literę: quia dicit occupantium fieri, ergo non erant occupata, ideò intelligitur de illis quæ erant in exercitu inimicorũ, & nouiter occupantur. Vnde trãsfuga ibi poſſet intelligi, quòd aufugiſſet ex exercitu uincẽtiũ, & exiſteret in exercitu uicto, & nunc caperẽtur à ſuis, & ibi erit unus caſus in quo recuperata acquiruntur capientibus: quia non poſſunt habere poſtliminium: quoniam ignominioſè iuerũt ad exercitum inimicorum: argumen. tex. in l. ij. infra. de capt. & plenius in. iiij. quæſtio. diſcutietur.

Quare ego puto quartam opinionem tradendã, diſtinguendo.

39 † Aut enim bellum fit nomine Reipublicę, & ipſi ciues ſunt milites, prout euenit per quatuor centum annos in ciuitate Romana. Aut fit à duce cum exercitu ſtipendiario. ſi fit à militibus ciuitatis, tunc bona acquiruntur Reipublicæ, ſiue ſint mobilia, ſiue immobilia, & immobilia reſpublica omnimodò retinet, ut dicitur in dicta l. ſi captiuus. §. primo. infra de cap. Bona uerò mobilia retinet pro quarta, ſeu decima parte, uel ſexta ſecun-

dum aliam legem, & etiam pretioſiora. Alia.
uerò tenetur diſtribuere inter milites pro mo-
do dignitatum, & laborum ſeu merirorum, di
cto cap. ius militare. & dum dicit, capientibus
acquirantur, intelligitur de Republica, quæ per
milites repręſentatur, & conſeruatur. Si uerò eſt
Rex qui facit bellum, & tunc ſimilirer tota præ
da acquiritur ipſi Regi, & primò bona immo-
bilia efficiuntur ſua, ſine aliquo onere, dicta l. ſi
captiuus. bona uerò mobilia adhuc ſibi acqui
runtur, cum onere tamen diſtributionis præ-
dictæ. Et in ſumma bona efficiuntur illorum
qui faciunt ſeu indixerunr bellum, & quorum
nomine milites militant tanquàm obliga-
ti ad præſtandam operam ſuam, iuxta tex. in
leg. 3 §. cum igitur. de ui arm. & ita intelligun-
tur prædicta iura quòd acquirantur capienti-
bus, cum ipſi indicentes bellum in effectu, ſint il
li qui capiant per mediam perſonam ſingulo-
rum militum. ſed tamen poſteà ipſe Rex. rene-
rur remunerare milites, diuidendo pro modo
dignitatũ & meritorum, & pro iſta opinione fa
cit rex. in dicta cap. dicat. ibi omnia ſeruabo re
gi, & in dicta l. pen. §. primo. C. de donationib.
dum uult quod Dux donet militibus. & in di-
cto cap. ius militare. dum dicit quòd princeps
diuidit & portionem reſeruat. eſſet enim incõ
ueniens ualdè quòd capienres acquirerent & po
ſteà priuarentur. Secundò facit tex. in dicta l. 3.
§. cum igitur. de uiui & armata. Vbi ſi priuatus
cũ ſociis ſuis recuperat poſſeſſionem, eã ſibi ac
quirit non ſocijs, licet ſocij ſint primi qui ingre
diautur. Et eſt ratio apparens quia ipſi omnes
faciunt nomine ipſius princpalis, & ipſe princi
palis feciſſe uidetur. l. ita tamen. §. geſſiſſe. de
adminiſtra. tuto. & l. j. §. deieciſſe. de ui & ui arm.
& dominium & poſſeſſio per alienam perſonã
acquiri poteſt, ut in hac lege noſtra. §. item ac
quirimus per decem. §. ſequentes.

40 Limitatur tamen hęc concluſio non procede
re † quando eſſet duellũ inter duos: quia unus
de uno exercitu, prouocaret alium de alio ex
ercitu, uel tres cum tribus, ut ſepiſſimè ſcribũt
hiſtoriæ de illis Horatiis, & aliis, & practica quo
tidiè obſeruat i. nam tunc cum ipſi ſoli faciant
bellum, ſibi quoque acquirunt capta.

Secundò limitatur quando forſan una co-
hors, uel decẽ milites exirent contra hoſtes ſine
Duce, ut quando bellum eſſet indictum inter
duas ciuitates, uel duos Reges, & nondum cõ
gregato exercitu exirent. Nam tunc poſſet to
lerari quòd ſibi acquirant, cum non uideantur
nondum congregato exercitu nomine indicen
tium facere bellum: ſed nomine proprio, & ſal
tem de æquitate Rex tenebitur dicta bona eis
donare, & tali caſu poſſent ſaluari opiniones
aliæ. Et hæc opinio uidetur habere minores
ſpinas, & utilis pro diſciplina militari, ne ſtre
nuè bellantes remaneant ſine præmio, & pugnã
41 tes cum mortuis efficiantur diuites, † Et confir
mari poteſt auctoritate Liuii. in 19. lib. 3. de
cad. quando Maſſiniſſa militans pro Romanis
cæpit Siſacem, & Soſoniſbam eius uxorem, quã
ſibi collocauit in marrimonio, cũ ipſa depreca-
tur ue traderetur in manibus Romanorũ tamẽ
Scipio ſuperueniens dixit, non potuiſſe eam ac
cipere in uxorem: quia erar captiua populi Ro
mani non obſtante quòd manibus proprijs eam
cæpiſſet. Vnde Maſſiniſſa uidens quòd fidem
ſeruare non poterat, ei miſit uenenũ quod & ip
ſam ſuſtulit. Et ſi dicatur hoc exemplum non fa
cit: qnia erat de rebus pretioſis quæ acquirun
tur Regi, & uxor Regis inimici. Reſpondetur
quòd & ipſe Maſſiniſſa erat ſtrenuus miles, &
magnus Dux, cui pro meritis maiora ueniebant
tradenda, ſi uera fuiſſet concluſio quòd acqui-
rerentur capientibus, cum onere dandi Regi
certam partem.

Prætereà in multis locis eiuſdem Liuii tra-
ditur, quòd quidam Duces erant milites & to-
tam prædam eis relinquebant; unde amaban-
tur ab exercitu. Alii uerò erant rigoroſi, & ni-
hil de præda dabant militibus, & quamuis eſ-
ſent odioſi militibus, tamen non uidi quòd Du
ces ipſi fuerinr uocati in iudicio, ut prædam ip
ſis militibus aſſignarent, & quòd in ſyndicatu
fuerint condẽnati. Vnde uidetur ꝙ & de iure &
de conſuetudine, hæc opinio fuit obſeruata pe
nes Romanos. An autem hodie ſeruetur de con
ſuetudine, quam & arbitror cum difficultate
probari poſſe.

42 Nec obſtat dicta. l. trausfugam. quæ dicit † ꝙ
res hoſtiles non efficiuntur publicæ, ergo nõ ac
quiruntur Regi neq; Reipub. ſed ipſis priuatis.
nam reſpondetur quòd non ſequitur remanent
priuatæ, ergo non acquiruntur Regi, uel Reipu
blicæ, quoniam bona immobilia publicantur.
quia efficiuntur de imperio. Sed aliæ res hoſti-
les remanent de patrimonio priuato Regis,
uel Reip. iux. rub. & nig. C. de fund. patr. rei do
mi. uel priua. & ideò poſteà diſtribuuntur ut in
dicto cap. ius militare. Vnde in dubio nos ſta-
bimus prædictis.

Tertia eſt dubitatio quam ponit hic Sozi.
utrum prædictum notabile procedat, quando
bona capiuntur in territorio alieno, euenit
aliquando quòd bellum fit in territorio inimi
corum, & aliquando in territorio ipſius indicẽ
tis bellũ, & omnes conueniunt ꝙ procedunt prę
dicta. Aliquando capiuntur in territorio alte
rius Regis, uel Reipublicæ, & tunc eſt dubita
tio, & hic caſus euenit apud Florentinos, cũ fa
cerent bellum cum Piſanis, qui aliquando fa-
ciebant conflictum in territorio Piſanorum,
aliquando in territorio proprio, & aliquando
in territorio ciuitatum propinquarum. Et
cum hoc eueniſſet nata fuit hæc dubitario, &
quidam de Ricchis conſuluit quòd bona ca-
pientibus acquirantur, quàmuis ſit territorium
alienum, per tex. in dicta l. ſi quid in bello. qui
exprimit bellũ, ideſt, aciem belli. §. in bello. in
ſti. de ex. tuto. non autem ... cum in quo fit, idẽ
pro-

probatur in d.l.naturalem.§.j. & in. §. item ea. inſti.de rerum diuiſione. ubi dicitur ſimpliciter capientibus acquiri, non conſiderato loco neque expreſſo. Tertiò allegatur tex.in dicta l. pe.C.de donatio. §.j. dũ dicitur ſiue in occupatione belli, ſiue in aliis quibuſcunque locis degunt. ergo non conſideratur locus: quia geminatio uniuerſalis, non reſpicit reſtrictionẽ de habilitate, ut per Bar.in l.j.§.nunciatio.ſup.de no. op.nuncia.& confirmat hic Sozi.per tex.in l. diuus.de ſerui.ruſti.prædio.& §.plane.inſti. de rerum diuiſio. ubi ſi quis cæperit animalia in fundo alieno, acquirit dominiũ, quamuis prohibitus fuiſſet à domino aucupari, uel uenari: nam non prohibetur acquirere dominium, licet domino faciat iniuriam.

His tamen non obſtantibus contrariũ determinat hic Soz. quòd imò capta in territorio nõ alieno nõ efficiantur capientium: quia territorium alienum præſtat ſecuritatem, ut probatur in l. decernimus. & l. præſenti C. de his qui ad eccleſias confugiunt. dũ dicitur ꝙ aufugientes ad eccleſias, ibi ſecuri debent remanere, neque ab aduerſariis aliquid auferri debet: quia eſt territorium alienũ, ſcilicet epiſcopi, ſeparatum à territorio principis, ſeu iudicis laici, & facit quod uoluit Corn.conſ.159.licet ſecunda. qui uoluit quòd in territorio alieno nullus officialis ſubditum fugientem capere poſſit, & idẽ replicauit in conſ.170.incipiente in hac. Et tenendo hanc partem, reſpondet adductis in contrarium dicens, quòd iura allegata reſtringuntur, per dictam l. præſenti. dummodo non capiantur in territorio alieno, & ad dictam l. pe. reſpondet quòd nihil facit: quia ibi non fit mẽtio de loco, quo ſpolia capta ſint, ſed in loco in quo exiſtunt ipſi duces, donantes militibus tempore quo donant.

Non obſtat d.l.Diuus. quia loquitur de loco priuato ſubdito Regi, & unuſquiſque exiſtens in eccleſia, erat ſubditus Regi: ſed quando eſt territoriũ alienũ inter non ſubditos, ſecus eſt: nam tunc præſtat ſecuritatem, ut probatur in l. quid ſit fugitiuus.§.idẽ Celſus.de ædilit. edict. dum dicitur quòd ſeruus eſt fugitiuus, quando abduci non poteſt, & glo. ibi ponit exemplũ ſi eſſet in territorio Ferrariæ, non ſubdito Bononiæ, per quẽ tex.conſuluit Oldra & diſputando tenuit quòd bannitus non poſſit capi in territorio alieno. Sed hæc opinio mihi non placet: quia eſt magna uiolatio ad dicta iura, ut reſtringantur, quòd bellum non erat factũ in territorio alieno, nõ enim reperitur de hoc in iure militari deciſum fuiſſe, & confirmatur per totũ titulũ. ff.&.C.de capt. in quibus titulis nunquàm de territorio alieno facta fuit mentio. Tertiò cõfirmatur per dictam l.diuus.& dictum.§. plenè. ubi territorium alienum non impedit quin capientibus animalia acquirantur, etiã facta prohibitione, nec ualet quòd ibi locus erat priuatus: quia idem eſt in priuato, reſpectu priuati, quòd eſt inter Reges in territorio alterius Regis, & ſequeretur quòd unus baro non poſſet capere animalia in territorio alterius baronis, ſicut nec ſubditos ſuos, quod tamẽ eſt abſurdũ, & contra generalitatẽ, dict. §. planè. & d.l.diuus.

43 Vnde reſoluendo dicas. † Aut actus exercetur uirtute iuriſdictionis, & per modũ iuditiariũ, & tunc territoriũ alienũ præſtat ſecuritatẽ, ita procedunt omnia quę allegantur, quòd nullus officialis poteſt ſuũ ſubditum, uel bannitũ. capere in territorio alieno, & eſt ratio: quia nullã iuriſdictionẽ habet in eo, ideò nec actus iuriſdictionales exerceri poſſint, & hoc modo etiã procedit. dicta l.decernimus.& l.pręſenti, quia laici non habent iuriſdictionem in eccleſia & quando fit uiolentia illa, punitur: quia nõ permittitur inter ſubditos. Item poteſt dici ꝙ illud ſit ſpeciale fauore religionis propter reuerentiã Dei. Aut uerò actus exercetur per modũ facultatis naturalis, & tunc territorium alienũ non conſideratur: quia facientes habent hãc poteſtatem in toto mundo, nec eſt reſtricta per iuriſdictionem, & ita procedit tex.in d.l.diuus, & caſus noſter de bello: quia bellũ fit ex facultate naturali, inter non recognoſcentes ſuperiorem, & non uirtute iuriſdictionis, & ideò etiam ſi fieret bellum in eccleſia, adhuc bona acquirerentur capientibus, nec audiretur d.l. præſenti, & etiam ſi quis caperet aues in eccleſia efficeretur dominus, non obſtante d.l. ſed ſolum poſſet agi actione iniuriarũ, uel de crimine ſacrilegij, inter ſubditos, & inter Reges, & ſolus Deus remaneret ultor. ſi tamen aliquod damnum fieret Regi alieni territorij, poſſet illud petere à bellantibus iure gentium, tamen non impediretur acquiſitio rerum captarum ex hoſtibus.

Alcia. tamen conatur defendere Sozi. allegãdo auctoritatem Liuij, in nono libro tertię decad. ubi cum Scipio Affricanus bellum gereret cum Cartaginenſibus, & deſideraret habere Siſacem Regem amicũ, idemque procuraret Aſdrubal Dux Carthaginenſium, ambo accedẽtes corporaliter ad eum, in portu Siſacis ſe inuicẽ inuenerint, & cum unuſquiſque cogitaret offendere inimicũ ſuum, ambo ſe abſtinuerunt: quia erant in territorio Siſacis: & ſic territoriũ alienũ præſtauit ſecuritatem unicuique. Sed facilis eſt reſponſio, quòd ibi non ſe abſtinuerũt quaſi capientes inimicum eum ſibi ſeruum non facerent, ſed ſolum quia dubitauerunt facere iniuriam Siſaci, quem nemo irritare uolebat, deſiderantes ſibi eum amicũ facere: ſed tamen ſemper ſeruatum fuit ut quocunque loco captiui fierent, acquirerentur capientibus, & in infinitis hiſtorijs apparet, quòd nũquam fuit facta differentia, An bellum fieret in territorio proprio, uel hoſtium, uel alterius.

Secundo alii conantur defendere per rationem: quia capta non efficiuntur capientium, extra tempus belli, ergo nec etiam extra locum capientium: quæ æquiparatio procedit, l.uinũ.

ff. ſi cert. petatur. Sed reſpondetur quòd æquiuo
catio eſt in argumento: quia deberet dici ſi non
acquiruntur extra tempus, neque etiam extra
locum belli, & concluderet per l. primam. ff. de
incendio. rui. & naufragio, ſed in caſu noſtro
non fit extra locum belli, ſed fit in bello, quam-
uis bellum ſit in territorio alieno, & ſic neſciue
runt argumentari. Præterea reſpondetur quòd
non facit ad propoſitum. quia uerum eſt capta
extra tempus belli, & extra locum belli non ef-
ficiuntur capientium: quia tunc non eſſent ca-
pta in bello, neque eſſent hoſtes: ſed nos ſem-
per loquimur quod captura fiat in bello quàm
uis illud fiat in territorio alieno, neque cura-
mus in quo loco fiat bellum, dummodo ſit con-
tra hoſtes, ſicut non curamus in quo loco capiã
tur animalia dummodo ſint in bonis nullius,
dicto. §. apium quoque & §. planè. inſti. de re-
rum diuiſione. & dicta l. diuus. cum ſimilibus
ideoque ſi bellum eſſet indictum contra Regẽ
noſtrum, in hoc Regno non poſſint bona capi
in Ducatu Mediolani: quia ibi non eſſet bellũ.
ſed ſi uterque exercitus eſſet in territorio eccle
ſiæ, & in eo conflictus fieret, bona iure gentium
acquirerentur capientibus, ex illa facultate na
turali: quæ non ſtringitur loco. & ita teneas
ut ſupra.

44 Quarta eſt dubitatio † an bona recuperata
ab hoſtibus, debeant reſtitui prioribus domi-
nis uel potius efficiantur capientium. iſta quæ-
ſtio euenit de facto in bello inter Veronenſes &
Mantuanos, ut hic, refert Iaſ. & etiam in alio ca
ſu, in quadam naui capta à Turcis, & recepta in
fra præſidia ſua, & cum poſtea nautæ niderent
proſperum uentum ex improuiſo inuaſerunt
Turcas, & eos interfecerunt. dantes uela uen
to aufugerunt, & peruenerunt ad portum Re-
gis ſui, & ciuitatem quã habitabat dominus na
uis. Vnde nata fuit diſcordia inter nautas &
dominum nauis: quia nautæ dicebant eam eſſe
ſuam tanquàm ex hoſtibus captam, dominus ue
rò dicebat eam eſſe ſuam tanquàm ex hoſtibus
recuperatam. Ioannes Aud. in addi. Speculi. in
titulo de cap. tenuit quòd bona eſſent reſtituen
da prioribus dominis, per tex. in l. ab hoſti-
bus. 2. C. de cap. & poſt. inducendo duobus mo
dis. Primò in dicto dum uult quòd ſerui capti
ab hoſtibus ſi recuperantur ex fortitudine mi-
litum, non capientibus, ſed dominis reſtituan-
tur. Secundò per rationem allegatam quòd à
noſtris militibus non dicuntur capti. ſed recu-
perati. Item & tertiò: quia noſtri milites de-
bent eſſe defenſores rerum noſtrarum, non au-
tem ſe dominos facere.

Secundò adducebat tex. in l. ſi captiuus. §. pri
mo infra de cap. ibi ad priores dominos præ-
45 dia pertinent. † Tertiò adducebat tex. in l. Põ-
ponius. ſupra titulo primo. ubi porci capti à lu
po, & recuperati à canibus amicorum, reſti-
tuuntur dominis, non autem dantur dominis
canium recuperantium. Quartò adducebat di
ctam l. ſi quid in bello. ſecundo reſponſo. dũ uult
quòd ſerui propter captiuitatem effecti noſtri,
ſi reuertantur ad ſuos, & poſtea renouato bello
capiantur, nobis potius quàm capientibus ac-
quirantur.

Sed cum caſus eueniret pro contraria parte
46 adducebatur † quòd diligentia ſua unicuiquè de
bet prodeſſe, non domino, l. j. C. de alluuionib.
uel paludibus. Secundò quia ipſi recuperantes
poſuerunt uitam ſuam, & bona ſua in periculo,
quæ ſi amiſſa fuiſſent ipſi domini noluiſſent re-
ſtituere, ergo non debent audiri contrarium po
ſtulaturi. l. pe. C. de ſolutionib. quæ tamen ra-
tiones nihil ualent, cum militarent in dictis le
gibus, & tamen eis non obſtantibus determina
tur quòd reſtituantur prioribus dominis, & ma
ximè: quia debent milites noſtri, eſſe defenſo
res rerum noſtrarum, non autem ſe facere do-
minos, ut in dicta l. ab hoſtibus. Vnde melius
pro iſta parte uidebatur facere, quòd iſtæ res re
ductæ in manibus hoſtium, non erant amplius
amicorum: ſed erant effectæ ipſorum hoſtium,
& capientes dicuntur capere bona hoſtium nõ
bona amicorum, ergo ex regula tex. noſtri ac-
quiri debent capientibus. Iaſ. dicit opinio-
nem Ioann. An. ueriorem eſſe de iure, ſed cõtra
riũ ſeruari de conſuetudine: & ideo fuit iudi-
catum pro recuperantibus in utroquè caſu.

Sed ſubdit poſteà quòd illa conſuetudo etiã
de iure procedit, per rationem ſupra poſitam:
quia ſunt bona hoſtium, & Bar. in d. l. ſi quid in
bello. uoluit recuperata tunc demum reſtitui,
quando in continenti recuperantur, quoniam
adhuc non dicuntur eſſe bona hoſtium, ſed per
ſeuerant in dominio priorũ, ideo cum nunquã
amiſerint dominium, eis reſtitui debent, & ita
procedunt prima iura. ſed ſi ex interuallo recu
perarentur, tunc efficerentur capientium: quia
priores domini iam erãt priuati dominio ſuo,
& erant effecta de bonis ipſorum hoſtium niſi
forſan priores domini bellantes, & ipſi interue
nirent in recuperatione, & eandem opinionem
tenuit Ang. in dicta. leg. ab hoſtibus, diſtin-
guendo an incontinenti, uel ex interuallo, & re
ſtringendo dictas leges, quando in continenti
fit recuperatio: quia tunc durauerunt in domi-
nio priorum, & ut efficiantur hoſtium oportet,
ut reducantur intra præſidia. l. poſtliminii. & l.
poſtliminium. infra. de capt. atque etiam per-
noctauerint intra præſidia, per l. ſi quis in ſerui
tute. de fur. facit tex. in leg. 3. §. cum igitur.
cum glo. infra de ui, & ui armata. & ex qua-
dam conſtitutione ducis Mediolani fuit decla
ratum, quòd ad hoc ut efficiantur bona hoſtiũ
debeant apud eos per integram noctem perno
ctare intra ſua præſidia, quæ conſtitutio paſſim
& ubiq; fuit recepta, ſecundũ Alcia. Et pro hac
opinione adducebat Ang. auctoritatẽ Dauid in
libro Regum, qui prædam recuperatam diuiſit
inter milites, & nõ reſtituit prioribus dominis
& tex. in d. l. ſi quid in bello. dicit indiſtinctè

prædę

prædę loco eſſe, & uidetur eſſe communis opinio, & retorquetur, tex. in dicta l. ab hoſtibus. per uerbum illicò.

47 Sed ego puto † omninò opinionem Ioann. And. de iure ueriorem eſſe, & forſan de conſuetudine. Pro qua opinione facit tex. in dicta l. ſi quid in bello. ſecundo reſponſo. Vbi dominiũ per capturam acquiſitum, ita conſideratur, ut ſi recuperatur ab hoſtibus nouiter, reſtituatur ei, & non efficiatur capientium, hæc tamen poterat dici quòd plenè ſeruus erat effectus priorũ dominorum, & quòd capiebantur res hoſtium, & tamen reſtituitur ipſi priori domino quamuis ex longo interuallo recuperetur. Secundò facit tex. in dicta l. ab hoſtibus. quæ ſimpliciter dicit ſeruos recuperatos, poſtquam erant effecti hoſtium: ergo ex interuallo, & uerbum illicò refertur ad reſtitutionem, non ad recuperationem. Tertiò facit ratio dictæ l. ab hoſtibus: quia dicuntur recuperati non capti, & quia milites, defenſores, non dominos ſe gere-
48 re debent. † Et hæc ratio: quia non dicuntur recipere rem hoſtium ſed rem ſuorum amicorum: quia propter ſpem poſtliminii ſuſpendentis dominia rerum captarum, dicuntur ex fictione ſemper remanſiſſe in bonis ſuorum dominorum. l. retro. ff. de captiuis. ubi reuerſi finguntur ſemper fuiſſe in ciuitate & nunquam fuiſſe capti. ergo ſemper finguntur fuiſſe dominorum, & per conſequens res recuperatæ nunquàm dicuntur eſſe hoſtium, ſed ſemper fuiſſe ipſorum dominorum. arg. tex. in. §. ſi ab hoſtibus. inſti. quib. mod. ſoluitur patria poteſtas. ubi filius reſtituitur patri, quantum ad poteſtatem & ſuitatem, perinde ac ſi nunquàm captus fuiſſet, & reſtitutio iure poſtliminii fit in ipſis captis, & etiam in habentibus ius in eis.

Quæ concluſio procedit etiam quòd ex longiſſimo interuallo recuperatio fuiſſet facta, quoniam poſtliminium præſupponit captos iã fuiſſe ſeruos hoſtiũ, ſed reſtitui per reuerſionẽ, & quando recuperatio fit in continenti, non fit reſtitutio uirtute poſtliminii: quia nondum eſt effectus hoſtium, ſed fit uirtute conſeruationis: quia ſemper res remanſit ipſorum dominorũ.

49 † Et propterea dicas, aut in continenti fit recuperatio, & omnimodò reſtituuntur dominis ſine aliqua diſtinctione rerum: quia ſic perficere ipſorum, & milites nihil ceperunt ab hoſtibus: ſed conſeruauerũt quod erat amicorum. d. l. ab hoſtibus. ſecundum communem intellectum. ſi uerò plenè ſunt effectę res capientium, non tantum per noctem, ſed per decem annos, ſi poſteà recuperantur, tunc ex iure poſtliminii propter eius fictionem reſtitui debent dominis, non effici capientium, & pro hac opinione facit tex. in l. poſtliminium. §. transfugę. infra de cap. ubi dicitur quòd in ſeruis transfugis, poſtliminiũ eſt ut reſtituantur dominis, & addit æquiſſimũ eſſe, ut domini ius poſtliminii habeant, ne per cõtrariũ domino ſit iniuria, & ipſi ſeruo utilis, qui ſemper ſeruus eſt quocunque loco ſit, & domino non debet eſſe damnoſum: ideo ipſe dominus ius priſtinum recuperare debet, quæ ratio militat in omnibus rebus recuperatis.

Et in ſpecie facit contra condemnatos ad triremes qui ſi capiantur ab hoſtibus, & poſteà recuperentur per noſtros, non debent dici liberati à pœna, ne iniuria dominorum eis efficiatur utilis, ideò debent reſtitui fiſco, cuius ſunt omnes damnati in metallum, & ad triremes. Item facit: quia ſi propter hoc quòd res eſſet effecta capientium captiui liberarentur à dominiis ſuis, etiam filii deberent remanere liberi à paterna poteſtate, contra tex. in dicto. §. ſi ab hoſtibus. inſti. quibus mod. ius par. poteſt. ſoluit. Facit quoque tex. in l. in bello. §. ſi pignori. infra de captiu. ubi creditor in illo ſeruo ius pignoris recuperat iure poſtliminii. & in eadem l. in. §. certè. dicitur quòd ſi manumiſſus fuiſſet apud hoſtes, nihilominus dominus retinet ius ſuũ in ſeruo, ut ipſe ſeruus apud hoſtes ſit liber, & reuerſus dicatur ſeruus, etiam quòd uellet manere apud hoſtes, quamuis ſecus ſit in filiis ut ibi Confirmatur quoque per. §. ſi ſeruus. eadem l. ubi dicitur quòd ſi ſeruus, ſit redemptus ab alio, ſoluto precio reuertitur in communionem dominorum. Præterea facit tex. in leg. latrones. eodem titulo de captiu. ubi ſeruus uitioſus propter furtum ſi perueniat ad inimicos, & recuperetur bello, remanet uitioſus ut in eo non poſſit habere locum uſucapio ſi uendatur, & ſic uitium furti non purgatur propter captiuitatem, & recuperationem, ergo tanto minus dominium uetum extinguetur.

Quæ omnia ſunt bene notanda, & in practica poſſunt tibi facere honorem, quando condẽnati ad triremes uellent propter captiuitatẽ hoſtium, & recuperationem, uel per redemptionẽ ſoluto pretio, liberari à pœna. nam ex prædictis patet, quòd debent reſtitui ad priorem locum, atq; capitaneo ipſius triremis, cui ius in eo fuerat quæſitum. Quibus omnibus adde multa ſimilia collecta per Alber. in rub. ff. de capt. poſt princ. quod tamen intellige quando dicti condemnati reperiuntur in poteſtate capientium, ſed ſi ipſi aufugiſſent, & per mundum uagarentur & in imperio noſtro remanerent ſerui hoſtiũ & tanquam res hoſtium à quolibet poſſent occupari l. fi. §. fi. ff. de capt. Sed quãdo eſſent in poteſtate alterius, per poſtliminium deberet reſtitui capitaneo galleræ, & ſi ipſe capitaneus eũ uagãte reperiret, poſſet propria auctoritate capere tãquam eſſet hoſtium uel ad ſe pertineret: arg. d. l. fi. §. fi. quod nota. Vltimò facit l. fi. ff. de cap. quæ dicit generaliter, quòd quidquid noſtri peruenerit ad hoſtes, ſi nõ prohibetur poſtliminiũ in illa re, ſi poſteà reuertatur iure poſtliminii reſtituitur prioribus dominis, neq; captus efficitur capientiũ, d. l. ab hoſtibus. in fi. & inſt. quib. mod. ius patriæ poteſtat. ſoluitur.

Propterea tertia uidetur ſumi opinio ex doctrina Bar. in dicta l. ſi quid in bello. infra de cap. qui dixit, quòd aut poſtliminium habet locum in illa re, & tunc recuperata reſtituitur dominis, aut uerò non habet locum poſtliminium, & tunc cōceditur capientibus per rationem: quia capitur res hoſtium, & per eam uidetur eſſe datum reſponſum omnibus adductis per me, quæ loquūtur de hominibus captis in quibus habet locum poſtliminium, ſiue ſint liberi ſiue ſerui, & idem uidetur eſſe in rebus immobilibus. leg. ſi captiuus. §. primo. infra. de cap. in aliis uerò rebus mobilibus non probatur, quòd habeat locum poſtliminium, ideò remanet ratio præcedens, quòd ipſæ res effectæ fuere hoſtium, & priores domini priuati, & cū nunc capiantur, dicuntur res hoſtium non autem res amicorum: & propterea deciſio præcedens in caſu Mantuanorum uidetur remanere firma, nedum de conſuetudine, ſed etiam de iure.

50 Sed tu adhuc dicas†quòd nec etiam dicta deciſio eſt uera de iure, & forſan nec etiam de conſuetudine, ex eo: quia aſſumptum eſt falſum, ꝙ in rebus mobilibus præter homines nō habeat locum poſtliminium, cum imò regula ſit in contrarium, quòd in omnibus rebus captis & reuerſis habet locum poſtliminium. d. l. ſi. in princ. & l. 2. inf. de capt. Fallit in rebus tantūmodo quę cum dedecore amittuntur, ut in armis & ueſtibus ut ibi dicitur, unde decidit, quòd in nauibus onerariis, uel longis habet locum poſtliminium, & equo uel equa freni patientibus: quia poſſunt amitti ſine dedecore & ignominia, ergo colligitur quòd in omnibus animalibus & rebus quæ amittuntur ſine dedecore & ignominia habet locum poſtliminium, & cum res non militantium ſemper amittantur ſine ignominia à flagitio, ergo in eis debet habere locum poſtliminium, ſicut & territoria & agri, d. l. ſi captiuus. §. j. infra de capt. Et dum textus ibi excipit naues piſcatorias uel actuarias, ut in eis non habeat locum poſtliminium, intellige ꝙ erant milites qui eas habebant, quibus non conuenit eas habere, ſed ſi fuiſſent piſcatorum non militantium & captæ ab hoſtibus recuperarentur, tunc ſuis dominis eſſent reſtituendæ per illam rationem: quia ſine flagitio amittuntur.

51 Item dum textus dicit†de equis freni patientibus, ex quo à cōtrario uidetur inferri ſecus in aliis non patientibus frenum, non colligas argumētum à contrario ſenſu quominus illa qualitas freni patientibus, ponitur ad tollendum maiorem dubitationē, cum de camellis & aliis animalibus onerariis erat clarum per exemplū de nauibus, quòd habebat locum poſtliminium & ſolum erat dubitatio de eis quaſi cum ignominia amitterentur, ſed contrarium determinatur: quia poſſunt ſine culpa amitti ſi forſan ſtrenuus miles ut melius militaret diſceſſit ab equo, ut fecit Cæſar in conflictu cōtra Neruios, uel ex alia cauſa propter rumorem poterant aufugere, unde regula ponitur generalis, quòd in omnibus rebus habet locum poſtliminium, quę à quocunque amittuntur ſine flagitio & ignominia, & propterea in caſibus propoſitis tam in illo de naui quàm etiam in animalibus, & rebus captis à marinariis & pœna recuperatis, illa omnia bona recuperata iure poſtliminii, debent reſtitui dominis ſuis de iure per prędicta. Fallit in armis, & ueſtibus à militibus amiſſis: quia etiam recuperata non debent dominis ſuis reſtitui: quia amiſſa fuere cum ignominia per dictam legem ſecundam in ſi cū ſeq. quod etiam forſan procederet de conſuetudine, quoniam illa nō probabitur niſi de ſpoliis hoſtiū, id eſt, armis, & ueſtibus, mortuis. & ſimilibus cum perſona portatis, in quibus habet locum illa diſtinctiò, an ſint recuperata in continēti, uel ex interuallo, cum in continenti non dicantur propriè amiſſa, neque effecta hoſtium, niſi pernoctauerint intra præſidia, & cum ratione præda ſolet dici de ſpoliis facta. d. cap. ius militare. j. diſtinct. coniuncta l. penult. §. j. C. de donat. Si tamen probaretur, uel illa conſtitutio eſſet generalis, facta à duce Mediolani, ei ſtandum eſſet, & hoc ſolo modo pōt ſaluari opinio Iaſon.

52 Nunquid autem in triremibus †habeat locū poſtliminium poteſt dubitari, & ꝙ ſic uidetur probare tex. ibi, nauibus longis uel onerariis, & triremes uidentur eſſe naues longæ. In cōtrariū tamen facit tex. ibi, num actuarias, & gloſſ. exponit, id eſt, ſcaphas. & quia triremes uidentur eſſe arma militum unde uidentur amiſſæ cum dedecore & ignominia: tamen probabilior uidetur opinio quòd reſtitui debeant prioribus dominis, ut dicunt in illis uerbis nauibus longis, & potius debent ęquiparari equis quam armis, cum milites per eas cum ſuis armis portētur. & ita audio ſeruari quòd triremes recuperatę reſtituuntur dominis prioribus, etiam cum artilleria & bombardis; quia non portantur cum perſona militum, & ignominia ſolum conſideratur in armis, & ueſtibus, & cæteris cū perſona portatis, cogita tamen & hæc ſufficiant de captis in bello.

Vlterius notandum eſt ex iſto tex. quòd lapilli gemmæ & margaritæ inuentæ in littore maris acquiruntur illis qui prius nacti fuerunt poſſeſſionem eorum. Circa quod notabile contingunt multæ dubitationes Et primò quid ſint
53 lapilli?†& tex. in l. ſi non ſunt §. perueniamus. per, gemmæ. ff. de aur. & arg. lega. dicit quòd ſunt res pretioſæ, coloris obſcurioris. In contrarium tamen facit; quia imò lapilli uidentur eſſe res uiles quæ proiiciuntur. l. de pupillo. §. meminiſſe. ſupr. de noui. oper. nunciat, & l. j. §. ui factum. & l. uim facit. §. j. infr. quòd ui aut clam. Soluunt doct. fatendo contrarium & dicunt lapillus eſt nomen generale, & capitur in genere & in ſpecie, ut per gloſſ. in l. j. Cod. de erro. calc. quæ dicit quòd lapillus eſt calculus ex eo: quia facien-

facientes computum ponunt unum lapillum,
hic autem capitur in ſpecie pro re pretioſa, &
ſequuntur omnes.
54 Secundò dubitatur † quid ſint gemmæ, &
margaritæ, & reſpondetur, ut in dicta lege ſi
non ſunt.uerſ. gemmæ. ff. de auro. & argen-
to lega. Sed in contrarium facit: quia imò
à philoſophis appellantur lapides, ut patet
in lapidario tam philoſophorum quam etiam
medicorum, & eſt textus. in lege fina. §. ſpe-
cies. in uerbo lapis uniuerſus. ff. de publica.
licèt aliter uideatur intelligere Bar. ſed ſolutio
datur ex mente omnium, quòd lapis capitur
in genere generaliſſimo, in genere ſubalterno,
&in ſpecie. In genere generaliſſimo cõprehẽdit
omnes lapides tã uiles quã pretioſos, & dicitur
omnis res quæ ex terra compoſita eſt. Diuidi-
tur autem poſteà in duo genera ſubalterna, in
lapides uiles,& pretioſos. lapides uiles ſunt tã
qui naſcũtur in fluminibus,uel mari, quàm qui
manualiter fiunt, lapides uerò pretioſi diui-
duntur inter lapillos, gemmas, & margaritas,
& alias ſpecies nominatas; in dicto. §. perue-
niamus. & in dicto. §. ſpecies, & hic agitur de
lapillis pretioſis ex intentione auctoris.
55 Attamen † idem effectus eſſet in quibuſlibet
alijs lapidibus,natis in mari,quorum infiniti re
periuntur in littore. nam & dominium eorum
acquiritur ex appræhenſione,ſi quis forſan ali-
quod opus ex eis facere deſiderat, quàmuis eo-
rum acquiſitio ſicuideatur ſperni, & idem di-
ceremus de lapidibus natis in flumine, qui &
occupanti concederentur, qui uidentur eſſe in
bonis nullius,niſi forſan aliquis baro reperia-
tur,cui hoc flumen à principe conceſſum fuerit
ex ſpeciali priuilegio,ut habemus Bononię co-
mitem de Bentiuolis,cuius tamen priuilegium
inſpici debeat.An ius fuerit conceſſum de aqua
uel de terra.
Et prædicta inferuntur ad quæſtionem per
docto.hic ſi eueniat quòd mulieres inter ſe ri-
xentur, & proiiciant lapides, & una fuerit ac-
cuſata quòd percuſſit aliam cum lapide, uel la
pillo, & teſtes examinati dixerunt quod uide-
runt tam proiicere lapidem, ſeu lapillum, pro
ut in accuſatione. Scholaris unus uolens defen
dere mulierem accuſatam, dicebat quòd non
56 debebat puniri † quia nomen lapilli uel lapi-
dis, eſt nomen æquiuocum, & non probatur
concludenter quòd fuerit percuſſa cum lapillo
offenſiuo, potuiſſet enim aliquis lapillus pre-
tioſus proiici minimæ quantitatis, qui offenſio
nem facere non poteſt, & dubia probatio non
releuat probantem, cap.in præſentia.de proba
tionibus.& actore non probante reus debet ab
ſolui,l.qui accuſare.C.de edendo.& libellus du
bius nec etiam ui procedit in pœnalibus. argu.
cap. in pœnis.de reg.iur.& l.fi.C. de probatio-
nibus. & l. ſi de interpretatione. ff. de pœnis
facit quod uoluit in ſimili Bar. in l. filius fami-
liàs. de teſtam.& l.ij. ff.de rebus dub.de dictio
ne uiolenter,& idem Bar.in l. ſi uxor. infra de
57 adulteriis. † Confirmatur etiam ex eo quod uo
luit Alcia. in l. qui uenenum. ff. de uerbo.ſigni
ficatio. qui dixit quòd ſi quis fuit accuſatus
quòd dediſſet uenenum alicui, & teſtes exami-
nati dixiſſent datum eſſe uenenum, quòd non
poteſt puniri: quia non probatur delictum:quo
niam uenenum eſt nomen æquiuocum, & ſigni
ficat etiam uenenum bonum, ut ibi. Peruſini
dicunt accuſatam condemnandam: quia licèt
accipiatur pro lapide precioſo, tamen etiam
poteſt fieri læſio ſi forſan percuſſerit oculum.
Item licèt non offendat corpus tamen offendit
honorem: quia eſt iniuria, & poteſt uindicare
unam mentitam, cum ſufficiat uoluntas percu-
tiendi, arg. l. item apud Labeonem. §. ſi quis
pulſatus. infra de iniur.
Tu autem plenius dicas. Aut enim accuſatio
fuit de lapide, & tunc aut fuit dictum quòd fe-
cit cicatricem, & omnimodo debet puniri,ſuf-
ficit enim dictum fuiſſe de lapide faciente cica
tricem,Aut uerò non fuit dictum de cicatrice,
58 & tunc adhuc debet puniri: † quia licèt lapis ſit
nomen æquiuocum tamen ſecundum commu-
nem uſum loquendi, intelligitur de lapide uili,
ſecundum quem uerba accuſantis, & teſtium
debent intelligi, iuxta legẽ librorum. §. quòd
tamen Caſſius. de leg. tertia cum ſuis concor-
dan. & uerba teſtium ſunt interpretanda non
calumnianda, ut no. per Bar. & docto. in leg.j.
ff. ſi cer. peta.unde probata eſt in ſpecie accu-
ſatio: quoniam nunquàm intelligitur de lapi-
de pretioſo, niſi exprimatur qualitas illa pre-
tioſa, ut omnibus notum eſt, & tenuit Bar. in
dicta l. fin. §. ſpecies.de publicanis. expreſſè di
cens,quòd appellatione lapilli, non uenit lapis
pretioſus, & eadem dicenda ſunt ſi accuſatio
fuit facta de lapillo: nam ſecundum communẽ
uſum loquendi, intelligitur de lapillo uili iux
ta tex. in l. de pupillo. §. meminiſſe. ſupra. de
noui operis nunciatio. & lege prima.§. quid ſit
ui. infra quod ui aut clam. & uerba intelligun
tur ſecundum quòd ſæpius euenit, l. fiſtulas. §.
frumenta. ff. de contrahend. emptio. & pro-
priè lapillus pretioſus non dicitur, niſi cum ad
iectione, l. ea tamen adiectio. ff. de lega.
59 iij. † ſinautem accuſatio eſſet facta de iniuria,
tunc non eſſet opus diſcutere quis lapillus fuit,
cum proiectio lapilli cuiuslibet, & chirothecæ
faciat iniuriam, dicta l. apud Labeonem. §. ſi
quis pulſatus. infra de iniuriis.
Quæ omnia puto procedere in quæſtione Al
cia.quando probatum fuit dediſſe uenenum:nã
& hæc probatio dicitur concludere, & eſſe in
60 ſpecie: † quia ſecundum communem uſum lo-
quendi,uenenum ſemper capitur in malam par
tem, & homines ſemper intelligunt de ueneno
malo,ꝙ nocet corpori. nã ſi eſt uenenum bonũ,
apud uulgares appellatur medicina: unde ui-
demus quod & argentum uiuum, eſt medicina
mulieribus ad faciem dealbandam. Sed ſi accu

ſatio eſſet facta de morte, quæ inde ſecuta fuiſſet, credo quòd iudices riderent de iſta defenſione, cum ſubtilitates ſimiles non admittant iudices. l. ſicut. §. ſi debitor. ff. quib. mod. pignus uel hyp. ſoluit.

61 Tertia eſt dubitatio circa hoc notabile † quà redicatur in littore, & idem repetitur in §. itē lapilli. inſti. de rer. diuiſio. Sed facilis eſt reſolutio: quia cum lapilli naſcantur in mari, & ab undis proiiciantur, ſi inueniantur in littore maris, præſumuntur eſſe in bonis nullius, ideò occupanti conceduntur, & ideò infertur quòd ſi quis inueniſſet lapillos in domo alicuius, uel in uia publica, in ciuitate, quòd tunc non efficeretur dominus ex appræhenſione: quia cum non potuerit ſecundum naturale à mari proiici in illum locum, eſt neceſſarium quòd aliquis prius eum occupauerit, & effectus fuerit dominus, qui quāmuis eum amiſerit, & uideatur perdidiſſe poſſeſſionem, per legem iij. §. Neratius. infra eodem. tamen non amiſit dominium. Igitur quis dicitur occupaſſe rem alterius, & per appræhenſionem non efficeretur dominus, cum regula ſolum procedat de his quæ ſunt in bonis nullius, & de iure gentium etiam hoc potuiſſet procedere: quia nec illo iure res alterius acquirebantur occupanti, arg. tex. in. §. fi. inſti. de rer. diuiſione, & l. fi. C. unde ui. & l. j. ff. pro de relic. & idem eſſet ſi forſan inuenirentur in littore maris incluſæ, in auro, uel in aliquo alio uaſe, nam cum includi non potuerint ſine appræhenſione, apparet quòd prius fuere occupatæ, & alteri acquiſitę, ideò tu conſtituas regulam nedum de lapillis, ſed de quibuſcunque aliis rebus natis in mari, & inuentis in littore, quæ occupanti concedūtur, niſi aliqua ſigna appareant occupationis præcedentis: quia licèt non præſumatur durare poſſeſſio, tamen dominium etiam per longum tempus præſumitur durare.

62 Quarta eſt dubitatio † utrum dicti lapilli, & cætera inuenta in littore maris, acquirantur per ſolam uiſionem, ſtatim quòd oculis perſpecta fuerint, an uerò requiratur appræhenſio manualis, tex. iſte in illis uerbis qui primus nactus eſt poſſeſſionem, uidetur præſupponere quòd non ſufficiat inuentio, ſed ſit neceſſaria manualis appræhenſio, hoc idem probatur in le. 3. §. Neratius. infra eodem. ubi in theſauro non dicitur acquiſita poſſeſſio, niſi motus fuerit de loco ad locum, & ſic interueniat manualis appræhenſio, & in ſpecie tenuit glo. in dicto. §. item lapilli. inſti. de rerum diuiſio. Sed contrarium tenuit glo. in l. in laqueum. ſupra titulo primo. quæ uult quòd ex ſola inuentione acquiratur dominium lapilli, per tex. in dicto. §. item lapilli. qui ſimpliciter dicit inuentoris fiunt, & parum fuiſſet addere uerbum, & apprehenſi: ideò cum non apponat, præſumitur quòd non ſit neceſſarium, glo. tamen reſpondebat ad dictum. §. item lapilli, quòd ibi ſubintelligitur appræhenſio, propter dictionem itē, quæ eſt repetitiua præcedentium qualitatum, & cum ſtatim dictum fuerit de captis in bello in quibus requiritur appræhenſio, illa occupatio uidetur repetita, per dictam dictionē. Item & aliqua fundamenta ab utraquē parte poſuit Io. Criſtoforus Porcus. in dicto. §. item lapilli. & alii. Moder.

63 Et licèt paruę ſit utilitatis caſus, & de raro contingentibus † tamen mihi placet opinio, quod per ſolam inuentionem acquiratur dominium, pro qua facit dictus. §. item lapilli, & lex item lapilli. ff. de rerum diuiſio, quæ ſolum de inuentore loquitur, & facit tex. in §. theſauros. cum glo. inſti. de rer. diuiſio. ubi in tribus uel quatuor locis tex. dicit, quòd theſaurus inuentori acquiritur, & non facit mentionem de appræhenſione, per quæ iura uidetur probari, quòd modus acquirendi dominium, alius à iure gentium inductus fuit per inuentionem ſolam.

Nec obſtat tex. noſter hic: quia licèt dicat nactus eſt poſſeſſionem, non aperit an hoc factum fuerit per inuentionem, uel per manualem appræhenſionem, poſſet enim uerificari iſte tex. in primo inuentore, qui poſſeſſionem per oculos nactus fuerit. Vel ſecundò poteſt intelligi iſte tex. quando plures eodem tempore inueniſſent lapillum: nam tunc eſſet neceſſaria appræhenſio, cū propter concurſum oculorum inuicem ſe impedirent, unde poſteà præferetur ille qui maiorem appræhenſionem feciſſet: argumen. textus. in lege ſi hæres. §. fi. ff. de actio. empt.

Nec obſtat dictus. §. Neratius: quia eiſdem modis reſponderi poteſt, uel loquitur ad maiorem claritatem. Vel & tertiò generaliter poteſt reſponderi omnibus, quòd loquuntur de appræhenſione poſſeſſionis: ſed nos dicimus quòd per ſolam inuentionem ſine manuali appræhenſione acquiritur dominium, & eſt de caſibus in quibus dominium ſine poſſeſſione acquiritur, ſi tamen eueniret quòd poſt inuentionem ſecuta fuiſſet appræhenſio, tunc diceremus dominium fuiſſe quæſitum potius ex poſſeſſione quàm inuentione, quaſi fortior ſit ut hic in tex.

64 Vltimo notandum eſt, ex iſto tex. † quòd inſula nata in mari, etiam hodie acquiritur occupanti, & ratio eſt: quia illa eſt in bonis nullius & occupanti conceditur, cum ſit de rebus natis in mari, & habes generalem concluſionē quòd quidquid naſcitur in mari, etiam hodie dicitur eſſe in bonis nullius. Vnde hæc concluſio procedit, quando nulla facta ſunt ſigna appræhenſionis: quia non reperitur ibi cultura neq; aliquod ædificium etiam directum. nam tunc præſumeretur occupata, & licèt nullus eſſet poſſeſſor per longitudinem temporis, iuxta. no. in lege peregrè. infra eodem. tamen præſumeretur quòd alius fuiſſet dominus, & durarę

dominium

dominium, quod per obliuionem non amittitur. unde tunc eſſet neceſſarium probare quòd res eſſet habita pro derelicto, per aliquas concludentes, uel præſumptiuas ptobationes: arg. rub. & nigri inſ. pro dereli. ex quo ſequitur, quòd iſte tex. intelligitur de inſulis nouiter natis: nam ſi eſſent inſulæ antiquæ tunc præſumerentur occupatæ, ſicut & cætera quæ ſunt in mundo præſumuntur occupata.

Et ſi quæratur ſi præſumuntur eſſe in bonis alicuius tam inſulæ antiquæ, quàm tota alia terra de mundo, quæ non reperitur habere ocularem poſſeſſionem, cuius præſumitur eſſe. Paulus de Caſtro. hic dubitauit, & determinauit ꝙ ſi non habent aliquod ſignum culturæ, & tunc præſumuntur eſſe in dominio illius ciuitatis in cuius territorio reperitur. ſi uerò habent ſigna culturæ, uel aliquod ædificium etiam dirutum, & tunc præſumuntur eſſe priuatorum. ſuper quo dicto multum inſiſtit Aret. & Alex. & plenius Sozinus referens eos, & defendens Paulum de Caſtro.

Et pro reſolutione duo principaliter ſunt uidenda. Primò qualiter res præſumantur eſſe in bonis nullius. Secundò dato ꝙ præſumantur in bonis alicuius, cuius præſumantur eſſe, ſi præſentem poſſeſſorem non habent.

65 Circa primum conſiderandum eſt: † quòd res immobiles de iure omni non præſumuntur eſſe in bonis nullius niſi ex duplici capite. Vnũ eſt ex generali pręcepto iuris naturalis, quo omnia communia fuerunt, ut in cap. primo diſtinctione prima. ibi, communis omnium poſſeſſio. Secundo modo poſſunt dici in bonis nullius, etiam quòd fuerint occupatæ, ſi habitæ fuerint pro derelicto, uel aliàs dominos deſierint habere.

Circa primum licèt Alexa. & Areti. uideantur implicitè loqui, tamen Sozi. hic & rectè concludit, quòd hodie in mundo nulla pars terræ reperitur eſſe in bonis nullius, ex illo capite, quòd communis erat omnium poſſeſſio de iure naturali: nam propter diſtinctionem dominiorum, & regna diſtincta, & ciuitates conditas, & terminos agris impoſitos, tota terra & omnis eius pars occupata fuit, ut dominium alicui quæſitum fuerit, ut probatur ex dicta l. ex hoc iure. ff. de iuſti. & iure. Nam cum reges imponerent ſibi latiſſimos terminos, ex impoſitione terminorum dicebantur occupare omnia infra terminos contenta, cum ſufficiat quãlibet particulam occupare non totam rem circuire, lege 3. infra eodem. & appoſitio terminorum arguit dominium, & dicitur cauſa peritorii. ff. finium regund. quòd euenit etiam in ciuitatibus ſeruantibus rempublicam, & in cæteris aliis regulis. Pro quo facit: quia imperium maioris partis mundi uagatum fuit: nam primò fuit apud Babilonios, poſteà apud Perſas, & per momentum apud Alexãdrũ Magnũ, poſteà apud Græcos, & Aegiptios, deindè apud Romanos cũ mixtura Impij Cõſtãtinopolitani ꝑ Conſtantinũ tranſlati, poſteà apud Gallos, & demũ apud Germanos, ubi hodie moratur, taliter quòd imperiũ uagauit à principio orientis, uſquè ad ultimum occidentem, ut per ſeptem millia annorum neceſſarium fuerit, quòd omnis minima pars terrę in toto mundo aliquo tẽpore fuerit occupata, & hodiernis temporibus uidimus manifeſtatum, cum plenè medietas mundi nouiter ſit inuenta, quæ & Romanis, & aliis fuit incognita: tamen reperta fuit habitata cum maxima multitudine habitantium.

Et propterea concluſio facienda eſt, quòd ex capite iuris naturalis nulla eſt hodie pars, quæ poſſit dici in bonis nullius. Fallit in inſulis nouiter natis. Fallit & ſecundò in locis in quibus mare mouetur propter curſum octauæ ſphæræ, & occupat aliquas partes terræ, & alias deſiccatas relinquit: nam & illę partes ſicut & inſulæ poſſent dici in bonis nullius, niſi pro littore maris iam occuparentur.

66 Vnde ſequitur, † quòd qui uult acquirere dominiũ ex capite quòd res ſit in bonis nullius, eſt neceſſarium quòd hoc perquirat ex capite pro derelicto, dicendo quòd licèt res præſumatur occupata, tamen poſteà fuit habita pro derelicto. ideò ſuccedit dubitatio, quomodo probabitur quòd res ſit habita pro derelicta, in quo allegantur doctrinæ contrariæ Bar. nam in l. ſi duo. in fi. principii. infra uti poſſidetis. dixit ſufficere quòd illa res eſt ſua: quia nullus alius probatur poſſeſſor. Ideò præſumitur in bonis nullius, & ſibi acquiſita. Idem dixit in l. nam & ſi fur. in fi. principii. ff. ſi cert. peta. uolens quòd dans pecuniam mutuo, licèt ut poſſit agere conditione ex mutuo, requiratur quòd ipſe fuerit dominus, tamen dicit ſatis non probari dominium: quia non apparet anterior poſſeſſor, & res præſumitur in bonis nullius: unde per occupationẽ probatur ſua, & ſic uult quòd ad probandum rem habitam pro derelicto, ſufficit dicere quòd nullus apparet præcedens poſſeſſor. ſed in l. rem quæ nobis. infra eodem. & l. iij. infra titulo primo. & l. ſi rem alienam. de pigno. actio. noluit quòd plus requiratur, & non ſufficiat dicere quòd nullus apparet poſſeſſor, ſed ſit neceſſarium quòd procuret fieri proclama in publico, ſi aliquis prætendit ſe eſſe occupatorem talis territorii, compareat infra certum tempus, quo non comparente tunc erit probatum rem eſſe in bonis nullius, ſuper qua contrarietate laborat hic Aret. & Alex.

67 Tamen Sozi. † dat probabiliorem concordiam. nam ſi quis uult probare ſe dominum ex occupatione, & dominium proponit principaliter, in iudicio eſt neceſſarium facere proclama, ut perfectè probet rem fuiſſe pro derelicto, & occupando acquiſiuiſſe plenum dominium, & ita procedunt illa ultima dicta Bar. in dicta l. ſi rem aliquam, & l. ſi rem alienam.

& l. iij. infra titulo primo . ſinantem quis proponit dominium accidentaliter : diſputando principaliter de re in qua acceſſoriè requiritur dominium, & tunc ſufficit allegare, quòd nullus apparet poſſeſſor ſine proclamate ut per eum in dicta l. ſi duo . & in dicta leg. nam & ſi fur. Quæ diſtinctio probatur ex dictis eiuſdem Bar. communiter approbati . in l. quidam in ſuo. ff. de conditio. inſti. & in di. l. ſi dno. loquitur quando erat lis de poſſeſſione principaliter, & titulus erat acceſſorius , & in dicta lege nam & ſi fur. repetebat pecuniam mutuatam & acceſſoriè præcedere debebat dominium, ſicut, & in ſeruitutibus, & iſta concordia mihi ſatis placet.

Poſſet tamen, & álio modo probari quòd res ſit in bonis nullius, ſi probaretur quòd totus populus diſceſſit à ciuitate propter inimicos infeſtos, ut euenit Piſanis qui in Siciliam migrauerunt, & euenit populo Iſrael, qui diceſſit ab Aegypto cum Moiſe, ut iret in terrã promiſſionis. Item & poteſt probari ſi poſſeſſor antiquus diſceſſit ſine aliquo hærede, ſi nullus appareret qui probabiliter poſſet dicere ſe hæredem : propterea dicebat Bal. in lege prima. de rerum diuiſione quòd omnes res prophanæ præſumuntur eſſe præoccupatæ, niſi hæreditas iaceat, uolens quòd bona hæreditaria ſint in bonis nullius, & res ſacræ, religioſæ, & ſanctæ, ſint in bonis nullius . iuxta . §. nullius . inſti. de
68 rerum diuiſione, † Sed tu dicas quòd res ſacræ religioſæ, & ſanctæ, & eccleſiarum, licèt ſint in bonis nullius laici, tamen ſunt in bonis clericorum, & in ſpecie epiſcoporum, uel in dominio uniuerſalis eccleſiæ, ut probatur in capitu. cum uenerabilis. de exceptionibus. & ibi Ab. qui notat quòd epiſcopus poteſt agere rei uendicatione, ad eccleſiam exiſtentem in diœceſi ſibi reſtituendam, & habet fundatam intentionem ex hoc ſolo, quòd reperitur in diœceſi ſua. Similiter dum Bal. dicit quòd res iacente hæreditate ſunt in bonis nullius, intellige ex intentione eiuſdem, quòd nulla ſit ſpes ꝙ aliquis hęres adeat : nam ſi eſſet ſpes, non poſſent occupari : quia habentur pro occupatis ex iore hæredis: ideò intellige quòd nullus erat de agnatione uel cognatione, qui poſſet ſucedere, & licèt fiſcus ſemper poſſit eſſe hæres, tamen intellige quòd tranſiuit longiſſimum tempus, ut actio ſua uideatur extincta, Vnde & proclama in hac parte poſſet eſſe utile, ex quibus habes quomodo res hodie poſſint eſſe in bonis nullius, ex capite quòd ſint habitæ pro derelicto.

69 Circa ſecundum principale, † cuius bona uacantia quæ non reperiuntur habere poſſeſſorẽ, præſumatur eſſe de præſenti, & in hoc Paul. de Caſtro, & Soci. tenẽt contra Areti. quòd præſummatur eſſe uniuerſitatis, in cuius territorio reperiuntur ſita, quàm opinionem probant. Primò: quia diſtincta fuere ab initio dominia, à regibus, & uniuerſitatibus, dicta lege ex hoc iure. ff. de iuſti. & iure, & appoſitá fuere confinia, ut etiam dicitur in dicta lege. ex hoc iure, ibi, agris termini appoſiti, & appoſitio terminorum, arguit appræhenſionem poſſeſſionis, & dominij acquiſitionem ab apponentibus confinia. Ideò lis de confinibus dicitur continere petitorium, dicta lege prima . ff. finium regun
70 dorum. † Secundò probatur per legem ſi. C. unde ui. ubi dicitur quòd æſtimare debes quòd non eſt tuum, eſſe altérius, & quámuis ille textus loquatur de re cultiuata, nihilominus per rationem quæ auget, & declarat dictum . §. cũ pater. §. dulciſſimis . ff. de leg. ij. ponitur deciſio generális, etiam quòd res non fuerit occupata, & cultiuata, imò de ea hoc dicitur expreſsè, dum loquitur de ignorantia : quoniã ignorantia propriè cadit, ubicunquè res non habet ſignum culturæ. ideò cum de iure gentium facta fuerit diuiſio, debet unuſquiſquè priuatus præſupponere ꝙ res fuit primorum acquirentium. Tertiò hoc confirmatur per tex. in capi. primò. §. item ſi quis. quib. mod. feudum amitt. ubi ſi quis habet feudum in curte baronis, non poteſt alienare ſine conſenſu eius, ergo pręſumitur dominus, & idem replicat in ſecundo reſponſo, quòd ſi non ſit in curte, tamen ſit in territorio in quo habet iuriſdictionem ille baro, requiritur ſimiliter eius conſenſus, ergo præſumitur dominium : quia aliàs non requireretur eius conſenſus, & ita ibi ponderat Bald. illum textum. Ideò ſit regula quòd illud quod non probatur eſſe priuatorum, præſumitur eſſe habentis territorium.

In contrarium tamen adducitur quòd territorium arguit iuriſdictionem, & non dominiũ in rebus : quia territorium dicitur à terrendo. lege pupillus . §. territorium . ff. de uerborum ſignificatio. Item Rex non præſumitur habere
71 dominium ſingularium rerum † in regno, ſed tantummodo uniuerſale dominium, reſpectu uniuerſitatis Regni, cum res ſingulares ſint priuatorum, ut uoluit Bar. in auct. ad reprimendum. in uerbo totius orbis, & tenuit Andre. de Iſeruia in cap. j. §. illud quoquè. colum. ij. de prohibi. feud. ali. per Frid. reprobando opinionem Martin. in l. bene à Zenone. C. de quadri. præſcriptio. & ideò dicit Rex non habet fundatam intentionem, petendo ſingularia bona, ex hoc ſolo quòd eſt Rex. & uidetur probari in dictu cap. primo . in ſecundo reſponſo . quibus mod. feu. amitta. quoniam ibi dominium præſumitur penes baronem habẽtem territorium : quia poſſidens fatetur eſſe feudum, tenet gloſſ. in l. qui dos . C. de fund. dominicis . lib. xj. & Oldra. in ſuo conſi. 184. incipiente factum tale eſt, & Abb. poſt Hoſtien. in cap. ſi diligenti. de præſcriptionibus.

Tamen iſtis reſpondet Sozi. hic duobus mo-
72 dis. Et primò † quòd regula illa quòd territorium arguat iuriſdictionem, & non dominium procedit, quando conſtat priuatos poſſidere,

uel

uel reperiuntur ſigna culturæ, quæ oſtendunt
priuatos poſſediſſe, ſed ubicunquè non repe-
riuntur poſſidentes, uel ſigna poſſesſionis, tūc
territorium arguit dominium, ſicut in ſimili
dicitur de libro æſtimi. in l. ſi pater. C. de a-
ctio. empti. qui non probat dominium ex ſo-
lutione oneris ſi conſtat de poſſeſſione alterius.
Sed ſi quando bona fuerunt deſcripta in eo, nul
lus reperitur in poſſesſione, niſi deſcriptus, tunc
etiam præſumptiuè probatur dominium ut per
Paul. de Caſtro ibidem.

Secundò reſpondet quòd prædicta regula
non procedit quando uniuerſitas prætendit do
minium in territorio: nam quando habēs ter-
ritorium ſine iuriſdictione, ut plerunquè ha-
bent uniuerſitates ſubiectæ, & tunc ex territo-
rio probatur dominium. unde ſi non ſunt pro-
bationes, quòd ſint priuatorum, remanebit
præſumptio quòd quantum ad dominium per
tinent ad uniuerſitatem, ut hic latius per eū.
73 † Et iſta pars etiam mihi placet, non obſtanti-
bus aliquibus ponderationibus, factis in con-
trarium per Hermanocium, qui primò addu-
cit l. ſi uacantia. C. de bon. uacanti. lib. xj. ubi
bona uacantia non ſimpliciter præſumuntur eſ
ſe fiſci, ſed oportet inquirere cuius fuerint, &
cuius fuerit patrimonium; ſed facilis eſt reſpon
ſio: quia ille tex. loquitur quando conſtabat
bona uacare propter mortem poſſeſſoris, & ſic
prius fuiſſe priuati. Paulus autē de Caſtro. & So
zi. loquuntur quando non conſtabat de poſſeſ-
ſione alicuius priuati, imò nulla ſigna erant ꝙ
fuiſſent priuati, uel alterius, & ſic uerè nihil fa
cit: magis tamen non poſſet obſtare in caſu
quo præſupponuntur aliqua ſigna fuiſſe de ali-
qua antiqua poſſeſſione.

Tamen nec etiam obſtat: quia illa concluſio
fuit poſita in dubio, ut præſumatur occupata
ab uniuerſitate, & non à priuatis. quando au
tem conſtat de poſſeſſione priuatorum, ſumus
extra terminos. Secundò adducit Abb. in cap.
ſi diligenti. de præſcriptionibus. in ij. notabi
li, qui dicit quòd baro habet fundatam inten-
tionem ſuper rebus exiſtentibus in territorio:
reſpectu iuriſdictionis tantum, non dominii re
rum, quod etiam ſentit Bar. in l. j. ff. de iuriſ-
dictio. omnium iudi. col. fin. ergo non præſu-
mitur quòd ſint uniuerſitatis, uel baronis. Sed
eadem eſt reſponſio, quòd dictum Abb. proce
dit, quando conſtat priuatos occupaſſe res ip-
ſas, quàmuis ignoraret ſpeciales dominos: ſed
nos præſupponimus ꝙ nedum nō conſtabat de
occupatione priuatorum: ſed nec erant aliqua
ſigna, quòd unquàm fuiſſent occupata, & ita
etiam ipſe ſentit. Vnde aliud eſt quòd uniuer
ſitas prætendat dominium reſpectu antiquæ di
uiſionis, & illud præſumitur, aliud eſt quòd
prætendat reſpectu deuolutionis, & nouæ ac-
quiſitionis, & tunc procedit, l. uacantia. C. de
bon. uacantib.

Tertiò adducit legem primam. §. ſi inſula.
ff. de fluminib. ubi ſi inſula naſcatur in flumine,
& agri fuerint limitati, efficitur occupantis,
non eorum qui habent agros limitatos, ergo
non præſumitur eſſe principis, uel uniuerſita-
tis: ſed eadem eſt reſponſio quod Paulus, & So
zi. loquuntur de rebus antiquis, quæ erant tem
pore conſtitutionis Regnorum, & uniuerſita-
tis, & potuerunt poſſideri ex appoſitione termi
norum, non autem de rebus nouiter natis: quia
tunc ſeruantur regulæ poſitæ in dictis rebus, &
in dubio primus occupator præſumeretur eſſe
uniuerſitas, ex longa uacatione propter termi
norum appoſitionem, & uſus iuriſdictionis.

Nec obſtat ratio Areti. quòd aliàs uideretur
inutilis titulus pro derelicto, & rerum dereli-
ctarum occupatio, quoniam imò non eſt inuti
lis, quoniam poſſet eſſe quòd de facto uniuerſi
tas nollet dominium ipſarum rerum acquirere,
uel etiam ſi antiquiſſimo tempore fuiſſent ad
eas deuolutæ, noluiſſet eas poſſidere, uel ſi à
priuatis fuiſſent derelictæ, tamen non præſu-
mitur hoc propter appoſitionem terminorum
& exercitium iuriſdictionis per uniuerſitatem.
Propterea ſuccedit doctrina Bar. in dicta l. rem
quæ nobis. in fin. quòd ſi priuatus occupans,
uult eſſe certus quòd ſit habita pro derelicto, fa
ciat publicari proclama, quòd ſi quis præten-
dit occupaſſe, compareat allegaturus ſuū ius,
& non comparente uniuerſitate, nec alio, erit
ſecurus quòd fuit habita pro derelicto, & ſibi
ex occupatione quæſita, & ſi ille priuatus nunc
poſſidens, contendit cum alio de poſſeſſione,
uel ſeruitute, probabit titulum ſuum, allegan
do quòd nullus reperitur poſſeſſor, & ipſe occu
pauit, ut per Bar. in dicta l. ſi duo. infra uti
poſſidetis.

74 Quare remanet † quòd ſi uniuerſitas concur
rit cum priuato, ſi nulla ſunt ſigna culturę, ex
antiqua diuiſione præſumetur domina, ſi uerò
ſunt ſigna culturæ, & ipſa ſoleat totum territo
rium dare ad cenſum, præſumetur domina ex
caducitate, ex longiſſima uacatione. ſed ſi ap-
parebit de cultura, & de breui uacatione priua
ti præſumuntur domini, & idem quando uni-
uerſitas non eſt ſolita dare ad cenſum, & eſt bre
uis uacatio.

Vnum tamen contra opinionem Sozi. uide-
tur obſtare: quia tota hæc theorica ſua uidetur
fundari in antiqua Regnorum diuiſione, de qua
in dicta l. ex hoc iure. unde uidetur ſolum pro
cedere in ciuitatibus, quæ tunc temporis con-
ditæ fuere. ut fuit ciuitas Babiloniæ, in alijs ue
rò infinitis ciuitatibus & in ciuitate Romana,
& alijs ſimilibus, atquè in nouis Regnorum di
ſtributionibus, non uidetur poſſe procedere:
quia deficit ratio ipſius, quòd prius res fuiſſent
75 in bonis nullius. † Sed tamen adhuc ego puto o
pionē ipſius procedere: quia quàmuis conditæ
ſint nouiter ciuitates, tamen conſtituerunt ſibi
territoria, & appoſuerunt confinia, unde præ-
ſumuntur habuiſſe dominium ipſæ, uel priuati

ipſarum, & propter longum uſum. ſaltem ex præſcriptione, uel bellica occupatione, totum territorium ſuum fecerunt, ut perinde ſit ac ſi ab initio feciſſent diſtinctionem, cum extranei, uel uideantur habere pro derelicto, uel amiſerint ex occupatione bellica, & ſolum remanet contentio in uniuerſitate, cum ſuis priuatis, uel aliis de propinquo poſſidentibus.

76 Sed ultra Sozi. ſuccedit difficultas, † quid ſi currat cum ſuo barone, uel Rege, nam ſi baro, uel rex contendat cum priuatis, eadem diſtinctio danda eſt, quando uniuerſitas concurrit cum ſuis priuatis: quia eadem ratio militat, ut præſumatur pro eo qui acquiſiuerit, ex antiqua terminorum poſitione, & uſum iuriſdictionis infra illos terminos, ſi non apparet de alia antiqua occupatione priuatorum. nam ea apparente, Rex non præſumitur dominus per doctrinam Bar. in dicta auctentica ad reprimendam, in uerbo totius orbis. & per And. in dicto cap. primo, §. illud quoquè, de prohibita alienatione per Fridericum, & hoc expreſsè tenet Afflictus, in deciſione 267. incipiente uidi in conſi. licèt dubitet an poſſit obtinere, contra priuatum poſſidentem curſu 30. annorum. nam & eius deciſio ibi procedit quando conſtat priuatum poſſediſſe, & non apparet de antiqua uacatione rerum: quia tunc confinia arguunt iuriſdictionem tantum, & ità etiam procedit conſilium Iaſ. 235. uol. ij. Sed quando nulla fuiſſent ſigna culturæ, uel etiam eis extantibus non apparuerint de antiquiſſima poſſeſſione priuatorum, tunc eſt caſus dubius, & tunc Baro præſumeretur dominus ratione appoſitionis terminorum, ſicut dixi de uniuerſitate.

Sed ut propoſui dubium eſt, quid ſi in iſtis rebus incultis, uel non habentibus poſſeſſorem per memoriam hominum, an præſumantur eſſe uniuerſitatis, uel baronis, attento quòd antiqua diſtinctio dominorum pro utraque parte uidetur, & ſi noua ciuitas, uel nouum Regnum ſimiliter ratio pro utraque parte uidetur militare: ſed tu potes reſoluendo ita diſtinguere.

77 † Aut uniuerſitas cum ſuis confinibus præcedit conſtitutionem feudi. quòd frequentiſſimè contingit, quoniam feuda non longo tempore æqualiter perdurant, & tunc bona præſumentur ipſius uniuerſitatis: quoniam per ſuam appoſitionem terminorum, uidetur acquiſiuiſſe dominium, & poſſeſſionem omnium exiſtentium infra confinia, & cum poſteà concedatur in feudum, & interponatur in maiori territorio feudali, uidetur eſſe tanquàm res priuatorum, ut ſolam iuriſdictionem baro in ea exercere poſſit, & erit neceſſarium probare, quòd ex uacatione propter delictum peruenit ad fiſcum. Pro quo facit etiam: quia ſemper res præſumitur allodialis, prout natura demonſtrat, & non feudalis: arg. l. altius. ff. de ſeruitutibus urbanorum prædiorum, & no. in leg. ſi prius. ff. de noui operis nuncia. ſi uerò præceſſit conſtitutio feudi cum ſuis confinibus, tunc præſumetur baro accepiſſe in feudum, omnia quæ ſunt intra confinia, niſi probentur priuatorum, uel ex antiqua diuiſione regnorum, uel ex occupatione præſentis Regis, & ideò niſi uniuerſitas probet dominium in rebus uacantibus, præſumetur eſſe penes baronem propter occupationem prius factam à Rege ſuo, per rationem ſupra poſitam, de uniuerſitate concurrente cum priuatis. nam hoc caſu quando concurrit cum barone. reputatur perſona priuata, l. reſpublica. C. de iure reip. cum ſimilibus. unde oportebit quòd ipſa probet res habitas fuiſſe pro derelicto, ſecundum doctrinam poſitam in dicta l. rem quæ nobis. in fi. & in dicta l. ſi duo. cum ſimilibus. Alcia. uerò hic dicebat ſimiliter contra Sozi. facere dictum Abb. in dicto cap. ſi diligenti. in ſecundo notabili, ut confinia territorii arguat iuriſdictionem, non dominium, cui tamen reſponſum fuit ut ſupra, quòd procedit quando conſtat de antiqua poſſeſſione priuatorum, uel uniuerſitatis in caſu propoſito: ſecus quando nulla eſſent ſigna culturæ, uel antiquæ poſſeſſionis aliorum: quia tunc propter appoſitionem confinium, & uſum iuriſdictionis, præſumitur pro eo qui habet iuriſdictionem. Item etiam ipſe ponit unam fallentiam, quòd ſi non ſint ſigna culturæ, præſumatur uniuerſitas habuiſſe pro derelicto, quæ falſa eſt: quia bene poterit de facto euenire, ſed non præſumitur propter appoſitionem terminorum, & uſum iuriſdictionis ut ſupra. & de materia habes Afflictum in dicta deciſio. 267. Iaſ. in conſi. 235. uol. ij. & Sozi. conſi. 166. li. ij. & Decium. conſi. 118. tamen non ita clarè explicantur ut ſupra.

78 Glo. prima † diuiditur in quatuor partes, ut patet in ea. Ex prima colligitur duplex litera, uel à pedibus, uel à ſedibus dicta ſit poſſeſſio. ſed ipſa approbat literam de pedibus, ego autem ſupra dixi meliorem eſſe literam de ſedibus, declarando totam hanc primam partem glo. Docto. tamen inclinauerunt in literam de pedibus magis communiter, quia ad oculum corporis magis apparet operatio pedum, quàm alterius partis corporis, quo caſu non poterit dici hic eſſe poſitam etymologiam. ſed dicetur poſita alluſione ſumpta à quadā ſimilitudine, ſicut in l. tabernæ. & in l. tugurii. de uerbo. ſignificatio. unde ab ea non poſſet ſumi. propria ſignificatio. ſed ſi tu caperes pedem pro toto corpore, tunc denotaret totam ſubſtantiam poſſeſſionis, & diceretur etymologia quæ procederet negatiuè ſecundum theoricam infr. tradendam. ſed ſi habes uerbum à ſedibus, tunc erit uera etymologia ex eo: quia erit reſolutio uocabuli compoſiti in terminos magis notos, componentes, ut fit in dicto. §. appellata. & in dicto cap. pudenda. & cap. cleros. §. concentor. 21. diſtinctio. & cap. forus. §. iudex. de

dex. de uerbo. ſignificatio. & l. ita uulneratus. ſu pra ad legem Aquiliam.

Secundò ex eadem prima parte colligitur ꝙ alluſio uocabuli, deriuatio, ſeu expoſitio, & etymologia ſint idem, concordat, glo. in l. tugurij.
79 de uerbo. ſignificatio. † Sed Alcia. ibi & Zaſius in d. §. appellata. melius dixerunt, uolentes ꝙ imò iſta differunt. nam alluſio eſt nomen impoſitum propter aliquam ſimilitudinem, ut fur tum à furuo, id eſt, nigro l. j. ff. de fur. & bona à beando l. bona. ff. de uerbo. ſignificatio. & taberna à tabulis, & fit mutata ſyllaba. Deriuatio uerò fit à uerbo ſemper, & cadit in nominibus uerbalibus, ut tutor à tuendo. creditor à credendo, doctor à docendo, ſtipulator à ſtipulando, & calumniator à calumniando, & poſſeſſor à poſſidendo: & per eam ſignificatur ſemper homo faciens actum uerum.

Tertiò eſt uis nominis, & hoc eſt quando ſignificamus ſubſtantiam nominis, per quam inducitur quædam uirtus ex ipſo nomine.

Quartò eſt etymologia hoc eſt reſolutio uocabuli, compoſiti in terminos magis notos, cõponentes, ut in exemplis ſupra poſitis, & dicitur ab ετυ, quòd eſt uera, & λογος locutio, quaſi uera locutio, id eſt, declarãs ueram ſubſtantiam nominati per illam reſolutionem nominis. unde appellatur ueriloquium apud Ciceronem, & hoc ſolet fieri in bonis nominibus: quia cum apponantur ad diſtinguendas res. l. ad recognoſcendas. C. de ingenuis & manumiſsis. & §. ſi quis in homine. inſti. de leg. tunc autem erunt bona nomina, & melius diſtinguentia ſi demonſtrabunt aliquam ſubſtantiã nominati. Et ideò
80 ſolet dici, † quòd nomina debent eſſe conuenientia rebus. §. ſi quis in nomine. inſti. de leg. quæ etymologia plerunquè denotat unam ſubſtantiam tantum, cum in paruo nomine non poteſt tota ſubſtantia nominati explicari, quod uix poteſt fieri à diffinitione, quæ per multa uerba traditur, aliquando tamen poteſt continere totam ſubſtantiam, ſi terminus eſt multum generalis, ut iniuria dicitur, omne quòd non iure fit, exceptio, quaſi actionis excluſio, donatio, doni datio. nam in iſtis per etymologiam denotatur tota ſubſtantia, ut infra declarabitur loco ſuo.

Quintò dicitur interpretatio, quæ eſt terminus ſpecialis, ſecundum glo. ibi, tamen melius eſt ꝙ ſit terminus generalis: quoniam interpretamur uocabulum, & ſubſtantiã nominati, uel ꝑ reſolutionem, uel deriuationem, uel uim nominis, uel etymologiam, & ſic cõpræhendit omnes dictos terminos, tamen propriè fit interpretatio, quando argumentamur à prædictis, ut cognoſcamus aliquam qualitatem nominatim, in tex. autẽ noſtro ponitur alluſio, ſi fiat à pedibus ſed ſi fiat à ſedibus. non erit alluſio neq; deriuatio, ſed erit uera etymologia, reſoluendo uocabulũ poſſeſſionis, compoſitũ in duos terminos, magis notos, & componentes, in ſeſſionis poſitionem, & denotatur ſubſtãtia poſſeſſionis, quæ requirit duo, quòd quis ingrediatur rem, & ꝙ habeat ſucceſſiuam inſiſtentiam in re, quod demonſtrabitur per ueram poſitionis ſeſſionem. ſi tamen diceremus poſſeſſionem à ſedibus, & ulterius non procederemus ad reſolutionem termini, tunc etiam appellaretur alluſio: quia diceretur quædam ſimilitudo cum parua ſyllabæ mutatione.

Sextò eſt diffinitio quæ nõ traditur propter nomen, neque ex ea fit nomen, ſed dicitur eſſe una oratio, explicans totam ſubſtantiam nominati, quæ declaratur per genus, quod denotat materiam rei, & per differentias, quæ demonſtrant formam ipſius rei, & ſolennitatem, & cætera neceſſaria ad perficiendum nominatum.
81 Vnde ex iſto tex. iuncta glo. colligitur poſt dictas declarationes, quòd ualet argumentum ab etymologia uocabuli, id eſt, quòd ex ipſo uocabulo reſoluẽdo per etymologiam, nos poſſumus argumentando inuenire, an nominatum inſit, uel non inſit in aliquo loco, ſicut facit Iuriſconſul. in d. §. appellata. qui uolens probare ꝙ unus actus non eſt mutuũ, reſoluit mutuum, & dicit hic non fit de meo tuum, ergo non eſt mutuũ. Idẽ probatur in cap. pudenda. xxiij. q. §. ubi auctor uolens probare quòd hæreticus non eſt conſecratus, dicit conſecratus, id eſt, ſimul ſacratus; & ideò ſi non eſt ſimul ſacratus non eſt cõſecratus. ſed execratus. & idẽ fit in ca. cleros. §. concentorias diſtinctio. & in cap. forus. §. index. de uerbo. ſignifica. & mẽtaliter in l. ita uulneratus. ſupra ad l. Aquili. & cap. periculosè de pœnitentiis. diſtinctione prima, & in l. plebs. §. pignus. ff. de uerb. ſignific. cap. j. §. ſi. per quos fiat inueſtitura, quòd tamen notabile ut ſupra dixi non colligitur ex iſto tex. quia hic ponitur etymologia non autem ponitur argumentatio ex ea.
82 Sed tamen † quia per alia iura probatur, ꝙ ſicita eſt argumentatio ex hoc uocabulo poſſeſſionis, ut reſoluẽdo in terminos magis notos, deueniamus ad cognitionem alicuius ſubſtantiæ poſſeſſionis, & an in certo actu reperiatur poſſeſſio, quòd tamen procedit in etymologia. ſed in alluſione non procedit. unde in l. tugurii, & l. tabernæ. & aliis ſimilibus. non colligitur argumentum tale, quoniam per alluſionem denotatur tantum quoddam accidens interueniẽs in nominato, & non ſubſtantia propria, ideò per illud argumentum inducimur in cognitionem, de quadam accidentali qualitate, ut ꝙ furtum; quia dicitur à furuo cognoſcamus quãdam accidentalem qualitatem: quod plerunquè ſolet fieri de nocte, & taberna dicatur à tabulis: quia plerunquè ſolet fieri de tabulis.

Argumentum uerò à deriuatione, dicitur ratiocinatio quædam deducens nos in cognitionem, quòd actus uerbi eſt in illo nominato, nam ſi eſt poſſeſſor, ergo poſſidet, ſi doctor ergo docet, ſi lector ergo legit. quòd tamen aliquando

non procedit:quia non ſemper operatur,& ali-
quando ſufficit quòd deſideratur eſſe,pro ut e-
tiam dicemus infra de etymologia, tamen ſem
per deducit nos in cognitionē, quomodo uoca
bulum deducatur ad actum uerbi, & facit quòd
ſi non interueniat actus ille uerbi, uel non poſ
ſit interuenire,nec etiam interueniat ipſum no
minatum, ut ſi doctor non doceat, uel non ſit
aptus docere, non dicatur doctor, & ſi credi-
tor non ſequitur fidem, non dicatur creditor,
& ſi non bene concinit non dicatur concentor,
& ſimiliter affirmatiuè procedit,ſi creditor eſt,
ergo ſequitur fidem,& credit,ſi ſtipulator,ergo
ſtipulatus eſt,ſi poſſeſſor, ergo poſſidet. Ta-
men oportet conſiderare quòd hoc argumen-
tum aliquando fit de præſenti, aliquando de
præterito, aliquando de eo quod deſideratur,
aliquando de aptitudine, & poteſtate, ſecun-
dum ſubiectam materiam.

83 Argumentum à ui nominis† eſt quando per
uirturem nominis inferimus ad aliquem effe-
ctum, ut cognoſcamus quòd ſi caret nomine,
caret effectu. & ſi caret effectu, carere debeat
nomine l.à nullo.C.de feriis,& ꝙ careat effectu
nominis,probatur in l. iiij. & 5. C.de defenſo.
ciuitatum,l. decernimus. C. de epiſco.& cleri.

Tertiò fit illud argumentum, ut ille qui ha-
bet nomen, poſſit petere effectum nominis, ut
ſi quis eſt clericus: quia eſt in ſortē & hæredita
tem Dei electus,ergo poteſt petere,ut de hære-
dirare Dei uiuat.cap.cum ſecūdum. de præben.
& cap. relatum. eo. tit.

Quartò fit argumentatio ut ille qui habet ef
fectu hominis poſſit etiam petere emolumen-
tum nominis: arg.l.ſecundum naturam de reg.
iur. & §.fi.inſti.de leg.patrono.tute.

Argumentū ab interpretatione eſt quandop
aliquā præcedentem cauſam interpretamur no
minatum,ut deueniamus ad cognitionem ali-
cuius qualitatis, ſeu eſſentiæ ipſius nominati.

84 Argumentum à diffinitione† eſt quando nos
ratiocinamur propoſita diffinitione, & uolu-
mus per diffinitionem,deuenire ad cognitionē
totius nominati, uel uolumus probare quòd a
liquid eſt de ſubſtātia nominati in totū,& ſem
per,uel probare quòd ille actus continetur in
diffinitione,per regulam quæ habet, quòd cui
conueniunr uerba diffinitionis,conuenit & dif-
finitio.§.primo.inſti.ui bonorum rapto. & dif-
fert ab argumento ab etymologia: quia per dif
finitionem denotamus totam eſſentiam nomi-
nati,& poſſumus argumentari affirmatiuè,& ne
gatiuè:unde paruus eſt labor in tradendo eius
theoricam, quoniam his ſolis uerbis contine-
tur.Argumentum uerò ab etymologia ſolū de-
ducit nos in cognitionem unius ſubſtantiæ, no
minati,uel generis, uel alterius, & aliquando
nullam præſtat cognitionē,& regulariter non,ꝓ
cedir affirmariuè, ideò eius theorica ualdè dif
ficilis eſt,ſuper qua inſiſtit Iaſ.& hic doc. & ego
plenè tradidi theoricam,in d.l.ij.§.appellata.ff.

ſi cer.pet. hic autem procedam alium ordinem
ſeruando,& magis reſolutè dando aliam theo-
ricam per quam omnia ibi dicta per doctores
complectar.

85 In hoc † igitur argumento ab etymologia,cu
jus præſens eſt ſermo,Ia. hic multa hinc inde al
legat,& dubia uidetur eſſe eius determinatio:
tamen Fulgoſ.quē ipſe refert,tradidit uerā do-
ctrinā,dicens ꝙ argumentū ab etymologia pro
cedit negatiuè,affirmatiuè uerò non procedit,
ut ſi dicatur nō fit de meo tuū,ergo non eſt mu
tuū.non eſt mentis teſtatio, ergo uon eſt teſta-
mentum.ſed è contrariò ſi dicatur eſt mentis te
ſtatio,non ſequitur ergo eſt teſtamentum,uel fit
de meo tuū, ergo eſt mutuū,cum poſſit eſſe do-
natio,uel alius contractus tranſlatiuus dominij
& ratio differentiæ eſt:quia hoc argumentū di-
citur eſſe ſimile,argumēto à genere, ad ſpeciē,
quod argumentū tenet negatiuè,& non affirma
tiuè,cum ſi dicatur non eſt animal,non ſeqtur,
ergo non eſt homo:quia remoto genere anima-
lis remouentur omnes eius ſpecies: ſed ſi dica-
tur eſt animal non ſequitur ergo eſt homo:quia
poteſt eſſe equus & bos: quia per poſitionē ge-
neris non ſequitur poſitio alicuius certæ ſpeciei
neceſſariò,ſed ſolum potentia omniū ſpecierū,
niſi eueniat ꝙ ſit etymologia,complectens totā
ſubſtantiam diffiniti, ita ꝙ habeat uim diffini-
tionis,ut damnatio,iniuria,& exceptio.nā tunc
poteſt tenere affirmatiuè, & negatiuè, ſicut in
argumento à diffinitionè ut ſupra dictum fuit.
Sed quia etymologia plerunque continet unam
ſubſtantiā tantum, & æquiparatur generi ideò
ualet uegatiuè,& non affirmatiuè,ut dictū fuit.
Veruntamē:quia huic determinationi Fulgoſii,
contrariantur multa iura hic per Iaſ. allegata,
quæ ego latè per modū oppoſitionis,& reſolu-
tionis declaraui in d.§.appellata. opus eſt reſo-
lutione ipſarū,& breuius, & ordinatius omnia
complectendo,in tota hac argumentatione cō-
ſtituas duas regulas.

86 Prima eſt regula,† ꝙ argumētū ab etymolo-
gia affirmatiuè nō ualet,ꝓpter illā rationē: qa
etymologia denotat unā ſubſtātiā tantū,& po
ſita una ſubſtātia, nō ponitur totū ſubſtātiatū,
& poſita una parte integrali, non ponitur totū
integrale,ideò nō ſequitur fit de meo tuū, ergo
eſt mutuū:quia ponimus unā ſubſtantiā tantū,
& non ponitur tota ſubſtantia, & ideò poterit
eſſe alius contractus ſicut dictum fuit, ꝙ poſito
animali non ponitur homo: quia ſolum tradi-
tur materia hominis,& non forma, ideò poteſt
eſſe aliud animal ex illa materia confectum, &
hæc eſt communis reſolutio.

87 Hæc tamen regula limitatur,† nō procedere
in illis etymologiis,quæ propter paucitatē ſub
ſtantiæ etymologati, comprætendunt totā ſub
ſtantiā,ut in exēplis prædictis in donatione,ex
ceptione,& iniuria. Vaconius uerò in hac mate
ria ponēs unū ca. quē multi tenēt occultū ut ha
beāt modū faciendi aliquas argumentationes
nouas,

noſtas, & in ſpecie Ferretus hic, eum tacito au-
ctore ſequitur, dicebat quòd imò ſemper argu-
mentum ab etymologia ualet affirmatiuè, quo
niam nulla reperitur etymologia, quæ non de-
notet totã ſubſtãtiã etymologati; & ſi reperitur
aliqua quæ hoc non faciat, non erit etymologia,
ſed alluſio, ſeu deriuatio, & probabat: q̃a etymo
logia ut ſupra dixi, dicitur ab ἔτυ. id eſt, uerum
& λογία id eſt, uera locutio nominatim, & ideò
appellatur ueriloquium, per Ciceronẽ, & alios
etiam doctos. ſi ergo eſt ueriloquium, ergo deno
tat ueram, & totam ſubſtantiam etymologati:
quia ſi non denotaret ueram, & totam, non poſ-
ſet dici uera locutio, neque ueriloquium. igitur
ut hoc nomen conueniat, eſt opus quòd ſemper
etymologia denotet totam ſubſtantiam, argu-
mentando à ui nominis ut ſupra ego declaraui.
unde ſi opponitur de aliis etymologiis, quæ nõ
continẽt totam ſubſtantiam, & in quibus nõ te-
net affirmatiuè, reſpondet quòd tunc non eſt e
tymologia, ita quòd negant etymologias eſſe
omnes illas reſolutiones quæ non denotant to
tam ſubſtantiam, & ita reſident gloriantes mul
tum de hac ſua inuentione.

Sed tu non recedas à communi opinione q̃
imò hoc argumentum regulariter non tenet af
firmatiuè, propter dictã rationem: quia etymo
logia reſoluit nominatum, & nomen licet de-
beat eſſe conueniens rebus, & denotare ſubſtan
88 tiam nominati, † tamen rariſſimè reperiri pò
teſt, quòd unum nomen denotet totam ſubſtan
tiam nominati, uix enim hoc poteſt facere diffi
nitio, cum una oratione integra, & etiam do
ctus, qui poteſt cum una oratione explicare to
tam eſſentiam nominati. Vnde cum in facto ra-
riſſimè poſſit euenire, quòd unum nomen deno
tet totam ſubſtantiam, & ſolum poſſit unam,
uel duas ad plus denotare, debemus dicere q̃
etymologia ex ſui natura, non denotat totam
ſubſtantiam, & cum hæc ſit propria natura ip-
ſius, debemus ſecundum eius naturam argumen
tari, alioquin ſequeretur quòd totus liber ety-
mologiarum Iſidori deſtrueretur, & omnia iura
ſupra allegata argumentantia ab etymologia
deberent deleri, cum in toto libro etymologia
rum Iſidori, ex forſan duobus, uel tribus milli-
bus etymologiarum, non inueniantur decem
quæ denotent totam ſubſtantiam, & fuiſſet ne-
ceſſarium appellare librum alluſionum, non au
tem librum etymologiarum.

89 Nec obſtat fundamentum eorum † de quo
tantum gloriantur quòd etymologia appella-
tur ueriloquium, ſeu uera locutio, quoniam in
eo eſt magna deceptio, attento quòd non ſequi
tur eſt uera locutio, ergo eſt plena locutio, uel
eſt ueriloquium, ergo eſt pleniloquium: nam ſi
dicatur homo eſt animal. hæc propoſitio eſt ue
ra, & ueriloquium atquè uera locutio: ſed non
eſt pleniloquium neque plena locutio. ſed eſt
neceſſarium dicere, homo eſt animal rationa-
le, & mortale, & tunc erit diffinitio comple-
ctens totam ſubſtantiam, quæ tunc appellabi-
tur plena locutio, & pleniloquium, propterea
apparet quòd ſi etymologia denotat unam ſub
ſtantiam tantum illa propriiſſimè appellabi-
tur uera locutio, & ueriloquium, licèt non de-
notet totam ſubſtantiam, ſufficit enim quòd de
eo quod dicit uera loquatur, & de illa qualitate
uerè loquatur, quo ſtante apparet non tenere
argumentum affirmatiuè, quoniam poſita una
ſubſtantia non ponitur ſubſtantia totum, & ap-
paret quomodo pueriliter decepti fuere. Præ-
tereà ſi teneres eorum opinionem reduceres
hoc argumentum ad nihilum in iure: quia in
toto iure ciuili non reperies ſex etymologias
quæ contineant totam ſubſtantiam, & fuiſſet
labor uanus in eis tantum elaborare, cum me-
lius eſſet ſemper recurrere ad diffinitionem.
Propterea teneas prædictam regulam quòd af-
firmatiuè non tenet argumentum ab etymolo-
gia uocabuli. Fallit in illis paucis etymolo-
giis quæ per accidens reperiuntur complecti
totam ſubſtantiam nominati: quia tunc in eis
tenebit affirmatiuè ſicut tenet in diffinitionib.

90 Secundò limitatur non procedere in nomi-
nibus adiectiuis, in quibus ſemper tenet ar-
gumentum affirmatiuè, ut eſt ius Romanum,
ergo factum à Romanis, & ius gentium ergo
factum à gentibus, & ius ciuile ergo factum à
ciuitatibus, & Titius eſt Peruſinus, ergo eſt
de Peruſio, & Semptonius Romanus, ergo eſt
eſt de ciuitate Romana, & eſt ratio: quia no-
mina adiectiua apponuntur ſubſtantiuis, ad
denotandum aliquam qualitatem. Ideò neceſ
ſarium eſt, quòd ſemper aliquid addant ne
fruſtratoriè uideatur facta illa adiectio. Aduer
tas tamen quòd qualitas denotata per adiecti-
uum, poteſt eſſe naturalis, & accidentalis. un-
de oportet argumentari ſecundum intentio-
nem apponentis. nam ſi dicatur Scipio Affri-
canus, uel Aſiaticus, poterit præſumi quòd ſit
de Affrica uel de Aſia. Tamen ſi appareat quòd
nõ eſt de illis locis oportebat imaginari quòd
denotet aliquod accidens, ſeu aliquam notabi-
lem operationem. Vnde Scipio dicitur Affri-
canus: quia deuicit Affricam, & Aſiaticus, quia
deuicit Aſiam. Et his modis procedunt pri-
mæ rubricæ poſitæ. ff. C. & inſti. in quibus di-
citur imperator Flauius, Gotticus, Francus
& Alemanicus. nam per talia adiectiua deno-
tatur notabile opus factum à Iuſtiniano in illis
locis, & Flauius dicitur: quia habebat colores
flauos, & hoc uolumen appellatur. ff. nouum,
quia continet ius nouum, certo tamen reſpe-
ctu, cum propriè, & ſimpliciter non ſit no-
uum, & eod. modo appellatur. digeſtum ue-
tus. & cum hoc temperamento, & aduerten-
tia tenebit argumentum affirmatiuè, alioquin
non tenebit, & faciliter poſſes decipi.

91 Tertiò limitatur non procedere ubicunque
argumentatio fit ab etymologato ad etymolo-
giã. nam tunc datur regula tota in contrarium,

qnòd tenet affirmatiuè, & non negatiuè. exem
plum eſt, quando argumentando, primò nomi-
nas etymologatum, & poſteà ratiocinando in-
fers ad etymologiam, exemplum eſt hic, eſt mu
tuum, ponendo etymologatũ, ergo eſt de meo
tuum, inferendo ad etymologiam, & ſi dicatur
hic eſt teſtamentum, ergo eſt mentis teſtatio,
hic eſt conſecratus, ergo eſt ſimul ſacratus, &
ita de reliquis, tunc enim argumentatio tenet:
quia eſt argumentum, de toto ad partem. poni-
tur domus ergo ponuntur eius partes, paries,
& tectum, ponitut homo ergo ponuntur eius p
tes, corpus & anima. nam cum totum non poſſit
eſſe ſine omnibus ſuis partibus, ſequitur qnòd
poſito eo ponis neceſſariò omnes partes, & per
conſequens illam partem de qua dubitatur, re-
gula autem prædicta eſt ab etymologia ad ety-
mologatum: in quo argumento ptimo nomina
mus etymologiam, & poſteà ratiocinando infe
rimus ad etymologatum, ut hic eſt de meo tuũ,
ponendo etymologiam, non ſequitur ergo, eſt
mutuum inferendo ad etymologatum, hic eſt
mentis teſtatio, ponendo prius etymologiam,
non ſequitur ergo eſt teſtamentum, ſicut ſi dici
tur hic eſt animal, non ſequitur ergo eſt homo,
& in hoc bene aduertas: quia faciliter in hac ar
gumentatione poſſes decipi, & uidi multos ob-
tuſos, & confuſos remanere, & neſciuiſſe am-
plius loqni, & multi docto. de hac argumenta-
tione non fuere auſi tractare, dicentes quòd eſt
brocardicum quod non habet reſolutionem, &
hoc modo arguit imperator in. §. ſicut qui pu-
tant. inſti. de interdict. pro quo tex. tantum ui
detur Ripa hic dubitare.

92 Secunda eſt regula contraria † quòd argumen
tum ab etymologia negatiuè tenet, ut nõ ſit de
meo tuum, ergo non eſt mutuum, ut argumenta
tur tex. in dicto §. appellata. & in dicto cap. pu-
denda. 23. q. 5. & in cap. cleros. §. concentor. 21.
diſtinctio. cũ aliis ſimilibus ſupr. adductis. quę
regula fundatur ex eo: quia remota una ſubſtan
tia, neceſſariò tollitur totum ſubſtantiatum, li
cèt aliæ interueniãt. unde cum regulariter ad u
num quemque actum ciuilem debeant interue-
nire ſex principalia requiſita, cauſa efficiẽs, cau
ſa materialis, cauſa formalis, cauſa ſubiectiua,
ſolennitatis, & finalis, ſi una ex iſtis deficiat, to
tus actus corruit, ut habetur in l. j. in princ. & in
§. ſi qnis ita. ff de uerbo. oblig. & in l. nemo po-
teſt. ff. de leg. j. & ſublato pariete non poteſt am
plius dici domus, ſublata anima amplius non
eſt homo l. ſi homo mortuus. infra de uerbo-
rum oblig. & ibi no. & ratio rationis eſt: quia
eſt ſimile argumentum de genere ad ſpeciem,
in quo ſublato genere: quia tollitur materia
neceſſariò tolluntur omnes ſpecies, licèt aliæ
qualitates forſan interuenirent. Aduertas tamẽ
quòd ex ſex dictis ſubſtantialibus ad actum,
duo ſunt magis principalia, ut materia, &
forma, & eis ſublatis argumentum procedit,
ut actus ſit ſublatus, in aliis uerò ſubſtantia-
libus, quàmnis argumentum teneat, ut ipſum
ſubſtantiatum tollatur, tamen non tollitur ex
toto: quia aliqua pars poteſt remanere, & a-
ctus ſit defectiuus, ut ſi de teſtamento tollas ſe
ptem teſtes, uel aliquam aliam ſolennitatem
poterit tamen remanere diſpoſitio deffectiua,
ut per Bar. in dicta lege nemo poteſt in prima
oppoſitione ubi etiam dixi, infra de leg. pri-
mo. Nec obſtant multa allegata in contrarium
per Iaſ. qnia omnia reſoluuntur per ſequentes
limitationes.

93 Limitatur ergo primò † non procedere in
nominibus proptiis, in quibus non tenet argu
mentum, nec affirmatiuè nec negatiuè, ut ſi
quis appellatur Benedictus, ergo eſt à Deo glo
rificatus, non appellatur Benedictus, ergo non
eſt glorificatus, uel ſi eſt Deodatus, ergo eſt da
tus à Deo, uel non nominatus Deodatus. er-
go non eſt datus à Deo, cap. primo. & ibi no.
de iudic. & ſi appellatur Accurſius ergo occur-
tit tenebris iuris ciuilis, ut ipſe ſolebat gloria-
ri, uel ſi non dicitur Accurſius ergo non occur
rit tenebris iuris ciuilis, & ratio eſt: quia no-
mina propria ponuntur ad arbitrium impo-
nentis, non habita conſideratione à ſubſtantia
ipſius, uel ad aliquam eius operationem futu-
ram, quam imponentes ignorant, & ſolum im-
ponentes aliquando conſiderant qualitatem,
quam deſiderant interuenire, tamen per appo-
ſitionem nominis non ſeqnitur quòd poſteà ue
niat. nomina uerò appellatiua ponuntur à re-
gione, in rebus ad finem, ut una diſtinguatur
ab alia, & cum magna conſideratione, ut loquen
tes intelligantur ſi de una faciant mentionem,
non uideantur loqui de alia, ut habetur in lege
ſi quis in fundi uocabulo, de leg. primo, &
ideò ſolet dici nomina debere eſſe conuenien-
tia rebus. §. penultimo. inſtitu. de donatio. &
per ea denotetur aliqua ſubſtantia ad hoc ut fa
ciliter per nomen cognoſcatur ab aliis. ſed
quia in nomine proprio non poteſt interueni-
re hæc conſideratio ideò nullo modo in eo te-
94 net argumentum. Et ideò † dixit glo. in lege
fin. §. penul. infra ad municipales. per ſimilitu-
dinem nominis, non induci probationem, ut
ſi quis nominatur Bononietus ergo eſt Bononiẽ
ſis quod, tamen intellige de nomine proprio:
quia ſi eſſet adiectiuum quòd qnis diceretur Ti
tius Bononienſis, tunc ualeret argumentum,
ut induceretur probatio, uel quòd eſſet natus
Bononiæ, uel quòd aliquid notabile in ea ciui-
tate feciſſet, ut dicitur de Scipione Affricano,
& Iuſtiniano, ut ſupra.

Fallit tamẽ niſi ex ductu Spiritus ſancti, hoc
nomen imponeretur ut euenit in Ioanne Bapti
ſta, & in Chriſto qui appellatus fuit ſaluator, &
uerè fuit, ſed quæ ſpiritu Dei aguntur non ſunt
ſub lege, cap. duæ ſunt leges. 16. q. ij. no. in cap.
quòd autem. extra de regularibus, in munda-
nis ergo procedit limitatio, dicebat tamẽ Milã
tia uxor Ioan. And. ualde curãdum eſſe ut bona

nomina

nomina imponerentur, quoniam ex bono nomine inſurgit qualis, qualis præſumptio bona, & ex malo nomine inſurgit præſumptio mala, ut ſi quis nominetur meza notte, uel taglia burſe, præſumetur ꝙ ipſe ſolitus ſit talia delicta facere.

95 †Vnde quibus Franginus magnus criminaliſta dicebat reperiri quædam nomina digna proceſſu, ſine alia informatione ad inquirendum, quòd tamen intellige quando iſta nomina imponuntur, poſtquàm homo uixit per aliquos annos, ut eius effectus potuerint cognoſci. nam tunc nomina non uidentur poſita caſu, ſed cum conſideratione propter aliquòd notabile factũ, & æquipatantur nominibus adiectiuis, regulariter autem non tenet, nec etiã præſumptiuè. Vnde concludas declarando regulam quòd argumentum ab etymologia uocabuli procedit in nominibus appellatiuis, & non in propriis, & ita intelligitur tota hæc materia.

96 Secundò limitatur non procedere † quando illa eſſentia denotata per nomen, non requiritur ſemper, ſed ſufficit quòd à principio interueniat ad perficiendum actum, & eius continuatio non eſt neceſſaria, exemplum eſt in contractu qui dicitur hinc inde actus, & ſi eueniat poſt perfectionem quòd contrahentes deſiderent diſſoluere, ita quòd amplius non ſit hinc inde actus, non ſequitur ergo non eſt contractus: quia ſufficit quòd ab initio fuerit ad perficiendum, l. Labeo lib. primo. de uerbo. ſignificatio. coniuncta l. ſicut. C. de actio. & obligatio. & no. in l. ab emptione. ff. de pac. Aliud exemplum ponitur de poſſeſſione. nam ſiue dicatur à pedibus ſeu ſedibus, uerbaliter intelligendo, tenet argumentum ſi poſt appræhenſionem amplius non habeat ibi pedem uel ſedem, ergo non eſt poſſeſſio: quia ſine corpore retinere poteſt, lege licèt. C. eodem. & no. in lege clam poſſidere, infra eodem: quia ſufficit quòd appræhenſio corporis ab initio interueniat, licèt poſteà non ſequatur, lege tertia. §. ſaltus. infra eodem. Tertium exemplum eſt in matrimo. quod eſt uiri, & mulieris coniunctio, indiuiduam conſuetudinem uitæ retinens, diuini & humani iuris cõmunicatio. inſti. de patria poteſta. in prin. nam ſi poſteà eueniat quòd ſint in magna diſcordia, & mulier diſcedat portando bona ſua in alium locum, & ita non ſit indiuidua uita, neque bonorum communicatio, tamen non deſinit eſſe matrimonium: quia ſufficit quòd ab initio interuenerit, & diſcordia ipſa, lege prohibente nihil operatur, ideò in hac argumentatione debes bene conſiderare quomodo illa ſubſtantia requiratur, an omni tempore, uel à principio tantum, & ita non decipieris.

97 Tertiò limitatur non procedere, †quando illa eſſentia non eſt neceſſaria in effectu. ſed ſolũ deſideratur, ut quòd imperator ſit Auguſtus nõ eſt neceſſarium, ad hoc nomen quòd augeat imperium: ſed ſufficit quòd habeat intentionem, uel quòd ita deſideretur. unde licèt imperator non auget imperium, non poteſt dici non auget, ergo non dicitur Auguſtus: quia nomen non imponitur propter actus, ſed ex intentione, & deſiderio. Aliud eſt exemplum de matrimonio, quòd dicitur ut mater fiat, ſi tamen eueniat quòd non fiat mater, non ſequitur ergo non eſt matrimonium: quia hoc nomen non imponitur ut neceſſariò fiat mater, ſed ut intentio ſit, uel quia ita deſideratur. Idem dicitur de nuptiis quæ dicuntur à uelando, ut mulieres uelatæ incedant, capitulo imago. 23. quæſtione prima. & tamen ſi non incedant uelatæ, non deſinunt eſſe nuptiæ: quia nomen imponitur propter deſiderium, & intentionem, & in Neapoli nulla incedit uelata, & tamen eſt matrimonium, & in Regno Siciliæ omnes etiam uirgines incedunt uelatæ; idem dicitur in capitulo cleros. 21. diſtinctio. de pontifice, qui appellatur quaſi pontem ferens ad uitam æternam conſequendam, non ſequitur non fert pontem: quia potius trahit ad diabolum, quoniam nomen ponitur propter id quòd deſideratur. Item monachus dicitur ſolus, & triſtis. capi. ſi cupis. 16. quæſtione prima: cum glo. & lege decernimus. C. de epi. & cleri. tamen ſi ſemper eſt in palatiis rubicundus, arridens, & cum puellis morans, non ſequitur deſinit eſſe monachus, in omnibus enim iſtis exemplis, & in omnibus aliis poſitis hic per Iaſon. non procedit argumentum, ut no. dixit gloſſa in proœmio. ff. ueteris. & in proœmio inſtitu. & Abbas in capitulo primo. columna penultima. de iudic. & per eam tolluntur multa contraria, quæ uidentur eneruare hoc argumentum, & illud confuſum reddere.

98 Oportet † igitur in hac limitatione, & præcedenti, ut procedat argumentum, argumentari ſecundum qualitatem ſubſtantiæ, & dicere hic non eſt, neque fuit hinc inde actus, uel non eſt neque fuit pedum poſitio, uel non eſt neque fuit duorum coniunctio, & bonorum cõmunicatio, ergo non eſt contractus, uel poſſeſſio, uel matrimonium, & procedet argumentum, uel ſi dicatur non auget imperium, uel non habet intentionem augendi, uel non deſideratur, ſequetur non eſt Auguſtus, uel non ſit mater, neque fuit intentio, neque deſideratur, ergo non eſt matrimonium, Similiter aduertas quòd oportet ſumere argumentum legitimè, non autem errando. nam Bal. hic dicebat molendinum dicitur à molendo: ergo non eſt molendinum ſi non molet, nam non eſt uerum quòd molendinum dicatur à molendo, ſed eſt molendinarius, & molendinum dicitur quaſi molas tenens, ideò ſi dicas non tenet molas, ergo non eſt molendinum procedet argumentum, ſed ſi habet molas, & diceres non molat ergo non eſt molendinum, non teneret argumentatio, & ita debes declarare dictum Bald. quod refert hic Iaſ.

Quartò limitatur dicta concluſio non procedere, quando illa eſſentia denotata per etymologiam, poteſt interuenire fictè: quoniam licèt non interueniat uerè ſi tamen inſit fictè, non tollitur etymologatum, ut ſi dicatur non fit de meo tuum, uerè non ſequitur ergo non eſt mutuum, ſi forſan fictè eſſet factum de meo tuum, ut ſi breui manu fingitur datum, l. ſingularia. ff. ſi cer. peta. uel ſit mutuum ciuile in quo per confeſſionem præſumitur numerata pecunia. §. j. inſti. de literarum obligatione, & aliud exemplũ eſt in poſſeſſione, ut ſi dicatur, nõ eſt pedũ poſitio, non ſequitur ergo non eſt poſſeſſio Sempronii. Si tamen per ſeruum, per procuratorem, uel per conſtitutum eius pedum poſitio fingeretur interueniſſe l. quod meo, & ibi no. inf. eo. debet ergo qui uult argumentari dicere, nõ fit de meo tuum uerè nec fictè, ergo non eſt mutuum, non eſt pedum poſitio uerè nec fictè, ergo nõ eſt poſſeſſio, & cum hac aduertentia argumentatio ab etymologia procedet, & ſi non ita fiet poterit faciliter argumentans decipi, & dicere argumẽtum non ualere, & ita incidere in multas fallatias, & æquiuocationes.

100 Quintò † limitatur dicta regula non procedere, quando reperiuntur aliquæ leges in contrarium, quæ probant actum illum ſine illa eſſentia poſſe ſtare, uel dando diffinitionem, uel aliter probando, quòd illa eſſentia non eſt neceſſaria: nam tunc negatiuè nec etiam procedet argumentum, & eſt ratio: quia tunc apparet, quòd illa qualitas non eſt neceſſaria, & ꝙ etymologia non denotat ſubſtantiam etymologati. ſed dicitur nanum rerum uocabulum, iuxta tex. in l. ij. C. de recepti. actio. uel quòd illa qualitas eſt de natutalibus actibus, non de ſubſtantialibus ſine quibus res poſſit eſſe, l. cũ quid & ibi no. ff. ſi cer. peta. Vnde dixit Bar. hic. & in l. omnes populi, in 6. quæſtio. principali. ff. de iuſti. & iur. ꝙ ab etymologia uocabuli, ſeu ab alluſione aſſumitur propria ſignificatio, quando non habemus diffinitionem quæ repugnet, uel aliã legem: quia igitur repugnat lex in exemplo ſupra poſito, quod mulier nupta poſſit incedère non uelata, uel Auguſtus ſit etiam quod non augeat, & in aliis exemplis multis poſitis, hic per Iaſ. tunc argumentum non procedet.

Apparet igitur quòd hæc argumentatio tenet præſumptiuè: quia uocabula præſumuntur appoſita cum conſideratione, & quòd denotent aliquam ſubſtantiam rei nominatæ, ad finem, ut melius intelligantur per nomen, & ſeparentur ab aliis, atquè ut loquentes intelligantur, p §. ſi quis in nomine. inſti. de leg & l. ad recognoſcendas. C. de ing. & manumiſſ. & quia uocabula debent eſſe conuenientia rebus. §. pe. inſti. de donationibus, credendum eſt quòd qui appoſuerunt nomen illud; appoſuerunt ut conueniret rei, ac denotaret qualitatem ſubſtantialem quo melius poſſit diſtingui ab aliis. Sed ſi per legem conſtat de contrario, præſumptio ceſſat l. continuus. §. cum ita. infra de uerbo. obligati. & ita etiam ceſſat argumentatio. Igitur quia ar-
101 gumentatur† habet fundatam intentionem pro ſe, quòd nomen ſit conueniens rebus, & quòd ceſſante qualitate denotata per etymologiam ceſſat etymologatum, & obtinebit donec probetur contrarium. Sed tamen non eſt neceſſarium, nequè concludit neceſſariò, cum probato contrario per l. uel ſtatutum, uel conſuetudinẽ ceſſet argumentatio, ideò qui uult infringere argumentum, debet primò probare ſi poteſt, ꝙ illa qualitas non eſt de ſubſtantia actus, uel ſi non poteſt probare, debet allegare quòd eſt nomen propriũ, in quo non procedit argumentum, uel dicere quòd non eſt de ſubſtantia nominati, niſi ab initio, uel dicere quòd non eſt de ſubſtantia nominati, niſi ex quadam intentione, uel deſiderio, uel dicere quòd illa etymologia ineſt fictè, & ita euitabit argumentum, alioquin his non probatis, ſemper argumentum procedet præſumptiuè, & qui argumentabitur habebit intentionem fundatam, quæ benè nota, ut ſcias argumentari; & quòd ſcias argumentationem euitare, cum faciliter uterquè poſſit incurrere in fallacias, & æquiuocationes, & ſemetipſum confundere. Nec eſt uerum quòd hic dicit Ripa, qui determinat quòd argumentatio tantummodo facit aliqualem præſumptionem quia imò facit argumentationem efficacem, & concludentem, donec probetur contrarium, quãuis ſæpiſſimè poſſit euenire quòd ex communi uſu loquendi; illud uocabulum non requirit dictam ſubſtantiam: tamen ſi permanebis in dictis aduertentiis, poteris facere concludentem argumentationem ut dixi per prædicta.

Cum igitur argumentum ab etymologia uocabuli, procedat ſaltem præſumptiuè ut dixi, ſequitur unũ ualdè notabile in materia noſtra ſecundum glo. noſtram hic in fi. quòd res mobiles non propriè poſſidentur: quia non uerificatur in eis etymologia poſſeſſionis: quoniam in eis non eſt neceſſaria pedum poſitio: quoniam per apprahenſionem per manum poſſeſſio acquiritur: ideò dubitatio eſt, an res mobiles propriè poſſideantur. Quare ſecondò loco Bar. hic opponit cũ habeamus in dictis rebus quòd nõ eſt pedum poſitio: ergo res mobiles non poſſidentur: ſed tunc facit in contrarium tex. in lege rem quæ nobis. & l. rem mobilem. & l. iij. §. Neruа filius. & §. idem feras. infra eodem. quæ probant quòd res mobiles poſſidentur. Gloſſ. hic reſpondet dicens, quòd licèt certo modo poſſideantur, tamen uerè non poſſidentur, per prædictam argumentationem. ſed Dy. repræhendit eam, & determinat quòd res mobiles propriè poſſideãtur per dicta iura, & infra §. per ſeruum. primò. & §. per ſeruum corporaliter. & l. prima. ff. pro emptore. & C. pro donato. & leg. j. C. de uſucapio. transformand. ita quòd propriè poſſidentur res mobiles ſicut immobi-

mobiles. Et ad argumentum glo. reſpondet, quòd etimologia tex. noſtri non denotat proprietatem: quia repugnat diffinitio, & quando repugnat diffinitio ex alluſione, uel etymologia, non ſumitur propria ſignificatio, ut hic latius per eum, ex cuius dictis colliguntur aliquę concluſiones.

102 Prima eſt concluſio, † quòd per alluſionem uel deriuationem non ſumitur propria ſignificatio, quando repugnat diffinitio, Idem dixit in l. omnes populi. in 6. quæſtio. principali. de iuſti. & iure. quæ concluſio non habet difficultatem quando repugnat diffinitio uel alia lex. quia hoc procedit etiam in etymologia ut ſupra dictum fuit in quinta limitatione. Tamen Bar. hic uidetur ſentire idem eſſe, quando non eſt poſita diffinitio à Iuriſconſultis. ſed illa traditur à docto. pro ut euenit in caſu noſtro, in quo non fuit tradita à legiſlatore, ſed tantummodo habemus eam à doctoribus, & ita uariantibus quòd adhuc ſub iudicè lis eſt. Vnde deficiente diffinitione legiſlatoris, ad hoc ut propter diffinitionem docto. poſſit quis infringere argumentum ab etymologia, oportet quòd illa diffinitio ſit formata per leges multum claras, apparenter demonſtrantes totam ſubſtantiam diffiniti, alioquin nos poterimus dicere docto. diffinientes erraſſe, quoniam non tradiderunt ueram ſubſtantiam neniendo contra etymologiam Iuriſconſulti per ea que dicta fuere ſupra in tota theorica etymologiæ, in alluſione uerò nos poſſumus ſuſtinere concluſionem Bar. quòd diffinitio tradita per docto. non oppugnetur per eam, quoniam alluſio & deriuatio informis, ſumitur à quadam ſimilitudine, quæ denotat accidens quoddam interuenire in nominato, ſeu naturalitatem, non autem ſubſtantiam, ut patet in dicta l. tugurij. & l. tabernæ. ff. de uerb. ſignificatio. cum multis concordantibus. Sin autem eſſet deriuatio uera in nominibus uerbalibus, tunc argumentatio procederet, ut etiam in principio articuli declarani.

In tex. autem noſtro ſi tu habes etymologiam pedum, & uerbaliter capias, reputabitur alluſio, non autem etymologia, neque deriuatio, propter quandam ſimilitudinem de eo quod frequenter in poſſeſſione ſolet euenire, ſed ſi tu capis pedem ciuiliter pro toto corpore, tunc erit uera etymologia, & procedet argumentatio etiam quantum ad res mobiles, ut infra declarabitur, & idem erit ſi habes literam ſedibus, quia ſi tu capis ſedem naturaliter, denotabitur quoddam accidentale, uel ab initio interueniens, uel quod eſt in intentione, & deſiderio, & oportebit argumentari cum illa qualitate. ſed ſi tu capis ſedem ciuiliter pro toto corpore, & perfecta uoluntatę retinendi, tunc erit uera etymologia, & procedit argumentatio ut infra etiam declarabitur.

103 Secunda colligitur concluſio ex dictis Bar. contra glo. ſequentis Dy. † quòd res mobiles propriè poſſidentur, pro qua concluſione adducuntur multa, quibus tamen reſponderi poteſt. Primò adducitur l. rem quæ nobis. & l. rem mobilem. infra. eod. cum ducentum ſimilibus, quæ dicunt res mobiles poſſideri, ergo propriè poſſidentur, cum nulla dictio improprietatis apponatur. ſed reſponderi poteſt, quòd omnia dicta iura diſtinguntur, per iſtum tex. ut intelligantur impropriè, quoniam hic uidetur dari propria ſignificatio, ſicut per eundem etiam declarantur omnia iura, quę dicunt res incorporales poſſideri, ut eſt tex. in l. iij. infra eodem. & lex ſequitur. §. ſi uiam. infr. de uſucapionibus. & non inconuenit leges ſimpliciter loquentes, declarari per alias leges magis ſpecialiter loquentes, ut no. in l. ſciendum. ff. qui ſatiſda. cogantur.

Secundò adducitur: quia in rebus mobilibus, eſt poſſeſſio ciuilis, & naturalis, ut infr. §. per ſeruum qui in fuga. & §. per ſeruum corporaliter. & dicta l. ſi rem mobilem. dum loquitur de re commodata. ergo propriè poſſidentur. Sed reſpondetur quòd ex hoc ſolo quod ciuiliter & naturaliter res poſſideatur, non infertur quòd propriè res poſſideatur: quoniam uidemus quòd res incorporales poſſidentur, ciuiliter, & naturaliter, ut infra uidebimus cum Bar. nu. 12. & tamen impropriè poſſidentur per dictam l. quod ſeruus. §. incorporales. ſupra titulo, primo. & dicta l. ſequitur. §. ſi uiam.

Tertiò adducitur: quia res mobiles uſucapiuntur, ergo poſſidentur, cum ſine poſſeſſione uſucapio non procedat l. ſine poſſeſſione; infra. de uſuca. & l. prima. & per totum. C. de uſucapio. pro emptore. ſed eadem eſt reſponſio, quòd non ſequitur quòd propriè poſſideantur, cum & res immobiles uſucapiantur, per l. ſeruitutes. ff. de ſerui. titulo generali, & clarius in cap. de quarta. & cap. auditis, de præſcriptionib. & tamen impropriè poſſidentur, dictis iuribus. & ſæpe apponitur dictio quaſi, denotans improprietatem, ut no. in l. j. ff. de tranſactio. & l. ij. ff. de exceptionibus & cap. fotus. §. iudex. ff. de uerbo. ſignificatio. & l. ſi ante. ſupra ſolut. matrimo. cum ſimilib.

Quartò adducitur per Bar. quòd pro poſſeſſione rerum mobilium defendenda, competit interdictum utrobi. l. j. infra utrobi. ergo propriè poſſidentur. ſed reſpondetur per Alex. & Iaſ. non tenere conſequentiam: quia & pro poſſeſſione rerum incorporalium datur interdictum uti poſſidetis, l. prima. infra. uti poſſi. l. quoties. ij. ff. de ſeruitu. & tamen propriè non poſſidentur, dicta l. iij. infra eod. & dicto §. incorporales. & dicto. §. ſequitur. & ſi dicatur licet uſucapiantur, & detur interdictum poſſeſſorium, tamen non dicuntur propriè uſucapi, cum addatur dictio quaſi, & in dicta l. quoties. dicitur interdicta quaſi poſ-

ſeſtoria. ſed in rebus mobilibus, illud interdictum utrobi, dicitur ſimpliciter interdictum poſſeſſorium. ſed reſpondetur hoc ideò eſſe: quia res incorporales nullo modo poſſideri poſſunt, dicto §. incorporales. ideò additur dictio quaſi. ſed in rebus mobilibus eſt aliqualis poſſeſſio, quæ ad oculos uideri poteſt, ideò ſimpliciter appellantur interdicta poſſeſſoria.

Quintò inducitur ipſe tex. in uerbo tenetur, quòd æqualiter adaptatur rei mobili. ſed reſpondetur quòd iſtud uerbum hic declaratur per ſequentia, ut contineat poſſeſſionem rerum immobilium, dum ſubdit ab eo qui inſiſtit, & dum dicit χατεριν id eſt, decumbo, incumbo. Item non inconuenit, quòd unum uerbum capiatur propriè, & impropriè. l. ij. ff. de offi. proconſ. & lega. cum glo. & inſti. de uſucapio. §. primo.

Sextò adducitur tex. infra. in. §. adipiſcimur. ubi ſi res ponetur in manu poſſidetur, ergo eſt propriè poſſeſſio. ſed reſpondetur quòd intelligitur de poſſeſſione impropria, & ibi uerbum acquiri, capitur impropriè.

Septimò facit tex. ibi, quæ cœlo, terra, & mari capiuntur, unde principaliter tex. uoluit poſſeſſionem in rebus mobilibus cæpiſſe, & hodie etiam in eis durare. ſed reſpondetur quòd tex. intelligitur de poſſeſſione impropria, prout poteſt conuenire, prout ſtatim dixerat in præcedentibus, ex quibus apparet quòd fundamenta adducta pro communi, non concludenter probant quòd res mobiles propriè poſſideantur.

104 Contrariam opinionem † tenuit hic glo. & in dicta l. j. infra utrobi, quòd imò res mobiles. utrobi poſſideantur. Et primò adducitur tex. in dicta l. rem mobilem, que uult quòd ex ſola uoluntate commodatarij, interuertatur poſſeſſio. unde appellatur uilis & abiecta; & item probatur in l. iij. §. Nerua filius. & l. ſi id quod. inf. eo. ſi ergo eſt abiecta & uilis, non dicitur propriè poſſeſſio. ſed reſpondetur quòd appellatur uilis & abiecta, ex eo quòd facilius amittitur, cum non habeat tantam permanentiam ſicut res immobiles, tum per hoc non ſequitur quòd dicatur impropriè poſſideri, cum hæc ſint diuerſa. l. Papinianus exuli. ff. de minorib.

Secundò adducitur tex. in cap. ius naturale. prima diſtinct. ibi, communis omnium poſſeſſio, & acquiſitio eorum. Nam ea uerba de communi poſſeſſione, ſecundum Paulum de Caſtro, uerificantur in immobilibus tantum. ergo uidetur quòd in mobilibus non ſit poſſeſſio naturalis: quia illa præceſſerat. Sed reſpondetur quòd imò etiam iure naturali præceſſerat poſſeſſio rerum immobilium, cum ſtatim quòd Adam fuit in mundo, cæpit inſtinctu naturali capere res neceſſarias ad uictum, & ueſtitum, & eas poſſidere, & acquirere, & ſic fuit etiam poſſeſſio rerum mobilium magis apparens, & uera: quia tribuebat dominium. Vnde illo iure etiam erat ſucceſſio liberorum, ut in dicto cap. ius naturale, ibi, ſucceſſio liberorum. propterea uidetur quòd cum illa eſſet plenior quòd magis propriè debeat dici poſſeſſio, uel ſaltem æquè propriè.

Tertiò adducitur tex. in l. uxorem. §. legauerat. ff. de leg. 3. ubi per illa uerba, quicquid Cadibus poſſideo, ueniunt ſuburbana, tamen non ueniunt calendaria, neque merces, neque pecunia exacta. ergo non propriè poſſidentur, qui tex. prima facie uidetur multum urgere. Sed reſpondetur quòd deciſio illius tex. nō fundatur ex eo, quòd res mobiles propriè non poſſideantur: ſed fundatur in alia ratione: quia nō erant res ibi perpetuo remanſuræ, & deſtinatæ ut ibi eſſent, quo caſu propriè in loco nō dicuntur inesſe, ut ibi ſentit glo. & docto. Ideò ſi perpetuo fuiſſent remanſuræ, etiam continerentur ut infra dicam.

Quartò adducitur tex. in l interdum. inf. de uerborum ſignification. ubi ſi lego poſſeſſiones meas, ueniunt ſolum res immobiles, & non res mobiles. Sed reſpondetur quòd illud euenit: quia poſſeſſio aſſumpſit nouam ſignificationem ex communi uſu loquendi, ut denotaret proprietatem, & res immobiles poſſeſſas, & cū talis ſignificatio tradita fuerit tantummodo in rebus immobilibus, non debemus ab ea recedere quod patet: quia nec etiam ſignificat omnes res immobiles: ſed tantummodo fundos, agros & territoria, & domus, & ædes non denotantur per uerbum poſſeſſiones, ut infra dicetur. Hic uerò poſſeſſio inuēta fuit pro actu ſeparata ab ipſa re, & habet à lege ſignificationem æqualem, ut compræhendat res mobiles, & immobiles, ut ſtatim ſubiiciam.

Quintò adducitur tex. in l. plebs. §. pignus. ff. de uerborum ſignification. cum glo. quæ dicit quòd pignus propriè eſt in rebus mobilibus, & non in ſtabilibus, in quibus eſt hypotheca. ergo differunt etiam in poſſeſſione. Sed reſpondetur ideò eſſe: quia uerbum pugno tradere, non poteſt adaptari in ſtabilibus, tamen eadem eſt obligatio in omnibus, ut probatur in. §. Item Seruiana. inſti. de actio. & in l. rem alienam. ff. de pigno. actio. quæ magis ſimpliciter loquitur.

Sextò adducitur: quia origo poſſeſſionis fuit in immobilibus, ut ſumitur ex iſto tex. ibi, pedibus, uel ſedibus, ergo illo tempore aſſumpſit proprium nomen conueniens tantummodo dictis rebus. Sed reſpondetur negando aſſūptum: quia imò in rebus mobilibus, primò fuit cogitata poſſeſſio inſtinctu naturę, propter uictum & ueſtitum, & de terra non conſiderabatur, niſi poſt diſtinctionem dominiorum, ergo opus eſt quòd hoc nomen eſſet conueniens potius dictis rebus, quàm in mobilibus, & ſic retorquetur. Item uerbum pedibus tunc conſiderabatur, uolentes appræhendere cogebantur

pedi-

pedibus accedere ad rem,& uenando uel aucupando, uel piſcaodo.

Septimò adducitur etymologia poſſesſionis ex qua ſumitur propria ſignificatio ut ſupra cõcluſum fuit, ut ea remota remoueatur nominatum, ergo à rebus mobilibus remouetur poſſesſio. ſed reſpondetur ut ſupra, ſi tu capis uerbum pedibus, uel ſedibus ruditer, appellatur alluſio, & ab ea non ſumitur propria ſignificatio: ſed ſi tu capis ciuiliter pro toto corpore, tunc etymologia conueniet etiam rebus mobilibus: quia & manus & animus continetur in etymologia, cum ſint pars corporis, ideò cooeludit equaliter argumentatio in rebus mobilibus, & ſic retorquetur, & facit tex. in l. infra. §. ſi iuſte tim, & l. quod meo. infra eodem. ex quibus apparet quòd nec ſundamenta pro hac opinione adducta concludenter probant.

105 Reſolutiuè tamen loquendo † non eſt recedendum à communi opinione, quòd propriè res mobiles poſsideantur, quæ opioio probatur ex legibus in toto hoc titulo, & in ſeptem titulis ſequentibus, & in totidem aliis in C. quæ dicunt res mobiles poſſideri, ergo propriè, cum non ſit credendum quòd legiſlatores in tot legibus ultra ducentum, impropriè locuti fuerint. & quámuis in rebus immobilibus habeamus aliquas leges, dicentes eas poſſideri, tamẽ habemus pleraſque ponentes dictionem quaſi, ut quaſi uſucapiantur, quæ declarant alias: ſed in rebus mobilibus, in tanto numero legum, nõ habemus unam dicentem, quòd quaſi poſſideãtur, ideò probatur quòd uerè poſsidetur, cum uerba in dubio propriè ponantur. l. non aliter. de leg. 3. & præſumitur quis loqui ſecundum uerba l. Labeo. in fin. ff. de ſupel. leg. Secundò probat etymologia, ſumptis uerbis ciuiliter, ut ſupra, & hæc eſt uerior & tutior opinio.

106 Inferuntur prædicta ad quæſtionem per Docto. † quando teſtator dixit lego tibi poſſeſſiones meas, ſeu poſſesſionem rerum mearũ, quid importet hoc legatum, & Alexand. hic & Iaſ. uidentur dicere, quòd tantummodo uidentur legatæ res immobiles, per leg. interdum. infra de uerborum ſignification. & dicta l. uxorem. §. legauerat. ff. de l. 3. tamen conuenientior uidetur reſolutio, quæ ſecundo loco traditur, ut diſtinguatur an ſit dictum lego poſſeſſiones meas, uel lego poſſeſſionem rerum mearum. Nam ſi dictum ſit lego poſſesſiones meas, deciſio prædicta uera eſt, ut compræhendantur res immobiles tantum: quia exprimitur unum uocabulum nouiter inuentum, à communi uſu loquendi, quod recepit hanc ſignificationem, ut denotet proprietatem rerum immobilium, & capiatur pro qualitate hominis circa ipſas res, dicta l. interdum. ff. de uerborum ſignificatione & l. ij. C. de probationibus. cum ſuis ſimilibus. Sed ſi dixit lego poſſesſionem rerum mearum, tunc expresſit nomen legale quod denotat illam operationem animi circa res, ſeu inſiſtentiam in rebus, quæ eſt ſeparata ab ipſis rebus, de quo loquitur totus titulus noſter cum ſua materia. Vnde cum dictum nomen poſſesſionis conueniat rebus mobilibus, & immobilibus eandem poſſeſſiooem uidetur legaſſe ſecundum iuris ſignificationem. Ripa tamen hic uidetur dubitare: quia ille communis uſus loquendi, receptus eſt à Iureconſultis, dicta l. interdum, & l. rerum. C. de omni agro deſerto, & cap. poſſeſſiones. 16. quæſtio. 7. & continẽs ſumitur pro contento, l. pediculis. ff. de aur. & arg. leg. & addit poſteà quod quæſtio eſt extra propoſitum, cum poſſeſſiones ſumptæ, proprietate ſunt omnino extraneæ à materia noſtra. Tameu ſaluari poteſt illatio: quia ſatis conuenit, propter ſecundum dictum de poſſeſſione rerum ſuarum, quæ cauſat dubitationem in alio dicto. Addas tamen tu quòd dictus communis nſus loquẽdi eſt ita reſtrictus, ut ſolum denotet legatum de prædiis ruſticis, & non de ædibus, ideò uenirent tantummodo prædia & agri, & non ædes, & aliæ res immobiles quod nota: quia docto. hic non declarant.

Sed in Lombardia illud uerbum ex confeſſo, compræhendit ſolum prædia, agros, & ſundos, & ſequitur Lucas de Penna in l. cum æquè. C. de in col. lib. 10. qui allegat multa concordantia.

107 †Sed etiam circa dictum de poſſesſione rerum immobilium, poteſt dubitari, de quibus rebus mobilibus intelligatur dictum legatum. Vnde tu potes ita dicere, quòd aut teſtator legauit poſſesſionem rerum ſuarum, quæ ſunt Cadibus, & tunc ueniunt ea quæ ibi poſita erant, animo diutius manendi: calendarium uerò, & pecunia exacta, ac merces non ueniunt: quia non ſuot permanſuræ in loco, ut in dicto. §. legauerat, declarando tamen ut ibi per Bar. & in leg. uxori §. ſi ita. ff. de auro & argen. legato. & l. Caius. ff. de leg. 2. & in leg. pen. ff. de uſufruct. leg. ſi uerò dictum fuit lego poſſeſſionẽ rerum mearum, non ſe reſtringendo ad locum, & tunc omnes uidentur legatæ.

108 Sed tunc ſuccedit dubitatio† quid uideatur relictum de dictis rebus, ſiue mobilibus, ſiue immobilibus, & omnes conueniunt quòd quando dictum fuit lego poſſesſiones meas, quòd tunc eſt legata proprietas: quia terminus ille denotat proprietatem, & res ipſas. ſed ſi dictũ fuit lego poſſeſſionem rerum mearum, quo caſu legatur poſſeſſio ſecundum ſignificationem tituli noſtri, dubiũ eſt quid ſibi uelit teſtator, & quid faciet legatarius de illa poſſeſſione, cũ nullam uidetur poſſe afferre utilitatẽ, niſi etiã ueniãt fructus. Et propterea ego puto quòd intentio teſtatoris fuerit, legare uſumfructum dictarum rerum, quoniam poſſeſſio producit tunc effectum percipiendi fructus, ut infra dicemus cum Bar. in diffinitionibus. & facit etiam, quia poſſeſſio dicitur uſus l. quaſtio. infra de uerborum ſignificatione, & uerba deb ea

intelligi ut aliquid operentur l. quoties. ff. de
rebus dub.& l.quoties . ff. de reg. iur. ſi tamen
forſan eſſet aliqua lis de dictis rebus, ita quòd
poſſet haberi commoditas ex poſſeſſione rerũ,
iuxta.§.commodum. inſti.de interdictis. & tunc
poſſet tolerari , quòd ſimplex poſſeſſio uidere-
tur eſſe legata,cum poſſet habere utilitatem,ar
gum. no. in dicta l. ſi quando. ff. de leg. primo
iunctis no.in dicta l.Caius . de leg.ij. quæ bene
nota in practica .

Ex tertia parte glo.colliguntur tres diffini-
tiones poſſeſſionis, una Ioannis,quòd poſſeſſio
ſit ius quoddam ſibi detinendi . ſecunda Azo.
quòd poſſeſſio ſit ius quo quis rem corporalem
ſibi uerè uel interpretatiuè habeat , in quibus
duabus præſupponitur , quòd poſſeſſio ſit ius
in ſubſtantia, ſeparatum ab ipſo animo, & eius
operatione. Tertia eſt eiuſdem Azo.quòd poſ-
ſeſſio eſt rei corporalis, retẽtio corporis & ani
mi,& iuris adminiculo concurrente,in qua præ
ſupponitur quòd poſſeſſio ſit facti,& ſit illa ope
ratio animi , quæ inducit retentionem, & hanc
uidetur approbare glo.dum ponit ſignificatio
nem uerborum,& ultimo loco eam enumerat.
Tres alias poſteà addit Bar.una quæ fuit Iacobi
de Arena quòd poſſeſſio eſt ius quæſitum,ex cor
porali rei appræhenſione,corporis & animi, &
iuris adminiculo concurrente,quæ differt à præ
cedenti Azo.quia præſupponit quòd poſſeſſio
ſit ſeparata ab illa animi operatione : ſed ſit
unum ius quæſitum,id eſt,deductum in eſſe,cau
ſatum ab appræhenſione rei, & operatione ani
mi , cum ſubſequentibus poſteà adminiculis .
Quintam poſteà tradit Iacobus de Rauenna di
cens,quòd poſſeſſio eſt ius inſiſtendi,proueniẽs
ex uera , uel interpretatiua appræhenſione rei
non prohibitæ poſſideri , & in hoc concordat
cum tribus aliis, quæ dicunt poſſeſſionem eſſe
ius , & ſolum differt : quia declarat quomodo
hoc ius proueniat, & addit etiam aliud quòd
res ipſa , cum effectu poſſidenti capiantur ſi eſt
uacans , & ſi non eſt uacans tradatur à poſſeſſo
re animo transferendi , quæ uerba poſuit ut cõ
plecteretur omnes modos acquirendi,intendẽs
diffinire poſſeſſionem productam in eſſe, expri
mendo tamen omnia neceſſaria quomodo pro-
duci poſſint .

Bar. autem hic primò repræhendit omnes
diffinitiones , præſupponentes quòd poſſeſſio
ſit ius,allegando quatuor iura quòd imò poſ-
ſeſſio ſit facti , item reprehendit in uerbo rei ,
quod compræhendit etiam res incorporales ,
quæ poſſideri non poſſunt,l.ſeruus.§.incorpora
les.ſupra titulo primo,& ita diffinitur,res, quæ
non eſt poſſeſſio.Item repræhendit in uerbo de
tinendi quòd compræhendit detentationem ,
quæ non eſt poſſeſſio.l.quod ſeruus. inf.eodem.
110 †Itẽ repræhendit alias duas diffinitiones utriuſ
què Iacobi ; quia diffiniunt poſſeſſionem pro
ut deducitur in eſſe , quod non debet fieri:quia
phiſici diffiniunt hominem, pro ut eſt ſubſtan-
tia in eſſe deducta,& non unde proueniat: quia
opus eſſet in diffinitione addere , a maſculo &
fœmina copulatis, & idem ſeruatur in diffini-
tionibus iuris ut inſti.de obligationibus. & in
ſti.de actio:in prin.Iterum poſteà cum uellet ſe
reſoluere de ſubſtantia poſſeſſionis, reduxit in
dubitationem , an poſſeſſio ſit ius , uel fa-
ctum , & determinat mutata opinione quòd
ſit ius , per tex.in l. peregrè. intra eodem , & l.
nemo. C. eod. & l. poſſeſſio quoquè. intra eo-
dem. & per rationem quia ex facto ius oritur.
Ideò reſoluendo ponit ſuam diffinitionem q
poſſeſſio eſt ius inſiſtendi rei non prohibitæ
poſſideri , quam declarat & comprobat , ut hic
latè per eum. Ex cuius dictis nos habemus in ef
fectu duas concluſiones diſputabiles . Vna eſt
an poſſeſſio ſit iuris uel facti , ſecunda eſt quo-
modo diffiniatur , & ſuper utraque nos latè
inſiſtemus .

111 Principalis eſt igitur dubitatio, † utrum poſ
ſeſſio dicatur eſſe in ſui ſubſtantia, iuris uel fa-
cti,& pro pleniori reſolutione tradẽda, præſup
pondum eſt, quòd poſſeſſio ſecundum omnes
ad ſui eſſentiam, in acquiſitione requirit factũ
appræhenſionis , ut corpus & animus interue-
niat.l.3.& l.quemadmodum. infra.eodem. atq;
etiam in ipſa retentione requirit factum animi
ut probatur in dicta l.3.§. in amittenda , & l. ſi
quis ui. §.differentia . infra eodem ſimul quo-
què cum dicto facto omnes conueniunt , quod
& ius concurrere debet. Nam poſſeſſio habet
tria tempora,& in omni tempore concurrit cõ
curſus,& iuris & factis . nam in acquirendo re-
quiritur quòd ipſe acquirens habilis ſit de fa-
cto , & naturaliter , ut quòd intelligat . quod
agat . nam ſi eſt furioſus poſſidere non poteſt ,
§.adipiſcimur & §. cæterum.infra eodem.Simul
quoq; etiam requiritur habilitas ciuilis,ut per
mittatur à lege poſſidere, pro ut eſt ſeruus,& fi
lius familias , qui cum ab aliis poſſideantur poſ
ſidere non poſſunt.l. quod ſeruus.infra eodem.
& l.ſtipulatio iſta. §. hi quoquè & . §,hæc quo-
què.infra de uerborum obligationib.& hac ra-
tione neque etiam capti ab hoſtibus poſſidere
poſſunt l.cum hæredes. §.j.infra. eodem.Aliud
quoquè in eadem acquiſitione requiritur,quòd
ſit res habilis ad poſſidendum.& habeat habi-
litatem naturalem,ut quòd ſit corporalis.l.3.in
fra eodem,atque non ſit impedita ut occupata
à flumine,uel mari.l.Pomponius. infra eodem.
ac etiam concurrere debet habilitas iuris ciui-
lis , quòd non prohibeat poſſidere , ut ſunt res
ſacræ,religioſæ , & ſanctæ.l.uniuerſas.§.primo.
infra eodem . & l.inter ſtipulantem. §. ſacram.
infra de uerborum obligationibus. Item etiam
in eadem acquiſitione , oportet quòd interue-
niat actus acquirẽdi,habilis naturaliter ut quis
corpore ingrediatur poſſeſſionem . ſaltem in
parte,dicta l.3.inf.eodem.uel interueniat per-
ſona alia , quæ tamen habeat habilitatem natu
ralem , dicto. §.cæterum atque etiam habilita-

tem ci-

tem ciuilem, iuxta l.quod meo.infra eodem.&
l. pupillus.cum ſimilibus.quæ omnia etiam in-
teruenire debent. in ſecundo tempore poſſeſſio-
nis,quando eſt acquiſita & retinetur.nam opor
tet quòd perſona acquirens duret habilis tam
ex habilitate naturali, quàm ex habilitate ciui-
li: quia ſi efficiatur ſeruus, uel in poteſtate,de
ſinit poſſidere, uel ſi res efficiatur ſacra, reli-
gioſa, & ſancta, deſinit poſſideri,uel homo li-
ber efficiatur ſeruus, uel res occupetur à flumi
ne, uel à mari: omnibus enim dictis non con-
currentibus, poſſeſſio permanere non poteſt ut
clarè dicit tex. omnia prædicta enumerans. §.
primo uſque ad finem. infra eodem.

112 Rurſus eadem omnia debent interuenire in
tertio tempore, quando tractatur de amiſſione
poſſeſſionis. nam qui uult amittere poſſeſſio-
nem debet eſſe perſona habilis ad amittendũ
dè iure naturali: quia intelligat quòd agat,at-
que etiam cum concurſu iuris ciuilis. Vnde fu-
rioſus non poteſt amittere poſſeſſionem,neque
infans, neque pupillus cum diſtinctione poſi-
ta, in l.poſſeſſionem pupillum. infra eodem ita
quòd in effectu apparet, quòd in poſſeſſione ac
quirenda, retinenda & amittenda, ſemper re-
quiritur cõcurſus iuris & facti, quæ omnia pro
cedunt etiam quantum ad effectus, Nam quoſ
dam producit poſſeſſio dominii ut per tex.no-
ſtrum, quoſdam produxit de iure ciuili ut eſt
uſucapiendi facultas,atque etiam in modo re-
tinendi, lex interpoſuit ſuam operationem fa-
ciendo quòd animo ſolo retineri poſſit. leg.3.
§. ſaltus. infra eodem.& l. licet.C. eodem.cum
ſimilibus.

Et in ſumma ius ciuile ſe geſſit principaliter
circa tria in poſſesſione. Primo circa habilita
tionem perſonarum acquirentium. Secundò
circa habilitationem modi acquirendi,& in re
tentione & amiſſione. Tertiò circa habilita-
tionem rerum, quæ poſſidentur, tam in acqui
rendo quàm retinendo, & amittendo. atque
etiam in producẽdo effectus uarios,cum igitur
in tot & tantis, in poſſeſſione interueniat lex,
ea operatio naturalis, & corporis, & animi,
quæ facti ſunt, atque etiam tanta operatio iu-
ris ciuilis in omni ſui parte & tempore, appa-
ret quòd ſecundum omnes in omni poſſeſſio-
ne requiritur concurſus & iuris & facti, & nul-
lus poteſt dicere quòd poſſeſſio ſit iuris in om
nibus, & per omnia,neque aliquis poteſt dice-
re quòd poſſeſſio ſit facti in omnibus & per om
113 nia.†Vnde ſequitur quòd quæſtio noſtra redu-
citur ad hoc ſolum, utrum poſſeſſio quantum
ad materiam, & principalem ſubſtantiam ſit
iuris, & factum interueniat in conſequentiam
& pro adminiculo, uel è contrario: utrum poſ
ſeſſio in materia & principali ſubſtantia ſit fa-
cti,& conſiſtat in operatione animi, & ius ue-
niat in conſequentiam adminiculando, & in
ſumma, an poſſeſſio ſit ius inſiſtendi,uel po-
tius dicatur ipſa inſiſtentia, & animi operatio,
quæ benè firma in capite tuo, ante quàm inci-
pias diſputare.

114 Aliud quoque eſt præſupponendum ad tol-
lendas æquiuocationes quid ſit ius, & quid ſit
factum, & oportet ut primò ſis reſolutus an-
tequàm ingrediaris quæſtionem, quomodo cõ
ſideretur ius, & quomodo factum, & qualia
ſint principia, à quibus nos poſſimus percipe-
re ſubſtantiam iuris & facti,& eorum differen-
tias,quòd fuit cauſa totius confuſionis in hac
quæſtione, quoniam Docto. diſputauerunt an
poſſeſſio ſit iuris uel facti,& ſi fuiſſent interro-
gati quid ſit ius uel factum, neſciuiſſent re-
ſpondere,quoniam ex eorum dictis apparet, ꝙ
uariis modis illa aſſumpſere, & quòd ſuper
ignoto laborauerunt, & de eo fuere uariæ
opiniones.

115 Prima eſt opinio Peruſinorum hic, quæ in di
ſcurſu articuli ſumitur, quòd ius diſtinguatur
à facto,ſicut diſtinguntur res corporales & in-
corporales, ius ſit ꝙ uidere neque tangi poſſit,
factum autem ſit,quòd neque uideri neque tan
gi poteſt, & ſic principium cognoſcendi quid
ſit ius,& factum ſumatur ab hoc, an ſit res cor-
poralis, uel incorporalis,& fundamentũ iſtius
opinionis eſt: quia plerique credidere quòd
non uident ius eſſe, non ualentes cognoſcerẽ
eius ſubſtantiam,& probant per tex.in §.j.inſti.
de reb. corp. & incor.ubi res incorporales di-
cuntur illæ quæ in iure conſiſtunt, ergo pro-
batur quòd ipſe res ius ſunt. Sed hæc opinio ta-
citè ab omnibus reprobatur, in l.iiij.§.Cato.&
l.ſtipulationes non diuiduntur.inf.de uerb. ob
lig.ubi tractantes de ſtipulationibus factorum,
dicunt facta pleraque eſſe incorporalia,& ideò
ſtipulatio amplius non agi, rem ratam haberi,
de defendendo,& aliæ ſimiles dicuntur conti-
nere factum incorporale,& patet etiam in ſti-
pulatione operarum, cum opera ſit diurnum
officium. leg.j.ff. de oper.liberto. & ipſa ope-
ra in eſſe ducta, & etiam promiſſa à nemine ui
detur, & tamen facti eſt, Vnde inſurgit repu-
gnantia quòd factum dicatur ius: & patebit
ex infinitis aliis exemplis infra dicendis.

126 Secunda eſt opinio quæ parum diſcrepat à
præcedenti, tamen eſt magis diſtincta,ut dica-
mus † quòd res aut ſunt in fieri,aut ſunt perfe-
ctæ,donec ſunt in fieri omnes facti ſunt, l.ij.in-
fra de uerborum obligationibus,ibi,ſtipulatio
conſiſtit in dando,& in faciendo,& dicto.§. Ca
to.& dicta l.ſtipulationes non diuiduntur.poſt
quàm autem res ſunt in eſſe deductæ, & tunc ſi
ſunt corporales,non ſunt neque ius neque fa-
ctum: ſed appellantur res factæ, ut domus,na-
uis,& armarium. Si uerò ſunt incorporales, &
tunc dicantur eſſe iuris, per dictum.§.incorpo
rales. & in ſumma hæc opinio uult, quòd om-
nes res incorporales ſint iuris poſt perfectio-
nem,donec uerò ſunt in fieri dicantur eſſe fa-
cti,& ita idem ſit principium ad cognoſcen-
dum ius,uel factum, ut diſtinguamus res corpo

rales, & incorporales. Hæc opinio in omni ſui parte falſa eſt, licet uideatur hic à doctoribus approbata.

Nam dum præſupponit quòd omnes res incorporales ſint iuris, obſtat quòd ſupra dictũ
117 fuit: † quia omnia facta poſt perfectionem, adhuc ſunt facti, & operæ ipſæ ſunt facti, ut patet ad ſenſum omnibus rectè conſiderantibus, & hæc mea lectio perfecta, erit facti, & mea uerba prolata, facti erunt, & tamen non uiderunt: quia bene loquens uidetur, ma uerba ipſa neque lectio uidetur. Item infirmitas, ſanitas, & omnia uitia, & omnes uirtutes hominum facti ſunt, & non iuris, & tamen non uidentur, & adulterium perpetratum facti eſt, & non iuris, & non uidetur, cap. ſicut enim. & cap. uiderit. cum glo. 32. quæſtio. prima. per totum. & idem poteſt dicere de omnibus delictis. Nam aut uis quòd poſt perfectionem nihil ſint & tunc non debet accuſari: quia amplius non eſt delictum. & ſi tu uis quòd ſint iuris. ergo de iure eum uis punire, & ius dicitur ars boni, & æqui. Similiter & in alia parte falſa eſt hæc opinio: quia præſupponit quòd poſtquàm quis fecit domum, amplius factum non ſit in rerum natura, & ſic ſolum factum ſit de præſenti, & præterito imperfecto, non autem in præterito perfecto, & pluſquàm perfecto. Ideò oportet quòd omnia uerba operatiua diminuantur, ut hæc duo tempora non habeant, & fruſtra laborauerunt grammatici in ponendo in uerbo facio, & aliis ſimilibus hæc duo tempora.

Item ſi factum nihil eſt poſt operationem, ſequitur quòd operator non poteſt petere ſalariũ eiuſdem, cum non ſit in eſſe quòd ipſe fecerit, & ſolum appareat res operata, quàm ſolam petere poſſet, quod tamen eſt ineptiſſimum dicere, & contra omnia iura: ideò neceſſarium eſt dicere, quòd in ædificando domum, duo creantur factum ipſum, & res operata, & quãnis factum non uideatur, attamen eſt in rerum natura, & dicitur præſtitum, atquè quòd promiſit adimpleuiſſe, & ideò ſalarium petere poterit dicto. §. Cato. & l. ſtipulationes non diuiduntur, & l. cũ ſtipulatus ſim mihi o Procule. inf. de uerbo. obligatio.

118 Tertia eſt opinio quæ non recedit à præcedẽtibus ſed eas mitigat ad euitanda dicta abſurda, & præſupponit prout præcedentes, quòd res incorporales iuris ſint cum hoc tamen temperamento, conſiderando quòd dictæ res incorporales recipiunt approbationes, & receptiones à iure. unde dicunt quòd aut res incorporales approbatæ fuerunt à iure naturali, & tunc dicantur eſſe facti: quia & ius naturale factum eſt, & cætera quæ fiunt à natura, & ab hominibus. ſi uerò approbata fuere à lege, tunc efficiantur iuris, ut eſt teſtamentum, omnes contractus, & omnia acta iudiciaria, & infra alia ſimilia. Et hæc opinio fuit originalis Alciat. hic, & in l. ſi unus. §. pactus ne peteret. ff. de pact. & in tracta. ſuo de quinquè pedum præſcriptione, & fundamentum iſtius opinionis eſt in dicta l. ſi unus. § pactus. ſupra de pact. ubi dicitur quòd in pactis factum uerſatur, & in ſtipulationibus ius. nam pactum eſt de iure naturali, l. j. ſupra de pact. ideò facti dicitur. Stipulatio uerò eſt de iure ciuili ut habetur in rub. de uerbo. obligationibus. ideò iuris dicitur nam ius naturale facti eſt, l. quod ſeruus. inf. eo. & l. nec ſeruus. ff. de peculio. & l. ſtipulatio iſta. §. hæc quoquè cum ſimilibus. de uerbo. obligationibus.

Vnde quæcunquè approbantur à iure naturali, facti reputabuntur, quæ uerò approbantur à iure ciuili, iuris appellabuntur, & ita principium cognoſcendi, an res incorporalis ſit iuris ſumitur ab approbatione iuris ciuilis, uel naturalis.
119 † Quæ opinio ſimiliter in omni ſui parte falſa eſt, licèt eam ſequatur hic Ferretus. nam quòd ius naturale ſit factum, eſt implicare contradictionem quòd appelletur ius, & tamen ſit factum, l. j. & per totum. ff. de inſti. & iure. & inſti. de iure naturali gent. & ciuili. Nec obſtat tex. in dicto. §. pactus: quia habet alium intellectum, ut ego ibi latè dixi. Nec obſtat cap. ius naturale. prima diſtinct. & cap. ius gentium, ubi ius gentium eſt ſucceſſio, & communis omnium poſſeſſio, & in cap. ius gentium. dicitur, quòd eſt ſedium occupatio, cum multis ſimilibus, nam ſenſus illorum iurium non eſt, quòd ius ſit illæ res, ſed quòd ex præcepto naturæ, uel gentium, tales res permiſſæ fuere, ipſum autem ius remanet in ſua eſſentia, ſicut & ius ciuile. Similiter in ſecunda parte hæc opinio nõ eſt uera: quia præſupponit quòd res facti, efficiantur iuris propter approbationem, quòd eſt inconueniens: quoniam res facti iure ciuili infirmari non poſſunt. §. ſi uir uxori. inf. eo. & lege in bello, §. factæ. inf. de capt.

120 Vnde ea † quæ ſunt de ſubſtantia facti non poſſunt tranſire in nouã ſubſtantiam iuris per approbationem, & non eſt uerum quòd contractus ſint iuris: quia contrarium dixit tex. cum glo. in dicta l. conſilio. de cur. furioſi. & probatur: quia ſi pactum eſt facti, fortius debet eſſe ſtipulatio, quæ plus facti requirit in prolatione uerborũ l. prima in prin. & §. ſi quis ita. infra de uerb. obligat. & plenè dixi in l. ſi is qui pro emptore in materia fictionis. infra titulo primo, & acta iudicialia facti ſunt l. acta. infra de re iudicata. & appellatio quoque facti eſt, ut per Alb. in rub. inf. de appellatio. reprobata opinio. Bar. in l. j. ff. de appellatio.

Nec obſtant iura in contrarium allegata: quia ibi non appellatur factum ius naturale, uel gentium, ſed appellant factum quod conſiſtit in operatione hominis, quòd factum obumbrari uidetur propter approbationem, per quam producit ciuiles effectus, & ea non interuenien te remanet actus ſine ciuili effectu, ut declarat Sozi. in ſimili. de poſſeſſione. in pen. colum. & Azo.

Azo. in ſumma huius tituli. dum dicunt, quòd poſſeſſio naturalis recipit nomen ciuilis approbatione, arg. l. lege obuenite. de uerbo. obligatio. & l. electio. §. primo. cum glo. prætoria. ſupra de noxalibus: tamen ſubſtantia ſua remanet eadem, & ſolũ approbatio operatur, ut producat ciuiles effectus non quòd efficiatur iuris.

121 Quarta eſt opinio † modificans aliqualiter præcedentes non tamen in totum diſcedens, ut factum dicamus quidquid factum eſt à natura, uel homine, & non recipit formam, à iure, ſi uerò eſt res incorporalis, quæ recipiat formã à iure, tunc donec eſt in fieri, facti dicitur, poſt perfectionem iuris eſt, & ideò non differt à præcedentibus, niſi ꝙ reſtringit res incorporales, ut tantummodo iuris ſint, quando ſunt perfectæ, & receperunt formam à iure ciuili, & fundatur hæc opinio per illam regulam quòd forma dat eſſe rei, ut hic per Bar. & in l. prima. ff. de appellatio. & l. Iulianus, §. ſed & ſi quis. ff. ad exhibendum, & uidentur in ea reſidere doctores communiter. licet nullus declarauerit, & firmauerit pedes exprimendo extra dentes. Et in effectu regula eſt, quòd omnes res incorporales ſunt iuris, ſi receperunt approbationem à lege. fallit quando ſunt in fieri. fallit quando non fuere approbatæ, & ideò omnes contractus, teſtamenta, & acta iudiciaria, & ſimilia iuris ſunt.

122 Quæ opinio & ipſa falſa eſt: † quia imò contractus facti ſunt, dicta l. conſilio. cum glo. & ſimiliter teſtamenta, & acta iudiciaria, ut dicitur in dicta l. ſi is qui pro emptore. Item plè raque facta ſunt approbata à iure ciuili, l. ij. per totam, & §. Cato. & l. ſtipulationes non diuiduntur. infra de uerborum obligationibus. quæ incorporalia ſunt & receperunt formam à iure ciuili, ut in toto titulo rem ratam haberi, & iudicatum ſolui, & de prætoriis ſtipulationib.

Nec obſtat quòd forma dat eſſe rei: quia uerum eſt quantum ad effectus ciuiles in approbatione iuris, non tamen mutat naturam ipſius rei, quin remaneat facti, dicto. §. ſi uir uxori. cum ſimilibus.

Ex quibus habes in effectu quòd ex intentione plerunq; doctorũ res incorporales dicuntur eſſe iuris, & in hoc conueniunt omnes dictæ quatuor opiniones, & differunt tantummodo ſecundum plus & minus. Nam prima præſupponit omnes res incorporales iuris eſſe, per dictum. §. primum. in uerbo in iure, quod tamen debet exponi, id eſt, in intellectu. ſecunda eſt quòd omnes incorporales ſint iuris poſt perfectionem, ſed quando ſunt in fieri ſunt facti. Tertia eſt quòd omnes res incorporales ſunt iuris, ſi ſunt approbatæ à iure ciuili, & ſint facti quando approbantur à iure naturali, uel ſunt in fieri.

Quarta eſt plus reſtringens, quòd res incorporales ſint iuris, quando receperunt formam à iure ciuili, & facti ſint, quando receperunt formam à natura, uel homine. & ſic apparet quòd ſe fundant in hoc ſolo, quòd res non uidentur, non declarantes qualiter illæ res incorporales ſint iuris, neque qualis ſit ſubſtantia ipſius iuris, & omnes confunduntur: quia infinita incorporalia facti ſunt, & de mille ſi bene conſiderabis, non reperies decem quæ ſint iuris.

123 Quinta eſt opinio ex intentione mea † reſtringens ualde ſignificationẽ iuris, ut principia ſumãtur à conditore, ſeu faciẽte res ipſas, nõ autẽ ab hoc ſolo, quòd ſint res incorporales, cum in rebus incorporalibus non poſſit aſſignari ratio, quare ſint iuris, niſi has res incorporales reducamus ad conditorem, ut ſi ſint homines, uel natura ſemper & indiſtinctè dicantur facta, & facti reputentur, neq; ex hoc ſolo quòd ſint incorporales debeant dici iuris. ſi uerò fiant à iure, uel à legislatore, ſeu à lege, per medium legislatorum, & tunc iuris dicantur: quoniam habent rationes, quòd iuris ſint, ex quo à iure procedunt, ſeu à lege, quàmuis interueniat factum legislatoris.

124 Et ratio rationis eſt: † quia per illud factum legislatoris, creatur una noua natura, quæ ſeparata eſt à natura hominum, & dicitur natura iuris, quæ habet ſuam potentiam, ſicut natura hominum, & facit ſuas creaturas, & ſuos ſubditos differentes ab ea, cum propriis qualitatibus, & recedendo ab illis qualitatibus faciat miracula, ſicut facit natura hominum, recedendo à ſuis propoſitis qualitatibus, ut habetur in l. iuriſgentium. §. j. ff. de pact. Et eſt prouerbium apud Græcos celebertimum, mos & conſuetudo, eſt altera natura, ex Eueno poeta, apud Ariſtotelem. lib. 7. Ethico. cap. decimo de promptum. Tiraquell. in tracta. de retractat. conuentio. §. primo gloſ. ij. nume. 5.

Videmus enim multa deſcendere à lege, ac à natura iuris, ſeu à iure, ut ſunt obligationes, & actiones quæ dicuntur creaturæ iuris, leg. ſecunda §. deinde ex his. ſupra de origin. iur. quæ non poſſunt contineri in natura hominum, neque operatione hominum, cum homo nunquàm facit actionem & obligationem, ſed ſolum contractum à quo dictæ obligationes, & actiones ex operatione iuris uel legis naſcuntur. Item hæreditas, uſusfructus, uſus, & ſeruitutes omnes, tam ruſticorum quàm urbanorum prædiorum iuris ſunt: quia à lege ſeu iure creantur, & nunquàm homo ea facit. Sed lex inducit, diſponente tamen homine, ut inſti. de ſeruitutibus. §. pen. & de rebus corporalibus, & incorporalibus. §. primo.

Vnde uidemus ꝙ in earum diffinitionibus, à legislatore ponitur terminus ius, ut inſt. de actio. in prin. & l. j. ff. de uſuf. & l. j. ff. de ſeruitu. ruſt. prædiorũ. cum infinitis alijs ſimilibus, quę ego poſui in tractat. de multiplici ſignificatio-
125 ne & differentia iuris & facti. † Vbi etiam dixi,

quod omne ius, aut eſt diſponens, aut diſpoſitum, ius diſponens ſunt ipſæ leges à legiſlatoribus conditæ, ius verò diſpoſitum ſunt creaturæ iuris ſupra exẽplificatæ, ut per Ab. in ca. fi. char. pe. de conſti. qui dixit, quòd ius præſcribendi, eſt ius diſpoſitum, & conſuetudo eſt ius diſponens.

126 Ius verò diſpoſitum diuiditur. †Nam quoddam eſt ius eſſentiale, quoddam potentiale, & quoddam operatiuum. Ius eſſentiale, eſt ius uniuerſale, quod in ſe iura & actiones comprę hendit, ut eſt hæreditas, peculium, & dos, hoc enim non poteſt fieri niſi à iure, cum natura hominum non poſſit facere unam uniuerſitatem, quæ contineat iura, & actiones, ut no. in l. j. infi. ſupra ſolut. matrimonio. Vnde hæc uniuerſitas neceſſariò eſt iuris, quæ exemplificatur in hæreditate, peculio, & dote, in quibus continentur iura, & actiones, & res aliæ omnes, corporales & incorporales. Ius potentiale, eſt ius quo homines acquirunt potentiam aliquid faciendi, ſeparatam à potentia naturali, ut actiones, ſeruitutes, & obligationes, poteſtas teſtandi. poteſtas poſſidendi, & alias ſimiles. nam licet quis habeat plenam poteſtatem à natura, & habilitatem, tamen teſtari non poteſt niſi habeat habilitatem ciuilem, l. filius familias. ff. de teſtamentis. & §. j. inſt. de ſtipulatione ſeruorum. & l. quod ſeruus. infra. eod. titulo noſtro, & l. ſtipulatio iſta. §. hi qui infra. de uerbo. obligatio. & omnes aliæ iuris creaturæ, ut ſunt actiones, ſeruitutes, & obligationes, quæ non acquiruntur homini ſimpliciter. ſed oportet quòd habeant habilitatem à iure conceſſam. Ideò ſeruis & filiis familias non acquiruntur dictis iuribus, niſi cum illa potentia à iure conceſſa, & habilitatione facta, ius operatiuum, eſt quando ius fingit uel præſumit: nam fictiones, & præſumptiones ſunt de operationibus iuris. ſi enim aliquis eſt captus ab hoſtibus, lex fingit eum ſemper fuiſſe in ciuitate, leg. retrò. infra de capt.

Et quando lex eſt dubia de aliquo actu, præſumit quòd ſibi uidetur æquum, & non eſt homo qui fingat, uel præſumat, ut per Bar. in l. ſi is qui pro emptore, ſuper diffinitione fictionis, infra de uſucapionibus. ſed ſemper lex eſt illa quæ fingit, uel præſumit, licèt ſuper factis & operationibus hominum, & l. ipſa naturæ aſſimilatur, ut latè dixi in dicto tracta. num. 42. per duas col. ſequentes facta verò dicuntur omnes operationes hominum, ſiue ſint approbata à iure, ſiue reprobata, ſiue ius dederit eis formam, ſi ne non dederit, l. actus legitimi. de reg. iur. & ideò omnes contractus ſunt facti, dicta l. conſilio. cum glo. de cur. furioſi, & omnia. acta iudiciaria, l. acta. & cap. ex geſtis de clericis non reſiden. ipſum bellum eſt facti, diuiſio Regnorum,

127 & occupatio ſedium etiam poſt perfectionem† Factum uerò capitur in genere ſubalterno, & in ſpecie. Factum in genere generaliſſimo, eſt quid quid fit uel factum fuit à Deo, natura, & lege, & io hac ſignificatione ius eſt factum: quia fit à legiſlatore, hoc autem factum diuiditur in duo genera ſubalterna, nam factum dicitur omne quod fit à natura, & hominibus præter intentionem faciendi legem.

128 Aliud eſt genus facti, †quòd fit ad finem faciendi legem, & ius, & illud factum obumbratur propter finem, quoniam per factum legiſlatoris, inducitur altera natura ex ui & poteſtate nouę naturæ curatæ, factum obumbratur & ſolum conſideratur ipſa lex, ſicut in ſimili dicitur in l. 2. infra de uerborum obligationibus. ubi ſtipulationum quædam conſiſtunt in dando, & quædam in faciendo, & opponitur quòd imò omnes conſiſtunt in faciendo: quia dare facere eſt, l. in facto. ff. de conditio. & demonſtratio. ſed reſpondent Docto. ibi, & in l. ſtipulationes non diuiduntur. eodem titulo. quòd cum illud factum tendat ad dominii tranſlationem, obumbratur & creatur noua ſpecies dandi, ſeparata à faciendo, ita hoc factum legiſlatoris: quia creat nouam naturam, obumbratur & efficitur illa noua natura, ſeparata à natura hominum, ut efficiantur duo luminaria in mundo, Vnum naturæ hominum, quod tendit ad creationem omnium rerum, Aliud ipſius legis, quæ tendit ad mores & conſeruationem animæ, arg. capituli ſolitæ de maiori. & obedientia, de imperatore & Papa, & ſicut imperator creat ſuas dignitates, & ſuos ſubditos, & ſubditi faciunt ſuas operationes, Papa uerò creat ſuas dignitates, & ſuos ſubditos, qui faciunt alias operationes diuerſas, ita natura hominum facit ſuas creaturas, & ipſi homines faciunt ſuas operationes quæ omnes appellantur facta, & l. ipſa, altera natura, creat ſuas creaturas, quæ faciũt ſuas operationes, & omnes iuris dicuntur, & ſicut natura hominum facit miracula, ita & hæc natura legum facit miracula, ut per Bar. in dicta l. iuriſgentium. §. quinimo. col. pe. uerſi. ſed oppono pacta. & §. & ideò. ff. de pactis, & in materia fictionis latè demõſtrat Bar. in l. ſi is qui pro emptore. ff. de uſucapionibus. hinc dicitur quòd ars imitatur naturam. §. minorum. inſti. de adoptio. & dicit Azo. in proœmio. C. quòd lex diſponit in decem prędicamentis ſicut natura.

129 Igitur non ſine ratione † conſtituuntur duo principia ſeparata, à quibus rationabiliter diſtinguimus facta, & iura. Vnum conſiſtens in natura naturata, quod cum ſuis creaturis ſemper producit facta, aliud conſiſtens in natura legali, quod cum ſuis creaturis ſemper producit iura. factum in ſpecie ponitur in dicto. §. Cato. & in dicta l. ſtipulationes.

Huic tamen opinioni duo uidentur obſtare. Primò tex. in dicta l. ex hoc iure. ff. de iuſti. & iure, ubi bella, commertia, conſtructiones ciuitatum, Regnorum diuiſio, dicuntur de iure gentium & in cap. ius gentium. prima diſtin-

diſtinctio . dicitur quòd ius gentium eſt
occupatio ſedium , quæ omnia facti ſunt .
ergo facta etiam à lege producuntur . Sed
reſpondetur quòd illa dicuntur eſſe de iu-
re gentium approbatione : quoniam ius gen-
tium diſpoſuit ea licita eſſe, ſeruatis certis ſole
mnitatibus:homines tamen dicuntur ea facere,
atque ea inuenerunt. Sed tamen cum apparerēt
ualde utilia & neceſſaria, humano generi per-
miſſā fuere à iure gentium,& hac ratione dicun
tur de iure gentium,quod probatur: quia bella
& cætera ibi poſita in multis ſunt approbata à
iure canonico,& in multis reprobata, & tamen
non poteſt dici quòd propter hoc mutauerit na
turam, quòd deſinat eſſe facti,facit tex. in l.ij.§.
omnia autem.C.de uet.iure enucl.qui dicit om
nia noſtra facimus. quibus auctoritatem im-
partimur.

Secūdò obſtare uidetur tex.in dicto cap. ius
naturale.& cap.ius gentium.j.diſtinctio.ubi ius
naturale,eſt uiri & mulieris coniunctio, educa-
tio,& liberorum ſucceſſio, communis omnium
poſſeſſio,& ſedium occupatio,ædificatio ciuita
tum,& munitio earum.ſed reſpondetur eodem
modo quòd intelligitur propter approbatio-
nem , homines enim introduxerunt inſtigante
præcepto naturæ & gentium, ſenſus enim eſt ꝙ
ſunt de iure naturali approbatæ,& receptæ,ſeu
iure gentium:quia hæc iura præceperunt ut li-
citè fieri poſſint,& finis ibi ponitur pro cauſa.

130 Et hanc diſtinctionem † uidentur ſentire om
nia iura quæ diſtingūt ius à facto. Et primò lex
fingit ſuper facto , id eſt, ſuper operationibus
hominum,uel fingit ſuper iure, id eſt,ſuper di-
ſpoſitionibus iuris, ut per Bar.in d.l.ſi is qui ꝓ
emptore.in 10.col.uerſi.tertio.ubi dixi ꝙ quan
do fingit ſuper iure,uerè diſponit:quia creatu-
ram ſuam poteſt ius tollere : ſed quando fingit
ſuper facto,durat fictio:quia facta mutare non
poteſt.dicto.§.ſi uir uxori, inf.eo.ideò fingit ho
minē uiuere,& aditionē factā uno tēpore, eſſe
factam tempore mortis, l.hæres quandocunq;
ff.de acquir.hæredita.facit tex.in l.j. per multa
exempla.ff.de iuris & facti ignorantia,ubi capi
tur ius,& factū hoc modo.in qua ſignificatione
capitur etiā in l. ſi ex plagis.§.in cliuo capitoli
no ff.ad l.Aquiliam dū ibi glo.dicit ꝙ ex facto
ius oritur.nam ſenſus eſt ſuper uarietate facto-
rum hominum,lex uarium ius conſtituit,& pro
pterea uariis titulis & materiis plenum eſt ius
noſtrum ciuile.in eadem ſignificatione capitur
quādo dicitur arbitratu Lucii Titii refertur ad
ius,& non cadit in ſeruo . Nam ſenſus eſt,quòd
illa contentio fit de arbitratu Lucii,qui habeat
poteſtatem decidendi de iure. Nam arbitratus
ſemper eſt facti , tam in arbitrando,quàm poſt
perfectionem, tamen poteſt fieri ſecundum ter
minos iuris, & tunc non cadit in ſeruo, in ea-
dem ſignificatione capitur in illis uerbis,qua-
tenus cuiuſque intereſt in facto, non in iure cōſi
ſtit,l.quatenus. de reg. iur.nam ibi factū intel-
ligitur de operatione hominis, & aliquo actu
approbato à iure ciuili. ſed quia ius ciuile uult
uario modo præſtari intereſſe, uel conſiderari
ſecundum uarietatē facti, ideò oportet primò
certificari de facto, quomodo ſe habeat, & po
ſteà cognoſcetur quid ius diſponat de eius ſolu
tione:quia ius unam quantitatem intereſſe no-
luit in omnibus factis æqualiter ſolui , uel præ-
ſtari. In eadem ſignificatione, capitur in illis
uerbis in ſeruo debitū eſt facti, & in extraneis,
uel domino debitum eſt iuris : quia in ſeruo
obligatio non habet effectus ciuiles, ſed ſolum
factum promiſſionis attenditur, in extraneis
uerò uel domino, promiſſio habet adminicu-
lum & effectum iuris. In eadem ſignificatione
capitur in illis uerbis conſiſtit in facto, & non
in iure, hoc eſt, diſpoſitio iuris dependet à fa
cto, cum ſecundum uarietatem facti, ius uariè
diſponat.

Vnde non poteſt haberi certitudo iuris, &
eius diſpoſitionis, niſi prius ſciamus qualitatē
facti,ut etiam dictum fuit de aliis,& ſemper fa
ctum conſideratur pro operatione naturæ,& ho
minis,& ius pro diſpoſitione legis, & operatio
ne legis, circa illud factum, in quam opinio-
nem licet inuitis dentibus, & ignorantes inci
dunt omnes docto.qui tenent quòd poſſeſſio ſit
ius,& quòd proueniat ex apprehenſione,& ope
ratione hominis: quia dum tenent diffinitio-
nem Bar. eſſe bonam, & illam Ioannis quòd
poſſeſſio ſit ius inſiſtendi, uel detinendi, intel-
ligunt ius pro illa potentia iuris à lege con-
ceſſa,inſiſtendi, & detinendi, & ſic & intelli-
gunt ius eſſe quod creatur à lege, fatentes ius
potentiale eſſe creaturam iuris.

Item incidunt inuitis dentibus in hanc opi-
nionem,dum ipſi tenent opinionem Azo.quòd
unica ſit poſſeſſio: nam fatentur ꝙ poſſeſſio eſt
facti dependens ab operationibus hominū,cor
poris uel facti, ſuper qua lex facit approbatio
nē,inducendo ius adhærens,ſeu adminiculās, &
131 qualitatem addens.Propterea appparet † ꝙ hæc
diſtinctio eſt de mente iurium, & ipſorum Do-
cto.& uidetur multū applaudere ſenſui, & pro
confirmatione omnino uideas, & addas omnia
quæ dixi inf.in præludiis illius quæſtionis.Bar.
an quaſi poſſeſſio iurium incorporalium, diui-
datur inter poſſeſſionem ciuilem & naturalem.
dum poſui omnes diuiſiones rerum incorpora
lium tam iuris quam facti.Et ꝙ docto.diſputa
uerunt ſuper æquiuoco.& ſemetipſos non intel
lexerunt,licet acriter inuicem ſe reprehendāt.

Et ſecundum uarias opiniones, quæſtio
hæc uario modo deberet formari, & uario
modo decidi, cum ſi tenemus opiniones qua-
tuor primas, quæſtio debet formari, An
poſſeſſio ſit res incorporalis, in eſſe dedu-
cta,uel approbata,uel recipiens formam à lege.
132 ſed ſi tenemus hanc meam opinionē, † quæſtio
eſt formanda,utrum poſſeſſio ſit de operationi
bus hominum, uel potius dicatur de creaturis

iuris,& operationibus legis. Nam cũ in ea diffinitur,multę operationes iuris ſupra relatæ,multasq́ue operationes hominum,& naturæ etiã ſupra relatas,ita quòd hæc mixtura ſemper debeat interuenire, dubitatio redditur magna utrum poſſeſſio debeat iudicari de operationibus iuris umtam in ſui ſubſtantia, cum adminiculis operationis hominum, uel potius è contrario debeat in ſubſtantia dici, eſſe de operationibus hominum, & operationes legum accedant pro adminiculis.

Sed cum lex produxerit tria genera creaturarũ iuris,ut dixi,ius ſcilicet eſſentiale,ius potentiale,& ius operatiuum,conueniunt omnes,
133 ꝙ†poſſeſſio non eſt ius eſſentiale,ſeu uniuerſale:quia poſſeſſio rerum ſingularium,non poteſt dici ius uniuerſale,& eſt textus in terminis in l. iiij.§.j.ff.de bono.poſſeſ.ubi dicitur quòd bonorum poſſeſſio,eſt iuris poſſeſſio,id eſt, hæreditatis,non poſſeſſio rerum,& per conſequens non
134 eſt ius eſſentiale.Similiter omnes conſentiunt † ꝙ non eſt ius operatiuum: quia poſſeſſio nõ eſt fictio,nec præſumptio.Sed lex aliquando fingit ſoper ea,uel corpore,ſeu facto hominis, ipſa uerò ſemꝑ eſt uera poſſeſſio,ut habetur in l.quod meo.inf.eod.& l.certè,§,j.ff.de precario.& not. in d.l.ſi is qui.pro empt.ff.de uſuc.Remanet igi
135 tur†ꝙ ſi quæſtio præſens eſt, an poſſeſſio ſit ius potentiale,id eſt,ſit potentia à lege conceſſa inſiſtendi,uel detinendi,ſicut ius utendi, uel eundi,uel agendi,an uerò ſit ipſa operatio corporis & animi,id eſt,ipſa animi & corporis hominis inſiſtendi.

136 Quibus ſic præmiſſis †deuenio ad examinationem articuli,qui licet prima facie uideatur inutilis,& nõ dignus tãto labore, nec tanta ſcriptura,tamen medullitus conſiderando apparet utiliſſimus:quia ultra ꝙ deueniamus in cognitionem iſtius dubii,An poſſeſſio ſit iuris uel facti,& quomodo debeat diffiniri,etiam deuenimus in cognitionem omniũ differentiarũ, quæ ſunt inter iura,& facta,ac inter poſſeſſionem,& cætera facta:quoniã decem & octo.differentias per iſtã diſcuſſionẽ cognoſcemus, inter ea quæ ſunt iuris, & ea quæ ſunt facti in alijs diſpoſitionibus iuris,per quas poterimus inferre ad infinitas quæſtiones,& cum poſſeſſio ſecundũ omnes retineat naturam factorum, cognoſcemus an ipſa,& cætera facta tranſeant in hæreditatẽ iacentem,uel tranſeant ad hæredes & an ſuſpendantur per poſtliminium, uel etiam recuperẽtur per poſtliminium,cadant in ſeruo,extinguãtur per occupationem fluminis,uel maris, & ꝑ uiolẽiam,& huiuſmodi multa ſimilia, quæ examinando articulum detegentur. Ac etiam repetendum eſt illud primum præmiſſum,in quo etiam omnes conſentiunt,ꝙ in omni poſſeſſione concurrunt ius & factũ, in principio,medio & in fi.quæ mixtura facit, quòd faciliter poteſt reſponderi omnibus adductis ab utraque parte ut procedant reſpectu adminiculi, non autem reſpectu ſubſtantiæ.

136 Pro opinione igitur illa, †quòd poſſeſſio in eſſe deducta ſit iuris in ſubſtantia, quam tenuit Ioannes Iacobus de Arena, Iacobus de Raue. Bar.& communiter doct. adducitur primò tex. in l.peregrè.inf.cod.ibi,ius poſſeſſionis,& quæ condidiſſet non uideri peremptum: Sed tamen prompta eſt reſponſio, quòd ille tex. non dicit poſſeſſionem eſſe ius:ſed tantummodo dicit ꝙ non amittit ius poſſeſſionis. Vnde intelligitur de iuribus adhærentibus ei, & de utilitatibus prouenientibus ab ea, ut eſt habilitatio perſonæ,& rei, & poteſtas retinendi cum animo tantum,ac potentia percipiendi fructus, uſucapiẽdi,& cætera omnia commoda conſequendi,quę ponuntur in.§.commodum.inſti.de leg.

Replicatur per docto.communiter,ꝙimò loquitur de ipſa poſſeſſione in ſubſtantia,attento quòd quæſitum ibi non erat de iuribus adhærẽtibus, ſed de ipſa poſſeſſione in ſubſtantia, an qui recondidiſſet, deſiiſſet poſſidere per obliuionem,Et ſubdit poſteà reddendo rationem, infirmitatem memoriæ damnum nõ afferre poſſeſſiooi quam nemo inuaſit, & ſic per quæſitũ & rationem decidendi, concludentia de ipſa poſſeſſione, apparet quòd in reſponſione dixit de ſubſtantia poſſeſſionis,ne uideatur extra propoſitium reſpondiſſe:argu.§. pręterea inſti. de inutilib.ſtipu. & per conſequens dixiſſet, ꝙ poſſeſſio eſt ius.

Duplicari poteſt ꝙ imò loquitur de iure cohærenti poſſeſſioni,prout uerba inferunt,cũ genitiuus denotet ſubiectũ qualitatis in oratione contentę,ut latè diximus in rub.ſup.de no. op. nuncia.& cũ poſſeſſio ſit in genitiuo,apparet ꝙ ſubiectũ iuris,& ꝑ cõſequẽs habet ſubſtãtiã, & eſſētiã de ꝑ ſe,cui adhæret ius,ſicut ſi diceretur ius Titij, intelligeretur de iure adhęrẽti Titio.

Non obſtat ꝙ non reſponderetur ad interrogata,cũ illa uideatur facta de ſubſtantia poſſeſſionis:quia imo etiã de ipſa poſſeſſione reſponſio facta fuit,& implicitè dicat eum nõ deſiiſſe poſſidere, & quæſtio fuit de iuribus ipſius poſſeſſionis,an amiſiſſet iura uſucapiendi, & iura retinendi,cum animo propter obliuiooem, de quo uidebatur magna dubitatio. Vnde reſponſio eſt plena,ꝙ nõ amiſit poteſtatem, animo retinendi poſſeſſionem, ac implicitè ꝙ per hoc non deſiit poſſidere, neq; cæterum ius adhætẽs poſſeſſioni extinctum fuit, & ſi dicatur ꝙ imò poteſt denotare genitiuus ſubſtantiam rei,ut ſi dicatur anima Sempronii,& corpus Sempronii Reſpondetur quòd tunc eſt impropria locutio & non admittitur niſi quando conſtat omninò quòd eſt ſubſtantia,ne implicetur cõtradictio: ſed in dubio non præſumitur,cum propria genitiui natura ſit, propriè denotare ſubiectum formatum alicuius qualitatis nominatæ, & ſic non probat concludenter de poſſeſſione, quod in ſubſtantia ſit ius. imò potius concludit contrarium. Similis expoſitio fit in lege

ſi fini-

ſi finita. §. ſi quis metu. infra de damno infecto. ubi plerique docto. exponunt ius detentationis retinet, ideſt, ius ex detentatione proueniens, cum poteſtate iuris in illa re.

137 Secundò pro iſta opinione † adducitur lex nemo. C. eod. dum tex. dicit, poſſeſſionis duplicē eſſe rationem. Vnam quæ in corpore, id eſt, in corporis appræhenſionem, & aliam quæ iure, id eſt, in ſubſtantia poſseſſionis poſt perfectionē, quæ ius eſt. Reſpondetur quòd ille tex. non dicit poſſeſſionem eſſe ius, ſed quòd poſſeſſio habet unam qualitatem, quæ conſiſtit in iure, ut eſt propter approbationem, ut quod poſſit retineri animo, & producat effectus ciuiles, & licitè perpetuò poſſit retineri. Nam quàmuis in ſubſtantia habeat poſſeſſionem, tamen quando apparet contradictor, ius approbationis, & effectuum incipit uacillare, & ipſe poſſeſſor non perfectè retinet eam, cū ſuper iure ipſius, ideſt, approbatione, & effectu uſucapiendi uacillet, & dubitet, & ſic loquitur de adminiculis iuris.

Replicari poteſt quòd imo intelligitur de ipſa poſſeſſione in ſubſtātia, propter uerbū rationem, qđ exponitur id eſt, duplicē ſubſtantiā poſſeſſionis. Ratio enim idem eſt quod ſubſtantia, ſecundum logicos, ut habetur in anteprædicamentis. ergo ſubſtantia poſſeſſionis conſiſtit in iure, & ibi tex. præſupponit ꝙ poſſeſſionis ſubſtantia deficiat propter contradictionem, & ſatis poteſt cōfirmari, per l. ſi quis. in prin. inf. eo.

Duplicatur, ꝙ imò ibi uerbum rationem ſignificat qualitatem: quia ſubiecta materia nō patitur quòd aliud ſignificet, cū ibi diſtinguat Conſtantinus poſſeſſionem, & per diſcurſum rationis cognoſcens, quòd ſunt duæ partes poſſeſſionis, una in ſubſtantia poſſeſſionis, alia in approbatione, & effectibus iuris, & utilitatis, & cōmodis eius, prout Azo. dicebat in ſequenti articulo. An duplex ſit poſſeſſio, dum determinat quòd poſſeſſio unica ſit. Vnde dicit ille tex. ꝙ licèt poſſeſſionem corpore teneat, & ſic uerè poſſideat, tamen non habet approbationē iuris, neque effectus uſucapiendi, & faciendi fructus ſuos, ſicut nec mulier in re donata, habet approbationem iuris, licet plenè poſſideat, l. prima. §. deiicitur, infra de ui & ui armata, & in. §. ſi uir uxori. infra eodem. Vnde in dicta l. nemo. ſubiicitur, cum ſuper iure poſſeſsionis uacillet & dubitet.

Triplicari poteſt quòd & ſi per rationē tex. partem poſſeſſionis intelligat, non tamen debet intelligi de parte quæ eſt effectus. Sed de parte ſubſtantiali, ut denotat uerbum conſiſtit, conſiſtere enim in iure nil aliud importat niſi quòd ſubſtantia poſseſſionis ſeu una parte ius eſt, & in iure conſiſtit, propriè enim conſiſtere, ſubſtantiam habet ſignificare eius do quo dicitur.

Præterea uerbum conſiſtere determinat etiā aliam partem, quæ ſecundum omnes eſt corpus, quod eſt ſubſtantia poſſeſſionis, unde pariformiter debet determinare, quod eſt ius ſubſtantia poſſeſſionis, ideò aut corpus, & ius æqualiter erunt ſubſtantia, aut neutrum erit ſubſtantia, & utrunque erit effectus poſſeſſionis. ſed cum notoriè conſtet, corpus non eſſe effectum poſſeſſionis, ſed eſſe ſubſtantiam. ergo pariformiter determinatur ius ibi relatum non eſſe effectum, ſed ſubſtantia poſſeſſionis, & ſic utraque pars eſt ſubſtantialis poſſeſſionis: quia in utriſque conſiſtit poſſeſſio.

Præterea & fortius faciunt illa uerba ante finē dū ait, interpellatione, & controuerſia progreſſa, non poſſe eum intelligi poſſeſtorem, qui licet poſſeſſionem corpore teneat, tamen ex cōteſtatione & deductione cauſæ in iudicio, ſuper iure poſſeſſionis uacillet, & dubitet. quæ iura determinant quòd ad hoc ut aliquis dicatur uerè poſſeſſor, requiritur utraque pars poſſeſſionis, cum omnium aduerſariorum ſilentio firmata ſit, aliàs ſi una tantum eſt, non ſufficit, ſi quidem pars quæ corporis eſt, eſſet de ſubſtantia, proculdubio ſufficeret ut diceretur poſſeſſor. Quare ſubtiliter probari uidetur, quòd ius dicitur eſſe una pars ſubſtantialis, ſine qua poſſeſſio conſiſtere non poteſt.

Quadruplicari poteſt quòd imò loquitur de iure adhærent poſſeſſioni, non de ipſa ſubſtantia: quoniam aliàs ſequeretur quòd poſſeſſio eſſet unum mixtum iuris & facti, quod repræhendunt communiter Docto. & ius eſſet anima, ſicut anima eſt in corpore hominis, quod tamen per docto. repręhenditur, dum tractant de opinione Areti. Et licet ius uideatur quodammodo dare nouam formam, & inducere nouā ſpeciem poſſeſſionis, tamen per hoc nō poteſt dici, quòd poſſeſſio recepta à iure & formentata ab eo, efficiatur iuris in ſubſtantia ut debet dici ius: ſed remanet in ſua prima natura à iure naturali conceſſa, quæ per legem non potuit mutari, dicto. §. ſi uir uxori. & l. in bello. §. factæ. infra de capt. ſicut propter receptionem, & teſtamenti factionem à iure factam in teſtando teſtamentum non poteſt dici ius teſtandi: ſed uoluntas, & mentis teſtatio, & matrimonium propter receptionem & nouam formam, non poteſt dici ius coniungendi: ſed dicitur uiri & mulieris coniunctio, & inſti. de patria poteſtate. in princip. & plenius dicetur infra in uiceſimo fundamento, & in illa ſecunda quæſtione, an poſſeſſio ſit una uel duplex, ideò concludenter non probat.

139 Tertiò adducitur tex. in l. non ideò minus. C. de lib. cauſa. ibi ius poſſeſſionis inconcuſſum retinebit dominus, ſi ancilla ipſa non probauerit intentionem ſuam deliberatè. Reſpondetur ut in primo, quòd loquitur de iure cohærenti poſſeſſioni, non de ipſa poſſeſſione, cum genitiuus denotet ſubiectū perfectū qualitatis nominatę.

Replicatur, ꝙ imò loqtur de ipſa poſſeſſione ex eo: quia ille poſſeſſor nō erat dominus, & decidit ꝙ ipſe remanet in poſſeſſione, & habeat

cõmoditates,& utilitates poſſeſſionis,ut actore nõ probãte reus abſoluitur.Nã queſtio ibi erat. an deberet conſeruari in poſſeſſione , & ea nõ probante fauore libertatis,remaneret inpoſſeſſioue libertatis.Et reſpondetur quòd non , ſed ſeruatur ius commune, ut actore non probante reus obtineat inconcuſſum ius poſſeſſionis, & hic uidetur probare ꝙ ius ſit ipſa poſſeſſio.

Duplicatur, quòd etiam implicitè reſpondet de poſſeſſione, quæ debet conſeruari. Sed plenius dicit quòd nedum poſſeſſio conſetuatur: ſed etiam ius poſſeſſionis retinebit, ut interim reputetur tanquam dominus, & habeat cætera commoda poſſesſiouis, donec ipſa probauerit intentionem ſuam, ita quòd principalis erat dubitatio de iure poſſesſionis. Et reſpõſio eſt de ipſo iure, à fortiori decidendo quòd ipſam corporalem poſſesſionem retinebit,&ſic nec concludenter probat.

140 Quartò adducitur tex.in l. poſſeſſio quoque. in principio infra ibi,plurimum ex iure mutuatur poſſeſſio. nam uerbum mutuari paſſiuum, ſignificat recipere mutuo. l. quæſtio. §.ſi quis. ibi, agri mutuantur. ff. de fund. inſtru. ſi ergo plurimum ius recipit, ergo ſubſtantia eſt in iure,& corpus eſt adhærens, & per conſequens concludit, quòd in ſubſtantia poſſeſſio eſt ius. Reſpondetur quòd ille tex.intelligitur de cohærenti iure poſſesſioni, cum ille qui recipit mutuum, ſemper differat à re mutuata, & ſubſtantiam per ſe prius habeat, antequàm rem mutuo recipiat,ut in Titio mutuãte pecuniam.

Replicatur,quòd imò ille tex.denotat,quòd poſſeſſio in ſubſtantia recipiat ius, ſicut homo recipit animam: quia nerbum mutuari ſignificat dominii tranſlationem,& intriſicitatem rei mutuatæ, & ſic poſſeſſio in ſubſtãtia recipitius. Duplicatur quòd imò intelligitur de iure cohęrenti,de quo plenam habeat potẽtiam, ſicut mutuans recipit pecuuiam mutuo cum poteſtate plenè diſponendi, non quòd pecunia tranſeat in animam mutuantis, & ſic potius infert contrarium.

Prætereà alius eſt ſenſus in illo tex. contrarius quòd ibi dicatur poſſeſſionẽ tribuere multum ex iure, & ſit uerbum deponens, quòd ſignificat mutuo dare, ſicut & uerbum mutuo, in actiua ſignificatioue, uel ſaltem eſt uerbum cõmune iuxta tub.& nigrum. extra de mut. petitio.& in l.prima.ſupra de donatio.inter uir. & uxo.ibi,ne mutuo amore ſe ſpolient, & mutuæ obligationes. Et iſte ſenſus uidetur eſſe neceſſarius in illo tex.quia ibi dubitat, an per ſetuum in quo habemus uſumfructum, acquiratur poſſeſſio, & dicit quòd ſic, & aſſignat rationem: quia uſufructuarius eum poſſidet naturaliter quæ ratio de ſe non concluderet,per l.acquiritur. §.ſi.ſupra titulo primo. Ideò ut concludat addit qnòd poſſeſſio illa naturalis quam habet ille uſufructuarius, plurimum ex iure tribuit, quaſi dicat, quòd licèt non tribuat uſucapiendi conditionem, tamen tribuit hanc iuris poteſtatem, ut posſit acquirere poſſeſſionem ipſi domino, de re pertinente ad eum, & ſic non concludit.

Quintò adducitur eadem lex. §. primo quæ dicit, quòd ſetui uel filii,res peculiares nõ poſſident:ſed tenent:quia poſſeſſio non tam corporis, ſed iuris eſt, ideſt, non conſiſtit in appræhenſioue corporis,ſed in ſubſtantia iuris, & electiuè capiatur, l. clam posſidere. §.qui ad nundinas. inf.eo. Sed reſpondetur quòd ille tex. non ponitur electiuè, ſed copulatiuè & acceſſoriè ut ſit ſenſus. Poſſeſſio licet in ſubſtantia ſit corporis: quia fundatur in operatione corporis & animi, ſed etiam dicitur eſſe iuris propter approbationem & habilitationem. nam ius uoluit quòd filii familias nõ ſint habiles ad poſſidendum,& propterea poſſeſſionẽ cum effectu iuris non habent, ſed ſolum poſſeſſionem naturaliter, & declarari debet ut in l.quòd ſeruus, infra. eodem.

141 Sextò adducitur tex. in l.ſi quis ad ſe fundũ. C.ad l.Iuliam de ui. † ubi ſi dominus prætendit iniuſtè ab alio retineri rem ſuam,non debet eum uiolenter ſpoliare,ſed debet agere remediis oportunis petitorii uel poſſeſſorii, alioquin ſi eum ſpoliauerit, ante omnia, iura poſſeſſionis amiſſæ reparari debent, ergo poſſeſſio eſt ius: quia ibi de ſola poſſeſſione dubitabatur. Reſpondetur ut ſupra,quòd loquitur de iuribus adhærentibus poſſeſſioni, quæ ſunt ut quis inſiſtat in re, donec lis finiatur, & tranſferat onus probandi in aduerſarium, de quibus in. §.commodum.inſti.de interdictis.

Replicatur quòd imò loquitur de poſſeſſione ipſa,cum ibi loquatur de interdicto de ui & ui armata, quod reſtituit ipſam poſſeſſionem, in ſubſtantia, & per conſequens iura poſſeſſionis denotant ipſam poſſeſſionem in ſubſtantia.

Duplicari poteſt,quòd imò intellexit de iure adhærenti poſſeſſioni,pro ut genitiuus poſſeſſionis denotat,ut ſæpius dictum fuit, quamuis per hoc implicet ipſam actualẽ poſſeſſionẽ. Sed principalis ibi erat dubitatio de effectibus poſſeſſionis, quantum ad perceptionem fructuum interim, & tranſlationem iuris probandi in aduerſarium, cum præſupponatur quòd illa poſſeſſio erat momentanea,& parum duratura, ideò dubitatio principalis erat de effectibus ipſius poſſeſſionis. Ideò determinatur, quòd ante omnia,iura poſſeſſionis reparentur, licet implicetur & ipſa poſſeſſio, & ideò notabiliter dixit iura poſſeſſionis, & non poſſeſſionem reparari: quia uoluit demonſtrare, ꝙ quãuis poſſeſſio ſit momẽtanea, tamen plena iura ipſius poſſeſſionis quantum ad effectum ipſius litis reparari debent, iuxta. §.commodum.inſti.de interdictis.

242 Septimò adducitur tex.in l.ſi ea res.§. fin. ff. de actio.emp.† ubi ſi duo emanant ab uno, uel duobus,non dominis, utrique acquiritur ius ti

tuli,

tuli, tamen tuendus eſt ille qui ius eius appræhenderit, id eſt, cui primò tradita fuit, & ſenſus eſt, ius id eſt, poſſeſſionē prius appræhēderit ꝓpter uerba ſequētia cui prius tradita fuit, cū ꝑ traditionē acquiratur poſſeſſio. Reſpōdetur ſecundum Peruſinos, ꝙ ille tex. non loquitur de poſſeſſione, ſed de alio iure quod habebat uenditor, qui forſan uſucapiebat, uel ius pignoris, ſeu aliud ius in re habebat, & ſic loquitur de in re ementis, & intelligitur de iure quod habet, ut ſibi tradatur ex obligatione ortum, ergo nō probat poſſeſſionem eſſe ius.

Replicari poteſt quòd imò intelligitur de ipſa poſſeſſione: quia uerbum eius exponitur, id eſt, poſſesſionis propter uerba ſequentia cui prius tradita fuit, ſi ius poſſesſionis. ergo poſſesſio ipſa eſt ius: quia per traditionem acquiritur. Sed duplicari poteſt quòd ibi uerbum eius, non poteſt exponi, id eſt, poſſeſſionis: quia de ea nihil dictum fuerat, & ſolum res ipſa fuerat nominata. Vnde illud relatiuum eius, neceſſariò, refert antecedens ſuum nominatum, id eſt, rem ipſam ut ſit ſenſus, potior eſt ille, qui ius ipſius rei acquiſierit, id eſt, cui prius tradita fuit. Ius autem rei eſt quòd habeat Publicianam actionem, & acquirat quaſi dominium prætorium, atquè etiam uſucapiendi conditionem, quæ conceduntur per traditionem; & quàmuis etiam implicitè contineat poſſeſſionem, tamen principaliter conſiderauit de iuribus ipſis, in re prouenientibus, ex traditione, & ſic non concludit.

143 Octauò adducitur † tex. in l. qui pignori. infra eodem. ubi res data pignori poſſidetur à creditore, tamen quantum ad effectum uſucapiendi poſſidetur à debitore, & ſi tradēdo rem precario, rogauerit ut ipſe poſſideat, dicitur quòd adhuc uſucapit: quia qui precario rogat plus iuris habet quàm q̃ nullo modo poſſidet, & uerbum plus iuris, exponitur, id eſt, poſſeſſionem habet precariam. ergo poſſeſſio eſt ius. Reſpondetur quòd loquitur de iuribus adhærentibus poſſeſſioni, non autem de poſſesſione in ſubſtantia ut ſæpius dictum fuit. Replicatur quòd imò loquitur de poſſesſione ipſa: quia qui precario rogat, habet tantum poſſeſſionem naturalem, & inutilem ad uſucapiendū: quia precaria poſſesſio nullum ius tribuit, l. prima. infra uti poſſidetis. unde dicendo plus iuris, non poteſt loqui de alio iure quod non habet, niſi de ipſa poſſeſſione. ergo probat poſſesſio eſt ius.

Sed replicatur quòd imò loquitur de iuribus adhærentibus cum precaria poſſesſio aliquid iuris tribuat, licèt non habeat plena iura ſicut & cæteræ poſſeſſiones, & uoluit dicere tex. quòd ſi poſſesſio in totum eſt penes creditorem, ipſe debitor nihilominus uſucapit, quā uis nullam poſſesſionem habeat, tamen fortius uſucapiet, ſi eam rem precario teneat: quia ex illa poſſesſione aliquid iuris, licèt minimum, accreſcit, cum uideatur fortius creditor poſſidere ad utilitatem ipſius debitoris, & ſic non concludit.

144 Nonò inducitur tex. in l. ſtipulatio iſta, §. hi qui. inſ. de uerbo. obligatio. † ubi dicitur, quòd filii familiàs, & ſerui, non poſſunt ſtipulari habere licere: quia illa ſtipulatio continet ius, tamen poſteà dicit quòd ualet reſpectu poſſesſionis, ergo uidetur præſupponere, ꝙ poſſesſio ſit ius, cum includatur in ſtipulatione habere licere, quæ ius eſt. Reſpondetur ꝙ imò probat contrarium: quia ſi dicit quòd ſtipulatio iuris non cadit in filiis ſamiliàs, & tamen uult quòd ualeat reſpectu poſſeſſionis conſeruandæ, ergo præſupponit quòd non eſt ius. qua ſi dicat licèt ſtipulari, non poſſit habere licere. Tamen interpretatio fit, quòd ſtipulatio reſtringatur ad ſactum de poſſesſione ne penitus uideatur inutilis. Vel ſecundò reſpondetur, quòd quàmuis intelligeretur de iure, tamen intelligeretur cum qualitate, quod factis in ipſis filiis conſiſteret, & ius tranſiret ad patrem uel dominum, iuxta l. quod ſeruus. inf. eo. & ſic non concludit.

145 Decimò adducitur l. quæſtio. ff. de uerbor. ſignificatione. † ubi dicitur, quòd poſſeſſio differt à fundo, & agro, quoniam ager eſt proprietas, & poſſesſio eſt uſus. ſed uſus iuris eſt, inſti. de uſu, & habita. in prin. ergo poſſeſſio ius eſt. ſed reſpondetur quòd ibi uſus non capitur pro ſeruitute: quia poſſeſſio non poteſt adaptari, ut ſit ſeruitus perſonàlis. Vnde neceſſariò ibi uſus capitur pro commoditate, ſicut dicitur in l. prima. de ſeruitute ruſticorum prædiorum. quòd ius eundi, & agendi in ſeruitute uiæ, non dicitur eſſe ſeruitus, ſed eſt quædam commoditas: ita cum dicitur quòd poſſeſſio eſt uſus, intelligitur quòd ſit commoditas percipiendi utilitates ex re. & propter hoc differat ab agro, uel ſundo, & potius retorquetur.

Vndecimò adducitur tex. in l. homo liber. §.
146 ſi. ſupra. titulo primo. † ubi liber homo bona fide poſſeſſus, acquirit ei à quo poſſidetur, ex re ſua, cætera uerò acquirit ſibi, excepto eo quòd ius eſt: quia qui poſſidetur, aliquid poſſidere non poteſt, & ſic illud uerbum excepto eo quòd ius eſt, exponitur, id eſt, excepta poſſeſſione, quæ ius eſt, & ſic poſſeſſio eſt ius. Sed reſpondetur eodem modo, quòd ille tex intellexit de poſſesſione, cum effectibus uſucapiendi, & aliis effectibus iuris: quoniam qui poſſidetur, non impeditur actualiter, corpore & animo incumbere poſſeſſioni, & uerè poſſidere. ſed ſolum impeditur habere effectus ciuiles, ex illa poſſesſione, & de iſtis loquitur ille tex. & eſt ſenſus, quòd ſibi acquirit excepto quòd nō conſequitur effectus iuridicos poſſeſſionis, quoniam qui poſſidetur, poſſidere non poteſt cum effectu iuris, ſicut nec etiam mulier in donatione l. j. §. deiicitur. ff. de ui, & ui arma ta. & ſic non concludit quòd poſſeſſio ſit ius.

Duodecimò adducitur tex. in leg. ſtipulatio

147 iſta. §. ſi quid fortè. infra de nerborum obliga
tionibus, ubi ſi quis ſtipulatur habere licere
ſub pæna, & ſibi moueatur controuerſia de u-
ſufructu, poſſeſſione, uel alio iure, committi-
tur ſtipulatio ad pœnam, & dum dicitur de
poſſeſſione, uel alio iure, demonſtratur quòd
ipſa poſſeſſio eſt ius, ſicut & uſusfructus, & a-
lia ibi enumerata, & additur dictjo alia, quæ ſo
let poni inter eadem in ſubſtantia, ut no. in l.
ſi quis ſeruo. C. de fur. & l. ſi fugitiui. C. de
ſerui fugitiu. Reſpondetur quòd ille tex. lo-
quitur de iure annexo poſſeſſioni, ut eſt ius poſ
ſidendi; uel ius percipiendi fructus, & cæte-
ras commoditates, de qnibus in dicto. §. com
modum.

Replicatur, quòd imò intelligitur de poſſeſ
ſione: quia dixit quæſtio de poſſeſſione, uel a-
lio iure, ergo ſicut uſusfructus, ibi eſt ius, ita
poſſeſſio eſt ius in ſubſtantia, quia una pars de
clarat alteram. lege ſi ſeruus plurium. in fi. de
leg. primo.

Duplicatur, quòd imò intelligitur de iure
neceſſatio: quia quando quis mouet quæſtio-
nem de poſſeſſione, non negat ſubſtantiam
poſſeſſionis, nequè aduerſarium poſſidere: ſed
ſolum negat eum legitimè poſſidere, & habe-
re inſtum titulum, & ius perpetuò retineudi. er
go ibi quæſtio erat de iure poſſeſſionis, & non
de poſſeſſione, & per conſequens non probat
quòd ipſa poſſeſſio ſit ius.

148 Decimotertiò adducitur l. cum hæredes. inf.
eodem. † ubi dicitur quòd adita hæreditate,
omnia iura tranſeunt ad hæredes. Poſſeſſio au-
ten non tranſit, niſi ſit appræhenſa. & cum ex-
cipiat de poſſeſſione, inter alia iura apparet,
qnòd poſſeſſio eſt iuris: quoniam exceptio de-
bet eſſe de regula, l. prima cum materia. ff. de
reg. iur. & excipiendo de poſſeſſione oportet ꝙ
ipſa ſit iuris, aliàs ineptè fieret exceptio. Præ-
tereà ibi eſt aduerſatiua autem, quæ aduerſa-
tur in eiſdem terminis ſecundum Bar. in l. ſi ma
ritus. infra de adult. ergo ut ſit recta aduerſa-
tio, oportet quòd poſſeſſio ſit iuris cum aliàs
non eſſet aduerſatio, ſed diuerſitas, l. fi. cum ibi
no. C. de edend. Reſpondetur quòd ſacta recta
relatione, ibi eſt aduerſatiua in eiſdem ter-
minis, attento quòd quæſtio ibi ſormatur
de omnibus rebus defuncti. in quibus erant iu
rà, & facta, & cum dicat quòd omnia iura tran-
ſeunt, Reſpondet de parte rerum defuncti, inſe
rens quòd facta non tranſeunt ad hæredes. Poſ-
ſeſſio autem non tranſit; quia & ipſa facti eſt,
quàmuis eſſet defuncti.

Nec obſtat quòd exceptio debet eſſe de regu
la: quia illud etiam conceditur, ſed regula nõ
eſt de iuribus tantum, ſed regula eſt de omni-
bus rebus deſuncti, in quibus erant, & ſacta, &
iura. Vnde deciſio eſt, quòd iura tranſeunt, fa
cta antem non tranſeunt, inter quæ eſt poſſeſſio
& ſic ille tex. non concludit. Peruſini uerò di-
cebant non eſſe inconuenieus ſi dictum fuiſſet
facta antem non tranſeuut, quàmnis aduerſa-
tiua eſſet in diuerſis terminis, & ſi teplicetur
negãdo quòd tex. ſo referat ad omnia bona de
functi, & quòd ſolum ponit regulam de iuri-
bus cui exceptio de poſſeſſione conuenire non
poteſt: Dnplicari poteſt quòd neceſſariò deci-
ſio refertur ad bona deſuncti: quia hæres erat
in omnibus dictis bonis inſtitutns, quorum do
minium per inſtitutionem acquirit, & decidi-
tur quòd omnia iura defuncti tranſeunt, fa-
cta uerò nec poſſeſſio tranſeunt, & ipſi concor-
dant cum communi reſponſioue, licèt dicant
quòd nullus ſciuit reſpondere.

Decimoquartò adducitur lex prætoris. ff. de
149 dam. infect. † ubi dicitur prætoris eſſe officium
ut miſſus in poſſeſſionem, etiam per longum
tempus in ſuum dominium capere poſſit, quæ
uerba habent hunc ſenſum quòd eam poſſeſſio-
nem miſſus poſſit capere in dominium, ergo
poſſeſſio eſt iuris: quia facta in dominium capi
non poſſunt. Reſpondetur primò, quòd termi
nus eam, ibi poſitus refertur ad rem poſſeſſam,
non autem ad poſſeſſionem, & eſt ſenſus cla-
rus, quòd prætor debet miſſionem in poſſionẽ
facere cum tali ſacultate, ut miſſus poſſit effici
dominus ipſius rei, quod intelligitur de ſecun
dò decreto, quoniam miſſus exprimo decreto
nunquàm efficitur dominus, & hoc modo in-
ducendo tex. nihil facit, ex eo: qnia terminus
eam, non refertur ad poſſeſſionem, ſed refertur
ad ipſam rem in qua miſſus fuit. Alii uerò di
cunt, qnòd imò ibi refertur ad poſſeſſionem
ex eo: quia relatiuum refert antecedens ſuum,
& poſſeſſio erat antecedens.

Duplicatur quòd ibi poſſeſſio capitur pro
proprietate, iuxta l. interdum. ff. de uerbor.
ſignificatio. & referendo eam in effectu, refert
ipſam rem, & ſic non facit. ueruntamen intelle-
ctus eſt, quòd prætor qui mittit in poſſeſſionẽ
ex primo decreto alicuius rei, debet miſſionem
facere cum tali auctoritate, ut miſſus efficia-
tur dominus, & ſubaudiri debet miſſus in poſ
ſeſſionem alicuius rei, ut eam ſcilicet rem cape
re poſſit, & ita intelligit ibi glo. & omnes, ideò
uerè nihil facit. Ex quibus apparet quòd per
núllum tex. probatur concludenter, quòd poſ-
ſeſſio ſit iuris. propterea doctores recurrunt ad
rationes.

Vnde decimoqnintò pro iſta parte induci
150 tur ratio Iacobi de Arena. † dicentis ex facto ius
oritur l. ſi ex plagis. §. in cliuo capitolino. cũ
glo. ff. ad l. Aquili. ſed contractus facti ſunt
l. conſilio. de cur. furio. cum glo. & ex eis oritur
obligatio, & actio. ut inſti. de oblig. in princ.
& in fi. ſicut ergo ex contractuo ritur ius, ita ex
appræhenſione quæ facti eſt oritur poſſeſſio,
quæ debet eſſe ius propter illam regulam quòd
ex facto ius oritur. Reſpondetur non eſſe ue-
rum generaliter quòd de neceſſitate ex facto
ius oriatur: quia tunc demum oritur, quando
lex diſponit quòd oriatur, & aliquando oritur
ex pri-

ex primo facto, aliquando etiam ſecundò, uel
tertiò, ut ius diſponit, & non inconuenit quòd
ex facto factum oriatur, cum ſi quis promiſit fa
cere domum, ante omnia iuterponitur factum
ſuum in operando, ex quo facto naſcitur do-
mus, armarium factum, non ius quod ſatis o-
ritur ex ipſa ſtipulatione. Præterea rectè indu
cendo hæc ratio concordat. nam per appræhen
ſionem creatur poſſeſsio quæ facti eſt, ex iſta
autem poſſeſsione facti naſcitur ius, id eſt, po-
teſtas uſucapiendi. & acquirendi fructus. Ideò
ratio non concludit.

Vnde decimoſextò † adducitur ſecũda ratio
151 dictans iura indiſtinctè cedi poſſunt, l. ab Ana
ſtaſio. & l. per diuerſas. C. mandati. & l. poſ-
ſeſsio. §. ſi infra eodem. facta autem uon ce-
duotur. §. ſed cum factum. inſti. de ſtipulatio-
ne ſeruorum. Sed poſſeſsio cedi poteſt, l. j. §.
ſi uir, intra eodem. ubi maritus cedit poſſeſſio
nem, & dicta l. poſſeſſio. infra eodem. ergo.
poſſeſsio eſt ius. Reſpondetur quòd imò facta
ceduntur: quia iu dicto. §. ſi uir: dicitur quòd
poſſeſsio ceſſa fuit, & quòd uon poteſt infir-
mari: quia res facti nulla conſtitutione infir-
mari poteſt.

Præterea ibi ſub nomine poſſeſsionis, intel-
ligitur ceſſum ius poſseſsionis, ſeu poteſtas ap-
præhendendi cum ipſa poſseſsio ab appræhen-
ſione mulieris creetur. Tertiò etiam dicitur
non eſſe inconueniens quòd facta transferan-
tur de una perſona in alia, ut no. in dicto §. ſed
cum factum, & l. pri. §. oe autem. C. de cad.
tollend. & ille tex. reſtringitur ad facta, quæ
cohærent perſonæ, & omnia incorporalia ne-
ceſſariò ceduntur: quia corporalia traduntur.
ideò non concludit.

152 Decimoſeptimò facit tertia ratio † dictans q
quæ ſunt iuris, ſequuntur hominem qnocunque
uadat, l. fi. C. de præſcriptio. longi rempo. &
tenuit Bar. iofra in quæſt. de detentatiooe. ſed
poſſeſsio ſequitur poſſeſsorem quocunqne ua-
dat l. clam poſſidere. §. qui ad nundinas. & l.
ſi id quod. §. fi. & l. peregrè. infra eodem. er-
go poſseſſio eſt iuris. Reſpondetur quòd facta
noo ſequautur hominem abſentem, quoniam
eum ſequuntur omnia uitia, uirtutes, & infir-
mitates. & bonum eſset ſi ipſæ poſsent derelin
qui in domo. Ideò diſtinguitur aut ſunt facta
cohærentia perſonæ, & ſequuntur hominẽ quo
cunqoè uadat, aut ſunt facta ſeparata, & proce-
dit oppoſitio. Sed poſſeſſio cohæret perſonæ:
quia conſiſtit in animo poſſidentis, ideò ſicut
animus comittatur poſſeſsorem neceſsariò, &
ipſa poſseſsio etiam concomittatur. ſed res ip-
ſa remanet in ſuo loco: quia ſeparatur à perſo-
na, ſicut & etiam remanet à iuribus, quoniam iu
ra ſequuotur dominium quæ ſunt annexà ho-
mini, lege iij. in fin. ff. pro ſocio. res autem
remanent in locis ſuis. & per conſequens non
concludit.

153 Decimooctauò adducitur quarta ratio † di-
ctãs omnes res incorporales in iure conſiſtunt,
ut inſti. de rebus corpo. & incorpo. in princi.
ibi, incorporales ſunt res, quæ nec uideri nec-
taogi poſsunt, qualia ſunt ea, quæ in iure con-
ſiſtunt, & exemplificat de hæreditate, & uſufru
ctu. ergo uerbum in iure exponitur, id eſt, iu
ris ſunt, & per conſequens probatur quòd om-
nia iucorporalia iuris ſunt, ſed poſseſsio incor
poralis eſt ut ad ſenſum patet: quia nec uideri
nec tangi poteſt, ergo & ipſa iuris eſt. unde
dicitur io l. nemo C. eodem. quòd duplex eſt
ratio in poſseſsione, una quæ in corpore, & alia
quæ in iure conſiſtit, & hæc fuit ratio Peruſi-
norum, quæ uidetur prima facie palpabilis &
concludens: quoniam neſcientes dicere quid
ſint incorporalia ſe reſoluunt quòd ius ſunt.
ſed reſpondetur negando maiorem, quòd in-
corporalia iuris ſint: quia infinita ſunt incor-
poralia facti. ut no. in l. ij. §. item ſi in facto.
& l. iiij. §. Cato. & l. ſtipulationes non diui-
duntur. infra. de uerbo. obligatio. ubi docto.
concludunt qnòd pleraquè facta incorporalia
ſunt. Item lectio lecta, loquela, uox, auditus,
uiſus etiam poſt perfectionem incorporalia
ſunt, ut patet ad ſenſum, & tamen oon poſſunt
dici ius, nequè de eis poteſt prædicari, pouen
do in tertiò adiacente, ut dicamus uox, audi-
tus uiſus eſt ius, ſed eſt quædam operatio homi
nis naturalis, & ſi quæ non uidentur ius eſsent
etiam diaboli, & ſpiritus aerei iuris eſsent,
& mulier indemoniata diceretur habere ius in
corpore.

Præterea minor eſt falſa quòd poſseſsio con
ſiſtat in iure: quia in dicta lege. nemo. dicitur
quòd una pars conſiſtit in corpore, & poten-
tior, ut infra plenius declarabitur, & ſolum ad
hærentia iuris ſunt.

Præterea dato quòd poſseſsio conſiſteret in
iure, non ſequitur ergo eſt ius: qnia dicitur con
ſiſtere in iure propter approbationem per quã
effectus iuris multi ſequuntur. Et ſi replicaret
quòd imò maior eſt uera, quòd omnia incorpo
ralia iuris ſunt poſt perfectionem, & ſolum fa-
cti ſunt donec ſunt in fieri.

Replicatur quòd imò omnia prædicta poſt
perfectionem facti ſunt, & hoc clarè dicit ibi
Theophilus. ergo uidetur quòd poſseſsio cum
ſit iocorporalis, & non requirat operationem
hominis poſt perfectionem, dicatur eſse iuris,
ſicut nec actiones, nec obligationes, uel hæ-
reditas.

Duplicatur etiam quòd imò nec maior, nec
minor eſt uera: quia infinita incorporalia poſt
perfectionem ſunt facti, etiam quòd poſt per-
fectionem non requirat operationem hominis,
ut eſt hæc lectio, ſermo, auditus, uiſus, & cæte-
ra ſimilia, & clarum eſt quòd hæc lectio finita,
nec obiectiones factæ, poſt perfectionem erunt
ius, & non poſsunt conſiſtere in iure. Et ſi tu
uis obſtinatè dicere quòd imò ſunt iuris: quia
non uidetur, declara eorũ ſubſtantiam, & dif

finias,& ſicut hanc loquelam meam uis eſſe ius, oportebit dicere quòd omnis ſermo ruſticorũ ius eſt, & ululatus animalium, & cantus auium ius ſint, quòd quàm abſurdum ſit per te ipſum cognoſces.

Præterea non eſt uerum quòd poſſeſſio poſt perfectionem, per ſe ipſam ſtare poſſit: quia imò conſiſtit in animo, & deficiente animo cot ruit in totum, ut dicemus infra. pet l. ſi quis ui. §. differentia. infra eod. & quia non tranſit ad hæredes finitur per mortem defuncti, nequè tranſit ad hæredes, nequè ſuſpenditur poſt liminio. Igitur oportet ut tu qui uis hoc tenere inuenias genus ſub quo contineas omnia iſta incorporalia quæ dicis eſſe iuris.

Nec obſtat tex. in dicto §. primo. de rebus corporalibus, & incorporalibus: quia non dicit omnia incorporalia conſiſtere in iure: ſed ſolum dicit incorporalia omnia eſſe, quæ nequè uideri, nequè tangi poſſunt, & poſteà ſubdit exemplum de his quæ conſiſtunt in iure, quòd exemplum ſubiecit: quia eſt magis palpabile, cũ innoteſcat omnibus iura eſſe incorporalia, & ſic æquiparationem fecit de incorporalibus ad iura, non autem dxit quòd omnia incorporalia conſiſtant in iure. Item ſubiecit ibi exemplum de iuribus: quia uolebat capere occaſionem ſubiiciendi titulum de ſeruitutibus, & aliis quæ in iure conſiſtunt, & exempla non reſtringunt regulam l. damni infecti quidam. ff. de dam. infect. Ideò adhuc ſubſiſtit, quòd minor non eſt uera, quòd poſſeſſio conſiſtat in iure, cum omnino requirat ſubſtentaculum corporis quòd non requirunt alia iura, meritò non concludit.

154 Decimo nonò adducitur † quinta ratio. poſſeſſio amittitur, & acquiritur, l. prima. §. adipiſcimur. & in rub. noſtra, & l. iij. §. in amittenda, & l. quemadmodum. infra eodem. ergo eſt res ſeparata ab appræhenſione, & retentione, & amiſſione: quia res amiſſa differt ab amiſſione, & acquiſita ab acquiſitione, ſicut animus differt à re ipſa, ut in hac lege, & eſt noua res quæ inſurgit. Sed facta non poſſunt acquiri neque amitti, cum nec faciens dominium acquirit factum, neque amittit, nec ſtipulator acquirit factum, ſed ſolum rem ipſam factam. ergo poſſeſſio non eſt factum, & per conſequens dicitur eſſe ius. Reſpondetur quòd licèt facta non amittantur, nequè acquirantur, tamen incipiunt, & deſinunt, ſeu finiuntur cum omnia facta habeant principium, medium, & finem. l. ſi is qui quadringenta. §. quædam. infra ad legem Falci. & quis incipit operari, & deſinit l. prima. ff. de oper. libertorum. Et probatur in hac compilatione ubi Iuſtinianus dixit ſe incæpiſſe, & perfeciſſe, & quòd poſſeſſio incipiat, eſt tex. infra. in §. adipiſcimur. in uerbo incipere poſſidere. & l. iij. §. Nerua filius. in uerbo deſinere poſſidere, & iura pro eodem ponunt incipere, & deſinere, & acquirere, & amittere, ex eo: quia poſſeſſio ipſa in ſubſtantia incipit, & deſinit, iura uerò adhærentia poſſeſſioni, acquiruntur, & amittuntur. Ideò quando iura dicunt quòd poſſeſſio acquiritur, & amittitur, habent reſpectum ad iura adhærentia poſſeſſioni, quando dicunt incipit, & deſinit, habent reſpectum ad ſubſtantiam poſſeſſionis, & propterea dicta ratio quàmuis poſſit concludere de iuribus adhærentibus poſſeſſioni, tamen non concludit de ſubſtantia ipſius poſſeſſionis quòd ſit ius.

155 Vigeſimò pro iſta opinione † facit ſexta ratio quæ ſumitur ex mente Alci. in tracta. ſuo de quinquè pedum præſcriptione, & etiam hic eſt ſentir, & in l. ſi unus. §. pactus ne peteret. ff. de pactis, quæ dictat quòd licèt poſſeſſio antiqua conſiſteret in actuali inſiſtentia rei, quam naturaliter tenebat, prout dicit hic tex. tamen ſuperueniente poſteà iure ciuili alterata fuit, & factum fuit quòd poſſeſſio non ſit conſiderabilis, nequè nominari poſſit poſſeſſio, niſi interueniant tres habilitates iuris, Vna in poſſidente, ut habeat ius quærendorum bonorum, leg. poſſeſſio quoquè. §. j. & l. quod ſeruus infr. eo. Secundò quòd concurrat habilitas iuris in re poſſeſſa l. qui uniuerſas. §. primo. infra eodem. Tertia quòd interueniat titulus, & iſto titulo. l. nemo ambigit. C. eodem. taliter quòd hodiè poſſeſſio, in his qui ſunt in poteſtate aliena, nõ dicitur poſſeſſio. ſed detentio nuda, d. l. poſſeſſio quoquè. §. primo. inf. eo. ſeu corporalis poſſeſſio, dicta l. quod ſeruus. infra eodem. nec in re ſacra, religioſa, & ſancta poteſt dici poſſeſſio: ſed ſimplex detentatio, dicta l. qui uniuerſas. §. primo. ſimiliter nec appræhenſio ſine titulo iuſto poteſt dici poſſeſſio propriè, & ſimpliciter dicta l. nemo ambigit, & probatur in muliere poſſidente rem donatam, quæ poſſidere non dicitur, l. nec mulierem, ſupra de donatio. inter uir. & uxorem.

Igitur ſequitur quòd propter iſtas tres habilitates poſſeſſio recipit nouam formam à iure, & nouam eſſentiam propter quã amplius non poteſt dici illa antiqua poſſeſſio naturalis, ſed eſt nouiter inſtituta, & formata à iure ut ſupra dixi, in rub. & infra dicetur in quæſtione quo iure fuerit introducta poſſeſſio, ergo ſequitur quòd poſſeſſio ualida in iure deducta iuris eſt: quia omne additamentum factum iuri naturali transfert illud in ius ciuile l. ius ciuile. ff. de iuſti. & iure, & forma dat eſſe rei, l. Iulianus. §. ſed & ſi quis: ff. ad exhibendum. & §. cum ex aliena materia, inſti. de rerum diuiſione. & omnia noſtra facimus quibus auctoritatem impartimur, l. j. §. omnia autem. C. de uet. iur. enucleand. & argum. inſti. de obligatio. §. primo. quaſi lex ſpiritum quendam influat, & animam in poſſeſſionem, ſicut Deus influxit animam in Adam, & fortior eſt cauſa adimplens formam quam materia. l. j. §. opus ſupra. de no. oper. nunciatio. & maius eſt pec

catum

catum formæ, quàm materiei, cum à forma nouam res uideatur aſſumere eſſentiam, l. an inutilis. ff. de acceptilatio. & ibi Bar. uult ꝙ ſtipulatio, & acceptilatio ſint de iure ciuili à quo acceperunt formam, licèt conſenſum habeant de iure gentium, & in hac ratione uidetur conſiſtere tota uis iſtius quæſtionis.

Sed reſponderi poteſt quòd per eam nos non poſſumus dicere poſſeſſionem quæ in ſui origine, & ſubſtantia facti erat, ut ipſe met fatetur propter hanc formam additam effecta fuerit iuris in ſua ſubſtantia, & quòd propter hoc deſierit eſſe facti, & adhuc in ſubſtantia, non dicatur eſſe inſiſtentia in re, & animi operatio: quia non eſt uerum aſſumptum, quòd res facti propter formam additam deſinat eſſe facti, & incipiat eſſe iuris. bene enim propter formam iuris reſtringi poteſt, & augeri hæc poteſtas, atque fingi, quòd factum non habeatur in conſideratione, tamen non poteſt fieri quòd ipſa ſubſtantia facti tranſeat in ſubſtantiam iuris. Vnde dicitur quòd res facti iure ciuili infirmari non poteſt, dicto. §. ſi uir uxori. & l. in bello. §. facti. infra. de capt. & l. potuit facere ꝙ mulier in donatione non haberet effectus iuris, tamen non potuit facere quòd ipſa poſſeſſio deſinat eſſe poſſeſſio, & quòd non habeat eandem ſubſtantiam quam habet poſſeſſio approbata. Vnde pro ea competit interdictum de ui, & ui armata, licèt non competat pro detentatione, l. j. §. deiicitur. infra. de ui, & ui armata, & ſic ceſſat tota argumentatio.

Confirmatur per multa ſimilia. Nam teſtamentum de iure gentium eſt facti, & recepit adminicula iuris in perſona teſtantis, & eorum quibus relinquitur, dando teſtamenti factionem actiuam, & paſſiuam, ut inſti. de hæredũ quali. & diff. §. tertio. & quarto. & etiam in rebus relictis, ut inſti. de leg. §. non ſolum. & tamen teſtamentum non poteſt dici eſſe iuris, ut poſſimus diffinire teſtamentum eſt ius. ſed quòd teſtamentum eſt uoluntatis noſtræ iuſta ſententia. Idem ſeruatur in actis iudiciariis, quæ adhuc durant acta, & ſine iuriſdictione non ualent, l. iiij. §. condemnatum. ff. de re iudicata, & ibi Iaſ. & no. in l. fi. ff. de iuriſdictione omnium iudicum, & tamen in ſua ſubſtantia facti ſunt, l. actor. ff. de re iudica. & l. actus legitimi.

Similiter matrimonium recipit illas tres habilitates in perſonis, rebus & factis, & tamẽ nõ poteſt dici matrimoniũ eſt ius, ſed adhuc remanet facti; quia adhuc eſt uiri, & mulieris coniunctio. §. j. inſti. de patr. poteſta. niſi uelles dicere quòd quaodo mulier, & homo copulantur, ſicut generant filium ita faciant ius. idẽ dicitur de pactis quæ receperunt illas tres approbationes, in perſonam paciſcentium, & in rebus, l. iuriſgentium. §. pacta. ff. de pact. & ſi fiant contra legis prohibitionem, ut in alienatione fundi dotalis, nihil ualent tam de iure naturali, quàm de iure ciuili, & nihilominus dicuntur eſſe facti, dicta lege ſi unus. §. pactus ne peteret. ff. de pact. ſecundum eundem Alci. ibi, & idem dicitur de cæteris contractibus qui tamen facti ſunt. dicta l. conſilio. cum glo. de curatore furioſ. & plenè declaraui reſpondendo obiectis in dicto. §. pactus, & in l. ſi is qui pro emptore, in materia fictionis, infra de uſucapionibus. Vnde apparet quòd non poteſt dici res aliqua introducta à natura, uel hominibus ſi recepit formam à iure ciuili, efficiatur iuris in ſubſtantia, ſed tantummodo recipit quandam reſtrictionem ut non poſſit producere ciuiles effectus, & quòd non habeatur in conſideratione quantum ad eos, tamen ipſe res retinent ſubſtantiam ſuam facti, in quibus nos nõ poſſumus ponere ius pro tertiò adiacente, ideò non concludit. unde apparet quòd fundamenta adducta pro opinione communi non probant eam, & quòd huc uſquè nihil concludens fuit allegatum, ꝙ ipſa poſſeſſio in ſubſtantia dicatur eſſe ius, & opinio communis remanet ſine fundamentis.

Quare contrariam opinionem ꝙ imò poſſeſſio in ſubſtantia ſit facti; etiam poſtquàm deducta fuerit in eſſe tenuerũt Petrus de Beluiſio Roma. Ruy. & Alcia. in certa parte, & Ferret. & aliqui Mod. per fundamenta infra adducenda. ſed tamen quia tenentes communem opinionem, reſpondent eis ut clariores efficiantur eorum reſponſiones, & melius intelligantur præſupponenda ſunt tria, cum quibus docto. reſpondent infra adducendis. Et primò † ꝙ in poſſeſſione ſecundum omnes neceſſaria eſt appræhenſio actualis quàm omnes conſentiunt quòd dicitur eſſe facti. Vnde reſpondent multis fundamentis adductis pro hac opinione, ꝙ loquuntur de appræhenſione quæ eſt facti. non autem de poſſeſſione ipſa in eſſe deducta.

157 Secundò etiam præmittendum eſt † quòd ſecundum Alcia. & multos alios, & ex intentione communi poſſeſſio per ius commune ciuile recepta, accepit nouam formam per quam ipſa incæpit eſſe ius. unde reperitur hodie poſſeſſio ſine approbatione, quæ non habet habilitatem iuris poſſidendi, uel iure poſſeſſa, uel perſona, uel in titulo, & iſta dicitur eſſe facti: quia remanet in puris terminis naturalibus, & appellatur detentatio à lege ſeu corporalis poſſeſſio, l. quod ſeruus. infra eodem. Alia eſt ſpecies poſſeſſionis approbata à iure in qua interueniunt habilitates prædictæ iuris, per quas producit effectus iuris, & iſta appellatur iuris, unde etiam per eam reſpondent multis fundamentis, quòd illa loquuntur de illa poſſeſſione antiqua, improbata quæ facti eſt. Sed alia loquuntur de poſſeſſione quæ præſens eſt, & à lege approbata.

158 Tertiò etiam præmittendum eſt, quòd omnes docto. qui tenent poſſeſſionem eſſe ius, conſentiunt quòd ad eam ſuſtinendam etiam uſus

ceſſarium, quòd interueniat operatio, & actus animi. ſed dicunt quòd hæc operatio & iſte actus non eſt de ſubſtantia, ſed eſt quoddam adminiculum ſeu ſuſtentaculum ipſius poſſeſſionis, cum poſſeſsio quàmuis ſit ius, nihilominus ſit ius debile, quod per ſe ſine ſubſtentaculo ſtare non poteſt. Vnde dicitur quòd poſſeſsio eſt uilis, & abiecta, l. ſi rem mobilem. infra eod. & l. prima. C. ſi de momentanea poſſeſsio. fuerit appellatum, & propter ea reſpondent ad multa fundamenta quæ demonſtrant poſſeſsionem faciliter extingui, & tamen cætera iura durare. nam dicunt quòd propter hoc non deſinunt eſſe iuris, ſed quòd eſt ius debile non uolens ſtare ſine ſubſtentaculo animi, nimirum ſi ceſsante animi operatione ceſsat etiã ipſum ius. Quæ tria præſuppoſita ſatis poſſunt ſuſtineri diſputatiuè propter auctoritatem docto. tamen in ueritate hæc duo ultima ſunt falſa. nam quòd poſseſsio propter approbationem efficiatur iuris, & incæperit eſse noua ſubſtantia ſeparata ab illa antiqua, in præcedenti uiginti fundamentis pro ratione communi falſum eſse clarè demonſtraui..

159 Similiter aliud aſsumptum,† quòd poſseſsio ſit ius debile, & non poſsit ſtare ſine animi operatione falſum eſt apparenter: quia ſi eſt ius potentiale prout conueniunt omnes, tale ius iam perfectum de per ſe ſtare poteſt, non poteſt adduci ratio, quòd ſit minoris efficatiæ quàm ſint cætera infinita iura potentialia. Vnde ſicut cætera infinita iura potentialia dicuntur per ſe ſtare ac durare de per ſe, & non indigent ſuſtentaculo animi, eodem modo nec etiam ius potentiale poſsidendi debet indigere ſuſtentaculo animi, ut ſine eo ſtare non poſſit, uel ſaltem quàmuis eſset debile, cum haberet formam, & requireret ſuſtentaculum, deberet ſublato ſuſtentaculo aliquid remanere, quãuis debile, ſicut puer ſine ſuſtentaculo nutricis aliquid remanet de per ſe, & non euaneſcit in totum. Propterea potentia inſiſtendi principaliter ab ipſo titulo inter partes interueniente cauſatum, qui titulus de per ſe durat ſine operatione animi, & tranſit ad hæredes, & de perſona in perſonam, ſine noua animi operatione: ergo etiam, & ipſa poſseſsio, ſi eſset ius deberet tranſire.

Præterea pro poſseſsione dantur multa remedia ut interdictum uti poſsidetis, interdictum utrobi in rebus immobilibus, & interdictum de ui, & ui armata, & alia ſimilia interdicta, quæ ſunt ius potentiale, & durant ſine animi operatione, & tranſeunt de perſona ad perſonam ſine animi ſuſtentaculo, uel aliquo alio interueniente facto, ergo & ipſa poſſeſsio quæ eſt cauſa eorum fortius deberet per ſe ſubſiſtere, & tranſire ſine aliquo ſuſtentaculo, & aliquo alio interueniente facto. ergo & ipſa poſseſsio quæ eſt cauſa eorum, fortius deberet tranſire, & per ſe ſubſiſtere: arg. auct. multo magis. C. de ſacro ſanct. eccleſ. Igitur cum hæc duo præmiſſa in quibus fundantur multæ reſponſiones ſint falſa, medullitus ueritatem conſiderando, apparet quòd in reſolutione non erunt attendendæ dictæ reſponſiones, licèt diſputatiuè poſsint ſuſtineri.

160 Quibus ſic præmiſsis, pro iſta opinione contra communem † quòd imò poſſeſsio ſit facti, adducitur primò tex. inf. ea. lege. §. adipiſcimur. ubi dicitur quòd infantes, & furioſi, & dormientes, non poſſunt incipere poſsidere, & poſteà dicitur pupilli cum tutoris auctoritate, ac furioſi, poſſunt incipere poſsidere. Tertiò additur quod pupilli habentes iudiciũ, poſſunt incipere poſsidere, ſine tutoris auctoritate, & aſsignatur ratio: quia ea res facti, & non iuris eſt: unde probatur ibi quòd poſſeſsio dicitur eſſe facti. Nam ſenſus eſt, ideò pupilli ſine tutoris auctoritate poſſunt incipere poſsidere: quia poſſeſsio facti eſt, & non iuris. Reſpondent communiter docto. quòd iſte tex. loquitur de appræhenſione quæ facti eſt, ſed non dicit quòd ipſa poſſeſsio acquiſita facti ſit, de qua nos diſputamus.

Sed replicatur quòd hæc reſponſio eſt falſa. ex eo: quia ibi non erat dubitatio de hoc facto appræhenſionis, an pupilli poſſent appræhendere rem ſine ſequela poſſeſsionis: quia hoc ad ſenſum ootorium erat, & iam deciſum quòd ipſi, & furioſi, & dormientes, poterant res appræhendere, & tenere eas ſicut aſinus Sellam. Vnde ſolum dubitatio erat ibi de appræhenſione cum ſequela poſſeſsionis, quæ hominibus conuenit, & utilis eſt, & cum dicatur quòd ipſi poſſunt incipere poſsidere: quia res facti eſt, demonſtratur quòd nedum appræhenſio, ſed & ipſa poſſeſsio per eam cauſata, tota facti eſt.

Præterea non eſt uerum quòd ibi dicatur de appræhenſione, ex eo: quia incipere poſsidere, eſt ſeparatum ab ipſa appræhenſione, & eſt effectus ab ea proueniens. Primò enim fit appræhenſio, & poſt eam appræhenſam quis incipit poſsidere inſiſtendo in re: unde hic dicitur quòd poſſeſsio eſt inſiſtentia rei, quàm quis naturaliter tenet, ita quòd præcedit ipſa tenuta rei poſſeſsionem, ſicut etiam traditio non eſt principium dominii, neque poſſeſsionis, ſed ea perfecta incipit poſſeſsio, ut tenuit etiam Ripa. ſupra in hac lege, & in rub. Igitur quum ille tex. dicat, quòd pupilli incipiunt poſsidere, apparet quòd loquitur de ipſa poſſeſsione ſeparata, non autem de apprehenſione, ergo & ratio ſubſequenter poſita, quòd ea res facti eſt, fuit de ipſa poſſeſsione, & non de appræhenſione, & per conſequens probat quòd poſſeſsio in ſubſtantia facti eſt.

Duplicatur per tenentes communem, quòd imò ille tex. non probat, ex eo: quia loquitur de poſſeſsione imperfecta. quæ appellatur informis, & non de poſſeſsione formata, de qua diſputamus. nam ſi pupillus acquirit poſſeſsio

nem ex

nem ex cauſa lucratiua, non erat dubium quòd poterat acquirere: quia poterat, & etiam ſtipulari, & acquirere obligationem, & actionem, & omnia alia iura ſine tutoris auctoritate. §. primo. inſti. de auctorita. tuto. & lege donatarum. C. eodem. unde ſolum dubitatio ibi erat de poſſeſſione, quæ acquiritur ex cauſa onoroſa, & cum prohibeatur pupillus acquirere, & obligari, ut dicto. §. primo. inſti. de aucto. tutó. deciditur, ſequitur quòd etiam poſſeſſio nihilominus acquiri poteſt, & intelligi de illa poſſeſſione informi, & improbata, quæ non producit effectus iuris, ne pupillus damnificetur, quæ poſſeſſio facti eſt, ut dictum fuit in ſecundo præmiſſo. ergo ille tex. probat extra terminos, de poſſeſſione formata, & probabili, & ſic non concludit contra communem. Quæ tamen duplicatio poteſt ſuſtineri diſputatiuè, tamen uerè eſt contra mentem Iuriſconſulti, qui intendebat loqui de uera, & approbata poſſeſſione, non de inutili, & reprobata: unde in reſolutione multum probat ille tex. pro hac opinione quòd ſit facti, niſi ſuſtinendo reſponſionem dicas, hunc intellectum ſuaderi per legē poſſeſſionem pupillum. infra eodem. quæ loquitur de poſſeſſione informi, quæ idem eſt cum detentatione, & dicetur infra in alio fundamento.

161 Secundò adducitur pro iſta opinione, tex. infra. in §. ſi uir uxori. ubi dicitur † quòd ſi uir donauit uxori fundum, quo caſu donatio eſt nulla, & dominium non poteſt tranſire in ipſam mulierem reſiſtente lege, de qua in lege prima. & per totum, ſupra de donatio. inter uir. & uxorem. nihilominus ſi uir tradat rem uxori, & recedat ab eius poſſeſſione, illa dicitur poſſidere, & cum poſſideat non poteſt lex impedire quin poſſideat, & aſſignatur ratio: quia res facti, iure ciuili infirmari non poteſt, & ſic poſſeſſio dicitur eſſe facti: nam lex bene potuit infirmare dominium, & impedire ne acquiratur: quia iuris eſt. ſed poſſeſſionem impedire non potuit ne acquiratur: quia illa facti eſt, ergo poſſeſſio eſt facti. Reſpondent communiter doctores, quòd ille tex. loquitur de appræhenſione, quæ ſecundum omnes facti eſt, & ita dixit Sozinus. ibi, quem communiter ſequuntur doctor. ſed non loquitur de ipſa poſſeſſione introducta in eſſe, de qua diſputamus.

Replicatur per alios quòd reſponſio eſt falſa: quia ibi non dicitur neque diſputatur de ipſa appræhenſione, ſed de ipſa poſſeſſione perfecta, dicit namque quòd poſſidet mulier, & non poteſt iure ciuili infirmari, & ſi mulier poſſidebat, ergo poſſeſſio erat introducta in eſſe, & ſic reſponſio de appræhenſione non eſt ad propoſitum. & ſi uis dicere, quòd ratio fuit de appræhenſione, licèt deciſio eſſet de poſſeſſione, ipſa redderetur inutilis: quia non concluderet de poſſeſſione, cum licèt appræhenſio eſſet facti, non concluderet quòd poſſeſſio ſi eſſet iuris non poſſet impediri: quia ſicut non obſtante appræhenſione lex potuit impedire dominii acquiſitionem ab ea proueniens, & longius; quia iuris eſt: ita non obſtante appræhenſione quæ eſt facti, lex potuiſſet impedire poſſeſſionem ab ea prouenientem, ſi iuris fuiſſet. ergo oportet dicere quòd reſpicit poſſeſſionem, & per conſequens concludit quòd poſſeſſio ſit facti.

Vnde duplicatur per aliquos Mod. ex mente Alcia. & Fortunii. in dicto. §. pactus ne peteret: quòd ille textus loquitur de poſſeſſione improbata à iure, quæ remanet in primis terminis naturalibus, & dicitur informis, & eſt facti: ſecus autem in poſseſſione formata, approbata, & recepta à iure, quæ iuris eſt, ut in ſecundo præmiſso. Et pro iſta opinione adducitur tex. in lege ſi eum. digeſt. de donation. inter uir. & uxor. quæ uult mulierem iure ciuili, non poſſidere, & ſi dicatur quòd imò etiam mulier ciuiliter poſſidet, & cum effectibus ciuilibus: quia datur interdictum de ui, & ui armata. lege prima. §. deiicitur. infra de ui, & ui armata. Reſpondetur quòd ſolum poſſidet ciuiliter, quando maritus non efficitur pauperior, quo caſu donatio ualet etiam quantum ad dominium. lege ſed & ſi. digeſt. de donation. inter uir. & uxor. & lege ſi uir. infra pro donato. non autem quando maritus efficitur pauperior, lege prima. §. inter uirum. eodem titulo. pro donato: quia tunc eſt reprobata à iure ciuili, & de dicta donatione reprobata, loquitur dictus. §. ſi uir. infra eodem. quæ reſponſio ſatis uidetur prima facie probabilis.

Tamen triplicari poteſt quòd imò illa poſſeſſio mulieris, non eſt reprobata in totum à iure ciuili, cum producat omnes effectus ciuiles, excepto iure uſucapiendi, ut in dicto. §. deiicitur. & argumen. §. commodum inſtitu. de interdict. ideirco non poteſt repudiari poſseſſio naturalis in totum, uel informis. Item textus in dicto. §. ſi inter uirum. dicit eam poſſidere, & ſic producere effectus iuris licèt non uſucapiat, & ſi eueniret quòd titulus aliqua ratione approbaretur, tunc ipſamet poſseſſio produceret uſucapionem, & per text. in lege non ſolum. §. prim. infra. de uſucapionibus. ut declarat Bartolus. infra. in diffinitione poſseſſionis ciuilis, & per conſequens non poteſt dici ex illa cauſa eſse facti, & eodem modo dicitur de pacto nudo, quod non eſt improbatum à iure ciuili, imò receptum, cum poſſit elidere obligationem, & actionem ciuilem, dicto. §. pactus. ac inducere exceptionem, & retentionem, l. iuriſgentium. §. igitur nuda. ff. de pact. & inducere compenſationem. l. etiam. de compenſationib. & hodiè etiam inducere actionem:

iure canonico . capi. primo . & tertio de pact. Vnde apparet quòd hæc reſponſio non dictur conueoire dicto . §. ſi uir, & cum loquatur de poſſeſſione recepta à iure, producenre ſaltem aliquos effectus ciuiles, non deberet eſſe facti cum nouam receperit ſormam, ſed cum textus dicat quòd eſt facti, ſimpliciter probat quòd poſſeſſio eſt facti iodiſtinctè, & certè ille textus multum ſtringit pro hac opinione, & ſolum poteſt diſputatiuè euitari : quia habet uarios intellectus, quos plenius referam, infra interpretando illum tex.

Tertiò adducitur pro iſta opinione, tex. in
162 lege cum hæredes . §. primo . infra eodem. † ubi dicitur quòd capti ab hoſtibus habent ius ſingulare, ut poſſint retinere iura ſua, tamen poſſeſſionem amittunt: quia cum ipſi poſſideantur, aliud poſſidere noo poſſunt, ergo probatur quòd licèt omnia iura per poſtliminium ſuſpendantur, & ſuſtineantur, tamen poſſeſſio ipſa non ſuſtinetur, ergo poſſeſſio non eſt inter iura : quia & ipſa ſuſtineretur, & per conſequens poſſeſſio eſt facti . §. ſed ſi ab hoſtibus . inſti. quibus mod. ſoluitur patria poteſtas . & lege in bello . §. factæ. infra de cap. Reſpondent communiter docto. ut hic per Peruſ. quòd ille tex. intelligitur de appræhenſione quæ facti eſt, quæ reſponſio nihil ualet: quia eſt extra propoſitum dicere de appræhenſione, quæ amplius non erat conſiderabilis ibi, cum captus jam plenè poſſidebat, & poſſeſſio erat in eſſe deducta . unde ſicut dominium rerum acquiſitum per ipſam appræhenſionem, ſeu traditionem ſuſtinetur, & ſuſpenditur per poſtliminium, debuiſſet etiam poſſeſſio ipſa poſt appræhenſionem quæſita ſi iuris eſſet, ſuſtineri, & ſuſpendi. ſed ibi dicitur quòd non ſuſpenditur, nec ſuſtinetur, ergo dicitur eſſe facti.

Vnde ſecundò reſpondetur, quòd loquitur de poſſeſſione informi quæ facti eſt, quæ etiam nihil ualet, attento quòd ibi tractatur de omni poſſeſſione, cum generaliter ille tex. loquatur de omnibus captis, & generaliter dicat poſſeſſionem non ſuſtineri, nullam dando reſtrictionem.

Quare tertiò reſpondetur fatendo contrarium : ſed tamen reſpoudetur aſſignando diuerſitatem rationis : quoniam omnia iura habent ſuam eſſentiam fortem, & poſſunt ſtare per ſe, ſine ſuſtentaculo animi : Poſſeſſio uerò eſt ius debile quòd non poteſt ſtare per ſe, ſed requirit ſuſtentaculum animi ad ſui conſeruationem, ideò ibi poſſeſſio amittitur : quia per captiuitatem deficit animus, per quem ſuſtinebatur poſſeſſio : quia animus non poteſt durare quando poſſidetur ab hoſtibus, ideò etiam corruit ipſa poſseſſio, Quæ reſponſio licèt diſputatiuè ſatis procedat, tamen in reſolutione non eſt uera nec renenda : quia nulla aſſignatur ratio diuerſitatis, quare ipſa poſſeſſi[illegible] ſit ius debile, & non poſſit ſtare ſine ſuſtentaculo animi, cum cætera iura etiam minima, & ab ipſa poſſeſſione cauſata, uel propter eam conceſſa ſtare poſſint, & ſuſtentantur ac retineantur. Idem ſaltem ipſum ius debile cum eſſet perfectum, deberet cum ſua debilitate ſuſtineri, & ſuſpendi, ſicut puer ſub lata nutrice ſuſtinetur. Ideò eſt neceſſarium dicere quòd ipſa poſseſſio non ſit ius ſeparatum ab animo, ſed dicatur eſse ſola operatio auimi, & in omnibus, & per omnia conſiſtere in animo, & eius operatione, quo ſublato, uel debilitato corruit in totum, unde ualde iſte tex. ſtrinxit contra communem.

Quartò inducitur tex. in l. deniquè. digeſt.
163 ex quibus cauſis maiores † ubi dicitur quòd uſucapiens ſi captus eſt ab hoſtibus, amittit poſſeſſionem, & reuerſus eam non recuperat : quia licèt cætera iura ſuſpendantur, & recuperentur poſtliminio, tamen ipſa poſseſſio non ſuſpenditur, nequè recuperatur : quia plurimum facti habet, & res facti in poſtliminio non continetur, ergo expreſsè probatur quòd ipſa poſseſſio facti eſt. Reſpondetur per doctores communiter quòd ille textus loquitur de appræhenſione quæ facti eſt, quæ reſponſio oihil ualet : quia & appræhenſio, & traditio rei in dominii acquiſitione eſt neceſſaria, & tamen nos uidemus quòd ipſum dominium poſtquàm fuit acquiſitum, ſine noua appræhenſione recuperatur, ergo & eadem ratione ipſa poſseſſio quæ iam erat quæſita, & erat ius formatum, ſecundum eos debuiſſet per poſtliminium recuperari, & cum non recuperetur, apparet quòd habet ſubſtantiam diuerſam à iuribus, ut clarè dicit ille textus.

Secundò reſpondetur quòd loquitur de poſſeſſione informi, quæ etiam nihil ualet : quoniam ille captus uſucapiebat, & habebat iam poſseſſionem formatam acquiſitam, quæ ſi iuris fuiſset, debuiſset ſicut cætera iura recuperari, & tanto fortius : quia interdicta, & remedia propter poſseſſionem data recuperantur. Vnde tertia datur reſponſio, quòd ideò non recuperatur poſseſſio : quia eſt ius debile quòd ſine ſuſtentaculo animi ſtare non poteſt ideò cum animus non recuperetur poſtliminio : quia facti eſt, ideò nec ipſa poſseſſio recuperari poteſt.

Sed tunc replicatur, quare poſſeſſio dicatur ius debile, cum cætera iura ſine animi ſuſtentaculo recuperentur, & per ſe ſubſiſtant, unde eſt refugium miſerorum dicere eſt ſpeciale in poſseſſione, quòd non poſſit ſuſtineri ſine auxilio animi, & non aſſignare ratiooem diuerſitatis, ut per gloſſ. in l. filium quem habentem. C. famil. herciſcundæ . Vnde uerus ſenſus illius tex. eſt, quòd poſseſſio habet plurimum facti, quoniam ſubſtantiam ſuam recipit à facto & ab operatione animi, & cũ tota conſiſtat in operatione animi, extinguitur per captiuitatem: quia

animus

animus quoquè extinguitur, & poſteà non recu
peratur poſtliminio: quia quæ conſiſtunt in ani
mo cum ſint facti recuperari non poſſunt poſtli
minio, & ſic iſte textus in dicto, & in ratione
urgentiſsimè ſtringit pro opinione contra com
munem.

Quintò inducitur tex. in l. in bello. §. factæ.
164 infra de captiu. † ubi uſucapiens captus fuit ab
hoſtibus, & dicitur quòd deſinit poſſidere:
quia hoc facti eſt, & quæ ſunt facti iure ciuili
impediri non poſſunt quin deſinant eſſe, ergo
poſſeſsio eſt facti, cum lex non potuit impe-
dire quin deſineret eſſe, cum cætera iura impe-
diat extingui, & per poſtliminium ea conſeruet
& ſuſpendeat. Reſpondent ſimiliter doctor.
quòd loquitur de appræhenſione quæ facti eſt,
quòd ineptum eſt dicere: quia appræhenſio in-
teruenit in acquiſitione, non autem in amiſſio-
ne, ut patet ad ſenſum, & tex. ibi dicit de a-
miſſione. Vnde ſecundò reſpondetur quòd
loquitur de poſſeſſione informi, quòd ſimili-
ter eſt ineptum: quia ille uſucapiebat, & uſu-
capio ſine poſſeſſione formata fieri non poteſt.
ideò tertiò conantur docto. recurrere ad refu-
gium miſerorum, quòd illud ideò ibi eſt: quia
poſſeſsio eſt ius debile, quod non poteſt ſuſti-
neri ſine animo, & cum per captiuitatem tol-
latur animus, etiam ipſa poſſeſsio tollitur.

Sed replicatur ut ſupra quòd oportet aſſi-
gnare rationem quare ſit ius debile, & cum cæ-
tera iura non amittantur neque etiam ea, quæ
à poſſeſſione proueniunt, uel propter poſſeſ-
ſionem conceduntur non amittantur, & ſuſti-
neantur, ipſa autem poſſeſsio amittatur, &
non ſuſtineatur, ideò neceſſarium eſt dicere,
quòd poſſeſsio in ſui ſubſtantia conſiſtit in o-
peratione animi continua, & cum animus ip-
ſe extinguatur per captiuitatem, neque ſuſti-
neatur per poſtliminium: quia facti eſt, eo-
dem modo, & ipſa poſſeſsio quæ tota in ani-
mo conſiſtit, & eius operatione facti eſt, & ſu-
ſtineri non poteſt, & concludit illa ratio:
quia res facti iure ciuili infirmari non poteſt,
quæ non poteſt adaptari niſi in ipſa poſſeſſio-
ne quæſita, & ſi eſſet ius etiam debile non poſ-
ſet uerificari: ideò etiam ille tex. cum ſua ra-
tione urgentiſsimè ſtringit.

165 Sextò adducitur tex. in lege prima. §. Scæ-
uola. infra ſi quis teſtam. lib. eſſe iuſs. fuer. †
ubi dicitur quòd iacente hæreditate furtum de
rebus hæreditariis fieri non poteſt: quia ipſæ
res non poſſidentur. nam licèt defunctus poſ-
ſideret, ipſa tamen hæreditas poſſidere non
poteſt: quia poſſeſsio facti eſt, & animi, ergo
textus expreſſè dicit quòd poſſeſsio eſt facti,
conſiſtens in animo, & hac ratione non poteſt
eſſe in hæreditate, & tamen in hæreditate om-
nia iura continentur, & ſi poſſeſsio iuris eſſet,
ipſa quoquè in hæreditate contineretur. Re-
ſpondent communiter doctores quòd ille tex.
loquitur de appræhenſione quæ facti eſt, non
autem de poſſeſſione; quæ reſponſio nihil ua-
let: quoniam iam defunctus appræhenderat
poſſeſſionem, & ipſa erat quæſita, & formata,
& ſicut dominium & cætera iura ex appræhen-
ſione quæſita, non obſtante illo principio
tranſeunt in hæreditatem iacentem, & per
eam ſuſtinentur, eodem modo, & ipſa poſ-
ſeſſio quæſita, ſi iuris eſſet deberet ſuſtine-
ri. Vnde ſecunda datur reſponſio, quòd lo-
quitur de poſſeſſione informi quæ facti eſt, &
animi.

Sed replicatur quòd nec etiam de ea poteſt
intelligi, quoniam loquitur generaliter de
omnibus defunctis, & omnibus hæreditati-
bus, qui tamen poterant habere poſſeſſionem
formatam, & cum textus generaliter dicat,
quòd poſſeſsio facti eſt, & animi, comprę-
hændit poſſeſſionem formatam, de qua prin-
cipaliter intelligebat ille textus. & cum di-
cat quòd facti eſt, & animi, dicit quoquè quòd
poſſeſsio formata facti eſt, & animi. Vnde ter
tiò doctores coguntur recurrere ad ſuum refu-
gium miſerorum, quòd poſſeſsio non tranſit
in hæreditatem: quia eſt ius debile requirens
adminiculum animi, & cum animus per mor-
tem extinguatur, extinguitur quoquè poſ-
ſeſſio. ſed tunc ipſi incurrunt in illud onus, ut
demonſtrare cogantur, quare poſſeſsio ſit ius
debile, & non poſſit ſtare ſine adminiculo a-
nimi, cum omnia minima iura etiam à poſ-
ſeſſione prouenientia, & propter eam con-
ceſſa, tranſeant in hæreditatem, & conſeruen-
tur per eam, & cum eſſet ſubſtantia de per ſe
non deberet per animum extingui: ſed ſaltem
remanere cum ſua debilitate. Igitur cum tex.
dicat, quòd poſſeſsio facti eſt, & animi, &
non tranſit in hæreditatem apertiſsimè de-
monſtrat quòd ipſa poſſeſsio in ſubſtantia fa-
cti eſt, & animi, & quòd ipſa conſiſtit in a-
nimo toto, & eius operatione, & cum defi-
ciat animus per mortem defuncti, ipſa tota
poſſeſsio neceſſariò corruit, & ſic ille textus
cum ſua ratione urgentiſsimè pro opinione
contra communem probat, & reſponſiones
quàmuis poſſint diſputatiuè ſuſtineri, tamen
uerè omnes falſæ ſunt.

166 Septimò inducitur textus in lege cum hæ-
redes. in principio. infra eodem. † ubi di-
citur, quòd adita hæreditate, omnia iura
defuncti tranſeunt in hæredem, poſſeſsio au-
tem ipſa non tranſit, niſi ſit appræhenſa actua-
liter per eum, ergo probatur quòd poſſeſ-
ſio non eſt iurium: quia ſi iuris eſſet tranſiret.
& ratio non eſt alia niſi: quia poſſeſsio facti
eſt, & animi, pro ut dixit textus. in dicto.
§. Scæuola. qui in fin. addidit, quòd poſſeſ-
ſio non tranſit in hæredem: quia illa cum eſ-
ſet facti, & animi non reperiebatur in hæredi-
tate, & hæreditas non poteſt transferre in hære
dem, quòd in ea continebatur, & ſic coniungen
do hæc duo iura probatur quòd poſſeſsio facti,

eſt & animi. Reſpondent docto. ut ſupra, quòd ideò non tranſit ad hæredes: quia requirit appræhenſionem quæ facti eſt, quod nihil eſt: quia tractatur de poſſeſſione appræhenſa à defuncto, & iam in eſſe deducta, & ſicut dominia prouenientia ab appræhenſione tranſeunt in hæredem, ita & ipſa poſſeſſio deberet tranſire.

Secunda datur reſponſio quòd loquitur de poſſeſſione informi, quæ facti eſt, & animi, quòd etiam nihil eſt: quia tractatur de poſſeſſione omnium defunctorum, qui plerunquè poſſeſſionem formatam habere præſumuntur, & tex. generaliter dicit quòd non tranſit. unde tertia datur reſponſio recurrendo ad ſuum refugium, quòd ideò non tranſit: quia poſſeſſio eſt ius debile quòd non poteſt ſtare ſine animo, & cum animus fuiſſet extinctus per mortem, poſſeſſio quoquè fuit extincta, ideò opus eſt inhærere nouo animo, & noua appræhenſione.

Sed replicatur ut ſupra quòd oportet aſſignare rationem quare dicatur ius debile, & non poſſit conſeruari ſine animo, & quare ſi habebat ſubſtantiam ſeparatam ab animo, ſaltem non deberet tranſire cum ſua debilitate in ipſum hæredem, ſicut tranſit ius generale poſſidendi, & appræhendendi. Vnde quarto modo reſpondebant, quòd ille textus retorquetur in contrarium: quia ſi excipit poſſeſſionem à iuribus, ergo & ipſa eſt ius: quia exceptio debet eſſe de regula, lege prima. cum materia. ff. de regul. iur. ut adducta fuit illa lex, ſextò loco pro communi opinione. Sed reſpondetur quòd hæc argumentatio non tenet: quia ibi non ponitur exceptio, ſed aduerſatio, ſicut ſi diceretur facta autem non tranſeunt, & exceptio quando ponitur uerbum excepto, uel uerbum niſi. Prætereà ibi refertur tota deciſio ad omnia bona defuncti in quibus erant iura, & multa alia, & cum exceptio fit de bonis defuncti, dicentur facta de regula. Prætereà ille tex. declaratur per dictum. §. Scæuola, qui dicit non tranſire: quia poſſeſſio facti eſt, & animi, & ſic apparet ratio ſeparans eam ab aliis iuribus, & propterea ille textus cum ratione dicti. §. Scæuola urgentiſſimè probat contra communem.

167 Octauò adducitur tex. in l. poſſeſſionem † pupillus. infra eodem. ubi dicitur quòd pupillus poteſt ſine tutoris auctoritate deſinere poſſidere: quia facti eſt, & quòd eſt facti pupillus amittere poteſt. Reſpondetur quòd probat contrarium: quia ſubiungit poſteà quòd poſſeſſio quæ in animo conſiſtit, non poſſit per eum amitti, unde uidetur dicere quòd ſolam corporalem poſſit amittere, ciuilem uerò, & habentem effectus ciuiles non poſſit. Replicari poteſt quòd ille tex. intelligit de utraque poſſeſſione, ut poſſit amittere quatenus conſiſtit in operatione animi: ſed dum dicit qu[illegible] non deſinit animo poſſidere, ſenſus eſt quòd ſibi non præiudicat, in iuribus prouenientibus ab ipſa poſſeſſione: quia licèt poſſit animo deſinere poſſidere, tamen effectus prouenientes ab ea non poteſt amittere, & ſic poſſeſſionem amittit: quia facti eſt, adhærentias uerò, quæ iuris ſunt amittere non poteſt, & ſic probat opinionem, tamen non poteſt tolli quin facilius poſſit euitari quàm alia præcedentia: quia dicit poſſeſſionem non poteſt amittere. Vnde uidetur quòd poſſit dari reſponſio conueniens, ut loquatur de poſſeſſione informi, quàm ipſe poteſt amittere, ſed poſſeſſionem formatam quæ iuris eſt ipſe amittere non poteſt.

168 Nonò inducitur tex. in l. tertia. §. primo. ſupra de bonorum poſſeſſio. ubi dicitur quòd bonorum poſſeſſio iuris eſt, & eſt poſſeſſio uniuerſitatis, & iuris, & differt à poſſeſſione rerum, & ſubdit textus iuris magis quàm corporis poſſeſſio intelligitur, non autem ut eſt poſſeſſio corporum. ergo poſſeſſio dicitur eſſe corporis, & in corpore conſiſtit. Reſpondetur per Peruſinos hic, quòd tex. intelligitur de appræhenſione quæ facti eſt.

Replicatur quòd non conuenit uerbis: quia loquitur de poſſeſſione in eſſe deducta, & deſtruit illum tex. qui loquitur de ſubſtantia poſſeſſionis, in bonorum poſſeſſione, & non de modo acquirendi, ergo eodem modo intelligitur de ipſa poſſeſſione, pro ut eſt deducta in eſſe, & tamen eam dicit eſſe corporis, & facti. Duplicari poteſt quòd loquitur de poſſeſſione corporali: quia dicit corporis poſſeſſio. Sed triplicatur quòd imò nihil facit. quia non dicit ibi quòd poſſeſſio ſit iuris uel facti in ſubſtantia, ſed dicitur de ſubiecto quod poſſidetur: nam dicit quòd per bonorum poſſeſſionem poſſidemus uniuerſale ipſius hæreditatis, & non res, per poſſeſſionem uerò corporum nos poſſidemus res ipſas corporales. unde determinat quòd bonorum poſſeſſio refertur ad ius incorporale, & uniuerſale quod poſſidetur, & proptereà differt à poſſeſſione rerum, ideò quantum ad propoſitum nihil facit.

169 Decimò adducitur le. naturaliter. §. nihil commune. infra eodem. † ubi uniuerſaliter dicitur quòd proprietas nihil habet commune cum poſſeſſione, ſed ſi eſſet iuris, haberet communionem in materia, & uniuerſalitas illa non eſſet uera, quòd eſt inconueniens, ergo ut ſit uera dicemus eam non eſſe iuris. Replicatur quòd illa uniuerſalitas non refertur ad ſubſtantiam poſſeſſionis, & proprietatis: ſed refertur ad modum agendi de quo loquitur ille textus. & alia actio datur pro proprietate, & alia pro poſſeſſione, & aliud eſt iudicium proprietatis, aliud iudicium poſſeſſionis, & quòd iſtæ lites ſe inuicem non tangunt: quia poteſt eſſe quòd unus ſit dominus, & nullo modo poſſideat, & alter poſſideat omni poſſeſſione, uel una, & alter nullo modo poſſideat,

deat, atq; etiam alter ſit dominus qui nec etiã poſſideat l. j. ff. uti poſſidetis. Ideò iſta duo iudicia ſe inuicem non tangunt, & nihil inter ſe commune habent, & in iſtis ſimilibus uerificatur illa uniuerſalitas, & ſic loquitur reſpectu effectum non ſubſtantiæ, cum imò conueniat, cum utrunquè ſit incorporale, ut ibi no. gloſſ. & doctores, & propterea uerè nec etiam iſte textus probat: quia tendit ad alium finem, unde iſtæ tres ultimę leges parum faciunt, & ſeptem primæ ſunt quæ ſtringunt, ultra quas doctores etiam addunt aliquas rationes urgentes.

170 Vnde undecimò pro iſta opinione adducitur prima ratio: † quia non amittuntur obliuione, etiam per quadraginta, & centum annos, lege omnes, & lege cum notiſſimi. C. de præſcriptio. 30. uel quadraginta annorum, cum præſcriptio. 30. uel quadraginta annorum ſit neceſſaria. non obſtante ignorantia ad extinguendum dominium, & ſi eſt mala fides etiam de iure canonico durant perpetuò, cum nulla detur præſcriptio ad extinguendum, & in caſu quo datur præſcriptio non extinguuntur in totum iura: quia directa remanent, licèt tollatur utile dominium l. ſi quis emptionis. §. primo. C. de præſcriptione longi temporis. ſed poſſeſſio amittitur obliuione decem annorum, ut no. in l. peregrè. inf. eo. & inſti. de uſucapio. §. quod expedititius, & l. prima. C. de ſerui. fug. ergo poſſeſſio non eſt ius, & per conſequens eſt facti. Reſpondetur quòd procedit in appræhenſione quæ nihil eſt, alii quòd loquitur in poſſeſſione informi, quæ etiam nihil eſt: quia de poſſeſſione quæſita dicitur in dicta l. peregrè. cum ſimilibus. Vnde tertia datur reſponſio recurrendo ad refugium, quòd ipſa poſſeſſio eſt ius debile, & quamuis facilius amittatur quàm cætera iura, tamen non probatur per hoc, quòd ipſa poſſeſſio ſit facti, cum non inconueniant quòd aliqua iura breuius amittantur quã reliqua, ut patet in actione de dolo, quæ durat per duos annos, actione redhibitoria quæ durat per ſex menſes, & alia ſimilia iura.

Sed replicatur quòd dicta iura extinguuntur alia ratione quàm per obliuionem, cum uel ex præſcriptione, uel ex natura expreſsè eis attributa, iura eis amittantur, & ibi ſumus in deciſione clara tribuente naturam talem iuribus, ſed non deciditur quòd aliquòd ius etiam minimum per obliuionem amittatur, & cum nos uideamus, quòd nullum ius per obliuionem amittatur, licèt certis modis finiri poſſit, ita nec poſſeſſio formata deberet per obliuionem omitti, cum non habeat alium finem à lege conceſſum, & propterea apparet, quòd hæc ratio fortiter urget, & cauſa differentiæ eſt: quia ipſa poſſeſſio cõſiſtit in animo, & eius operatione, qui animus cum ſua operatione extinguitur per obliuionem: quia in re ignorata amplius non operatur, unde & ipſa poſſeſſio extingui debet. Iura uerò alia non conſiſtunt in animo, ideò nec per deſinentiam animi extinguuntur. Et ſi dicatur debilitas iuris hoc operatur: quia non poteſt conſiſtere de per ſe ſine adminiculo animi. Duplicatur ut reddatur ratio quare hæc poſſeſſio ſit debilis, ut requirat animi ſuſtentaculum, cætera iura etiam minima per ſe ſubſiſtere poſſint, & cum adhuc nulla reddita fuerit ratio, hæc multum concludit.

171 Duodecimò facit ſecunda ratio: quia † poſſeſſio amittitur ſi res occupetur à mari, uel à flumine, lege Pomponius. infra eodem. & le. tertia. §. Labeo. & Nerua. infra eodem. & tamen iura per talem occupationem maris, & fluminis non amittuntur, ergo poſſeſſio facti eſt: quia non ſeruat naturam aliorum iurium. Et ratio differentiæ eſt: quia ipſa poſſeſſio conſiſtit in animo, & operatione animi, quæ in re occupata à flumine uel mari, propter impedimentum æquè non poteſt habere effectum, iura autem non conſiſtunt in animo: unde nõ impediuntur per immerſionem in aqua. Nec reſpõſio de appræhenſione quæ facti ſit, nequè de poſſeſſione informi facit ad propoſitum: Vnde datur illa reſponſio, quòd poſſeſſio eſt debile ius.

Sed tunc replicatur, ut reddatur ratio quare ſit debile ius, & propter immerſionem maris ſuffocetur, & cętera iura non ſuffocantur: propterea neceſſe eſt dicere quòd ipſa poſſeſſio tota conſiſtit in animo, & eius operatione, quæ per immerſionẽ in aqua impeditur, unde & ipſa corruit, iura autem non conſiſtunt in animo, propterea non impediuntur per immerſionem in aqua, & ideò ſi quis proiiciat res in mari, eas deſinit poſſidere, dominium autem earum, nequè actiones, nequè cætera iura amittere poteſt, & propterea ratio concludit, donec probetur quare poſſeſſio cum ſit ius, propter ſuam debilitatem requirat ſuſtentaculum animi, & quare eo ſublato nihil remaneat.

172 Decimotertiò probatur per tertiam rationem. † nam uidemus quòd omnia iura etiam uiliſſima, non amittuntur per uiolentiam factam in re, poſſeſſio autem amittitur: ſi enim aliquis inuadat prædia aliena in quibus exiſtunt armenta, per inuaſionem illam, priuat dominum poſſeſſione ſua, cui competit interdictum de ui, & ui armata, ut inſtit. ui bonorum raptorum. per totum, & lege prima. §. final. & lege ſi de fundo. cum multis ſimilibus. ff. de ui, & ui armata, & tamen ipſe non amittit dominium per hanc uiolentiam, cum non obſtante eã remaneat dominus cuiuſlibet minimæ pecudis, & ſi ſit uſufructuarius qui deiiciatur de poſſeſſione fundi, amittit ſuam naturalem poſſeſſionem, & competit ei interdictum, & tamen non amittit ius uſusfructus, dicta lege prima. §. final. & lege ſi defuncto. digeſt. de ui, & ui armata, & hoc idem eſt in re mobili, ut amittat tan-

tummodo poſſeſſionem, non autem iura, leg. rem quæ nobis.& l.ſi rem mobilem.inf eod.& l. quod ſi nolit.iufr.eo.& l.quod meo.§. fi.& l.pri. §.unde ui.& §.uti frui. ff.de ui, & ui arma. ubi datur interdictum recuperandæ, quod præſupponit priuationem, & differt ab interdicto retinendæ quod conſeruat retentionem, ergo cũ non habeat naturam ipſorum iurium, ſed naturam factorum, ſequitur quòd eſt facti. Reſpondetur per aliquos, negando quòd amittatur poſſeſſio ciuilis, & quòd ſolum amittitur corporalis uel naturalis, & ciuilis retinetur, & probant hanc reſponſionem per tex. in legẽ ſi quis ui. in principio. infra eodem. perinde haberi ac ſi poſſideat,ergo apparet quod iuris.

Sed replicatur quòd imò ille tex.probat contrarium: quia dicit perinde ac ſi poſſideret,ergo uerè non poſſidet: quia dictio perinde,denotat ſimilitudinem, ut inſti. quibus mod. re contrahitur obligatio. §.item ſi is,& nullum ſimile eſt idem, lege mercis. ff. de uerborum ſignificatione, uel ſaltem denotat fictionem, ut per Bar. in lege ſi is qui pro emptore. ff. de uſucapionibus. & fictio eſt contra ueritatem. unde fingitur habere ipſam, ſicut quilibet habens actionem ad rem.lege. qui actionem. ff. de regul. iur. ergo eam amittit, & per conſequens eſt facti, cum cætera iura non amittantur. Secundò reſpondetur per eoſdem, quòd deiectus à poſſeſſione tantummodo amittit poſſeſſionem informem ſeu naturalem, ciuilem autem poſſeſſionem retinet, & quantum ad iuris effectum, per dictum uerbum perinde, & lege non uidetur, infra eodem. ubi qui tenet rem quam debet reſtituere, non uidetur poſſidere, quàmuis interdictum recuperandæ detur. nam illud competit propter naturalem, non propter ciuilem, & confirmat per text. in lege ſi quis ui. §. differentia. infra. eodem. ubi ponitur differentia inter dominium, & poſſeſſionem in amittendo, ergo utrunque iuris eſt: quia ſi eſſet facti non fuiſſet opus inſiſtere ſuper illa diuerſitate.

Sed replicatur, negando deiectum, ciuiliter poſſidere, ut clarè probat tex. in lege clam poſſidere. §. qui ad nundinas. infra eodem. ubi iam dominus erat priuatus poſſeſſione naturali,& ſi poſteà non admittatur, amittit etiam ciuilem, ergo & ibi Sozinus,Bar. & omnes, uolunt quòd abſens retineat ciuilem, quam amittat poſteà ſi non admittatur, & facit etiam tex. in §. ſi quis nunci. & ubi ſi nunciatur domino quòd domus ſua eſt occupata, propter timorem amittit poſſeſſionem, & tamen erat ſola ciuilis, & idem probatur in l. ſi id quod. §. fi. infra eodem. ubi illa ciuilis ui accipitur, cum naturalis eſſet clam accepta, & facit tex. in lege prima. §. deiicitur. ff. de ui, & ui armata quòd etiam probatur: quia alioquin interdictum pro poſſeſſione ciuili, quod datur ad reſtituendam poſſeſſionem, non competeret propter uiolentiam: ſed ſolum deberet dari interdictum uti poſſidetis. Et ſi dicatur licèt amittat poſſeſſionem, tamen retinet iura poſſeſſionis propter quæ uidetur poſſidere. Reſpondetur quòd nec etiam hoc uerum eſt: quia imò, & iura amittit quæ ſibi reſtitui debent, ut dicit textus. in lege ſi quis ad ſe fundum, C. ad legem Iuliam de ui. ibi, iura amiſſæ poſſeſſionis reparentur.

Non obſtant contraria: quia loquuntur quantum ad fictionem illam generalem, de qua in lege qui actionem. infra de regul. iur. quæ dictam habentem actionem, ipſam rem habere uideri. Et confirmari poteſt per legem nemo. C. eodem. ubi uerè poſſidens ciuiliter propter litem motam, non uidetur perfectè poſſidere: quia uacillat, & dubitat ſuper iure poſſeſſionis, ergo tanto minus ſi deiiciatur. Ideò remanet quòd ratio concludit, iura non amittuntur,poſſeſſio amittitur per uiolentiam, ergo poſſeſſio eſt facti. & ratio aſſignatur:quia cum poſſeſſio conſiſtat in animo, & eius operatione, propter uiolentiam deficit animus, ergo etiam deficit poſſeſſio, ſed cætera iura per ſe ſubſiſtunt. Ideò propter defectum animi non amittuntur, neque in aliqua parte debilitantur, ideò oportet recurrere pro reſponſione ad illud refugium, quòd poſſeſſio eſt ius debile, quo caſu etiam habent onus probandi, quare ſit ius debile, & requirat ſuſtentaculum animi, & cætera iura non requirant.

173 Decimoquartò inducitur quarta ratio, † Poſſeſſio non tranſit de perſona ad perſonam etiã quòd res tradatur à poſſeſſore, alteri ex uoluntate domini, per legem quod meo.infra. ibi Claudius. & Sozinus.notant in uerbo deſinunt poſſidere; nam tradens deſinit poſſidere: quia deficit animus, & poſſeſſio in totum extinguitur, accipiens uerò incipit poſſidere, & nouam poſſeſſionem habere,quæ fundatur in animo ſuo, & tamen per traditionem dominium, & cætera iura, quæ erant in ipſo tradente tranſferuntur in accipientem, ut per Sozi. & etiam Claudium in l. Pomponius. §. primo. infra eodem. ubi Sozi. dicit eſſe communem.Simile eſt in moriente; nam poſſeſſio extinguitur per mortem: quia deficit eius animus, & non tranſit in hæreditatem, neque in hæredem, dicta l.prima. §. Scæuola. infra ſi quis teſtamento lib. eſſe iuſſ.fuerit. ſed eſt opus quòd hæres cum ſuo animo nouam ſibi poſſeſſionem acquirat, & tamen nos uidemus quòd omnia iura tranſeunt de perſona defuncti ad ipſum hæredem. lege cum hæredes. infra eodem. ergo ipſa poſſeſſio facti eſt; quia conſiſtit in ſolo animo, & eius operatione, quo extincto extinguitur, & facta quæ cohærent perſonæ non poſſunt in alium tranſire. §. ſed cum factum inſti.de ſtipulatio. ſeruorum. Reſpondetur ꝙ procedit quantum ad appræhenſionem. uel ſecundò quantum ad poſſeſſionem informem naturalem.

turalem. quæ reſponſiones non ualent: quoniã hæc regula procedir in omni poſſeſſione iam quęſita, Vnde terria datur reſponſio hoc eueni re: quia poſſeſſio eſt ius debile, requirens ſuſtentaculum animi, ideò corruit ſublato animo. cætera autem iura cum ſint fortiora non requirunt ſuſtentaculum animi: ſed tunc incurrit in laborem ſæpius dictum quòd debet demonſtrare quare poſſeſſio ſit ius debile, & hic opus hic labor eſt.

174 Decimo quintò adducitur alia ratio: † quia omnia quæ interueniunt in poſſeſſione ſunt facti. nam requiritur corpus quod eſt facti. Item appræhenſio ſimiliter quæ facti eſt, atque inſiſtentia & tenuta, ut in hoc tex. ibi, quam naturaliter tenet. Item & quartò requiritur animus qui eſt facti. l. bonæ fidei. ſupra titulo primo. ergo & ipſa poſſeſſio debet eſſe facti in ſubſtantia. licet habeat adhærentias iuris. Reſpondetur quòd ratio concludit contrarium: quia ex facto ius oritur, l. ſi ex plagis. §. ex cliuo capitolino. ff. ad l. Aquilam, & ideò Iacobus de Arena per hanc rationem probabar quòd erat ius, & per tex. in l. traditionibus. C. de pact. replicatur quòd ex facto ius oritur, quando lex diſponit quòd oriatur, alioquin ex facto factum oritur, ideò qui promiſit facere domũ, uel armarium, per ſuum factum producit factum, & ideò liberatur præſtando intereſſe, l. ſi quis ab alio. §. ſi. ff. de re iudica. ergo per dictam operationem animi producitur factum, non ius, ut ſuprà dixi repręhendendo rationẽ Iacobi, & ſi dicatur quòd res producta eſt iuris: quia eſt incorporalis, Reſponſum fuit ꝙ incorporalia non ſunt ius. Præterea ſi per operationem animi creatur poſſeſſio, ã qua poſſeſſione naſcantur poſteà iura, & ita procedere poterit obiectio.

175 Vnde ſecundò reſpondent aliqui † negando quòd animus ſir facti: quia incorporalis eſt, & probatur in l. poſſeſſio. §. primo ibi, non tam corporis quàm iuris, infra eo. & dicta l. prima. §. Scæuola. ibi, facti eſt, & animi, & l. pro hærede. ibi, facti eſt & animi, de acquirenda hæredita. nam copulatiua ponitur inter diuerſa, ut in rub. C. de iur. & facti. ignor. ergo animus nõ eſt facti. ſed reſpondetur quòd imò eſt facti dicta l. in bonæ fidei. & quia à natura eſt inductus & ipſa anima facti eſt, & non iuris, & omnia uitia facti ſunt. atque peccata ab animo deſcendentia facti ſunt. Non obſtat d. l. poſſeſſio, quia ſub corpore ibi compræhenditur animus, & utrunque ponitur ad differentiam iuris. Nec obſtant alia iura: quia in eis copulatiua ponitur inter genus & ſpeciem, ut in rub. C. de ſerui. & aqua. & ibi no. & eſt ſenſus quòd eſt facti & animi, qui animus facti eſt, ut no. in dicta rub. C. de ſerui. & aqua. cum igitur animus ſir facti, & omnes operationes animi ſint facti, ipſa autem poſſeſſio ſit operatio animi, & illa inſiſtentia, apparet quòd ipſa poſſeſſio debet eſſe facti. & ſic ratio multum urget. Ex quibus apparet, quòd articulus eſt diſputabilis, & quòd fundamenta utriuſquè partis poſſunt euitari, tamen ex reſponſionibus utriuſque partis demonſtratur, quòd omnes conſentiunt ius & factum interuenire in poſſeſſione, & quòd ſolum dubitant, an poſſeſſio ſit ius in ſubſtantia, & factum adhærens, uel factum in ſubſtantia & ius adhærens.

176 Propterea Areti. uolens cõcordare has duas opiniones, tenebat † unã aliã mediã dicẽs, ꝙ poſſeſſio eſt mixta, iuris & facti habẽs in ſui ſubſtãtia cõcurſũ, & iuris & facti æquè principaliter. Quam opinionem probat per tex. in l. poſſeſſio. infra. eodem in principio. dum dicir quòd plurimum ex iure mutuatur poſſeſſio. ergo primò eſt facti, & ſi poſteà mutuatur ius, intrinſecè recipit ius: quia mutuum transfert dominium, & ſic utrunquè in ſubſtantia æqualiter uenit. Idem dicitur in leg. denique ff. ex quibus cauſ. maiores. dum dicit quòd plurimum facti haber poſſeſſio. ergo prius habet ius in ſe, & poſtea recipit factum, & per conſequens æqualiter utrunque concurrit. Tertiò facir tex. in l. nemo. C. eo. dum dicit poſſeſſionis duplicem eſſe rationem, & uerbum ratio denotat ſubſtantiam propter uerbum conſiſtit quod ſubſequitur, ergo æqualiter in ſubſtantia utrunque concurrit. Quartò probat: quia in poſſeſſione retinenda requiritur animus, & animus eſt facti l. bonæ fidei. ſupra titulo primo & no. per Bar. in l. ſi is qui pro emptore. ff. de uſucapionib. & ius etiam interuenir pro ſubſtantia, ergo utrũque æqualiter. Quintò probat: quia ſi non eſſet mixtura facti, ſuſpenderetur per poſtliminium atque etiam recuperaretur, quod negatur in dicta l. deniq;, & etiã tranſiret in hæreditatem, dicta l. prima. §. Scæuola. infra ſi quis teſtamento. lib. eſſe iuſſus fuerit ac etiam tranſiret in hæredes. l. cum hæredes. infra eodem. cum eſſet opus quòd haberet naturam aliorum iurium, Hæc opinio uidetur multum applaudere auribus, & uidetur magis probabilis quã præcedentes, & quodammodo neceſſaria maximè: quia ſi poſſeſſio in ſubſtantia eſt iuris, & eſt ius debile, ut præſupponunt Docto. requirens ſuſtentaculum animi, ſublato ſuſtentaculo eſſer neceſſarium quòd ipſum ius remaneret cum ſua debilitate. ſed cum nos uideamus ꝙ ipſa poſſeſſio in totum extinguitur ſublato animo, uidetur neceſſariò quòd ſit animus etiam de ſubſtantia eſſentiali, ut eo ſublato totum mixtum debeat corruere.

177 Nihilominus his non obſtantibus † docto. ab utraquè parte huic opinioni contradicunt, & nullus eſt qui adhæreat perſiſtentes in opinione, ut uel tota in ſubſtantia ſit facti, uel tota ſit iuris, & non interueniat aliqua mixtura, ſed tu aduertas quòd hæc opinio Areti. poteſt conſiderari quatuor modis.

178 Et primò † quòd ipſe intendat hanc mixtu-

tam induci ex partibus alteratis, ut tertia ſpecies couſtituatur ſicut ex uino & mele mulſum conſtituitur, & ex duabus materiis fit noua ſpecies, iuxta. § cum ex aliena materia. inſti. de rerum diuiſio. & tunc opinio eius procedere non poteſt: quia contradicunt omnia iura ab utraque parte allegata, quæ dicunt uel eſſe ius in ſubſtantia, & quòd ius remaneat in ſua natura, uel eſſe factum in ſubſtantia, & quòd remaneat factum in ſua natura, & ſi eſſet unum mixtum opus eſſet quòd poſſeſſio non eſſet, nequè ius neque factum. ſed inſurgeret unum nouum ex partibus alteratis confectum, quod differret ab eis ſicut mulſum differt à uino, & mele, & non remanet neq; uinum neque mel, ſed tamen nos uidemus, quòd in poſſeſſione tria ſeparata concurrunt, ipſa habilitas rei poſſidentis, atque habilitas rei poſſeſſę, & titulus à iure inductus, atque etiam ipſa approbatio quantum ad retentionem, & ipſa inſiſtentia, & poſt eam effectuales effectus poſſeſſionis, qui durant in ſua ſubſtantia, & non alterantur per commixtionem, & propterea non poteſt effici unum nouum ex dictis partibus confectum. Nec obſtant iura in contrarium allegata: quia illa concordantur quoniam præſupponunt utrunque durare in ſua eſſentia.

179 Secundo modo poteſt intelligi hæc opinio † quòd ſint duæ qualitates aggregatæ & æquè principaliter interuenientes in ea, & adhuc hæc opinio ab utraquè parte reprobatur: quia duæ ſubſtantiæ aggregatæ non poſſunt facere unum indiuiduum: quia diffiniri non poſſet ſecundum philoſophos, & iura conſiderant quandam connexitatem, ac etiam duæ contrariæ ſubſtantię non poſſunt ſtare in eodem ſubiecto, l. ſi ancillam. ff. pro ſuo. nec ab eodem genere comprehenduntur in diffinitione, & per hanc rationem dicebat Iacobus Butrig. in. §. quædam. inſti. de actio impoſſibile eſſe reperiri actionem mixtam: quia repugnantia eſt, quòd una & eadem actio ſit realis, & perſonalis, ſicut non poteſt eſſe unum indiuiduum quod ſit homo & æquus, ſine alteratione, & imperfectione partium, & ita ceſſat leg. cum quæritur. ff. de ſtat. hominum. & tamen iura prædicta uolunt, tam iura quàm factum in poſſeſſione conſiderari, cum ſua integra natura.

Tertio modo poteſt intelligi quòd in ſubſtátia ſit facti, & ius ſit additamentum cohærens, uel in ſubſtantia ſit iuris & factum ſit additamentum cohærens, & tunc concordaret cum opinionibus prædictis, quæ præſupponunt utrúque concurrere: ſed tamen unum eſt principale & aliud adhærens, & tunc nihil noui adderet, & adhuc ſtarent argumenta ab utraque parte ſupra allegata.

Quarto modo poteſt intelligi iſta mixtura, quòd in ſubſtantia ſit facti, & ius addiderit quandam formam accidentalem alterantem eam ut niſi concurrant certæ habilitates, non poſſit poſſeſſio producere effectus ciuiles, & nõ ſit conſiderabilis in iure ſine eis, & eis concurrentibus producat effectus ciuiles, & tunc hæc opinio incidit etiam in præcedentes. nam ſi dicis quòd per formam mutauerit naturam ſuá, ut efficiatur iuris, pro ut tenebat Alcia. & tunc opinio non eſt uera: quia non poteſt lex per ſuam formam mutare ſubſtantiam actuum, ut ſupra dixi de teſtamentis, contractibus, actus iudiciariis, & multis ſimilibus, per. §. ſi uir uxori. infra eodem, & l. in bello. §. factæ. infra de capt. ſi uerò tenes quòd remaneat impropria ſubſtantia, & forma tantummodo faciat quòd non ſit con derabilis quantum ad effectus iuris, & tunc eſt eadem cum opinione quam ſupra firmaui & nihil noui addit. Ideò eius opinio inutilis remanet.

180 Tamen † Areti. non uidetur habuiſſe hanc intentionem: quia conſiderauit mixturam, & propterea concludas quòd hæc opinio, uel eſt eadem cum una ex præcedentibus, & tunc eſt inutilis & nihil noui addit, uel ſi uis quòd inducat alterationem in partibus, uel quòd partes æquales ſint in ſubiecto, tunc falſa eſt, & ab omnibus reprehenditur, & propterea de hac tertia opinione non eſt amplius fienda mentio.

181 Ideò † ſtat hucuſque articulus diſputabilis & tota difficultas cum ſuis fundamentis ab utraque parte uiget, ex quorum reſolutione & tanto diſcurſu, hanc utilitatem in practica conſecuti fuimus, quòd nos deuenimus ad cognitionem quomodo ius & factum capiantur in iure noſtro, & inuicem diſtinguantur, & à quibus principiis eorum eſſentia cognoſci poſſit, & ſpecialius etiam habuimus quomodo iura hominibus conceſſa, in eorum patrimonio diſtinguantur à facto, & quæ differentiæ inter ea interueniant, unde inferri poteſt ad infinitas quæſtiones de facto ſi in una diſpoſitione fiat mentio de iure, & in alia de re conſiſtente in facto, uel etiam in utraquè, quæ differentiæ ſint inter has res, & quales effectus ſequantur quòd ſint res & facti.

182 Rurſus etiam. ſi nos tenemus † quòd poſſeſſio iuris ſit ex prædicto diſcurſu, apparet in quot qualitatibus differat poſſeſſio ab aliis iuribus, & quòd de poſſeſſione quàmuis iuris ſit plerunque non poſsit argumentari ad alia iura, cum inter poſſeſſionem & cætera iura uiginti tres differentiæ & ultra conſtituantur. Primò etenim eſt differentia quòd ius poſſeſſionis eſt debile, & per ſe ſubſiſtere non poteſt ſine ſuſtentaculo animi, cætera autem iura de per ſe ſtare poſſint ſine ſuſtentaculo animi, & per eius deficientiam non corruant. Secunda eſt differentia, quòd cætera iura etiam quòd habeant adhærentiam non pereunt ſublato ſuſtentaculo: ſed cadunt & conſeruantur cum ſua debilitate, poſſeſſio uero ſublato animo nedum cadit, ſed in totum extinguitur. Tertia eſt differentia quòd dominium & cætera iura non re-

qui-

quirant operationem animi ſucceſſiuam, ad ſui conſeruationem, Poſſeſſio autem requirit continuam operationem animi, & ſucceſſiuam ut quocunque tempore ceſſet operatio animi, ceſſat & ipſa poſſeſſio, & tamen iura ab ea prouenientia uel remedia, ſeu interdicta propter eam introducta, neque requirunt animum, neque ceſſante ratione eius corruunt. Quarta eſt differentia: quia per captiuitatem, & omnia etiam minima iura quantuncunq; propter poſſeſſionem introducta, per captiuitatem nō amittuntur neque pereunt, ſed poſtliminio ſuſtinentur. Poſſeſſio uerò per captiuitatem amittitur, & perit in totum nec ſuſpenditur poſtliminio. l. cum hæredes. §. primo. ſupra eodem. Sexta eſt differentia: quia poſtliminium pertinent ad omnia iura, poſſeſſio autem ptopter rationem quòd eſt facti non continetur in poſtliminio dicta l. denique. Septima eſt differentia: quia omnia iura retinentur à captis ab hoſtibus ſuſpenſiuè, & non attenditur quòd ab aliis poſſideantur, etiam per poſſeſſionem, quę mutat ſtatum, & tamen poſſeſſio non poteſt haberi ab eo qui ab aliis poſſidetur, dicta l. cum hæredes. §. primo. Octaua eſt differentia ꝙ omnia iura per poſtliminium recuperantur etiam minima, & in præiudicium reuertentis. §. ſed ſi ab hoſtibus. inſti. quib. mod. ſolui. patria poteſtas. & tamen poſſeſſio ipſa recuperatur. Nona eſt differentia: quia omnia iura poſſunt per leges infirmari ut nihil ſint eis prohibentibus, poſſeſſio autē non poteſt per legē infirmari, ut nihil ſit, ſed eſſet opus fictione. §. ſi uir uxori. cum ibi no. Decima eſt differentia quòd iura omnia per mortem domini non extinguuntur, ſed conſeruantur in hæreditate, poſſeſſio autem extinguitur per mortem, & nō conſeruatur per hæreditatem, l. prima §. Scæuola. ff. ſi quis teſtam. lib. eſſe iuſſ. fuer. Vndecima eſt differentia: quia omnia iura adita hæreditate tranſeunt ad hæredes etiam propter cauſam poſſeſſionis inuenta; poſſeſſio autem ipſa non tranſit, dicta l. cum hæredes. infra eo. & dicto. §. Scæuola. in fi. Duodecima eſt differentia: quia omnia iura per obliuionem non amittuntur, etiam ex longiſſimo tempore, & etiam interueniente ignorantia. l. cum notiſſimi. & l. omnes. C. de præſcriptio. 30. annorum. & l. fi. C. de præſcriptio. longi tempo. & tamen poſſeſſio obliuione amittitur, ut no. in l. peregrè. infra eodem. & in §. ſed cum expedititiis. inſti. de uſucapionibus. Tertia decima eſt differentia: quia nullum ius per ſuffocationem maris, uel fluminis, extinguitur, uel alteratur: poſſeſſio autem amittitur, l. Pomponius. & l. 3. §. Labeo & Nerua. infra eod. Decima quarta eſt differentia: quia nullum ius in qualibet minima re, per uiolentiam illatam amittitur, neque alteratur, poſſeſſio autem ipſa amittitur, l. clam poſſidere. §. final. & l. 3. §. ſi quis nuntiet. infra eodem. Decima quinta eſt differentia: quia poſſeſſio non tranſit de perſona ad perſonam. leg. quod meo. & ibi no. infra eodem. & tamen omnia iura tranſeunt, l. traditionibus. C. de pact. & l. cum hæredes. infra eodem. Decima ſexta eſt differentia: quia per alium poſſeſſio acquiri, dominium autem per alium acquiri non poteſt, & cætera iura niſi mediante illa poſſeſſione, l. prima. C. per quas perſonas nobis acquiri poſſit. Decima ſeptima eſt differentia: quia pupillus nullum minimum ius amittere poteſt ſine tutoris auctoritate, poſſeſſionem autem amittere poteſt ſecundum diſtinctionem poſitam, in l. poſſeſſionem pupillum. infra eodem. Decima octaua eſt differentia: quia dominium & cætera iura amitti non poſſunt ex ſola uoluntate, poſſeſſio uerò ex hoc ſolo quòd dicit nolo poſſidere, deſinit. l. ſi quis ui. §. differentia. infra eodem. Vigeſima eſt differentia, quòd iura non cadunt in ſeruo, poſſeſſio autem ſaltem corporalis cadit, l. quod ſeruus. infra eodem. Vigeſima prima differētia eſt, quòd dominium retinetur ad utilitatem propriam, Poſſeſſio autem poteſt alteri uſucapionem producere. l. qui pignori. cum ſimi. infra eodem. Vigeſima ſecunda differentia eſt: quia colonus tradendo rem quam tenet etiam malo animo, non priuat dominum iure ſuo, ſed tradendo poſſeſſionē priuat l. 3. §. quod ſi ſeruus. infra eodem. Vigeſima tertia differentia eſt, quia iura tranſeunt de perſona ad perſonam, poſſeſſio uerò non tranſit, ſed incipit, & deſinit. §. adipiſcimur. infra eodē. & quàm plurimas alias differentias laborioſus indagator inuenire poterit, Ideò apparet quòd tantus labor in diſcuſſione nō fuit inutilis, ſed maximam utilitatem in practica afferre poteſt.

183 Reſolutiuè tamen loquendo mihi magis placet opinio ſecunda, † quòd poſſeſſio in ſui ſubſtantia ſit facti, & quòd iura acceſſerint pro adminiculo, confirmatione, approbatione, & reſtrictione, quæ probatur multum concludentet: quia pleraque fundamenta pro hac parte adducta reſoluuntur per illam ſolam rationem, quòd poſſeſſio ſit ius debile neque adducunt legem facientem mentionem de hac debilitate, neque quare hæc debilitas in ea potius quàm in aliis iuribus ſit inducta. Secundò etiam facit ratio urgens: quia ſi ius eſſet oporteret ſeruare naturam iurium, ſed nos uidemus quòd in omnibus habet naturam factorum, & recedit à natura iurium, ergo in tanta dubitatione cum nulla lex huc uſquè adducta fuerit quæ dicat poſſeſſionem ius eſſe, probabilius eſt dicere ꝙ ipſa poſſeſſio ſit facti, per dictum ueritatis: à fructibus eorum cognoſcetis eos, & naturale eſt & legale, ut unuſquiſque ſequatur naturam ſuam, ut homo faciat operationes hominis, bos bouis & equus equi. Tertiò etiam facit: quia uidemus quòd ſemper conſiſtit in operatione animi, & quòd deficiente operatione animi, corruit in totum ipſa poſſeſſio, ut nihil penitus de

ea remaneat. Vnde apparet quòd eſt mera animi operatio, & aſſimilatur omnibus aliis operationibus animi. Quare ego concludo quòd poſſeſſio in ſubſtantia ſit facti, & quòd ſua eſſentia conſiſtat in facto, & ſit ipſa animi inſiſtentia in re appræhenſa ſucceſſiua; nec per hoc quòd dicatur eſſe inſiſtentia ſucceſſiua, & animi operatio ſucceſſiua, dicitur eſſe in fieri: ſed dicitur eſſe in eſſe deducta, & perfecta, quando enim aliquis appræhendit poſſeſſionem, ingrediendo, uel occupando rem, creatur ipſa poſſeſſio perfecta in continenti, quæ poſteà conſeruatur ex ſucceſſiua operatione. Vnde illa operatio animi amplius non creat eam, ſed eã conſeruat & continuat, & operatione deficiente corruit, & ſi extra operationem aliquid eſſe conſideratur, non poterit eſſe ius: quia animus ius non creat, ſed eſt factum naturale, ſicut omnia uitia, & uirtutes, locutiones, uerba, & infinita alia ſimilia. Ab iſta autem poſſeſſione producuntur poſteà effectus iuris quos lex ipſa cõceſſit poſſidenti. ut quòd poſſit retinere & transferre onus probandi in aduerſarium, quòd poſſit facere fructus ſuos, l. ſequitur §. lanam, infra de uſucapionib. & §. ſi quis à non domino. inſti. de rerum diuiſione, ac quòd poſſit uſucapere, interuenientibus requiſitis aliis, à iure requiſitis, & pro conſeruatione conceſſa ſunt interdicta poſſeſſoria, l. prima. infra uti poſſidetis, & l. prima & per totum. infra de ui & ui arm. & inter dictum de aqua quotidiana. & æſtiua. & de itinere actuque priuato, & ſimiles alii infiniti effectus, de quibus habetur in §. commodum. inſti. de interdictis. ut tamen iſti effectus ſeqnerentur uoluit ipſa lex, quòd interueniret habilitas poſſidentis, ut quòd ab alio nõ poſſideretur, l. liber homo. §. fin. ſupra titulo primo. neque eſſet in poteſtate alterius, l. quod ſeruus. infra. eodem. & l. ſtipulatio. §. hi qui. ff. de uerborum obligationibus. Item uoluit quòd interueniret habilitas rei, & naturalis & ciuilis, l. qui uniuerſas. §. j. infra eodem, & l. Pomponius. inf. eo. atque etiam uoluit approbare ut animo retinerentur, & eſſet continua ad finem ut facilius poſſent ſequi prædicti effectus.

184 Taliter quòd in ſumma circa poſſeſſionem, in tribus ius ciuile geſſiſſet. Primò approbando & habilitando perſonam poſſidentis, uel eius perſonam habilitando, uel inhabilitando. Secundò approbando, uel reprobando rem & poſſeſſionem, & ipſam rem habilitando uel inhabilitando. Tertiò approbando ipſam poſſeſſionem, modum acquirendi & etiam retinendi tribuens, & faciendo quòd ſolo animo retineatur, ac conſeruetur quocunque eat poſſidens, propter communem utilitatem. Quartò omnibus dictis interuenientibus, conceſſit poſteà omnes ſuos effectus ciuiles ſupra dictos, & poſitos in. §. commodum. inſti. de interdictis, quæ tamen omnia ſunt adminicula, & acceſſiones ipſi poſſeſſioni, eam ueſtientes aureis ueſtimentis, ac diuitem reddentes, non tamen eius ſubſtantiam alterantes, ut dictum fuit.

Quibus ſic explanatis deueniendum eſt ad diffinitiones per docto. traditas. & Bar. hic refert quinque diffinitiones. Prima eſt Ioannis
185 †quòd poſſeſſio eſt ius rem ſibi detinendi, quã repræhendit Bar. & primo: quia dicit ius, cum iura uelint eſſe facti. Secundò: quia dicit rei: ſub quo termino comprehenduntur res incorporales, quæ poſſideri non poſſunt. Tertiò: quia dicit detinendi, ſub quo uerbo continetur detentatio nuda, quæ differt à poſſeſſione, & ſic diffinitur aliud quàm poſſeſſio, Vnde ſecunda dabatur per Azo. Poſſeſſio eſt ius quo quis rem ſibi uerè uel interpretatiuè ſibi habet, quam finaliter reprehendit Bar. ex dictis tribus: quia dicit ius, cum imò ſit facti. Item dicit rem, per quam comprehenduntur res incorporales quæ poſſideri non poſſunt. Item dicit habeat, quod uerbum comprehendit detentationem nudam dicta l. ſtipulatio. §. habere. infra de uerborum obligationibus. & hic diffinitur aliud quàm poſſeſſio. Vnde tertia datur diffinitio per Azo. quòd poſſeſſio ſit corporalis rei retentio, corporis & animi, & iuris adminiculo concurrente, quam uidetur approbare glo. dum eam probat, & defendit.

Et ei non obſtant illa tria oppoſita per Bar. quia dum dicit quòd eſt retentio, præſupponit quòd ſit res facti, & dũ dicit corporalis rei excluduntur res incorporales, dum poſteà adduntur alia uerba demonſtrantur ea, quæ ſunt de ſubſtantia ad ipſam poſſeſſionem retinendã & effectus ciuiles producendos, Et licet Dy. diceret quòd comprehendit poſſeſſionem, prout eſt in fieri, tamen uerè non comprehendit: quia uerbum retentio denotat poſſeſſionem iã quæſitã: quia res quæ non eſt apprehenſa non poteſt retineri, & illa uerba corporis & animi, & iuris adminiculo concurrente, licèt poſſint adaptari ad actum acquirendi, attamen etiam adaptantur ad poſſeſſionem quæſitam, in qua requiritur habilitatio perſonæ & rei, & approbatio legis ut poſſit animo retineri, ita quòd nihil uidetur ei obſtare, niſi unum quod ipſe Bar. oppoſuit poſteà dum determinauit quòd poſſeſſio ſit ius: ſed tenendo opinionem quam ſupra firmaui, illud non obſtaret. Vnde hæc diffinitio rectè omnia conſiderando poteſt eſſe bona & iuridicè ſuſtineri. Quartam poſteà addebat Iacobus de Rauen. qui dicebat quòd poſſeſſio eſt ius quæſitum ex corporali rei apprehenſione corporis & animi, & iuris adminiculo concurrente, quæ diffinitio differt ab illa Azo. quia dicit quòd eſt ius, & differt ab aliis duobus: quia dicit quòd eſt ius quæſitum, & ſic diffinitur poſſeſſio plenè quæſita ſecundum eũ, cum ius inſiſtendi, uel detinendi, non uidebatur denotare poſſeſſionem plenè quæſitam, cum uerbum detinendi uideatur eſſe operatiuum.

tamen

tamen eam reprehendit Bar. quia diffinit poſ-
ſeſſionem per ea, à quibus producitur poſſeſſio,
& res noo debet diffiniri per res à quibus pro-
ducitur: ſed prout eſt in ſubſtantia, in eſſe de
ducta, tamen ex alio nòn eſt bona: quia dicit
ius quæſitum, & uidetur comprehendere effe-
ctus poſſeſſionis, & ſic effectus poſſeſſionis
diffiniuntur pro ipſa poſſeſſione, quod non
debet eſſe.

Vnde Iacobus de Are. poſteà ponebat quin-
tam diffinitionem, dicens, quod poſſeſſio eſt
ius inſiſtendi rei, prouenienſ ex uera uel inter
pretatiua apprehenſione cum effectu poſſideu-
di rei non prohibitæ poſſideri, uacantis, uel à
poſſeſſore traditæ animo poſſeſſionis transfe-
rendæ. Quæ diffinitio differt à præcedenti:
quia dixit ius inſiſtendi, & non uidetur com-
prehendere effectus prouenièntes à poſſeſſione,
Conuenit poſteà in aliis uerbis: quia ponit ea,
à quibus producitur poſſeſſio, & ea plenius ex-
plicat, ut diffinitio uideatur longior. §. Callima
chus, & quando conſiderantur tot extrinſeca,
cum uiginti aliis uerbis, non potuiſſet perſui.
Et ideò Bar. eam reprehendit per illam ratio-
186 nem, †quia res non debet diffiniri per ea à qui
bus prouenit, ſed prout eſt in ſubſtantia, ſicut
phyſici diffiniunt hominem quod eſt animal ra
tionale, & mortale, & non dicunt unde proue
niat ponendo patrem & matrem cum copula
carnali, ideò ipſe poſuit ſextam diffinitionem
187 †quòd poſſeſſio eſt ius inſiſtendi rei non prohi
bitæ poſſideri, quam declarat: quia uerbum
ius ad differentiam detentationis quæ non eſt
poſſeſſio, & ad differentiam rei poſſeſſę, quæ ali
quando appellatur poſſeſſio. l. interdum. de uer
borum ſignificatione. & uerbum inſiſtendi, ad
differentiam uſufructus actionum, & aliorum
iurium potentialium, quæ ſunt uel ius utendi,
uel proſequendi, uel eundi, ſeu agendi, & uer
bum non prohibitæ poſſideri poſuit, propter
l. qui uniuerſas. §. primo. infra eodem, ut hic
latius per eum. Alex. uerò & Iaſ. hic & communi
ter docto. dicunt, quòd hæc diffinitio Bar. eſt
eadem cum diffinitione Ioannis: quia in utra-
que ponitur ius, in utraq; ponitur uerbũ rei, &
in utraq; ponitur uerbum detinendi, cum deti
nere & inſiſtere ſit idem, & uerba non prohi
bitę poſſideri ſuperflua ſunt, & non neceſſaria:
188 †quoniam in diffinitionibus non debet poni ha
bilitas ipſius rei, ſicut in diffinitione actionis
non dicitur de habilitate rei, neque in diffini-
tione obligationis, neque in diffinitione teſta
menti, & tamen, in omnibus iſtis requiritur ha
bilitas rei. §. non ſolum. inſti. de leg. & §. pri-
mo. inſti. de inutilibus ſtipulatio. alioquin
etiam eſſet neceſſarium, quòd apponeretur
habilitas perſonæ, & ideò in diffinitione te-
ſtamenti fieret mentio de teſtamenti factione
teſtatoris, & hæredis, quæ neceſſaria eſt. leg.
filius familias. ff. de teſtamen. & leg. ſi mi-
hi & tibi. §. regula. ff. de leg. primo. propte-
reà communiter docto. reſident cum diffinitio
ne Ioannis, & Bar. reiectis illis ultimis uerbis
non prohibitæ poſſideri.

Sed tunc obſtat eis illud obiectum, quòd poſ
ſeſſio ſit ius, ſed ipſi defendunt quòd uerior eſt
opinio, quòd poſſeſſio in ſubſtantia ſit ius, cum
proueniat ex apprehenſione quæ facti eſt, & ius
ex facto oritur. Secundò obſtat de uerbo rei,
quod comprehendit res incorporales, Sed re
ſpondebat Alexan. non eſſe inconueniens: quia
etiam res incorporales poſſidentur, l. quoties. ff.
de ſeruitutibus, & l. ſeruitutes. ff. de ſerui. ur-
bano. prædio. cum multis ſimilibus, quam ſalua
tionem reprehendit Ias. quia illa poſſeſſio eſt
impropria, & in diffinitionibus caſus impro-
prii non continentur: quia non habent totam
ſubſtantiam rei diffinitæ. Vnde ſecundò ipſe
& melius reſpondet, quòd contrarium tollitur
per uerbum inſiſtendi uel detinendi, quod non
conuenit rebus incorporalibus, & ideò per il-
lud uerbum excluduntur.

Tertiò poſteà obſtat uerbum detinẽdi, quod
uidetur complecti detentationem. Reſponde
bat Alexand. fatendo quòd detentatio ſit im-
propria poſſeſſio, quòd etiam reprehenditur
per Ias. quia caſus improprius non continetur
in diffinitione, & ſi dicatur imò eſt uera poſſeſ
ſio: quia eſt duplex detentatio, una quæ fit
propria auctoritate, alia quæ fit auctoritate iu
dicis, quæ dicitur eſſe ius, l. ſi finita. §. ſi quis
metu. ſupra de damno. infect. & ex ea cauſatur
pignus prætorium, quod eſt ius l. non eſt mirũ.
ff. de pigno. actio. & l. ij. C. de prætorio pigno.
cum ſimilibus. Vnde Sozi. reſpondebat quòd
licèt dicatur eſſe ius, tamen habet plurimum fa
cti, & cum non ſit ſimplex ius non continetur
in uerbis diffinitionis in qua ſimpliciter dici-
tur, quòd eſt ius inſiſtendi. Ias. uerò clarius re-
ſpondet negando quòd detentatio ſit ius ne-
que in parte, neque in tota, ſed tota dicitur eſſe
facti, ut declarat idemmet Bar. inf. in uerſ. quæ
ro quid. nn. xiij. Vbi reſpondet ad iura allegata,
quæ loquuntur de iure ſeparato à detentatione,
quod cauſatur per auctoritatem iudicis mitten
tis. & eſt uera ſolutio.

Iterùm opponit Sozi. de uſufructu, qui dici-
tur eſſe ius utendi, & per conſequens ius inſiſtẽ
di propter poſſeſſionem naturalem. ſed reſpon
det ipſe & bene, quòd in uſufructu ius inſiſten
di competit uſufructuario, propter poſſeſſio-
nem naturalem, non propter ius uſusfructus,
& propterea apparet quòd hucuſque diffinitio
Bar. & Iaſ. bona eſt, & communiter approbatur,
ſed tamen ultra docto. contra eam fortiter facit
189 ex eo: †quia terminus ius, poſitus in diffini-
tione, ſignificat potentiam iuris. & eſt ius po-
tentiale, prout fatetur ipſemet Bar, dum uoluit
quòd ius ponatur ad differentiam actionis uſuſ
fructus, & ſeruitutum, in quibus ius capitur
pro potentia, & exponitur pro potentia iuris.
ita ergo in diffinitione iſta capitur pro poten

tia, & exponitur, id eſt, potentia iuris inſiſten-
di, uel detinendi. Vnde ſequitur quòd poſſeſ
ſio, eſt potentia iuris inſiſtendi, & ſic diffinitur
potentia inſiſtendi ſeu poſſidendi. & per conſe-
quens diffinitur aliud, quàm poſſeſſio, cum
aliud ſit ius poſſidendi, aliud poſſeſſio, ſicut
aliud eſt ius perſequendi, aliud eſt ipſa perſecu
tio, & aliud ius utendi, & aliud ipſe uſus, &
aliud eſt ius teſtandi, & aliud teſtamentum;
& aliud eſt ius prohibendi, & alind prohibitio,
& aliud ius nunciandi, & alind ipſa nunciatio,
l. j. infra de remiſs.

Et eſt ratio apparens: quia potentia differt
ab actu, unde ſequitur quòd ius inſiſtendi po-
reſt eſſe antequàm quis poſſideat, & rempore
poſſeſſionis, & poſt poſſeſſionem amiſſam: nam
hæres inſtitutus adita hæreditate habet ius poſ
ſidendi, & ius inſiſtendi in rebus, id eſt, poten
tiam ipſam, cum poſſit propria anctoritate ap
prehendere poſſeſſionem rerũ hæreditariarũ,
l. fi. cum ibi no. C. de editt. diui Hadria. tollen:
& idem habebit legatarius quando teſtator ei
dedit poteſtatem capiendi propria auctorita-
te, iuxta tex. in l. Titia cum teſtamento. §. Lu
cius. ff. de leg. ij. & no. in rub: de leg. ſuper diſ-
finitione, & poſtquàm ipſe appræhendit poſ-
ſeſſionem, adhuc habet illam potentiam inſi-
ſtendi ultra poſſeſſionem, & ſi deiiciatur de
poſſeſſione, licèt eam amittat, tamen adhuc re
tinet ius inſiſtendi: quia poteſt petere per in-
terdictum eam ſibi reſtitui, l. ſi quis ui. in prin
cipio. infra eodem. & idem erit ſi per obliuio
nem amiſit poſſeſſionem, adhuc tamen ius poſ
ſidendi retinebit: quia iura non amittuntur per
obliuionem, ut ſupra uidimus, per quam con-
ſiderationem apparet, quòd ipſa ſubſtantia
poſſeſſionis non poteſt eſſe in iure; ſeu po-
tentia inſiſtendi, & eſt neceſſarium quòd ſit
in actu, & in eſſe deducta, & non in potentia.

Nec obſtat quòd actio ſit ius perſequendi,
& uſusfructus ius utendi: quia illa ſunt iura in-
corporalia, quæ acquiruntur antequàm actus
in executione ponatur, & ſunt propriè ipſa po
tentia faciendi, quæ differt ab ipſa perſecutio
ne poſteà in iudicio facta, & ſicut ipſa nun-
ciatio non poteſt dici ius nunciandi, & ipſa
prohibitio non poteſt dici ius prohibendi, di-
cta lege prima. infra de remiſſionibus. ita ip-
ſa poſſeſſio in eſſe deducta, non poteſt eſſe ip-
ſum ius inſiſtendi, & ille qui poſſidet habet
duo, & ipſam poſſeſſionem iam quæſitam quæ
eſt in actu, & ipſum ius poſſidendi, ſeu inſiſten
di quòd eſt in potentia. Simile eſt in teſtato-
re, qui ante teſtamentum habet teſtamenti fa-
ctionem, & tempore quo teſtatur eſt teſtamen
tum: & adhuc in eo eſt ipſa teſtamenti factio,
quæ eſt potentia poſt teſtamentum annullatum
adhuc durat ipſum ius teſtandi, ſeu teſtamenti
factio. Ideò concludendum eſt quòd diffinitio
docto. etiam tenendo eorum opinionem, quòd
poſſeſſio eſſet ius non poteſt procedere: quia
potentia poſſidendi neceſſariò debet eſſe ſem-
per ſeparata ab ipſa poſſeſſione; & in hoc do-
cto. multum æquiuocauerunt.

Secundò etiam contra diffinitionem facit
190 tex. † qui dicit naturaliter tenetur ab eo qui in
ſiſtit, ergo conſideratur actus inſiſtendi, & quod
de facto teneat non autem cõſideratur poten-
tia, quæ ſemper debet præcedere ipſam rem, &
ideò ſeruus non poteſt de facto poſſidere, quia
non habet potentiam iuris inſiſtendi, licèt ipſe
corpore teneat poſſeſſionem, l. quod ſeruus. inf.
eod. potentia enim facit ſolum, quòd ille actus
habetur in conſideratione à iure, & producat ef
fectus iuris non autem poteſt eſſe ipſe actus.
Quare Alcia. hic ponebat aliam opinionem, &
dicebat quòd poſſeſſio naturalis eſt facti, ciui-
lis, uerò eſt iuris, quoniam iura naturalia, & ea
quæ acceperunt formam à iure naturali ſunt fa
cti, iura uerò ciuilia, & ea quæ acceperunt for-
mam à iure ciuili iuris ſunt, l. ſi unus. §. pactus
ne peteret. ſupra de pactis. & l. nec ſeruus. ff. de
191 peculio. Vnde dicebar, † quòd poſſeſſio natura-
lis eſt inſiſtentia, poſſeſſio uerò ciuilis eſt uſus,
prout eã diffiniuit Iuriſconſultus, in l. quæſtio.
§. fi. inf. de uerbo. ſigni. dum dixit, ager eſt pro-
prietas rei. poſſeſſio uerò uſus eſt, & uſus iuris
eſt, ut inſti. de uſu, & habitatio per totum. ergo
poſſeſſio iuris eſt. Vnde poſſeſſio ciuilis dicetur
uſus. & naturalis poſſeſſio dicetur inſiſtentia.

Pro qua opinione ultra eum allegari poteſt
l. 3. infra de uſucapionib. ubi dicitur quòd uſu
capio. eſt per uſum capio, id eſt, per poſſeſſionẽ
capio, & per conſequens poſſeſſio eſt uſus. Sed
tamen hæc opinio in omni parte eſt falſa. Nam
primò dum dicit quòd ea quæ habent formam
à iure naturali facti ſunt, hoc falſum eſt. nam
obligatio naturalis iuris erit, tamen eſt de iu-
re naturali. Item ſeruitus eſt ius, & tamen de iu
re naturali, quinimo ſeruitutes prædiales ſecun
dum magis communem opinionem, dicuntur
eſſe de iure gentium, ut etiam ſentit Bar. infra,
& tamen iuris ſunt.

Præterea contractus qui habent formam à iu
re ciuili, dicuntur eſſe facti, ſecundum uerio-
rem opinionem ſupra traditam, ſimiliter hæc
diffinitio non eſt bona ex eo: quia dato quòd
eſſet uſus, tamen non continet alia ſubſtantialia
neceſſaria ad diffinitionem, & per uerbum uſus
denotatur quod eſt facti: quia licet uſus prout
eſt ſeruitus ſit iuris, tamen uſus pro ut eſt com
moditas eſt facti. & probatur in d. l. 3. de uſu-
capionibus. ubi capitur pro commoditate. Nam
ſeruitutes quę per ſe iuris ſunt, poſtquàm po-
nuntur in diffinitione alterius rei, capiuntur
pro commoditate, ut no. in l. prima. ff. de ſer-
ui. ruſti. prædio. nam iter & actus in diffinitione
uiæ, capiuntur pro commoditate, non pro ſer-
uitute, ut ibi notatur. & poſſeſſio non poteſt eſ
ſe uſus, pro ut eſt ſeruitus: quia ipſa non eſt
ſeruitus: ideò neceſſariò capitur pro commo-
ditate, & ſic probat contrarium quòd poſſeſ-

ſio ſit

ſio ſit facti. Item confunditur per illum tex. qui dicit, quòd poſſeſſio eſt in eo qui non habet rem, nec proprietatem, nec habere poteſt, quod eſt inconueniens. Ferretus hic alto ſupercilio omittere ſe dicit diffiuitionem poſſeſſionis ad exemplum Iuriſconſultorum, quaſi abſonum ſit diffinire terminos non diffinitos in legibus, & ſuam inertiam, & forſan ignorantiam excuſet hoc colore.

192 Quare ego omiſsis dictis docto. puto ita diffiniri † poſſeſſio eſt iuſta animi & corporis, ſeu animi tantum inſiſtentia ſucceſſiua, in re appræhenſa dicitur inſiſtentia: quia poſſeſſio in actu deducta & producta, eſt animi operatio inſiſtendo, ut probatur in hoc tex. Item dixi iuſta, ut complecterer omnia adminicula iuris, tam in perſona poſſidentis quàm rei poſſeſſæ, & approbatione iuris in modo retinendi, ad exemplum Iuriſconſulti in l. prima. ff. de teſtam. Item dixi ſucceſsiua: quia non eſt poſſeſſio niſi animus ſit poſſidendi ulterius, & proptereà oportet quòd inſiſtentia non ſit momentanea, ſed quòd poſteà etiam ſequatur operatio animi, per quam operationem ſucceſſiuam non dicitur poſſeſſio eſſe in fieri, ut arbitrantur aliqui, ſed dicitur iam facta continuari: quoniam ſtatim per primam inſiſtentiam, producitur tota in eſſe, & poſteà perſeuerando continuatur. Et per iſta uerba demonſtratur, quòd poſſeſſio eſt actus operatiuus animi, quæ operatio ſemper continuatur, ſicut aliæ operationes animæ noſtrę ſemper continuantur, & non dicuntur eſſe in fieri, ſed perfectæ extenduntur. Idem dicimus de fictione & præſumptione, quæ ſunt de operationibus legis, & non dicitur fictio in fieri: quia ſtatim in eſſe deducitur, ſed facta continuatur. Item dixi animi & corporis ſeu animi tantum: quia hæc inſiſtentia aliquando fit utroque concurrente, aliquando animo tantum, dicta l. licet. C. eod. & poſteà addidi in re appręhenſa, cum miniſterio, ut excludam deſideria hominum. Nam unuſquiſque uidens res uicini, & alterius, eas incipit deſiderare, & aliquando deſiderium eſt tam forte, quòd die & nocte nihil aliud cogitat niſi eam habere. Vnde dicitur animo inſiſtere ſucceſſiuè in dicta re. ſed tamen non dicitur eſſe poſſeſſio ex hoc ſolo deſiderio, ſed neceſſarium eſt quòd interueniat prius appræhenſio, qua facta tunc erit poſſeſſio magis ſubſtantialiter in eſſe deducta. Idem poteſt dici de iuuene deſiderante uxorem alienam: nam tantum eſt deſiderium, quòd in corde ſuo męchatus eſt, capitulo qui cupit. 32. quęſtio. 5. Ideò apparet quòd eſt inſiſtentia ſucceſſiua in ea die & nocte, tamen non dicitur eſſe poſſeſſio, niſi prius facta appræhenſione, & in hac additione defecit Bar. & communiter docto. pro ut nos ſtatim declarabimus.

Et hac de cauſa poſſeſſio dicitur incipere & deſinere: quia operatio animi incipit & deſinit, ut infra §. adipiſcimur, & l. poſſeſſionem pupillus. infra eodem. & licet iura aliquando dicãt quòd amittitur & acquiritur, ut patet in rub. & aliis iuribus, hęc uerba proferuntur: quia magis ad oculum conſiderantur, tamen hoc fit propter iura conſecutiua, uel dependentia de ea: quoniã ille qui poſſidet, ſtatim acquirit iura conſecutiua poſſeſſionis, & eos effectus, & finita poſſeſſione illa iura amittuntur, ut dicitur in l. ſi quis ad ſe fundum. C. ad l. Iuliam de ui. ibi, iura amiſſæ poſſeſſionis reſtaurantur & faciunt alia ſimilia iura allegata, quæ dicunt ius poſſeſſionis, quoniam habent reſpectum ad iura adhærentia, propter quæ poſſeſſio deſideratur: quoniam omne agens, agit propter finem, & finis eſt primus in intentione, & ultimus in executione ut no. in proœmio. digeſtorum & in proœmio Decretalium. & facit tex. in l. iiij. ff. ſi cer. petat.

193 Ne tamen per iſta uideantur docto. in uanum laboraſſe, † potes etiam concordando opiniones dicere, quòd omnes prædictæ diffinitiones redactæ ad bonum ſenſum poſſunt ſuſtineri. Quoniam in iure noſtro omnes actus tribus modis conſiderantur. Primò reſpectu potentiæ ſine qua non poſſet deduci actus. Secundò pro ut actualiter eſt in eſſe deductus. Tertiò reſpectu effectuum, qui ex eo ſequuntur, ſeu à lege conceduntur. Primo modo diffiniuit Bar. & Ioannes, dicentes quòd eſt ius detinendi ſeu inſiſtendi rei. Nam ipſi conſiderauerunt poſſeſſionem in potentia, pro ut ipſi poſſidentes habent hoc ius detinendi & inſiſtendi, tamen iſte modus non debet regulariter ſeruari ex eo: quia diffinitur illud quod eſt ſeparatum ab ipſo diffinito, & eſt ante ipſum diffinitum, cum ipſo diffinito, & poſt cum finitum, ideò etiam ius inſiſtendi & detinendi eſt ante poſſeſſionem appræhenſam, poſt eam appræhenſam, & durat etiam ea amiſſa ut declaraui ſupra ultrà alios.

194 Et proptereà † ut tollamus hanc inconuenientiam, neceſſarium eſt addere diffinitioni communi, tam Ioannis quàm Bar. hæc duo uerba in re legitimè apprehenſa: nam tunc hanc potentiam magis ad actum reducimus, & reſtringimus, ut non diffiniamus rem penitus ſeparatam à poſſeſſione, & dixi legitimè appræhenſa, non ut denotarem iuſtitiam, & includerem tantum iuſtam poſſeſsionem, ſed ut includerē habilitatem iuris, tam circa perſonas, quàm circa rem, & modum retinendi. Et ideò ſi tu uis tenere opinionem communem, quòd poſſeſſio ſit ius, eſt neceſſarium inuitis dentibus addere dicta uerba, & dicere, poſſeſsio eſt ius in re legitimè appræhenſa inſiſtendi, & tunc ſatis poterit tolerari, & concordabit cum tex. noſtro quo dicit, quæ naturaliter tenetur ab eo qui inſiſtit. Secundo modo capitur poſſeſſio pro ut eſt in actu quæ producitur interueniente potentia iuris, & tunc debet diffiniri, ut ego dixi, quòd poſſeſ

ſio eſt iuſta in re apprehenſa animi & corporis uel animi tantum inſiſtentia ſucceſſiua.

195 Tertio modo poteſt diffiniri reſpectu effectuum, conſiderando finem & utilitates poſſeſſionis, vt ſæpiſſime fit: quia omne agens agit propter finem. & tuoc debet diffiniri, quòd poſſeſſio eſt ius inſiſtendi, & retinendi, fructus percipiendi, ac cæteras utilitates à iure permiſſas ſuſcipiendi, à iuſta in re inſiſtentia proueniens, Et cum hac intentione diffiniuit Iacobus de Rauenna & Iacobus de Arena, & addidit proueniens à iuſta inſiſtentia ut excluderem dominium, & uſumfructum, & alia ſimilia iura quæ prædictas utilitates cauſant, quæ quoque iura poſſunt excludi, forſan propter uerbum inſiſtendi, quòd uidetur ex il la inſiſtentia cauſari.

Nec obſtat quòd effectus non ſolent poni in diffinitionibus, ut hic dicebat Bar. quia uerum eſt, tamen aliquando hoc fit propter maiorem declarationem, & ut acquieſcat animus eorum qui agunt propter finem. iſti tamen

196 † duo modi reſpectu p otentiæ & reſpectu effectuum ſunt improprii, tamen ut melius res intelligantur aliquando ſolent ſeruari in diffinitionibus. Verus tamen eſt modus diffiniendi, qui rem in eſſe deductam, & in actu exiſtentem pro ut ſeparatur à potentia, & ab effectibus diffiniuit, ut dicit hic Bar. quòd obſeruant phyſici, diffiniendo hominem quod eſt animal rationale & mortale, non dicendo quod eſt potentia ratiocinandi & moriendi, neque dicendo effectus qui producuntur ab homine & cum hac mea diffinitione, in effectu concordat diffinitio Azo. dum dixit, quòd eſt corporalis rei retentio animi & corporis, & iuris adminiculo concurrente. nam dum dicit quod eſt retentio, includit quod eſt inſiſtentia cum retentione. Vnde includit etiam quòd res ſit appræhenſa: quia non poſſent ſine appræhenſione retineri, & addit poſteà corporis & animi adminiculo, quæ idem inferunt quòd faciunt poſita in diffinitione mea, & dixit poſteà iuris adminiculo concurrente, quæ uerba ſignificant omne illud quod uolui compræhendere in uerbo iuſta, & ſic uides quòd hæ duæ diffinitiones conueniunt. Tamen illa quam ego tradidi eſt magis palpabilis, & propterea teneas quam uis, quoniam idem inferunt, ſicut faciebat diffinitio Bar. & Ioannis.

197 Nec mireris † quòd res pluribus modis diffiniatur, & diuerſis reſpectibus: quia hoc uidebimus etiam ſeruatum in diffinitione rei iudicatæ, ut per Abb. in rub. extra de re iudicata, & ego ponam in l. prima. infra eodem titulo. idem etiam ſeruatur in l. imperium. ubi dixi. ff. de iuriſdictione omnium iudicum. Idem ſeruatur per theologos & canoniſtas in diffinitione baptiſmi. nam quidam diffiniunt quòd baptiſmus eſt diffuſio gratiæ, & deletio peccati originalis per ablutionem aquę factam in nomine Trinitatis: Quæ diffinitio traditur per effectum: quia ille effectus immediatè ſequitur ex Baptiſmo, ſicut etiam ſeruatum fuit inſti. de tutelis. in principio. ubi tutela diffinitur per effectus. Secundo modo diffinitur baptiſmus quòd eſt caracter in anima infixus, per illam ablutionem aquę, & hoc modo diffiniebat Inno. ſicut & etiam ſacri ordines diffiniri poſſunt qui caracterem in animo clerici infigunt. Tertio modo diffinitur magis ad oculum corporis per modum deducendi, & tunc dicitur eſt ablutio aquæ factæ in nomine Domini Noſtri Ieſu Chriſti. & ita ibi glo. diffiniuit.

Quæ omnes diffinitiones approbantur per Abbatem, & Cardinalem: quia ſunt bonæ diuerſis reſpectibus, & habes ibi in propoſito tria exempla, de rebus incorporalibus quæ non ſunt ius. Nam baptiſmus, caracter, & ordines ſacri, incorporales ſunt, licet baptizantes, & baptizati uideantur, & tamen non dicuntur eſſe ius, & ſic uides quòd etiam in propoſito noſtro diffinitiones omnes docto. procedere poſſunt, quàmuis una magis propriè quàm alia, pro ut etiam conſiderauit Dy. licèt imperfectè concordauerit opiniones, & habes non eſſe inconueniens, quòd poſſeſſio ſit facti, & iuris: nam diffiniendo in eſſentia, & in actu, omnino facti eſt, ut Azo. & ego fecimus. diffiniendo uerò reſpectu potentiæ legalis, atque reſpectu effectuum, dicetur eſſe iuris, & utrunque poterit eſſe uerum. ſimilis deceptio fuit in leg. prima. ff. de appellationibus. nam Azo. dicebat quòd appellatio erat reciſio ſententiæ, & reciſio eſt effectus appellationis, & Gofred. dicebat quòd erat imploratio officii maioris indicis. Bart. dicebat quòd appellatio eſt ius, quo prima ſententia extinguitur, & Azo. & alii dicunt, quòd appellatio eſt prouocatio ad maiorem iudicem eius iuriſdictionem implorans, & hæc eſt uerior: quia diffinit ipſam appellationem in actu, & in eſſe deductam, prout eſt operatio animi ipſius prouocantis, & illa Bar. diffinit appellationem per effectum: quia iure mediante reſcinditur ſententia & toleratur: quia omne agens agit propter finem, Et alia Azo. eſt etiam bona qui dicebat, quod appellatio eſt reſciſio, quoniam conſiderabat effectum qui poſteà ſequitur per diffinitiuam iudicis, uel etiam quando iudex admiſit appellationem. oportet igitur qui uult impugnare diffinitiones, conſiderationes, & intentionem diffinientis, & ita poterit multas diffinitiones eodem tempore oppugnare, atque etiam ueras eſſe oſtendere, & non erit ſibi contrarius, & poterit ad libitum diſputationem ſuam extendere per multas horas, & dies.

198 Secũdo principaliter quęrit † Bar. quotuplex ſit poſſeſ-

poſſeſſio quam tractauit glo. infra in uerbo ait, & bene, quæ in effectu in propoſito refert duas opiniones. Vnam Azo. quòd poſſeſſio ſit unica naturalis, quæ plurimum à iure ciuili mutuatur, propter quam approbationem aſſumit qualitatem, quòd poſsit dici ciuilis, atque etiam habito reſpectu ad originem poſſit dici naturalis, & inter alia quæ aſſumit à iure ciuili, unum eſt ualde utile, quòd animo poſſit retineri, cum de iure naturali ſine interuentu corporis & animi retineri non poſſit, Ideò non ſine ratione dicitur, in leg. poſſeſſio quoque. infra eodem. quòd plurimum ex iure mutuatur, & poſteà additur quòd nondum corporis, ſed iuris eſt, & in leg. denique. ex quibus cauſis maiores. dicitur quòd plurimum facti habet: ita quod demonſtratur quòd eadem poſſeſſio has diuerſas qualitates aſſumi.

Simile eſt de actione prætoria, quæ poteſt dici ciuilis per extenſionem, l. electio. §. primo. cum glo. in uer. prætoria. ff. de noxalibus actio. & actio directa appellatur noxalis, ſi efficiatur ſeruus. §. omnis. inſti. de actionib. Vnde per quandam conſiderationem accidentalem dicitur ciuilis, & à lege inducta, iuxta l. lege obuenire. ff. de uerb. ſignification. Vnde ſequitur quòd eadem poſſeſſio retinetur ciuiliter, & naturaliter: nam ſi corpore inſiſtit naturaliter tenetur, ſi uerò animo tantum inſiſtit ciuiliter tenetur, utroque tamen caſu ſomentatur à iure: quia etiam oaturalis retinetur animo. leg. 3. §. unde ui. infra de ui & ui arm. & dicta l. poſsidere, §. qui ad nundinas. quando reuerſus non fuit admiſſus, & habet interdicta poſſeſſoria. l. prima. §. ſi. infra uti poſsidetis. & quando abſens eſt retinet poſſeſſionem ciuiliter, & ingreſſus eandem poſſeſſionem acquirit & retinet naturaliter: quoniam diuerſis reſpectibus, & ad diuerſos fines duo poſſunt in ſolidum poſsidere: ſed eodem reſpectu & ad eundem finem duo non poſſunt in ſolidum poſſidere, & ita intelligitur tex. in l. 3. §. e coorrariò. infra eodem.

Ioannes uerò uolebat quòd eſſent duæ poſſeſſiones, ſpecie diſtinctæ, & eſſentiam ſeparatam habentes, non autem ꝙ eſſent duę qualitates in una, & ꝙ una eſſet ſpecies naturalis appellata, quæ animo & corpore acquiritur, & animo & corpore retinetur, leg. 3. iuncta leg. quemadmodum. infra eodem, & alia eſſet ſpecies diſtincta, quæ appellatur ciuilis & corpore & animo acquiritur, ſicut naturalis tamen poſteà ſolo animò retinetur, & ſolo animo amittitur quas duas ſpecies in effectu diſtinguebat ex modo retinendi, ut naturalis eſſet quæ per ſolum interuentum corporis retineri poſſet, ita quòd diſcedendo amitteret eam, & abſens illam habere non poſſit, ciuilis uerò retineatur ſolo animo, ſine corpore, ita quòd abſens etiam ex longiſſima diſtantia, ſemper res ſuas poſſidere poſſit, quæ inuentio fuit tantæ utilitatis, & tanti effectus, quòd Ioannes arbitratus fuit nouam ſpeciem conſtitui, & tunc leges omnes concordantur, quæ uario modo poſſideri poſſe dicunt atque retineri. Et pro ſua opinione ultra iura infra alleganda adducebat legem clam poſſidere. §. qui ad nundinas. coniuncta leg. tertia. §. è contrario. infra eodem. nam in. §. è contrariò, dicitur quòd duo non poſſunt in ſolidum poſſidere cum illud quod ego teneo, tu tenere non poſſis, & addit in fine, in eo loco quo ſto, tu ſtare non potes, neque in quo ſedeo, tu ſedere non potes, & tamen in dicto. §. qui ad nundinas. abſens poſsidet, & ingrediens quoque æqualiter poſſidet, ergo diuerſis poſſeſſionibus. nam de diuerſis qualitatibus non uidetur quòd bene poſſint concordari dicta iura, ut hic latius per eum.

Bar. uerò refert fundamenta Azo. & poſteà fundamenta Ioannis, cum reſponſionibus eorum, & addit etiam aliqua iura pro opinione Ioannis allegata, quibus ipſe reſpondet dicens, quòd procedunt in detentatione, non in poſſeſſione, & poſteà reiecta utraque opinione ipſe poſuit ſuam tertiam, de qua infra dicemus. Et ex eius dictis colliguntur tres opiniones circa iſtam quæſtionem, quotuplex ſit poſſeſſio, una Azo. quòd ſit unica habens diuerſas qualitates, Alia Ioannis quòd ſit duplex, ciuilis & naturalis, aſſumens eſſentiam à modo retinendi; Tertia Bar. quòd ſit triplex, ſumendo eſſentiam à diuerſitate effectuum, non à modo retinendi. ſuper quibus eſt inſiſtendum, ſigillatim referendo eorum fundamenta ut ueritatem inuenire poſſimus.

Prima eſt igitur opinio Azo. quòd ſit unica poſſeſsio quæ fuit etiam Placentini, & eam tenet glo. in l. licet. C. eodem. & l. ſi ut certo. §. ſi duobus uehiculum. ſupra commod. & ſequitur Bexuti. Iacob. de Puteo. Sozi. Rip. & Alcia.

199 Pro qua opinione † primò adducitur rubrica noſtra cum tota hac lege, & omnes aliæ leges ultra ducentum, quæ appellant poſſeſſionem in numero ſingulari, & in ſpecie hoc principium noſtrum quod eſſentiam eius deduxit, ergo unica eſt cum numerus ſingularis non uerificetur in pluribus. Sed tenentes contrariam partem reſpondent, quòd dictæ leges capiunt poſſeſſionem in genere, quæ tamen poſteà recipit diuiſionem in ſuas ſpecies, & eodem modo capitur in hoc principio, ſicut uidemus quòd actio diffinitur in numero ſingulari, & tamen habet plures ſpecies, ut inſti. de actio. in principio. coniunctis. §. ſequentibus. uſque ad finem. Et obligatio diffinitur in genere, in numero ſingulari, & tamen poſteà recipit multas diuiſiones, ut inſti. de obligatio.

per totum, cum ſequentibus. & idem dicitur de electione & de conſuetudine, & per Ioannem Andr. in rubrica. extra de teſtibus, ubi Abb.

Secundò pro iſta opinione facit: quia poſſeſſio ciuilis non poteſt eſſe diſtincta ſpecie ſubſtantiali: quia ipſa dicitur à pedibus, uel à ſedibus, & ab actu corporali, ut hic in tex. quæ ſubſtantia non poteſt conuenire ciuili, ergo non eſt poſſeſſio diſtincta: argumen. leg. iiij. §. toties. ff. de damn. infect. Sed reſpondetur quòd imò includitur ſub etymologia: quia illa uerba ſedibus, uel etiam pedibus, intelliguntur ciuiliter pro toto corpore, & ideò implicatur animus etiam poſſidendi, ſeu cum quo poſſidetur. dicto. §. ſi iuſſerim. ut ſupra ſæpius dixi, ergo poteſt eſſe ſpecies diſtincta & ſub genere contenta.

Tertiò adducitur tex. in l. licet. C. eodem. ubi eadem poſſeſsio quæ non poteſt acquiri nudo animo, retinetur animo, & additur dictio tamen, quæ eſt aduerſatiua cum repetitione præcedentium qualitatum. Bar. in l. omnes populi. in 10. colum. ff. de iuſti. & iur. & Alexand. in l. filius à patre. colum. pen. de lib. & poſthum. Item oratio ſequens eſt imperfecta, & per conſequens ſuppletur à prima, l. ſi ſeruus plurium. §. fin. ff. de leg. primo. Bar. in leg. Seio. §. Caio. ff. de fund. inſtruct. ergo una eſt tantum, & corpore acquiritur, & animo retinetur. Reſpondetur ſecundum docto. quòd intelligitur in primo dicto de poſſeſſione in genere, & in ſecunda de ciuili in ſpecie, ut ſit ſenſus, licet omnis poſſeſſio, ſeu nulla poſſeſſio poſſit acquiri nudo animo, tamen aliqua eſt quæ poteſt retineri ſolo animo, & nihil de prædictis repugnat. Secundò ultra Docto. reſpondetur, quòd ille tex. loquitur de ſola ciuili, nam ciuilis non poteſt nudo animo acquiri, & tamen poteſt animo. Tertiò probatur per tex. in dicto. §. qui ad nundinas, ubi ingrediens fundum abſente domino primu poſſidet clam, & ſi non admittit reuertentem, incipit poſſidere ui, & non clam, & ſic præſupponit quòd iſtæ qualitates ui uel clã poſſidere, non poſſunt concurrere in eodem homine ex eo: quia eſt una poſſeſſio, & in eodem ſubiecto non cadunt contrariæ qualitates. l. ſi ancillam. infra pro ſuo. & ſi eſſent duæ poſſeſſiones, ille poſſet poſſidere ui. & clam eodem tempore diuerſis reſpectibus. Sed reſpondetur ſecundum glo. ibi quòd imò illæ qualitates concurrunt in eadem perſona: quoniam ingrediens primò poſſidet clam, & ſi poſteà non admiſit reuertentem adhuc remanet poſſeſſor clandeſtinus. & incipit poſteà poſſidere ui, & cum uiolenta poſſeſſio potentior ſit clandeſtina, tex. dicit quòd poſſidet ui tanquam præualeat, & tex. ibi loquitur comparatiuè, quaſi dicat magis ui quàm clam poſſidet. Secundò poſſet dici quòd poſſeſſio ciuilis abſorbet ſibi naturalem: quia illa amittitur ſolo corpore, quando concurrit cum ciuili, merito poterit dici ſolum uiolenta, & teneri alius intellectus illius textus, & ſic non probatur.

Quartò pro iſta opinione Sozi. hic adducit tex. in leg. prima. §. ſiue autem. infra de ni &
200 ui ar. † Vbi datur interdictum ſpoliato, ſiue animo ſiue corpore poſſideret, & poſteà in fine additur, ademiſti enim ei poſſeſſionem quã animo retinebat, etſi non corpore. Vnde apparet quòd poſſeſſio, quæ retinetur animo, eſt eadem cum ea, quæ retinetur corpore, ergo unica. Quod etiam confirmat hic Rip. quia ibi animo poſſidens ſi non admittatur, dicitur deiectus per uim. quomodo ergo poſſeſſio per non admiſſionem efficeretur uiolenta, ſi naturalis non eſſet, uel aliter deiecto à poſſeſſione quam animo retinebat, competit interdictum unde ui. Sed per interdictum recuperat naturalẽ & non ciuilem, ergo amiſſa erat naturalis, & tamen tex. dicit ꝙ animo retinebatur. Sed reſponderi poteſt ꝙ ille tex. loquitur de ſola ciuili, quæ poteſt iuridicè retineri corpore & animo, & animo tantũ ex eo: quia non poteſt acquiri niſi cum corpore, & ceſſant omnes ponderationes: quia eadem eſt. Secundò reſponderi poteſt, quòd quando dicit ſiue corpore, ſiue animo, ſe refert ad diuerſas ſpecies poſſeſsionis, in quibus ſeruatur hæc diſtinctio, quòd in una præualeat animus, & in alia præualeat corpus. ideò uoluit dicere tex. quòd ſiue deiectus ſit à poſſeſsione quam corpore retinebat, ſiue ab illa poſſeſsione quæ animo retinetur competit illud interdictum, ut demonſtrat generalitatem illius interdicti, quod datur tam pro poſſeſſione naturali, quàm pro poſſeſſione ciuili. Et cum dubitatio eueniret an competeret pro poſſeſſione ciuili, quaſi uerbum deiicere ei non conueniret, determinauit quòd pro utraque poteſt competere, cum uerè in utraque uideatur deiectus. Vnde ſubdit poſteà ille tex. ademiſti enim poſſeſſionem. quam licet non corpore, ſed animo retinebat, id eſt, illam poſſeſſionem quam animo ſolo retinebat, Et ad illationem Sozini de diuerſis perſonis reſpondetur, quòd non procedit quando in eadem oratione non eſt contrarietas naturalis, cum ſit unus homo in diuerſis poſſeſsionibus, & contrarietas naturalis tunc eſt quando duo homines eodem loco ſimul in ſolidum eſſe non poſſunt, dicto. §. è contrario.

Quintò inducitur per eundem Sozi. l. qui bona. §. primo. infra eodem, ibi, corpore & animo poſſeſſioni incumbens, qui tex. comprehendit utranquè poſſeſſionem, & tamen loquitur in numero ſingulari. ergo præſupponit unicam eſſe, nec dicatur ꝙ loquitur de poſſeſſione in genere: quia poſſeſsio in genere diffinitur. ſed non repetitur. Bal. in rub. C. qui admitt.

Reſpon-

Reſpondet Hermano. quòd loquitur de poſſeſ-
ſione indefinitè, quæ æquipollet uniuerſali, quæ
non tollit totum contrarium, ideò tu dicas
quòd loquitur de omni poſſeſſione in genere:
quia illa uerba corpore & animo, intelligun-
tur uel animo uel corpore, cum etiam animo
ſolo poſſidens, ſi uellet poſſet deſerere poſſeſ-
ſionem, & acquirere eam ex alia cauſa, ut ibi
dicitur.

Nec obſtat quòd non reperiatur poſſeſſio in
genere: quia uerum eſt quando eſt in indiuiduo.
ſed ibi loquitur de incumbente in genere, & ue
rificatur in omnibus incumbentibus, ſiue incū-
bat in poſſeſſione naturali, ſiue in poſſeſſionē
ciuili, ergo etiam poterit intelligi de poſſeſſio
ne in genere. Præterea poteſt dici quòd quan-
do quis uult mutare cauſam poſſeſſionis, ſiue
ſit naturalis ſiue ſit ciuilis, eſt neceſſarium
quòd incumbat animo & corpore, & quòd po
ſteà diſcedat animo & corpore à re, & iterum
ingrediatur corpore & animo, & ſic ponitur
forma quæ ſeruanda eſt in quacunque poſſeſ-
ſione. Et deciſio procedit in quacunque poſ-
ſeſſione, cum illa qualitas æqualiter in qua-
cunque poſſeſſione interuenire debeat, & ſic
non concludit.

201 Sextò inducitur †per eundem Sozi. l. 3. § ge-
nera. infra eodem. ubi dicitur eſſe unicum ge-
nus poſſeſſionis, præſupponendo quòd genus
ſecundum legiſtas capitur pro ſpecie logicali,
unde homo qui eſt ſpecies apud logicos, apud
legiſtas appellatur genus, & ſic genus apud
eos, eſt illud quod prædicatur de pluribus in-
diuiduis tantum, quàmuis apud logicos ge-
nus dicatur quod prædicatur de pluribus diffe
rentibus ſpecie, & ſpecies ſit illa quæ prædica-
tur de pluribus differentibus numero, ut per
glo. in l. ſecunda. & ibi no. ff. ſi cer. petatur. er-
go cum genus ibi denotet ſpeciem, ſequitur
quòd determinatur, unicam eſſe ſpeciem poſ-
ſeſſionis, & cum hac inductione ille tex. uide-
tur ponere falcem ad radicem. Reſpondet
Iaſ. quòd ibi poſuit poſſeſſionem in genere,
quod non tollit obiectum: quia ſi dixiſſet de
genere ſecundum logicos, conueniens fuiſſet
quod ille exprimeret alias ſpecies ipſius, & re-
probaret illas ab aliis traditas. Vnde ſecundò
reſpondetur quòd neceſſariò ille tex. loquitur
de genere, prout capitur apud logicos, & di-
cat unicum eſſe genus, quod tamen poteſt re-
cipere ſuas ſpecies ſubſtantiales. ſed tamen de
eis ibi non fecit mentionem in ſpecie, quia non
erat ad propoſitum, ſatis enim incluſit eas re-
periri, appellando genus quod ſine ſpeciebus
reperiri non poteſt, cum in eis conſiſtat, & quo
niam opinio ibi reprobata, reſpiciebat ibi om
nes ſpecies contentas in genere: quia prætende
batur quòd omnis poſſeſſio tam ciuilis quàm
naturalis diuideretur in tot ſpecies quot eſſent
tituli, ut una eſſet ſpecies cum titulo pro em-
ptore, alia cum titulo pro ſuo, alia cum titulo
pro hærede, & ſic de ſingulis, quod repræ-
hendit: quia inter eas non ſunt differentiæ ſub
ſtantiales, Et ſic retorquendo dicitur, quòd
propter uerbum genus ſecundum propriam ſi-
gnificationem, demonſtratur quòd reperiun-
tur plures ſpecies, & licet aliquando genus alio
modo capiatur per legiſtas, tamen hoc eſt quā
do apparet de ſubiecta materia, & intentio-
ne proferentis, in dubio uerò capitur pro-
priè per l. non aliter. ff. de leg. 3. & l. pri-
ma. §. ſi is qui nauim. ff. de exercito. actio.
& ibi non expreſſit illas ſpecies, quia non
erat opus, cum obiectio in qualibet ſpecie
procedat.

202 Septimò inducitur ſecundum Iaſ. †quia plu
rium ſpecierum hæc eſt natura, quòd una ſub-
lata remanet alia, quoniam differunt forma;
& habent eſſentiam ſeparatam, ſicut ſi tolle-
retur equus non per hoc diceretur ſublatus ho
mo, uel alia animalia. ſed ſi quis animo poſ
ſidet, uel etiam corpore poſſidet, & deſinat
animo poſſidere, omnis poſſeſſio tam in ani-
mo quàm in corpore conſiſtens tollitur, ergo
unica eſt poſſeſſio: quia ſi eſſent duæ, & ſub-
lato animo deberet tolli ciuilis tantum, non
autem illa quæ in corpore conſiſtit, cum ha-
beret diuerſam eſſentiam. Sed reſpondetur
quòd contrarium procederet, quando tolle-
retur illud tantummodo in quo conſiſtit una
ſpecies tantum: ſed ubicunque unum eſt in
quo plures ſpecies conſiſtunt, ſublato illo
tolluntur & omnes ſpecies, & ideò cum ui-
deamus quod in quatuor elementis conſiſtunt
omnes ſpecies animalium, ſi tu tollis cor-
pus elementale, neceſſariò corruunt omnes ſpe-
cies animalium: quia aufers illud de quo par-
ticipant omnes ſpecies, animus autem eſt com
mune ſuſtentaculum utriuſque poſſeſſionis,
& licèt magis inhæreat poſſeſſioni ciuili, tamen
& poſſeſſio naturalis quæ corpore conſiſtit re-
quirit etiam mixturam animi. Simile eſt ſi
ſuper una columna inuenias imaginem homi-
nis poſitam, & imaginem equi, qui pedes an-
teriores ſuper eadem columna habeat, & po-
ſteriores in pariete, ſublata columna corrue-
ret utraque ſpecies ex eo: quia utraque
fundabatur in dicta columna, & propterea
non obſtat.

Octauò inducitur: quia ſi duæ ſunt poſſeſſio-
nes ergo ſimul ſtare nō poſſunt in eadem perſo
na: argumen. leg. ſi ancillam. ff. pro ſuo. ſed
utraque in eadem perſona reperitur, ergo uni-
ca debet cenſeri. Sed reſpondetur quòd contra
rium procedit, quando eſſent quæ ſpecies in-
compatibiles, ſeu qualitates incompatibiles.
Vbicunque autem qualitates ſunt compatibi-
les, decem & uiginti in eodem ſubiecto eſſe poſ
ſunt, ut quòd unus ſit bonus doctor, & miles,
& nobilis, & diues. Iſtæ autem duæ poſſeſſio-
nes ſunt compatibiles: quia nihil repugnat
quòd duplici modo eadem res retineatur. ſi-

eut etiam ex duplici cauſa,l.iij.§. ex pluribus. infra eodem. ergo non concluditur quòd ſit unica, & tanto fortius quando eſſet in diuerſis rebus.

Nonò inducitur ſecundum Rip. hic: quia per naturalem acquiritur dominium in bonis mobilibus, ſicut & per ciuilem, ergo eadem ui detur eſſe cum ciuili. Sed reſpondetur quòd non concludit, ut ſit unica, cum & ex uariis principiis, unica poſſeſſio acquiri poſſit, dicto. §. ex pluribus. ergo eodem modo & ex uariis principiis unicum dominium acquiri poteſt. & ſi quidem interueniunt in pluribus rebus nihil repugnat: ſi uerò interueniunt in eadem re, & tunc acquiritur tantum dominium, ex illa poſſeſſione,quæ præcedit:& ſi eueniat quod utraque ſit ſimul iuncta tunc non impediretur acquiſitio, & cum tendant ad eundem finem, ſe inuicem adiuuarent:argumen. cap. primi de treuga,& pace. Nec poteſt dici ſuperfluitatem eſſe: quia intereſt noſtra habere plura remedia. l. cum filius.§.uariis.ff.de leg.ij.& hęc obiectio magis faceret cōtra opinionem Bar. qui noluit ſolam ciuilem producere uſucapionem.ſed tūc reſpondetur quòd naturalis præſtat adminiculum ſi interuenit, & non includit aliquam contrarietatem.

Decimò facit ſecundum Ripam hæc ratio,ſolus animus ſufficit ad apprahenſionem totius, ſi prius aliquis ingrediatur fundum mille iugerum, & ponat pedem in ceſpite terræ,ex illa appoſitione acquiritur poſſeſſio mille iugerum ſi habet animum poſſidendi totum fundum, leg. tertia.infra eodem. ergo cum corpus tantummodo ſit in ceſpite, oportet dicere quòd poſſeſſio in reliquis partibus acquiritur animo tantum. ergo probatur quòd poſſeſſio naturalis acquiritur ſolo animo. ſi igitur acquiritur ſolo animo fortius debet retineri ſolo animo: argumen. tex. in leg. licet.C. eo. & leg.patre furioſo. ff. de his qui ſunt ſui uel alien. iur. Sed reſpondetur negando aſſumptum, quòd poſſeſſio ſolo animo in illo caſu acquiratur, quoniam ibi corpus in ceſpite appoſitum, fingitur eſſe in toto fundo, quæ fictio rationabiliter procedit, cum interueniat primordium ueritatis, & ſic ibi acquiritur poſſeſſio, ex animo uerò & interuentu corporis ficto,quod eſt regulare, ut habetur in leg. quod meo.infra eodem. ubi per corpus fictum acquiritur uera poſſeſſio, uel per procuratorem, uel per conſtitutum, & ſic ceſſat argumentatio, & propterea ſequitur, quòd cum una ſit quæ corpore & animo acquiritur, & corpore & animo amittitur,alia uerò animo ſolo retinetur,quòd dicuntur eſſe duæ.

Vndecimò arguitur ſecundum eundem Rip. inſiſtens corpore & animo in poſſeſſione,ſi dicat ſe nolle poſſidere,uel aliter deficiat animus utraque poſſeſſio amittitur, l. ſi quis ui. & §. in amittenda. infra eodem.ergo una unica eſt, cum ſi eſſent duæ,per defectum unius ſubiecti non periret utraque. Sed reſpondetur quòd hæc ſimilis argumentationi Iaſ. & eadem debet dari reſponſio: quia contrarium procedit quando tollitur illud quod reſpicit ſingularem formam illius ſpeciei, ſecus ſi tollatur unum quod eſt commune utrique ſpeciei: ſed animus eſt commune ſuſtentaculum utriuſque ſpeciei. Ideò eo ſublato utraque ſpecies corruit. ſicut ſi homo & equus cum anteriori parte eſſent ſuper una columna, ſublata columna periret utraque ſpecies, & ſic non probat.

Vndecimò inducitur per eundem Ripam alia ratio.nam ſi quis uult probare ſe poſſediſſe, ſiue naturaliter ſiue ciuiliter poſſideat, eadem forma probationis traditur, ut teſtes dicant quòd uiderunt eum ingredi & exire fundum, percipere fructus, & colonum ad eius domum fructus portare, iuxta glo. in l. ſtipulatio iſta. §. hæ quoque,in ſi. de uerborum obligationibus. quam ibi ſequuntur docto. ergo unica eſt poſſeſſio: quia ſi plures eſſent in ſubſtantia, opus quoque eſſet per diuerſos modos eas probare. ſed reſpondetur fatendo contrarium quamuis poſſet negari. ſed tamen hoc ideò eſt: quia utraque conſiſtit in animo, & utraque eſt res incorporalis. Vnde oportet probationes fieri per modum capacem ſenſui humano: quia teſtis debet deponere de eo quod uidit ſenſu corporeo,l.teſtium.C. de teſtibus. & ideò in iſta re incorporali oportet recurrere ad actus qui uidentur, & per ſenſum idiotæ percipi poſſunt, & non ſequitur quòd ſit eadem,cum nedum duæ poſſeſſiones diuerſę ſed penè quaſi omnes aliæ res incorporales illo modo probari debent.

203 Ex quibus apparet † quòd nullum concludens fundamentum adductum fuit pro opinione Azo. quòd ſit unica poſſeſſio,quæ tamen omnia poſſunt reduci ad unum quod uidetur magis concludens, quod leges faciunt mentionem de unica poſſeſſione, & ſemper poſſeſſionē appellāt in numero ſingulari. ergo unica eſt.unde transfertur onus probandi in uolentes tenere contrariam opinionem,quòd demonſtrent probantem legem duplicem eſſe ſpeciem probationis: quia donec hoc probauerint ſemper præſumptio erit contra eos quòd unica ſit.

204 Quare contrariam opinionem quòd imò ſit duplex tenuit Ioannes. quòd imò duæ ſunt poſſeſſiones, una naturalis quæ corpore, & animo acquiritur, & utraquè etiam concurrente amittitur,alia ciuilis, quæ licèt animo, & corpore acquiratur, & tamen animo ſolo retinetur, & propter hanc diſpenſationem in modo retinendi à lege factam appellatur ciuilis, & aſſumit formam, & ſubſtantiam ſeparatam à naturali,quam etiam tenet hic Ferretus, & pro iſta opinione, primò uidetur eſſe tex. in terminis in dicta l. ij. §. primo. infra de uſucap. pro hærede.

rede. ubi dicitur quòd illa regula, nemo poteſt mutare ſibi cauſam poſſesſionis, procedit ſiue ſit ciuilis ſiue naturalis poſſesſio, ergo uidetur quòd ſint duæ ſpecies poſſesſionum expreſſè à Iuriſconſulto nominatæ. Cui textui poſſunt etiam adduci multi ſimiles concordantes: Sed ad iſtum tex. ac ſimiles alios reſpondebat Bar. quòd loquuntur de detentatione: quia ibi detentatio appellatur naturalis poſſesſio, quod patet, quoniam tex. ex illa deciſione infert ad colonum depoſitarium, & commodatarium, qui non poſſunt pro hærede poſſidere. unde ſe metipſum declarat. quòd ſub nomine poſſeſſionis naturalis uoluit compræhendere detentationem, & ſic bene probat quòd reperitur poſſeſſio, & detentatio, quæ inter ſe differant ſpecie non autem quòd ſint duæ poſſesſiones ſpecie differentes.

Sed replicatur quòd imò ille tex. loquitur de poſſesſione naturali non de detentatione ſola: nam nomen poſſesſionis non adaptatur ſoli detentationi, ſed compræhendit poſſesſionem naturalem, quàmuis etiam poſſit continere detentationem, propter quandam ſimilitudinem; ut probatur in l. prima. §. deiicitur. infra de ui, & ui armata ubi detentationem excipit tanquàm rem diuerſam à naturali poſſesſione. Vnde ſecunda datur reſponſio per Azo. ꝙ ille tex. loquitur de diuerſis qualitatibus, quas habet poſſesſio in ſubſtantia, non de diuerſis ſpeciebus: quoniam poſſesſio aliquando à lege recipit qualitatem, quòd poſſit retineri animo, & tunc aſſumit nouam ſubſtantiam, & remanet naturalis, quæ animo & corpore retinetur, & additur illa noua qualitas quòd ſolo animo retinetur.

Duplicabat Iaſ. quòd ille tex. non poteſt intelligi de qualitate, quoniam utitur nominibus ſubſtantiuis naturalis, & ciuilis, & nomina ſubſtantiua denotant ſubſtantiam, non autem qualitatem ſecundum grammaticos.

Sed triplicatur quòd eſt æquiuocatio: quia ibi non ſunt nomina ſubſtantiua, ſed ſunt nomina adiectiua, ut poſſesſio aliquando habeat adiectiuum ciuilis, & aliquando habeat adiectiuum naturalis, & uerba adiectiua ſecundum eoſdem grammaticos denotant qualitatem, nō
205 autem ſubſtantiam. † Et hanc reſponſionem tenet hic Sozi. quæ generalis eſt ad multa iura infra alleganda.

Et ideò ipſe ad eius confirmationem conſiderat, quòd poſſesſio ciuilis, aliquando appellatur naturalis, propter tria accidentia. Primò ex capite quòd habuit originem à iure naturali, per iſtum tex. quoniam, & poſſesſio ciuilis non poteſt acquiri ſine corpore & animo, unde propter illam primordialem originem, appellatur etiam naturalis. Secundò poſſesſio ciuilis dicitur naturalis propter inſtrumenta: quia in ea requiritur inſtrumentum corporis, & animi, quòd dicitur naturalis. Tertiò dicitur naturalis propter reprobationem: quia lex titulum reprobat, tamen quia retinetur animo, ciuilis eſt dicta, lege prima. §. deiicitur. inf. de ui, & ui armata. tamen quia non habet effectus ciuiles omnes appellatur naturalis.

Similiter inquit ipſe, poſſesſio ciuilis differt à naturali propter tres qualitates. Primò quia res non eſt admiſſa à iure ut poſſideatur. nam tunc licèt illa admittatur ut animo retineatur, tamen appellatur naturalis: quia non producit effectus ciuiles, & illa eſt ciuilis, quæ eſt de re approbata dicta l. qui uniuerſas. §. primo. infra eodem. Idem eſt quando perſona eſt reprobata à lege: ut quia eſt ſeruus qui poſſidetur ab alio, unde non eſt habilis ad poſſidendum, & tunc poſſesſio ſua dicitur naturalis, & illa quæ habet perſonam approbatam appellatur ciuilis. Tertia eſt cauſa quòd poſſesſio appellatur naturalis quando eſt denudata ab aliquo titulo legitimo, nam illa quæ habet titulum approbatum ciuilis eſt, quæ uerò habet titulum reprobatum eſt naturalis, leg. iij. §. quòd uulgo. & l. communi diuidundo. §. nequè. ſup. commun. diuidund. Per quas differentias demonſtratur, quòd poſſesſio eadem numero poteſt dici ciuilis, & naturalis: quoniam cauſa nominandi dependet à qualitatibus accidentalibus: Vnde infert quòd non tantum in dicta l. ij. infra. pro hærede. conuenit reſponſio Azon. quòd eadem poſſesſio recipit plures qualitates ſed omnibus aliis legibus ſimilibus eadem reſponſio legitimè dari poteſt, pro qua etiam reſponſione facit tex. in §. omnis. inſti. de actio. nam actio, quæ ſui natura eſt directa: quia delictum fuit factum à libero homine, efficitur noxalis ſi ille homo efficiatur ſeruus, dicto. §. omnis. & facit tex. in l. electio. §. j. cum glo. prætoria. ſupra de noxalib. actionib. ergo demonſtratur quòd diuerſitas nominum, & hæc adiectio ciuilis non denotat ſubſtantiam, ſed qualitatem accidentalem in rebus, & propterea ex dicto tex. & ex alio ſimili non probatur, quòd duæ ſint ſpecies probationis propter hunc diuerſum modum nominandi, & ſic non concludit, quàmuis ſuper illo tex. magnum fundamentum fiet.

Secundò pro iſta opinione adducitur lex tertia. in principio infra eodem. ubi poſſeſſio eadem quæritur corpore, & animo, & in l. quemadmodum. quæ ſequitur diciturꝙ corpore, & animo retinetur, & utroquè interueniente amittitur: & poſteà in §. in amittenda, dicitur quòd poſſesſio animo retinetur, & amittitur. ergo ſequitur quòd duæ ſint poſſesſiones. Sed reſpondetur per Azo. quòd licèt aliquando ſolo animo retineatur, non ſequitur quòd ſit duplex poſſesſio: ſed eſt eadem quæ aliquando ſolo animo retinetur, aliquando utroquè interueniente retinetur: nam quando interueniunt requiſita legis, illa poſſesſio retinetur animo, & eis deficientibus retinetur corpore,

& animo.

Sed replicatur quòd imò poſseſsio naturalis ſolas amittitur ſolo animo, quoniam ſi conſiſtit in animo & corpore, deficiente animo, oportet quòd corruat, ſicut deficiente ſola anima corruit homo, licèt corpus remaneat: ergo non uidetur quòd ex hoc inducatur qualitas differens à naturali. Item tex. in l. quemadmodum. recipit ſenſum quòd omnis poſseſsio amittitur corpore, & animo, ſi incipiamus à corpore, quoniam & naturalis ſolo corpore nõ amittitur, niſi etiam deficiat animus, & propterea non probatur ꝙ licèt iura dicant poſseſſionem unam amitti ſolo animo, inducatur noua ſpecies, cum hæc qualitas, & naturali quoquè poſseſsioni conueniat, & per conſequens potius iſtæ dicantur qualitates accidentales, quàm cõſtituantur diuerſæ ſpecies, & facit tex. in l. tertia. §. unde ui, & l. prima. §. ſiue autem. infra de ui, & ui armata. coniuncta l. naturaliter. infra eodem. & ſic ceſsat ſecundum principale fundamentum pro opinione Ioannis adductum.

206 Tertiò pro iſta opinione Ioannis inducitur tex. in dicta l. nemo. C. eodem † ubi dicitur poſseſsionis duplicem eſse rationem. Vna quæ in corpore, alia quæ in iure conſiſtit: ergo una eſt naturalis quæ habet ſubſtantiam ſuam in corpore, alia eſt ciuilis, quæ habet ſubſtantiam à iure. Reſpondebat Ruy. quòd ille tex. non loquitur de duplici poſseſsione in rebus corporalibus, ſed de duplici poſseſsione in diuerſis ſubiectis, & noluit dicere quòd una eſt poſseſsio rerum corporalium, alia eſt poſseſſio rerum incorporalium, ideò dicitur quòd in iure conſiſtit, & propterea nihil facit ſecundum eum, quæ ſolutio cauillus eſt, & non eſt de intentione illius tex. dum in fi. dicit, licèt corpore ſit in poſseſsione, & ſuper iure poſſeſsionis uacillet, & dubitet, Quæ uerba non poſsunt accommodari rebus incorporalibus. Item nec etiam uerbum, quòd naturalis, non ſit legitima, l. lege obuenire. de uerborum ſignificatione.

Vnde ſecundò reſpondebat Herma. quòd ille tex. non probat: quia non dicit duas eſse ſpecies poſseſsionis, ſed dicit duplicem eſse rationem, & ratio non denotat ſpeciem, ſed potius quandam qualitatem ſeu cõſiderationem. Tamen replicatur quòd imò uerbum ratio denotat ſpeciem, quoniam addit uerbum conſiſtere, quod denotat ſubſtantiam: unde hæc duo uerba ratio, & conſiſtit, uidentur denotare diuerſam ſpeciem, & dicendo duplicem rationẽ implicite, dicit duplicem eſse ſpeciem.

Sed tamen duplicatur quòd imò non poteſt denotare duplicem ſpeciem ex eo: quia ciuilis non conſiſtit in ſolo iure, ſed conſiſtit in animo ipſo qui dicitur eſse facti. l. bonæ fidei. ſupra de acquir. rerum dominio, & eſt pars corporis, & ſæpe ſub nomine corporis, animus cõtinetur: unde uerus uidetur eſse ſenſus ad illum tex. quòd ſub nomine corporis compræhendat omnem poſseſsionem, & ſub nomine iuris cõpræhendat approbationem, propter conſequendos effectus iuris: & ſit ſenſus, quòd licèt quis ciuiliter, & naturaliter poſſideat, tamen non dicitur plenè poſsidere exiſtente contradictore: quoniam licèt poſseſsionem ipſam per corpus habeat, tamen plenè non dicitur poſsidere; quia ſuper iure, & iuſtitia poſseſsionis uacillat, & dubitat, & ſic non probat.

207 Quartò inducitur tex. in l. iij. §. Nerua filius. infra eodem. † ubi res mobiles incluſas carenus poſsidemus quoties naturalem poſseſsionẽ appræhendere poſsumus, ſed qui diſtat à loco incluſo ciuilem habet poſseſsionem, ergo differt à naturali, quam poſtea appræhendendo corporaliter dicitur conſequi. Reſpondet Bar. quòd ille tex. ſub nomine poſseſsionis naturalis compræhendit detentationem, id eſt, ipſam appræhenſionem, quàm omnes fatentur differre à poſseſsione. Sed hæc reſponſio uiolat literã quoniam naturalis poſseſsio de propria ſignificatione differt à detentatione, ut dicemus in ſequenti contrariò, & uidetur eſse conueniens ꝙ per appræhenſionem addatur noua poſseſsio. Ideo Sozi. reſpondet quòd ibi non loquitur de poſseſsione noua, ſed loquitur de ipſa appræhenſione: ut ſit ſenſus quòd poſsidemus res incluſas quatenus poſsumus eas corporaliter appræhendere, non tamen ſequitur quòd ſit noua poſseſsio. Et licèt Herma. dicat quòd ille tex. multum facit pro opinione Ioannis; tamen uerè non concludit; quia ibi naturalis poſseſsio conſideratur pro ſola commoditate appræhendendi, ut patet in tex. qui ſequitur quòd ſi pecus aberrauerit, aut uas ceciderit, ut inueniri non poſsit amittitur poſseſsio: quia non poteſt appræhendi res ipſa, & ſæpius ſub nomine naturalis, iura intelligunt de appræhenſione, quæ eſt principium naturale poſseſsionis.

208 Quintò adducitur tex. in l. prima. §. deiicitur. infra de ui, & ui armata. † ubi dicitur ꝙ interdictum de ui, & ui armata, competit tantummodo quando quis deiicitur de poſseſsione, & ſubdit ille tex. quòd deiicitur ſiue ciuiliter, ſiue naturaliter poſsideat, & de naturali poſſeſſione ponit exemplum in uxore, quæ poſſidet rem donatam à maritò, quam ciuiliter nõ poſſidet, l. ſi eum. de donatio. inter uir. & uxorem. Reſpondebat Bar. quòd per uerbum naturaliter denotatur detentatio, & ſolum probat quòd detentatio differt à poſſeſsione, quæ reſponſio falſa eſt, & confunditur per illum tex. qui ſubdit poſteà, quòd colonus qui detinet, non habet illud interdictum, ergo neceſſariò probatur, quòd ſub uerbo naturaliter continetur poſſeſſio aliqua, differens à detentatione pro qua ſola datur interdictum illud. Vnde ſecundò reſpondebat Azon. quòd ſolum probat duplicem eſſe qualitatem in eadem poſſeſ-

ſione,

ſione, ut aliquando ciuiliter, id eſt, cum approbatione iuris retineatur, aliquando naturaliter, id eſt, ſine approbatione iuris: quia titulus eſt reprobatus à lege. Vnde non poteſt producere principales effectus ciuiles, & ſolū pro ea competunt remedia poſſeſſoria. pro qua ſolutione fortiter facit: quia imò mulier habet ciuilem poſſeſſionem, licèt denudatam à iure, cum poſſit ſecundum omnes eam animo retinere, ergo cum utraquè retineatur ſolo animo, demonſtratur quòd eſt eadem ſpecies poſſeſſionis, quæ aliquando habetur cum approbatione iuris, aliquando habetur cum titulo reprobato, & propterea apparet quòd in eadem poſſeſſione iſtæ diuerſæ qualitates poſſunt concurrere.

Sextò adducitur tex in l. iij §. fi. ſupr. ad exhibendum, ubi actio ad exhibendum datur contra eum qui habet rem ſiue ciuiliter ſiue naturaliter poſſideat, ergo duplex eſt poſſeſſio. Sed reſpondetur ex intentione Bar. quòd ille tex. loquitur de detentatione ex eo: quia infert poſteà ad commodatarios, & depoſitarios, qui detinent, & illa actione conueniri poſſunt. Vnde reſpondebat Azo. & Sozi. ex mente ipſius, quòd loquitur de pluribus qualitatibus in eadem poſſeſſione concurrentibus, quæ qualitates denotantur per illa nomina uerbalia ciuiliter, & naturaliter, quæ cadunt in eadem poſſeſſione, ut dictum fuit in præcedenti contrario. Et etiam probatur in l. cum hæredes. §. Item quæro. infra eodem. & uerbum poſſideat in dicto. §. fi. poſitum, recipit conuenienter illas duas qualitates. unde non concludit de duplici poſſeſſione.

209 Septimò inducitur tex. in l. quemadmodum. infra, eodem ibi, † nulla poſſeſſio ſine corpore, & animo acquiri, neque amitti poteſt, & dum tex. dicit uniuerſaliter nulla, demōſtrat quòd plures ſunt ſpecies poſſeſſionum: quia uniuerſalis non uerificatur niſi in pluribus ſpeciebus. Sed replicatur quòd ibi uniuerſalis nulla uerificatur in pluribus indiuiduis, & non eſt opus quòd ſint plures ſpecies, perinde ac ſi diceretur nullus homo currit, qua oratione complectamur plura indiuidua tantum, & ſimile eſt ſi diceretur quemadmodum nullum mutuum fit de meo tuum, ita nec poteſt reuocari niſi fiat de meo tuum complectendo indiuidua tantum, & habuit ille tex. reſpectum ad poſſeſſiones pro emptore, pro donato, & pro ſuo, ut in illis dicta regula æqualiter ſeruaretur.

Secundò reſpondetur quòd refertur ad poſſeſſionem naturalem tantum, in qua ſecundum Ioannem uerificatur illa regula, cum in ciuili non conueniat, per l. licèt. C. eodem. ideò neceſſariò oportet quòd illa uniuerſalis referatur ad indiuidua, & ſic non probat de pluribus ſpeciebus.

210 Octauò inducitur tex. in l. acquiritur. §. fi. ſupra titulo primo. † ubi dicitur quòd uſufructuarius non uſucapit: quia non poſſidet ipſam rem, & tamen uſufructuarius naturaliter poſſidet, l. naturaliter. infra eodem. ergo ut iſta iura concordentur neceſſariò uidetur dicendum, quòd ſint duæ poſſeſſiones. Vna naturalis quam uſufructuarius habet, & alia ciuilis quam ipſe non habet: quia uſucapere non poteſt. Reſpondebat Sozi. quòd ibi non impeditur uſucapere, ex eo quòd non poſſideat: ſed quia ſcit rem alienam eſſe, ut ibi exprimitur. Item dato quòd non uſucapiat, non ſequitur quòd ſit diuerſa poſſeſſio, cum eadem ciuilis aliquando non inducit uſucapionem, ſi eſt iniuſta, & iuſta, uel iniuſta non differunt ſpecie, l. iij. §. è contrariò. infra eodem. ſed iſtæ reſponſiones non tollunt illum tex. ex eo: quia principalis ratio quæ ibi allegatur, eſt quòd uſufructuarius non poſſidet, & tamen in dicta l. naturaliter, dicitur quòd poſſidet. ergo ſtat fundamentum quòd ſit duplex poſſeſſio. Ideò datur generalis reſponſio, quam etiam poſuit Sozi. in principio quòd illa duo iura uerificantur in diuerſis qualitatibus, quia uſufructuarius ciuiliter non poſſidet, id eſt, cum illa approbatione ciuili, ut producat ciuilem effectum uſucapionis, tamen ipſe uerè poſſidet: quia corpore, & animo inſiſtit in re, ſed cum qualitate naturali tantum. ut non poſſit uſucapere: quia ille effectus eſt ciuilis, non autem naturalis. Ideò non concludit.

Nonò inducitur lex pupillus. ſupra titulo primò. ibi, pupillus nec poſſeſſionem amittere poteſt quæ naturalis eſt, ergo demonſtratur quòd una eſt poſſeſſio ciuilis, de qua nulla eſt dubitatio, & alia eſt naturalis de qua ibi dubitabatur. Sed reſpondetur, quòd ille tex. loquitur de poſſeſſione ciuili, quæ appellatur naturalis propter originem, & inſtrumentum naturale, & uoluit dicere quòd poſſeſſionem non amittit pupillus ciuilem, etiam quòd corpore, & animo uelit deſinere poſſidere. ideò uidetur intelligere de illa informi poſſeſſione antiqua, quã & etiam pupillus amittere poteſt, propter effectus ciuiles qui ei ſunt attributi, ut declaratur in l. poſſeſſionem pupillum. infra eodem. & ſic intelligitur de qualitatibus illius poſſeſſionis ciuilis. unde non probat de diuerſis ſpeciebus, & ſic apparet quòd per leges non eſt probata aliqua diſtinctio ſpecierum, unde poſteà Ioannes recurrebat ad rationes.

211 Decimò igitur Ioannes adducebat rationem talem. † nam duo non poſſunt in ſolidum poſſidere: quia illud quòd ego teneo, tu tenere non potes, & in eo loco in quo ſto, uel ſedeo, tu ſtare uel ſedere non potes, dicta leg. iij. §. à contrariò. infra eod. ſed quando aliquis poſſidens eſt abſens, retinet poſſeſſionem, dicta l. clam. §. qui ad nundinas. & l. ſi id quod. §. fin. infra eodem. & ſi aliquis ingrediatur fundum, adhuc acquirit poſſeſſionem dictis duobus iuribus ergo neceſſariò ſequitur quòd ſunt duæ poſſeſſiones. Vna quam habet abſens, & alia

quam habet ingrediens, cum eand em poſſeſſionem duo in ſolidum habere non poſſint, & hæc eſt fortior ratio quæ poſſit adduci pro opinione Ioanuis. Sed reſpondetur, negando ꝙ uterquè ipſorum poſſideat: quoniam abſens deſinit poſſidere ſtatim quòd ingrediens incipit poſſidere, quam reſponſionem reprehendebat Azo. tanquàm contradicentem literæ: quia uterquè tex. uult quòd ingrediens in contineuti poſſidens, & abſens, retineat ſuam poſſeſſionem, quouſquè reuertendo non fuerit admiſſus, ut dicitur in pluribus glo. Vnde ſecundam dabat reſponſionem Azo. negando quòd duo in ſolidum non poſſiut poſſidere ſimpliciter. Sed dicebat quòd ſi uolunt poſſidere eodem iure, & ad eundem finem, tunc non poſſunt poſſidere. ſed ſi uolunt poſſidere diuerſo iure, & ad diuerſum finem, & tunc poſſunt duo in ſolidum poſſidere, quoniam propter diuerſum finem nou dicuntur habere concurſum in eadem re: ſed abſens dicitur poſſidere ciuiliter, cum illa qualitate quòd retineat poſſeſſionem animo, ingrediens uerò dicitur poſſidere naturaliter, cum illa qualitate quòd poſſideat naturaliter, & non poſſit uſucapere.

Et proptereà contrarium non obſtat: quia tex. in dicto. §. ex contrariò. intelligitur ꝙ duo non poſſunt in ſolidum poſſidere ciuiliter, ad effectum uſucapiendi, uel naturaliter ad effectum inſiſtendi corpore, quàm reſponſionem confirmat hic Sozi. in ſecuuda lectura. nu. 36. conſiderans multa iura, quæ negant concurſum plurium poſſidentium per dictum. §. è contrariò. iu ſui ratione, & ut dictus. §. è contrariò, & l. habet. §. cum qui. infra. de precario, & l. duo. eodem titulo, quoniam illæ leges ſolum prohibent duos poſſidere corpore, & conſentiunt quòd duo poſſunt poſſidere, unus corpore, & alius animo eadem poſſeſſione: quia natura non repugnat ut hic per eum, & plenius habetur in dicto §. & è contrariò, Quæ tamen reſponſio adhuc impugnatur, & poteſt infringi, & euitari: quia aliàs ſequeretur quòd duo poſſent in ſolidum poſſidere ciuiliter, quòd eſt inconueniens, & contra illum tex. & ſequeretur abſurdum, quòd duo poſſent eodem tempore uſucapere dominium, cum uterquè tam ingrediens quàm abſens iure dominii poſſint poſſidere. unde hæc reſponſio declaratur quòd duo non prohibentur poſſidere in ſolidum eadem ſpecie poſſeſſionis, diuerſis tamen reſpectibus. ut ſi unus poſſidebat tãquàm uſufructuarius. alius tanquàm emphyteuta, & alius tanquàm feudatarius l. fi. infra uti poſſid. quæ declaratio nec etiam eſt tuta: quia in propoſito, dicti. §. qui ad nundinas. & dicta lege ſi quis id quod. uterque poſſidebat ad eundem finem, & animo habendi totum dominium rei.

Ideò duplicabatur per Azo. quòd imò in dictis iuribus non poſſidet ad eundem finem, ex eo: quia illa poſſeſſio, quæ eſt penes ingredientem manca eſt, & debilis, & ſine titulo, ut non poſſit acquirere dominium, & eſt poſſeſſio merè naturalis, ſine effectu iuris ciuilis, & abſens dicitur poſſidere, cum poſſeſſione forti, & cum effectibus iuris. Ideò perinde eſt ac ſi poſſiderent diuerſis reſpectibus, id eſt, unus ciuiliter & alter naturaliter. Pro qua duplicatione facit quòd habetur per Bar. in dicto. §. è contrariò. ſuper prima quæſtione Bar. poſita. in colu. iij. dum quærit, An plures poſſeſſiones ciuiles poſſint eſſe apud duos in ſolidum, & ibi Sozi. uerſi. quarto. ex glo. & ibi dixi in præmiſſis, & notabilibus concludendo quòd poſſeſſiones differentes ſpecie, ideò poſſunt eſſe apud plures in ſolidum: quia tendunt ad diuerſos fines, cum naturalis tendat ad retentionem, & recuperationem, & auxilium ciuilis, & illa ciuilis tendat ad uſucapionem, & acquiſitionem rei, & conſequendos alios ciuiles effectus.

Eodem modo quaudo ſunt plures poſſeſſiones eiuſdem ſpeciei, poſſunt eſſe apud plures in ſolidum, quando plures poſſeſſiones tendũt ad diuerſos fines: quoniam in illo caſu animus poſſidentis non dicitur occupare totam rem cum omni eius utilitate, ſed tantummodo occupare ipſam rem, reſpectu certæ utilitatis. unde in effectu plures poſſidentes, & occupantes rem ad diuerſas utilitates, non uidentur rem in totum occupare: Sed pro parte poſſidere, & inuicem ſibi cedere: quoniam actus agentiũ non operatur ultra intentionem agentis, l. non omnis. ff. ſi cer. peta. & in effectu non uidentur eſſe duo in eodem loco, & per conſequens obiectio facta per Ioannem non militat, cum non ſit neceſſarium adhoc ut poſſint duo in ſolidum poſſidere, quòd ſint diuerſæ ſpecies poſſeſſionum, quoniam ſecundum eundem, Ioannem, & docto. communiter plures poſſunt in ſolidum poſſidere, eadem ſpecie poſſeſſionis, quando tendunt ad diuerſos fines. Vnde eadem ſolutio, quæ dari poteſt defendendo opinionẽ Ioannis ab obiectis factis in dicto. §. è contrariò, eadem met etiam poteſt dari defendendo opinionem Azo. contra Ioannem. tamen contra dictam ſolutionem adhuc obſtat: quia iuſta, & iniuſta poſſeſſio non concurrunt, & tamen habent diuerſos fines: quoniam uterquè poſſidet, & iuſtus ſolum acquirit. Vnde forſan poteſt dici quòd ingrediens non poſſidet uerè ſed ſolum detinet: nec puto quòd habeat interdictum contra alios, nec quòd animo retineat: quia tex. in dicto. §. fine autem, ff. de ui, & ui arm. & dicta l. j. §. fi. infra uti poſſi. non loquuntur de ingrediente clam, alio interim poſſidente, & uidetur probari in dicta l. ſi id quod. §. fi. infra eodem. & uidetur realis. & iuridica reſponſio ponderando rectè dictam l. ſi id quod. §. fi. Et non obſtat tex. in l. ſi duo. inf. uti poſſide. qui uult dari interdictum etiam abſente poſſidente: quia ſolum probat diuerſis reſpectibus poſſe poſſidere, & tendunt ad diuerſos

effectus

effectus ut dixi ibi in præmiſsis.

Decimò inducitur tex. in l. pupillus. ſupra titulo primo. ibi, nec poſſesſionem quæ naturalis eſt, ergo alia eſt quæ non eſt naturalis. Sed reſpondeo quòd ille tex. loquitur de poſſesſione etiam ciuili quæ appellatur naturalis propter originem, & propter inſtrumentum quod requiritur in dicto. §. per traditionem, & in tex. noſtro, ibi ex naturali poſſesſione.

212 Vndecimò ultra docto. † probatur per text. in l. ſingularia. iuncta glo. in l. ij. ff. ſi cer. pet. ubi dicitur quòd mutuum diuiditur in quatuor genera, quoddam dicitur naturale merè, quoddam dicitur merè ciuile, & quoddam naturale, cui ius ciuile cooperatur, & quoddam ciuile cui natura cooperatur, quæ genera introducuntur ex eo: quia lex facit quod pecunia tibi data à meo debitore, uidetur à me profecta, & quòd confesſio de recepto habeatur ac ſi merè fuiſſet numerata, & effecta accipiẽris, & ſic genera illa diuiduntur, & diſtinguntur propter diuerſos effectus, & propter diuerſos modos recipiendi eodem modo, & in præſenti queſtione dicendum eſt, quòd poſſesſio diſtinguitur in uaria genera, propter uarios modos detinendi, conſiderando quòd lex uult retentionem factã cum certa qualitate, faciat differre à retentione facta alio modo, per diſpoſitionem iuris ciuilis, conſtituendo diuerſam ſpeciem, quoniam ius ciuile ut dicebat ibi Decius, faciliter ex notabili diuerſitate qualitatis conſtituit diuerſas ſpecies in ſubſtantia, & idemmet replicauit, & utrobiquè ego, in l. ij. §. creditum. ff. ſi cer. petatur.

Sed reſpondetur primò negando aſſumptũ quòd ibi ſit diuerſa ſpecies mutui, ut Fulgo. & ſequaces tenuerunt, & ego ibi dixi ſequendo eius opinionem. Secundò reſpondetur dato quòd ibi eſſet diuerſitas generum propter illã diuerſitatem qualitatum, tamen hæc non admittitur in materia poſſesſionis: quia Iuriſconſulti conſiderauerunt genera, reſpectu ueræ ſubſtantiæ ut probatur in l. iij. §. genera. infra eodem. ubi reprobata fuit opinio eorum qui tenebant quòd ſpecies conſtituerentur ex qualitatibus, conſtituendo diuerſas ſpecies ex diuerſa qualitate titulorum pro emptore, pro donato, pro hærede, pro ſuo, ut ibidem dicitur, & propterea non poſſumus in hac materia conſtituere diuerſas ſpecies, propter diuerſas etiam notabiles qualitates, & ſic non probat.

Ex quibus apparet quòd opinio Ioannis nõ
probatur concludentibus iuribus neque ratio-
213 nibus, † & quòd per eius fundamenta non conſtat quòd plures ſint ſpecies poſſesſionum, & propterea adhuc uiget principale, & generale fundamentum Azon. quòd non probetur quòd ſint plures ſpecies poſſesſionis, neceſſariò dicendum eſt, quòd ſit unica ſpecies, & per conſequens articulus adhuc remanet dubius, an & quomodo datur poſſesſio. Ideò adh c diligenter ueſtigandum eſt, utrum reperiri posſit aliqua diuiſio ſubſtantialis quæ conſtituat diuerſas ſpecies poſſesſionis.

214 Quare tertiam opinionem poſuit Bar. hic, † quòd ex alio capite posſit conſtitui diuerſitas ſpecierum in poſſesſione, conſiderando diuerſos effectus quos à poſſesſione produci uidemus, cum enim nos habeamus concluſionem notam, quòd unaquæquè res generat ſibi ſimilem in ſpecie, & ideò homo generat hominem, equus equum, & bos bouem, & ex iſtis diuerſis effectibus, cognoſcimus producentes differre, differentia ſubſtantiali, & ſpecifica inter ſe, eodem modo cum nos habeamus diuerſas poſſesſiones, poſſe producere diuerſos effectus inuicem differentes, apparet quòd poſſesſiones etiam illos effectus producentes dicuntur ſpeciè differre. Vnde ipſe reiectis prædictis duabus opinionibus, poſuit ſuam tertiam dicens, ꝙ poſſesſio diuiditur in tres. Vna eſt ciuilis, alia naturalis, & alia corporalis, quæ ſpecies diſtinguntur ſubſtantia ex eo: quia producunt diuerſos effectus ſubſtantiales: nam poſſesſio ciuilis producit acquiſitionem dominii in fructibus, atquè etiam effectum uſucapiendi ipſam totam rem, ut conſequatur uſucapiens dominium uerum, & principale in ipſa re. naturalis uerò eſt illa quæ producit acquiſitionem fructuum, & naturalium acceſſionum, & uſucapionem alicuius iuris, ſeparati à uerò dominio, ſeu dominii ſubalternati, ut eſt uſufructuarius, qui poſſidet naturaliter. infra eodem.

Sed tamen iſta poſſesſio, non producit uſucapionem proprietatis ipſius rei, l. acquiritur. §. fi. ſupra titulo primo. imò recognoſcit proprietarium in ſuperiorem, & proprietatem eſſe rem diuerſam à iure ſuo uſufructus. ſed per eam dicitur uſucapere ius ipſum utendi, & fruẽdi, ſeu ius uſufructus quòd eſt ſeparatum ab ipſa proprietate, idem eſt in feudatario, qui & naturaliter poſſidet, dicta l. naturaliter, & no. in dicto. §. è contrariò. Per quam poſſesſionem non uſucapit directum dominium; ſed recognoſcit illum in ſuperiorem, ut dominus illud habeat. ſolum autem per iuſtam poſſesſionem acquirit ius utile, ſeu dominium utile, cũ ſubiectione directi dominii, ut habetur in cap. quibus mod. feud. amittatur. §. beneficium. in definitione feudi. Idem eſt in emphyteuta, uel cenſuario, uel liuelario, qui poſſident naturaliter, ut no. in dicto. §. è contrariò, & dicta l. naturaliter, & per illam poſſesſionem non acquirunt directum dominium: ſed illud præſupponunt eſſe in alia perſona: ſed acquirunt ius emphyteuticum, ſeu cenſuale, uel liuellarium, ut probatur in l. competit. C. de præſcriptio. 30. uel 40. annorum quod differt ab ipſo uero dominio. Per quæ exempla apparet, quòd hæc poſſesſio producit diuerſos effectus ſubſtantiales à poſſesſione ciuili, cum illa producat uſucapionem proprietatis, & dominii principalis

ſeu directi . naturalis uerò producat uſucapionẽ iuris ſeu dominii utilis, & ſubalternati recognoſcentis principale in ſuperiorem, & per cõſequens apparet quòd per iſtos diuerſos effectus ſubſtantiales, demonſtratur quòd poſſeſſiones eos producentes dicuntur differre ſubſtantia, & forma ſpecifica ſicut homo, equus, & bos.

Tertiam quoquè addit ſpeciem quam appellat corporalem : quia illa producit effectus ſeparatos à prædictis : cum corporalis non producat uſucapionem, nequè dominii principalis, & directi, nequè iuris, & dominii utilis,& ſubalternati, nequè acquiſitionem fructuum. Sed tantummodo producit effectum retentionis, quoniam ille qui abſente domino ingreditur fundum, licèt non habeat ius uſucapiendi, tamen ſi in poſſeſſione ſua moleſtetur ab extraneo habet interdictum uti poſſidetis, l. j. §. fi. inf. uti poſſide. & ſi deiiciatur habet interdictum de ui, & ui armata ad recuperandum, l. prima. §. deiicitur. & l. ſi colonus. infra de ui, & ui armata. & l. ſi quis ad ſe fundum. C. ad l. Iuliam. de ui. & cap. in literis. de reſtituti. ſpoliatorum, cum ergo habeat hunc ſolum effectum retentionis, atquè etiam recuperationis, & nullam uſucapionem dominii uel iuris producat, apparet quòd producit effectus diuerſos à præcedentibus ſpeciebus, & per conſequens cum dictæ tres poſſeſſiones producant hos diuerſos effectus ſubſtantiales, ſequitur ꝙ dictæ poſſeſſiones inter ſe ſpecie differre debẽt, ſicut homo equus & bos, ut hic latius per eũ qui poſteà ſubiicit diffinitiones cuiuſlibet ſpeciei, continentes productionem iſtorum diuerſorum effectuum, ut hic latius per eum, ſuper quibus infra ſuo loco inſiſtemus.

Hęc opinio prima facie uidetur multum rationabilis, & palpabilis, & omnino ſequenda, tamen poſteà medullitus conſiderando, & ipſa redditur ualdè dubitabilis, & difficillimè defendenda : quoniam in ea difficultates principales tres inſurgunt. Primò in ratione, per quam concludit quòd per diuerſitatem effectuum conſtituantur diuerſæ ſpecies, quæ non uidetur eſſe uera. Secundò in præſuppoſitis factis per eum: quia uult quòd naturalis poſſeſſio producat uſucapionem iuris, & dominii ſubalternati, quòd etiam eſt dubitabile, imò falſum. Tertiò: quia ipſe uult, quòd corporalis poſſeſſio reperiatur diſtincta à naturali, ideò ſuper ueritate iſtius ſuæ opinionis, & ſuæ diuiſionis inſiſtendum eſt.

215 Et primò præſupponit ipſe, † quòd ſpecies diſtinguuntur per diuerſitates effectuum, hoc autem non eſt generale, nequè concludens ſed ſolum procedit in generatione: quia ſecundum philoſop. quilibet generat ſuum ſimile in ſpecie : ſed non procedit in aliis effectibus, alio modo prouenientibus, in quibus eſt regula in contrarium, quòd quælibet res poteſt diuerſos, & contrarios effectus producere, cum homo poſſit cum artificio ſuo res diuerſas facere, ut ædes, armaria, iuriſdictiones, homicidia, tumultus, quietem, & pacem, & infinita alia ſimilia, quæ etiam poſſunt producere alia ſimilia, quæ etiam poſſunt producere alia animalia, & quodlibet animal ultra filios, poteſt producere alios diuerſiſſimos effectus. & ideò quãuis poſſeſſio producat uſucapionem, & fructuum acquiſitionem, tamen non eſt generale nequè neceſſarium, cum multa impediant, & uſucapionem, & fructuum uſucapionem, ita ꝙ iſti effectus ſunt accidentales, non autem naturales, & propterea dicunt docto. in rub. de iud. & habetur per Bar. in l. j. infra de appell. & per Abb. Decium, & alios in rubr. extra de appellatio. ubi dicunt quòd res non debet diffiniri per effectus ex eo : quia illi dicuntur eſſe accidentales, & per eos non demonſtratur ſubſtantia diffiniti. & ſolum toleratur ubicunquè effectus immediatè, & ſemper ſequuntur, ut per docto. in dictis locis, quando uerò accidentaliter ueniunt, in nulla habentur conſideratione, ideò cum effectus conſiderati per Bar. in hac ſua diuiſione dicantur eſſe accidentales, non poſſumus per eos arguere diuerſitatem ſpecierum, & per conſequens Bar. non probat ſuum principale præſuppoſitum, quòd poſſeſſio debeat diuidi in diuerſas ſpecies ; propter diuerſitatem effectuum ſuper quo multum cogita.

216 Secundò etiam Bar. præſupponit, † ꝙ per naturalem poſſeſſionem, uſufructuarius, feudatarius, & empbyteuta poſſit uſucapere ius uſusfructus, feudi, & emphyteuſis, quæ ſunt iura ſeparata à uerò dominio, & ſunt ſubalternata recognoſcentia aliud ius, & alium dominum in ſuperiorem, quòd præſuppoſitum eſt falſum ex eo: quia per naturalem poſſeſſionem, uſufructuarius non uſucapit illa iura : quia illa ſola de per ſe nihil aliud poteſt inducere niſi commoditatem percipiendi fructus, uſucapio autem illorum iurium prouenit ex alia poſſeſſione ſeparata à poſſeſſione rei, quæ appellatur quaſi poſſeſſio iurium incorporalium, ut fatetur, & concludit ipſemet Bar. in ſequenti quæſtione. Alia eſt enim poſſeſſio rei corporalis, quæ tendit ad acquirendum dominium ipſius rei, Alia eſt quaſi poſſeſſio iuris ſeparati à dominio, uel dominii ſubalternati, quæ tendit ad acquirendum illud ius tantum, ideò debet eſſe diuerſa, ut ſicut poſſeſſio rei corporalis tendit ad acquirendum dominium ipſius rei, ita alia quaſi poſſeſſio ipſius iuris quæ tendit ad acquiſitionem ipſius iuris, debet eſſe ſeparata à poſſeſſione rei, ſicut & ipſum ius præſcribendum, eſt ſeparatum à dominio directo.

Et in hac parte omnes docto. tenent contra Bar. dicentes, quòd fuit æquiuocatio, & error Bar. præſupponere, quòd ex naturali poſſeſſione rei, uſucapiatur illud ius incorporale uſusfructus feudi, & emphyteuſis, quoniam uſucapio non

pio non poteſt procedere ſine poſſeſſione, leg. ſine poſſeſſione. infra titulo primo. & poſſeſſio debet eſſe de re quæ uſucapitur, & cum uſucapiatur ius ſeparatum ab ipſa re, eſt neceſſarium, quòd ſit una poſſeſſio ſeparata à poſſeſ-
217 ſione rei, † quæ in iſtis iuribus incorporalibus appellatur quaſi poſſeſſio, & differt in ſubſtantia, & in modo acquirendi, cum poſſeſſio rei acquiratur per ingreſſum ipſius rei, quaſi uerò poſſeſſio iurium acquiritur ex uſu ipſorum iurium, lege ſeruitutes. in principio. ff. de ſeruitu. ruſticorum prædiorum ibi, poſſideo habendi conſuetudinem, & in fine cum utor, facto quodam poſſideo, atquè etiam requiritur ſcientia, & patientia aduerſarii, quæ haber uim traditionis, l. quoties, & ibi Bart. ff. de ſerui.

Item etiam oportet quòd qui utitur, ſciat ſe uti iure ſeruitutis, ut per eundem Bar. per illum text. in l. j. §. Ariſto. infra de aqua quotidi. & æſtiua, & ipſemet pouit in l. j. §. hoc interdicto. de iti. actuque priua. & per docto. in cap. cum eccleſia. de cauſ. poſſeſſio. & proprieta. & exempla multa habentur in toto titulo. extr. de præſcriptio. & in quæſtione ſequ. latè dicemus. Cum igitur ex iſta poſſeſſione naturali non ſequatur iſte effectus uſucapionis, & ut dicit Iaſ. & Rip. hic, ſolum ex ea habetur maior cõmoditas percipiendi fructus, ſequitur ꝙ hæc naturalis non poteſt diſtingui à ciuili, & ceſſat tota cauſa, & totum fundamentum Bar. Et proptereà quaſi omnes docto. hic repræhendunt Bart. dicentes non reperiri hanc naturalẽ, cum hac ſpeciali ſubſtantia, quòd producat uſucapionem iurium, ut per eam uelimus eam diſtinguere ſpecie à ciuili, & per conſequens non reperiri hanc ſuam ſpeciem in iure.

218 Tertiò etiam præſupponit Barto. † quòd repetitur tertia ſpecies poſſeſſionis, differens à naturali, & ciuili, propter hoc quòd producit ſolum effectum retentionis, & recuperationis, quòd præſuppoſitum etiam repræhenditur hic per doct. quoniam ſtante concluſione ſtatim firmata, quòd illa naturalis non producit uſucapionem illius iuris, quidquid dixerit hic Soz. qui conatur ſaluare Bar. ab hoc euidẽti errore. ſed ipſe incidit in maiorẽ: quia uult ab illa naturali cauſari poteſtatẽ uſucapiendi, & acquirendi quaſi poſſeſſionem iuris incorporalis, quod de ſe apparenter eſt falſum, cum quilibet corpore exiſtens in poſſeſſione, poſſit habere poteſtatem percipiendi fructus, ut eſt colonus, & miſsus in poſſeſſionem, ex cauſa auctoritate iudicis, l. cum legati. ex quib cau. in poſs. cat. Vnde cum dictus effectus ſequi non poſſit, remanet quòd poſſeſſio naturalis non habet ſubſtantiam per quam debeat diſtingui à corporali, quam poſteà ſubiecit Barto. cum ſublato illo effectu uſucapiendi, nullus alius effectus remanet in hac naturali, niſi ut poſſit retinere, & transferre onus probandi in aduerſarium, & habere interdictum uti poſſidetis, atquè etiam deiiciatur habere ius recuperandi, dicta lege prima. §. deiicitur. infra de ui, & ui armata. cum ſimilib. Et proptereà communiter doctor. tenent quòd hæc corporalis Bar. ſit eadem cum naturali quam haber uſufructuarius, feudatarius, & emphyteuta, & illa naturalis non reperiatur, uel hæc corporalis non reperiatur, & ſit una ſubſtantia diuerſis nominibus nuncupata propter diuerſas rationes, ut per glo. hic in uerbo naturaliter. in principio.

219 Roma. tamen hic, † conatur defendere hanc ſpeciem per aliqua iura. Et primò addit tex. in dicta lege ſi id quod. §. final. in quo ſe fundat Bartol. ubi illa poſſeſſio appellatur corporalis: ergo eſt diuerſa: quia ſi eadem eſſet, diuerſis nominibus non appellaretur, lege ſi idem cum eodem. C. de codicill. Sed reſponder communiter doctor. quòd appellatur corporalis: quia potiſsimè conſiſtit in retentione corporea, tamen poſteà appellatur etiam naturalis: quia iure naturali fuit introducta, & requirit inſtrumentum naturale, ut per eandem glo. magnam in uerbo naturaliter. in prin.

Secundò etiam adducit tex. in l. j. C. de fun. pa. lib. 10. ibi, corporalem. & melius concordat tex. in l. cum hæredes. §. j. inſ. eod. io uerbo corporali. Sed reſpondetur quòd ibi ſub uerbo corporali compræhenditur omnis poſſeſſio, tam ciuilis quàm naturalis, propter illam rationem quòd requiritur appræhenſio corporalis, & idem uidemus quòd etiam hæc appræhenſio appellatur naturalis poſſeſſio, l. iij. §. Nerua filius. infra eod. unde potius ille text. demonſtrar, quòd hoc nomen corporalis, eſt nomen generis, conueniens omnibus poſſeſſionibus, & ſic non demonſtratur quòd hoc nomen non denotat ſpecies, ſeparatã poſſeſſionis.

Tertiò adducit tex. in l. quòd ſeruus, inf. eo. ubi appellatur corporalis magis in ſpecie, quæ nullum effectũ producit: ergo differt ſpecie ab aliis, cum naturalis ibi ſecundum doct. ſit acquiſita domino, cuius nec ſeruus eſt capax, ut ibi per glo. in uerbo ciuiliter. Sed reſpondetur ꝙ ibi appellatur corporalis propter corporalem operationem: tamen etiam poteſt dici naturalis: quia ſeruus naturaliter tenet, & etiam ciuilis: quia ſeruus animo tenet, & ſecundum ius naturale omnis poſſeſſio eſt in ipſo ſeruo, cum per corpus, & animum ſuum retineatur à domino, & in hac l. j. §. ſed ſi ſeruus. & l. iij. §. ſaltus. dicitur quòd dominus poſſidet per corpus, & animũ ſerui, propter effectus ciuiles, quorũ ſeruus non eſt capax, tamen omnis ſubſtantia poſſeſſionis cadit in eo tanquã domino naturaliter, iuxta l. peculium, ex eo. infra de peculio. & propriè in ſeruo cadit poſſeſſio illa informis antiqua, cum priuilegio addito, ut poſſit retinere animo, & ſic apparet quòd uerbum corporalis, refertur ad omnes ſpecies poſſeſſionis, ut etiã

ſenſit glo. noſtra in uerbo naturaliter, & ſic non concludit de diuerſa ſpecie.

Quartò inducitur tex. in cap. quod autem. extra de iure patronatus. ubi præſentatus à patrono, & inſtitutus ab epiſcopo, habens corporalem poſſeſſionem, præfertur aliis non inſtitutis, ergo reperitur hæc corporalis. Sed respondetur eodem modo, quòd ibi ſub nomine corporalis continetur omnis poſſeſſio tam naturalis, quàm ciuilis, ut omnes ibi conſentiunt, & ſic uerbum corporalis, non infert diuerſam ſpeciem poſſeſſionis.

Quintò inducitur tex. in cap. in aliquibus. extra de re iudica. & ibi in ſpecie no. Antoni. de Butr. pro opinione Bar. ſed reſpondetur ſimiliter, quòd nihil facit: quia loquitur de omni poſſeſſione tam ciuili quàm naturali, cum per ſententiam adiudicetur omnis poſſeſſio, cum per eam efficiatur dominus, & illa differt à detentatione, quæ datur auctoritate iudicis cauſa cuſtodiæ, & docto. intelligunt illum tex. de illa plena poſſeſſione, & non de detentatione, & propterea apparet quòd per prædicta iura allegata per Roma. inducitur probatio contraria quòd hoc nomen corporalis, non denotat ſpeciem ſeparatam, ſed dicitur generale omnibus poſſeſſionibus, & per conſequens remanet quòd tota hæc opinio Bar. eſt falſa, & quòd de iure non reperitur iſta diuiſio in tres ſpecies poſſeſſionum, cum licèt ciuilis poſſeſſio producat uſucapionem rei principalis, non tamen reperitur alia naturalis, quæ producat uſucapionem iurium, & dominii ſubalternati, nequè reperitur hæc poſſeſſio corporalis, quæ ſit ſpecies diſtincta à naturali. unde docto. communiter eum repræhendunt.

220 Quare quarta traditur opinio per doct. communiter † quòd duplex tantummodo reperiatur poſſeſſio, naturalis, & ciuilis, quæ prima facie uidetur eſſe eadem cum opinione Ioannis: tamen uerè differt ab ea: quoniam Ioannes diſtinguebat poſſeſſionem ciuilem à naturali, in modo detinendi, ut ciuilis eſſet illa quæ retineretur animo, naturalis uerò quæ retineretur corpore, & regulariter amitteretur per diſceſſum à re poſſeſſa, licèt aliquando quando eſſet ſola, diſpenſaretur ut retineretur animo, ut in uſufructuario. Doctores uerò uolunt quòd poſſeſſio ciuilis diſtinguatur à naturali, propter diuerſitatem effectuum, ſumentes ſuam diſtinctionem partim à Bartol. qui uoluit per diuerſitatem effectuum diſtinguere ſpecies, & partim à Ioanne, qui diuidebat poſſeſſionem in duas ciuilem ſcilicet, & naturalem.

221 Vnde ipſi dicunt † quòd poſſeſſio ciuilis eſt illa, quæ producit acquiſitionem fructuum, atquè etiam acquiſitionem dominii, & apta producere acquiſitionem per uſucapionem. illa uerò ſit naturalis, quæ & eadem eſt corporalis, quæ producit illos duos effectus tantum retentionis, & recuperationis, quos Bar. attribuebat ſuæ corporali poſſeſſioni. nam ipſi uolunt quòd ſint communes cum naturali, quæ eadem eſt in ſubſtantia, & propterea inſiſtunt poſteà ſuper diffinitionibus Bartol. ſupplendo eas, & declarando, quoniam uolunt quòd ſub diffinitione Bartoli de ciuili debeat contineri etiam alia ciuilis, quæ producit uſucapionem iuris ſeparari à uerò dominio, & alterius dominii ſubalternati: quia eadem eſt in ſubſtantia cum illa quam diffiniuit Bartol.

222 Poſſeſſio igitur ciuilis ſecundum intentionem Bar. eſt † ius inſiſtendi rei non prohibitæ poſſideri, aptum producere ciuiles effectus, reſpectu ueri dominii, quam diffinitionem ſequuntur communiter doctor. cum declarationibus poſitis per Bart. excepto quòd tollunt illa uerba ueri dominii: quia per ea excluditur acquiſitio dominii ſubalternati, & cum ipſi uelint quòd per eandem ciuilem acquiratur ius ſeparatum à dominio, & alterius dominii ſubalternati, ideò tollunt uerbum illud, ueri dominii, & dicunt uſucapionem dominii, uel alterius iuris in ipſa re. Tamen uidetur quòd hæc annullatio facta per doctores non ſit iuridica, quoniam uſucapio iurium non ſit ex naturali poſſeſſione, ſed ex quaſi poſſeſſione, quæ ualde differt à ciuili poſſeſſione rerum corporalium, cum non ſit uera poſſeſſio, & ſui diffinitione ueræ poſſeſſionis non uidetur contineri quaſi poſſeſſio iurium incorporalium, quæ non eſt proprie poſſeſſio.

Alexand. ſupra in diffinitione generali fatebatur hoc, & dicebat quòd quaſi poſſeſſio eſt largo modo poſſeſſio. Vnde ſatis poteſt contineri in diffinitione, ut per Decium, & Aretin. in rubr. extra de iud. Sed Iaſ. repræ-

223 hendebat ex eo: † quia ſub diffinitione non poſſunt caſus improprii contineri, cum per eam denotetur propria ſubſtantia, & quidditas rei, & in caſibus impropriis non reperitur eadem ſubſtantia, & quidditas, & hoc ſupra approbaui, & nunc mihi placet, licèt Iaſo. hic non fuerit recordatus. Pro quo facit: quia in quaſi poſſeſſione non eſt ius inſiſtendi, quoniam res incorporalis non poteſt uideri neque tangi, & non conueniunt uerba poſita hic in textu naturaliter tenetur ab eo qui inſiſtit. Item quaſi poſſeſſio conſiſtit in uſu actuali, dicta lege ſeruitutes. de ſeruitutibus urbano. prædiorum, & requiritur ſcientia, & patientia aduerſarii, lege quoties. & ibi Bartolus. ſupra de ſeruitutibus, quæ non conueniunt poſſeſſioni rerum incorporalium. Et pro

224 pterea oportet dicere † quòd in hac diffinitione continetur poſſeſſio ciuilis rei corporalis, quæ tantummodo reſpicit uerum dominium, & ideò uerba Barto. non debent moueri propter hanc cauſam, & ſolum hic debemus dare diffinitionem

tionem poſſeſſionis rei corporalis, & in ſequen
ti quæſtione nos dabimus diffinitionem quaſi
poſſeſſionis ciuilis, nec inferetur per hoc poſſeſ
ſionem naturalem inducere uſucapionem, ut uo
lebat Bar. quia ſufficit non eſſe uerum, & quòd
ille effectus prouenit ab alia cauſa, & ſi uerba
eſſent mutanda eſſet dicendum, quæ producit
uſucapionem alicuius rei corporalis, & ceſſa-
rent contraria.

Sed fortius contra diffinitionem Bar. inſtari
225 poteſt: † quia uerba rei prohibitæ poſſideri, nõ
ſunt neceſſaria, ut ſupra concluſum fuit, etiam
ex mente docto. Item uerbum ius inſiſtendi nõ
uidetur conuenire, etiam tenendo opinionem
communem, quòd poſſeſſio ſit ius, quoniam
ius inſiſtendi eſt potentia legalis quæ neceſſa-
ria eſt ante poſſeſſionem, in poſſeſſione, & poſt
eam amiſſam durat, & per conſequens eſt res ſe
parata ab ipſa poſſeſſione. unde addenda ſunt
alia uerba quæ ego poſui adhærendo intentio-
ni eorum, quòd poſſeſſio ſit ius, ut dicamus
quòd eſt ius inſiſtendi in re legitimè appræhen
ſa, ut probatur in tex. noſtro, per quàm ap-
præhenſionem demonſtratur quòd diffinitur
ius inſiſtendi cum poſſeſſione unitum, non au-
tem potentia inſiſtendi, quæ poteſt præcedere
& ſequi ipſam poſſeſſionem, ut etiam declara-
ui ſupra in generali diffinitione.

Tertiò aduertatur: quia Bar. dixit aptum
producere ciuiles effectus, conſiderans tantum
modo aptitudinem, & non compræhendens
exiſtentiam. nam dũ ipſe noluit euitare quòd
uſucapio accidentaliter procedit poſuit uerbũ
aptum producere, oblitus fuit ueram eſſentiam
immediatam, quæ eſt quòd producit acquiſi-
tionem Dominij & fructuum, quæ bene ſub uer
bo aptitudinis non poteſt contineri.

226 Ideò tu ſequendo † intentionem doct. & eos
ſupplẽdo potes diffinire poſſeſſionẽ ciuilẽ hoc
modo. Poſſeſſio ciuilis eſt ius in re legitimè ap
præhenſa inſiſtendi acquiſitionẽ fructuũ, atquè
dominii ipſius rei, & poteſtatẽ uſucapiẽdi ac cæ
teros ciuiles effectus producendi, uel apta pro-
ducere. & cũ his uerbis ceſſat ſecunda obiectio
de lege ſequitur. §. lana. ubi acquiritur domi-
nium, & ſolutio ſua eſt ſubterfugium, & con-
tra iſtam diffinitionem oppone poſteà, &
ſolum ut per eum: quia congruunt eius ſolu-
tiones.

227 Poſſeſſio uerò naturalis † eſt ius in re legiti-
mè appræhenſa inſiſtendi, effectum retentio-
nis, & recuperationis producens tantummo-
do, uel apta producere, & dum dixi in re legi-
timè appræhenſa non denoto iuſtitiam poſſi-
dendi: quia ego uolo comprendere poſſeſſio-
nem clandeſtinam, de qua habetur in l. clam
poſſidere. §. fi. & in dicta l. ſi id quòd. §. fi.
quam corporalem appellauit Bar. ſed dixi pro
pter requiſita neceſſaria, & habitationem poſ-
ſidentis & rei poſſeſſę, uel ſi te hoc offendit de-
leas uerbum legitimè. Item dixi tantummo-
do cum miniſterio: quia poſſeſſio ciuilis, & ip-
ſa producit effectum retentionis, & recupera-
tionis, l. prima. §. j. infra uti poſſid. & l. prima
§. ſiuè autem. infra de ui & ui arma. & poten-
tius illa ciuilis produci, quàm alia ut in d. l.
prima. §. deiicitur. eo. titulo. Hæc autem poſſeſ
ſio differt à ciuili: quia producit tantummo-
do hos effectus, & non effectum uſucapiendi,
neque acquirendi dominium in fructibus, per
quæ apparet quòd in effectu hæ duæ ſpecies dif
ferunt ſecundum magis, & minus. nam poſ-
ſeſſio ciuilis producit, & apta eſt producere
omnes effectus ciuiles, & etiam eos quos pro-
ducit ipſa naturalis: poſſeſſio uerò naturalis
producit eoſdem met effectus retentionis, &
recuperationis, quos etiam ciuilis producit;
ſed ſolum differt: quia tantummodo eos pro-
ducit, & ſic minores quàm faciat ciuilis. un-
de fortiter obſtat quòd quæ differunt ſecun-
dum magis, & minus non dicuntur differre
ſpecie l. fin. ff. de fund. inſtruct. inſt. leg. ſuper
quo bene cogita: quia hoc multum redit dubi
tabilem ex uerbis Bartoli hanc diuiſionem
communem. Sed reſponde ut infra.

228 Si tamen tibi placet retinere opinionem quã
ſupra poſui † ꝙ poſſeſſio in ſubſtantia ſit facti,
& non iuris, poteris mutare prima uerba, dicen
do eſt iuſta in re appræhenſa inſiſtentia, & facies
eaſdem diffinitiones. Sed contra dictas diffini-
tiones ita firmatas, & declaratas, in quibus in ef
fectu præſupponit quòd naturalis nunquàm
producat acquiſitionem dominii, & per hoc
differat à ciuili, adhuc fortiter inſtatur ex men-
te docto. hic.

Et primò uidetur quòd proprietarius qui
habet ciuilem poſſeſſionem non habeat ius inſi
ſtendi: quoniam uſufructuarius eſt ille qui inſi-
ſtit, & percipit fructus, & dominus eo inuito nõ
poteſt morari in fundo. §. j. inſti de uſu, & habi-
tatione l. ſciendum. §. item qui ſola ſup. qui
ſatiſdare cogantur, propter quam obiectionem
dicebat ipſe ius. diffinitionem iſtam eſſe pericu
loſam. Reſpondebat Rip. quòd uſufructuarius
inſiſtit nomine proprietarii ad eius utilitatem,
ſicut etiam creditor inſiſtit nomine debitoris,
l. j. §. fi. ſupra titulo primo. & l. qui pignoris. inf.
quòd ſatis eſt. per l. quod meo. infra eo. Tu cla-
rius reſponde, quòd imò proprietarius inſiſtit
in re ex ſola ciuili, cum inſiſtentia poſſit fieri,
& corpore, & animo, & animo tantum, l. licèt.
C. eo. cum animus in ciuili ſit potentior pars,
quinimo ille qui nullo modo poſſidet, po-
teſt inſiſtere, ut ſi quis deſiderat pulchram mu-
lierem alterius, cap. cum uiderit. 32. quæſtio-
ne quinta. ergo fortius quando ciuiliter poſ-
ſidet. Item non eſt abſolutè uerum, quòd pro
prietarius non poſſit ſtare corpore in poſſeſ-
ſione, dummodo non noceat uſufructuario,
dicto. §. primo. de uſu, & habi. Hæc tamen
difficultas facilius tolleretur ſi teneres diffini-
tionem meã, ꝙ poſſeſſio ſit iuſta in re appræhẽ

ſa animi uel corporis, uel animi tantum inſi-
ſtentia ſucceſſiua.

229 Secundò obſtat l.noſtra in principio,†quæ di
cit ex naturali poſſeſſione cæpiſſe dominium,
ergo de directo contra deffinitiones,quæ uolũt
quòd naturalis poſſeſſio non producat domi-
nium,nequè uſucapionem,ſiue ſint in bonis nul
lius,ſiue ſint occupatæ.Confirmatur per tex.no
tabilem in l. ſi fund. ff. de uſucapionib.ubi uſu-
capiens poſſidebat ciuiliter rem, & tamen mu-
lier ducendo maritum in fundum, & dando,na
turale transfert dominium,& facit illum fundũ
dotalem,qui tex.uidetur multum urgere,& ar-
bitratur Ripa quòd ſit penè inſolubilis. Tamẽ
ipſe reſpondet, quòd illa naturalis etiam eſt ci
uilis,per quam ſolutionem incidit in opinionẽ
Azo.quòd unica ſit poſſeſſio:ſed tu potes reſpõ
dere ſeparando, quòd tunc acquiſitio dominii
non eſt effectus ciuilis,ſed naturalis poſſeſſio ꝓ
ducit naturales acceſſiones, & Bart. non dixit
quòd ciuilis ſemper producat dominii acquiſi-
tionem immediatam, ſed ſolã uſucapiendi con
ditionem per longum tempus, ideò illa acquiſi
tio dominii immediata, non continetur in dif
finitione Bar.

Sed replicatur quòd imò illa debet contine-
ri,cum poſſeſſio naturalis in illis quatuor exem
plis nunquam producat acquiſitionem fructuũ,
nequè dominium immediatum.Ideò tertiò di-
cas quòd ibi mulier tradidit poſſeſſionẽ infor-
mem antiquam, per quam poterat acquiri do-
minium per iſtum text. quæ tamen etiam eſt du
bitabilis:quia ueſtigia iſtius poſſeſſionis infor-
mis hodie non durant in acquiſitione dominii,
& propterea quarta poteſt dari ſolutio quòd il
le tex habet uarios intellectus, & non loquitur
de acquiſitione dominii, ſed loquitur de ceſſio
ne facta à muliere,ut dictum fuit ſupra in rubr,
dum Areti. dicebat ſine poſſeſſione acquiri do
minium,& ibi non apparet quòd interuenerit,
aliqua poſſeſſio, & hic eſt uerior intellectus ad
illum textum. ſecundum quem non eſt ita in-
ſolubilis.

Tertiò obſtat: quia hæc poſſeſſio appellatur
corporalis, cap. quòd autem,de iure patronat.
cap.cum aliquibus,de re iudica.l.cum hæredes.
§.primo.infra eodem.in quibus iuribus,corpo-
ralis illa producit omnes effectus ciuiles: ergo
& naturalis eoſdem producit effectus. Sed reſ-
pondetur,quòd ibi ſub nomine corporalis com
prehenditur ciuilis poſſeſſio:quia corpore, & a
nimo acquiritur,ut ibi tenent doctor.& ſic non
probat quòd corporalis pro ut eſt naturalis,
producat ciuiles effectus.

Quartò obſtat ꝙ creditor poſſidet ciuiliter,
& tamen non producit uſucapionem,cum debi
tor uſucapiat,l.j.§.per ſeruum corporaliter. & l.
qui pignoris.inf.eo. & facit ubi etiam probatur
ꝙ creditor nõ poſſidet opinione domini, l.qui
cunquè.ff.de Publ.actio.& l.ſi ſeruus depoſitus.
ſup.de noxalibus.& no.in l.cum notiſſimi. §. j.
C.de præſcriptio.30.annorum. Reſpondetur ꝙ
Bar.ſciuit hoc, tamen quia in multis creditor
poſſidet,& corpore eſt in poſſeſſione,dixit eum
poſſidere, cum debitor in aliquibus etiam ui-
deatur poſſidere,ut no.in d.§.per ſeruum. & in
dicta l.cum notiſſimi. in glo.conſtituit. Vel ſe-
cundò reſpondeut per eũ quòd ex ſua ciuili ip
ſe præſcribit:ſed tamen ad utilitatem debito-
ris, ut ibi uidentur tenere doctor. uel ſolue ꝙ
creditor non poſſidet iure dominii, idcirco
non uſucapit, lege quicunquè ſupra de Publi-
cia. actio. & diffinitio procedit in eo qui poſ-
ſidet iure dominii.

230 Quintò inſtatur fortiter: † quia mulier cui
eſt donatus fundus à marito, non poſſidet ciui
liter, nec habet ciuilem poſſeſſionem, l.ſi eum,
ſupra de donatio. inter uir. & uxorem. ibi,iu-
re ciuili non poſſidet, & tamen eſt apta produ-
cere effectum fructuum.l.de fructibus. eo.tit. &
l.fructus.infr.de uſucapionib.Item eſt apta pro
ducere uſucapionem, ut eſt text. in l. j. §. ſi in-
ter uirum. in fin. infra de uſucapio. pro dote.
ubi poſſidens ex contractu primò, ſi mutetur
titulus, ſoluto matrimonio eadem poſſeſſio
producit uſucapionem, ergo contra diffinitio
nem. Sed reſponderi poteſt, quòd illa iura lo-
quuntur in caſu quo donatio eſt ualida,quæ po
teſt producere acquiſitionem fructuum, & do-
minii, ſecus autem ubicunquè eſt in totum re-
probata,quo caſu incipit eſſe naturalis. Vel ſe-
cundò reſpondetur,quòd mulier habet poſſeſ-
ſionem ciuilem,ut ego tenui inf.in §.ſi uir, quã-
uis illa poſſeſſio habeat titulum reprobatum,
& propter titulum uidetur naturaliter teneri,
ſed tamen ipſa eſt ciuilis in ſubſtantia: unde ſi
ſuperueniret titulus, ipſa poſſet uſucapere, te-
nuit Iaſ. & Alex. in 5. notab.

Sextò obſtat,ꝙ uoluit ipſemet Bar.in l.fi.nu.
ij.infr. uti poſſid.dum dixit quòd tot ſunt poſ-
ſeſſiones,quot iura,& ideò uſufructuarius, uſua
rius,emphyteuta,& feudatarius, habent poſſeſ-
ſiones eiuſdem rei in ſolidum: ergo differunt
ſpecie,& ſic uidetur quòd ſint ſex uel ſeptem di
uiſiones contra prædictam opinionem. Sed re-
ſpondet hic Ia.quòd ibi Bar.malè loquitur,per
tex.in l.iij.§.genera.ubi unicum genus infra eo-
dem. Secundò reſponde ut per eundem Bart.
hic quòd non differunt ſpecie, ſed differunt
ſecundum magis, & minus, l. fin. ff. de fund.
inſtr.unde non obſtat, & ſequuntur communi-
ter docto.

231 Septimò inſtatur: † quia ſola poſſeſſio natu-
ralis,ſi eſt cum bona fide facit acquiſitionẽ fru-
ctuũ.l.ſequitur.§.lana.ff.de uſucap. ſicut fit in ci
uili,& ſic producit eoſdem effectus. Item ſi quis
poſſidet ſeruum in quo habet uſumfructum,
uel uſum qui naturaliter poſſidetur, dicta lege
naturaliter. infra eod. & tamen per eum acqui
ritur poſſeſſio. ut inf. §. per eum & leg.poſſeſ
ſio. Sed reſpondeat primò quòd dictus.§.ſequi
tur. loquitur de ciuili poſſeſſione,quæ corpo-
re, &

re, & animo acquiritur, non antem de ſola naturali, & ſic non facit: & patet: quia dubitatur an uſucapiat. Ad ſecundum reſpondetur, quòd licèt per ſeruum in quo habemus uſumfructum acquiratur nobis poſſeſſio dictis iuribus, tamen non ſequitur quòd poſseſsio naturalis producat illam acquiſitionem alterius rei: ſed conceditur propter ius utendi, & fruendi. Vel ſecundò conceditur quantum ad res diuerſas, cum uideamus quòd ſeruus ingrediendo aliquam rem acquirit naturalem domino, l. ſi colonus. infra eodẽ. & l. iij. §. ſaltus. primo. & ſecundo reſponſo infra eodem. & diſſinitio communis producit, quantum ad acquiſitionem ipſius rei naturaliter poſseſsę, quæ non acquiritur per naturalem, dicta lege acquiritur. §. final. ſupra titulo primo, & ſic eſt æquiuocatio, & non obſtat.

232 Octauò contra prædictam opinionem facit: † quia iure non probatur quòd naturalis poſseſſio ſola, non ſit habilis ad producendum uſucapionem, ſi forſan ipſa eſset continua ſemper: quia eſset podagroſus, qui nũquam diſcederet, uel aliquis haberet maximum territorium cum ſua habitatione, & nunquam exiret illud, certè nulla ratio ſuadet ꝙ ipſe non poſsit uſucapere ipſam rem, ſi retineat animo quærendi dominium, non autem quòd tanquam uſufructuarius poſsideret, & ideò dicebat Ang. in terminis docto. quòd poſseſsio naturalis uacante ciuili, ſi eſſet continuata, & cum bona fide produceret uſucapionem: quia illa naturalis ſola retinetur animo, & ſufficit cum nulla lex impediat dictam uſucapionem, neque contradicat. Sed reſpondetur quòd deciſio Ang. non eſt uera nam aut ciuilis eſt apprehenſa, & tunc ipſe non poteſt uſucapere: quia duo in ſolidum uſucaperent, quòd negatur in dicto. §. è contrariò, & ſi eſset uacãs accederet ipſi naturali, & inciperet poſsidere utraquè poſseſsione, dicta l. quod ſi nolit. infra eode. & ſi ipſe non haberet animum acquirendi ciuilem, remaneret naturalis ſola ſine effectu ut per glo. in l. *j.* poſt medium. uti poſsidet.

233 Nonò contra dictam opinionem inſtatur: † quia datò quòd producerent diuerſos effectus, tamen per hoc non debent iudicari diuerſæ ſpecies, cum uideamus hominem producere eoſdẽ effectus quos equus, & bos, ut creare filios, educare, nutrire, coire, licèt faciat cum maiori ratione: ergo ex effectibus non poteſt iudicari diuerſa ſpecies. Prætereà nulla diffinitio tradi poteſt per effectus, ut uoluit Decius in rubr. ext. de appell. repræhendendo Bar. in l. pri. ff. de appellat. Sed reſpondetur quòd effectus qui producuntur diſtincti inter ſe, inducunt diuerſitatem ſpeciei, ac etiam effectus qui immediatè ſequuntur. Et ideò dixit Decius in dicta rub. de appellatio. quòd res poteſt diffiniri per effectus immediatè ſequentes, qui inducunt diuerſitatem ſpeciei, ut eſt tex. in §. primo. inſti. de tutel. ubi tutela diffinitur per effectus.

Decimò fortiter inſtatur: quia res quæ differunt ſecundum magis, & minus, non differunt ſpecie, l. ſi. de fundo. inſtru. & hic per Bar. ſed iſtæ duæ poſseſsiones differunt ſecundum magis, & minus: quoniam ciuilis producit omnes effectus ciuiles, & naturalis producit effectum retentionis, & recuperationis, quos etiam producit ciuilis, & ſic differt: quia minores effectus producit, iſtud contrarium uidetur ualdè fortè, ut ſupra tetigi. Tamen Iaſ. nota. reſpondet quòd procedit quantum ad magnitudinem rei, ut nauis parua non differat ſpecie à magna: ſed non procedit in effectibus: quia qui minores effectus producunt differunt ſpecie, per tex. no. in lege prima. ff. de ſeruitu. ruſticorum prædior. & inſti. eodem titulo. in principio. ubi uia eſt ius eundi, agendi, & uehiculum ducendi, & ſic producit tres illos effectus: actus uerò eſt ius eundi, & agendi, & producit duos tantum: iter uerò eſt ius eundi, & producit unum effectum tantum, & ſic differunt ex pluralitate, & minoritate effectuum, & tamen differunt ſpecie, ut omnes ibi dicunt. & per illum textum ſuſtinetur hæc opinio doct. quæ aliàs eſset multum periculoſa.

235 Vndecimò facit ratio Alcia. quia mulier fæcunda non differt ſpecie à ſterili, ergo nec poſseſsio naturalis debet differre à ciuili. Sed reſpondetur quòd non facit in terminis: quia licèt non producat filios, tamen apta eſt producere ſecundum ſuam ſpeciem, ſicut etiam furioſus dicitur animal rationale, propter aptitudinem naturalem.

234 Duodecimò facit † quòd ius retentionis, & recuperationis eſt commune etiam ciuili poſseſsioni, ergo naturalis non differt ſpecie à ciuili: ſed reſpondetur ut ſupra, quòd non tenet conſequentia: quia uia producit effectum itineris, & actus, & tamen differunt ſpecie.

Decimòtertiò facit: quia hæc diuiſio eſt accidentalis, cum ante introductam uſucapionem non fuiſset iſta poſseſsio ciuilis, differẽs à naturali, nec naturalis poſset ante ius emphiteuticum, & feudale conſiderari. Sed reſpondetur quòd licèt tunc temporis non produceret uſucapionem tamen producebat alios effectus ciuiles acquiſitionis dominij & fructuum, ut in tex. noſtro.

Decimoquartò facit: quia docto. implicant contradictionem: nam ipſi dicunt poſseſsionẽ eſse ius inſiſtendi ſibi, ac ſimul uolunt ꝙ poſseſſio cauſet ius detinendi, pro quo competant remedia poſseſsoria, & ſic uolunt ꝙ poſseſsio ſit cauſa & cauſatum. Ergo malè. l. ubi repugnantia. de reg iur. & l. manumisſiones quoq;. ff. de iuſti. & iur. Sed reſpondetur quòd ſecundum opinionem quam tenui, poſseſsio non eſt ius inſiſtendi; ſed ipſa inſiſtentia unde poteſt cauſare ius detinendi. Secundò reſpõdetur quòd ius inſiſtẽdi eſt potentia præcedẽs, & doc. cõſiderant

poſſeſſionem, pro iure potentiali. Item conſiderant poſſeſſionem pro iuribus prouenientibus, & tunc hac cõſideratione poſſeſſio eſt ius, & ius inſiſtendi, non cauſatur à poſſeſſione: ſed præcedit poſſeſſionem, alia uerò iura conceduntur pro effectu, non autem pro ſubſtantia, & ſic non obſtant.

Ex quibus apparet, quòd hæc opinio communis ſuſtineri poteſt à morſibus omnium Moder. negari tamen non poteſt, quin habeat multas ſpinas, & quòd per eam concludenter non probatur quòd ſit duplex. Nam licèt non poſſit defendi ab obiectionibus doct. nulla tamen lex allegatur, quæ probet hanc diuiſionem bimembrem. Vnde hucuſquè remanet ſolum fundamentum Azon. ꝙ ſi non probatur, ut ſit multiplex unica dicatur, & uerè hæc opinio ui detur in puncto iuris multum probabilis, cum ei tantummodo obſtet ꝙ duo in ſolidum non poſſunt poſſidere, tamen per reſponſionem ſuã de diuerſis qualitatibus contrarium ceſſat.

235 Propterea ego puto quintam opinionem dari poſſe, † ſumendo aliter principia, & concordari poſſe opiniones, & quòd uerum ſit unicam poſſeſſionem eſſe naturalem, quæ per extenſionem dicatur ciuilis, & animo retineatur, ac quoquè ſimul uerum eſſe ꝙ ſit duplex, ciuilis & naturalis, & pro reſolutione repetendum eſt, ꝙ ſupra dictum fuit in prima quæſtione principali, conſiderando ꝙ poſſeſſio in ſui ſubſtantia eſt facti: quia eſt illa animi operatio ſeu inſiſtentia ſucceſſiua in re appræhenſa, quę fit animo & corpore, ſeu animo tantum, quæ poſſeſſio ſtat in puris terminis naturalibus, quando res prohibetur poſſideri, l. qui uniuerſas. §. j. inf. eo. uel quando perſona prohibetur poſſidere ſine habilitate perſonæ cui ſubiicitur, ut nec ei poſſit acquiri, l. quod ſeruus. inf. eo. ſed ſi ſuppleatur perſona poſſidens, per eum cui ſubiicitur, ut in l. iuſto. §. fi. inf. de uſucapionibus. Vel ſi perſona ſit capax, & interueniant omnes habilitates in re, & titulo, tunc dicta poſſeſſio, quæ naturalis eſt in ſubſtantia, & facti, efficitur etiam ciuilis extenſione, & approbatione, & remanet unica, ut uolebat Azo. cum illis qualitatibus, & ſemper retineatur animo: quoniam poſſeſſio æqualiter eſt poſſeſſio, ſiue corpore, ſiue animo, quis inſiſtat, ſiue animo tantum. Et hæc poteſt eſſe apud plures in ſolidum, reſpectu diuerſi finis, cum ille qui poſſidet ſeu inſiſtit, tanquàm dominus proprietatis, poſſit poſſidere ſimul cum eo qui poſſidet tanquàm feudatarius, emphyteuta, uſufructuarius, & uſuarius: quia illi non occupant totam rem animo ſuo, ſed ſolum eam occupant reſpectu iuris quòd prætendunt, unde ſimul poſſunt ſtare in ſolidum in eadem re, ut dixi in §. è contrariò. in præmiſſis, & in notabilibus, & eademratione ille qui poſſidet tanquàm dominus, & alius ingrediẽs, tanquàm poſſeſſor, ſeu pro poſſeſſore, cum non dum occupet animo ſuo totam rem, poteſt in ſolidum ſimul ſtare in illa re cum domino: quia nunquàm adhuc occupat totam rem cum animo ſuo. Sed ſi non admiſit reuertentem tunc: quia conſtat totam rem uelle occupare, & ille deſinit, ſolus incipit poſſidere, & ſi ſunt æquè fortes, ambo pro parte ſua poſſident, lege ſi id quod. §. fin. & lege quod meo, §. fina. infra eodem. & tunc ſolum producit effectus retentionis & recuperationis, dicta lege prima. in fin. infra uti poſſidetis. & dicta lege prima. §. qui a me. infra de ui & ui armata. ſiautem ſolus poſſidet, & iuſtè tunc producit illos quinquè effectus ius retinendi, & recuperandi, ius percipiendi fructus, & faciẽdi ſuos, & ius uſucapiendi, & ius acquirendi per rem poſſeſſam, quæ faciunt quòd illa poſſeſſio naturalis plenè dicitur ciuilis approbatione, & per extenſionem, & aliquando magis, & aliquando minus ſecundum qualitatem, & plenitudinem approbationis, & appellantur propriè iura poſſeſſoria, dicta l. ſi quis ad ſe fundum. C. ad legem Iuliam de ui. & l. peregrè. infra eodem. & lege non ideò minus in fin. C. de lib. cauſ. & lege nemo in fin. C. eodem.

236 Veruntamen, quia iſti effectus principaliter ſolent ab hominibus & à iure conſiderari: † quia omne agens agit propter finem, & magis cognoſcuntur propter utilitatem ſequentem, ipſi, ſeu hæc iura poſſeſſionis, appellantur poſſeſſio, dicta lege quod ſeruus, & lege poſſeſſio. infra eodem: unde ſuccedit alia ſpecies poſſeſſionis quatenus dicta iura capimus pro poſſeſſione, differens à prima in ſubſtantia: quia illa eſt cauſans, & cauſata illa dicitur eſſe facti, hæc uerò eſt iuris, & diffinitur per uerbum iuris nominando illos effectus, ut dicatur ius retinendi, percipiendi fructus, & faciendi ſuos, & acquirendi dominium, & uſucapiendi ac omnes legitimos effectus iuris percipiendi, pro ueniens ab inſiſtentia in re, & correlatiuè ad eã ſe habens. Vnde uerò eſt alia ſpecies poſſeſſionis quæ propriè dicitur poſſeſſio cauſata, & de hac intellexerunt doct. ut Iacobus de Are. & Iacob. de Rauenna, quando uoluerunt eſſe iuris, ſed neſciuerunt poſteà declarare, nec diſtinguere: quia non uiderunt illud medium inter appræhenſionem, & ipſum ius retinendi, atquè percipiendi cæteros effectus, & quòd neceſſariò debebat eſſe una ſubſtantia, proueniens ab appræhenſione, quæ deberet eſſe cauſa producendi illos effectus, & non poteſt eſſe niſi actualis inſiſtentia ſucceſſiua.

Rurſus quia ad complendam ut dictum fuit hanc naturalem poſſeſſionem, ut conſideraretur à iure ciuili requirebatur habilitas ciuilis in perſona, & in ipſa re, quæ habilitas appellatur potentia iuris inſiſtendi, & poſſeſſionem accipiendi. Doct. etiam illam potentiam appellauerunt poſſeſſionem, habentes pro nihilo illud factũ naturale, quando non adeſt potentia iuris, ꝓpterea tanquã illa potẽtia præualeat, &

factum

ſactũ illud naturale obſcuret poſſeſsionẽ appellauerũt ius inſiſtendi, id eſt, potentia inſiſtẽdi, quam crediderunt naſci ex illa appræhenſione quòd tamen non poteſt eſſe: quia potentia non poteſt naſci ab actu, & eſt neceſſarium quòd potentia præcedat actum ſicut & ius teſtandi præcedit teſtamentum, & ius nunciandi præcedit nunciationem, & ius prohibendi præcedit prohibitionem, nihilominus reſtringendo hanc potentiam ad tempus quo res eſt appræhenſa, illa quoq; appellari poteſt poſſeſſio, & hoc modo eam conſiderauit Bar. & Ioannes. & communiter docto. quæ tamen duæ, poſſeſſiones iuris, ſiue capiantur pro potentia, ſiue pro effectibus. fundantur correlatiuè in ipſa inſiſtentia quæ debet ſemper durare, & quatenus durat reperiuntur illæ duæ poſſeſſiones. iuris, & quatenus extinguitur, extingũtur etiam ille duæ poſſeſſiones iuris. Vnde deficiẽte animo uel ex uoluntate uel ex captiuitate, uel per mortem, uel per timorẽ, uel per inundationẽ, uel per obliuionẽ, uel alios ſimiles effectus, deficit ipſa poſſeſſio in ſubſtãtia, id eſt, ipſa operatio animi ſucceſſiua, & in cõſequentiã propter correlationẽ, deficiunt etiam dicta iura poſſidendi, & producendi effectus, noluerunt docto. quòd poſſeſſio dicatur extingui, ſolùm attendentes ad illud quod per leg. diſponitur, non autem ad factum naturale, tamen uerè & ipſa poſſeſſio reperitur, propriè & in ſubſtantia, quæ pœnam recepit ius potentiale inſiſtendi, atque percipiendi effectus ciuiles, & diſtinguuntur in ſubſtantia: quia ipſa poſſeſſio facti, eſt cauſans, iura uerò dicuntur poſſeſſio cauſata, & per conſequens poteſt dici, imò neceſſarium eſt dicere, quòd ſit duplex poſſeſſio habens diuerſa principia, naturalis, & ciuilis, naturalis eſt illa inſiſtentia, & animi operatio ſucceſſiua, per quam cætera iura cauſantur, & ipſa poteſt dici ciuilis, apptobatione, Ac etiam eſt alia cauſata ab ea, quæ appellatur ciuilis, ſumendo tamen duobus modis, uel pro potentia inſiſtendi, & tunc eſt ius inſiſtendi, ut dicebat Bar. uel pro effectibus prouenientibus, & tunc eſt ius retinendi, & effectus ciuiles producendi, & hæc diuiſio haber apparentem rationem, & parum differt ab intentiooe Docto. imò eos concordate uidetur.

257 Alia fuit opinio Bal. in cap. cæterum. de ind. †quòd duplicitas ſpeciei in poſſeſſione conſideratur ex capite alio, an ipſe homo ſit in poſſeſſione, an uerò ipſe ſit abſens: nam quando ipſe homo eſt corpore in poſſeſſione, tunc eſt naturalis, quando uerò eſt abſens dicatur ciuilis: quia caſu non eſt in homine, unde dicitur ciuilis, & homo exiſtens in equo poſſidet naturaliter: quando uerò eſt abſens ciuiliter poſſidet: quia tunc poſſeſſio eſt in eo de iure ciuili, quæ opinio uidetur eſſe eadem cum opinione Aldri. quæ uolebat quòd nunquàm iſtæ duæ poſſeſſiones ſimul eſſent, ſed quòd naturaliter teneretur quando eſſet corpore in poſſeſſione, & exiens amitteret poſſeſsionem naturalem, & acquireret ciuilem, & reuertens amitteret ciuilem, & acquireret naturalem. ut patet in glo. magna ibi, Aldri. Tamen hæc opinio non eſt uera ex eo: quia præſupponit quòd naturaliter quis non poſſit inſiſtere animo in aliqua re, niſi interueniat etiam corporis operatio, quod tamen non eſt uerum: quia eadem eſt operatio animi, ſiue corpore exiſtat in re, ſiue exeat de re cum animus à longè operari poſſit.

Ferretus quoque hic addit alto ſupercilio & ſuam opinionem, dicens omnes docto. eſſe hallucinatos in cognoſcendo ciuilem poſſeſſionẽ, per uerba longa & lata, inquit enim poſſeſſionem naturalem eſſe introdoctam propter dominium, & ſine dominio non eſſe perfectam. ideò indigere ciuili poſſeſſione pro auxilio ad acquirendum dominium per uſocapionem. Vnde prætendit poſſeſſionem naturalem non eſſe in non domino, & ciuilem non eſſe niſi in uſucapiente, quæ opinio eſt uerè mera chimera & fantaſia, cum præſupponat ſine dominio non eſſe poſſeſſionem, & omnino ſit iuncta cum eo quod eſt totum reprobatum à iure cum nihil commune habeat poſſeſſio cum proprietate, l. naturaliter. §. nihil commune. infra eodem. & poſſeſſio principaliter fuit conſiderata, pro ut res ſeparata à dominio, & propterea remedia poſſeſſoria introducta fuere, in quibus aliquando nec etiam eſt neceſſarium facere mentionem de dominio, ſeu titulo dominii.

238 Reſolutiuè autem loquendo †in tanta docto. uarietate, puto non eſſe recedendum à quarta opinione quæ communis eſt, & à doctoribus tradita poſt Bar. & licet appelletur opinio Ioãnis, tamen uerè differt ab ea: quia ipſe conſiderabat naturalem, & ciuilem poſſeſſionem in modo retinendi, ipſi uerò conſiderant poſſeſſionem naturalem & ciuilem, differentem ſpecie propter effectus, & poſſeſſio ciuilis ſit illa quæ producit acquiſitionem fructuum dominii, & ius retinendi, & recuperandi, & omnes alios ciuiles effectus, naturalis uerò ſic illa quæ producit tantummodo effectum retentionis, & recuperationis, & non inconuenit quòd differant, propter minores effectus, cum idem ſit in ſeruitute uiæ, actus, & itineris, quæ ſolum differunt propter maiores & minores effectus, & tamen differunt ſpecie, dicta l. prima de ſerui. ruſti. prædio. quæ opinio eſt magis palpabilis quàm ſit illa Azo. qui uolebat tantummodo differentias cauſari propter qualitates. & remanere unam poſſeſſionem in ſubſtantia, quoniam cauſat quandam confuſionem, & faciendo quòd ſint duæ poſſeſſiones, facilius intelligitur, & percipitur, & propterea docto. in toto corpore iuris, & in omni parte ſemper facientes mẽtionem de poſſeſſione, intellexerunt eam ſecundum opinionem Ioannis, diuidendo eam in duas ſpecies ciuilis & naturalis, & ſolum

diſputanerunt in hoc loco de eius ſubſtantia, ponendo has uarias opiniones, & hanc quoque aſſumpſit,& approbauit practica, ut in quocunque loco,& in quocunque iudicio, quando fit lis de poſieſſione, ſemper conſiderant poſſeſſionem duplicem, in ſubſtantiam naturalē,& ciuilē & ita etiam conſiderauerunt omnes in d.§.nihil commune. ubi tractatur de practica iudiciaria, & de remediis poſſeſſoriis,& nos etiam in ſeq. quæſtio.eam tanquam ueram ſequemur, & præſupponemus pro ſolido fundamentò, ad finem ut non multiplicentur confuſiones in ſequentibus difficultatibus.

239 Aliam etiam addiderunt docto.hic communiter†quam appellauerunt ciuiliſſimam poſſeſſionem, & fuit merè introducta de iure ciuili, quantum ad modum acquirendi, quoniã ſine corpore & animo acquiritur, & retinetur ſine corpore & animo, antequam naturaliter accipiatur, & exemplum unum ponitur, in leg. rectores.§.bona.in uerbo pleniſsima poſſeſſio. C. de epiſco.& clericis. ubi facto raptu de uirgine exiſtente in monaſterio,bona raptoris incontinenti applicantur monaſterio, ut monaſterium incipiat pleniſsimè poſſidere, abſque aliqua appræhenſione, & de ea etiam habetur per Bal.in l. fi. colum.3. C. de ſacr.ſanct.eccleſ. cum ſimilibus adductis hic per Iaſ.Aliud exemplum etiam ponitur per docto. quando ſtatutum dicit, quòd poſſeſſio bonorum defuncti adita hæreditate in continenti tranſeat in hæredem, corrigendo l.cum hæredes. infra eodem. quam dixit artificioſam Bal. in rub,ext.de cauſa poſſeſſionis & proprietatis. Subdit tamen hic Iaſ.poſt Alex.quòd hæc non dicitur eſſe diuerſa ſpecies in ſubſtantia à ciuili:quia eoſdem producit effectus, ſolum enim habet priuilegium in modo acquirendi, & retinendi per certum tempus,cõtra l.3.& l.quemadmodum. infra eodem.ut acquiratur ſine corporis apprę henſione, & hanc opinionem ſequitur etiam hic Rip.ſi ſtatutum etiam uel lex uelit acquiri: quia fingat appræhenſionem, & corporalem ingreſſum, quum tunc nihil noui eſt in ſubſtantia poſſeſſioni,ſed ipſa appræhenſio ſola fingitur, ut habetur in l.quod meo. infra eodem. de eo qui per conſtitutum transfert poſſeſſionem, & acquiſitione quæ fit per ſeruum domino de rebus peculiaribus, iuxta l. iuſto. §. fin. infra.de uſucapio.cum ſimilib.Vnde tunc oporter intelligere iſtam opinionem,quòd tranſeat poſſeſſio à die ſcientiæ, & ille in quem tranſfertur ſciat, ut poſſit animo poſſidere, ſi non ſunt perſonæ quæ ſuum animum & corpus præſtent in retinendo, ut in dicta l. iuſto.§.fina. & pro hac poſſeſſione competant etiam interdicta poſſeſſoria ut dicebat Sozi. in l. rem quæ nobis. quæſtio. quinta.infra eodem.& Decius conſ. 84.excellentiſsimi docto. ſed ſi ſtatutum uel lex diſponeret, quòd ſine animo acquiretetur,etiam ignorante, uel ſine aliqua appræhenſione ficta,tunc eſſet neceſſariò noua poſſeſſio,cum ſubſtantia differt in omnibus ab illis quæ declarantur in hac lege, cùm conſiſtat in animo, & in eius operatione, & ſine animo uero, uel ficto eſſe non poſſit, & non competerent remedia poſſeſſoria ut tenebat hic Rip. num. 36.

240 Sed mihi placet †quòd etiam hoc caſu competerent remedia poſſeſſoria, quoniam hoc eſt quod principaliter fuit conſideratum à ſtatuto, ne per dictam poſſesſionem impediretur alii acquirere,tanquam res ſit occupata,& ideò omnia remedia uidentur poſſe competere, & ſi ſtatuentes fuiſſent interrogati, an noluiſſent remedia poſſeſſoria competere pro tali poſſeſſione: Reſpondiſſent quòd ſic. ideò habetur pro expreſſo,ut per glo. in l.tale pactum. in fin. ſupra de pact.& potius iura poſſeſſoria, quàm ipſa poſſeſſio conceſſa uidentur. Vnde dubitant an ualeret ſtatutum, uel lex, quòd poſſeſſio acquiratur & retineatur ſine appræhenſione, & animo, quaſi impoſſibile diſponat, ut tenebat hic Areti.tamen communiter alii tenent contrarium, quòd imò ualeât,ut hic Ang.& Imol. & ſequitur Rip.qui plus uoluit quòd nec etiam in dubio præſumatur, ſtatutum uoluiſſe fingere appræhenſionem corporalem, & quòd ualeat ſtatutum omnino puto uerum. ſed quòd in dubio non præſumatur inducere fictionem de appræhenſione, non puto uerum: quoniam diſpoſitio præſumitur facta conformis iuri ciuili & non uideatur uelle totam uigilantiam Iuriſconſultorum auferre, l. ſi quando. C. de inoffi. teſtamen. Vnde ſolum eius opinio procedet quando ſtatutum hoc exprimit: quia non debemus credere legem uoluiſſe inducere miracula, & diſponere impoſſibilia: argum.l. ſi ad cert.inf.loca.& §. minorem. inſti. de adoptio. Vnde ſi lex uult infantem, uel mutum ſtipulari, ſubintelligitur quòd uelit ſtipulari per ſeruum, & ſi non habet ſeruum fingit eum habere, ne inducantur tot improprietates in iure,ut habetur in l. prima ubi dixi. infra de uerborum obligatio.

241 Tertium exemplum eſt, † quando ſtatutum dicit, quòd poſſeſſio defuncti continuetur in hæredem, prout eſt conſtitutio in Gallia, quã Tiraquellus latè commentatus eſt,& in hoc Regno Siciliæ, in qua tamen poteſt dubitari,quid hoc ſtatutum diſpoſuerit. nam primò poteſt dici quòd adita hæreditate hæres, & appræhenſa poſſeſſione fingatur retrò poſſediſſe à die mortis,& ita ſemper cõtinuata fuerit poſſeſſio, qui modus non multum diſcreparet à iure,quoniam hoc eſt in cæteris iuribus defuncti, l. hæres quandocunque, ff. de acquir. hæredita. ſed tamen non induceret plenam prouiſionē: quia ante aditam hæreditatem prætendentes poſſint capere poſſeſſionem, & utranque acquirerent: quia bona reperirent uacantia, & fictio poſteà ſuperueniens non poſſet annihilare hãc

poſſeſ-

poſſeſſionem: quia res facti, iure ciuili infirmari non poteſt, ut infra. §. ſi pir. & l. in bello. §. captæ. infra de cap. Item nec etiam conueniret uerbis ſtatuti: quia dicit poſſeſſionem defuncti continuari in hæredem cum potius eſſet contrarium, quòd poſſeſſio hæredis continuaretur in defunctum.

Vnde ſecundo modo poteſt intelligi, quòd tale ſtatutum uelit poſſeſſionem defuncti durare poſt mortem, & tranſire in hæreditatem, & conſeruari, & ut hoc uideatur iuridicè factum, uidetur fingere animum defuncti durare, & quòd in hereditate etiam poſſit conſeruari, iuxta tex. in l. hæreditas in multis. ſupra de acqu. rerum domini. diſpenſando contra tex. in l. prima. §. Scæuola. infra ſi quis teſtam. lib. eſſe iuſſ. fuer. quæ poſſeſſio duret, uſque ad appræhenſionem hæredis, & facta appræhenſione fortificetur cum animo hæredis, ſicut dominium quod recta uia tranſit in legatarium, per appræhenſionem legatarii efficitur naturale, l. ſi tibi homo. §. cum ſeruus. de leg. primo ubi no. & in l. prima. inf. eodem & iſte eſt modus multum plenus: quia ſemper bona reperientur poſſeſſa, & occupata cum uera poſſeſſione, & ſolum fictio erit in animo defuncti, quod nõ eſt inconueniens: quia hæreditas iacens ſemper repræſentat perſonam defuncti, §. ſi ſeruus. inſti. de hæredibus inſtitu. & lex fingit mortuum uiuere, §. primo, inſti. de excuſatio tutorum.

Tamen poteſt dubitari an ſtatutum uoluerit facere hanc fictionem, cum uerba expreſſa hoc non inferant. Vnde tertius eſt modus ꝙ ſtatutum intelligatur, ut poſſeſſionem ipſam defuncti ſuſtineat, & transferant in hæredem, cum hoc medio ut eam fortificet, taliter quòd poſſit de per ſe ſuſtineri ſine animo. Nam cũ docto. dicant poſſeſſionem eſſe debile ius quod non poteſt ſuſtineri ſine ſuſtentaculo animi, & in hoc differat ab alijs iuribus, quæ ſine animo ſubſiſtunt, & ſuſtinentur, ut latè dictum fuit in illo articulo, An poſſeſſio ſit iuris uel facti, in reſponſionibus ad fundamenta, quòd poſſeſſio ſit facti, potuit autem lex dare ſuum ſuſtentaculum per illud ſtatutum, per quod ſuſtineatur illud ius debile, & efficiatur forte, ut ſicut cætera iura durant poſt mortem defuncti, & tranſeunt, & conſeruantur in hæreditate, & acquirantur hæredi per aditionem, dicta leg. cum hæredes. inſ. eodem. ita etiam hæc poſſeſſio trãſeat in hæreditatem, & conſeruetur ab ea, & per aditionem ſimul cum aliis iuribus tranſeat in ipſum hæredem, & iſte modus uidetur multum conuenire uerbis, dum dicit ſtatutum ꝙ poſſeſſio continuetur in hæredem, tamen præcedens modus uidetur eſſe magis rationabilis, ut fictio ſit in animo defuncti, qui ſuſtineatur, & non eſt inconueniens, quòd præſumamus ſtatutum hoc uoluiſſe: quia ut etiam in alio exemplo dictum fuit, lex præſumitur nolle facere miracula, & potius fingit neceſſaria ad actum, ut fiat ſecũdum regulas iuris communis quàm quòd uelit eas infringere, ut habetur per doct. in dicta l. prima. ff. de uerbo. obligatio. uterque tamen modus bonus eſt, & utilis. Ideò teneas quem uis.

242 In iſto tamen ultimo modo † nos faceremus nouam ſpeciem poſſeſſionis, quæ tota in ſubſtantia eſſet ciuilis, cum nihil naturalitatis haberet, neque in origine, neque etiam in inſtrumentis naturalis, & poſſet appellari tertia ſpecies. Addebat etiam hic Alcia. quòd quando quis facit mentionem de poſſeſſione, in dubio intelligitur de iuſta poſſeſſione, uel iuſto poſſeſſore, quòd tamen recipit multa contraria. Ideò declara diſtinguendo ut hic per eum num. 25. & hæc ſufficiant de diuiſione poſſeſſionis.

243 Colligebat etiam hic Iaſ. unum ex diffinitione Bar. dum dicit, †uerum dominium, quòd reperitur dominium uerum, & non uerum. Et duplex eſt dominium, utile unum, quod uincit directum, & præualet ei quod acquiritur per præſcriptionem, & hoc poteſt dici uerum, pro ut uolebat Bar. aliud eſt utile, quod diſtinguitur à directo, & illud recognoſcit in ſuperiorem, & appellatur dominium ſubalternatum, & hoc non poteſt dici uerum dominiũ glo. in l. ſi ædes meæ. in fi. de ſerui. urba. prædio. & l. 3. §. ex pluribus. infra eodem, & in l. ſi finita. §. ſi de uectigalibus. & ibi Bal. ſupra de damno infecto. ideò infertur quòd ſi quis in libello dixit rem ad ſe ſpectare ratione dominii, uel ratione ueri dominii, probata præſcriptione legitima poterit obtinere: quia per eam acquiritur dominium uerum, per prædicta, & tenet Bar. in l. minor. §. fin. ff, de euictio. & glo. in l. per hanc. in uerſi. ad nouam. ubi Bal. C. de tempo. appellatio. cum ſimilibus adductis per eundem Iaſ. Sed ſi ſtante dicto ſtatuto probaretur de utili dominio ſubalternato, tunc libellus licèt poſſet ſuſtineri, ſi ſimpliciter in eo eſſet facta mentio de dominio: quia & utile, eſt ſpecies dominii contenti ſub genere ipſius: ſed ſi eſſet facra mentio de uero dominio tunc non poſſet obtinere, ut per Bar. in l. ſi minor. §. eandem. de exceptio. rei iudica. cum ſimilibus. adductis per eundem. Sed tu adde ꝙ prædicta procedunt, quando in libello dixit ſe dominum rei, ſed ſi dixiſſet in libello rem ad ſe ſpectare reſpectu ueri dominii uſusfructus, uel feudi, uel alterius iuris, uel etiam ſolum dixiſſet ſe dominum per uſumfructum, tunc probato de illo utili dominio poſſet obtinere: quia appareret de eius intentione quæ ſequenda eſt, l. ſi quis intentione ambigua. de iud. atque etiam poteſt dici uerum dominium in iſtis rebus incorporalibus, reſpectu ſubfeudatarii, & uſuatii, & ideò ſuſtineretur ut dixi.

244 Subſequenter quærit hic Bar. †utrum in re-

bus ſeu iuribus incorporalibus, quaſi poſſeſſiò diuidatur inter ciuilem, & naturalem, in qua quæſtione Bar. diminutè & obſcurè loquitur. Non enim fuit recordatus quòd alloquebatur iuuenes, & quòd etiam peritiſſimi in materia poſſeſſionis errauerunt, dum credidit ꝙ ipſi cætera de materia quaſi poſſeſſionis iurium incorporalium plenè cognoſcerent, ideò ut intelligantur uerba ſua, multa pro præuia inſpectione referenda ſunt.

245 Et Primò uidetur quòd hæc queſtio maior ſit, †cum nulla poſſeſſio in rebus corporalibus cadere poſſe uideatur, per tex. in l. ſeruus. §. incorporales. ſupra titulo primo. & l. 3. in principio. infra eo. ubi dicitur, quòd res incorporales poſſideri non poſſunt. & facit tex. in l. ſequitur. §. ſi uiam. infra titulo primo. Tamen quòd dictæ res poſſideri poſſint: facit tex. in l. 3. §. unde ui, & l. qui uſumfructum. infra de ui & ui arm. & l. fin. ſup. uti poſſidet. & de ſeruitutibus eſt lex. in l. ſeruitutes. ff. de ſeruituti. urba. prædio. ibi, poſſeſſione retinentur, & ibi, poſſidet habendi conſuetudinem, & ibi: quia quando aliquo utor ipſum quodam facto poſſideo, & l. ſi quis diuturno. ff. ſi ſerui. uendi. & l. prima. & ij. C. de ſerui. & aqua. & l. ait prætor. §. item ei. ſupra ex quibus cauſ. maiores. communiter docto. concludunt, quòd res incorporales propriè non poſſint poſſideri, dicto. §. incorporales. & dicto. §. ſi uiam, & tamen quaſi poſſidentur, id eſt, ad ſimilitudinem rerum corporalium poſſidentur, ut in alis iuribus, unde dicuntur quaſi poſſideri. l. ait prætor. §. item ei. ibi, fundi poſſeſſione, & uſusfructus quaſi poſſeſſione. ex quibus cauſ. in poſſeſſio. eat. dantur remedia quaſi poſſeſſoria, leg. quoties. ſecunda in fin. & ibi Bart. ff. de ſeruitutib. & dicta l. 3, §. unde ui. & l. qui uſumfructum. ff. de ui & ui arma. & ideò uſucapiuntur. l. prima. & ſecunda. C. de ſeruitutibus & aqua, & l. prima §. fin. ff. de aqua pluuia. arcenda.

Quæ tamen quaſi poſſeſſio, habet aliquas differentias in ſubſtantia, cum poſſeſſione re-
246 rum incorporalium: †quoniam ipſa poſſeſſio rerum corporalium, conſiſtit in inſiſtentia, ſeu in operatione animi, atque etiam corporis ingreſſu, & apprehenſione, dicta l. 3. infra eod. quia ipſæ res uideri, & tangi poſſunt, & animus & corpus in eis ſuam operationem naturaliter facere poteſt: ſed in rebus incorporalibus, quæ nec uideri nec tangi poſſunt, animus & corpus non poſſunt naturaliter operari, cum nec uideri, nec tangi poſſunt, nec uideantur facere ſubiectum ſufficiens. ideò quaſi poſſeſſio ex alio principio ſumitur, ut prætendentes eam utantur ipſo iure prætenſo, quod uſu continent, & cum ſcientia, & patientia aduerſarii faciant, quæ uidetur habere uim traditionis, ut dicitur in d. l. quoties, ibi, uſus pro traditione, & poſſeſſione habetur. ff. de ſeruitutibus. quæ duo, & uſus iuris, & ſcientia, & patientia aduerſarii, præcedente etiam ſcientia illius qui utitur, & intentione utendi, tanquam illud ius ſibi debeatur & acquirerere uelit, iuxta l. primam. §. Ariſto. ff. de aqua quotidiana. & æſtiua. conſtituunt ſubſtantiam quaſi poſſeſſionis, ſeu ſubiectum habile ad recipiendum operationem animi & corporis, ita quòd ſubſtantia poſſeſſionis percipitur ex tribus iuribus, ex dicta l. ſeruitutes. ibi, facto quodam poſſideo & dicta l. prima. §. Ariſto. & dicta l. quoties. ibi, is uſus pro traditione & apprehenſione habetur. Quæ poſſeſſio requirit ſuam diffinitionem, ſeparatam a diffinitione poſſeſſionis rerum corporalium, de qua infra dicemus.

Quibus ſtantibus ſuccedit modò dubitatio an hec quaſi poſſeſſio diuidatur inter ciuilem, & naturalem poſſeſſionem, in quo tamen adhuc Bar. obſcurè & imperfectè loquitur, cum plura alia præſciri debeant. Et ideo ſecundo
247 loco ad diminuendas difficultates ultra docto. præmittendum eſt, †quòd rerum incorporalium duo ſunt genera. Vnum, earum rerum quæ conſiſtunt in facto. Aliud earum quæ conſiſtunt in iure.

In facto etenim conſiſtunt ea, quæ producuntur à natura uel animalibus, in iure uerò conſiſtunt quæ producuntur, à iure. quod eſt & altera natura, ut ſupra dixi, & per Bar. in l. iuriſgentium. §. j, ff. de pact. & plenius dixi in tracta. meo de differentia & multiplici ſignificatione iuris & facti.

248 Incorporales res facti, diuiduntur in tres ſpecies, in res eſſentiales, potentiales, & operatiuas. Eſſentiales facti, ſunt omnes uniuerſitates naturales, ſeu omnia uniuerſalia quæ ſecundum aliquos dicuntur eſſe extra intellectum, & ſecundum legiſtas ſunt grex, armentũ, domus, populus, cognatio, & ſimiles l. cum qui ædes. infra de uſucapionibus. & l. j. §. fin. & l. grege. ff. de rei uendicatio. & habetur in l. prima ff. ſoluto matrimonio dum diſputatur, an dos ſit ius uniuerſale. Potentiales res incorporales, ſunt omnes potentiæ naturales ipſius naturæ, & hominum, utpo teſtas bibendi, comedendi, dormiendi, coeundi, uidendi, cogitandi, & ſimiles aliæ potentiæ animæ attributæ per Philoſophum in libro de anima, ubi infinita per te cognoſcere poteris.

Operatiuæ ſunt omnes ipſius animæ operationes, ut eſt comedere in actu, habere, dormire, cogitare, appetere, deſiderare, diſcutere, & infinita ſimilia, quando potentiæ naturales ſeu potentiæ animæ reducuntur ad actum, unde reperitur potentia naturalis deſiderandi, & ipſum deſiderium, potentia appetendi & ipſe appetitus, potentia acquirendi, & ipſa acquiſitio rerum, cum animo & corpore, & ſucceſſiuè continuando operationem animi inducitur
249 retentio ipſarum rerum †Et hæc qualitas operatiua circa res acquirendas, eſt propriè poſſeſſio ſecundum opinionem quam ſupra tenui,

quam

quam operationem neſciuerunt docto. diſtinguere ab ipſa appræhenſione, ſolum conſiderantes potentiam iuris in eis, atque effectus iuris, & non aduertentes quòd requiritur etiã potentia naturalis, & effectus ſequentes ex iſta potentia operationem deducendo ad actum, quæ propriè debet dici poſſeſſio in actu deducta, differens ab effectibus iuris, ſicut natura, & potentia naturalis differt ab effectibus iuris, & in hoc ſolo uerſatur tota difficultas docto. plenè præcedentibus examinata, an poſſeſſio ſit iuris uel facti, & cum ipſi docto. fateantur eam fundari in animo, & requirere potentiam naturalem, debebãt conſiderare quòd ab ipſa potentia naturali naſcebatur potentiatum & operatum ex illa ſucceſſiua operatione, quod tamen operatum naturaliter ne eſſet penitus arbitrarium, ſuppleuit & modificauit lex: ſicut in cæteris actibus hominum adiungendo potentiam iuris ciuilis, in poſſidere uolentibus & poſſidentibus, atque potentiam ciuilem in rebus poſſidendis, atque approbationem in ipſa poſſeſſione, qualificando eam ſecundum modos ſupra traditos, ut & poſteà conſiderari cæperit poſſeſſio, reſpectu potentiæ iuris ciuilis, & reſpectu effectuum iuris ciuilis.

Et quia docto. magis per intellectum ſuum cognoſcebant illam potentiam ciuilem cum effectibus ciuilibus, cæperunt dictam poſſeſſionem diffinire, reſpectu iuris, & potentiæ legalis inſiſtendi, & reſpectu effectuum, & non curauerunt de eo quod naſcebatur naturaliter ex ipſa appræhenſione, & animi operatione, & tamen poſteà neceſſariò coguntur fateri, eam eſſe principalem in materia poſſeſſionis: quoniam in reſolutione dubiorum adductorum pro parte, quòd poſſeſſio facti eſſet, ipſi fatebantur quòd deficiente dicta operatione naturali, & potentia naturali, potentia ciuilis atque omnes effectus ciuiles corruebant, & recurrebãt ad refugium, quòd poſſeſſio eſſet iuis debile, ut ſupra plenè dictum fuit. Vnde apparet quòd prædictæ omnes ſpecies rerum incorporalium facti reperiuntur. Et ſi tu quæras an dictæ res incorporales facti poſſideri poſſint, breuiter dicas quòd neque potentiales, neque operatiuę poſſidentur, ſed ſolum eſſentiales poſſunt poſſideri, ut ſunt omnes uniuerſitates facti. uidelicet grex, armentum, populus, legio, ædes, feudum, & alię ſimiles, dicta leg. j. §. fin. & l. grege. & l. uendicatio. ff. de rei uendicatio. & leg. eum qui ædes. cum ſuis concordantibus, & hæc de rebus incorporalibus facti, quas docto. ex præcedentibus non bene cognoſcere potuerunt.

250 Secundò eſt genus rerum incorporalium † quæ conſiſtunt in iure, idest, productæ fuerunt à iure, hoc eſt ab altera natura, & hæc ſimiliter diuiduntur in tres ſpecies, inter res eſſentiales operatiuas, & potentiales. Eſſentiales res iuris, ſeu conſiſtentes, in iure, ſunt omnes uniuerſitates iuris, quæ à lege introductæ fuerunt, ad finem ut iura, & actiones hominibus competentia, & competentes, in eis poſſent contineri & conſeruari, ac etiam res corporales compræhendere ut eſt hæreditas, peculium, & dos, & licet non dicant docto. an & quomodo poſſideantur, tamen tu dicas quòd poſſidentur, & ad ſimilitudinem rerum corporalium: quia habent eſſentiam unam à iure conſtitutam: ſuper qua animus conſiſtere poſſit, & ideò in eis iudicium fieri poteſt, & fundari, toto titulo. ff. de petitione hæredita. & no. in l. edita. C. de edendo: dum fit mentio de iudicio uniuerſali, ac propterea & etiam recipiunt animi inſiſtentiam ſuam, & operationem in retinendo, l. 3. §. primo. ff. de bonorum poſſeſſionibus. ibi, iuris non corporum poſſeſſio. & à appræhenditur per occupationem unius minimæ rei, l. licet minimam. & l. legitimam. cum glo. & l. regulariter. & l. pro hærede. ff. de petitio. hæredita. etiam appræhendendo actionẽ, uel debitum, dicta l. regulariter. & hæc poſſeſſio erit uera poſſeſſio ſaltem comparatiuè ad eam quæ fit de iuribus potentialibus, de qua hic tractatur, & extra de præſcriptionibus per totum.

Secunda eſt ſpecies rerum ſeu iurium incorporalium operatiuę, quando eſt iuris operatiò ſeu ius operatiuum quod conſiſtit in fictionibus, & præſumptionibus de quibus plenè dicetur, in l. ſi is qui pro emptore. ff. de uſucapionibus. in materia fictionis, & quando lex aliquid ipſo iure facit & operatur, ut quòd dominium transferatur de perſona ad perſonam, ut in legatis & fideicommiſſis. l. ſi tibi homo. §. primo de leg. j. & l. à Titio. ff. de fur. & in caſu ſpeciali, l. fi. C. de ſacro ſanct. eccleſ. & l. cum duobus. aliàs ſi fratres. §. idem reſpondet. et 2. cum glo. ff. pro ſocio & l. raptores. C. de epiſc. & cleri. & in crimine læſæ maieſtatis, & aliis ſimilibus caſibus, de quibus per glo. inſti. de hæredi. quæ ab inteſtato. §. per contrarium, & in l. ſi ager. ff. de rei uendicatio. & plenè per docto. in l. poſt contractum. ff. de donationibus. & in hac ſpecie non cadit poſſeſſio, ſeu quæſtio. de poſſeſſione, cum ſi lex operatur, ipſa eſt in poſſeſſione, potentia operandi, & ipſius operationis, & in hac ſpecie enumeratur illa operatio legis, de qua diximus ſupra in poſſeſſione ciuiliſſima, quæ transfertur ſine appræhenſione & animi operatione, ut ibi plenè diximus.

251 Tertia eſt ſpecies †rerum incorporalium iuris, ſeu conſiſtentium in iure, quæ appellatur potentialis, & ex ea traditur potentia legalis aliquid faciendi ad finem, ut per illum actum ſecutum interueniente potentia legali, poſſint ſequi effectus iuris, Et hæc ſubdiuiditur in duas partes. nam quædam ſunt iura incorporalia, potentialia, ſimplicia, & per ſe exiſten

ela,ut eſt iuriſdictio,ius collectandi,ius eligen-
di,ius decimandi,& cætera iura epiſcopalia de
quibus habetur in capitulo conquerente. de of
ficio ordinat. atque omnia negalia regum, de
quibus habetur in titulo quæ ſint regalia, ac
etiam ius præſentandi in patronis, de quo ha-
betur in titulo ext. de iure patronatus, & hu-
juſmodi ſimilia. Et in iſtis reperitur propriè
illa quaſi poſſeſſio,de qua in præcedenti præ-
miſſo diximus,quæ couſiſtit in uſu ipſius iuris,
cum ſcientia utentis, quòd uelit illud ius ſibi
acquirere, ſeū credat ius ſuum eſſe, dicta l.pri
ma. §.Ariſto. de aqua quotidia. & æſtiua. iun-
cta l. ſeruitutes. ibi, facto quodam poſſideo.
ff. de ſerui.urba. prædiorum. & etiam concur-
rere debet ſcientia, & patientia aduerſarii,quæ
pro traditione habetur dicta l.quoties.de ſerui
rutibus, in qua poſſeſſione aliquando ille uſus
neceſſariò continuari debet ut poſſeſſio conti-
252 nuetur†.Et aliquando non eſt neceſſaria conti-
nuatio uſus,ut in iſtis iuribus ſimplicibus per
ſe exiſtentibus: Nam ſufficit quòd pro prima
uice quis utatur,& quòd remaneat animus uten
di,ſi ſuccederet occaſio utendi. tamen licèt nō
eueniat occaſio continuatur tamen poſſeſſio p
animum, ut ſi quis per unam uicem interuenit
in electione,uel præſentauit aliquem tanquàm
patronus coram epiſcopo,licèt poſteà per de-
cem annos uel uiginti non ſequatur alius uſus
& actus eligendi, uel præſentandi:tamen ſem-
per continuatur quaſi poſſeſſio ipſius iuris præ
ſentandi, ſeu eligendi, ut per docto. in capitu
lo cum eccleſia. de cauſa poſſeſſio. & propt.
Bar. in l.prima. §.hoc interdictum.infra de iti.
actuque prima, Decium conſ. 129. colu. prima
& ſecunda Bal. in l.2.C.de ſeruitutib. & aqua,
& per Bal.pleniſſimè in ſuo tracta.præſcriptio
num ſecunda par.quarta par. Bal. in capitulo.
primo §. ſi uerò uaſſallus,in primo no. in titu-
lo quid ſit inueſtitura,& per Abb. in cap. con-
ſultationibus. de iur. patrona. cum ſuis con-
cordantibus.

253 Quæ quaſi poſſeſſio ſimul cum ea†quæ ſit in
iuribus uniuerſalibus, ſeu eſſentialibus diuidi-
tur ſecundum omnes, inter ciuilem & natura-
lem. Naturalis erit in uſufructuario, feudata
rio, emphyteuta illorum iurium, & in ingre-
diente: quia tunc ea non poſſident ut ſibi di-
rectum dominium acquirant, ſed ſolum qua-
ſi dominium illius iuris ſubalternati, recogno
ſcentis directum dominium, ſicut dictum fuit
de rebus corporalibus ciuilis erit in eo, qui il-
la iura animo in totum acquirendi poſſidet,
tanquam uerus dominus, ſicut etiam eſt illa,
quæ in rebus corporalibus habetur.

254 Secunda eſt † pars principalis iurium incor-
poralium potentialium, quæ introducuntur
ad ſeruitium aliarum rerum, ut ſunt omnes ſer
uitutes. quæ omnes dicuntur res incorporales
potentiales, & rurſus ſubdiuiduntur, quia quæ
dam ſunt ſeruitutes, quæ debentur à perſona
perſonæ ut ſunt omnes ſerui, qui ſeruiunt ſuis
dominis, & ſeruitus eorum eſt res incorpora-
lis iuris, ſeu conſiſtens in iure, quædam ſunt
ſeruitutes, quæ debentur à re perſonæ, ut eſt
uſusfructus, uſus, & habitatio, quæ ſimiliter
ſunt res incorporales, potentiales, ut inſti.de
rebus corporalibus & incorporalibus. §. pri-
mo.quædam debentur à re rei, & iſtæ appel-
lantur ſeruitutes prædiales. de quibus habetur
in toto titulo inſti.de ſeruit. & ff. de ſerui. cum
ſequentibus.

255 In primis duabus †ſpeciebus ſeruitutum per
ſonalibus merè & quæ debentur à re perſonæ,
quaſi poſſeſſio conſiſtit in animo poſſidentis,
ad ſimilitudinem rerum corporalium, & alia-
rum præcedentium partium ex quibus ſeruitus
ſemper debetur perſonæ, & poſſeſſio conſiſtit
in animo poſſidentis. Vnde habet ſuſtentacu-
lum naturale, & diuiditur inter naturalem &
ciuilem, atque etiam acquiritur per primum
uſum, cum animo continuandi, & retinetur
per l. 3. §. dare. ff. de uſufruct.& poterit appel
lari poſſeſſio continua, & præſcriptionem in-
ducet, dicta l. fi.C. de præſcriptio. longi tem-
poris. & ciuilis erit poſſeſſio quando quis to-
tum ius uult acquirere, dicta l. 3. §. dare. ſi
traditio fiat à non domino, uel alio legitimo
modo, & naturalis etiam erit, ſi poſteà eo ab-
ſente alter ingrediatur fundum animo acqui-
rendi dictam ſeruitutem perſonalem, ſeu ius
illud incorporale, & de iſtis omnibus à primo
capite rerum incorporalium, & de quaſi poſſeſ
ſione earum, & de earum diuiſione, non loqui
eur Bar. in hac quæſtio. Sed ea relinquit in ca-
lamo tanquam nota quaſi peritiſſimos Docto.
alloqueretur.

Tertiò ſunt ſeruitutes reales, quæ & ipſæ
ſunt res incorporales iuris, & debentur à re
rei, & à prædio prædio. unde & prædiales
appellantur, & in iſtis contingunt multæ dubi
tationes circa poſſeſſionem, præſupponendo
quòd ipſæ quaſi poſſideantur pro ut dictum
fuit in primo articulo,per dictam l. quoties de
ſeruitu. & l. ſeruitutes.de ſeruitutibus urbano.
256 prædiorum. †Et prima eſt dubitatio,ubi conſi
ſtat hæc poſſeſſio an in ipſo prædio,uel in ipſo
homine, cum de omnibus aliis rebus incorpo-
ralibus iam concluſum ſit, quòd conſiſtunt in
animo poſſidentis,cum debeantur,& acquiran
tur perſonæ. ſed in iſtis prædialibus eſt dubi-
tatio:quia debentur ipſi prædio, & Bar. in hac
quæſtione non aperit, & obſcurè etiam in ea-
dem loquitur, & minus etiam declarauit in
aliis locis allegatis per Iaſ. hic,& Abb. in cap.
de quarta. de præſcriptio. eorum. quarta dixit
quòd res inanimata non poteſt præſcribere. er
go nec poſſidere. Sed Bar. in dicta leg. hoc
iure. ff. de ſerui. urba. prædior. dixit quòd
quaſi poſſeſſio conſiſtit in uſu ipſius prædii, &
non in animo,& idem replicat in l. iuſto.§.non
mutat. de uſucapionibus adducens rationem :
quia

quia ſi conſiſteret in animo, ſemper eſſet continua: quia animus continuò operatur, & nos habemus ſeruitutes diſcontinuas & poſſeſſionem diſcontinuam, dicta l. ſeruitutes. ff. de ſerui. urbanorum prædiorum.

Sed tamen ueritas eſt, quòd & ipſum prædiũ præſcribit, & prædium poſſidet, quoniam ſeruitus & ipſi prædio debetur, l. ſi quis aliena. §. ſi. ff. de neg. geſt. ſed tamen concurrere debet adminiculum perſonæ domini, ſeu prætendentis dominium, & animi poſſeſſoris prædii, per dictã l. j. §. Ariſto. de aqua quotidia. & æſtiua, & incipit per uſum ipſius hominis continuatum per prædium, concurrente, & animo domini, & nõ inconuenit quòd aliquando ſit continua, & aliquando diſcontinua: quoniam reperitur quòd aliquando ille uſus eſt continuus, ut ſi quis habeat tignum in domo alterius, uel retincat feneſtram continuam in area alterius, uel ligna ad conſtituendum ſtillicidium dicta l. hæc iura, & aliquando iſte uſus eſt diſcontinuus, ut quòd ex ſtillicidio pluat aqua, tamen naturaliter eſt aptitudo, & in aquę ductu, & tunc eſt quaſi continua, aliquando uerò iſte uſus eſt diſcontinuus, & nulla interuenit habilitas naturalis: ſed ſolum conſiſtit in operatione accidentali, & uoluntatia hominis, & iſta dicitur diſcontinua, dicta l. ſeruitutes. non ex eo: quia non interueniat animus: quia ſine animo poſſeſſoris non poſſet introduci rerum natura. ſed quia animus ille uenit acceſſoriè ad prædium, ſupplens prædium certo modo illud uiuificans, tamen ſubſtantia poſſeſſionis principaliter conſiſtit in uſu, & cum ille uſus ſit diſcontinuus in dicto prædio, etiam cum auxilio hominis, ideò poſſeſſio non poteſt eſſe continua, & animus ſolus deficiente continuatione uſus, non poteſt iſtam quaſi poſſeſſionem continuare, Propterea concludas reſoluendo hanc dubitationem, quòd quaſi poſſeſſio in ſeruitutibus prædialibus, conſiſtit ipſis prædiis dominantibus, cum adminiculo & auxilio domini ueri, uel prætenſi, ſed quia ſubſtantia poſſeſſionis, cum ſeruitus ſit res incorporalis conſiſtat in uſu ipſius iuris, ideò oportet quòd ille uſus ſit continuus, & ſi erit uſus continuus, uel quaſi continuus, cum auxilio animi domini continuabitur poſſeſſio: ſed ſi uſus ipſe non ſit continuus non poterit animus ſolus domini continuare poſſeſſionem, quę in ipſo prædio conſiſtit.

258 Et hæc †quaſi poſſeſſio omnium iurium incorporalium an ſit iuris uel facti poteſt dubitari ſecundo loco, referendo tamen quęſtionem ad omnia incorporalia prædia, an ipſa ſit iuris uel facti, & omnia fundamenta adducta ſupra in articulo de rebus corporalibus, & hic adduci poſſent, & ſi tu tenes quòd poſſeſſio rerum incorporalium ſit facti, pro ut ego in præcedentibus firmaui, tunc omninò & hanc quaſi poſſeſſionem dices eſſe facti, cum adminiculo potentiæ iuris ciuilis, & effectuum iuris ciuilis, & approbationis, ut ibidem dixi. ſed ſi tibi placeret tenere quòd in rebus corporalibus poſſeſſio eſſet iuris, ut communiter tenent docto. adhuc in hac quaſi poſſeſſione concludere omnino debes, quòd hac quaſi poſſeſſio facti eſt in ſubſtantia ex eo: quia ego dixi ꝙ conſiſtit in uſu ipſius rei, qui uſus facti eſt, ut in l. ſeruitutes. de ſeru. urba. prædio. ibi, facto quodam poſſideo, ac etiam conſiſtit in ſcientia & patientia aduerſarii, quæ uim habet traditionis, dicta l. quoties. ſupra de ſeruit. quæ & ipſa facti eſt. Vnde oportet dicere quòd iſta quaſi poſſeſſio in ſui ſubſtantia ſemper dicitur eſſe facti, licet & concurrant, potentia legalis, & approbatio cum effectibus iuris.

259 Item & tertiò dubitari poteſt †quomodo hęc quaſi poſſeſſio diffiniatur. Ang. quem refert hic Rip. dicebat quaſi poſſeſſio deducendi ad exercitium iura quaſi poſſeſſa, quæ quandoque corporibus adhærent, quam diffinitionẽ approbatam à doctoribus aſſerit hic idem Rip. Sed contra eam facit: quia ipſe uidetur diffinire ſeruitutem, non ſeruitutis poſſeſſionem, cum ipſa ſeruitus non ſit aliud niſi potentia utendi re alterius, & deducendi ad exercitium illam potentiam, & cauſa ſui erroris fuit: quia perſiſtebat in opinione, quòd poſſeſſio eſſet ius potentiale ſicut concludebant docto. de poſſeſſione rerum corporalium. Vnde neceſſarium eſt dicere, ꝙ ipſa poſſeſſio non ſit potentia, cũ potentia debeat præcedere poſſeſſionẽ: ſed ſit ipſe uſus continuatus, & tanto fortius, quando nos ſumus in ſeruitutibus prædialibus, per tex. in dicta l. ſeruitutes. de ſerui. urban. prædio. & ideò dicitur in l. hæc autem iura. eodem tit. quòd ſublato tigno, adhuc poſſideo ſeruitutem: quia retineo foramen in muro continuans aptitudine ipſum uſum, & ideò eſt neceſſarium ut impediatur uſus ſeruitutis, quòd foramen obturetur, ideò illud non obſtat.

Imò facit, & ſi dicatur quòd imò quaſi poſſeſſio eſt etiam ſine uſu, per tex. l. j. §. primo. & & per totum. infra de itin. actuque priuato, ubi ille qui uſus eſt per triginta dies itinere, non poteſt prohiberi, licet non utatur, & dicitur in quaſi poſſeſſione, & idem repetitur in dicta leg. prima. de aqua quotidia. & æſtiua, §. quæſitum. Reſpondetur quòd in illo caſu non eſt quaſi poſſeſſio uera: quia ſi illa eſſet præſcriberetur, quòd tamen negat tex. in dicta l. ſeruitutes. de ſerui. & Bar. uoluit in fin. huius quæſtio. non præſcribi, niſi per tantum tempus cuius initii memoria non exiſtit, quo caſu non eſt poſſeſſio neque præſcriptio, ut ſtatim dicetur, & propterea concordat, non autem contradicit. Vnde dicas ꝙ in hoc diffinitio communis nõ poteſt ſuſtineri, cum non poſſit eſſe potentia ipſa poſſeſſio: ſed neceſſario eſt uſus quàmuis potentia præcedat.

Item dum dicit iura poſſeſſa, diffinit idem

per idem.Item addendo illa uerba quæ aliquan
do cohærent corporibus,ponit ſuperfluitatem,
nihil de ſubſtantia poſſeſſionis tangendo.Ideò
260 tu potes ita diffinire. † Poſſeſſio eſt uſus uerus
uel præſumptus alicuius iuris in re aliena, uel
in præiudicium alterius, concurrente animo
poſſeſſoris.& ſcientia, & patiẽtia aduerſarii ue
ra,uel præſumpta. Dicitur uſus per ea quæ ſup.
dixi.Dixi uel præſumptus propter ſeruitutem
quaſi continuam. Item quia in cæteris iuribus
incorporalibus ſufficit ꝙ uſus in primo actu in
terueniat,& per animum continuetur,donec in
terueniat habilitas ſecũdi,& nõ fiat alius actus
contrarius,ut per docto.in dicto cap.cum eccl.
de cauſa poſſeſſionis.& proprietatis.& per Bar.
in l.j.§. hoc interdictum.de itin.actuque priua.
nu.10.& per totum. Item dixi in re aliena:quia
habentur in re aliena ſeruitutes. l. uti frui. ff. ſi
uſuſfruct.peta.& addidi uel in præiudicium al-
terius propter iura incorporalia, quæ non ſunt
ſeruitutes,ut iuriſdictio,ius eligendi, & omnia
iura epiſcopalia,& addidi concurrente ſcien-
tia domini propter dictum §.Ariſto.ueram uel
continuatam, propter. §.quæſitum ſequens. in
dicta l.j.de aqua quoti.& æſtiua. Item dixi cum
ſcientia & patientia aduerſarii,per ea quæ po-
ſuit Bar.in dicta l.quoties.de ſerui.& in l.ij.§.j.
de uerb.obligatio.& in dicto.§.hoc interdictũ.

Nec obſtat tex.in l.fi.C.de præſcriptio. lon-
gi temp.ubi uidetur dicere tex.quòd ſine ſcien
tia aduerſarii præſcribitur uſuſfructus, & ſerui
tutes.nam reſpondetur primò ſecundum glo.
ibi,quòd loquitur de præſcriptione libertatis
ab uſufructu, & ſeruitutibus, in qua non requi
ritur ſcientia habentis ſeruitutem.Secundò re-
ſpondetur ſecundum Iaſ. ſupra in diſcuſſione
poſſeſſionis naturalis Bar.quòd ille tex. loqui-
tur quando quis habuit uſumfructum, uel ſerui
tutem à non domino,qui loco domini fundum
poſſidebat. Vnde cum in ſeruitutibus domi-
nium præſumatur per poſſeſſionem prædii, ut
per Bar.in l.ſi duo.ff. de conditio. inſti. eodem
modo per poſſeſſionem prædii præſumitur do
minus, unde ſufficit ſcientia & patientia ipſius
qui reputatur dominus,& eſt ſatis notabilis re
ſponſio:tamen quia nõ bene eneruat totum cõ
trarium,ideò ego tertio loco reſpondeo, negã
do quòd ille tex.uelit præſcriptionem fieri ſine
ſcientia aduerſarii, in ſeruitutibus, nam licet
hoc uerbum poſuerit in rebus corporalibus,ta
men non debet illud repeti reſpectu ſeruitu-
tum,& ſolum æquiparatio ibi eſt quantum ad
cognoſcendũ,an præſcriptio fiat inter præſen-
tes,uel abſentes,& an iura ſequantur dominum
non autem de ſcientia ipſius domini: quia hoc
ſolum cadit in rebus corporalibus, & contradi
cit de directo tex. in dicta l. quoties, de ſerui.
cum ſuis concorda.& ita euitabis multas diffi-
cultates & remanet diffinitio bona.

261 Vnde quarto loco præmittenda ſunt qua-
tuor deueniendo modo ad propoſitam quę-
ſtionem Bar. † Et primò conſiderandum eſt,
quia Bar.obſcurè loquitur & præſupponit ali-
quos terminos non multum notos iuuenibus.
Et primò quòd ſeruitus debetur prædio princi
paliter,& non perſonæ,taliter quòd ſi relinqua
tur ſeruitus domino prædii,nõ debetur illi,ſed
prædio,& ſi promittatur domino,nec etiam ei
debetur ſed prædio. §.pe.inſti.de ſerui. cum ho
mo præſtet ſolum miniſterium. Vnde ſenten-
tia datur prędio,l.qui aliena.§.fi.ff.de neg.geſt.
& libellus concipitur in prædio,non in domi-
no,ut ibi no. & idem ſi dominus alienat præ-
dium, amplius non debetur ei ſeruitus, ut in
dicto.§.pe.cum nemo poſſit habere ſeruitutem
niſi prædium habeat, & cum prædio debeatur
oportet quòd prædium poſſideat,& quòd præ
diũ uſucapiat,& poſſeſſio fundetur in uſu prę-
dii.& ſi uſus eſt continuus poſſeſſio dicitur con
tinua, & ſi uſus dicitur diſcontinuus poſſeſſio
eſt diſcontinua.ut ſupra dictum fuit. Secundò
pręſupponit Bar.quòd ſeruitutum quædam ha
bent cauſam continuam,ſeu perpetuam, quæ-
dam quaſi continuam, & quædam diſconti-
nuam,ut per glo.in dicta l.foramen.ubi Bar. &
infra ego tangam in quarta concluſione, quam
& hic repete ſi placet. Tertiò præſupponit
Bar.quòd ſeruitutes præſcribuntur ut proba-
tur in dicta l. prima & ſecunda. C. de ſeruitu.
ubi eſt tex.concludens,& l. ſi quis diuturno. ff.
quemadmodum ſerui. amittatur.& l.j.§.fi.ff.de
aqua. plu. arcend. Quartò præſupponit quòd
poſſeſſio ciuilis ſit ius: quia conſiſtit in animo
ut ſemper ſit continua,quàmuis non ſit opera-
tio corporis,cum animus poſſit continuo ope-
rari, quod tamen uerum eſt quando poſſeſſio
conſiſtit in animo ſolo: ſed ubicunque conſiſtit
in corpore prædii & uſu ipſius tunc aliud eſt,
ut infra dicetur. Item etiam & quintò præſup-
ponit quòd poſſeſſio ciuilis ſit ius,per ea quæ
ipſe tenuit in rebus incorporalibus, & quòd
per hoc dicatur eſſe continua quaſi ſi poſſeſſio
ſit facti,non poſſit animo retineri,cuius tamen
contrarium ſupra determinatum fuit, cum ad-
hoc ut poſſit animo retineri poſſeſſio, non di-
ſtinguimus an poſſeſſio ſit iuris uel facti, cum
& facta conſiſtentia in animo poſſint continuo
& in quocunque loco retineri.

262 Quibus ſic ſtantibus dubitat hic Bar. † an
quaſi poſſeſſio rerum incorporalium diuidatur
inter ciuilem & naturalem, & eo conueniunt
quod datur poſſeſſio naturalis: quia illa conſi-
ſtit in ſolo uſu ſecundum eos. Sed dubitant an
detur etiam quaſi poſſeſſio ciuilis, & difficul-
tatem facit: quia ut dictum fuit ſeruitutes ha-
bent cauſam continuam & diſcontinuam, ſed
poſſeſſio ciuilis ſemper habet cauſam continuã
cum retineatur animo qui poteſt ſemper opera
ri.ergò non reperitur poſſeſſio ciuilis. l.ſeruitu
tes.in princip.ſup.de ſeru.tit.generali.ſecundò
etiam facit ſecundum eum: quia poſſeſſio ciui
lis eſt ius, ut ſupra concluſum fuit in articulo

de re-

de rebus corporalibus. Sed in l. ſeruitutes. ſu-
pra de ſerui. urb. prædiorum. dicitur quòd poſ
ſeſſio eſt facti in illis uerbis, poſſideo habendi
facultatem, & in fi. principii. ibi, cum utor facto
quodam poſſideo: ſed tamen poſteà in contra-
rium adducit: quia uſucapio non poteſt proce
dere ſine ciuili poſſeſſione, & nos uidemus ꝙ
ſeruitutes uſucapiuntur, d. l. prima & ſecunda.
C. de ſeruit. ergo in eis eſt poſſeſſio ciuilis. Qua
re reſoluendo ipſe determinat, quòd in rebus
incorporalibus interueniat poſſeſſio ciuilis &
naturalis; cum interueniant effectus utriuſque.
nam primo, ꝙ ſit poſſeſſio naturalis quæ pro-
ducit effectum retentionis, allegat tex. in l. qui
fundum. ſupra quemadmodum ſeruitutes amit
tantur, ubi qui poſſidet fundum, etiam cú ma-
la fide, & uiolentia retinet ſeruitutem aquæ,
quamuis ex ſolo naturali curſu aqua ſine ſcien
tia poſſeſſoris currat, nam tunc eſt ſola natura-
lis: quoniam non eſt animus domini, & tamen
retinentur ſeruitutes, & ſic poſſeſſio naturalis
producit effectum retentionis. Idem probatur
in l. prima. §. quæſitum. ff. de aqua quoti. & æſti-
ua, ubi interdictum de aqua quotidiana & æſti
ua pro retentione & cõſeruatione datur, ſi uſus
eſt aqua ſemel in illo anno, & tamen ſi aqua cur
rit per ſe ſine facto hominis, in illo anno com-
petit illud interdictum, ergo poſſeſſio natura-
lis ſine animo producit remedia poſſeſſoria, &
per conſequens effectum retentionis & recupe-
rationis, ergo in ſeruitutibus cadit, poſſeſſio
naturalis.

Similiter quòd interueniat poſſeſſio ciuilis
probatur: quia & effectus ipſius interueniunt
in ſeruitute. nam cum ut dictum fuit effectus
uſucapionis interueniat, dicta l. j. & ij. C. de ſer
uit. & l. j. §. fin. de aqua pluuia arcend. ergo eſt
etiam ciuilis poſſeſſio per ſupradicta in diffini
tionibus, & confirmat Bar. quia omnino in di-
cta præſcriptione requiritur animus poſſiden-
tis, per l. primam. §. Ariſto. infra de aqua quoti.
& æſtiua. ergo eſt poſſeſſio ciuilis, quę in animo
conſiſtit. Nec obſtat quod dictum fuit ſeruitu-
tes habent cauſam diſcontinuam: quia dicit
Bar. quòd per hoc non tollitur quin interue-
niat poſſeſſio ciuilis, ſed hoc ideò euenit: quia
ſeruitus debetur fundo, l. qui in aliena. §. fi. ff. de
neg. geſt. & fundus præſcribit. Ideò oportet ꝙ
uſus qui eſt ſubſtãtia poſſeſſionis ſit continuus,
unde ſi uſus in fundo erit continuus, uel quaſi
continuus, ſeruitus præſcribetur tempore de-
cem, uel uiginti annorum, dicta l. prima. & ij. C.
de ſer. & aqua. ſi uerò uſus erit diſcontinuus, ſer
uitus præſcribetur per curſum tanti temporis
cuius initii memoria non extat, ſecundum theo
ricam poſitam in l. foramen. ff. de ſerui. urba.
prædiorum. Vnde apparet ratio ſecundum eum
quare ſeruitus eſt diſcontinua, & tamen inter-
uenit poſſeſſio ciuilis, & ita reſidet ipſe.

Ex cuius dictis colliguntur aliquæ concluſio
nes. Et prima eſt quòd poſſeſſio ciuilis dicitur
eſſe iuris, ſecundum theoricam poſitam in ar-
ticulo de rebus corporalibus & propter hoc ar
gumentabatur quòd non caderet in ſeruituti-
bus. Sed hæc argumẽtatio non concludit ex eo:
quia ea ſtante nec naturalis poſſeſſio in eis ca-
deret, quoniam & ipſa naturalis poſſeſſio iuris
eſt ſecundum theoricam per eum traditam, &
propterea iſte non eſt modus conueniens ad de
monſtrandum ꝙ poſſeſſio ciuilis nõ caderet in
ſeruitutibus, cum concluderet etiam de natura
li. Prætereà non eſt uerum aſſumptum, quòd poſ
ſeſſio ciuilis ſit ius, quia imò & ipſa facti eſt, ut
ſupra latè demonſtraui. Vnde nec etiam ex hoc
capite ſua argumentatio procederet, cum quã-
uis in ſeruitutibus poſſeſſio ſit facti, adhuc ta-
men poſſit retineri animo, & eſſe ciuilis, cum
facta adhærẽtia corpori, animo retineri poſſit.
Tertiò præſuppoſito quòd poſſeſſio ciuilis in
rebus incorporalibus eſſet iuris, tamẽ in rebus
incorporalibus teneri oportet quòd ſit facti,
per dictam l. ſeruitutes. de ſerui. urba. prædio. &
quia conſiſtit in ſcientia, & patientia aduerſa-
rii, dicta l. quoties. & ibi Bar. de ſerui. & hoc illa
ratione: quia cum res incorporalis non habeat
eſſentiam, in qua animus firmari poſſit, oportet
ꝙ aſſumat ſubſtantiã ab ipſo uſu facti, cũ ſciẽtia
& patientia aduerſarii, & propterea hæc argu-
men. Bar. cú ſuis præſuppoſitis nihil cócludit.

2 Secundò ipſe præſupponit, ꝙ poſſeſſio ciuilis
nó reperitur, quando ſeruitus habet cauſam diſ
continuã per rationẽ: quia animus cõtinuo ope
ratur. Quę argumentatio nec etiã cócludit, quo
niã quando ſeruitus habet cauſam quaſi conti-
nuã, uſus ibi eſt diſcontinuus, & tamen poſſeſſio
ciuilis adeſt, & hoc ideò eſt: quia lex dictũ uſum
continuat, propter potentiam naturalẽ, & etiã
uidemus ꝙ in aliis iuribus incorporalibus per
uſum primũ licet ſit ualde diſcontinuus, poſteà
ut in iure eligendi, & in iure pręſentandi, poſſeſ
ſio ſolo animo ex operatione legis continetur,
ut no. in dicto cap. cum eccleſia Sutrina. de cau
ſa poſſeſſionis & pro. ergo eod. modo potuiſſet
fieri in ſeruitutibus habentibus cauſam diſcon
tinuam, ut per primum uſum acquireretur poſ-
ſeſſio, & continuaretur per animum: argumen-
to eorum quæ ponuntur per eundem Bar. in d.
l. prima. §. hoc interdicto. de itin. actuque pri-
uato ubi per uſum triginta dierum, acquiri-
tur poſſeſſio ad effectum illius interdicti, quæ
uidetur poſteà animo continuari. Vnde nec
iſte modus argumentandi concludit, ſed ſo-
lus modus argumentandi eſt, ꝙ in ſeruitutibus
prædialibus, poſſeſſio neceſſario cadit in ipſo
prædio, & ſolum prædium poſſidet cum admi-
niculo animi domini ueri uel prætenſi, & eius
ſubſtantia eſt uſus: unde tunc cum uſque eſt cõ
tinuatus, uel quaſi continuatus, poſſeſſio eſt cõ
tinua, ut poſſit perficere præſcriptionẽ: ſed quã
do uſus non eſt continuatus uerè, nec potentia
naturali, tunc in ſeruitutibus non cadit poſſeſ-
ſio continua, ſed eſt diſcontinua quæ non po-

teſt inducere præſcriptionem deficiente ſubſtantia ipſius.

263 Tertiò etiam præſupponit Bar. quòd in ſeruitutibus ſit poſſeſſio naturalis, quando non interuenit animus poſſeſſoris, quod ſimiliter falſum eſt: quoniam nulla poſſeſſio tam naturalis quàm ciuilis, poteſt eſſe ſine animo, ut ſaltem pro quodam adminiculo interueniat, & probatur in dicta l. j. §. quæſitum. ubi præſupponitur q primò aqua cucurrerat ex uolũtate domini, & ita interuenerit animus domini, & licet poſteà currat eo ignorante, tamen non deficit animus: quia præſumitur durare, ut dicebat etiam hic Areti. & ſequitur etiam concluſiuè Rip. hic concludens nec hoc fuiſſe contra mentem Bar. qui ſentit quòd ab initio interuenire debeat animus domini ueri, uel prætenſi. Et hoc idem probatur in dicta l. qui fundum. ubi ſeruitus primò legitimè fuerat impoſita, & per conſequens interueniente animo, & poſteà propter poſſeſſionem alterius, etiam cum mala fide præſumatur durare, & hanc opinionem etiam ego puto ueram. Et confirmari poteſt: quia nec poſſeſſio amittitur per mortem domini, quando interuenit uſus prædii, quoniam animus præſumitur durare propter uſum, ſicut nec etiam in rebus peculiaribus amittitur per mortem domini, quando ſeruus peculiaris retinet, l. iuſto. §. fi. infra de uſucapionibus. quo caſu hæreditas etiam poſſidere poteſt, dicta l. iuſto. §. nondum. & l. rerum, §. Labeo. infra de uſucapionibus. & idem etiam eſt in ſeruitutibus prædialibus, ut quando uſus eſt continuus per mortem domini non deſinat ſeruitus poſſideri, & uſucapio procedat, & ideò ſequitur quòd ex hac parte, nec debet fieri differentia inter poſſeſſionem ciuilem, & naturalem & hæc alia argumentatio Bar. non procedit.

264 Quartò etiam præſupponit Bar. † quòd in ſeruitutibus habentibus cauſam diſcontinuam, interueniat poſſeſſio ciuilis, licèt quia fundus præſcribit, requiratur tempus cuius initii memoria non extat, innuens quòd hæc poſſeſſio ciuilis ſit continua, licet ſeruitus habeat cauſam diſcontinuam, quod præſuppoſitum nec etiam eſt uerum, nec concluſio uera: quia dictæ ſeruitutes neque præſcribuntur, neque poſſidentur ciuiliter, nec naturaliter, quoniam cum ut dictum fuit, poſſeſſio in iſtis ſeruitutibus, conſiſtat in uſu & ſola patientia aduerſarii, quando uſus eſt diſcontinuus propter diſcontinuam operationem hominis, poſſeſſio non poteſt eſſe continua deficiente eius ſubſtantia, quàmuis millies interueniat animus poſſeſſoris, qui non ſufficit, cum ueniat pro adminiculo ad ipſum, prædium cum ipſo uſu, poſſidentem. Vnde ſicut eſt diſcontinua poſſeſſio in prædio, etiam & in animo domini acceſſorio erit diſcõtinua, ideò tu concludas quòd poſſeſſio eſt diſiuncta & interrupta, ſicut & ipſe uſus eſt diſiunctus & interruptus.

265 Et hæc eſt cauſa † quòd ſeruitutes tales nunquàm præſcribuntur, dicta l. ſeruitutes. de ſerui. tit. generali, & licèt iura dicant quòd ſeruitus acquiratur per tempus, cuius initii memoria non extat, tamen hoc non eſt uirtute præſcriptionis, quæ ſine poſſeſſione eſſe non poteſt, l. ſine poſſeſſione. infra de uſu. ſed ideò requiritur: quia præſumitur per titulum iuſtum conceſſa, per l. hoc iure. §. ductus aquæ. infra de aqua quotid. & æſtiua. ubi ductus aquæ uim cõſtituti habet, id eſt, ſeruitutis conceſſæ, & idem dicitur in cap. ſuper quibuſdam. §. præterea, extra de uerbo. ſignificatio. cum ibi no. per Abb. Vnde ut ibi dixit Abb. & in cap. cum aliquibus. de decimis, qui uult obtinere per curſum temporis immemorabile, non debet allegare præſcriptionem, ſed debet allegare conceſſionem illius iuris, quæ poſteà probatur per curſum tẽporis immemorabilis, ſicut in alio caſu breuiori dixit Bar. de eo qui ſoluit uſuras alicuius debiti principalis, quòd non probatur per inſtrumentum, in leg. cum de in rem uerſo. de uſur. ut non alleget præſcriptionem, ſed ipſam promiſſionem debiti principalis, quam probet poſteà per præſtationem uſurarum continuatam per decem annos. Vnde ex iſtis omnibus apparet, quòd Bar. nullam fecit argumentationem bonam, ad probandum quòd in ſeruitutibus interueniat quaſi poſſeſſio ciuilis & naturalis, quoniam licet concludere poſſit quantum ad ſeruitutes continuas, & quaſi continuas, tamen non concludit quantum ad ſeruitutes diſcontinuas, in quibus tamen ipſe uult interuenire animum ut dixi.

266 Quare ſi tu uis probare concluſionem Bar. † quòd in iſtis ſeruitutibus interueniat poſſeſſio ciuilis, & naturalis, oportet hanc diuiſionem ſumere ex alio capite quàm fecerit Bar. & ideò oportet dicere quòd poſſeſſio ciuilis tunc interuenit, quando ille qui poſſidet ſeruitutem, poſſidet quoque prædium iure dominii ueri, ſeu animo domini: nam tunc ſicut præſcribit dominium prædii ſui, præſcribit quoque & dominium ſeruitutis ei debitæ, per quaſi poſſeſſionem ipſius ſeruitutis, & ſi euenit quòd ipſe ſit dominus prædii, ſeruitutem quoque iure dominii quaſi poſſidere dicitur, & ideò eam ciuiliter retinere uidetur per quam ipſe præſcribit, quando eſt continua, uel quaſi continua; ubicunque uerò eſt diſcontinua nullo modo præſcribit, niſi per præſumptam conceſſionem ex curſu temporis immemorabilis, ut ſupra dixi. Poſſeſſio uerò naturalis erit in ſeruitute quando quis poſſidet fundum dominantem naturaliter tantum; ut quia eſt uſufructuarius, feudatarius, uel emphyteuta: nam tũc quoque & naturaliter ſeruitutes eiuſdẽ dicitur poſſidere, licet ſuum ius principale ciuiliter poſſideat. Vnde tunc ſicut nec fundũ præſcribere poteſt, & nõ uſucapere, d. l. acquiritur. §. fi. ſup. tit. primo. ita nec etiam & ipſas ſeruitutes poterit

uſuca-

uſucapere,ſed eas naturaliter retinebit ad commoditatem ſui iuris uſusfructus, & poterit habere ius retinendi eas, & recuperandi ſi impediretur per ſua remedia competentia, & ſic tantummodo illa poſſeſſio producet effectum retentionis, & recuperationis.

Et eadem dicenda erunt quando aliquis ingrederetur fundum domino abſente,qui iuiſſet ad nundinas, nam ſicut acquireret poſſeſſionẽ naturalem fundi,ita& naturaliter utendo dictis ſeruitutibus eas poſſideret: argum. dictæ l. clam poſſidere. §.qui ad nundinas. & l. ſi id quòd.§. ſi. infra eodem. propterea apparet quantum Bar.deuiauerit à ueritate in tota iſta quæſtione,quod ideò euenit: quia cum eſſet ualde occupatus in materia propria iſtius principii, non recordabatur de terminis conuenientibus & neceſſariis in rebus incorporalibus. Vnde melius ipſe locutus fuit in dicta l. prima.§.hoc interdicto. infra de itin. actuque priua. ubi eſt propriè locus ſuus,& præſupponit quòd in iſtis ſeruitutibus diſcontinuis non ſit poſſeſſio continua: ſed adhoc ut competant illa remedia, oportet quòd uſus ſit illo iure per triginta dies, qui licet non ſufficiant ad conſtituendam ueram poſſeſſionem, tamen faciunt unum quoddam principium habile, & à iure receptũ, ut poſſit competere illud remedium, & erit quædam informis poſſeſſio,ſimiliter in l. hæc autem iura.de ſerui. urb.prædio. melius dixit, dum uoluit quòd quaſi poſſeſſio ſeruitutum prædialium cõſiſtat in ſolo uſu ipſius iuris qui poteſt eſſe continuus, ex facto & habilitatæ ſeruitutis, interueniente etiam habilitate animi poſſeſſoris, & ibi eius opinio eſt uera, licèt & etiam ibi malè dixerit in alio, dũ uoluit quòd poſſeſſio ciuilis non poſſit ibi eſſe:quia illa cõſiſtit in animo, & animus facit poſſeſſionem continuam. Nam ſua concluſio bene procederet, & admittitur in ſeruitutibus perſonalibus & aliis iuribus incorporalibus, quæ debentur perſonæ, ſed non concludit in ſeruitutibus prædialibus quæ debentur prædiis, & poſſeſſio eſt in prædiis, & animus domini licèt ſit continuus in ſe,tamen quia uenit pro adminiculo ipſius prædii,non poteſt facere poſſeſſionem continuam,ſi uſus prædii non eſt continuus, quæ bene nota:quia faciliter potes incidere in æquiuocationem, & in inextricabiles difficultates niſi bene principia firmaueris conſiderando ut ſupra dixi.

267 Quando autem †ſeruitus dicatur habere cauſam continuam uel diſcõtinuam, declarat optimè Bar.poſt glo. in dicta l.foramen.de ſerui. urba.prædiorum.dicens quòd ſeruitutes habẽt cauſam continuam, quando in iſtis uſus inceptus durat per ſe ſine ſucceſſiuo facto hominis ut in tigno immiſſo,& etiã in aquæ ductu fabricato,& in lignis poſitis pro ſtillicidio, dicens ꝙ quando interuenit factũ hominis perpetuũ, & uſque,eſt etiam perpetuus,ut in dictis exemplis,ſeruitus habet cauſam continuam, ſi uerò interuenit factum perpetuum, & opus impoſitũ ſit perpetuũ de ſe, ſed uſus ſeruitutis ueniat ex potentia naturæ,ut eſt aqua pluuialis,quæ naturaliter ſine facto hominis qualibet hora,ſiue facto hominis pluere poteſt, & tunc ſeruitus dicitur habere cauſam quaſi continuam. nam uerè non eſt continuus uſus:tamen quia aptitudo eſt naturaliter,ut ſemper ſit ſine facto hominis lex arbitratur illam aptitudinem naturę eſſe quaſi uſum, & ideò quaſi continuo habetur, & exemplum eſt in ſtillicidio impoſito, reſpectu aquæ cadentis in aream, & in foramine poſito in loco in quo pluit aqua,d.l.foramẽ. Et tertiũ exemplũ in aquæ ductu qui fit ex aqua perenni, quàmuis ſit poſteà tradita à natura, ut fluat certo tempore in æſtate & hyeme. Nam tunc dicitur etiam habere cauſam quaſi continuam, propter aptitudinem naturæ in curſu,l. ſi ſic conſtituta.ff.quemadmodum ſerui.amitta. ſin autem ſit factum perpetuum, tamen uſus ſit diſcontinuus ex ſola operatione hominis proueniens, tunc ſeruitus eſt diſcontinua,ut in foramine poſito in coquina ad aquam expellendam.nã tunc quia uſus hominis non eſt, nec poteſt eſſe continuus,neq; ineſt aptitudo naturalis,ut faciat fluere,ſeruitus remanebit diſcontinua, & poſſeſſio ut ſupra dixi, neceſſariò & ipſa erit diſcontinua,d.l.foramen.cum ibi no.per glo.& Bar. ſin autem non ſit factum perpetuum, neq; uſus perpetuus.ut in ſeruitute itineris, uiæ, & actus, & aliis ſimilibus,tunc dicentur habere cauſam diſcontinuam,d.l.ſeruitutes.de ſerui.tit.generali. Et in ſumma adhoc ut ſeruitus ſit continua oportet quòd uſus ſit continuus,uel propter aptitudinem naturalem quaſi continuus efficiatur:quando uerò uſus eſt diſcontinuus quantumcunquè factum impoſitum ſit perpetuum tamen ſemper ſeruitus eſt diſcontinua.

268 Per quam diſtinctionem apparet †quomodo præſcribantur dictæ ſeruitutes. nam ſi habent cauſam continuam præſcribuntur per decẽ annos,d.l.j.& ij.C.de ſerui.& aqua.cũ ibi.no.Si uerò ſeruitutes habent cauſam quaſi continuã, & tunc præſcribuntur per uiginti annos,ideſt, duplicato tempore,per d.l.ſi ſic conſtituta. ibi.duplicato cõſtituto tempore.quẽadm. ſer.amitta. ſecùndũ unam opinionem.Sed quia poteſt dici ꝙ ille tex.loquitur de ſeruitute amittẽda,& nõ de præſcribenda,ſaltẽ præſcribetur per curſum quadraginta annorum, ſicut & alia ſimilia iura quaſi continua,ut in cap.de quarta,& in cap.auditis,de præſcriptio.de quo tamen dicas ut per doct.in dictis locis. & per Bal.latè in ſuo tract. præſcriptio.in 2.parte.quartæ quæſtio.princip. cum ſuis concordantibus. Si uerò eſt ſeruitus diſcontinua, & tunc ſecundum ueram opinionem nunquàm præſcribitur d. l. ſeruitutes. de ſeruitutibus.titulo generali. Sed ſolum poteſt acquiri per curſum tanti temporis cuius initii memoria non extat dicta l. hæc iura. §.

ductus aquæ. de aqua quo. & æſtiua, & cap. ſuper quibuſdam. §. præterea. de uerborum ſignificatio. & leg. prima. §. fin. & leg. ij. ff. de aqua pluuia arcend. Bart. in ſuo tracta. de gabellis. in prima parte colum. 6. ubi ponit priuilegia illius temporis. & Balb. in dicto tracta. præſcriptionum in. ij. parte. 3. par. §. ſextò quæro. num. 12. cum ſequen. & per Saly. & Docto. in dicta l. ſecunda C. de ſerui. & aqua.

269 Contra tamen dictam diſtinctionem, †quòd imo nulla ſeruitus præſcribatur curſu decem, uel uiginti annorum, & ſemper requiratur tẽpus immemorabile, tenuit Coraſius in ſuis miſcella. cap. quinto. & ſentit Fulgo. in dicta leg. ſeruitutes. de ſeruituti. & hic quidam nouiſſimi. & mouentur per tex. in dicta leg. ſeruitutes. quarta de ſeruitutibus. quæ expreſſè dicit ſeruitutes non uſucapi: quia incorporales ſunt, & quia non habent cauſam continuam: quia nemo poteſt ita perpetuo iure ut non interpolletur, quæ ratio procedit in omnibus ſeruitutibus: quia tex. ſubdit idem eſt in ſerui. urbanorum prædiorum. Secundò adducitur tex. in l. ſequitur. §. libertatem. infra de uſucapionibus. ubi dicitur quòd libertas ſeruitutum præſcribi poteſt, & aſſignat rationem: quia lex Scribonia ſuſtulit uſucapionem, quæ conſtituebat ſeruitutem, ergo lex prohibet uſucapionem, & ille tex. loquitur de ſerui. urbanis quæ habent cauſam continuam. Tertiò adducit tex. in l. ſi aliena res. §. hoc iure. in glo. poſſeſſio. infra de uſucapio. Quartò adducunt tex. in l. ſi ædes. §. libertas. de ſerui. urbano. prædio. ubi libertas poteſt uſucapi: quia ſeruitutes non uſucapiuntur, quoniam poſſideri nõ poſſunt, & tenendo hanc partem reſpondent ad l. finalem. C. de præſcriptio. longi temporis quòd loquitur de amittẽdo uſufructu quod patet, quia dicit quòd non requiritur ſcientia, quæ tamen in quaſi poſſeſſione requiritur, ut ſupra.

Item reſpondet ad legem primam & ſecundam. C. de ſerui. & aqua. & l. ſi quis diuturno. ff. quemadmodum ſeruitutes amitt. quòd loquuntur in longiſſimo tempore cuius initii memoria non extat, ut dicitur in dicta l. hoc iure. §. ductus aquæ, per quam declarantur omnes dictæ leges, & etiam l. j. in fi. ff. de aqua pluuia arcend. Ad rationem quidquid eſt poſſeſſibile eſt præſcriptibile. Reſpondent negando aſſumptum ut patet in dicta l. ſeruitutes. Secundò dicebat Coraſius ꝙ dictæ ll. non loquuntur de præſcriptione, ſed de præſump. conſt. ſerui. cum d. l. 1. & 2. requirat ſcientiam & patientiã domini, quæ nõ eſt neceſſaria in præſcriptione. d. l. fi. C. de præſcrip. longi tẽporis. & ſic interueniẽte curſu temporis, & effectus erit ſecundũ eos ꝙ per decẽ annos præſumitur conſtituta, ita ꝙ erit neceſſarium ut negans ſeruitutem probet eam non rectè conſtitutam, & ſi probaret per aliquem dicentem non rectè conſtitutã, reuocarentur ſeruitutes, & obtineret alter dicens lãtius nõ deberi, ut hic per eos & in dictis locis, & fuit ante eos opinio glo. in d. l. ſeruitutes. de ſerui. quam ibi Bar. & omnes repræhendunt.

270 Ego etiã puto †non eſſe recedendum à cõmuni opinione quæ probatur cõcludenter d. l. 1. C. de ſer. dum dicit conſuetudinẽ longi temporis uicẽ ſeruitutis habere ſi nõ poſſidetur, ergo tex. uult ꝙ per decẽ annos præſcribatur. Nã alias nõ poteſt habere uicẽ ſeruitutis, nec etiã ualet reſpõſio qđ habeatur pro cõſtituta præſumptiuè: quia nõ interuenerũt ea, quæ ſunt neceſſaria ad inducendũ titulũ per longũ tempus, de quibus habetur in l. ſi certis annis: C. de pact ubi dixi & l. cũ de in rẽ uerſo. ff. de uſur. nã illud ſolũ procedit in eo qui de ſuo ſoluit, ut in dictis locis nota. per Doct. Vnde tollitur reſpõſio data ad iſta iura quam etiã repræhendit Bar. in d. l. ſeruitutes. Secũdò probatur per tex. in d. l. 2. C. de ſer. & aqua dũ dicit ad exemplum rerũ corporaliũ ſeruitutem quæſiuiſti, cui tex. nõ poteſt adaptari reſponſio, de ſeruitute præſumptiuè conſtituta: quia dicitur ſeruitutẽ tempore quæſiuiſti, & non curatur ꝙ poſt illud tempus appareat poſteà de principio eius, & concordat tex. in l. prius. & l. ſi manifeſtè. eodẽ tit. & ſic apparet quòd acquiritur per uſucapionẽ ipſa ſeruitus, ſicut in rebus corporalibus acquiritur dominiũ, quod nõ erat cõceſſum. Tertiò probatur in d. l. ſi quis diuturno. ff. ſi ſerui. uend. ibi, diuturno uſu, & lõga quaſi poſſeſſione ius aquæ ducendæ nactus eſt, & uerbũ diuturno, & longi, in aliis iuribus poſitum, denotant tantummodo curſum decẽ annorũ, ut no. in §. 1. inſti. de uſuc. & tex. ſubdit ꝙ nactus eſt dictã ſeruitutẽ, & ſic per præſcriptionẽ acquiſiuit: quoniã uerbũ nactus denotat acquiſitionẽ ſeruitutis non habitæ nõ antẽ præſumptã cõceſſionẽ, & ſubdit tex. ꝙ nõ eſt neceſſe docere de iure quo ſit conſtituta: quia nouiter quæſita fuit, & addit quòd habet utilẽ actionẽ: quia quæſiuit, nec ualet ꝙ requiratur ſciẽtia & patiẽtia domini: quia illa eſt de ſubſtãtia ad conſtituendã quaſi poſſeſſionẽ, cũ ſint res incorporales, quæ nõ poſſunt poſſideri, ut dixit Bar. in d. l. ſeruitutes. in fi. principii, & cum ius potẽtiale nihil præſupponat in eſſe, non eſt ſubiectũ in quo fundetur. ideò patiẽtia habetur pro ſubiecto. arg. l. 1. ff. de uſuf. earũ rerũ quæ uſu cõſumũtur. & §. cõſtituitur. inſti. de uſufructu & l. ratio. §. ſi iter. ff. de actio. em & d. l. pe. ff. de ſeruit.

Non obſtat d. l. ſeruitutes: quia loquitur de habẽtibus cauſam diſcontinuã, tã in dicto quã in ratione in quibus nõ eſt illa quaſi poſſeſſio, deficiẽte uſu continuo, ut per Bar. in d. l. 1. §. hoc interdicto. nu. 10. inf. de itin. actuq; priuato, & illa ſecunda ratio fuit aſſignata: quia prima nõ ſufficiebat, cũ infinita iura dicant ꝙ ſeruitutes quaſi poſſidentur, licet propriè non poſſideantur, & dum tex. ſubdit idẽ in ſeruitutibus urbanis, intelligitur de illis quæ non habent cauſam continuã, ut in exemplo dictæ l. foramẽ de ſer.

urba-

urbanorum prædiorum. nam dictio idem. repetit in eiſdem terminis. Bar. in l. in repetendis. ff. de leg. iij. & l. ſi eo. §. Caio. de fund. instruct. Secundò poteſt dici quòd loquitur de illa propria uſucapione, de qua in dicto. §. incorporales. nam de illa, quæ inducitur per quaſi poſseſsionem.

Non obſtat l. ſi aliena res. §. primo. infra titulo primo. quaſi ſecundum alium intellectum probat contrarium, ſcilicet quando eſt uſus per ædificium continuatus. Item poteſt intelligi de ſeruitutibus quæſitis ædificio, ut non habens ædificium non poſsit præſcribere. Item ſecundum glo. ibi intelligitur de habentibus cauſam diſcontinuam,

Non obſtat l. ſequitur. §. libertas. de uſucapionibus. ubi lex Scribonia ſuſpendit uſucapi. quæ conſtituebat ſeruitutem: quia intelligitur de habentibus cauſam diſcontinuam, quæ non poſsunt præſcriptione acquiri, ſed libertas acquiritur præſcriptione. Et eſt notabilis deciſio, ut libertas earum præſcribatur, & ſeruitutis acquiſitio non præſcribatur, niſi per tempus immemorabile, & illa lex fuit poſteà declarata per Iuſtinianum, in l. fi. C. de ſeruitutibus. Secundò poteſt reſponderi quòd lex Scribonia prohibuit præſcriptionem fieri ſine uſu ædificiorum, ſeu prædiorum, non autem libertatem uſucapi per ſolum non uſum prohibuit. ſed tamen non tollitur quin interueniente uſu ædificiorum, uel prædiorum non præſcribantur, & hæc reſponſio nedum eſt uera ſed neceſſaria, cum tex. ille loquatur de uſucapione bienni antiqua, non de uſucapione decem annorũ.

Non obſtat lex ſi ædes. §. libertas. ff. de ſeruitu. urbanorum prædiorum: quia probat pro communi quòd non poſsideatur per ſe, ſed cũ ædificiis, & uult quòd etiam ſit quaſi poſseſsio, pro libertate acquirenda, & non negat ille tex. quòd ſeruitus non poſsit præſcribi cum ædificiis, id eſt, cum uſu ædificiorum, imò neceſsarium eſt ad præſcribendam ſeruitutem quòd præſcribens poſsideat ædificium: quoniam poſſeſsio conſiſtit in uſu ædificii, qui uſus non præſcriberet, niſi ſit animus poſsidentis concurrat, & ſic uolens præſcribere neceſsariò debet poſsidere ædificium dominans.

271 Vltimò circa has res incorporales dubitari poteſt, † quomodo hæc quaſi poſseſsio acquiratur, quam quæſtionem Bar. infra poſuit in iiij. principali quæſtio. nihil determinando, ſed ſe remittendo, ſed melius hic cadit, ut hæc materia compleatur, & breuiter quaſi poſseſsio acquiritur omnium iurium incorporalium, tribus concurrentibus. Primò quòd ſit uſus illius iuris per hominem cui debetur, uel per tẽ cui debetur. Secundò quòd uſus ſit animo acquirendi illud non iure familiaritatis, uel alia intentione dicta l. j. §. Ariſto. ff. de aqua quotidia. & æſtiua. Tertiò quòd interueniat ſcientia, & patientia aduerſarii per tex. & ibi Bar. in l. quoties. de ſeruitutib. ibi, patientia pro traditione habetur, quæ tria neceſsaria eſſe tenuit idem Bar. in dicta l. prima. §. hoc interdicto. infra de itin. actuque priuato. nu. 10. & etiam ſentit idem Bar. in l. hæc autem iura. de ſeruituti. urbano. prædior. & ibi reſponde ad tex. in dicto. §. hoc interdicto, cui adhoc, ut competat illud interdictum, requiritur quòd ſit uſus per triginta dies, & non ſit mentio de illa ſcientia, & patientia: quia reſpondebat ipſe quòd in illo interdicto non eſt quaſi poſseſsio uera, ſed ille abuſus eſt quoddam principium propter quod competat illud interdictũ. Nam cum nulla poſseſsio, neque quaſi poſseſsio in ſeruitutibus diſcontinuis interueniat & eſſet utile non quòd interueniret aliqua certitudo, ſtatuerunt prætores quòd uſus triginta dierum haberet uim quaſi poſseſsionis, ut illud remedium daretur, tamen non eſt uera quaſi poſseſsio: neque aliqua præſcriptio inducitur in ſeruitutibus diſcontinuis, ut ſup. dictum fuit.

Nec obſtat tex. in dicta l. fi. C. de præſcript. longi temporis in fi. quia reſpondebat Iaſ. duobus modis ut ſupra, & ego dedi tertiam, quæ mihi magis placet quòd ibi uerbum de ſcientia non referatur ad ſeruitutes, ſed quòd tantummodo ſimilitudo fiat in principali deciſione quomodo dicatur præſcriptio fieri inter abſentes, & præſentes, & iura concomitentur perſonam. Vnde Bar. in dicto. §. hoc interdicto. fecit differentiam an aliquis compareat in uniuerſitate tanquàm unus de ea, uel compareat tanquàm conſiliarius proponere in conſilio, uel eſſe de prioribus: quia in primo actu non inducitur quaſi poſseſsio, neque præſcribitur, ſed inducitur quando ſemel in conſilio propoſuit, uel fuit de prioribus. Addas tamen quòd eſt differentia inter ſeruitutes prædiales, & cætera iura incorporalia, quoniam in ſeruitutibus prædialibus non tantum requiritur uſus cum animo acquirendi ius, cum ſcientia, & patientia aduerſarii. Sed oportet quòd ille uſus ſit continuatus ut conſeruetur quaſi poſseſsio, uel quaſi continuatus per aptitudinem naturalem, per dictam l. primam. C. de ſer. & aqua. & l. foramen. de ſerui. urbano. prædior. aliàs non poteſt ſequi præſcriptio ut ſupra concluſimus. Sed in ſeruitutibus perſonalibus, & in aliis iuribus incorporalibus ſufficit primus uſus ab initio cum continuatione animi, licèt de facto non ſequatur alius uſus per longiſsimũ tẽpus.

Et ideò capitulum eſt in quaſi poſseſsione iuris eligendi epiſcopum, uel canonicum, ſi ſemel elegit, licèt poſteà uixerit per quadraginta annos, ut nulla alia electio fuerit neceſsaria. Et idem in patrono qui præſentauit clericum, qui ex unica præſentatione conſtituitur in quaſi poſseſsione per continuationem animi, licèt in quadraginta annis non fuerit facta alia præſentatio dummodo non interuenerit actus con

trarius, ut per doct. in cap. cum eccleſia. de cauſa poſſeſſionis, & proprietatis, & cap. conſultationibus. de iure patronatus. Et aliud exemplum ponitur per Bat. in dicto. §. hoc interdicto, quando communitas patitur quòd aliquis ſemel efficiatur de prioribus, uel tanquàm conſiliarius in conſilio proponere, nam per unicũ actum cum continuatione animi, inducitur quaſi poſſeſſio in qua debet manu teneri, donec appateat de ueritate, & non exiſtente contradictore inducitur præſcriptio ut ibidem per eũ. Quare remanet quòd quaſi poſſeſſio acquiritur interuenientibus illis tribus regulariter, ſed in quaſi poſſeſſione ſeruitutis requiritur uſus continuatus, & hæc de iuribus incorporalibus dixiſſe ſufficiat.

Quærit etiam Bar. hic reuertendo ad mate-
272 tiam noſtram, † an detentatio ſit iuris, uel facti, in qua etiam obſcurè loquitur: quia oportet diſtinguere, quòd quædam eſt detentatio uoluntaria, & quædam iudiciaria, uoluntaria eſt duplex. nam quædam inducitur ex uoluntate utriuſquè, ut detentatio quam habet colonus, depoſitarius, & commodatarius. l. j. §. deiicitur. ff. de ui, & ui arm. & l. ij. §. j. inf. de uſucapio. pro hærede. & l. ſi rem mobilem. infr. eod. & §. interdum. inſti. de rer. diuiſio. Alia eſt detentatio quam quis acquirit ingrediendo fundum naturaliter poſſeſſum abſente domino: arg. l. clam poſſidere. §. qui ad nundinas. cùm illo caſu naturalis non poſſit acquiri: quoniam retinetur animo àb uſufructuario, & poteſt etiam poni exemplum in ſeruo peculiari, & non peculiari l. iij. §. ſaltus. infra eodem. & de iſtis non loquitur Bar. hic. Alia eſt detentatio, quæ appellatur iudiciaria quæ uulgariter dicitur tenuta, quæ acquiritur ex decreto iudicis ex æquitate interloquentis, ut quando hæres non præſtat cautionem legatorum, mittuntur legatarii in poſſeſſionem rerum legatarum, iuxta l. cum legati. ex quib. cauſ. in poſſ. eat. uel quando debitor latitat, uel creditores mittuntur in poſſeſſionem rerum debitoris, iuxt. leg. Fulcinius. & per totum ex quib cauſ. in poſſ. eatur. Vel ſi uicinus non præſtat cautionem de damno infecto, fit miſſio in poſſeſſionem rei ruinoſæ. lege prætoris officium. & l. ſi finita. §. Iulianus. ff. de dam. infecto.

In iſtis enim caſibus non acquiritur uera poſſeſſio, ſed ſolum poteſtas ſtandi in re, & cuſtodiendi fructus, ut habetur in l. iij. §. genera. uerſi. quod autem quintus. infr. eodem: quia aliud eſt poſſidere, aliud eſt in poſſeſſione eſ-
273 ſe. l. ſi quis ante. infra eodem. † Et de iſta detentatione iudiciaria Bar. quærit hic, utrum ſit iuris uel facti, & argumentatur quòd ſit iuris, per l. ſi finita. §. ſi quis metu. ſup. de damno infecto. ubi ſi miſſus in poſſeſſionem timore rei ruinoſæ diſcedat, integrum ius retinet, ſed nihil aliud habebat niſi detentationem. ergo detentatio eſt ius. Secundò facit: quia per talem miſſionem acquiritur ius pignoris prætorii, l. ij. C. de præto. pigno. & l. non eſt mirum, ff. de pigno. actio. pignus autem eſt ius reale. §. item Seruiana. inſti. de actio. ergo detentatio eſt ius.

In contrarium tamen poſteà Barto. allegat: quia ſerui non ſunt capaces iuris l. quod attinet. ff. de reg. iur. & tamen ſunt capaces detentationis, l. quod ſeruus. infra eodem. & leg. ſtipulatio iſta, §. hæc quoquè. infra de uerbor. obligatio. unde Bar. concludit quòd detentatio ſit facti per ſtatim allegata, & ad prima iura reſpondet, quòd loquuntur de quodam iure ſeparato, proueniente à detentatione propter auctoritatem iudicis: ſed tamen hæc concluſio ſua confunditur per ea, quæ ipſe ſupra dixit de poſſeſſione, quoniam uoluit quòd poſſeſſio ſit iuris ex eo: quia producit effectus iuris ciuilis: & quia facta appræhenſione acquiritur ius inſiſtendi, ſed habita hac detentatione acquiritur ius inſiſtendi, atquè ſequuntur illi effectus iuris pignoris, & alii, ergo debet eſſe ius.

Et ad illud quòd dicit de ſeruo in quo cadit detentatio. Reſponderi breuiter poteſt, quòd ille tex. non loquitur de detentatione iudiciaria; ſed de detentatione uoluntaria, & naturali. In hac autem noſtra ultra principia naturalia interuenit etiam auctoritas iudicis eam fomentantis, & legis eam formantis. unde poteſt optimè dici quòd ſi ſeruus mitteretur in poſſeſſionem ex cauſa damni infecti, uel latitatione creditorum, quòd benè ei acquireretur illa detentatio aſinina, ſed non acquireretur ius inſiſtendi, nequè illud ius pignoris. ſed in dominum ſuum tranſiret, ſicut etiam, & poſſeſſio ciuilis, & naturalis tranſit, dicta l. quod ſeruus. cum glo. in uerbo ciuiliter. infra eodem. Similiter ſecunda ratio quòd hæc detentatio nõ poſſit animo detineri etiam falſa eſt: quoniam & facta concomittantur hominem, ſicut & iura quando ſunt annexa perſonæ, ut ſupra dixi cũ hominem uitia, uirtutes, & infirmitates ſequantur quocunquè uadat, ita & hæc operatio animi in detinendo poterit ſequi hominem quocunquè uadat, & inſiſtentia in muliere per abſentem habetur. ita quòd & adulterium cõmittit cap. qui uiderit. cum glo. 32. q. 5. facit tex. in l. 5. §. captiuus. infra de cap. & reuerſus non dicitur ſi non habet animum. Sed eſt apud hoſtes l. in bello. §. manumittendo. inf. de cap.
274 Quare Alex. tenet † quòd imò detentatio ſit iuris per tex. in dicto. §. ſi quis metu. non uiolando literam. Secundò per tex. in l. j. in prin. infra pro hærede. ibi, ius pignoris, & præſupponit quòd retineatur animo. Et ad rationem Bar. reſpondet quòd ius ciuile non addit in ſeruo, ſed bene ius gentium, ſentiens quòd detentatio talis producat ius gentium, quod tamen non eſt uerum: quia totum illud à iure ciuili fuit introductum, & in dicta l. quod ſeruus. do-

minium

minium eſt in iure gentium, & tamen non cadit in ſeruo. Vnde melior eſt ſolutio ſup. tradita, quòd ille text. loquitur de detentatione uoluntaria quæ multum iuris habet.

Vnde diffinitur ſecundum Ang. quòd detentatio eſt ius inſiſtendi rei aptum producere cuſtodiam, & aliquando acquiſitionem fructuū, & dixit aptum ad cuſtodiam propter dictam l. ij. & l. quod ex legati. infra ex quib. cauſ. in poſſeſſionem eatur, & dixit acquiſitionem fructuum per l. ſi ſeruus. §. locaui. infr. de fur. & l. prætor. §. in eum. inf. de bon. auc. iudi. poſſide. Sozi. autem conatur ſaluare Bar. quia iura allegata per Alexandrum loquuntur de iure remoto non de iure immediatè proueniente ex detentatione, ut eſt ius pignoris, quod remotiuè uenit, & non ex detentatione, ſed propter factum prætoris. Vnde dixit ipſe ꝙ non tantum illa detentatio antiqua eſt facti, ſed etiam hæc quæ fuit inducta à iure ciuili ex miſſione prætoris. Et confirmat Iaſ. per aliam rationem: quia ſi eſſet iuris, acquiſita per ſeruum tranſiret ad dominum, ſicut poſſeſſio & obligatio, l. frater à fratre. de conditione indebiti. & tamen clarum eſt quòd non tranſit, ergo eſt facti: & hac ratione non tranſit per conſtitutum, de quo in l. quod meo. infra eo. ubi Alexand. & alii.

Et ſequitur hic Rip. ponens diffinitionem, ꝙ detentatio eſt nuda inſiſtentia cuſtodiæ, uel cōſeruationis cauſa facta, & ſequitur etiam Claudius. Alcia. uerò dicit quòd detentatio introducta à iure naturali, illa facti eſt, ſicut & poſſeſſio naturalis ſecūdū eius opinionem. ſed ubicunq; eſt approbata à l. producēs ius pignoris uel ius inſiſtendi cauſa cuſtodiæ faciendæ, & percipiēdi fructus, tūc dicitur eſſe iuris, ſicut & poſſeſſio, quaſi à l. nouam formam acceperit. Quæ diſtinctio nec etiam eſt bona per ſupradicta: quia & quæ formam habent à iure gentium iuris poſſunt eſſe, ut obligatio naturalis, & quæ habent formam à iure ciuili facti poſſunt eſſe, ut ſunt omnes contractus ſecundum ueram opinionem, cum lex ſubſtantiam facti mutare non poſſit, dicto. §. ſi uir. inf. eo. Item argumentatio Iaſ. & Rip. nec etiam eſt bona. quòd ſi eſſet iuris acquireretur domino: quia hoc uerum eſt quod acquiritur, & in dicto. §. ſi quis metu. illud ius inſiſtendi, & ius pignoris acquireretur domino, & non ſeruo, & docto. ualdè æqui uocant, & ualdè ſe inuoluunt commiſcendo hanc detentationem iudiciariam, cum aliis detentationibus uoluntariis, & naturalibus.

275 Quare ego puto reſolutiuè dicendo, † quòd detentatio in ſui ſubſtantia eſt facti: quia & ipſa conſiſtit in operatione animi, ſicut & omnis poſſeſſio tam naturalis quam ciuilis, tamen quia huic detentationi ius etiam tria adminicula concedit. Primò ut ſit habilitas perſonæ ciuilis, habilitas rei, atquè etiam concedit effectus, ſequitur quòd propter eam naſcitur ius inſiſtendi in ipſo appræhendente, & ius cuſtodiendi fructus, & ius locandi, ut habetur in l. 3. §. quæri, & §. ſequenti. ut in poſſeſſione legatorum, & dicta leg. prætor. §. in eum. infra de bon. auct. iudi. poſſid. atquè ius uendendi illos fructus non conſeruabiles, ut ibidem, & ius pignoris, dicta l. ij. infra de uſucapio. pro empto. ſequitur quòd hæc detentatio poteſt cōſiderari tribus modis, ſicut ſupra diximus de poſſeſſione. Vno modo pro potentia legali inſiſtendi, & tunc dicitur ius inſiſtendi, alio modo pro effectibus iuris dependentibus, & tunc dicitur ius cuſtodiendi, & locandi, & alios effectus iuris conſequendi. Tertiò poteſt capi pro ſua ſubſtantia, prout eſt ipſa alteratio animi, & ipſa exiſtentia, & tunc dicitur eſſe facti, ſicut etiam dictum fuit ſupra de poſſeſſione, & procedit diffinitio Ripæ, eadem quoque diſtinctio poteſt dari in detentatione quā habet colonus: nam ipſa in ſui ſubſtantia eſt facti, conſiſtens in ſola operatione animi, tamen quia colonus habet ius percipiendi fructus, & potentiam legalem inſiſtendi in re, & etiam aliquando expellendi dominum ſi eſt tædioſus, tunc poterit dici ius detinendi, uel inſiſtendi. Item quia habet ius arandi, & cultiuandi, & facit fructus ſuos, & multos alios effectus ciuiles conſequitur, tunc dicetur eſſe iuris habitò reſpectu ad dictos effectus, & ſi in detentatione depoſitarii, uel commodatarii aliquòd ius ciuile conſiderare poteris, cum ſaltem potentiam legalem inſiſtendi in equo commodato quis habeat, & ipſa quoquè detentatio poterit dici ius inſiſtendi.

Et generaliter dicas quòd omnis poſſeſſio tam naturalis quàm ciuilis, & omnis detentatio tam iudiciaria, quàm uoluntaria, dicitur eſſe facti in ſubſtantia: quia æqualiter conſiſtit in operatione animi, & ſolum diſtinguuntur propter diuerſos fines, & diuerſos effectus. Sed quoniam in omni poſſeſſione, & detentatione requiritur aliqua habilitas ciuilis, & potentia legalis inſiſtendi licèt plus, & minus, ex hoc capite omnes poſſunt ęqualiter dici ius inſiſtendi. Item quoniam omnis poſſeſſio, & detentatio aliquos effectus ciuiles producit, aliquando multos, aliquando pauciores, & aliquando minimos, ex hoc capite etiam æqualiter poterunt dici iuris, diſtinguendo poſt eas inter ſe reſpectu maioris, & minoris potentię legalis, & reſpectu minorum, & maiorum effectuum: argum. l. j. ff. de ſerui. ruſti. prædio. cum ibi no. per glo. quæ bene no. quia tantas difficultates ſupra, penè docto. aberrare facientes poteris ad hanc facilitatem, & claritatem reducere, & animus quietari.

276 Tertiò principaliter quæſiuit Bar. hic † quo iure fuerit introducta poſſeſſio. & gloſſ. hic in uerbo ait, dicit introductam fuiſſe de iure gentium, non de iure naturali, quòd eſt commune omnibus animantibus. ſed Bar. intelligit eam

de poſſeſſione ſimpliciter ſumpta, quæ alio nomine ſupra appellata fuit poſſeſſio informis, antiquo iure conſiderata, ſed poſſeſſio diſtincta in plures ſpecies, & formata pro ut nos habemus, dicitur eſſe de iuris ciuilis introductione, ſiue ſit ciuilis poſſeſſio, ſiue ſit naturalis, ut per glo. in l. quod ſeruus. infra eodem. in uerbo ciuiliter. Vnde dixit quòd utraquè eſt ius inſiſtendi, producens ciuiles effectus, ſimile eſt de hominibus qui omnes ab initio naſcebantur liberi, poſteà iure gentium, & ciuili conſtitutæ fuere duæ ſpecies liberorum, & ſeruorum. Item omnes homines legitimi naſcebantur, & iure ciuili naſcuntur legitimi, naturales, ſpurii, & ex inceſtuoſo coitu, in auctent. quibus mod. natur. efficiantur ſui. §. primo, ubi legitimatio ſit reſtituendo filios primæuæ naturæ.

Et ita ex eius dictis habes aliquas concluſiones. Prima eſt quòd poſſeſſio omnis ſeu ſimplicitet ſumpta, eſt de iure gentium, quam tamen concluſionem ego ſupra aliter declaraui, dicendo quòd poſſeſſio rerum mobilium fuit de iure naturali primæuo, quòd tamen propter rationem qua utuntur homines, reſtringitur in modo ſui ad ipſos homines: quoniam ſtatim cum Adam fuit in mundo acquiſiuit poſſeſſionem rerum neceſſariarum ad uictum, & ueſtitũ, & idem etiam eſt in communi poſſeſſione totius terræ. cap. ius naturale. prima diſtinctio. ſed poſſeſſio diſtincta terræ, & agrorum, iſta bene fuit de iure gentium poſtquàm regna diſtincta, & ciuitates conditæ fuere, l. ex hoc iure. ff. de iuſti. & iur. & de hac debet intelligi glo. & Bar. hic.

277 Sed adhuc contra eam facit: † quia imò uidetur quòd & ipſa eſſet de iure ciuili: quia ſi ipſa fuiſſet de iure gentium, potuiſſet cadere in ſeruo, qui capax eſt iuris gentium, & obligationis naturalis. l. id quod. ſupra de condic. indeb. ubi Bar. & docto. & l. quod ſeruus. ſupr. de pecul. Soluunt communiter doctor. ꝙ hæc concluſio debet reſtringi ad ius gentium ſecundariò, per quod ſtatus ſeruorum fuit annichilatus, & priuatus omnibus facultatibus ipſius iuris, ſed obligatio fuit de iure gentium primæuo, quod cadit in ipſo ſeruo, ut per eoſdem in dicta l. id quòd.

278 Sed tamen contra hanc reſolutionem † opponit Areti. de dicto Archidiaconi in cap. omnis. prima diſtinctio. qui uoluit unicum eſſe ius gẽtium, ergo in totum debet cadere in ſeruo, uel nihil, quod confirmat per l. primam. §. fi. ff. de iuſti. & iur. ubi dicitur quòd ius gentium eſt, quod ſeruatur à gentibus, & addit exemplum, ueluti erga Deum religio, & parentibus & patriæ pareamus, & poſteà addit ut uim atquè iniuriam propulſemus, & adhuc ſubdit, manumiſſiones quoquè iuris gentium ſunt, ergo eodem iure quo ſupra, propter dictionem quoquè, quæ eſt repetitiua, l. ſeruum quoquè. ſupra de procuratoribus. & poſteà dicit ex hoc iure gentium ſunt introducta commertia, dominia, & obligationes, ergo eodem iure gentium: quia pronomen hoc, eſt demonſtratiuum ad oculum, Bar. in l. prima. de noui ope. nunciatio. ergo unicum eſt ius gentium, & perconſequens omnibus prædictis debuiſſet priuari ſeruus, quod eſt contra dictam leg. id quod. de conditio. indeb. ideò idem Areti. pro ſolutione dicebat, quòd iura faciliter tranſitoria de perſona in perſonam, non remanent in ſeruo, ut poſſeſſio, & dominium. inſti. per quas perſonas nob. acquiritur. §. non ſolum. Iura uerò quæ ſunt affixa oſſibus noſtris, ut ſunt obligationes, iuxta l. qui ergo caſus. ff. de peculio, non tranſeunt ad dominum, ſed remanent in ipſo ſeruo. Ideò obligatio naturalis directa ſemper remanet in eo, ſecundum eum, & tranſit utilis in dominum. arg. no. per Bar. in l. j. §. ſublata. ff. ad Trebellia. Quam ſolutionem reprehendit poſtea Sozi. quia non reperitur obligatio naturalis diuiſa, in diuiſam, & utilem, & tota ſemper uel tranſit, uel remanet, l. ſi eius. ubi Bar. ſupra ad Trebellianum. & l. ij. iuncta l. non quaſi, ubi etiam glo. & Bar. inf. rem pupilli ſaluam fore. & l. quoties. de adminiſtratione tutorum. & facit dictus. §. non ſolum. ubi dicitur, quòd totum noſtrum ſit. Facit etiam tex. in l. debitor. eodem titulo. ad Trebellianum. confirmo: quia hac ratione poſſeſſio non deberet tranſire, quoniam conſiſtit in inſiſtentia ſerui, & facto ſuo, quod non deberet poſſe ſeparari ab eo, §. ſed cum factum. inſti. de ſtipul. ſeruorum.

Quapropter Sozi. reuertitur ad ſolutionem communem doct. quòd duplex ſit ius gentium. Vnum quòd fuit ſine conſtitutione introductũ & hoc eſt primæuum, naturali ratione factum, quo iure facit communis omnium poſſeſſio. Secundum fuit ius gentium, productum per conſtitutiones generales per totum mundum, & hoc fuit ſecundum, quo ſtatus ſeruorum fuit annihilatus, de quo loquitur capi. ius gentium, prima diſtinctione. ibi, ſedium occupatio, & de primo loquitur capitulum ius naturale. prima diſtinctione. Vnde remanet in communi ſolutione quòd poſſeſſio fuit introducta ſecundario iure gentium, quo ſtatus ſeruorum fuit annichilatus, ideò non cadit in ſeruis, quòd ſecundarium ſaltem diuiditur à primo per diuerſitatem temporum, & quia fuit per conſtitutiones factum, licèt ſimpliciter poſſit dici unicum ſimpliciter conſiderando. Sed poſteà contra hanc communem concluſionem, & defenſatam, iter ñ opponit: quia ſi unicum eſt ius gẽtiũ in ſubſtantia ergo eadem fuit poteſtas, ergo potuit ſequẽs pars annichilare ſtatum ſeruorũ in omnibus inductis, & à prima, & ſeq. parte. arg. l. nihil tam naturale. ff. de reg. iur. & illius regulæ cuius eſt uelle, eius eſt nolle, ſicut etiam uidemus quòd ultimum ius ciuile, poteſt facere

cere

cere ꝙ nihil de iure ciuili remanet in aliquo.

Finaliter ſaluando dicit ex mente Pauli de Caſtro. in dicta l. ex hoc iure. quòd ſeruus remanet capax obligationis, ex priuilegio concesso à dicto iure gentium: quia aliqua etiam in fauorem ſeruorum introduxit, ut quòd ſeruarentur, & ſint capaces legati alimentorum, l. 3. ſupra de adim. leg. & quando ſeruus obligatur domino, uel dominus ſeruo, dicta l. frater à fratre. cum materia. Sed cum in poſſeſſione, & dominio non diſpenſauerit, remanſit incapax poſſeſſiones, & dominii: quia uoluit quòd quid quid acquirerent, dominis ſuis acquirerent, l. placet. de acquir. hæredita. Sed hæc ſolutio non probatur iure: quoniam de hac priuilegiata reſeruatione obligationis non habemus legem, & tex. in d. l. id quod. uidetur dicere idem eſſe: quia obligatio eſt alio iure naturali inducta. Præterea augetur oppoſitio: quia uidetur inconueniēs quòd ſeruus ſit capax obligationis, & non dominii, uel poſſeſſionis: quia obligatio fit ad finem acquirendi dominium, uel poſſeſſionem, maxime quando fit de contractibus translatiuis dominii, uel poſſeſſionis. Item præſupponit præceſſiſſe diſtinctionem dominorum, ut per contractus poſſet fieri translatio de perſona in perſonam: quia priuatio præſupponit habitum, l. decem. de uerbo. obligatio. & mutuum ſit de meo tuum. Igitur cum ſeruus ſit capax iſtarum obligationum, neceſſariò probatur quòd poſſeſſio, & dominium præceſſit obligationem, & eſt antiquiori iure inductum, & per conſequens deberet ſeruus eſſe capax poſſeſſionis, & dominii, & ſucceſſiuè opinionem docto. quòd poſſeſſio ſit de iure gentium, ſecundario, eſſe falſam, ita quòd adhuc duo fortiter urgent contra docto. Vnum quòd poſſeſſio fuit de primæuo iure gentium. Secundum quòd ſeruus deberet eſſe capax poſſeſſionis, & dominii naturaliter, ſicut remanet capax obligationis naturalis, & ſaltem eorum, quæ ſunt in bonis nollius, per iſtum tex. in terminis probantem. & dicto cap. j. diſtinctio. prima.

279 Quare reſoluendo tantas difficultates † recurrēdū eſt ad prima principia iuris naturalis, & iuris gentium, propter quorum ignorantiam doct. inciderunt in has confuſiones, & Soz. habuit bonam intentionem, ſed eam neſcinit extra dentes explicare. Ideò repetēdum eſt quod ego latè dixi in rub. ff. de uerbo. oblibligatio. & tetigi ſupra in quarto notabili, & ſæpius in præcedentibus repetii, conſiderando quòd licèt ius naturale in ſui ſubſtantia ſit commune omnibus animantibus, tamen poſteà mudus eo utendi, & conſeruandi indiuidua, & perpetuandi genera dicitur eſſe diuerſus, quoniam alio modo ſe conſeruant piſces in aqua, alio modo aues in aere, & alio modo feræ. beſtiæ in nemoribus, & alio modo plantæ, & lapides, & alio modo homines, qui cum ratione, & diſcurſu intellectus conſeruant indiuidua, & perpetuant genera ſe ualde ſeparando à feris, beſtiis, propter rationem per quam ab ipſis differūt. Vnde reſpectu uſus reperitur in hominibus ius naturale primæuum à præcepto naturæ inductum, quod non eſt commune cæteris animantibus, ſicut nec ius naturale introductum ex præcepto naturæ, quo conſeruantur piſces, uel aues, non eſt commune cæteris animantibus.

280 Vnde † ſequitur unum ualde notabile, & à doctoribus non cognitum, quòd reperitur ius naturale in hominibus à præcepto naturæ inductum, quod non eſt commune omnibus animantibus, & hoc propriori nomine appellatur ius naturale hominum, de quo dicitur in dicto capi. ius naturale, prima diſtinctio. & de hoc intellexit Sozi. quando uoluit quòd ſit unum ius gentium ſine conſtitutione factum. Nam intelligitur de hoc iure naturæ à natura proditum, quod per modum reſtrictum eſt ad homines: nam nullum ius gentium reperitur ex conſtitutione expreſſa factum, ſeſt tantummodo ex uo uo uſu generali hominum introductum, ius uerò gentium proprium eſt quòd ab ipſis gentibus fuit introductum, ex quadam generali conſuetudine obſeruando quædam quæ erant contra ius naturale, tendentia ad conſeruationem boni communis non habito reſpectu ad principia à natura introducta.

281 Vnde apparet quòd quantum ad nomen, † uidetur eſſe unicum ius, cum & primum ius à gentibus ſeruetur, & ſimiliter hoc ſecundum. ſed tamen poſteà interius conſiderando, dicuntur duo iura ſeparata, cum primum ſit introductum ex præcepto naturæ, ſeruatum à ſolis gentibus propter ſeparationem rationis, & hoc ꝓprio nomine appellatur ius naturale hominū, ſeu gentium, & ſæpiſſimè per iura dicitur quòd eſt naturali ratione inductum, ſed uerè fuit à natura inductum ab hominibus tantum, propter rationem obſeruatum, ſecundum uerò fuit ius gentium, propriè introductum ab ipſis geutibus, ex uſu, & cōſuetudine generali, differens à primo in conditore, & in fi. cum primum à natura fuerit inductum, & ad finem tantum conſeruandi indiuidua, & perpetuandi genera, ſecundum uerò fuit conditum ab ipſis gentibus, ad finem ut bonum commune ſeruaretur, recedendo in multis ab illo præcepto naturæ, ut conſeruentur indiuidua. Vnde ſequitur utramquè propoſitionem ueram eſſe; quòd ſit duplex ius gentium, & quòd ſit unicum ius gentium: nam ſi conſideras ius gentium ex hoc ſolo quòd ſeruatur à gentibus, non habito reſpectu ad diuerſos conditores, & fines, duplex dicitur eſſe ius gentium. Sed ſi conſideras ius gentium pro unico conditore, tunc unicum erit à ſolis gentibus, ex uſu, & conſuetudine factum, & aliud etiā propriè ius naturale, quòd ius gentium recepit poſteà plures gradus, ſecundò quòd pro tempore ſeparatum fuit à principio mundi magis ſenſualitati adhærendo.

282 Quando igitur dicitur † quòd obligatio in ſeruo eſt de iure naturali, oportet intelligere de hoc iure naturali à natura in ſolis hominibus introducto, quo iure, & obligationes erant, & aliqui contractus, dicto cap. primo. prima diſtinctio. & poſteà per ius gentium fuit annichilatus ſtatus ſeruorum, quo iure, & omnia de iure gentium inducta, etiam annichilata fuere in ſeruo, ſed ea quæ fuerunt illo iure naturali in ſolis hominibus introducto, non potuerunt annichilari: quia diuerſum conditorem habuerunt.

283 Igitur reſoluendo dicas quidquid uelint docto. † ꝙ poſſeſſio, & dominium, & obligationes fuere inuentę hoc iure naturali hominum, quod ſolet quoquè nuncupari ius gentium naturali ratione inductum. §. ſingulorum. inſti. de rerum diuiſione. cum ſtatim homines poſtquàm fuerunt in mundo inceperunt capere fructus, & animalia pro cibo, & ueſtitu, & glandes, & etiã aquam, quarum rerum poſſeſſio, & dominium eis acquirebatur, remanente à communione, poſſeſſione terræ, quatenus tamen concerneret conſeruationem indiuiduorum, & perpetuationem generum, dicto cap. ius naturale. prima diſtinctio. & non poteſt dici, quòd ſtatim eſſet ius gentium: quia illud non fuit introductũ niſi poſteà in mundo exceſcente magna multitudine, quæ cæpit cogitare de diuiſione Regnorum, & poſteà diuiſione rerum, quæ acquiſitio adhuc hodie durat in ſeruo: quia acquirunt poſſeſſionem, & dominium iure naturali rerum pertinentium ad alimenta ſua, dicta l. iij. de alimen. & lege ſeruos. eodem titulo. & l. ſi in metallum. ſupr. de his quæ pro non ſcrip.

284 Sed dominium, † & poſſeſſio inducta ab hominibus gratia ditandi, & ad alium finem quã ſe conſeruandi fuit inductum de iure gentium, pro ut gentes illud condiderunt ex uſu ꝙ alio nomine docto. appellant ius gentium ſecundarium.

285 † & inſtrumentum non cadit in ſeruo: quia eodem iure diſpoſitum fuit, ut nihil apud ſe retineant, & totum domino ſuo acquirant, & receptum à iure ciuili, ut inſti. de his qui ſunt ſui uel alien. iur. §. primo. quòd tamen dominium non remanet in ſeruo, ex illo capite quòd non ſit capax: quia & illud erat de iure naturali, licèt à principio non cognitum, ſed non remanet in ſeruo: quia dictum ius gentium mandauit quod acquiratur dominis, & receptum fuit de iure ciuili, lege placet. ff. de acquiren. hæreditate.

Vnde ea quæ non poſſunt tranſire in dominum, remanent poſteà in ipſo ſeruo, ſed ſine effectu iuris gentium, uel ciuili, ut eſt obligatio qua ſeruus obligatur domino, & è contrariò

286 dominus obligatur ſeruo, † qua ratione etiam hodie ſeruus naturaliter dicitur dominus omnium bonorum peculiarium, quaſi ſit ſuum patrimonium, l. peculium, ex eo. ff. de peculio. tamen quia non habet effectus ciuiles, cum de eis lex eum incapacem fecerit, & uoluerit illos acquiri domino, & dominii acquiſitio non cognoſcitur, & ſimiliter etiam poſſeſſio, quæ non poteſt acquiri domino, remanet in perſona ſerui, ut ſi eſt uiolenta, uel iniqua. l. quod ſeruus. infra eodem. ſed tamen ſine effectu iuris ciuilis, & propter hanc cauſam appellatur per docto. detentatio, ſed uerè eſt integra poſſeſſio. Similiter naturalis appræhenſio quæ eſt in ſeruo ſemper remanet in eo, & ipſa inſiſtentia quæ nunquàm tranſit ad dominum, ſed ſolum effectus prouenientes ab appræhenſione uel inſiſtentia, tranſeunt ad dominum, uel ſtant in peculio, ſi peculiaris res ſit, l. iuſtè. §. ſi. inf. de uſucapionib.

Ex quibus tu habes aliquas concluſiones præter doctor.

287 Prima eſt † quòd ius naturale hominum eſt inductum à natura, appellatur ius gentium propter accidens: quia modus obſeruandi conuenit hominibus tantum, ſed differt à iure gentium uero, & proprio reſpectu finis, & conditoris, cum gentes illud condiderint ad finem conſeruandi bonum commune, propterea unicum poreſt dici ius gentium, & ſimul quoquè duplex ius gentium.

Secunda eſt concluſio quòd poſſeſſio, dominium, & obligatio, reſpectu conſeruationis indiuiduorum fuit de iure naturali hominum.

Tertia quòd hodie ſerui ſunt capaces dominii, & poſſeſſionis, & obligationis, reſpectu conſeruationis uitæ, quam conſeruationem ius gentium non potuit annichilare propter excellentiam ſui conditoris.

Quarta eſt concluſio, quòd hodie etiam ſerui ſunt capaces plenæ poſſeſſionis, & dominii, ſed tamen non poſſunt retinere: quia iure gentium primo, & ſucceſſiuè iure ciuili inductum fuit, ut quidquid acquirant, dominis ſuis acquirant, l. placet de acquir. hæredita.

Quinta eſt concluſio, quòd hodie ſerui etiã ſunt capaces poſſeſſionis, & rerum quæ non poſſunt acquiri dominis ſuis. Sed tamen ea remanet ſine effectu iuris, dicta l. quod ſeruus. inf. eodem. ibi, corporalis poſſeſſio, & l. ſtipulatio. §. ſi quoquè. ff. de uerborum obligation. Ideò propter dictam priuationem appellatur detentatio.

Sexta eſt quòd appræhenſio, & naturalis inſiſtentia in rebus ſemper remanet in ſeruo, licèt dominium, & poſſeſſio cum iuris effectu, & cæteri effectus iuris tranſeant in dominũ, qui quoquè propriam poſſeſſionem propter ſuam animi inſiſtentiam facere dicitur, & hæc de prima concluſione Bar.

288 Secunda eſt principalis concluſio Bar. † quòd poſſeſſio formata, & diuiſa in ſpecies naturalis, & ciuilis, dicitur eſſe de iure ciuili, & eſt ratio: quia accipit nouam formam, unde eo iure dicitur, lege obuenire. ff. de uerborum ſignifica-

tio. &

tio: & l.electio.§.j.ff.de noxalibus actionibus, & §.omnis.inſti.de noxalib.actio.& l.ius ciuile. ff.de iuſti.& iur.& actio mandati efficitur prætoria.l.iiij.§.cui congruit.cum glo ff.de peculio. & l. in commodato. §. ſicut cum glo. ciuilem. ff.commod. eadem quoquè ratione poſſet dici de iure gentium, ſi hæc forma cum his effectibus ab eodem iure fuiſſet data. Quæ concluſio uera eſt conſiderando introductionem accidentalem; ſed conſiderandò inuentionem, & ſubſtantiam materialem, ſemper dicitur de iure naturali: unde ipſa inſiſtentia quæ fit uel animo, uel corpore ſemper eſt de iure naturali, & remanet adhuc facti, cum illa operatio animi naturalis ſit, quànuis uideatur obumbrata ab effectibus ciuilibus, & ab habilitatibus inductis à iure ciuili, quibus deficientibus non cognoſcitur à iure ciuili, & ideò in diffinitione factum ipſum ſubſtantiale poni debet, licèt & propter habilitates, & effectus ciuiles poſſit quoq; dici de iure ciuili, & tanquàm ius conſiderari, & diffiniri, ut ſupra. Vnde ſequitur quòd in ſubſtantia cadit in ſeruo, ſed poſteà propter effectus non cognoſcitur in eo remanere, & ita conſiderando reſoluuntur omnia contraria, & tolluntur difficultates quæ inſurgere poſſunt.

289 Quærit etiam ſubſequenter Bar. † an detentatio ſit inducta de iure gentium, uel ciuili, & concludit quòd illa quam habet colonus ſit de iure gentium, ſed illa quã habet miſſus in poſſeſſionem ſit de iure ciuili. ſed Alex. generaliter dicit eam eſſe de iure gẽtiũ. ſed tu diſtinguas ut ſup. nam aut conſideras detentationem reſpectu materiæ ſuæ, & illa ſemper fuit nedum de iure gentiũ, ſed & de iure naturali, aut uerò cõſideras iura ex ea prouenientia, & tunc ſi illa iura ſunt de iure gentium, poteſt dici de iure gẽtiũ, & diffiniri per ius gentiũ, unde detentatio in colono, in commodatario, & depoſitario, poteſt dici ius gentium, propter effectos prouenientes ex contractibus illis, de iure gentium introductis, tamen quia etiã cõtractus iuris gentiũ receperũt quedã adminicula à iure ciuili in obligatione, & executione, atquè etiam in habilitate perſonarum, poteſt etiam dici de iure ciuili, ideò ſi conſiderabis adminicula iuris, detentatio iuris dicetur, ſicut & poſſeſſio. Sed ſi conſiderabis ipſam inſiſtentiam materialem, dicetur ſemper eſſe facti, & de iure gentium, & naturali, Si uerò eſt detentatio ab auctoritate iudicis introducta, tunc ſimiliter reſpectu ſuæ ſubſtantiæ materialis, & quia eſt animi operatio dicetur de iure naturali, & facti eſſe. Sed ſi conſideras poſteà auctoritatem iudicis interuenientem, & ſolennitates iudiciarias cum effectibus iuris ciuilis, ipſa dicetur eſſe de iure ciuili: quia ſine adminiculis iuris ciuilis non habetur in conſideratione, & propterea diffiniri poterit per terminum ius inſiſtendi, atquè etiam per terminum inſiſtentia, ſicut ſupra dictum fuit de poſſeſſione, à qua in effectu non dicitur differre, niſi propter diuerſum finem, & diuerſam cauſam inſiſtendi.

290 Quærit etiam Bar. † an quaſi poſſeſſio rerum incorporalium ſit de iure gentium, & reſpondet quòd ſic: quia ſeruitutes ſunt de iure gentium, ut probatur per tex & glo. inſti. de uſu, & habit. §. final. ſed diuiſio eius inter ciuilem, & naturalem fuit de iure naturali, ut in ea. Sed tamen uerè ille tex. probat, tantummodo ſeruitutes fuiſſe de iure gentium, non tamen dicit de quaſi poſſeſſione earum, unde mihi magis placet quòd tota quaſi poſſeſſio rerum incorporalium ſit de iure ciuili: quoniam tales res poſſideri prohibentur iure gentium, l. ſeruus. §. incorporales. ſupra titulo primo. & leg. tertia. in principio. infra eodem. & l. ſequitur. §. ſi uiam. infra de uſucapio. & non apparet de diſpenſatione à iure gentium inducta: ſed ſolum fuit ius ciuile quod eam excogitauit: nam poſtquàm remedia multa à prætore inducta fuere propter poſſeſſionem, quæ neque à lege xij. tab. erant cognita, ſecundum quam ipſa poſſeſſio quaſi pro nihilo habebatur. ideò legiſlatores, & homines iam introducti de utilitate poſſeſſionis in rebus corporalibus, cæperunt etiam hanc quaſi poſſeſſionem excogitare in rebus incorporalibus, dando illa tria principia non naturalia, ut quia interueniat uſus ipſius iuris, & quòd fiat animo tale ius acquirendi, & quòd interueniat ſcientia, & patientia aduerſarii, & ita tota à iure ciuili excogitata fuit, hac ratione etiam additum fuit, ut habentes cauſam continuam, & quaſi continuam præſcribantur, alia uerò non præſcribantur, & ſubſequenter eius diuiſio tota fuit de iure ciuili, prout producit effectũ uſucapiendi, uel alios minores effectus, ut ſupra dixi, & hæc eſt tutior opinio.

291 Quartò loco principaliter quærit Bar. † hic quomodo poſseſſio acquiratur, & quia & ipſe ut in cęteris obſcurè, & diminutè loquitur, ideò altius exordiendo conſiderandum eſt, quòd tex. hic dicit dominium à naturali poſseſſione cæpiſse, declarari debet hoc modo: quoniam aliquando dominium acquiritur iure naturali, & ciuili ſine poſseſſione præcedente, aliquando præcedente poſseſſione, acquiritur autem dominium ſine poſseſſione de iure gentium decem modis poſitis in toto titulo. inſti. de rer. diuiſio. & in l. ij. cum multis ſequentibus uſquè ad legem acquiritur. ſup. eo. declarando ue dixi in rub. ſup. eo. eodẽ modo, & etiam multis modis de iure ciuili acquiritur dominiũ ſine poſseſſione, qui ponuntur per glo. & ibi. docto. examinãt in l. ſi ager. ad finem ſupra de rei uendica. quorum modorum acquiſitio neque rationis inquiſitio pertinet ad præſentem titulum, ſed eſt propria materia tituli pręcedentis.

Secundò acquiritur dominium præcedente poſseſſione, quæ, & ipſa uariis modis acquiri poteſt, & hæc eſt propria materia iſtius tituli, qua

cognita ſcies etiam quomodo dominium acquiritur de iure gentium, & ciuili præcedente 292 poſſesſione. † in quo omnes conueniunt quòd poſſesſio corpore, & animo acquiritur quando res eſt uacans l. iij. & l. quemadmodum. infra eod. quæ tamen acquiſitio corpore, & animo fit per occupationem, ſeu apprehenſionem & per traditionem. Occupatio autem poteſt fieri tribus modis. Primò occupando totam rem, quo caſu ſi eſt uacans omnimodo poſſesſio cum dominio acquiritur. Secundo modo fit occupatio unius agri, multorum iugerum ponendo pedem in ceſpite terræ, quo caſu ſi res eſt uacans, uel interuenit uoluntas domini tota ipſa acquiritur, etiam quòd eam non circumambulet, l. iij. in principio. infra eodem. & an corpus propter primordium ueritatis interueniente concurſu animi fingitur totam rem occupare. Tertio modo acquiritur poſſesſio in re occupata, & tunc requiritur corporalis apprehenſio in totum, quoniam aduerſario reſiſtente ipſe tantummodo acquiret poſſesſionem partis uiribus ſuis occupatæ, & alia pars remanebit in poſſe aduerſarii, l. quod meo §. final. infra eodem. & ſi abſens eſt dominus acquiretur poſſesſio naturalis tantum, & non ciuilis l. clam poſſidere. §. qui ad nundinas. inf. eo. niſi poſteà reuertentem non admiſerit, ut ibidē & l. ſi id quod. §. fi. inf. eo. quæ occupatio poteſt fieri per corpus noſtrum, & per corpus aliarum perſonarum poſitarum, infra. à §. adipiſcimur uſquè ad finem legis, & aliquando per corpus & animum alterius, ut inf. §. quod ſi ſeruus, & l. iij. §. ſaltus. inf. eo. Secundo modo acquiritur poſſesſio per traditionem, quæ traditio ſi eſt facta à domino, uel ab habente poteſtatem diſponendi de re transfert dominium & poſſesſionem, §. per traditionem. inſtit. de rer. diuiſione, & hæc traditio uerè poteſt fieri per ſe uel per aliā perſonam ut per procuratorem. Item etiā fictè fieri poteſt per conſtitutum, ut in l. quod meo. infr. eo. & eſt alius caſus quando res eſt penes accipientem, in §. interdum. inſti. de rer. diuiſione, & in his modis omnes conueniunt.

Vnde ſolum dubitatio eſt utrum per aſpectū acquiratur poſſesſio, & hanc quæſtionem tantū modo examinauit Bar. hic, quaſi cæteri modi ac 293 quirendi plani eſſent, & faciles. † Quærit igitur Bar. an poſſesſio per aſpectū acquiratur, in qua quæſt. glo. in uerbo. qui primi, poſt antiquos relatos in eo argumentatur: quod acquiratur, facit tex. in l. quod meo. §. cū per uenditorem. ff. de actio. emp. & in l. j. §. ſi iuſſerim. inf. eo. Sed tex. in l. iij. §. Neratius. in fi. uidetur probare contrariū, ibi, niſi motus fuerit, & plus uoluit text. in leg. clauibus. de contrahend. emptio. & l. qua ratione. §. item ſi quis. ſupra titulo primo. quòd acquiratur poſſesſio rei, quæ non uidetur.

Propterea fuerunt tres opiniones quas refert hic glo. & Bar. ut per eos. Primò eſt quòd per aſpectum ſolum non acquiritur poſſesſio, feræ, beſtiæ etiam uulneratæ, & requiritur apprehenſio, dicto. §. illud. ſed ſi incidit in laqueum, an tunc acquiratur, gloſſ. hic non determinat, ſed uidetur ſe remittere ad intellectum in dicta l. laqueum. ſi uerò eſt res inanimata, & concurrit uoluntas poſſeſſoris, acquiritur per aſpectum dicto. §. ſi iuſſerim. ſed ſi non concurrit uoluntas poſſeſſoris, uel ſi res uacat requiritur apprehenſio corporis, dicto. §. Neratius. & in effectu facit regulam, quòd ſine apprehenſione non acquiritur poſſesſio, ſiue uacet ſiue ſit occupata, & non ſufficit aſpectus. Fallit quando interuenit uoluntas poſſeſſoris d. §. ſi iuſſerim. Fallit in caſu l. ſi laqueum. ſecundum ſuum intellectum. Fallit quando eſt occupata pro parte, leg. iij. in prin. inf. eo. & hæc opinio communiter tenetur.

Et licèt Bar. dicat quòd illa differentia de rebus animatis & inanimatis non ſit bona, tamen eſt rationabilis, & dependet ab intellectu dictæ 294 l. ſi laqueum. † in qua dubitauerunt glo. quid ſibi uoluerit Iuriſconſult. dum poſuit tot diſtinctiones, & poſteà ſimpliciter decidit, & glo. ibi, uidetur uelle, quòd quando abſens eſt dominus non posſit acquiri poſſesſio, ſi beſtia incidit in laqueum, quando uerò dominus eſt præſens, tunc ſi non poteſt faciliter ſed diſſoluere, tunc poſſesſio acquiratur concurrente aſpectu, & laqueo, ſicut & duo concurrunt in dicto. §. ſi iuſſerim. Bar. tamen ibi non tenet illam glo. tamen Alber. & communiter doctor. eam tenent quando non poterat uerisſimiliter exire de laqueo, ſecus ſi poterat exire reluctando: quia ſeruatur illud de fera uulnerata, & idem eſſet de auibus uiſco illaqueatis, uel de maliuiciis retibus incluſis, uel de piſcibus in retibus illaqueatis poſitis in tunaria pro capiendis tunis.

Sed plus dicebat Martin. & Vgoli. ibi, quod etiam efficiuntur beſtiæ meæ, ſi ſum abſens, & non poſſunt exire reluctando, & ſequitur, ibi Alber. licèt Bulg. & alii gloſſa. tenerent contrarium, dicens quòd de conſuetudine ruſticana ſeruatur, ut ſint illaqueantis etiam abſentis, & etiam mihi placet, & ideò dicas, aut feræ beſtiæ, piſces, uel aues ſunt illaqueatæ, ut reluctando exire non poſſunt, & tunc efficiuntur ipſius illaqueantis, taliter quòd eximens eam committit furtum: quia laqueus ille uidetur eſſe quædam manus longa ipſius dominii, & naturaliter quodammodo uidentur apprehenſæ, iuxta no. in l. ſingularia. ff. ſi cer. petatur. & l. licèt §. quoties. ſupra de iur. dot. ubi longa manus appellatur, licèt in dicta leg. ſingularia dicatur breuis manus. Vnde ſequitur quòd ſi dominus tunariæ habeat piſces illaqueatos in ſuis retibus, ipſe etiam ignorans effectus fuit dominus, & ſi quis appoſuit retes in mari, & alius retes eleuauerit capiendo ſibi piſces, committit furtum, & idem quando aues ſunt incluſæ in retibus quæ ſolent apponi in arboribus, & uidetur opinio uera nedum de conſuetudine, ſed etiam de iure, & tenenda

nenda

nenda: quia euitantur multi tumultus, & ſcandala, ſi uerò dominus eſt in præſentia, & auis ſit illaqueata, non diſtinguitur an poſsit reluctando ſe reſoluere, ſed in continenti efficitur ipſius illaqueantis propter aſpectum, & laqueum, nec conſideratur quòd potuerit aufugere, cum & manibus uetis captæ poſſunt aliquando aufugere, tamen non attenditur, ſufficit enim quædam rationabilis uerisſimilitudo: arg. dictæ l. ſingularia. ff. ſi certum. petat. & l. licèt. §. quoties. ff. de iure dotiũ. unde tota opinio glo. uera eſt.

295 Secunda eſt opinio relata in glo. † quòd indiſtinctè ſolo aſpectu acquiratur poſſeſsio, cui opinioni ſolum repugnat dictus. §. Neratius. quando res non eſt alicuius. nam in l. clauibus. magis concordat: quia aſpectus loci ſufficit, & loquitur in fortioribus terminis, tamen uerè non facit, nec pro, nec contra: quia loquitur quando concurrit uoluntas tradentis: ideò tenentes hanc opinionem reſpondent quòd ibi theſaurus non uidebatur, quæ ſolutio non tollit totum contrarium: quia in fi. tex. præſupponitur, quòd iam per effoſionem terreni apparebat, & uidebatur theſaurus, & tamen addit ut requiratur quòd ſit motus, ideò opinio non eſt uera in re uacanti: quia ſolus aſpectus non ſufficit etiam cum labore, ſed requiritur quòd apprehenſa ſit poſſeſsio, & idem eſt in re ab alio poſſeſſa, ſi non concurrit uoluntas poſsidentis, ſed ſi concurrit uoluntas poſsidentis, & res ſit præſens, acquiritur poſſeſsio ſiue actualiter tradatur, dicto. §. ſi juſſerim. ſiue in turri exiſtentes uideant eam, dicto. §. cum per uenditorem. ſi uerò res non ſit præſens, ſed locus ſit præſens, nec etiam poteſt acquiri, niſi claues tradantur, ut in dicta l. clauibus. ſecundum declarationem inſra ponendam.

Tertia eſt opinio quòd poſſeſsio non acquiratur per titulum occupationis ſine apprehenſione: ſed bene acquiratur per titulum inuentionis, quæ opinio reprobatur per Bar. hic allegando legem ſi Barſatoram. C. de fideiu. quia inuenire eſt per apprehenſionem, qui tamen text. non probat: quia loquitur in contractibus, quando quis promiſit inuenire, & quando tractatur de præiudicio tertii, & quando ille qui promiſit erat deſtinatus ad capiendum: & ſic loquitur in caſu ſpeciali. Tu tamen dicas quòd illa opinio non eſt uera in poſſeſsione: quia per inuentionem ſolam non apprehenditur, ſed ſolum eſt uera in dominio ut ſupra concluſi in notabilibus, quod uidetur uoluiſſe una ſolutio gl. quam repræhendit Bar. extra propoſitum.

Quare omnia reſoluendo facias concluſio-
296 nem generalem, † quòd poſſeſsio rerum uacantium, uel occupatarum, non poteſt acquiri per aſpectum, ut hic dicebat gloſſ. & communiter docto. Fallit in feris, beſtiis illaqueatis ſecundum diſtinctionem ſupra poſitam. Secundò fallit in rebus traditis ex uoluntate domini, in terminis dicti. §. ſi iuſſerim, & in terminis dicti. §. cum per uenditorem: quia uoluntas tradentis uidetur ſupplere defectum apprehenſionis. Fallit & tertiò in caſu legis clauibus. ff. de contrahend. emptio. & l. qua ratione. §. interdum. ſupra titulo primo.

In qua tamen lege clauibus Bar. dicebat tria
297 requiſita interuenire debere. † Primò quòd fiat traditio clauium. Secundo quòd traditio fiat in conſpectu horreorum. Tertiò quòd accipiens ſciat locum loci in quo ſint merces, & uidentur tenere communiter doctor. primum requiſitum quòd debeat fieri traditio clauium ab omnibus tenetur. Et ratio eſt euidens: quia per eum figuratur traditio, & apprehenſio rerum quæ ſub clauibus reconditæ continentur, & claues tanquàm continens habeantur: unde eis traditis, & contentum uenditum traditum etiam uidetur, ſicut tradendo ſacum cum pecunia uidetur eam munerare, leg. ſecunda. §. mutui datio. ff. ſi certum petatur. ubi Decius. Item per claues inducitur cuſtodia, & eas tradendo uidetur dare cuſtodiam, & in conſequentiam detentationem, l. iij. §. fi. infra eodem. Ideò earum traditio requiritur facta à poſſeſſore.

298 Vnde dubium poteſt inſorgere, † an per traditionem factam ab executore iudicis, uideretur tranſlata poſſeſsio mercium, & difficultatem cauſat: quia executor eſt fictus dominus, & per traditionem clauium inducitur alia fictio, ideò non impediunt acquiſitionem poſſeſsionis, ut in aliis exemplis. infra dicemus, & hoc mihi placet: quia nullum uidetur eſſe primordium ueritatis, & hoc uidetur eſſe tutius. Vnde miſſus in poſſeſsionem bonorum mercatoris non efficitur detentator, nequè acquiret pignus, ſi ei tradantur claues domus ipſius debitoris, uel horreorum, niſi executor ingrediatur domum uel horreum. & poſſeſsionem dictarum rerum ſe tradere dicat, per ea quæ infra dicemus in aliis ſimilibus quæſtionibus. Sed in propoſito quando poſſeſſor tradit ipſe claues manu propria, uel eius procurator procedit, dicta l. clauibus.

Secundò requiritur in caſu dictæ legis clau-
299 bus. † quòd traditio clauium fiat in præſentia horreorum, uel cellæ uinariæ, uel magazeni, dicta lege clauibus. ibi, ſi claues apud horrea traditæ fuerunt. Alexand. uerò dicit non eſſe neceſſarium quòd horrea ſint in præſentia, ſed ſufficit quòd ſint de proximo: quia iſti duo caſus æquiparantur ad acquirendam poſſeſsionem. ut per gloſſ. magnam in uerbo naturaliter. circa finem, quæ expreſſè etiam hoc modo dictam legem clauibus. intelligere uidetur. Confirmat ipſe: quia ſolus aſpectus horreorum ſufficeret ad acquirendam poſſeſsionem, dicto. §. cum per uenditorem. & dicto. §. ſi iuſſerim. ergo ut aliquid operetur traditio clauium debet ſufficere quòd horrea ſint

de proximo, & hoc dicit eſſe de mente lite-
ræ in illis uerbis apud horrea: quia dictio a-
pud, uerificatur de proximo non uiſo, lege po
nes, & lege is apud. ff. de uerborum ſignifi-
ficatio. ubi apud ſe rem habere uidetur, qui
actionem habet. pro qua opinione facit dicta
lex. qua ratione. §. Item ſi quis, ſupra titu-
lo primo. ubi illa uerba apud horrea, non po-
nuntur ſed ſolum dicitur de traditione cla-
uium. & §. item ſi quis. inſtitutio. de rerum
diuiſione.

Sed communiter doctores tenent opinio-
nem Bartol. quòd horrea debent eſſe in præ-
ſentia ne ſint tot fictiones: nam merces uendi-
tæ non uidebantur, ita quòd uerè per aſpectum
non acquirebantur, & textus in dicto. §. ſi iuſ-
ſerim. & dicto §. per uenditorem. dicit de re
uendita, quæ erat in aſpectu, & uidebatur.
unde non probat opinionem Bartoli. nec e-
tiam facit pro eo auctoritas gloſſ. magnæ: quia
illa non negat quòd horrea non eſſent in præ-
ſentia, imò præſupponit, ex eo: quia præten-
dit quòd merces eſſent de proximo, & ſufficiat
quòd ſint de proximo licèt non uideantur, ta-
men oportet quòd horrea uideantur, & pro-
pterea communiter docto. tenent quòd ſit ne-
ceſſaria præſentia ipſorum horreorum, & uer-
bum apud hoc inferre uidetur, cum leges alle-
gatæ per Alexand. loquantur in ualde diuerſis
terminis.

Et ampliat hanc concluſionem Iaſ. & Herma.
300 †quando traderentur claues meo creditori, in
præſentia mea: quia prius uiderentur mihi tra-
ditæ, & per me creditori meo, l. ſingularia. ff. ſi
ſi cer. pet. & l. licèt. §. quoties. ff. de iur. do. & l. j.
C. de crimi. expil. hæredita. ubi Bal. & alii. & l.
iij. §. ſi debitorem. ff. de donatio. inter uirum &
uxorem. Idem eſſet ſi claues traderentur debi-
tori in præſentia creditorum per eandem ratio
nem. Tamen hæc ampliatio recipit difficulta
tem: quia interueniunt duæ fictiones. Vna ꝙ
per me creditori meo uideãtur traditæ claues,
alia quòd merces per claues uideantur traditæ
301 quæ non uidentur, † niſi ſaluando dicas quòd
una uenit in conſequentiam alterius, & tolera-
tur, & ſufficit primordium ueritatis, ut not. in
dicta l. ſingularia. ff. ſi cer. pet.

Tu uerò dicas. quòd ueritas iſtarum opinio
num ultra prædicta dependet ab alio, ſcilicet
quæ ſit uera litera illius legis: nam quidam.
C. habent ſequentia uerba, etiam ſi non appar
uerint horrea per literam à, & uerbum appar-
uerint exponitur, id eſt, uideantur, & tunc con-
cluſio Alex. omninò eſſet uera: quia tex clarè di
ceret, ſufficere traditionem clauium apud hor-
rea, etiam ſi ipſa non uideantur, & tunc facilius
procederet ampliatio, Iaſ. Alia eſt litera quòd
ibi addatur etiam ſi non aparuerint horrea,
per literam è, & ſignificat, id eſt, portas non
pateſecerint, & hæc ſecunda uidetur eſſe com-
munis, & ita habetur in libro meo, & uidetur
magis conuenire intẽtioni auctoris, ſecundum
quam inferri uidetur in quandam conſequen-
tiam, quòd horrea erant in conſpectu, & quòd
non deficiebat aliud niſi quòd aperirentur hor
rea, ut uiderentur merces, quaſi deficiente aſpe-
ctu non poſſit acquiri poſſeſſio, & ſi intellige-
res apud horrea non exiſtentia in conſpectu a-
liud uideretur deficere, & uerè eſſet nimia fi-
ctio. Vnde tenenda eſt hæc opinio quòd requi-
ratur præſentia horreorum cum ampliatione
Iaſ. propter legem ſingularia. ff. ſi cer. pet.
302 Sed dubitat Rip. † quid ſi traditio clauium
fiat in abſentia, & poſteà deambulando deue-
niant ad horrea an uideatur facta traditio, & re
fert quoſdam dicentes quòd ſic: quia animus
præſumitur durare, l. iij. in fi. ff. de adim. legat.
& cap. maiores. de batiſmo. ipſe tamen dicit ſe
dubitare: quia eſt multiplicare fictiones cum ſit
opus alia fictione, ut in præſentia poſteà exiſtẽs
uideatur facere aliam traditionem, propter per
ſeuerantiam animi, contra legem primam. C. de
de dot. promiſſio. Sed tu potes diſtinguere,
aut in loco proximo traditæ fuere, & deambu-
lando deuenerunt ad locum, tunc uideatur ac-
quiſita poſſeſſio, quaſi ille actus traditionis du
ret uſquè ad præſentiam auxiliante opinione
Alex. ſupra poſita. Aut uerò in loco multum
diſtanti, & tunc ſunt duo actus ſeparati, &
uidentur procedere opiniones Ripæ, tamen
ſi nullum actum intermedium poſuerunt, ſed
continuo acceſſerunt ad horrea, uidetur quòd
ſit unicus actus continuatus, & non intereſſe
an ante, uel in continenti poſteà fiat actus,
quando non eſt perfectus, lege lecta. §. dice-
bam. ff. ſi cer. petatur. & l. petens. ubi Decius
C. de pact. & per rationem: quia iſtæ duæ fictio
nes tolerantur, cum una ueniat in conſequen-
tiam alterius, & interueniat primordium ue-
ritatis: argu. leg. ſingularia. ff. ſi certa. pet.

Nec obſtant ea quæ infra dicemus, cum Bar.
quia ibi nullum interuenit primordium ueri-
tatis, hoc tamen erit indubitatum, quòd per
talem traditionem factam, quocunquè loco e-
rit data poteſtas accipiendi poſſeſſionem pro-
pria auctoritate, l. prædia. ubi Bar. & alii. inf. eo.
& Abb. in cap. ij. de conſuetudine.

Tertium eſt requiſitũ ad dictam l. clauibus.
303 ſecundũ Bar †ꝙ accipiens claues ſciat locum lo
ci, ubi ſunt poſitæ merces an à parte dextera uel
ſiniſtra, ſed Imol. dicit hoc non eſſe neceſſarium
& ſufficere ſcire ꝙ ſint in horreo, nec oportere
ſcire an ſint à dextera uel ſiniſtra, ab Oriente,
uel Occidente.

Nec obſtat. §. Neratius. quia ibi tractatur
de acquiſitione per inuentionem rei uacantis,
unde oportet. ſcire locum loci, hic uerò con-
currebat uoluntas tradentis, & ſequitur Ale-
xander, Claudius, & Hermanoc. qui melius
reſpondent ad dictum. §. Neratius. quòd ibi
fundus non erat deſtinatus ad retinendam il-
lam pecuniam, nec eius inuentio erat ita facilis

ſicut

cilis ſicut in horreis, & locum faciliter poterat obliuiſci l. peregrè. infra eodem. unde ſi determinatè diceret, eſt in hoc loco ſaris poſſet acquiri poſſeſſio, ſi illa pecuma recondita eſſet demonſtrantis.

Præterea in dicto. §. Neratius. non interueniebat traditio clauium, nequè alius actus ſin ilis naturalis, unde eſt penitus diuerſus caſus, & hanc opinionem ego puto ueram, & credo etiam quod fuerit de mente Bar. qui non expreſſit quòd demonſtretur locus loci, ſed ſolum quòd demonſtretur horreum in quo dixie merces eſſe.

Quare remanet quòd ad transferendam poſſeſſionem per traditionem clauium, oportet ꝙ interueniat naturalis traditio clauium illius horrei in quo ſunt merces, & quòd illa traditio fiat in conſpectu horreorum, ut nihil aliud deſit niſi aperire horrea, & uidere merces, quæ traditio debet fieri à poſſeſſore, ſecundum Oldra. in conſilio. 203. in cauſa hoſpitalis, uel eius procuratoris & facit lex quamuis. §. primo. infra eodem. uel ipſi principali, uel ipſi creditori in præſentia ſua, ſecundum formam poſitam in l. ſingularia. ſupra ſi cert. petatur. Et eſt neceſſarium tertium, quòd ſciat locum
304 loci, † ſed aliud requiratur quòd interueniat titulus habilis ad acquirendam poſſeſſionem, ne uideatur facta traditio cauſa cuſtodiæ, per tex. in l, cum pater. §. pater pluribus, ff. de legat. ſecundo. ſecundum Bar. ibi, & Rip. hic, & habes declaratum articulum an per aſpectum acquiratur poſſeſſio.

305 Sed dubium reſtat † an per inuentionem acquiratur poſſeſſio, & aliqui relati hic per gloſſ. dicebant quòd ſic, ſed contrarium hic tenet Bar. quòd imò etiam neceſſaria ſit appræhenſio, cui concluſioni obſtat tex. in §. item lapilli. & in §. theſauros. inſti. de rerum diuiſio. & lege. Item lapilli. ff. de rerum diuiſione, & l. nunquàm. §. theſauros. ſupra titulo primo. & l. prima. C. de theſauris libro decimo, in quibus dicitur quòd per inuentionem acquiritur dominium. Soluit Bar. mirabiliter, quòd prædictæ ll. intelliguntur interueniente etiam appræhenſione ita quòd non ſufficiat ſola inuẽtio: quia uerbum inuenire, intelligitur cum appræhenſione, l. ſi Barſatoram. C. de fideiuſſo. quæ ſolutio uidetur deſtructiua illorum iurium, & inducit abſurdum quòd inuenire, & occupare ſint idem, & tamen pro diuerſis ponuntur in dictis locis Ideò deffendendo Bartolum, & concordando opiniones dicas, aut quęris de poſſeſſione an ſola inuentione acquiratur, & dicas quòd non, ſed requiritur appræhenſio, dicto. §. idem Neratius. & per text. noſtrum: quia poſſeſſio requirit animum, & corporis operationem, ſi uerò nos loquimur de acquiſitione dominii, & tunc magis placet opinio contra Bartolum, quòd per ſolam inuentionem acquiratur dominium: quia omnia dicta iura ſimpliciter loquuntur de inuentione, & ſi intelligerentur de appræhenſione induceretur abſurdum, quod inuenire, & occupare ſit idem: & quia uera ſignificatio uerbi inuenire eſt reperire, & non depræhendere ſecundum grammaticos, & legiſtas, alioquin non haberemus uerbum denotans inuentionem ſolam quæ in infinitis caſibus eſt neceſſaria.

Nec obſtat dicta lex ſi Barſatoram: quia loquitur in caſu ſpeciali ut ſupra dixi, & infra repetam, & iſtam communem opinionem aſſerit Io. Chriſtophorus Porcus. in d. §. Item lapilli, & ego etiam puto ueram, in poſſeſſione uerò magis placet opinio Bartol. quòd requiratur appræhenſio non per rationem ſuam de uerbo inuenire: ſed quia hæc uidetur natura poſſeſſionis ut requirat quod corpore appræhendatur, ut hic in textu. Nec obſtat textus noſter: quia ſupra in not. dedi reſponſionem. Nec obſtat quòd per poſſeſſionem acquiratur dominium: quia hoc negatum fuit in præcedentibus, cum decem ſint modi acquirendi dominium ſine poſſeſſione, & inuentio eſt de illis modis ut ſupra dixi in rub.

305 Prædicta autem inferunt docto. ad quæſtionem, † an ſi ſtatutum diſponat præmium dari inuenienti bannitum uel foriudicatum, ſufficiat inuenire, uel ſit opus etiam capere, & Bar. hic concludit quòd ſit opus capere per dictam legem Barſatoram. & facit lex ſi fullo. ſupra de condicti. ſine cauſa. cum glo. ueſtimenta. poſt Cy. in l. licèt. C. eodem. & ſequuntur communiter docto. relati hic per Iaſ. inferentes ad multas ſimiles quæſtiones, ut quando ſtatutum dicit, ſi quis fuerit inuentus cum armis puniatur tali pœna, uel ſi quis inuentus fuerit cum ueſtimentis aureis, uel certo modo factis, uel mulier inuenta fuerit cum unionibus puniantur tali pœna, concludentes quòd in omnibus dictis caſibus non incidunt illi in pœnam niſi capiantur. Sed Imo. & Ang. in dicto §. Neratius. & Roman. hic tenent contrarium quòd ſufficiat inuenire: quia ſtatutum non conſiderauit appræhenſionem, ſed ſolam inuentionem, ut manifeſtetur delictum, & allegant legem raptores. C. de epiſcop. & cler. ibi, inuentus, & depræhenſus fuit, & l. prima. C. de delatoribus. ibi, inuentus à iudice qui coniunctus ſit, & cum ponatur copulatiuè, & apparet quòd non ſufficit dicere inuenire. Tertiò adducitur tex. in l. prima. C. de rap. uirgi. ubi inuenti poſſunt interfici ſine appræhenſione. Quartò faciunt omnes gloſſ. quæ uolunt quòd ex uiſione acquiratur dominium. Quintò per gloſſ. in lege prima. C. de theſaur. Sextò per tex. in l. prima. ibi, præſides inuenerint. de curatore furioſi.

Sed Iaſ. reſpondet omnibus ſimilibus quòd non procedunt, quando præmium datur inuenienti. nam tunc ex mente ſtatuentium intelligitur de appræhenſione inuenti. dicit tamẽ quòd

dicta l. ſi Barſatoram. non probat cum ibi non
poterat intelligi de ſola inuentione: quia ſatis
erat notum curiæ quòd ille Barſatora erat la-
tro, & quòd quotidie uidebatur faciendo uio-
lentias, & inueniebatur. Ideò neceſſariò intel
ligitur de capiente, ut curia poſſet punire, &
impedire uiolentias, & damna. Vnde Ang. in §.
reuerendiſſimis. in auct. de Sanctiſ. epiſc. uide-
tur concordare opiniones, diſtinguendo. Aut
lex profert uerba illa, & tunc uerbum inuenire
capiatur in propria ſignificatione, ſine appræ-
henſione iuribus ſupra allegatis. Aut uerò ſta
tutum profert & intelligatur uerbum inuenire,
cum appræhenſione, ut uolebat Barr. quia eſt
mitior opinio quæ in pœnis capienda eſt, leg. ſi
de interpretatione. & l. ſi præſes. de pęn. & idē
eſt in contractibus, ut intelligatur uerbum in-
uenire cum appræhenſione di. l. ſi Barſatoram.
C. de fideiuſs. Sed Sozi. in dicto. §. Neratius ut
refert hic Herma. repræhendebat hanc concor-
diam: quia ſi quis fuerit inuentus, & per teſtes
conuictus, eſt conueniens, & iuſtum quòd pu-
niatur, licèt non fuerit captus, & portans ar-
ma contra publicam utilitatem, & præceptum
legis puniatur, ut in toto titulo. in auct. de ar-
mis. & potius debuiſſet dici contrarium: quia
in ſtatutis odioſis, & pœnalibus uerba intelli-
gantur propriè, l. iij. §. hæc uerba. ff. de neg.
geſt. à qua proprietate non eſt recedendum l.
non aliter. ff. de leg. iij. & l. is qui nauem. ff.
de exercito. actio. Ideò Sozi. ibi diſtinguit. aut
delictum eſt iam manifeſtatum quando impo-
nitur præmium inuenienti bannitum uel foriu
dicatum, & tunc intelligatur cum appræhenſio
ne: quia inuentio nullam affert utilitatem, aut
delictum non erat manifeſtatum, ſed ageba-
tur de delicto futuro, & tunc ſufficit quòd ſit
inuentus, & conuictus, licèt non fuerit captus:
quia ſatis utilitatis affert manifeſtatio cum cu
ria ad libitum poſſit capere, & punire, l. cum
qui nocentem. ff. de fur. coniuncta l. ita uulne-
ratus. ff. ad l. Aquil.

Herma. dicit quòd uerbum inuenire. de pro
prietate denotat inuentionem ſolam, ideò in
dubio intelligitur de ea, per iura ſupra allega-
ta, & alia allegata cum glo. in l. ſi fullo. ff. de
condictio. ſine cauſa, & ſequitur hic Rip. per
illum tex. † qui præſupponit inuentionem ſe-
paratam ab appræhenſione, tamen hoc non op
pugnat opiniones contrarias: quia ipſi faten-
tur proprietatem: ſed dicunt ex mente diſpo-
nentis compræhendere etiam capturam, dicta
l. ſi Barſatoram, & per Cy. in di. l. licèt C. eod.
Alcia. ſimiliter dicit, quòd ſi delictum ſit ma-
nifeſtatum intelligatur de inuentione, & cap-
tura, ut exhibitus poſſit puniri. Item ſi ſtatutū
dicat ſi quis inuentus fuerit à familia officialis
cū armis, intelligatur & captus: quia officiū fa
miliæ eſt inuenire, & capere, ſed ſi diceret ſtatu
tum de mulieribus inuentis cum unionibus, uel
ueſtimentis prohibitis, & captis propter pudi
citiam earum ſeruandam: arg. leg. fœminæ. ff.
de reg. iur. Sed tu contra Bar. & omnes eius ſe
quaces upponas fortiter: quia ipſi præſuppo-
nuntur, quòd per ſtatutum detur poteſtas pri-
uatis capiendi alios priuatos, & faciendi car-
cerem priuatum, quod in dubio non uidetur
permiſſum etiam in delictis, l. capite quinto. ff.
de adulter. & ſolum certo modo permittitur ſi
exprimatur, ut ibi, not. & alioquin ſi captura
tam faciliter permitteretur, daretur occaſio fa-
ciendi tumultus, & faciendi carceres priuatos
cōtra publicam utilitatem. Pręthereà uerba indu
bio debent intelligi propriè in quacunquè di-
ſpoſitione, & coniecturæ debent eſſe urgentes
ut in pœnalibus recedamus à proprietate uer-
borum, dicta l. prima. §. is cui nauem. ff. de
exercito. cum ſimilibus. unde oportet ante om
nia habere mentem ipſorum diſponentium, à
qua dependet ueritas iſtius quæſtionis.

308 Quare reſoluendo dicas, † aut enim ex ſubie
cta materia apparet de uoluntate, & tunc intel
ligitur uerbum inuenire cum captura, ut ſi ſta-
tutum dicat, ſi quis inuenerit bannitum uel for
iudicatum alloquendo milites iuſtitiæ, & capi
taneum armorum, & deputatos ad capiendum
latrones, qui non faciliter in manus curiæ per
uenire poſſunt, & tunc intelligitur de captura.
Et hic eſt propriè caſus in di. l. ſi Barſatoram.
C. de fideiuſs. ubi ille Liſanias decurio erat ca-
pitaneus armorum deputatus ad has capturas.
Similiter ſi ſtatutum alloqueretur pueros, &
caprarios, eis dando præmium ſi inuenerint,
& tunc ex ſubiecta materia apparet quòd intel
lexit de ſola inuentione, ut manifeſtetur locus
ubi ſint, non autem de captura quam dictæ de-
biles perſonæ facere non poſſunt. Si uerò non
apparet de ſubiecta materia, ut: quia non ſit de
lictum manifeſtatum, uel perſonæ non ſint habi
les ad capiendum, quo caſu uerba intelligun-
tur ſecundum naturam perſonarum. lege plenū
§. equitii. ff. de uſu, & habitatio. & cap. intel-
ligentia. de uerbo. ſignificatio. & arg. l. ſi uno.
ff. locati. Et tunc † ſi ſtatutum loquitur de de
licto futuro reſpiciente publicam utilitatem,
ut ſi quis inuentus fuerit cum armis, & tunc ſi
uerba referuntur ad officiales curiæ, ſeu berua-
rios, intelligitur de inuentione cum captura
propter naturam perſonarum, per dictam l. ple
num. §. equitii. ff. de uſu, & habitatio. ut dice
bat Alex. Sed ſi uerba referuntur ad totum po-
pulum, & tunc puto quòd ſufficiat inuenire, &
cum teſtibus apud curiam conuincere: quia non
eſt ueriſimile. quòd ſtatuentes uoluerint dare
auctoritatem priuatis capiendi, & ita de facto
iniuriandi ſubditos ſtatuentium, & dandi oc-
caſionem tumultibus, & homicidiis: arg. leg.
æquiſſimum. ff. de uſufructu.

Vnde tunc propter generalitatem uerborū,
nec etiam officiales tenebuntur capere, & ſuffi
ciet inuenire, & cum teſtibus conuincere. † Si
uerò loquitur de mulieribus, & uerba referun-
tur ad

tur ad totum populum, ſine dubio intelligitur
ſi inuentæ fuerint,& cum teſtibus apud curiam
conuictæ per eandem rationem, ne detur oc-
caſio inuentori, ſpoliandi mulieres in media
uia,& faciendi hos inſultus, qui occaſionem tu
multuandi præberent populo propter honeſta
tem mulierum, per dictam l. fæminæ. de reg.
iur.& l.primam.§.ſexus.ff.de poſtulan.ſed ſi uer
ba referuntur ad officiales curiæ,& ſtatutum di
cat quòd ueſtimenta amittantur, & acquiran-
tur inuentori, & tunc intelligitur cum captura
cum illa tamen honeſtate quam ego uidi ſerua
ri,quòd officialis uadat in unam domum,& ibi
ſe ſpolient, uel quòd teneatur præſentare die
craſtina dictam ueſtem penes curiam dando fi-
deiuſſorem. Sed ſi ſtatutum dicat quòd pars
rerum applicatur inuentori, & tunc intelligi-
tur de inuentione & conuictione apud curiam,
maximè in mulieribus ratione honeſtatis, Ideò
in mulieribus fac regulam, quòd uerbum inue-
nire intelligitur de ſola inuentione, cum con-
iunctione propter honeſtatem. Fallit quando
ſtatutum applicaret inuentori ſpolianti totam
ueſtem. Secundò fallit quando eſſet periculum
fugæ: ut quia eſſet delictum ueneni,& alloque-
retur officiales.

311 Et in ſumma regula eſt fienda contra Bar. †
quòd uerbum inuenire à ſtatuentibus prola-
tum, intelligitur propriè abſque captura, ſed
cum qualitate quòd poſſit conuinci apud cu-
riam. fallit quando aliud ſuadet ſubiecta ma-
teria, uel mens rationabilis ſtatuentium, quo
niam tota hæc quæſtio dependet à coniectura n
da mente ipſorum ſtatuentium, per capitulum
intelligentia.de uerborum ſignificatio. Igitur
in materia poſſeſſionis propter ſubiectam ma-
teriam intelligitur de inuentione cum appræ-
henſione,& in materia dominii intelligetur de
inuentione ſimplici per prædicta. Quæ con-
cluſiones procedunt ſiue caſu ſortuito, ſiue da-
ta opera facta ſit inuentio, quàmuis grammati
ci diſtinguant inter uerbum inuenire,quod ſi-
gnificat data opera,& uerbum reperire quòd ſi
gnificat fortuitum. Et Ouidius, tu non inuen-
ta reperta. & Fely. in cap. ij. de reſcrip. ut hic
per Alcia.& bene:quia hæc ſubtilitas non con-
ſideratur, ſi autem aufugerit, tunc ſi oportebat
capere non habebit præmium, ſed ſi non erat
opus capere,habebit præmium:quia etiam au-
fugiens dicitur depræhenſus, l.ſi quis in ſerui-
tute.ff.de fur. ſed ſi ſtatutum non utitur uerbo
inuenerit, ſed dicit ſi quis portauerit arma,
uel ueſtes, uel eas fecerit, tunc ſufficit probare
quòd portauerit, & examinatis teſtibus pote-
rit capi, & puniri:ſed ſi poſteà agat pro ut ple-
runque fit, ſi portauerit, & inuentus fuerit refe
rẽdo ſe ad iudices,uel officiales curiæ.tũc in ar
mis humanior eſt opinio quòd capiatur,ut per
Alcia.ſed in mulieribus dicas ut ſupra,in qui-
buſdam tamen armis penitus reprobatis, puto
quòd ſufficiat inuenire ſine appræhenſione, &
cum teſtibus conuincere.

Vlterius Bar.hic format aliquas quæſtiones.
quomodo poſſeſſio acquiratur per modos fi-
ctos,ſumpta occaſione à modo acquirendi per
reſpectum, de quo per glo. hic.Et primo quæ-
312 rit,†an quis ſibi ipſi poſſit tradere poſſeſſionẽ,
& determinat quòd ſi rem detinet, non poteſt
ſibi ipſi mutare cauſam poſſeſſionis,l.3.§.illud.
infra eodem.& l.non ſolum.§.j.ff.de uſucap.ſen
tiens ſecus eſſe ſi poſſideret, ſed tamen ut in
multis aliis,imperfectè & obſcurè locutus fuit,
& tex.in dicta l.non ſolum. §. primo de uſuca-
pionibus.de directo probat contrarium in duo
bus.Primò in eo quod dicit de poſſidẽte: quia
facit regulam,& ut nec poſſidens poſſit ſibi mu
tare cauſam poſſeſſionis. Secundò poſteà argu
mentatur à fortiori ad detentatores, & dicit
quòd ſi interueniat nouus titulus,fortius deten
tatores poſſunt ſibi mutare cauſam poſſeſſio-
nis quàm poſſidentis,& tex.in dicto.§.illud.ad
dit rationem, quæ non eſt in propoſito Bar.
Præterea contra Bar.eſt tex.in l.qui bona.§.pri
mo. infra eo.ubi quis poteſt ſibi mutare cauſam
poſſeſſionis, diſcedendo primum & reuerten-
313 do†Ideò tu dicas quod mutare ſibi cauſam poſ
ſionis, & ſibi tradere ſunt conſecutiua, & unũ
dependet ab alio.nam nemo ſibi ipſi poteſt mu
tare cauſam poſſeſſionis:quia nemo ſibi ipſi po
teſt tradere,& eſt ratio:quia inter tradentem &
accipientem debet eſſe diſtinctio perſonarum,
l.ij.ff.de ſtipul.ſeruo.cap. ſi. extra de inſti. quæ
regula procedit æqualiter in poſſidente & de-
tinente,l.ij.§.quòd uulgo.infra de uſucap.pro-
hærede.Fallit ubicunque interuenit nouus titu
lus habitus ab alio:nam tunc ſibi poteſt muta-
re cauſam poſſeſſionis ut dicit tex. clarus in di
cta l.non ſolum. §. j. de uſucapio.& non diſtin-
guitur, an ſit poſſeſſor uel detentator, ut ibi-
dem, & eſt ratio: quia per ſuperuenientiam ti
tuli noui, ſuperuenit alia perſona quæ habili-
tat negotium,ut uideatur ipſa tradere poſſeſ-
ſionem,iuxta.§.interdum.de rerũ diuiſione: &
tunc nulla eſt inconuenientia quòd mutetur
cauſa poſſeſſionis, cum non ipſe ſibi, ſed alter
ſibi tradere uideatur, modus autem ſibi tra-
dendi ponitur in dicta l.qui bona.§.primo.in-
fra eodem. ut incumbens animo & corpore
poſſeſſioni, diſcedat ab ea,& iterum ingredia-
tur,& facit tex.in l. fiſtulas.§.j. ſupra de contra
henda emp.

314 Subdit quoque Bar.quid de tutore & curato
re,†an ſibi ipſi tradere poſſit poſſeſſionem, quo
caſu nec ipſe poſſidet, nec detinet, & quo caſu
poſſit,allegat dictam l.fiſtulas. de contrahend.
emp.In contrarium allegat regulam: quia ne-
mo ſibi ipſi poteſt tradere,per dictam l.ij.ff.de
ſtipulatio.ſeruorum,& cap.ſi.de inſti.& ad ibi
dicta ſe remittit, ibi autem in fine diſtinxit ꝙ
aut tutor uult ſibi ipſi tanquam tutori tradere,
& non poteſt: quia eadem eſt perſona. ſi uerò
uult ſibi ipſi tradere tanquam priuato,precedẽ

te cauſa iuſta poterit ſibi tradere,d.l.fiſtulas. §.
primo.ex eo:quia tunc uirtualiter ſunt duæ per
ſonæ,cum tanquam tutor gerat perſonā pupil-
li,qui uidetur tradere ipſi priuato : argūm. tex.
in §.pe.inſt.de inoffi.teſtam. ubi tutor propter
has duas perſonas diuerſas quas repræſentat,
poteſt approbare,& ſimul impugnare teſtamen
tum,ſed nulla præcedente cauſa, non poteſt ſe-
cundum eum ibi, tamen ipſemet Bar. in l. ſin-
gularia. ff.ſi cer.perat.col.3.tenet contrarium,
quòd imò tutor poſſit ſibi ipſi tradere, nedum
ex titulo habito à defūcto, ſed etiam ex præſē
ti titulo,ſi palam,& bona fide negotiatur cum
pupillo, & ideò poteſt ſibi pecuniam pupilli
mutuam tradere, & ſuam pupillo tradere,& rē
pupilli emere,& ſuam ei tradere,dummodo pa
lam & bona fide faciat, l. quóties. §. non tan-
tum.& l non exiſtimo.ff. de adminiſtratio. tu-
torum cum concordantibus ibi adductis, &
ſequuntur communiter docto.quorum aliquos
hic refert Iaſ. & ratio eſt eadem : quia gerit ui-
cem duarum perſonarum, & nihil impedit con
tractus facere cū pupillo, niſi ſuſpicio fraudis,
quæ tollitur ſi palam & bona fide negotiatur,
& ſi eſt res immobilis, faciat interuenire decre
tum iudicis, & ſic apparet quòd Bar. nimis
cito in hac materia ſe uolebat expedire.

Quærit etiam ſucceſſiuè Bar. quomodo ac-
quiratur detentatio,& præſupponit ſicut in poſ
ſeſſione aliquos caſus claros. Nam præſuppo-
nit quòd detentatio abſque dubio acquiratur
per appræhenſionem, & ſimiliter præſupponit
quòd per traditionem domini acquiratur ſicut
poſſeſſio, & fortius detentatio. Tertiò præſup
ponit quòd ſi Dominus uult conductori dare
detentationem, poteſt eum ducere actu in fun
dum,item poteſt exiſtens in turri in conſpectu
eam dare, atquè etiam ſeundum modum poſi-
tum in dicto.§.ſi iuſſerim, & in dicto.§.cum per
uenditorem.

315 Vnde ſola dubitatio remanet † quid de de-
tentatione iuditiaria, quæ datur auctorita-
te iudicis, an poſſit dari per ſolum aſpectum,ſi
nuntius ducat creditorem ad bona debitoris,
& dicat ego do tibi poſſeſſionem, ſeu tenutam
iſtius prædii, & arguit quòd requiratur ingreſ
ſus,per l. non eſt mirum. ff. de pigno.actio.ibi,
niſi uentum fuerit in poſſeſſionem.In contrariū
facit:quia ex conſenſu partis ſolo aſpectu po-
teſt acquiri,dicto.§.ſi iuſſerim.& §.cum per uen
ditorem. ergo idem,& per iudicem qui fungi-
tur uice partis, l. ſi ob cauſam. C.de euictio.&
l.j.C.ſi ob cauſam iudicati. ipſe tamen poſteà
determinat contrarium:quia interueniunt duę
fictiones,una quòd acquiratur per ſolum aſpe-
ctum,& aſpectus fingatur traditio,& appræhen
ſio alia, quòd iudex fingatur eſſe pars, & quòd
interueniat conſenſus partis, & duæ fictiones
non poſſunt ſimul concurrere, l. j. C. de dot.
promiſſio.

Tamen poſteà determinat quòd hæc conclu
ſio eſt uera regulariter : fallit tamen quando
interuenit aliqua iuſta cauſa propter quam nō
poſſit ingredi : arg.l.quàmuis.infra de bon.au
cto.iud.poſſid.& l.ſi finita.§.illud.de damno in
fect.Et facit etiam tex.in cap.cum aliquibus,de
re iudica. ubi pignus loco poſſeſſionis dari nō
poteſt.Sed contra primam concluſionem uide
tur facere tex.in l. ſingularia.ſupra ſi cer.petat.
ubi plures fictiones ſimul poſſunt concurrere,
ad ualidandū actum,quando una uenit in con
ſequentiam alterius,ſed hic una uidetur uenire
in conſequentiam alterius,ergo tolerantur.Sed
ſaluādo notabilior dicas, quòd tunc duæ fictio
nes admittuntur ſucceſſiuè quando interuenit
primordium ueritatis,nam ibi uera interuenit
traditio,ſuper qua plures fictiones fundari poſ
ſunt,ſicut etiam probatur in l. clauibus. ſupra
de contrahend.emp.& ſupra declaraui. hic ue-
rò nullum interuenit primordium ueritatis:
quoniam per ipſum dominum nihil uerè factū
fuit, ſed ſi præceſſiſſet aliquod factum domini
uerum, tunc etiam detentatio poſſet acquiri,
& hæc eſt generalis declaratio ad totam ma-
teriam plurium fictionum. de qua dicam in l.
quod meo. infra eodem, & plenius in l.ſi is qui
pro emptore. infra de uſucapio.maximè in pe-
nultima quæſtio. Vnde concluſionem Bar. ſe-
quuntur hic communiter docto.

Nec obſtant not. per Abb. in dicto cap. cum
aliquibus, qui tenet contra regulam Bar. cum
aliis hic adductis per Iaſ.uolens quòd ſufficiat
aſpectus,per dictum.§.ſi iuſſerim. & per ratio-
nem generalem: quia oculis & affectu appræ-
henditur poſſeſſio.Sed tamē uerè illa iura non
probant: quia interuenit uoluntas ipſius homi
nis tradentis,& nō interueniunt duæ fictiones.
Et eod.modo reſpondetur ad dictum Ioannis
And.in cap.tranſmiſſa. de electio. ubi quando
fit inueſtitura beneficii per epiſcopum, ſufficit
quòd fiat iure, uel in præſentia rei. nam Ioan.
And. ibi loquitur de inueſtitura facta ab epi-
ſcopo, qui reputatur uerus dominus,ita quòd
ei competit rei uendicatio, cap. cum uenera-
bilis. & ibi no.extra de exceptionibus, & de-
cima quæſtione prima cap. regenda.& per to-
316 tam,†ideò docto.communiter ſequntur regulā
Bar.negatiuam,quòd non poſſit hæc tenuta da
ri per aſpectum.

Nec obſtat alia regula quòd tantum opera-
tur fictio in caſu ficto,quantum ueritas in caſu
uero,l.qui ad certum.ſupra locati. quinimò ali
quando plus operatur fictio,l.ij.§.ſi tamen ho-
minem.infra de uerborum obligationibus. nā
reſpondetur quòd procedit in una fictione tan
tum,uel ſi ſunt plures,adeſt primordium ueri-
tatis,hic uerò ſunt plures,& non adeſt primor-
dium ueritatis,& pro iſta opinione, Bar. facit:
quia per ſequeſtrationem fructuum factam ue-
rè à partibus,transfertur poſſeſſio in ſequeſtrū,
ſecus ſi fiat à iudice, glo. in clem.j.de ſequeſtra.
poſſeſſio.& fructuum.Cy.in l.prima. C.de pro-
hibi-

hibita ſeqneſtra. pac. Abb. in cap. examinata. col. 3. de iudi. Secundò confirmatur per Ripam hic: quia ad dandam hanc detentationem, eſt opus uacua poſſeſsione, dicto. §. cum per uenditorem, & quando eſt occupata, eſt opus ut deijciatur poſſeſſor, ergo non poteſt transferri niſi ingrediatur executor uerè, cum per actus fictos non poſsit tranferri poſſeſsio occupata ſecundum Alexan. conſ. 83. uiſa facti narratione. lib. ij. quæ tamen ratio non eſt generalis in detentatione: quoniam non eſt uerum quòd debeat eiici poſſeſſor, imò non impeditur poſside re, nec uſucapere, l. ij. infra pro emp. & l. ij. infra pro hærede. Item plures poſſunt ſimul detinere, ut no. in dictis locis. & in l. 3. §. è contrario. § eo. Vnde præcedentes rationes magis concludunt.

Limitabat tamen Bar. hanc ſuam concluſionem, quando interuenit impedimentum: quia tunc tenuta poteſt tradi per ſolum aſpectum; per dictam l. quamuis. & dictam l. illud. tamen in cõtrarium allegatur Speculator in titulo de primo & ſecundo decreto. §. nunc de effectu, qui uult quòd ſit neceſſaria appræhenſio corporalis, & non ſuſſiciat aſpectus, etiam quòd ingrediatur in unam rem de multis. Sed reſpondetur, quòd procedit nullo extante impedimento, nec ibi Speculator hoc tenuit ſtante impedimento, & ideò docto. ſequuntur limitationem Bar. quam confirmant in fortioribus terminis, per tex. in cap. cum contingit. de dolo & contumatia. ubi eſt tex. ſingularis ad quotidianas quæſtiones, & loquitur nedum quando eſt impedimentum actuale, ſed etiam quando actor habet perhorreſcentiam aduerſarii, & neque acceſſit ad locum ſeu ductus fuerit in cõſpectum, in tantum quòd deuenitur ad ſecundum decretum, propter hanc fictam detentationem, ut notabiliter decidit ille tex. propter quem opinio Bar. hic omninò redditur uera.

317 Quærit etiam Bar. hic †quid de tutore, curatore, procuratore generali, ſyndico ciuitatis, & alio non habente mandatum ſpeciale, an poſſint tradere per modos fictos rem quam ipſi uendunt, uel alienant, ut per aſpectum, per conſtitutum, per retentionem uſusfructus, per appoſitionem cuſtodis, & alios modos poſitos per glo. in l. 3. in principio. infra eodem. & determinat quod non per eandem rationem: quia concurrunt duæ fictiones quæ regulariter non faciunt actum ualidum, l. j. C. de dot. promiſſio. Secũdo per tex. qui uidetur in terminis, in l. iuſiurandũ. §. tutor. ff. de acce. ubi tutor nõ poteſt liberare debitorem pupilli per acceptilationem: quia ipſe tutor fingitur eſſe perſona pupilli, & acceptilatio eſt ficta ſolutio, & ſic interueniunt duæ fictones. Vnde eſt opus quòd faciat nouationem, transferendo actionem pupilli in perſonam ſuam, & poſteà eundem. qui effectus eſt debitor ſuus, per acceptilationem liberet, & facit tex. in l. quamuis. §. primo, & ij. infra eo. nam ibi conductor uendidit rem conductam, & per conſtitutum quod fit per modũ fictum, uoluit transferrè poſſeſsionem, & dicitur ibi quòd non transfert: quia fictè eſt dominus, & ipſe locator remanet poſſeſſor, & in. §. infans, probatur quòd tutor eſt ficta perſona, & idẽ procedit in procuratore generali, non habente ſpeciale mandatum: quia eſt fictè dominus. Vnde Alex. dixit quòd ſi tutor, curator, ſyndicus, procurator generalis conſtituant poſſidere nomine emptoris, non transferunt poſſeſſionem quãmuis ipſe dominus transfert, & idẽ ſi retineret uſumfructum propter illam rationem: quia duæ ſunt fictiones.

Et propter aliam rationem magis urgentẽ:
318 †quia ipſæ perſonæ non poſſident, & ille qui nõ poſſidet non poteſt per conſtitutum poſſeſsionem transferre, dicta l. quãmuis. §. primo. infra eodem ubi docto. & glo. in l. ij. C. eo. & Bal. in leg. j. C. quando liceat ab emptio. diſcedere. ubi etiam Saly. & Bal. in rub. C. de contrahenda emp. Vnde ſi quis conſtituit ſe precario nomine poſſidere aliquam rem poſt mortem ſuam, tale conſtitutum non transfert poſſeſſionem: quia mortuus non poſſidet, neque hæreditas, leg. j. §. Scæuola. ff. ſi quis teſtamen. lib. eſſe iuſſus fuerit. & leg. de eo. §. fina. ff. ad exhibendum. Secundum Bar. Ang. & Alex. in dicta leg. quãmuis. §. primo. cum aliis ibi adductis.

Vnde ego uidi cautos notarios ſcribere quod conſtituit ſe poſſidere cui donat, & retinuit uſumfructum pridie quàm ipſe morietur, & dictam rem tam ex naturali quàm ex ciuili poſſeſſione, & tunc cum uerè poſſideat transfert poſſeſſionem, & tenet etiam Tiraquell. in ſuo tracta. de conſti.

319 Addebat tamen Iaſ. †quòd è contrario dominus uerus conſtituit ſe poſſidere nomine tutoris, curatoris, & procuratoris alterius: quia tunc ipſe conſtituens transfert poſſeſsionem quam habet, quæ uera eſt & procurator corpore ſuo eam acquirit l. certè. §. primo. infra de precario. & per Bar. in l. ſi is qui pro emptore. ff. de uſucapionibus in ultima quæſtione & in l. ab emptione. in fin. ff. de pact. & Alexander hic.

320 Et eandem illationem † facit Alexand. hic de prælato ut non poſſit per conſtitutum tradere poſſeſsionem rei eccleſiæ uenditæ: quia ipſe prælatus non poſſidet, quæ tamen illatio dependet ab alia quæſtione an ſit uerum quòd prælatus non poſſidet. ſed eſt eccleſia, & tutior eſt opinio quòd ipſe prælatus poſidet, quia & ipſe eſt dominus rei eccleſiæ dicto cap. cum uenerabilem. de exceptio. Vnde Matthesilanus tenuit quòd imò transfert in no. 162. quia dicitur poſſidere naturaliter & ciuilem habere nomine eccleſiæ cap. cum ſuper de cauſa poſſeſſionis & proprietatis, ut hic per Alcia. & mihi etiã placet, maximè ſi alienatio eſt permiſſa ut ſi fiat

in toto capitulo.

Sed dum Alex. dicit inferri ex dictis Bar. nõ bene declarat: quia non eſt illatio, ſed potius uera propoſitio: quoniam Bar. expreſſe dicit quòd iſtæ perſonę non poſſunt transferre poſſeſſionem per actus fictos, & cum ipſe dixerit poſt glo. in l. 3. infra eodem in uerbo animo de quatuor principalibus, ſe licet per aſpectum, per traditionem, clauium, & per conſtitutum l. quod meo. iuſta eodem. & per traditionem cuſtodiæ l. quàmuis. infra eodem. ſequitur quòd dixit etiam non poſſe per aſpectum, nec per traditionem, clauium. nec traditionem cuſtodiam, nec per conſtitutum transferre poſſeſſionem, & in conſequentiam per alios modos relatos per illam glo.

213 Optimè tamen addidit Alexan. †procedere, quando fictio eſt ex parte poſſidentis, & uolentis tradere, ſecus autem ſi ſit ex parte illius cui debet acquiri: quia tunc poſſunt dictæ perſonæ licet ſint fictę, domino acquirere poſſeſſionem, per dictos actus fictos, ut per Bar. in l. ſi is qui pro emptore, quæſtio. fin. de uſucapionibus, & per tex. in l. quarundam. §. primo. infra eodem, per quã limitationem ſoluit dicta iura, quæ allegantur hic contra Bar. nam reſpõdetur quòd loquuntur in caſu contrario quando perſonæ ſictæ ſunt ex parte uolentis acquirere, hic uerò Bar. loquitur quando fictæ perſonæ ſunt ex parte poſſidentis & uolentis tradere, & eſt ratio: quia facilius fit acquiſitio pro alio quàm traditio, cum illa ſit fauorabilis, & poteſt fieri per decem genera perſonarum, ut in hac lege. & §. item acquirimus. uſque in finem. & dixi in præmiſſis, tamen non poteſt per tot perſonas amitti, l. 3. §. quod ſi ſeruus, & l. poſſeſſionem pupillus, & l. pupillus, coniuncto. §. adipiſcimur. infra eodẽ & aliis coniunctis dictis in hac lege infra eodem. Item per alium acquirimus ueram poſſeſſionem, l. certe. §. j. inſ. de precario. & hac l. §. per procuratorem. Item tertia. ratio eſt: quia ipſæ perſonæ non poſſident. Nam infans & pupillus, non tutor; nec curator poſſidet, dicta l. quã uis. §. ſecundo infra eodem, & dominus non procurator poſſidet, quàmus habeant poteſtatem alienandi. Vnde non poſſunt tranſferre poſſeſſionem quam non habent. ut no. in dicta l. quamuis. §. primo. infra eodem. Quarta ratio eſt, quam ego poſui in dicta l. ſi is qui pro emptore. quæſtio. ſi quòd ſi dominus ſe conſtituat poſſidere nomine procuratoris emptoris, procurator ipſe acquirit & poſſidet, non ipſe emptor, & eam tenetur cedere emptori, infra eadem lege. §. per procuratorem. ſed dominus ſe conſtituit poſſidere nomine ueri emptoris, il le acquirit immediatè poſſeſſionem, & directò & uenditore inſtigante procuratore, & ſtipulante, unde rectè conſiderando emptor acquirit per ſe non per procuratorem, cum procurator ſolum loquatur, ſed conſtitutum eſt in perſona ueri emptoris, & ideò acquiritur, & per totam illam legem ſemper ſit differentia an uerba cõcipiantur in perſonam acquirentis, uel in perſonam procuratoris, ideò ibi non eſt niſi una fictio nomine illius cui acquiritur, nimirum ſi acquiritur, ſed in caſu noſtro ſunt duæ fictiones ideò prohibetur acquiri.

322 Sed contra omnia prædicta inſtatur †per Her manocium Alcia. Sozi. infra in. §. ſi iuſſerim, & Ripam hic, & per alios Mod. nam aut eſt procurator generalis ſine libera, & tunc debilis eſt dubitatio: quia non habet poteſtatem alienãdi, leg. mandato generali. ff. de procuratoribus. aut habet mandatum cum libera, & tunc poteſt omnia facere, quæ ipſe dominus, & alienare, l. procurator qui generaliter. ff. de procuratoribus. ergo ſi alienare poteſt, & transferre poſſeſſionem per actum uerum, fortius per actum fictum: quia cui conceſſa ſunt maiora, ſunt conceſſa etiam minora quæ ueniunt in conſequentiam, leg. ſecunda. ff. de iuriſd. omnium iudicum. & l. ad rem mobilem. ff. de procuratoribus cũ uulgaribus. nec ualet ſi dicatur quòd iſte non poſſidet: quia nec habens ſpeciale mãdatum poſſidet, & tamen poteſt per actus fictos transferre, ut fatetur ipſe met Bar. & ſi habens ſpeciale mandatum poteſt transferre per actus fictos, ergo etiam generalis cum libera, cui licet facere etiam ea quę requirunt ſpeciale mandatum. cap. qui ad agendum §. ſ. cum glo. extra de procuratoribus. in 6. l. iuſiurãdum quod ex cõuentione. §. fin. ff. de iur iur. quæ ratio etiã uidetur procedere in curatore & tutore, nam ipſi habent poteſtatẽ cum libera alienandi res pupilli cum decreto iudicis, l. magis. §. ne paſſim. ſupra de rebus eorum. ſicut & alii adminiſtratores bona fide, l. præſes. cum ibi no. C. de tranſactio. ergo etiam habet mandatum ad tradendum quod patet: quia ſibi poteſt tradere, leg. epiſtolas §. primo. ff. de contrahen. emptio.

Et confirmantur prædicta: quia in caſu contrario permittitur, dicta l. quarundam. §. primo. & per Bar. in dicta ſi. quæſtio. nec poteſt reddi ratio diuerſitatis bona, quæ tollat fundamentum de diuerſis fictionibus concurrentibus. arg. l. ſi. §. ſi. ff. de leg. 3. & eorum quæ de contrariis. dixi in rub. Nec opitulantur Bar. fundamenta ſua: quia dicta l. quàmuis. loquitur de conductore qui non poſſidet, nec uoluntatem domini habet ad alienandum, prædicti autem habent mandatum ad alienandum, & dicta l. iuſiurandum. §. ſi tutor. loquitur de acceptilatione in qua ſeruatur illa ſubtilitas iuris: & quia non permittitur adminiſtratori donare, leg. pactum curatoris. C. de pact. & l. contra iuris. §. primo. ff. de pact. & l. quoties. ff. de adminiſtratio. tutorum. cui ſubtilitati ſatisfit per nouationem, ut ibi dicitur, & ſequitur etiam Areti.

Sed quamuis uideantur hæc multum urgere, nihilominus puto opinionem Bar. ueriorem eſſe, Et

ſe, Et primò in tutore uel curatore uidetur procedere ſine dubio. Nam ſi tutor cõſtituit ſe poſſidere nomine emptoris nullam poteſt transferre poſſeſſionem: quia nullam habet, dicta. leg. quámuis, §. primo, & per glo. in dicta l. ij. C. eodem. ſi uerò uult conſtituere nomine pupilli, nec etiam transfert: quia non habet hanc poteſtatem à lege conceſſam, ſed debet facere quòd pupillus, uel infans, uel adultus conſtituant ſe poſſidere nomine emptoris, & ipſe præſtet ſuam auctoritatem ſupplendo eorum iudicium, dicta l. quámuis. §. infans. & l. pupillus. & l. poſſeſſionem pupillus. §. adipiſcimur. inf. eodem. Similiter hoc ſeruabitur ſi uelit dare poſſeſſionem oculis emptori, uel etiam tradere claues nomine ſuo: quia ipſe nullam poteſt transferre poſſeſſionem quam habet pupillus, nec eius nomine poterit: ſed oportet ut hos actus fictos faciat fieri à pupillo, & ipſe auctoritatem ei præſtet, dicto. §. infans, & idem ſeruabitur in caſu dictæ l. quorundam. §. primo: quia nec uerè etiam poteſt tradere, dicta l. ſi ſtulas. §. primo. & dicta l. poſſeſſionem pupillus. infra eodem.

323 Quæ omnia † optimè probantur in dicta leg.
iuſiurandum. §. tutor. infra de acceptilationibus ubi tutor non poteſt: quia ſunt duæ fictiones, & quia non poteſt quis liberare eum qui nõ eſt ſibi obligatus, nec obligationem habet in perſona ſua, nec eſt caſus ibi ſpecialis, ſed eſt fundatus in generali ratione: quia in perſona ſua non habet obligationem, & quia interueniunt ibi duæ fictiones, nec ualet ratio quòd tutor non poteſt donare: quia tunc procederet quando fieret animo donandi, ſecus quando fieret ex cauſa lucratiua, ut quia in recompenſat aliquid debitor dediſſe tutori, uirtute alterius contractus connexi. In procuratore uerò ge-
324 nerali eſt maior dubitatio: † quia licèt non dederit poteſtatem tutoribus & curatoribus faciendi negocia nomine pupilli ut ſupra, tamen hæc ratio non militat in procuratore generali, ſyndico, & adminiſtratore ciuitatis, cui eſt data poteſtas alienandi, & hoc faciendi, & alia connexa negotia nomine ueri domini. Vnde uidetur quòd etiam habeat poteſtatem transferendi poſſeſſionem per actus fictos, cum eam habeat per actus ueros, tamen adhuc puto ueriorem eſſe opinionem Bar. quia ſi procurator & adminiſtrator uolunt conſtituere ſe poſſidere nomine ſuo, uel tradere claues nomine ſuo, uel cuſtodiam, uel per aſpectum, nullam poſſunt transferre poſſeſſionem: quia ipſi nullam habent, ſi uerò uolunt facere nomine domini ſui, perinde ac ſi ipſe dominus ſe conſtitueret, uel traderet, uel cuſtodiam rei daret, tunc nec etiam hoc poſſunt facere: quia non habent hãc poteſtatem conceſſam faciendi per actus fictos niſi ſit expræſſum in inſtrumento procuræ, nec præſumitur: quia exorbitat à regulis iuris, & cõcurrunt duæ fictiones contra dictam l. primam C. de dotis promiſſione. nec æquitas ſuadet: quia non eſt neceſſarium, cum ſatis ſit ſi hoc faciunt per actus ueros, & probatur concludenter in dicta l. iuſiurandum. §. ſi tutor. dum etiã loquitur de procuratore: quia acceptilatio eſt ficta ſolutio, & ipſe procurator eſt fictè dominus, nec ualet ut dixi, ꝙ acceptilatio ſit donatio: quia ille tex. loquitur quando fit ex cauſa oneroſa, quod patet: quia uult quòd poſſit nouare, & poſteà acceptilare, quod non eſſet ſi eſſet donatio, l. contra iuris. §. ſi filius. cum materia. ff. de pact.

Vnde non uidetur poſſe dari reſponſum congruum ad dictum. §. ſi tutor. qui fundatur in generalibus rationibus, & æqualiter loquitur de tutore & procuratore, & per eum probatur quòd in generali mandato cum libera, non uenit poteſtas faciendi actus fictos, ſi poteſt ueros actus facere: quia ſpecialia non ſunt multiplicanda, dicta leg. prima. C. de dotis promiſſione. & nullo iure probatur, quòd hæc ueniant in generali mandato cum libera.

Nec obſtat de caſu contrario, quia tunc uerus dominus non ſe conſtituit poſſidere nomine procuratoris, ſed dicit ſe poſſidere nomine dicti emptoris, intercedente facto & loquela ipſius procuratoris acceptantis, ut dicam in dicta l. ſi is qui pro emptore. in finali quæſtione Bar. & in dicta l. quod meo. infra eodem. taliter quòd nec etiam dicitur eſſe duplex fictio, ſed unica tantum: & ſi conſtitueret poſſidere nomine procuratoris, ipſi procuratori quæreretur, quam ipſe poſtea teneretur cedere domino, l. cum unis. §. primo, & l. & ſi poſſeſſio. §. ſi. cum glo. infra eodem.

In prælato uerò, ſi tenemus opinionem ꝙ eccleſia ſola poſſideat, idem erit dicendum: quia non reperietur quòd habeat poteſtatem faciendi iſtos actus fictos nomine eccleſiæ, quæ opinio uidetur communior, & abſque contradictione in poſſeſſione ciuili. Sed licèt in poſſeſſione naturali ſint opiniones, cum idem Inno. in cap. literis. de reſti. ſpoliatorum, teneat ꝙ naturalis poſſeſſio eſt penes prælatos, uel clericos, & ciuilis penes eccleſiam, & ideò tenet quòd inuadens eccleſiarum bona eis uacantibus, teneatur tanquam inuaſor uiuente prælato, & hæc media opinio mihi magis placet. Vnde ſequitur quòd prælatus per conſtitutum non poterit transferre poſſeſſionem ciuilem quam ipſe non habet, ſed tamen poterit transferre poſſeſſionem naturalem per iſtos actus fictos quam ipſe habet, retinendo ſibi detentationem quæ naturalis poterit eſſe apta ad transferendum dominium, cum ipſe tanquám dominus reputetur, & ipſe habeat rei uendicationem, dicto capitulo cum uenerabilis. de exceptio. ſtante iuſta cauſa tradendi & transferendi dominium ſeruatis ſolennitatibus.

325 Ad tollendas tamen has difficultates,† optimum remedium eſt ut ipſe tutor, uel aliter, uolens acquirere ingrediatur corpore in poſſeſſionem, & ita uaturalem, & ciuilem uerè acquirat, quod poterit facere: quia hanc poteſtatem prælatus habet concedendi, cum & ueram alienarionem & ueram poteſtatem trãſferendi dominium habeat, & idem dicitur in cæteris ſuperioribus adminiſtratoribus, qui per tale conſtitutum uidebuntur dare poteſtatem ingrediendi ipſam poſſeſſionem, iuxta l. ij. C. per quas perſonas nobis acquiritur, cum ſuis concordantibus. quæ bene nota.

Quærit etiam Bar. per quas perſonas acquiratur poſſeſſio, & dicas ꝙ acquiritur per omnes perſonas, pet quas nobis dominium acquiri poteſt, & decem genera perſonarum enumerantur in hac lege. à §. Item acquirimus. uſque ad finem legis. & ibi docto. quæ concluſio procedit quãdo actus ueri fiunt ab ipſo domino, & ſolum per corpus eorũ ex ſuo miniſterin perſonali uult acquirere, ſed ſi ipſi facerent actum nomiue domini, tunc nullam poſſeſſionem acquirerent ſecundum diſtinctionem ſupra poſitam.

326 Quintò principaliter quærit Bat. hic † quomodo amirtatur poſſeſſio, in qua implicitè etiam continetur alia, quomodo retineatur, & quàmuis ipſe generaliter in uerbis uideatur loqui, tamen in reſolutione, non loquitur niſi de uno modo amitteudi, ſcilicet per diſceſſum ab ipſa re, & ſic ſolum decidit quomodo amittatur, uel detineatur poſſeſſio, per diſceſſum corporalem ab ipſa re, in qua ipſe ptimò refert glo magnam in uerbo naturaliter, quæ primò declarar tex. quomodo poſſeſſio, & quo iure retineatur, & poſteà refert quatuor opiniones circa amisſionem poſſeſſinnis, & approbat opinionem Ioannis. Et ex prima parte colligitur, quòd pnſſeſſio naturalis habet hoc nomen, propter originem ſuam quæ fuit de iure naturali, ideſt, iure gentium, non iure communi omnibus auimalibns, unde ſequitur ꝙ ciuilis poteſt dici naturalis propter inſtrumentũ naturale, & propter originẽ, & multas alias cauſas, quare & quomodo appelletur naturalis & ciuilis, poſuit Sozi. hic colum. pen. demonſtrans quòd una & eadem poteſt dici ciuilis, & naturalis. de quo latè diximus in præcedentibus, in quæſtione quotuplex ſit poſſeſſio, & qun iore acquiratur poſſeſſio, diſtinguendo inrer res mobiles & immobiles. ur ibi.

Sed dum glo. uult probare quòd ſit de iure naturali, propter illam auctoritatem quidquid calcauerit pes tuum; non beue loquitur: quia illa non fuit de iure naturali, ſed de iure ciuili iudæorum, quod fuit pet tria millia annorum poſt priucipia mundi. quo tempore. & apud Græcos, & Medos, erat & ius ciuile introductum, & poſteà Ioſue eius ſucceſſori dicta fuit, ut Deuterouomi. cap. xj. & cap. j. & 14. Inſue, & habiut reſpectum ad terram promisſionis, quam in bello erant capturi. unde decipiuntur glo. & docto. allegando auctoritatẽ teſtamenti ueteris, ad probandum aliqua eſſe de iure gentium, uel naturali: quia lex iudęorum fuit ius ciuile iudæorum, ſicut fuir ius ciuile Romannrum, & Lacedemoniorum, dictum tamen glo. in ſe eſt uerum habito reſpectu ad Deum, qui fuir ante omnia iura ciuilia, & ante omnia ſecula.

327 Deinde in ſecũda parte glo. † refert quatuor opiuiones quomodo amittatur poſſeſſio, & prima fuit antiquior aliis, fuudata in uerbis huius principii. quòd tunc res poſſideatur quando quis inſiſtit in ea, & eã naturaliter tenet, & tunc deſinat eſſe, quando deſinit hæc inſiſtentia & naturalis detentatio. Ideò quando quis deſinit inſiſtere & tenere. diſcedendo ab ipſa re, deſinar quoque poſſidere, itaquòd animo ſolo nulla poſſeſſio retineri poſſet, in tantum ꝙ diſcedendo à domo uel fundo, uideretur nedũ amittere poſſeſſionem domus uel fundi, ſed omnium aliarum rerum exiſtentium in domo, uel fundo: arg. l. primæ. §. illud. ff. de ui & ui armata, & plus uolebant iſti, & quòd in tantum eſſet neceſſaria corporis inſiſtentia ut ſi quis corpore exiſteret in fundo uel domo nõ totam ipſam rem naturaliter poſſideret, ſed tantummodo illam particulam, uel cametam in qua ipſe eſſet, naturaliter poſſideret, & alias partes ciuiliter animo poſſideret qui animus propter præſentiam corporis ſuſtineretur, ſed diſcedente corpore ceſſabat omnis tam naturalis quàm ciuilis, quas poſteà reuertendo & ingrediendo acquirebat. Quę opinio tolerari poteſt tempore quo ab initio poſſeſſio inuenta fuit, ſeu de ipſa poſſeſſione informi, ſed poſteà ſuperueniente iure ciuili, & etiam plena poteſtate acquirendi dominium de iure gentium, mutauit paulatim naturam, tam in amittendo quàm retinendo. Vnde & magis in ſpecie quantum ad finem producendi ciuiles effectus, unde hodie hæc opinio eſt apparenter falſa: quia iura clara ſunt quòd poſſeſſionem animo retinemus, l. clam. §. qui ad nundinas. & l. ſi id quod. §. fin. infra eodem, & leg. licet. C. eodem. Ideò ab omnibns reprobatur. Nec obſtat iſte tex. quia loquitur de illa antiqua, & informi poſſeſſione.

328 Secunda † fuir opinio Azonis qui fatebatur, licèt corpus & animus eſſet neceſſarius ad acquirendum poſſeſſionem, tamen animo ſolo uolebat quòd poſſet retineri, & quòd per ſolum diſceſſum ſine animo deſerendi non amitteretur, dicens quòd eadem poſſeſſio quando corpore quis eſſet in re retineretur naturaliter, ſi uerò diſcederetur non amitteretur, ſed ciuiliter retineretur, uolens tamen quòd unica eſſet in ſubſtantia, ſed quòd reciperet has diuerſas qualitates; ut aliquando corpore & animo & ſic naturaliter retineretur, aliquando animo

tantum,

tantum & ſic ciuiliter retineretur, & quòd eſſet unica prubabat: quia nulla lex dicit, quòd ſit duplex, & quòd retineretur animo probabat eſſicaciter: quia etiam naturalis poſſesſio ſola, ſecundum omnes retineretur animo tantũ, l. ſi colonus. infra eodem. & l. prima. §. interdictum hoc. & leg. 3. §. unde ui. infra de ui & ui armata.

Hanc tamen opinionem reprӕhendebat Ioãnes, qui tenebat quòd duplex eſſet poſſeſſio, una naturalis, quӕ corpore, & animo retineretur; & alia ciuilis, quӕ animo retineretur; & quando naturalis eſſet, ſola retineretur ciuilis. Vnde poſteà reprӕhendebat opinionem Azo. per illam rationem: quia ſequeretur quòd duo inſolidum posſiderent eandem rem, abſens retinendo, & ingrediens eam acquirendo, dicta l. clam. §. qui ad nundinas. & leg. ſi id quod. §. fi. infra eodem. quod eſt contra dictum. §. è contrario. ipſe tamen defendendo reſpondebat, quòd hӕc ratio benè concludit in eadem poſſesſione eſſe plures qualitates, una ꝙ ciuiliter retineretur, alia quòd naturaliter retineretur, & quòd unus ciuiliter iure ciuili, alius naturaliter iure naturali poſſideret, non autem quòd plures eſſent ſpecies poſſesſionis, ideò concludebat quòd una & eadem poſſesſio poteſt eſſe penes plures inſolidum, ſi unus uno iure ciuili, alter iure naturali posſideret, ſed non poſſe eſſe apud plures in ſolidum, quando uterque iure naturali, & naturaliter, uel iure ciuili & ciuiliter poſſiderent, dicto. §. è contrario. ſed tamen quia hęc diuerſitas ӕqualitatum in eodem ſubiecto inducit quandam confuſionem, & intelligentiam difficilem & palpabilem, propterea communiter docto. magis adhӕrent opinioni, quòd ſit duplex poſſesſio in ſpecie, & quòd eadem ſpecie duo non posſint inſolidum posſidere, ſed ſolum diuerſis poſſeſſionibus, ſecundum tamen diſtinctionem traditam in dicto. §. è cõtrario. & quia hanc opinionem communem ſupra firmauimus faciliorem reddendo practicã in quantum fieri poteſt, & nos hanc opnionem Azo. reprobauimus, per rationes ibi abundanter adductas.

329 Vnde tertia fuit †opinio Aldrici qui fatebatur duplicem eſſe poſſeſſionem, naturalem, & ciuilem, tamen uolebat quòd dictӕ poſſeſſiones eſſent incompatibiles, & quòd utraque in eadẽ perſona eſſe non poſſit. Ideò dicebat quòd ſtatim quòd erat in re, & donec ibi corpore manebat, habebat ciuilem poſſesſionem, & quando diſcedebat corpore à re, deſinebat habere naturalem, & ſtatim acquirebat ciuilem quam retinebat, donec eſſet abſens, quando poſteà reuertebatur, ingrediendo amittebat ciuilem, & iterum acquirebat naturalem, & ita decies & uigeties diſcedendo à domo amittebat naturalem, & acquirebat ciuilem, & reuertendo iterum ſӕpius, amittebat ciuilem, & acquirebat naturalem.

Quӕ opinio etiam ab omnibus reprobatur ex duobus. Primò: quia iura clarè dicunt, quòd ille qui uadit ad nundinas retinet poſſeſſionem acquiſitam, non autem amittit & reacquirit, dicta l. clam. §. qui ad nundinas, & dicta l. ſi id quod. §. fi. infra eodem, & l. licet. C. eo. Vnde apparet clarè quòd exitus non eſt cauſa perdendi poſſesſionem, & confirmatur etiam per tex. in leg. 3. §. unde ui infra de ui & ui arma. ubi habens ſolam naturalem eam retinet diſcedendo, & ſolum eam amittit, quando non fuit admiſſus, quo tempore incipit competere interdictum de ui & ui armata, propterea ex hac parte dicta opinio eſt falſa.

330 Secundò eſt falſa † quia prӕſupponit quòd iſtӕ duӕ poſſeſſiones ſint incompatibiles, cum imò debent ſe inuicem compati, cum nulla ſit repugnantia, & habent eadem principia, ut unaqueque animo, & corpore acquiratur, & unaquӕquè animo & corpore retineatur, donec ſtatur in re & etiam animo & corpore amittatur, ſi utrunque interueniat, leg. quemadmodum. infra eodem. & ſolum eſt differentia: quia aliquando ſolo animo retineri poteſt, unus ſolus eſt caſus, in quo iſtӕ poſſesſiones ſunt incompatibiles, & quando ſines & intentiones retinendi ſunt incompatibiles, ut ſi eſt uſufructuarius qui habet naturalem reſpectu uſufructus, quӕ non poteſt eſſe in eadem perſona cum ciuili reſpectu proprietaris: quia hӕc duo iura ſunt incompatibilia, idem eſt in feudatario, & domino, & emphyteuta, & domino, ſed tunc incompatibilitas non eſt propter naturam ipſarum poſſesſionum, ſed propter ipſa iura incompatibilia ad quӕ tendunt, propterea remanet quòd regulariter iſtӕ duӕ poſſesſiones ſunt incompatibiles, & quòd neceſſariò ut alia acquiratur, prima non debet amitti.

Vnde qarta fuit opinio Ioannis. qui prę-
331 ſupponebat † quòd duӕ eſſent poſſeſſiones, una naturalis, & alia ciuilis. Item prӕſupponebat quòd eſſent compatibiles inter ſe, & quòd nihil repugnaret quòd unus haberet utraque poſſesſionem, imò plerunque hoc contingeret, quibus ſtantibus dicebat quòd poterant conſiderari quatuor caſus, duo erant in quibus unus utranque poſſesſionem haberet, & primus quando ipſe corpore & animo eſſet in poſſeſſione, & tunc utranque poſſeſſionem animo & corpore retinet. Secundus caſus eſt quando ſeruus peculiaris retinet res peculiares corpore ſuo, nam tunc dominus habet utranque poſſeſſionem naturalem, retentam per corpus ſerui in re morantis, & ciuilem retentam per animum eiuſdem ſerui, ut infra eadem leg. §. ſed ſi ſeruus. §. tertius. §. ſaltus. ſecundo reſponſo. infra eodem, Tertius caſus eſt quando quis locauit fundum ſuum, uel

ſeruos cultores in fundo retinet, tunc ipſe dominus etiam habet utranque poſſeſſionem ciuilem, animo ſuo retentam, & naturalem corpore alterius retentam, l. ſi colonus. infra eodem, & clarius in dicto. §. ſaltus. Quartus caſus euenire poteſt quando unus habet unicam poſſeſſionem tantum per ſe, uel per alium retentum, ut eſt uſuſfructuarius in re immorans, uel eam locans. nam ſemper habet naturalem ſolam, cum ciuilem dominus proprietatis retinet, leg. naturaliter. infra. eodem.

In quibus quatuor caſibus Ioannes dicebat ꝙ aut retinet poſſeſſionem utranque animo & corpore ſuo, ut in primo caſu, uel utranque habet animo & corpore alieno, ut in rebus peculiaribus, & tunc ſi corpore ſtat in poſſeſſione, ſemper utranque retinet, ſi uerò ipſe uel ſeruus peculiaris diſcedant, tunc amittit naturalem & retinet ciuilem, dicto. §. qui ad nundinas, & dicto. §. fi. ſin autem animo ſuo retinet ciuilem & corpore alieno retinet naturalem, ut in tertio caſu, & tunc retinet utranque, licet ille diſcedat, per l. ſi colonus. infra eodem, ſi uerò ſolam habet naturalem animo & corpore ſuo, ut in quarto caſu, & tunc eam ſemper retinet ſiue inſiſtat ſiue corpore diſcedat, dicta l. 3. §. unde ui. infra de ui & ui arma. itaquòd in effectu per diſceſſum, in tertio & quarto caſu retinetur poſſeſſio, in primis uerò duobus caſibus amittitur, ideò dubium eſt de ratione diuerſitatis. Vnde Ioannes reſpondebat quòd in primis duobus caſibus poſſeſſio amittitur: quia utraque ſtat in animo domini qui animus tolerat utranque, quando per corpus adiuuatur, quando uerò diſcedit, & non habet auxilium corporis, animus nimis grauatur, ideò non retinet niſi ciuilem, in tertio uerò caſu animus domini retinebat ſolam ciuilem, & naturalis retinebatur animo alterius, ut ideò utriuſque animum, ſuam poteſt ſuſtinere, & quando eſt ſola, tunc animus eam faciliter retinere poteſt, & hanc diſtinctionem Ioannis approbat hic Bar. & communiter docto. ualde laudantes eam dicentes, quòd eſt ita perfecta ut non indigeat ſuppletione aliqua, & pro ratione diuerſitatis illorum caſuum adducit legem quod Labeo. de ſupellectili legata. ut hic latè pet glo. & docto.

Ex qua theorica colliguntur multæ concluſiones, & prima eſt. † quòd ſi dominus habet
332 utranque poſſeſſionem, & diſcedat, à longè amittit naturalem, ſed ſi eſt in conſpectu: ut quia deambulat coram oſtio domus, uel fundi ſui, retinet naturalē: quia eam oculis acquirere poteſt: dicto. §. ſi iuſſerim. & dicto. §. cum per uenditorem. & idem quando eſt de proximo, per legem clauibus. de contrahend. emp. ubi merces non uiſæ propter propinquitatem horreorum acquiruntur, ergo & fortius retinentur; quia cui damnus actionem ad acquirendum, fortius exceptionem ad retinendum, l. j. §. j. ff. de ſuperficiebus. Sed tamen Iacobus de Arena repræhendebat: quia uidebatur inconueniens, quòd per momētum acquiratur & retineatur poſſeſſio, cum quis decies & uigeties poſſit exire de domo ſua à longè, & etiam reuerti. & ita per momenta amitere & acquirere poſſeſſionem contra l. pen. C. de cur. furioſi, ubi ſi furioſus habet dilucida intrualla, eſt inconueniens quòd deſinat & incipiat eſſe curator, & ipſe ſub cura, ideò ſemper remanet curator licet aliquando ceſſet adminiſtratio, ita & hoc caſu debet ſemper remanere poſſeſſio naturalis, licèt aliquando ceſſet operatio corporis.

Quam opinionem confirmat Iaſ. hic ex quinque fundamentis. Primò: quia exitus non eſt cauſa perdendæ poſſeſſionis, dicto. §. qui ad nundinas, & dicta l. ſi id quod. §. fin. Secundò quia poſſeſſio non amittitur per diſceſſum, niſi concurrat animus, lege licet. C. eod. & d. §. in amittenda. ſed quando quis exit à re ſua, non habet quis animum amittendi, ergo ſequitur ꝙ non debet amitti; omnes enim deſiderant ius ſuum retinere maius quàm ſit poſſibile, & maximè quia poteſt eſſe præiudicium in amiſſione, cum ſi erit uacans alius poterit acquirere, ut in d. §. qui ad nundinas. Tertiò etiam: quia uidemus naturalem poſſeſſionem habere hanc naturam, ut poſſit retineri animo, dicta l. j. §. unde ui. ff. de ui arm. & l. j. §. fin. infra uti poſſid. ergo generaliter uidetur quòd poſſint retineri Quartò etiam facit: quia detentatio retinetur animo, dicta l. ſi colonus. inf. eo. ergo & fortius ipſa poſſeſſio naturalis. Quintò etiam adducit urgentem rationem: quia poſſeſſio naturalis ſola ſecundum omnes retinetur dictis iuribus, & ciuilis ſola etiam retinetur animo, ergo tanto fortius ipſa naturalis unita cum ciui-
333 li debet animo retineri: † quoniam ea quæ ſola ſui natura pereunt, iuncta cum alia re magis perpetua, conſeruantur ne pereant, ut probatur in l. ſi filius qui patri. ff. de acquirenda hæreditate. ubi ſubſtitutio pupillaris, quæ ante aditionem perit, ſi eſt unita cum iure accreſcendi quod eſt conſeruabile conſeruatur & tranſmittitur ad hæredes, idem probatur in l. ſi ex pluribus. ff de ſuis & legitimis. ubi hæreditas non adita non tranſmittitur, l. unica. §. in nouiſſimo. C. de caduc. tollend. & tamen ſi eſt unita cum iure accreſcendi conſeruatur, & tranſſimittitur. Idem probatur in leg. ſi ex duobus. ff. de acquirenda hæreditate. ubi inſtitutio conditionalis ſui natura non tranſmittitur, tamen unita cum alia portione tranſmittitur, & ſic apparet quòd res ſui natura extinguibilis, propter unionem conſeruatur & durat, ergo eadem modo ipſa poſſeſſio naturalis, ſi ſui natura periret propter unionem ciuilis deberet conſeruari, & per diſceſſum nō amitti maximè durante animo, qui eſt & de fundamentis poſſeſſionis naturalis, atq; etiā quia

ipſa

ipſa ſola ſui natura eſt conſeruabilis, ergo facilius per unionem alterius ſimilis potentiæ deberet ſuam naturam retinere. Sextò etiam facit: quia nulla poteſt aſsignari ratio diuerſitatis quare naturalis ſola, & ciuilis ſola retineatur animo, unita uerò debeat amitti.

334 Nec obſtat ratio† Ioannis: quia illa ualdè debilis eſt, & puerilis, quòd animus nimis fatigatur in retentione, quoniam homines de iſto labore non curant. & interrogati dicerent, quòd liberè retinerent poſſeſsiones nedum rerum ſuarum, ſed etiam aliarum rerum, & etiã Regnorum, & ſicut ſi quis habeat centum prædia retinet has centum poſſeſsiones animo, ita facilius ſi haberet unum prædium tantum, retineret poſſeſsionem naturalem & ciuilem ipſius cum minori labore.

Nec obſtat ſecunda ratio Bar. quòd animus eſt deſtinatus ad retentionem ciuilis poſſeſſionis, & non naturalis, ideò non debet trahi ad naturalem, l. quòd Labeo. ff. de compenſationibus: quia negatur hoc aſſumptum cum non apparet, neque in iure, neque in facto, quòd animus poſsidentis deſtinetur & reſtringatur ad ſolam ciuilem poſſeſsionem: quia imò naturale deſiderium hominum eſt quòd deſtinetur ad retentionem omnium iurium ſuorum, & ſi nos uidemus quando quis corpore eſt in re ſua animus operatur retentionem utriuſque poſſeſſionis, & deſtinetur ad utranque, non probatur quòd quando exit animus ſit deſtinatus ad retentionem ciuilis tantum, & quòd non perſeueret etiam in deſiderio retinendi etiam naturalem, ut non remaneat uacans apta ad occupationem alienam.

Nec obſtat ratio Sozi. quòd retentio naturalis ſit nullius utilitatis, & lex & natura nihil fruſtra operantur, l. ſtipulatio. §. Diuus. ut lega. no. caueat. & l. nec cogendum. §. ſi. ff. de procuratoribus, & ideò circuitus inutilis reiicitur, ut no. in l. j. ff. de leg. j. nam reſpondetur quòd imò retentio non eſt inutilis: quoniam ſi retinebitur ingrediens, abſente domino nullam acquirere poſſet, ſi naturalis ſimul cum ciuili retineatur, & ſi erit uacans poterit acquirere, taliter quòd poſteà habebit interdictum uti poſsidetis, iuxta no. in l. j. §. ſi. ff. uti poſsidet. & in l. j. cum glo. C. eo. tit. præterea ſi eſſet inutilis non fuiſſet introducta à lege, & quando quis corpore eſſet in poſſeſsione, nec etiam retineretur, ne lex & natura nihil fruſtra operarentur, ſed ipſe conſentit quòd utraque retinetur, quando corpore eſt in re, ergo & etiam deberet eſſe utile retinere quando diſcedit.

Nec obſtat etiam ratio Alcia. quòd amittatur: quia eſt parui præiudicii, cum imò appareat magni præiudicii propter illam rationem: quia quando uacat per ingredientem poteſt acquiri, & dominus aſſumit ſibi ſocium in re ſua, quod non erit ſi erit occupata. Vnde ex iſtis uidetur opinio multum rationabilis, quòd poſſeſio naturalis ſemper retineatur, ſiue exiſtat corpore in re, ſiue diſceſſerit ab ea.

335 Sed tamen licet illa uideantur multum perſuaſiua† nihilominus communiter docto. tenent opinionem Ioannis & Bar. quod naturalis amittatur per diſceſſum, licet ciuilis retineatur animo, & probant per illum tex. in dicta l. clam poſſidere, §. qui ad nundinas. & in l. ſi id quod §. ſi. infra eodem, & dicta l. licet. C. eodem. quæ expreſſè & in terminis loquuntur, dicentes quod exitu amittitur. & ingrediendo acquiritur, & cum habeamus legem claram non debemus diſputare: quia in claris non eſt opus coniecturis, l. continuus. §. cum ita. infra de uerbo. obligatio. & ubi habemus ſenſum, quærere rationem eſt imperfectio intellectus ſecundum Philoſophum, & no. in rub. ff. ſolut. matrim. per Aquen. & cum ſimiliter habeamus leges claras, quòd poſſeſsio naturalis, ſola, & detentatio retinetur, dicta l. ſi colonus. infra eo. & dicta l. j. § ſi. infra uti poſſid. & dicta l. 3. §. unde ui. nos non debemus diſputare.

Proptereà Bar. dicebat quòd opinio Iacobi de Arena eſt una truffa, cum habeamus leges claras, & eodem modo reſpondetur quòd caſus non eſt cauſa amittendi poſſeſsionem: quia illa uera eſt niſi lex aliter diſponat, Et eodẽ modo dicimus ad aliam, quòd naturalis ſola retinetur animo: quia lex hoc dicit. Item ceſſat & quarta ratio quòd per unionem debet conſeruari, quoniam licet illud ſit in illis caſibus, tamen contrarium habemus in dictis iuribus quod quãdo eſt unita amittitur, ad quæ iura nõ poteſt aliter reſponderi, niſi teneremus opinionẽ Azo. quod unica ſit poſſeſsio & quod qualitates ceſſant, ipſa tamen poſſeſsio, in ſubſtantia ſemper remanet & uerè ex dictis ſex rationibus multum redditur probabilis opinio ſua, quod unica ſit poſſeſsio. tamen quia ut dictũ fuit, magis intelligibilis eſt & palpabilis opinio contraria quòd duplex ſit poſſeſsio, & cũ maiori facilitate reſpondetur ad contraria, atque etiam in practica redditur magis cognoſcibilis, & hac ratione in aliis partibus iuris noſtri docto. eam ſemper præſuppoſuerunt ueram, eam quoque nos firmauimus, & firmamus tanquam ueram.

336 Et ad† contrarias rationes adductas per Iaſ. reſpondetur, quòd militat diuerſa ratio, & ratio principalis quare naturalis amittitur per diſceſſum, & non ciuilis, eſt: quia naturalis uidetur magis conſiſtere in corpore quàm in animo, & ſua potentior pars conſiſtit in corpore, in ciuili uerò potentior pars conſiſtit in animo, proptereà deficiente corporis operatione, amittitur naturalis, & ciuilis retinetur: quia eius potiſsimum fundamentum durat: argum. l. cum quæritur. ff. de ſtatu hominum. & eorum quæ diximus in præcedentibus, in primo notabili circa rationem quare magis denominatur à corpore, & pedibus quàm ab animo.

337 Secunda colligitur concluſio ex dictis Bar † quòd poſſeſſio naturalis retinetur ſi eſt in conſpectu, uel etiam ſi eſt de proximo: quia illis modis acquiritur, dicta l.clauibus, & dicto. §. ſi iuſſerim & dicto.§. cum per uenditorem, & cui damnus actionem facilius & retentionem, l. j.§.primo. ff. de ſuperficiebus. ſed in contrarium fortiter facit: quia aſſumptum non eſt uerum, quòd per aſpectum ſolum acquiratur poſſeſſio, neque propter propinquitatem, nequè in dictis iuribus aſpectus & propinquitas poſſet illud operari. Sed in dicto. §. ſi iuſſerim. interuenit uera traditio domini, & iuſſus acquirentis, & in dicto.§.cum per uenditorem interuenit oſtenſio domini, & uoluntas tradẽtis, & in dicta l. clauibus. interuenit traditio clauium, quæ adiuuant aſpectum, & propinquitatem ut acquiri poſſit poſſeſſio, ſed in caſu noſtro nullum auxilium interuenit ad fortificandum aſpectum, uel propinquitatem, ergo non debet poſſe acquiri poſſeſſio ſicut nos uidimus ſupra poſt glo. in uerbo qui primi, quòd res uacans ſolo aſpectu acquiri non poteſt, ſed ſolum eſt ſpeciale, quando interuenit uoluntas tradentis.

Ad iſtud contrarium reſpondebat hic Sozi. qui primus illud ſenſit, quòd licet res uacans ſolo aſpectu acquiri non poſſit, tamen illud procedit quando penitus & in totum uacat, ſed in propoſito noſtro res non uacat reſpectu ciuilis poſſeſſionis, unde propter eam perinde eſt ac ſi ſibi met dominus tradet illam naturalem, ſic concurſus ciuilis poſſeſſionis operatur illam faciliorem acquiſitionem, ſicut uoluntas tradentis in dictis iuribus, quæ concludunt non in terminis, ſed per quandam ſimilitudinem, & eſt ſatis probabilis ſaluatio. Vnde ſequitur quòd ſi illa naturalis amplius non eſſet uacans, ſed ab alio occupata non acquireretur per aſpectum rei: quia nec etiam per ingreſſum acquireretur in parte occupata, l. quod meo. §, fin. infra eodem.

338 Tertia colligitur concluſio, † ꝙ quando dominus retinet poſſeſſionem per corpus & animum ſerui in rebus peculiaribus, ꝙ tunc per diſceſſum amittitur poſſeſſio naturalis, quæ concluſio uidetur impertinens, attento quòd dominus plerunq; in re peculiari dicitur eſſe abſens: unde uidetur quòd ſemper ſolam debet habere ciuilem, & ſi habet etiam naturalem, uidetur ꝙ nunquam amittatur niſi ſeruus diſcedat animo deſerendi poſſeſſionem, ut in dictis iuribus. & l. qui fundum. infra de uſucapione pro empto. ſed reſponderi poteſt quòd glo. & Bar, non intellexerunt de diſceſſu ipſius domini, qui plerunque ſemper eſt abſens. ſed intellexerunt de diſceſſu ipſius ſerui, ut eo diſcedente à re dominus amittit naturalem, & non ciuilem, & eo reuertente illam recuperat, & in hoc differat ſeruus peculiaris, ab aliis ſeruis non peculiaribus, & à colonis, Et eſt ratio: quia ipſe ſeruus in eis naturaliter eſt dominus l. peculium ex eo. ff. de peculio, & l. etiam.§. ſi. & l. nec ſeruus. eodem titulo. unde etiam de iure ciuili quantum ad hanc poſſeſſionem, loco domini reputatur, & propterea in perſona ſerui, poſſeſſione rerum peculiarium, ſeruatur totum illud quod ſeruatur in domino, in rebus planè corpore ſuo poſſeſſis, ut ſicut ille diſcedendo, amittit naturalem, ita & ſeruus diſcedendo amittat, & per eum dominus. Vnde ſequitur quòd domino capto ab hoſtibus, ſeruis perſeuerantibus in ipſis rebus retinetur, & recuperatur poſſeſſio, atque perficitur uſucapio, ut dicemus latè in l. ſi is qui pro emptore. ff. de uſucapionibus.

339 Quarta colligitur concluſio, † quòd quando dominus habet ciuilem animo ſuo & naturalẽ per corpus, ſerui uel coloni, & quòd eis diſcedentibus à re non amittit naturalem, & ſic ſẽper retinet utranque, etiam quòd ipſe & ſerui ſint abſentes, dicta l. ſi colonus, & ratio eſt: quia ipſi retinent ſuam detentationem animo. ut in eadem lege dicitur, & infra plenius declarabitur. Vnde finguntur eſſe corpore in poſſeſſione, & propterea dominus naturalem retinet, alia aſſignatur ratio: quia illa naturalis conſiſtit in ſolo animo ipſius ſerui uel coloni, ideò minus grauatur, & facilius retinetur, quæ tamen ratio debilis eſt, ideò prima melior.

Quinta eſt concluſio † quòd naturalis ſola retinetur animo, dicta l. j. infra uti poſſidetis, & dicto. §. unde ui, & ratio eſt ſecundum glo. quia animus parum grauatur, ideò ſemper retinetur, quod tamen debile eſt ut ſupra. Vnde poteſt aſſignari ratio quòd hæc naturalis habet potiſſimum fundamnetum ſuum in animo, unde per deficientiam operationis corporis nõ amittitur, & hoc fuit introductum à lege propter illam rationem, ne ſi uellet intentare remedia poſſeſſoria, cogeretur iudex accedere ad eum, ut dixit glo. in dicta l. j. C. uti poſſidetis, & hoc modo poteſt ſaluari una ratio tacta per glo. hic in fin. licet repræhendat quòd hæc poſſeſſio ſola habet aliquid ciuilitatis, non quòd efficiatur ciuilis, ſed quia ius uoluit quòd animus eſſet potentiſſimum ſuſtentaculum.

Quare ex dictis conſtituas regulam, quòd poſſeſſio ciuilis ſemper retinetur animo, & nunquam per ſolum diſceſſum à re amittitur. Ampliatur procedere etiam in poſſeſſione naturali ſola, ſiue ſit iuſta ut in uſufructuario, ſiue ſit iniuſta ut in ingrediente ut nec ipſa per diſceſſum a re amittatur, ſed ſolo animo retineatur. Ampliatur etiam procedere in naturali unica cum ciuili, ſi diſcedens habeat rem in conſpectu, uel ſit de proximo, & fortius quando corpore eſt in poſſeſſione. Item ampliatur procedere quando quis corpore in alieno retinet naturalem d.

l. ſi co-

l.ſi colonus. infra eodem. Limitatur uerò non procedere in illo ſolo caſu, quando naturalis eſt unita cum ciuili, tam in re poſſeſſa per ipſum dominum, quàm per ſeruum peculiarem ut diſcedente domino à longe, uel ſeruo peculiari, naturalis ſola amittatur, quæ poſteà per reuerſionem recuperatur, & hæc eſt breuis theorica in amiſsione & retentione poſſeſſionis, quantum ad illam qualitatem tantum, an per diſceſſum à re amittatur, nam multi ſunt alii caſus per quos amittitur poſſesſio, & tangam in finali, qui in hoc propoſito non conſiderantur.

340 Quærit quoquè Bar. † an poſſesſio corporalis quam ipſe nouam ſpeciem eſſe uoluit ſeparatam à naturali, retineatur animo, & ipſe argumentatur allegando glo. uarias, tamen ipſe retinet glo. noſtram hic in uerbo ait, & bene circa medium quòd ipſa retineatur animo tamen. glo. uerè non loquitur de hac corporali, ſed tantummodo de naturali uſufructuarii, ut patet in eius uerbis. Vnde ipſe ſecundò probat per rationem: quia hæc corporalis retinetur quando uadit ad iudicem, ne cogatur iudex accedere ad eam, ut tangit glo. hanc abſurditatem in dicta leg. prima C. uti poſſidet. Item & per aliam rationem: quia colonus retinet animo ſuam detentationem, ergo facilius & ipſa poſſeſſio corporalis quam ipſe uoluit eſſe iuris, & iura ſequuntur hominem quocunque uadat, l. fin. C. de præſcriptio. longi temporis & hanc concluſionem ſequuntur communiter docto. & ego ſupra eam confirmaui: quia aſſumpſit à lege hanc qualitatem, ut principaliter conſiſteret in animo, ne iudex cogeretur accedere ad eum, unde poſui in ampliationibus.

341 Vltimò quærit Bar. hic, † an detentatio retineatur animo, in qua oportet duo conſiderare. Primò quid ſit de detentatione naturali, quam habent colonus commodatarius, depoſitarius, & ſerui pro domino inſiſtentes in re, & Bar. ſupra determinauit breuiter, quòd ſic, per leg. ſi colonus. infra eodem. tamen in contrarium fortiter uidetur facere: quia ipſa eſt in totum naturalis: & in ea conſeruatur illa antiqua informis poſſesſio, quæ animo nõ retinebatur, ut in tex. noſtro. & uidetur probari in leg. tertia §. Neruia filius. infra eodem. ibi, naturalem poſſesſionem poterit appræhendere, quæ exponuntur per Bar. id eſt, detentationem, & eam præſuppouit amitti. Item etiam facit: quia hæc detentatio omnimodo facti eſt, & non iuris, ergo non uidetur poſſe animo retineri, per. §. ſed cum factum. inſti. de ſtipulatio. ſeruorum. Sed tamen communiter docto. tenent opinionem Bar. quòd imò animo retineatur, & hanc etiam puto ueram, per dictam. l. ſi colonus. per quam declaratur quòd etiam depoſitarius & commodatarius retinent animo detẽtationem, ne ille cui commodatus eſt equus, ſemper in ſella ſtare teneatur. & facit tex. in §. interdum. inſti. de rerum diuiſ. ubi ſi ſuperueniat titulus detinendi, in continenti acquirit poſſeſſionem, & dominium, & etiam ponitur in l. non ſolum §. primo. circa finem infra de uſucapio. Nec obſtat quòd ſit naturalis & ſuccedat loco informis poſſeſſionis: quia & ipſa accepit aliquod adminiculum à iure, ut poſſit retineri animo, per dictam l. ſi colonus. infra eodem.

Nec obſtat quòd ſit facti: quia hoc non ſufficit ad inducendum quòd non retineatur animo: quoniam facta, quæ conſiſtunt in animo ſequuntur aliquem quocunque uadat, ut ſunt uitia & uirtutes, & diximus ſupra de poſſeſſione, & facit tex. in cap. cùm uiderit. 32. quæſtio. 5.

342 Alia eſt † detentatio iudiciaria nuncupata, quæ per auctoritatem iudicis cõceditur ex cauſa, l. non eſt mirum. de pignor. actio. & de hac Bar. formauit hic quæſtionem an ipſa retineatur animo, & primò argumentatur quòd non: quia eſt meri facti, & facta non concomittantur hominem quocunque uadat, dicto. § ſed cũ factum. In contrarium tamen facit, quia aliàs miſſus in poſſeſſionem cogeretur ſemper ſtare ſuper equo, uel boue, ideò concludit quòd retineatur animo per hanc rationem: quia hæc detentatio habet in ſe cuſtodiam, & ideò donec retinetur cuſtodia, & ipſa retinetur, l. quinta. §. quæri. ut in poſſeſſionem legato. & l. ſi finita. §. in eum. infra de bon. auct. iud. poſſid. in quibus dicitur quòd ipſe debet cuſtodire fructus, & colligere cum diligentia, aliàs ſi amittentur, imputabuntur in debitum ſuum, & in dicto. §. in eum. dicitur quòd ſi non uult ipſe cuſtodire, debet alteri locare, ut ille cuſtodiat & fructus percipiat. Vnde hæc cuſtodia uidetur eſſe ius, de quo in l. ſi finita. §. ſi quis metu. ſupra de damno infecto.

Et proptereà concludit quòd detentatio eſt cuſtodia, quæ retinetur animo, ſed tamen hæc ratio Bar. non concludit, attento quòd non eſt uerum quòd detentatio ſit ipſa cuſtodia, cum imò ipſa in ſubſtantia, nihil aliud ſit niſi quædam animi operatio, & cum ipſa detentatione iudex ipſi dat tria iura. Primò ius inſiſtendi in re, ſecundò ius & poteſtatem cuſtodiendi fructus & colligendi, itaquòd etiam & ius locandi habet ſicut dominus. Item & tertiò conceditur ius pignoris. dicta leg. non eſt mirum. de pigno. actio. & l. ij. in principio. infra de uſucapio. pro hærede. per quam declaratur tex. in l. ex legati. ex quibus cauſ. in poſſ. eatur. quem Bar. noluit allegare, quæ omnia iura ſunt ſeparata ab ipſa detentatione, ut uoluit ipſe met
343 Bar. † & docto. ſupra in alia quæſtio. quomodo acquiratur. Vnde docto. hic communiter concludunt quòd ipſa retinetur animo propter dicta iura.

344 Sed tu teneas † quòd imò ipſa detentatio

etiam conſiderata ſeperatim à iuribus, quàmuis ſit facti, retinetur animo, quoniam ſi detentatio coloni, commodatarij, & depoſitarii detinetur animo, propter approbationem iuris ciuilis, ut itatim dixi, fortius & hæc, quæ habet maiorem approbationem, & producit maiores effectus ciuiles. Nec obſtat quòd ſit facti: quia & facta ut dixi conſiſtentia in animo, concomittantur hominem quocunque uadat, & ſi ipſa detentatio detinetur, fortius, poſteà & iura ab ea prouenientia retinebuntur.

345 Vnde inſerunt docto. hic, † ad quæſtionem de facto agitatam Florentiæ. Nam creditor unus miſſus fuit in poſſeſſionem fundi debitoris latitantis, & eam apprehendit, & de hac traditione apparebat relatio nuncij, poſteà ſtetit per quinquenium quòd nihil fecit, neque ad rem acceſſit, finito quinquennio petebat ſe mitti in poſſeſſionem ex ſecundo decreto, opponebatur ꝙ ipſe amiſerat poſſeſſionem diſcedendo. Secundò quòd nec etiam retinebat cuſtodiam: quia nunquàm fructus cuſtodiuit, ſed dominus eos perceperat, ideò deficiente primo decreto nõ poterat deueniri ad ſecundum, iuxta no in l. ſi finita. §. Iulianus. de damn. infecto. tamen contrarium fuit iudicatum Florentiæ, & approbant hic communiter docto. per illam rationem: quia detentatio retinetur animo. Item & ius inſiſtendi, & ius pignoris retinetur animo. Nec obſtat quòd ipſe amiſerit cuſtodiam: quia imò eam quoque retinuit, quoniam ſi uult poteſt permittere, ut dominus cuſtodiat & percipiat fructus, ut dicitur in dicta l. quinta. §. quæri. & §. ſequenti, & dicta leg. prætor. §. in eodem. Vnde cum ſciret dominum cuſtodire, ipſe quoque cuſtodire uidebatur, & illam opinionem etiam ego puto ueram.

346 Ex quibus † tu habes unam concluſionem multum generalem circa theoricam de amiſſione & retentione poſſeſſionis, & conſtituitur regula, quòd poſſeſſio ciuilis retinetur animo, & non amittitur per diſceſſum. Ampliatur procedere in poſſeſſione unita, quando eſt in conſpectu uel de proximo, & fortius ſi corpore eſt in conſpectu uel de proximo, & fortius ſi corpore eſt in poſſeſſione. Ampliatur ſecundò in poſſeſſione naturali retenta per colonum, uel aliũ ſeruum. Ampliatur procedere in poſſeſſione naturali iuſta quam habet uſufructuarius uel feudatarius. Ampliatur procedere in poſſeſſione iniuſta quam habet ingrediens abſente domino. Ampliatur procedere in detentatione quam habet quis auctoritate iudicis. Ampliatur procedere in detentatione quam habet depoſitarius & commodatarius.

Limitatur tantummodo non procedere in poſſeſſione naturali unita cum ciuili, quam habet dominus corpore proprio poſſidens. & in rebus peculiaribus: quia eam amittit per diſceſſum ſuum à lege, uel ipſius ſerui ut ſupra. Et ſic uidemus quomodo quaſi ad nihilum reducitur hæc quæſtio, an poſſeſſio amittatur per diſceſſum, cum non ſit niſi unus caſus in quo amittatur, & in eo etiam poſſet teneri opinio
347 Iaſ. quòd retineretur † ſed hoc ſolum cauſatur à dicto. §. qui ad nundinas.

Tota tamen dicta concluſio intelligitur de qualitate illa, an per diſceſſum amittatur poſſeſſio ciuilis, uel naturalis, & habes unum caſum quòd ſic. Secundus modus amittendi poſſeſſionem generalis etiam ad ciuilem eſt per obliuionem, glo. in l. de eo. & l. peregrè. infra eodem. Tertius eſt per captiuitatem l. denique. ſup. ex quibus cauſ. maio. cũ ſimilibus. Quartus per mortem poſſeſſoris, l. cum hæredes. in prin. & §. primo. infra eod. l. j. §. Scæuola. infra ſi quis teſtam. lib. eſſe iuſſ. fuer. & l. de eo. §. fi. ſupra ad exhibendum. Quintus eſt per uiolentiam uel non admiſſionem. dicta l. clam. §. qui ad nundinas: & l. ſi id. §, fi. & l. quod meo. §. fi. infra eod. Sextus per inundationem leg. Pomponius. infra eodem. Septimus per commertium ſublatum, l. uniuerſas. §. j. infra eodem & l. inter ſtipulantem. §. ſacram. de uerborum obligatio. Octauus per ſpecificationem: argumen. §. cum ex altera materia. inſti. de rerum. diuiſ. Nonus per alluuionem: argum. §. quod per alluuionem. eodem titulo. Decimus per confuſionem: argum, dictæ l Pomponius. infra eodem. & §. ſi duorum materię. inſti. de rerum diuiſio. Vndecimus per nouam formam, ut ſi in area factum ſit ædificium. nam ſicut amittitur uſuſfructus. l. ſi ſtillicidium. §. fin. ſup. quibus mod. uſuſ. amittatur fortius ipſa poſſeſſio. Duodecimus per ſolum animum, uel habendo rem pro derelicto. l. ſi quis ni. §. differentia. infra eodem & argum. §. fin. inſti. de rerum diuiſione Et multis aliis modis etiam amitti poteſt poſſeſſio. quòd laborioſus indagator inuenire poterit, & infra per totum poterunt apparere, de quibus modis non fuit locutus hic Bar. ſed ſolum quæſiuit de illo modo amittendi per diſceſſum areæ, cæteros reſeruando infra in materia. Et hæc ſufficiunt pro generali cognitione terminorum.

Ioannes Bolognetus Salerni legens de anno 1562 & repetita Meſſanæ de anno 1568. die xiiij. Februarii. in xxvij. lectionibus cum rubrica.

Summa-

Summaria ſuper .§. ſi uir uxori . in hac l. 1. ff. de acquiren. poſſeßio.

1 *IN hoc §. tractatur quomodo ex inutili contractu reprobato, transferatur poſſeßio uel dominium.*

2 *Continuatio ad præcedentia ponitur.*

3 *Poteſtas acquirendi poſſeßionem, & dominium, reſtricta fuit de iure ciuili habilitando perſonas, res, & titulum.*

4 *Donatio inter uirum, & uxorem fuit prohibita, ne mutuo amore ſe ſpolient, ideò non ualet quando maritus efficitur pauperior, & uxor locupletior.*

5 *Intelligentia uerborum, cedit poſſeſsionem, inquiritur referendo uarios intellectus.*

6 *Quadruplex thema ponitur in hoc tex. ſecundum uarias opiniones, quorum nullum eſt bonum.*

7 *Intellectus uerior eſt, quòd tex. intelligatur generaliter complectendo donationem rei propriæ. & donationem poſſeſsionis rei ſuæ, & poſſeßionis rei ſuæ de re aliena.*

8 *In hoc tex. præſupponitur quòd maritus diſceſſerit à poſſeſsione, & mulier corpore ingreſſa fuerit.*

9 *Intelligentia deciſionis textus inquiritur referendo uarias opiniones, quam poſſeſsionem acquirat mulier.*

10. *Deciſio generalis ponitur, quòd hic mulier acquirat omnem poſſeſsionem naturalem, & ciuilem, ſine effectu iuris.*

11 *Intellectus ad legem primam. §. fin. infra. pro donato, traditur.*

12 *Intelligentia rationis poſita in tex. inquiritur referendo uarias opiniones.*

13 *Verba illa res facti iure ciuili infirmari non poteſt, intelliguntur de traditione ſecundum Sozi.*

14 *Alius eſt intellectus qui uidetur communis, quòd intelligantur de apprehenſione ſed reprahenditur.*

15 *Tertius eſt intellectus quòd intelligantur de poſſeſsione informi qui etiam reprahenditur.*

16 *Quartus eſt intellectus quòd intelligantur de poſſeſsione naturali tantum, qui quoquè reprahenditur.*

17 *Intellectus uerior ad iſtum tex. eſt, quòd omnis poſſeſſio tam ciuilis, quàm naturalis facti ſit, & iure ciuili infirmari non poſsit.*

18 *Intelligentia uerſi. quòd attinet, inquiritur referendo uarias opiniones.*

19 *Intellectus Sozi. refertur, & reprahenditur quòd loquatur de ueritate non fictione.*

20 *Intellectus communis approbatur quòd hic lex non fingat: quia noluit.*

21 *Declaratio omnium uerborum legis, breuiter ponitur firmando terminos.*

22 *Diuiditur, & ſummatur.*

23 *Caſus figuratur aperiens medulam difficultatis.*

24 *Poſſeſſio non ceditur propriè ſed incipit, & deſinit.*

25 *Mulier in hoc tex. acquiſiuit poſſeſsionem per actum uerum.*

26 *Poſſeſsio in coniugem an per actum fictum transferri poſsit.*

27 *Donatio cauſa mortis, uel ſimpliciter facta uxori ſuſpenſiuè, de iure ualet, & ſolum eſt nulla quando ſit irreuocabiliter, & interuiuos.*

28 *Maritus transfert poſſeßionem per actus fictos, quando facit donationem cauſa mortis, uel ſimpliciter.*

29 *Poſſeßio non transfertur per conſtitutum, quando contractus eſt aliqua ratione inutilis.*

30 *Poſſeſſio tam ciuilis quàm naturalis, acquiritur uxori ſecundum ueram opinionem.*

31 *Res facti iure ciuili infirmari non poteſt.*

32 *Deus quòd facta infecta facere non poſſit.*

33 *Lex non fingit, niſi ſit utilitas, & æquitas.*

34 *Poſſeſsio hic non infirmatur: quia noluit, poterat tamen uerè infirmare ſecundum Sozin. quia iuris eſt.*

35 *Si ſtatutum prohibet contractum uel alienationem fieri, nihilominus ingrediens acquirit utranquè poſſeßionem.*

36 *Si ſtatutum prohibet contractum, an præſumatur perfectionem infirmare poſſeſsionem.*

37 *Cautela eſt quòd exprimatur in ſtatutis, quòd ingrediens non acquirat poſſeſsionem.*

38 *Ingrediens an dicatur acquirere poſſeßionem ex titulo contractus inutilis, uel ex nudo ingreſſu.*

39 *Donatio à marito facta de re aliena an ualeat.*

40 *Donatio de poſſeßione mariti, in re aliena non ualet*

41 *Donatio de poſſeſſione rei mariti non ualet.*

42 *Mulier quam poſſeßionem ingrediendo acquirat iterum diſcutitur.*

43 *Poſſeßio ciuilis iuſta non acquiritur mulieri ex donatione.*

44 *Lex poteſt omnia facta, infirmare per fictionem.*

45 *Tradens ex contractu inutili an amittat poſſeſsionem ſi alteri non acquiritur.*

46 *Tradens rem regulariter amittit poſſeſſionem etiam quòd alteri non quæratur. Fallit in duobus caſibus.*

47 *Donatio ſimpliciter facta morte confirmatur, & transfertur poſſeßio, etiam per conſtitutum.*

48 *Donatio inter uirum, & uxorem iuramento firmatur*

49 *Poſſeßio omnis etiam per actus fictos transfertur ex contractibus reprobatis. propter bonos mores ciuiles, quando interuenit iuramentum.*

50 *Statuentes poſſunt impedire effectus iuramenti tribus modis hic relatis.*

51 *Intellectus l. Iubemus. §. ſanè. C. de ſacr. ſanctis eccleſi. inquiritur.*

52 *Adminiſtratores quando poſſint per contractum inutilem transferre poſſeßionem.*

53 *Tradens rem ex contractu inutili, quando amittat poſſeſsionem ſi alteri non quæritur.*

54 *Emens à pupillo bona fide, uel alio probibito alienare acquirit poſſeßionem cum uſucapiendi conditione.*

55 *Detentatio transfertur ex quocunquè contractu inutili à perſonis prohibitis alienari, per quam conſequitur commodum poſſeßionis in lite.*

56 *Poſſeſſio per modos fictos non transfertur, ſiue contractus principalis ſit nullus, ſiue conſtitutum, uel precarium.*
57 *Tradens ex contractu inutili, quando priuetur poſſeßione breuiter epilogatur, & plenè.*
58 *Poſſeßio an ex contractu inutili quæratur iterum plenius examinatur.*
59 *Intellectus, & reſponſio ad l. Oratio. ff. de ſponſalibus traditur.*
60 *Intellectus, & reſponſiones ad legem non dubium. C. de legibus traduntur.*
61 *Docto, inciderunt in difficultates inextricabiles, propter eorum opinionem quòd poſſeſſio iuris ſit, quæ ceſſant tenendo quòd ſit facti.*
62 *Theorica Sozi. an ex contractu inutili trasferatur poſſesſio refertur, & imperfectè demonſtratur.*
63 *Theorica noua conſtituitur, & refertur.*
64 *Poſſeßio non transfertur ex contractu reprobato quādo lex fingit non transferri, uel non acquiri, & alijs modis hic relatis.*
65 *Poſſeßio an ex contractu ficto uel ſimulato transferatur.*
66 *Dominium an ex contractu inutili transferetur latè diſcutitur.*
67 *Tradirio facta ex contractu conditionali an transferat dominium.*
68 *Dominium an transferatur ex contractu conditionali per traditionem fictam.*
69 *Dominium an transferatur ex contractu conditionali per traditionem factam ab ignorante, & concluditur contra Areti. quòd ſic.*
70 *Dominium non transfertur ex contractu conditionali ſi cauſa eſt incerta.*
Intellectus ad legem penultimam. C. de inſtit. & ſubſtitutionibus ſub cond. fact. inquiritur.
71 *Dominium non transfertur ex cauſa incerta indiſtinctè.*
72 *Vſucapiendi conditio an transferatur ex contractu conditionali.*
73 *Intellectus ad legem primam. §. ſi tamen de uſucap. pro dot. inquiritur.*
74 *Vſucapiendi conditio, nequè dominium transfertur ex contractu conditionali per titulum conditionalem, ſed per titulum pro ſuo transferri poteſt.*
75 *Intellectus ad leg. ſi ego. §. j. ff. de iur. do. & l. ſub conditione de ſolutio. inquiritur.*
76 *Dominium quando transferatur ex contractu conditionali breuiter epilogatur.*
77 *Dominium an transferatur ex contractu inutili præter legem.*
78 *Noua theorica quatuor caſus complectens traditur.*
79 *Dominium an transferatur ex contractu reprobato à lege.*
80 *Intellectus ad legem eleganter. §. de dolo traditur.*
81 *Dominium non transfertur ex contractu reprobato, limitatur quando contractus eſt inutilis uolenta parte.*
82 *Dominium an transferatur nullo interueniēte titulo.*

In l. j. §. ſi uir uxori. ff. de acquir. poſſeſs.

1 IN hoc §. tractatur, † quomodo ex inutili ſeu reprobato contractu trāſferatur poſſesſio, & qualis, & quomodo transferatur, & in conſequentiam poſteà ſumpta occaſione doctor. ponunt quomodo ex inutili uel reprobato contractu transferatur dominium, qui optima cum ratione poſitus fuit in hoc loco. nam cum compilatores, & Paulus auctor legis diſtinaſſent tractare quomodo acquiratur poſſesſio, ut polliciti fuere per rubricam. Primò præmiſerunt quatuor generalia circa cognitionem termini poſſeſſionis, poſteà ingrediendo propoſitam materiam, cognoſcentes quòd poſſesſio acquiritur per corpus noſtrum, & per corpus alienum, primò poſuerunt quomodo acquiratur per corpus noſtrum faciendo regulam affirmatiuam. in §. adipiſcimur. ſed tamen quia in tali acquiſitione aliquādo interuenit deffectus mentis in acquirente propter furorem, aliquando defectus mentis propter ętatem, aliquando defectus tituli inutilis, uel à l. reprobati, de duobus primis poſuerunt in §. adipiſcimur. declarando quomodo acquiratur poſſesſio per pupillum, furioſum, uel infantem, de tertio autem poſuerūt in hoc §. noſtro, ſub exemplo donationis inter uirum, & uxorem.

Ideò iſte §. ſic continuatur ad præcedentes:
2 † ſupra uiſum eſt quomodo acquiratur poſſeſſio per corpus noſtrum interueniente defectu mentis, propter furorem, uel propter inbecillitatem ætatis, hic uerò tractatur quomodo acquiratur poſſeſſio per corpus noſtrum interueniente defectu contractus inutilis uel reprobati à lege, & cum donatio inter uirum, & uxorem ſit reprobata à lege l. j. ſupra de donation. inter uir. & uxorem hic determinatur, quomodo, & qualis poſſeſſio acquiratur uxori ex donatione facta à marito, ſed tamen iſte text. in litera eſt tam difficilis, ut quid ſibi uelit dicere uix poteſt percipi.

3 Ideò ad euidentiam † pro præuia in ſpectione ultra docto. aliqua dicenda ſunt. Et primò quòd licèt iure naturali ampla poteſtas acquirendi poſſesſionem in rebus eſſet conceſſa, tamen poſtea per legem ciuilem reſtricta fuit in multis, diſponendo quòd in perſona acquirentis interueniat duplex habilitas naturalis, ut in præcedenti. §. & ciuilis, ut ipſe ſit capax acquiſitionis bonorum, ideò ſeruus non poteſt acquirere poſſeſſionem per ſe, l. quod ſeruus. infra eodem. nequè filius familiās l. ſtipulatio iſta. §. ſi qui. infra de uerborum obligationibus, uel ſi poſſidetur ab alio l. liber homo. §.

ſi.ſupra titulo primo, & lege cum hæredes .§.j.
infra eodem. Similiter eodem iure ciuili requi
ritur babilitas rei poſſidendæ naturalis, nt ſit
corporalis, uel non ſit occupata à flumine nel
mari. l. Pomponius. infra eodem, & ciuilis, ut
non ſit ſacra, religioſa, & ſancta, l. qui uni-
uerſas. §. primo. infra eodem. uel aliàs ſit in
commertio noſtro. l. inter ſtipulantem. §. ſa-
cra. inf. de uerbo. oblig.

Tertiò reſtricta fuit propter titulum: quia uo
luit lex ciuilis acquiri ex certis cauſis, & ex aliis
prohibitis non poſſit, nt in fundo dotali. inſti.
quibus alien. licèt uel non. per totum. uel quan
do quis locupletetur cũ aliena iactura, ut ſi do
losè, uel fraudulenter, uel per uiolentiam ac-
quirere conetur, uel ex aliis contractibus pro-
pter uarias rationes prohibitis, & de hac ter-
tia reſtrictione tractatur in hoc. §. quomodo
obſtante tali prohibitione poſſit acquiri poſ-
4 ſeſſio. † donatio nanquè inter uirum, & uxo-
rem prohibita fuit ex ſolo iure ciuili, propter
illam ſpecialem rationem ne coniuges mutuo
amore inuicem ſe ſpolient, l. j. ſupra de dona
tionib. inter uirum, & uxorem. quæ ratio ita
fuit finalis, & præcisè conſiderata quòd ad hoc
nt prohibeatur donatio, eſt neceſſarium quòd
per eam maritus efficiatur pauperior, & uxor
locupletior: Vnde ſi non efficitur pauperior do
natio permittitur. Ideò ſi maritus donauit rem
alienam uxori, quæ credebat eſſe mariti, dona
tio ualet, & titulus eſt legitimus, & poſſeſſio iu
ſta, nt per eam poſſit uſucapere. l. ſi uir uxori.
inf. pro donato.

Similiter ſi maritus ſit inſtitutus hæres, uel
legatum habeat, & ei ſubſtituta ſit uxor, ſi re-
pudiat animo donandi uxori, donatio ualet: qa
non efficitur pauperior cum nunquàm ipſe ac-
quiſierit, l. ſi ſponſus. §. ſi maritus. de dona-
tionibus inter uirum, & uxorem. Similiter ſi
donauit fundum uxori, quæ ex ſua cultura ac-
quirat fructus, donatio ualet: quia non eſt pau
perior maritus. l. de fructibus. eodem titulo.
Rurſus ſi eueniat quòd uxor non efficiatur locu
pletior, ut quia maritus donauit fundum uxori
cauſa ſepeliendi aliquem, uel ut conſtruatur ec
cleſia, uel ut detur in dotem filiæ donatio ua-
let: quia ex primis cauſis res efficitur religioſa
& ſancta, & non acquiritur uxori, nt efficiatur
locupletior d. l. ſi ſponſus. §. conceſſa. eo. titu. &
propter has conſiderationes per totam illam
legem ſi ſponſus, cum aliis ſequentibus, tradun
tur multi caſus in quibus hæc donatio permit-
titur.

Quando autem unus efficitur pauperior, &
alter locupletior, tunc donatio indiſtinctè eſt
prohibita ita quòd titulus habetur pro non ti-
tulo, & qui retinet non dicitur retinere cum tit.
neque pro ſuo, ſed pro poſſeſſore. l. quod uxor.
infra eodem. ac etiam traditio dicitur eſſe nul
la, & dominium non acquiritur l. iij. §. ſcien-
dum. eodem tit. in tantum quòd nec donatio
poſſeſſionis ualet l. inter uirum. eodem titulo.
& accipiens non dicitur poſſidere de iure ciuili
l. ſi cum. §. primò. infra eodem. Veruntamen
quia ex dicta cauſa reprobata aliquando de fa-
cto euenit quòd res tradatur, & quòd alter in
grediatur animo acquirendi poſſeſſionem, du-
bitatio eſt magna utrum illa poſſeſſio acquira-
tur, & quoniam qualificatè acquiritur, deci-
ditur in hoc tex. quomodo, & qualis acquira-
tur. ſed tamen eius deciſio eſt tam breuis, &
ambigua, & recipit tot contraria, ut uix intel
ligi, & ſuſtineri poſſit, in ea etenim ponuntur
quatuor principalia dicta, quæ tot intellectus
recipiunt, nt uix cognoſci poſſit quale ſit the-
ma, qualis ſit deciſio, & qualis ſit ratio deci-
dendi.

5 Primum igitur dictum, † eſt conſtituens the
ma in hoc. §. quòd uir uxori donationis cauſa
poſſeſſionem cedit, quod dictum recipit diffi-
cultatem: quia ſi donatur res, illa traditur non
autem ceditur unde cum tex. hic in themate di
cat quòd uir ceſſit poſſeſſionem, uidetur pone-
re abſurdum, cum ceſſio tantum fiat in rebus
incorporalibus. l. j. C. de actio. & obligation. &
traditio interueniat in rebus corporalibus. leg.
traditionibus. C. de pact. & §. per traditionem.
inſti. de rerum diuiſio. & eſt glo. ordinaria. in
l. fi. & ibi Bal. C. quando fiſcus uel priuatus. &
in l. pen. ſupra de donationibus.

Propter iſtud contrarium uariatur intelle-
ctus iſtius principii uaria themata conſtituens.
Et primus eſt intellectus quem poſuit gloſella
hic, quæ conſiderabat quòd poſſeſſio ex eius in
tentione iuris eſt, & per conſequens uerbum
cedere poteſt, & conuenire, unde dixit quòd
hic maritus donauit rem alienam, unde dona-
tio non potuit in re ualere, & ſolum ualuit in
poſſeſſione, quæ cum ſit iuris potuit cædi: ta-
men iſte intellectus communiter reprahendi-
tur: quia ſi donata fuit res aliena, donatio ua-
luit, & poſſeſſio iuſta, & plena acquiſita fuit,
nt uxor uſucapere poſſit, dicta l. ſi uir. infra.
pro donato. ideò non conuenit tex. noſtro qui
præſupponit donationem non ualere, neque e-
tiam in poſſeſſione, cum dubitet an poſſideat,
& conetur tollere contraria, quòd non poſſi-
deat, & hoc etiam mihi placet ex alio capite:
quia etiam quòd donetur res aliena, nihilomi
nus neceſſaria eſt traditio, quæ quàmuis ſit nu
da, poteſt transferre poſſeſſionem l. nunquàm
nuda. ſupra tit. primo. ſaluari tamen poteſt in
uno caſu, ut ſtatim dicam.

Vnde ſecundus fuit intellectus Ruy. qui ad-
huc cogitabat uerbum cedere poſſe, conuenire
poſſeſſioni quæ iuris eſt, ideò ut tolleretur con
trarium, dixit quòd hic maritus donauit poſ-
ſeſſionem rei ſuæ, & ita uerificatur uerbum ce-
dere, cum res non ſit tradenda, & donatio eſt
nulla per dictam le. inter uirum. ſupra de do-
natio inter uirum, & uxorem. ſed ſi eſſet dona
ta, res ipſa non acquireretur, neque dominium,

neque poſſeſſio, per l. iij. §. ſciendum. ſupra de
donatio. inter uir, & uxor: & ita reſtringebat
iſtum tex. & hoc thema ad donationem poſſeſ-
ſionis rei mariti, & illam rationem: quia res in
facti infirmari non poteſt dicebat referri ad ani-
mum ipſius mariti; quæ non potuit lex impedi
re. Sed tamen iſte intellectus uiolat literam:
quia reſtringit hunc §. ad donationem poſſeſ-
ſionis tantum decidendo quòd quando dona-
tur res ipſa non poſſit mulier poſſidere, quod
falſum eſt, & contra generalitatem dictæ l. ſi
eum. & l. j. §. deiicitur. infra de ui, & ui arm.
Vnde tertius datur intellectus conſtituens
aliud thema, quòd hic maritus donauit rem ſuã
in proprietate, & poſſeſſione, & quamuis tex.
in dicto. §. ſciendum. uideatur dicere quòd tra
ditio eſt nulla, tamen intelligitur reſpectu do-
minii non poſſeſſionis. Et ad contrarium de
uerbo cedere, reſpondetur quòd facta traditio
ne rei donatę in conſequentiam poſſeſſio dici-
tur ceſſa: arg. tex. in l. Seia. ſupra de donatio.
cauſ. mortis, ibi, traditionibus factis ceſſit bo-
nis. & in §. per procuratorem. in fi. infra ead.
lege. ubi qui tradit rem, poſſeſſionem cedere di
citur, & hic eſt communis intellectus. tamen
non benè eneruat contrarium de uerbo cedere.
Ideò datur quartus intellectus quòd loquatur
tantummodo de donatione rei alienæ in qua
donatio de proprietate non ualet, & ne tolla-
tur contrarium quòd poſſit acquiri poſſeſſio, &
uſucapio, intelligitur quòd maritus habebat
in ea poſſeſſionem utilem, quoniam erat uſu-
fructuarius uſuarius uel feudatarius: ita quòd
dando poſſeſſionem effectus fuit pauperior, &
donatio in ea non ualuit, ut præſupponitur hic
in tex. tamen tollitur contrarium de uerbo ce-
dere: quia cum poſſeſſio ſit iuris rectè cedi po-
tuit, & iſte intellectus participiat de primò,
tamen reſtringit eum ad donationem poſſeſſio
nis, in qua maritus efficiatur pauperior.
Et ſic habes hucuſquè quadruplex thema in
6 tex. † unum quòd donauit rem alienam in to-
tum, Secundum quòd donauit poſſeſſionem tan
tum rei ſuæ. Tertium quòd donauit rem ſuam
cum poſſeſſione. Quartum quòd donauit poſ-
ſeſſionem ſuam de re aliena. Sed contra om-
nes iſtos intellectus facit: quia per tantas uarie
tates non tollitur contrarium de uerbo cedere,
quod nequè in re ipſa, nequè in poſſeſſione po
teſt conuenire, & ſi tenemus quòd poſſeſſio ſit
facti omnino; concluſio eſt falſa: quia facta ce
di non poſſunt. §. ſed cum factum. inſti. de ſti
pulatio. ſeruorum. ſi etiam tenemus quòd poſ
ſeſſio ſit iuris ad huc cedi non poteſt: quia ce-
dere eſt ius ſuum in alium transferre. Sed poſ-
ſeſſio nunquàm in alium transferatur. Vnde ſi
moriatur poſſidens licèt cætera iura transferan
tur in hæredem tamen poſſeſſio defuncti extin
guitur, & hæres nouam poſſeſſionem ſibi acqui
rit. l. cum hæredes. infra eodem. & l. prima.
§. Scæuola. ſi quis teſtamento liber eſſe iuſſus
fuerit. Idem eſt ſi quis alienet rem ſuam. nam
poſſeſſio in perſona ſua extinguitur, & incipit
noua poſſeſſio in accipientem, ut no. in l. quod
meo. infra eodem. ubi Sozi. in ij. no. & Clau-
dius no. & dixi etiam ſupra in l. prima. in fun
damentis, quòd poſſeſſio facti ſit. unde adhuc
ſtat totum contrarium quale debeat eſſe thema
iſtius tex. cum poſitum fuerit uerbum cedere.
7 Vnde quintus poteſt dari intellectus † quòd
iſte tex. intelligatur de donatione rei uel poſ-
ſeſſionis cumulando omnes dictos intellectus
præcedentes, ſed tamen ultra donationem ma
ritus ipſe diſceſſerit corpore de re, & mandaue
rit ut uxor ipſa ingrediatur animo acquirendi
poſſeſſionem, tunc enim poſſeſſio dicitur ceſſas
quia diſcedendo renuntiauit poſſeſſioni, & ius
poſſidendi quòd ipſe habebat, tranſtulit in per
ſonam uxoris, cum quo potuit acquirere poſ-
ſeſſionem. Vnde reſpectu ipſius iuris poſſiden
di, uerificatur uerbum cedere, quòd de una per
ſona ad aliam transfertur, & ſumendo poſſeſ-
ſionem pro eo, poſſeſſio ipſa uidetur ceſſa, &
iſte intellectus ſuadetur ex uerſi. finali. ubi præ
ſupponitur quòd maritus amiſit poſſeſſionem,
& ſi deduxiſſet uxorem in fundum, non dicere
tur amiſiſſe, per l. qui me in uacuam. infr. eo.
Conſtituas igitur thema firmando hos ter-
8 minos, † quòd hic maritus donauit rem pro-
priam ſimul cum poſſeſſione, uel poſſeſſionem
tantum rei ſuæ, uel poſſeſſionem ſuam rei alie
næ. nam omnes iſti caſus uirtualiter compræ-
henduntur, & cumulatiuè intellectus omnes
ſunt ueri, non priuatiuè, ſed poſteà addas quòd
maritus diſceſſit à poſſeſſione, uel dixit quòd
non uult poſſidere, ita quòd amiſit poſſeſſio-
nem, & fecit quòd mulier corpore ingredere-
tur poſſeſſionem, quòd benè nota: quia infra
habebis maximum effectum.
9 Secundum eſt dictum † in hoc. §. pleriquè pu
tant poſſidere eam, in quo conueniunt omnes,
quòd ponitur deciſio ſuper themate, tamen
quia utitur uerbo poſſidere, & non diſtinguit
de qua poſſeſſione, & habemus circa qualitatẽ
iſtius poſſeſſionis uaria iura cum in dicta leg. ſi
eum. ſupra de donationibus, dicatur quòd de
iure ciuili non poſſidet, & in l. j. §. deiici-
tur. infra de ui, & ui armatà, dicatur quòd na
turaliter, & non ciuiliter poſſidet, ut infra. in
l. quod uxor. dicatur quòd pro poſſeſſore poſſi
det, & in l. j. §. fi. infra pro donato. dicatur
quòd non poteſt uſucapere, etiam ſoluto matri
monio, inducitur magna dubitatio qualis ſit
iſta poſſeſſio quam uxor habet, & quam ſpe-
ciem conſequatur. Propterea iſte uerſi. quoquè
recipit uarios intellectus conſtituentes uarias
deciſiones ad thema propoſitum.
Et primus eſt intellectus quòd iſta mulier
habeat naturalem poſſeſſionem: quoniam in di
cta l. ſi eum. dicitur quòd iure ciuili non poſſi
det, & in dicto. §. deiicitur. ponitur quòd na
turaliter poſſidet, & addit Iaſ. in fin §. notabili
rationem

rationem: quia ciuilis poſſeſſio eſt illa quæ pro
ducit uſucapionem, ut uoluit Bar. ſupra in leg.
prima. & hæc poſſeſſio non producit uſucapio
nem, nequè apta eſt producere ſoluto matrimo
nio. dicta l. prima. ſ. fin. infra pro donato,
ergo, ciuilem poſſeſſionem non habet. Sed
tamen iſte intellectus uiolat literam, qui ſim
pliciter dicit poſſidere eam, & obſtant multa
alia quæ inf. ponam.

Vnde ſecundus eſt intellectus quòd hic deci
datur mulierem habere illam antiquam poſſeſ-
ſionem informem, & ita conueniat tex. in d. l.
ſi eum. quòd iure ciuili non poſſidet, plena
tamen eſt. Sed tamen nec iſta reſtrictio eſt bo-
na ex eo: quia illa antiqua poſſeſſio non retine
batur animo, mulier autem retinet ſuam poſ-
ſeſſionem animo: quia habet remedia poſſeſſo
ria, dicta l. ij. ſ. deiicitur. de ui, & ui armata.
alias cogeretur iudex accedere ad eam, ut per
glo. in l. j. C. uti poſsi.

Ideò tertius datur intellectus quòd hæc mu-
lier habeat plenam poſſeſſionem, ſed tantum-
modo de iure naturali, id eſt, naturaliter, non
autem ciuiliter, ut diſtinguit tex. in dicto. ſ.
deiicitur, quæ expoſitio ſatis eſſet bona. ſi te-
neremus opinionem Azo. quòd unica ſit poſſeſ
ſio cum dictis diuerſis qualitatibus, ſed quia eã
practica nõ recepit nec nos ſup. recepimus ideò
intellectus non eſt bonus. Quare tertius eſt in
tellectus quòd iſte textus intelligatur de omni
poſſeſſione tam ciuili quàm naturali, pro ut in
nuit tex. ſimpliciter dicens poſſidere eam, er-
go in totum, & hanc opinionem tenet Iaſ. hic
in quinto notabili in fi. & tenuit etiam in leg. j.
reſpondendo ad unum contrarium. Et mihi
placet, probatur per tex. in l. quod uxor. inf.
eodem. qui dixit quòd pro poſſeſſore poſſidet,
& qui poſſidet pro poſſeſſore, habet omnem
poſseſſionem quàmuis iniuſtam, & ſine titulo,
ut probatur in l. non ſolum. ſ. primo. inſ. de
uſucapionibus. & in l. ſi quid poſſeſsor. de peti-
tione hæreditatis. Sicut etiam uidemus quòd
uiolentus poſſeſſor contra legem tenet, & ta-
men habet utranquè poſſeſſionem, auct. malæ fi
dei. C. de præſcriptio. long. temp. & l. clam.
ſ. qui ad nundinas. inf. eod. & l. ſi quis ad ſe
fundum. C. ad l. Iuliam de ui.

Nec obſtat ratio Iaſ. quòd non producat uſu
capionem: quia illa retorquetur in contrariũ,
quoniam imò apta eſt producere uſucapionem,
ſi tollatur prohibitio legis, quod eſt quando
maritus poſt diuortium confirmat donationẽ.
nam tũc uxor poteſt uſucapere cum eadem met
poſſeſſione, ut dicitur in dicta l. j. ſ. fin. infra
pro donato. qui reddit rationem, quòd mulier
taliter poſſidet, ut poſſit uſucapere. unde ue-
rificatur diffinitio Barto. de ciuili poſseſſione
dum ipſe allegauit tex. in l. non ſolum. ſ. j. inſ.
de uſucapio. & facit tex. cum glo. in l. Papinia
nus. ſupra de donatio. int. uir. & ux. & l. dona
tiones quas parentes. C. de don. int. uir. & ux.

ubi eadem poſseſſio ſuperueniente morte po-
teſt transferre dominium, & facere acquiſitio-
nem fructuum dicta l. de fructibus. & leg. fru-
ctus. C. eod.

Concludas igitur firmando terminos iſtius
10 deciſionis † quòd hic deciditur mulierem poſ-
ſidere, id eſt, habere utranquè poſseſſionem tã
ciuilem quàm naturalem, tamen quia reſiſtit ei
lex, non conſequitur effectus ciuiles illarũ poſ-
ſeſſionum, & propter hoc dicitur poſſidere pro
poſſeſsore, & tantummodo habet ius retentio
nis, & recuperationis, & ita aliquos effectus ci
uiles conſequitur, ſicut quilibet alius uiolentus
poſseſſor qui prohibente lege dicitur poſſidere

11 Non obſtat ſi dicatur † quòd tex. in d. l. pri-
ma. ſ. fi. infra pro donato loquitur de donatio
ne rei alienæ ex eo: quia facit mentionem de
uſucapione quæ non poteſt cadere niſi in dona
tione rei alienæ, quo caſu donatio ualet, ut ſup.
dictum fuit per l. ſi uir uxori. infra eod. nam
reſpondetur quòd imò non poteſt loqui de do
natione rei alienæ, ex eo: quia uſucapio proce
deret conſtante matrimonio, l. ſed ſi conſtan-
te. ſupra de donationibus inter uirum. & uxo
rem. & dicta l. ſi uir uxori. infra pro donato.
Vnde intelligi debet quòd erat mariti, & per
nouum titulum ſine mutatione poſseſſionis, in
cœpit ipſa poſse uſucapere contra maritum, ſi
forſan allegaretur imperfectio donationis quæ
fit ſine mutatione poſseſſionis, & ille tex. fun-
dat ſuam deciſionem: quia illa mulier poſſide-
bat, & per illam poſseſſionem ſuperueniente
nouo titulo poſset uſucapere, iuxta l. non ſo-
lum. ſ. primo. de uſucap. Vel ſecundo reſpon
detur fatendo quòd loquitur de re aliena pro
ut ſonat natura uſucapionis, ſed tamen debet in
telligi de re per ipſum maritum debita alteri,
quo caſu quodammodo uidetur aliena per leg.
qui actionem. de regul. iur. uel quòd licèt res
eſset aliena, tamen maritus habebat uſumfru-
ctum, uel uſum, uel ius pignoris in quo pro-
pter donationem effectus fuit Pauperior, quo
caſu donatio à principio non ualuit, dicta leg.
inter uirum. ſupra de donatio. inter uirum, &
uxorem cum glo. & hæc ſuperueniente poſteà
titulo potuit uſucapi, & hic uidetur neceſsarius
intellectus propter dictam l. ſi uir uxori. quæ
immediatè ſubſequitur, & dicit donationem
incontinenti procedere.

Non obſtat dicta l. ſi eum. ſ. primo. ſup. de
donatio. inter uirum, & uxorem, ubi dicitur
quòd non habet ciuilem ſeu quòd non poſſidet
iure ciuili: quia reſpondetur quòd non negat
quin habeat ciuilem poſseſſionem, ſed ſolum
dicit quòd non producit effectus ciuiles, & ef-
fectum uſucapionis, & productionis fructuum.
prædictæ tamen opiniones poſſunt reduci ad
concordiam ut mentaliter ad idem intendant,
licèt differant in uerbis, ut dicam infra ſuper
glo. ſecunda.

12 Tertium eſt dictum † quòd res facti iure ciui

ſi infirmari non poteſt, concordat text. in l. in
bello. §. factæ. infra de cap. ſed tamen quia iſte
tex. non exprimit quæ ſit illa res quam Iuriſcō
ſultus dicat facti eſſe, cum in acquiſitione poſ-
ſeſſionis interueniat traditio, atquè apprehen
ſio, & poſſeſſio ipſa, uariis modis in iure ca-
piatur, & uarias ſubſtantias habere aſſeratur,
propterea, & hoc dictum ambiguum eſt ſicut
præcedentia, ut tradantur uarii intellectus per
quos conſtituantur omnes uariæ rationes deci
dendi, quoniam omnes conueniunt, quòd per
dicta uerba ponitur ratio decidendi, in text.&
cum communiter docto. præſupponant, quòd
poſſeſſio omnis tam ciuilis quàm naturalis di-
catur eſſe iuris, ita quòd hæc ratio in ſubſtan-
tia poſſeſſionis non poſſit uerificari, conan-
tur tradere uaria ſubiecta, de quibus loquatur
hæc ratio.

13 Et primus eſt intellectus † quòd hæc ratio re
feratur ad traditionem, quem poſuit Sozi. io-
fra in ſecundo notabili, ut ſit ſenſus, ꝙ non ob
ſtante titulo reprobato, mulier acquirit poſſeſ
ſionem: quia ipſa prouenit à traditione rei, quę
traditio facti eſt, & iure ciuili infirmari non
poteſt, quæ expoſitio apertè eſt contra tex. Pri
mò quia non apparet quòd loquatur de tradi-
tione propter uerbum cedere, quod ſecundum
aliquos intellectus refertur ad ceſſionem poſſeſ
ſionis, ſine traditione, & ſecundum intellectum
quem poſui qui mentaliter eſt communis, ma-
ritus diſceſſit à re, & mulier ipſa ingreſſa fuit
poſſeſſionem. Secundò etiam tenendo quòd
loquatur de traditione rei, nec etiam expoſi-
tio eſt bona, ex eo: quia ratio non concluderet,
cum non ſequatur, traditio non poteſt infirma
ri ergo mulier poſſidet: quoniam traditio facti
eſt, poſſeſſio autem iuris eſt, ſecundum eum.
Vnde non ſequitur traditio infirmari non po-
teſt quæ facti eſt, ergo poſſeſſio quæ iuris eſt in
firmari non poteſt, ut per Bar. in l. ſi is qui pro
emptore. in iij. charta. uerſi. iij. quæro. infra de
uſucapioni. dum dixit quòd in his quæ ſunt iu
ris lex uerè diſponit: quia ad libitum annulla-
re poteſt, & hoc probatur: quia omnes conſen
tiunt quòd impeditur dominii tranſlatio, non
obſtante traditione, dicta l. iij. §. ſciendum. at
què etiam cæteri effectus ciuiles poſſeſſionis, di
cta l. ſi eum. ſupra de donatio. inter uirum, &
uxorem. & eſt tex. in l prima ſup. de fundo do
tali. Vnde apparet quòd hęc ratio non eſſet con
cludens, nequè digna Iuriſconſulto, nec pro-
deſt ſaluatio quàm ipſe Sozi. poſuit in iij. nota
bili pro ut ſtatim dicam ſuper quarto dicto.

Quare ſecundus datur intellectus ad illa uer
14 ba, † quòd loquatur de apprehenſione quæ fa-
cti eſt, qui intellectus magis uidetur conueni-
re propter uerbum cedere, in quo neceſſaria eſt
appræhenſio, ut ſupra expoſui, & uidetur ma-
gis communiter teneri, per docto. hic; & in l.
j. ſupra. dum dicunt quòd poſſeſſio donec eſt
in fieri facti eſt, & poſtquam eſt deducta in eſ-
ſe, eſt iuris. Ideò dicunt quòd iſte tex. loqui-
tur de apprehenſione quæ facti eſt, & infirma-
ri non poteſt. Sed tamen nec iſta expoſitio eſt
bona: quia reddit rationem eluſoriam, & non
concludentem, & non dignam Iuriſconſulto,
quoniam licèt apprehenſio infirmari non poſ-
ſit, tamen poſſeſſio quæ ab ea prouenit ſi iuris
eſt, infirmari poteſt, & ſicut dominium ab ea
proueniens infirmatur, dicta l. iij. §. ſciendum.
atquè etiam omnes effectus ciuiles poſſeſſionis
infirmantur, dicta l. ſi eum. infra de donatio.
inter uirum, & uxorem. non obſtante quòd ap
prehenſio ſit facti, & infirmari non poſſit. er-
go eodem modo, & poſſeſſio quæ iuris eſt in-
firmari poſſet, & ſic ratio non concluderet. &
facit d. l. j. C. de fund. dotali. & l. non dubium
C. de legibus.

Quare tertius datur intellectus ad dicta uer-
15 ba † quòd loquitur de poſseſſione informi. quæ
facti eſt, qui intellectus habet minores ſpinas
ex eo: quia facit rationem loqui de ſubſtantia
poſſeſſionis quæ facti eſt, & per conſequens ra
tionem concludenter probare, quare mulier
poſſideat, non obſtante titulo reprobato: tamē
poſtea ex alio non eſt bona: quia præſupponit
quòd mulier tantummodo poſſideat, cum illa
poſseſſione informi antiqua, quod non poteſt
ſtare ex eo: quia illa non eſt apta producere uſu
capionem. hæc autem apta eſt producere uſuca
pionem, per dictam legem primam. §. fi. inf.
pro donato. Item poſseſſio informis non po-
terat retineri animo, hæc autem quam habet
uxor poteſt retineri animo: quia competunt
pro ea remedia poſseſſoria dicta lege prima. §.
deiicitur. infra de ui, & ui armata, & ſequere
tur abſurdum, quòd iudex cogeretur accedere
ad eam, ut ponit glo. in l. prima. in glo. pri-
ma circa medium. C. uti poſſide. & tetigit ſæ-
pius Bar. in l. prima ſupra eodem. unde appa
ret quod neceſsariò hæc mulier dicitur habere
poſseſſionem formatam à iure ciuili, ſicut qui
libet uiolentus poſseſſor, & iniuſtus poſseſſor
quibus poſseſſio non producit effectus ciuiles,
& tamen habent ciuilem, & naturalem poſseſ
ſionem, pro qua competunt remedia poſseſ-
ſoria l prima. §. ſi à me. inf. de ui, & ui arm. & l.
j. §. fi. infr. uti poſſid.

Quare Alcia. tradebat quartum intellectum
16 ad dicta uerba, retinens illam qualitatem, †
quòd referantur ad poſseſſionem quæ in ſub-
ſtantia ſit facti. ſed tamen ipſe dicit mulie-
rem habere poſseſſionem naturalem tantum,
de iure naturali formatam quæ dicitur eſse
facti: quoniam ea, quæ ſunt iuris gentium,
uel formata à iure gentium, dicuntur eſse
facti, per l. ſi unus. §. pactus ne peteret ſu-
pra de pactis. ubi pactum facti eſt, & ſtipu-
latio iuris, ergo poſseſſio naturalis eſt facti;
& poſseſſio ciuilis iuris, & facit lex nec ſeruus.
ff. de peculio, & hanc ſuam opinionem probat
per dictam legem ſi eum. §. primo. de dona-
tionibus

tionibus inter uirũ, & uxorem. quæ dicit quòd mulier iure ciuili non poſſidet, & dictam l. j. §. deiicitur. infra de ui, & ui armata, quæ dicit quòd naturaliter tenet. Sed tamen nec iſta expoſitio bona eſt ex eo: quia reincidit in præcedentem, quòd habeat illam poſseſsionem informem; quia illa ſola habet formam à iure gentium. poſseſsio uerò naturalis corporalis, & ciuilis de qua in titulo noſtro, dicitur eſſe formata à iure ciuili, ut declarat Bar. quem ſequuntur communiter doctor. in leg. j. ſupra eodem. in tertia quæſtio. principali, ubi plenius tetigimus.

Vnde obſtant ea quæ dicta ſunt in præcedenti intellectu: quia hæc poſseſsio quam habet mulier eſt apta producere uſucapionem, atquè etiam retinetur animo, quæ duo non conueniunt poſseſsioni formatæ à iure gentium. Secundo obſtat: quia aſsumptum ſuum eſt falſum, quòd formata à iure gentium facti ſint: quia imò ius gentium iuris eſt, ſicut & ius ciuile, & implicat contradictionem, ut declaraui reſpondendo omnibus iſtis in dicto. §. pactus ne peteret, & tetigi ſupra in l. prima. & in tracta. meo de differentia, & multiplici ſignificatione iuris, & facti. Ex quibus apparet quòd iſta ratio non poteſt intelligi neque de traditione neque de apprehenſione: neque de poſseſsione informi: neque de poſseſsione naturali tantum.

17 Et propterea neceſsarius eſt quintus intellectus, † quòd iſte tex. loquatur de utraque poſseſsione tam ciuili quàm naturali, & quòd utraque dicatur eſse facti, & propter hoc quòd utraque ſit facti ius ciuile eam infirmare non poſſit. Vnde ſenſus traditur ad textum noſtrum quòd quàmuis titulus ſit, reprobatur tamen quòd plerique dicunt eam poſſidere, id eſt, habere ciuilem, & naturalem poſseſsionem: quoniam utraque poſseſsio in ſubſtantia ſua eſt facti, & ius ciuile eam infirmare non poteſt. nam cum mulier de facto ingreſsa ſit poſseſsionem, & incæperit corpore, & animo poſſidere, & perſeueret in hac ſua inſiſtentia, & animi operatione ſucceſsiua, quæ facti eſt, lex eam infirmare non potuit. Vnde fecit quod potuit: quia prohibuit acquiri dominium, prohibuit quoque acquiſitionem fructuum in præiudicium mariti, atque alios ciuiles effectus uſucapiendi: quia iuris erat, & ea annullare poterat, Et propterea non obſtat text. in dicta leg. ſi eum: quia loquitur de ipſis effectibus iuris ciuilis, quibus ceſſantibus quodammodo ſecundum imaginationem iuris ciuilis non uidetur poſſidere, & hac ratione dicitur quòd naturaliter non ciuiliter habetur, in dicta leg. prima. §. deiicitur. id eſt, cum operatione naturali corporis, & animi, atque etiam ſine titulo: quia lex annullat titulum, & facit quòd mulier dicatur poſſidere pro poſseſsore, & ſine titulo dicta l. quod uxor. infr. eodem. & ita declarando omnes difficultates uidentur ceſsare.

18 Quartum eſt dictum in uerſi. quòd attinet. † uidelicet quid attinet dicere mulierem non poſſidere, cum maritus ubi noluerit poſſidere, protinus poſseſsionem amiſerit, in quo dicto omnes conueniunt, pro ratione rationis decidendi, & pro confirmatione eiuſdem. Sed tamen poſteà dubitant quomodo adaptetur ad præcedentia, & communis intellectus eſt, ꝙ adaptetur, reſpondendo cuidam tacito, & urgenti contrariò: nam cum dictum fuerit, quòd non obſtante reprobatione tituli mulier habet plenam poſseſsionem, propter illam rationem: quia res facti iure ciuili infirmari non poteſt, poterat fortiter opponi ꝙ imò lex ciuilis poteſt infirmare omnia facta, cum ſit altera natura, ſicut Deus: & ideò uidemus quòd infirmat mortem, & facit aliquem uiuere. §. primo. inſti. de excuſation. tutorum, atque infirmat captiuitatem, faciendo quòd ſemper uideatur eſse in ciuitate, leg. retro. infra de capti. & generaliter omnia facta infirmare poteſt cum ſuis fictionibus: quia fictio adhunc ſolum finem introducta fuit, ut facta infirmet, & per Bartol. in leg. ſi is qui pro emptore. in materia fictionis. infra de uſucapionibus. & in ſpecie de poſseſsione, quòd eam infirmet, & faciat non acquiri, & non amitti, eſt textus in leg. iubemus. §. ſanè. in fi. cum glo. C. de ſacr. ſanc. eccleſ. & leg. poſseſsionem pupillum. infra eodem. ergo uidetur quòd ratio aſsignata in tex. uana ſit: quia imò ea quæ facti ſunt, & in ſpecie poſseſsio infirmari poteſt.

Ad iſtud tacitum contrarium confirmando rationem reſpondet Iuriſconſultum in hoc uerſicul. quod attinet, fatendo quòd lex infirmare poteſt omnia facta, & poſseſsionem per ſuam fictionem, quando uult fingere, ſed tamen dicit quòd lex non ſemper recurrit ad fictionem, ſed ſolum ad hoc ſubſidium recurrit, quando eſt aliqua æquitas urgens, uel aliqua utilitas apparens, ideò dicitur in leg. deniquè. & in leg. nec nullam. ex quibus cauſis maiores. quòd lex non fingit captiuum poſſidere, neque uſucæpiſse: quia iniqua eſſet hæc operatio legis, cum ſuſtineret iniquitatem uſucapionis, quæ appellatur iniquum præſidium. Eadem ratione nec lex recurrit ad hoc ſubſidium, quando non eſt utilitas ne fruſtratoriam faciat ſuam operationem, & ſine cauſa repugnet naturæ iuxta text. in §. minorem. inſti. de adoptionibus. in propoſito autem caſu, lex noluit cum ſua fictione infirmare poſseſsionem: quia non eſset utile, attento ꝙ ut inquit Iuriſconſultus ipſe maritus diſcedendo à re, uel cum uerbis, demonſtrauit ꝙ nollebat poſſidere, & propter deficientiam animi amiſit poſseſsionem, iuxta leg. iij. §. in amittenda. & l. ſi quis ui. §. differentia. infra eod. & ipſa mulier

ingreſſa fuit poſſeſſionem uacantem . unde ſi fa
ceret mulierem fingi non poſſidere ,faceret poſ
ſeſſionem uacare, ut nequè maritus,nequè uxor
poſſideret , & ſic nullam utilitatem faceret ip
ſi marito , & ſi uellet maritum poſſidere , indu
ceret iniquitatem , ut maritus contra uolunta-
tem ſuam poſſideret , & iſte eſt communis in-
tellectus , quem approbant doctor. hic , & in
dicta leg. ſi is qui pro emptore . infra de uſu-
capio . & per iſtum tex. & dictam legem . deni-
què. Bar. poſuit unam concluſionem generalem,
quòd lex nunquàm fingit iniquum , ſed ſolum
fingit quando æquitas urget , uel aliqua utili-
tas inſurgit .

Sozi. tamen hic in tertiò notabili repræhen-
dit hunc communem intellectum , & dicit eum
19 non eſſe de mente tex. ex eo : † quia nullam fa-
cit mentionem de fictione,neq; cogitauit reſpó-
dere ad aliquod contrarium de fictione , quod
patet : quia dicit quid attinet dicere non poſſi
dere mulierem per uerba denotãtia ueritatem ,
cum ſecundum intelligentiam doc. oportuiſſet
quòd textus diceret , quid attinet fingere mu-
lierem non poſſidere , uel fingere maritum poſ
ſidere . Ideò ipſe dat alium intellectum ad il-
la uerba dicens , quòd reſpondet tacito con-
trariò urgenti circa ueram potentiam iuris ,
præſupponendo tamen quòd poſſeſſio iuris ſit ,
pro ut ipſe ſemper tenuit , & quòd uerba il-
la : quia res facti referantur ad traditionem ,
uel apprehenſionem , ut talis ſit ſenſus pleri-
què putant eam poſſidere : quia traditio ſeu
apprehenſio facti eſt , quæ iure ciuili infir-
mari non poteſt. Tamen iſta ratio non conclu-
dit de poſſeſſione , cum ipſa poſſeſſio iuris ſit ,
& cum ueritate lex eam infringere poſſet, ſicut
dicitur in dicta l. iubemus . §. ſanè . in fi. C. de
ſac. ſanct. eccleſ. & in l. poſſeſſionem pupillum.
inf. eod. & facit quòd creditor non poſſideat
pignus quantum ad uſucapionem . l. qui pigno
ris . & l.j. §. per ſeruum corporaliter. infr. eo. &
uidemus quòd lex facit quòd ſeruus uerè non
poſſidet, l. quod ſeruus. cum glo. corporaliter. in
fra eo. Ideò uidebatur quòd contrarium eſſet
ualde urgens, & ratio non concluderet , idcirco
ipſe dicit ſubiectum eſſe hunc uerſiculum , di-
cendo quid attinet facere mulierem non poſſi-
dere , & infirmare poſſeſſionem , quoniam ſi
lex faceret , fruſtra laboraret : quoniam mari-
tus noluit poſſidere , & ſi etiam mulier non poſ
ſideret , remaneret poſſeſſio uacans , & ſic po-
tius damnum quàm utilitatem induceret , ut
hic latius per eum .

Sed tamen iſte intellectus nec etiam teneri
debet ex eo : quia ſi tenemus opinionem quam
ego ſupra firmaui , quòd poſſeſſio ſit facti ,
& quodammodo neceſſariò debet dici , per
declarationem poſitam in præcedenti uerſicu.
tunc hæc expoſitio contradicit literæ : quia
uerè lex nequè circa poſſeſſionem poterat di-
ſponere , & tantummodo per fictionem , ſin-
autem tu uis tenere quòd poſſeſſio ſit iuris ,
adhuc etiam intellectus ſtare non poteſt : quia
nos uidemus , quòd lex noluit eam cum titulo
poſſidere , lege quod uxor . infra eodem . at-
què etiam poſſidere iure ciuili lege ſi eum .
infra eodem . atquè nec etiam producere ci-
uiles effectus , dicta lege ſi eum . & lege pri-
ma . §. final. infra pro donato . ergo apparet
quòd lex circa iura fecit quidquid potuit , &
ſi noluiſſet infringere poſſeſſionem quæ iuris
eſt , nec etiam uoluiſſet infringere ſuos effe-
ctus ciuiles , & propterea apparet quòd lex
fecit quidquid potuit in hac poſſeſſione in-
firmanda . & ſi potuiſſet infirmare poſſeſſio-
nem, etiam feciſſet , ſicut uoluit donationem
de poſſeſſione non ualere , dicta leg. inter ui-
rum . de donatio. inter uirum , & uxorem .
20 Quare † teneas primum intellectum qui commu
nis eſt , quòd tacitum contrarium erat de fi-
ctione , & reſpoſio eſt quòd lex noluit fingere,
quia non erat utile .

Ex quibus habes declaratam totam hanc li-
teram quæ ita uaria , & ambigua eſt , atquè fir-
matos terminos , ut poſſis ſecurè deuenire ad
21 figurationem caſus , & quòd thema eſt , † do-
nationem fuiſſe factam uel de re mariti , & poſ
ſeſſione , uel de poſſeſſione rei mariti tantum ,
uel de poſſeſſione mariti rei alienæ . Sed ta-
men hoc additur propter uerbum cedere, quòd
maritus diſceſſit corpore , à poſſeſſione , uel di
xit nolle poſſidere , dando poteſtatem uxo-
ri , ut ingrediatur , & uxor ipſa ingreſſa fuit
poſſeſſionem corpore , & animo eam conti-
nuando , ſuper quo themate ponitur deciſio .
Plerique putant poſſidere eam , id eſt , eam
habere poſſeſſionem ciuilem , & naturalem, po
ſteà additur ratio decidendi : quia res facti ,
iure ciuili infirmari non poteſt , id eſt : quia
utraquè poſſeſſio in ſubſtantia facti eſt, & con-
ſiſtit in operatione animi , & corporis , iure
ciuili infirmari non poteſt . poſteà additur uer
ſic. quod attinet , ut tollatur tacitum contra-
rium : quoniam licèt uerè lex non poſſet in-
firmare poſſeſſionem , tamen fictè poterat, fa-
ciendo quòd maritus fingeretur non amiſiſſe
poſſeſſionem , & ipſam mulierem non appre-
hendiſſe eam , dicta l. iubemus . §. ſanè . Sed
reſpondet Iuriſconſultus fatendo quòd lex po
tuiſſet poſſeſſionem infirmare cum fictione,
ſed tamen dicit quòd non fecit quia noluit ta-
cere : tum quia non erat æquum : tum quia non
erat utile : quoniam maritus cum animo ſuo
deſierat poſſidere , & fingendo mulierem poſ
ſidere redderet poſſeſſionem uacuam ſine uti-
litate , & ſi faceret maritum retinere poſſeſſio
nem , faceret eum poſſidere ſine animo , &
contra uoluntatem ſuam , quod eſt iniquum .
quæ bene nota , & hæc ſufficiant ad generalem
declarationem literæ .
22 Quibus ſic expeditis deuenio ad tex. † qui
diuiditur in tres partes ſecundum doctor. ta-
men ſe-

men ſecundum præcedentem declarationem apparet quòd diuiditur in quatuor. In prima ponitur thema, in ſecunda ponitur deciſio, in tertia ponitur ratio decidendi, in quarta ponitur comprobatio rationis. ſecunda ibi pleriq;, tertia ibi, quia res facti, quarta eſt ibi, quid attinet. Summatur ſecundum Bar. ex inutili contractu transfertur poſſeſſio, quod ſummarium licèt ſit uerum in ſe, tamen potius ſummat materiam quàm literam iſtam. Ideò tu potes tex. hoc modo ſummare. Si donationis cauſa poſſeſſio cedatur coniugi ex ingreſſu ipſius acquiritur poſſeſſio ciuilis, & naturalis: quia utraquè facti eſt in ſubſtantia. & noluit lex infirmare per fictionem: quia non erat æquum neq; utile.

23 Caſus ita breuiter fingi poteſt. ‡ Maritus quidam illecebris uxoris inductus, donauit eidem fundum ſuum, uel prædium ſuburbanum, uel poſſeſſionem fundi, in quo habebat uſumfructum, uel poſſeſſionem alterius rei ſuæ, quia omnes iſtos caſus determinat iſte tex. tamen propter uerbum cedere, additur quòd ipſe maritus diſceſſit corpore à poſſeſſione, uel dixit ſe nolle poſſidere, dicendo eidem mulieri quòd cedebat omne ius poſſidendi, & inſiſtendi, & ipſa corpore, & animo ingreſſa fuit poſſeſſionem, & eam ſemper continuauit. Euenit poſteà peracto aliquo tempore quòd ipſa eiecta fuit de poſſeſſione, uel ab ipſo marito pœnitentia ducto, uel à filiis, uel aliis extraneis, unde ipſa more Siculorum intentauit ſpolium, & interdictum de ui, & ui armata, ne dominium, & titulum probare teneretur. Opponebatur quòd ipſa non poſſidebat, & non probauerat extrema neceſſaria, quòd ipſa poſſediſſet, & ideò dicebant eam reiiciendam eſſe à petitione: quia ex titulo reprobato non poterat poſſidere: ipſa uerò replicabat quòd imò ipſa uerè poſſidebat, cum naturali, & ciuili poſſeſſione, & quòd ei competebat illud interdictum, fuit quæſitum quid iuris. Secundum etiam exemplum potes ponere, quòd ipſa mulier continuauit poſſeſſionē, & quòd facto diuortio maritus confirmauit donationem, & ita poſſedit per decem annos poſteà conueniebatur rei uendicatione, tanquàm ipſa teneret, & poſſideret rem alienam ex titulo reprobato, ipſa uerò dicebat quòd habebat ex titulo uerò, & quòd eam uſucæperat per decennium. Duplicabant illi quòd non poſſederat, ideò non poterat uſucapere, fuit quæſitum quid iuris? Et rationes dubitandi erant, & uidebatur dicendum quòd ipſa nunquàm poſſediſſet.

Primò: quia titulus donationis eſt reprobatus, l. prima. ſupra de donatio. inter uirum, & uxorem, & cum ſit contra legem, actus fuit nullus, & quidquid ſequitur ex eo, lege non dubium. C. de legibus. & lege prima. C. de fundo dotali.

Secundò allegabatur tex. in lege tertia. §. ſciendum. eodem titulo. ubi dicitur quòd dominium non transfertur, & traditio annullatur, ergo & poſſeſſio.

Tertiò faciebat textus. in leg. inter uirum. eodem tit. ubi dicitur quòd non ualet donatio poſſeſſionis, ergo nec poſſidere poteſt ex titul. reprobato.

Quartò faciebat tex. in l. ſi eum. eo. tit. ubi dicitur quòd iure ciuili non poſſidet, ergo nec uſucapere, nec remedia poſſeſſoria ciuilia habere poteſt.

Quintò faciebat l. j. §. inter uirum. infra pro do. ubi dicitur quòd non poteſt uſucapere etiam poſt ſolutum matrimonium: ergo non poſſidet ſaltem ciuiliter.

Sextò faciebat textus in leg. ſi me in uacuam. infra eodem. ubi quando non poteſt acquiri poſſeſſio ingredienti remanet penes dantem, ergo & penes maritum uidebatur remanſiſſe poſſeſſio.

Septimò faciebat ratio generalis, quòd lex poteſt infringere omnia facta cum ſua fictione, ergo & hunc ingreſſum uxoris uidetur infirmaſſe reprobando titulum.

Octauò faciebat text. in leg. iubemus. §. ſanè. C. de ſacr. ſanct. eccleſ. & leg. poſſeſſionem pupillum. infr. eodem. ubi lex operatur ingredientem non poſſidere, & primum retinere poſſeſſionem.

His tamen non obſtantibus contrarium fuit determinatum in tex. noſtro. quòd imò ipſa mulier habeat utranquè poſſeſſionem naturalem, & ciuilem; & ideò competat interdictum de ui, & ui armata, l. j. §. deiicitur. infra de ui, & ui arma. atquè etiam per nouum titulum poſſit uſucapere ex poſſeſſione prima: per l. j. in fi. inf. pro donato, & ratio decidendi ponitur in textu: quia licèt titulus ſit reprobatus à lege, & annullatus, tamen poſſeſſio non fuit infirmata, nequè annullata: quia utraquè poſſeſſio facti eſt, & conſiſtit in operatione animi, & corporis mulieris, ideò annullari non potuit: quia res facti, iure ciuili infirmari non poteſt.

Non obſtant allegata in contrarium. Et primò quod ex tit. reprobata omnia quæ ſequuntur ſunt nulla, l. non dubium. C. de legi. reſpondetur quòd uerum eſt in his quæ ſunt iuris, ſecus autem in his quæ ſunt facti, pro ut eſt poſſeſſio.

Non obſtat lex. iij. §. ſciendum: quia loquitur de dominio quod iuris eſt, & impedit, nos de poſſeſſione quæ facti eſt, & non poteſt impediri nec facit quòd ibi tex. ſubdit traditionem annullari: quia intelligitur quantum ad effectum dominii non poſſeſſionis.

Non obſtat lex inter uirum: quia loquitur de titulo donationis, & de utilitate ex poſſeſſione, non autem de ipſa poſſeſſione in ſubſtantia.

Non obſtat lex ſi eum: quia ibi non dicitur quòd non poſſideat, ſed ſolum quòd iure ciuili non poſſidet, id eſt, non habet effectus

ciuiles, & illa poſſeſſio ciuilis non poteſt producere uſucapionem, neque acquiſitionem dominii, uel fructuum.

Non obſtat l. ſi me in uacuam: quia procedit: quando poſſeſſio nullo modo acquiritur, hic uerò poſſeſſio in ſubſtantia acquirebatur. Item ibi ille nolebat deſinere poſſidere ſine effectu, hic uerò uolebat omninò deſinere poſſidere ut etiam ibi no.

Non obſtat ratio generalis: quia illa procedit quando lex per fictionem uult annullare, tunc enim omnia facta poteſt annullare, ſed hic non loquimur de poteſtate fingendi, ſed de poteſtate uerè annullandi, quam ipſa non habet in his quæ ſunt facti.

Non obſtat l. iubemus. §. ſanè. cum ſimilibus: quia ibi lex uolebat fingere, & erat utile quòd fingeret, & amittentes deſiderabant retinere, hic uerò non erat æquum neque utile: quia maritus uolebat poſſidere, & per fictionem remanſiſſet res uacua ſine utilitate, uel maritus poſſideret ſine animo, & contra uoluntatem, quòd eſt iniquum. Quare remanet concluſio, quòd ex titulo donationis reprobato mulier acquirit, & retinet utranque poſſeſſionem, ſine tamen effectu iuris ciuilis.

24 Notandum eſt primò ex iſto tex. † quòd poſſeſſio dicitur cedi, concordat text. infra eadem lege. §. per procuratorem. in fine. Vnde doctores in lege prima ſupra eodem in illo articulo an poſſeſſio ſit iuris uel facti, dum allegaretur iſte tex. quòd poſſeſſio eſt facti, retorquebant eum dicentes, quòd imò probabat illam eſſe iuris, ex eo: quia cedere ſeu ceſſio conuenit tantum iuribus incorporalibus lege prima cum glo. C. de actio. & obligationibus. & glo. in lege final. C. quando fiſcus, uel priuatus. & non conuenit factis: quia facta non ceduntur, neque transferuntur quando ſunt affixa perſonæ. §. ſed cum factum. inſti. de ſtipulatione ſeruorum. cum ibi no. neque etiam poteſt conuenire rebus corporalibus: quia illæ res traduntur non autem ceduntur, lege traditionibus. C. de pact. & §. per traditionem. inſti. de rerum diuiſione. Ideò cum hic dicatur quòd poſſeſſio fuit ceſſa, probatur quòd ipſa eſt incorporalis, & iuris, & quòd non loquitur de rebus corporalibus.

Propterea glo. hæc prima intelligebat text. de donatione rei alienæ, ut tantummodo uideretur facta de poſſeſſione, & Ruyn. uolebat quòd intelligeretur de donatione poſſeſſionis tantum rei mariti, uel tertiò de poſſeſſione mariti in re aliena, ut diximus in pręmiſſis, tamen nulla ex iſtis illationibus uera eſt, rectè intelligendo textum, attento quòd aſſumptum non eſt uerum quòd poſſeſſio ipſa ſimpliciter, & propriè cedatur, ut probatur in lege cum hæredes. infra eodem. nam cedere propriè, eſt ius quod quis habet in alium transferre, ut dicitur in dictis glo. Poſſeſſio autem unius non poteſt in alium transferri, ut probatur in dicta lege cum hæredes, nam poſſeſſio defuncti non tranſit in hæredem, ſed extinguitur per mortem ipſius, & durat extincta, iacente hæreditate, leg. 1 §. Scæuola. infra ſi quis teſtamento liber eſſe iuſſ. fuerit, neque tranſit in hæredes, dicta lege cum hæredes. infra eodem. ſed ipſe hæres nouam poſſeſſionem cum animo ſuo acquirit. idem probatur in lege quod meo. infra eodem. ubi uenditor non transfert poſſeſſionem in emptorem, ſed finitur in perſona ſua, & incipit in perſona emptoris per ſuum animum, ut ibi no. Sozi. in ſecundo notabili, & Claudius. & eſt de intentione communiter doct. unde ſi tenes quòd poſſeſſio ſit facti, nulla eſt dubitatio quòd non poteſt cedi, dicto §. ſed cum factum. ſi autem tenes quòd ſit iuris, adhuc ex intentione doctor. non poteſt cedi dictis iuribus. Vnde alius eſt intellectus ad iſtum tex. non faciendo differentiam an ſit donata res, uel poſſeſſio tantum, ſed ſolum propter uerbum cedere, oportet addere quòd poſt donationem maritus diſceſſit de poſſeſſione, & dedit mulieri poteſtatem ingrediendi cedendo ius ſuum poſſidendi, & auctoritatem quam habet tunc enim quodammodo uidetur poſſeſſio cedi, non tenet quòd uerè cedatur, neque quòd inferatur eam in ſubſtantia eſſe iuris, cum ſolum illud ius poſſidendi cum auctoritate ingrediendi cedatur, & uxor ingrediendo acquirat poſſeſſionem nouam ex ſuo corpore, & animo. unde remanet poſteà quòd iſte tex. probat concludenter poſſeſſionem omnem facti eſſe, pro ut dixi in præmiſſis, & repetam in ſequenti notabili.

Aliud etiam notabile ex hac declaratione ſe-
25 quitur † quòd iſte tex. loquitur de acquiſitione facta à muliere per actum uerum, cum ſuo corpore, & animo ingrediendo. unde probatur in iſto tex. quòd ex contractu inutili transfertur, & acquiritur poſſeſſio per actum uerum, ſed ſi uxor uellet acquirere per actum fictum, uel per conſtitutum, ſeu precarium, uel per retentionem uſusfructus, uel per oculos, & affectum, & alios modos poſitos per gloſſ. in lege tertia. in principio. infra eodem. tunc ex contractu inutili non acquireretur poſſeſſio neque transferretur, & ita iſtum tex. limitabat Argentinus filius Raynerii, quem refert, & ſequitur Paul. de Caſtro hic, Alexa. & Iaſ. in iij. notabili, & communiter doctor. facientes regulam generalem cum limitatione, quòd ex contractu inutili, uel reprobato, acquiritur omnis poſſeſſio, ſi per actum uerum acquiratur.

26 Limitatur non procedere, † quando transferretur, uel uxor uellet acquirere per actum fictum, & ideò ſi maritus donaret uxori ſuæ, & in inſtrumento apponeret conſtitutum ſeu

præcarium, uel retineretur uſufructus, non acquireretur poſſesſiouxori.

Contra quàm tamen limitationem adducebat Paul. de Caſtro glo. in l. quod de ſuo. C. de non nu.pecunia.præſupponendo quòd quando maritus donat uxori cauſa mortis, donatio confirmatur morte, ſi res tradita fuit ei, & perſeuerauit in uoluntate, ſed ſi res non fuſſet tradita non confirmaretur, ut eſt tex.& ibi glo.quam docto.approbant in l. Papinianus. ſupra de donatio. int. uir. & uxo. glo.uerò in dicta l.quod de ſuo:circa medium dixit, quòd ſufficit quòd fiat traditio, uel aliquid aliud quod ſit loco traditionis, unde ſentit quòd per conſtitutum poſſet transferri aliquid quod eſt loco traditionis, & confirmaretur donatio per mortem mariti, ergo probatur quòd per conſtitutum, & ſic per actum fictum transfertur poſſesſio ex contractu inutili.

Reſpondebat Paul. quòd ibi erat conſenſus donantis, & donatarii, quod nihil eſt. Secundò reſpondebat Iaſ. quòd benè tex. dicit quòd per conſtitutum inducitur quaſi traditio per quàm donatio confirmatur morte. Sed tu me
27 lius reſponde † quòd illa glo. procedit in donatione ualida, nam quando donatio eſt facta uxori cauſa mortis tunc ualet propter ſpem quod confirmetur morte. Idem eſt quando donatio eſt ſimpliciter facta: quia præſumitur facta cauſa mortis, ut per glo.& doc.in l.quæ do. ſupra ſoluto matrimonio. ubi plenè dixi ultra alios. Sed quando eſt facta donatio irreuocabiliter, & inter uiuos, tunc dicitur eſſe in totú nulla, & non eſt ſpes aliqua confirmationis, per dictam l.iij.§.ſciendum. & cum hac diſtinctione intelligitur tex.in d.l.Papinianus.& l. donationes quas parentes. C. de donationib.inter uir. & uxorem.& ſentit Sozi. infra col. iij.

28 Vnde illa glo. † nõ oppugnat limitationem, ſed eam reſtringit, ut procedat quando donatio eſt penitus nulla, ſecus autem quando non eſt nulla propter ſpem confirmationis, & pro limitatione adducitur ratio: quia ubicunquè unũ prohibetur, prohibentur & omnia quæ ſequuntur ex eo, l. non dubium. C. de legibus. & l. j. C. de fund. dotali.

Secundò adducebat Iaſ. quia ubicunquè contractus eſt nullus, omnia pacta in eo appoſita nulla ſunt, ut eſt glo. no. & uulgata in l. ſi patronus. §. patronum. ff. quæ in fraudem credi. & uoluit Bald. in l. ex teſtamento. C. de fideicomniiſs. & ſequitur hic Alexa. & ad aliud propoſitum in conſil. 8 r. tertio uolumine. & Alber. de Roſar. in leg. requiritur. ſupra titulo primo, & facit leg. final. ſupra de conſti. pecunia quàm allegat Bald. in leg. ſi abſentis. circa finem. C. ſi cert. petatur, & in rubrica. C. de conſtit. pecunia. columm. ſecunda. dicens quòd ſi inſtrumentum eſt nullum confeſſio in eo contenta, & guarentigia eſt etiam nulla, & hanc partem etiam ego puto ueram. pro qua facit: quia quando lex prohibet uel reprobat actum, denegat omnes operationes ſuas. unde dominium impeditur, dicta leg. tertia. §. ſciendum, & cæteri effectus etiam ciuiles prohibentur, dicta leg. ſi eum. ſecundò reſponſo. ergo etiam prohibet operationem ſuam, quam facit fingendo: argumento dictæ legis non dubium. C. de legibus. ceſſante autem fictione legis nulla poſſesſio per actum fictum poteſt transferri: quia deficiunt media habilia, & in conſtituto, corpus conſtituentis fingitur eſſe corpus acquirentis, ut habetur in l. quod meo. infra eodem. quam concluſionem ego puto omninò ueram, quando nos ſumus in contractu expreſſè reprobato à lege: quia militat dicta ratio, quòd denegantur omnes operationes legis.

29 Sed tamen ampliatur † procedere per Iaſ. hic, aliàs eſſet inutilis per deficientiam ſolennitatis, uel ex alia cauſa per dictam gloſſam. in §. ſi patronum. & alios doctores allegatos. & dum ipſi ſemper loquuntur ſimpliciter de contractu inutili, non ſe reſtringendo ad contractum reprobatum. quæ bene nota: quia in practica ſunt quotidiana, & habes reſtrictionem ad ſummarium Bartoli cum declaratione tamen ponenda infra, in generali materia cum commento Bar.

30 Tertiò notandum eſt † ex illis uerbis, plerique putant poſſidere eam. quòd mulier ex contractu reprobato acquirit poſſesſionem, tamen quia textus non exprimit qualem poſſesſionem acquirat, & habeamus tria iura in contrarium ſtringentia lege primà. §. deiicitur. de ui, & ui armata. & dicta lege ſi inter uirum. & lege ſi eum. de donatio. inter uirum, & uxorem. ideò dubitant doctor. quam poſſesſionem acquirat naturalem, uel ciuilem.

Ideò in præmiſſis nos uidimus quatuor opiniones. Vna fuit quòd acquirit tantummodo naturalem poſſesſionem, per dictum §. deiicitur. coniuncta dicta lege. ſi eum. Alia fuit quòd loquatur de poſſesſione informi.

Tertia fuit quòd loquatur de tota poſſesſione, quæ poteſt retineri cum qualitate ciuiliter & naturaliter, ut uolebat Azo.

Quarta fuit Alciati quòd intelligatur de naturali poſſesſione formata à iure gentium, quas omnes opiniones ibidem reprobaui, tenendo id quod uoluit etiam Iaſon in fine quinque notabilis, & in dicta lege prima ſupra eodem. quòd iſte textus intelligatur de utraquè poſſesſione, tam ciuili quàm naturali: quia utitur uerbo poſſidere, quod adaptatur ad utranquè per totum titulum noſtrum: & quia in lege quod uxor. infra eodem. dicitur quòd pro poſſesſore poſſidet, & qui poſſidet pro poſſesſore habet utranquè, lege nec ullam. cum materia. ſupra de

de petitione hæredita. & quia uiolentus poſſeſſor habet utranque poſſeſſionem, non obſtante prohibitione legis. leg. clam poſſidere. §. qui ad nundinas. infra eodem. & leg. ſi quis ad ſe fundum. C. ad legem Iuliam de ui. Quartò: quia conuenit diffinitio poſſeſſionis ciuilis: quia hæc poſſeſſio apta eſt producere uſucapionem, leg. prima. in fine. infra pro donato. declarando, & inducendo, ut in dictis præmiſſis.

Nec obſtat dicta l. ſi eum: quia non negat habere ciuilem, ſed tantummodo dicit non habere cum auctoritate iuris ciuilis, ſicut nec etiam habet uiolentus poſſeſſor, & eodem modo declaratur. tex. in dicto. §. deiicitur. & cætera ſimilia iura. ut concluſio remaneat quòd habet utranquè poſſeſſionem ſine tamen approbatione, & effectibus iuris ciuilis. Nec obſtat ſi dicatur quòd imò habet effectus ciuiles, cum habeat interdictum recuperandæ, dicto. §. deiicitur. & interdictum retinendæ, l. j. §. fi. infra uti poſſid. quæ ſunt remedia ciuilia. Nam reſpondetur quòd concluſio intelligitur de effectibus, qui ſequuntur ex illo tit. & apprehenſione, occaſione illius tituli non autem de iuribus quæ poſteà leges concedunt, poſſidendi etiam iniuſtè, ut ſunt illa interdicta quæ expreſſè conceduntur, etiam uiolenter poſſidenti. Et quòd debeat quis ſtare in poſſeſſione durante lite. §. commodum. inſti. de int. & probatur in dicta l. ſi quis ad ſe fundum. C. ad l. Iuliam. de ui. Ideò remanet concluſio firma, quòd mulieri acquiritur utraquè poſſeſſio, tam ciuilis, quàm naturalis, ſine tamen effectibus ciuilibus denegatis iniquè poſſidenti, ideò tunc ille habetur ſecundum leges non poſſidens propter ſpem recuperationis, per l. ſi quis ui. infra eo. & l. qui actionem. de regul. iuris. & ſentit glo. in dicta l ſi eum. in iij. ſolutione, & per conſequens habes unam ampliationem ad regulam ſupra poſitam, quòd ex contractu inutili uel reprobato transfertur, & acquiritur poſſeſſio. Ampliatur procedere ut transferatur omnis poſſeſſio tam ciuilis quàm naturalis, ſine tamē approbatione iuris ciuilis, propter rationem poſitam in hoc tex. cum modificationibus ſupra traditis.

31 Tertiò notandum eſt ibi † quòd res facti in re ciuili infirmari non poteſt, concordat text. in l. in bello. §. factæ. infra de cap. & poſtlim. ſed tamen: quia tex. hic non aperit quæ dicatur eſſe illa res facti, cum in poſſeſſione interueniat traditio atquè apprehenſio, atquè ipſa poſſeſſio, in ſubſtantia non propterea doc. uariauerunt quæ ſi ſit illa res facti de qua loquatur iſte tex. Sozin. ſic in ſecundo notabili dicit, quòd eſt traditio quæ facti eſt, & à iure ciuili infirmari non poteſt. Doctor. uerò communiter in leg. prima. ſupra eodem tenuerunt quòd intelligitur de apprehenſione quæ facti eſt, & hic etiam expreſſè tenet Bar. Tertij dicebant quòd intelligitur de poſſeſſione informi antiqua, quæ facti eſt. Alcia. dicebat quod intelligitur de poſſeſſione naturali, quæ cum habeat formam a iure gentium facti eſt, per l. ſi unus. §. pactus ne peteret. ſupra de pact. quas omnes opiniones reprobaui ſupra in præmiſſis & repetas hic ſi placet. Et ideò ibi dixi quòd iſte tex. intelligitur de poſſeſſione in ſubſtantia tam ciuili quàm naturali, quæ dicitur eſſe facti: quia utraquè conſiſtit in inſiſtentia, & operatione animi, & corporis, uel animi tantum, quæ facti eſt l. bonæ fidei. ſupra titulo j. & hoc modo ratio concludit. & ceſſant multæ difficultates quas poſuit Sozin. in tertio nota. in fin. & uidetur eſſe tex. multum concludens, quòd omnis poſſeſſio in ſubſtantia facti ſit, quæ non poteſt à lege infirmari, quàmuis infirmet titulum reprobatum, & impediat omnes effectus ſimiles, & ſi poſſeſſio iuris eſſet, eam quoquè infirmaret ſicut, & cæteros effectus iuris, ut dicemus ſtatim in ſequenti notabili.

Habes igitur ex hoc tex. unum generale dictum, quòd lex non poteſt infirmare ea quæ facti ſunt, cum quo concordat tex. in leg. in bello. §. factæ. infra de capit. tamen in contrarium facit: quia lex eſt altera natura, & Deus in terris, leg. prima ff. de leg. & per Bart. in l. iuriſgentium. §. quinimmo. ſupra de pactis. ergo debet eſſe omni potens ſicut, & Deus. Ad hoc contrarium dantur duæ reſponſiones. Vna eſt, quòd regula tex. noſtri procedit de poteſtate ordinaria, ſecus autem de poteſtate abſoluta: quia & lex poteſt facere miracula ſicut & Deus omnipotens, ut patet in §. primo. inſti. de excuſatio tuto. & in §. licèt. inſti. de adop-

32 tionibus. cum ſimilibus. Secundò † reſpondetur fatendo quòd nullo modo poteſt nec hoc inconuenit: quia nec etiam Deus poteſt facere facta eſſe infecta, ut uolebat Agaton philoſophus quem refert hic Sozi. & Iaſ. dicens hoc ſolo priuatur Deus quòd quæ facta ſunt infecta facere non poſſit.

33 Item notandum eſt, in uerſi. † quòd attinet ſecundum communem intellectum, quòd lex non fingit niſi ſit utilitas, & æquitas, ita not. Bartol. infra. & ſæpius repetit in lege ſi is qui pro emptore. de uſucapionibus. & concordat tex. in leg. deniquè. & lege nec utilem. ff. ex quibus cauſis maio. & iſte tex. inducitur, ut declaraui in præmiſſis. nam cum lex prohibeat donationem, fuit dubitatum an poſſideat cum in poſſeſſione interueniant adminicula iuris, & determinatur hic in tex. quòd poſſideat per rationem: quia poſſeſſio facti eſt, & licèt lex poſſit prohibere adminicula ſua in poſſeſſione quæ iuris ſunt, tamen non poteſt prohibere ipſam poſſeſſionem in ſubſtantia: quia ea quæ facti ſunt annullare non poteſt. Sed tunc contradicit tex. in l. iubemus. §. ſanè. in fi. C. de ſacr. ſanct. eccleſ. & l. poſſeſſionem pupillus. infra eodem. ubi lex prohibet aliquem acquirere

quirere uel amittere poſſeſsionem, Et quia lex poteſt omnia facta infirmare per fictionem, cũ lex introduxerit fictionem propter hanc cauſam tantum, reſpondet tex. hic fatendo contrarium quòd potuiſſet per fictionem infirmare, ſed non fecit: quia non erat utile, neque æquum, cum ſi fingeret mulierem non acquirere, remaneret poſſeſſio uacans, quoniam maritus omnimodo deſiderat poſſidere, & fingere maritum retinere poſſeſsionem eſſet iniquum: quia ipſe potuit ex ſua uoluntate amittere poſſeſsionem, l.3 §.in amittenda,& l.ſi quis ui.§.differentia.infra eodem. & ideò fingeretur eum ſine animo poſſidere, uel contra ſuam uoluntatem quod eſſet iniquum.

34 Sozi. tamen dicebat † quòd hic intellectus non eſt bonus ad tex. quia ipſe non facit mentionem de fictione, neque de ea cogitauit, cum dixerit, quid attinet dicere mulierem non poſſidere: nam dixiſſet quid attinet dicere mulierem non fingi poſſidere,& facit etiam: quia aſſumptum docto. non eſt uerum, quòd lex non poſſit infringere poſſeſſionẽ quæ iuris eſt, ſicut & cætera iura, & uidemus quòd facit in dicto §. ſanè.& in dicto. §. poſſeſsionem pupillum. ſecundum ueritatem, non ſecundum fictionẽ. Vnde ipſe dicit alium eſſe neceſſarium intellectum, quòd contra deciſionem iam factam, obiectio fuerit quòd imò uidebatur quòd lex ſecundum ueritatem poſſet & uellet infringere poſſeſſionem quæ iuris eſt, cum ipſa ueniat tanquam antecedens ad dominium. & infirmando dominium uidetur uoluiſſe infirmare etiam ipſam poſſeſſionem, per l. oratio.ff.de ſponſ. & l. non dubiũ.C.de legibus,& l.fi. C.de fun.dot. Ad illud contrarium reſpondet tex. ſecundum eundem, fatendo ꝙ lex poterat infirmare poſſeſſionem ſecundum ueritatem, ſed tamen dicit ipſe quòd noluit quoniam non erat utile, attento quòd maritus non efficiebatur pauperior, cum iam determinauerit omnimodo non poſſidere. Item quia habebat liberas habenas deferendi ſuam poſſeſſionem dictis iuribus, & non erat damnoſum ei, mulierem per ingreſſum ſuum acquirere poſſeſſionem, attento maximè quòd quandocunque poterat illam poſſeſsionem reuocare, per l.qui actionem habet. de reg. iuris.

Et differt iſte intellectus à communi, in duobus. Primo: quia communiter docto. præſupponunt quòd lex non poſſit infirmare poſſeſſionem, ipſe uerò præſupponit contrarium: quia iuris eſt. ſecundò differt: quia ipſe uult quòd hic lex noluerit infirmare ſecundum ueritatẽ, & docto. præſupponunt quòd noluerit infirmare ſecundum fictionem, tamen hæc opinio. Soz. ex duobus non eſt bona. Primò dum præſupponit quòd poſſeſſio iuris ſit, cuius contrarium probat iſte tex. ut ſupra inductus. Secundò quia dixit quòd lex uoluit infringere poſſeſſionem quamuis poſſet, quia imò contrarium apparet: quoniam ipſa lex abſtulit effectus ciuiles ſequentes ex poſſeſsione, ergo tanto fortius demonſtrat quòd infirmaſſet ipſam poſſeſſionem eos cauſantem ſi poſſet. Item uidemus quòd annullat ipſum titulum, & facit non eſſe in rerum natura: quia ipſa dicitur pro poſſeſſore poſſidere, & ſic ſine titulo: ergo etiam infringeret poſſeſſionem ſi poſſet, & generaliter apparet quòd lex omnia ſua quæ potuit auferre abſtulit: ergo & fortius ipſius poſſeſſionem: argum. dictæ l. oratio. de ſponſalib. & l. fina. de fundo dot. propterea uerior eſt intellectus quòd ipſa lex non infirmauit poſſeſsionem, quia eam infirmare non potuit, & ꝙ ad infirmandum, erat neceſſarium recurrere ad fictionem, ad quod remedium ſubſidiarium non ſaciliter neque ſine urgenti cauſa lex recurrit. § minorem. inſti. de ado. Et ſic apparet quòd per hanc rationem confirmatur illa concluſio ſupra examinata in l.j. quòd poſſeſsio omnis in ſubſtantia facti eſt,& quòd lex eam non potuit infirmare niſi per fictionem.

Idcirco inferunt docto. ad quæſtiones ſtatu-
35 tarias ſæpiſſimè contingentes † quando ſtatutũ prohibet aliquem contractum fieri, ſeu alienationem, exemplum eſt quando diſponit quòd res mobiles in foreſem alienari non poſſint, uel quòd mulieres ſine conſenſu propinquorũ non poſſint alienare res ſuas, uel minores, uel cæteri multi ſimiles. nam ex hoc tex. infertur quòd non obſtante dicta prohibitione ſtatutaria, tamen ingredientes rem illam acquirunt utranque poſſeſſionem, tam ciuilem quàm naturalem: quia cum ſit facti, iure ciuili uel ſtatutario infirmari non poteſt, ſolum autem infirmatur titulus, ut ille dicatur pro poſſeſſore poſſidere ſine titulo l. quod uxor. infra eodem. & l. nec ullam, ff. de petitio. hæredita. Item poteſt infringere omnes effectus ciuiles deſcendentes ex poſſeſſione, ut non poſſit acquirere dominium rei, neque uſucapere niſi titulo iuſtificato, dicta l.j.§.fi. inf. pro donato. neque poſſit facere fructus ſuos etiam pro cultura & cura ſi ſciens eſt, poterit tamen ei competere interdictum recuperandæ poſſeſſionis, iuxta dictam l.j.§.deiicitur. & §.qui à me.& l.ſi colonus. infra de ui & ui arm. & l.j.§ fin. infra uti poſſid. & retinere eam donec lata ſit ſententia, iuxta §.j.inſti. de interdictis, & lege ſi quis ad ſe fundum. C.ad l. Iuliam de ui.

Contra tamen dictam concluſionem argumentabatur hic Sozi. quia uidetur quòd ſtatutum etiam prohibeat poſſeſſionem, per dictam l.oratio. de ſponſalib. & l. non dubium. C. de legi. & l.j.C.de fund.dot. & deno. per Bar. in l. cum lex. de fideiuſſo. & ita ipſe uidetur tenere, & reſpondet ad iſtum tex. quòd hic non fuit prohibitum conſequens, idest, dominium, ſed ſolum fuit prohibitus contractus, quæ ſolutio eſt de directo contra tex. in dicta l. 3. §. ſciendum, qui prohibet acquiri dominium, &

annullat traditionem, & ea quæ ipſe dixit. ſu-
ra, in prin. ij no. Vnde teneas concluſionem fir-
miter, quòd ex nullo contractu prohibito à le-
ge, uel ſtatuto, poteſt impediri acquirentem
poſſidere, per rationem tex. noſtri hic: quia fa
cti eſt poſſeſſio, & res facti iure ciuili infirma-
ri non poteſt.

36 Sed probabilius poſſet inſtari: quia uidetur †
quòd ſtatutum uoluerit infirmare poſſeſſionẽ
per fictionem, quod potuit facere ſi uoluit, ut
ſupra, & uidetur quòd adſit uoluntas ſtatuen-
tium, qui prohibitionem illam faciunt, nec re
pugnat tex. noſter: quia hic maritus uoluntate
& arbitrio amiſerat poſſeſſionem, quod non
præſupponitur fuiſſe in aliis alienantibus. ta-
mẽ adhuc placet quòd nec etiam ſtatutum per
fictionem uelit infirmare poſſeſſionem: quia hoc
eſt remedium ſubſidiarium, ad quod non præ
ſumitur reccurrere lex, niſi probetur. & quia ui
detur uelle ſeruare ea, quæ natura diſponit,
argum. §. minorem. inſti. de adoptionibus. un
de dicas quòd ex talibus ſtatutis prohibenti-
bus in dubio, nec etiam inducitur infirmatio
poſſeſſionis per fictionem, niſi exprimatur, ut
factum fuit in dicta l. iubemus. §. ſanè. & in
37 dicta l. poſſeſſionem pupillus. † Ideò multi ſta-
tuentes ſoleut ſubiicere clauſulam, quòd nec
etiam ex tali contractu poſſit acquiri poſſeſſio,
& alienantes fingantur eam retinere iuxta for
mam dicti. §. ſanè. ſicut etiam ſolent addere
clauſulam quòd contractus fingatur ſimulatus,
quoniam non poſſunt ſtatuta facere quòd con-
tractus non fuerit celebratus, & ſcriptus, quod
tutius eſt, et proptereà habes concluſionem ma
ximam, quòd acquirens poſſeſſionem ex quo-
cunque contractu inutili illicito & reprobato,
eam habet tam naturalem quàm ciuilem, &
quòd non poteſt priuari uiolenter de ea, &
poteſt habere commodum, ut ſtet in poſ-
ſeſſione donec lis finiatur, & omnia remedia
poſſeſſoria, quòd eſt maximi effectus in
practica.

Quintò notandum eſt ex iſto tex. unum di-
38 ctum generale † quòd ex inutili contractu & re
probato transfertur poſſeſſio, & ad hoc ſem-
per allegatur iſte tex. Sed in contrarium Iaſ. hic
allegat: quia non uidetur hoc in iſto tex. pro-
bari, in quo docto. fundant tantam concluſio-
nem: quoniam mulier hic non acquirit poſſeſ
ſionem ex contractu donationis, ſed acquirit
eam ex ſuo ingreſſu, inueniendo eam uacan-
tem, iux. l. 3. infra eodem. Vnde dicitur pro poſ
ſeſſore poſſidere, l. quod uxor. infra eodem.
quaſi ſine conſideratione tituli donationis in-
grediatur, & hic non eſt traditio, quæ imme-
diata ſit cauſa acquirendi poſſeſſionem, pro ut
euenit in l. ſi quis ui. in princip. infra eodem &
l. mulier. ſupra rerum amo.

Reſpondet Iaſ. quòd imò probat ex eo: quia
quando maritus diſceſſit à re, motus fuit pro-
pter donationem, & ad finem ut ipſa mulier
haberet, & ſi non habuiſſet intentionem tranſ
ferendi & donandi, non diſceſſiſſet, & mulier
non reperiiſſet eam uacantem. Vnde appa-
ret quod contractus donationis fuit cauſa quod mari
tus diſcederet, & ſuus diſceſſus fuit cauſa quòd
mulier poſſet ingredi poſſeſſionem, & ſic pro
pter ipſum contractum eam acquiſiuit. & ſuc-
cedit regula quòd quidquid eſt cauſa, eſt cauſa
cauſati. l. manumiſſiones quoque. ff. de iuſti. &
iur. & hæc eſt uera reſponſio. firmans hoc no-
tabile colligi ex iſto tex. & probatur optimè
ex alio, quia dicit quòd maritus ceſſit poſ-
ſeſſionem donationis cauſa, & ſuccedit de-
ciſio quòd licèt dominium non transferatur
ex contractu inutili, tamen ipſa poſſeſſio
transfertur, quam lex non potuit infirmare
ut ſupra.

Glo. prima timore contrarii exponit tex. no
ſtrum hic, contrarium autem erat, quia tex.
dicit quòd maritus ceſſit poſſeſſionem, & ſic
utitur uerbo cedere, quod non poteſt conueni-
re rebus corporalibus quæ traduntur, l. tradi-
tionibus. C. de paſt. & §. per traditionem. inſti.
de rerum diuiſio. ceſſio uerò cadit tantummo-
do in rebus incorporalibus, ut habetur in leg.
prima. infra de actio. & obligatio. cum ſimili-
bus. Vnde non conuenit donationi: quia do-
natio eſt doni datio l. hoc iure. §. donatio. inf.
de donatio. & l. ad eum. cum glo. eo. titulo. Ideò
uidetur quòd hoc thema fuerit ineptè for-
matum.

39 Ad iſtud tacitum contrarium † reſpondet
glo. fatendo illud, & dicit quòd hic non fuit
donata res mariti in qua interueniret tradi-
tio, ſed fuit tantummodo donata poſſeſſio, cũ
proprietas eſſet aliena, cui poſſeſſioni poteſt
conuenire uerbum cedere, cum ſit res incorpo
ralis, & iuris, & hic reſtringit iſtum tex. ad do
nationem poſſeſſionis rei alienæ, quam decla ra
tionem dixit Bar. in ſecunda oppoſitione ue-
ram eſſe in ſe, ſed eſſe uiolatiuam ad tex. qui
non debet reſtringi ad rem alienam, neque ad
donationem ſolius poſſeſſionis, ſed ad ple-
nam donationem. docto. uerò communiter
hic tenent quòd nec etiam eſt uera in ſe, quo-
niam non poteſt conuenire tex. iſto, attento
quòd donatio rei alienæ ualet in continenti, &
titulus eſt legitimus, & poſſeſſio legitima per
quam poteſt uſucapio fieri l. ſi uir. infra pro
donato, & l. ſed ſi conſtante. ſupra de dona-
tionibus per illam rationem: quia maritus nõ
efficitur pauperior, Et ſi dicatur quòd ſaltem
amittit poſſeſſionem ſuam, per quam potuit
uſucapere. Reſpondet glo. ibi quòd illa uti-
litas non habetur in conſideratione: quia uſu-
capio eſt iniquum præſidium & iniqua ſpes, l.
nec utilem. ex quibus cauſ. maio. & hanc opi-
nionem expreſſè tennit Sozi, hic primo nota.
& etiam ego puto ueram, ſimpliciter in-
telligendo.

40 Attamen uidetur quòd ipſa glo. ex inten-
tione

tione potuerit ponere exemplum conueniens tex. quia cum dixit forſan, proprietas erat aliena, præſuppoſuit quòd poſſeſsio erat ipſius mariti, ut quia forſan ea erat uſufructuarius, uſuarius, uel habebat pignus, quo caſu amittendo poſſeſſionem ipſe efficiebatur pauperior, & donatio poſſeſſionis remanebat inualida, per dictam l. inter uirum. de donationibus inter uir. Vnde poterat eſſe dubitatio, utrum ex ea mulier poſſet acquirere poſſeſſionem, & ſic ſuccedebat dubitatio tex. noſtri & per conſequens poteſt eſſe intellectus bonus, & de eo debemus dicere, ut per Bar. quòd intellectus iſte eſt uerus in ſe, ſed nimis reſtringit tex. & ideò dicemus quòd intellectus eſt bonus cumulatiuè, ſed non priuatiuè.

41 Ideò ſecunda † datur expoſitio ſequendo illud contrarium de uerbo cedere, quòd hic fuit donata poſſeſsio ſola rei mariti, ut uolebat Ruy. cui tamen contradicere uidetur dicta l. inter uirum. quæ prohibet donationem poſſeſſionis fieri. ſed reſpondet fatendo quòd prohibetur, ita quòd titulus eſt nullus & poſſeſſio nō habet effectus ciuiles, tamen non prohibetur acquirere poſſeſsionem tam ciuilem quàm naturalem, quam retinebit pro poſſeſſore, & ſine effectibus ciuilibus. Vnde & intellectus uerus eſt in ſe, tamen priuatiuè tenendus, ſed cumulatiuè ut etiam hic caſus in hoc tex. contineatur.

Tertia eſt expoſitio quòd hic donata fuit res mariti cum poſſeſsione, & quòd quamuis prohibeatur donatio, nihilominus acquiratur poſſeſsio, iſtum tamen intellectum uidetur Sozi. non tenere per dictum. §. ſciendum. quaſi tunc pleniſsima ſit prohibitio, & mulier nullo modo poſſideat, dicta l. ſi eum. tamen hic intellectus omnino tenendus eſt cumulatiue: quia licèt prohibitio ſit plena, tamen non eſt tantæ potentiæ ut poſſit infirmare acquiſitionem poſſeſsionis quæ facti eſt. Sed fortius uidetur obſtare: quia non conuenit uerbum cedere, & ſic in eo ſtat ſolidum contrarium. Sed reſponde ut dixi, in præmiſsis & figuratione caſus. quòd uerbum cedere, uerificatur: quoniam maritus deſiit poſſidere, & ceſsit uxori omne ius ſuum poſsidendi, & illa poſteà corpore & animo ſuo acquiſiuerat poſſeſſionem, & hic eſt uerus intellectus ad tex. tamen cumulatiuè decidit etiam alios duos caſus, quando donata fuit ſola poſſeſsio rei mariti, uel poſſeſſio mariti propter ius ſuum in re aliena.

42 Glo. in uerbo poſsidere timore contrarii, reſpondet, opponit, & ſoluit. † nam hic dicitur plerique putant eam poſſidere, in contrarium eſt tex. in l. ſi eum. ſupra de dona. inter uir. & uxorem. ubi tex. expreſſè dicit mulierem iure ciuili non poſſidere, glo. hic ſe remitit ad ibi no. & Bar. etiam in prima oppoſitione. Glo. uerò ibi dat tres ſolutiones. Prima eſt quòd hic donata fuit poſſeſſio, & mulier poſsidet, ibi uerò donata fuit res, & mulier prohibetur poſſidere, & aliqui è contrario eam intelligunt. glo. tamen ibi non ſtat in hac ſolutione: quia hæc differentia inter donationem poſſeſsionis, & rei non eſt uera, cum ut ſupra diximus iſte tex. loquatur æqualiter de donatione rei & poſſeſsionis rei mariti, & poſſeſſionis mariti in re aliena, & idem ſeruatur in dicto titulo per tex. in dicta l. 3. §. ſciendum. coniuncta l. inter uirum. de donatio. inter uir. & uxorem. Vnde ſecunda datur ſolutio, quòd mulier naturaliter poſsidet ut hic, non ciuiliter ut ibi, & uidetur tex. in leg. j. §. deiicitur. infra de ui & ui armata. Quæ ſolutio poteſt intelligi multis modis.

Primo quòd unica ſit poſſeſſio, ut uolebat Azo. quæ à muliere retineatur naturaliter, propter operationem corporis & animi, non autem ciuiliter, ideſt, approbatione iuris ciuilis, quę ſolutio bona eſſet ſi nos teneremus opinionē Azo. ſed quia ſupra eam reprobauimus: quia alia opinio quòd ſit duplex recepta fuit paſſim in practica non procedit. Vnde ſecundo modo intelligitur, quòd mulier habet naturalem poſſeſſionem ut hic, ſed non habet ciuilem per dictam l. ſi eum. & hanc opinionem tenebat Areti. & Alcia. propter illam rationem: quia, quæ habent formam à iure gentium facti ſunt. Sed hanc opinionem nos reprobauimus in præmiſſis, & in ſecundo notabili: quia tex. iſte loquitur de utraque poſſeſsione propter uerbum poſsidere ſimplex, & quia poſsidet pro poſſeſſore, & quia uiolentus poſſeſſor habet utranque poſſeſſionem, & quia hæc poſſeſſio ſecuta iuſtificatione tituli, apta eſt producere uſucapionem, leg. j. in fine. infra pro donato. & leg. uero §. j. infra de uſucapionibus. & ſic uerificatur diffinitio ciuilis poſſeſsionis. Vnde tertio modo exponitur quòd habet utranque poſſeſſionem, ſed cam dicitur tenere naturaliter: quia eam tenet propter operationem inſtrumenti naturalis corporis & animi, ſed nō tenet ciuiliter, id eſt, approbatione iuris ciuilis, dicta l. ſi eum. & hæc eſt uera expoſitio ſecundum quam dicta ſecunda ſolutio uera eſt.

Tertiā poſteà ſolutionem addidit glo. quòd uerè mulier habet utranque poſſeſſionem: ſed tamen quia ad libitum maritus poteſt reuocare, habetur ac ſi non poſſideret: arg. l. fi. §. ſin autem. C. communi. de leg. & hanc tenent communiter docto. & eſt bona, & reincidit in præcedentem: quia non poſſidet approbatione iuris ciuilis. Simile eſt de uiolenta poſſeſsione quam poſſidens non uidetur habere conſideratione iuris ciuilis: ſed potius ipſe ſpoliatus ut eſt tex. in leg. ſi quis id quod. infra eodem per illam regulam, qui actionem habet, rem habere uidetur l. qui actionem. ff. de reg. iur. & facit tex. in leg. nemo. C. eodem. in ſecundo reſponſo. ubi inualido exiſtente titulo propter contradictionem non uidetur quis poſsidere.

intentione quòd uxori acquireretur plena & iu ſta poſſesſio, quòd tunc maritus non amitterer poſſeſſionem : quia propter donationem reprobatam, mulieri iuſta non poteſt acquiri poſſesſio, dicta l. ſi eum. & ita illa lex etiam poteſt limitare legem & deciſionem noſtram.

47 Sed iterum contra † hanc legem facit tex. in l. donationes quas parentes. C. de donationibus inter uirum & uxor. ubi ſi maritus non reuocauit per mortem, donatio confirmatur, & dominiũ & plena poſſesſio acquiritur, quæ trahitur retro ut fructus quoque retrò uideatur acquiſiuiſſe, & ſic demonſtrat quòd tota plena poſſesſio cum dominio acquiritur : ergo fruſtra dubitatur hic an mulier poſſideat, & idem probatur in l. Papinianus. cum glo. de donationibus inter uirum & uxorem, & l. quod de ſuo. C. de dot. caut. non numer. quæ uoluit quòd per conſtitutum transferatur poſſesſio habilis ad confirmationem. Sed reſolutio eſt quòd ille tex. limitat totam materiam noſtram : nam intelligitur de donatione quæ ſtat in ſuſpenſo, & poteſt per mortem reuocari, ideò facias tres caſus.

Primus eſt: quando maritus donauit uxori irreuocabiliter, & inter uiuos, & tunc donatio nullo modo ualet, & in ea procedit iſte tex. ut mulier ſolum acquirat poſſesſionem ingrediendo corpore ſuo : quia poſſeſſio, quæ eſt facti in firmari non poteſt, ſed ſolum per conſtitutum non poteſt transferri. Secundus caſus eſt : quan donatio fuit facta cauſa mortis, & tunc donatio ualet propter ſpem confirmationis, dicta l. Papinianus. Tertius caſus eſt: quando ſimpliciter donauit, & tunc quia præſumitur donare cauſa mortis ut no. in l. quæ dotis. ſupra ſolut. matrimonio, & tunc ſimiliter ualebit donatio. Et in iſtis duobus caſibus procedit dicta lex donationes quas parentes. Vnde concordantur per diuerſos modos faciendi donationem, & ideò cum in illis duobus caſibus donatio ualet etiam per conſtitutum poteſt tranferri poſſeſſio, dicta l. Papinianus. cum glo. & dicta l. ij. C. de dot. caut. non num.

48 Sed adhuc iterum inſtatur † quia imò uidetur quòd ſemper donatio inter uirum & uxorem ualear, etiam inter uiuos ut per Abb. & docto. communiter in cap. cum contingat. de iure iurando, & per Bar. & alios in auct. ſacramenta puberum. C. ſi aduerſus uenditio. ſed ſolutio eſt quòd docto. ibi loquuntur quando in donatione eſt appoſitum iuramentum : nam tunc de iure canonico uirtute iuramenti ualidatur donatio: quia non eſt reprobata propter bonos mores naturales, ſed tantummodo propter bonos mores ciuiles, ne mutuo amore ſe ſpolient. Vnde iuramentum poteſt ſeruari ſine interitu ſalutis æternæ, dicto cap. cum contingat, & hæc eſt magis communis opinio, licèt articulus ſit diſputabilis, quæ paſſim recepta eſt in practica propter uirtutem iuramenti.

Vnde iſte tex. limitatur etiam non procede-
49 re in donatione iurata † Quæ limitatio etiam
procederet in omnibus aliis contractibus re-
probatis à legibus, uel ſtatutis, propter bo-
num publicum, non propter peccatum, ut non
obſtante tali reprobatione nihilominus con-
tractus ualeret appoſito iuramento, etiam
quòd expreſſè ſtatuentes dicant non obſtante
iuramento : quia non poſſunt propter Pericu-
lum animæ, & peccatum diſponere contra ius
canonicum, cap. uigilanti. & cap. fin. de præ-
ſcriptionibus.

50 Vnde ſolum ſunt † tria remedia unum mandando notariis ſub pæna priuationis officii, ꝙ non conficiant talia inſtrumenta, ſecundò faciendo quòd contractus præſumatur ſimulatus & fictitius : nam tunc inconſequentiam iuramentum præſumetur fictitium & ſimulatum : quia ſequitur naturam contractus, l. fin. C. de non num. pecc. & ideò dicunt docto. in dicta auct. ſacramenta puberum, quòd contractus fictus & ſimulatus non firmetur iuramento: quia uidetur etiam ſimulatus, cum declarationibus tamen & reſtrictionibus poſitis ibidem per docto. & in dicto cap. cum contingat. de iureiurando. Tertium eſt remedium quòd dicatur, quòd per huiuſmodi iuramenta & contractus naſcuntur magnæ diſcordiæ inter coniuges, & aliquando ſeparationes, & adulteria, & aliquando mortes, ideò ad euitandum illa mala diſponunt ſtatuentes contractum eſſe ipſo iure nullum, & quòd non debeat in iudiciis ſeruari etiam non obſtante iuramento : nam tunc contractus non ualidabitur : quia iuramentum eſt nutritiuum peccati, cap. non eſt obligatorium. de reg. iur. in 6. iſtis igitur cautelis uel ſimilibus interuenientibus, tunc tex. noſter etiam poterit procedere, ut ex contractu reprobato & nullo, poſſit transferri poſſesſio ſecundum formam hic poſitam. igitur ante omnia ſi occurret tibi quæſtio an ex contractu inutili transferatur poſſesſio, ante omnia oportebit inquirere, an ſit donatio cauſa mortis, uel ſimpliciter facta, uel an ſit donatio per quam maritus non efficiatur pauperior, uel uxor locupletior, & in iſtis caſibus quia donatio ualet, poſſesſio omnibus modis transferetur, ſi uerò eſt donatio irreuocabiliter & inter uiuos, & tunc oportebit inſpicere an ſit appoſitum iuramentum, & ſi eſt appoſitum, an in ſtatutis & legibus ſint cautelæ annullantes iuramentum, & idem conſiderare debebis in aliis ſtatutis reprobantibus contractus, & ſi inuenies contractum inutilem, uel reprobatum, tunc procedet deciſio. tex. noſtri.

Cum iſtis igitur qualitatibus intelligitur theorica docto. hic quam generaliter faciunt. Vtrum ex contractu inutili & reprobato transferatur poſſesſio, & ſtantibus iſtis Bar. opponit quòd imò ex contractu inutili non transfe-

ratur poſſeſſio de lege iubemus . §. ſanè. in fin.
51 C.de ſacro.ſanct.eccleſi. †ubi dicitur ꝙ ſi œco-
nomus dedit aliquam poſſeſſionem , uel redi-
tus in uſumfructum alicui ad uitam , uel ad
certum tempus , ſi non eſt appoſitum illud pa-
ctum , quòd reſtituatur res ipſa , uel tantum-
modo ipſa datio ſit nulla,& quòd poſſeſſio à iu
re eccleſiæ, uel dominio non recedat,etiam du
rante tempore uſusfructus , ſed eam poſſit uen
dicare , & ſic præſupponit quòd licèt res tra-
datur cauſa uſusfructus cum poſſeſſione, tamen
illa non transfertur in accipientem , ſed rema-
ner penes eccleſiam , ergo probatur quòd ex
contractu inutili non transfertur poſſeſſio etiã
naturalis . Soluit Bar. duobus modis.

Primò quòd ibi poſſeſſio capitur pro pro-
prietate,iux.l.interdum . de uerborum ſignifi-
catio. quæ proprietas ſecundum omnes rema-
net penes eccleſiam , & ſuadent illa uerba à iu-
re uel dominio , & illa uerba in fin. uendicari
poſſit . Sed tamen in contrarium facit : quia
ibi ſimul dicitur de re mobili , & immobili,&
uerbum poſſeſſio pro ut capitur pro proprieta
te , non poteſt uerificari in rebus mobilibus ,
neque etiam in ædibus , ut diximus ſupra in
principio legis:ergo neceſſariò ibi poſſeſſio ca-
pitur propriè . facit etiam : quia ille tex. lo-
quitur de rebus mobilibus , in quibus occaſio-
ne uſusfructus transfertur dominium , iuxta l.
primam. ff. de uſufructu earum rer.quę uſu con
ſumuntur . in quibus poſſunt uerificari illa uer
ba ſupradicta . Sed in rebus immobilibus poſ
ſeſſio ibi capitur propriè quæ tradita non
transferatur .

Vnde ſecundò poſteà ſoluit , quòd ibi eſt ca
ſus ſpecialis : quia eramus in eccleſia , quæ re-
gulariter non poteſt alienare etiam poſſeſſio-
nem quando non permittitur à lege : ideò pro
bat tantummodo quòd ex contractu inutili ec-
cleſia tradendo non amittit poſſeſſionem : ne
que transfert , & idem poteſt dici de pupillo .
l. pupillus . ſupra titulo primo . & l. poſſeſſio-
nem pupillus . infra eodem.& facit lex is cui
bonis , & ibi Areti.infra de uerborum obliga-
tionibus,quæ ſolutio nec etiam eſt ſufficiens :
quia pupillus poteſt alienare poſſeſſionem ſine
tutoris auctoritate , l. poſſeſſionem pupillus.in
fra eodem , & ibi no. & eſt tex. multum clarus
in l.ij. §. ſi à pupillo , & §. ſi à furioſo.infra de
uſucapio. pro emptore . ubi dicitur quòd ſi
pupillus alienat ſine tutoris auctoritate : quia
emens credit eum eſſe maiorem , quòd trans-
fertur poſſeſſio nedum iniuſta , ſed etiam ple-
niſſima , per quam poſſit uſucapere , & ita ex
contractu inutili transfertur poſſeſſio per pu-
pillum iniuſta , & aliquando iuſta, idem uide
tur dicendum in eccleſia ut eam poſſit alienare
ſaltem cum auctoritate prælati ſicut poteſt &
dominium transferre interueniente decreto iu
dicis , & in cap. ſi. de rebus eccleſiæ non alie-
nandis.cum materia , & leg. magis puto . §. ne.
paſſim. ff. de rebus eorum . ergo contractu exi
ſtente inutili , ſaltem illo caſu poterit transfer
ri poſſeſſio .

Vnde tertiò potes reſpondere quòd ibi lex
ulterius proceſſit fingendo poſſeſſionem non
eſſe traditam , uel non acquiſitam , ut ibi in-
nuit tex. in illa dictione impropriatiua tan-
quàm nullo iure tranſcriptam, & in §. pri-
mo ibi , teneantur tanquam nullo modo em-
ptam , & quia facta contra legem habentur
pro infectis .

52 Quartò etiam potes reſpondere, † quòd il-
le tex. loquitur in adminiſtratoribus facienti-
bus contractum in perſona ſua , nomine eccle
ſiæ , uel etiam nomine ſuo : nam illi poſſunt
alienare per contractus licitos& permiſſos.ſed
per contractus inutiles & non permiſſos non
poterunt alienare & priuare eccleſiam poſſeſ-
ſione ſua , ſaltem inter ſcientes contractum eſ-
inutilem , licèt poſſit tolerari quòd inter acci-
pientes bona fide credentes contractum eſſe ua
lidum transferatur poſſeſſio , & uſucapiendi
conditio , per dictam l.ij. §. ſi à pupillo , & §.
ſi à furioſo , & hoc modo etiam ille tex. limi-
tat regulam ſupra poſitam ut non procedat in
adminiſtratoribus . & ideò ſi in caſu noſtro
aliquis adminiſtrator mariti feciſſet contra-
ctum donationis , non potuiſſet maritum pri-
uare poſſeſſione , neque acquireretur uxori
per prædicta .

In omnibus tamen dictis caſibus propter tra
ditionē, quæ infirmari non poteſt à lege,tranſ-
feretur in accipientes detentatio ſeu poſſeſſio
naturalis , per quam ipſe de facto non poterit
ſpoliari, & neceſſariò oportebit conuenire rei
uendicatione, ut dicitur in dicta l. iubemus . §.
fin. in uerbo uendicare . & habebit comodum
poſſeſſionis , poſitum in §. commodum . inſti.
de interdictis . Et eſt ratio : quia antequàm di
ſcutietur an contractus ualeat, uel non ualeat,
ille interim habet plus iuris, l.j.§.fin.ff.uti poſ-
ſid. & l.qui pignori.infra eodem. & eſt de men
te Alcia.hic , & bene , & infra plenius dicam ;
quia reſpicit omnes limitationes ponendas .

53 Per quam diſcuſſionem †habes tactum alium
articulum quem hic ſeparatim non ponunt do
cto. ſed ſoli Peruſini ponunt,qui eſt,utrum tra-
dens rem ex contractu inutili ipſe priuetur poſ
ſeſſione , & tex. noſter hic dicit quòd ſic, & idē
dicit tex. in l. quod meo. §. ſi à furioſo . infra.
eodem.Sed in contrarium facit dicta lex ſi me
in uacuam , & dicta l.iubemus.§.ſanè. Ideò hic
Peruſini dicunt & ego plenius ultra eos, aut
actus eſt inutilis ſeu reprobatus propter uio-
lentiam expulſiuam , & tunc indiſtinctè amit-
titur poſſeſſio, quando priuatus fuit , l. clam
poſſidere. §. qui ad nundinas . & l. quod meo.
§. fin. & l. ſi id quod §. ſi. infra eodem . & l. ſi
colonus . de ui & ui armata, & procedit etiam
in pupillis , eccleſia, & omnibus perſonis pri-
uilegiatis . capitulo quo ad ſedem de reſtitu-
tione

tione ſpoliator. & cap. in literis. de cauſa poſſeſsionis & proprietatis, & no. in cap. reintegranda, tertia quæſt. j. & l. rem quæ nobis. infra eodem. Sin autem aliquis priuatus fuit per uiolentiam compulſiuam: quia compulſus fuit poſſeſsionem tradere, tunc fortius amittitur: quia concurrit uoluntas tradentis, licèt coacta l. ſi mulier. §. fi. ff. quod metus cauſa.

Et de poſſeſsione eſt tex. in dicta l. ſi mulier. §. primo. qui dicit poſſe repeti per actionem illam poſſeſsionẽ, & quadruplari ualor eius. ſi uerò actus uoluntariè geritur, & tunc aut geritur ab adminiſtratoribus in perſona eorum, ut prælati, œconomi; ſyndici ciuitatis, ſeu duum uiri, & procuratores generales, & tunc ſui domini non amittunt poſſeſsionem, dicta l. iubemus. §. fi. ſecundum unam reſponſionem, & fortius ſi lex proceſſit fingendo, ut ibi, ſecundum aliam reſponſionem, ſaltem inter ſcientes. Si uerò ſunt adminiſtratores, qui ſolum præſtant auctoritatem aliis tradentibus, & tũc ſi actus geritur cum mala fide, pupillus non priuatur poſſeſsione ciuili, per legem poſſeſsionem pupillum. infra eodem à contrario ſenſu: quia auctoritas ſua nullum habet effectum, lege prima, & l. magis puto. §. ne paſsim, de rebus eorum. & l. planè. in fi. & per totum titulum. ff. quod cum falſo tutore. dum contrahens reſtituitur in integrum ignorans: ergo ſciens habet totum damnum, & idem & fortius ſi fiat contractus cum ipſis minoribus mala fide, & fortius ſine tutoris auctoritate, d. l. poſſeſsionem pupillum. infra eodem.

54 Si uerò † factus ſit cum auctoritate tutoris bona fide, uel etiam fiat cum ipſis minoribus ſine tutoris uel curatoris auctoritate, ab eo qui credit eos eſſe maiores, & tunc non poteſt transferri dominium: quia nec ipſi neque adminiſtratores poſſunt alienare ex contractu inutili, ſed propter bonam fidem transfertur poſſeſſio uirtute tituli putatiui, quæ poſſeſſio plena ut transferatur uſucapiendi conditio, dicta l. ij. §. ſi à pupillo. & §. ſi à furioſo. infra de uſucapionibus pro emptore. ubi tex. uult quòd emens uſucapiat non tantum contra tertium, ſi forſan eſſet tertii: ſed etiam contra ipſum pupillum uel minorem: quia non fuit translatum dominium, quod etiam procedit in prodigo, ut ſi ſcienter contrahatur per traditionem factam non priuetur poſſeſsione, ſed inter ignorantes priuatur cum uſucapiendi conditione, dicta leg. is cui bonis. infra de uerborum obligationibus & ibi Aretinus & tenet hic Alcia.

Item intellige quòd non amittunt inter ſcientes ciuilem poſſeſſionem de illis bonis, quæ poſſunt alienari per ipſos ſecundum unã opinionem, ut ibi dicit Paulus de Caſtro, qui uult quòd ille tex. procedat in rebus mobilibus tantum, ut plenè per Peruſinos in charta final. Item intellige quòd non amittunt naturalem ſolam, quæ ſolet retineri animo, ſed bene amittunt poſſeſſionem naturalem, quæ erat unita cum ciuili, uel detentationem nudam; quando habet ſolam naturalem, dicta leg. pupillus. & leg. poſſeſſionem pupillum. infra eodem. & ibi no. & hic declarant Peru-
55 ſini. num. 12. & 13. † Taliter quòd eſt opus ut agant rei uendicatione, condictione indebiti, uel ſine cauſa ad repetendum, & interim illi habeant remedium. §. commodum. inſti. de interdictis donec conſtet de ueritate, ut uoluit Bar. in l. indebiti. §. ſi nummi. ff. de cond. indeb. de quo dicto miratur hic Iaſ. ut ſit contra notata hic.

Nam licèt ipſe non aduertat quòd licèt millies quis prohibeatur acquirere poſſeſſionem, & ille amittere, tamen ſi de facto tradita fuerit illa detentio actualiter, & ille acquiſierit, & ſit penes accipientem, non debet priuari niſi conſtito de ueritate.

Si uerò tradens habet ſanam mentem & liberam adminiſtrationem, & tunc ſimiliter tradens ex inutili contractu priuatur poſſeſſione, quàmuis alteri non acquiratur, dicta l. quod meo. §. ſi furioſo, infra eodem. fallit quando accipiens errat in re accipienda, & tacitè contradicit, uel etiam expreſsè. ſecundò fallit, quando tradit poſſeſſionem ſub conditione, ſi acquiratur per alium: quia tunc non priuabitur, dicta l. ſi me in uacuam, & l. qui abſenti. infra eodem. & hæc de poſſeſsione per modos ueros.

56 Sin autem † quis uult tradere poſſeſſionem nem per actus fictos, & tunc ſi contractus erit nullus principalis tunc nunquàm transfertur poſſeſſio: quia precarium eſt quoque nullum conſtitutum, conductio, & retentio uſuſfructus, per glo. in leg. ſi patronus. §. patronum, ff. quæ in fraudem creditorum. & idem etiam quando contractus principalis ualet, ipſum tamen pactum conſtituti, uel precarii, uel conductionis, uel retentionis uſuſfructus non ualet; quoniam tunc non poteſt transferri poſſeſſio: quia deficit medium ſeu inſtrumentum transferendi, cum exiſtentibus nullis dictis contractibus ceſſat fictio quæ eſt ſubſtantialis pars translationis poſſeſſionis, ut per Bar. in dicta l. ſi rem aliquam. inf. eo. & per glo. in dicto. §. ſi patronum, & facit lex fi. ff. de conſti. pecc. quam pro ſingulari allegat Bal. in l. ſi abſentis. C. ſi cert. petat. & item Bal. in l. ex teſtam. C. de fideicommiſs. quæ concluſio tanto fortius procedet in contractu reprobato, ut in terminis. §. noſtri: quia tunc propter reſiſtentiam legis actus transferendi qui eſt ciuilis infirmari poteſt, per ea quæ diximus in primo notabili.

Facias igitur regulam: quia hæc ſunt mul-
57 tum ſubtilia, † quòd ex contractu inutili tra-

dens priuatur poſſeſſione, ſiue acquiratur ingredienti ſiue non acquiratur, per l. quod meo. §. ſi à furioſo. infra eodem.

Ampliatur primò procedere, quando contrahens expelleret ipſum tradentem de poſſeſſione: nam tunc tradens priuatur poſſeſſione per uiolentiam quamuis ſub colore contractus inutilis: argum. dicti §. qui ad nundinas, & l. quod meo. §. ſi.

Ampliatur ſecundò procedere quando contrahens per uiolentiam compulſiuam cogeret alientem tradere: nam tunc priuaretur poſſeſſione, quæcunque eſſet perſona etiam priuilegiata: quia licèt uoluntas ſit, coacta uoluntas eſt, lege ſi mulier. §. primo. & §. ſi. ff. quod me tus cauſa. licèt in iſtis duobus caſibus competant remedia propria recuperatoria ut in iuribus ſupra allegatis.

Tertiò ampliatur procedere etiam in perſonis quæ non poſſunt res ſuas alienare, ut ſunt pupilli, furioſi, prodigi, uel minores, ſed con trahentes cum eis contrahant cum bona fide: nam tunc propter bonam fidem priuantur ipſi priuilegiati ſua poſſeſſione, & transfertur plena poſſeſſio naturalis & ciuilis, cum uſucapiendi conditione, dicta l. ij. §. ſi à pupillo, & §. ſi à furioſo. infra de uſucapionibus pro emptore.

Quartò ampliatur procedere, & fortius etiã in contractibus inutilibus, qui propter ſpem aliquam poſſunt confirmari: nam alienantes priuantur omni poſſeſſione etiam per conſtitu tum, & precarium l. Papinianus. cum glo. ſupra de donationibus inter uirum & uxorem. & glo. in l. quod de ſuo. C. de dote cant. non numera.

Quintò ampliatur procedere in omnibus perſonis indiſtinctè quantum ad detentationem & poſſeſſionem naturalem, ſi forſan contrahentes ingrediantur rem: nam licèt in mul tis caſibus ſtatim dicendis alienantes non priuentur poſſeſſione ſua, tamen ſemper priuabuntur detentatione & poſſeſſione naturali ſi alij ingrediantur: argum. dicti. §. qui ad nundinas, & ab extraneis remanebunt ſemper in poſſeſſione conuenti, & etiam ab ipſis principalibus ſi conueniantur rei uendicatione, quam uis utilius eſſet eos conuenire interdicto uti poſſidetis. iuxta legem primam in prin. infra uti poſſid.

Limitatur uerò dicta regula non procedere in eccleſia pupillis, & aliis minoribus prohibitis alienare, ſi mala fide fiat contractus: nam tunc dictæ perſonæ priuilegiatæ non priuabun tur ſua poſſeſſione ciuili, per dictam l. iubemus §. ſanè. ſecundum ſolutionem Bar. hic, quæ poteſt procedere quando contractus fiat cum mala fide.

Secundò limitatur non procedere, in admi niſtratoribus alienantibus res ſuorum principalium perſonaliter, licèt facta mentione ipſo rum principalium: nam quamuis poſſint tranſ ferre poſſeſſionem in contrahentes cum bona fide, tamen ſi interuenit mala fides non priuabuntur ſui principales poſſeſſione ciuili, dicta l. iubemus. §. ſanè. ſecundum aliam reſponſionem ad eum traditam, quæ inter contrahentes cum mala fide optimè procedit.

Tertiò limitatur non procedere indiſtinctè quando lex ulterius proceſſit, diſponens quòd alienantes non amittant poſſeſſionem fingendo ex iuſta caſa eas perſonas non amiſiſſe, dicta l. iubemus. §. ſanè. Secundum aliam reſponſionem quæ non habet difficultatem, & ge neraliter procedit: quia licèt lex non poſſit in firmare poſſeſſionem ſecundum ueritatem: quia facti eſt, tamen eam poteſt infirmare ſecundum fictionem ut per omnes declarantes uerſi. quòd attinet.

Quartò limitatur non procedere quando in grediens errat uel contradicit acquiſitioni: nam tunc tradens non amittit eam d. l. ſi me in uacuam. in ſuo dicto.

Quintò limitatur non procedere quando tradens daret ſub conditione ſi alteri acquireretur: nam tunc ſi ipſi non acquiratur ſecundum modum conditionis, tradens non priuatur, d. l. ſi me in uacuam. in ratione decidendi, infra eodem.

Sextò limitatur non procedere quando traderetur per modos fictos, ut per conſtitutum uel precarium, quoniam tunc ſi non poteſt transferri in alium quando contractus eſt reprobatus: quia & fictio eſt prohibita, uel quando contractus eſt inutilis: quia tunc contractus eſt reprobatus: quia & fictio eſt prohibita, uel quando contractus eſt inutilis: quia tunc conſtitutum eſt nullum, iuxta glo. in dicta l. ſi patronus. §. patronum: quæ in fraud. credito. tunc nec etiam ipſe conſtituens poterit priuari; ſed ipſe remanebit in ſua plena poſſeſſione, & detentatione: quia non habebat animum amittendi, cum ipſe uellet ſtare in poſſeſſione, & quòd eam transferet in alium, per ea quæ ſupra diximus in primo notabili. Et hæc de primo articulo. an ex contractu inutili amittatur poſſeſſio.

Secundus eſt principalis articulus, quem om
58 nes docto. hic tangunt, & pertinet ad principalem deciſionem tex. † an ex contractu inutili transferatur poſſeſſio, ſi ille contrahens illam uoluit acquirere. In quo articulo docto. ponunt concluſionem affirmatiuam, quòd ſic, per iſtum, tex. qui licèt loquatur in donatione inter uirum & uxorem ſpecialiter reprobata, tamen eam extendunt ad omnes alios contractus prohibitos ex quacunque cauſa, uel ratione, & fortius ad omnes alios contractus inutiles ex aliqua ſolemnitate

qua ſolemnitate deficiente, uel aliqua alia cauſa annullante in totum, uel pro parte, per rationem poſitam in tex. noſtro, quæ generalis eſt: quia poſſeſſio facti eſt, & res facti iure ciuili infirmari non poteſt. & ideò quomodo cunque fiat prohibitio à lege, ſemper hæc ratio uiget quòd lex non potuit poſſeſſionem infirmare, nec facere quòd ille ingrediens animo & corpore ſuo acquirat, & cum operatione animi & corporis retineat.

Contra tamen eam opponebat Sozi. hic in
59 fi.ij.not. de l. oratio.de ſponſalibus†quia ſi pro
hibetur dominium ergo fortius debet prohiberi poſſeſſio, per quam poteſt deueniri ad acquiſitionem dominii, dicta l. oratio. Reſpondebat ipſe negando quòd lex prohibeat acquiſitionem dominii, ſed tantummodo prohibet ipſum contractum, quæ ſaluatio falſa eſt, & contra mentem omnium, & dicta leg. 3. §. ſciendum. Prætereà uidemus quòd per talem reprobationem annullatur ipſe titulus contractus. Item uidemus quòd annullantur effectus poſſeſſionis ad finem, ut non acquirantur fructus, neque etiam dominium acquiratur per uſucapionem, dicta l. prima. §. fin. infra pro donato. & ſic apparet quòd uoluit prohibere etiam ea per quæ deuenitur ad acquiſitionem dominii: ergo tanto fortius uidetur uoluiſſe prohibere poſſeſſionem, per quam cauſantur dicti effectus. Ideò tu ſolue quòd ratio poſita fuit in tex. quia poſſeſſio quæ facti eſt iure ciuili infirmari non potuit, prohibendo enim lex contractum, tollit omne illud quod poteſt tollere, traditionem autem, apprehenſionem, & ipſam poſſeſſionem quæ facti eſt, atque ipſum actum contrahendi non tollit: quia non poteſt, ideò dicta lex oratio, limitatur non procedere in his quæ facti ſunt, & prohiberi non poſſunt.

Nam quòd antecedentia & conſequentia uideantur ſublata, facit: quia ſi uenditio fiat donationis cauſa, illa uenditio eſt nulla: quia eſt præambulum ad donationem, l. ſi ſponſus. §. circa. de donatio. inter uirum & uxorem. & proptereà prohibitus acquirere dominium non prohibetur habere poſſeſſionem: cap. quia tua, & cap. ſequenti. Archidiaconus in cap. ij. ut lite pendente in 6. Io. And. in cap. fi. de reſti. ſpoliato. propter quæ iura dicebant quidam quòd poſſeſſio non eſt præambulum neceſſarium ad dominium: quia poteſt acquiri ſine poſſeſſione, ut patet in decem caſibus enumeratis, per me ſupra in rub. & in aliis poſitis in l. ſi ager. ff. de rei uendicatio. tamen: quia interueniente traditione poſſeſſio dicitur eſſe præambulum ad dominium, hæc ratio in propoſito non uidetur concludere. Vnde probabilior & planior eſt ſolutio ſupra tradita, quòd quia poſſeſſio eſt facti, lex eam non potuit infirmare, ut in tex.

Secundò poteſt inſtari de lege iubemus. §. ſane. C. eodem. ſed reſponde & ſoluent in præcedenti quæſtio.

Tertiò poteſt inſtari de omnibus aliis iuribus in præcedenti quæſtione allegatis, quæ uolunt quòd tradens ex inutili contractu non priuatur poſſeſſione. ſed reſponde quòd fallit hæc regula in caſibus prædictis, ut infra dicam.

60 Quartò †opponitur ſecundum Sozi. in fi. ſecundę colum. uerſi. ultimo. de lege non dubium. C. de legibus. ubi dicitur quòd quando aliquid fit contra legem, omnis actus eſt ipſo iure nullus, & omne quod ex eo, uel ob id factum eſt, pro infecto habetur, ſed poſſeſſio ex contractu uel propter dominium traditur: ergo nulla eſt ipſo iure, & non debet acquiri. Soluit ipſe tribus modis. Et primò, quòd illa regula non procedit in poſſeſſione & eam non annulat: quia eſt parui præiudicii: ſecus quando eſt æqualis præiudicii, ut per domi. de Rota in cap. fin. de lit. pend. in 6. Quæ ſolutio non eſt bona in propoſito: quia in materia donationis poſſeſſio eſt æquè principalis ſicut res, cum æqualiter prohibeatur donatio poſſeſſionis ſicut & rei, l. int. uir. ſup. de dona. int. uir. & uxo. & tamen non inhibetur nec annullatur, ut in tex. Secundo reſpondet, quòd non eſt eadem ratio de poſſeſſione ad rem ipſam: quia non multum curauit lex de ea: ſecus ſi eſſet æqualis ratio ſecundum Bal. in dicta l. non dubium. in 10. oppoſitione, & dominos de Rota in dicto cap. fin. quæ nec etiam eſt bona, cum imò ſit eadem ratio: quoniam per amiſſionem poſſeſſionis maritus efficitur pauperior in ea, ſicut & in ipſa re, reſpectu rei, & ſic æqualis ratio militat: ergo deberet prohiberi, & adhuc urget contrarium. Tertiò reſpondet, quòd contractus non eſt immediata cauſa transferendi poſſeſſionem, ſed eſt ipſa traditio & acquiſitio, & immediata cauſa attenditur ſecundum Bal. in dicta l. non dubium. in decima oppoſitione. per l. ſi cum mulier. in prin. ſupra rerum amo. & l. quarta. in ff. ſi certum petatur. quæ ſolutio nec etiam eſt bona: quoniam contractus eſt cauſa principalis mouens ad tradendum & acquirendum, & propter illum, dominium dicitur habere cauſam, qua ceſſante non poſſet transferri, l. nunquàm nuda, ſupra titulo primo. atque etiam poſſeſſio dicitur habere cauſam, ut pro donato, pro emptore, aliàs appellatur pro poſſeſſore, & hic tex. dicit donationis cauſa ceſſit poſſeſſionem, & eam repræhendit etiam Ferretus: quia traditio pro poſſeſſione accipitur, l. traditionibus. C. de pactis, & addit docto. non intelligere quid ſit traditio, in quo tamen ipſe tanquam ebrius loquitur & inſolenter, ut non ſit opus inſiſtere.

Prætereà in hac donatione traditio etiam eſt prohibita, & annullata, d. l. 3. §. ſciendum. ergo cum ſit cauſa immediata poſſeſſionis,
61 debuiſſet & ipſa poſſeſſio eſſe prohibita, † Et

ſic apparet in quantas difficultates inciderunt docto. propter opinionem quam habuerunt, quòd poſſeſſio inris ſit: nam uerè nulla poteſt ratio, aſſignando & tenendo quòd poſſeſſio ſit iuris, quare ipſa non ſit infirmata, quoniam uidemus quòd titulus qui eſt pars contractus annullatur, quàmnis contractus remaneat, quia eſt facti. Item traditio annullatur in quãtum potuit fieri per legem. Item annullantur omnes effectus ciuiles poſſeſſionis, ut ipſa iure ciuili non dicatur poſſidere, dicta l.3. §. ſciendum. & non dicatur ciuiliter poſſidere, dicta l. prima. §. deiicitur. Item & ipſa dominii acquiſitio prohibetur, dicto. §. ſciendum. atque etiam fructuum acquiſitio & uſucapio dicta l. prima. §. fin. infra pro donato. atque etiam ius poſſidendi infringitur, cum pro poſſeſſore poſſideant dicta l. quod uxor. & ſic omnia quæ precedunt, concomitantur, & ſequuntur poſſeſſionem, ius ciuile infirmauit & maxime effectus ciuiles poſſeſſionis quos non fuiſſet opus infringere ſi fuiſſet infirmata poſſeſſio. Vnde apparet quod lex fecit quidquid potuit, ut infirmaret poſſeſſionem, & propterea neceſſarium eſt dicere, quòd ideò non fuit annullata: quia non potuit eam infirmare, & cogita quantum uis ſemper incides in inextricabiles difficultates retinendo quòd poſſeſſio iuris ſit. Quare quarta debet dari ſolutio quam docto. habuerunt aote oculos, ſed tamen propter eorum chimeram non potuerunt eam intelligere, & dici debet ꝙ ideò non infirmatur poſſeſſio: quia ipſa in ſubſtantia facti eſt, & res facti iure ciuili infirmari uon poſſunt ut hic & in dicta L. in bello. §. factæ. infra de cap. & in l. deniquè. ff. ex quib. cauſ. maior. & hæc omnimodo eſt tenenda.

62 Sozi. tamen perſeuerando in ſua opinione, † quòd poſſeſſio ſit iuris, & non habens meliorem ſolutionem ad contraria, quę fieri poſſunt, quàm dicere quòd contractus nou eſt cauſa immediata transferendi poſſeſſionem, ideò facit quinque concluſiones. Et Prima eſt qoòd quando contractus non eſt cauſa immediata poſſeſſeſſionis, poſſeſſio ipſa non annullatur etiam quòd contractus ſit reprobatus, & ita intelligit iſtum tex. Secuuda eſt quòd quando contractus eſt cauſa immediata poſſeſſionis, tunc annullatur poſſeſſio ut eſt precarium & conſtitutum ſecundum Bar. in l. ſi rem aliquam. infra eodem. ubi etiam dicitur ſi quis uendat fundum, & eum conducat per conductionem transfertur poſſeſſio ſi ualet, & ſi non ualet nõ transfertur: quia ſunt cauſa immediata poſſeſſionis. Tertia eſt quòd quando iſti contractus tranſlatiui poſſeſſionis poountur in contractu priocipali, & ipſe contractus principalis eſt nullus, etiam poſſeſſio annullatur: quia & ipſi contractus ſunt acceſſorii ad contractum principalem, & ſi contractus priocipalis non ualet. eodem modo nec ipſi ualent, ut per glo. in leg. ſi patronus, §. patronum. ſupra ſi quid in fraudem patroni. & per Bal. in l. non dubium. C. de legibus in 10. oppoſitio. & io l. ex teſtam. C. de fideicom. & ideò cum ipſi quoque contractus immediati ſint nulli non transfertur poſſeſſio.

Quartam quoque concluſionem addit, quòd in tex. noſtro ſi maritus per conſtitutum uoluiſſet dare poſſeſſionem uxori, quòd non fuiſſet translata per eaſdem rationes, & quintam quoque concluſionem ſubdir, quòd concluſio tex. noſtri procedit, quando donatio eſt facta inter uiuos & irreuocabiliter, ſecus autem ſi donatio fuiſſet facta cauſa mortis, uel ſimpliciter: quia tunc transferretur poſſeſſio, nedum per actus ueros, ſed etiam per precarium & conſtitutum, & alios modos fictos, per l. Papinianus. cum glo. ſupra de donatio. inter uirum & uxorem. coniuncta glo. in l. quod de ſuo. C. de dote cauta non numerata, ut hic latius per eum, qui in materia iſtius legis multum inſudauit. Sed tamen propter illam opinionem quòd poſſeſſio ſit iuris, imperfectam thoricam tradidit, & incidit in multas difficultates, & quàmuis quatuor ultimæ concluſiones ſuæ ueræ ſint, & nos eas ſupra poſuimus: tamen non ſunt ueræ per ſuas rationes, ſed propter alias cauſas. nam quòd per conſtitutum nullum non transferatur poſſeſſio, ratio principalis eſt: quia potiſſimum fundamentum eſt in fictione, quæ fictio iuris ciuilis eſt, & reprobato contractu uel aliter annullato ceſſat illud medium fictionis, & non poteſt transferri, & hæc eadem ratio militat in tertia ſua concluſione, & in quarta.

Qointa concluſio eſt uera, propter illam cauſam, quòd tunc donationes non ſunt reprobatæ, ſed propter ſuſpenſionem ualidantur. Prima autem ſua concluſio à qua ipſe extrahit alias, falſa eſt: quia imò etiam tenendo quòd contractus ſit cauſa mediata poſſeſſeſſionis, tameu poſſeſſio ipſa deberet annullari: nam dominium eſt magis remotum à contractu, quàm ſit poſſeſſio, cum illud poſſeſſio præcedat, & tamen annullatur: ergo & poſſeſſio, quæ magis propinqua eſt: fortius debuiſſet annullari, & ſic ſemper urgent dicta l. non dubium. & dicta l. oratio. cum ſuis multis concordantibus. & propterea non poteſt dari alia ſolutio niſi illa quàm ponit hic tex. quòd poſſeſſio ſit facti, & quæ facti ſunt iure ciuili infirmari non poſſunt, ideò reiectis dictis docto. tu alio modo ordina hanc materiam dando nouam theoricam.

63 Regula eſt igitur † quòd ex contractu ioutili, ſeu reprobato, transfertur & acquiritur poſſeſſio, quæ regula propter rationem tex. noſtri generalem, generaliter procedit in omnibus contractibus quomodocunque reprobatis, uel nullis, uel quacunque cauſa annul-

annullatis, Quæ regula ampliatur procedere etiam quòd acquireretur per uiolentiam, ſi contrahens uirtute contractus nulli expelleret alienantem de poſſeſſione: quia nihilominus acquireretur poſſeſſio: argum. §.qui ad nundinas. cum ſuis concordantibus.

Secundò ampliatur procedere etiam quòd contrahẽs compelleret alienantem propter metum ſibi tradere poſſeſſionem: nam tunc etiam ſibi acquireret: quia uoluntas coacta, uoluntas eſt, l. ſi mulier. §.j.cum materia.ff.quod metus cauſ. & militat ratio quòd corpore & animo acquirit.

Tertiò ampliatur procedere etiam quantum ad naturalem, & ciuilem poſſeſſionem ut ſupra probatum fuit: quia & ipſa facti eſt, ſolum enim adminicula iuris reprobantur, ut nõ habeat effectus ciuiles, neque habeat titulum propter quam cauſam dicitur iure ciuili non poſſidere, d. l. ſi eum, coniuncta d. l.j.§.deiicitur. ff. de ui & ui arm.

Quartò ampliatur procedere etiam ꝙ contractus ſit cauſa mediata transferendi poſſeſſionem, per iſtum tex. quia ſemper militat eadem ratio: quidquid dixerit Sozi. & alii quos ſupra reprobaui.

Quintò ampliatur procedere etiam quando contractus eſt inutilis præter legem, uel ex ſola ſolennitate amiſſa: quia tunc fortius militat ratio hic poſita: quia lex non tendit ad annullandum effectus ciuiles, & facit lex contractus. C. de fid. inſtr. & l. multum intereſt. cum glo. tradita. C. ſi quis alteri uel ſibi. Et ſub hac ampliatione poſſent poni ea, quæ dicuntur de donatione cauſa mortis, iuxta legem Papinianus. ff. de donatio int. uir. & uxo.

Sextò ampliatur procedere etiam quando poſſeſſio transfertur per actus fictos in illis caſibus in quibus contractus ſunt nulli præter legem, uel ſuſpendi poſſunt conditione, uel propter aliam cauſam, dicta l. contractus. cum glo. C. de fid. inſtr. & l. quod de ſuo. cum glo. C. de dot. caut. non num.

Septimò ampliatur procedere etiam in perſonis prohibitis alienare, ſi accipiens eſt in bona fide, in tantum quòd & poſſeſſio plena transfertur cum effectibus ciuilibus, & uſucapiendi conditione, leg. ij. §. ſi à pupillo. & §. ſi à furioſo. infra de uſucapione pro emptore cum ſuis concordantibus.

Octauò ampliatur, generaliſſimè procedere in naturali poſſeſſione unita cum ciuili, uel in detentatione, ut ſi alienatio fiat per perſonas prohibitas alienare, & contractus fiat cum mala fide, nihilominus indiſtinctè acquiratur illa naturalis detentatio, ut pendente lite ſemper debeat ipſe remanere in poſſeſſione, & conſequi commoda ipſius, iuxta. §. commodum, inſti. de interdict. & capitul. ſi epiſcopus. de præbend. in 6. unde uolentes recuperare poſſeſſionem, utilius eſt quòd ipſi intentent aliquod remedium poſſeſſorium quàm petitorium, ſecundum formam tradendam, in l. naturaliter. §. nihil commune. infra eodem.

64 Limitatur autem non procedere † primò quando contractus eſt reprobatus, lex fingeret poſſeſſionem non traditam eſſe, uel non acquiſitam: quia tunc non acquireretur per conſiderationem legis, dicta l. iubemus. §. j. inf. eo. & l. fin. in fin. inducendo ut ſupra, & facit etiã lex non dubium. C. de legibus. dum loquitur de his quæ ſunt facti, quod tamen intellige quantum ad ſententiam ferendam, non autem quantum ad ueritatem: quia ueritas poſſeſſionis non poteſt mutari: iudicabit tamen iudex in omnibus, ac ſi non poſſideret, ſicut quando lex fingit mortuum uiuere, non poteſt tollere quòd non ſit mortuus, ſed iudicat ac ſi uiueret, niſi quòd donec cognoſcatur an contractus ſit inutilis uel reprobatus, ſtabit in poſſeſſione, & uendicabitur ab eo, ut in dicto. §. ſanè. in uerbo uendicari. & hic per Alcia. & poterit agi contra eum conditione indebiti ad repetendam poſſeſſionem, ſecundum Bar. in leg. indebiti. §. ſi nummi. ſupra de condictione in debiti ut dixi in octaua ampliatio.

Secundò limitatur non procedere in omnibus caſibus, in quibus dixi in præcedenti quæſtio. quòd tradens non priuatur poſſeſſione. nam ſi ipſe non priuatur, non poteſt dici quòd alteri acquiratur, ſeu in alium transferatur, excepta tamen detentatione & naturali poſſeſſione, iuncta cum ciuili, quæ ſemper admittitur, & transfertur ut dixi in dicta octaua limitatione. taliter quòd interim donec diſcutiatur de uiribus contractus, debet ſtare in poſſeſſione. Vnde cautela eſt, uel quòd agat condictione indebiti ad repetendam poſſeſſionem, uel aliis remediis poſſeſſoriis ſi quæ competunt ut dixi in dicta octaua ampliatione, quòd bene nota: quia quantum ad practicam multum materia, tex. noſtri ſeruatur.

Tertio limitatur non procedere in adminiſtratoribus alienantibus nomine proprio in aliquos acquirentes cum mala fide: quia non poterunt priuare eccleſiam, uel ciuitatem, uel alium principalem ſua poſſeſſione, & contractu inutili dicta l. iubemus. §. ſanè inducendo ut ſupra in iiij. reſponſione.

Quartò limitatur non procedere quando poſſeſſio eſt tradita per actus fictos: quia tunc non acquiritur in contractu reprobato, cum ſicut lex annullat ipſum contractum, ita etiam poteſt annullare fictionem & operationem ſuã in fingendo, cum iuris ſit per iſtum tex. à contrario ſenſu. & l. ei à quo. infra de uſucapionibus. dum dicit quòd conductores non transferunt poſſeſſionem: quia eſſet traditio ficta ex conductione nulla, ſuper quo laborat hic Ale. & Ferretus. Et facit lex quamuis. §. primo

infra,& idem ſi contractus eſſet ſolum inutilis propter ſolennitatem non ſeruatam, quoniam dicti modificti, ut precarium, conſtitutum, uel conductio, uel uſusfructus, rogatio, ſunt acceſſorii in contractu principali, & annullantur annullato principali, ut per Bal. in dicta l. ex teſtamento. C. de fideicom. & docto. in dicta l. ſi rem aliquam. & Sozi. ſupra. niſi forſan ille contractus ſtaret in ſuſpenſo, propter aliquam ſpem ualiditatis: quia tunc poteſt transferri, ut ſupra dixi, & Sozi. poſuit in ſua quinta concluſione.

Quintò limitatur non procedere, quando ratio prohibitionis æqualiter militat in poſſeſſione: quia ſicut impediretur dominii tranſlatio, ita & ipſius poſſeſſionis, ſecundum dominos de Rota, quos refert Dominicus in cap. fin. ut lite pendente, & ſequuntur Peruſini hic, nu. 19. & Alcia. quam limitationem ego puto ueram ex capite fictionis: quia præſumeretur propter eandem rationem, & cauſam coniunctam, quòd lex fingeret ſuper poſſesſione, cum non poſſet uerè impedire, & ceſſaret ratio iſtius tex. & continetur ſub prima limitatione, & ita poſſet intelligi exemplum de ſtatuto prohibente rem immobilem in forenſem alienari: argum. dictæ l. iubemus. §. fi. dummodo ſemper dicas detentationem transferri, propter quam oportet uendicare ab eo, & ſtabit in poſſesſione uſque ad finem litis, per dictum §. ſanè in uerbo uendicari. & poterit condici poſſesſio per condictionem indebiti, ut per Bar. in l. indebiti. §. ſi nummi. ff. de condictio. indebiti & Alci. ſupra. Nunquid autem ſit uerum exemplum docto. in dicto cap. final. quòd ſucceſſor in beneficio litigioſo non ſit citandus, ponit hic Alciatus numer. 19. quem uideas ſi placet.

65 Sextò limitatur †non procedere in contractu ficto, ſiue nullo propter ſimulationem, quia ex eo non transferetur poſſesſio ſecundum Bar. in l. emptor. ff. de aqua pluuia arcenda, & ex præcedenti titulo cætera declarantur l. doli §. diuerſum. infra de noua. & hic per Areti. & Alcia. contra Bal. etiam quòd ex interuallo ſit ſubſecuta traditio. ſecundum Alcia. ſequentem Rom. & Raphaelem in dicta l. ſi mihi donatum. de donatio. contra Claudium hic & Ferretum, Et eſt ratio: quia in contractu ſimulato deficit ſpiritus & animus partium, ergo tradens non habet animum amittendi, & acquirens animum acquirendi. ergo nulla eſt poſſeſſio, l. quemadmodum. infra eodem, Vnde ſequitur quòd ſi contractus non eſt in totum, ſimulatus, ut contingit quando contrahentes intendunt facere unum contractum, tamen quia ille contractus eſt prohibitus, ut uenditio in re feudali, ſimulant conſtitutionem feudi, iuxta capitulum imperialem. §. callidis. de prohibita feudi alienatione per Federicum: uel quia pignus eſt prohibitum fieri cum lucro fructuum, ſimulat uenditionem, ut poſſit lucrari fructus, cap. ad noſtram. de emptio. & uenditio. & amphyteuta cum uellet facere uenditionem, ut effugiat caducitatem ſimulat permutationem, l. fin. C. de iur. emphy. & ſic ſimulatio non fit ad hoc ut contrahat, ſed fit de uno contractu in alio. In iſtis omnibus caſibus transfertur dominium: quia conſentiunt in traditione, & habent animum transferendi, argu. l. eleganter. ff. de dolo. licèt poſteà propter dolum puniantur, quòd procedit etiam in traditione ficta, quæ ualet tanquam uera ſecundum Alex. in l. ſi donationem. C. de collatio. colum. 5. & idem etiam quando dubius eſt contractus. nam ſi interueniat uera traditio præſumitur uerus contractus, ſi ficta fictus, l. j. C. de ſuffragio. & ibi Bal. & Alcia. hic. num. 58. & Claudius nu. 12. & hæc de articulo pertinente ad iſtum textus an ex contractu inutili transferatur poſſeſſio.

Secunda eſt principalis materia iſtius. §. quam ſumpta occaſione poſuit hic Bar. & do-
66 cto. extra glo. †utrum ex contractu inutili transferatur dominium, quæ differt à præcedenti, quoniam dominium ſecundum omnes iuris eſt & poteſt à lege faciliter impediri, dicta l. 3. §. ſciendum. & lege. j. C. de fund. dotal. & dicta l. iubemus. §. fin. ſecundum unum intellectum cum ſimilibus. Poſſeſſio uerò eſt facti ſecundum opinionem quam ſupra firmaui, uel ſecundum docto. licet ſit iuris, habet tamen mixturam facti, propter quam difficilius poteſt infirmari per iſtum tex. & leg. denique. ff. ex qui. cauſ. maiores & leg. in bello. §. factæ infra de captiuis.

Secundò dominium non poteſt acquiri ſine titulo, l. nunquam nuda. ſupra titulo primo. ſed poſſesſio indiſtinctè acquiritur ſine titulo ut no. in l. ſi rem aliquam. ſed melius in leg. clam. §. qui ad nundinas. in l. ſi id quod. §. fin. infra eodem. Vnde facilius ex inutili contractu impeditur dominii tranſlatio. igitur quærunt Bar. & docto. an ex inutili uel reprobato contractu, transferatur dominium, & conſtituit tria capita.

Primum eſt quando contractus eſt nullus propter conditionem: quia cum ſuſpenditur propter eam, & ea deficiente annullatur, reputatur quodammodo nullus.

Secundum caput eſt quando contractus eſt nullus propter aliquod factum partium præter legem, ut ſi partes conueniant quòd in uenditione interueniat ſcriptura, nam ante eam cõpletam imperfectus eſt contractus, non propter legem, ſed propter deſtinationem contrahentium, l. contractus. C. de fide inſtrum. Et aliud exemplum eſt in l. multum intereſt. C. ſi quis alteri uel ſibi. in tertio caſu. quando maritus ſtipulatur rem dari & uendi uxori, nam ſibi non acquirit: quia noluit, & uxori non acquirit: quia non potuit, & ita remanet contra-

ctus im-

ctus imperfectus ſine obligatione non propter legem. ſed propter factum partium.

Tertium caput eſt; quando contractus eſt reprobatus à lege, ut donatio in materia noſtra, & in l. fi. C. de fund. dotali. & in l. non dubium. C. de legibus. ſuper quibus capitibus ſpecialiter eſt inſiſtendum.

67 In primo igitur capite † de contractu conditionali Bar. hic facit concluſionem, quòd traditio facta ante conditionis euentum transfert dominium, per tex. in l. dotis fructus. in fine, cum l. ſequenti ſupra de iure dotium. nam contractus dotis inter ſponſos, ſemper eſt conditionalis ſi nuptiæ ſequantur l. item quia. §. primo. cum glo. ff. de pact. & tamen dicitur ibi quòd ſi res eſt tradita nomine dotis non poteſt repeti, ſed transfertur dominium, ut ſecutis nuptiis compleatur, & non ſecutis reſtituatur, facit etiam tex. in l. ſub conditione. ff. de ſoluti. ubi ſi debitor conditionalis ſoluat pecuniam transfertur dominium, & eueniente conditione cedunt in ſolutum, & ſequuntur communiter doctor. Tamen illa iura non uidentur concludenter probare, ex eo: quia ibi uidetur expreſſè actum quòd transferatur dominium, ergo ſecus uidetur ſi expreſſè non ſit actum. Sed defendendo poteſt dici quòd licèt illa ratio ibi aſsignetur, tamen non præſupponitur quòd ſit expreſſa, ſed ideò allegatur: quia ſemper præſumitur hoc actum eſſe, ut probatur in leg. j. §. ſi ſponſa. infra de uſucapio. pro dote.

68 Quam concluſionem † ampliabat hic Areti. procedere etiam in ficta uel præſumpta donatione, ut ſi poſt contractum conditionalem emptor ſciente, & patiente uenditore ſtetiſſet in poſſeſsione per longum tempus, quo caſu fingitur tradita, l. ij. C. de acquir. poſs. ergo etiam & dominii translatio uidebitur facta, per glo. in l. ſeruitutes la prima. ff. de ſeruitu. in uerbo ſub conditio. in ſecundo reſponſo. ibi, alij dicunt. Sed Sozi repræhendebat hanc ampliationem: quia illa glo. loquitur in ſeruitutibus in quibus quaſi poſſeſsio uerè transfertur per ſcientiam, & patientiam aduerſarij. l. quoties. eod. titulo. de ſeruitutibus. Vnde cum ibi ſit uera traditio ſecundum naturam rei poteſt transferri dominium, ſed in rebus corporalibus ſcientia, & patientia non facit traditionem, ſed eſt opus quòd tradatur uerè. ideò neceſſariò eſt ficta traditio, & cum poſteà requiratur quòd præſumatur animus transferendi dominium concurrunt duæ improprietates, fictio & præſumptio, quæ impediunt dominij tranſlationem. l. ſeruum filii. in fin. ff. de leg. j. & ſequuntur etiam Peruſini: quia non apparet quòd conſentiat, ut teneat ex noua cauſa ſed ex antiqua. Et ita non obſtat. §. interdum. inſti. de rerum diuiſione: quia loquitur in uenditione pura. tamen mihi placet ampliatio per tex. in dicto. §. interdum, & eſt uiolatio. quod non procederet etiam in uenditione conditionali. Item facit: quia in dicta l. ij. non eſt fictio, ſed eſt præſumptio traditionis, ex qua traditione transfertur poſteà dominium uerum: arg. l. certè. §. primo. infra de precario. & illa præſumptio eſt ſequela traditionis in contractu conditionali, dicta l. j. §. ſi ſponſa. infra de uſucap. pro dote.

Item quàmuis eſſet fictio in traditione, & præſumptio in tranſlatione dominii, tamen tolerantur quãdo adeſt primordium ueritatis & unum ſequitur ex alio l. ſingularia, & ibi no. ff. ſi cer. pe. Præterea animus hic transferendi dominium magis inoteſcit ex eo: quia tolerat per longum tempus eum poſsidere, ex contractu conditionali, ideò fortius deberet transferri. Nec obſtant notata in dicta l. ſeruum filii. quia ibi non aderat primordium ueritatis, nequè una ſequebatur ab alia. & ideò teneas ampliationem ut procedat hæc concluſio, etiam quòd præſumpta ſit traditio.

Limitabat idem Areti. iſtam concluſionem non procedere inter ignorantes, ſi tradens credebat contractum purum non conditionalem: quia non uidetur habere animum alterandi cõtractum conditionalem quem ignorabat: arg. l. cum de indebito. de probatio. Sed Peruſini dicunt limitationem non eſſe ueram: quia imò transfertur etiam dominium quando ignoratur, cum error non impediat regulariter tranſlationem dominii. l. iij. §. ſubtilius. & ibi no. ff. de conditio cauſ. data. ſed ſolum inſpicitur an error ſit in cauſa, qui error non eſt in propoſito cum cauſa ſit eadem, ſiue ſit pura ſiue ſit cõditionalis, ideò non impeditur ut no. in leg. ſi ego. ff. ſi cer. pe. quàm opinionẽ etiam ego puto ueram per tex. magis concludentẽ in l. ſub cõditione. ff. de cõdi. ind. ubi ſi quis ſoluit pecuniam promiſſam ſub conditione transfert dominiũ, quòd probatur: quia eam repetit per conditionem indebiti, quæ datur tantummodo tranſlato dominio. §. appellamus. inſti de actio. & tamen ibi ſoluens errabat in facto: quia credebat eſtitiſſe conditionem, uel contractum eſſe purum. & propterea hæc limitatio efficitur ampliatio, & habes hucuſquè regulam quòd ex contractu conditionali transfertur dominium.

Ampliatur procedere in traditione ficta, uel præſumpta, ac etiam ampliatur procedere in traditione facta per errorem. & hæc ſola eſt differentia an tradatur ſcienter uel ignoranter: quia ſi tradet ſcienter non poteſt repetere ante exiſtentiam conditionis, dicta l. dotis fructus. in fi. & dicta l. ſub conditione. ſed quando tradit per errorem poteſt repetere ante conditionis euentus d. l. ſub conditione. de conditio. indeb.

69 Vnde ſecundò & melius limitatur dicta concluſio non procedere † quando cauſa, & conditio erat incerta ut ſi quis promiſiſſet tradere triticum ex cauſa declaranda, & poſteà ſimpliciter traderet, ante declarationem non transfertur dominium, ſecundum glo. fi. & Bar. in

ff. de uerbo.ſigni. & ſequuntur hic communiter
docto.cum uideatur potius eſſe debitum quàm
uera traditio: arg. l. iiij. ff. ſi cer. pe. Sed con-
tra hanc limitationem inſtat Sozin. quia uide-
tur eadem ratio in utroquè caſu, cum ſiue ſit cer
ta cauſa, ſiue incerta ſemper traditio iuſtifica-
tur propter ipſam conditionem, ergo ſicut in
primo caſu transfertur, ita & in ſecundo debet
transferri. Tamen ipſe poſteà defendit limita
tionem, ex eo: quia in ſecundo caſu eſt duplex
incertitudo, & euentus conditionis, & qualita
tis cauſæ. Vnde fortius inpedit: quia duo uin
cula magis ſtringunt quàm unum, capi. j. de
treug. & pace. Quam opinionem, & ego pu-
to ueram per no. in l. j. C. de dot. promiſsio. ſe
cundum intellectum quem tradidi, in l. prima
ſolu. mar. & in l. ſciendum. infra de uerbo. obli.
quòd quando ſunt plures improprietates licèt
per unam ſuſtineatur actus, tamen ex duabus
infirmatur.

Et propterea ſtat concluſio, quòd qui dat tri
ticum pro cauſa declaranda nõ transfert domi
70 nium, † quæ concluſio procedit ſecundum om-
nes, ſi poſteà impeditus non declarauit, ſed ſi
poſteà ipſe non declarauit: quia noluit, tunc ui
detur recedere à conditione, & tanquàm ſuper
ueniat cauſa donationis transfertur dominiũ,
ut dicebat: arg. l. pe. C. de inſti. & ſubſti. ſub
condi. fact. in primo dicto. & ſentit Cuma. in
dicta l. triticum. ſed Alex. repræhendit: quia
in dicta l. pe. erat cauſa donationis principa-
lis: quia inſtituere eſt donare, uel legare, &
non addebatur noua cauſa ex non appoſitione
conditionis, ac etiam nulla requiritur cauſa in
inſtitutione, uel legato. & ſufficit ſola uolun-
tas, quod non eſt in contractibus: quia muta-
tur cauſa non declarando.

Item tex. in dicta l. pe. non facit iſtam diffe
rentiam an ſit impeditus uel non impeditus.
ſed Sozi. dicit quòd imò ille tex. facit, & præ-
ſumetur donatio: quia dicit ſuper uacuam eſſe
illam appoſitionem conditionum: ergo rema-
net donatio. Sed Sozi. non tollit oppoſitionẽ
Alex. quia ſi ſuperuacua eſt appoſitio conditio
nis, remanet inſtitutio ſine cauſa, quæ ualet:
quoniam non eſt neceſſaria cauſa, ſed in contra
ctibus traditio remanet ſine cauſa: ergo non po
teſt transferre dominium, l. nunquàm nuda.
ſupra titulo primo. Vnde eſt neceſſarium quòd
ſubintelligatur noua cauſa quod eſt multiplica
re improprietates, ergo impeditur translatio
ut ſtatim dixi. Præterea tex. in dicta l. pe. ul-
tra prædicta non facit in propoſito: quoniam
ibi nulla fuit traditio, ſed ſolum fuit ipſa inſti
tutio, uel legatum, & poſt apparentiam uerita
tis, ſequitur traditio poſt mortẽ. Item ibi actus
dependet à uoluntate unius, qui faciliter poteſt
mutare uoluntatem, ſecus in contractibus de-
pendentibus à uoluntate duorum. Item ibi era
mus in ultimis uoluntatibus, in quibus præſu-
mitur donatio, in contractibus uerò non præ-
ſumitur l. cum de indebito. de probatio. & l.
quæ dotis. cum materia ſupra ſolut. mat. & no.
per glo. in l. cum quid. ff. ſi cer. pet.

71 Conſtituas tamen tres caſus diuerſos in qui
bus æquiuocant docto. † Vnus eſt quando incæ-
pit à traditione, dicendo trado triticum pro
cauſa declaranda, & hic ponitur in dicta l. tri-
ticum. & concluſio communis eſt, & uera, quod
nunquàm transfertur dominium non ſecuta de
claratione, uel ex impedimento, uel negligen-
tia: quia remanet ſine cauſa, dicta l. nunquàm
nuda. & eſt potius depoſitum pro contractu
futuro, qui poſteà non ſequitur leg. iiij. ff. ſi cer.
peratur.

Secundus caſus eſt, quando promiſit trade-
re ex cauſa declaranda, & antequam declaret
tradidit, & tunc ſimiliter non transfertur do-
minium tanquàm ceſſauerit cauſa, uel ſecuta nõ
fuerit l. prima, & per totum de conditio. cauſ.
data ſiue ex impedimento ſiue per negligentiã.

Tertius caſus eſt, quando poſtquàm potuit
declarare, & non declarauit tradidit, & hic ui
detur caſus magis dubius quaſi ſit donatio, ta-
men tutior eſt opinio quòd non ſit donatio niſi
ſi concurrant aliæ coniecturæ donationum, de
quibus dicitur in dicta lege quæ dotis. & in di
cta leg. cum quid. ff. ſi certum petatur. & per
conſequens limitatio remanet in totum uera.

72 Secundò limitatur † non procedere in uſuca
pione, ut ſi fiat traditio pendente conditione
quàmuis ſi res propria tradatur transferatur
dominium: tamẽ ſi res aliena traditur non trãſ
fertur uſucapiendi conditio, per l. iiij. in prin.
ff. de in diem adiectio. ubi uenditio poteſt eſſe
pura reſoluenda ſub conditione, uel conditio-
nalis. & quando eſt conditionalis non uſuca-
pit, nec fructus habet, & tamen res data erat
ante conditionem. Et addit Aretinus magnã
eſſe reſtrictionem ut aliud ſit in translatione
dominij, aliud in uſucapione, & approbat etiã
Sozin. per text. magis clarum in leg. ſecunda
§. ſub conditione. infra pro emp. qui uerè ma-
gis probat, cum dicta leg. iiij. loquatur in ca-
ſu ſuo poſito in l. ij. qui dicit expræſſè quòd quã
do eſt pura transfertur dominium, & uſucapit
& non acquiruntur fructus. Sed quando eſt
conditionalis: neque transfertur dominium:
neque uſucapiet, & ſic non eſt in terminis.

73 Tamen contra utrunquè tex. eſt ille tex. † no.
in l. j. §. ſi ſponſa. uerſi. ſi tamen. infra de uſu-
pio. pro dote, qui dicit quòd pendente condi-
tione nuptiarum, non uſucapit pro dote, ſed
uſucapit pro ſuo: ergo pendente conditione
etiam procedit uſucapio. Et hanc opinionem
ego puto ueram: quia iſta parificantur, quòd
transferri poſſit dominium, ſi dominus eſt, uel
uſucapiendi conditio, ſi non eſt dominus, l. j.
& l. ſi ego. ff. de Publi. in rem actione, & ideò
quando transfertur dominium pendente condi
tione, non poteſt dici quòd transferatur ex con
tractu uenditionis qui nõ dũ eſt perfectus, neq;
extitit,

extitit, ſed transfertur ex quadam uoluntate,
quæ facit titulum pro ſuo, ex eo: quia ueſtitur
propter ſpem conditionis futuræ. Vnde in d. l.
ſub conditione. de ſolutio. dicit quòd poſteà
cedit in ſolutum, ergo non erat acquiſita pecu
nia ex illa cauſa.

Nec obſtat lex ſecunda eod. tit. pro dot. quia
eſt ſpeciale ibi: quia ſæpius eſt repetita condi-
tio, & interuenirent plures fictiones, uel præ-
ſumptiones, uel dic ut per glo. j. ibi. in fi. uel di
cas quòd merum transferetur dominium ante
nuptias: quia non ſecutis nuptiis non iure reſta
bat uxor uendere, & ſic parificatur dominii
translatio, & uſucapiendi conditio.

Quare concludas quòd pendente conditio-
ne nequè transfertur dominium nequè uſuca-
piendi conditio, ex illo tit. conditionali qui
nullus eſt, dicto. §. ſub conditione, & dicta l.
74 iiij. de in diem adiectione. † Sed ſi datur pen-
dente conditione ex quadam uoluntate noua,
ueſtita à pendentia conditionis, transfertur do
minium, & erit titulus pro ſuo, & eodem mo
do ſi dabitur res aliena, transferetur uſucapien
di conditio ex eodemmet titulo pro. ſuo, d.
l. prima de uſucapio. pro dote. per quem nota-
bilem tex. declaratur hæc materia, & ll. in ea
allegatæ. ideò erit ampliatio, & limitatio.
Nam erit ampliatio quòd etiam pendente con
ditione transfertur uſucapiendi conditio ex ti
tulo pro ſuo. & erit limitatio quòd non tran
sfertur uſucapiendi conditio ex illo contractu
conditionali, ſicut etiam ex eo transfertur
dominium, quæ nota: quia doctor. æquiuo-
cant ualdè.

Aliàs limitationes collige ex dictis Bar. in
dicta l. ſub conditione. col. fi. & in ſpecie quòd
quando conditio apponitur traditioni, dicen
do quòd non efficiatur ſua niſi exiſtente condi
tione, tunc non tranſibit dominium per tex. in
dicta l. dotis fructus. §. fi. & in dicta leg. j. §. ſi
ſponſa. infra de uſucapio. pro dote. & in alio
exemplo in l. ſecunda. §. ſi pecuniam. ſupra de
donationib. & l. qui abſenti. §. primo. infra
eo. & hæc eſt communis, & uera limitatio: quia
in claris non eſt opus coniecturis, l. continuus.
§. cum ita. infra de uerb. oblig. & hunc caſum
Bar. appellat conditionem eſſe appoſitam tran
slationi dominii.

Aliam etiam limitationem tradit in caſu le-
75 gis. ſi ego. §. primo. ff. de iur. dot. † ubi res
fuere datę marito ut dotis fierent, quando ſe-
cutæ ſunt nuptiæ, & dicit quòd ibi conditio
non fuit appoſita translationi dominii, ſed ti-
tulo: quia dictum fuit quòd efficiantur dotis ſe
cutis nuptiis, non autem dictum fuit quòd effi
cerentur mariti ſecutis nuptiis, & ſic aliud eſt
dicere quòd efficiantur mariti ſecutis nuptiis:
quia tunc conditio eſt appoſita translationi do
minii, aliud eſt dicere quòd efficiantur dotis:
quia tunc uidetur appoſita conditio ipſi titulo.
ſicut in caſu dictæ legis ſub conditione dictum
fuit, quod cedat in ſolutum eueniente ſolotio-
ne contractus: quia tunc non fuit appoſita con
ditio translationi dominii ſed ipſi titulo, ideò
uult quòd d. l. ſub conditione. procedat ſolum
in pecunia data, non autem in aliis rebus, per
dictam legem ſi ego. §. primo, quæ reſtrictio
eſt nimis uiolatiua ad dictam legem ſub condi
tione, cum non poſſit reddi ratio diuerſitatis,
quare in pecuniam transferatur dominium, &
ſi tradatur alia res ut cedat in ſolutum non trāſ
feratur dominium. proptereà mihi magis pla-
cet quòd illa lex procedat in omnibus rebus:
quia eſt eadem ratio, & conditio non ſit appoſi
ta translationi dominii, ſed ceſſioni in ſolu
tum ita quòd poteſt utrunquè eſſe uerum quòd
efficiatur nunc accipientis, & quòd conditio-
ne exiſtente cedat in ſolutum, & non exigente
non cedat in ſolutum.

Nec obſtat d. lex ſi ego: quia ibi eſt appoſita
conditio translationi dominii, dicendo quòd
dotis fiat, cum dotis non poſſit fieri, niſi ſecu-
tis nuptiis, & eſt ſenſus quòd efficiantur mari
ti ex cauſa dotis ſecutis nuptiis. Vnde & in il-
lo tex. ſunt eadem uerba quæ ponuntur in di-
cta l. dotis fructus. §. fi. dicendo dotis fiant,
æquipollent acſi diceretur fiant mariti cauſa
dotis.

Ang. uerò ibi dicebat totum contrarium, ꝙ
nunquàm transfertur dominium per conditio-
nem expreſſam, ſed quòd in dicta leg. ſub con
ditione, pecunia efficiatur eius per conſump-
tionem tantum, ſicut fit in depoſito. l. Lucius.
ff. de poſ. aliàs remanet ſemper tradentis: quia
conditio uidetur appoſita translationi domi-
nii, & ante uidetur data cauſa cuſtodiæ, quod
uidetur eſſe de mente tradentis, & multum ui-
detur applaudere auribus, tamen magis placet
quòd ſtatim transferatur dominium per dictā
legem. ſed niſi. de iure dotium. & dictam l. j. §.
ſi ſponſa. quæ uult in dubio transferri domi-
nium contra naturam dotis, & contractus. Vn-
de remanet quòd eſt ampliatio ad regulam ꝙ
transferatur dominium, etiam quòd ſit facta
mentio conditionis ipſius contractus, & non
ſit appoſita translationi ut hic ſentit Bar. alle-
gando illam legem, quam etiam hic intelligit
de omnibus rebus, & melius.

Aliam etiam limitationem addit, quando
dotis datio fuit facta fauore dantis: quia tunc
præſumitur in dubio translatum dominium, l.
ſi ego. §. fi. de iure dotium. dum loquitur de
paraphernalibus. Ferretus hic pauca uidens,
pauca tradens, pauca & malè profert.

Reaſſumas igitur omnia prædicta, quæ diffi-
76 cilia ſunt, & inuoluta, & conſtituas regulam, †
quòd quando res traditur pendente conditio-
ne transfertur dominium, per dictam legem
ſed niſi. de iure dotium. & dictam legem. ſub
conditione. & eſt ratio: quia ſufficit illa ſpes
perfectionis cauſæ ad ueſtiendam traditionem,
ut non uideatur nuda, uel dicitur interuenire ti

tulus pro ſuo l. j. §. ſi tamen .ff. pro dote. Ampliatur ptocedere etiam quando conditio primi contractus eſt mentionata in traditione, uc cedat ın ſolutum, uel cedat in illam cauſam, per dictam legem ſub conditione quam generaliter hic intelligit Bar.etiam in aliis rebus.

Secundò ampliatur procedere in nſufructu glo. in l. iij. §. deſinere. ff. uſufructuarius quemadm. caueat quæ uult dominium uſusfructua acquiri.

Tertiò ampliatur procedere etiam in ſernitutibus prædialibus,ut ex quaſi traditione quę fit ſciente, & patiente aduerſario, l. quoties de ſeruitutibus. acquiratur pendente conditione dominium ſeruitutis, glo. in l. ſeruitutes. prima in uerbo ſub conditione. uerſi. alii. ff. de ſeruituti. quæ hoc expreſſè dicit, & nemo dubitat: quia nulla alia traditio fieri poteſt in ſeruitutibus.

Quartòampliatur procedere etiam quòd tradens ıgnoret contractum eſſe conditionalem, ſecundum glo. in dicta l. iij. §. deſinere. ff.uſufructuarius quemadmo. cau. quam ſequuntur hic Perufini. & ego confirmani per tex. in leg. ſub conditione. ff. de conditio. indeb.licèt detur repetitio.

Quintò ampliatur procedere etiam quantũ ad nſucapionem, ut clarè dicit tex. in l. j. §. primo. uerſi.ſi tamen non uidetur. ex uerſic. ante nup. ff. pro dote. Sed tamen non procedit ex illo titulo conditionali ſed ex titulo pro ſuo,ut ibi clarè dicit tex. reſtringendo tamen ut in le. ij. qnæ ſequitur, quando datur res æſtimata, quoniam tunc non intendit uxor transferre dominium in maritum, ur ante nuptias ipſe efficiatur dominus, & poſſit non ſecutis nuptiis dare pecuniam, & retinere prædium, cum occaſio uendendi ita tam breui tempore non eſt ſperanda, ſicut quando ſecutum fuerit matrimonium.Ideò uidetur ibi appoſita duplex conditio, propter quas non efficiatur mariti niſi ſecutis nuptiis, unde nequè etiam uſucapio poterit procedere,cum titulus pro ſuo non fuerit conſideratus.

Limitatur primò non procedere, quando conditio eſt appoſita translationi, ut aliàs non fiant ipſius, niſi exiſtente conditione, l. qui abſenti. §. primo. infra eodem. & l. ij. §. ſi pecuniam. ff. de donatio. & l. ſi ego. §. primo. ſecundum intellectum quem ego dedı. ff. de iure dotium. & dicta leg. prima. §. ſi ſponſa. infra pro dot.

Secundò limitatur non procedere, quando traditio eſſet facta fictè, per pacta ſolita apponi in inſtrumento, ut per conſtitutum precarium, retentionem uſusfructus, nel conductionem: quia cum ſint acceſſorii ad ipſum contractum, nidentur habere eandem conditionem contractus, nt tunc transferatur poſſesſio, & dominium, quando extiterit illa conditio, iuxta no. in l. ſi rem aliquam. infra eo. ſinautem eſſet expreſſè dictum quòd de præſenti per conſtitutum transfert poſſeſſionem,tunc poſſet dubitari an transferatur dominium, per no. in dicta l. ſeruum filii. §. fin. ff. de leg. j. tamen uerior uidetur opinio quòd tunc temporis trausferetur per ea quæ ſtatim dicam.

Tertiò limitatur non procedere in traditione præſumpta, quando reperitur emptor in poſſeſſione rei, l. ij. C. de acquir. poſſeſſio. nam tunc non erit translatum dominiũ ne ſint duæ fictiones, uel duæ præſumptiones, uel una fictio, & una præſumptio, ut dicebat Soz.quem ſequuntur Peruſini: quia glo. quam allegauit Areti. loquitur in ſeruitutibus, in qoibus uſus cum patientia dicitur eſſe uera traditio ſecundum naturam earum. Pro qua opinione faciunt ea,quæ diximus in principio iſtius legis in quæſtione de tutore, & aliis adminiſtratoribns. tamen ſupra ego defenſaui ampliationem Areti. qnia propter exiſtentiam corporis in poſſeſſione, eſt quoddam primordinm neritatis, ur poſſint concurrere duæ fictiones, una in conſequentiam alterius, iuxta no. in l. ſingularia. ff. ſi cert. pet. & idem eſſet dicendum ſi traditio fieret per claues, ut poſſet dici translatum dominium cum adſit primordium ueritatis.& ego dixi in prin. iſtius legis ſupra eo.

Quartò limitatur non procedere, quando res eſſet pro cauſa declaranda tradita, ſecundũ glo. & Bar. in dicta l. triticum.in fi. ff. de uerb. obliga. quia tunc eſt plena incertitudo, & ratione euentus, & ratione cauſæ, & ſequuntur hic Peruſini, quam limitationem ego dixi procedere etiam quòd potuerit declarare cauſam, & non declarauerit conſtituendo tres caſus omnes æqualiter deciſos, nt ibi.

Qnintò limitatur non procedere in poteſtate uſucapiendi, quæ non acquiritur pendente conditione ſecundnm Areti. hic allegantem legem. iiij ff. de in diem adiectio. & quamuis uideatur poſteà dubirare: quia ibi non eſt translatum dominium,tamen Sozi. dicir eam probari per dictam legem ſecundam. §. ſub condition. infra pro emptore. quam limitationem ego puto procedere nt non procedat uſucapio, ex illo tit.conditionali.ſed bene poterit procedere nſucapio ex tit. pro ſuo,ſi tradens intendebat transferre dominium licèt non eſſet dominus: quia ſicut ille titulns non obſtante conditione eſt habilis ad transferendum dominiũ, eadem ratione eſt habilis ad trãſferendam poteſtatem uſucapiendi, & illud utile domininm cum Publiciana actione, iuxta l. j. & l. ſi ego. & per totum. ff. de publicia. actio.

Nec obſtat dicta l. ij. quæ ſequitur: quia ut dictum fuit, ibi erat duplex conditio, & non erat translatum dominium. unde nec etiam potnit tranſferri nſucapiendi conditio, cum deficeret titulus pro ſuo, & ſic remanet quòd limitatio procedit quantum ad titulum conditionalem,ſed non quantum ad titulum pro ſuo,

qui

qui inducitur quando habebat animum transferendi dominium, & à pari paſſu procedunt tráſferre dominium, & transferre. uſucapiendi conditionem interueniente bona fide, & hæc de primo articulo Bar.

77 Secundus eſt articulus Bar. † quando contractus eſt inutilis propter defectum requiſitorũ, in quo ſimiliter conſtituit regulam generalem; quòd dominium transferatur per tex. cum glo. in dicta l. contractus. C. de fid. inſtrum. & leg. multum intereſt. in fi. C. ſi quis alteri uel ſibi. & per tranſeunt ſimpliciter docto. Sed tamen glo. inſti. de emptio. & uenditio. §. primo. in uerbo pœna. in fi. aliter decidit uolens quòd in ſciente transferatur dominium, ſed non in ignorante: quia non habet animum recedendi ab illa perfectione conuenta, pro quo facit: quia contractus inutilis non facit titulum: ergo eſt nuda traditio, quæ non debet transferre dominium, l. nunquàm nuda. ſupra titulo primo. Confirmatur oppoſitio per tex. in l. j. §. ſi à pupillo. & §. ſi à furioſo. ff. pro emptore. ubi dicitur quòd etiam cum bona fide non transfertur dominium ex contractu inutili; ſed ſolum poteſt transferri uſucapiendi conditio propter titulum putatiuum.

Non obſtat dicta l. multum intereſt. quia ille tex. tantummodo dicit præferri eum cui res eſt tradita, & poteſt intelligi de poſſeſſione tantum, & non de dominio ut ibi ſentit glo. quæ reſpondendo ad rationem quòd non acquiritur obligatio, & actio, dicit quòd illa ſunt iuris, & poſſeſſio facti. ergo nec dominium tranſfertur quod iuris eſt, uel ſecundò ſi uis tenore quòd ſit tranſlatum dominium dicas hoc eſſe: quia contractus eſt perfectus, & ille tradens uoluit omnimodo transferre dominium quòd acquiretur per poſſeſſionem, & ſolum imperfectio contractus eſt conſiderabilis inter maritum, & uxorem non autem cum ipſo tradente.

Non obſtat ratio Bar. quòd ſit titulus putatiuus: quia illa ratio non uidetur concludere, cum quandam conditionem habeat ſi ſequatur ſcriptura, ergo titulus contractus tanquàm conditionalis non eſt habilis ad transferendum dominium, ſed eſſet neceſſarius titulus pro ſuo in quo ignorans non uidetur conſentire.

Quare tu plenius diſtinguas faciendo qua-
78 tuor caſus, † Aut contractus eſt inutilis: quia alienans eſt prohibitus alienare, ut ſunt pupilli, furioſi, prodigi, & minores, & eccleſia, & tunc inter ſcientes nulla transfertur poſſeſſio ciuilis, nequè dominium, per tex. in dicta l. iubemus. §. ſanè. ſecundum declarationes ſup. traditas. C. de ſacr. ſanct. eccleſ. ergo tanto minus dominium, inter ignorantes uerò, propter titulum putatiuum transfertur poſſeſſio uera, cum uſucapiendi facultate, per dictam legem ſecundam. §. ſi à pupillo, & §. ſi à furioſo. infra pro emptore. ſed non transfereretur dominium, ut ibi; quia tex. uult quòd uſucapiat contra ipſum pupillum: ergo non erat tráſlatum dominium, quoniam non eſſet opus uſucapione niſi contra tertium, lege ſequitur. §. lana. infra de uſucapionib.

Secundus caſus eſt, quando tradens habet liberam adminiſtrationem, tamen contractus eſt inutilis propter requiſitum appoſitum à cõtrahentibus præter legem, & tunc communis uidetur opinio quòd inter ſcientes omninò tráſferatur dominium: quia tradendo uidentur recedere ab illa qualitate quòd fiat ſcriptura, & faciliter præſumitur, cum recedendo ſe reducant ad naturam contractus; ut ſcriptura fiat ad probationem tantum, iuxta legem cum res. C. de probationib. & res de facili reuertitur ad naturam ſuam, lege ſi unus. §. pactus ne peteret. uerſi. quòd ſi in ſpecie. ff. de pact. ſi uerò ſumus inter ignorantes, & tunc uidentur contradicere dictæ glo. & probabiles uidentur rationes, quòd non transferatur dominium, quas ſupra poſui, tamen deciſiuè loquendo melius eſt dicere quòd transferatur dominium: quia ex cõtractu conditionali etiam inter ignorantes transfertur dominium, per legem ſub conditione. ſupra de condi. indebiti. & dixi in alio articulo, & tanto fortius: quia eſt quædam tacita conditio faciliter reuocabilis, & illa ueſtitur propter ſpem futuri contractus, & ſic generaliter dicemus in caſu dictæ legis contractus, transferri dominium: quia defectus ſolennitatis non eſt legalis, ſed de uoluntate partium attributæ.

Tertius caſus eſt quando contractus eſt nullus: quia minimè acquiritur obligatio, per dictam legẽ multũ intereſt, in quo licèt diſputatiuè poſſit dici non transferri dominium, tamen tutior eſt opinio communis quòd transferatur dominium: quia contractus eſt perfectus, & ſolum deficit in perſona cui acquiratur, qui defectus non impedit quin tradens intendat transferre dominium, & non poſſit.

Quartus caſus eſt, quando cõtractus eſt aliàs nullus ex ſolennitate legis deficiente, uel ex alia cauſa, ceſſante reprobatione legis, & tunc ex eo non poterit transferri dominium: quoniam traditio eſt nuda ſine titulo, quod procedit ſine dubio inter ſcientes dicta l. nunquàm nuda. & arg. l. iiij. §. condemnatum. ff. de re iudicata. ſed ſi ſumus inter ſcientes tunc transferetur omninò uſucapiendi conditio: argum. dictæ l. ij. §. ſi à pupillo, & §. ſi à furioſo. infra pro emptore. ſed an transferatur dominium eſt dubitabile, quaſi ſit titulus putatiuus, ſed tamen magis placet quòd non transferatur dominium: quia titulus putatiuus regulariter non transfert dominium: ſed ſolum uſucapiendi conditionem per no. in l. Celſus. infra de uſucapionibus.

Conſtituas igitur regulam, quòd contractu inutili ceſſante reprobatione expreſſa non transfertur dominium, nequè inter ſcientes, nequè

inter ignorantes. Ampliatur procedere etiam quòd inutilis ſit, in habentibus adminiſtrationem ſuorum bonorum, per dictam legem nunquàm nuda. ſed tamen inter ignorantes poterit transferri uſucapiendi facultas, d. l. ij. §. ſi à pupillo. & §. ſi à furioſo.

Limitatur non procedere in caſu legis contractibus. C. de fid. inſtrum. quando deficit ſolennitas requiſita ex ſola uolūtate partium. Limitatur, & ſecundò in caſu legis multum intereſt. C. ſi quis alteri uel ſibi. quando incertitudo eſt, ſeu deficit perſona cui obligetur, & ſic leges allegatæ per Bar. procedunt per modum limitationis non per modum regulæ.

79 Tertius eſt articulus, † quando contractus eſt reprobatus à lege, in quo Bar. concludit ꝙ non transfertur dominium, per l. non dubium. C. de legibus. & in terminis facit dicta l. iij. §. ſciendum. ff. de donatio. inter uir. & uxorem. & dicta l. j. C. de fun. dotali. Fallit ſecundum eum quando lex ulterius proceſſit per tex. in l. eleganter. ſupra de dolo. quæ fallentia uera eſt in ſe: quia lex poteſt dare contrahentibus poteſtatem transferendi dominium, & reprobare cum illa qualitate.

Sed tamen dum intelligit dictam legem ele-
80 ganter in his terminis, † quòd lex ulterius proceſſerat, non bene dicit, & communiter non tenetur: quia ibi Iuriſconſultus refert tantummodo factum, & ius ex facto contingens, non autem ulterius proceſſit mandando quòd transferatur dominiū, ibi enim uult quòd quando dolus dat cauſam contractui, contractus ſit ipſo iure nullus, & tamen dicit quòd ſi ſeruus traditus fuerit emptori cum peculio qui manumiſerit eum libertas ualet, & non poteſt minor illam libertatem reuocare etiam per reſtitutionem in integrum, unde neceſſariò actio de dolo contra eum datur. contra uerò emptorem de bonis, poterit dari alia actio non actio de dolo, & ſic decidit quæſtionem ſimpliciter propoſitam in princip. & non proceſſit ulterius: quia eſſet opus additum fuiſſe quòd lex nihilominus uoluit transferri dominium, dum ergo ibi manumiſſio ualuit, præſupponitur ex illa ſimplici relatione quòd ex dicto contractu nullo translatum fuerit dominium, quoniam non dominus manumittere non poteſt, ideò glo. ibi, & Areti. dant aliam planiorem ſolutionē, quòd ibi contractus ab initio non eſt nullus, ſed uenit annullandus ex uoluntate minoris fauore ipſius, unde cum antequàm declaret remanebit ualidus ab utraquè parte, ne contractus uideatur claudicare, l. iubemus. §. ſi quis à pupillo. ff. de actio. emp. ubi Bar. facit lex Sabinus. ff. de in diem adiectio. & l. ij. ff. de lege commiſſoria.

Nec obſtat quòd ibi dicitur non dari reſtitutionem in integrum, quæ eſſet neceſſaria ſi trāſferretur dominium: quia intelligitur contra ſeruum, non reſpectu bonorum, uel etiam intelligendo generaliter, ratio eſt apparens: quia ipſe minor ex ſola uoluntate poteſt facere contractum nullum, & recuperare res ſuas per condictionem ſine cauſa, uel ſuum intereſſe. unde non eſt opus recurrere ad ſubſidiarium remedium reſtitutionis, & actionis de dolo, & differt ille caſus à titulo. ff. quod metus cauſa. licèt habeant ſimilitudinem: quia ibi minor poteſt ex ſola uoluntate reddere contractum nullum. ſed in tit. quòd metus cauſa, eſt opus quòd agendo actione quod metus cauſa, reſcindat illum contractum, & petat quadruplum ſecundum formam illius edicti. Addit poſteà hic Areti. quòd Bar. in dicta l. non dubium tradebat aliam diſtinctionem, quam tamen repræhendit, & dicit Bar. hic melius loqui. Sed Peruſini dicunt Bar. non contrariari, ſed effectualiter cōſiderādo idem dicere ut hic ut per eos.

81 Quare conſtituas regulam negatiuam † quòd ex contractu reprobato non transfertur dominium, dicta l. non dubium. & dicto. §. ſciendum. & d. l. j. C. de fund. dotali. & in hoc differt hæc quæſtio de dominio à quæſtione de poſſeſſione: quoniam ex cōtractu reprobato transffertur poſſeſſio, ut hic in tex. & tamen non transffertur dominium: quia illa facti eſt, & infirmari non poteſt, & hoc iuris, ideò poteſt annullari.

82 Limitatur primò non procedere † quando lex ulterius proceſſit, ut transferatur dominium: quia in claris non eſt opus coniecturis. l. continuus. §. cum ita. ff. de uerbo. obliga. & ſequuntur hic omnes, licèt lex Bar. non probet. Secundò limitatur non procedere quando contractus non annullatur ſimpliciter, ſed ſolum nolente parte: quia tunc non impeditur dominij translatio ante annullationem, dicta l. eleganter. Secundum uerum intellectum, ſub qua limitatione à fortiori continetur lex mulier. §. ſi. cum l. j. & tota materia. ff. quod metus cauſa. Item continetur lex ij. C. de condi. ob cauſam, ubi etiam contractus non eſt ſimpliciter nullus, sed contingit in aliquibus caſibus poſitis per eundem Bar. in l. generaliter. infra de uerbo. oblig. & in l. j. ſupra de conditio. ob turp. cauſ. & eſt de mente Saly. in dicta leg. ij. Ferretus tamen hic aliter diſtinguebat, ſed tamē eius diſtinctio cadit in præcedēti articulo.

83 Quartus articulus eſt: † quādo nullus interuenit contractus, & tunc propriè procedit lex nū quàm nuda. ſupra de acquir. rerum dominio. & fortius quando nullus eſt contractus, & concurrit cauſa reprobata, ut ſi per uiolentiam aliquis rem alienam ſibi uſurpet, nam tunc nunquàm transferetur dominium. lege extat. ff. quod metus cauſa. & toto titulo infra de ui, & ui arma. Si uerò nulla eſt uera cauſa, ſed erronea, quæ ſi uera eſſet transſeret dominium, & tunc ſi eſt error facti illud poteſt transferri. toto titulo. ff. de conditio. indeb. in quo caſu regulariter loquitur ille titulus, licèt aliquando etiam loquatur quando titulus uerus præceſſit,

ceſſit, & error aliquis interuenit d. l.ſub conditione.co.tit. Si uerò eſt error iuris,& tunc ſi cauſa prætenſa eſt prohibita non transfertur dominium, ſi uerò non eſt prohibita, tunc poteſt transferri per illum titulum de conditio. indebi. & l.error. C. ad l. Falcidiam. ſinautem cauſa non eſt errònea ſed dubia,&tunc non trã ſfertur dominium, ſed uidetur data cauſa cuſtodiæ, l.cum pater. §. pater pluribus. ff.de leg. ij. niſi ſint coniecturæ urgentes donationis de quibus in l. cum quid.ff.ſi cer.pe.& l.quæ dotis. ff.ſol.mat.& ad prædicta reducas poſita hic per Alcia.qui,& ipſe imperfectè loquitur,& non potuit ſub una regula cum fallentiis rectè congerendo,ſinautem nulla eſt penitus, tunc omnimodo procedit dicta l. nunquàm nuda. de acquir. rer.dominio. & hæc ſufficiant.

Ioannes Bolognetus Salerni legens,& Meſſanæ repetita die 13. Martij. 1568. in ſex lectionib.

Summaria in l. iij. §è contrario. ff. de acquirend. poſſeſſion.

1 IN hoc. §. tractatur, an & quando plures eandem rem in ſolidum poſſidere poſſint.

2 Continuatio ad præcedentia ponitur

3 In hoc § ponitur regula negatiua, cum duabus fallentijs.

4 In poſſeſſione requiruntur multæ qualitates diuerſificantes effectus eiuſdem.

5 Poſſeſſionum quædam ſunt titulatæ, & quædam non titulatæ, & quæ ſint.

6 Poſſeſſionum quædam ſunt pro emptore, pro donato, pro ſuo.

7 Poſſeſſionum quædam ſunt iuſtæ, & quædam iniuſtæ & quæ ſint illæ.

8 Poſſeſſionum quædam naturaliter tenetur, & quædam ciuiliter, & quæ ſint.

9 Poſſeſſio aut eſt ciuilis aut naturalis, & quæ ſit.

10 Poſſeſſionum quædam eſt ciuilis,& quædam naturalis, alio modo conſiderata.

11 Poſſeſſionum quædam eſt uera, & propria, quædam eſt quaſi poſſeſſio in rebus incorporalibus.

12 Poſſeſſionum quædam eſt perfecta, & quædam imperfecta, ut detentatio.

13 Poſſeſſio aut retinetur iure dominij, aut non retinetur iure dominij pro alieno.

14 Poſſeſſionum quædam tendunt ad eundem finem,quædam ad diuerſos fines.

15 Poſſeſſiones naturales pro iure ſeparato à dominio tendunt ad diuerſos fines,ut quodammodo uideantur diuerſorum ſpecierum.

16 Poſſeſſiones tendentes ad eundem finem non poſſunt eſſe apud duos in ſolidum.

Sed quæ tendunt ad diuerſos fines poſſunt eſſe apud plures in ſolidum.

17 Poſſidentes ad diuerſos fines non occupant totam rẽ eorum intentione, ſed extra finem illum remanet uacua.

18 Regula tex.noſtri quòd plures non poſſunt in ſolidum poſſidere, procedit in qualitatibus tendentibus ad eundem finem, limitatio uerò non procedit in qualitatibus tendentibus ad diuerſos fines.

19 Creditor, & debitor uſufructuarius,emphyteuta, & feudatarius,in ſolidum uerò poſſidere poſſunt:quia poſſident ad diuerſum finem.

20 Regula negatiua procedit in quatuor primis diuiſionibus, limitatio affirmatiua procedit in alijs ſex diuiſionibus.

21 Dictio è contrariò,qualem cõtradictionem faciat cum præcedentibus.

22 Ratio quòd in eo loco in quo ſto tu ſtare non poſſis, quomodo procedat cum omnes in hoc ſtudio in ſolidum ſtare poſſint.

23 Naturalis poſſeſſio non conſiſtit in illo tantillo in quo ſtat corpus, ſed propter animum totam rem occupare dicitur.

24 In etymologia poſſeſſionis pes non capitur naturaliter, ſed pro toto corpore cum animo.

25 Verbum uideri, quomodo intelligatur in hoc tex. & quare ratio incipiat per uerbum ueritatis. & finiatur per uerbum fictionis.

26 Verba quòd precario rogans, & concedens in ſolidum poſſideat, quomodo intelligantur, & referuntur uariæ opiniones.

27 Sabinus, an rectè reprahenſus fuerit à Labeone,inquiritur.

28 Sabinus malè reprahenſus fuit per Labeonem ſecundum Sozinos.

29 Opinionem Sozinorum uanam eſſe, præſumptuoſam, & falſam demonſtratur

30 Diuiditur & ſummatur nouiter ultra docto.

31 Caſus figuratur.

32 Duo non poſſunt in ſolidum poſſidere, eadem ſpecie poſſeſſionis, & reſpectu eiuſdẽ finis:ſed diuerſæ ſpeciei,uel tendentes ad diuerſos fines permittuntur.

33 Dictio è contrariò,quam contradictionem inducat declaratur.

34 Dictio per contrarium, quid ſignificat.

35 Argumentari licèt à ratione naturali.

36 Duo in ſolidum quomodo poſſidere poſſint, regula ampliatur, & limitatur.

37 Poſſeſſio iuſta uel iniuſta an tendant ad diuerſum finem uel eundem declaratur.

38 Ratio naturalis allegata in text. quomodo conueniat ei declaratur.

39 Ratio naturalis an impediat duos poſſidere, unum ciuiliter, & alium naturaliter.

40 Lex non fingit ſuper impoſſibile, & an fingat illud quod eſt impoſſibile de iure poſitiuo diſcutitur.

41 Lex poteſt fingere quòd in eo loco in quo ſto, tu ſtare uidearis.

42 Statutum diſponens quòd duo in ſolidum poſſidere poſſint ualet.

43 Lex quomodo poſſit fingere ſuper impoſſibili, theoricaliter declaratur.

44 Lex non præſumitur uelle facere miracula, niſi ex

priuat ſed poßeſſio inducere medium, per quòd tollatur impoſſibilitas.

45 Pater, & filius an fingantur inſolidum poſſidere.

46 Qui deſit dolo poßidere, an fingatur in ſolidum poſſidere.

47 Precario rogãs, & precario cõcedens, quomodo intelligãtur in ſolidũ poſſidere, & reſpõdetur obiectis.

48 Poßeſſio naturalis, & ciuilis, quomodo dicantur tendere ad diuerſos fines.

49 Quare in precario, & non in commodato transferatur poſſeſſio ratio inquiritur.

50 Noua ratio aſſignatur.

51 Plures poſſeſſiones differentes numero, poßunt haberi in ſolidum à duobus, ſecundum Bar. qui repræhenditur in uerbis.

52 Plures poſſeſſiones eiuſdem ſpeciei tendentes ad diuerſum finem poſſunt haberi in ſolidum ſecundum ueriorem opinionem.

53 Trebatius an malè repræhenſus fuerit inquiritur per Sozinos.

54 Opinio Sozinorum quòd Trebatius malè repræhenſus fuerit eſt inutilis temeraria, & falſa.

55 Duo non poſſunt in ſolidum poſſidere rem mobilem, neque immobilem per iſtum tex.

56 Statutum diſponens de tenentibus rem, an comprahendat poſſidentes res immobiles.

57 Poſſeſſio cauſans uſucapionem quæ ſit, latè diſcutitur

58 Poſſeſſio ciuilis cauſat uſucapionem rei.

59 Seruus in fuga exiſtens, an naturaliter poſſideatur, diſcutitur.

60 Poſſeſſio ciuilis ſola an producere poſſit uſucapionem examinatur.

61 Poſſeſſio naturalis an requiratur cum ciuili ad uſucapionem.

62 Poſſeſſio ciuilis ſola producit uſucapionem.

63 Poſſeſſio naturalis an producat uſucapionem, alio occupante ciuilem, latè diſcutitur.

64 Reſolutiuè dicitur quòd poſſeſſio naturalis nunquàm producit uſucapionem.

65 Poſſeſſio naturalis uſufructuarii, an producat uſucapionem rei.

66 Poſſeſſio naturalis ſola uacante ciuili, an producat uſucapionem rei.

67 Poſſeſſio naturalis ſola, an producat uſucapionem iuris ſeparati ab ipſa.

68 Seruitutes prædiales, & perſonales, an præſcribãtur.

69 Vſusfructus, & ſeruitutes præſcribuntur, uſucapione acquiſita, & extintiua.

70 Poßeſſio corporalis an cauſet uſucapionem.

71 Poſſeſſio corporalis eſt eadem ſpecie cum naturali.

72 Poſſeſſio naturalis nulla poteſt producere uſucapionem.

73 Poſſeſſio qualis producat acquiſitionem fructuum.

74 Poſſeſſio ciuilis producit acquiſitionem fructuum.

75 Poſſeſſio naturalis ſola an producat acquiſitionem fructuum.

76 Poſſeſſio naturalis ſola, an cauſet acquiſitionem fructuum in uſufructuario putatiuo.

77 Acquiſitio fructuum an cauſetur ex Publiciana actione.

78 Acquiſitio fructuum cauſatur à bona fide concurrente uoluntate domini putatiui.

79 Poſſeſſio naturalis emphytheutæ, & feudatarii an cauſet acquiſitionem fructuum.

80 Noua traditur opinio, unde cauſetur acquiſitio fructuum, quæ ex multis comprobatur.

81 Acquiſitio fructuum cauſatur à dominio uerò, uel repræſentato, per poſſeſſionem, & culturam, & curam cum bona fide.

82 De qua poſſeſſione loquatur iſte tex. tam in regula, quàm in limitatione diſcutitur.

83 Debitor an creditor dicatur poßidere rem pignoratam diſcutitur.

84 Creditor habet utranquè poſſeſſionem naturalem, & ciuilem ad utilitatem debitoris.

85 Maritus & uxor non poſſident in ſolidum, & quomodo poßideant.

Emphyteuta, uel feudatarius, an habeant ciuilem poſſeſſionem cum domino.

86 Duæ poſſeſſiones pro dominio directo, & duæ pro dominio utili an reperiantur.

87 Opinio Az. quòd unica ſit poſſeſſio multũ eſt probabilis.

88 Emphyteuta, & feudatarius habet naturalem poſſeſſionem in re, & quaſi poſſeſſionem ciuilem in utili dominio.

89 Verbum tenere, ſtare, propter, & ſedere animum uerificatur, etiam in ciuili poſſeſſione.

90 Duo in ſolidum an poſſint poſſidere ciuiliter diſcutitur

91 Fundamenta Io. euitari poſſunt.

92 Duos ciuiliter in ſolidum poſſidere non poſſe confirmatur multis rationibus.

93 Duo in ſolidum uſucapere non poßunt eandem rem, uel idem ius.

94 Duo in ſolidum an poſſint poſſidere naturaliter, unus uerè, & alius fictè.

95 Opinio Ferreti repræhenditur, quòd in quatuor caſibus duo non poſſunt in ſolidũ poſſidere naturaliter

96 Plures creditores an poſſint in ſolidum poſſidere rem pignoratam.

97 Fructus an acquirãtur creditoribus ante cõſumptionẽ

98 Plures creditores poſſunt in ſolidum poßidere, quando res ſufficit pro omnibus creditis, alioquin poſſidetur tantum pro parte.

99 Plures ſi in ſolidum regulariter poſſidere non poſſunt. Fallit in caſibus hic ſuccinctè relatis.

100 Naturalis poſſeſſio conſideratur quatuor modis, & illa quæ eſt unita cum ciuili, non poteſt eſſe apud plures in ſolidum.

101 Naturalis quæ acquiritur ingredienti, non poteſt eſſe apud plures in ſolidum.

102 Naturalis ex uoluntate diu quæſita, ut in precario, non poteſt eßе apud plures in ſolidum.

103 Naturalis quæ datur habentibus ius in re ſeparatum à domino rei, an poßit eße apud plures in ſolidum latè diſcutitur.

104 Naturalis poßeſſio, quæ datur ad diuerſa iura, an poſſit eße apud plures in ſolidum.

105 Vſufructuarius, & uſuarius, an in ſolidum naturaliter poßideant rem.

106 Intellectus ad legem finalem. ff. uti poßi. diſcutitur.

107 Lex finalis. ff. uti poſſidetis loquitur de poßeſſione ipſius rei.

Duæ

108 *Duæ naturales in ſolidum haberi poſſunt, quando tendunt ad diuerſos fines.*

109 *Quinquè perſonæ poſſunt in ſolidum eandem rem naturaliter poßidere.*

110 *Ciuilis poſſeßio domini concurrit cum naturali uſufructuarij, & uſuarij.*

111 *Dominus, & omnes habentes aliquòd ius ſeparatum in re, in ſolidum poſſidere poſſunt.*

112 *Proprietarius an poſſit naturaliter poßidere rem, cum uſufructuario, & uſuario diſcutitur.*

113 *Ingrediens an acquirat poſseßionem naturalem abſente domino, & uſufructuario, & feudatario.*

114 *Ingrediens acquirit naturalem quæ poterat eſſe apud dominum.*

115 *Plures uſufructuarii, uſuarii, uel feudatarii, non poſſunt in ſolidum poſſidere.*

116 *Plures uſufructuarii quomodò poßint eſſe in ſolidum in eodem fundo.*

117 *Plures uſuarii poſſunt in ſolidum eſſe in eo. fundo.*

118 *Emphyteuta uel feudatarius feudatarii, an poßint in ſolidum poßidere.*

119 *Emphyteuta faciens alium emphyteutam, quid apud ſe retineat.*

120 *Si emphyteuta emphyteutæ, uel feudatarius alienat, uel committant feloniam cui applicetur res ipſa.*

121 *Dominium uniuerſale totius regni, & particulare feudorum, & ſingulare rerum reperitur.*

122 *Dominium uniuerſale totius mundi eſt penes imperatorem.*

123 *Dominium uniuerſale directum poteſt eſſe penes imperatorem, & dominium uniuerſale utile penes reges, & alios inferiores Barones.*

124 *Dominium diuerſa natura poteſt eſſe apud plures in ſolidum.*

125 *Papa habet directum dominium uniuerſale Regni Neapolitani, & poſſeſſionem ciuilem illius, & Rex naturalem illius uniuerſalis dominij.*

126 *Rex ſubinfeudans habet dominium particulare directum, & ciuilem poſſeßionem ipſius.*

127 *Baro ſubinfeudans habet dominium utile uniuerſitatis feudi, cum poſſeßione naturali, & directum dominium, cum poſſeßione ciuili rei ſubinfeudata.*

128 *Emphyteuta faciens emphyteutam uel feudatarius ſubinfeudans, quare dominium, & poſſeßionem habeat generaliter declaratur.*

129 *Quaſi poßio rerum incorporalium, an poßit eſſe penes plures in ſolidum.*

130 *Plures quaſi poſſeßiones in ſolidum eſſe poſſunt, ſi ipſa iura penes plures in ſolidum eſſe poſſunt.*

131 *Iuriſdictio diuidua, uel indiuidua, quomodo apud plures eſſe poſſit.*

132 *Quaſi poſſeſſio unica uel multiplex, an reperiatur penes plures, ius in ſolidum habentes.*

133 *Detentatio an poßit eſſe penes plures in ſolidum.*

134 *Detentatio naturalis, quando poßit eſſe penes plures in ſolidum.*

135 *Detentatio ciuilis, an, & quando poſſit eſſe penes plures in ſolidum.*

136 *Detentatio ex contractu conceſſa, an poßit eſſe penes plures in ſolidum.*

137 *Epilogatio breuis totius materia, an, & quandò plures poſſunt in ſolidum poſſidere.*

138 *Emphyteuta, uel feudatarius an poſſit facere alium emphyteutam, uel feudatariũ ſine conſenſu domini.*

139 *Feudatarius an, & quando poteſt ſubinfeudare de iure communi ſine conſenſu domini.*

140 *Feudatarius in Regno Neapolitano non poteſt ſubinfeudare ſine conſenſu domini, niſi excandentias.*

141 *Emphyteuta regulariter non poteſt facere alium emphyteutam ſine conſenſu domini.*

142 *Feudatarius an, & quando poſſit conſtituere uſumfructum in feudo, ſine conſenſu domini.*

143 *Emphyteuta an, & quando poßit conſtituere uſumfructum in emphyteuſi ſine conſenſu domini.*

144 *Feudatarius feudum locare poteſt non tranſlato dominio ſine conſenſu domini.*

In l. iij. §. è contrariò. ff. de acquir. poſs.

1 IN hoc §. tractatur † an, & quando plures eandem rem in ſolidum poſſidere poſſint, quæ inueſtigatio utilis eſt tam in theorica quàm in practica, cum ſi plures poſſideāt inter eos datur interdictum retinendæ, & ſi eiiciatur in totum interdictum recuperandæ, deiecto tantummodo competere poterit, cum alioqui ſi nunquàm fuit poſſeſſor, interdictum adipiſcendæ tantummodo competere poterit, in theorica etiam eſt utilis: quia ad illā quæſtionem reſoluendam, oportet perquirere omnes qualitates, ac diuiſiones poſſeſſionis, & benè cognoſcere quæ ſimul ſint compatibiles, & quæ incompatibiles, cum propter incompatibiles qualitates, duo eandem rem in ſolidum poſſidere non poſſunt.

Qui §. ſumma cũ ratione hoc loco collocatus 2 fuit: † quia cum in articulo prim. rubricæ noſtræ de acquir. poſſeſſio. quatuor principalia eſſent tractanda, quomodo acquirere poſſeſſionem, & poſſidere per corpus noſtrum poſſimus, quomodoquè per corpus alienum acquirere poſſeſſionem, & poſſidere poſſimus, ac quas res poſſidere, ſeu de quibus rebus, & pro qua parte acquirere poſſeſſionem ualeamus, & quomodo, & qualiter eandem rem poſſidere poſſimus de primo dictum fuit, in §. adipiſcimur. de ſecundo dictũ fuit, in §. item acquirimus, per totam legem. de tertio in hac lege noſtra. in prin. uſquè ad. §. ex pluribus. de quartò erat dicendum in dicto. §. ex pluribus. & cum in illa quæſtione quomodo, & qualiter eandem rem poſſimus poſſidere: duæ eſſent dubitationes: prima utrum plures poſſeſſiones ex diuerſis cauſis, unus in eadẽ re habere poſſit, Secundò an plures homines eandẽ rẽ unica poſſeſſione poſſidere ualeāt in ſolidũ, ideò in d. §. ex pluribus, determinauit ꝙ unus nõ impediatur ex pluribus cauſis poſſide-

re,& plures poſſeſſionẽ in eadẽ re habere licet, niſi ex una dominium acquirere poſſit, in hoc uerò, §.è contrariò. tractat, an& quando plures poſſeſſores in eadem re inſiſtere, ac eandem poſſidere poſſit, quæ dubitatio ſubtilis eſt ualdè,& difficilis: quia ut dictum eſt, oportet cognoſcere omnes qualitates, & diuiſiones poſſeſſionis,& ſcire plenè quæ inter compatibiles, & incompatibiles in eadem re.

3 Iuriſconſultus tamen † determinando in ea ponit unam regulam uegatiuam, quòd plures eandem tem iu ſolidum poſſidere non poſſunt, propter impoſſibilitatem inſiſtentiæ fundatam in probibitione naturæ, quę non admittit quòd in eo loco in quo ſto,uel ſedeo, ſtare uel ſedere tu poſſis, & quod ego teneo tu tenere iu ſolidum poſſis. Vnde cum poſſeſſio ſit quædam corporis inſiſtentia & ſedis poſitio, uel tenuta rei, quam rem ego inſiſtendo uel tenendo, uel ſedendo poſſideo, eandem tu non potes natura prohibente in ſolidum inſiſtendo, tenendo,uel ſedendo poſſidere. A qua regula excipit duos caſus. Vnum ex mente Sabini, qui interueniente contractu precarii uolebat rogante, & concedente precario in ſolidum eandem rem poſſidere poſſe, Alium ex mente Trebatii,qui iuſtam, & iniuſtam poſſeſſionem duorum ſimul concurrere iu eadem re conſentiebat .Sed duos iuſtè uel duos iniuſtè poſſidere poſſe negabat, hunc tamen ſecunduw caſum Trebatii repræhendit Paulus auctor legis noſtræ, dicens nec etiam unum iuſtè, & alium iniuſtè in ſolidum eandem rem poſſidere poſſe: quia in ſummam poſſeſſionis nou intereſt an iuſta,nel iniuſta ſit, cum iuſtitia nel iniuſtitia ſit quædam qualiras extrinſeca,& poſſeſſionis ſubſtantia in inſiſtentia propriè conſiſtat, cum propterea concludit comprobando regulam negatiuam generaliter dicendo, duos in ſolidum poſſidere non poſſe, excepto caſu poſito per Sabinum, de rogante, & precario concedente, qui poſſunt in ſolidum poſſidere. Veruntamen: quia non reddit rationem, quare per precarium dno in ſolidum poſſidere poſſint, nec eſt alia ſpecialitas conſiderabilis attributa contractui precarii, & eius cauſæ, oportet ut nos inueſtigemus rationem illam decidendi: & quærere an ſit fundata in duplici ſpecie poſſeſſionis, uel ſit fundata iu diuerſitate qualitatum poſſidendi, ac etiam ſcire quot ſint poſſeſſionis diuiſiones, & quomodo per ſpecies ſeu qualitates diuerſificentur, & quæ ſunt inuicem compatibiles, ut duos in ſolidnm poſſidere admittant, & quæ incompatibiles, ut duos in ſolidum poſſidere recuſent, ad finem ut plenè ſcire poſſimus, de qua poſſeſſione loquatur regula prohibitiua, & de qua loquatur exceptio permiſſiua.

4 Quamobrem pro præuia inſpectione, † ego puto ultra alios conſiderandum eſſe, quòd in poſſeſſione reperiuntur multæ qualitates diuerſificantes productionem aliquorum effectuum, de ea quæ ſparſim in corpore iuris reperiuntur traditæ,& ex quibus conſtituuntur decem principales diuiſiones poſſeſſionis, conſiderandas in materia iſtius.§.pro ampliatione,&reſtrictione regulæ, & pro ampliationę, & reſtrictione limitationis.

5 Prima eſt diuiſio,†quòd poſſeſſionum quædã ſunt titulatæ,& quædam non titulatæ. Poſſeſſiones titulatæ, ſunt illæ quæ babent cauſam poſſidendi ſeu acquirendi,ex aliqua cauſa recepta à iure ciuili,apta ad eius translationem,ut ex titulo emptionis,donationis,dotis ,pto bærede, pro ſuo,pro legato,& ſimilib. de quib. habetur inſ.per decem titulos poſitos per titulum generalem de uſucapionib. & repetuntur in C. ante titulum de acquir.poſſ.& plenius in l.j.§.fi.cum tribus ſequentibus ſup. de Public. actio.qui diuerſi tituli ſecundum aliquos conſtituebant dinerſas ſpecies poſſeſſionum, quotum opinionem repræhendit Iuriſcon.inſ.ea.l.§. genera. & appellantur generali nomine,& propriori.poſſeſſiones pto ſuo:quia cum dictis particularib. titulis concurrit quoquè generalis titulus pro ſuo,ut per Ale.in præmiſſis. §. præcedentis per l.primam.§.deiicitur.infra de ui,& ui arm.

Poſſeſſiones uerò non titulatæ ſunt illæ quæ non habent titulum ſeu cauſam, quare poſſidẽs uult poſſidere,& interrogatus quare poſſideat, neſcit dicere aliud niſi:quia poſſidet,& ſibi placet, & ſi cauſam allegat illa à iure eſt reprobata, ut uel clandeſtina ſeu uiolenta,ut ipſe dicat clandeſtinam,& uiolentam poſſeſſionem habere,& iſtæ generali nomine, & proprio appellantur poſſeſſiones pro poſſeſſore, l. nec ullam. cum lege præcedenti. infra de petitio.hæredita.& l.quod uxor.infra eodem.coniuncta l.iij.§. ſciendum, & l. ſi eum. ff. de donatio. inter uirum, & uxor & l.ſi quid poſſeſſor. & l.poſſeſſor. de petione hæredita.& alio quoquè nomine aliquando nnncupantur poſſeſſiones pro non ſuo, ut dicitur in dicto. §. deiicitur. aliquando tamen ex ſola mala fide dicitur quis poſſidere pto poſſeſſore, licèt babeat titulum, l.non ſolũ. §.j.de uſucapio. Sed illud eſt impropriè quando uoluntas tradentis interuenit, ſed ſi eſſet clandeſtina ſeu uiolenta poſſeſſio, tunc indiſtinctè, & propriè diceretur poſſeſſio pro poſſeſſore.

Secunda eſt diuiſio prædictorum generum:
6 † quia titulatæ poſſeſſiones, aut ſunt pro emptore, aut pro donato, aut pro legato, aut pro ſuo, ut in dicto. §. genera. & in dictis titulis ſequentibus, poſt titulum generalem de uſucapionibus. Sed differunt inter ſe ut differunt tituli dictorum contractuum, non titulatæ autem dicuntur, uel quæ uerè ex titulo reprobato ſeu inutili acquiſitæ ſunt, uel uiolentæ, uel clandeſtinæ, uel nullo titulo interueniente, nequè cauſa poſſidendi niſi propria uoluntas.

7 Tertia eſt diuiſio † quòd poſſeſſionum quædam ſunt iuſtæ, & quædam iniuſtæ. iuſtæ ſunt poſſeſſiones quæ habent titulum approbatum & bonam fidem poſſeſſoris, iniuſtæ ſunt illę quæ nullum habent titulum, uel ſi habent eſt habitus à non domino cum mala fide, l. non ſolum. §. j infra de uſucapionib. & no. plenè in l. Celſus. eo. titu. & infr. in hoc. §. uerſi. Trebatius. ita. quòd poſſeſſiones pro poſſeſſore, omnes ſunt iniuſtæ, titulatę uerò aliquando iuſtæ, & aliquando iniuſtæ. ſed regulariter ſunt iuſtæ quando à domino transferuntur qui habet poteſtatem alienandi, tamen poſſunt eſſe iniuſtæ ſi dantur à non domino cum mala fide, uel ab eo qui non habet poteſtatem diſponendi de re ſua, uel aliàs ſint reprobatæ ut uiolentæ uel clandeſtinæ, uel de re quæ non eſt in commercio noſtro, quę diuiſio cadit ęqualiter in eadem ſpecie poſſeſſionis, ſicut & in diuerſis ſpeciebus, & effectus maximus inſurgit in hac materia noſtra concurſus poſſeſſorum, an & quando plures poſſint eandem rem poſſidere, ut ſtatim dicetur.

8 Quarta eſt diuiſio reſpiciẽs qualitates, † quòd omnis poſſeſſio aut naturaliter tenetur, aut ciuiliter. Naturaliter tenetur, quando ſub conſideratione iuris naturalis tantum ſine effectibus tenetur, ut eſt poſſeſſio uxoris ex cauſa donationis, d. l. ſi eum. ſup. de donati inter uir. & uxorẽ, & aliæ poſſeſſiones iniuſtæ quę appellantur pro poſſeſſore, dictis iuribus. & l. ſtipulatio iſta. §. ſi quoquè. inf. de uerb. oblig. Ciuiliter autem tenetur, quando ſub conſideratione iuris ciuilis, & eo approbante tenetur, ut ſunt omnes iuſtæ poſſeſſiones tam domini quàm non domini, & de hac qualitate loquitur tex. in d. l. ſi eum. ff. de donationib. inter uir. & uxorem, coniuncta l. j. §. deiicitur. de ui, & ui arm. & plenè dixi in d. §. ſi uir. poſt alios. ſupra eodem, & etiam loquitur tex. in l. quòd ſeruus. infra eodem. & dicta l. ſtipulatio iſta. §. ſi quoquè. & §. ſi cui. ff. de uerborum obligationib. Alio etiam modo dicitur quis ciuiliter poſſidere quando habet ciuilem, & naturalem poſſeſſionem ſpecie differentes. Nam qui habet naturalem poſſeſſionem tantùm naturaliter poſſidet, l. naturaliter. infra eodem. & leg. j. ſupra eodem. & in multis locis iuris exprimitur de quo in ſequenti diuiſione, quæ reſpicit diuerſas ſpecies. Aliis etiam modis ciuilis, & naturalis poſſeſſio nuncupatur, de quibus per Sozi. in l. j. ſupra eod. colum. penul.

9 Quinta eſt diuiſio † inducens diuerſas ſpecies, quòd poſſeſſio aut eſt ciuilis aut naturalis. Naturalis eſt illa quæ retinetur corpore ſecundum opinionem Ioannis leg. prima. in principio ſupra eodem. Ciuilis uerò eſt illa quæ retinetur animo, leg. noſtra in principio, & hæc diuerſitas ſpecierum conſtituitur ſecundũ Ioannem, propter hoc ſolum quòd retinetur animo: quia ius ciuile operatur multum in ea ut animo ſolo ſine corpore retineatur, dicta l. poſſideri. in principio, & de hac diuiſione habetur in l. ij. §. primo. infra pro hærede, & l. nemo. C. eodem. & infra §. Nerua filius. & uidetur communiter teneri.

Sexta eſt diuiſio, quòd poſſeſſio diuiditur in tres ſpecies ſecundum opinionem Bar. Alia eſt enim naturalis, alia ciuilis, & alia corporalis. Ciuilis eſt illa quæ producit effectum uſucapionis, & acquiſitionis fructuum reſpectu ꝓprietatis rei. Naturalis eſt illa, quæ producit uſucapionẽ iuris ſeparati à proprietate, ut uſuſfructus emphytheuſis, & feudi. Corporalis eſt illa quæ iniuſtæ habetur, & producit ſolum effectum retentionis, & recuperationis, ut per Bar. in l. j. in principio in ij. quæſtio. principali. ſupra eo. ſed tamen illa diuiſio reprobatur per docto. quoniam nulla naturalis poſſeſſio producit uſucapionem, nec rei nec iuris ſeparati à proprietate, ſed ipſa res uſucapitur per poſſeſſionẽ ciuilem rei corporalis, & ipſum ius incorporale ſeparatum à dominio, uſucapitur per aliam poſſeſſionem ciuilem, quæ propriè eſt quaſi poſſeſſio rerùm incorporalium, ut ibi dictùm fuit, & infra dicetur. Igitur remanet quòd naturalis uſuſfructuarii, non differt effectu nequè forma à naturali proprietarii: nequè etiam differt effectu, & forma ab illa quam appellauit Bar. corporalem, & utraquè producit ſolum effectum retentionis, & recuperationis, & ſolum poteſt eſſe differentia accidentalis: quia illa naturalis uſufructuarii emphyteutæ, & feudatarii plerunquè eſt iuſta poſſeſſio, & conceditur ei à lege propter commoditatem utendi iure incorporali, eſt tamen poſſeſſio ipſius rei corporalis, non iuris, & illa quam appellat Bartol. corporalem plerunquè dicitur eſſe iniuſta poſſeſſio: quia datur ingredienti ui uel clam, dicto. §. qui ad nundinas.

10 Unde reducitur † hæc diuiſio ad opinionem Ioannis, & eius loco conſtituitur alia etiam bimembris: quam tenuerunt etiam docto. quòd poſſeſſio quædam eſt ciuilis, & quædam eſt naturalis. Poſſeſſio ciuilis eſt illa, quę producit effectum uſucapiendi, & acquiſitionis dominii rei, & fructuum, atquè apta eſt producere omnes effectus ciuiles. naturalis uerò eſt illa, quæ producit tantummodo effectum retentionis, & recuperationis, & hæc diuiditur in duas qualitates: quia una plerunq; eſt iuſta, quę datur uſufructuario emphyteutæ, & feudatario uel alteri habenti ius ſeparatum à proprietate rei propter commoditatem uſus ipſius iuris, alia uerò plerunq; eſt iniuſta, quæ datur ingredienti abſente domino. uel aliter clam uel uiolenter acquirenti, iuxta glo. in l. j. in glo. magna circa medium. C. uti poſſide.

Quæ diuiſio licèt uideatur eadem cum opinione Ioannis ex uerbis doctorum: tamen uerè differt ab ea propter diffinitionem, quam ipſi tradiderunt. Nam ſecundum Ioannem

ciuilis propter approbationem retinetur animo, naturalis uerò non retinetur animo, niſi ex quodam priuilegio, quando eſt ſeparata à ciuili; ſed ſecundum doctor. poſſeſſio naturalis: omnis apta eſt ut retineatur animo, ideò propter hanc qualitatem non differt à ciuili, ut ego dixi. in l. prima. ſupra eodem. ſuper penul. & plenius ſuper quæſtio. fin. ſed ſecundum hanc opinionem diuerſificantur hæ duæ ſpecies propter effectus: quia ciuilis poſſeſſio producit uſucapionem, & acquiſitionem dominii, uel apta eſt producere omnes alios effectus ciuiles. Naturalis uerò producit tantummodo effectum retentionis, & recuperationis ex mente doctor. hanc diffinitionem ex diuiſione approbantium, & unus eſt tantummodo caſus, in quo retinetur animo, uidelicet quando eſt unita cum ciuili, ut ibidem ego declaraui ultra alios.

11 Septima eſt diuiſio, † quòd quædam eſt poſſeſſio uerà pro rebus corporalibus inducta, quædam eſt poſſeſſio impropria pro rebus incorporalibus inducta, quæ & quaſi poſſeſſio nuncupatur, illa quæ eſt de rebus corporalibus dicitur uera poſſeſſio: quia in eis operario corporis, & animi poteſt plenè interuenire, cum ſit ſubiectum habile. Alia uerò appellatur quaſi poſſeſſio in rebus incorporalibus: quia non interuenit ſubiectum habile ad operationem corporis, & animi, & propterea eius ſubſtantia conſiſtit in uſu ipſius iuris, uel rei, uel hominis interueniente animo utendi illo iure atq; ſcientia, & patientia aduerſarii, ut per Bar. in leg. quoties, de ſeruitutib. & in l. j. §. hoc interdicto. inf. de itin. actuquè priua. & ego declaraui ſup. in dicta l. j. in præmiſſia quæſtionis Bar. de quaſi poſſeſſione rer. incorporalium. ubi etiam dixi quòd hæc quaſi poſſeſſio diuiditur inter naturalem, & ciuilem. Sed alio modo quàm faciat Bar. nam tunc erit ciuilis quando habetur animo acquirendi ipſum ius: naturalis uerò erit quando habetur pro commoditate utendi ipſo iure, uel per ingredientem ut ibidem plenè dixi.

12 Octaua eſt diuiſio, † quòd quædam dicitur eſſe poſſeſſio perfecta, & quædam imperfecta. Poſſeſſio perfecta eſt illa ciuilis, uel naturalis. Poſſeſſio imperfecta appellatur detentatio, quæ dicitur eſſe imperfecta ex uariis cauſis.

Primò quando res non poteſt poſſideri l. qui uniuerſas. §. j. inf. eo.

Secundò quando perſona non habet habilitatem ad poſſidendum. l. poſſeſſio. §. j. inf. eo. & l. quod ſeruus. & l. ſtipulatio iſta. §. hi qui. ff. de uerbo. obliga.

Tertiò ſtante habilitate ex uòluntate poſſidentis, & hoc ſecundum ius gentium eſt in detentatione, coloni, depoſitarii, & commodatarii, uel ſerui, non peculiaris, uel alterius, qui nomine noſtro eſt in poſſeſſione, ſecundum quòd ſupra dictum fuit in leg. prima. §. item acquiritur. primo reſponſo. & l. iij. §. ſaltus. primo reſponſo. & l. ſi colonus. infra eodem.

Quartò fit hæc detentatio ſecundum ius ciuile, in eo qui mittitur in poſſeſſionem auctoritate iudicis, l. ſi ex legati cauſa. ff. de bon. aucto. iudi. poſſidend. & l. ſi quis ante. infra eodem. & in omnibus iſtis caſibus ſemper ſpecie differt à perfecta poſſeſſione, & in ſubſtantia ut infra eadem lege. §. genera. uerſi. Quintus Mutius.

13 Nona eſt diuiſio, † quòd poſſeſſio aut retinetur iure dominii, aut retinetur non iure dominii: ſed pro alieno. Poſſeſſio retinetur iure dominii, quando poſſidens prætendit ſe dominum, uel acquiſitionem dominii ipſius rei poſſeſſæ tenet. Poſſeſſio uerò tenetur non iure dominii, & pro alieno quando quis poſſidet, neque tanquàm dominus neque animo acquirendi dominium, ſed dominum alium præſupponit, & aliud etiam ius in alio non excludit, ſed ſolum poſſidet animo conſeruandi ius ſuum ſeparatum à proprietate rei, & de hac eſt exemplum in creditore, qui poſſidet pignus, & aliquando ciuiliter non iure domini, ſed pro alieno, & ad utilitatem debitoris. l. qui pignoris. & l. res pignori. inf. eod. & l. res pignori. inf. de uſucapionibus, & aliud exemplum eſt. in leg. ſi ſeruus depoſitus. ubi etiam rex. clarus. §. primo. & habetur in lege quæcunquè. §. primo. ſupra de Publiciana actione. quòd exemplum ut dixi procedit etiam in ciuili poſſeſſione: quia creditor hàbet ciuilem poſſeſſionem, ut in dicta l. res pignori. ff. de uſucapio. & etiã depoſitarius tanquàm ſequeſter, ut no. in dicta l. ſi ſeruus depoſiti. Aliud exemplum eſt de naturali: quam habet uſufructuarius, qui proprietatem rei pro alieno poſſidet, & fatetur, alium eſſe dominum, & eum recognoſcit. & idem eſt in emphyteuta, & feudatario, qui ſimiliter poſſident naturaliter, non iure domini, ſed dominum recognoſcunt, & poſſeſſionem ipſius admittunt, ſed ſolum rem ipſam poſſident pro conſeruatione iuris ſui uſufructus, feudi, & alterius iuris ſimilis. Vnde & hæc poſſeſſio pro alieno differt ab illa poſſeſſione pro non ſuo: quia in hac prætendit aliquod ius in re ſeparatum à proprietate rei, & plerunquè eſt iuſta, in alia uerò nihil habet, ſed ſolum intendit totam rem iniuſtè lucrari, uel aliud ius ab ea ſeparatum.

14 Decima eſt diuiſio, † quòd poſſeſſionum quædam tendunt ad eundem finem, quædam uerò ad diuerſum finem. ad eundem finem tendunt, quando dantur ad acquirendum unum, & idem ius quod poteſt contingere, etiam quòd ſint diuerſæ reſpectu qualitatum, ut in primis quatuor exemplis. Poſſeſſiones uerò dicuntur tendere ad diuerſum finem, quando per eas poſſidens intendit acquirere diuerſum ius, uel conſeruare, ut ſi dominus poſſidet proprietatem, uel intendit dominium proprieta-

tis con-

ris conſeruare, uſuſfructuarius uerò poſſidet rem, ſed non intendit acquirere dominium proprietatis, uel conſeruare, ſed dominium alicuius iuris ſeparatum à proprietate acquirere, uel illud conſeruare.

Et propterea iſtæ poſſesſiones poſſunt reperiri tribus modis. Primo quando ſpecie differunt. Nam omnes poſſesſiones differentes ſpecie tendunt ad diuerſum finem, cum reſpectu finis, & propter diuerſos effectus diſtinctæ fuere ſpecies poſſesſionis, ut dictum fuit in l. prima. Similiter uerificatur in debitore & creditore: quia debitor posſidet rem tanquàm dominus, uel animo quærendi dominium, creditor uerò non poſſidet tanquàm dominus, nec animo quærendi dominium rei, ſed ſolum animo conſeruandi ius pignoris quod habet ſeparatum à dominio, & ſi aliter uult posſidere oportet quòd interuertat poſſesſionem dominii, quo caſu requiritur extrinſeca operatio: quia nemo ſibi ipſi poteſt mutare ſibi cauſam poſſesſionis. l. ij. §.j. infra de uſucapionib. pro hærede.

15 Tertiò †iſtæ poſſesſiones tendentes ad diuerſum finem, reperiuntur in eadem ſpecie, quando plures ſunt poſſesſiones naturales, nam uſufructuarius posſidet animo côſeruandi ius uſuſfructus, & non excludit uſuarium, uſuarius uero posſidet animo conſeruandi ſuum uſum, & non excludit uſumfructuarium, nec dominum posſidentem, emphyteuta ſimiliter posſidet animo conſeruandi ius ſuum, & poteſt fateri alium eſſe uſumfructuarium, uel uſuarium ad uitam, & eos non excludit, & feudatarius ſimiliter posſidet, animo conſeruandi ius ſuum feudale, & non excludit dominum, ſed cum fatetur neque uſumfructuarium, neque uſuariũ, ſi conſentiat eos illud ius in uita habere, & per conſequens apparet quòd iſtæ poſſesſiones tendunt ad diuerſum finem, leg. fi. ubi Bar. infra uti posſidet. qui diuerſus finis non conſtituit diuerſam ſpeciem, ut dixit idem Bar. in l. prima colum. 5. ſupra eodem. ſed tamen eſt tantæ potentiæ quòd facit perinde haberi, ac ſi ipſæ poſſesſiones differrent ſpecie. Vnde ipſemet Bar. in dicta l. fin. infra uti posſidetis dixit ꝙ iſtæ poſſesſiones differunt ſpecie, tamen intendit dicere, quòd differunt propter diuerſum finem, prout ſe melius declarauit, in l. prima in ſecunda principali quæſtio. in ſecunda ſua ſpecie poſſeſſionis quam appellauit naturalem, Et in hac ultima diuiſione conſiſtit reſolutio totius difficultatis iſtius. §. ut infra plenius declarabimus. Vnde eſt multum in mente collocanda ad tollendas confuſiones quæ ex dictis doct. inſurgere uidebuntur.

Iſtas autem poſſesſiones Bar. hic in ſummario appellauit differentes numero, & etiam in dicta l. prima ſed impropriè: quia imò differunt fine, & diuerſitas iuris ad quod tendunt, facit ut perinde habeâtur, ac ſi differant ſpecie, ut dictum fuit, Et ſic habes decem diuiſiones diuerſificantes poſſeſſiones, quarum quatuor primæ diuerſificant poſſeſſiones qualitate, non conſtituendo diuerſam ſpeciem neque inducendo diuerſum finem, aliæ quatuor ſequentes diuerſificant poſſeſſiones ſpecie, & fine & effectu, quæ tamen non omnes ſunt bonæ, ut in eis diximus. Aliæ duæ ſequentes diuerſificant poſſeſſiones reſpectu finis tantum ſiue omnes ſint ciuiles, ſiue omnes naturales.

16 Quibus ſic ſtantibus† redeũdo modo ad tex. noſtrum habes reſolutionem difficultatis poſitæ in eo, An duo poſſint eandem rem inſolidum poſſidere, quoniam tota difficultas reſoluitur per illam decimam diuiſionem, An poſſeſſiones tendant ad eundem finem, uel diuerſum: nam ſi tendunt ad eundem finem, non poſſunt ſimul concurrere, neque per eas duo inſolidum poſſidere poſſunt eandem rem, ſi uerò tendunt ad diuerſum finem, quod contingit quando differunt ſpecie, uel ſi non differunt ſpecie tamen tendunt ad diuerſum finem, & dicuntur differre propter illum finem, & tunc plures poſſunt in ſolidum eandem rem poſſidere, & ratio differentiæ eſt: quia quando tendunt ad eundem finem, unuſquiſque in ſolidum uult occupare totam illam rem reſpectu illius finis, & impedire omnes alios qui uolunt uenire ad illud ius ſeu ad illum finem. Vnde cum tota res remaneat occupata corpore, uel animo utriuſque, ſuccedit regula poſita in tex. quòd in eo loco in quo ſto animo, uel corpore, uel ſedeo animo uel corpore, tu non potes ſtare animo tuo nec corpore, neque potes ſedere animo tuo uel corpore in illa re, nec rẽ quam ego teneo animo uel corpore meo, tu non potes in ſolidum tenere, neque occupare animo tuo uel corpore, cum inuicem ſe impediant per dictam rationem naturalem, quando autem poſſesſiones tendunt ad diuerſũ finem, tunc licet corpore uterque ſit in poſſesſione, & animo eandem rem teneant & in ea ſedeant, tamen non intendunt occupare totam rem, neque ſe inuicem impedire, neque repugnat ratio naturalis, quin unuſquiſque posſit illam rem occupare ad diuerſum finem, & proptereà uno posſidente reſpectu ſui finis eadem res uidetur eſſe uacua reſpectu alterius finis. Vnde non impeditur alter propter alium finem ingredi, & ibidem ſtare corpore & animo neque lex fingit utrunquè posſidere æqualiter, ſed fingit unumquenque posſidere & animo occupare rem re-
17 ſpectu ſui finis. † Ita quòd occupata ab uno propter ſuum finem remanet uacua, & de corpore & de animo propter alium finem, & reſpectu aliorum iurium uel finium, & ſuccedit regula contraria tex. noſtro ut in eo loco in quo non ſto nec ſedeo: quia non tendo ad illum finem ut non impediris ſtare nec ſedere: quia intentione, & propter diuerſum finem eadem res poteſt eſſe uacua, & occupata, taliter

quòd alius occupando poteſt concurrere cum
primo posſidente, & dominus posſidebit, &
uſufructuarius, uſuarius & feudatarius eandem rem propter diuerſos fines: quia licet uideantur totam rem habere uelle, tamen quia
non tendunt ad eundem finem ſimul ſe compatiuntur, & res ab uno poſſeſſa remanet uacua
aliis propter ſuum finem.

18 Propterea habes † reſolutam aliam difficultatem tex. noſtri de qua poſſesſione intelligatur regula poſita hic in principio, & de qua intelligatur limitatio. Nam regula quòd plures in ſolidum posſidere non posſint procedit
generaliter in omni poſſesſione eiuſdem ſpeciei & qualitatis, ſine difficultate, ut ſi ſunt
duæ ciuiles poſſesſiones titulatæ uel duæ ciuiles non titulatæ, uel duæ pro emptore, uel
duæ pro donato, uel duę iuſtæ, uel duæ
iniuſtæ, uel duæ ciuiliter retentæ, ſeu duæ naturaliter retentæ. Sed etiam procedit quando inter illas poſſesſiones eſt diuerſitas aliqua, non tamen inducens diuerſitatem ſpeciei
uel finis, ut ſi unus habet poſſesſionem intitulatam, & alius non titulatam, ſeu pro poſſeſſore, & unus posſideat pro emptore, & alius
uelit posſidere pro donato, & unus habeat poſſesſionem iuſtam, & alius iniuſtam, & unus ciuilem ciuiliter, & alius ciuilem naturaliter, in
omnibus enim iſtis caſibus, duo non poſſunt
in ſolidum posſidere, licèt poſſesſiones prædictæ habeant aliquam diuerſitatem: quia cum
tendant ad eundem finem unuſquiſque dicitur
posſidere totam rem, & animo ſuo occupare,
atque ideò repugnet ratio naturalis poſita in
tex. & per conſequens ſequitur quòd regula
iſtius tex. ampliatur procedere in primis quatuor diuiſionibus ſupra poſitis.

Limitatio uerò poſita ex mente Sabini habet locũ in poſſeſſionibus tendentibus ad diuerſum finem, & directò in poſſesſionibus diuerſæ ſpeciei, ut unus naturalem habeat & alius ciuilem, l. & habet. §. cum qui. infra de precario. qui glo. hunc tex. & propter hunc caſum
procedit etiam in aliis poſſesſionibus diuerſarum ſpecierum, ut ſi unus posſideat rem corporalem, alter uerò posſideat, rem incorporalẽ
uel unus detineat, & alius poſſideat, uel dominus posſideat ciuiliter & uſufructuarius naturaliter etiam ſecundum intentionem Bar. omnes
enim iſtæ poſſesſiones differunt ſpecie ut ſupra
dixi in quatuor aliis diuiſionibus, & per rationem in qua ſe fundauit Sabinus: quoniam poſſesſiones diuerſæ ſpeciei tendunt ad diuerſum
finem, & ſequitur quòd ampliatur limitatio
procedere etiam in poſſesſionibus eiuſdem ſpeciei, dummodo tendant ad diuerſum finem:

19 † ut ſi creditor posſideat ciuiliter pro alieno, &
debitor posſideat ciuiliter pro domino, dicta
leg. qui pignoris. cum lege ſeq. infra eodem &
ſi uſusfructuarius & dominus posſideant,
emphyteuta, & dominus, feudatarius, &
dominus.

Item & tertiò ampliatur procedere etiam ſi
ſint duæ uel plures poſſeſſiones naturales tendẽtes ad diuerſa iura ſeparata à proprietate, ut ſi
eſt unus uſusfructuarius. alius uſuarius, alius
emphyteuta. & alius feudatarius, iſti enim omnes in ſolidum eandem rem posſidere poſſunt,
l. fin. ubi Bar. inf. uti posſid. quia tendunt ad cõſeruationem diuerſorum iurium compatibilium in eadem re, & posſidentes non occupant
totam rem, ſed tantummodo occupant eam
reſpectu iuris ſui non excludentes ſe inuicem,
& ceſſat ratio naturalis poſita hic in tex. dicta
l. fi. infra uti posſid & per conſequens habes
de qua poſſesſione loquatur limitatio Sabini
poſita in tex. nam loquitur de omnibus quatuor diuiſionibus diuerſificantibus poſſeſſionẽ
in ſpecie. Item & de aliis duabus diuiſionibus
ſequentibus, diuerſificantibus poſſeſſionem re-

20 ſpectu iuris diuerſi. & finis. Itaquòd † regula
negatiua tex. noſtri quòd duo non poſſunt in
ſolidum posſidere eandem rẽ procedit in quatuor primis diuiſionibus, limitatio uerò affirmatiua, quòd duo in ſolidum posſidere poſſunt, procedit in quatuor diuiſionibus ſequentibus, diuerſificantibus poſſesſionem ſpecie, &
in duabus poſteà additis non diuerſificantibus ſpeciem, ſed ſolum propter diuerſum ius
& finem, quæ benè nota, & in capite firma:
quia per ea totam hanc materiam aperire potes, & Docto. confuſionem euitare, & hæc
quantum ad generalem cognitionem terminorum & tex.

Secundò principaliter propius accedendo

21 ad tex. pro intelligentia literæ præmittendum
eſt, † quòd in ea ſunt quinque principales dubitationes. Prima eſt: quia tex. dicit è contrario, & ſic præſupponit contradictionem cum
præcedentibus, cum dictio è contrario, præſupponat contradictionem præcedentibus iuxta glo. ordinariam in l. duobus. §. fin. in uerbo
uel è contrario. ff. de iur. iurand. unde dubitatio eſt, in quo conſiſtat contradictio. ſed breuiter reſponde, quòd contradictio eſt in perſonis & poſſeſſionibus reſpectu eiuſdem rei. nam
tria interueniebant in §. ex pluribus. eadem
res, idem posſidens, & plures tituli cauſantes
plures poſſesſiones, & ibi determinatur quòd
unus homo poteſt habere in eadem re plures
poſſeſſiones ex diuerſis cauſis orientes, licèt ex
una tantum posſit acquirere dominium. hic
uerò dicitur quòd plures non poſſunt eandem
rem posſidere ex eadem uel diuerſa poſſeſſione
cauſata à diuerſis titulis, ſeu etiam quòd ueniat ex diuerſis cauſis. Vnde contradictio eſt:
quia hic ſunt plures perſonæ, ibi unus tantum,
hic eſt una poſſeſſio ex eadem cauſa, ibi uerò
plures poſſeſſiones ex pluribus cauſis, uel ſaltem hic non curamus an proueniant ex eadem
cauſa, uel ex pluribus cauſis, ac etiam eſt contradictio in dicto, cum determinetur negatiuę quòd

uè quòd plures non poſſunt eandem rem poſsi-
dere Ferretus tamen dicebat quòd tex. noſter
requirit quòd ſit eadem cauſa poſſesſionis, ut
ſit uera contradictio. & propter uerbum in ſo-
lidum, qnod contrariatur illi ex plnribus cau
ſis, tamen eius opinio non eſt uera, ut ſupra di
xi, cum nec etiam plures, posſint plures poſſeſ
ſiones ex dinerſis cauſis posſidere ſi ſunr einſ-
dem ſpeciei, & tendunt ad eundem finem, ut
patet in primis quatuor diuiſionibus, ideò di-
cas ut ſupra.

Secunda eſt dubitatio circa rationem aſsi-
22 gnatam in tex. † quia tex. uult probare duos
non poſſet in ſolidum poſsidere, adducendo
repugnantiam naturæ quæ dictat, quòd in eo
loco quo ſto uel ſedeo, tu non potes ſtare uel
ſedere, nam uidetur quòd iſta ratio ſit incon-
ueniens, & ex ea debeamus inferre concluſio-
nem contrariam, euidenter enim omnibus cō
ſtat & ad ſenſum, quòd in eadem re plures poſ-
ſunt ſedere & ſtare, ut demonſtrat ſtudium hoc
in quo omnes nos etiam plurimi ſtare, & ſede
re poſſumus in ſolidum, natura permittente
non autem impediente, & ſimul quoque plu-
res monachi ſtant in monaſterio, & quàmplu-
rimi in eccleſia excepto illo tātillo in quo unuſ
quiſque tenet pedem ſuum, uel ſedem ſuam, &
patet ad ſenſum quòd natura nō prohibet, imò
ex ratione aſſignata in tex. uidetur inferri to-
tum contrarium.

Sed ſaluando rationem Iuriſconſulti, potes
reſpondere quòd licèt ad oculum corporis ob
iectio uideatur urgere, tamen ad oculum intel
lectus non urget, & ratio Iuriſconſulti eſt con-
cludens & uera. Oportet enim præſupponere
23 † quòd naturalis poſſeſſio non conſiſtit tantum
in illa particula in qua corpus manet, quàmuis
aliqui hoc tenerent relati in l. prima in glo.
magna. in prima opinione. ſed naturalis poſ-
ſeſſio ultra corpus requirit etiam animum, qui
animus occupar totam rem operatione ſua, &
facit quòd corpus uideatur occupare totam rē,
ſequendo operationem animi, & lex fingit cor
pus eſſe in omni parte rei in qua operatur ani-
mus. Vnde dicitur in l. 3. infra eodem quòd
qui acquirit poſſeſſionem fundi maximi, nō eſt
neceſſarium quòd circumambulet totum, ſed
ſufficit quòd ponat pedem in una particula, &
animo uelit totum fundum poſsidere. nam di
citur acquirere puſſesſionem totius fundi: quia
lex fingit corpus eſſe in omni parte in qua eſt
animus, & ita corpore poſſeſſionem totius rei
acquirere, Et propterea posſidens tam ciuili-
ter quàm naturaliter, dicitur fictione legis cor
pore occupare, totam rem, ad quam tendit ani-
mus, & ſic ad oculum intellectus, fundus etiam
maximus dicitur occupari à corpore totus, &
hoc modo ſuccedit regula poſita hic in tex. ꝙ
in eo loco in quo ſto, uel ſedeo, tu non potes
ſtare, uel ſedere, quoniam totum fundum fi-
ctione legis ego occupo corpore meo, & ani-
mo, tam ſtando quàm ſedendo, unde ſequitur
quòd ſi tu uelis eodem modo totum fundum
animo tuo & per fictionem legis etiam corpo-
re tuo poſsidere tu non poteris hoc facere: qui
cum ego interpretatiuè in tota re ſtem, uel ſe-
deam, tu non potes in eadem re ſtare, uel ſe-
dere, & ſunt capiendo corpus naturaliter, in
eo tantillo in quo ſto, tu ſtare non potes, eodē
modo capiendo corpus ſecundum interpreta-
tionem legis, in eo loco in quo ſto, occupando
totam rem, tu in eodem ſtare non potes, & hoc
modo declarando ratio tex. eſt concludens &
uera. Et ideò diximus in l. prima ſupra eodē.
24 quòd in etymologia, poſſeſſio, pes, uel ſedes,
non capitur naturaliter, ſed capitur ciuiliter
pro toto corpore coniunctim cum animo, ut ſi-
mul cum animo ſit, in omni parte, in qua ani-
mus conſiſtit.

Tertia eſt difficultas etiam circa rationem:
quia uidetur quòd adhuc ratio ineptè prolata
fuerit: nam eius principium eſt de ueritate, &
eius finis eſt de fictione, cum dicatur in eo lo-
co in quo ſto, uel ſedeo, per uerba denotantia
ueritatem, & addatur poſteà tu ſtare uel ſede-
re uidearis, & ſic concludit per fictionem, cum
uerbum uidearis denotet fictionem, l. j. §. deie
ciſſe. ff. de ui & ui arm. & per Bar. in l. ſi is qui
pro emptore. infra de uſucapionibus. Vnde ui
detur inepta quaſi concluſio cum etiam per fi-
ctionem non poſſit uerificari, attento quòd na-
tura per fictionem uidetur poſſe facere, ut mil
le eandem rem posſint poſſidere, cum lex fingat
impoſſibile contra naturam, ſaltem in ſpecie,
ut no. in l. ſi is, qui pro emptore. ff. de uſuca-
pionibus, probatur in lege in bello. ff. de cap. &
l. retro. ff. eo cum ſimilib.

25 Ad iſtud contrarium dantur tres reſponſio-
nes. † Prima eſt Azonis fatentis contrarium, un
de dicit uerbum uideri, hic denotare uerita-
tem, quæ reſponſio continet refugium miſe-
rorum, & eſt contra proprietatem uocabuli.
Vnde ſecundò dicitur quòd imò uerbum uidea
ris optimè poſitum fuit: quia ut in præceden-
ti difficultate dictum fuit, in omni poſſeſſione
eſt neceſſaria repræſentatio corporis. nam cū
poſſidens naturaliter corpore, occupat unum
tantillum terræ, eſt neceſſarium ut repræſenta
tiuè uideatur etiam eſſe in tota re propter ani
mum: ergo aliqua fictio neceſſaria eſt in poſſeſ
ſione naturali, & per conſequens ſequitur quòd
uerbum uidearis erat neceſſarium, ut ſit ſen-
ſus quod natura prohibet. in eo loco in quo
ſto uel ſedeo, uerè uel interpretatiuè propter
animum oculos, uel affectum, tu non potes ue
rè ibi ſtare, neque ſedere, nec interpretatiuè
potes uideri ſtare, & hæc eſt uera reſolutio,
& communis.

Tertiò etiam potes reſpondere adhuc ex
mente docto. quòd hic, uerbum uidearis po-
ſitum fuit cum miniſterio per Iuriſconſultum,
quia cum cognoſceret duas eſſe poſſesſiones, ci

uilem & naturalem, & quòd ciuilis retinetur ſolo animo,& item in ea interuenit quædam fictio legis, uòlens generaliter determinare ꝙ plures non poſſunt poſſidere in ſolidum neque cum naturali poſſeſſine, neque cum ciuili, aſſignauit rationem implicitè, tam uolentibus poſſidere naturaliter, quàm etiam uolentibus poſſidere ciuiliter. Vnde immiſcuit illud uerbum uidearis, ut demonſtraret quòd ſicut in natura li poſſesſione in eo loco in quo ſto tu non potes ſtare, eodem modo in ciuili poſſeſſione in eo loco in quo fingor ſtare, tu non potes fingi ſtare, nequè etiam uerò potes ſtare, tanquàm totius rei poſſeſſor, & hæc reſponſio etiam eſt bona. Per quam tu habes ampliationem ad iſtũ tex. ut etiam procedat in duobus uolentibus in ſolidum eandem rem poſſidere cum ciuili poſſeſſione. Prima tamen magis eſt de mente literæ, licèt hæc ſecunda ſit uera per interpretationem mentis Iureconſulti.

26 Quarta eſt difficultas in uerſi. Sabinus. † quomodo intelligatur exceptio iſtius tex. dum permittit rogantem & concedentem precario, in ſolidum poſſidere, de quibus poſſeſſionibus loquatur. Azo. uolebat quòd loqueretur de duabus ciuilibus poſſeſſionibus, ut duæ ciuiles poſſeſſiones poſſint ſimul concurrere, dummodo unus retineret cum qualitate naturaliter, & alter cum qualitate ciuiliter, quæ reſolutio uera eſt tenendo opinionẽ ſuam quòd unica ſit poſſeſſio. Sed quia eius opinio communiter non tenetur, & paſſim alia opinio recepta fuit, ꝙ plures ſint poſſeſſiones ſpecie differentes, tam per glo. quàm per docto. declarando ut ſupra quæ omnimodo in practica eſt tenenda, remanet quòd nec etiam reſponſio eſt bona.

Quare glo. magna in hac materia latè inſiſtit ponendo quatuor opiniones, & prima eſt Azo. & Roglerii. quòd duo non poſſunt in ſolidum poſſidere, neque ciuiliter, neque naturaliter, per regulam iſtius tex. ſed bene poſſint in ſolidum poſſidere in tribus caſibus, in debitore & creditore, marito & uxore, domino & feudatario, & de iſtis uoluit intelligi hunc. §. Sabinus. Secunda eſt opinio conformis cum naturali, & in ciuili ampliatiuè, ut indiſtinctè duo ciuiliter poſſint poſſidere propter illam rationem: quia in ciuili poſſeſſione non uidetur militare ratio naturalis poſita in tex. nemine exiſtente in poſſeſſione. Tertia eſt opinio Marti. ampliatiua iſtius limitationis, ut non tantum duo poſſint in ſolidum poſſidere ciuiliter & indiſtinctè ut in præcedẽti dictum fuit, ſed quando etiam duo naturaliter poſſidentes poſſint in ſolidum poſſidere oculis, & effectu: quia ratio naturalis concludit tantum in illo tantillo, ſed iſtæ duæ opiniones reprobantur propter rationem quam ſupra poſui, in ſecunda & tertia dubitatione. Quarta eſt opinio Ioannis, quòd duo non poſſint in ſolidum poſſidere, nec naturaliter, nec ciuiliter, nec iuſtè nec iniuſtè, nec ui, nec clam, l. duo. infra de precario. ſed ſolum poſſunt plures poſſidere diuerſis ſpeciebus poſſeſſionis, & hoc modo intelligit illum tex. uerſi. Sabinus. pro quo facit dicta lex & habet. §. eum qui, infra de precario.

Quarta eſt opinio docto. quam ego poſui ſupra, admittentes expoſitionem Ioannis ad hunc uerſi. Sabinus, ſed etiam ampliantes ut nedum procedat in poſſeſſionibus diuerſarum ſpecierum, ſed etiam procedat in poſſeſſionibus eiuſdem ſpeciei tam ciuilibus quàm naturalibus, tendentibus ad diuerſos fines: quia illæ etiam inſimul poſſunt concurrere, ut duo per eas eandem rem poſſidere poſſint, & hæc eſt uera, & tenenda, & confirmabo infra ſæpius.

27 Quinta eſt difficultas circa uerſi. Sabinus, † ubi refertur opinio ipſius uolentis, quòd unus iuſtè & alius iniuſtè poſſidere poſſit, qui repræhẽditur à Labeone decidente, quòd in ſumma poſſeſſionis non conſideratur. an iuſta uel iniuſta ſit poſſeſſio. Vnde dubitatio eſt an Labeo bene reprehenderit Trebatium, & difficultatem cauſat: quia tex. in l. ſi duo. uti poſſidetis in principio, expreſſè dicit, quòd duo in ſolidum poſſunt poſſidere, unus iuſtè & alius iniuſtè, & ita expreſſè approbat opinionem Trebatii, & deſtruit repræhenſionem Labeonis.

Docto. Saluantes deciſiones iſtius tex. reſpondent quòd dicta l. ſi duo. intelligitur de duobus poſſidentibus diuerſa ſpecie poſſeſſionis, & quod unus iuſtè poſſidebat ciuiliter, alius iniuſte ut in caſu legis clam. §. qui ad nundinas. infra eodem. & l. ſi in quod. §. finali. eodem titulo & ideò concludunt, quòd quando iuſtitia uel iniuſtitia poſſeſſionis eſt in diuerſis ſpeciebus tunc bene duo poſſunt in ſolidum poſſidere, ſed ubicunque unus iuſtè poſſidet ciuiliter, & alius iniuſtè uelit poſſidere ciuiliter, & unus iuſtè naturaliter teneat, & alius iniuſtè uelit poſſidere, tunc tales poſſeſſiones nõ poſſunt ſimul concurrere, per iſtum tex. & hoc modo loquebatur Trebatius qui rectè à Labeone fuit repræhenſus, & eſt communis & uera opinio.

Sed contra tex. adhuc inſtatur per Maria. in
28 cap. ij. de cauſ. poſſeſſionis & proprietatis. † qui refert hic Bartholomæum Sozin. eius patruum in 3. notabili, & ſequitur dicentes, quòd imò Trebatius bene locutus fuit, & Labeo eum malè reprobauit, & conſentiunt ipſi quòd duo non poſſunt in ſolidum poſſidere, unus iuſtè, & alius iniuſtè, & quando habent eandem poſſeſſionem in ſpecie, ſed dicunt quòd Trebatius non loquebatur hoc modo, ſed loquebatur quando unus habeat unam ſpeciem poſſeſſionis iuſtam, alter habeat aliam poſſeſſionem iniuſtam, ut poſſint in ſolidum poſſidere, & bene loquebatur iuxta tex. in dicta l. ſi duo. & La

beo malè reprobauit. & addunt non eſſe in-
conueniens, ut Iuriſconſultus malè reprӕhen-
dat ut, habetur in l. Domitius. ubi Bar. ſupra
29 de teſta. † Sed hӕc opinio Sozinorum continet
uanam ſubtilitatem, temerariam prӕſumptio
nem, & falſitatem.

Vana eſt enim ſubtilitas inquirere an Treba
tius malè uel benè eſſet reprӕhenſus, cum ſiue
ue bene, ſiue malè loqueretur eadem eſt deciſio
& nihil noui inducitur in materia. Item teme
raria eſt prӕſumptio: quia iſti Soz. crediderunt
melius intellexiſſe Trebatium ex hac ſola rela-
tione hic poſita, quàm fecerit Labeo qui ha-
bebat ante oculos integra opera Trebatii, & ex
prӕcedentibus & ſequentibus optimè poterant
cognoſcere, an loqueretur de eadem uel diuer
ſa ſpecie poſſeſſionis. Prӕtereà reprӕhenſionē
Labeonis cōfirmat Paulus author legis noſtrę,
& credēdum eſt cum ipſe poſſet habere ob ocu
los integra opera Trebatii, uidiſſet de qua poſ
ſeſſione loqueretur, & non approbaſſet Labeo
nem, niſi uidiſſet quòd Trebatius loquebatur
de una ſpecie poſſeſſionis. Tertiò hӕc opinio
eſt falſa: quia imò Trebatius loquebatur de uni
ca poſſeſſione quod patet: quia dicebat duo iu
ſtè, & duo iniuſtè non poſſe poſſidere, quod nō
procederet ſi fuiſſent diuerſӕ ſpeciei: quia imò
quando ſunt diuerſӕ ſpecies, duo iuſtè & duo
iniuſtè poſſunt poſſidere eandem rem. Item ſe
fundabat in iuſtitia, uel iniuſtitia poſſeſſionis,
& ſi permiſſio fuiſſet occaſione diuerſitatis ſpe
cierum non fuiſſet opus recurrere ad conſidera
tionem iuſtę uel iniuſtӕ poſſeſſionis, nequè ſe fū
dare in iuſtitia uel iniuſtitia, cum ſatis fuiſſet
quòd eſſet diuerſitas in ſpeciebus poſſeſſionis.
Quare tenenda eſt omnino opinio communis
& Pauli authoris legis noſtrӕ quòd Trebatius
rectè à Labeone reprӕhenſus fuit, & hӕc quan-
tum ad generalem cognitionem literӕ.

30 Quibus ſic ad euidentiam prӕmiſſis † deue-
nio ad tex. qui diuiditur in ſex partes ſecun-
dum Bar. ſed magiſtralius loquendo diuiditur
in duas partes principales. in prima ponitur re-
gula negatiua, in ſecunda ponitur limitatio af-
firmatiua. Secunda eſt ibi, Sabinus, quӕ ſubdi
uiditur in tres. In prima ponitur una limita-
tio Sabini quā approbat, in ſecunda ponitur li
mitatio Trebatii reprobata à Labeone, in tertia
Paulus ponit rationem reprobationis & confir
mationis regulӕ. Secunda ibi, Trebatius. Ter
tia ibi, quia in ſumma.

Summatur ſecundum Bar. Eadem poſſeſſio
ſpecie, & numero, non poteſt eſſe apud plures
in ſolidum, ſed plures poſſeſſiones ſpecie uel
numero differentes, apud plures inſolidum eſ
ſe permittuntur. Quod ſummarium reprӕhen-
dit hic Iaſ. quia in una re nō poteſt conſiderari,
niſi una poſſeſſio non plures numero differētes,
ergo malè locutus fuit dum dixit numero dif-
ferentes, cum numerus non cadat in uno, ideò
ipſe dicit ꝙ Bar. debet copulatiuè legi ſpecie
& numero differentes, ut hic per eum. Quӕ
reſolutio uana eſt: quia imò poſſeſſiones plu-
res poſſunt cadere in eadem re, ſi ſunt plures
poſſidentes, cum poſſeſſiones dependeant ab
animo, & potius à poſſidentibus quàm à rebus
& ſi in uno homine poſſunt concurrere plures
poſſeſſiones, & in §. prӕcedenti fortius pote-
runt eſſe in pluribus. confirmatur: quia poſſeſ
ſio pro emptore, pro donato differunt nume-
ro. §. genera. infra eodem. & tamen non poſ-
ſunt concurrere per iſtum tex. coniunctum cum
prӕcedenti §. Item ſecundum Sozi. infra in ter
tio notabili, iuſta & iniuſta poſſeſſio differunt
numero, & tamen non poſſunt ſimul concurre-
re. Vnde Sozi. ibi ſaluat quòd Bar. loquitur de
poſſeſſionibus naturalibus, tendentibus ad di
uerſum finem, ut ipſe ſe declarat in colum. fi.
in quӕſtio. de pluribus naturalibus, cum dua-
bus ſequentibus, quӕ reſolutio uera eſt, & fuit
de intentione Bar. tamen uerba non conueniūt
& ipſe neſciuit explicare mentem ſuam uerbis,
cum eis attentis malè loquatur. ideò debuit di
cere differentes ſpecie, & fine, non numero.
Ideò ſic ſummari poteſt. Poſſeſſiones ſpecie
& fine non differentes, non poſſunt eſſe apud
plures in ſolidum, ſed poſſeſſiones differentes
ſpecie, uel fine apud plures in ſolidum eſſe per
mittuntur.

31 Caſus ita † breuiter fingi poteſt formando eū
ſub nube: quia melius conuenit. Cum enim
Paulus determinaſſet reſoluere multas quӕſtio
nes circa primam partem rubricę de acquiren-
da poſſeſſione coram eo fuerunt multa quӕſita
facta, & cum multa reſoluiſſet, & in ſpecie il-
lam poſitam in prӕcedenti. §. quòd unus poſ
ſit eandem rem poſſidere ex pluribus cauſis, fa
cientibus etiam plures poſſeſſiones, licet ex una
tantum acquiratur dominium, fuit dubitatum
quid è contrario: utrum plures eandem rem in
ſolidum, eadem poſſeſſione, uel pluries poſſi-
dere poſſint. Et ratio dubitandi erat. & uide-
batur dicendum quòd ſic, quocunque modo
duo uellent poſſidere. & primo per tex. in. §.
prӕcedenti. ubi dictum fuit quòd unus poteſt
eandem rem ex pluribus cauſis, & pluribus poſ
ſeſſionibus poſſidere, ergo idem uidebatur in
pluribus uolentibus poſſidere: quia quod dici
tur de uno habet etiam locum in duobus uel
pluribus l. ſingularia. ſupra ſi cert. petatur. Se-
cundò pro iſta parte faciebat tex. in l. & ha-
bet. §. cum qui. infra de precario. Tertiò pro-
babatur per tex. in l. clam poſſidere. §. qui ad
nundinas. infra eodem. ubi abſens poſſidet. &
ingrediens quoque eandem rem poſſidet. Quar
tò faciebat lex naturaliter in principio coniun
cta l. permiſceri. infra eodem ubi uſusfructua-
rius poſſidet, & dominus quoque poſſidet, nec
inuicem ſe impediunt dicta l. permiſceri. Quin
tò faciebat tex. in l. fi. ubi Bar. infra uti poſſid.
ubi uſufructuarius & uſuarius ſimul poſſunt
poſſidere. Sextò faciebat tex. in l. ſi duo. inf.

ubi ſimiliter duo in ſolidum poſſident unus
iuſtè & alius iniuſtè. Septimò ſaciebat: quia cre
ditor poſſidet pignus. l. qui pignori. inſta eo.
& l. res pignori. infra de uſucapio. & etiam de
bitor, ut in dicta l. qui pignoris. & l. res pigno-
ri. eodem tit.

His tamen omnibus non obſtantibns contra
rinm fuit determinatum in hoc tex. quòd imò
duo in ſolidum non poſſint poſſidere eadem
ſpecie poſſeſſionis, ſiue uelint duas ciuiles ha-
bere, ſiue duas naturales, & ratlo decidendi
ponitur in tex. quia poſſeſſio dicta eſt à pedi-
bus, uel ſedibus, uel quaſi pedum uel ſedium
poſitio, per quod apparet quòd in ea requiri-
tur actualis inſiſtentia, ſed ſecundum naturam
in eo loco in quo ſto, uel ſedeo, tu non potes
ſtare, uel ſedere, ergo eodem modo ſi ego poſ
ſideo rem, tenendo eam, uel ſedendo, tu non
potes eandem rem ſtando, tenendo, uel ſeden
do poſſidere, ſiue ego ſtem, uel ſedeam corpo
re meo, repręſentato per animum in tota re, ſi
ue etiam animo ſolo repręſentante corpore poſ
ſideam, tu non potes uerè neque repræſentati-
uè eandem rem poſſidere, neque ſolo animo, ꝗ
ſolo animo poſſideo poſſidere, repugnante ra
tione naturali, propter animum repræſentan-
tem corpus in tota re.

Non obſtant allegata in contrarium, & pri-
mò tex. in §. ſequenti. quia argumen. de uno
ad plures non procedit: quando militat diuer
ſa ratio, hic autem militat diuerſa ratio ex
eo: quia quando unus uult poſſidere ex plu-
ribus cauſis, natura non repugnat, ſed ubi-
cunque plures uolunt poſſidere eandem rem
tunc ratio naturalis repugnat, ut in eo loco
in quo ſto uel ſedeo, tu ſtare uel ſedere poſſis.

Non obſtat tex. in l. & habet. infra de pre-
cario. quia reſpondet Paulus fatendo con-
trarium, & dicit quòd ex mente Sabini ro-
gans & concedens precarium poſſunt in ſo-
lidum poſſidere, quando habent plures ſpe-
cies poſſeſſionis, unus naturalem, & alius
ciuilem.

Non obſtat. §. qui ad nundinas. quia ibi
abſens habebat ciuilem poſſeſſionem, & ingre-
diens naturalem, & ſic habebant diuerſas poſ-
ſeſſiones ſpecie differentes quæ paſſim apud
plures permittuntur eſſe.

Non obſtat tex. in l. naturaliter. quia uſufru-
ctuarius habet naturalem, & dominus ciuilem,
& inuicem non ſe impediunt: quia poſſident di
uerſis ſpeciebus poſſeſſionum.

Non obſtat lex finalis infra uti poſſid. quia
ibi uſufructuarius, & uſuarius poſſident di-
uerſa iura, & ad diuerſum finem. Vnde per-
mittuntur, plures eandem rem poſſidere: quia
quando reſpiciunt diuerſa iura & diuerſum fi-
nem, non dicuntur animo & intentione occu-
pare totam rem, ſed tantummodo ad finem
conſeruaudi ius ſuum, & hoc fatetur etiam tex.
noſter hic in ſecunda limitatione, quæ pro-
priè intelligitur, ut dixi in præmiſſi de plu-
ribus ſpeciebus differentibus reſpectu iuris
& finis.

Non obſtat lex ſi duo. infra uti poſſidetis.
quia ibi unus poſſidebat naturaliter, & alter
ciuiliter, & ſic erant diuerſæ ſpecies poſſeſſio-
nis, quæ paſſim apud plures permittuntur.

Non obſtat l. qui pignoris. quia reſponde-
tur qnòd ibi creditor poſſidebat ciuiliter, &
debitor naturaliter, & ſic per diuerſas poſſeſ-
bones. Secundò poteſt dici ſi placeret tenere
quòd ambo habeant ciuilem, cum uterquè uſu
capiat licet creditor acquirat debitori, quòd
ibi poſſeſſiones tendunt ad diuerſum finem, cũ
poſſideat debitor reſpectu dominii pro ſuo,
creditor uerò poſſideat pro alieno, non ex-
cludendo dominum pro conſeruatione iuris
pignoris, dicta l. rem pignoris. infra de uſuca-
pionibus. & l. ſi ſeruus depoſitus. §. primo. ff.
de uſucapionibus. Vnde continetur in ſecunda
limitatione.

32 Quare remanet concluſio, † qnòd duo non
poſſunt in ſolidum poſſidere eandem rem, ea
dem ſpecie poſſeſſionis, reſpectu eiuſdem iu-
ris, & eiuſdem finis, ſed benè poſſunt in ſoli-
lidum poſſidere diuerſa ſpecie poſſeſſionis, uel
etiam eadem ſpecie, quando poſſeſſiones ten-
dunt ad diuerſa iura, & diuerſum finem: quo-
niam in primo caſu militat ratio, quòd in eo
loco in quo ſto tu ſtare non poſſis, ſed in ſecun
do caſu; quia non uidetur poſſidens occupare
totam rem, non impediuntur duo inuicem in
ſolidum poſſidere, hic eſt caſus clarus cum re-
ſolutione totius materiæ.

Notandum eſt primo ex iſto tex. in uerbo è
33 contrario, † quòd dictio è contrario, ſignificat
contradictionem in caſibus, non autem conuer
ſionem ordinis. Vnde renditur dubia deciſio
glo. in l. duobus. §. ſi. ff. de iur. iur. quæ uoluit
quòd dictio è contra, & è contrario, denotet
conuerſionem ordinis, non contrarietatem ef-
fectuum, & dictio contra, & per contrarium,
denotet contrarietatem effectuum, ſecundum
quòd eam declarat Conciliator in dictionario
Alber. in uerbo è contrario, dicens quòd Chri
ſtoſurus Porcus in §. j. inſti. quibus alien. licèt,
uel non inferebat ad notabilem quæſtionem, &
pro opinione ipſius glo. facit tex. inſti. de in-
ge. §. è contrario. Vbi plus dixit, quòd ancil-
la concepit, & partus ex ea libera naſcitur li-
ber. & poſteà dicit quòd libera concipit & quã
do naſcitur eſt ſerua, naſcitur liber, & ſic cõuer
ſio eſt ordinis & non contradictio in effectu.
Idem probatur in. §. finitur. inſti. de uſufruct.
ubi caſus conuerſus refertur per uerbũ è cõtra
rio, & l. illud. §. hæc autem. C. de collatio. & l.
diuortio. §. è contrario. ff. ſolut. matrimonio, &
inſti. quib. alie. licet uel non §. è cõtrario. & ubi
in eodem pupillo conuertir caſum, & inſti. de
leg. §. è contrario. iſte tamen tex. ut dixi contra
dicit: quia ibi unus poſſidet, hic plures, & eſt
caſus

caſus contrarius non conuerſus. Vnde uidetur quòd non debear conſtitui differentia, an conuertatur ordo, uel alius caſus ſit contrarius, & glo. in dicta leg. duobus. non uidetur loqui de dictione è contrario. ſed de dictione è conuerſo, quod uidetur magis rationabile.

Prætereà in dicto. §. è contrario. inſti. de leg. & inſti. quibus alien. licet uel non, quàmuis ſit conuerſio ordinis, tamen etiam eſt contradictio caſuum. Vnde concludendum eſt quòd hæc dictio, è contrario, licèt ſępe ponatur de caſu conuerſo, tamen etiam poteſt inducere contradictionem effectuum, ut in hoc tex. ubi reſpectu einſdem rei, ſatis poteſt eſſe conuerſus ordo, tamen eſt contradictio in caſibus, de dictione è contrario, quòd ſignificet effectuum contradictionem, facit lex.ij.§. ſi ſub conditione. infra pro emptore. & dicta l. duobus §. qui iurauit. & §. igitur. ff. de iureiurand. tamen & aliis modis poteſt ſumi ut per Albericum in dictionario ſuo in uerbo contra.

34 † Item dictio per contrarium aliquandò ſignificat conuerſionem ordinis, l. Iulianus. §. ſi uenditor. & §. per contrarium. de actio. emp. inſti. de Orficiano. in principio ubi glo. exponit per contrarium, ideſt, è contrario. idem eſt in uerbo ex diuerſo, l. ex diuerſo. ff. ſoluto matrimonio & §. ex diuerſo. inſti. de leg. Ideò de omnibus iſtis dictionibus poteſt dari generalis reſolutio, & dici quòd propria earum ſignificatio eſt, quam poſuit glo. in dicta l. duobus. nihilominus non attenditur in ſermone, ſed ſolum conſideratur ſubiecta materia, & plerunque iſtæ dictiones ponuntur una pro alia, ut dixit glo. in leg. cauſas. in uerbo eas. ff. de condi. & demonſtrationibus, & hoc tutius eſt.

35 Secundò notandum eſt, † quòd licitum eſt arguere à ratione naturali, concordat tex. in cap. ratio nulla. de præbend. ubi Abb. plenius no. & l. ſcire. §. ſubiicit. in fi. ff. de excuſ. tuto. Similiter poſſumus arguere, ut illud quod non poteſt fieri per naturam, nec etiam poſſit fieri per legem. §. minorem. inſti. de adoptionib. & eſt regulare. fallit tamen quando lex omninò per fictionem contrarium uelit diſponere: quia tunc licet non poſsit per naturam fieri, neque in genere neque in ſpecie, tamen poteſt fieri per legem, ut plenè no. in l. ſi is qui pro emptore. in materia fictionis. infra de uſucapionibus. & tangitur per Iaſ. & alios in leg. prima. §. ſi uir uxori. ſupra eodem. & infra aliquid ponam poſt Sozi. in quarto notabili.

Tertiò notandum eſt ingrediendo materiã,

36 † quòd duo non poſſunt in ſolidum poſsidere eandem rem, & iſte ſemper tex. allegatur ad hoc, & eſt principalis in materia, cõcordat tex. in l. ſi ut certo. §. ſi duobus uehiculum. ff. cõmod. quod tamen notabile procedit ſine dubio quãdo illę poſſeſsiones non differrent aliqua qualitate, ut ſi ſint duo qui uolunt ex cauſa emptionis habere ciuilem poſſeſsionem, uel ambo ex eadem cauſa uoluerunt habere naturalem, uel ambo uolunt habere ciuilem per uiolentiam, ſeu naturalem, uel ambo uolunt habere poſſeſſionem iuſtam, & ambo iniuſtam, uel ambo poſſeſſionem ciuilem tenere naturaliter, uel ciuilẽ ciuiliter: ſed etiam procedit quando uolunt duo poſsidere pluribus poſſeſsionibus differentibus qualitate, dummodo non conſtituat diuerſam ſpeciem, uel tendant ad diuerſum finẽ.

Ideò deciſio iſtius tex. ampliatur procedere, etiam quando unus uellet poſsidere ex titulo emptionis, & alius habere ſine titulo per uiolentiam, uel ſi unus uellet poſsidere pro emptore, & alius pro donato, uel ſi unus uellet poſſidere iuſtè alius iniuſtè, uel ſi unus uellet poſsidere ſub conſideratione iuris ciuilis, & alius ſub conſideratione iuris ciuilis, & alius ſub conſideratione iuris naturalis. quãmuis Azo. aliter teneret. nam quãmuis iſtæ poſſeſſiones diuerſificentur qualitate, tamen quia tendunt ad unum ius, & ad eundem finem, etiam poſſunt ſimul concurrere obſtante ſemper ratione naturali, quòd in eo loco in quo ſto uel ſedeo corpore, uel repræſentatiuè per animum tu non potes uerè nec interpretatiuè in eadem re ſtare uel poſsidere. Et ſic regula iſta uerificatur in quatuor primis diuiſionibus poſitis in præmiſsis: quia cum tendant ad eundem finem, ambo totam rem animo ſuo dicuntur occupare, & militat plenè dicta ratio naturalis prohibitiua.

37 Et ſi dicatur, † imò uidetur quòd poſſeſsio iuſta, & iniuſta tendant ad diuerſum finem: quia poſſeſſio iuſta cauſat uſucapionem, & iniuſta ſolum habet ius retentionis & recuperationis. auct. malę fidei. C. de præſcriptio. longi tempo. Reſpondetur. quòd imò iſtæ poſſeſsiones tendunt ad eundem finem: quia ille qui poſſidet iuſtè tendit ad acquiſitionem dominii, uel eius conſeruationem, & poſſeſsio iniuſta ex intentione poſsidentis tendit ad eundem finem, & ſimiliter ille qui uiolenter & iniuſtè poſſidet intendit animo ſuo acquirere totam rem, & lucrum habere de ea, licet contra permiſſionem iuris. & ideò eadem poſſeſsio ſi poſteà acquirat titulum habilem, poterit producere uſucapionem, lege non ſolum. §. primo. infra de uſucapionibus. & leg. prima. §. ſi inter uirum. infra pro donato, & notatum fuit per Bar. ſupra in leg. prima in diffinitione poſſeſsionis ciuilis, ſufficit enim intentio poſsidentis ad poſſeſsionem plenam habendam, & ad hoc ut animo dicatur poſsidere, totam rem, & omnes poſsidentes pro poſſeſſore, poſsident animo lucrandi totam rem, & intendunt excludere omnes alios poſsidentes animo eandem rem acquirendi, licèt iniuſtè faciant, Et eodem modo reſpondetur ſi diceretur

quòd poſſeſſio ciuilis ciuiliter retenta tendat ad unum finem, cum tendat ad uſucapionem, & naturaliter retenta ad alium finem: quia illa non producit effectus ciuiles, ut diximus in l. prima. §. ſi uir uxori. ſupra eodem: quoniam imò tendunt ad eundem finem ex intentione poſſidentis, cum ille qui habet ciuilem naturaliter, licèt ſciat repugnare, legis diſpoſitioni, tamen intendit lucri facere totam rem, & eam totam occupare, & impedire quemcunque alium uolentem lucri facere, & mulier poſſidens rem naturaliter dotatam intendit lucri facere, & non habet intentionē neque animum quòd alij eam poſſideant, uel acquirant in totum, uel in in parte, & propterea cum ipſa mulier totam occuper animo ſuo, & corpore interpretatiuè non poterit alius eam poſſidere & occupare, & ſic apparet quòd poſſeſſio iuſta & iniuſta, & poſſeſſio ciuilis ciuiliter & naturaliter retenta, tendunt ad eundem finem ex intentione poſſidentium; licèt effectus ciuilis uariè ſequatur. Vnde non ſine ratione dicebat Trebatius, quòd in ſumma poſſeſſionis parum intereſt, an poſſeſſio ſit iuſta uel iniuſta, & remanet ampliatio firma ad quatuor diuiſiones poſſeſſionis in præmiſſis poſitas.

Quartò notandum eſt ex iſto tex. in ratione

38 allegata, † quòd contra naturam eſt, ut illud quod ego teneo tu uidearis tenere in ſolidum, & in eo loco in quo ſto uel ſedeo tu uidearis ſtare uel ſedere, quæ ratio uidetur impertinens ex duobus poſitis ſupra in præmiſſis, tamen ex oppoſitione & reſolutione ibi poſita in ſecunda & tertia dubitatione, tu habes declarationem ad iſtum tex. quòd uerbum uidearis tollit contrarium, & ideò cum miniſterio poſitum fuit, tam propter naturalem, quàm etiam propter ciuilem poſſeſſionem, cum neque in naturali poſſeſſione corpus poſſit totam rem occupare, ideò oportet quòd propter oculos & effectum animi, repræſentetur corpus in tota re, & ſic per fictionem corpore dicatur rem occupare. Vnde & uerbum uidearis in naturali quoque poſſeſſione conuenire uidetur, cum oporteat quòd tu quoque qui uis locum meum occupare, per corpus tuum illud repræſententetur in tota re. Ideò uerbum uidearis fuit poſitum, ut ratio aſſignata in tex. concluderet de poſſeſſione naturali reſpectu totius rei, ac etiam de poſſeſſione ciuili, & propterea per ibi dicta declarantia hunc tex. habes ampliationem ad regulam prohibitiuam, quòd procedit tam in ciuili quàm naturali poſſeſſione, & ratio illa naturalis per uerbum uidearis, concludit quoque quòd duo ciuiliter non poſſunt etiam animo ſolo in eadem re ſtare uel ſedere.

39 Sed tamen ultra prædicta † unum uidetur obſtare: quia ſicut duo non poſſunt in ſolidum poſſidere propter repræſentationem prohibitam, ergo eadem ratione nec duo poterunt in ſolidum poſſidere, unus ciuiliter & alius naturaliter, cum illud quod naturaliter tenes corpore & animo tuo, ego non poſſum ciuiliter tenere animo meo. cum per tuam naturalem occupes totam rem animo, ideò nec ego poſſum occupare, & ſic nec fingit tenere per iſtum tex. Reſponderi poteſt ſequendo communem ſententiam, quòd cum ſint duæ poſſeſſiones ſpecie differentes, non dicuntur totam rem occupare in ſolidum: quia tendunt ad diuerſos fines, & ad diuerſa iura: quia naturalis tendit ad conſeruationem iuris ſui præſentis, uel futuri, in remedio retentionis, uel recuperationis: quia non poteſt habere fructuum neque dominii acquiſitionem. ciuilis uerò tendit ad acquiſitionem ipſius rei & dominii, & fructuum ut declarauit Bar. in hoc approbatus, in diffinitione ciuilis poſſeſſionis & corporalis ſuæ, ut etiam ſupra declarauimus in præmiſſis, & quoque diximus de pluribus poſſidentibus ad diuerſum finem, & ad acquiſitionem, & ad conſeruationem diuerſorum iurium, & potius poſſunt dici quòd poſſident rem pro indiuiſo pro parte ſua, quàm in ſolidum.

40 Et propterea colligitur, † quòd lex non fingit ſuper impoſſibili: quia in regula ſtat firma ratio, quod tu tenes, nec poſſum ego tenere, ut colligebat Roma. non tantum ſecundum naturam, ſed etiam ſecundum legem: quoniam lex non facit duos tenere illud quod natura repugnat, & efficitur impoſſibile ſecundum legem ut illud quod tu tenes fictè ego quoquè fictè tenere uidear, quod dicebat eſſe nouum Areti. qui adducit legem primam. §. ſi quis, infra de eo qui pro tutore negotia geſſit. ubi non poteſt fingi tutor eſſe ille, qui non poteſt eſſe tutor ſecundum ius poſitiuum. facit tex. in l. conditionem contra ædita. & l. filius. de conditio inſti. & ſentit glo. in l. 3. §. hac actione. de neg. geſtis. Quem intellectum dicit tenere Iacobum de Arena, & ſentit Bar. & communiter docto. & hoc etiam approbat hic Sozi. & confirmat ut per eum, qui in effectu concludit, quod quando duo finguntur in ſolidum poſſidere, nō eſt fictio contra ius poſitiuum, ſed eſt fictio contra naturam: quia illud quòd inducitur, eſt impoſſibile ſecundum naturam, licèt illa fictio ſit de iure ciuili quod patet: quia in detentatione & poſſeſſione naturali, eſt neceſſaria fictio ab utraque parte, ut corpus repræſentetur in tota re, quæ repræſentatio eſt de iure gentium. Vnde ſicut per illam repræſentationem ab utraque parte inducitur impoſſibile ſecundum naturam, ita quando in poſſeſſione ciuili per ius poſitiuum fit repræſentatio, tunc etenim fictio inducit impoſſibile de iure poſitiuo, quando inducit aliquid, quod eſt contra prohibitionem iuris poſitiui, ut quòd quis ſit tutor maioris quatuordecim annis, uel quòd ſeruus

ſit tu-

ſit tutor, qui prohibentur eſſe tutores de iure
ciuili, de qua impoſsibilitate uidentur loqui
Romanus,& Areti. quo caſu dicit illationes eo
rum non eſſe ueras: quia imò lex poteſt finge-
re illud per quod inducitur impoſsibile de iu-
re poſitiuo, per doctrinam Bar. in leg. ſi is qui
pro emptore. in tertia quæſtio. princip. uerſi.
Item quæritur. infra de uſucapionibus. ubi
uoluit quòd ſi lex fingit aliquem haberi pro ci
ue, non dicitur fingere, ſed uerè diſponere:
quia ius poſitiuum poteſt indiſtinctè tollere.
igitur uidetur quòd indiſtincte poſsit fingere
illud per quòd inducitur impoſsibile de iurè
poſitiuo, cum illud immediatè tollere poſsit,
& reducere eius impoſsibilitatem ad non eſſe,
Et facit ſecundum eum tex. in dicta l.prima. §.
proinde. de eo qui pro tutore negotia geſsit.
ubi poteſt fingere ſeruum, eſſe ſeruum qui non
poteſt de iure eſſe tutor, & ſic eſt impoſsibi-
le de iure poſitiuo.

Secundò adducit legem ſecundam ff. de uſu
fructu earum rerum quæ uſu conſumuntur, ubi
diſponitur quòd uſusfructus poſsit eſſe in il-
lis rebus, ſublata ſubſtantia illarum rerum, &
tamen eſt impoſsibile ſecundum legem pro-
pter diffinitionem ipſius, quæ eſt, quòd uſusfru
ctus ſit quando eſt ſalua rerum ſubſtantia, l.j.ff.
de uſufructu. ſed quia in uſufructu uidetur etiã
induci impoſsibilitas naturæ,& ideò prohibe-
ri fictionem, ut hic in tex. dicit, quòd ibi prin-
cipaliter eſt ius ciuile, faciens diffinitionem,
quod fundatur etiam in ratione naturali, ideò
non inducitur immediatè impoſsibile ſecun-
dum naturam, Et ad tex. in dicta l. j. §. ſi quis
quaſi. reſpondet quòd ibi nulla eſt fictio, ſed
eſt noua diſpoſitio legis, inducentis illam no-
uam actionem, pro tutela quam uoluit dari
quando quis non eſſet tutor, & ſe gereret pro
tutore. Quare concludit ipſe quòd lex non po
teſt fingere, quòd in eo loco in quo ſto tu ui-
dearis ſtare: quia induceretur impoſsibile ſe-
cundum naturam. ſimiliter non poteſt fingere
quòd in eo loco in quo fingor ſtare, iure poſiti
uo, uel gentium tu fingaris ſtare: quia inducere
tur impoſsibile ſecundum naturam, ut duo in
eodem loco ſtarent uel ſederent: ſed bene lex
poſſet fingere contra aliam fictionem legis uel
etiam contra ius poſitiuum; ſi induceretur im
poſsibile de iure poſitiuo dicta l. prima. §. pro-
inde. etiam quòd illa impoſsibilitas eſſet mix-
ta cum iure naturali, ut in caſu dictæ legis ſe-
cundę. ff. de uſufru. earum rerum quæ uſu con-
ſumuntur ut hic per eum.

41 Tu uerò dicas †quòd omnes dictæ concluſio
nes uidentur dubitabiles, & primò uidetur ꝙ
in caſu tex. noſtri lex poſsit fingere, quòd duo
in ſolidum poſsideant, ut unus uideatur ſtare
in loco in quo ego ſto, uel ſedeo, ac etiam fin-
gatur ſtare in loco quo fingor ſtare, tam de iure
poſitiuo quàm iure gentium, ut patet in uerſi.
Sabinus. cum ſeptem concordan. adductis ſup.
in figuratione caſus, in quibus apertè duo poſ-
ſunt in ſolidum poſsidere, quamuis repugnet
ratio naturalis, Nec reſponſio ibi tradita quòd
ſunt duæ ſpecies, uel quòd tendant ad diuer-
ſos fines, non uidentur facere quòd non repu-
gnat ratio & impoſsibilitas naturalis: quia idem
per ex intentione ſua & uoluntate, poteſt occu-
pare totam rem, maximè in poſſeſsione natura
li, ut dicam in ſequenti notabili, quod contra-
rium fortius procederet tenendo opinionem
Azo. quòd ſit unica poſſeſsio.

Tamen defendendo potes reſpondere, ꝙ lex
introducit quòd ille qui poſsidet eo modo in
ſolidum, non uideatur habere animum occupã
di totam rem, & quòd pro fine alterius poſſeſ-
ſionis remaneat ipſa res uacua, & non occupa
ta, & quòd animus reguletur ſecundum natu-
ram poſſeſsionis, & indicentiam iuris ad quod
tendit, & ſic lex fingit medium, per quod tolli-
42 tur illa impoſsibilitas naturæ. †Idcirco infer-
tur quòd ſi ſtatutum diſponeret in certo caſu,
quòd duo inſolidum poſsiderent, ualeret: quo
niam uideretur fingere illud per quod tollitur
impoſsibilitas naturæ: quia præſumeretur in-
ducerè aliam fictionem, per quam poſsidentes
animo ſuo non occuparent totam rem, ſed
quòd tantum uiderentur occupare eam reſpe-
ctu naturæ illarum poſſeſsionum.

Similiter alia concluſio Sozi. uidetur dubi-
tabilis: quia fingendo illud quod eſt contra le-
ges, fingeret impoſsibile reprobatum per l. con
ditiones quæ contra ædicta. & l. filius. ff. de cõ
ditio. inſti. & eſſet abſurdum, ideò reiiciendum
l. nam abſurdum. ff. de bonis libertorum. & le
ges ſunt declarandæ ut non contineant abſur-
dum, ut plenè dixi in l. quod meo. infra eo. ubi
doct. conantur demonſtrare, quòd conſtitutum
nihil inducit contra naturam poſſeſsionis, facit
lex ubi repugnantia. ff. de reg. iur.

Nec obſtat dictus. §. proinde: quia ibi nulla
eſt fictio, ſed datur illa actio pro tutela contra
dominum: quia non eſt tutor, & habilitatur
aliqualiter perſona ſua propter habilitatem
domini, & probat in uerſi. ſequenti. ubi expreſ
ſè dicit quod non eſt tutor, quòd non eſſet ſi fin
geretur tutor, & ſic nihil facit.

Non obſtat dicta l. ij. de uſufructu earum re-
rum: quia ibi nulla eſt impoſsibilitas, cum lex
fingat cautionem eſſe, uel haberi pro ſubſtan-
tia illarum rerum ſubrogando eam loco ſub-
ſtantiæ, quo ſtante nulla eſt impoſsibilitas
quòd ibi ſit quaſi uſusfructus, & ſic etiam
ibi inducitur medium per quod tollitur im-
poſsibilitas.

Nec obſtat doctrina Bar. in dicta l. ſi is qui
pro emptore: quia ibi nulla impoſsibilitas in-
ducitur, nec aliquod abſurdum, & ſi induce-
retur non poſſet fingi. Quare reſoluendo to-
43 tam materiam fictionum concludas † quòd lex
non fingit illud per quod inducatur impoſsi-
bilitas naturæ, nec facit duas fictiones per

quas inducatur unum impoſſibile ſecundum
naturam, nec ſecundum ius poſitiuum, nec fin-
gir unum qnod eſt contra ius poſitiuum in du-
bio, nec poteſt facere quòd illa impoſſibilia in
dncerẽtur ſtantibus terminis impoſſibilitatis,
ſolum poteſt fingere contra ius naturale uel po
ſitiuum, quando abſurdum nllum inducitur,
uel nulla repugnantia: quoniam ſi poteſt eſſe
abſurdum, inducit aliam fictionem contrariã,
quæ tollit fundamentum abſurditatis, retentis
autem ambabus fictionibus uel iure poſitiuo
contrario, non poteſt lex fingere nec præſumi-
tur uoluiſſe facere illas fictiones: argum. legis
denique. ff. ex quibus cauſ. maio. & quæ notan
tur in leg. prima. §. ſi uir. ſupra eod. in fi.

Si tamen appareret de omnimoda uolunta-
te legis, eius uoluntas ſeruaretur: quia de po-
teſtate abſoluta poteſt fingere ſuper impoſſibi
le, quo caſu diceretur facere miracula in iure,
& ſicut Deus in mundo qui uult contra ſuam
ordinationem facere poteſt, ita & lex quæ eſt
alter Deus, nt per Bar. in l. iuris gentium. §. &
ideò & §. quinimo. col. pe. uerſi. ſed oppono
pacto. ff. de pact.

44 Tamẽ oporteret † apparere de expreſſa diſpo
ſitione: quoniam potius præſumeretur fingere
aliquod medium, per quod tolleretur impoſſi-
bilitas, & ceſſaret miraculum, ut in materia
noſtra poſſeſſionis, quòd animus poſſidentiũ
non occupet totam rem, & in dicta l. ij. quod
cautio ſit loco ſubſtantiæ, & in dicta leg. quod
meo. quòd conſtituens ſe faciat procuratorem
emptoris, uel ſi fingit infantem uel mutum ſti
pulari, quòd fingatur ſtipulari per ſeruum, & ſi
non habent fingatur eos habere ſeruum. ut no.
in l. prima. infra de uerborum obligationibus
& huiuſmodi alia media ſimilia ſemper præſu-
metur fingere, & remanent notabiliter hęc duo
dicta contraria uera, quòd lex non poſſit finge
re ſuper impoſſibili ſtantibus terminis impoſ-
ſibilitatis niſi appareat quòd de poteſtate ab-
ſoluta uult facere miracula, ac etiam aliud eſt
uerum quòd indiſtinctè poteſt ſuper impoſſibi
li quocunque diſponere, etiam de poteſtate or
dinaria, inducendo medium uerum, uel præ-
ſumptum per quod tollitur impoſſibilitas, & ha
bilitatur diſpoſitio, quæ nota, & plenius dicam
infra in l. ſi is qui pro emptore. ſupra de uſuca-
pionibus.

45 Sed iterum contra concluſionem tex. noſtri
Claudius adducit: quia pater & filius in ſolidũ
& ſimul poſſident omnia bona patris. l. in ſuis.
ff. de lib. & poſthum. taliter quòd poſt mortẽ
patris continuatur ſua poſſeſſio, & dicitur eſſe
eadem, ut non poſſit acquirere nouum titulum
pro hærede nec uſucapere, l. ij. §. filii. infra pro
hærede. & l. j. §. primo infra pro donato. ſed
facilis eſt reſponſio: quoniam illa fictio non
eſt perfecta, nec facit perfectam poſſeſſionem
niuente patre, ſed inducitur quædam quaſi poſ
ſeſſio, quæ poteſt concurrere cum uera poſſeſ-
ſione patris ſicut, & illud quaſi dominium po
teſt concurrere cum dominio patris, quàmuis
dico in ſolidum non poſſint habere dominium
ut no. in. §. præcedenti. uel ſi uis dicere quòd
plenè poſſident, filius & pater finguntur eſſe
unica perſona. §. ei uerò inſti. de inutili. ſtip. &
in effectu non eſt niſi unus qui poſſidet fictio-
ne legis, atque ita inducitur medium per
aliam fictionem per qnod tollitur illa impoſ-
ſibilitas ut ſupra.

46 Iterum inſtatur † ſecundum Iaſ. hic in quar-
to notabili de regula pro poſſeſſore. de reg. iur.
in 6. & l. porrecta. & l. is qui dolo. infra de reg.
iur. ubi ille qui deſiit poſſidere fingitur poſſi-
derę in ſolidum cum eo qui uerè poſſidet, reſpõ
det ipſe negando, quòd ille qui deſiit poſſide-
re fingatur poſſidere. nec illa iura hoc dicunt,
ſed ſolum dicunt quòd poteſt conueniri ac ſi
poſſideret. Reputatur ergo poſſeſſor in eius
odium propter ſuum dolum, in loco in quo ſtat
uerus poſſeſſor. ſecundò ultra ipſum poteſt re-
ſponderi, dato quòd poſſideret, illa ſua poſ-
ſeſſio tendit ad diuerſum finem: quia ea non
habet pro ſuo ſed pro alieno, nec ad aliquam
utilitatem ex ea re conſequendam, & ſolum ut
poſſit conueniri, ideò non eſſet inconueniens
quòd poſſet concurrere. Præterea ibi ille finge
retur detinere, non poſſidere, cum ſola deten
tatio ſufficiat ad rei uendicationem, ut poſſit
conueniri, leg. officium. de rei uendicatione,
quæ poteſt concurrere cum quolibet poſſeſſore
ut ſupra dixi.

Quintò notandum eſt ex iſto tex. in ſecunda
47 parte † quòd precario rogans & concedens poſ
ſunt in ſolidum poſſidere, ſed tamen quia non
declarat quare hoc poſſit eſſe, nec de qua poſſeſ
ſione intelligatur, magna eſt dubitatio de eius
intellectu, ut patet in glo. magna quæ ſolum ſu
per eius intellectu laborat referẽdo uarias opi
niones, & aliqui ſunt qui uolunt Sabinum cor
rigere præcedentem regulam: quia dictio ta-
men, aduerſari debet in totum: arg. notatorum
per Bar. in l. ſi maritus. in fi. ff. de adulter. com
munis tamen eſt intellectus quòd intelligatur
de poſſeſſionibus diuerſæ ſpeciei quæ poſſunt
concurrere: quia precario rogans naturaliter
poſſidet, & precario concedẽs retinet ciuilem
l. & habet. infra de precario. §. eum qui. gloſan
te hunc tex. & ratio iſtius concurſus eſt: quia
poſſeſſiones diuerſæ ſpeciei reſpiciunt diuerſũ
finem, unde poſſidens non uidetur occupare to
tam rem animo, & ceſſat ratio impoſſibilitatis
naturæ, de quo in principio tex.

Tamen contra hanc rationem fortiter uide-
tur facere: quia imò poſſidens naturaliter ten
dit ad eundem finem ad quem tendit ciuilis
poſſeſſio, cum per apprehenſionem corpora-
lem acquiratur dominium. l. j. in principio. ſu-
pra eodem. & l. ſi fundum. ff. de fund. dot. & per
conſequens eſt idem finis qui eſt in ciuili. Item
per naturalem poteſt acquiri uſucapio. ſecun-
dum

dumAngelum de quo dixi ſupra lege prima cõ
tra communem diuiſionem, Secundo uidetur
probari, in l.clam. §.qui ad nundinas.ubi in-
grediens poſſidet naturaliter tantum,& tamen
dicitur habere intentionem occupandi totã rẽ,
& excludendi in totum poſſidentem, & domi-
nio ut totam rem lucri faciat, quæ intentio ſuf
ficit ad poſſeſſionem,ut ſupra dictum fuit. Ter
tiò etiam facit:quia dominus uidetur poſſiden
do,cauſa naturali uelle acquirere dominium &
fructus,ſeu illud acquiſitum conſeruare ſicut in
ciuili,& occupare cum ea totam rem, ſicut quã
do habet plures ciuiles,ut in.§.præcedenti.Vn-
de Ferretus dicebat quòd precario rogans, poſ
ſidet ſine tit.id eſt,pro poſſeſſore,& precario cõ
cedens poſſidens pro ſuo,ex cauſa propter quã
rẽ habent,& ſic poſſident ex diuerſa cauſa,ideò
in ſolidũ poſſidere poſſunt,quæ diſtinctio præ
ſupponit ꝙ unica ſit poſſeſſio,& ſecundũ illam
opinionem omnis qualitas diuerſa uidetur ſuf
ficere,ut duo poſſint eandẽ rẽ poſſidere. Sed te
nendo ꝙ ſint plures poſſeſſiones hæc diſtinctio
nihil ualet:quia imò precario rogans habet ti-
tulum iuſtũ poſſidendi, cum habeat uoluntatẽ
domini,licèt nõ habeat ex cauſa perpetua,& eſt
titulus donationis tẽporalis,l.ij.ff.de precario.

Item diuerſitas titulorũ nõ facit ꝙ plures in
ſolidũ poſſint poſſidere, ideò uerior eſt opinio
48 †quòd ſint plures poſſeſſiones.Vnde tu defendẽ
do rationẽ tex.potes reſpondere,ꝙ poſſeſſiona
turalis eſt deſtinata per legẽ ad conſeruationẽ
iuris retentionis,& iuris recuperandi,& ciuilis
ad acquirendum dominiũ,ut dictũ fuit in l.j.&
repetemus inf. cum Bar. unde propter limites
poſſeſſionis naturalis,nõ preſumitur ꝙ animus
uelit occupare totã rẽ,ſed tãtũmodo quatenus
ex natura poſſeſſionis:arg.l.ſi uno.ff.locati & ſi
conſtat de animo contrario,lex impedit illum
animum operari ultra naturam poſſeſſionis,cũ
ſi alius poſſidet,reperitur occupata res reſpe-
ctu alterius finis, uel ſaltem fingitur animum
non occupare totam rem, & inducit medium
per quod ceſſat impoſſibilitas ut ſupra dixi.

Nec obſtat quòd oppoſitum fuit de intentio
ne quæ ſufficit ad occupandam totam rem:quia
illud procedit, quando ipſe habet poſſeſſiones
aptas ad occupandam totam rem,uel illę uacãt
quia illas acquirit:ſed quando res eſt occupata
per alium,poſſeſſio non poteſt cum animo ſuo
occupare quod per aliam poſſeſſionem eſt occu
patum,uel ſaltem fingitur non occupare.

Non obſtat quòd poſſeſſio naturalis acqui-
rat dominium:quia negatur, ſed potius dicitur
eſſe traditio,uel appræhenſio quæ ſiue poſſeſſio
ne transfert dominiũ,ut dixi in l.j.in pe.quæſt.
in principio.Vel procedit quando res nõ eſt oc
cupata:quia tunc extenditur ad ciuilem per
quam acquiritur dominium. Non obſtat quod
dominus habeat ciuilem & naturalem conſerua
tionem:quia negatur, cum lex tradiderit ſuos
fines eis,& fingat dominus ad illum finem poſ-
ſidere tantum retentionis, & recuperationis,&
ſic ratio quòd tendant ad diuerſum finem pro
cedit,quod uidetur omnino neceſſarium, cum
aliàs non fuiſſet opus diſtinguere eas in diuer-
ſas ſpecies, ex quibus habes intellectum ad
iſtum uerſi. quòd rogans poſſidet naturaliter,
& concedens ciuiliter, propter quam cauſam
in ſolidum poſſidere poſſunt.

49 Sed dubitat Sozi.†quare in precario transfe
ratur naturalis poſſeſſio, & non in commoda-
to,l. rei commodatæ. ff. commodati cum ta-
men cõmodatum uideatur fortius:quia non po
teſt reuocari ante expletum uſum,l.in commo
dato.§.ſicut.ff.commod. & precarium quando
cunque reuocatur, l.j.& ij. ff.cõmoda. Reſpon-
det ipſe, ꝙ imò precariũ eſt fortius: quia datur
ad uſum indeterminatum,& poteſt durare per
multa tempora, l.interdum. infra de precar.&
uſus indeterminatus complectitur poteſtatem
percipiendi fructus, cum per talem perceptio-
nem inducatur poſſeſſio. arg. l.Titia. infra de
ſolut in princip. Iaſ. tamen repræhendit iſtam
rationem: quia non eſt generalis cum preca-
rium poſſit dari ad habitandum, & tempus in
certum l.Lucius.ſupra de donatio. Bar.in l.At
tilius Regulus.ff.de donationib.& in dicta l. j.
ff. de precario. Item poteſt dari ad certum tẽ
pus,l. in rebus. §. fi. ff. de precario. licèt poſſit
reuocari,l.cum precario. infra eodem. dummo
do non fiat dolo: quia tunc non poſſet ut per
Abb. in cap. ij. ex. de precario.Vnde ipſe aſſi-
gnat aliam rationem quam ipſe dicit nouam,
ſed uerò præcedens eſt: quia datur ad tempus
indeterminatum, quod præſumitur ſeu æquipa
ratur perpetuo:arg.l.j.§.quod ait prætor. infra
de ſuperficiebus.Tu uerò dicas quod aſſumptũ
Sozi eſt falſum: quia per precarium aliquando
acquiritur ſola detentatio,ſi petitum fuit,leg. ſi
quis ante.inf.eo.& l.certè.§.is qui rogauit.inf.
de precario, & comodatarius poteſt poſſidere
ſi petitum fuit. cap. nemo.de electio. in 6. ubi
Ioannes Monachus,& Probus latè examinant,
& facit 20.q.j & depoſitarius poteſt poſſidere,
lege licet. §. primo. infra depo.

50 Quare dicas †quòd in precario tranſit poſſeſ
ſio:quia illa rogatur & conceditur, in commo-
dato autẽ non tranſit: quia illa non petitur nec
cõceditur, & ſolũ ratio cõſiſtit in uoluntate,&
ſemper in cõtractu precarii quis rogat ut poſſi
deat,ideò illa poſſeſſio trãſit,in dubio etiã prę
ſumitur rogare,ut poſſideat:quia fit precarium
ad finem ut licitè poſſit colligere fructus Iulia
nus §.poſſeſſionem.ſup.de actio.emp. Quare re
manet intellectus ad iſtũ uerſi. ꝙ ideò duo poſ
ſunt in ſolidũ poſſidere:quia precario rogãs &
cõcedens poſſident diuerſis poſſeſſionibus ſpe
cie differẽtibus.Vnde apparet quòd idem eſſet
in ſpeciebus Bar.ſi teneremur eius diuiſionem,
& idem eſſet in deſinente & poſſidente inſoli-
dum.l.ſi colonus. infra eodem.& l.colonus.in-
fra de ui & ui armata. & idem in poſſidente

rem, & alio habente quaſi poſſeſſionem iuris alieni, & ſic ampliatur procedere etiam in aliis poſſeſſionibus, ex alia cauſa differentibus, uel ſpecie, uel ad alium finem.

51 Secundò † ampliatur procedere ſecundũ Bar. in ſummario, & in no. in poſſeſſionib. differentibus numero, quæ poſſunt ſimul cõcurrere in ſolidum, quæ ampliatio uidetur falſa: quia nullo iure probatur, imò ꝓbatur contrarium ſecundum Iaſ. in præmiſsis. unde ipſe declarat Bar. ut uelit quòd ſit portio primæ ampliationis, & ſit opus quòd differant copulatiuè, ſpecie, & numero, quæ expoſitio uerè eſt contra mentem & uerba Barto. qui locutus fuit alternatiuè ad quam ſufficit unam partem eſſe ueram, l. ſi hæredi plures. ff. de conditionibus inſtitutionum. Sozi. etiam uult dictum eſſe falſum: quia illa ratio poſita in principio tex. militat etiam in poſſionibus differentibus numero, ut hic per eum multum laborantẽ. Sed tu dicas ꝙ non eſt opus laborare: quia hoc probatur clarè in iſto tex. ubi iuſta & iniuſta poſſeſſio non poſſunt ſimul concurrere, & tamen neceſſariò differunt numero, cum in una qualitate contraria non poſſunt eſſe, l. ſi ancillam. ff. pro ſuo. Item poſſeſſio titulata, & non titulata non poteſt concurrere, & tamen differunt numero, Præterea duo poſſidentes ſemper habent poſſeſſiones numero differentes: quia poſſeſſio unius non eſt poſſeſſio alterius. l. de eo. §. fi. ergo ſequeretur quòd ſemper in ſolidum duo poſſent poſſidere, quod eſt contra hunc tex. & ſuam rationem.

52 Ideò Sozi. alio modo ſaluat Bar. † ut uoluerit intelligere de poſſeſſionib. eiuſdem ſpeciei differentibus fine: quia tendunt ad diuerſum finem, & poſſunt eſſe apud plures in ſolidum l. fi. ſecundum communem intellectum ubi Bart. infra uti poſſid. quæ ſaluatio bona eſt, & de mente Bar. ut ſemetipſum. infra declarat, tamen uerba fuerunt inepta. Propterea Ab. aliã ampliationem ad iſtam limitationem Sabini adfert, ut procedat etiam in poſſeſſionibus eiuſdem ſpeciei, tendentibus ad diuerſum finẽ quæ poſſunt eſſe apud plures in ſolidum: quia poſſidentes non occupant totam rem, neque excludunt conſocios, ſed occupant tantum reſpectu iuris ſui, & finis dimittentes rem uacantem cum ſociis habentibus alia iura compatibilia in eadem re, & ampliatio probatur ex ratione text. & dicta l. fin. infra uti poſſid. & ſupra probaui.

53 Sextò notandum eſt, † quòd iuſta, & iniuſta poſſeſſio non poſſunt eſſe penes plures in ſolidum, & per conſequens ſequitur quòd differentia poſſeſſionum in qualitate, non facit ut ſimul in ſolidum habere poſſint, quàmuis habeant diuerſos effectus in iure: nam per eos nõ tollitur quin tendant ad eundem finem, ex intentione poſſidentium, cum habens iniuſtam intendit lucri facere totam rem ſi habet ciuilem, ſicut ſi habet iuſtam, & eius intentio regipitur à iure: quia poſſeſſio ſui natura poteſt tẽdere ad dominium, & totam rem, ideò uterquè poſſidens occupat animo totam rem, & impeditur in ſolidum poſſidere, per rationem naturalem iſtius tex. Sed in contrarium uidetur eſſe tex. in l. ſi duo. infra uti poſſid. in princip. qui dicit, quòd duo in ſolidum poſſunt poſſidere, unus iuſtè, & alius iniuſtè, per quem text. uidetur quòd Trebatius bene locutus fuerit, & malè repræhenſus per Labeonem, & ità dicebat Maria. & antiqui in cap. ſecundo de cauſa poſſeſſio. & proprieta. quem ſequitur hic Sozi. nepos in tertio no. & tenet hic Ferretus, qui per illum tex. uult duos poſſe poſſidere naturaliter etiam ex diuerſis contractibus ſeu cauſis. quod falſum eſt, ut ſupra dixi ſæpius: quia uerbum in ſolidum, non poteſt referre illam identitatẽ contractus, uel eiuſdem poſſeſſionis, ſed ipſam poſſeſſionẽ reſpectu rei in ſolidũ uel pro parte.

Communiter autem docto. ſaluant dicentes, quòd ille tex. intelligitur de poſſeſſione naturali iniuſta & ciuili iuſta, ut in l. clam. §. qui ad nundinas. infra eodem, Trebatius uerò hic loquebatur de poſſeſſionibus eiuſdem ſpeciei, ut ſi unus poſſideret iuſtè ciuiliter, & alter uellet in ſolidum poſſidere ciuiliter per uiolentiã quia tunc duo in ſolidum non poſſunt poſſidere, l. quod meo. §. fin. infra eo. Sed Sozi. adhuc inſtant fatendo quòd iuſta, & iniuſta eiuſdem ſpeciei non poſſunt ſimul concurrere, tamen dicunt Trebatium intellexiſſe de diuerſa poſſeſſione in caſu permiſſo, non in caſu prohibito, & propterea Labeonem inſ. reprehendiſſe.

54 Tu autem dicas ut in præmiſsis, † quòd hæc opinio eſt uana, temeraria, & falſa Nam uanum eſt quærere an bene loquatur, uel malè cum habeamus reſolutionem ueram, & nullus effectus inſurgat quòd malè fuerit repræhenſus. Secundò eſt temeraria, quia ipſi præſumpſerunt melius intelligere Trebatium per hæc pauca uerba relata, quàm fecerit Labeo, qui habebat ante oculos integra opera Trebatii, & ex præcedentibus & ſequentibus cognoſcere poſſet eius intentionem, Præterea Paulus auctor legis nõ reprobaſſet Labeonem niſi uidiſſet opera Trebatii, & cognouiſſet quòd bene eum repræhendiſſet. Tertiò eſt falſa: quia ſi intellexiſſet de diuerſis poſſeſſionibus ſpecie, non erat fienda uis in iuſtitia, uel iniuſtitia poſſeſſionis, cum ſufficeret diuerſitas ſpecierum, & ideò duæ iuſtæ poſſeſſiones & duæ iniuſtæ poſſent concurrere, quod expreſſè negat text. Præterea Trebatius nihil noui addidiſſet per ſuam approbationem de Sabino. unde non fuiſſet opus referre tot uerba ſua, & ponere repræhenſionem, cum ſufficiebat dicere quod & probat Trebatius. Ideò dicendum eſt quòd in uerſi. exiſtimans, uoluerit in aliis terminis ampliare limitationem Sabini per diuerſitatem qualitatum, quod bene repræhenditur, ideò omninò non recedas à communi.

i 6

Non

Non obſtat lex Domitius. quia ibi fuit quæſtio ambigua, & non habebat alia opera ante, hic uerò uerba erant clara propter præcedentia, & ſequentia. Præterea ibi Iuriſconſultus fatebatur, ſe non intelligere, hic uerò hoc non dicebat. Non obſtat quòd approbauerit: quia uerum eſt, & illa approbatio ueniebat in neceſſarium antecedens, uel approbauit ut ampliaret, & ideò tex. optimè procedit.

Septimò notandum eſt ex iſto tex. in fi. quòd illud quod non poteſt fieri per naturam, nec poteſt fieri per legem, & illud quod non poteſt fieri uerè, & naturaliter, non poteſt fieri per fictionem, de quo dictum eſt, ſupra in tertio notabili poſt Sozin. Item colligitur quòd illud quod non poteſt fieri uerè, nec poteſt fieri repræſentatiuè, & ſic repræſentatio non poteſt plus operari quàm ueritas, concordat tex. in l. ſi filio quem pater. ff. de lib. & poſthum. Vnus tamen eſt caſus in quo fictio plus operatur quã ueritas de quo habetur in l. ij. §. qui hominem. inf. de uerbo. oblig. ubi per Bar. & Iaſ.

55 Octauò notandum eſt, † quòd ſi teneo rem unam, eandem in ſolidum tenere non potes, ut colligitur ex fine iuncto principio, quàmuis ad oculum corporis uideatur eſſe contrarium, & ſic habes quòd etiam in re mobili procedit deciſio iſtius tex. ut duo in ſolidum eam poſſidere non poſſint, concordant l. ſicut certo. §. ſi duobus uehiculum. ff. commod. & hæc eſt intentio litere doct. tamen hic & glo. magna in principio intelligunt etiam procedere in rebus immobilibus, & uolunt quòd per uerbum tenere, intelligatur de ciuiliter poſſidente.

56 Vnde infert Soci. hic ſuper principio glo. † ad ſtatutum diſponens de tenentibus aliquam rem, quod intelligatur de poſſidentibus ciuiliter, per iſtum tex. iuncta glo. & ita dicebat Roma. & Imo. ſe habere communem uſum loquendi. Areti. uerò reprehendit negando quòd ita ſe habeat communis uſus loquendi, & quòd glo. hoc dixerit. Sozin. uerò dicit quòd imò gloſſ. uoluit, & quòd per tenutam intelligatur de ciuili poſſeſſione ut hic per eum, & comprobat per iſtum tex. quia uult homines tenere rem, & fundos naturaliter, & tamen eſt neceſſarium quòd fiat repræſentatio in aliis partibus, quas uerè corpus non occupat, ut ſupra dixi igitur ſicut uerbum tenere, uerificatur in illa fictione quæ requiritur ad complectendam detentationem, & poſſeſſionem naturalem fundi: ergo etiam uerificabitur in poſſidente ciuiliter, quæ opinio uera eſt, intelligendo quòd uerbum tenere, compræhendat etiam ciuiliter poſſidentem cumulatiuè ſed non priuatiuè; quia eſt uerbum aptum ad detentationem, & poſſeſſionem naturalem, & ciuilem, ut probatur in l. j. C. de uſucapio. tranſ. ubi tex. dicit detinentibus poſſeſſionem procedere uſucapionem. ergo intelligit de ciuili. Secundò etiam probatur in l. officium. ff. de rei uendicatio. ubi ab omnibus qui tenent res uendicari poteſt referendo ad totam legem.

Non obſtat l. poſſeſſio. §. j. infra eodem. & l. ſtipulatio. §. hi quoque. infra de uerbo. obliga. quia retorquetur cum ibi tenere dicitur filius, & ſeruus, quando omninò tenet l. quod ſeruus. & l. ſi colonus. infra eodem. & in ſeruis cadit tota poſſeſſio in ſubſtantia, eo modo quo in liberis, licèt ſine effectu iuris, facit etiã lex prima. §. deiicitur. ff. de ui, & ui armata. Non obſtat ſi dicatur imò dicta l. poſſeſſio. §. primo, & dicta l. ei qui. probant aliam opinionem: quia ponunt uerbum tenere ad differentiam poſſeſſionis: quia reſpondetur quòd illud procedit, quando lex ſeparatim facit mentionem de tenentibus, & poſſidentibus: quia tunc capitur in ſpecie propter contradictionẽ, ſed ſi poneretur in materia indifferenti tunc generaliter caperetur.

Quare concludendo dicas, aut ſtatutum conſtituit diuerſos caſus de detinentibus, & poſſidentibus, & tunc non compræhendit poſſeſſionem, nec ciuilem, nec naturalem dictis iuribus. aut uerò non conſtituit diuerſos caſus, & tunc compræhendit cumulatiuè etiam ciuilem poſſeſſionem dicta l. j. C. de uſucapion. transform. & l. officium. ff. de rei uendication. aut uerò ſubiectum materiæ eſt de detentatione, ut in caſu legis ſi ex legati. ff. ex quibus cauſis in poſſeſſio. eatur. & tunc capitur pro tenuta, & uerbum tenuta regulariter, & ex communi uſu loquendi uerificatur in ſola detentatione, & hæc quantum ad notabilia.

Veruntamen: quia in eis concluſimus quòd duo poſſunt in ſolidum poſſidere per iſtum textum, unus habens naturalem, & alius ciuilem, frequenter inter eos poteſt naſci quæſtio quis eorum acquirat fructus, & quis uſucapiat. Ideò Bar. hic ut habeamus effectum huius reſolutionis formauit duas neceſſarias quæſtiones, quæ poſſeſſio cauſet acquiſitionem fructuum, & quæ cauſet uſucapionem.

57 Et primò quærit † quæ poſſeſſio cauſat uſucapionem, & refert opinionem Dy. & glo. quòd ciuilis ſola eam cauſat per leg. j. §. per ſeruum qui in fuga. ſupra eodem. & l. ſeruum filii. §. fi. inf. de fur. & l. in receſſione. de diuerſ. & tempo. præſcriptio. in quibus probatur quòd ſeruus in fuga exiſtens uſucapitur, & tamen ſolum poſſidetur ciuiliter, poſteà refert contrariã opinionem quòd imò naturalis ſola ſufficiat: quia uſufructus præſcribitur, l. fin. in fin. C. de præſcriptio. longi temporis ſecundum communem intellectum, & l. eum qui. coniuncta. l. ſi ego. §. primo. ff. de Pub. actio. & tamen ex naturali ſola præſcribit l. naturalem. infr. eodem. Item feudatarius, & emphyteuta præſcribunt ius emphyteuticum, uel feudale, l. competit. C. de præſcr. 30. annor. & l. ſi finita. §. ſi de uectigalibus de dam no infect. & l. cum ſponſus. §. in uectigalibus. coniuncta l. eum qui de Publ.

actione, & tamen hanc præſcriptionem facit ex
ſola naturali, dicta l. naturaliter, cum dictis do
cto. & concordando poſteà dicit ciuilem ſolam
producere uſucapionem ipſius rei, ſiue proprie
tatis, & naturalem ſolam producere uſucapio
nem iuris ſeparati à proprietate rei, & per ciui
lem acquiritur dominium utile quòd occidit
directum, ut per glo. in §. præcedenti, & per
naturalem, dominium utile iuris recognoſcen-
tis dominium rei, & illi ſubalternati. poſteà re
fert opinionem Butrigarii, qui uolebat quòd
ciuilis, & naturalis unitæ requireretur ad uſuca
pionem, per l. nemo. C. eodem. ibi, utrunquè
eſſe legitimam, id eſt, utraquè producit legiti
mum effectum, hoc eſt uſucapionem, ut ibi di-
cit glo. in uerbo utranquè, uel inducas in fi. ibi,
ius poſſeſſionis uacillat, id eſt, uſucapio, & l.
naturaliter. infra de uſucapionibus.

Et ad iura Dy. reſpondet quòd concordant:
quia ſeruus in fuga exiſtēs poſſidetur ciuiliter,
& naturaliter: quia non poteſt ſuam poſſeſſio-
nem interuertere, l. Pomponius. in principio.
& l. rem quæ nobis. infra eodem. Bart. tamen
hanc opinionem reprehendit: quia uult quòd
ſola ciuilis ſufficit per iura Dy. in quibus pro-
batur, quòd ſeruus in fuga exiſtens poſſidetur
tantummodo ciuiliter, quoniam ſeruus natura
lem interuertere poteſt, l. ſi cui. §. licet. ſupr.
de lib. cauſ. dum dicit quòd non poſſidetur. Se
cundò probat per l. ſi id quod. infra eodem.
§. fi. ibi, utilius eſt. quòd uerbum non poteſt ue
rificari niſi in uſucapione. Tertiò per tex. in l.
qui fundum. infra pro empto. & reſpondet ad
iura Butr. ut per eum.

Ex cuius dictis colliguntur aliquæ concluſio
58 nes. † Prima eſt, quòd ciuilis poſſeſſio ſola pro
ducit uſucapionem rei per illa tria fundamen-
ta, quæ tamen faciliter euitari poſſunt, & potiſ
ſimum fundamentum eſt in iuribus Dy. in qui-
bus probatur quòd ſeruus exiſtens in fuga uſu-
capitur, & tamen poſſidetur ſola ciuili. Sed
59 quia Butrig. uolebat † quòd etiam naturalis
duraret in eo, ut apparet an hoc fundamentum
probet, oportet uidere an ſeruus in fuga exi-
ſtens poſſideatur naturaliter? Butr. dicit quòd
ſic: quia ſeruus nullam poſſeſſionem poteſt in-
teruertere per fugam. Bart. dicit contrarium
per dictam legem ſi cui. §. licèt. in uerbo non
poſſideatur. coniuncto. §. ſi ſeruus. infra eadem
lege, ubi poſſidetur, & ut concordentur opor-
tet dicere quòd retinetur ciuilis, & naturalis
amittitur, & ibi glo. & Bar. quæ tamen conſi-
deratio: quia dicta lex ſi cui. §. licèt. loquitur
de ſeruo litigante, qui deſinit poſſidere natura
liter, non de ſeruo in fuga, & hanc differentiā
expræſſè facit tex. in l. ſi is qui pro emptore. §.
ſi ſeruus. infra de uſucapionibus, & ſic adhuc
ſtat fundamentum Butrigar. quòd exiſtens in
fuga poſſidetur etiam naturaliter. Proptereà
Sozin. hic alio modò probat quòd non poſſi-
deatur naturaliter: quia naturalis poſſeſſio
amittitur ex hoc ſolo quòd quis non inſiſtit cor
pore, ſi eſt unita cum ciuili, ut per glo. Barto.
& omnes in l. prima ſupra eodem. in fin. gloſſ.
magnæ. ergo non dicitur interuerti: quia de
per ſe amittitur. Sed reſponderi poteſt quòd
illa opinio eſt dubia, & multi tenent quòd poſ
ſeſſio naturalis ſemper retinetur propter unio-
nem ciuilis, ut ibi per Iaſ. ſed dato quòd ſit ue
ra hoc negabat Butrig. in ſeruo, dicens in eo
non poſſe procedere illam opinionem, uel ſal-
tem quando ipſe aufugit ut in nullo præiudica
re poſſit domino, quod probatur per leg. ſi de
eo. infra eodem. ubi ſeruus eiciens dominum
non priuat eum poſſeſſione eius naturali, quæ
per corpus ſuum retinetur, & idem dicit tex. in
l. non ſolum. §. fi. inf. de uſucapionib. & l. ar-
boribus. §. de illo. ſupra de uſufr. ergo eodem
modo naturalis ipſius ſerui per corpus ſuum re
tinetur. Replicat Sozi. quòd dicta l. de eo. lo-
quitur de aliis rebus, in ſeruo uerò non poteſt
procedere: quia ſemetipſum poſſidere non po
teſt: arg. l. ij. ff. de ſtipula. ſeruo. & ca. fi. de inſti.
Duplicari poteſt utilitatis cauſa, hoc eſſe rece-
ptum etiam in ſeruo: quia nulla alia ratio po-
teſt aſſignari quare nō poteſt interuertere ſuā
poſſeſſionem niſi: quia per ſemetipſum eam re
tinet, & reacquirit, etiam quòd ſe præpararet
aduerſarium domino in ciuili, dicta l. ſi is qui
§. ſi ſeruus. & ſic iura Dyn. non probant con-
cludenter.

Ex aliò etiam dicebat Iaſ. quòd poſſunt eui-
tari: quia ibi non dicitur de uſucapione inchoā
da, ſed ea perficienda, unde dato quòd ſola ci
uilis retineretur: tamen non probārent quòd
ſola ſufficiat ad inchoandam uſucapionem, ſed
ad perficienda: quia facilius completur uſuca-
pio, l. cœptam. infra de uſucapioni. l. qui fun-
dum. ſupra quemadmo. ſerui. amit. & leg. j. §.
fuit quæſitum. ſupra de aqua quotidia. & æſtiu.
hoc tamen parum ſtringit: quia Bar. non ne-
gaſſet quòd ab initio non requiratur naturalis,
cum alio modo ciuilis non poſſit acquiri ſine
appræhenſione naturali, l. licèt. C. eodem. &
ſupra. in principio legis. unde confirmat per
aliam rationem: quia in dicto. §. per ſeruum.
dicitur quòd utilitatis cauſa receptum eſt, ut
impleatur uſucapio: ergo non eſt ex regula cō-
muni: ſed ratione ſingulari ne fuga ſeruorum
noceat dominis, dicta l. Pomponius, leg. rem
quæ nobis. infra eodem. & ſic cum ſit ius ſin-
gulare non poteſt trahi in conſequentiam, leg.
ius ſingulare. & l. quod uerò. ſupra de legibus
& ſic hoc fundamentum ſtringit.

60 Secundo † Bar. adducit text. in dicta leg. id
quod. §. fi. infra eodem. ibi, utilius eſt quòd
refertur ad uſucapionem. per quem tex. etiam
probatur quòd res naturaliter ab alio occupata
poteſt uſucapi ſi ciuilis poſſeſſio duret, ſed hoc
fundamentum leue eſt: quia multæ aliæ poſſunt
eſſe utilitates tum ratione fructuum quos acqui
reret, tum quia haberet interdictum uti poſſi.

quo

quo faciliùs expelleret,l.fi. §.fi.infra uti poſſid. tum propter etiam multa alia commoda, quæ habentur ex poſſeſſione §.commodum.inſti.de interdict. unde neceſſariò non probat de uſucapio.niſi per alia iura ſuppleatur.

Tertiò adducit l.qui fundum. infra pro empto.ubi diſcedentibus ſeruis hæres complet uſucapionem,& ſic per ſolam ciuilem. Ad iſtũ tex.reſpondet Iaſ.Primò quòd loquitur de uſucapio.perficienda non turbanda cum ibi ciuilis neceſſariò eſt acquirẽda cum naturali,quod tamen non negaret Bar.ut dixi, & poſteà reuoluendo dicit quòd probat: quia ſi naturalis perſeuerabat duo acquirerent dominium in ſolidum quod etiam nihil eſt: quia Butrig. uolebat quòd utraque ſimul uſucaperet non per ſe ſola.

Vnde ſecundò reſpondetur quòd ibi ille hæres poſſidere poterat naturaliter,quoniamfuit neceſſarium quòd ipſe corpore ſuo appræhendiſſet poſſeſſionem: quia erat amiſſa per mortem uſucapientis, & per diſceſſum ſeruorum. Prætereà tex.ibi dubitat de medio tempore antequam hæres acquiſiuiſſet poſſeſſionem, & reſpondet quòd prodeſt illud tempus iure acceſſionis: arg.l.hæres quandocunque.ff.de acquirenda hæreditate, & l.diutina. inſti.de uſucapionibus. & ita præſupponit habilitatem in hæredem.

Tertiò ibi dicitur quòd coloni diſceſſerunt, poſtquam hæres appræhendit poſſeſſionem per eos, ut ibi uult glo. quo caſu poſſidebant naturaliter per corpus eorum,quam naturalem non poteſt amittere ſi diſcedant coloni, etiam animo deſerendæ poſſeſſionis, niſi alius ingrederetor, ut probatur in l. peregrè,§.quibus.infra eodem & infra eodem. §. quod ſi ſeruus. ibi, aut nemo erat ingreſſus. ergo non amiſerat etiam naturalem, & ſic non probat.

Quartò adducitur tex. in l. ſi quis fundum. in fine infra eodem. ubi proprietarius poteſt uſucapere proprietatem ſciens uſumfructum eſſe alienum, ſed proprietarius poſſidet ſolum ciuiliter ergo ex ſola ciuili procedit uſucapio. Sed reſponderi poteſt,quòd ibi nullus uſufructuarius erat in poſſeſſione, & proprietarius acquiſiuerat etiam naturalem fundi, quæ tamen ſe compatitur cum uſufructu: argumen. inſtitutionib. de uſu & habitatione. §. primo. unde non probat concludenter quòd haberet ſolam ciuilem.

Quintò adducitur tex. in l. locum. §. proprietarius.ſupra de uſufructu. ubi præſupponit conſtitutum uſumfructum poſſideri, & tamen proprietarius eum conſtitutum, & naturalem datam uſufructuario l.3.§. dare. ff.de uſufructu poteſt uſucapere, ergo ſola ciuilis ad uſucapionem proprietatis ſufficit. Sed reſponderi poteſt ꝙ ibi prietarius habebat naturalem quod patet:quia dedit ſeruum pro noxa, & ſic eum habebat in poteſtate l.quoties. §. in poteſtate. ff. de noxalibus. & dum poſteà ſubiicit de proprietario uſucapiente, intelligitur in eiſdem terminis, ut ſimilitudo ſit bona. unde nec etiã concludenter probat opinionem Bar.& Dyni.

Contrariam opinionem ut dixi tenuit Bu-
61 trig. qui uolebat †quòd requireretur etiam naturalis ad uſucapionem, quæ opinio non haberet dubitationem ſi teneremus naturalem poſſeſſionem unitam cum ciuili non amitti per diſceſſum, quam tenuit Iaſ.poſt malos in d. l. prima repræhendentes opinionem Ioannis in glo. magna, & cum ciuilis ſine naturali, rarò uel nũquã poſſit acquiri,per l. licet.C.eo.ſẽper poſteà ſtaret unita. Sed ſi tenemus opinionem Ioannis quæ communis eſt & probabilior: quia aliàs ingrediens nunquam poſſet acquirere poſſeſſionem occupatam. l. quod meo. §. ſi.infra eodem. adhuc uidetur ad uſucapionem naturalem neceſſariam, per. l.nemo.C.eodem.ubi dicitur poſſeſſionis eſſe duplicem rationem, id eſt, ſpeciem. Vna quæ in iure,id eſt,ciuilem, & alia quæ in corpore,id eſt, naturalem, quæ debilitatur per cõtradictionem aduerſarii, & ius poſſeſſionis,id eſt,uſucapio uacillat & dubitet ergo eſt neceſſarium naturalis. ſi per eam uſucapio uacillat. Vel inducas ibi utranq; eſſe legitimam,id eſt, utraque producit effectuum legitimum uſucapiendi ut ibi dicit glo.Sed reſpõdetur quòd ille tex.non patitur hunc intellectum: quia non loquitur de duobus poſſeſſionibus: ſed de ſola ciuili quæ conſiſtit in utroque, uel de ſola naturali,cum pro ſubſtantia habeat inſiſtentiam naturalem, & adhærẽtiam iurium atq; habeant plurimum iuris, l.poſſeſſio. infra eodem & plurimum facti. l.denique ff.ex quib.cauſ. maior. ut dixi in dicta l. prima. in articulo an ſit iuris uel facti.& ille eſt communis intellectus glo. & docto. & nihil facit ad quæſtionem noſtrám de duabus poſſeſſionibus ut ibidem dictum fuit, reſpondendo fundamentis eorum: quia adhuc caſum inducebant illam legem.Item potes reſpondere ut hic per Bar.

Secundò Butrig.adducebat l.naturaliter.infra de uſucapio.ubi naturaliter interrumpitur uſucapio quando deiicitur de poſſeſſione naturali,ut ibi patet in exemplo, quando res mobilis eripitur, ergo naturalis eſt neceſſaria. Sed reſpondetur ut per Bar. quòd ille tex. intelligitur quando quis etiam eſt priuatus ciuili poſſeſſione, ut illi exemplo ui eripitur, alioqui ſi ſola naturalis amitteretur & retineretur ciuilis adhuc uſucaperet,per glo. in l. 3.§.cum igitur infra de ui, & ui arm.quæ dicit retineri ciuilem, & clarius in l.qui poſſeſſionem. eodem titulo in uerbo quam. Tertiò facit ratio Bar. retorquuta:quoniam ſeruum in fuga exiſtentes uſucapiuntur ſi poſſidentur naturaliter & ciuiliter, quòd eſt quando nondum aliquis natus ſit illarum poſſeſſionem,dicta l. j.§. per ſeruum ſupra eodem. alio uerò occupante deſinit ſolũ

dominus poſſidere naturaliter, dicta l. clam. §. qui ad nundinas: & arg. dictæ l. ſi cui §. licèt. ſupra de liberali cauſa: quia ſeruus interuertere non poteſt naturalem poſſeſsionem, per tex. in dicta l. arboribus. §. de illo. ſupra de uſufructu, & l. non ſolum. §. fi. in fin. infra de uſucapionib. dum loquitur de precaria poſſeſsione, quæ naturalis eſt, & non interuertitur. Reſpondebat Sozi. quòd illa iura loquuntur ſolum de rebus ſeparatis à ſeruo: quia cum ipſe poſſideat, reacquirit domino quòd ipſe poſſidet, ſed non de ſua naturali: quia ſemetipſum non poſſidet, nec poſſidere poteſt, & ideò non poteſt reacquiri domino poſſeſsio quam ipſe non habet, nec habere poteſt, & ſic nec etiam adducta per Butrigar. probant concludenter.

62 Reſolutiuè autem loquendo, † tenenda eſt opinio Bar. & Dy. quæ communis eſt, quòd illa ciuilis producat uſucapionem, & probatur concludentisſimè: quia uſucapio non poteſt procedere niſi ſit continuata poſſeſſio, l. iij. ibi continuationem poſſeſſionem, & l. nunquàm. §. primo. infra de uſucapio. ſed poſſeſsio naturalis non poteſt continuari, ut per doctor. in dicta l. prima. ſup. eo. Secundum communem opinionem ergo per eam non poteſt uſucapio fieri, alioqui ſequeretur quòd nulla res uſucaperetur, niſi uſucapiens continuo ſtaret in rè, ut podagroſi, uel eſſet neceſſariũ tenere quòd naturalis poſſeſsio unita cum ciuili animo retineretur quo caſu tranſiret in ciuilem. Secundò facit lex finalis. C. de præſcrip. long. tempo. ubi uſucapio dicitur fieri inter præſentes, etiam quòd res ſint in diſtantisſimo loco, & clarum eſt ꝙ eas res non poſſidemus naturaliter, niſi ibi habeamus ſeruos uel colonos, quod non eſt perpetuum, cum in ſaltibus tam hibernis quã æſtiuis ſeruos nec colonos plerunquè non detineamus, ut infra. §. ſaltus. Tertiam rationem aſſignat Ferret. quia poſſeſſio ciuilis creata fuit à iure ciuili, producens effectus ciuiles, ergo etiam uſucapionem, quæ eſt de iure ciuili. Hæc tamen ratio non concludit: quia aſſumptum ſuum eſt falſum, ut dixi in dicta l. prima. cum ciuilis ſit poſſeſsio: quæ aliquando non producit effectus ciuiles ſi non eſt titulus, uel bona fides.

63 Limitatur tamen iſta † concluſio ſecundum Bal. quando poſſeſſio naturalis eſt occupata ab aliquo, qui æmulatur, & aduerſatur ciuili, ut ſi ſeruus in fuga exiſtens ſit occupatus ab alio, dicta l. j. §. per ſeruum. ſupra eodem. & tenet glo. in l. qui ſundum. in glo. iij. infra pro emptio. & ſequitur Saly. in l. cum res. C. de probationib. Vnde in caſu. §. qui ad nundinas. & in dicta l. ſi id quod. §. fi. non poſſet ciuiliter poſſidens uſucapere: quia per illam cumulationem debilitatur ut non uſucapiat. Sed ad dictum. §. per ſeruum, reſpondet hic Sozi. dicens quòd non probat: quia quando occupatur ab alio amittitur ciuilis l. rẽ quæ nobis. inf. eo. & tenet glo. inf. ea. l. §. idem Labeo. ubi doct. & hic Sozi. & in his terminis loquitur glo. in d. l. qui fundum, quæ allegat tex. in l. præcedenti, ubi mortuo domino alius rem occupauerat, & cum eſſet uacans acquiſiuit omnem poſſeſſionẽ, & ita ibi tenet glo. allegans l. ſi de eo. §. j. & l. Pomponius. §. quæſitum. infra eodem. tamen reſponſio iſta ad tex. in dicta l. j. §. per ſeruum non uidetur tuta. quia glo. in l. j. in fin. C. de ſeruis fugitiu. tenet quòd per occupationem ſerui ab alio non amittat dominus poſſeſsionẽ ciuilem, niſi per decem annos interueniente obliuione, & ideò interim non præſcribit per 30. annos, pro ut eam allegat hic Bar. & uidetur eſſe communiter approbata, pro qua uidetur eſſe tex. in l. ſeruum filii. §. fi. infra de furtis.

Nihilominus pro reſponſione ꝙ imò amittatur poſſeſſio ciuilis per occupationem, eſt tex. in l. arboribus. §. de illo. uerſic. idem tractat. ff. de uſufructu. idem uidetur probari in l. per eum. §. per ſeruum. infra eodem. Et ad tex. in dicta l. ſeruum filii. poteſt reſponderi quòd non exprimit primum poſſidere tempore, quo ſecundus incæpit poſſidere, Et ad glo. in dicta l. j. C. de ſeru. fug. potes reſpondere quòd dominus non amittit ciuilem donec alii ſeruit ſimpliciter, qui non occupauit animo ſibi plenè acquirendi, ſed cum eo manebat forſan neſciens quo iret, uel ſecundum Saly. illa glo. loquitur quando ſeruus uult præſcribere libertatem contra dominum: quia tunc non poteſt interuertere poſſeſſionem. ſecus ſi ſe dedit alteri, qui eum occupet animo poſſidendi, & acquirendi: quia in continenti incipit præſcriptio, ut ibi per Saly. nu. xxj. quem uide. Pro qua opinione facit: quia colonus uel ſeruus poſſidens rem immobilem, alteri tradendo qui ingrediatur, priuat dominum poſſeſſione, l. peregrè. §. quibus. infra eodem. & hac lege. §. quod ſi ſeruus. ita quando ſeruus ſe tradit alteri occupanti, priuat dominum poſſeſsione: quia ſolus non poteſt interuertere poſſeſsionem, tamen alio occupante poterit, & ſic nedum quando eſt res mobilis priuatur dominus, ſed etiã ſi eſſet res immobilis, & hoc uerius eſt. Igitur remanet quòd dictus. §. per ſeruum. cum concordantibus, non probat limitationem concludenter, cum intelligatur quando dominus priuatur poſſeſſione ciuili per occupationem tertii, ſeruo ſe ei dante, & glo. ſimiliter in dicta l. qui fundum. loquitur quando occupans acquiſiuit etiam poſſeſsionem ciuilem. ut ſupra dixi.

Tertiò pro dicta limitatione adducitur lex ſi is à quo. inf. de uſucapioni. ubi ſi uſucapiens locat poſſeſſionem domino, amittit poſſeſſionem naturalem: quia locatio non ualeret, & deſinit poſſidere. reſpondet Sozio. quòd eſt ſpeciale in illo caſu in quo poſſeſsio naturalis eſt unita

eſt unita cum dominio, ideò potentius eneruat ciuilem, ut non poſſit uſucapere, & eſt ratio ut non poſſit imputari aliqua negligentia domino, in perſequendo rem ſuam, quã apud ſe tenet, ſine qua negligentia non procedit uſucapio ut per Bal. in auct. niſi tricennale. C. de bon. mater. Secundò reſpondet ex mente Bar. ibi quòd in illo caſu locando amittit etiam poſſeſſionem ciuilem. Hanc tamen reprehendit hic Sozi. quia ibi non habebat animum amittendi ciuilem, nec conductor acquirendi, ergo non amittitur ſine animo, l. licèt. C. eodem, & ſupra. §. in amittenda. mihi tamen placet reſponſio Barto. quòd imò omnes amittant cum tex. dicat ſimpliciter amitti poſſeſſionem, & qua ratione amittitur naturalis ſine animo utriuſquè poterit etiam amitti ciuilis. Item ibi æquiperat caſum de uendente rem, in quo omnis amittitur, ergo & in illo dicto. Præterea tex. non ſe fundat in aliqua ſpecialitate, ſed ſolum dicit quòd non retinet poſſeſſionem, ergo intelligitur de omni. & ſic patet quòd hæc limitatio Bal. non probatur iure.

Contra autem limitationem tenuit Imol. & Areti. in dicto. §. Labeo. & Sozi. hic, & allegant tex. cum glo. in l. qui poſſeſſionem. & l. in iij. §. cum qui. infra de ui, & ui arm. ubi glo. uoluit, quòd expulſus ab aliquo ſi habet animum recuperandi, non deſinit uſucapere, & tamen amittit naturalem, licèt retineat ciuilem, & ſic naturalis æmulans ciuili non impedit uſucapionem. Reſpondent tamen Alex. & Sozi. quòd non probant: quia ibi non amittitur, nec etiam naturalis, quoniam quando quis reſiſtit, & habet animum recuperandi rem, etiã naturalem, animo dicitur retinere, uel ſi recuperatur, fingitur non amiſiſſe quòd patet: quia non dicitur poſſidere ui, & ſi amitteret diceretur ui poſſidere illam naturalem, & ſic non probat. Secundò contra Bal. allegat Sozi. hic l. naturalem, infra de uſucapio. à contrariò. Nam interrumpitur uſucapio ſi ui deiiciatur, ergo ſi ui non deiiciatur non amittitur, quo caſu retinet ciuilem dicto. §. qui ad nundinas, & non interrumpitur uſucapio, & ſic ſola ciuilis perficit uſucapionem quamuis occupans æmuletur. Reſpondetur etiam per eundem, quòd ibi non ſumitur argumentum à contrario ſenſu: quia ſimul loquitur de rebus mobilibus in quibus clandeſtina occupatio priuat poſſeſſione, & cum in uno non ſummatur ergo nec in alio caſu: arg. l. iam hoc iure. ff. de uulga. & pupill. & ſic patet quòd fundamenta ab utraquè parte non probant.

64 Puto tamen limitationem non eſſe ueram. † Primò: quia iure non probatur, & in hærendum eſt regulæ ut per glo. in l. j. omnis diffinitio. ff. de reg. iur. Secundò: quia ſi naturalis poſſeſſio non eſt neceſſaria, ergo nec eius priuatio etiam impedire debet. Tertiò per l. qui fundum. infra de fund. dotal. ubi ingreſſus mariti tanquàm domini æmulantis non impedit uſucapionem. Quartò: quia æmulatio nihil poteſt operari, ex eo: quia animus ſuus non poteſt occupare rem ultra naturam illius poſſeſſionis ut ſupra dixi: quia aliàs concurrere non poſſent contra. §. Sabinus. Propterea remanet regula generalis quòd ſola ciuilis poſſeſſio ſufficit ad uſucapionem proprietatis rei.

65 Secunda eſt principalis concluſio Bar. † quòd ſola naturalis non ſufficit ad præſcriptionem, ſeu uſucapionem rei, per l. acquiritur. in fin. ſup. de acquir. rer. dominio, ubi uſufructuarius non præſcribit: quia non poſſidet, ſed quia poſſidet naturaliter. l. naturaliter. infra eodem. exponitur, id eſt, non poſſidet illa poſſeſſione, quæ cauſat uſucapionem, & ſic naturalis non uſucapit rem, & eſt caſus in l. nequè. C. de uſufructu, & ſequitur quaſi omnes, tamen illa iura non probant: quia uſufructuarius non habet poſſeſſionem naturalem iure dominii nec animus tendit ad uſucapiendam proprietatem rei, ſed poſſidet eam pro alieno ſicut creditor. l. res pignoris. infr. de uſucapio. & l. ſi ſeruus depoſitus. §. primo. ſupra de noxalib. & idem poteſt dici de precario rogante. ſed ſi aliquis haberet naturalem iure domini: ut quia credens ſe dominum ingrederetur eo ſciente, & patiente, uel clandeſtinè ingrederetur, & ſuam clandeſtinam poſſeſſionem iuſtificaret aliquo titulo iuxta. l. non ſolum. §. primo de uſucapio. prædicta iura non obſtant quòd non poſſet uſucapere, & dicitur non poſſidere uſufructuarius iure dominii in re, ideò ex alio concluſio. communis eſt tenenda.

Et primò: quia ſequeretur quòd duo in ſolidum præſcriberent, & duo in ſolidum haberẽt dominium, quòd eſt reprobatum, ut infra per glo. in l. ſi ut certo. §. ſi duobus uehiculum. ſupra commod. & infra per omnes. Secundò: quia naturalis recipit à iure limites ſuos, & fines ut non tendat ad finem dominii, quia tunc non poſſet ſimul in ſolidum haberi in eadem re obſtante ratione tex. noſtri, cum tota res in ſolidum occuparetur, ut dixi in notabilibus in declaratione. §. Sabinus.

66 Vnde maior eſt dubitatio, † an ſola naturalis uacante ciuili ſit apta ad uſucapiendum rem ipſam Ang. hic tenebat quòd ſic, limitans communem concluſionem, quando ingrediens nollet acquirere ciuilem uacantem, in caſu l. quod ſi uolit. infra eodem: quia tunc naturalis aſſumit uirtutem ciuilis, & retinetur animo, & poſſet operari effectus eius in uſucapione rei, & hoc dicit tenere glo. in dicta l. j C. de ſer. fugiti. Nec poteſt ei imputari, quare noluit ciuilẽ: quia ſciebat naturalem ſibi ſufficere, & hanc opinionem ſequitur Sozi. & confirmat, quia regulæ generales uſucapionis dicunt quòd poſſeſſio cum bona fide producit uſucapionem non diſtinguendo inter naturalem, & ciuilem, ut inſti. de uſucap. in princ. & appellatione poſ-

ſionis uenit naturalis, ut per Bar. in l, naturaliter. §. nihil commune. infra eodem. in quinta lectura. Secundò adducit legem nemo. C. eodem tenendo quòd dictio utranquè, ſtat diſtributiuè l. duas. ubi Bal. ſupra de excuſ. tuto. Tertio adducit l. unicam. C de uſucapio, tranſ ſor. quæ ſimpliciter loquitur de tenentibus. Unde uidetur quòd dicta iura ſimpliciter loquentia, poſſint ſolum reſtringi quando poſſeſſio ciuilis eſt apud alium, ut poſſit reſultare inconueniens, quòd dominium acquiratur duobus in ſolidum, ex quo infert quòd ſi ciuilis eſſet penes malæ fidei poſſeſſorem, ita quòd non poſſet præſcribere, ſola naturalis cum bona fide produceret uſucapionem per prædictas rationes quod dicit eſſe nomen.

Quæ opinio nullã habet difficultatem ſi teneremus opinionem Azo. quòd unica ſit poſſeſſio, & ualdè confirmatur ex præcedentibus rationibus, ut etiam dixi in d. l. j. & in puncto iuris eſt uerior. Tamen: quia dixi opinionem Ioannis ubiquè paſſim, in lecturis, & palatiis eſſe receptam, ne inducamus confuſiones eam etiã ego tenui, & teneo, ſecundum quam dicta limitatio Ang. non poteſt procedere: quia iura diſtinxerunt naturalem, & ciuilem, per illos diuerſos effectus, & denegarunt naturali effectum aliquem producendi dominium, uel acquirendi fructus, ſed ſolum uoluerunt habere ius retentionis, & recuperationis, ut ſupra dictum fuit in l. j. in diffinitionibus ſuis, & ſup. etiam confirmaui, demonſtrando quòd aliàs niſi haberet diuerſos effectus, & fines, non poſſet concurrere cum ciuili, nequè haberi in ſolidum obſtante ratione naturali iſtius tex. & in una perſona eſſet ſuperflua, & duo inſolidum animo poſſent totam rem occupare, ſicut duo ciuiliter poſſidentes, igitur cum hæc naturalis non tendat de iure ad effectum acquiſitionis, nec etiam animus proderit qui per legem reſtringitur, & ſuccedit ratio Imol. & Alex. quòd imputetur ei ſi noluit acquirere ciuilem, & pateat ſibi uiam quam elegit, & quòd potuit noluit, & quod noluit ad implere nequiuit, leg. multum intereſt. C. ſi quis alteri uel ſibi. & l. ſi mulier. in fin. ff. quod met. cauſ. Prætereà militat ratio, quòd duo in ſolidum uſucaperent, attento quòd licèt nunc poſſeſſio ciuilis uacet, poſſet euenire quòd occuparetur, iuxta l. ſi fundum. ff. de fund. dotal, & ita duo in ſolidum uſucaperent, quod eſt abſurdum ſecundum omnes, & infra per Bar. in quæſtio. de corporali poſſeſſione.

Nec obſtant iura ſimpliciter loquentia: quia reſtringentur ſecundum ſubiectam materiam, ut no. in l. ſi uno. ff. locari, & c. intelligentia. de uerborum ſignific. & iſta fortius procedunt ſi alius poſſideret ciuiliter, cum mala fide: quia concurſus impediretur per iſtum tex. & quia illa iniuſta poſſet effici iuſta l. non ſolum. §. primo. inf. de uſucapio. & ita duo efficerentur domini in ſolidum contra rationem docto. hic & in §. præcedenti, & in dicta l. ſi ut certo. §. ſi duobus uehiculum. ff. comod. concludas igitur ſolam naturalem nunquàm producere uſucapionem proprietatis rei.

67 Tertia eſt principalis concluſio Bart. † quòd naturalis ſola producit uſucapionem iuris ſeparati à proprietate, & ei ſubalternati, & ideò dicit uſumfructuariũ poſſe uſucapere, cum ſola naturali ipſum uſumfructum præſuppoſita opinione communi, quòd uſusfructus præſcribatur, & ſeruitutes habentes cauſam continuam per dictam legem ſi. in fi. C. de præſcript. longi temporis. & quia pro uſufructu dato bona fide, & ſeruitutibus datur Publiciana l. ſi ego. §. j. de Publicia. actione. ergo etiam poteſt uſucapi l. ſi cum. eodem titulo. & cum habeat ſolam naturalem rei, ſequitur quòd per eam tantum uſucapit uſumfructum, quod confirmat etiam: quia ius emphyteuticum, & feudale poteſt præſcribi l. comperit. C. de præſcript. 30. annorum, & l. ſi finita. §. ſi de uectigalibus. ff. de damn. infect. & l. cum ſponſus. §. in uectigalibus. ff. de Public. Sed dicti non poſſident niſi naturaliter, ergo ex naturali ſola illud ius ſubalternatum dominio præſcribunt, ut hic per eum.

Docto. tamen quaſi omnes in hoc reprehendunt Bar. hic, & in l. prima. ſupra eodem. dicentes quòd naturalis ipſius fundi non poteſt inducere præſcriptionem iuris ſeparati à fundo: quia uſucapio non poteſt induci, niſi res quæ uſucapitur poſſideatur, l. ſine poſſeſſione. infra de uſucap. uſufructus autem eſt ſeparatus à proprietate rei, & non debet cum ea permiſceri, l. permiſceri. infra eodem. ideò qui poſſidet rem non dicitur poſſidere uſumfructum, ſed eſt neceſſarium quòd interueniat una alia poſſeſſio, per quam poſſideatur ius uſusfructus. Propterea eſt inducta una quaſi poſſeſſio iurium ſeparatorum à dominio, ut dictum fuit in dicta lege prima. in quæſtione de rebus incorporalibus.

Et per conſequens uſufructuarius habet duas poſſeſſiones, unam naturalem ipſius rei, & aliã quaſi poſſeſſionem ipſius iuris uſusfructus per quam præſcribit ipſum uſumfructum, & conſiſtit in uſo dicti iuris, perceptione fructuum cum patientia proprietarii, l. iij. §. dare. ibi, pati uti & frui. ff. de uſufructu, & dicta l. ſi ego §. j. ff. de Publicia. actione. ibi, & eius traditionem, & patientiam tuendam, & eſt bona tex. in l. qui uſumfructum. ſupra ſi uſusfructus peta. & l. fi. infra uti poſſid. quod etiam procedit in emphyteuta, feudatario, & ſimilibus, ut eſt glo. in l. ait prætor. §. item ei. ff. ex quibus cauſ. maior. & l. ſi plures. §. deiectum. inf. de ui, & ui arm. & Bar. met in l. naturaliter. infra eodem. in principio. & Bal. in l. certum C. de rei uendicatio. & plerique etiam in leg. j. ſupra eodem. facit etiam tex. in leg. iij. §. qui

uſum-

fructum, ibi, de quaſi poſſeſſione uſusfructus, infra de ui, & ui armata. & l. ſi quis diutino, ſupra ſi ſerui. uendicetur, & Bar. in dicta l.non ſolum. §.non mutat. inf. de uſucapioni. & ita tenendum eſt.

68 Aliqui etiam reprahendűt Bar.in alio,†dum uult quòd uſusfructus, & ſeruitutes præſcribantur.nam dum allegat tex.in d. l.fi.C.de præſcriptione longi temporis, dicunt quòd ille tex. non probat: quia ibi non dicitur ſeruitutes uel uſumfructum poſſe præſcribi, ſed ſolum dicta de præſcriptione inter præſentes uel abſentes decem uel uiginti annorum, conſiderari reſpectu domicilii partium, non ſitus rei, & ſcientia uel ignorantia earum habeant locum in uſufructu, & ſeruitutibus,& nullum uerbum ponitur quòd uſusfructus, & ſeruitutes præſcribantur, & confirmat Iaſ. in leg. prima. ſupra eodem, quia tex. dicit de ignoantia quæ non admittitur in præſcriptione acquiſitiua iurium incorporalium,cum poſſeſsio ipſorum conſiſtat in ſcientia, & patientia aduerſarii, l. quoties. in fi.ff. de ſeruituti.&l.ratio,§.ſi iter.ff. de actio. emp. & in uſufructu quòd dicit tex. in l.iij.§.dare.ſupra de uſufruct. tenentes tamen quòd illa lex probat, dicunt in tota illa lege tractari de præſcriptinne acquiſitiua, ergo dum dicitur eorum obſeruando, refertur ad omnia præcedentia: arg. no.in l. ſi idem cum eo. ff. de iuriſdictio.omnium iudicium,& quando quis habet uſumfructum à non domino non eſt opus ſcientia domini: quia ſufficit ſcientia illius qui conceſſit uſumfructum, & poſſidet fundum. ueritas autem eſt quòd ille tex. non dicit uſumfructum, & ſeruitutes poſſe præſcribi, nec hoc determinat in uerbis, ſed ſolum ibi præſupponitur quòd uſusfructus, & ſeruitutes poſſint præſcribi cum ea, quæ dicta ſunt de præſcrip. acquiſitiua rerum corporalium diſponat, ut ſeruentur in incorporalibus, & præſumitur quòd omnia poſſint procedere niſi probetur contrarium, quòd non poſſent præſcribi, & ſi aliquis text. eſſet in contrarium tunc bene ille tex. non probaret: quia intelligeretur ſecundum naturam uſusfructus, & ſeruitutum, tamen donec probetur contrarium ſtabimus præſumptioni, quæ colligitur ex illa illatione.

Secundò Bar. adducit dictam legem ſi ego. §. primo coniuncta. leg. ſi eum. ff. de Publiciana actio. Sed Alexand. reſpondet quòd illa conſequentia non ſemper procedit, ut in lege cum ſponſus. §. in uectigalibus. cum poſſit dari Publiciana, & tum non procedet uſucapio, & ita arg. ſumitur in dicta lege ſi ego. §. primo. tu dicas quòd imò ſemper procedit argumentum indiſtinctè: nam Publiciana datur pro quaſi dominio quod acquiritur ex traditione facta ex iuſta cauſa, quæ ſemper includit poteſtatem uſucapiendi.l.j.ff. de Pupblicia. & §.aliæ. inſtit. de actionib. & in edicto prætoris fiebat mentio de uſucapio. dicta leg. prima. & qui actionem intentat, dicit ſe uſucæpiſſe. dicto §. aliæ. ergo adhoc ut competat, eſt neceſſaria habilitas ad uſucapiendum, aliàs deficit medium concludendi, per quod ſeparatur ab aliis, iuxta doctrinam Bartol. in lege certi condictio. ff. ſi cert. peta. & §. omnium. inſti. de actionib. Sed ſi uſusfructus prohiberetur præſcribi, non poſſet dicere in libello ſe uſucæpiſſe, contra legem. ubi lex. ff. de uſucapionib. & l. non dubium. C. de legib. ergo non poſſet dari Publiciana: ſed illi tex. præſupponunt quòd datur Publiciana, igitur probant etiam quòd poſſunt uſucapi uſusfructus, & ſeruitutes.

Nec obſtat dictus §. in uectigalibus. quia ille tex. neceſſariò intelligitur de proprietate, quæ non poteſt præſcribi ab emphyteuta, ſed ipſum ius uectigale bene poteſt præſcribi, & ideò datur Publiciana quando domininus uel alius abſtuliſſet ius uectigale datum: quia poterit dicere, ſe uſucæpiſſe illud ius, & habebit Publicianam, ut ibi declarat Bar. & communiter doctor.

Non obſtat l. iuſto. §. non mutat. infra de uſucapio. quia ille tex. intelligitur de eo qui uſucapiebat rem tanquam proprietarius, & dicit, quòd uſusfructus uſucapi non poteſt per uſucapionem proprietatis: quia iura ſunt diuerſa, leg.permiſceri. & leg. ſi quis fundum. in fin. infra eodem. quæ uidentur ponere caſum ad dictum. §. non mutat, etiam in rebus immobilibus. & idem probatur in leg. locum. §. proprietarius. ff. de uſufruct. & hoc modo intelligendo ceſſat contrarium de lege prima. & ſecunda. C. ſi aduerſ. credito. lib. 7. quia ibi uſucapiebat fundum totum, animo etiam querendi omne ius, ſed in d.§. non mutat. uſucapiebat proprietarius, tanquam ſeparata eſſet proprietas ab uſufruct. Item ipſe debitor uſucapiebat rem pignoratam à ſe ipſo, quæ tempore pignoris non erat ſua,& ita illa noua acquiſitio non mutat uſumfructũ, neque pignus etiam in rebus immobilibus, per decem uel uiginti annos,& hoc plus placet quàm reſtringere illum tex. ad uſucapionem triennalem, ut ibi faciunt docto.& hic Areti.& magis etiam placet quàm illud quod dicit Cuma. & Sozi. hic, ut ille tex. hodie corrigatur. nam illum text. intelligo quando uſufructuarius utitur ſuo uſufructu, & illa ſeruitute, ita quòd per non uſum non amittat. nam tunc ſemper durabit uſusfructus quæcunque ſit præſcriptio de proprietate, uel etiam ſi præſcribens ſciebat alienum uſumfructum, & cum hac qualitate uſucapiebat proprietatem, unde non corrigitur per illas leges: ſed limitatur ſeu reſtringitur ad dictos caſus, & quando poſſidens intenderet plenum fundum præſcribere, tunc acquiret uſumfructum, ſi alius non uteretur,& etiam ius pignoris, dicta l. prima. & ij. C. ſi aduerſ. credi. & fieret illa differentia inter præſcriptiõ

nem triennalem, & decennalem quam faciunt doctor. Præterea tex. ille non probat quomodocunque intelligatur, quòd uſusfructus non poſſit præſcribi, ſed ſolum dicit illo modo quòd patet: quia ibi eſt præſcriptio extinctiua, quam omnes admittunt procedere in uſufructs, & ſic ille textus non facit, cum quæſtio noſtra ſit de præſcriptione acquiſitiua.

69 Concludas igitur † uſumfructum poſſe præſcribi uſucapione acquiſitiua, & extinctiua, ac etiam ſeruitutes habentes cauſam continuam, ut probatur in leg. ſecunda. C. de ſeru. & aqua, & dixi in dicta l. j. reſpondendo omnibus contrariis, tamen oportet quòd fiat per quaſi poſſeſſionem ipſius iuris, non per naturalem ipſius rei ut ſupra dixi contra Bart. hic: quia in illo caſu bene repræhenditur, quæ omnia procedunt etiam in iure emphyteutico, & feudali, & ſi eueniat quòd præſcribatur emphyteuſis uel feudum, & dubitatur an ſit acquiſita in tertiam generationem, uel perpetuo, poſuit Bald. in l. ij. C. de iur. emphyteu. & Bas. in l. competit. C. de præſcriptio. 30. annorum. cum ſimilib. alleg. hic per Aretin. ante nu. 34. quos uide ſi placet.

70 Quærit etiam hic Bar. † An poſſeſſio corporalis cauſet uſucapionem, ſequendo diſtinctionem ſuam, in l. prima. & ne æquiuoces, ſcias quod naturalis poſſeſſio conſideratur tribus modis. Primò quando eſt unita cum ciuili, quæ datur cuilibet poſſidenti ciuiliter, & naturaliter. Secundò conſideratur poſſeſſio quæ datur uſufructuario, uſuario, emphyteutæ, & feudatario, & iſta ſemper eſt ſeparata à ciuili, & ideò ſemper retinetur animo, tamen datur ipſis non iure dominii ſed ſemper pro alieno. Tertiò conſideratur ſeparata à ciuili per accidens, ut quia abſente domino alius ingrediatur, dicta leg. clam. §. qui ad nundinas. & l. ſi id quod. §. finali. & hæc etiam ſemper retinetur animo, ut no. in dicta leg. prima ſuper gloſſ. magna. poſt Ioannem in fine. & de hac ultima loquitur Barto. hic, quam uoluit differre ſpecie ab illa quam habet uſufructuarius, & malè: quia reprobatur ut dictum fuit ſupra in l. prima ubi doctor. concludunt,

71 † quòd hæc quam habet ingrediens, non differat ſpecie ab illa naturali quam habet uſufructuarius, ſed ſolum differunt qualitate aliqua: quia illa quam habet ingrediens plerunquè eſt iniuſta, & illa quam habet uſufructuarius plerunquè eſt iniuſta. Item illa quam habet ingrediens uidetur reſpicere rem cum omni iure, hæc uerò, quam habet uſufructuarius datur propter commoditatem percipiendi fructus, nulla tamen earum producit uſucapionem ipſius rei; ſed tantummodo habet ius retentionis, & recuperationis, & ita de prima ego dixi ſupra ſpecialiter, quòd non producit uſucapionem. De ſecunda quam habet uſufructuarius ſimiliter dixi ſupra, quòd non producit uſucapionem. De tertia uerò quam habet ingrediens loquitur hic Bar. quam appellat corporalem, & determinat ſimiliter quòd non inducat uſucapionem: quia licèt retineatur animo, & per hoc ceſſet fundamentum primum poſſeſſionis cum ſit continua, tamen non ceſſat aliud, quod ſequeretur, quòd duo in ſolidum uſucaperent dominium, quod eſt abſurdum dicto. §. ſi duobus uehiculum, & dicto. §. præcedenti.

72 Et † ſic habes in ſumma, quòd nulla poſſeſſio naturalis ſola poteſt producere uſucapionem ipſius rei poſſeſſæ, & eſt communis concluſio docto. & uera, & ratio particularis, & etiam ratio alia generalis: quia recipit à iure propriam naturam, cum proprio fine ſeparato à natura ciuilis, & eius effectibus, & ideò non poteſt dari ad uſucapiendum, cum effectus eſſent communes, & idem finis ideò non poſſent ſimul concurrere, neque in ſolidum à pluribus retineri, quod eſt contra iſtum textum, ſecundum declarationes ſupra traditas, & hac ratione etiam non poteſt producere acquiſitionem fructuum nulla naturalis, ut ſtatim ſubiiciam.

73 Quærit etiam Bar. hic, † quæ poſſeſſio cauſet acquiſitionem fructuum, & concludit quòd eſt ſola ciuilis, quæ nec etiam requirit concomitantiam cum naturali, & quòd nulla naturalis ſiue ſit unita cum ciuili, ſiue ſeparata, ut illa quæ datur uſufructuario, & emphyteutæ, ſiue ſeparata ex uoluntate, ut illa quæ datur precario, ſiue acquiritur contra uoluntatem, ut illa quam occupat ingrediens, dicto. §. qui ad nundinas, ſequendo glo. hic in uerſ. item quilibet efficeretur, & allegat l. qui ſcit. §. in alieno. ſupra de uſur. dum dicit quòd bonæ fidei poſſeſſor habet plus iuris quàm uſufructuarius in quærendis fructibus, cum ille faciat ſuos, etiam quòd alius acceperit. Sed proprietarius ſolam habet ciuilem, ergo ex ſola ciuili acquiruntur fructus. Ad idem allegat l. ſi fur. ff. de uſufructu quæ clarius hoc dicit, & poſteà reſpondet omnibus in contrarium, ut hic per eum faciendo duas concluſiones.

74 Prima eſt concluſio, † quòd ſola ciuilis producit fructuum acquiſitionem, per tex. in dicta l. qui ſcit. §. in alieno. de uſur. Poteſt tamen reſponderi quòd ille tex. non probat: quia loquitur de bonæ fidei poſſeſſore, qui habebat ciuilem, & naturalem, & licèt faciat mentionem de fructuario, tamen non dicit quòd ille bonæ fidei poſſeſſor eſſet proprietarius, ſed argumentatur de ſimplici poſſeſſore fundi, ad uſumfructuarium alterius fundi, & ſic habebat ciuilem, & naturalem. Repplicari etiam poteſt defendendo, quòd poſteà ille tex. loquitur in medio, etiam de caſu quo alius ſeuit fundum, & cum regulariter hoc non eueniat, niſi ille ſeminans habeat ſaltem naturalem poſ-

lem poſſeſſionem, ergo uidetur probare etiam ſimul cum alio caſu, de eo qui habet ſolam ciuilem.

Secundò Bar. adducit legem ſi fur. in princ. ſupra de uſufruct. ubi clarè dicitur quòd proprietarius facit fructus ſuos à quocunquè percipiantur, & non uſufructuarius, ſed proprietarius durante uſufructu habet ſolam ciuilem, ergo ſola ciuilis producit fructuum acquiſitionem, & ſi dicatur quòd ibi iure dominii acquiruntur ut dicebat Aretin. Reſpondet Soz. quòd illud poteſt procedere, quando habet plenum dominium, ſecus autem quando habet ſolam proprietatem cum non acquirantur ei, niſi habeat poſſeſſionem: quia proprietas nuda non habet fructuum acquiſitionem.

Tertiò pro iſta opinione adducitur l. in bonæ fidei. ſupra titulo primo. ubi ſimiliter dicitur, quòd bonæ fidei poſſeſſor facit fructus ſuos, ſtatim quòd ſunt ſeparati à ſolo, & in hoc æquiparatur domino, ergo ex poſſeſsione ciuili, cum ſæpe eueniat quòd ille ſit abſens, & non habeat naturalem poſſeſſionem, nec poteſt ibi dici quòd faciat ſuos ratione dominii, & quòd ſit abſens præſupponitur, cum percipiantur ab alio.

Quartò Aretin. adducit rationem: quia difficilius procedit uſucapio, quàm fructuum acquiſitio, l. ſed ſi fur. §. primo, iuncta l. Celſus. infra de uſucapio. & l. ſed & ſi lege. §. ſcire. ff. de petitio. hæredita. ubi in iure errans non præſcribit, tamen acquirit fructus, ſimpliciter poſſidens rem uitioſam non poteſt præſcribere, & tamen facit fructus ſuos, leg. bonæ fidei. ſupra titulo primo. ſed ſola ciuilis producit uſucapionem, ut ſupra concluſum fuit, ergo fortius fructuum acquiſitionem, uel ſaltem à pari procedunt, ut argumento. glo in leg. ij. C. ſi quis ignorans rem minoris, & uidetur eſſe communis opinio.

75 Secunda eſt concluſio, † quòd naturalis ſola non producit fructuum acquiſitionem, quæ concluſio non habet difficultatem, ſi eſt unita cum ciuili: quia cum amittatur per diſceſſum, eueniret quòd abſens non poſſet acquirere fructus, ſed etiam procedit quando unus haberet concurſum utriuſquè, quàmuis glo. in l. quæſitum. ſupra titulo primo. & leg. ſerui emptor. ff. de periculo, & commo. rei uendi. uellet quòd requireretur conſenſus utriuſquè. Sed Barto. repræhendit, & quàmuis non adducat rationem tu potes adducere: quia ſequeretur quòd de ſaltibus hibernis, uel æſtiuis, in quibus nullum retinemus, ut infra. §. ſaltus. quòd fructus non poſſemus acquirere. Item cum illa na naturalis amittatur per diſceſſum, ſibi non habemus ſeruos, uel colonos abſentes non quæremus fructus, quod eſt abſurdum.

Tertiò procedit etiam in naturaliter poſſidente per ingreſſum: quia ſequeretur quòd duo in ſolidum facerent fructus ſuos, quod eſt ſimiliter inconueniens, ut hic dicit glo. & ita abſurdum eueniret in dicto. §. qui ad nundinas. Nec obſtat tex. in lege Iulianus. §. poſſeſſionem. ff. de actio. emp. ubi illa naturalis per precarium acquiſita facit fructus ſuos: quia reſpondet Bartol. & benè quòd illud euenit ex uoluntate concedentis, non propter poſſeſſionem, ſicut dicitur de colono. l. ſi ſeruus. §. locati. ff. de fur.

Quartò procedit etiam in poſſeſſione naturali, quæ datur uſufructuario, emphyteutæ, & feudatario: quia licèt faciant fructus ſuos, tamen non ex poſſeſſione naturali, ſed ex iure ipſo uſufructus eſt iuris emphyteutici, & de uſufructu ſunt iura clara: quia uſusfructus eſt ius utendi, & fruendi, ergo ab ipſo iure conſequitur poteſtatem quærendorum fructuum, l. qui uſumfructum. ff. quib. modis uſusfructus amittat. & inſtit. de uſufruct. in princip. & §. primo. & idem etiam eſt in iure uectigali: quia non facit fructus ſuos niſi per perceptionem, ut de utroquè dicitur, in dicta leg. qui ſcit. §. in aliena. in fin. ff. de uſufructu, & ibi gloſſ. & doctor. & hic Sozin. numer. 16. Ferretus uerò dicebat ex ſola naturali, cauſari fructuum acquiſitionem, ſed quia conſiderat ciuilem, & naturalem, & ex quadam ſua fantaſia quam ego reprobaui in lege j. eodem, ideò de eius opinione non eſt curandum, & præcedens opinio eſt magis rationabilis, & tenenda.

76 Duo tamen caſus adduntur hic per doct. † in quibus fructus acquiruntur ex ſola naturali. Primus ſecundum Ang. in uſufructuario putatiuo qui emit à non domino uſumfructum quem præſcriberet, iuxta legem finalem. C. de præſcriptio. longi temporis, & opinionem ſupra firmatam, nam cum à non domino emerit, non habet ius formatum in re, nec poteſt dici nouus uſusfructus cauſatus ab eo qui non eſt dominus antequàm ſit præſcriptus, nec habet uoluntatem domini ut per eam faciat fructus ſuos, ergo cum acquirat, neceſſariò acquirit ex ſola naturali, & quòd acquirat interim facit: quia ſi poteſt præſcribere dominium uſusfructus, ergo fortius interim poterit facere fructus ſuos: quia difficilius fit uſucapio, quàm fructuum acquiſitio, ut hic per Areti. numer. 32. per nota. per gloſſa in lege ſi fur. in principio coniuncta leg. Celſus. infra de uſucapionibus.

Sed imò reuocat in dubium hanc opinionem & allegat Guilielmum tenere contrarium, in l. licèt. C. eo. & ipſe uidetur ſequi. & Are. licèt inuolutè, & Sozi. magis confusè Alex. uerò colu. fin. dicit quòd illa acquiſitio fructuum non fit ex naturali poſſeſſione, ſed ex Publiciana actione, lege ſi ego. §. partus. ſupra de Publiciana, & ibi gloſſ. in uerbo fructus, dicit procedere in aliis fructibus. Secundo adducit Bal. in cap. primo. col. 10. qui feudum dare poſſunt, qui noluit quòd fructus acquirantur, ant ta-

tione rei uendicationis, aut Publicianæ, aut
conſeſſoriæ actionis. Tamen poſteà contra
hanc ſuam opinionem, adducit argumentum
cuiuſdam ſcholaris, qui dixit quòd ſi acqui-
rerētur fructus ex publiciana ſequeretur quòd ſi
plures emiſſent à non domino, facerent fructus
ſuos in ſolidum, ſicut omnes habent Publicia-
nam. ipſe uerò reſpondet, negando quòd plu-
res poſſunt habere Publicianam: quia illa non
poteſt competere niſi omnes haberent uacuam
poſſeſſionem, quam tamen non poteſt habere
niſi unus, tempore tituli acquiſiti. ergo niſi unus
habebit Publicianam, & niſi unus faciet fructus
ſuos, & hanc dicit eſſe communem opinionem
omnium, in l. cum res. C. de probationibus.
cum concordantibus allegatis per eum. Are-
tin. tamen defendendo Scholarem, dicebat
quòd imò Pupliciana poteſt competere, etiam
quòd non habeat uacuam poſſeſſionem, lege
ſiue autem. §. ſi duobus. ff. de Publiciana.
Sozin. tamen dicit, quòd opinio Alexand. eſt
magis communis, & mihi placet: quia illa
iura uolunt, quòd res ſit tradita, dicta lege
ſi ego. §. primo. & dicto. §. alię. inſtitu. de
action. quæ non poteſt dici facta, ſi poſſeſ-
ſio non eſt uacua, cum penes ipſum non re-
maneat. Item requiritur quòd uſucapiat, di-
cto. §. aliæ. inſti. de actionib. quæ uſucapio
non poteſt contingere, niſi in poſſidente na-
turaliter rem, ad hoc ut habeat uſum cum
patientia aduerſarii, ſed res non poteſt eſſe ni
ſi ponas unum: ergo unus ſolus poterit ha-
bere Publicianam dicta l. iij. §. fin. coniuncta
l. ſi ego. §. j. de Publicia. actio.

77 Sed tamen hæc opinio ex alio non placet:
† quia actio non eſt ſufficiens principium ad
acquirendum fructus, ſed oportet quòd ſit
illud quaſi dominium, ſeu quaſi poſſeſſio, à
quo inducatur uſucapio, quæ acquiſitionem
78 tribuit. † Vnde uerior eſt opinio quam hic
uidetur ponere Aretin. & Sozin. Prima quòd
fructuum acquiſitio fiat à bona fide, concur-
rente uoluntate domini putatiui: quia tunc
habetur pro uero domino: arg. leg. in bonæ
fidei. ſupra titulo primo. cui tamen adde
quòd acquiſitio cauſatur à quaſi poſſeſſione
iuris uſusfructus cum bona fide, ſicut in pro-
prietate plena cauſatur à poſſeſſione fundi
cum bona fide, quæ ſit ciuilis, dicta l. in bonæ
fidei, & l. ſi fur. ff. de uſuſ. & per conſequens
ſequitur quòd iſte caſus non ſeparatur à regu-
la: quia acquiſitio fructuum non fit à poſſeſſio
ne naturali fundi, ſed à quaſi poſſeſſione ciuili
iuris uſusfructus.

79 Secundus caſus eſt ſecundum etiam docto. †
in quo acquiruntur fructus ex naturali ſola: quā
do illa eſt iuncta cum utili dominio: ut in em-
phyteuta, & feudatario ſecundum Bal. in dicta
l. ſi fur. & dicta l. ſi uſufructuarius. & dicta l. ij.
C. de fructibus. & litis expenſis. & hanc tenent
hic Areti. reprobata opinione Bal. in cap. Impe
rialem. de prohibita feudi alien. per Fride-
ri, & dicta l. qui ſcit. §. in alieno. in fi. in uerſi.
ſicut. Sed tu dicas nec hunc caſum eſſe uerum:
quia aut habet feudum, & emphyteuſim à do
mino, & tunc facit fructus ſuos ratione domi-
nii utilis ſecundum opinionem quam infra
tenebo, uel ratione quaſi poſſeſſionis ciui-
lis illius iuris, ſi uerò habuit à non domino
acquirit ratione quaſi dominii acquiſiti per
Publicianam, uel ratione quaſi poſſeſſionis
iuris, per quam etiam ipſum ius uſucapit, &
ſi dicatur ſi prouenit à quaſi poſſeſſione iuris,
quare ſtatim non facit ſuos à quocunquè per-
cipiantur ſicut bonæ fidei poſſeſſor rei, dicta
lege qui ſcit. §. in alieno. & dicta lege ſi fur.
Reſpondet quòd illa quaſi poſſeſſio iuris non
plùs tribuit quàm ipſum ius uerum: Sed ue-
rum ius uſusfructus non cauſat acquiſitionem
niſi per perceptionem: ergo nec eius poſſeſ-
ſio, in proprietario uerò ſi habet uerum do-
minium acquiruntur fructus ſine perceptione,
eodem modo, & illam poſſeſſionem ciuilem.
Quare concludit, quòd in feudatario, & em-
phyteuta acquiſitio fructuum cauſatur à quaſi
poſſeſſione ipſius iuris cum bona fide concur-
rente uoluntate ipſius proprietarii putatiui:
nec eſt opus ſcientia ueri domini, & per conſe-
quens ſequitur regula generalis quòd nulla na-
turalis poſſeſſio cauſat acquiſitionem fructuum
& in nullo caſu.

80 Ego autem ſum in tertia opinione, † quòd
imò acquiſitio fructuum non fiat nequè ex na-
turali nequè ex ciuili poſſeſſione: ſed ſolum
fiat à domino uerò, uel repræſentato ſeu pu-
tatiuo, & cultura, & cura, & pro iſta opinio
ne facit text. in §. item ea, quæ examinaui-
mus. inſti. de rerum diuiſione, ubi dicitur,
quòd nata ex animalibus noſtris iure gentium
nobis acquiruntur. & gloſſa. ibi dicit ſiue ra-
tionalibus ut ex ancillis. §. ſerui. inſti. de iu-
re perſonarum, ſiue irrationabilibus, ut ibi,
ſiue aliis, ut ff. de rei uendication. lege ſi fru-
mentum. §. idem ſcribit, & procedit etiam
quòd ab alio poſſideatur, ut infra. de uſu-
capion. leg. ſequitur. §. de illo. & procedit
etiam quòd ſit poſſeſſor bonæ fidei, quod pro-
batur: quia eos tenetur reſtituere ſi non ſunt
conſumpti, lege certum. C. de rei uendica-
tion. ergo irreuocabiliter non ſunt ſui, ſed ſo-
lùm donec reputatur dominus. Confirmatur
per textum in dicto. §. ſi quis à non domi-
no. inſti. de rerum diuiſione. ubi dicitur quòd
bonę fidei poſſeſſor facit fructus ſuos pro cul-
tura, & cura: ergo non ex poſſeſſione, & re-
ſponſio Bartol. eſt deſtructiua illius textus. Et
quòd ſit pro cultura, & cura, & non propter
poſſeſſionem, facit: quia ſolùm acquirit fru-
ctus induſtriales ut ibi not. non autem natu-
rales. & lege fructus. cum gloſſ. ſupra de rei
uendicatio. & le. fructus. ff. de uſur. & ſi eſſet
ratione poſſeſſionis æqualiter acquirerentur

etiam

etiam naturales, quinimò nec etiam induſtriales ſimpliciter acquirit: ſed cum qualitate quòd ſint conſumpti. dicto. §. ſi quis à nondomino, & l. quæſitum. ſupra titulo primo. & ſi poſſeſſio hoc cauſaret irreuocabiliter acquireret, & hoc modo intelligitur tex. in l. ſequitur. §. ſi lana. ff. de uſucap.

Tertiò facit tex. in dicta l. fructus. ſupra de uſur. ubi dicitur quòd bonæ fidei poſſeſſor non facit fructus ſuos naturales: quia ex facto ſuo, uel ex ſua cura non naſcuntur: ergo non ex poſſeſſione: quia illa ratio non eſſet ad propoſitum, & omnes acquirerent.

Quartò facit tex. in l. bonæ fidei. ſupra titulo primo. ubi dicit quòd interim facit fructus ſuos, id eſt, antequàm cognoſcatur quòd non ſit dominus, & omnes naturales acquirit interim, & naturales retinet tanquàm dominus, & poſteà dicit quòd æquiparatur domino, non propter poſſeſſionem: quia perpetuo ei quærerentur: ſed quia eſt dominus putatiuus, & repræſentatus.

Quintò facit: quia malæ fidei poſſeſſor nullos fructus acquirit, dicta l. certum. quæ dicit quòd eos tenetur reſtituere per rei uendicationem: ergo poſſeſſio ciuilis non cauſat acquiſitionem eorum: quia tunc non repræſentatur dominium: quando autem eſt bonæ fidei repræſentatur dominium, & iure dominii per poſſeſſionem repræſentati acquiruntur, & pro cultura, & cura.

Non obſtat tex. in dicta leg. qui ſcit. §. in alieno. quia ibi non dicitur quòd acquirat ratione poſſeſſionis: ſed intelligitur ratione dominii putatiui repræſentati per poſſeſſionem cum bona fide, quinimò retorquetur: quia dicit idem iuris eſſe in bonæ fidei poſſeſſore quod eſt in domino, & in principio dicit magis corporis ius petatur, quàm ille qui ſcinit.

Non obſtat dicta leg. ſi fur. quia ibi acquiruntur propter dominium, non propter poſſeſſionem ut dicebat Areti. qui uidetur inclinare in hanc opinionem.

Non obſtat ratio Areti. & Sozi. quòd ſi poſſeſſio cauſat uſucapionem fortius cauſat fructuum acquiſitionem: quia non eſt uera, & confunditur per dictam legem fructus. de uſuris. ubi fructus non quæruntur, & induſtriales non acquirit irreuocabiliter, ſed per conſumptionem: quaſi conſumptio tribuat dominium, l. nam & ſi fur. ff. ſi cert. peta. Et ſimiliter confunditur per dictam legem in bonæ fidei. §. j. ubi uſucapitur, & fructus non quæruntur, & eſt ratio: quia illa res poſſidetur, & uſucapitur, fructus uerò non poſſidentur, ideò non poſſunt quæri niſi ſub conſideratione dominii, & pro cultura, & cura. Faciunt etiam ea, quæ dicta fuerunt in quæſtione de uſufructuario, & emphyteuta putatiuo.

Non obſtat quòd emphyteuta habet dominium utile, & tamen non facit fructus ſuos ante perceptionem, d. l. qui ſcit. §. in alieno. uerſic. ſicut: quia reſpondetur quòd illud eſt propter dominium directum quod præualet: quia habet ius percipiendi tantum quæſitum, uel dic ſecundum Bal. in l. ij. C. de fructibus, & litis expenſis, quòd imò præfertur emphyteuta tanquàm alius eos perceperit, & dicit Are. eſſe ueriſſimũ, & tex. in dicto. §. ſicut, habet locum reſpectu dominii directi: ſed reſpectu utilis ſemper faceret ſuos.

81 Concludo† igitur quòd acquiſitio fructuum cauſatur à dominio uerò, uel repræſentato per poſſeſſionem cum bona fide, & pro cultura, & cura, & poſſeſſio de per ſe nullam cauſat acquiſitionem fructuum, niſi ſolum quatenus repræſentat dominium, & propter eam credimus poſſeſſorem eſſe dominum, & in colono, & poſſeſſore precario cauſatur à uoluntate domini, & cultura, & cura ſola non ſufficit, niſi etiam interueniat bona fides, dicto. §. ſi quis à non domino. & quia malæ fidei poſſeſſor non facit ſuos d. l. certum, & per hæc habes deciſum cui fructus debeant reſtitui, ſi eueniat quòd à fure, uel alio extraneo percipiantur, & prædicta puto uera, in puncto iuris: tamen quia opinio communis magis apparet palpabilis, & ad ſenſum uulgi, in practica non eſt recedendum à communi opinione, quæ in effectu reiincidit in prædictam opinionem quam ego poſui.

Gloſſ. prima diuiditur in tres partes, ut hic per Iaſ. In prima declarat uerbum à contrariò. In ſecunda diſputat de qua poſſeſſione intelligatur tex. In tertia format quæſtionem. Secunda ſubdiuiditur in quatuor. In prima ponitur opinio Py. & Rogler. cum repræhenſione Ioannis in exemplis, & in dicto. In ſecunda ponitur alia opinio amplians præcedentem, ut indiſtinctè duo in ſolidum poſſint poſſidere ciuiliter. In tertia ponitur opinio Mar. amplians præcedentes cum repræhenſione Ioannis. In quarta ponitur opinio Ioannis. Secunda eſt ibi, alii. Tertia eſt ibi, quòd dicebat Martin. Quarta eſt ibi, ſed dic ſecundum Ioannem, & eam declarat Bar. ut hic per eum.

82 Ex † iſta glo. colligitur uarietas opinionum de qua poſſeſſione loquatur tam regula textus quàm limitatio Sabini, & Trebatii. Et prima eſt, quòd regula prohibitiua intelligatur de poſſeſſione naturali tantum: quia ratio aſſignata in tex. ei tantum uidetur conuenire, & de eadem loquatur limitatiò Trebatii reprobata. Limitatio uerò Sabini intelligatur de ciuili poſſeſſione quæ in ſolidum permittitur haberi diuerſis reſpectibus, & in exemplo textus, & in tribus aliis, ut debitore, & creditore qui in ſolidum ciuiliter poſſident, & marito, & uxore qui in ſolidum ſimiliter poſſident ciuiliter, ut lege ſciendum. §. creditor. & §. ſi fundus. digeſt. qui ſatiſdare cogantur. & leg. in rebus. C. de iure dotium, & in emphyteuta, & domino feudatario, & do

mino in aliis caſibus dicebat fortè duo in ſolidum non poſſunt in ſolidum poſſidere. Ioannes uerò repræhendit primò exempla dicens ſi ne eis duo in ſolidum non repetiri poſſeſſores. poſteà etiam repræhendit dictum: quia ratio tex. concludit etiam de ciuili.

83 Vnde habes primò † concluſionem quòd debitor, & creditor non poſſident in ſolidum: quia ſolus creditor habet ciuilem, & naturalem poſſeſſionem, & debitor nullam ſecundum Ioãnem. Iaſ. uerò dicit quòd debitor poſſidet quantum ad duos effectus, ſcilicet ad uſucapionem, & acquiſitionem fructuum, creditor uerò poſſidet quantum ad alios effectus, dicto. §. per ſeruum, & l. ſi de eo. infra eodem. ubi ſi ſeruus creditoris eum deiiciat de fundo, non deſinit poſſidere: quia reacquirit per eundem, cũ ſeruus nullam poſſeſſionẽ domini poſſit interuertere, l. rem quæ nobis. inf. eo. & l. non ſolum. §. fi. infr. de uſucapionib. & hanc opinionem dicit tenere Bar. quia non approbat ſimpliciter iſtam glo. ſed ſe remittit ad no. in l. cum notiſſimi. §. j. C. de præſcrip. 30. uel 40. annorum. Sed hæc opinio eſt dubitabilis: quia ſi debitor poſſidet quantum ad uſucapionem, & fructuũ acquiſitionem, habet totam ciuilem cum iſti ſint præcipui effectus ciuilis poſſeſſionis, & plus non habet: quia tenetur dare pro noxa. l. ſi ſeruus depoſitus. §. primo. ſupra de noxali. Præterea quòd non poſſideat quantum ad acquiſitionem fructuum facit: quia non poteſt acquirere per eius ſtipulationem, ut dicitur in d. §. per ſeruum, qui uult quòd nec debitor nec creditor poſſit acquirere per eius ſtipulationem. & tex. ibi dicit, ad unam tantum cauſa poſſidet, & confirmat lex ſerui nomine. inf. de uſucapionib. Idem tex. in l. qui pignoris. inf. eo. dicit quòd intelligitur poſſidere, & ſic fingitur, non autem uerè poſſidet, & idem dicitur in dict. §. per ſeruum. in uerbo uideri ad unam cauſam tantum. Et quòd nullo modo poſſideat facit dicta l. qui pignori, quæ in fin. dicit eum nullo modo poſſidere, ſi non habet precariam poſſeſſionem, & l. res pignori. quę ſequitur dicit quòd debitor non poſſidet niſi creditor conduxerit fundum, & in tantum hæc quæſtio eſt dubia ꝙ iura inplicant contradictionem in eadem deciſione: nam tex. in l. per ſeruum qui ſupra titulo primo. dicit quòd creditori non acquiritur poſſeſſio, & poſteà in fi. dicit quòd non acquirit per eius ſtipulationem, quàmuis poſſeſſio ſit penes eum eadem inuolutio eſt in dicto §. per ſeruum. quia primò dicit debitor uidetur tantum ad unam cauſam poſſidere, poſteà dicit quòd creditor non acquirit quàmuis non poſſideat, eadem contradictio eſt in dicta l. qui pignori. quæ in principio dicit debitorem intelligi poſſidere, & poſteà in fi. dicit quòd debitor nullo modo poſſidet, ſi non habet precariam poſſeſſionem quàmuis uſucapiat. Roman. hic dicit opinionem Roglerii ueriorem, quòd imò debitor ciuiliter poſſidet, & creditor: quia debitor poſſidet ad uſucapionem, & fructuum acquiſitionem, & noxæ deditionem, & ad euitandam ſatiſdationem, dicta l. ſciendum §. creditor. ſed tamen creditor poſſidet ad alia, ut quòd poſſit conueniri actione ad exibendũ, dicta l. ſerui nomine ff. de uſucapionib. & impediat acquiri debitori. Item ut ei adiiciatur poſſeſſio, dicta l. ſerui nomine. & conueniri poſſit rei uendicatione, le. officium. ff. de rei uendicatio. & ut poſſit uti interdicto. uti poſſide. leg. ſi duo. §. creditores. infra uti poſſid. per quos effectus uidetur quòd ambo ciuiliter poſſideant, & admittatur concurſus: quia iſtæ poſſeſſiones tendunt ad diuerſos fines, per ſupradicta, & hanc opinionem dicit Alex. eſſe ſatis ſuſtentabilem. Alii uerò tenent quòd debitor in totum poſſideat, & creditor nullo modo, ut dicit gloſſa in dicta lege ſciendum. §. creditores, quæ tamen nullo modo poteſt ſtare: tamen rationes Roman. concludunt quòd naturaliter.

84 Ego autem † puto opinionem Ioannis ueriorem eſſe, ꝙ imò creditor habeat omnem poſſeſſionem tam ciuilem quàm naturalem, ut probatur in dicto. §. per ſeruum, & dicta leg. qui pignori. in fin. & lege res pignori. & leg. ſed conſortis. §. primo. ff. de pignora. action. & tenet, & comprobat glo. in dicta l. cum notiſſimi. §. primo. & alia glo. in dicta l. ſciendum. §. creditores. quæ tamen poſſeſſiones tenentur per creditorem ad utilitatem debitoris, taliter quòd perinde eſt ac ſi debitor poſſideret, & ideò textus in dicta lege res pignori. infra de uſucapionibus dicit quòd pro alieno poſſidet. Et propter hanc cauſam quòd actualiter poſſeſſio eſt penes creditorem, utilitas penes debitorem, iura ſunt ita uaria, & inuoluta: nam creditor tenet; tamen perinde eſt ac ſi non teneret in multis, & debitor non poſſidet: tamen perinde eſt ac ſi poſſideret; ideò in dicta leg. qui pignori. infra eodem. dicitur quòd intelligitur debitor poſſidere: quia creditor ei poſſidet, & perinde ac ſi poſſideret. Et dum dicitur in dicta leg. per ſeruum quòd uidetur poſſidere ad uſucapionem, intelligitur de effectu: quia perinde eſt ac ſi poſſideret. Et dum in fi. dicit creditorem non poſſidere, habuit reſpectum quòd creditor nihil ex illa poſſeſſione acquirit. Idcirco in l. per ſeruum. ſupra titulo primo. dicitur, quòd creditori non acquiritur poſſeſſio ut poſſit acquirere per illum textum. Et dum in fi. dicit quòd poſſeſſio eſt penes eum, intelligitur de actuali, & reali poſſeſſione ciuili, & naturali nuda tamen. Quare concludas quòd creditor actualiter, & realiter habet omnem poſſeſſionem, debitor uerò effectualiter eas omnes etiam uidetur habere: ſed quàmcunquè opinionem teneas, quantum ad propoſitum iſtius textus non probatur per hoc exemplum quòd duo ciuiliter in-

ter inſolidum poſsint poſsidere iure dominii, cum creditor habeat poſſeſsionem pro alieno, & ſi uis quòd ambo poſsideant, non oppugnãt regulam tex. noſtri qnin comprehendat ciuiliter poſsidentes. Sed limitat tantum: quando illæ ciuiles tendunt ad diuerſos effectus ſeu fines, in quo omnes conueniunt.

85 Secundò colligitur per exemplum †de marito & uxore qnòd maritus & uxor non poſsidẽt in ſolidum ciuiliter: ſed maritus omnem poſſeſsionem habet, & uxor nullam, qnod probat Bar. quia acceſsio fit marito durante matrimonio, & eo ſoluto fit uxori, l. Pomponius. §. in dotem. infra eodem, quàmuis uterque dicatur poſſeſſor quantum ad euitandam ſatiſdationẽ, dicta l. ſciendum §. ſi fundus. dominium uerò naturale eſt penes uxorem, & penes uirum dominium ciuile l. in rebus. C. de iure dotium. Et quòd ſolus maritus poſsideat facit l. prima infra pro dote & l. prima. C. pro dote ubi dicitur quòd maritus uſucapit, ergo ipſe poſsidet ciuiliter, & ſequuntur communiter docto. Tamen Ioannes uidetur tenere, qnòd mulier etiam poſſideat ciuiliter quo ad commodum, cum uſucapio in effectu erit ad utilitatem mulieris, quæ habet pinguiorem dotem. Item habet commoditates & ſuſtentationem ſimul cũ marito, unde ſicut habet communionem in dominio, & quo ad alia l. j. ff. rerum amotarum, & §. primo inſti. de pat. poteſt. ita uidetur habere communionem in poſſeſſione, ſed tu dicas qnòd attenta hac communione etiam dicetur poſsidere res mariti, quæ opinio ſatis procedere poſſet in Regno Siciliæ, nbi natis filiis omnia bona confunduntur & tripartiuntur, & tertia ſit mariti, tertia uxoris, & tertia filiorum, & ſimul unitè omnia bona poſſidere uidentur.

Tamen de iure Romanorum uerior eſt opinio communis quòd ſolus maritus poſſideat, Sed ſi tu uelles tenere quòd uxor habet communionem etiam in poſſeſsione rerum ſuarum & mariti, non oppugnaret regulam tex. noſtri etiam de ciuili; quia propter communionem reputarentur tanquàm una perſona, & eſſet unus poſſidens. ſicut dicitur de patre & filio in ſolidum poſsidente, leg. in ſuis. ff. de lib. & poſthum. & leg. ſecunda. §. filii. infra pro hærede.

86 Tertio colligitur ex glo † in alio exemplo de emphyteuta; & feudatario quòd emphyteuta non poſsidet ciuiliter cum domino. ſed naturaliter tantum poſsidet, reprobata opinone Roglerii, qui uolebat quòd ratione iuris poſſideret etiam ciuiliter, & quòd poſsideat emphyteuta, feudatarius, & uſufructuarius rem ipſam naturaliter, omnes conſentiunt per legem naturaliter infra eodem ubi etiam Bar. & alii.

Pro qua opinione Bar. hic allegat l. primã, §. proponitur. infra de ſuperficiebus. & l. ſi duo. §. cæterum infra uti poſsid. quæ dicunt quod datur ſuperficiario interdictum uti poſsidetis, tamen non concludenter probat: quia non dicit de naturali poſſeſsione, & poteſt intelligi de ciuili quaſi poſſeſsione pro ipſo iure ſuperficiei, ſicut dicitur de quaſi poſſeſſione uſuſfructus in l. fi. & dicta l. ſi duo. §. uideamus. infra uti poſſid. & l. 3. §. qui uſuſfructus. infra de ui & ui arma. unde melius probatur in dicta leg. naturaliter. Sed Roglerius uolebat quòd etiã haberet ciuilem poſſeſſionem ratione iuris emphyteutici, & feudalis, quod repræhendebat Ioannes dicens nullam habere ciuilem, & proptereà non eſſe bonum exemplum de pluribus ciuiliter poſsidentibus: tamen Iaſ. dicit quòd docto. non intellexerunt opinionem Rogler. quam dicit eſſe Marti. & malè: quia ipſe dixit de illa quaſi poſſeſſione iuris feudalis, quæ eſt ciuilis non autem de ciuili ipſius rei.

Tu uerius potes dicere quòd ipſe non intellexit intentionem Roglerii qui omnino loquebatur de poſſeſſione ciuili ipſius rei, de qua eſt quæſtio in hoc §. & fundamentum ſuum eſt quia habet plus iuris quàm uſufructuarius: quia habet utile dominium rei propter quod eſt cóueniens, quòd etiam ciuiliter poſsideat ipſam rem ut tenebat hic Areti. quia iura bene dicunt de quaſi poſſeſsione iuris uſuſfructus, non autẽ de quaſi poſſeſsione iuris emphyteutici. uel feudalis, uel ſuperficiarii: quia ipſi habent dominium utile in re, & dominium non poſsidetur ſecundum Bar. in dicta l. naturaliter. ergo erit poſſeſsio ciuilis ipſius rei pro utili dominio, ſicut eſt poſſeſsio ciuilis rei pro directo dominio.

86 Quæ opinio †uidetur multum probabilis, ut ſicut ſunt duo dominia ſeparata in re ipſa, ita ſunt duæ poſſeſſiones ciuiles conſeruatoriæ ipſius dominii, & pro eius acquiſitione, & etiam uidetur tenere Alex. dicens opinionem eſſe ſatis ſuſtentabilem. unde ex mente antiquorum conſtituebat regulam quòd duo non poſſunt ciuiliter poſsidere in ſolidum per regulam iſtius tex. fallit tamen quando illæ poſſeſſiones tendunt ad diuerſos fines, ſeu competunt diuerſis reſpectibus, pro ut in iſtis caſibus: quia una datur pro directo dominio, & alia pro utili dominio, quæ ſunt compatibilia in eadem re, ſicut infra dicemus de pluribus naturalibus poſſeſſionibus competentibus iſtis perſonis, quæ ſimul concurrere poterunt: quia dantur ad diuerſa iura in eadem re compatibilia.

87 †Per quam conſiderationem multum confirmatur opinio Azo. quòd ſit unica poſſeſſio, quæ regulariter inſolidum eſſe non poteſt. Fallit, quando haretur diuerſis reſpectibus, ſeu tendit ad diuerſa iura in eadem re compatibilia: quia cum tendant ad diuerſos fines, admittuntur ſimul, quaſi poſſidens non occupet totam rem, & uidetur eſſe multum de mente iurium, quæ dicunt unum poſſidere ad unum effectum, & alium ad alios effectus. l. j. §. per ſeruum cor

poraliter. ſupra eodem. & dicta l. ſciendum. §.creditores. cum glo. Et idem in marito & uxore, in dicta l. ſciendum. §.ſi fundus, & dicuntur posſidere pro alieno, dicta l. pignori.& l.ſerui nomine. infra de uſucapionibus,& l.ſi ſeruus depoſitus. §. fi. ſupra de noxalibus. ergo ui detur eadem ratione quòd illa uerba naturaliter & ciuiliter, & naturalis & ciuilis poſſeſſio, denotent qualitates diuerſas, non autem ſpecies & nullo iure probatur de iſta diuerſitate ſpecierum, ut diximus in diſcurſu opinionis in dicta l.j.ſupra eodem ſed Ioannes eam ſibi finxit, & habet tot ſpecies & pueriles reſolutiones ut dictum fuit in l.prima ſuper qoęſtio.quo modo amittatur poſſeſſio, ut mirandum uideatur quomodo doct. eam ſecuti fuere. Sed non fuit ex alio niſi: quia uidetur magis palpabilis & conſonare auribus uulgi, & contrarietates clarius reſoluere, maximè: quia leges ex parua diuerſitate conſtituunt uarias ſpecies, ut no. per Decium in l.ij. §. creditum. ff.ſi certum petatur num. 10. & in rub. C. qui admitti. num. 18. ubi dixi, & in practica ſæpius dixi hanc opinionem eſſe amplectendam; quam docto. omnes in aliis partibus iuris ſemper præſuppoſuerunt ueram

88 Sed †reuertendo ad emphyteutam, puto poſſe teneri opinionem Ioannis quòd imò habeāt ſolum naturalem de ipſa re,& quaſi poſſeſſionē ciuilem iuris emphyteutici feudalis, & ſuperficiarii: quia dicuntur habere quaſi uſumfructum & uſum qui præualet,& ei adhæreat utile dominium, ut probatur in diffinitione feudi in titulo iu quibus cauſis feudum amittatur §.beneficium, ubi dicitur tantum de uſufructu,& tamen eſt annexum utile dominium & idem dicitur de ſuperficiario in l. j.in prin.& l. quod autem.de ſuperficiebus ibi,quaſi uſumfructum,& probatur in dicta l. cum ſponſus. §. in uectigalibus. ſupra de publicia. actio. ubi dicitur ꝙ ipſa res uſucapi non poteſt: ergo nec posſidetur poſſeſſione ciuili. ſed eſt ipſum ius uniuerſale quod poſſidetur, & idem probatur in l. ſi finita §. ſi de uectigalibus. ſupra de damn. inf. ibi, nec iubendum posſidere rem, ſolum ergo iubetur posſidere ius uectigale ut poſteà ſubijcitur.

Et propterea ſequitur quòd dominus habet ciuilem ipſius rei, & emphyteuta, uel uaſallus ciuilem ipſius iuris, quæ compatibiles ſunt: quia tendunt ad iura diuerſa,& etiam ſunt diuerſæ ſpeciei ne dixi in præmiſſis.naturalis etiā eſt compatibilis cum ciuili: quia ſunt diuerſæ ſpeciei,ut hic uerſi. Sabinos. & per conſequens ſequitur quòd opinio Ioannis eſt uera, quòd non eſt bonum exemplum, ut duo posſideant ciuiliter rem ipſam de emphyteuta, & domino cum unus habet naturalem tantum, & alius ciuilem.

89 Quarta eſt concluſio†circa iſtam opinionem primam, quòd ratio iſtius tex. concludit etiam de ciuili poſſeſſione: quia in ciuili uerificatur uerbum tenere & ſedere, & ſtare, propter animum, cum animo quis dicatur ſedere, tenere, & ſtare, quod communiter tenetur,& propriè quantum ad animum, in propriè tamen quantum ad corpus: quoniam uerè corpore non dicitur tenere, unde glo. iſta allegatur ad ſtatutum loquens de tenentibus, ut comprehendat etiam ciuiliter poſſidentes, de quo per Sozi. in principio glo. & ego dixi in ultimo notabili, & addit etiam Ioannes quòd ſub quodam enigmate concludit de ciuili.

Tu dicas quòd imò clarè propter ſimilitudinem omnimodam: nam cū in naturali ſit opus fictione reſpectu corporis ponentis pedem in uno ceſpite terræ, per quod repræſentatur pro pter animum ad totam rem, perinde ac ſi fuiſſet unum corpus tam magnum quòd occuparet totam rem, etiam quòd eſſet fundus mille iugerum, uel unum regnum. ità etiam in ciuili ſit illa repręſentatio per animum ad totam rem, ut uideatur eſſe corpus occupans totam rem, quo exiſtente efficitur impoſſibile quòd alius acquirat ſeu ſedeat, teneat, uel inſiſtat inſolidum, & ſolum diuerſitas eſt: quia in naturali eſt primordium ueritas quòd corpus uerè exiſtat in re, & in ciuili non eſt illud primordium ueritatis quòd corpus de præſenti inſiſtat. ſed tamen quia in ingreſſu fuit fingitur & nunc in eſſe ficut,etiam in naturali ſola corpus fingitur in eſſe quàmuis de præſenti non ſit: quoniam retinetur animo ut ſupra dictum fuit, & propterea remanet concluſio quòd ratio iſtius tex. concludit de ciuili,& per conſequens deciſio poſita in principio prohibitiua concludit etiam de ciuili, ut regulariter duo inſolidum ciuiliter poſſidere non poſſint, ut ſtatim dicemus,& ſuadet uerbum uideris,in tex. poſitum.

90 Quintò colligitur ex ſecunda & tertia opinione †quòd duo inſolidum poſſunt poſſidere ciuiliter. Primò: quia ceſſat ratio iſtius tex. ergo debet ceſſare diſpoſitio, l. adigere. §.quàuis. ff. de iure patrono. Secundò: quia ſi quis ingrediatur fundum incipit poſſidere ciuiliter, & naturaliter: quia res poſſideri poteſt: ſecus ſi poſſidere non poſſet: quia nulla acquireretur l. cum hæredes. §. fi. & l. uniuerſas. §. primo infra eodem.

Tertiò: quia natura non repugnat, & fictè duo poſſunt poſſidere. Ioannes uerò tenet contrarium. Primò: quia ratio iſtius tex. concludit de ciuili: quia cum conſentiam de naturali ut in ea requiratur fictio reſpectu totius rei inconſequentiam concludit etiam de ciuili, & ſi negas de ciuili oportet etiam negare de naturali, & dicere quòd ſolum impediuntur poſſidere illud tantillum in quo unuſquiſque ſtat, quòd eſt abſurdum, ut ſtatim ſubiiciam, & ſupra dixi. Secundò reprehenditur per l. duo. infra de precario ibi, duo iuſtè non poſſunt

ſunt poſſidere in ſolidum & includuntur duæ ciuiles. Tertio: quia ſequeretur quòd plures in ſolidum acqnirerent dominium ipſius rei,& plures acquirerent dominium in ſolidum fructuum, quod eſt abſurdum, l. ſi ut certo. §. ſi duobus uehiculum. ff. commod. Et ad contraria reſpondet. Nam iſte tex. concludit pro iſta upioiooe ut dictum fuit; & ſic retorquetur; quia ſi prohibetur ciuilis, ergò & naturalis deberet prohiberi. Ad ſecundum reſpondet quòd ingrediens non poteſt poſsidere ciuiliter: quia eam inuenit occupatam. unde ſicut non poteſt poſsidere ſtante impedimento in re, eodem modo nec poteſt poſsidere ſtante impedimento perſonæ occupantis,ut habetur iu l.cū inus. §.ſi.cum l.ſeq.ff.de bon. aucto. indi. poſſid. ubi dicitur quòd ſi quis mittitur in poſſeſsionem per iudicem gratia rerum conſeruandarum,nō eſt opus quòd ingrediatur ad acquirendum tenutam,ſi res eſt innudata, & ſic ſit impedimentum in re, uel ſit occupata, & ſic ſit impedimentum in perſona. Ad tertium quòd natura non repngnat fictioni, reſpondet quòd fictio non debet plus operari quàm ueritas, leg. filio quem pater. ff. de liber & poſthumis ſed uerè nō poſſunt ſimul ſtare:ergo nec etiā fictè.

91 Diſputatiuè †tamen quis poſſet euitare fundamenta Ioannis, & communia. Nam dum dicit quòd ratio tex. concludit de ciuili, negari poteſt quia uerba ſunt naturalia, & lex poteſt fingere ſuper impoſſibili ſecundum naturam, l. in bello. ff. de excuſatio. tuto. & l. retro. ff. de captiu. & l. j. ff. de uerborum obligationib. & uerbum oidearis, denotat ueritatem: arg. l. j. ff. de tranſactioni. & ſi conſideraretur, de fictione etiam impedirentur duo poſsidere unus naturaliter & alius ciuiliter, cum & in eo loco quo ſum naturaliter, tu non potes ſtare ciuiliter, ſeu fictè. Ad ſecundum de lege ſi duo. poteſt reſponderi qnòd loquitur de duabus naturalibus iuſtis, nō de duabus ciuilibus ſeu fictis: ſed quaodo una eſt uera, & alia ficta poſſunt cōcurrere, uel duo fictè, l. ſi duo. in principio infra uti poſsid. uel ex diuerſis cauſis ſecundum Ferretum. Ad tertium de uſucapio. poteſt reſponderi negando quòd duo uſucapiant in ſolidom: quia inuicem ſe imdediunt, & nullus uſucapiet ſecundum Ferretum. Vel ſecundò poteſt dici quòd interueniente tali concurſu efficientur domini pro parte pro indiuiſo ſicut euenit quando pluribus eadem res relinquitur inſolidum l. ſi pluribus. ff. de leg. primo. & no. in l. re coniuncti. ff. de leg. 3. & eſt tex. in l. ſi finita. ff. de damn. infecto. & in materia poſſeſsionis poſuit Bar. in leg. ſi duo. infra uti poſsid. & tenet idem Ferretus.

Tertiò poteſt dici quòd cum diuerſis temporibus poſsidere incipiant, uſucapiet primus, & præcludet uiam alijs, ſicut dicitur in ſimili in eadem perſona in §. præcedenti. & in l. quoties. C. de rei uendicatio. Ad quartum de acquiſitione fructuum reſponderi poteſt quòd per poſſeſsionem nulla fit acquiſitio, ut ſupra dixi, ſed pro cultura & cura, quæ non poterit eſſe facta niſi ab uno, uel pro dominio quod non eſt niſi penes unum, uel ſecundò quod acquiret pro indiuiſo, uel qui prius capiet acquiret dicto §. ex pluribus & l. quoties. C. de rei uendicatio.

92 Reſolutiuè †tamen loquendo non eſt recedendum à communi opinione, quòd imò duo in ſolidum ciuiliter poſsidere non poſſunt per iſtum tex. qui concludit de ciuili, cum loquendo de naturali in qua eſt fictio, idem dicit de ciuili, & lex non poteſt fingere ſuper impoſsibili in genere. §. minorem. inſti. de adoptionib. & per Bar. in l. ſub conditione, de ſolutio. & hęc eſt impoſsibilitas in genere & in ſpecie: quia in eo loco in qoo ſto uel ſedeo, tu non potes ſtare, nec quilibet alius de mundo: nec in quo loco quis ſtat, nullus alius poteſt ſtare, meritò per fictionem non poterit etiam ſtare.

Præterea dicta lex duo generaliter dicit de iuſtis poſſeſsionibus, & duabus iniuſtis, & compræhendunt etiam duas ciuiles iuſtas, & duas iniuſtas, & ſic probat & compræhendit etiam illas, quæ ſunt ex diuerſis cauſis, cum generaliter loquatur quidqnid dicat Ferretus. Facit etiā ſecundum So zi. quia poſſeſsiones diuerſæ qualitatis non poſſunt concurrere quando non tendunt ad diuerſos fines ut hic probat tex. dum dicit unum iuſtè, & alium iniuſtè poſsidere non poſſe, & neceſſariò ſunt ex diuerſis cauſis, niſi tendant ad diuerſum finem, uel ſunt diuerſæ ſpeciei, d. l. ſi duo, infra uti poſſidetis.

Tertiò adducit: quia in §. qui ad nundinas. unus poteſt poſſidere clam, & ſi dominum reuertentem non amiſit, incipit poſſidere ui, & ſic non admittit duos poſsidere clam; nec duo ui, & ſic duas ciuiles: quia prohibentur in d. l. duo etiam ex diuerſis caoſis.

93 Similiter †ratio de uſucapione in ſolidum concludit: qua ſi poſſeſsio tendit ad uſucapionem quando poſſunt in ſolidum poſsidere in ſolidum uſucapient, nec poterunt ſe impedire: quia oportet dicere quòd res non ſit occupata in ſolidum per poſſidentes, cum aliàs non poſſent dici poſsidere, & ſi tu uis quòd propter cōcurſum oon uſucapiant pro parte, eſt neceſſarium dicere quòd propter concurſum etiam poſsident pro parte, & ſi tu dicis quòd primus tautuo uſucapiet: ergo fruſtratorium erit dicere quòd in ſolidum poſſideant, & quòd unus tantum oportet etiam quòd poſsideat: argum. legis ſtipulatio. §. diuus. ff. ut leg. nomine caueatur. & per hanc rationem idem poteſt dici de acquiſitione fructuum, ſi daremus culturam in ſolidum factam. Nec obſtat quòd nec etiam unus ciuiliter & alius naturaliter poſſunt poſſidere: quia ratio diuerſitatis eſt, cum tunc conſtituuntur duæ ſpecies poſſeſsionis quæ licitè poſſunt concurrere, & tendunt ad diuerſos fi-

nes per quos non dicuntur occupare totam rem in ſolidum, & ceſſat ratio naturalis poſita hic in tex. ut dictum fuit io præmiſſis, & in no. & ita teneas.

94 Sextò colligitur†quòd duo poſſunt poſſidere naturaliter, unus uerè & alter per fictionem ut oculis, & aſpectu,per §. ſi iuſſerim.& l.quod meo.§. ſi ueditorem.inf.eo.excepto illo tantillo, quæ ratio fortius concludit in ciuili poſſeſſione, unde ſi eueniret ꝙ duo uel tres haberent bonam fidem, omnes uſucaperent inſolidum, uel ſaltem ſecundum Areti.haberent ambo publicianam actionem, cum ſecundum eum duo poſſent habere publicianam actionem, etiam quòd nòn uſucapiat, per l. ſiue autem. §. ſi duobus, de publicia. actio.& traditio poſſet fieri uni per introductionem ueram,& alii per aſpectum, iuxta dictum §. ſi uenditorem. ſuper quo latè hic inſiſtit Iaſ. Sed Ioannes repræhendit: quia quod non poteſt fieri uerè nec etiam fictè, ut ſupra dictum fuit.Igitur alio exiſtente in poſſeſſione nõ poterit fieri traditio per aſpectum, ſicut nec per ueram introductionem, & per conſequens non poterant iſta duo quaſi dominia eſſe apud duos inſolidum,quàmuis Areti. teneret contrarium, quem Iaſ. hic, & bene repræhendit: nam non poteſt dari publiciana niſi illi qui poteſt uſucapere cum ſit neceſſariũ ut in libello dicat ſe uſucepiſſe,dicto.§.aliæ.inſti.de actionibus, & ſicut duo non poſſunt uſucapere, nec poſſunt habere duo quaſi dominia, nec publicianam actionem. Vnde in omnibus remanet opinio Ioannis uera, & approbata, & in glo. & per Bar. & alios.

95 Ferretus uerò dicebat quòd in quatuor caſibus duo poſſunt in ſolidum poſſidere naturaliter,& ciuiliter. primus eſt in l. ſi duo.ff.uti poſſid.quando ex diuerſis titulis unus iuſtè alius iniuſtè poſſidet. ſed hæc opinio non ualet:quia diuerſitas tituli non poteſt facere quòd duo poſſint in ſolidum poſſidere. Secundus caſus eſt in proprietario & uſufructuario, ſed ibi poſſident diuerſis reſpectibus ad diuerſum finem. Tertius caſus eſt in l. ſiue autem.§. ſi duobus.ff. de publicia.actio.quòd habeot publicianam: ergo poſſident in ſolidum naturaliter, & ciuiliter. ſed ille tex. præſupponit unum poſſidere tantum. Quartus caſus eſt creditore & debitore, ſed reſponde quòd poſſidet pro alieno creditor ad utilitatem debitoris, & debitor nullo modo ut ſupra dixi. Ideò concludas omninò ut ſupra & infra reſpetam quòd duo non poſſunt in ſolidum poſſidere. Et dum uult quòd qui poſſidet ſine dominii acquiſitione pro poſſeſſore poſſidet etiam potenter habet, cum ſi habet utilitatem dominii iuſtum titulum habeut, l. nec ullam.ff. de petitio. hæredita.

Quibus ſic diſcuſſis Bar.hic pro maiori declaratione formauit plures quæſtiones,An plures poſſit poſſidere in ſolidum conſtituendo omnes combinationes quæ poſſunt in facto cõtingere, & primò quærit an plures poſſint poſſidere in ſolidum ciuiliter, & oppone & ſolue ut ſupra plenè, ſecundum quæ habes concluſionem quòd non poſſunt duo in ſolidum poſſidere.

96 †Sed ipſe dubitat poſteà, an plures creditores poſſint poſſidere in ſolidum rem ſibi obligatam præſuppoſita communi opinione ſupra firmata, quòd creditor habeat omnem poſſeſſionem ciuilem & naturalem, & quòd in ſolidum poſſint poſſidere uidetur tex. in l. aliena. §. ſi pluribus.ff.de pignorati.actio.ubi dicitur quòd ſi pluribus res ſimul dētur omnium par eſt conditio, & duo poſſunt eſſe in ſolidum obligati, & duo rei ſtipulandi, inſti.de duobus reis, §. primo & pluribus in ſolidum poteſt obligari, l. ſi fundus. §. ſi duo, ſupra de pignoribus, & non eueniet abſurdum de duobus uſucapientibus: quia debitor uſucapit non ipſi creditores. Sed Bar.determinat contrarium: quia militant rationes ſupradictæ quòd duo efficerentur domini inſolidum, & plures facerent fructus ſuos in ſolidum cum creditor acquirat fructus, quàmuis compenſentur in credito. l.j.& ij. C. de pigno. actione. Item creditor habet poteſtatem uendendi pignus §. è contra.inſti. quib. aliena. licèt uel, non,& transferre dominium rei pignoratæ in alium ſeruata ſolennitate l. fi. C.de iur.domi. impe.uel etiam ſi uenderent ad diuerſis perſonis omnes efficerentur domini in ſolidum, uel in ſolidum uſucapere poſſint, & licet Bar.non dicat pro qua parte poſſidebunt tamen dicunt hic Peruſini num.30.quòd poſſeſſio pluribus creditoribus data dicitur eſſe apud omnes pro parte pro indiuiſo æqualiter ſecundũ Paul.de Caſtro hic in fi.qui ad aliud propoſitum dicit quòd ęqualiter poſſident. Allegat dictam l. aliena.§. ſi pluribus,& l. ſi finita. §. cum plures.ſupra de damno infecto, licèt alius poſſet eſſe reſpectu obligationis, l. ſi fundus. §. ſi duo.ff.de pignoribus.nec eſt aliqua repugnantia propter incertitudinem,ſicut etiam dicitur in leg. finali. ff. uti poſſidetis de poſſeſſione naturali.

97 Peruſi.†tamen hic & Iaſ.dicunt poſſe reſponderi ad primam abſurditatẽ de fructibus: quia aſſumptum non eſt uerum, quòd fructus acquirantur creditoribus, niſi poſt conſumptionem, & illa ratio ſolum poteſt procedere eis conſumptis, ante uerò conſumptionem non efficiuntur creditorum: quia eis ſunt tacitè hypothecati pro ut ſunt etiam res ipſę,ex quibus percipiuntur. l.3.C. in quib. cauſ. pign.tacit. contrahit.& per Bar.in l. diuortio. §. ob donationem. ſupra ſoluto matrimonio. ergo non efficiuntur ipſorum:quia res ſua non poteſt eſſe obligata ſibi, l. neque pignus.ff.de regul.iur. per conſumptionem uerò non poteſt ſequi abſurdum: quia efficerentur ſolum illius qui conſumpſit pro qua parte conſumpſit,& licèt aliqui conentur ſaluare dictum Bar. in pecunia quæ eſt

in fru-

in fructu rerum,ut cum ea ſtatim efficiatur creditorum compenſetur in debito,ex alio tamen dicunt ſe dubitare : quia ratio Bar. procederet in rebus quæ in ſolidum poſſidentur ciuiliter : ſed hoc non uidetur procedere in creditoribus qui in ſolidum non poſſunt rem pignoratam detinere:quoniam cum ipſe actus detentionis non eſſet apud duos in ſolidum, eodem modo nec actus perceptionis fructuum, & ſi ab alio poſsideantur, non poterunt effici eorum niſi poſt conſumptionem, niſi ſaluando rationem Bar. dicatur quòd unus percipit pro omnibus, & ſi in ſolidum poſſiderent,omnibus in ſolidũ poſſent quæri, & ſic poteſt militare abſurdum in fructibus. Tamen nec hoc ſtringit : quia creditor poſſidet ad utilitatem debitoris, & nullo modo creditores acquirunt, ut no. in dicto ſ.per ſeruum. & conſumptio fit ab uno tantum ſeparato.

Similiter dicunt ipſi quòd abſurdum de pluribus uendentibus non uidetur procedere:quia ille ſolus efficietur dominus cui primum res fuit tradita,l.ſcire autem.ſ.ſi duobus. ff. de publi.actio.& arg.l. quoties. C. de rei uendica. & in obligatione iuris alterius ut poſſint ſoluendo debitum creditori ſe liberare : argumento dictæ l. cum notiſſimi.per totam legem. C. de præſcriptio. 30.annorum:nec etiam abſurdum uſucapionis uidetur poſſe procedere cum res aliena pignorari non poſſit,l.rem alienam.cum glo.ſupra de pignor. actio.nec poterit conſtitui publiciana duobus ut hic per eos.Iaſ.tamen ſaluabat in hoc ultimo: quia debitor quaſi dominus propter publicianam poteſt illam rem pignorare, & uſucapio ſuperueniens confirmabit pignus,non autem mutabit,leg.iuſto.ſ.non mutat. infra de uſucapio.

98 Quare uidetur † reſolutiuè concludendo ꝙ aut res ſufficit omnibus, & tunc ipſi uidentur poſsidere totam rẽ ad diuerſa credita & iura, & concurrit ius poſſesſionis in ſolidum, ſicut dicit Bar. infra de duobus uſuariis : quia uel poſsidebant pro indiuiſo totam rem, uel in ſolidum ad diuerſos fines. Si uerò res non ſufficit omnibus creditoribus, & tunc ſi diuerſis temporibus puto quòd nõ poterunt poſsidere in ſolidum, & ſolum poſsidebit ille qui reperitur in poſſesſione; & poterit præſcribere contra alium creditorem ſecundum formam poſitam in dicta l. cum notiſſimi. & maximè, quia cũ poſſeſſio ſit data uni, & ea quæſita non uidetur ꝙ debitor aliis amplius poſsit dare poſſeſſionem quã non habet. ſed ſolũ poſſet creditor conſtituendo ſe nomine debitoris poſsidere,& criter poſſideret pro ſuo, & non pro alieno, ut dicitur in d. l. cum notisſimi, ſed ſi omnibus creditoribus eſſet tradita ſimul, tunc tutius eſt dicere quòd pro æquali parte pro indiuiſo poſſident per dictum. ſ. ſi pluribus ibi, par omnium conditio non conſiderata uarietate quantitatis debiti. & uidetur dicere tex. in dicta l. ſi fundus. ſ. ſi duo.de pignoribus, & diſtinguunt ibi per docto. plenius, & in l. ſi finita.ſ.cum plures.ff.de damn. infect. qui uidetur ſatis concludere, & hoc uoluit dicere dictus. ſ. ſi pluribus. qui uoluit quòd ſit par omnium conditio in poſſesſione non conſiderata qualitate crediti, & ſic remanebit quòd regulariter non poterunt poſſidere inſolidũ,ſicut nec principales.

Conſtituas igitur regulam ſecundum text.
99 noſtrum in principio, † quòd plures non poſſunt in ſolidum poſsidere ciuiliter per rationes ſupra adductas. Fallit quando iſtę ciuiles poſſeſsiones differunt ſpecie, quod eſt quando una eſt proprietas rei, alia eſt poſſesſio iuris ſeparati à proprietate ut uſufructuarius uſus & emphyteuſis & iuris feudalis.

Secundò fallit quando iſtę ciuiles tenderent ad diuerſa iura compatibilia in eadem re, ut quia unus quaſi poſsideret uſum, alius uſumfructum, alius ius feudale, alius emphyteuticum, etiam tenendo opinionem quòd iſtę ſunt ciuiles poſſesſiones ipſius rei:quia cum tendant ad diuerſos fines ſunt compatibiles ut ſupra.

Tertiò limitatur non procedere in debitore & creditore tenendo opinionem quòd omnes ciuiliter poſsideant : quia cum poſsideant diuerſis reſpectibus, tendunt ad diuerſum finem & in ſumma limitatur in poſſesſionibus ciuilibus quæ tendunt ad diuerſum finem, argum. ſ. Sabinus.

100 Secundò quærit Bar. hic, † an duo naturaliter poſsint inſolidum poſsidere eandem rem, & ut plenius quæſtio examinetur præſupponendum eſt, quòd naturalis poſſesſio conſideratur quatuor modis. Primo quando eſt unita cum ciuili quæ animo non retinetur. ſecunda eſt ſeparata à ciuili, habetur tamen in ipſa re ratione illius, & hæc eſt in ingrediente contra uoluntatem domini, & appellatur corporalis per Bar. tertiò conſideratur naturalis in eadem re, & reſpectu rei, & habetur ex uoluntate domini ut illa quæ precario habetur, uel poteſt habere depoſitarius. quartò conſideratur naturalis que habetur in re, ſed non ratione rei,& ratione iuris ſeparati à proprietate ut in uſufructuario & emphyteuta. de prima Bar. in ſpecie hic non loquitur : quia concluſio eſt clara quòd non poteſt eſſe apud plures inſolidum,ut ſi aliquis ingrediatur fundum domino ibi manente:nam ille non acquirit poſſesſionem naturalem quam habet dominus; nec ciuilem, ſed ſolus dominus utranque habebit, ſi ſe opponit ingredienti. l. quod meo.ſ.ſi.infra eodem.& ſi uterque eſſet ſortis in fundo ingrediens poſsideret naturaliter ſolam partem quam detineret, dicto.ſ. ſi. & militat in ſpecie ratio iſtius tex. quia in eo loco in quo ſto, tu non potes ſtare uerè, nec repręſentatiuè, & de hoc ſecundum omnes loquitur iſte tex. & de ea uerificatur dictum quòd unus iuſtè & alius iniuſtè non poſſunt inſolidum poſsidere, ut uolebat

Bar.tepræhendendo Trebſ.facit tex.in l.3.§.cũ
qui.cum glo.& l.qui poſſeſſionẽ, infra de ui &
ui arm.dum dicit quòd ille expulſus non amit-
tit naturalem, ſi incontinenti recuperat.

Limitatur tamen non procedere niſi ille qui
ingrederetur prætenderet aliquod ius compa-
tibile cum proprietate & dominio: quia ipſe
permittente domino poſſet in ſolidum poſſi-
dere reſpectu illius iuris per ea, quæ ſupra dixi
mus, & infra dicemus.

101 Secunda eſt†naturalis ut dixi,quę reſpicit ip
ſam rem,& eſt ſeparata à ciuili,& de hac quæ-
rit Bar.an admittatur concurſus, & exemplum
eſt de duobus ingredientibus fundum abſente
domino,& determinat quòd non poſſuntſimul
concurrere per rationem tex. noſtri.

Secundò: quia licèt ipſe non præſcribat, re-
ſpectu ſui, & non acquirat fructus:tamen po-
teſt deuenire ad inconueniens prædictum,cum
illa naturalis trahat ad ſe ciuilem uacantem
quam dominus amittit ſuſpicans ſe poſſe repel
li:quia illa accreſcit uiolento poſſeſſori, ut di-
xit glo. in l.quod ſi nolit.infra eodem per il-
lum tex.dum dicit quòd incipit ui poſſidere, &
infrà eadem lege.§. ſi quis nunciet. Vnde ha-
bebit ius uſucapiendi ſaltem aptitudine,& po-
terit deueniri ad inconueniens ut duo in ſoli-
dum acquirant fructus,& in ſolidum uſucapiãt
contra dictum, §. ſi duobus uehiculum. ſed ta
mẽ hæc ultima ratio parum ſtringit attento ꝙ
iſti ingredientes poſſunt recuſare acquiſitionẽ.
ciuilis poſſeſſionis quę remanebit uacans,& ceſ
ſabit utrunque abſurdum, non enim cogitur
eam acquirere:quia ſine animo non acquiritur,
& præſuppoſuerunt docto. ſupra in opinione
Ang. qui uolebat quòd ſola naturalis tunc uſu
caperet: tamen docto. repræhendunt conſen-
tiendo quòd illa ciuilis eſt uacans.

Præterea poteſt dici quòd nec etiam tunc
accreſceret ne lex induceret contradictionem,
& repugnantiam, & remaneret uacans, etiam
uolentibus ingredientibus,uel accreſceret pri-
mo,uel qui prius uellet acceptare: argum. l.
quoties. C.de re uendicatio. & l. ſiue autem. §.
ſi duobus. de publiciana.

Vnde hæc concluſio melius probatur in hoc
tex.cum ſua ratione,& ſi unus ingrediatur ante
alium ille ſolus ſtabit & ſedebit, & alius in ſuo
loco ſtare nõ poterit,& ſi ambo ſimul ingrediã
tur tantummodo poſſidebunt partes quas te-
nent, quia non poterit in aliis partibus repræ
ſentari animus utriuſque impedientium ſe in-
uicem, & ſi erunt concordes occupabunt pro
æquali parte: arg. dictæ l.quod meo.§.fi.& ſi ue
rè in toto fundo ſtare non poſſunt, nec etiam
repræſentatiuè ut ſupra.

Notat tamen Iaſ.ex dictis Bar.quòd iſta na-
turalis nedum habet effectum retentionis, ſed
etiam apta eſt producere effectum acquiſitio-
nis domini, cum poſſit ei occurrere ciuilis, &
propter hoc repræhendit Bar.in l.prima in dif
finitione naturalis: quia imò apta eſt produ-
cere ciuiles effectus etiam naturales: tamen ue
rè hoc non eſt de intentione Bar. nec in ſe eſt
uerum quòd accreſcen : ciuili naturalis habeat
effectum uſucapionis,& acquiſitionis,cum etiã
ſtante acceſſione non eſt naturalis quæ facit il
lam acquiſitionem: ſed eſt ipſa ciuilis,quæ etiã
omiſſa naturali per diſceſſum ſola produceret
illos effectus.

102 Tertia eſt naturalis†quæ ex uoluntate domi-
ni habetur ut illa quæ habetur precario à depo
ſitario, & de hac etiam Bar.non loquitur: ta-
men ipſe ſentit quòd apud plures non poſſet
eſſe inſolidum, cum dominus non poſſit plu-
res in ſolidum facere poſſeſſores, per ea
quæ dicta ſunt de prima ſpecie, & per iſtum
textum.

103 Quarta eſt naturalis quæ eſt ſeparata à ciuilĩ
& datur alteri habenti ius in fundo ſeparatum
à dominio rei, ut in uſufructuario, & emphy-
teuta, & de hac dubitat ſecundo loco Bar.hic,
an in ſolidum poſſit haberi,& iſte tex.innuit ꝙ
non, ut ſupra de aliis dictum fuit,Tamen in cõ
trarium Bar. allegat l. fin. infra uti poſſidetis.
qui tex. ponit tres caſus,unus eſt quando uſu-
fructuarius habet naturalem & proprietarius
ciuilem, & probat quòd ſimul concurrant.Se-
cundus eſt quando uſufructuarius habet quaſi
poſſeſſionem uſusfructus & contendit cum pro
prietario. Tertius quando uſufructuarius poſ
ſidet naturaliter rem & contendit cũ uſuario,
& cum in omnibus caſibus detur interdictum,
uti poſſid.probatur quòd in ſolidum poſſidet,
& in ultimo caſu quòd duo in ſolidum haben-
tes naturalem poſſident,& ſic contradicit huic
tex. reſpondet glo.ibi,& l.j.in fi. C. uti poſſid.
quòd ibi ambo poſſident pro parte pro indiui
ſo non in ſolidum,quod Bar.repræhendit:quia
uſuarius non poteſt habere certam portionem,
& aliquando eſt maior,aliquando minor ſecun
dum neceſſitatem hominis, ut inſti.de uſu &
habita.§.primo, & per hoc dicitur indiuiduus:
ergo non poteſt pro parte poſſidere, l.locus,in
fra eodem & l. emptor, infra pro emptore.Vn-
de Bar.determinat quòd poſſident in ſolidum
totam rem: quia iſtæ poſſeſſiones tendunt ad
diuerſos effectus, & diuerſos fines, quo caſu
poſſunt ſimul cõcurrere ſicut ſupra dictum fuit
de pluribus ciuilibus, & has poſſeſſiones Bar.
in toto hoc §. appellat differentes numero :
quia ſicut eiuſdem ſpecie, ad differentiam il-
larum quæ differunt ſpecie: tamen eſt impro-
pria & inepta locutio,cum poſſeſſiones in plu
ribus hominibus exiſtentes omnes differant
numero, leg. 3. §. genera. infra eodem & de-
buiſſet dicere quòd differunt reſpectu finis ſi-
ue tendunt ad diuerſos fines, & diuer-
ſa iura.

104 Et ſic Bar.†ponit limitationem ad regulam
iſtius tex.etiam in naturali poſſeſſione ut poſ-
ſint ſimul concurrere; quando tendunt ad di-
uerſos

uerſos fines, & ſequitur Roma.Imol.Alexan.& Sozi. hic.

Sed Paul.de Caſt.& Aret.& idem Bar.in d.l.fi.& Iaſ.tenent contrarium & oppugnant Bar. duobus modis, primò per rationes infringētes. Secundo tollendo fundamentū ſuū, dicentes nō probare. Paul.uerò de Caſt.dicebat ꝙ imò illi poſſident pro parte æquali pro indiuiſo, non autem in ſolidum ſequentes glo. in dicta l.fi.& mouetur per l.ſi finita. §. cum plures. ſupra de damn.infect.& per rationem tex.noſtri quæ militat in duabus tendentibus ad diuerſa iura: quia ſemper uerum eſt in eo loco quo ego ſum tu non potes ſtare.

Quibus tamen rationibus reſpondetur per docto. defendendo Bar. & primò quòd tex. in d.§.cum plures.non facit: quia loquitur in pluribus miſſis ad eundem finem, cum ſi ſuccedat ſecundum decretum illi mihi uſucapient, & ſi in ſolidum detinerent efficerentur domini in ſolidum & uſucaperent in ſolidū ut per glo. & tex.in d.l.ſi finita. §. Iulianus. quod non euenit in uſufructuario & uſuario, cum unus efficietur dominus, uel uſucapiet uſum, & alter uſumfructum ſine inconuenienti & contradictione. Secundò ille tex.non probat contra Bar. quia lex uoluit quòd haberent partes æquales, & per cōcurſum facerent: quia omnes mittebantur in totā rem, & unuſquiſquè ſolus totam uſucaperet ſeu acquireret, in hac autem quæſtione lex non faciebat hunc concurſum ad totam rem, & totam acquirendam: ſed ad iura diſparia & impotentia, & in effectu etiam uſuarius de certis rebus tantum percipiat uſum in quantitate incerta & non ſe reſtringat ad aliquam partem rei, ut inſti.de uſu & habitatio. §.primo. ac eſt ius debilius, cum ipſe non poſſit expellere dominum de fundo quem uſumfructuarius expellere pòteſt, dicto.§.primo de uſu & habitatione. Vnde uidetur inconueniens quòd habeat tantam partem quantam habet uſufructuarius. & cum non poſſit eſſe æqualis; nec ratio ſuadeat de alia minori parte certa, neceſſariò non poterunt poſſidere pro parte.

105 Præterea † ſequeretur unum maximum abſurdum: quia ſi uſuarius poſſideret partem; poſſet impedire uſumfructuarium ſtare in alia parte petita diuiſione fundi, cum eſſet iuſtum ut fieret diuiſio partibus petentibus, & illa diuiſio commodè fieri non poſſet, inſti.de officio iudicis, & ſic non ſtringit contra Bar.

Secundò contra eum allegatur ratio iſtius tex.quòd impoſſibilitas naturę impedit concurſus, & uidetur impoſſibile in eo loco in quo ſtat uſuarius uerè & interpretatiuè, alius uerè & interpretatiuè ſtare poſſit uel ſedeat. Reſpondet Sozi. quòd propter diuerſos reſpectus uſuarius qui eſt in loco reſpectu uſus, non uidetur eſſe in eodem loco reſpectu uſusfructus quæ reſponſio uidetur chimera, ut quis uideatur eſſe in loco, & non uideatur eſſe in loco, ideò eam declara quòd poſſeſſio tota dependet ab animo, l. poſſideri. ſupra, eodem, & l. licet.C.eodem.& nō poſſidet quis niſi quatenus habet animum poſſidendi: arg.l.non omnis. ff. ſi cert.petat.& probatur ex dicto glo. in l. j. C. uti poſſid. quæ uoluit quòd ingrediens animo acquirendi naturalem tantum, ſi proteſtatur quòd non uult acquirere ciuilem non acquiret eam: quia dependet ab animo ſuo, & erit uiolentus poſſeſſor in poſſeſſione naturali, & ciuilem non tangeret, quam glo.ibi no.Bar.& idem Bar.in l. non ſolum.§. morte. ſupra de nou.operis nunciatione in materia proteſtationis factæ ſuper delictis, quæ poſſunt modificari per animum, & pro exemplo allegat illam glo. Sed quando quis ſtat in re tanquam uſuarius, & illam poſſidet ratione uſus non habet animum poſſidendi eam ratione uſusfructus, nec illum oppugnandi, nec præſumitur habere hunc animum, donec uelit interuertere. Vnde tota res non dicitur occupata ab uſuario: ſed ſolum eam occupat ratione uſus, & quantum ad uſumfructum non eſt occupata; ſed uacua remanet, ut poſſidens poſteà ratione uſusfructus uideatur poſſidere diuerſam rem, & ſe inuicem non impediunt; nec unus dicatur ſtare in loco in quo alius ſedet, ſicut philoſophi dicunt de aere qui condenſatur quando unus intrat, & eo diſcedēte aperitur, & de aqua quæ condenſatur uno ingrediente, & eo exeunte apperitur, & ſic patet quòd ratio tex. noſtri non obſtat, & per conſequens adducta contra eum non ſtringunt.

106 Quare alio modo † conantur oppugnare dicendo quòd dicta lex final. non probat concluſionem Bar. & alio modo eam declarant ut hic per Iaſ. dicentem quòd dicta l. fina. tota loquitur de quaſi poſſeſſione iuris uſusfructus & uſus, & in primo caſu uſufructuarius defendebat quaſi poſſeſſionem uſusfructus contra proprietarium, in ſecundo defendebat quaſi poſſeſſionē contra extraneos, in tertio defendebat quaſi poſſeſſionem contra uſuarium, & ſic loquitur, de quaſi poſſeſſione iuris uſus, & uſuſfructus, quæ bene pluribus poteſt dari in ſolidum, cum ſit ſeparata à poſſeſſione proprietatis, non de multiplicata poſſeſſione rei. Bar.uerò in dicta l. fi. ſentiens oppoſitionem dicebat quòd imò loquitur de poſſeſſione naturali fundi, cum pro quaſi poſſeſſione iuris non poſſit dari interdictum contra extraneum à quo non habet uſum nec patientiam, & ſolum datur cōtra dominum. nec tex.dicit utile interdictum dari, nec de quaſi poſſeſſione loquatur, & utile interdictum datur pro quaſi poſſeſſione, l. fi. ſupra de ſeruitu. & hic ſequitur Alex. replicat Iaſ. negando aſſumptum, quòd quaſi poſſeſſio non conſideretur reſpectu extraneorum ſeu non detur interdictum, cum patientia ipſius domini faciat eum poſſeſſorem reſpectu omniū ſicut proprietarius eſt in poſſeſſione & occupat

rem reſpectu omnium, & tenent Imol. Roma.
& idem Alex.in l. naturaliter.infra eodem & ui
detur tex.in l.3.§.qui uſuſfructus. in uerbo qua
litercunque.infra de ui & ui arm. Et ideò dicit
Bat.& docto.deceptos in intellectu dictæ, l.fi.
Snzi.uerò defendit Bar.dicens quòd imò illa
lex finalis loquitur de poſſeſſione ipſius rei, ex
eo:quia ſeruitutes perſonales non poſſunt con
ſtitui niſi per traditionem ipſius rei,l.3.§. dare
ſupra de uſufructu.ergo de ipſa poſſeſſione tei
loquitur,quod tamen poteſt euitari : quia tra-
dita re incipit poſteà quaſi poſſeſſio iuris, ut
hic per Iaſ. quæ eſt ſeparata à poſſeſſione rei
fundata in patientia,dicto.§. dare, ibi, & pati
uti & frui.

107 Mihi † tamen placet reſoluendo quòd dicta l.
fi.loquatur de poſſeſſione ipſius rei,ex eo: quia
quaſi poſſeſſio non poteſt haberi niſi ex ipſa
actuali perceptione : quia eius ſubſtantia con-
ſiſtit in actuali uſu, ut dixi in l. prima in diffi-
nitione quàſi poſſeſſionis per l.ſeruitntes.deſer
ui. urbano.prædio.ibi,facto quodam poſſideo.
actualem autem uſum quis non poteſt habere
niſi per actualem inſiſtentiam in ipſa re, & ſi
turbatur in perceptione uſus,turbatur etiam in
poſſeſſione ipſius rei, &quando tractatur de
conſetuatione quaſi poſſeſſionis, etiã tractatur
de conſeruatione poſſeſſionis rei,unde ibi in-
cluditur neceſſetiò conſeruatio poſſeſſionis na
turalis rei. Facit etiam quod dicit Bar. in di-
cta l.fi.quòd conſeruatio quaſi poſſeſſionis non
fit contra extraneum : quia illa ſemper eſt for-
ma ſtante patientia domini, & ipſe ſolus po-
teſt turbare,& ſi extraneus turbat impediendo
uti,turbat directò in poſſeſſione ipſius rei leg.
nim facit.inſra de ui & ui arma.& quamuis ha-
beat etiam quaſi poſſeſſionẽ aduerſus omnes:
tamen illa directò non poteſt turbari per ex-
traneos qui tendunt potius ad rem, quàm ad
uſum rei,& eſt turbatio uſus facti nõ uſus iuris,
contra tamen Bar.facit:quia ille tex.in ſecundo
dicto loquitur quando ſe defendit contra ex-
traneos,& tamen in illo ſolo caſu facit mentio
nem de quaſi poſſeſſione, niſi dicas quòd ille
ſecundus ſe refert ad primum, & non loquitur
de extraneis niſi reſpectu uſuarii; tamen adhuc
reſpectu uſuarii poteſt turbati in quaſi poſſeſ-
ſione: quia magis offendit uſumfructuarium in
iure & quaſi poſſeſſione iuris quàm in naturali
poſſeſſione, niſi dicas quòd etiam in naturali
poſſeſſione offendit, unde quàmuis aliquem
caſum ſpecialem poſſis conſiderare in quo agi
tur de quaſi poſſeſſione regulariter:tamen tra-
ditio fit de poſſeſſione rei & de ea in dubio
præſumendum eſt quòd loquatur.

Præterea dato quòd ille tex.non diceret,ra-
tio ſuadet:quia ſi uellis ꝙ poſſiderent pro par
te,non poſſet fieri diuiſio poſſeſſionis;neque ſe
paratio partis fundi, cum haberet ius uterque
in toto fundo:ergo poſſeſſio pro parte nõ fuit
admiſſa.confirmatur etiam : quia uſuarius ſta-
tin fundo poſſidente domino naturaliter, nec
poteſt eum expellere,dicto. §. primo. inſti. de
uſu & habitatio. & non poteſt dici quòd pro
medietate dominus poſſideat, & pro medieta-
te uſuarius : ſed eſt neceſſarium quòd uterque
in ſolidum poſſideat, unde concluſio Bar.ma-
gis concludenter ibi probatur, uel ſaltem con-
iuncta dicta l. fi.

108 Quare † teneas opinionem Bar.quòd duæ na
turales poſſeſſiones poſſunt in ſolidum haberi:
quando tendunt ad diuerſa iura ſeparata à pro
prietate compatibilia in ipſa re.

Quartò quærit Bar.hic,cum ſupra ſit conclu
ſum declarando uerſi.Sabinus.quòd plures poſ
ſeſſiones ſpecie differentes poſſunt ſimul con-
currere,& plures poſſeſſiones differentes fine,
quot perſonæ poſſunt eandem rem in ſolidum
poſſidere,& dicit ipſe uideri ꝙ duæ tantũ, una
quę habet ciuilem,& alia naturalem. ut in.§.Sa
binus.& dominus,& fructuarius, uel dominus
& emphyteuta ſeu uaſallus, & ſuperficiarius, &
109 uſufructuarius,& uſuarius. † Sed ipſe determi-
nat contrariũ ꝙ imò quinque perſonæ poſſunt
eandem rem in ſolidum poſſidere, dominus,
proprietarius,& emphyteuta qui fecit uſumfru
ctuarium & uſuarium, quæ ſunt quatuor & eis
diſcedentibus,alius qui ingrediatur, & ſic quin
que eandem rem diuerſis poſſeſſionibus in ſoli-
dum poterunt poſſidere, ut hic per eum facien-
do multas concluſiones. Prima eſt concluſio ꝙ
duo poſſunt in ſolidum poſſidere, unus ciui-
liter & alius naturaliter hanc ſequuntur om-
nes, & ego ſupra dixi in quarto notabili de-
clarando uerſi cul. Sabinus. & oppone & ſol-
ue ut ibi.

110 Secunda eſt concluſio,† ꝙ ciuilis poſſeſſio do
mini concurrit cum naturali poſſeſſione uſufru
ctuarii,uſuarii,& emphyteutæ,& feudatarii, &
ſequuntur etiam omnes, & probatur in dicta l.
fi.infra uti poſſid.& §. j.inſti.de uſu & habita.
Et ratio eſt duplex.Primò : quia differunt ſpe-
cie, cum una ſit naturalis & alia ciuilis. Secun-
dò : quia tendunt ad diuerſa iura, & diuerſos
effectus, & occupatio proprietarii non exclu-
dit poſſidentes ex cauſa illorum iurium:nec oc
cupatio habentium illa iura excludit dominũ,
unde non militat ratio iſtius tex. & unus non
ſtat in loco alterius.

111 Tertia eſt concluſio † quòd dominus, & em-
phyteuta, & uſuarius, & feudatarius,poſſunt ſi
mul poſſidere,& ſic omnes prædictæ combina-
tiones ſeparatim ſupra traditæ & contingen-
tes poſſunt etiam cumulari, & eſt ratio : quia
omnes tendunt ad diuerſos fines, & ad uaria
iura in eadem re compatibilia, & unus poſ-
ſidens non occupat totam rem. ſed dimittit
eam uacuam ut poſſit illam poſſidere reſpectu
ſu iuris & finis,ideò non obſtat ratio iſtius tex.
quia nullus ſtat,nec ſedet in loco alterius pro-
pter animũ eorum qui tendunt ad diuerſum fi
nẽ,& ſequuntur cõmuniter doct. Et ego addo ꝙ
pote-

poterant eſſe quatuor aliæ poſſeſsiones cũ illis quatuor habentes iura diuerſa, poſſunt habere ſuas quaſi poſſeſsiones iurium ſuorum quæ concurrunt cum prædictis: quia tendunt ad diuerſos fines,& ſi quaſi poſſeſsio unius iuris ſe compatitur cum ſua naturali,etiam ſe compatiatur cum alis quaſi poſſeſsionibus naturalibus quæ ſunt diuerſæ ſpeciei,ut dixi in præmiſsis,& poteſt addi. 10. poſſeſsio ſcilicet poſſeſsio naturalis ipſius rei quam habet dominius ut ſtatim dicam.

112 Quarta eſt concluſio † quòd poſſeſsio naturalis fundi ipſius proprietarii poteſt in ſolidum haberi,cum naturali uſufructuarii, & emphyteutæ, & feudatarii, hoc enim expreſſè tenet Bar.hic dum dicit quòd ſi omnes prædicti eſſent abſentes: ergo & ipſe dominus poteſt eſſe præſens in poſſeſsione ſimul cum aliis.Item allegat dictum,§.qui ad nundinas.in quo tractatur de poſſeſsione naturali domini quæ habetur eo præſente, quam concluſionem in nullo alio loco poſuit Bar. itá expreſſè,nec doct. eam poſuerunt,nec perpendũt,imò ſæpius negant. ſed tamen uera eſt:quia tendit ad diuerſum finem, & diuerſos effectus cum aliis naturalibus eorũ qui habent iura in fundo,& probatur clarius in exemplo de emphyteuta conſtituente uſum fructuarium,& uſuarium qui poſſidet naturaliter tanquàm proprietarius,ſimul cum naturali aliorum,quibus tale ius conceſſum fuit,quod etiam clarius tenet in ſequenti quæſtio. & ſequitur Ferret. licèt propter aliam rationem.

Nec obſtat ratio iſtius tex. quia non dicuntur ſtare iſti in loco in quo alter ſtat, cum ſicut dominus non occupat fundum animo per ſuã ciuilem quominus uſufructuarius & alii poſſideant, itá nec etiam in iſta naturali nec occupat animo rem quàmuis poſſideãt naturaliter, cum tendat ad finem compatibilem cum intentione aliorum, & probatur in. §. j. inſti. de uſu & habitatio.ubi dicitur quòd uſuarius non poteſt expellere dominum à fundo, nec impedire quin moretur in fundo,& tamen ipſe naturaliter poſſidet;ergo nec etiam uſufructuarius, emphyteuta & feudatarius impedient eum poſſidere,dummodo non turbent uti iure ſuo.Vnde ſequitur quòd ſi rex in illa ciuitate habitaret infeudata ubi habitat baro quòd non poſſet expellere; nec impedire quin haberet ſuam naturalem, & de facto uidetur ſeruari in hoc regno, ubi morantur uice reges, qui de facto tanquam procuratores regis morantur, & uidentur poſſidere locum exercendo iuriſdictionem, quod bene nota.

113 Quinta eſt concluſio, † quòd ſi emphyteuta, uſufructuarius, & feudatarius ſunt abſentes,& alter ingrediatur,quòd ille acquirit poſſeſsionem naturalem, & ſic poſſeſsio naturalis iſtorum habentium iura ſeparata ab ipſa re, non impedit ingredientem acquirere naturalem poſſeſsionem, & pertranſeunt hic omnes, & nullus eſt qui contradicat. ſed uidetur quòd ipſe malè loquatur,& cõcluſionem falſam tradit: quia iſti habentes naturalem retinent animo illam naturalem ut dicebat Ioannes per dictam l.3.§. unde ui.ff.de ui & ui arm.ergo alius naturaliter non poterit eam occupare (& ſicut ſi uellet ingredi tanquàm uſufructuarius) uel emphyteuta non occuparet eam: quia iam eſſet occupata. Itá etiam ſi uellet ingredi quis naturaliter animo lucrandi totam rem, non poterit acquirere poſſeſsionem occupatam,& tenet Ioannes communiter approbatus de ciuili poſſeſsione, qui uoluit quòd ingrediens non poſſit acquirere ciuilem abſentis: quia reperitur occupata: ergo nec etiam poterit poſſeſsionem naturalem acquirere quæ reperitur occupata ab alio. Facit etiam quod uoluit Bar. in tertia quæſtione ubi concludit quòd duo ingredientes non poſſunt in ſolidum rem poſſidere: quia eam retinent animo, & reperitur illa naturalis occupata à primo, & probatur in l. quod meo. §. fin. infra eodem, ubi domino exiſtente actu in poſſeſsione naturali, non poteſt alius poſſidere naturaliter: ergo eadem ratione, eodem abſente non poterit habere naturalem quam habet abſens: quia ſemper militat ratio tex. nec potes conſiderare quòd tendat ad diuerſum finem: quia eſt inimicus omnium, & tendit extingere iura omnium, & ſibi acquirere. Vnde ſequitur quòd ſi dominus abſens haberet naturalem per ſeruos ſuos, uel colonos, & alius ingrederetur quòd non acquireret naturalem, ex eo; quia dominus abſens eam retineret, l. prima. §. non alii autem. infra de ui, & ui armata & plenè dixi infra in leg. naturaliter. §. nihil commune. ſuper quarto intellectu gl. qui eſt ſeptimus in ordine meo.

114 Saluari tamen † poteſt hæc opinio Bar. ex alio capite negando quòd emphyteutæ, poſſidentes naturaliter, & alii ſimiles, poſſint impedire alium acquirere naturalem ipſius rei tanquàm dominus, in præcedenti enim concluſione dictum fuit quòd dominus poteſt poſſidere naturaliter rem, quam & emphyteuta, & feudatarius, & uſuarius naturaliter tenent, ſi ipſe uellet ſtare in fundo, cum tunc naturalis eſſet unita cum ciuili, ac ſi nullus eſſet uſufructuarius uel feudatarius: ergo ſequitur quòd domino abſente illa naturalis ualeat, quàm ingrediens poteſt acquirere, & dicetur tendere ad diuerſum finem: quoniam naturalis uſufructuarii tendit ad finem ut habeat commoditatem percipiendi utilitatem ex iure ſuo, illa uerò domini tendat ad finem ut habeat commoditatem ratione dominii ſui, ideò ſicut concluſimus, quòd illa naturalis domini concurrit cum naturali habentium ius in re, eodem modo & ingrediens poterit habere illam naturalem concurrente;

eum naturali habentium ius in re, quæ abſente
domino uacabat. Vnde uidetur concludendum
uel ꝙ utraque uera ſit, ut præſupponunt doct.
uel ꝙ utraq; falſa ſit, tam iſta quàm præcedens.
ſed quia prima communiter tenetur, uidetur ꝙ
etiam iſta ſit amplectenda.

115 Sexta eſt concluſio † ꝙ plures uſufructuarii nõ
poterunt poſſidere in ſolidum, nec alii ſimiles;
nec per naturalem fundi: nec per quaſi poſſeſſio
nem, ſicut nec plures tanquàm domini proprie
tatis poſſidere poſſunt: quia licèt ſe compatian
tur cũ domino: tamen inuicẽ non ſe compatiun
tur cũ tendat ad eundẽ finẽ, & duo uſusfructus
in ſolidũ nõ poſſunt eſſe in eodẽ fundo, nec duo
emphyteutæ, nec duo feudatarii, unde ſequitur
ꝙ ambo occupant totam rem reſpectu eiuſdem
finis, & unus dicitur ſedere & ſtare in loco in
quo alter ſtat uel ſedet, quod eſt contra natura
lẽ, & hoc modo procedit ratio tex. noſtri & ſe-
quuntur communiter doct. Et dum Bar. dicit ꝙ
duo domini directo non poſſunt poſſidere in
ſolidum, nullum eſt dubiũ: quia unicũ eſt domi
nium directum: ſed ſi ſunt bonę fidei poſſeſſores
qui præſcribunt, poſſunt habere duo quaſi do-
nia ſecundum Aret. & Soz. per l. ſine autem. §. ſi
duobus. de publicia. actio. quod tamen ſupra re
probatum fuit: quia duo non poſſunt uſucape
re dominium directum quod acquirere inten-
dunt: ergo nec etiam poſſunt eſſe duo quaſi do-
minia ad illud tendentia: quia oportet in publi
ciana dicere ſe quaſi uſucepiſſe, quod nõ poteſt
uerificari de iure: argum. dicti. §. aliæ. inſti. de
actionibus coniuncto d. §. ſi duobus uehiculum.

Nec obſtat dictus. §. ſi duobus. quia ibi niſi
unus habeat publicianam cui prius tradita fuit
res, non poteſt ab alio poſteà poſſideri niſi
priuetur primus.

Non obſtat. §. ex pluribus. ſup. eod. quia ibi
plures poſſeſſiones ſunt in eadem perſona, & eſt
unum quaſi dominium, & ibi non dicit ſe uſuce
piſſe niſi ex una poſſeſſione & ſi plures cauſas al
legat, dicit ſe uſucepiſſe ex una earum tantum.

116 Item † dum dicit ꝙ nõ ſunt plures uſufructua
rii in eodem fundo, intellige de directò uſufru
ctu: ſed bene poſſunt eſſe plures, ſi unus habet
utile dominium tanquam emphyteuta, & feu-
datarius, qui & quoque habent uſumfructum,
ut in cap. j. §. beneficium. In quibus cauſis feud.
ami. & per alium habere uſumfructuarium, ut
hic dicit Bar. ſed duo uſusfructus eiuſdem na-
turæ non poſſunt eſſe in eodem fundo, & ſi plu
ribus concederetur per concurſum facerent ſi-
bi partes: quia diuiduus eſt, l. j. §. uſusfructus. ff.
ad legem Falcidiam; coniuncta l. ſi finita §. ſi
plures ſupra de damn. infect. & per conſequens
poſſeſſio naturalis uſufructuarii non poteſt à
pluribus in ſolidum haberi; ſed diuideretur
per concurſum, dicto. §. cum plures.

Similiter dum Bar. dicit quòd duo emphy-
teutæ non poſſunt eſſe in eodem fundo, intelli
gitur de directis ſeu æqualibus: ſed bene poſ-
ſunt eſſe duo, ut unus ſit emphyteuta domini,
& alter emphyteuta emphyteutæ, ut ipſe dicit
in ſequenti quæſtio. & tunc erunt duæ quaſi poſ
ſeſſiones ciuiles iurium, licèt non naturales
eiuſdem fundi, duo autem æquales non pote-
rant eſſe: quia non eſt niſi unum utile domi-
nium æquale fundi, & licèt Bar. infra in §. dif-
ferentia. dicat quòd eſt multiplex utile domi
nium, ut hic opponit Iaſ. quia eſt etiam utile
dominium quod acquiritur per præſcriptio-
nem, tamen non contradicit: quia illud occi-
dit directum: ſed utile ſubalternatum directò
eſt unicum, & illud unicum eſt illud ſolum con
tra emphyteutam perſcribentem, ut nihil pe-
nes ipſum remaneat. Vnde reſtat quòd duo em
phyteutæ non poſſunt eſſe in ſolidum in eodem
fundo, nec duo in ſolidum ſuam naturalem poſ
ſeſſionem habere, cum enim duo iura ſunt in-
compatibilia in fundo, eodem modo & poſſeſ-
ſiones incompatibiles: quia poſſidentes tendũt
ad eundem finem, & poſſidentes occupant inui
cem totam rem, & militat ratio iſtius tex. Ideò
ſequitur ꝙ ſi daretur in emphyteuſim uel feu-
dum res indiuiſibilis: quia in ſolidũ poteſt ius
feudale pluribus acquiri; ut per Bar. in l. ſi mi-
hi & Titio. infra de uerbo. oblig. & per And. &
alios in cap. primo de duob. fratri. de beneficio
inueſti. etiam ipſi in ſolidum poterunt poſſide
re, ut ſtatim dicam poſt Bar. in alia quæſtio.

117 Septima eſt concluſio Bar. † quòd duo uſua-
rii poſſunt in ſolidum poſſidere natura ſter
eandem rem, & eſt ratio ſecundum eum: quia
in eodem fundo poſſunt eſſe duo uſuarii in ſo-
lidum; cum enim uſus ſit ius percipiendi fru-
ctus ad uſum quotidianum. §. primo inſti.
de uſu & habitatione, poterunt decem ſi-
mul eos percipere ad ſuam neceſſitatem, ſi
fundus eſt magnus, uel ex eodem grege, uel
alia re, & ita uſus completus erit apud unum
quemque in ſolidum, unde tot etiam poſſeſ-
ſiones fundi, uel gregis naturales uſuariæ
poterunt eſſe apud plures in ſolidum cum
tendant ad diuerſum finem, & unuſquiſque
poſſideat rem reſpectu ſui uſus, & nemo occu-
pet totam rem animo ſuo: ſed relinquit eam ua
cantem aliis uſuariis pro iure ſuo, & etiam uſu-
fructuariis, ſi reperiuntur, & cum uſus non re-
ſtringatur ad certam partẽ fundi, uel rei, & per
cipiatur de tota re, non poterit poſſideri ab eis
pro parte pro indiuiſo: nec inuicem; nec reſpe-
ctu proprietarii, cũ diuiſio fundi impediat ius
ſuum unicuique, & ſequuntur communiter doct.

Ex quo ſequitur una magna ampliatio ad cõ
cluſionem de concurſu pluriũ poſſeſſionum, ut
procedat etiam quòd iura ad quæ tendit poſſeſ
ſio ſint eiuſdem generis, cum omnia exempla
ſupradicta ſint de iuribus diuerſi generis, &
ſic duæ naturales eiuſdem qualitatis poterunt
concurrere, ſi tendunt ad diuerſa iura, etiam
eiuſdem generis compatibilia: tamen inter ſe
ut apud plures poſſint eſſe in ſolidum in ea-
dem

dem re: quoniam tendunt ad diuerſum finem
effectualiter, quod eſt notandum ualde.
118 Quærit etiam Bar. †an plures naturales ſub
alteruatæ poſſint in ſolidum competere, & po-
nit exemplum de uno emphyteuta, uel feudata
rio, qui conceſſit alteri in emphyteuſā, uel feu
dum, an primi concedentes poſſideant natura-
liter, & accipientes quoque cum eis naturaliter
poſſideant, & determinant quòd non: quia pri-
mi nullam poſſeſſionem retinent ſequendo glo.
in fi. & legem primam in fi. C. uti poſſid. & ſi op
ponatur quòd ipſe dixit contrarium ſupra de
emphyteuta conſtituente uſumfructuarium, re
ſpondet diſtinguendo quòd ſi emphyteuta con
ſtituat uſumfructum ipſe retinet naturalem, &
aliam naturalem acquirit uſufructuarius inſoli
dum, ſed ſi conſtituat emphyteutam aliū amit
tit ſuam naturalem, & ſolus ſecundus eam ha-
bet, & rationes differentiæ aſſignat: quia quan-
do conſtituit uſumfructum retinet dominium
utile, pro quo retinet & poſſeſſionem, & quan-
do conſtituit emphyteutam transfert dominiū
utile, & non habet cauſam poſſeſſionis retinen
dæ, & ſequuntur communiter docto. confirmat
Iaſ. per ſimile de actione ceſſa, quę tota transfer
tur in ceſſionarium quando eſt utilis, glo. in l.
emptor. C. de hæred. uel actio. uend. l. ex aſſe, ſu
pra ad Trebell. glo. in §. adeò. inſti. locati. & ibi
Ang. de Aret. & Bal. in cap. cęterum. de iudi. col.
pe. & in cap. ſatis. in fine. de renunciatio. †Quia
119 non reperitur utile dominium ſubalternatum
utili dominio, ut latè per And. de Iſernia in cap.
primo. §. prætereà. de cap. Corradi, nu. 9. uſq; ad
finem, quem non intellexit Fricia in ſuo lib. j.
char. 15. nu. 23. ubi dixit ꝙ in feudatarium tran
ſit chimera & remanet danti utile dominium:
ſed illa fuit una opinio antiquorum, quam non
tenet And. ibi. Sed melius poſteà dixit in lib. ij.
nu. 98. cum ſequenti. tamē in fi. remanſit dubius
propter illud ꝙ dominiū utile eſt chimera, qđ
falſum eſt, & reprehendit Bal. in procemio feu-
dorū art. ſecundo. ſed ſi nullum dominium ha
bet, non poteſt habere naturalem poſſeſſionem
concedens ius, unde dependet à præcedentibus
an reperiatur utile dominium in concedente.
120 Addit etiam hic Iaſ. quòd licet penes em-
phyteutam, uel feudatarium concedentem non
remaneat dominium aliquod utile nec poſſeſ-
ſio naturalis, remanet tamen quædam imago
dominii propter iuramentum fidelitatis, quòd
ſi ille committat feloniam reuertetur ad conce
dentem ſubfeudantem, cap. imperialem. §. illud
quoque. de prohibita alienatio. per Fridericū,
& per Imo. & Alex. hic. Sed ſi alienaret irrequi
ſito concedente, reuerteretur ad primum domi
nium directum non ſubfeudatarium, ſecundum
Bar. in l. ſi finita. §. ſi de uectigalibus. de damn.
infecto. quæſtio. tertia dicens de hoc eſſe caſum
in dicto cap. imperialem. §. illud quoque: quia
debet inquiri cōſenſus primi domini ſecundū
Bal. in dicto. §. illud. cum aliis cumulatis per

Alex. in d. §. ſi de uectigalibus. & Iaſ. hic. ſed tu
dic ut per Beneuentum in dicto cap. imperialē.
illud latè examinantem, & idem etiam ſeruari
debet in ſecundo emphyteuta: quia debet requi
rere conſenſum primi domini in alienando: ut
per glo in l. fi. C. de iure emphyteu. in uerbo uē
dere, in fi. & eidem laudemium debet ſolui non
ſublocanti, Specul. & Ioannes Andreæ in tit. de
leg. §. nunc aliqua. uerſi. 126. Sic nec appellatur
ad ſubdelegantem, ſed ad primum delegantem
glo. in l. more maiorum. de iuriſdictio. omnium
iudicum, & dicit Iaſ. in dictis quæſtionibus ſæ-
pius conſuluiſſe; ſed tamen ſecundum prædicta
uidetur inferri quòd Rex iſtius regni Neapoli-
tani, & huius regni Siciliæ non poſſit dare in
feudum, & non habet aliquod dominium, nec
poſſeſſionem naturalem in feudis à ſe conceſ-
ſis: quia cū habeat à papa, directū dominium re
manet penes papam, & ipſe habet ſolū utile: er
go concedendo in ſubfeudum, non retinet ali-
quòd dominiū nec poſſeſſionem per prædicta.
121 Quare†pro ſolutione Iaſ. hic dicebat notabi
liter limitando iſtam glo. quòd reperitur domi
nium uniuerſale totius regni, & uniuerſale feu-
dorum particularium, & particulare rerum con
122 tentarum ſub uniuerſale † Nam Imperator ha-
bet dominium directum uniuerſale totius mun
di. & reges habent dominium utile uniuerſale
ſed habent directum omnium rerum exiſten-
tium in regno, & ideò papa habet dominiū uni
uerſale directum totius regni, & rex dominium
utile uniuerſale totius regni, ſed tamen adhuc
etiam habet dominium directum, omnium ci-
uitatum, & omnium feudorum & rerū particu-
lariū in regno exiſtentiū ſecundū Bal. in l. j. ad
finem poſt glo. C. unde legitimi.
Et licèt Alex. ibi teneat cōtrariū: quia nō poſ
ſunt eſſe duo utilia dominia: nec duo poſſunt di
rectū habere per dictū. §. ſi duobus uehiculum.
123 †tamen Iaſ. ſaluat: quia nihil repugnat ut penes
unum ſit dominiū directū uniuerſale, & penes
alium ſit utile dominiū uniuerſale, qui habens
utile uniuerſale habeat etiam directum rerum
particularium, quod penes nullum alium repe-
ritur, nec penes habentem uniuerſale directum,
& nunquam contingit quòd dominium eiuſdē
124 naturæ ſit penes duos in ſolidum.† ſed bene do
minium diuerſæ naturæ poteſt eſſe apud plu-
res in ſolidum, & etiam apud unum inſoli-
dum, & bene loquitur, & probatur in cap. j.
§. ad hæc. de pace iuramento firmanda. alias
in titulo de allodiis. & tenuit Paulus de Ca-
ſtro in conſ. 161. in fin. & Oldra. quem refert
Alexand. in conſ. 139. uol. primo glo. in l. ſed &
ſi quis. §. ſed interdum. ff. de religioſ. & ſump.
funer. in uerbo oportebit. & in l. pen. C. de in-
genu. & manumiſ. in uerbo libertate, & per Ho
ſtienſem & alios in cap. nimis. extra de iure
iurando, & Beneuentum in dicto capit. im-
perialem. char. 37. in litera n inferens quòd
eius uniuerſalis dominii occaſione poſſint

125 alii reges ſubiici eius iuriſdictioni. †igitur.
ſequitur quòd rex habebit naturalem poſſeſſio
nem uniuerſitatis regni, & papa habebit ci-
uilem poſſeſſionem illius uniuerſitatis regni,
ſicut & dominium uniuerſale: ſed in rebus par
ticularibus, feudis, & ciuitatibus exiſtentibus
in regno rex habebit & naturalem & ciuilem
126 poſſeſſionem cum directo dominio.† & ſi po-
ſteà ſub in feudabit, retinebit ciuilem poſſeſ-
ſionem cum directo dominio illius ſubfeudi, &
ſubfeudatarius acquiret naturalem poſſeſſionē
127 cum utili dominio. †Et ſi poſteà ille baro qui
forſan eſt princeps, marchio, uel comes, uel etiā
ſimplex baro, uult alteri ſubinfeudare, ipſe ha
bebit utile dominium totius ſui feudi à rege
habiti, atquè etiam directum dominium rerum
particularium illius feudi ſui. Vnde ſubinfeudā
do adhuc retinebit directum dominium rerum
particularium à ſe conceſſarum cum ciuili poſ-
ſeſſione, & ille tertius uel quartus acquirens
habebit utile dominium illius rei ſubinfeuda-
tæ cum naturali poſſeſſione, quæ omnes poſſeſ-
ſiones tendunt ad diuerſa iura & compatibiles
ſunt, ſiue conſideremus ciuiles poſſeſſiones
quas diximus in ſolidum plures habere, ſiue cō
ſideremus naturales poſſeſſiones quas quoque
diximus eſſe apud plures in ſolidum, & ſimili-
ter utile dominium diuerſis modis conſidera-
tum erit apud plures in ſolidum, & unus & idē
poterit habere, & utile & directum, & alius
etiam habeat aliud utile, ut in dictis caſibus di
ctum fuit.

128 Igitur †reuertendo ad queſtionem Bar. &
eius concluſionem, quòd ſi emphyteuta emphy
teutæ uel feudatarius, dat in feudum rem in em
phyteuſim uel in feudum habitam diſtinguen
dum erit. Nam aut concedit partem rei ſibi in
feudatæ, uel res particulares feudi ſui, uel em-
phyteuſis, & tunc nulla eſt dubitatio quòd ip-
ſe emphyteuta concedens habebit dominium:
quoniam primò habebit dominium utile uni-
uerſale totius rei ſibi conceſſę cum naturali poſ
ſeſſione ilius uniuerſi, & concedens in emphy-
teuſim uel feudum res particulares retinebit
directum cum ciuili poſſeſſione, & utile domi-
nium illarum rerum particularium tranſibit in
accipientem cum naturali poſſeſſione, per præ-
dicta, & non erit chimera: ſed erit uerum domi
nium directum, uel utile in utroque per prædi
cta. ſin autem eueniret quòd rex uellet conce-
non utile, de quo dubitant aliqui, ſed retinebit
dere totum regnum quod habet in feudum ni-
hil retinendo, uel feudatarius habens à rege
uellet ſubinfeudare totum feudum ſuum, quod
uidetur permitti de iure communi dicto cap.
imperialem. ubi And. & alii, quamuis ſecus ſit
ex conſtitutionibus regni, uel emphyteuta uel-
let dare totam rem emphyteuticam in feudum
uel emphyteuſim nihil retinendo, & tunc cadūt
difficultates prædictæ, utrum iſte ſubinfeudans
transferat dominium utile cum naturali poſſeſ
ſione & nihil penes ſe remanente, an potius
remaneat aliquod dominium ſeu aliqua ima-
go, & tunc Bat. hic uidetur concludere quòd
non retineret nec dominium, nec poſſeſſiones,
cum quo uidentur per tranſire communiter do
cto. Sed tamen ut dicebat Iaſ. utilius eſt dice-
re quòd remaneat quædam imago dominii &
poſſeſſionis naturalis propter iuramentum fide
litatis, ut ſi eueniat quòd committat feloniam
reuertetur ad concedentem ſubiuſeudantem &
ſatisfacientem domino, dicto §. imperialem. §.
illud quoquè. de prohibi. alien. per Fridericum,
& per Imo. & Alex. hic. ſed ſi alienaret irrequi-
ſito concedente, reuerteretur ad primum do-
minium directum, non ſubfeudatarium, ſecun-
dum Bat. in l. ſi finita. §. ſi de uectigalibus. de
damn. infecto. cum aliis ſupra adductis. & cu-
mulat. per Alex. in dicto. §. ſi de uectigalibus.
cum declaratione tamen poſita per Beneuen-
tū in dicto cap. imperialem. ibi illud latè exa-
minantem, char. 37. cum præcedenti, & ſequen
ti, & ibi etiam Afflict. cum aliis, quòd bene no-
ta: quia ſæpius aduocati decipi poſſunt, & in
quæſtione in qua nunc conſulo, aliqui aduocati
dixerunt eſſe monſtrum quòd emphyteuta con
cedat rem emphyteuticam in feudum, & appa-
reat ex prædictis quòd non eſt monſtrum neq;
etiam contra naturam uel leges.

129 Quærit etiam Bar. an †quaſi poſſeſſio iurium
incorporalium poſſit eſſe penes plures in ſo-
lidum, & ipſe breuiter concludit quòd ſic per
tex. in l. ij. §. ex his. infra de uerbo. obligatio. &
l. uia conſtitui. §. fi. de ſerui. ruſti. prædiorum cū
ſimilib. in quibus dicitur ꝙ duobus in ſolidum
debentur ſeruitutes, & hæredes in ſolidum ha-
bent ſeruitutem, & in ſolidum debent: ergo ea
dem ratione in ſolidum poterunt habere quaſi
poſſeſſionem, quæ quaſi poſſeſſio eſt datiua, id-
eſt, datur ab eo qui eam debet: quia conſiſtit
in patientia ſua, & datur permittendo uti, l.
pen. ff. de ſeruitutib. & leg. ratio. §. ſi ita. ff. de
actio. emp.

Sed incontrarium Iaſ. allegat cap. licet cau
ſam. de probationibus in uerſi. licet duo. ubi
tex. uult iuriſdictionem non poſſe à duobus poſ
ſideri inſolidum, licèt ſit incorporalis. ſuper
cuius ſolutione ualde hic laborat: ſed fortius
contra Bar. facit quod ipſemet dixit ſupra. uo-
lens ꝙ duo non poſſint in ſolidum poſſidere
uſumfructum, nec rem emphyteuticam: quia nō
reperitur niſi unū dominium utile, & unum ius
directū, & unus uſusfructus: ergo de eis non po
teſt eſſe quaſi poſſeſſio penes plures inſolidum.

130 Pro †reſolutione conſiderandum eſt an ipſa
iura poſſint eſſe penes plures in ſolidum, quia
ſi poterunt, etiam quaſi poſſeſſio eorum conce-
detur, ſi non poterunt eſſe apud plures, nec
etiam à pluribus poſſideri in ſolidum po-
terunt per regulas ſupra traditas: quoniam
per illam conſiderationem cognoſcitur an
poſſidens occupet totam rem animo ſuo,

uel

uel uacuam partem relinquat.unde dicas quòd aut iura ſunt in una, & eadem re incompatibilia, & tunc apud plures eſſe non poterunt: ſed uel per repugnantiam ſe inuicem infriugent, & nihil ualebit, l. ubi repugnantia. de regul. iur. uel potentius præualebit leg. cum quæritur. ff. de ſtatu hominum, & ſicut illa iura compatibilia poterunt eſſe apud plures in ſolidum, ita plures poteruut in ſolidum poſsidere, uel ſi ſunt incompatibilia iura, & unum præualeat, ille ſolus poſsidebit, ſi uerò ſunt plura iura compatibilia in eadem re apud plures in ſolidum, & tunc etiam poſſeſsio poterit eſſe apud plures in ſolidum ut dictum fuit ſupra de emphyteuta uſuario, & aſuſfructuario, ſi uerò eſt unicum ius quod conceditur pluribus in ſolidum, ut: quia relinquitur uſusfructus duobus. §. ſi coniunctim. iuſti. de lega; & tunc ſi eſt diuiduum non poteſt eſſe apud plures in ſolidum: ſed pro parte erit, & poſſeſsio quoquè pro parte. Si uerò tale ius quod eſt indiuiduum: tamen poteſt concedi pluribus, ut eſt in pluribus uſuariis, & tunc in ſolidum competet unicuiquè, & in ſolidum poterunt eſſe poſſeſsiones. Si uerò ſunt indiuidua; & tunc quia poſſuut eſſe apud plures in ſolidum, ut hic dicit Bar. dicta l. ij. §. ex his. eodem modo, & quaſi poſſeſsio erit apud plures in ſolidum, tam ciuilis quàm naturalis, ſi tenes dari utranquè poſſeſsionem in rebus incorporalibus, & ſi tenes unam ſolam dari pro ut ego tenui in dicta l. prima. ſupra eodem, illa erit apud plures in ſolidum, quæ cauſabitur in animo uniuſcuiuſquè, & ex patientia domini per prædicta.

131 Nec obſtat † dictum cap. licèt cauſam. quia aut tu tenes quòd iuriſdictio ſit diuidua, & tūc de plano procedit quòd non poteſt poſsideri in ſolidum: ſed per concurſum facient ſibi partem, & unuſquiſquè pro parte pro indiuiſo poterit poſsidere: quia uterquè poteſt eſſe in re, ſi eſt eiuſdem generis, ſi uerò eſt diuerſi generis, poterit eſſe apud plures ſine obſtaculo, ſut quòd unus habeat primas cauſas, & alius ſecundas, uel tertias, ut patet in toto titulo. ff. & C. de appellationib. & in cap. paſtoralis. de officio ordinarii. Aut uerò tenes quòd ſit indiuidua, & tunc poterit eſſe penes plures in ſolidū, & oportebit dare reſponſionem primam ad illum tex. quòd loquitur de poſſeſsione rei corporalis, uel illam quam poſuit ibi Abb. Vel tertiò quòd licèt poſsit eſſe apud plures in ſolidū, tamen uſus impeditur ſi unus ſolus in caſtro moratur, l. j. ff. de officio conſulis, ubi eſt apud omnes iuriſdictio, & quaſi poſſeſsio, tamen in eadem re non poteruut uti in ſolidum: quia nota eſſent diuerſa, & diuerſæ ſententiæ. Prima tamen ſolutio mihi magis placet, quòd intelligatur de ipſa re quam prætendebant Fauentini ſe poſsidere. quia exercuerant iuriſdictionem in certis cauſis, quod ibi reprobatur: quia temeritate, & ſine titulo exercuerant, & ſienda eſt generalis concluſio quòd iura indiuidua poſſunt à pluribus quaſi poſsideri, ut dicebat hic Areti. & ideò ius patronatus à pluribus in ſolidum poſsidetur, cap. primo. de iure patrona. cum glo. licèt uſus poſteà efficiatur diuiduus reſpectu uocum, ut in clem. ij. de iure patrona. cum glo ordinaria.

132 Sed dubium ſuccedit † an tunc ſint plures poſſeſsiones, uel potius ſit una tantum, quæ exerceatur à pluribus, uel habeatur, & uidetur quòd ſit multiplex: quia cum conſiſtat in animo diuerſorum, diuerſæ reputari debent, ut dixi in ſummario reprehendendo Bar. de numero. & habetur in l, quod meo. infra eodem. ubi dicitur quòd propter hanc cauſam non poteſt tranſferri: ſed incipit & definit leg. de co. §. fiu. ſupra ad exhibendum, & l. cum hæredes. infra eo.

Pro qua opinione etiam facit: quia quaſi poſſeſsio conſiſtit in uſu, dicta l. quoties. de ſeruituti. & l. ſeruitutes. de ſerui. urbanorum prædiorum, ibi, facto quodam poſsideo, qui uſus uidetur eſſe diuerſus in quolibet in uariis temporibus: ergo uariæ ſunt poſſeſsiones quę creantur cum patientia ipſius domini.

In contrarium tamen facit: quia iura prædialia debentur prædiis §. pen. inſti. de ſerui. & ſententia datur prædio. l. ſi pupilli. §. fi. ſupra de negot. geſt. & per Bartolus. ſupra in leg. prima. in quæſtio. de incorporali. ergo uidetur quòd ſolum prædium poſsideat, & ſit unica quaſi poſſeſsio quæ retinetur per uſum diuerſorum tanquàm homo ſit inſtrumentum quo fundus utitur ſeruitute, & hoc uidetur eſſe de mente Bar. in l. ſtipulationes non diuiduntur. infra de uerbo. obliga. in ſecunda & tertia oppoſitione: facit tex. in l. qui ſundum. ſupra quem adm. ſerui. amittantur & l. j. §. fuit quæſitum. ff. de aqua quotidiana. & æſti. & facit etiam ratio: quia fundus præſcribit ut per Bar. in dicta l. prima, in dicta quæſtione, & ſi eſſent plures poſsidentes plures præſcriberent, & con fundus, niſi diceremus quòd poſsident ad utilitatem fundi, & hæc ſecunda uidetur uerior opinio in iuribus prædialibus, & eſt unica poſſeſsio quæ exercetur per plures perſonas. Et dictum Bar. intelligetur quòd quaſi poſſeſsio eſt apud plures in ſolidum, id eſt, utilitas ex quaſi poſſeſsione fundi erit apud plures in ſolidū, in iuriſdictione uerò, quæ non cohæret territorio, ut per Barto. in l. prima. ff. de iuriſdictio. omnium iudi. in tertia quæſtione poteſt dici quòd ſunt plures poſſeſsiones in ſolidum ſicut ſunt plures perſonæ. & idem in iure patronatus quòd poſsidetur ex præſentationibus patronorum, cap. conſultationibus. de iure patronatus. quàmuis & in hoc poſsit replicari quòd imò ſit unica poſſeſsio: quia unicum eſt caſtrum in quo habetur iuriſdictio, & unica eccleſia, & exercitum ſit apud plures. Vnde uidemus quòd centum perſonæ non facerent niſi unam uocem ut no. in dicta clem ij. de iure patrona. Sed ta-

meniquia opinio Barto. eſt magis palpabilis,& magis cadit in ſenſum uulgi, poſſumus dicere quòd quantum ad ſubtilitatem iuris ſit unica poſſeſſio; tamen quia conſiſtit in uſu, & uſus eſt diuerſus in perſunis, appellabimus plures poſſeſſores, & dicemus plures poſſeſſiones in ſolidum haberi. Illud tamen eſt expeditum, quòd in pluribus uſuariis ſunt plures quaſi poſſeſſiones ciuiles, & naturales in ſolidum: quia & ius in ſolidum eſt diuerſum, & ſeparatum in quolibet, & per conſequens ſeruanda eſt prædicta diſtinctio quam tradidi in omnibus.

133 Quærit etiam Bart. hic † utrum detentatio poſſit eſſe penes plures in ſolidum? & reſpondet quòd ſi eſt detentatio naturalis quæ conſiſtit in inſiſtentia aſſidua in re illa, non poteſt eſſe penes plures in ſolidum per rationem tex. noſtri, ſi uerò eſt detentatio ciuilis quæ datur à magiſtratibus gratia cuſtodiendæ rei, iuxta. §. genera. infra eodem. & l. ſi quis ante. in fin. infra eodem, & tunc ſi eſt apta producere dominium non poteſt eſſe apud plures in ſolidum: ſed per concurſum faciunt ſibi partem, dicta l. ſi finita. §. cum plures. ſi uerò non eſt apta producere illum effectum ut poſſeſſio uentris nomine, quæ datur mulieri pregnanti propter ſpem quòd poſthumus ſuccedat, & illa poterit eſſe apud plures prætendentes ſucceſſionem.

Similiter detinentes gratia cuſtodiæ ut commodatarii, & depoſitarii, poterunt in ſolidum detinere, dicto. §. ſi duobus uehiculum, ut hic per eum.

134 Primam † concluſionem ſequuntur omnes tanquàm neceſſariam, per rationem iſtius tex. tamen uerò tex. non obſtat: quia in detentatione inſiſtentia actualis eſt in minimo ceſpite terræ, & in reliquis partibus occupatio fit per animum tantum. & ita detinetur corpore totus fundus repræſentatus per animum, dicta l. poſſideri. ſup. eodem. & ideò in detentatione eſt idem ius, quòd in poſſeſſione, & illa retinetur animo ſicut poſſeſſio, l. ſi colonus, infr. eodem etiam quòd ſit in depoſitario, uel commodatario.

Quare in ea eſt dicendum ut in poſſeſſione, quòd aut tendit ad unum ius incompatibile pluribus in ſolidum, ut ius colonatus, & tunc duo non poterunt detinere in ſolidum: ſed faciunt in locatione partes per concurſus, ſicut ſi duo uellent detinere fundum in ſolidum ratione uſusfructus, uel uſus, uel emphyteuſis, uel iure dominii: quia reſpectu eiuſdem finis ille detinens dicitur occupare totam rem animo, & corpore repræſentato, & alius illum occupatum non poterit detinere per illum tex. Si uerò iura ſunt compatibilia in pluribus in ſolidum, ſimiliter apud eoſdem detentatio poterit eſſe in ſolidum, ut ſi quis detinet tanquàm dominus, alius tanquàm emphyteuta, alius tanquàm uſuarius, & alius tanquàm uſufructuarius: quia eadem ratio eſt quæ in poſſeſſione naturali eiuſdem rei in ſolidum competenti, & ſicut domino ſtante in fundo alius ingrediens non poteſt poſſidere naturaliter, ita etiam nec in ſolidũ detinere, ſed ſtabit in ſua parte dicta l. quod meo. §. fin. infra eodem. Et in ſumma quod dictum fuit de naturali poſſeſſione procedit etiam in detentatione naturali quæ plerunquè eſt ei connexa.

135 Secunda concluſio † de detentatione ciuili poſita à Bar. uera eſt in illa actuali inſiſtentia: ut diſtinguatur an apta ſit producere unicum ius incompatibile pluribus mediatè uel immediatè, & tunc non poteſt eſſe apud plures in ſolidum: ſecùs ſi non eſt apta producere illud ius unicum, & eſt ratio eadem cum præcedenti: quia primo caſu tendit ad eundem finem, & unus animo dicitur occupare totam rem, unde alius non poteſt concurrere per iſtum text. & dictum. §. cum autem plures. & legẽ ex damni. §. fin. ſi uerò non inducit illud ius unicum poſſunt concurrere: quia tunc tendunt ad diuerſa iura, & detinens non occupat totam rem, & alius partem non occupatam in ſolidum poteſt detinere: ſed ſi detentatio capitur ciuiliter pro iure pignoris, ut dixi in l. prima: quia aliquando capitur pro iure reſultante, & tunc poteſt eſſe apud plures inſolidum: quia ius pignoris etiam poteſt eſſe, l. ſi fundus. §. ſi duo. ſup. de pignori. poſſeſſio tamen aliter debetur, & de detentatio actualis ut dictum fuit in j. quæſtione Bar. Similiter ſi plures ſunt miſſi ex diuerſis cauſis, ut damni infecti, & legatorum cauſa, & propter contumatiam in ſolidum poterunt detinere, etiam quòd diuerſis temporibus mittantur, dicta l. ſi finita. §. ſi plures. ff. de dam. infect. tamen ex ſecundo decreto poſſidebunt pro parte tantum, ut dicitur in eadem l. §. ſi ante decretum. per quos tex. poterit limitari concluſio Bar. hic,

136 Tertia eſt concluſio † quòd ubicunquè detentatio ex contractu conceſſa continet cuſtodiã, ꝙ illa poterit eſſe apud plures in ſolidum, per dictum. §. ſi duobus uehiculum. ille tamen tex. non clarè dicit quòd teneatur res in ſolidum ꝙ tenentur in ſolidum de culpa, & negligentia, quæ ualdè diuerſa ſunt, & quantum ad tenutam actualem uidetur dicere quòd pro parte habetur: quia uſus non poteſt eſſe niſi pro parte. Vnde uidetur diſtinguendum aut quærimus de obligatione ad cuſtodiam, & illa eſt in ſolidũ apud omnes, & omnes conueniri poſſunt, quamuis intereſſe ſoluatur in pecunia non poterunt conueniri niſi pro parte, ut no. in l. iiij. §. cato. & leg. ſtipulationes non diuiduntur. ff. de uerbo. obligatio. Aut uerò quærimus de ipſa tenuta actuali neceſſariò dicitur fieri pro parte rei: quia unus occupat partem uehiculo, & alius aliam partem, & in quo loco eſt unus alius non poteſt eſſe, uel fit pro parte ratione temporis ut alternis diebus uel menſibus utantur, ſicut dicitur per Bar. de uſufructuario in ſecunda uel

da uel

da uel tertia quæſtione, Sinautem unus detinet iure depoſiti, & alii miſsi fuerunt in detentationem ex uariis cauſis, & legatotum, & damni infecti poſsidebunt, & tenebunt in ſolidum, quia tendunt ad diuerſos fines per prædicta, & uoluit Bar. in l. ſtipulatio iſta. §. hi quoquè.circa finem de nerbor.oblig. ubi uoluit quòd ſi teſtis dixit ſe uidiſſe plures poſsidere, intelligitur de detentatione, & ſic ſentit plures in ſolidum detinere, & melius quàm hic licèt Iaſ. dicat quòd ibi malè loquatur.

137 Ex † quibus omnibus colligendo totam materiam conſtituas regulam, quòd duo non poſſunt in ſolidum poſsidere per iſtum tex. & leg. duo. infra de precario. quæ regula procedit in detentatione de qua loquitur ratio literæ.

Ampliatur procedere, & in poſſesſione naturali, per eandem rationem.

Secundò ampliatur procedere etiam in poſſesſione ciuili, ut hic per glo. magnam iuncta declaratione quam ſup. poſui.

Tertiò ampliatur proce[illegible]e etiam in pluribus creditoribus quibus res obligatur ut per Bar. in prima quæſtio.

Quartò ampliatur procedere etiam in quaſi poſſesſione iurium incorporalium, per diſtinctionem quam ego ſupra dedi poſt Bar.

Quintò ampliatur procedere etiam in detentatione iuris dicta l. ſi finita. §. cum autem plures. & leg. ex damni. §. final. ff. de damno infecto,

Sextò ampliatur procedere etiam quòd poſſesſiones differant qualitate, ut: quia una ſit iuſta, alia iniuſta per iſtum tex dummodo non tendant ad diuerſos fines,

Septimò ampliatur procedere in quaſi poſſesſione rerum in corporalium.

Limitatur primò non procedere: quando ſunt poſſesſiones diuerſæ ſpecie, ut una naturalis, & alia ciuilis ut hic in §. Sabinus. & per eam limitatur non procedere quando unus habet poſſesſionem corporis rei, & alter quaſi poſſeſſionem iurium, uel unus habet detentationem, & alter poſſesſionem, l. ſi colonus. infra eo. & l. ſi finita. §. non autem. §. ubi autem. ff. de damn. infect.

Secundò limitatur non procedere. quando poſſeſſiones tendunt ad diuerſos fines, per legem finalem. infra uti poſsidet. & in §. j. inſti. de uſu. & habitatio. quæ limitatio procedit in poſſesſionibus ciuilibus, & in pluribus poſſesſionibus naturalibus, & in pluribus quaſi poſſesſionibus, & in pluribus detentationibus, ut dictum fuit in omnibus præcedentibus quæſtionibus, dicuntur autem tendere ad diuerſos fines: quandò tendunt ad diuerſa iura conſequenda compatibilia in ſolidum in eadem re, ſiue ſint diuerſi generis, ſiue eiuſdem generis.

Tertiò limitatur non procedere quando lex diſponit ut plures in ſolidum poſsideãt, etiam reſpectu eiuſdem finis. quo caſu lex ſeruabitur: quia licèt uideatur diſponere impoſsibile ſeſecundum naturam: tamen intelligitur quòd tacitè inducat medium per quòd tollatur impoſsibilitas, ut fingendo quòd ſit una, & eadem perſona, lege in ſuis. ff. de lib. & poſthum. & in marito & uxore. §. primo. inſti. de patria poteſtate, & l. j. ff. rerum amo. Sed fingendo quòd tendant ad diuerſos fines, ut in multis ex præcedentibus caſibus quæ bene nota: quia non inuenies ita declarata, & hæc quantum ad materiam huius literæ.

Extra materiam doctor. hic inſiſtunt ſuper

138 una quæſtione † an emphyteuta poſsit facere emphyteutam ſine conſenſu domini uſufructuarium, & uſuarium, & idem quærunt de feudatario an poſsit ſubinfeudare, & conſtituere uſumfructum ſine conſenſu domini. Iaſ. hic chart. penul. inſiſtit commiſcendo multa, tu autem diſtinctè procedendo conſtituas quatuor caſus ſeparatos prout in effectu ſunt quatuor quæſtiones.

139 Primus † eſt ergo caſus quando feudatarius uult ſubinfeudare rem ſuam feudalem, & tunc facias concluſionem affirmatiuam quòd poteſt ſine conſenſu domini de iure communi. capit. primo. uerſi. uerò ſi totum. qualiter olim feudum alienari pote. & cap. primo. §. ſimiliter, & ibi Bal. de lege Corradi, & cap. primo. §. j. & ibi Bal. per quos fiat inueſtitura, & cap. Imperialem. §. callidis. ubi omnes notant de prohibit. feudi alienatio per Fridericum, Bal. in cap. primo colum. penul. multas concordantias allegans qui feudum dare poſſunt, quæ concluſio abſquè dubio procedit quando infeudat æquè idoneo, uel meliori, & dominus habeat ſuum ſeruitium integrum. Item procedit quando in feudat aliquam partem minorem de feudo. Sed ſi infeudaret totum feudum ſuum, uel ciuitatem principalem in qua eſt titulus feudi; & tunc diſtinguunt docto. in dicto cap. Imperialem, quòd tunc poteſt infeudare æquè idoneo tantum: quando infeudat ciuitatem principalem in qua eſt dignitas feudalis, uel totum feudum. ſed quando infeudat partem tantum, uel res particulares, & tunc poteſt, alio etiam non ita idoneo dummodo ſit amicabilis domino, & poſsit ſeruire infeudanti in aliquo, per quod facilius pręſtabit infeudans ſeruitium domino. Sed hæc ſubinfeudatio non durabit plus quã duret feudũ in infeudante, uel ſi eſt ex pacto, & prouidentia non durabit ultra ſuam uitam ſecundum Andræam in d. cap. j. per quos fiat inueſtitu. cum aliis concordantibus adductis per Alex. in conſi. 15. uiſis narratis in themate. col. pe. uol. 5. ubi dixit hanc eſſe communem opinionem, & hic latius per Iaſ. poſt Speculatorem in tit. de feudis. §. quoniam. uerſi. 38. dicens quare ſecus eſt in uenditione, & transfert omne utile dominium, ut per Andr. in cap. j. §. prætereà. nu. 9. uſquè ad finem de capitulis Corradi.

140 De iure † uerò huius Regni Neapolitani non poteſt feudatarius ſubinfeudare niſi res ſolitas infeudari quæ ad ipſum reuertuntur, & uulgariter appellantur excandentiæ, & tunc ſubinfeudatio durabit etiam perpetuò, alia autem non poteſt ſine conſenſu domini ut per And. in dicto cap. Imperialem, & latius per Afflictum, & Beneuentum ad quos me remitto: quia ibi eſt locus ſuus ubi plenè examinatur.

141 Secundus eſt caſus de emphyteuta † an poſſit facere alium emphyteutam ſine conſenſu domini? & in hoc datur contraria regula quòd non poteſt facere ſine conſenſu domini: quia non poteſt alienare lege finali. C. de iure emphyteuti. & alienationis uerbo de alie. emphyſis conceſſio, l. alienationis. ff. de uerbo. ſigni. & §. alienationem. in auctenti. de ale. & emphyteu. cap. nulli. de rebus eccleſiæ non alienand. & l. fi. C. de reb. alien. non alienand. & ità tenet Speculator & Ioannes And. in tit. de locato. §. nunc aliqua. uerſi. 125. ubi dixi quòd ita de conſuetudine ſeruatur, cum multis concordantib. allegatis per Iaſ. hic qui repræhendit glo. in §. adeo. inſti. locati. contrarium tenentem, & Ioannem Fabri ibi dicentem de conſuetudine ſeruari, quòd poteſt ſine conſenſu domini. ſed tamen opinio Ioannis Fabri poteſt procedere in Regno Franciæ ubi feuda ſunt redata ad inſtar allodialium, & poſſunt alienari ſine conſenſu domini. Vnde poſteà in emphyteuſim idem receptum eſt, & poſſemus dicere etiam hoc ſeruari in Regno Siciliæ in quo, & feuda ſine conſenſu domini alienari poſſunt in æquè idnuenm, per capitulum nolentes, & idem poſſet trahi ad emphyteuſim ſaltem priuatorũ: nam in eccleſiaſtica dictum cap. uolentes. non admitteretur, neque epiſcopi de iure communi poſſunt ſubinfeudare res non ſolitas ſubinfeudari: quia prohibentur magis ſtrictè alienare, d. cap. nulli de rebus ecc. non alienand.

142 Tertius caſus eſt † quando feudatarius uult conſtituere uſumfructum in re feudali, in quo uidetur dicendum quòd non poſſit per glo. ordinariam in l. prima. §. primo in uerbo alienationes: de cap. Corradi. quæ uoluit quòd feudatarius nullam ſeruitutem poteſt imponere ſine conſenſu domini in re feudali, & uſusfructus eſt ſeruitus, ut no. in rub. inſti. de uſufructu, quæ glo. eſt communiter approbata, ut per Alex. conſi. 118. attentis narratis. uol. 5. Sed tu dicas. Aut uult conſtituere uſumfructum in toto feudo ut ipſe nihil habeat, & non poterit: quia eſt præiudicium domini, cum non poterit amplius habere ſeruitium ab eo, ſi non habet fructus unde uiuat, uel faciat ſibi expenſas: arg. dictæ glo. cum ſua ratione. Si uerò uult conſtituere uſumfructum in aliqua re feudali, ualebit conceſſio: quia ipſe eſt dominus fructuum, & eos poteſt alienare tãquàm utilis dominus uel uel eſt melius tanquàm directus dominus per declarationem ſupra traditam, & probatur in diffinitione feudi in cap. primo. §. beneficium. in quibus cauſ. feud. amittatur, & durabit donec durat feudum in ſua perſona, & hæredum ſuorum, ſi eſt feudum hæreditarium, & ſi eſt ex pacto, & prouidentia non durabit ultra perſonam ſuam: quia ſolum in ſuum præiudicium poteſt imponere ſeruitutem, cap. primo. §. quid ergo. de inueſtitura de re alien. facta, quem ad hoc ibi no. Bal. & ſequitur hic Iaſ. Et quòd non tranſeat ad filios concedentis tenuit Andræas, in cap. primo. in principio. & ibi Aluaro. per quos fiat inueſtitura. ſed intellige ut dixi in feudo ex pacto, & prouidentiæ. obligabitur tamen ſemper perſonaliter ad intereſſe.

143 Quartus caſus eſt † quando emphyteuta uult conſtituere uſumfructum in re emphyteutica, & in hoc caſu etiam magis communis opinio eſt quòd poſſit, per dictam legem primam. §. in fundo. ubi Bal. quib. mod. feud. amittat. & dicta l. j. in fi. de ſuperficiebus. ubi non fit mentio. de conſenſu domini. Alex. hic, & in conſ. 120. ſuper eo qu[illegible] quæritur. In contrarium tamen allegatur: quia prohibitus alienare, prohibetur etiam uſumfructum conſtituere, l. fi. C. de reb. alien. non alienan. uerior eſt tamen opinio quòd poſſit: quia poteſt imponere ſeruitutem ſine conſenſu domini, glo. in l. iij. de ſeruit. tit. generali, & in d. capit. j. §. quid ergo. ubi Bal. de inueſtit. de re alien. facta, & ſequitur hic Iaſ. quod ego puto uerum: quia ipſe eſt dominus fructuum, & eos poteſt indiſtinctè alienare: unde ualebit conſtitutio uſque ad uitam emphyteutæ, uel hæredum ſuorum, apud quos remanere debet emphyteuſis. poſteà uerò non: quia non potuit præiudicare domino, ut dictũ fuit in feudatario, & facit: quia uſusfructuarius poteſt ſine conſenſu domini proprietarij uendere fructus ad uitam ſuam non dando ius. §. finitur. inſti. de uſufructu, & quia uaſallus po-
144 teſt † alienare fructus. cap. primo. §. donare. ubi Bal. qualiter olim feud. alienare poterat. Itẽ feudum locare poteſt non translato dominio, & ad longum tempus, Bal. in l. codicilli. §. inſti. ff. de lega. ij. cap. j. §. aut ſi libellario. quib. modis feud. amitta. Zaſius in tracta. feudo. in tit. de alienatio. feudi. cæterum, & uerſi. amplia ſeptimò. & omnimodo concedere fructus ſine tranſlatione iuris feudalis, quæ adde præcedenti caſu. intellige tamen hanc concluſionem: quando res etiam non eſt ſolita concedi, ſed ſi eſſet ſolita concedi, indiſtinctè poſſet ſine conſenſu domini, per glo. in dicto. §. adeò. inſti. locati. & hæc ſufficiant.

Ioannes Bolognetus Salerni legens die 18. Ianuarii. 1563. in nouem lectionibus.

Summaria in l. naturaliter. §. nihil commune. ff. de ac quir. poſſeßione.

1 IN hoc §. tractatur quomodo interdictum retinenda concurrat cum rei uendicatione, ſed docto. addunt totam materiam poſſeſſorii, & petitorij.

2 Tempore leg. xij. tabularum nullum erat traditum ſpeciale remedium pro poſſeſsione.

3 Prætores ex officio pro quiete populi, cæperunt interponere auctoritatem ſuam in controuerſia poſſesſionis.

4 Inde inuenta ſuere interdicta poſſeſſoria iudicialiter conſtituta inter litigantes.

5 Interdicta iudicialia per ſeptingentos annos ſeruata ſuere in ciuitate Romana.

6 Edictum perpetuum confectum fuit à Saluio Iuliano tempore Hadriani.

7 Interdicta per Saluium Iulianum translata fuere in edicta perpetua.

8 Poſt edicta perpetuata cæpit cauſa poſſeßionis per actiones legales ab eis deſcendentes exerceri.

9 Popularis uiſa fuit cauſa poſſeßionis, ut penè cauſa poſſeßionis ſucceſſiuo tempore neglecta fuerit.

10 Remedia quoquè poſſeſſoria omni iure ciuili prætorio & canonico aucta, & multiplicata fuere ultra quadraginta.

11 Omnia remedia poſſeßoria ſub nomine trium interterdictorum, adipiſcendæ, retinendæ, & recuperandæ continentur.

12 Interdictum quorum bonorum quale ſit, & quibus competat.

13 Interdictum quorum legatorum quale ſit, & quibus competat.

14 Interdictum Saluianum quale ſit, & quibus, & de quibus competat.

15 Edictum Carbonianum quale ſit, & quibus competat.

16 Edictum de uentre in poßeſſione mittendo quale ſit, Et quibus competat.

17 Remedium l.fi.& de edicto diui Hadr. tollend. quale ſit, & quibus competat.

18 Remedium adipiſcendæ poßeßionis de iure canonico inductum quale ſit, & quibus competat.

19 Remedia recuperandæ dantur illis, qui poßeßione quæſita priuati fuere.

20 Interdictum de ui, & ui armata quale ſit, & quibus competat.

21 Edictum ui bonorum raptorum quale ſit, & quibus competat.

22 Remedia l. extat, & quod metus cauſa quale ſit, & quibus competant.

23 Remedium l. ſi quis in tantam, & unde ui quale ſit, & cui competat.

24 Remedium legis meminerint. C. unde ui, quale ſit, ſi quibus competat.

25 Remedium l. cum quærebatur. C. unde ui quale & quibus competat.

26 Remedium l. fi. C. de acqui. poß. quale ſit, & quibus competat.

27 Remedium l. ſi quis conductionis, & l. conductoris, C. locati quale ſit, & quibus competat.

28 Remedium l. 1. C. ſi per uim, uel alio modo quale ſit, & cui comqetat.

29 Remedium l. ſi coloni. C. de agrico. & conſil. quale ſit, & cui competat.

30 Remedium leg. quoniam multa facinora. C. ad leg. Iul. de ui quale ſit, & quibus competat.

31 Remedium l. fi. ff. de rei uendica. quale ſit, & cui competat.

32 Officium iudicis quando in cauſa poßeſſionis concedatur.

33 Condictio triticaria quibus competat.

34 Interdictum quòd ui aut clam, poteſt dici remedium poßeßorium.

35 Remedium cap. ſæpe. de reſtitutio. ſpoliato. quale ſit, & cui competat.

36 Remedium cap. accedens. extra ut ſic. non conteſta. quale ſit, & cui competat.

37 Remedium canonis reingrandæ. tertia quæſtione. 1. quale ſit.

38 Titulus. ff. quod metus cauſa potuit eße remedium poßeßorium.

39 Statuta quoquè, & ſua remedia introducunt.

40 Qualia debeant eße euidentialia, & primæ inſpectiones declaratur.

41 Prædicta omnia remedia ſub uno nomine interdicti recuperandæ continentur.

42 Interdictum uti posſidetis quale ſit, & cui competat.

43 Interdictum uti poßid. utile quale ſit, & cui competat, & quot effectus producat.

44 Interdictum utrobi quale ſit, & cui competat.

45 Interdictum de itinere actuquè priuato quale ſit, & cui competat.

46 Interdictum de aqua quotidiana. & æſtiua quale ſit, & cui competat.

47 Interdictum ne uis fiat ei, quale ſit, & cui competat.

48 Remedium conſeruandæ poßeßionis quale ſit, & cui competat.

49 Interdicta habentia annexam cauſam proprietatis quæ ſint; & cui competant.

50 Cauſa poßeßionis licèt tempore legis xij. tabul. eſſet neglecta: tamen hodie eſt dotata ultra 40. remedijs.

51 Remedia cauſæ proprietatis quæ ſunt, & cui competant uendicare quid ſit.

52 Omnes actiones in rem ſunt remedia cauſæ proprietatis, uel petitorij tam uniuerſalis quàm ſingularis, & referuntur.

53 Actiones perſonales non cauſam proprietatis.

54 In cauſa proprietatis eſt opus quòd res ſit apud reum conuentum, uel ſaltem aliqua poſſeſſio.

55 In quatuor caſibus rei uendicatio datur contra non poßidentem.

55 Detentatio uel poßeſſio aliqua ſufficit quòd ſit penes

conuentum rei uendicatione.

57 Remedia poſſeſſoria ſunt perſonalia, & in rem ſcripta, & petitoria in rem tantum.

58 Cauſa poſſeſſionis & proprietatis in quibus differant, & referuntur quindecim differentiæ.

59 Cauſæ poſſeſſionis & proprietatis in quibus conueniant ſiue connexæ ſint.

Summaria ſuper ſecunda prævia inſpectione.

59 Quo ordine cauſa poſſeſſionis, & proprietatis uentiletur, inquiritur.

60 Decem ſunt leges decidentes poſſeſſorium debere præcedere petitorium.

61 Octo ſunt iura probantia poſſeſſorium poſſe ſequi petitorium.

62 Tres referuntur opiniones quo ordine uentilari poſſint petitorium, & poſſeſſorium.

63 Poſſeſſorium retinendæ prohibetur cumulari cum petitorio ſecundum antiquos.

64 Iſte §. ſecundum communiter doct. reſtringitur ad caſus particulares faciendo fallentiam de eo.

65 Sex modos reſtringendi tex. poſuit hic glo. facientes ſex modos intelligendi tex. pro fallentia, & caſu ſpeciali ad regulam qui referuntur.

66 Sex intellectus glo. reprobantur: quia reſtringunt; & uiolant text. & oportet etiam in quolibet ſubaudire uerba ad tex.

67 Septimum addunt intellectum Alex. & communiter doct. qui ſimiliter eſt uiolatiuus.

68 Octauum tradidit Coraſius intellectum, qui extraneus eſt, & uiolatiuus.

69 Nonum tradidit intellectum Tornielus, & Ruy. qui ſimiliter eſt uiolatiuus.

70 Decimum tradidit intellectum Fabius Acorumbonus qui ſimiliter eſt uiolatiuus.

71 Nullus ex dictis decem intellectibus conuenit legi Vlpiani.

72 Nouiter legitur per Auctorem duobus modis, uno modo ut iacet quòd nullum uerbum ponatur de concurſu petitorij, & poſſeſſorij.

73 Iſtum intellectum ante oculos habuerunt omnes doct. & non uiderunt.

74 Doct. ſomniauerunt contrarium unum indueì per iſtum tex. & ſomniantes illum uiolauerunt.

75 Contrarium chimeregiatum per doct. fecit eos ſpeculando inuenire decem caſus in quibus concurſus admittitur.

76 Inde decreta fuit ueritas quòd iſte tex. ponit regulam generalem permiſſiuam concurſus.

77 Secundus eſt ſenſus Vlpiani, ut decidat poſſeſſorium retinendæ, & petitorium poſſe generaliter concurrere.

78 Verba in hac lectura quòd diſponatur de concurſu, licèt ſubaudiantur ad oculum corporis: tamen ad mentem Vlpiani includuntur.

79 Verbum non denegatur, includit conceſſionem, & competentiam actionis, & poteſtatis ad libitum intentandi poſſeſſorium poſt petitorium.

80 Intellectus ad cap. paſtoralis. uerſi ſaluis alijs. de cauſa poſſeſſio. & proprieta. traditur.

81 Deciſio igitur generalis eſt, quòd concurſus petitorij, & poſſeſſorij retinendæ in principio, medio, & in fine cumulatiuè, ſuſpenſiuè, & ſucceſſiuè permittitur.

82 Decem intellectus doct. conſtituunt decem alias leges creatas in hac materia, ut duodecim reperiantur leges.

Summaria ſuper tertia prævia inſpectione.

83 Tria ſunt principalia dicta in hoc §. in quibus plures ſunt difficultates circa intellectum literæ quã uerba.

84 Poſſeſſio quid ſit, & unde dicatur, remiſſiuè ponitur.

85 Proprietas quid ſit, ſecundum communem opinionem refertur cum iuribus contrarijs.

86 Proprietas ſecundum ueram opinionem eſt res ipſa unita cum ſuis qualitatibus, & ſeparata ab aliquo iure ſuo de quo agitur.

87 Proprietas in materia noſtra eſt res ipſa unita cum dominio, & alijs iuribus, ſeparata à poſſeſſione.

88 Poſſeſſio, & proprietas differunt ſicut equus, & bos, fundus, & domus.

89 Interdictum hic capitur pro actione in factum ex interdicto edictali proueniens.

90 Sub nomine uti poſſidet. continentur omnia remedia conſeruandæ poſſeſſionis.

91 Verbum non denegatur, habet duplicem ſenſum, unum ſimplicem, id eſt, non amittitur alium duplicem ut implicet poteſtatem intentandi ad libitũ

92 Verbum uendicare, quid ſignificet.

93 Verbum capit ſuppletur per uerbum uendicauit, & denotat principium, medium, & finem petitorij.

94 Ratio quòd renunciando poſſeſſioni uidetur renunciare poſſeſſorio, rectè concludit.

95 Intentans petitorium an uideatur renunciare poſſeſſorio, rationes multæ referuntur.

96 Per decem intellectus doct. cognitum fuit regulariter poſſeſſorium, & petitorium retinendæ poſſe concurrere omni modo.

97 Verbum uendicauit, iunctum cum uerbo cæpit, ſuppletur, & denatat omnia tẽpora, & omnes modos.

98 In libello contingunt quatuor qualitates declaratio, emendatio, mutatio, & cumulatio.

99 Cumulatio eſt duplex, propria, & impropria, quæ appellatur concurſus.

100 Sex ſunt regulæ impeditiuæ cumulationis, quæ in petitorio, & poſſeſſorio militare uidentur.

101 Prima regula impeditiua cumulationis fundata in ordine refertur.

102 Secunda regula impeditiua cumulationis fundata in electione refertur.

103 Tertia regula impeditiua cumulationis fundata in contrarietate refertur.

104 Quarta regula impeditiua cumulationis fundata in obſolutoria refertur.

105 Quinta regula impeditiua cumulationis fundata in condemnatoria refertur.

106 Sexta regula impeditiua cumulationis fundata in duplicitate refertur.

107 *Per quas regulas uidetur omninò deſtrui deciſio iſtius tex.& confirmari opinio Mar in d.l. ſi ui.*

108 *Docto.uolentes remouere obiectionem iſtius tex.conati fuere illum reſtringere ad caſus particulares, ut de eo faceret limitationem.*

109 *Primus eſt intellectus reſtrictiuus quòd hic non eſt cumulatio: ſed quòd finito petitorio uictus poſt ſententiam intentauit poſſeſſorium.*

110 *Secundus eſt intellectus reſtrictiuus quòd hic non eſt cumulatio: ſed quòd actor renuntiauit petitorio, & poſteà intentauit poſſeſſorium.*

111 *Tertius eſt intellectus quòd hic non fuit cumulatio, ſed quòd ignorans ſe poſſidere intentauit petitorium, & poſteà ſcienter intentando poſſeſſorium propter contrarietatem uidetur renuntiare petitorio.*

112 *Quartus eſt intellectus quòd poſſit fieri cumulatio præſupponens quòd intentans petitorium ignorabat ſe poſſidere, uel poſſidebat per alium.*

113 *Quintus eſt intellectus quòd quando intentauit petitorium non poſſidebat: ſed quòd poſteà quæſita poſſeſſione pro ea intentauit poſſeſſorium.*

114 *Sextus eſt intellectus quòd agens intentauit petitorium, & poſſeſſorium pro alia poſſeſſione, & ſic egit diuerſis reſpectibus.*

115 *Septimus eſt intellectus quòd agens intentauit petitorium, & poſſeſſorium ſimpliciter, id eſt, nulla expreſſa poſſeſſione.*

116 *Octauus eſt intellectus quòd poſt intentatum petitorium actor ante litis conteſtationem intentauit poſſeſſorium mutando actionem.*

117 *Nonus eſt intellectus quòd decidatur cumulationem petitorij, & poſſeſſorij admitti ante litis conteſtationem, & non poſteà.*

118 *In tota materia cumulationis prohibitio procedit etiam ante litis conteſtationem.*

119 *Decimus eſt intellectus quòd hic non permittatur cumulatio; ſed quòd intentando poſſeſſorium ſuſpendit poſſeſſorium.*

120 *Vndecimus eſt intellectus quòd hic nihil dicatur de cumulatione: ſed ſolùm decidatur quòd per petitorium non eſt ſublatum poſſeſſorium.*

121 *Verbum non denegatur, de ſtricta ſignificatione exponitur, id eſt, non amittit, ſeu non priuatur.*

122 *Verbum non denegatur, ne ſit inutile, intelligitur quantum ad exiſtentiam interdicti, & quantum ad potentiam liberè intentandi.*

123 *Regulæ impeditiuæ cumulationis tantummodo habent locum quando petitorium, & poſſeſſorium pro eadem poſſeſſione expræſſa intentantur.*

124 *Cum generalis deciſio permiſſiua cumulationis ſit uera, omnes quoquè intellectus ſingulari caſu permittentes cumulationem ueri erunt.*

125 *Duodecimus eſt igitur intellectus conſtituens legem Vlpiani, quòd generaliter permittitur cumulatio propter uerba in uno quoquè dicto generalia.*

126 *Prima lex Vlpiani nihil decidens de cumulatione refertur.*

127 *Secunda lex Vlpiani decidens generaliter quòd cumulatio permittatur refertur.*

128 *Tertia lex eſt prima creata à docto. refertur.*

129 *Quarta lex, quæ eſt ſecunda creata à doctoribus refertur.*

130 *Quinta lex, quæ eſt tertia à doctoribus creata refertur.*

131 *Sexta lex, quæ eſt quarta à doctoribus creata refertur.*

132 *Septima lex, quæ eſt quinta à doctoribus creata refertur.*

133 *Octaua lex, quæ eſt ſexta à doctoribus creata refertur.*

134 *Nona lex, quæ eſt ſeptima à doctoribus creata refertur.*

135 *Decima lex, quæ eſt octaua à doctoribus creata refertur.*

136 *Vndecima lex, quæ eſt nona à doctoribus creata refertur.*

137 *Duodecima lex, quæ eſt decima à doctoribus creata refertur.*

138 *Per quas leges creatas aucta eſt ualde materia huius. § ut nulla lex plenius ſuos caſus contingentes explicet.*

In l. naturaliter. §. nihil commune. ff. de acquiren. poſſeſſio.

1 FAmoſus ſualde, & difficilis reputatur. §. iſte & in practica allegabilis, in quo tractatur quomodo interdictum retinēdę poſſeſſionis poſſeſſionis poſſit concurrere cum rei uendicatione. Sed quia deciſio eius eſt ualde dubia, & recipit multa contraria, pro quorum ſolutione fuit neceſſarium gloſſ. & doc. commiſcere materiam aliorum interdictorum. Ideò ſumpta occaſione, ipſi totam materiam petitorii, & poſſeſſorii generaliter tractauerunt, ac quomodo, & quando poſſeſſorium tā adipiſcendæ recuperandæ, quàm etiam retinendæ, & petitorium in judiciis ab eodem, & à con litigantibus in principio, medio, & in fine, ſucceſſiuè, ſuſpenſiuè, ac cumulatiuè proponi poſſint declarauerūt, cuius ampliſſimę materiæ cognitio ualdè utilis eſt, & quotidiana, & lucroſa, tum propter infinitarum quęſtionū in practica contingentium reſolutionē, tum etiam quia propter eam aduocati lites propter imperitiā deperditas, reſtaurare docentur, ac uel in longum trahere, uel longas accelerare poſſe nouum remedium proponendo, uel propoſitum ſuſpendendo admonentur, adaptatur autem ad materiam rubr. & tituli in omni parte: quoniam interdictum retinere habet, & ipſum ius recuperandi poſſeſſionem amiſſam, quo caſu conuenit primæ parti rubricæ de acqui. poſſeſ. atq; etiam habet ius conſeruandi, & retinendi poſſeſſionē adeptam, propter quod cōuenit alię

parti rubricæ de retinenda, uel non amittenda poſſeſſione.

Veruntamen: quia hic de cauſa poſſeſſionis per poſſeſſoria remedia uentilanda, & de cauſa proprietaris per poſſeſſoria remedia agitanda generaliter tractatur, quæ uariæ diuerſa, & ſæpe contrariæ naturæ reperiuntur, ut inuolutiones magnas ac æquiuocationes adiſcentibus parere ſoleant ad eas euitandas, & certam terminorum cognitionem conſequendam, aliqua pro præuia inſpectione præmittenda eſſe cenſui, præter omnium interpretum tam antiquorum mo. quàm recentiorum ordinem traditum, qui multa non neceſſaria pro præmiſſis diſputauerunt, & pleraq; uniuerſalia ac generalia per trã ſiuerunt ſilentio, cognitionem prſtantia. & aditum ad aperiendas difficultates præſtãtia. Ideò ego omiſſis eorum dictis, primò uidendum eſt de origine, & cauſa introducendi remedia poſſeſoria, quo tempore, & quare introducta fuere, & quæ, & quot ſint de ea remedia, ac quę ſint remedia petitorii, & in quo differant, & cõueniãt.

Prima præuia inſpectio.

2 Sciendum † eſt igitur tempore legis xij. tab. cauſam poſſeſſionis, tam uilem, & neglectã fuiſſe, & propè incognitam, ut nullũ ſpeciale remedium pro ea introductum fuerit. qui enim nolebat rem quam prætendebat retineri ab aduerſario, oportebat cogitare an haberet aliquã actionem ex contractu ſibi quæſitam, ut ſi forſan præceſſiſſet contractus comodari, depoſiti, locati, uel alius ſimilis, uel ſi forſan perueniſſet ad aliũ finem cauſa, an ſibi competeret condictio triticaria, uel condictio indebiti, uel alia ſimilis, iuxta no. per Bar. in l. indebiti. §. ſi nummi. ff. de condictio indebiti. quæ remedia nec etiam ſub nomine poſſeſſionis competebant: ſed ſub nomine reſtitutionis rei. eis autem deficientibus quæ plerunquè deficiebant, nullum aliud remedium competebat ei ad conſequendam rẽ ſuam, niſi intentare rei uendicationem, quæ datur contra quemlibet poſſidentem, uel detinentem. l. officium. ff. de rei uendication. in qua actione ipſe conuentus remanebat perpetuò in poſſeſſione, donec finita eſſet lis lege inter litigantes. ff. de iud. & l. is qui deſtinauit. ff. de rei uendicatio. & erat neceſſarium quòd ipſe probaret per ueras probationes ſe eſſe dominum, ſiue iuſtè, ſiue iniuſtè ille detineret, & eo non probante, reus abſoluebatur, leg. res alienas. C. de rei uendicatione. & §. commodum. inſti. de interdictis, & lege qui accuſare. C. de edend. & cum dominium difficillimæ eſſet probationis, ut no. in. §. primo inſti. de actio. eueniebat ſæpiſſimè quòd uerus dominus amittebat iniquè rem ſuam, eo deficiente in probationibus. qua de cauſa homines cognoſcentes quantæ eſſet utilitatis poſſidereres, & quantum commodum tribuebat, dicto. §. commodum. inſti. de interdictis, cæperunt dolo, fraude, uel quolibet quæſito colore, & quomodocunquè poſſent, procurare ut antequàm inciperent litigare ipſarum rerũ prius poſſeſſionem haberent, ut ab onore probandi ſe liberarent. Hinc iurgia, clamores, tumultus, iniuriæ, uulnera, homicidia, rapinæ, uiolentiæ, perueniebant, quæ litigantes ipſos perpetuò fatigabant, & quietem populi auferebant, & ſtatum reipublicæ diminuebant, lege ſi quis in genu. §. in ciuilibus. infra de cap. & poſtlim. reu.

3 Quapropter † prætores pro tempore exiſtentes, habentes æquitatem præoculis. iux. l. quod ſi Epheſi. ff. de eo quod certo loco. & habentes curam ne fiant tumultus iux. l. æquiſſimum. ff. de uſufructu uolentes prædictis inconuenientiis ꝓuidere, cæperunt officium ſuum & auctoritatẽ interponere, confiſi de illis uerbis xij. tab. iuris ciuilis cuſtos eſto, & omnes ei parento, unde cum uiderent controuerſias eſſe de poſſeſſione, capiebant informationem de qualitate eiuſdẽ, & ſi quidem contendebant ſe inuicem poſſidere, prætor interponebat decretum ſuum uti poſſid. tempore litis cõteſtatæ, ita poſſideatis, & ſi erat controuerſia de poſſeſſione uiolenter accepta ſeu de ſpolio capta informatione interponebant decretum unde ui deieciſti eum reſtituas. & ſi erat controuerſia quòd unuſquiſquè prætenderet ſibi tradendam eſſe poſſeſſionem antequàm litigaret, capta informatione, interponebat decretum quorum bonor. decretalem bonor. poſſeſſionem accepiſti eorundem actualem poſſeſſionem habeto. de quibus decretis habetur in §. retinendæ. & in §. adipiſcendæ. & inſ.
4 recuperandæ † quæ decreta erant ſententiæ interlocutoriæ inter ipſas partes prolatæ, & erant quædam conceptiones cum ſolennitate compoſitæ, in quibus aliquid fieri uel obſeruari inter partes mandabat, & appellabantur interdicta, quaſi inter duos dicta: quia inter litigantes tantum proferebantur, & inter eos ſolos ſeruabantur, & ſi aliquis controuerſiæ inter alios uertebantur, erat opus noua informatione, & nouis decretis ac dicebantur, ut placebat Alcia. interdicta quaſi interim dicta, ex eo: quia proferebantur inter partes, ut non perpetuò ſeruarentur: ſed tantummodo donec cognoſceretur de cauſa principali, in qua lata diffinitiua ſententia imponebatur perpetuum ſilentium controuerſiis, & ille obtinebat rem perpetuò cum poſſeſſione, qui potiora iura haberet, & cum iſte modus apparuiſſet multum utilis, & popularis ad exemplum poſſeſſionis, ſi aliquæ aliæ ſimiles controuerſię inſurgebant, ſimiliter cęperunt interponere auctoritatem ſuam, & decreta interponebant, uel exhibitoria, uel reſtitutoria, ut declarat. tex. inſti. de interdict. §. primo. & tantus cumulus interdictorum ſucceſſiuè introductus fuit, ut & liber magnus de eis introductus fuerit quorum utiliorem partem habemus narratam. infra in titulo de interdict.

5 Vnde † apparet quòd prima origo introducendi cauſam poſſeſſionis introducta fuit ſine lege: ſed ſolum ex arbitraria uoluntate prætorum propter utilitatem conſtituta fuit, & his modis agendi uſa fuit res publica Roma. per ſeptiogentos annos uſquè ad tempora Hadria.

6 Quo tempore reperiebatur † Saluius Iulian. optimus Iuriſconſultus, qui conſiderans quòd prætores diſpoſitiones multas, & prope infinita edicta utiliſſima ediderant: tamen non ſemper ſeruabantur: quia finiebãtur anno ſimul cũ officio prætoris, ut inſti. de perpetuis, & temporalibus actionib. in princ. & l. io honorariis. de actio. & obligatio. & erat neceſſarium q ſequẽs prætor ea præponeret ut obſeruarentur, & aliquando contingebat quòd prætores inuidi nolebant ea proponere ut eſſet neceſſarium ſeruare legem xij. tab. & alias antiquas leges defectiuas, atquè ita ius inſtabile efficiebatur, & mutabilis modus iudicandi cum magno incommodo ſubditorum. propterea ipſe uolens prouidere his difficultatibus, recolegit omnia edicta utilia habentia cauſam perpetuam, & ea ſcripſit in uno libro, & poſteà ipſe factus prætor omnia illa propoſuit, & procurauit, ut Hadria. Imperator daret eis uitam perpetuam, ut tanquã leges perpetuò ſeruarentur ut habetur io l. ij. ſ. ſed cum diuinæ. C. de uet. iur. enuclean. & ita effectum fuit edictum perpetuum, de quo habetur in l. ij. ff. de ſtatu hominum, & in l. edicta. C. de edendo. dedit tamen uitam eum qualitate q eſſent iura prætoria, & non ciuilia, & remanerent cum ſua natura. iuxta. ſ. quos autem. inſti. de bonorum poſſeſſio. & l. in neceſſariis. ff. de acquir. hæredita. & dixi latè in rubr. ubi eſt locus ſuus. C. qui admitti. & retuli in l. j. ſup. de no. ope. nunc.

7 Rurſus cum † idem Saluius Iulianus uidiſſet librum interdictorum, quorum multa dabebãt rationem perpetuam, uolens etiam ampliare ius prætorium, ſcripſit utiliora interdicta in eodem libro, & eadem tãquàm prætor propoſuit, & auctoritate prætoris uoluit quòd haberent uitam perpetuam, & ſeruarentur tanquàm leges, hinc euenit quòd licèt prius eſſent ſimplicia decreta, & requirerent officium iudicis inceperunt eſſe edicta perpetua cum natura iuris prætorii ſicut cætera edicta. Item prius ſeruarentur inter duos tantummodo litigantes, & inter eos obſeruarentur ſicut cæteræ ſententiæ interlocutoriæ cæperunt obſeruari à toto populo, atq; ligare totum populum ſicut cætera edicta, & cũ regulariter ex edictis naſceretur actio in factum ita ex eiſdem cæpit naſci actio in factum à lege producta, quæ intentaretur poſteà à litigantibus abſquè aliqua decreti interpoſitione, & appellatæ fuere actiones extraordinariæ, retinuerunt tamen nomen interdictorum habito reſpectu ad originem ſuam, & ut actiones iſtæ ſepararentur ab aliis actionibus edictorum, ut inſti. de interdictis. ſ. finali, & infra in rubrica de interdict. & extraordinaria actio. & dicuntur eſſe actiones perſonales in reos ſcriptæ, ut habetur io leg. iij. in fin. infra

8 de ioterdictis † quòd factum fuit quòd, & cauſa poſſeſſionis haberet, & ſua remedia legalia, & actiones iuris ſicut cæteræ controuerſiæ, & principaliter tribus modis intentabantur: quia aut petebatur poſſeſſio noua ſibi dari, & appellabatur actio ad adipiſcendam poſſeſſionem competens, & ſi quis uolebat poſſeſſionem iniuſtè amiſſam recuperare, competebat actio ex interdicto recuperandæ, & ſi uolebat poſſeſſionem ſuam conſeruare competebat ſibi actio ex interdicto retinere, quas omnes actiones adlibitum poterat intentare, & cauſam poſſeſſionis ſuis propriis remediis agitare.

9 Quibus † interdictis, & extraordinariis actionibus introductis, cæperunt homines paſſim cauſam poſſeſſionis agitare penè negligentes cauſam petitorii, habentes admonitionem Iuriſconſulti in lege is qui deſtinauit. ff. de rei uendication quòd litigaturus ante omnia deberet inquirere an ſibi competeret aliquòd interdictum pro conſequenda poſſeſſione: quia ualde commodum eſt poſſidere, & cum pro tempore in dies magis frequentarentur huiuſmodi lites poſſeſſionis apparuit ex uſo, quòd licèt remedia fuerint bona: tamen pauca erant, & imperfecta, & propterea ſuppleta fuere per alia edicta prætoria, & ultra prætores fuere ſuppleta per conſtitutiones

10 imperiales † ut tantus fauor de hac poſſeſſionis lite inualuerit, ut ultra illa à prætoribus antiquis inuenta, multa etiam alia à nouis legibus, & conſtitutionibus imperialibus inſtituta fuere, ut ſucceſſiuè etiam à pontificalibus canonicas aucta; ut per quadraginta, & ultra remedia cauſa poſſeſſionis incæperit agitari ut longè plura competerent, quàm

11 pro cauſa proprietatis. † Tantus tamen numerus remediorum reducitur ad tria genera nominata in illis primis interdictis prætoriis: nam licèt plura dentur remedia pro adipiſcenda poſſeſſione, omnia tamen continentur ſub hoc nomine interdicti adipiſcendæ poſſeſſionis, & licèt multa fuerint inducta pro recuperanda poſſeſſione: tamen continentur ſub illo antiquo nomine interdicti recuperandæ, & licèt plura fuerint introducta pro conſeruanda poſſeſſione: tamen omnia continentur ſub illo antiquo nomine interdicti retinendæ poſſeſſionis, de quibus tribus tantummodo infra in materia faciemus mentionem, intelligentes idem, & de omnibus aliis.

Sed tamen ut de eis iuuenes particulariter habeant cognitionem placuit una uice hic ea enumerare. Pro adipiſcenda igitur poſſeſſione fere introducta ſeptem principalia remedia.

4 † Primò interdictum quorum bonor. quòd

fuit introductum à prætore ex urgenti cauſa cum etenim uoluiſſet bonorum poſſeſſores conſequi poſſe hæreditatem contra formam iuris ciuilis., ut babetur inſti. de bonorum poſſeſſionibus per totum, ſæpiſſimè naſcebantur controuerſiæ, cum ſuccedentes de iure ciuili propter auctoritatem legis duodecim tabularum appræhenderēt ſibi poſſeſſionem rerum hæredi tariarum, & totius hæreditatis, & ità bonorum poſſeſſor remanebat deluſus, ideò prætores introduxerunt quòd qui haberet bonorum poſſeſſionem edictalem, & poſteà decretalem, iuxta l. iij. §. bonorum. ff. de bonorum poſſeſſio. & l. j. §. decretalis. de ſucceſſorio edicto, per interdictum quorum bonorum cōſequeretur poſſeſſionem omnium bonorum hæreditatis. propter quam cauſam antiquitus cum decreto dabant illam bonorum poſſeſſionem, & hodie per actionem ex illo edicto peruenientem bonorū poſſeſſores eam conſequuntur, de quo babetur in l. j. & per totum ff. quorum bono. & directum datur bonorum poſſeſſori, ſed etiam extenſum fuit ad hæredem ciuilem ſi litigaret cum aliis prætendentibus ius de iure ciuili, ita quòd directum datur bonor. poſſeſſori, & utile hæredi, & in eo ſufficiebat oſtendere ꝙ habuiſſet decretalem bonor. poſſeſſionem, & hodie ſufficit oſtendere ꝙ agnouit bono. poſſeſſionē. l. fi. C. qui admitti. & appellatiua fuit adipiſcendæ poſſeſſionis: quia poſſeſſionem quàm nunquàm habuit conſequitur.

13 Secundò fuit introductum edictum † quorū legatorum ex eadem cauſa: quoniam cū bonorū poſſeſſores uocarentur à prætore hæredes ciuiles, ipſi pro arbitrio ſoluebant legata, & aliquando etiam ipſi propria auctoritate accipiebant res legatas, ꝙ erat damnoſum ex duobus. Primò: quia multa legata per bono. poſſeſſionē contra tabulas uitiantur, l. j. & l. filium. ff. de leg. præſtand. Secundò: quia legatarii debent accipere legata de manu hæredis, ut inſti. de leg. §. j. properea prætor introduxit hoc interdictum quorum legatorum, in quo uoluit quòd bonorum poſſeſſores ipſi adipiſcerentur poſſeſſionē totius hæreditatis, & omnium rerū legatarū ut de manu ipſius acciperent, & retinerēt Falcid. ſi opus eſſet leg. j. & per totum. & §. ſi quis. ff. quo. legator. & ſi eſſet lis de ualiditate legati ſtaret in poſſeſſione donec diſcuteretur ꝙ interdictū conceſſum fuit bonorū poſſeſſori, ſed poſteà ex æquitate extenſum fuit ad hæredē ciuilem, ita quòd bonorum poſſeſſori competit directum, & hæredi utile, l. j. §. hoc interdictum. ff. quor. legato. & eſt poſſeſſorium adipiſcendæ: quia hæredes conſequuntur poſſeſſionem rerum quam nunquam habuerunt.

14 Tertium † introductum fuit interdictum Saluianū, qđ conceſſum fuit creditorib. qui res obligatas conſequi uelint, uel ex conuentione, uel ex lege, & præcipuè pro conducentibus domos, uel prædia ad affictum, quo caſu omnia bona inuecta, & illata ſunt tacitè obligata, l. itē: quia. ff. de pact. ſecundum leges cōpetit eis actio ſeruiana, & quaſi ſeruiana, quæ ſunt actiones in rē, & io eis eſt opus probare res inuectas pertinere ad conductores iure dominii. §. item ſeruiana. cum materia inſti. de actio. ſed quia hoc erat difficile, & protelabantur lites hac de cauſa properea interdictum fuit hoc Saluianum interdictum, quo diſpoſitum fuit ut creditor poſſit capere poſſeſſionem rerum inuectarum, & illatarū, probando hoc ſolum ꝙ poſſidebantur tempore quo inuecta fuere, & illata, & interim ſtaret in poſſeſſione donec diſcuteretur de ueritate debiti, & de dominio rerum, de quo habetur in dicto. §. item ſeruiana. in fi. & l. j. §. j. ff. de Saluia. interdicto. & dicitur adipiſcendæ poſſeſſionis: quia creditor conſequitur poſſeſſionem rerum quam nunquàm habuit, & Salerni practicatur ꝙ habita licentia à iudice clau datur oſtium domus, & interim poſſideat omnia bona pro celeri ſatisfactione penſionis, & poſteà fuit extenſum ad omnes creditores quibus bona fuere obligata, & contra conſtituentes ſe precario nomine creditoris poſſidere, & uulgariter appellatur aſſiſtentia ut dixi in leg. quod meo. inf. eo. & per Tiraquell. in ſuo tracta. de conſti.

15 Quartum † quoquè remedium adipiſcendæ poſſeſſionis inductum fuit per edictum carbonianum quod maxima æquitate factum fuit: nam ſæpe contingere ſolebat quòd parentes inſtituebant filios infantes uel pupillos, & agnati potentes dicebant illos inſtitutos nō eſſe filios teſtatoris, & ita ingrediebantur poſſeſſionem hæreditatis, & cum ipſi non haberent defenſores remanebant deluſi. unde introductum fuit per illud edictum quòd ſumpta ſummaria cognitione quòd habebantur pro filiis in uicinia daretur eis poſſeſſio omnium bonorum hæreditatis, in qua ſtarent donec eſſet finita lis filiationis, l. j. ff. de Carboni. edicto. & erat in arbitrio pueri, & eorum tutoris differre quæſtionem de filiatione uſquè ad tempora pubertatis, l. j. §. duo ſunt cauſæ. & §. miſſum. ff. de Carbonia. edicto. l. de bonis. §. fi. eo. tit. & dicitur poſſeſſorium adipiſcendæ: quia conſequitur pupillus poſſeſſionem bonor. quam nunquàm habuit, cui eſt annexum aliud remedium conſeruandi eum in poſſeſſione, de quo Bar. in d. §. miſſum. & inf. dicam.

16 Quintum † quoq; additum fuit remedium qđ appellatur edictum de uentre in poſſeſſionem mittendo, quod conceſſum fuit: quia teſtatores aliquando inſtituebant poſthumos, & agnati potentes ingrediebantur poſſeſſionem hæreditatis dicentes mulierem non eſſe prægnantē ex teſtatore, ideò ut ei ſuccurreretur diſpoſitū fuit quòd uenter mittatur in poſſeſſione, ſumpta aliqua informatione quòd reputaretur prægnans ex teſtatore, & interim ſtaret in poſſeſſione donec finiretur quæſtio filiationis,

etiam

ετιã cum electione conceſſa differendi litem in in tempus pubertatis, l. prima §. generaliter. & per totum. ff. de uen. in poſſeſſio. mittend. Et cum acquireret poſſeſſionem, quam nunquã habuit appellatur poſſeſſorium adipiſcendæ.

17 · Sextò fuit † introductum remedium legis finalis. C.de edicto diui Hadria. tollendo quo diſpoſitum fuit, ut ſi aliquis eſt inſtitutus hæres in teſtamento, & negetur teſtamentum, uel aliás uelit ſuccedere, & negetur eum poſſe ſuccedere, ſi inſtitutus oſtendat teſtamentum, neque cancellatum neq; abolitum debeat mitti ante omnia in poſſeſſionem, reſſeruata quæſtione principali de annullatione teſtamenti ad merita cauſæ, ac reiectis omnibus exceptionibus altiorem indaginem requirentibus conſequatur poſſeſſionem, in qua interim ſtare debeat donec diſcutitiaur de iuribus partium, l.ij.C.eo. tit. & ſi negetur eſſe filius teſtatoris, & apparebunt coniecturæ euidentes quòd nõ ſit filius, non admittatur: ſed ſi apparebunt coniecturæ probabiles, mittatur in poſſeſſionẽ, in qua permaneat donec diſcutiatur de iuribus partium, d.l.ij.&l.fi.C.de edicto diui Hadr.tollend.quod remedium differt ab interdicto quorum bonor.quia illud eſt prætorium hoc ciuile, & illud iure antiquo erat temporale, & hoc perpetuum, illud datur bonorum poſſeſſori directo, & utile hæredi, hoc directo datur hæredi, utile bonorum poſſeſſori, de quorum prædictorũ interdictorũ natura Fabi. hic, & Rub. impertinenter formant aliquas quæſtiones neſſientes quorſum tendat præmiſſa, & ſi tu uis plenè informari recuras ad Azo.& Pyl. in ſumma illorum titulorũ, & ad dicta doct.ibi. hoc ſolum ad cognitionem materiæ noſtræ ſufficit quòd prædicta omnia ſunt remedia adipiſcendæ poſſeſſionis, & quando faciemus mẽtionem de illo interdicto, intelligemus, & de omnibus iſtis in quib.hoc eſt commune, & notandum, quòd qui uult in eis obtinere, debet probare titulum, uel illud in ſcriptura auctentica demonſtrare.cum non eſſet conueniens ad ſimplicia uerba cuiuſcunquè dare ei poſſeſſionem nouam tot bonorum in præiudicium tertii, & per hoc differunt ab interdicto recuperandæ, & retinendæ, in quibus non eſt opus oſtendere titulum, & ſi aliquãdo oſtenditur, non eſt opus probare eius plenam ueritatem, ut dicemus inf. in prima lectura Bar.

18 · Vltra † hæc ſex remedia ciuilia adipiſcendæ poſſeſſionis à iure ciuili introducta, p canones quoq; alium fuit inductum: nam cum, & in beneficiis, & iuribus ſpiritualibus quæſtio poſſit eſſe de poſſeſſione, & ſit æquum ꝙ beneficiatus mittatur in poſſeſſionem, in qua per maneat donec diſcutiatur de iuribus partium, inductum fuit unum remedium adipiſcendæ poſſeſſionis, ut oſtenſo titulo beneficij mittatur in poſſeſſionem, in qua permaneat donec finiatur lis. & quàmnis aliqui dicerent quòd eſſet remedium ciuile extenſum ad iura ſpiritualia: tamen quia nullum ex prædictis poteſt conuenire, cum ſit ualde diuerſa materia ſubiecta, ideò Abbas in capitulo paſtoralis. de cauſa poſſeſſionis, & proprieta. columm. tertia. numer. 14. & ſcias dixit quòd eſt nouum remedium, quòd appellatur condictio ex canone: ſed tamen uenit ſub nomine interdicti adipiſcendæ, & hac ratione uidetur aliquibus quòd ſit remedium ciuile, uerè: tamen eſt nouum, & canonicum contentum ſub hoc generali nomine interdictj adipiſcendæ, ſicut & cætera ſupra nominata continentur.

19 · Secundum † eſt genus interdictorum quod appellatur recuperandæ, & datur illis qui prius habuerunt poſſeſſionem rerum, & poſteà iniuſtè fuere priuati, unde petunt poſſeſſionem ablatam ſibi reſtitui, & differt à poſſeſſorio adipiſcendæ: quia datur illi qui nunquàm habuit poſſeſſionem, hoc autem datur illi qui prius habuit poſſeſſionem, & fuit priuatus, ut per Afflictum deciſ. 395. numer. ij. & deciſ. 331. num. ij. ſicut qui uult excludere agentem poſſeſſorio adipiſcendæ, debet probare eum poſſediſſe, ut per Bar. in leg. ſecunda. ff. de petitlo. hæredita. per tex. in §. adipiſcendæ. in fin. inſtit. de interdict. facit tex. in capi. excepta. & quòd ibi Abbas dicit in iiij. nota. ex. de reſti. ſpolia.

20 Primò † igitur fuit inductum interdictum unde ui quod datur pro rebus ſoli, & datur ſpoliato contra ſpoliatorem, uel eius hæredem quatenus ad eum peruenit, & contra mandantem uel ratũ habentem l.j. §.deieciſſe, infr.de ui & ui ar. unde oportet probare quòd reus conuẽtus ipſe deiecerit, uel mandauerit uel ſui hæredes, quòd doloſè hoc factum fuerit aliás obtinere non poterit, per tex.in cap.cum ad ſedem. de reſti.ſpolia. utile etiam fuit inductum ꝙ datur ſpoliato, & filio, uel ſeruo alterius contra patrem, uel dominum, ſecundũ Inno.in d.ca. cum ad ſedem.& d.l.j.§.ſi filius.inf.de ui, & ui arma. quod utile datur etiam ei qui ſuſpicatur ſe poſſe repelli: quia propter ſuſpicionem deſinit poſſidere, l.ſi id quod.cum glo.§.fi.& l. quod ſi nolit.inf.eo.glo.in cap.olim.de reſt.ſpoliatorum. Item quoquè hoc utile datur pro rebus incorporalibus.Bar.in l.iij.§.unde ui.inf.de ui, & ui ar. ac etiam datur pro rebus mobilibus quæ amiſſa fuerunt propter ſpoliationem rei immobilis, & pro omnibus aliis damnis, & intereſſe, l.j.
21 §.ſi fundus.inf.eo.† Et cum daretur tantummodo pro rebus ſoli ſimpliciter: & non principaliter pro rebus mobilibus, conſtitutum fuit aliud remedium prætoris, quod appellatum fuit ui bonor. rapto.l.j.& per totum. ff.de ui, & ui arm.& hæc tria directum, utile, & ui bonorũ raptorum, fuere remedia prætoria in quib. pro ſubſtantia iudicii requirebantur tria, poſſeſſio prior agentis, & quòd ea uiolenter fuerit ſpoliatus per uim expulſiuam, uel ablatiuam, & quòd doloſè fuerit ſpoliatus à reo conuento, & uno ceſſante, ceſſabant iſta remedia poſ-

poſſeſſionis, acquiſitio uerò eſt generalis ad omnia remedia recuperandæ, ut in §. recuperandæ. inſtit. de interdi. & ſine poſſeſſione præcedenti non poteſt eſſe ſpoliatio, ſeu priuatio, ut per Ab. in in cap. accepta. in 4. no. de reſti. ſpoliato. & Afflict. in dictis deciſionibus. 331. & 395. cum ſimilibus, quæ remedia licèt uideantur utilia ualde: tamen poſteà apparuerunt imperfecta, & cum eſſent ualde reſtricta homines fraude, uel quæſito colore conabantur ea euitare, & ſub colore quòd non interueniret dolus faciebant multas uiolentias.

22 † Et primò ſi creditor aſſerebat rem aliquàm promiſſam fuiſſe, & debitorem indebitè ceſſaſſe, per uiolentiam accipiebant ſibi res debitas, aſſerentes nõ contineri in dictis interdictis, ideò quartò loco. fuit inducta conſtitutio legis extat. ff. quod metus cauſa, diſponens quòd qui ius dicit propria auctoritate teneatur rem ipſam reſtituere cum priuatione iuris ſui, & eadem ratione, ſi quis per uiolentiam rem ſuam auferrebat, dicebat nõ contineri in dictis edictis. unde

23 † quinto loco facta fuit conſtitutio l. ſi quis in tantam. C. unde ui. per quam diſponitur quòd rapiens rem ſuam teneatur eam reſtituere, & priuetur ea, ſi dominus eſt, uel tantundem reſtituat, ſi apparebit non dominus, cum hoc tamen ordine, ꝙ primò intentetur interdictum unde ui, & probata uiolentia ſi opponatur quòd res erat propria, & dolus non interuenit, de nouo proponatur remedium dictæ legis ſi quis in tantam petendo à iudice eum per ſententiam priuari, & ſibi adiudicari, ut per glo. in dicto capi. paſtoralis. in uerbo intentare. & in glo. pen. ubi Abba. & doctor. & infra ſæpius repetetur.

24 Iterum: † quia homines cœperunt impetrare reſcripta in quibus per principem mandabatur ut reſtitueretur impetranti poſſeſſio de facto, facta fuit lex meminerint, C. unde ui. per quam fuit diſpoſitum quòd miſſus in poſſeſſionem per reſcriptum principis, uel decretum iudicis nullum, propter ſolennitatem iudiciariã ommiſſam, uel falſitatis narrationem, teneatur tanquàm uiolentus reſtituere poſſeſſionem acceptam, & ulterius priuetur omni iure ſuo, quod idem replicatur in l. fina. C. ſi per uim uel alio modo, & de hac materia dixi plenè in l. iuſtè poſſidet. infra eodem. & multa per Ripam ſuper primo intellectu glo. in ampliationibus, & materia recuperandæ num. 5. & 6. & in capit. ex conquerereute, de reſti ſpoliat.

25 Iterum: † quia ſolebant homines expectare domino eſſe abſentes cum ſeruis, & poſteà ingrediebantur poſſeſſionem, nullam aſſerentes uiolentiam feciſſe. unde facta fuit lex cum quærebatur. C. unde ui, qua diſpoſitum fuit quòd acquirens dictam poſſeſſionem tanquàm uiolentus poſſeſſor eam teneatur reſtituere, per rationem quòd debet reputare quod non eſt ſuum pertinere ad aliud, quæ habet locum etiam in rebus mobilibus, ut ibi dicit Bar. licèt glo. & Saly. ſentiret contrarium, & Ripa in dicto cap. ſæpe. nu. 51. quoniam ratio ſua eſt falſa: quia actio furti non datur: nec condictio furtiua: quando res uacat, leg prima. §. Scæuola. ff. ſi quis teſtament. lib. eſſe iuſſ. fuerit.

26 Iterum: † quia aliquando ſerui diſcedunt animo amplius non reuertendi, uel corrupti rem tradunt alterius, uel alio modo fraudem uel dolum adhibentes, ut alius ingrediatur, licèt nulla uideatur uiolentia: tamen facta fuit lex finalis. C. de acquir. poſſeſſ. qua diſpoſitum fuit, ut ille ingrediens tanquàm uiolentus poſſeſſor, teneatur reſtituere, & nullum domino generetur præiudicium in poſſeſſione, quod remedium datur ſcholari, ſi dimiſit librum in ſcholis, & bidellus illum pignorauit ſub uſuris, ut ibi tenet Oldrad. & Alberi. & refert Fernandus hic.

27 Nonò † etiam cum alius color inueniretur, ut homines uolentes litigare procurarent eam per conductionem habere, & pacificè appræhendere, & poſteà exiſtentes in poſſeſſione dicebãt ſe dominos, uolentes interim poſſidere, propterea facta ſuit lex ſi quis conductionis. C. locati qua introductum ſuit quòd ille conductor teneatur primò reſtituere rem ipſam ex natura cõtractus locationis, & poſteà ſi prætendat ſe dominũ agat uia ordinaria tanquàm petitor, Quæ conſtitutio undecimo loco confirmata fuit per l. conductores. C. locati, quæ uult omnes conductores alienarum rerum teneri ad reſtitutionem ipſarum rerum, & earum æſtimationem, nun autem ſub prætextu dominii fraude uel dolo expectare ſe condemnari, & differt à dicta l. ſi quis conductionis. propter allegationem dominii ut ibi no. de earum uigòre, & effectu utrobiquè dicitur.

28 Rurſus, † & undecimò ſi quis deiecit ſeruum uel colonum, uel alium poſſidentem nomine alterius, & ita appræhenderit poſſeſſionem abſente domino. facta ſuit conſtitutio legis primæ. C. ſi per uim uel alio modo. uel mandat dictum aggreſſori nedum teneri reſtituere domino ſi reuertatur; ſed etiam ipſis ſeruis, colonis uel aliis ibi exiſtentibus deiectis.

29 Iterum: † quia prædictæ omnes conſtitutiones dabantur contra deiicientes, uel eorum hæredes, & non contra poſſidentes bona fide, uel aliquo titulo, ideò facta fuit conſtitutio legis ſi coloni. C. de agricol. & cenſit. li. xj. per quam diſpoſitum fuit quòd ſi quis occupat etiam bona fide rem alienam, à qua tamen dominus iniuſtè ceciderat, quòd teneatur eam reſtituere, & eſt plenum remedium ut ibi no. Bar. & And. de Barulo. qui plenè eam comentauit, & participat de canone cap. reintegrandæ. 3. quæſtio. prima. de quo. infra dicetur, & huius pars eſt

Decimotertiò. l. inuaſor. C. unde ui. quæ diſponit quòd qui rem uacantem occupat, teneatur reſtituere domino ſine pœna criminali,

de quo

de quo tamen habetur ibi per glo. & dic ut per docto. an ſit remedium ſeparatum.

30 Decimoquartò fuit † inducta conſtitutio legis ſi quis ad ſe fundum. C. ad leg. Iuliam de ui. per quam fuit introductum quod ultra illas pœnas ciuiles etiam inuaſor criminaliter puniatur pœna deportationis, & priuationis bonorum cumulatiuè cum reſtitutione rei ut ibi etiam no.

31 Decimumquintum † eſt remedium l. fin. ff. de rei uendicatione, per quam fuit diſpoſitum quod conuentus rei uendicatione, ſi interrogatus negauit ſe poſſidere tanquàm uolens interuertere poſſeſſionem, tenetur reſtituere eam interroganti, & ibi ex mendatio punitur ſicut etiam in multis aliis caſibus, qui ponuntur per glo. in capitulo nullus pluribus. de regulis iuris in 6.

32 Decimoſexto † competit officium iudicis ex diuerſis cauſis. Nam primò competitit in leg. qui reſtituere. pro executione ſententiæ in cauſa reali. Secundò pro executione primi & ſecundi decreti, de quo in cap. quoniam frequenter. §. in alijs. extra ut lite non conteſtata, & no. in l. ſi finita. §. Iulianus. & l. prætoris officium. ſupra de damno infecto. & l. prima & ij. infra ex quibus cauſis in poſſeſſionem eatur, & l. j. & per totum ut in poſſeſſionem legatorum.

Tertiò datur in caſu in l. prima. §. primo pro liberis exhibendis & deducendis, ibi, uel officio prætoris. ff. de rei uendicatio. Quartò datur pro reuocatione attentatorum, cap. bonæ, de appellationibus, & cap. non ſolum. de appellationib. in 6. Quintò datur in in caſu legis eſt non tantum cum glo. de petitio. hæreditat. & l. Attilius. ff. de don. & l. manifeſtisſimi. §. cum in ſecunda. C. de fur. ut hic per Fernandum. Tamen hunc caſum cum eo de lege finali. ff. de rei uendicatio. arbitror magis conuenire materiæ adipiſcendæ quàm potius adipiſcatur poſſeſſionem in dictis caſibus quàm reſtituatur.

33 Decimoſeptimò † competit condictio triticaria ad repetendam poſſeſſionem per uim uel aliam cauſam ammiſſam leg. ij. ff. de conditione triticaria, quaſi illa ſit effectus dominus poſſeſſionis.

Decim'octauò competit condictio indebiti quando quis per errorem ſoluit rem alienam: nam cum non transferatur dominium, non poteſt competere conditio indebiti, ſed dabitur pro poſſeſſione repetitione, ut not. in d. l. j. & ij. ff. de condi. tritica. l. indebiti. §. ſed ſi nummi. ibi, ut uel poſſeſſio eorum detur ubi Bar. no. ff. de conditio. indeb. & glo. in §. j. inſti. de interdict.

34 Decimononò enumeratur per glo. in dicto cap. paſtoralis. interdictum quod ui aut clam. tamen Abb. ibi reprehendit: quia illud interdictum datur ad deſtructionem operis facti ui uel clam. l. j. eodem tit. tamen ſatis poteſt pro cedere in quandam conſequentiam, cum ſi quis ædificando occupauit poſſeſſionem, uel per nũciationem factã l. j. §. in operis. ſupra de nou. oper. nunciatio. ſi deſtrueretur opus recuperat poſſeſſionem amiſſam per illud interdictum, & tenuit Bar. in l. de popillo. §. meminiſſe. col. final. ſupra de nou. oper. nunciatio. tamen ibi communiter docto. reprehendunt: quia ex uoluntate ſua amiſit poſſeſſionem ut ibi dixi, & idem poteſt euenire pro tit. ne uis fiat ei, ſi facta ſit uiolentia: quia reſtituetur ei res l. j. §. hæc actio. inf. ne uis fiat ei, quàmuis illud interdictum magis uideatur participare de remedio retinendæ poſſeſſionis, ſicut etiam & interdictum poſitum in l. prætor. §. deinde. ff. de nou. oper. nuncia. & hæc remedia fuere introducta de iure ciuili.

35 Vigeſimò † loco de iure canonico additum fuit remedium canonis ſæpe de reſtitutione ſpoliatorum per quod fuit inductum ut omnes ſucceſſores in beneficio teneantur interdicto recuperandæ, ut ibi plenè per Abb. & Rip.

36 Vigeſimo primò † fuit inductum remedium capi. accedens, extra ut lite non conteſtata, quod datur ad reſtituendam eccleſiam diſſipatam ab œconomo, & uulgariter appellatur reintegratio & ibi Abb.

37 Vigeſimo ſecundò † fiat inductum remedium canonis reintegrandæ. 3. quæſtio. prima quòd eſt generaliſſimum & nouum competens omnibus priuatis quacunque iniuſta cauſa, ſiue perſonaliter, ſiue eius authores, & contra priuantem etiam ſucceſſorem ſingularem eius, uel alium etiam poſſidentem bona fide & cum titulo, ut latè per Sozi. in l. rem quæ nobis. infra eod. & per Ripam in dicto cap. ſæpè. poſt Abb. & Inno.

38 Vigeſimotertiò † poteſt enumerari actio quod metus cauſa, quæ datur propter uim compulſiuam, de qua multa dicunt hic nouisſimi quoddam.

39 Vigeſimoquartò † competunt remedia localia ſtatutorum, uel conſtitutionum regni, ſuper quibus remediis Fabius, Fernandus, Rubeus, & Coraſius uarii uaria examinant, & quidem, ineptisſimè, & quaſi in hoc. §. materia ſpecialis omnium remediorum competentium pro poſ-

40 ſeſſione ſit plenisſimè per tractanda. † quæ omnia in præmiſſis ponunt credentes quòd omnia dicta ante materiam principalem ſint præfactiones, & præmiſſa, & præuiæ inſpectiones, ut ſecundum eos eueniat quòd legens unum. §. pro præmisſis, poſſit ponere totum corpus iuris ciuilis. Igitur materias ſpeciales dictorum interdictorum uideas per ſumiſtas in dictis locis ſuis. & per docto. ibidem. ſufficit enim pro præuia inſpectione ea enumerare cum ſua principali intentione ad dandam generalem cognitionem terminorum, quæ ſolùm in præmiſſis tractanda eſt, & ſi ipſis placebat omnes materias ſpeciales ſingulorum remediorum pertra-

ctare debebant operam ſuam ſub nomine tra-
ctatus perficere non tanquam lectores inter-
pretantes leges pro iuuenibus.

41 Prædicta † autem remedia licèt ſint multa,
tamen pleraquè continentur ſub uno communi
nomine interdicti recuperandæ, & ideò dixi
pleraque: quoniam prima decem & quatuor re
media propriè pertinent ad interdictum recu-
perandæ, & illa tria iuriſcanonici cap. ſæpe.
cap. accedens, & cap. reintegrandæ. cætera uerò
licèt tractent de reſtituenda poſſeſſione: tamen
propriè non continentur ſuper remedio recu-
perandæ poſſeſſionis, cum ſuis qualitatibus pri
uilegiatis.

Tertium eſt genus interdictorum, quod ap-
pellatur retinendæ poſſeſſionis, & eſt principa
le quod pertinet ad hanc literam, & ſub eo
42 etiam continentur multa. †Primò continetur
interdictum uti poſſidetis, quod directum da-
tur in rebus ſoli in totum ſiue in parte, l. j. §. pe
nul. infra uti poſſidet. de cloacis uero non da-
tur propter periculum in refectione. d. l. j. §. pri-
mo eodem tit. ideò de triplici interdicto ſpe-
ciali pro cloacis, prouiſum fuit, ut per Bar. in
dicta l. prima, cum aliquali contrarietate ad
alia interdicta, ut probatur. in l. prima in fin.
infra uti poſſi. coniuncta l. j. §. primo. ff. de cloa
cis, & l. de pupillo. §. ſi quis riuos. ff. de noui
43 oper. nunciatio. †utile uerò datur pro quaſi poſ
ſeſſione iurium incorporalium, l. ſicuti. §. Ariſt.
cum glo. ſup. ſi ſerui. uendi. & l. fi. infra uti poſ-
ſid. quæ duo remedia habent tres effectus, unus
eſt principalis pro conſeruatione poſſeſſionis
ſuæ, quam quis haberet ut aduerſarius deſiſtat à
moleſtationibus, & competit ſiue poſſideat ci
uiliter tantum ut eam conſeruet, ſiue naturali-
ter tantum, ſiue utranque habeat manuteneа-
tur, & defendatur, & iubeatur ille deſiſtere à mo
leſtationibus, ſiue turbans poſſideat, ſiue non,
leg. ſi duo. §. item uideamus infra uti poſſi-
detis & notatur in leg. prima. C. uti poſſidetis
& per Bar. in quarta combinatione num. 26.

Secundum habet effectum recuperatiuum, ſi
forſan alter ui, clam, uel precario habeat unā
poſſeſſionem uel detentationem, & moleſtet
agentem in ſua poſſeſſione: nam ſub colore cō
ſeruationis ſuæ poſſeſſionis poteſt intentans pe
tere ſibi reſtitui poſſeſſionem illam ſpecialem
quam moleſtans iniuſtè detinet, & in hoc æqui
paratur interdicto recuperande per l. primam
in principio. ff. uti poſſid. ibi, ui, clam, uel pre-
cario, & per Bar. infra in iiij. combinatione
ubi dixi demonſtrando quòd interdictum re-
tinendæ habet aliquando qualitatem recupe-
ratiuam, aliquando qualitatem retentiuam
tantum, ut per glo. fi. in fi. infra eodem, & in
nor. in leg. clam. §. qui ad nundinas. ſu-
pra eodem. differt tamen poſteà ab interdi-
cto recuperandæ: quia hoc non poteſt dari ni-
ſi poſſidenti ſub colore conſeruationis poſſeſ-
ſionis ſuæ.

Tertius eſt effectus, quòd ſi moleſtans poſſi-
det ui, clam, uel precario ab agente, tenetur
reſtituere: ſed reſpectu extraneorum poteſt ſuā
poſſeſſionem defendere, l. prima in fin. infra
uti poſſid.

Quartus eſt effectus, quòd recuperata poſſeſ
ſione, & eo deſiſtente à moleſtationibus, ad huc
durat iudicium pro damno & intereſſe ex mo-
leſtationibus præteritis eueniente: argumen.
l. primæ. §. ſi fundus. infra de ui & ui arma-
ta, & conſiderabitur in dicta quarta com-
binatione.

44 Secundum †eſt interdictum retinendæ, quod
dicitur utrobi, & datur pro rebus mobilibus,
cuius uis & poteſtas æquiparata fuit cum im-
mobilibus, dicta l. prima infra utrobi. cum
glo. & §. utrobi. uerſicul. hodie. infra de in-
terdictis.

Rurſus dictum interdictum uti poſſidetis
datur pro omnibus rebus incorporalibus, ut
dictum fuit ſupra per dictam l. ſicuti. §. Ariſt. &
l. j. in fi. infra uti poſſid. ac etiam pro ſeruituti-
bus prędialibus habentibus cauſam continuam
l. quoties. in fi. ff. de ſeruitutib. ſed pro ſeruitu-
tibus habentibus cauſam diſcontinuam non
poteſt competere: quia in eis non cadit uera
poſſeſſio.

45 Ideò tertio †pro ſeruitute itineris fuit intro-
ductum de itinere actuque priuato, quod com-
petit poſtquam quis eſt uſus per triginta dies
ſeruitute, ut ipſe debeat in ea conſeruari uſque
ad finem litis, l. prima §. primo. & §. ſiuè autem.
infra de itin. actuque priuato, & l. pen. infra de
aqua quotidiana & æſtiua, & eſt merè poſſeſſo
rium in prima parte: ſed in ſecunda parte ha-
bet annexā cauſam proprietatis & dicitur mix-
tum, leg. quarta §. hæc autem. infra de itin.
actuque priuato. & l. ij. §. quædam. infra de
interdict.

46 Quartò loco †pro aqua quotidiana uel æſti-
ua fuit introductum aliud interdictum retinen
dæ, quod datur illi qui in illo anno uſus eſt il-
la aqua ſemel uel pro pluri duo ut moretur in
poſſeſſione donec ſit finita lis proprietatis, l.
j. §. primo. & §. quæſitum. & dicta l. pe. infra de
aqua quotidiana & æſtiua in prima parte. Nam
in ſecunda parte quando datur pro aqua quæ
ex caſtello habetur, continet cauſam proprie-
tatis, & dicitur mixtum, ut in l. prima. §. ait prę
tor l'ultimo. & §. fi. qui incipit meminiſſe. in-
fra de aqua quotidiana & æſtiua caſtellum dici
tur locus publicus in quo redocuntur aquæ, &
ab eo tranſit proprietas aquæ ductus in domos
priuatorum, & erat Romæ, & puteoli, & Ale-
xandriæ: ſed communiter hodie in his parti-
bus non habetur.

47 Quintò †eſt interdictum ne uis fiat ei, quod
datur illis qui habent ius detinendi auctorita-
te iudicis. Nam cum non dicantur poſſidere:
ſed in poſſeſſione eſſe, non competunt eis in-
terdicta ordinaria, l. prima. §. deiicitur. infra

de ui

de ui & ui armatā: arg. l.3.§.generā. in fin.ſupra eodem.

Ideò nouum remedium fuit introductum ut poſſint ſe conſeruare in poſſeſſione, leg.ſi duo.§. creditores. infra uti poſſid. & leg. prima. §. hæc autem actio. eod. tit. & competit etiam ad recuperandam quam amiſit: ſeu adipiſcendam, dicta l.j.§.hæc autem actio. infra uti poſſidet. ideò poteſt connumerari ſub interdicto recuperandæ: ſeu dici interdictum commune, l. ij. in fi. cum glo. inſ. de interd.

48 Sextò ſolet connumerari remedium conſeruandæ poſſeſſionis, de quo per Bal. in cap. primo.§.fi. de prohibl. feud. alienatio. per Lotharicum & per Bar. in l.3.§.miſſum. ff. de Carboni. edicto. & Ripa hic in principio facit mentionem, tamen docto. dubitant an habeat eſſentiam ſeparatam à dictis tribus, & magis communis eſt opinio quòd non differat à prędictis ut patet ex allegatis hic per Ripam in principio, & ſi eſt petita confirmatio contra moleſtātem eſt interdictum retinendæ, & ſi petitur pro interdicto adipiſcendæ eſt officium iudicis in conſequentiam imploratum ut mittatur in poſſeſſionem, & conſeruetur, ut dicitur in dicto. §.miſſum. per Bar. & idem erit in recuperanda, & ſi agatur rei uendicatione à poſſidente ex officio iudicis confirmabitur In ſua poſſeſſione tanquam ſit ſequella remedii intentati. Vnde uidetur quòd ſit remedium commune; ſicut & interdictum ne uis fiat ei, & continetur ſub prædictis tribus generibus. Ripa tamen hic tenuit contrarium, cuius opinionem ego teneo, & pro ea conſului in cauſa magnæ importantiæ, & infra loco ſuo declarabitur.

49 Reperiuntur †etiam interdicta dic habentia annexam cauſam proprietātis, dicta l.ij.§. quidam. infra de interdict. In quibus qui uult obtinere debet probare, ſe poſſidere. & habere dominium ipſius iuris, dicta l.3.§.hoc autem; de itin. actuque priua. in ij. parte; dum agitur de refectione uiæ, & interdictum de aqua quotidiana & æſtiua, & in ſecunda parte, de aqua ducenda ex caſtello, & ſunt retinendæ, ut in dicta l.pen. de aqua quotidiana, & æſtiua, & de ratione quare requiratur hæc plena probatio, dicetur infra.

Eſt & aliud recuperandæ, ut interdictum de lib. exhibendis, quod ſimiliter habet annexam cauſam proprietatis, dicta leg. ij.§.quædam. & oportet probare quòd ille filius eſt in poteſtate, l.j. in priu. infra de lib. agnoſcen. & l.j.§.primo ſupra de rei uendicatio. & dicitur recuperandæ: quia in ſecunda parte habetur quòd liceat filium exhibitum deducere, & ad domum & ſic recuperare, lege. 3. in principio infra de lib. exhibend.

Eſt & etiam aliud recuperandæ, de libero homine exhibendo, quod datur conſanguineis, ſi petunt exhiberi conſanguineum, l.j. & per totum infra de lib. homine exhibend. & erit neceſſarium probare quòd eſt uerè conſanguineus, & recuperabit: tamen hæc recuperatio uenit in conſequentiam poſtquàm eſt exhibitus. Nam primò petitur quòd exhibeatur, ut per Bar. infra in fi. quæſtio. & l.j.§.primo. ff. de rei uendicatio. & ratio generalis quare debeat fieri probatio proprietatis eſt: quia habetur ius commune contra ſe, & non debet dari poſſeſſio niſi uerè habeant ius, propter quam cauſam differunt ab aliis interdictis, cum in interdicto recuperandæ non ſit opus probare titulum neque allegare: quia prædo etiam reſtituendus eſt, cap. ex literis. de reſtitutio. ſpoliatorum, & cap. cum eccleſia. de cauſa poſſeſſio. & proprieta. & per Afflictum in dictis deciſio. tamen ſi contingat quòd habeat ius commune contra ſe, erit neceſſarium probare titulum, cap. ad decimas. de reſtitutione ſpoliatorum in 6. uel ſi ſit res ſacra, religioſa, & ſancta, quæ à laicis poſſideri non poteſt, l. uniuerſas.§.primo infra eodem. l.cum hæredes §.j. & l.homo liber. infra eodem. uel ſi maritus uult recuperare uxorem. & è conuerſo oportet probare deſponſationē. cap. ex parte. cap. ex tranſmiſſa. de reſtitutione ſpoliatorum. Et ſi abbas uult repetere monachum debet probare profeſſionem, ut per Abba. in cap. in literis de reſtitutione ſpoliatorum nu.24. Et generaliter idem dicendum eſt de aliis rebus prohibitis, ut per Rip. in dicto cap. ſæpe. & cap. cum eccleſia. de reſti. ſpoliat. ubi & hic dicit habere annexam cauſam proprietatis: tamen uerè nō habet: quia non eſt opus probare ueritatem tituli, cap. ſignificaſti. & cap. ſequenti de diuortiis. In interdicto ſimiliter retinendæ non eſt neceſſarium probare titulum: quia ſufficit probare ſe poſſidere, l.j. in fi. inf. uti poſſid. niſi eſſemus in caſibus prædictis: quando ius commune eſt contra poſſidentem: quia oportebit allegare titulum. in interdictis uerò adipiſcendæ ſemper eſt neceſſarium oſtendere titulum: ſed non eſt opus ueritatem eius demonſtrare, ut habetur in l. fin. C. de edicto diui Hadr. tollend. quæ omnia interdicta ſupra poſita continebuntur ſub uno generali nomine interdicti retinendæ.

50 Ex quibus habes †quòd licèt tempore legis xij. tab. cauſa poſſeſſionis non haberet propriū remedium: tamen poſteà iſtà aucta fuere ut numerum triginta, uel quadraginta excedant, de quibus poteſt intelligi materia noſtra, & ideò dum infra diuerſificauimus materias interdicti retinendæ, recuperandæ, & adipiſcendæ, intelligemus de omnibus prædictis contentis in illis tribus, ſecundum ſuam naturam, ut uno generali nomine multa remedia complectamur; quæ & etiam remedia ſæpius appellauimus, nec nomen erit barbarum pro ut quidam pedagogi conantur oſtendere: qui ommittentes leges laborant ut uideantur docti, inuenire uocabula inuſitata tanquam cum pueris loquerentur, hoc autem nomen latinum eſt, & eo legum

conditores uſi fuere, ut in cap. paſtoralis in prin. de re iud. & l. fi. C. de iur. dom. impetrand. & ſi iſti pertinaces exiſtiment, nec Pontifices, nec Imperatores lingua latina uſos fuiſſe quaſi omnes in uariis prouinciis uerſati tenerentur in totum unius rationis uocabula ſeruare: tamen & ipſi legum notitiam habuere ut ſeruare eam potuerunt, & tamen adhuc habes tex. in l. j. §. fi. infra ad Turpillia. ibi, prouocationis remedio. & l. in fideicommiſſi. §. cum Pollidius. de uſur. & l. Mutianæ. ff. de conditio. & demonſtratio & l. j. in prin. ff. de uent. inſpiciend. & l. rem hæreditariam. ff. de euictio. & l. Diuus. in fi. ff. de reſti. in integrum, ut hic per Fernandum. cui adde ad iſtorum inſolentiam irridentiam tex. in l. negantes. C. de actio. & obligatio. ibi, iuris remediis. & Clem. j. §. primo de ſtatu regularium. & l. j. ff. de iureiur. ibi, maximum remedium. & l. j. §. hoc reſcripto. uerſi. cogenda igitur erit remediis prætoriis. & l. ſtatuliberos §. cum igitur. ibi, remedii loco. ff. de ſtatulib. l. 3. ff. de ſuſpecti tutorib.

Quæ omnia quoquè continentur ſub alio generali nomine poſſeſſorii: ſeu cauſæ poſſeſſionis: nam & multa ſunt remedia de poſſeſſione quæ non ſunt uerè interdicta: ſed appellabuntur propriè remedia poſſeſſoria ſeu poſſeſſoriũ ſimpliciter, l. pen. ibi, poſſeſſoria. ff. de ſerui. & hæc de cauſa poſſeſſionis, & eius remediis, & eorum origine.

51 Cauſa † autem proprietatis, & ipſa habuit ſua remedia & antiquiora, cum tempore legis xij. tab. competerent. pro iſta nanque cauſa competit rei uendicatio, per quam quis petit ſe declarari dominum, & rem ſibi reſtitui tanquam domino & appropriari, cum uendicare in lingua latina ſignificet idem quod ſibi appropriare, ut propriè ſua res efficiatur, & de ea loquitur rubrum & nigrum extra de cauſa poſſeſſionis & proprietatis, & alio nomine appellatur actio in rem: quia datur ad finem ut ſibi tanquam domino res reſtituatur. unde etiam appellatur cauſa petitorii: quia actio in rem petitio dicitur, leg. actio in perſonam. de actio. & obligatio.

52 Et † primò fuit inducta ipſa rei uendicatio pro hac cauſa proprietatis ſeu petitorii, de qua in toto tit. ff. de rei uendi.

Secundò fuit inducta petitio hæreditatis pro conſequendo dominio ipſius iuris uniuerſalis hæreditatis, & intentatur ut quis declaretur hæres, ut eſt dominus hæreditatis, leg. nec ullam. ff. de petitio. hæreditatis coniunctis his quæ plenè dixi ultra alios in rubr. ff. ſi certum petat.

Tertiò fuit alia actio nuncupata ſi pars hæreditatis petatur, de quæ in tit. ff. ſi pars hæreditatis petat.

Quartò fuit fideicommiſſaria bonorum poſſeſſio hæreditatis petitio. de qua in titulo de bonorum poſſeſſoria hæredita. petit.

Quintò fuit fideicommiſſaria hæreditatis petitio. de qua in tit. de fideicommiſſ. hæredita. petitione.

Sextò fuit actio ſeruiana, & ſeptimò quaſi ſeruiana de quibus in §. Item ſeruiana. ubi Iaſ. latè. inſti. de actio. & octauò poteſt enumerari actio pro utili dominio de qua in tit. ff. ſi ager. uectig. uel emphyteuti petat. & generaliter omnes actiones in rem dicũtur facere cauſam petitorii & proprietatis: quia in omnibus eis uertitur quæſtio dominii, & qui agit petit ſibi reſtitui rem occaſione dominii, ut ſibi illa res approprietur.

53 Ideò ſequitur † q̃ proprietatis cauſa nõ inducitur per actiones perſonales naſcẽtes ex cõtractu: quaſi contractu, delicto uel quaſi delicto. neque per actionem triticariam, uel condictionẽ indebiti, uel ſine cauſa: quia in eis non uentilatur an quis ſit dominus: ſed an ſit obligatus, & nõ petit ſibi reſtitui rem tanquam domino: ſed tanquàm ille ſit obligatus, ut inſti. de actio. in. §. j. nec etiã appellantur petitiones ſed actiones in perſonam, l. actio in perſonam. ff. de actio. & obliga. & l. actionis uerbo. ff. de uerbo, ſignificatio. & facit lex is qui petitorium. ff. de rei uendicatio.

54 In qua † cauſa proprietatis uel petitorii conſiderandum eſt, & menti tenendum, quòd neceſſarium eſt ut res ſemper ſit penes aduerſarium, ex eo: quia pro has actiones in rem petitur aduerſarium condemnari ad reſtituendum aduerſario ipſam rem tanquam domino, & ſi ille non poſſidet, non poteſt conueniri rei uendicatione: nam qui agit ſemetipſum decipit: quia omninò reus abſoluetur, leg. nam & ſi actor. ff. de rei uendicatio. & ille qui poſſidet actionem in rem habere non poteſt, cap. examinata. de iud. unde ſolet dici quòd poſſeſſio aduerſarii cauſat agenti actionem in perſonam, l. j. C. de aliena. iudi. mutandi cauſ. facta. Aliquãdo tamen ille qui non poſſidet tenetur, ſi dolo deſiit poſſidere per l. is qui dolo. ff. de reg. iur. ideò debet reus conuentus interrogari an ipſe poſſideat, dicta l. qui petitorio. in principio de rei uendicatio. & l. qui ſeruum. §. fi. ff. de interrogato. actionibus. & ſi reſpondet ſe non poſſidere cum ueritate, amplius non moleſtatur, & ſi reſpondet ſe poſſidere conuenietur, & ſi negat ſe poſſidere cum uerè poſſideat, in pœnam mendacii priuatur poſſeſſione qua ſe fecit indignum per mendacium, l. fi. ff. de rei uendicatio. ſi tamen ipſe non poſſideat, & offerat ſe liti, adhuc poteſt conueniri & condemnari ad fructus, & ad expenſas, l. is qui ſe obtulit. ff. de rei uendicatio. & ſi poſt litis conteſtationem deſiit poſſidere culpa ſua & non ſit penes actorem, adhuc condemnatur, l. ſin autem §. primo. ff. de rei uendicatio. Sed ſi ſine culpa uel dolo ſuo de re ipſa abſoluendus eſt: ſed de fructibus præteritis adhuc tenetur, dicta l. ſin autem. §. primo etiam quòd res perueniat ad actorem

tità

55 †itàquòd in quatuor caſibus qui non poſſidet tenetur illa actione, Primo ſi dolo deſiit poſſidere, etiam ante litem. Secūdò ſi culpa ſua poſt litis conteſtationem deſiit poſſidere. Tertiò ſi ſine culpa poſt litis conteſtationem deſiit poſſidere ut ſaltem teneatur de fructibus. Quartò ſi ſe obtulit liti, dictis iuribus, qui caſus ſunt ualde tenendi menti: quia proſunt infra ad intelligentiam illius intellectus: quando quis ignorabat ſe poſſidere, & alterius intellectus: quando egit ex nona poſſeſſione, cum non ſequatur res peruenit ad actorem: ergo reus eſt liberandus ſeu corruit iudicium ut non poſſit fieri cumulatio. Atque etiam ſeruit ad intelligentiam eorum quæ poſuit. Bar. in quarta combinatione, dum diſtinguit an poſſeſſorium ſit intentatum ante litis conteſtationem, uel poſt eam in petitorio & reo non poſſidente poteſt inſtitui, atque durare petitorium.

56 Rurſus dum dictum fuit † poſſeſſionem eſſe neceſſariam, ad hoc ut poſſit conueniri reus in petitóriório generaliter intelligitur de aliqua poſſeſſione, non enim eſt neceſſarium quòd habeat omnem poſſeſſionem: ſed ſufficit quòd habeat ciuilem tantum, uel naturalem tantum, uel detentationem ſolam, l. officium. ff. de rei uendicatio. quinimò poſſidens ciuiliter & naturaliter poteſt agere contra detinentem actione in rem, dicta l. officium. ubi deponens uel cōmodans dominus & poſſeſſor poteſt agere contra commodatarium & depoſitarium: quia ſufficit quòd habeat facultatem rei reſtituendæ, ut no. in dicta l. officium. & aliud exemplum poteſt poni in l. clam poſſidere. §. qui ad nundinas. ſupra eodem ſi dominus ageret rei uendicatione contra ingredientem, & aliud exemplum eſt in l. cuiuſque. §. primo. ff. de uſufructu & Azo. in ſumma uerſi. quæri ſolet. num. 7. & Bar. infra in prima combinatione num. 18. quod multum ſeruit ad intelligentiam ſexti intellectus glo. quæ uult quòd poſſidens agat rei uendicatione diuerſis reſpectibus, & ad tollendam contrarietatem quæ ponderatur paſſim in toto hoc. §. in eo qui intentat petitorium & poſſeſſorium retinendæ.

57 Ex quibus habes † quæ, & qualia ſint remedia per quæ agitatur cauſa poſſeſſionis, & per quæ, agitatur cauſa proprietatis atque etiam quòd hæc remedia inter ſe differunt in multis cum ſuis cauſis.

Nam primò differunt in ipſis remediis, cū remedia poſſeſſoria omnia ſint ut ipſa perſonalia in rem tamen ſcripta, l. j. §. fi. infra de interdict. Remedia uerò petitorii ſunt actiones in rem ut ſupra dictum fuit, actiones uerò ceteræ ſimplititer perſonales non faciunt neque petitorium neque poſſeſſorium, cum in eis non uertatur quæſtio pòſſeſſionis nec proprietatis: ſed tantummodo an reus conuentus ſit obligatus.

Secundò differunt in ſubiecto: quia in cauſa proprietatis uertitur cauſa dominii ut dictum fuit, in cauſa poſſeſſionis uertitur ipſa poſſeſſio ſine conſideratione domininii, ſiue ſint remedia adipiſcendæ, ſiue recuperandæ, ſiue retinendæ poſſeſſionis, quamuis in adipiſcenda poſſeſſione debeat probari titulus: ſed non uerificari, ut no. in l. fi. C. de edict. diui Hadria tollend.

Tertiò differunt in modo proponendi, ut Fernandus hic dicit qui ponit libellos integros omnium remediorium quos uideas ſi placet, uel recurras ad practicam Rofredi, de iſtis ad ſaturitatem, & Speculatorem hæc dicentes. ſed ſuma eſt quòd in cauſa proprietatis debet dicere ſe dominum & petere aduerſarium condēnari ad rem ſibi reſtituendam tanquàm domino, l. ex diuerſo. §. primo & l. qui reſtituere. ff. de rei uendicatione. In libello uerò cauſæ poſſeſſionis debet petere ſibi dari poſſeſſionem in interdicto adipiſcendæ tanquàm habenti titulum, & in poſſeſſorio recuperandæ petere ſibi reſtitui poſſeſſionem ſuam, uel tanquàm ſpoliatum, uel aliàs Indebitè priuato, & in poſſeſſorio retinendę debet petere ſe conſeruari in ſua poſſeſſione, & aduerſarium deſiſtere à moleſtationibus, & etiam aliquando condemnari ad reſtituendum unam poſſeſſionem ſi quam habet, cum omnibus fructibus, damnis, expenſis, & intereſſe. & ſic patet quòd in cauſa poſſeſſorii petit ſibi dari poſſeſſionem rei tanquam ſibi poſſeſſio competat, & in petitorio debet petere ſe declarari dominum, & ſibi tanquàm domino reſtitui rem.

Quartò differunt in ordine proponendi: quia poſſeſſorium ſui natura debet ex ordine iuris procedere, l. ordinarii. C. de rei uendica. & l. incerti. C. de interdict. cum octo concord. infra in ſecundo præmiſſo allegandis, taliter quod Azo. & Ioannes uolebant nunquàm poſſeſſoriū poſſe ſequi uel cumulari, quamuis communiter docto. teneant contrarium, & melius ut infra dicam in ſequenti præmiſſo.

Quintò differunt in probationibus: quia actor in petitorio probat ſe dominum, & probatio non tendit niſi ad uerificandum titulum & demonſtrandum ſe dominum, in poſſeſſorio uerò quis probat poſſeſſionem ad ſe pertinere, uel dandam eſſe, uel reſtituendam, uel conſerdam, & quàmuis aliquando teneatur probare titulum, ut in interdicto adipiſcendæ: tamen non tenetur eum uerificare, & ſic probare ſe dominum uerè, ut no. in dicta l. fi. C. de edicto diui. Hadria. tollendo & de uarietate probationum in uariis interdictis infra dicetur loco ſuo.

Sextò differunt in modo procedendi: quia petitorium eſt ordinarium, & habet inſtantiam trium annorum, poſſeſſorium uerò eſt ſummarium, & reo dantur minores dilationes: argum. not. in clemen. ſæpe de uerborum ſignificatione & l. ſecunda. C. de edicto diui Ha

dria. tollend.

Septimò differunt in perſonis litigantibus: quia in poſſeſſorio omnes etiam ſerui, minores, & exulentes in poteſtate poſſunt in iudicio ſtare, leg. j. C. ſi per uim uel alio modo. Sed in petitorio multi reprobantur, ut habetur in l. prima. C. qui legitimam perſonam ſtandi. facit tex. in leg. momentaneæ. C. eodem. legitimatio uerò ſemper debet fieri quamuis in poſſeſſorio plures admittantur, ut per Barbatiam & Decium in rub. C. qui admitti.

Octauò differunt: quia cum ſint diuerſa iudicia, teſtis examinatus ſuper articulo poſſeſſionis non probat ſi deponat de proprietate: quia extra articulos depouit ſecundum Bar. in dicta l. fi. C. qui legitimam. & glo. in cap. de teſtibus. extra de teſtibus, niſi ſuffragetur cauſa proprietatis, & ſit etiam libellatum uel articulatum de titulo & dominio ad confortandum poſſeſſorium, ut in ſecunda combinatione dicitur.

Nonò differunt: quia publicatio facta in petitorio non impedit productionem teſtium in petitorio, & è contra, etiam ſuper capitulis directo contrariis: quia diuerſæ cauſæ ſunt, ut per Rotam in deciſio. 418. fuit dubitatum. in nouis. & Fely. in cap. ueniens. ſecundo. columna ſeptima de teſtibus, & Ripam in primo notat.

Decimò differunt; quia procurator uel aduocatus in una cauſa non prohibetur eſſe teſtis in alia cauſa, Anto. & Fely. in cap. cum nobis. col. fi. de teſtibus.

Vndecimò differunt: quia iudices laici licèt non poſſint cognoſcere de cauſa proprietatis iuris ſpiritualis: tamen poſſunt cognoſcere de cauſa poſſeſſionis. glo. in cap. cum dilecti. de electio. in uerbo iuramento. prope finem, Abb. in cap. literas. colum. 2. de iura. calu. Deci. in cap. decernimus. de iud. quia cauſa poſſeſſionis non dicitur cauſa ſpiritualis, & ſic eſt magna differentia.

Duodecimò differunt: quia lis mota ſuper poſſeſſione non facit uitium litigioſi ſoper proprietate, glo. & Abbas in cap. j. de confirm. utili uel inutili,

Decimotertiò differunt in modo ſententiandi: quia in cauſa petitorii declaratur actor dominus, l. ex diuerſo. §. primo. ff. de rei uendicatione, & in cauſa poſſeſſionis declaratur poſſeſſor, & manutenendus, uel poſſeſſionem ad ſe ſpectare, & ſibi dandam, uel reſtituendam non immiſcendo aliquid de iure dominii.

Decimoquartò differunt in effectu: quia in cauſa poſſeſſionis conceditur ipſa poſſeſſio ad tempus, ut retineat uſque ad finem litis propter illam ſolam cauſam ut cognoſcatur quis debet eſſe actor & reus, & poſſeſſor habeat commodum poſſeſſionis, §. commodum. inſti. de interdictis. unde appellatur momentanea poſſeſſio l. prima. C. ſi de momentanea poſſ. fuerit appella. & l. j. §. fin. ff. de aqua quotid. & æſtiua, in cauſa uerò petitorii declaratur dominus perpetuò, & adiudicatur res ut eam perpetuò teneat, per l. bona fides. ff. de poſ. & in dicto. §. fi.

Decimoquintò differunt: quia lata ſententia ſuper utroquè licèt actor uincat in poſſeſſorio, ſi tamen reus apparet uerè dominus, & iudicetur dominus præualebit ſententia petitorii, & ille actor obtinens in poſſeſſorio nihil habebit, cap. cum dilectus, & cap. cum eccleſia. de cauſa poſſeſſionis & proprietatis. Alias infinitas differentias laborioſus indagator inuenire poterit, ſed hæc ſufficiant propter firmitatem terminorum, & ut appareat quòd regula poſita in tex. nihil commune habere poſſeſſionem cum proprietate probabilis eſt, & uera, & addit aliquas Ripa infra in primo notabili; ſed hæc ſufficiant.

58 Quamuis † tamen inter ſe tantum differant ut prædiximus, nihilominus dictæ cauſæ aliquas etiam conuenientias habent. Et prima eſt ualde potens, quòd utraque cauſa tendit ad eandem rem: quoniam agens poſſeſſorio petit fundum Titianum ſibi tradi ut poſſideat, ſeu ut poſſidendo retineat, & ille qui agit petitorio, petit eundem fundum ſibi dari, ut tanquàm dominus poſſideat & retineat, ita quòd habent duas magnas connexitates, una quòd reſpiciunt eandem rem & ut ſit poſſeſſio, & dominiũ in eadem re, alia quòd uterque petat rem ſibi tradi ut retineat, eſt & tertia quòd idem iudex debet utranque cognoſcere, & non faciliter auditur actor qui coram diuerſis iudicibus uult reum trahere l. nulli. C. de iud. & ſi cauſa committitur ſimpliciter uidetur utraque cauſa committi, cap. primo de ſequeſtratio. poſſeſſio. & fructuum in medio. & ſi committatur cauſa poſſeſſionis uidetur etiam commiſſa cauſa proprietatis, & è contrario, ut uoluit glo. in cap. paſtoralis. in glo. 3. de cauſa poſſeſſio. & proprieta. & facit: quia commiſſo præparatorio, uidentur commiſſa præparata, & è contrario, ut no. in rub. C. de edendo. & in rub. extra de condit. & cap. primo de cauſa poſſeſſio. & proprieta.

Nec obſtat l. ſi de proprietate. C. ſi à non cõpetenti iudice. quia imò concordat, cum ibi eſſet commiſſa cauſa poſſeſſionis, & ualuit ſententia. Sed dubitatio fuit an ſi non eſſet iudicatum de proprietate impediretur iudex ordinarius procedere, & determinatur quod non, uel dicas ut per Abb. in dicto cap. paſtoralis. propter quam connexitatem aliquando ſententia ſuper proprietate lata abſorbet ſibi cauſam poſſeſſionis, dicto cap. cum dilectus. & aliquando abſolutoria lata in una parit exceptionem rei iudicatę in alia ſecundum docto. in prima lectura ubi tamen ego tenui contrarium, ac etiam

indu-

inducitur contrarietas paſſim in omnibus lecturis infra ponderata, & hæc de origine remediorum & eorum natura cauſæ poſſeſſionis & proprietatis.

Secunda Præuia inſpectio. ad intellectum. §. inquirens.

59 Secundò † principaliter proprius accedendo ad tex. ut inquiramus eius intellectum, præmittendum eſt quòd magna eſt dubitatio, quo ordine dictæ duæ cauſæ poſſeſſionis & proprietatis ſint agitandæ, & an ſine ſibi præiudiciales ut una intentata impediat aliam, ut certo ordine intentari debeant, an potius mixtim agitari & cumulari poſſint, in qua difficultate iura ſunt uaria, & contraria penitus, & doctorũ antiqui quàm moderni in eis uacillauerunt,

60 † Et quòd ſemper præcedere debeat poſſeſſorium probat tex. in l. ordinarii. C. de rei uendicatio & in l. incerti. C. de interdict. & in l.fi. C. quorum bonorum & in l. ſi quis. C. finium regum & leg. exitus. infra eodem. & l. ſi de ui. ff. de iud. & l. inter litigantes. eodem titulo de iud. & l. is qui deſtinauit. ff. de rei uendicatione. & l. j. §. inter litigantes. infra uti poſſidetis. & . §. retinendæ. inſti. de interdictis, in quibus decem iuribus expreſſè dicitur quòd debet præcedere cauſa poſſeſſionis, ad finem ut cognoſcamus quis debeat eſſe actor, & quis reus, cum ille qui poſſidet debeat eſſe reus, & nullum onus probandi habeat, & ille qui agit debet eſſe petitor, & ſuſtinere onus probandi, quo non probante, reus debet abſolui, dicta l. is qui deſtinauit. & l. exitus. inf. eo. cum aliis allegatis.

61 Sed † tamen quòd ſimul poſſint agitari probat tex. clarus in l. cum fundum. §. fin. infra de ui & ui armata qui dicit quòd pendente petitorio poteſt quis intentare interdictum unde ui, & quidem probat tex. in cap. cum dilectus. & cap. cum ſuper. & cap. cum eccleſia ſutrina. & cap. paſtoralis. de cauſa poſſeſſio. & proprieta. & cap. j. de reſti. ſpoliatorum. & cap. cum dilectus. de ordine cognitio. in quibus dicitur quòd petitorium poteſt intentari poſſeſſorium ſuſpenſiuè & cumulatiuè, & etiam ab inicio cumulari poſſunt & unica ſententia terminari, cũ quibus concordat etiam tex. noſter hic qui dicit quòd qui egit rei uendicatione poteſt intentare interdictum uti poſſidetis: tamen pro prima opinione quòd poſſeſſorium præcedere debeat facit: quia condemnatoria lata in petitorio & executione facta, actor conſequitur poſſeſſionem quam petebat, l. qui reſtituere, & leg. officium. ergo eſt ſuperfluum agere poſſeſſorio. Item faciunt omnes regulæ prohibitiuæ cumulationis, de quibus per Bar. & cæteros docto. in l. edita. C. de edendo. quæ omnes militant in caſu noſtro. ut declarabo in tertio præmiſſo, ut omnimodo debeat impediri cumulatio: ſed pro aliis iuribus multum facit ratio tex. noſtri quæ dictat nihil habere commune poſſeſſionem cum proprietate, & quòd non uidetur renunciare interdicto qui rem uendicauit propter tot & tanta contraria docto. uarii fuere & contrarii, & tam mente agitati quòd tres penes antiquos fuere principales opiniones, de quibus per Bar. infra in prima quæſtione numer. 14. uerſicul. his extricatis.

62 Prima † fuit Ioann. & Azo. qui ſequentes prima iura allegata cum prædictis rationibus, uoluerunt quòd nunquam poſſeſſorium poſſit cumulari cum petitorio: ſed quòd ſemper præcedere debeat poſſeſſorium.

Secunda fuit opinio Petri directo contraria, ſequentis ultima iura quòd ſemper poſſeſſorium poſſit cumulari cum petitorio ſiue præcedat leg. & an eandem. §. finali. infra de re iudicata, ſiue ſimul ut in hoc textu, & leg. cum fundum. §. fin. de ui & ui arm. & dicto. cap. cum dilectus. de cauſ. poſſeſſio. & propr. ſiue poſteà cap. ſignificauerunt. de teſtibus. ſed tamen quia iſtę opiniones non bene eneruant iura contraria, ideò tertia fuit opinio media dictans quòd poſſeſſorium adipiſcendæ & recuperandæ poteſt concurrere cũ rei uendicatione: quia nulla eſt contrarietas cum agens petitorio præſupponat aduerſariũ poſſidere, & poſſeſſionem ſibi reſtitui, & agens poſſeſſorio præſupponat eundem poſſidere, &
63 poſſeſſionem ſibi dari uel reſtitui † poſſeſſorium uerò retingendæ nunquàm poſſit concurrere cum rei uendicatione: quia agens eſt ſibi contrarius, cum in petitorio dicat aduerſarium poſſidere & in poſſeſſorio dicat ſe poſſidere, & hanc opinionem uidetur in legem deduxiſſe in dicto cap. paſtoralis. in uerſi. ſaluis aliis, & eam tenuit Marti. ut per glo. in l. ſi de ui. ſupra de iudiciis. & militat ratio: quia non apparet quis ſit actor & reus, dicta l. inter litigantes. ff. de iudiciis. & l. is qui deſtinauit, ff. de rei uendicatio. cum aliis ſupra adductis, & l. exitus. infra eod. cuius uerba ibi glo. magna exponit, & hæc opinio uidetur ponere falcem ad radicẽ & determinare totam quæſtionem, & concordare prædicta iura, & certè ſi nõ fuiſſet tex. noſter hic, omnes omnino in eã incurriſſent: ſed tamẽ quia tex. noſter expreſſè contradicit in poſſeſſorio retinendæ qui uult quòd poſt rei uendicationem poſſit intentari interdictum uti poſſidetis, aſſignando rationẽ ꝙ nulla eſt contrarietas nihilominus: quia magna eſt auctoritas papæ in d. c. paſtoralis. qui interrogatus hanc quæſtionẽ determinauit, & in uerſi. ſaluis aliis, ſentit, ꝙ non admittatur cumulatio in interdicto retinendę, ideò cõmuniter doct. antiqui tenuerunt opinionem Marti. conſtituentes regulam negatiuam, quòd concurſus non admittatur

64 per dicta prima iura. †Et ad tex. noſtrum dant reſponſum reducendo eum ad fallentiam, & dicendo quòd loquitur in caſu ſpeciali, & quod fallit dicta regula in caſu ſpeciali hic deciſo, & glo. in dicta leg. ſi de ui. reſpondet quòd hic actor ignorabat ſe poſſidere, & idem dicit glo. in dicto cap. paſtoralis. circa medium reſtringentes iſtum tex. ad hunc caſum particularem, quòd decidat hunc concurſum admitti quando intentans rei uendicationem ignorabat ſe poſſidere, & ſic uolunt quòd hic ſit una fallentia
65 ad regulam negatiuam: †ſed glo. hic dat ſex reſponſiones ſimiliter reſtrictiuas, quę faciunt ut decidatur caſus particularis in quo per fallētiam permittatur concurſus. quæ ſex reſponſiones reducuntur ad duas, & una eſt quòd hic non dicitur concurſum admitti: quoniam poſt finitum petitorium intentatur interdictū uti poſſidetis, quæ tamen reſponſio diuiditur in tres: quia tribus modis poteſt finiri petitorium, uel per ſententiam diffinitiuam, uel per renuntiationem expræſſam, uel per renuntiationem tacitam, & ita cauſantur tres intellectus primi dantes tres reſponſiones quòd hic non dicitur de concurſu. Secunda eſt reſponſio fatendo quòd hic dicitur de concurſu: ſed tamen hoc permittatur in caſibus ſpecialibus ut dicamus quòd hic ignorauit ſe poſſidere, uel dicamus quòd hic intentauit poſſeſſorium ex poſſeſſione nouiter quæſita poſt litis conteſtationem, uel dicamus quòd hic intentatur poſſeſſorium pro poſſeſſione ciuili, cum petitorium eſſet intentatum pro poſſeſſione naturali, quam ingrediens acquiſiuerat, iuxta legem clam. §. qui ad nundinas. ſupra eodem. uel ratione detentationis iuxta leg. officium. ff. de rei uendicatione, quo caſu nulla eſt contradictio: quoniam non inconuenit quòd duo poſſunt in ſolidum poſſidere diuerſis poſſeſſionibus, leg. tertia. §. è contrariò. & leg. ſi id quod. §. final. infra eodem, & ita conſtituuntur tres alii intellectus in effectu alternatiuè decidentes quòd hic eratunus de dictis caſibus, & ponitur una fallentia ad regulam negatiuam quòd concurſus non ad-
66 mittatur: tamen omnes †iſti intellectus æqualiter reprobantur ex duabus rationibus. Primò: quia uiolant literam reſtringendo ut decidat iſte tex. unum ex dictis caſibus, cum uerba ſimpliciter ſint prolata, & ſi lex non diſtinxit nec nos diſtinguere debemus, leg. de pretio. de publiciana, & uerba generaliter intelliguntur leg. prima §. quod autem. ff. de aleatoribus cum ſimilibus. Secunda ratio: quia oportet in uno quoque ex iſtis intellectibus addere uerba ad tex. reſtringentia deciſionem ad illum caſum, cum in primo intellectu oportet dicere non denegatur interdictum uti poſſidetis ei qui cæpit rem uendicare, & ſuccubuit, in ſecundo intellectu oportet dicere ei qui cæpit rem uendicare, & renuntiauit expreſſè petitorio, & in tertio intellectu oportet dicere ei qui cæpit rem uendicare, & tacitè renuntiauit, & in quarto intellectu oportet dicere ei qui cæpit rem uendicare & ignorauit ſe poſſidere, & in quinto intellectu oportet dicere ei qui cæpit rem uendicare & egit ex poſſeſſione nouiter quæſita, & in 6. intellectu oportet dicere ei qui cæpit rem uendicare & egit diuerſis reſpectibus, per quas ſubauditiones apparet quòd nedum uiolatur litera. ſed quòd noua lex creatur.

67 Propterea † Alexander Iaſ. Raphael & Alciatus dant ſeptimam reſponſionem ad iſtum tex. dicentes quòd hic egit rei uendicatione ſimpliciter, non exprimendo poſſeſſionem quam aduerſarius habet, & intentauit interdictum uti poſſidetis, non exprimendo pro qua poſſeſſione egerit: nam tunc in dubio præſumetur actum fuiſſe diuerſis reſpectibus, & quòd potius uoluerit intentare rei uendicationem pro detentatione quæ ſola erat neceſſaria, dicta leg. officium. & leg. qui reſtituere. de rei uendicatione, & poſſeſſorium intentare uoluerit ex poſſeſſione quam habuerit uel ciuili uel naturali: quia illa eſt neceſſaria ad interdictum uti poſſidetis, & ſic nulla eſt contradictio, neque tacita renuntiatio: quia nemo præſumitur iactare ſuum, leg. cum de indebito. de probationibus. & non ſit ueriſimile noluiſſe intentare actionem in rem pro poſſeſſione quam ipſe habebat, & actus tacitè non inferunt plus quàm ſit de ſubſtantia, ſeu requiratur ad ualiditatem eiuſdem, leg. final. C. ne uxor pro marito, & l. prima §. ſi quis interdictum. uerſicul. in lege. infra de itinere actuque priuato. Bar. in l. Titium & Męuium. §. alteri. ff. de adminiſtratio. tutorum. unde cum præſumatur diuerſis reſpectibus, & quòd ſolum pro detentatione actum fuerit actione in rem, in dubio cumulatio & concurſus admittetur per iſtum tex. & poſteà iſti coniungunt eum cum quinta lectura, eā ampliando ut uideatur unus intellectus generalis, conſtituens regulam quòd poſſeſſoriū retinendæ poteſt concurrere cum rei uendicatione: tamen quia iſte intellectus uidetur deſtruere tex. in dicto cap. paſtoralis. dum dicit ſaluis aliis interdictis, quæ uerba inferunt deciſionē, quòd in interdictis retinendæ non admittitur cōcurſus. item etiam: quia eſt neceſſarium addere ad textum, & dicere qui cæpit rem uendicare & utrunque intentauit ſimpliciter.

68 Ideò † datur ad iſtum tex. alia octaua reſponſio, negando quòd hic admittatur concurſus, & quòd tex. non decidat hoc: ſed præſupponendo ꝙ quando intentauit poſſeſſoriū mutauit actionem intentatam omittendo rei uendicationem, & apponendo in libello poſſeſſorium retinēdæ, quod factum fuit ante litis

conte-

conteſtationem,quo tempore mutatio actionis
permittitur, iuxta no.in l.edicta.C.de edendo.
ut hic latè per Coraſium colum. 2. qui fuit au
thor iſtius intellectus.ſed tamen ultra quòd ui
detur extranens ualide, reſtringit tex. ut alii
præcedentes atquè etiam requirit ſubauditio-
nem ei qui cæpit rem uendicare & mutanie
actionem, & ſic uiolat literam.

69 Ideò † alius datut intellectus & nouus quòd
iſte tex. decidat caſum particularem quando
intentatum fuit poſſeſſorium ante litis conte-
ſtationem, quo tempore permittatur concur-
ſus: quia ante litis conteſtationem agendo rei
nendicatione non uidetur renuntiaſſe poſſeſ-
ſioni: ſed tantummodo perſeuerando poſt li-
tis conteſtationem: arg.l.amplius non agi.inſ.
rem ratam haberi. qui intellectus ſuadetur ex
uerbo cæpit uendicare, quod denotat princi-
pium, & uerificatur ante litis conteſtationem,
l.ubi ceptum.ff.de iudi.& §. fi..inſti de pœna te
merè litigantium:arg.l.j.§.cæpiſſe.ff. de pollici
tationibus,& poſt litis conteſtationem dicitur
iudicium acceptum, ut no. in d. l. ubi cæptum:
& hunc tenuit Torniellus & Ruy. ut in quibuſ-
dam ſcriptis uidi, qui dixit legem ordinarii.&
l.incerti. prohibere cumulationē tantum poſt
litis conteſtationem ibi, lite orta. Sed tamen &
iſte intellectus ex dictis duabus lectionibus nō
eſt bonus: quia reſtringit literam,cum licet ſit
uerbum cæpit,in primo dicto: tamen in ſecun-
do dicto eſt uerbum uendicanit in præterito
perfecto,ut exponatur cæpit,& perſeueranit,&
perfecit, & ideò oportet addere ad tex.ſicut &
aliis qui cæpit rem uendicare, & ante litis con
teſtationem intentauit poſſeſſorium.

70 Ideò decimus datur intellectus,& alia reſpō
ſio ad iſtum tex. negando quòd hic decidatur
concurſum admitti;prout etiam præſupponunt
quatuor ex prædictis intellectibus: ſed ꝙ hic
decidatur intentari poſſe poſſeſſorium poſtquā
cæpit rem uendicare, ſi petitorium ſuſpendit
iuxta formam poſitam in dicto capitulo paſto-
ralis.& eodem modo intelligitur tex. in dicta
l.cum fundum.§.fi.ff.de ui & ui arm.quia qui in
tentauit prius unum iudicium,& poſteà inten-
tauit aliud,uidetur habere intentionem ſuſpen
dendi primum,& procedendi ſuper ſecundo,&
hūc intellectum ſeu reſponſionē poſuit Fabius
Acorumbonus hic infra num. 84. & 86.& num.
116.& 118.Sed tamen iſte intellectus præſup-
ponit unum falſum quòd quis intentando ſecū
dum iudicium uelit ſuſpendere primum in du
bio: quia imò præſumptio eſt quòd ſuper utro
que uelit procedere ut citius expediatur cauſa
ſua:argum cap.finem litibus.de dolo & contu-
matia,& ideo in dicto cap.paſtoralis.tex. præ-
ſupponit quòd ſuſpenſio fiat uerbis expræſſis,
& ita ibi intelligunt omnes docto. Item repu-
gnat litera ſecundum intellectum docto. pro
ut dicit ſaluis aliis.in quibus excipit interdi-
ctum retinendæ,quod uegatur poſſe ſuſpende-
re, ut ibi diſputat Abbas.num.14. prætereà ei
obſtant duæ rationes generales: quia reſtringit
tex.ut decidat unum caſum particularem limi-
tando regulam negatiuam. Item etiam opor-
tet ſubaudire uerbum nouum reſtringens, &
dicere ei qui cæpit uendicare petitorium ſu-
ſpendit.

71 Ex quibus † omnibus apparet quòd decem
reſponſiones traditæ ad iſtum tex. per glo. &
cæteros doct. non ſunt bonæ, & quòd nulla eſt
de mente literæ & omnes uiolāt eam, & reſtrin
gunt,& ſubaudiunt, & propterea adhuc ſtat to
ta difficultas urgens & potens, utrum in inter-
dicto retinendę admittatur concurſus, & quòd
iſte tex. detruit illam tertiam opinionem ſu-
pra relatam, quam docto. uidentur retinuiſſe
diſtinguendo inter interdictum adipiſcendę &
recuperandæ, & interdictum retinendæ: nam
iſte tex.eam uidetur deſtruere decidendo quòd
concurſus admittatur.

72 Vnde ego † nouiter lego iſtum tex. duobus
modis,uno modo adhærendo opinioni Marti-
ni.alio modo eam penitus deſtruendo. Et pri-
mò adhærendo opinioni quòd in dicto cap. pa
ſtoralis. ponatur concluſio concurſum non poſ
ſe admitti in remediis retinendæ cum petito-
rio, ut uidetur ſuadere illa litera in uerſi. ſal-
uis aliis, & per rationem: quia poſſeſſorium
debet præcedere dictis decem iuribus, & per
rationem contrarietatis: quia in petitorio di-
cit aduerſarium poſſidere, & in poſſeſſorio di-
cit ſemetipſum poſſidere,& ad iſtum tex.reſpō
detur quòd in cu docto.alucinati fuere, & ha-
buerunt reſponſionem claram, & eam non ui-
73 derunt, † ut poſſit dici oculos habent & non
uidebunt, nam in toto hoc tex. quem habe-
bant ante oculos nullum uerbum ponitur
quòd admittatur concurſus poſſeſſorii retinen
dæ cum petitorio, nequè cogitauit Vlpianus
de concurſu uerbum facere: ſed ſolùm dicitur
in eo qui agit rei uendicatione non ammittit
interdictum uti poſſidet. ſeu eo non priua-
tur: quouiam non uidetur renuntiaſſe poſ-
ſeſſioni qui rem uendicauit. & hoc ſolum
decidit dum ponit uerbum non denegatur in-
terdictum, quòd exponitur, id eſt, non pri-
natur, neque ammittit illud: ſed ſemper re-
manet ei, & competit: ſed tamen non dicit
quòd illud poſſit intentare pendente rei uen-
dicatione, neque aliquod uerbum eſt in tex.
quod inferat Vlpianum uerè decidere pen-
dente rei uendicatione illud poſſe cumula-
74 re cum ea, † Et ſic doctores ſomniauerunt
hunc contrarium, quod non ponitur in tex.
Ad hoc enim ut contrarieretur eſſet opus ſub-
audire alia uerba, & dicere non denegatur in-
terdictum uti poſſidetis quin illud poſſit in-
tentare ei qui cæpit rem uendicare, quæ uer-
ba uiolant totum. §. ſicut, & cæteræ ſubau-
ditiones, & ſic apparet quòd docto.nedum in
ſcipe quærentes. cum omnibus laboribus fati-

cauerunt quòd iſte tex. contradiceret, eorum concluſioni ſubaudientes uerba contra mentem Vlpiani, ut contradiceret, & permitteret concurſum, Et ſi dicatur quare fecit hanc dubitationem, & deciſionem, reſpondetur quòd hoc fecit: quia potuiſſet eſſe quòd unus tertius ueniret, & ingrederetur in fundum, & daret ei moleſtias multas, quaſi amplius non poſſideret, cum per rei uendicationem cũ alio intentatam uideretur amiſiſſe poſſeſſionem, & nullum poſſe ei competere interdictum retinendæ. Vel etiam ſecundò ſi finito petitorio uellet intentare poſſeſſorium, ut præſupponitur in primus tribus intellectibus glo. an poſſit ei oppponi quòd amplius non habeat poſſeſſorium retinendæ: quia renuntiauit poſſeſſioni. Sed tamen tex. iſte non præſupponit quòd intentauerit illud finito iudicio: ſed ſolum ad nem ut demonſtret quòd in caſibus occurrentibus remanet ſibi illud interdictum, & iſte intellectus eſt tam planus & facilis, & literæ conueniens, quòd mirandum eſt quòd Martinus & cæteri gloſſatores non uiderint, & laborauerint tautum in ſolutione unius contrarii, quod non erat neque in uerbis, neque in intentione, & ſubaudiuerunt uerba ut haberent contrarium; in cuius ſolutione fatigarent ſe, & omnes alios, & tam fortiter turbarent, & inuoluerent hanc materiam, & certè ſi opinio Martini negatiua quòd non admittatur concurſus legibus concludentibus probaretur, iſta reſponſio, & hic intellectus omnimodò tenenda eſſet.

75 Veruntamen † quia propter hoc contrarium chimerigiatum, & ſomniatum docto. laborauerunt in inueniendo caſus in quibus concurſus interdicti retinendæ cum petitorio admittatur, & per decem præcedentes intellectus apparet quòd in decem caſibus eorundem admittitur cumulatio: quoniam dicti omnes intellectus ueri ſunt in ſe, & ponunt deciſionem ueram, licèt non conueniant literæ, demonſtratur quòd regula Martini negatiua non eſt uera, cum in tot caſibus permittatur cumulatio,
76 & † ideò non eſt opus fundare ſe in ea. Vnde poſteà ulterius cogitando ſumitur concluſio destructiua regulæ negatiuæ Martini quòd regulariter permittatur cumulatio, quæ fortificatur, & ſuadetur per dictos intellectus argumentando ſi in illo in illo, & in illo caſu permittitur cumulatio: ergo generaliter permittitur. ſolum enim ſunt duo caſus in quibus poteſt prohiberi, unus eſt: quando ambo contendunt ſe eſſe reos: quia ille dicit ego poſſideo ſi tu prætendas aliquid agas, & reſpondebo. Alter quoque dicit, imò ego poſſideo, ſi tu prætendis aliquid agas, & ego reſpondebo, & ità contendunt quòd unuſquiſque eorum aſſumat onus petitoris: nam tunc eſt neceſſarium ꝙ præcedat poſſeſſorium, ut cognoſcatur quis eſt in poſſeſſione, uel remanere debeat in poſſeſſione per interdictum uti poſſidetis, ut cognoſcatur quis debet eſſe actor, & quis reus, dicta leg. prima. §. inter litigatores. infra uti poſſid. & leg. exitus. infra eodem. ſed ſi non ſunt in hac ſpeciali contentione, ille ordo non eſt neceſſarius; ſed de conſilio, iuxta l. is qui deſtinauit. ff. de rei uendicatione.

Secundus caſus in quo prohibetur cumulatio eſt: quando qui intentat rei uendicationem exprimit pro poſſeſſione ciuili, & quando intentat poſſeſſorium, adhuc dicit ſe illud intentare pro poſſeſſione ciuili, & ſic in ſuis libellis expreſſè ſe teſtringit ad eandem poſſeſſionem, in hoc enim caſu cum ſit ſibi contrarius, non admittitur cumulatio, imò plerunque præſumetur renuntiaſſe illi poſſeſſioni, ſecundum theoricam poſitam ſuper tertio intellectu glo. exceptis autem iſtis duobus caſibus generaliter permittitur cumulatio petitorii & poſſeſſorii retinendæ: quia nulla ratio impedit, & propterea efficitur regula affirmatiua deſtructiua regulæ negatiuæ Martini, quòd imò cumulatio ſeu concurſus permittitur petitorij & poſſeſſorii retinendæ. Fallit: quando agens expreſſè ſe reſtrinxit ad eandem poſſeſſionem in utroque iudicio. Fallit: quando expreſſè contendunt quis corũ debeat habere onus petendi.

77 Igitur † cum hæc regula inceperit per diſcurſum antiquorum innoteſcere, ego puto eam expreſſè poſitam fuiſſe hic per Vlpianum, & quòd decidat expreſſè interdictum uti poſſidetis poſſe concurrere cum rei uendicatione in principio, medio, & in fine ſucceſſiuè, cumulatiuè, ſuſpenſiuè, & deſtinctiuè, quam regulam expreſſè ponit tex. clarus dum generaliter dicit non denegatur interdictum uti poſſidetis, quin illud ad libitum poſſit intentare ei qui cœpit uendicare, & ratio aſſignatur: quia qui rem uendicauit, non uidetur renuntiaſſe poſſeſſioni: quoniam nulla ratio eſt urgens neque contrarietas regulariter: quia hæc remedia ſunt diuerſa, & ſe non tangunt, cum nihil habeat commune poſſeſſio cũ proprietate, id eſt, cauſa poſſeſſionis cum cauſa proprietatis ſeu petitorium cum poſſeſſorio, & ideò non eſt opus aliqua ſubauditione, ut in dictis intellectibus ad finem reſtringendi tex. ſed generaliter intelligitur, cum ſemper procedat exce-
78 ptis dictis caſibus. † Et ſi dicatur tu temetipſum deſtruis, quia reprehendis omnes intellectus, ex eo: quia aliqua ſubauditio eſt neceſſaria in eis, & tu incidis in eandem reprehenſionem quia addis illa uerba ut poſſit ad libitum intentare, quæ nõ ſunt in tex. reſpondeo ꝙ ſubauditionẽ non feci ad finem ꝙ ſit neceſſaria: ſed quia ex intentione omnium præſupponitur ꝙ uerbum non denegatur, implicet hanc conſequentio, quòd etiam illud poſſit intentare cum aliàs non probatet de concurſu, & omnes docto. præſuppoſuerunt hanc tacitam implicationem

tionem

tionem: quoniam ut dixi in præcedenti intellectu; alias nihil faceret ad materiam concurſus, & cum omnes laborauerior in reſpondendo ei, ſemper præſuppoſuerunt quòd in litera determinetur concurſum admitti, quod non poſſet eſſe niſi propter illam ſubauditam implicationem, & ſic addidi ad apparentem deciſionem: ſed tamen arbitror quòd ſine ſubauditione hoc ex uerborum ſignificatione denotatur, cum uerba in dubio intelligantur cum effectu operandi, leg. j. §. hæc uerba. ff. quod quis. iur. & per Bal. in rub. C. de contrahend, emptio.

79 Idem † uerbum non denegatur, hoc ſignificat: nam plus eſt dicere non denegatur, quàm dicere non ammittir, uel non priuatur, ex eo: quia denegatio demonſtrat quandam repulſionem in iudicio, ſi ipſe illud uellet intentare, & ſi non intellexiſſet de hac repulſione iudiciali non poſuiſſet uerbum non denegatur, ſed poſuiſſet uerbum non ammittit interdictum uti poſſid. ſeu non priuatur eo qui cæpit rem uendicare, & ſic apparet quòd tex. decidit de concurſu, unde nihil ſubaudiendo ex propria ſignificatione uerborum habes hic regulam generalem poſitam, quòd concurſus admittitur per illa uerba non denegatur interdictum uti poſſidetis ei qui rem cæpit uendicare, & ratio decidendi ponitur: quia non uidetur renuntiaſſe poſſeſſioni qui rem uendicauit, & ratio rationis adducitur: quia nihil commune habet poſſeſſio cum proprietate, & coniungendo uerbum cæpit, cum uerbo uendicauit, temporis perfecti, includuntur omnia tempora in principio, medio, & in fine. Et cum ſimpliciter dicat non denegatur, intelligitur ſucceſſiuè, ſuſpenſiuè, cumulatiuè, & extinctiuè, ut nihil ſit opus ſubaudire: neque plus potuerit dicere in faciendo regulam generalẽ.

80 Non obſtat † capitulũ paſtoralis. §. ſaluis aliis. quia admitto io illo uerſi. papam loqui de interdicto uti poſſid. ſed tamen dico quòd papa ibi non decidit interdictum uti poſſidetis, non poſſe proponi cumulatiuè, uel ſuſpenſiuè: quia ſi uoluiſſet poſuiſſet alia uerba dicendo exceptis interdictis retinendæ in quibus non admittitur concurſus: ſed dixit ſaluis aliis interdictis, ideſt, ſalua natura eorum. ſentiens quòd aliquando permittitur. aliquando prohibetur concurſus, & prudenter hoc noluit determinare: quia uidebar tantas opiniones docto. in hoc tex. & in dicta l. ſi de ui. Ideò reſeruauit diſtinctionem rationabilem in interdictis retinendæ, quæ uaria eſt ſecundum uarias opiniones, & ſecundum opinionem quam ego poſui regulariter permittitur concurſus exceptis dictis duobus caſibus.

81 Quare † habes regulam permiſſiuam firmatam per tex. noſtrum cum præcedenti intellectu, quæ fuit de mente Iaſ. Alexan. & Raph. in ſuo intellectu: quando dixerunt ſimpliciter in tentauit. Sed neſciuerunt explicare, extra dentes, & intellectum ſuum reſtrinxerunt cum litera noſtra.

82 Item † habes quòd decem intellectus traditi per docto. ſunt ueri in ſe ut infra tenet Bar. ſuper intellectibus eos approbando quantum ad deciſionem, licèt non ſint boni quantum ad literam, & idem eſt de quatuor aliis intellectibus traditis per docto. ut ſint ueri in ſe, & decidant illum caſum particularem. Vnde ſuccedit quòd ex una lege nos babemus duodecim leges in materia concurſus, decem decidentes caſus particulares in quibus admittitur concurſus, & unam quam ego dedi in qua dicitur quòd non admittitur interdictum, & aliam duodecimam, quam ego poſui generalem demonſtrando, quòd uedum in dictis decem caſibus ſpecialibus: ſed generaliter in omnibus caſibus qui inueniri poſſunt permittatur cumulatio cum illis tamen duabus fallentiis, per quas tolluntur omnia quæ allegantur in contrarium, & propterea ampliatur dictum Bar. infra qui uoluit quòd propter hos intellectus glo. de una legr habemus ſex leges: quia imò de una lege nos habemus duodecim leges, quarum una ſola fuit Vlpiani, quæ eſt illa generalis, uel ſi placet illa prima, quam ego dedi, aliæ uerò ſunt leges creatæ à doctoribus, ſuper quibus erit procedendum interpretando ſicut ſuper illa Vlpiani, inquirendo utrum ſit uera, & ponat legalem deciſionem remouendo ſua contraria, & reſpondendo eis & in qualibet ſpecialem figurationem caſus ponendo, & hæc quantum ad inquirendum intellectum textus.

Tertia præuia inſpectio in qua inquiritur ſingulorum uerborum intellectus, & coniunguntur omnes intellectus tex. & creantur leges aliæ in materia.

83 Tertiò principaliter † præmittendum eſt, accedendo ad text. pro eius declaratione, & firmitate terminorum, in ea nanque habemus tria principalia dicta, primum eſt quòd poſſeſſio nihil habet commune cum proprietate, quod poſſet eſſe ultimum, cum ſit rationis. Secundum eſt in quo ponitur ratio decidendi. In quibus omnibus dictis ſunt longè plures difficultates, quàm ſint uerba in eis quæ ſpecialiter ſunt declarandæ pro firmitate terminorum antequàm deueniamus ad figurationem caſus.

84 Primum igitur eſt dictum quod † nihil habet commune poſſeſſio cum proprietate, & dum in eo dicitur poſſeſſio, uidendum, eſſet quid ſit poſſeſſio, & quotuplex ſit, & quomodo diffiniatur, ſuper quo articulo latè inſiſtit hic Rubeus, qui determinat quòd ſit facti, & ſit uni

ca ac etiam inſiſtit hic Fernandus qui determininat quòd ſit facti, in ſubſtantia tamen ſit duplex. quas quæſtiones examinant iſti doct. quia non legerunt legem primam, illi uerò qui legerunt legem primam, has quæſtiones omiſerunt, & rectius, quas omnes ego latiſſimè examinaui ultra alios in dicta l. j. & concluſi poſſeſſionem in ſubſtantia eſſe facti: ſed adhærentias iuris, quæ poſſunt dici poſſeſſio, & earum reſpectu poteſt dici iuris, ac etiam quòd in ueritate ipſa eſt unica: ſed tamen quia magis palpabilis & intelligibilis eſt opinio, & magis utilis in practica, & in hac materia tenui opinionem quòd ſint duæ ſpecies naturalis, & ciuilis quæ differunt inter ſe reſpectu diuerſorum effectuum, pro qua opinione facit lex ſicui. ff. de lib. cauſa, ubi dicitur quòd ſeruus non poſſidetur poſt intentatum liberale iudicium, & in l. 3. §. ſeruus. quæ dicit quòd ſeruus poſſidetur: ergo ut tollatur contrarietas, dicemus eſſe duplicem poſſeſſionem, Idem probatur in l. permiſceri. infra eodem coniuncto principio legis noſtræ, erit igitur poſſeſſio in re appræhenſa iuſta & ſucceſſiua inſiſtentia, quæ diuiditur inter ciuilem & naturalem, & utraque eſt facti, per ea quæ dicta pleuè ſunt in l. j. §. ſi uir uxori. ſupra eodem.

85 Proprietas † autem quid ſit ſuariauerunt doctores, communiter, tamen uidentur concludere quod proprietas ſit idem quod dominium, & probatur hic: quia facit mentionem de proprietate in primo dicto, & in ſecundo, & tertio dicto loquitur de uerbo uendicare, quod facit rei uendicationem, & actionem in rem, in qua quis petit ſe declarari dominum, l. ex diuerſo. §. primo. ſupra de rei uendicatio. ergo in cauſa proprietatis petiit ſe declarari dominũ & ſic proprietas & dominium uidentur eſſe idem, & quæſtio proprietatis eſt quæſtio dominii, & idõ probatur in l. j. §. hoc interdictum. infra uti poſſid. ubi dicitur quòd quando eſt quæſtio de proprietate & poſſeſſione, habet locum illud interdictum: quia poteſt eſſe quòd quis ſit dominus & non poſſeſſor, & alius poſſeſſor & non dominus. itaquòd de dominio per uerbum proprietatis ſignificatur dominium quod repetitur in §. ſequenti. & in hac ſignificatione capitur in rub. & nigro extra de cauſa poſſeſſionis & proprietatis, & hæc eſt communis cõcluſio. Attamen quia in contrarium eſt tex. in l. procuratòr. ſupra titulo primo ibi, dominium & proprietatem acquirit. ergo diuerſa ſunt: quia dictio & ponitur inter diuerſa, ut no. in rubr. C. de iur. & facti ignor. Secundò facit tex. in l. proprietatis. C. de probationibus. ubi appellatur dominium proprietatis: ergo proprietas differt à dominio, cum genitiuus ſeparetur à ſuo antecedenti, ut no. in rub. ſupra de nou. oper. denunciatio. & in exemplo lib. Ariſt. & Homeri, & facit tex. in §. fin. inſti. de uſufr. ubi appellatur dominus proprietatis, quinimò proprietas dicitur ipſa res tantum, l. quæſtio. infra de uerburum ſignificationi. ibi, ager eſt proprietas, poſſeſſio uerò eſt uſus, & in l. interdum. de uerborum ſignificatione eodem titulo dicitur quòd qui legat poſſeſſiones legat proprietatem, quod uerbum nihil aliud ſignificat, niſi quòd legat fundum, ſuper quibus contrariis & aliis ſimilibus ualde laborat Iaſ. in primo nota. & Fernandus & Rubeus hic. ſed quia docto. communiter hoc examinant in dicto primo notabili, ego etiam ibi latiſſimè diſputaui. Sed re-
86 ſolutio eſt iſta † quòd proprietatis nomen fuit inuentum ad demonſtrandum rem ipſam: quãdo eſt ſeparata ab aliquo iure ſuo, ut enim quæſtiones inſurgentes ſuper hac ſeparatione unius iuris ar pateat ut diſtinguerentur perſonæ quãdo unus haberet ius, & alter haberet rem, inuentum fuit hoc nomen proprietatis, quod ſignificat rem cum ſuis qualitatibus cæteris diſtinctam: tamen ab illo iure de quo agitur, & nunquàm reperitur hoc uerbum proprietatis, niſi quando ſeparatur res ab aliquo iure ſuo, ſeu conſideratur ſeparata: nam ſi præſupponitur ſine priuatione iuris ſui nominatur res, uel fundus, uel domus, non autem proprietas. Propterea ſi res conſideratur ſeparata ab uſufructu, tunc proprietas erit ipſa res unita cum dominio, & poſſeſſione ciuili. quæ tria erunt in una perſona, & uſusfructus in alia, & ſi conſideratur an differentia an uſus, tunc proprietas erit res unita cum dominio, poſſeſſione, & uſufructu, quæ quatuor erunt in uno, & uſus erit in alia perſona, & ſi conſideratur ſeparata ab aliquibus ſeruitutibus, tunc proprietas erit cum omnibus iuribus ſuis quæ erunt in uno, & ſeruitus erit in alio, eodem modo ſi conſideratur res ſeparata à poſſeſſione, tunc proprietas erit res unita cum dominio, quæ duo erunt in uno, & poſſeſſio erit in alio, & hoc modo conſideratur hic, & bene dixerunt docto. quòd proprietas eſt dominium. ma debebant declarare quòd dominium eſt unitum cum ipſa re, & in cauſa proprietatis qui petit declarari ſe dominum, & eã ſibi reſtitui, & ſic conſideratur res unita cum dominio, & ſi aliquando res conſideratur ſeparata à domino, tunc res appellabitur proprietas, & dominiũ erit ius ſeparatũ, & appellabitur dominium proprietatis, ſicut uſusfructus proprietatis, uel rei dicta l. proprietatis C. de probationibus. & dicta l. interdum. & l. quæſtio. ff. de uerbo ſignifica. Quæ omnia procedunt etiam in rebus incorporalibus: nam iura incorporalia habent proprietatem, dominium, poſſeſſionem. & iura alia quæ ſeparantur à proprietate. Vnde uſusfructus habet proprietatem, & poſſeſſionem, l. qui uſumfructum. ff. ſi uſusfructus petatur, & quando uſusfruct. plenus eſt in uno appellatur uſusfructus. ſed ſi unus habet uſumfructum, & alter percipiat fructus, tunc proprietas eſt

tas eſt penes ipſum uerum uſumfructuarium, qui reputatur dominus in ipſo iure utendi, & alter habet poſſeſſiooem, & ſi unus habet onera ad uſumfructum de quibus per Bar. in le. pe. ff. de uſufructu legato, & unus habeat ius exigendi illa onera, tunc proprietas, id eſt, ipſum ius utendi, & fruendi cum fructibus, & poſſeſſione appellabitur, & erit penes unum, & aliud ius erit penes alium, quod ſimiliter cadit in ſeruitutibus, l. ſecunda. §. quædam. infra de interdictis, ubi quaſi proprietas dicitur eſſe in iuribus incorporalibus: quando ipſum ius eſt in uno poſſeſſio uerò eſt in alio, & hoc modo ſumitur penè in toto tit. extra de cauſa poſſeſſionis, & proprietatis, ubi lis eſt plerunque de iuribus incorporalibus, ut in capi. cum ecclesia Sutrina. de iure eligendi epiſcopum, & appellatur ibi cauſa poſſeſſionis, & proprietatis: quia ius ipſum unitum cum dominio erat penes canonicos, & poſſeſſio illius iuris erat penes alios clericos, & cum hac diſtinctione poteris reſoluere omnia iura quæ allegantur infra in primo notabili, & centum alia ſi allegarentur: quoniam ſubſtantia proprietatis eſt, ut denotet rem ipſam ſeparatam ab aliquo iure ipſius, & cum uaria poſſint eſſe iura à quibus ſeparatur, & uaria poſſint eſſe iura cum quibus uoitur io contingentia facti, euenit quòd neceſſariò pluribus modis capitur, & pluribus reſpectibus. ſed tamen ſemper conſiderabitur quando ipſa res dicetur eſſe penes unum, & il-
87 lud ius ſaparatum penes alium. † Et cum in materia noſtra, & io hoc dicto conſideretur res, prout eſt ſeparata à poſſeſſione, proprietas hic erit res ipſa unita cum dominio, quæ eſt in una perſona, & poſſeſſio io alia. Aliquando io eadem perſona: ſub diuerſis tamen reſpectibus, & ſemper cum conſideratione ſeparationis. ut infra patebit: ſub quibus tamen duobus nominibus poſſeſſionis, & proprietatis continetur uirtualiter cauſa poſſeſſioois, & cauſa proprietatis; ſeu poſſeſſorium, & petitorium, ut ſit ſenſus quòd poſſeſſio nihil habet commune cum proprietate: neque cauſa poſſeſſionis cum cauſa proprietatis: neque poſſeſſorium cum petitorio.

Item cum in eodem dicto ponantur illa uerba nihil habent commune, glo. oppooit & Bar. per quatuor oppoſitiooes etiam examinat, cum in multis uideantur habere conuenientiam, & ponunt doctor. ubi plenius dicam infra ſuper oppoſitionibus Bar. Et reſolutio eſt, quòd iſte tex. habet reſpectum ad diuerſitatem formæ, & ſubſtantiæ: nam ſicut ſi reperiuntur decem homines ſingulariter poſiti, unuſquiſque habet ſuam formam indiuidui ſeparatam ab alio, & in oihilo ſe tangunt, & ſi unus petatur alter nõ petitur, & ſi unus interficit hominem, alius nõ interfecit: neque accuſari poteſt. & idem eſt in pluribus iuribus incorporalibus: ſi enim ponamus hic eſſe unum ius eligendi, & aliud ius dicendi, & aliud utendi, & fruendi, & aliud cudi uel agendi, hæc iura diuerſa ſunt in ſubſtantia, ſeu melius in forma ſubſtantiali, & in indiuiduo, & unum non tangit aliud, & ſi quis petat ius eligendi non petit neque iuriſdictionem: neque ius utendi: neque alia iura: quia diuerſa ſunt, eodem modo proprietas, & poſſeſſio dicuntur eſſe duo iura ſeparata, & diuerſa habentia ſuam formam ſpecificam, & ſubſtantiam diuerſam, ſicut plures prædicti homines, & plura iura prædicta. Nam ſi tenemus quòd poſſeſſio ſit facti abſque dubio in ſubſtantia differt à dominio, & ipſa re, & ſi tenemus quòd ſit iuris adhuc ſic quòd ſubſtantia differunt. Nã poſſeſſio eſt ius inſiſtendi, ſeu ius quo tenemus rem, domioium uerò eſt ius diſpooendi, ſeu ius quo perfectè diſponimur de ea re, ut nn. in l. ſi quis ui. §. differentia. infra eodem. Eadem ratione differt à proprietate quatenus eſt unita cum dominio, & fortius quando eſt ſeparata: quia tunc, & ipſa res corporalis, ideò ſuccedit quòd hæc duo nihil habent commune, ex eo: quia differunt in ſubſtantia ſpecifica, ſicut Titius, & Sempronius, domus, & fundus, & uſuſfructus, & ius eligendi, & iuriſdictio, & ius cudi uel agendi.

Secundo differunt in remediis: quia pro poſſeſſione daotur actiones perſonales in rem ſcriptæ leg. prima in fin. infra de ioterdict. & pro proprietate actiones in rem ſeu uendicationes.

Item differunt in libello: quia in uno petitur poſſeſſio, io alio petitur proprietas ſeu ſe declarari dominum, ſicut ſi in uno libello quis peteret fundum, & in alio peteret domum, & in uno peteretur Titius, & in alio Sempronius, & in uno peteretur uſusfructus, & io alio ius eligendi, & aliud ſimile ius.

Item differuot in probationibus: quia ut ex prædictis exemplis apparet, cum res diuerſæ ſint teſtes, & inſtrumenta, debeat uerba ſua referre ad dictas res diuerſas, & per hoc etiam differunt in modo probandi: quoniam alio modo probatur poſſeſſio, & alio modo quòd eſt dominus, ex eo: quia diuerſa ſunt eorum principia, & diuerſæ cauſæ debendi.

Item differunt in modo procedendi, cum unum iudicium ſit ſummarium, aliud ordinarium.

Item differunt in ſententia, cum uerba ſententiarum debent referri ad diuerſas res, ſicut ſi petita eſſet domus in uno libello, & fundus in alio, uel Titius in uno, & Sempronius in alio, & hac ratione etiam differunt in modo ſententiandi, ac etiam differunt in effectu, cum in poſſeſſionis cauſa ſenteotia concedat poſſeſſionem uſque ad finem litis temporaliter, & in cauſa proprietatis concedat rem ipſam perpetuò, dicto cap. cum eccleſia Sutrini, cum ſimilibus. Multas alias differentias ponunt hic Fernandus, Rubeus, & alii Mod. & plures alias

tu poſſes inuenire diligenter inueſtigando, ut appareat quòd rectè dictum fuit quòd poſſeſſio nihil habet commune cum proprietate, & quòd poſita cauſa proprietatis, non ponitur cauſa poſſeſſionis, neque etiam remouetur, neque remota una alia ponitur, uel remouetur, ſicut in prædictis exemplis contingeret in actu practico apparenter.

Secundum eſt principale dictum, quòd non denegatur interdictum uti poſſidetis ei, qui cœpit rem uendicare. in quo primò ponitur uer-
89 bum † interdictum, quòd quid ſit ſupra declaratum fuit, cum ab initio interdicta eſſent decreta, & formulæ ſeu conceptiones uerborum inter duos dicta, ut inſtitut. de interdict. in principio, & in §. primo. ſed poſteà per Saluium Iulianum effecta fuerunt edicta publica ligantia totū populum, ex quibus competeret actio in factum, ſeu actio extraordinaria, ut in rub. infra de interdictis, ſeu extraordinariis actionibus, & in §. fi. inſti. de interdictis, & ideò ſenſus eſt in hoc tex. interdictum, id eſt, actio ipſa extraordinaria ex interdicto publico competens, poſteà additur uerbum uti poſſi. quod denotat ſpeciale remedium retinendæ poſſeſſionis, le. j. in f. uti poſſid.

90 Sed † tamen licèt hoc ſolùm exprimatur, tamen uirtualiter continentur cætera remedia poſſeſſoria retinendæ poſſeſſionis, de quibus dixi ſupra in præmiſſis, & habetur in §. retinendæ. inſti. de interdictis. unde ſenſus eſt interdictum uti poſſid. id eſt, remedium retinen-
91 dæ poſſeſſionis. Poſteà ponitur † uerbum non denegatur, quod habet duplicem ſenſum, unus eſt quòd exponatur, id eſt, non amittit, uel non priuatur remedio retinendæ, qui cœpit rē uendicare, & hic uidetur literalis ſenſus, & nihil diſponit iſte tex. de concurſu. Secundus eſt ſenſus quòd uerbum non denegatur, denotet duo, unum quòd nō amittit interdictum, ſecundum quòd non amittit poteſtatem intentandi: quia uerbum denegatur, plenius eſt quàm ſit uerbum non amittit. uel non priuatur, cum denegatio præſupponat aliquem uelle intentare remedium, & quòd repellatur. Ideò ſenſus eſt quòd non denegatur, id eſt, non amittit remedium retinendæ; neque poteſtatem illud intentandi ad libitum qui cœpit rem uendicare, & cū hac expoſitione in tex. noſtro deciditur quòd remedium retinendæ poteſt cōcurrere cum rei uendicatione, & tunc ſunt multa contraria de quibus infra dicemus, tamen omnes doctò. à primò ad ultimum tenent iſtam expoſitionem præſupponendo quòd hic admittatur concurſus, ut patet in omnibus intellectibus poſitis per glo. infra diſcutiendis, & hunc etiam ego
92 puto ueriorem. † Poſteà ponitur uerbum uendicare, quod ſignificat rem ſibi appropriare, ut tenent Grammatici, & etiam habetur in rubro, & nigro. ſupra de rei uendicatio. ubi habetur quòd qui agit rei uendicatione dicit ſe dominum, & petit ſibi tanquàm domino teſtitui rem, & ideò dum dicit uendicare, intelligitur, id eſt, agere in rem, ſeu intentare petitoriū, uel cauſam proprietatis, quæ per ſolam actionem in rem intentatur ut ſupra diximus in primo præmiſſo in remediis petitorii.

93 Item † etiam in eodem dicto ponitur uerbū cœpit, quod recipit multas expoſitiones. Nam propriè denotat principium, l. prima. §. cœpiſſe. de pollicitationibus, ſeu præparatoria quæ fiunt ante litis conteſtationem, ut no. in rub. C. de edendo, & facit tex. in §. omnium. inſti. de pœna temerè litiganti. ibi, omne iudicium incipit à citatione partis, & lex ubi cœptum. ff. de iud. unde aliqui ſunt qui intelligūt iſtum tex. quòd admittatur concurſus ante litis conteſtationem, & non poſteà. Alii tamen ſunt intellectus quòd iſte tex. intelligatur etiam poſt finitam rei uendicationem, ut demonſtrant tres primi intellectus, & tunc debet exponi cœpit, & perfecit ſeu finiuit. Alii uerò ſunt intellectus quòd intelligatur poſt litis conteſtationem, & durante petitorio, ut patet in tribus intellectibus aliis glo. Aliqui etiā intelligunt quòd poſſit intentari remedium retinendæ durante petitorio, & illud ſuſpendere, & tunc exponitur cœpit, & perſeuerauit, & in alio cœpit, & perſeuerauit, ſed ſuſpendit. quæ omnes expoſitiones communiter tenentur: quoniam omnes prædicti intellectus ueri ſunt, & ego etiam puto uerum: quia teneo tex. iſtum dare generalem regulam concurſus.

Nec obſtat de uerbo cœpit: quia illud ſubauditur per uerbum uendicauit, poſitum. in fine, quod denotant tempus præteritum, & cum per unum uerbum denotet principium, & per aliud uerbum denotet perfectionem, & finem, apparet quòd hic omnia tempora continentur, & ideò exponitur cœpit uendicare, id eſt, cœpit ac etiam perſeuerauit, uel cœpit, & perſeuerauit uel cœpit, & finiuit, uel cœpit & ſuſpendit, & ità continentur hic omnia tempora, & omnes qualitates, ut ſit ſenſus quòd non denegatur remedium retinendæ illi qui cœpit rem uendicate in principio, medio, & in fine. ſucceſſiuè, cumulatiuè, ſuſpenſiuè, & per omnem concurſum, & ordinem, & ità habes generaliſſimam deciſionem concurſus præter mentem doctor.

Tertium eſt dictum. Nam poſſeſſioni non uidetur renuntiare qui rem uendicauit, quod dictum omnes tenent quòd ponit rationem decidendi, quòd concurſus admittatur, & non ad
94 mittitur interdictum. † Sed tamen ei obſtat: quia uidetur eſſe extra propoſitum, cum hæc ratio dicat de poſſeſſione, & deciſio ſit de interdicto, ſeu actione. Vnde uidetur quòd non concludat per primum dictum legis: quia diuerſa ſunt. Sed defendendo reſponde quòd imò concludit: quia interdictum retinendæ requirit poſſeſſionem, & ſine poſſeſſione non poteſt competere, cum detur tantum poſſidenti. §. retinendæ

nendæ inſti. de interdictis. & l. prima. & per totum. infra uti poſſidetis. & ideò ſicut ſi renuntiaretur poſſeſſioni amplius non competeret interdictum ceſſante eius ſubſtantiali requiſito, eodem modo dicendo quòd non eſt renuntiatum poſſeſſioni, concludit quòd non denegatur interdictum quin poſſit competere.

95 Secunda eſt dubitatio: † quia uidetur quòd imò debeat renuntiari, cum nos habeamus quòd omnimodo poſſeſſorium debet præcedere poſſeſſorium, dictis decem iuribus ſupra allegatis & in ſpecie in l. exitus. infra eodem, & l. prima. §. inter litigatores. infra uti poſſid. ergo intentando petitorium, quod eſt conſequens, uidetur renuntiare antecedenti, l. illud. ff. de acquir. hæred. Similiter facit: quia iſte tex. præſupponit quòd poſſidens poſſit agere poſſeſſorio, & contrarium dicit tex. in §. ei uerò. inſti. de actio. & in l. j. §. actio. infra uti poſſid. & cap. examinata. de iudi. & l. j. C. de alienatio. iudi. mutandi cauſ. facta. ergo intentando petitorium ut iudicium ſit ualidum, oportet dicere quòd renuntiat poſſeſſioni, & tertiò facit: quia in petitorio dicit aduerſarium poſſidere, dicta l. prima. C. de alienatio. iudicii mutan. cauſ. facta. ſed in remedio poſſeſſorio dicit ſe poſſidere: ergo ne ſit ſibi contrarius uidetur quòd omnimodo dicatur renuntiare, nihilominus tamen iſte tex. dicit quòd non uidetur renũtiare, propter quam cauſam uariauerunt doct. antiqui, & Mod. & dederunt decem intellectus quos ſupra retuli, & infra etiam repetam, in quibus in effectu uideatur reſpondere contrariis fatendo illud eſſe generale: ſed tamen in tex. noſtro loqui in caſu ſpeciali, & in uno quoque intellectu demonſtratur caſus ſpecialis in quibus concurrit, qui tamen intellectus ut dictum fuit in ſecundo præmiſſo uiolat literam eam reſtringendo, & ſubaudiendo ....

96 Sed † tamen: quia poſteà apparet diſputando quòd omnes ſunt ueri, eos cumulando apparet quòd in decem caſibus poteſt concurrere poſſeſſorium cum petitorio, per quos decem caſus ego poſteà argumentatus fui quòd generaliter permittitur cumulatio, & quòd regulariter intentans petitorium, non uidetur renuntiare poſſeſſio. & ad contraria reſponde reducendo ea ad caſus ſpeciales, & faciendo duas limitationes, una eſt quòd contraria procedũt quando partes diſcordant: quia uterquè uult eſſe reus, & dicitur alteri ſi aliquòd ius prætendis agas uia tua, quòd ego reſpondeo hoc enim caſu de neceſſitate debet præcedere, & tunc intentando petitorium uidetur renuntiare huic poſſeſſioni, & facere ſe actorem: ſed quando non eſt hæc ſpecialis controuerſia, tunc ordo eſt uoluntarius, & de conſilio, l. is qui deſtinauit. ff. de rei uendi. unde tunc non inducitur renuntiatio.

Secunda eſt limitatio: quando ſe reſtringit in utroquè remedio agens ad eandem poſſeſſionem: nam tunc uidetur ſibi contrarius præciſè, unde agendo contra aliquem tanquàm poſſidentem certa poſſeſſione uidetur renuntiare illi poſſeſſioni ut ſibi competat actio, quæ alias non competeret, & ita procedunt alia contraria, & propterea deciſio remanet generalis, pro ut inferunt uerba non uiolando ea.

97 Poſteà eſt uerbum uendicauit, † quòd denotat uendicationẽ perfectam, & finitum iudiciũ. Vnde uidetur quòd ratio non concludat de cõcurſu: ſed quòd ſolum poſſeſſorium poſt finitũ petitorium intentari poteſt, ut dicunt tres primi intellectus: ſed tamen poſteà obſtant alij intellectus qui, & ueri ſunt, & ſecundum dictum, quod non uidetur totum probari per rationem iſtam, ideò reſolutio eſt tradenda ut ſupra, quòd hoc uerbum uendicauit, ſimiletur per præcedens uerbum cæpit, & ſimul coniuncta denotant principium, medium, & finem petitorij, & ideò redditur hæc ratio generalis, & probant totum ſecundum dictum, & per conſequens tota deciſio remanet generalis, ut concurſus omni tempore, & omnimodo petitorii & poſſeſſorii fieri poſſit.

98 Reſtat igitur † quòd in tex. noſtro ponitur deciſio petitorium, & poſſeſſorium cumulari poſſe, ſed tunc obſtat etiam unum aliud ualdè urgens, & ut melius intelligatur præmittendũ eſt quòd in libello quattuor qualitates ſeu accidentia euenire poſſunt: quæ uarios habent effectus in iudiciis, declaratio ſcilicet emendatio, mutatio, & cumulatio, de quibus latiſſimè habetur per doct. in l. edicta. C. de edend. ubi etiam latè dixi. Declaratio eſt uerborum dubiorum, uel intentionis explicatio, le. ſi quis intentione ambigua. ff. de iudi. & hæc in poſſeſſorio, & petitorio ſæpe neceſſaria eſt, ut ſi forſan fuit factum petitorium reſpectu poſſeſſionis, & ſit dubium de qua poſſeſſione intellexerit agens, poteſt declarare hanc dubitationem exprimendo illam poſſeſſionem quæ magis ſibi prodeſſe poterit, & idem in poſſeſſorio, quæ declaratio ſecundum omnes poteſt fieri ante litis conteſtationem, & ſecundum aliquos, etiam poſt litis conteſtationem, ut per Decium ibi in materia declarationis.

Secundò eſt emendatio, ſicut ſi forſan intentauit petitorium pro poſſeſſione ciuili, quam forſan agens habebat, & uult emendare, ut intelligatur facta pro poſſeſſione naturali, uel detentatione, & tunc permittitur fieri uſquè ad litis conteſtationem, poſt uerò litis conteſtationem: quia quaſi contractus eſt celebratus nõ admittitur, dicta l. edicta. C. de edendo. Facit l. amplius non agi. infra rem ratam hab. & idem poterit procedere in poſſeſſorio emendando poſſeſſionem pro qua uult agere.

Et tertiò eſt mutatio quæ dicitur eſſe actionis primæ omiſſio, ubicunquè quis intentauit actionem quæ poſteà ſibi uidetur inutilis, & ea omiſſa uult intentare alia, & hæc etiam poteſt

habere locum in poſſeſſorio, & petitorio, ut uoluit hic Coraſius, qui in ſuo intellectu dixit quòd intentans poſſeſſorium mutauit petitorium omittendo illud, & loco ipſius intentando poſſeſſorium, quæ mutatio ſimiliter permittitur uſque ad litis conteſtationem, poſteà uerò prohibetur, ut no. in dicta l. edita. quia unuſquiſque debet actionem ſuam uſque ad finem perſequi, auct. qui ſemel. C. quomodo, & quando iudex.

Quartò eſt ſuſpenſio, quæ dicitur eſſe ab agendo ceſſatio, & differt à mutatione; quia in ea actio omittitur, in ſuſpenſione uerò actio ceſſat, & differtur, & hæc regulariter non eſt permiſſa contradicente parte, dicta auct. qui ſemel. C. quomodo, & quando iudex. Sed tamen in petitorio permittitur ubicunquè quis uult intentare poſſeſſorium, ut eſt tex. clarus in cap. paſtoralis. de cauſa poſſeſſionis, & proprietatis, & eſt ratio: quia natura poſſeſſorii eſt, ut præcedat, dicta leg. ordinarii. cum decem concordanti. Ideò faciliter ſuſpenditur petitorium ut præcedat poſſeſſorium: quoniam reducitur ad naturam ſuam, l. ſi unus. §. pactus ne peteret. uerſi. quòd ſi in ſpecie. ff. de pact. Sed an permittatur in poſſeſſorio retinendæ? dubitant docto. in dicto cap. paſtoralis. num. xiiij. per clem. j. de cauſa poſſeſſionis, & proprieta. tamen uerior eſt opinio quòd permittatur ut declarabo in no. ſecundæ lecturæ.

99 Quintò † eſt cumulatio, quæ eſt unius actionis cum alia coadunatio, de qua per docto. in dicta l. edicta, & dicitur eſſe duplex una propriè quæ fit in eod. libello coniungendo duas actiones, & iſta poteſt fieri uſquè ad litis conteſtationem, poſteà uerò non admittitur, dicta l. edicta. alia eſt quæ impropriè eſt cumulatio, & propriori nomine appellatur concurſus, & iſta poteſt fieri ante, & poſt litis conteſtationẽ in actionibus habilibus, & non requirit quòd fiat in libello: ſed ſolùm requirit quòd durante prima procedi poſſit in ſecunda, & de utraquè tractatur in hoc tex. ex eo: quia intelligitur ꝙ fieri poſſit à principio, medio, & in fine, ut declarauimus in præcedentibus, & difficultas in materia iſta non eſt, an admittatur illa formata, & præciſa cumulatio: ſed an admittatur concurſus petitorij, & poſſeſſorij. Cum parum interſit ſecundum intentionem doctor. an hæc cumulatio fiat in eodem libello, uel potius fiat poſt litis conteſtationem in diuerſo libello, dummodo eodem tempore procedatur ſuper utraquè, & rationes quæ uidentur impedire cumulationem æqualiter militant in concurſu, ſicut & in cumulatione præciſa.

100 Cum igitur in tex. noſtro decidatur † ſecundum præcedentes declarationes, quòd cumulatio uel concurſus petitorii, & poſſeſſorii fieri poſſit, in contrarium fortiter urgent ſex rationes impeditiuæ cumulationis traditę per Bar. & docto. in dicta leg. edita. in materia cumulationis.

101 Prima eſt † ratio impeditiua fundata in ordine iuris ſeu cognitionis quæ dictat, quòd ubicunquè plures actiones ità ſe habent quòd una ex diſpoſitione iuris debet præcedere aliam in cognitione impeditur cumulatio, ut no. in l. fundi. & leg. fundum. ff. de exceptioni. & per glo. in l. quæ de inofficioſo. in fi. ff. de inoffici. teſtam. & iſta militat in petitorio, & poſſeſſorio per decem leges in ſecundo præmiſſo allegatas, & in ſpecie per l. exitus. infra eodem. & l. prima. §. interlitigatores. inf. uti poſſid. in quibus dicitur quòd ordo iuris eſt, ut præcedat cognitio poſſeſſorii ad finem, ut poſſimus ſcire quis ſit poſſeſſor, & quis debeat eſſe actor, & quis reus, & ſuſtinere onera probationis.

102 Secunda eſt † regula impeditiua fundata in electione: quando plures actiones ità ſe habẽt quòd una electa aliæ tollantur, l. fi. C. de codicillis, & l. nemo. §. quoties. de reg. iur. & tunc impeditur cumulatio: & hæc etiam habet locum in petitorio, & poſſeſſorio quoniam petitorium non poteſt habere locum niſi ſciamus aduerſarium poſſidere, l. prima. C. de aliena. iud. mutand. cauſ. facta, & dicta l. exitus, & dicto. §. inter litigatores. cum ſuis concordantibus, & poſſidenti nulla competit actio. §. eo uerò. inſti. de actio. & l. prima. §. actio. infra uti poſſid. & capi. examinata. de iudi. ergo ſi quis intentat rei uendicationem, uidetur eligere illam qualitatem quòd ſit petitor, & quòd aduerſarius ſit poſſeſſor ut ſibi poſſit competere actio, ad poſſeſſorium uidetur per electionem ſublata.

103 Tertia eſt † regula impeditiua cumulationis fundata in contrarietate: quando duæ actiones ita ſe habent quòd ab initio ſint contrariæ origine, uel ſint contrariæ exercitio, tunc impeditur cumulatio, leg. j. C. de fur. & l. quod in hæredem. §. eligere. ff. de tributoria actio. & hæc uidetur urgenter militare inter petitoriũ & poſſeſſorium retinendæ, cum qui intentat petitorium dicat aduerſarium poſſidere, & qui tentat poſſeſſorium retinendæ, dicat ſe poſſidere, & conſeruare in poſſeſſionem, dicta l. j. inf. uti poſſid. unde uidentur contrariæ origine, ex eo: quia petitorium non poteſt dari niſi contra poſſeſſorem, cum poſſeſſio pariat actionem in rem, dicta le. j. C. de aliena. iudi. mutand. cauſa facta: & quia petit illum condemnari ad reſtituendum. l. qui reſtituere, & l. fi. ff. de rei uendicatio. & poſſeſſorium retinendæ non poſſit competere niſi poſſidenti, ut diximus in præcedenti uerſi. dum tex. argumentando ad interdictum retinendæ dicit, quòd non renuntiat poſſeſſioni: quia ſine ea eſſe non poteſt. Item ſunt contrariæ exercitio: quia in petitorio ſemper petit aduerſarium condemnari ad reſtituendum, & in poſſeſſorio dicit ſe rem habere, & conſeruari in poſſeſſione, & propterea apparet quòd iſta ratio urgentiſſimè ſtringit quòd

non

non admittatur cumulatio, nequè concurſus,
104 Quarta eſt † regula impeditiua fundata in
abſolutoria lata in una, qua diſponitur ꝙ ubi-
cunquè plures actiones ita ſe habent quod ab-
ſolutoria lata in una poſſibile eſt ut pariat ex-
ceptionem rei iudicatæ in alia, tunc impeditur
cumulatio, l. fundi. & l. fundum. ubi Bar. ff. de
exceptionibus, & hæc quoquè habet locum in
petitorio, & poſſeſſorio: quoniam ſi reus fuit
abſolutus, ex eo: quia probauit ſe dominum,
tunc perpetuò debet retinere rem cum poſſeſ-
ſione: ergo obſtat exceptio rei iudicatæ in poſ
ſeſſorio, quoniam amplius uincens non debet
moleſtari, cum petitorium abſorbeat poſſeſſo-
rium, cap. cum ſuper. & cap. cum eccleſia Sutri-
na. ubi Abba. extra de cauſa poſſeſſio. & pro-
prie. ergo debet impediri cumulatio, & con-
curſus.
105 Quinta eſt † regula impeditiua cumulatio-
nis fundata in condemnatoria cum executio-
ne, quæ ità formatur, quando plures actiones
ità ſe habent, quòd condemnatoria lata in una
& executione facta, inducitur ſatisfactio in ſe-
cunda, ut nihil remaneat conſequendum impe
ditur cumulatio, l. j. ff. ſi familia furtum feciſſe
dicatur, & declatat Bar. in dicta l. edita. Et
hæc etiam habet locum in petitorio, & poſſeſ-
ſorio. Nam ſi condemnatus fuit reus in petito
rio ad reſtituendum rem ipſam, & facta fuit
executio, tunc ipſe agens habet rem perfectè
cum perpetua poteſtate retinendi; ergo ei eſt
plenè ſatisfactum ſuper poſſeſſorio, & nihil re-
manet conſequendum. Igitur debet impediri
cumulatio.
106 Sexta eſt † regula impeditiua cumulationis
fundata in duplicitate: quando duæ actiones
ità ſe habent, quòd eadem res per utranquè pe
tatur, & totam per utranquè conſequi poſſit
impeditur cumulatio, l. cum filius. §. uariis.
ff. de leg. ij. & l. huiuſmodi. §. fi. ff. de leg. j. &
hæc fortiter habet locum in petitorio, poſſeſ-
ſorio: quoniam per actionem in rem quis in-
tendit rem ſibi reſtitui cum plena poſſeſſione,
dicta l. qui reſtituere. de rei uendicatio, & qui
agit poſſeſſorio, intendit reſtitui poſſeſſionem
cum ipſa re, ut in rub. & nigro de reſtitutione
ſpolia & inſti. de interdict. per illa tria inter-
dicta: ergo debet impediri cumulario.
107 Ex quibus † uidetur quòd concluſio ſupra fir
mata, ut decidatur in tex. noſtro de concurſu
petitorii, & poſſeſſorii, ſit omnimodo falſa, &
nullo modo admitti poſſit, cum ſi una ex di-
ctis regulis ſufficiat ad impediendam cumula-
tionem, & concurſum, fortius quando interue
niunt omnes ſimul congeſtæ, quæ uidentur tol
lere omnem modum ſaluandi hanc deciſionem
ſupra firmatam. Vnde uidetur quòd Martinus
optimè fecerit, & rectiſſimè ſe reſoluerit facien
do regulam negatiuam, quòd in poſſeſſorio re-
tinendæ non admittatur concurſus, nequè cu-
mulatio cum petitorio,

Veruntamen: quia nec etiam credendum eſt
quòd Vlpianus hic dixerit aliquòd impoſſibi-
le in iure determinando quòd admittatur con-
108 curſus. † Ideò docto. antiqui, & Mod. Labo-
rauerunt in ſaluando deciſionem iſtius tex. &
uidentes dictas ſex rationes ità fortiter urgere
conati fuerunt ſaluare iſtum tex. reſtringendo
ad caſum particularem in quo permittatur con
curſus, & ceſſare poſſint dictæ rationes, ideò
glo. hic retulit ſex caſus in quorum uno poſſit
procedere deciſio tex. noſtri dando ſex intelle-
ctus, & poſteà doct. addiderunt quatuor alios
caſus ſpeciales in quibus poſſit procedere iſte
tex. & ego ultra eos duos alios poſui, ita quòd
dantur duodecim ſolutiones conſtituentes duo
decim intellectus ad iſtum tex.
109 Primus eſt intellectus, † quòd hic non admitti
tur concurſus, ſed poſt finitum petitorium in-
tentauit poſſeſſorium, & ità ſucceſſiuè, & non
cumulatiuè, & proptereà ceſſant rationes. Ta
men quia uidetur diuinatiuus, & reſtrictiuus
110 ad tex. † datur ſecundus intellectus ſimiliter in
ferens quòd non admittitur concurſus, ſed
quod finitum fuit petitorium per renunciatio-
nem expreſſam, & ſic fuit ſucceſſiuus ordo non
autem concurſus.
Sed tamen iſte intellectus etiam non eſt bo-
nus: quia reſtringit nimis, & ſubaudit ad tex.
111 Vnde datur † tertius intellectus etiam non de-
cidens de concurſu: ſed reſtringens eum ad ca-
ſum particularem quòd propter primam ſecun
dam, & tertiam rationem ſupra poſitam uidea
tur intentando poſſeſſorium, tacitè renuntia-
re petitorio, & ità fuit ſucceſſiuus ordo non cõ
curſus. Sed tamen ei obſtat: quia eadem ratio
ne uidebatur intentando petitorium prius re-
nuntiaſſe poſſeſſorio, & ideò non admittatur
nedum ad concurrendum: ſed nec etiam ad agẽ
dum tanquàm carens actione. ſuper quibus tri
bus intellectibus laborat Bar. infra & doctor.
concludentes quòd non ſint boni ad iſtum tex.
ſed tamen quòd ipſi in ſe ſunt ueri, ut in dictis
particularibus caſibus poſſit admitti cumula-
tio reſpondendo obiectis ſupra firmatis ubi
etiam dicemus.
112 Vnde † quartus fuit intellectus conſentien-
do quòd admittatur concurſus ne faciamus
uiolationem ad literam. Sed tamen ut ceſſent
dictæ ſex rationes additur quòd agens ignora-
uit ſe poſſidere. Vnde toleratur ut quando
ſciuit ſe poſſidere, ut poſſit agere interdicto
poſſeſſorio, & concurrere cum petitorio, qui
intellectus non ponitur per glo. uerbis explici-
tis ſicut alij, nequè etiam per Bar. tamen ex eo
rum rationibus, & diſcurſu colligitur, & exa-
minatur, & demonſtratur quod eſt uerus in ſe,
tamen poſteà non eſt bonus ad tex. noſtrũ: quia
nimis reſtringit literam, & eſt opus diuinatio-
ne, & ſubauditione. ſicut in tribus aliis præ-
cedentibus.
113 Ideò † quintus poſteà datur intellectus, etiã

præſupponendo quòd hic decidatur de concur
ſu, & quòd intelligatur in caſu particulari quã
do quis intentauit poſſeſſorium ex poſſeſſione
noua ſibi obueniente poſt litis conteſtationem
in petitorio, & propter hanc cauſam uidentur
ceſſare dictæ ſex rationes in contrarium urgen
tes, ſuper quo intellectu etiam inſiſtit Bar. in-
fra in uerſi. quarta lectura, & eum approbat ꝙ
ſit uerum in ſe: ſed tamen dicit non conuenire
literæ tum: quia reſtringit eam tum: quia eſt
diuinare quòd egerit ex noua poſſeſſione quæſi
ta, & eſt neceſſarium ſubaudire de dicta noua
poſſeſſione quæſita.
114 Ideò poſteà glo. dat ſextũ † intellectum etiã
fatendo quòd admittatur concurſus: ſed intel
ligit in caſu particulari ut limitet dictam regu
lam negatiuam: quando actum fuit diuerſis re
ſpectibus ut forſan intentando rei uendicatio-
nem pro detentatione, uel naturali poſſeſſio-
ne, & interdictum retinendæ, pro ciuili poſſeſ
ſione, iuxta tex. in l. clam. §. qui ad nundinas.
ſupra eodem. quem intellectum examinat Bar.
infra in uerſi. quinta lectura, & alii docto. con
cludentes quòd eſt uerus in ſe, ut propter di-
ctum diuerſum reſpectum ceſſant dictæ ſex ra-
tiones ſupra allegatæ: ſed tamen quòd eſt diui
natiuus ad iſtum tex. quia reſtringit eum quan
do conſtabat quòd actum fuit diuerſis reſpecti
bus in utroquè libello expreſſè. & ideò eſt diui
natiuus, & oportet etiam facere ſubauditionẽ
115 ad tex. diuerſis reſpectibus. † Idcirco Ale. Iaſ.
Paul. Raphael, & Alcia. legunt ſeptimo modo
iſtum tex. participando in præcedenti intelle-
ctu: ſed remouendo ab eo quòd actum fuit ex-
preſſè diuerſis reſpectibus ut tollat diuinatio-
nem: ſed intelligunt iſtum tex. ꝙ actum fuit
diuerſis reſpectibus: tamen ſimpliciter fuit actũ
& in dubio præſumitur quòd agens uideatur
ſemper diuerſis reſpectibus intentaſſe, & ideò
dicentes quòd permittitur cumulatio: quia ꝓ
pter dictos diuerſos reſpectus præſumptos ceſ-
ſant illæ ſex rationes ſup. adductæ prohibentes
concurſum, & iſtum intellectum ſeparatim nõ
ponit, ſed dicunt eſſe quaſi additamentum, &
inducit ampliationem communis intellectus,
uerè tamen eſt nouus intellectus, in quo com-
muniter docto. uidentur ſe reſoluere. Sed Co-
raſius hic, tam iſtum quàm etiam ſextum re-
præhendit. Primò: quia eſt diuinatiuus, Se-
cundò: quia eſſet de indubitabili, quòd intel-
ligeretur ſemper diuerſis reſpectibus contra le
gem quod Labeo. de ſupellecti. leg. cum nul-
lus etiam inſcius uideretur habuiſſe cauſam du
bitandi. Tertiò obſtat: quia ratio aſſignata
per Vlpianum non congrueret cum ratione de
cidendi, nec fuiſſet opus dicere quòd nihil ha
bet commune poſſeſſio cum proprietate: ſed
quia eſſent diuerſæ poſſeſſiones. Quartò, nec
ratio in fi. aſſignata congrueret quòd non ui-
deretur renuntiaſſe poſſeſſioni: quia ſi eſſent
diuerſæ poſſeſſiones non potuiſſet dubitari de
renuntiatione, cum ex diuerſis non fiat illatio,
l. Papinianus exuli. ff. de minorib. Quinto:
quia iſte tex. dicit ſimpliciter de poſſeſſione: er
go intelligitur de utraquè, & ciuili l. ij. §. quod
uulgo. ff. pro hærede, & l. prima. §. deiicitur.
infra de ui, & ui arm. & hæc ultima magis ui-
detur urgere quàm aliæ præcedentes: quia indu
citur uiolatio ad tex. & eſt neceſſaria reſtrictio
& ſuppletio quòd actum fuit ſimpliciter; ta-
men poſteà intellectus eſt in ſe uerus, ut colligi
tur ex dictis rationib.
116 Vnde † octauum intellectum poſuit ipſe Co-
raſius intendens quòd concurſus ſemper pro-
hibeatur, & quòd hic non decidatur de con-
curſu, ſed quòd intentans poſſeſſorium omiſit
petitorium, & mutauit actionem de petitorio
in poſſeſſorium, ꝙ poteſt fieri, cum reiecta rei
uendicatione nihil uideatur impedire quin ad-
mittatur poſſeſſorium, & dictæ ſex rationes ceſ
ſare uidentur, quas rationes licèt imperfectè
refert pro dubitatione, ut hic latius per eum
qui figurat caſum, & addit rationem deciden-
di quia ante litis conteſtationem ſecundum re
gulas iuris permittitur mutatio, ut no. in d. l.
edita. C. de edendo. quia tunc non dicitur age
re ſed agere uelle. l. non amplius. ff. de rem ra
tam haberi, Bar. in l. nam poſteà. ff. de iureiu
rando, & ad contraria reſpondet quòd proce-
dunt poſt litis conteſtationem, quo tempore
non habet locum iſte tex. ſecundum eum. ſed
iſte intellectus ultra quòd eſt alienus à mente
Vlpiani, qui non cogitauit de mutatione: ſed
determinauit de cumulatione, cum nullum uer
bum poſuerit quòd recedatur à petitorio, &
ratio decidendi poſita in tex. non conueniret,
cum in mutatione non interſit an inuicem ſe
tangant, & an inter ſe habeant aliquid commu
ne, & propterea laborat eodem morbo, quo
ipſe dicit laborare intellectus communes.
Prætereà præſuppoſita intentione de muta-
tione intellectus efficeretur de indubitabili, cũ
ſemper licita ſit mutatio de omni actione ante
litis conteſtationem. Item eſt diuinatio ad tex.
& reſtrictio quòd intelligatur ante litis conte-
ſtationem tantum, propter uerbum uendicauit
poſitum in tex. quod denotat actum perfectũ,
ut ſupra ponderaui, ideò remanet quòd intel-
lectus eſt uerus in ſe ſicut, & præcedentes: ſed
tamen non conuenit literæ, cum eam reſtrin-
gat, & ſit opus ſubauditione dicendo, & mu-
tauit actionem.
117 Ideò † Torniellus hic, & Ruy. ponebant nouũ
intellectum uolentes hic nõ decidi cumulatio
nem ſimpliciter poſſe fieri, ſed ſolum poſſe fie-
ri ante litis conteſtationem, poſteà uerò non
permitti per dictas rationes ordinis, & contra
rietatis dicentes in his ter[illegible] litis cõte
ſtationem loqui tex. in l. ord[illegible] C. de rei
uendicatio. & l. inc[illegible]. C. de interdictis, cum
ſuis concordantibus, quæ leges reducentur ad
concordiam cum tex. noſtro, & cum leg. cum
fun-

fundum. §. fi. de ui, & ui arm. diſtinguendo ante litis,& poſt litis conteſtationem. & tex.in dicta l. cum fundum. §. fi. intelligatur ante litis conteſtationem ſimul cum tex. noſtro quod ſuadet uerbum cæpit, & dicta l. ordinarii. cum ſimilibus procedant poſt litis conteſtationem, ut non permittatur concurſus, & hanc ſuam opinionem probant ponderando dictam legẽ ordinarii, ibi,orta lite poſſeſſionis, & proprietatis. ergo erat datus libellus in petitorio, & poſſeſſorio, & facta litis conteſtatio ſuper utraquè: quia lis non dicitur niſi facta conteſtatione,cap.ex parte.de uerb.ſignific. ubi glo. & Ab. ergo præſupponit à contrariò cumulationem permitti ante litis conteſtationem, ſicut etiam ſuadet iſte tex.in uerbo cæpit uendicare.Poſteà ſubdit dicta lex ordinarii.quòd prius debet terminari quæſtio de poſſeſſione, & poſteà decidi de proprietate,quæ uerba decidi, & terminari præſupponunt litis conteſtationem, & quòd ſuſpenſo petitorio, prius agitetur quæſtio de poſſeſſione, & per conſequens negat cumulationem poſſe fieri illo tempore.

Idem probat tex.in d.l.incerti.ubi dicitur orta lite de poſſeſſione,& ꝓprietate,ergo lis erat conteſtata,& poſteà dicitur prius oportere decidi quæſtionem poſſeſſionis competentibus actionibus:ergo poſt litis conteſtation.impeditur cumulatio:ſed fit ſuſpenſio,quod confirmatur:quia ſubdit,ut appareat quis debeat facere probationes,quod ſimiliter contingit poſt litis conteſtationem,& uerbum quæſtio,ſimiliter uerificatur poſt litis conteſtationem:arg. dicti capi.ex parte.& dictæ l. amplius non agi. in uerbo poſſeſſionis.

Ad idem ponderat tex.in d.l.ſi de ui. in uerbo cognoſci,ꝙ præſupponit litem motam ſuper utraquè, & poſt litis conteſtationem cognoſci ſolùm de poſſeſſione, & addit alia etiam iura ad hunc ſenſum,uel expræſſè,uel per interpretationem reduci poſſe,& ultra hoc dictus Tornie. ac Fabius uolebant opinionem Ioan.& Azo. ꝙ nunquàm admittatur cumulatio ueriorem eſſe, cum hac tamen modificatione,ꝙ procedat poſt litis conteſtationem:ſed ante litis conteſtationẽ permittatur,quaſi nõ ſit propriè cumulatio.

Sed nec iſte intellectus eſt admittendus.Primò:quia uiolat iſtum tex.qui dicit cæpit uendicare:coniuncta dicta l.amplius non peti,&dum dicit uendicauit in preterito tempore,quòd nõ poteſt uerificari bene ante litis conteſtationem & hæc duo uerba denotant omne tempus ſimul coniuncta ut ſupra dictum fuit,& uerbum cæpit exponitur, & perſeuerauit, cum non propriè dicatur cæpiſſe ante litis conteſtationem: ſed [illegible]iſſe incipere,dicta l. amplius non agi.Item tex. in dicta l. ordinarii & l. incerti. non debet reſtringi ad litis conteſtationem, cum etiam procedant ante, & uerbum quæſtio, uerificatur etiam ante litis conteſtationem, ut no. per Ab. in dicto cap. ex parte. in ultimo notabili; & plenius per unam appoſtilam ibi poſt glo. in auctentica qui ſemel. in uerbo iis.C. quomodo & quand. iudex.

Prætereà in dicta l. ordinarii. poſt uerba orta quæſtione, prius dicit exhibitis mancipiis, quæ exhibitio fit ante litis conteſtationem, ut no. in rub.ff. ad exibendum, & in rub. C.de edendo, ubi dicitur quòd eſt præparatoria ad rei uendicationem.

Item cætera octo iura quæ dicunt de hoc ordine loquuntur ſimpliciter, & intelliguntur ante litis conteſtationem per rationem ſenſatam, quoniam per poſſeſſorium oportet cognoſcere prius quis debeat eſſe actor, & debeat eſſe reus. quæ cognitio nedum eſt neceſſaria ante litis conteſtationem:ſed ante principium litis in petitorio ad hoc ut appareat quis debeat dare libellum, & quis debeat eidem reſpondere, & opponere de incompetentia iudicis, &
118 alias dilatorias proponere†. Confirmatur etiã: quia prædictæ ſex rationes ſupra allegatæ impeditiuæ cumulationis, habent locum etiam ante litis conteſtationem, cum impediant cumulationem fieri ante litis conteſtationem, & in tota materia cumulationis quando tractatur de regulis impeditiuis ſemper intelligitur ante litis conteſtationem, & eo tempore diſcutitur, cum poſt litis conteſtationem nullo tempore audiatur.

Item ratio contrarietatis militat nedum ante litis conteſtationem: ſed in primo puncto in quo producit libellum, & propterea prohibitio cumulationis ſi fieri debet procedit in prima productione libelli, & ſi permittitur omni tempore permittitur. Idcircò uerior eſt ſenſus ad illa iura quòd tunc præcedere debeat poſſeſſorium: quando partes contendunt quis eorum debeat eſſe reus, & quis eorum debet aſſumere onus probandi, & eſſe petitor, aliàs ordo ſit uoluntarius, dicta l. is qui deſtinauit, de rei uendicatione, & hoc ſolo caſu poteſt procedere opinio Ioannis, & Azo. fundata in dictis iuribus, & hic intellectus iſte non eſt uerus ad iſtam literam, qui ſimpliciter uult quòd à principio, medio, & in fine permittatur cumulatio, & eſſet neceſſarium ſubaudire ad tex. ante litis conteſtationem. Unde peccat ut alii, & poteſt eſſe uerus in ſe, ut determinet caſum quòd ante litis conteſtationem permittitur cumulatio, exceptis tamen caſibus contradictionis, non tamen opprimendo alios intellectus quòd etiam poſt litis conteſtationem fieri poſſint.

119 Ideò † Fabius Acorũbonus nu. 86.& 88.aliũ intellectum poſuit perſiſtens etiam ipſe in opinione,quòd hic non decidatur de cumulatione quã præſupponit prohibitã per dictas ſex rationes ſupra allegatas prohibitiuas cumulationis.

Item etiam cognoſcens quòd eſt uiolare literam reſtringere eam ad tempus ante litis conteſtationem, & quòd intelligi debet, & poſt

litis conteſtationem ponat ſuam deciſionem, non tamen de cumulatione ut arbirrantur multi: ſed de ſuſpenſione, uolens quòd hic decidatur poſt rei uendicationem poſſe intentari poſſeſſorium ſuſpendendo petirorium, non cumulando, qui intellectus differt à præcedenti in eo quòd ille permittebat cumulationem fieri ante litis conteſtationem: ſed ipſe dicit nequè ante illud tempus tex. noſtrum permittere Sed tantummodo permitere quòd fiat ſuſpenſio. Secundò poſteà conuenit cum præcedenti: quia, & præcedens permittit ſuſpenſionem fieri poſt litis conteſtationem,

Et primò dicit intellectum cõmunem quòd intelligatur de uariis poſſeſſionibus non eſſe bonum: quia eſt uiolare literam iſtam, & deciſio efficeretur de indubitabili. Item iſte tex. loquitur de unica poſſeſſione, & lex ordinarii. & l. incerti. de unica poſſeſſione, cum loquantur de poſſeſſioue in nu. ſingulari. Vnde eſt diuinare intelligere de diuerſis poſſeſſionibus, & lex ordinarii. de eadem poſſeſſione.

Secundò adducit quòd hæc duo remedia dãtur ad eandem rem: quia dantur ad eũdem fundum: quia ergo impeditur cumulatio l. nemo. §. quoties. ff. de reg. iur. & quàmuis poſſeſſio, & dominium ſint diuerſa, nihilominus fundantur in eadem re, & effectualiter dantur ad conſequẽdam eandem rem.

Præterea dicit ipſe unica eſt poſſeſſio ſecundum opinionem Azo. quam ipſe tenet: ergo nõ poteſt tolli contrarietas reſpectu diuerſarum poſſeſſionum, & per conſequens iſte intellectus cómunis fundatur in præſuppoſito falſo. Ideò ipſe tenendo hanc ſuam opinionem quòd hic decidatur de ſuſpẽſione tantum: dicit rationem dubitandi ad iſtum tex. feciſſe dictam l. ordinarii. cum ſuis concordantibus, atquè etiã dicta l. uemo. & l. qnoties. de reg. iur. & tertiò loco omnes ſex regulæ impeditiuæ cumulationis ſupra allegatæ. Sed tamen dicit poſteà determinari quòd imò actor admittatur ad proponendum poſſeſſorium: ſed cum hac qualitate quòd ſuſpendat petitorium, & rarionem decidendi dicit eſſe qui agit uno remedio primo, & poſteà intentat aliud ſecũdum uidetur uelle quòd procedatur ſuper ſecundo, & hoc dicit probandum in dicta l. fundi, & d. l. fundum. de excepti. rei iudica. & ſentire glo. in d. l. cum fundus. §. fi. de ui, & ui arma. nec dicatur ſubdit ipſe quòd deciſio ſit de indubitabili quaſi hoc eſſet deciſum in dicta l. ordinarii. & dicta leg. incerti. & in l. ſi de ui. de iud. quia imò erat dubium propter rationem ne per minorem actionem fieret præiudicium maiori.

Item erar dubium: quia uidebatur renuntiare poſſeſſioni tanquàm electione tollerentur, & dicir poſteà hanc opinionem ſentire Bar. in tertia lectura, & poterat allegare tex. in capitu. paſtoralis. in uerbo ſaluis aliis. de cauſ. poſſeſſio. & proprieta. cum dictis per Abba. ibi, num. xiiij. qui uidetur ſentire quòd per poſſeſſorium retinendæ, non poſſit fieri ſuſpenſio petitorii. unde hæc deciſio fuit de ualde dubitabili.

Sed tamen nec iſte intellectus eſt bonus: quia expreſſè uiolat literam dicendo quòd hic decidatur de concurſu cum ſuſpenſione: quia nullum uerbum in tex. unde ſicut eſt diuinare quòd petitorium eſſet finitum, uel per ſententiam, uel per renuntiatiouem expreſſam, uel renuntiationem tacitam, ac etiam ſicut eſt diuinare quòd hic agens ignorabat ſe poſſidere, uel quòd egit ex noua poſſeſſione, uel quòd egit diuerſis reſpectibus, ut ipſe præſupponit, uel quòd egit ſimpliciter, ſeu quòd egit, & mutauit actionem, ſeu quòd hic reſtringatur ad litis conteſtarionem, eodem modo eſt diuinare ad tex. intelligere quòd hic permittitur concurſus ſuſpenſo petitorio, & quod addi de-
21 beant illa uerba ſuſpendendo petitorium. Præterea tex. dixit uendicauit, quòd denotat proſecutionem, & finem, non autem ſuſpenſionem, intellectus ramen ſuus eſt in ſe uerus, licèt magnas habeat dubitationes, de quibus in dicto capitulo paſtoralis. per Abb. numer. xiiij. ubi multi tenent quòd per poſſeſſorium retinendæ non poſſit ſuſpendi petitorium, ut latè declarabo. infra in notabilibus, ubi in ſpecie decidam.

Item dum dicit quòd hæc dno remedia dantur ad idem, ideò non admittunt cumulationem, & potuit allegare ſextam regulam fundatam iu duplicitate de qua in l. cum filius. §. uariis. de leg. ij. Tamen illa poteſt euitari, ex eo: quia eadem res diuerſis cauſis petitur, cum in poſſeſſorio petat rem ſibi dari temporaliter durante lite, & in petitorio petat eam ſibi dari perpetuò tanquàm domino, unde admittitur cumulatio: quia nec exceptio rei iudicatæ haberet locum lege, & an eandem, §. fina. infra, de exceptio. rei iudicatæ ideò remauet quòd iſte intellectus ſicut alii eſt in ſe uerus, & decidit hunc caſum ſpecialem: ſed tamen non eſt bonus ad iſtum textum: quia nimis eum reſtringit, & uiolat, & ſubauditionem extrinſecam facit.

Ex quibus apparet quòd nulla bona reſponſio eſt data ad iſtum tex. per doctor. antiquos modernos, & nouiſſimos, & quòd adhuc uiget contradictio urgens facta ſupra de dictis ſex regulis impeditiuis cumulationis, quæ uidentur reddere deciſionem tex. noſtri falſam, & quòd hucuſquè nihil boni in hac materia
130 dictum fuerit. † Vnde ego puto dnos poſſe nouos intellectus tradi, unus eſt quem doctor. habuerunt ante oculos, & non uiderunt, quòd in hoc textu non decidatur de concurſu, nequè intendit, neque cogitauit Vlpianus: ſed ſolùm uoluit hic determinare quòd qui intentar rei uendicationem non uidetur amittere poſſeſſionem ſuam: nequè interdictum retinendæ,

nendæ, ſed ipſa ſibi remanet intacta: quoniam iſtæ duæ actiones tendunt ad diuerſas res, cum proprietas, & poſſeſſio ſint res diuerſæ, & ſeparatæ, & nihil habent commune, & ſicut ſi quis habet actionem ad Stichum non uidetur renunriare iuri neque actioni quam habet ad Sempronium, & qui inrentat actionem ad fundum, non uideiur renuntiare actioni quam habet ad domum: quia ſunt res diuerſæ, & non ſe tangunt, & una ſtar ſine alia, & ideò actiones tengunt ad diuerſa, ità qui inteutar actionem ad conſequendam proprietatem non uidetur renuntiare actioni quam habet ad poſſeſſionem: quia ſuut res ſeparatæ, & iſtæ actiones tenduut ad diuerſa. Sed tamen tex. non dicir poſteà quòd hoc temedium poſſeſſorium poſſit cumulari cum petitorio. Sed hoc relinquit indeciſum: quia de eo Vlpianus non fuit interrogatus, & proptereà plana, clara, & facilis eſt reſponſio ad iſtum textum quòd nihil facit in materia cumulationis: quia de ea nihil dicir, neque cogirauit dicere: neque du-

121 bitatum fuit de ea† cum ſolum dicat non denegatur interdictum, id eſt, non amittit interdictum uti poſſidetis ille qui cæpit uendicare; & nihil de concurſu ponatur, & materiam cumulationis, & concurſus relinquir intactam decidendam per alia iura. Vnde doctor. debebant laborare in aliis iuribus, non autem in hoc tex. ſi ipſi habebant hanc opinionem propter dictas ſex rationes, quòd impediretur cumulatio interdicti retinendæ, & petitorii, & laborando in ſolutionibus prædictis ſomniauerunt contrarium, & dederunt ſolutiones non neceſſarias uiolando literam, & ei ſubaudiendo ſine cauſa, & hæc reſponſio ſeu iſte intellectus omniuo eſſet tenendus, ſi nos præſupponeremus ueram opinionem Martini quòd regulariter impediatur cumulatio pet dictas ſex regulas: nec eſſet opus ne incideremus in inuolutiones docto. qui dederunt illos decem intellectus quorum quinque decidunt hic cumulationem impediri, & quinque alii decidunt admittei in certis caſibus.

Veruntamen: quia ex iſto diſcurſu docto. & ex dictis decem caſibus ſepararis, ad quos ſingularirer uoluerunt tex. noſtrum reſtringi. apparet quòd in decem caſibus permittitur cumulatio aliquando à principio, aliquando in medio, aliquando ſuſpendendo, & aliquando poſt finitum petitorium, qui omnes intellectus ueri ſunt in ſe ut parebit infra in mareria, ità quòd apparet quòd in illis decem caſibus ſingularibus dictis modis permittitur cumulatio, apparet quòd non eſt ita abſonum, neque abſurdum quòd in interdicto retinendæ admittatur cumulatio cum petitorio. Ideò poſteà ego conſiderans quòd in dictis caſibus dictæ ſex regulæ impeditiuæ poſſunt ceſſare, eodem modo euenire poſſe in multis aliis ſimilibus caſibus dictas regulas poſſe ceſſare, & cumulationem poſſe permitti. uidens quoque quòd intelligendo literam noſtram pro ut iacet, & ſecundum naturalem ſignificationem uerborum illa decidit generaliter, & clarè quòd regulariter petitorium, & poſſeſſorium retinendæ poſſit ſimul concurrere.

122 Inquit † nanque non denegatur interdictum uti poſſidetis ei qui cæpit uendicare quin illud intentare poſſit, & ſic expreſſè permittit cumulationem, & rationem aſſignat, quæ ſimiliter generalis eſt: quia non uidetur renuntiaſſe poſſeſſioni qui rem uendicauit, & addit rationem rationis, quæ & ipſa generaliſſima eſt: quoniam nihil habet commune poſſeſſio cum proprietate, hoc eſt, ut declarabimus ſuper prima oppoſitione Bar. quia poſſeſſio, & proprietas ſunt res diuerſæ habentes ſubſtantiam, & eſſentiam ſpecificam, ſeparatam, & per ſe exiſtat unum ſine alio. ſicut homo, bos, & equus, Stichus, Erotes, & Sempronius, iuriſdictio. ſeruitus & uſusfructus, & ſi actiones ad prędidicta competant, illæ non ſe tangunt, neque una excludit aliam cum tendant ad res diuerſas, eodem modo nec actio ad proprietatem, & actio ad poſſeſſionem ſe inuicem tangunt: quia tendunt ad diuerſa, & non infertur quòd cumulatio impediri poſſit, ſicut nec impeditur in cęteris actionibus tendentibus ad res diuerſas, ut per omnes in dicta l. edicta. C. de edendo. & princ. materiæ cumulationis.

Nec obſtat quòd iſte tex. nullum uerbum facit de cumulatione, ut declaraui in præcedenti intellectu: quia dicitur quòd imò uirtualiter, & implicitè hoc ponit: quoniam uerbum non denegatur implicat, & ponit duo, primò quòd non amittit interdictum. Secundò quòd non prohibetur intentare: nam certè fuiſſet abſurdum dicere non denegatur ſi non intellexiſſet etiam de poteſtate agendi, & illud intentandi, in quo poteſt uerificari illa qualitas non denegatur. nam ſi de ſola amiſſione intellexiſſet, poſuiſſet uerbum non amitti, non autem uerbum non denegatur, & hanc implicationem præſuppoſuerunt omnes doctor. tam antiqui, quàm moderni, dum poſuerunt pro conſtanti quòd hic decidatur de concurſu, & ideò laborauerunt in ſolutione tot modis uiolando literam, & ſubaudiendo.

Non obſtant dictę ſex regulæ impeditiuæ: quia illæ tolluntur per rationem generalem tex. hic, quòd nihil habet commune poſſeſſio cum proprietate, & quòd dictæ actiones tendunt ad diuerſa, & ſe inuicem non tangunt, & ſigillatim unicuique rationi reſpondebo inf. in figuratione caſus dando particulares reſpon-

123 ſiones. † & ſumma erit quòd dictæ ſex regulæ non concludunt niſi in duobus caſibus ſpecialibus, unus eſt quando uterque contendit ſe eſſe reum, & dicit ego poſſideo, ſi aliquid ius prætendit agas, quòd ego reſpondebo. nam tunc militat contradictio, & ratio ordinis, ut

primò præcedat poſſeſſorium, & ſi intentat petitorium, uideatur tenuntiare poſſeſſorio. Secundus caſus eſt: quando intentat utrunquè petitorium, & poſſeſſorium ſe teſtringendo ad unicam poſſeſſionem expreſſam, tunc enim militat ratio contrarietatis per quam impediatut cumulatio,& electione tolluntur,& militat ratio de abſolutoria, & condemnatoria,& proptereà remanet quòd dictæ ſex rationes impeditiuæ non contradicunt regulæ permiſsiuæ cõcurſus, & cumulationis: ſed tantummodo contradicunt in illis duobus ſingularibus caſibus, & conſtituunt per eos duas limitationes ad generalem deciſionem tex. noſtri, & hic eſt uerus intellectus ad iſtum textum, quem infra ubiquè firmabo, & eſt de mente doctor. in ſextò & ſeptimo intellectu communiter approbatis, licèt neſciuerint extra dentes explicare, & per modum ſubauditionis ad tex. eos declarauerint.

124 Ex quo apparet † quòd ſi tegula eſt permiſſiua generalis eſt ueta, intellectus quoquè doctor. ſingulares caſus decidentes, & ipſi ueri ſunt, & eos. infra ſimul cum Bar. & cæteros demonſtrabo de iure procedere: & decidere caſum ſuum. Vnde euenit quòd per ipſos creantur decem leges in hac materia cumulationis, decidentes caſus ſingulares in quibus permittitur concurſus petitorii, & poſſeſſorii: qui tamen cum faciant ſubauditionem, non ſunt de intentione Vlpiani.

125 Vnde undecimus † eſt poſteà quem ego tradidi qui iudicio meo eſt de mente Vlpiani, in quo ponitur regula generalis permiſsiua, & duodecima lex additur quæ adhuc poterit eſſe Vlpiani, ſi euitaudo tot labores uelimus dicere quòd iſte tex. nullum uerbum poſuit de concurſu, nequè cogitauit ponere ſuper quibus ſingularibus intellectibus, tanquàm ſuper decem legibus diuerſis oportet inſiſtere eas interpretando ſingulariter, & figurando duodecim caſus diuerſos, & faciendo notabilia diuerſa, & opponendo, & ſoluendo pro ſaluatione intellectuum, per quem diſcurſum remanebit hæc materia plenius declarata quã aliqua alia, & plenius decidens caſus ſuos contingentes, quam aliqua alia. ſicut in ſimili feci in l. poſt dotem. in præmiſsis, & in diſcuſſione. ff. ſol. mat.

Ne tamen aliqua inculcatio uel confuſio inducatur in mente iuuenum, in expoſitione tot uariarum legum placuit eas omnes cum ſuis uerbis ſingulariter hic referre. & quia primum poteſt dubitari an quis intentans rei uendicationem amittat interdictum retinendæ, ideò conſtituitur primus intellectus, quem ego conſtitui de nouo hoc modo.

126 Non amittit † interdictum uti poſſidetis ille, qui cæpit rem uendicare: quia non uidetur renuntiaſſe poſſeſsioni qui rem uendicàuit: quoniam nihil commune habet poſſeſſio cum proprietate.

Secundò quia poſſet dubitari utrum concurſus petitorii, & poſſeſſorii retinendæ permittatur ut fecit glo. in d. l. ſi de ui. Ideò facta fuit alia lex quæ fuit Vlp. ſecundum declarationem quam ego poſui his uerbis.

127 Non † denegatur interdictum uti poſſid. ei, qui cæpit rem uendicare: quia non uidetur renuntiaſſe &c. quoniam nihil habet commune. &c. intelligendo prout docto. præſupponunt, quòd uerbum non denegatur, implicet quòd nec etiam illud ad libitum intentare impeditur.

Tertiò: quia poſſet dubitari an finito petitorio per ſententiam, poſſit intentari poſſeſſorium retinendæ facta fuit alia lex per docto. ſuper primo intellectu glo. hoc decidens his uerbis.

128 Non † denegatur interdictum uti poſſid. ei, qui cæpit rem uendicare, & ſuccubuit: quia non uidetur renuntiaſſe, &c. quoniam nihil habet commune &c.

Quartò: quia in facto poteſt dubitari an poſſeſſorium retinendæ poſſit intentari poſt poſſeſſorium finitum per renuntiationem expreſſam, creata fuit alia lex à doctorib. hoc decidens ſuper ij. intellectu glo. his uerbis.

129 Non † denegatur interdictum uti poſſid. ei, qui cæpit rem uendicare, & expreſſè renuntiauit petitorio: quia non uidetur &c. quoniam nihil habet commune &c.

Quia † poteſt contingere quòd poſſit dubitari, an intentando petitorium, & poſteà poſſeſſorium retinendæ, an uideatur renuntiaſſe petorio, facta eſt alia lex per doct. ſuper tertio intellectu glo. decidens his uerbis.

130 Non † denegatur interdictum uti poſſid. ei, qui cæpit rem uendicare tacitè renuntiando petitorio: quia poſſeſsioni non uidetur renuntiaſſe: quoniam nihil habet commune &c.

Sextò contingere poteſt in facto quòd quis intentauit petitorium aſſerens aduerſariũ poſſidere omni poſſeſsione quia ità credebat uerè: tamen ipſe poſſidebat per ſeruos ſuos uel colonos: & cum poſteà habuiſſet notitiã ſe poſſidere intentauit poſſeſſorium retinendę, quem caſum determinauit glo. hic implicitè ſuper tertio intellectu, & cum eo etiam examinauit Bat. Vnde creata fuit alia l. decidens hũc caſũ his uerbis.

131 Non † denegatur interdictum uti poſſi. ei, qui cæpit rem uendicare, ſi ignorabat ſe poſſidere: quia non uidetur &c. quoniam nihil habet ius commune &c.

Septimò poteſt contingere in facto, ꝙ quis intentauit rei uendicationem, aſſerens aduerſarium poſſidere, qui forſan uerè poſſidebat: ſed poſteà pendente lite de nouo peruenit ad eundem agẽtem poſſeſsio. unde dubitari poteſt, an poſſit admitti: quem caſum poſuit glo. & doct. in quinto intellectu ſuo, & creatur lex noua decidens eum his uerbis.

cæpit rem uendicare ſi illud intentauit pro poſſeſſione nouiter quæſita: quia non uidetur &c. quoniam nihil habet commune &c.

Octauò in facto poteſt euenire ꝙ actor egit rei uendicatione contra aduerſarium detinentem, uel poſſidentem naturaliler, cum ipſe poſſideret ciuiliter poſteà intentauit etiam poſſeſſorium, & dubitari poteſt an admittatur, quem caſum determinaoit glo. & docto. in ſexto intellectu ſuo, & creata fuit noua lex eum decides nhis uerbis.

133 Non denegatur †interdictum uti poſſidetis ei qui cępit rem uendicare, ſi pro diuerſis poſſeſſionibus egit.

Nonò poteſt contingere in facto, quòd quis intentet rei uendicationem ſimpliciter non exprimendo pro qua poſſeſſione, & cum ipſe poſſideret intentauit interdictum uti poſſidetis, nō exprimendo pro qua poſſeſſione, & cum poſſet dubitari an admittatur, determinatum fuit per Iaſ. Alexandrum & magis communiter ꝙ ſic, & ita creata fuit alia lex eūdē decidēs his uerbis.

134 Non † denegatur interdictum uti poſſid. ei, qui cæpit rem ueodicare, ſi libellos non expreſſa ſpecie poſſeſſionis propoſuit: quia non uidetur &c. quoniam nihil habet commune &c.

Decimò poteſt contingere in facto, ꝙ quis intenranit rei uendicationem ſimpliciter, uel pro aliqua poſſeſſione, & cum uideret ſe nō poſſe probare dominium propoſuit poſſeſſorium retinendæ pro poſſeſſeſſione ſua, & dubitari poteſt an poſſit admitti, qui caſus determinatus fuit per intellectum Coraſii. quòd mutata actio nę hoc poſſit, & creata fuit alia lex decidens hunc caſum his uerbis.

135 Non † denegatur interdictum uti poſſidetis ei, qui cępit rem uendicare, ſi intentando poſſeſſorium mutauit actionem.

Vndecimò poteſt contingere ꝙ quis intentauit rei uendicationem quamuis poſſideret, & poſteà ante litis conteſtationem poſſeſſoriū retinendæ quoq; intētauit cumulādo, & dubitari potuit an admittatur, & iſte caſus determinatus fuit per Ruy. & Torn. in ſuo intellectu, & creata fuit noua lex eundem decidens his uerbis.

136 Non †denegatur interdictum uti poſſid. ei, qui cæpit rem uendicare, ſi ante litis conteſtationem cumulauit: quia non uidetur renuntiare &c. quoniam nihil habet commune &c.

Duodecimò contingere poteſt in facto ꝙ quis intentauit rei uendicationē, & poſteà pro ſua poſſeſſione adhuc intentauit interdictum uti poſſidetis ſoſpendendo petitorium, & dubitari poteſt an admittatur, & determinatū fuit quòd ſic, per Fabium Acorumbonum, & creata fuit lex noua eundem decidens his uerbis.

137 Non †denegatur interdictum uti poſſid. ei qui cæpit rem uendicare, ſi ſuſpendit petitoriū: quia non uidetur renuntiare &c. quoniam nihil habet commune &c.

138 Per †quas leges creatas aucta fuit ualde materia iſta poſſeſſorii & petitorii, & determinatio caſuum contingentium in ea, & detecta fuit regula generalis quòd permittatur cumulatio, quæ apud antiquos ignota erat, & eam ego poſui in ſecundo meo intellectu quem formaui ex intentione Vlpiani, & euenit quòd tota materia pleniſſimè examinatur propter contingentes quæſtiones in interpretatione cuiuslibet legis fienda & examinanda, & hæc ſufficiant pro generali cognitione terminorum & literæ. ſequitur ut nos examinemus ſingulariter unumquemque intellectum figurando caſus, opponendo & reſoluendo, ampliando & limitando deciſiones earum.

Summaria ſuper ſecunda parte. § Nihil commune. ubi examinantur ſingulariter omnes dicti intellectus, & prædicta xij. leges.

1 *DVas poſuit deciſiones hic Vlpianus, unam in uerbis expreſſam, & aliam mentalem.*

2 *Prima lex Vlpiani refertur, & ſummatur.*

3 *Caſus figuratio eam utiliter exemplificans.*

4 *Proponens petitorium non amittit poſſeſſorium, neque renunciat poſſeßioni, niſi in utroque agat pro eadem poſſeßione expreſſa, uel partes contendant quis debet eſſe reus.*

5 *Vlpianus ne inutilem deciſionem poneret, uoluit etiā diſponere quòd ad libitum poßit poſſeſſorium intentari & cumulari.*

6 *Secunda lex quæ ſimiliter eſt Vlpiani refertur, & ſummatur.*

7 *Caſus figuratio ponitur enucleans generaliter materiam.*

8 *Sex ſunt regulæ impeditiuæ cumulationis, quæ etiam inferunt concurſum petitorii & poſſeſſorij retinendæ admitti.*

9 *Omnes regulæ impeditiuæ cumulationis tolluntur per rationem tex. quòd nihil habet commune poſſeßio cum proprietate in ordine in electione, contrarietate abſolutoria, condemnatoria & duplicitate.*

10 *Proprietas hic capitur pro dominio ſecundum communiter docto.*

11 *Proprietas an poßit denotare dominium utile, uel ſubalternatum.*

12 *Si in libello quis dixit proprietatem ſe habere, an poßit obtinere probando ſe habere uſumfructum, uel emphyteuſim.*

13 *Proprietas latißimè capitur, & poteſt comprehendere poſſeßionem, uſumfructum, rem ipſam, & res incorporales.*

14 *Aliciati opinio quid ſit proprietas refertur, & impugnatur.*

15 *Opinio Hermanotij quid ſit proprietas refertur &*

& impugnatur.

16 Rubei opinio quid ſit proprietas refertur, & impugnatur.

17 Ripa opinio quid ſit proprietas refertur, & impugnatur.

18 Proprietas ſecundum Authorem eſt ipſa res quæ conſideratur ſeparata ab aliquo ſolito ineſſe in ea.

19 Proprietas tot modis capitur, quot modis poteſt aliquod ius ſeparari ab ipſa re.

20 Proprietatis etiam ſeparata à dominio conſiderari & inueniri poteſt.

21 Proprietas nomen introductum fuit ut ſermone noſtro poſſimus nominare rem ſeparatim ab aliquo iure ſuo.

22 Proprietas in propoſito eſt res ipſa unita cum dominio, & omni alio iure ſeparata à poſſeſſione.

23 Cauſa poſſeſſionis differt à cauſa proprietatis in multis hic relatis.

24 Ex diuerſis non fit illatio quomodo intelligatur.

25 Quatuor ſunt termini identitas, contrarietas, corralatio, & diuerſitas.

26 In identitate contrarijs & correlatiuis fit illatio ſecundum diſtinctionem poſitam in rub. ſupra eodem.

27 Diuerſa ſimul ſtare poſſunt, & non aduerſa & minus ſe tangunt.

Vnde euitatur lex dicēdo quòd loquitur in alio caſu.

28 Diuerſa poſſunt uniri per identitatem rationis, per genus, & nomen collectiuum.

29 Poſſeſſorium poſt petitorium intentari poteſt generaliter: quia ſe inuicem non tangunt.

30 Per poſſeſſorium retinendæ poſſit ſuſpendi petitorium, latè declaratur.

31 Poſſeſſorium retinendæ an poteſt cumulari cum petitorio in eodem & diuerſo libello, & omni tempore.

32 Intentans petitorium, an uideatur renuntiare poſſeſſioni.

33 Rei uendicatio poteſt dari contra deſinentem tantum, uel poſſidentem una poſſeſſione.

34 Poſſeſſio an habeat communionem cum proprietate: quia eſt iuris, & res incorporalis.

35 Incorporalia quando ſunt iuris, & cætera incorporalia inter ſe ſunt diuerſa.

36 Proprietas & poſſeſſio ſunt diuerſa, ſi conſiderantur quando ſunt in eſſe deducta.

37 Poſſeſſio licèt dominium producat, tamen in abſentia nihil habet commune cum eo.

38 Poſſeſſio quàmuis non ſeparetur aliquando à dominio, tamē in eſſentia nihil habet commune cum eo.

39 Poſſeſſio & proprietas in eſſe deductæ nihil habent commune.

40 Aſſerens in libello ſe dominum, an probando ſe uſum fructuarium poſſit obtinere.

41 Vſusfructus an, & quomodo dicatur pars fundi, uel dominij.

42 Libellans dicens ſe habere dominium in fundo poteſt obtinere probando uſumfructum, uel aliud ius: ſecus ſi dicat ſe dominum fundi ſimpliciter.

43 Vſusfructuarius ſecundum communem uſum loquendi appellatur dominus, & uxor ſolet relinqui domina & uſufructuaria.

44 Libellans dicens ſe dominum non poteſt obtinere de iure probando ſe habere uſumfructum: ſed ex communi uſu loquendi obtinebit in omni caſu.

45 Propter imaginatam regulam à doctoribus, quòd concurſus petitorij & poſſeſſorij retinendæ prohibeatur, hic. §. legitur uarijs modis reſtringentibus tex.

46 Glo. intentio uarijs modis declaratur, & Iaſ. nouiter exponit.

47 Noua datur declaratio glo. & tex. & materia clarificans intellectus traditos.

48 Tertia lex prima à doctor creata refertur & ſummatur.

49 Caſus figuratio per oppoſitiones, & reſolutiones explicans totam materiam.

50 Concurſus petitorij & poſſeſſorij uidetur prohiberi ex duplici capite: quia per petitorium renuntiatur poſſeſſorio, & per poſſeſſorium petitorio.

51 Proponens petitorium non uidetur renuntiare poſſeſſorio: quia remedia ipſa ſunt diuerſa & ſui natura nullam habent inter ſe contradictionem.

52 Poſſeſſorium retinendæ non prohibetur intentari poſt petitorium: quia remedia ſunt diuerſa, & ſui natura nullam habent contradictionem.

53 Abſolutoria lata in in petitorio, non parit exceptionem rei iudicatæ in poſſeſſorio.

54 Ordo proponendi poſſeſſorium ante petitorium non fuit à lege neceſſario impoſitus.

55 Abſolutoria lata in petitorio parit exceptionem rei iudicatæ in poſſeſſorio: quando reus probauit ſe dominum abſolatoria à petitis diffinitiuè, an pariat exceptionem rei iudicatæ in poſſeſſorio.

56 Abſolutoria à petitis diffinitiuè, an pariat exceptionem rei iudicatæ in poſſeſſorio.

57 Abſolutoria quia reus probauit ſe dominum, an pariat exceptionem rei iudicatæ in poſſeſſorio iterum diſcutitur per Bar. & concludit ſe reuocando quod non.

58 Exceptio dominij notorij: quia reus probauit ſe dominum, an obſtet agenti poſſeſſorio, latè diſcutitur.

59 Exceptio rei iudicatæ non excludit agentem poſſeſſorio retinendæ, licèt reus declaratus ſit dominus & nu. 60.

61 Exceptio notorij dominij: quia reus fuit declaratus dominus, obſtat agenti poſſeſſorio retinendæ ſecundum ueriorem opinionem.

62 Petitorium abſorbet poſſeſſorium: quando de eius ueritate in iudicio apparet.

63 Victus in petitorio quando poſſit agere poſſeſſorio breuiter & generaliter declaratur.

64 Abſolutoria lata in petitorio: quando pariat exceptionem rei iudicatæ in poſſeſſorio, latiſſimè diſtinguitur.

65 Abſolutoria lata in petitorio, parit exceptionem rei iudicatæ in poſſeſſorio habente annexam cauſam proprietatis.

66 Interdicta habentia annexam cauſam proprietatis, quæ ſit referuntur.

67 Victus in interdicto retinendæ, in interdicto de itine

re actu

re actuque priuato,& de aqua quotid. & æſtiua non poteſt amplius intentare poſſeſſorium pro dictis ſeruitutibus.

68 Si reus abſolutus fuit à petitis in dictis interdictis non poteſt amplius intentare poſſeſſorium,quàm nis non ſit declaratus dominus.

69 Interdicta habentia annexam cauſam proprietatis, an in petitorio & poſſeſſorio deducant dominium eodem modo declaratur.

70 Abſolutoria lata in petitorio, an pariat exceptionem rei iudicatæ in poſſorio recuperandæ, latè diſtinguitur.

71 Exceptio dominij non diſcuſſi inter ipſas partes, non poteſt opponi agenti poſſeſſorio recuperandæ.

72 Exceptio domini notorij de iure cōmuni licèt non diſcuſſi, obſtat agenti poſſeſſorio recuperandæ.

73 Interdicta poſſeſſoria in beneficialibus,uel ſpiritualibus,non habent annexam cauſam proprietatis.

74 Intellectus ad cap.quoniā.de filiis præsbyt. traditur quòd ibi priuatur iudicialiter cum citatione.

75 Per abſolutoriam latam in petitorio,nō poteſt excludi poſſeſſoriū recuperandæ,quemq; ſit abſolutoria

76 Reus abſolutus: quia actor non probauit: non poteſt excludere agentem poſſeſſorio recuperandæ,neque allegando dominium,neque allegando rē iudicatā.

77 Reus abſolutus à petitis:quia actor non probauit,poteſt repellere clericum agentem poſſeſſorio in beneficialibus.

78 Reus abſolutus:quia ipſe eſt dominus, repellere non poteſt agentem poſſeſſorio recuperandæ,ſi non producit acta, & ſententiam.

79 Reus abſolutus:quia eſt dominus opponens exceptionem dominii,& producens acta,non repellit agentem poſſeſſorio recuperandæ propter uſumfructum uel aliud ius.

80 Reus abſolutus : quia ipſe probauit non poteſt repellere agentem poſſeſſorio l.ſi quis in tantā.C.unde ui,

81 Reus abſolutus:quia dominus non poteſt impedire ingreſſum litis in poſſeſſorio recuperandæ, etiam opponendo exceptionem dominii.

82 Reus abſolutus: quia dominus producens acta,an poſſit repellere exceptione domini agentem poſſeſſorio recuperandæ,latè hinc inde diſcutitur.

83 Spoliatus ante omnia eſt reſtituendus, quomodo intelligantur iura hoc dicentia.

84 Regula quòd ſi abſolutoria lata poteſt parere exceptionem rei iudicatæ, in alio iudicio impedit cumulationem actionis,quomodo intelligatur.

85 Regula quòd nihil habet commune poſſeſſio cum proprietate,impedit ſemper exceptionem rei iudicatæ : ſed non exceptionem dominii diſcuſſi.

86 Quamuis durante petitorio poſſit proponi poſſeſſoriū recuperandæ tamē non ſequitur ſemper quòd eo ſinito poſſit,ut quando reus eſt iudicatus dominus.

87 Notoria parentela an impediat agentem poſſeſſorio recuperandæ pro matrimonio.

88 Intellectus ad cap.decimas.de reſt.ſpoliat.diſcutitur,

89 Sententia an faciat notorium inter ipſas partes latè diſcutitur.

90 Renuntians poſſeſſorio per petitorium amplius non auditur.

91 Intellectus cap.ſignificaſti. de diuortiis inquiritur.

92 Spoliatus pendente iudicio debet ante omnia reſtitui per uiam attentatorum.

93 Exceptio dominii iam diſcuſſi quod obſtet agenti poſſeſſorio recuperandæ,laris fundamentis demonſtratur.

94 Acta facta in uno iudicio faciunt notorium in alio inter eaſdem partes.

95 Epilogatio breuis quando exceptio dominii diſcuſſi impedit agentem poſſeſſorio recuperandæ.

96 Spoliatus ante omnia quando ſit reſtituendus, latiſſimè diſcutitur.

97 Ampliatur & limitatur in quam plurimis caſibus hic relatis.

98 Exceptio quòd renuntiauit poſt ſpoliationem, non impedit agentem poſſeſſorio recuperandæ.

99 Spoliatus prædo à ſpoliante & à mandante, debet reſtitui ante omnia.

100 Succeſſores ſpoliati quomodo ſint ante oīa reſtituēdi.

101 Exceptio dominii in ui compulſiua impedit agentem poſſeſſorio.

102 Exceptio dominii an obſtet ſpoliato clandeſtinè.

103 Spoliatus agens poſſeſſorio,et permittēs probationes in petitorio fieri,an excludatur à poſſeſſorio.

104 Exceptio dominii obſtat agenti poſſeſſorio recuperandæ:quando res eſt difficilis recuperationis, ut fortillicium.

105 Exceptio dominii obſtat agenti poſſeſſorio recuperandæ, ſi ſcandalum eſt ſequendum.

106 Exceptio dominii obſtat agenti poſſeſſorio; quando præſcriptio iuris eſt contra ſpoliatum.

107 Exceptio dominii oppoſita à tertio, an obſtet agenti poſſeſſorio recuperandæ..

108 Exceptio concludens agentem poſſeſſorio non poſſediſſe ante ſpoliationem,ſemper obſtat ei agenti.

109 Exceptio dominii obſtat excommunicato ſpoliato, & alia.

110 Exceptio dominii & alia obſtat hæretico ſpoliato,depopulatori & antipapa.

111 Exceptio dominii obſtat crimiunoſo priuando propter crimen, & alia.

112 Exceptio dominii et alia an obſtet ſpoliato fauore ecc.

113 Exceptio alterius ſpolii an obſtet agenti poſſeſſorio recuperandæ.

114 Exceptio dominii an obſtet agenti remedio ui bonorum raptorum pro re mobili.

115 Exceptio dominii uel alia,an obſtet agenti poſſeſſorio retinendæ latè diſcutitur & concluditur quòd ſic quando dominium eſt notorium.

116 Exceptio dominii non diſcuſſi an obſtet agenti poſſeſſorio retinendæ.

117 Exceptio dolo facis, quando competere poſſit.

118 Exceptio domini ne òdolo facis,obſtat agenti poſſeſſorio retinendæ.

119 Exceptio dominii ad colorandam poſſeſſionem obſtat agenti poſſeſſorio retinendæ.

120 Exceptio dominii notorii non diſcuſſi, obſtat agenti poſſeſſorio retinendæ.

121 Exceptio omnis inhabilitans perſonam agentis obſtat agenti poſſeſſorio retinendæ.

122 Abſolutoria : quia reus eſt dominus, obſtat agenti poſſeſſorio adipiſcendæ.

123 *Abſolutoria à petitis: quia actor non probauit, obſtat agenti poſſeſſorio adipiſcendæ in beneficialibus, & prophanis.*

124 *Exceptio dominij probandi incontinenti an obſtet agenti poſſeſſorio adipiſcendæ.*

125 *Abſolutoria lata in poſſeſſorio non præiudicat in petitorio.*

126 *Abſolutoria lata in poſſeſſorio habente annexam cauſam proprietatis, an obſtet agenti petitorio, latè diſcutitur.*

127 *Abſolutoria lata in poſſeſſorio in quo ſolum requiritur titulus, non obſtat agenti petitorio plenariè.*

128 *Hæc lectura eſt uera in ſe, & creat hanc legem ſpecialem. ſed non eſt bona ad iſtum tex.*

129 *Quarta lex & ſecunda creata à doctoribus refertur & ſummatur.*

130 *Caſus figuratio ponitur enucleans & legem, & materiam.*

131 *Renuntiatio litis non eſt mutatio actionis.*

132 *Renuntians liti an, & quomodo fatetur ſe habere malam cauſam.*

133 *Renuntians petitorio, an præiudicat ſibi in poſſeſſorio retinendæ.*

134 *Ratio ordinis non eſt neceſſaria, & impedit poſſeſſorium.*

135 *Renuntians liti an poſſit deſiſtere à lite inuito aduerſario.*

136 *Renuntians liti non uidetur renuntiare iuri ſui experiendi per alium modum agendi.*

137 *Sex interueniunt in iudicio, cauſa primordialis, actio, lis, inſtantia, cauſa accidentalis, & proceſſus quæ hic declarantur.*

138 *Cauſa in lite eſt quod apud rethores appellatur conſtitutio, & uulgariter fructus quæſtionis.*

139 *Renuntians liti an uideatur renuntiare dominio, diſcutitur latè ab utraque parte.*

140 *Verior eſt opinio quòd renuntians liti & iuri non uidetur renuntiare dominio.*

141 *Renuntiatio dependet à ſola uoluntate, & eſt ſtricti ſtricti iuris, & refertur ad diuerſa.*

142 *Renuntiatio non porrigitur ultra uerba ceſſantibus coniecturis.*

143 *Renuntians liti non prohibetur intentare poſſeſſorium retinendæ, quod ampliatur & limitatur multis modis hic relatis.*

144 *Renuntians liti an debeat condemnari in expenſis.*

145 *Renuntians liti & non ſuſpendens, condemnatur in expenſis, itaquòd non poteſt agere petitorio, niſi prius refectis expenſis.*

146 *Renuntians liti habens iuſtam cauſam, non debet condemnari in expenſis.*
Idem in ſpoliato ſimpliciter.

147 *Hæc lectura eſt uera in ſe, & creat legem particularem: ſed non conuenit uerbis tex.*

148 *Quinta lex & tertia creata à doctoribus refertur, & ſummatur.*

149 *Hæc lex difficilior eſt cæteris: quia implicat repugnantiam, quòd per petitorium non renuntiat poſſeſſorio, & per poſſeſſorium renuntiet poſſeſſorio.*

150 *Hæc lex præſupponit quòd ſit actum pro eadem poſſeſſione expreſſa, quo caſu eſt plena contradictio in allegatione actoris.*

151 *Ideò glo. reſtrinxit hanc legem ad caſum quo agens petitorio ignorabat ſe poſſidere.*

152 *Summatur hæc lectura.*

153 *Caſus figuratur.*

154 *Intentans petitorium non uidetur renuntiare poſſeſſorio, quando ignorabat ſe poſſidere.*

155 *Ignorans non uidetur renuntiare.*

156 *Proponens remedium incompatibile cum primo, an uideatur renuntiare.*

157 *Proponens poſſeſſorium contrarium petitorio, uidetur renuntiare, ſi iudex admiſit libellum agentis.*

158 *Reus quando audiatur proponendo contrarias defenſiones.*

159 *Allegans contraria quando audiatur, generaliter traditur.*

160 *Petitorium & poſſeſſorium an ſint inter ſe contraria de eadem poſſeſſione, & concluditur quòd non: ſed contrarietas inſurgit ex aſſertione actoris.*

161 *Intentans poſſeſſorium poſt petitorium pro eadem poſſeſſione, an uideatur ſemper renuntiare poſſeſſorio.*

162 *Intentans poſſeſſorium & reus fatetur eum poſſidere, an poſſeſſorium uideatur inutile, uel potius duret ex alijs qualitatibus.*

163 *Intentans poſſeſſorium, & reus negat eum poſſidere, an amittat petitorium.*

164 *Intentans poſſeſſorium reo negante, an poſt illud finitum poterit proſequi petitorium.*

165 *Intentans poſſeſſorium renuntiat petitorio admittente iudice & reo conſentiente.*

166 *Intentans poſſeſſorium non uidetur renuntiare petitorio: quando fatetur reum habere detentationem.*

167 *Declaratio mentis glo. ultra docto.*

168 *Sexta lex & quarta creata à doctoribus refertur, & ſummatur.*

169 *Caſus figuratur.*

170 *Ei qui poſſidet non datur actio, quomodo intelligatur.*

171 *Intentans petitorium quando uideatur renuntiare petitorio plenè diſcutitur.*

172 *Poſſidens per ſemetipſum; quando poſſit ignorare ſe poſſidere.*

173 *Ignorans ſe poſſidere, an amittat poſſeſſionem per actum ei contrarium.*

174 *Poſſidens per ſemetipſum intentando petitoriũ, an uideatur renuntiare poſſeſſioni latiſſimè diſcutitur.*

175 *Iſte tex. recipit declarationem quando agitur eadem poſſeſſione in utroque, & non militat contradictio.*

176 *Renuntiatio inducitur quando ſecundus actus ſortitur effectum ualiditatis.*

177 *Renuntiatio in hac lectura non inducitur, niſi libellus ualeat, & admittatur à iudice ut habeat primam eſſentiam.*

178 *Renuntiatio non inducitur; quando qui poſſidet in petitorio probat ſe poſſidere: quia non habet animo renuntiandi, & declaratur cap. examinata. de iudi.*

179 *Ei qui poſſidet quando competat actio in rem, & declaratur. §. ei uerò.*

Reus

180 *Reus ſolucns quod petitur,liberatur, ſi totam quod debetnr peruenıat ad actorem, ſecus ſi aliquid deeſt.*

181 *Intentans petitorium uidetur renuntiare poſſeſſioni, ſi ipſe poſſidet, uel ſciente reus non ſe offerat liti expreſſè.*

182 *Nemo præſumitur dare.niſi quatenus actus neceſſariò inſert, tamen quando exprimitur unica poſſeſſio, illam neceſſariò dare uidetur.*

183 *Intentans uidetur renuntiare,quam dicit reum habere, fallit in quatuor caſibus hic relatis.*
Quando libellus non admittitur à iudice, uel quando demonſtrat ſe uelle retinere: quando actor ſe offert liti expreſſè, & quando reus negat ſe poſſidere,uel actor ante litis conteſtationem intentauit, non uidetur renuntiare.

184 *Intentans unum poſſeſſorium, an poſſit cumulare aliud uel mutare*

185 *Intentans petitorium, an uideatur renuntiaſſe poſſeſſioni: ſi reus negauit eum poſſidere: ſecus ſi negauit eum dominum.*

186 *Intentans petitorium an uideatur renuntiaſſe poſſeſſorio, ſi reus negat eum dominum.*

187 *Negans poſitionem poterit ſe fundare in teſtibus examinatis, ac etiam iudex poterit,uel niſi reuocauerit.*

188 *Poſſidens per ſe ipſum quando poſſit ignorare ſe poſſidere rem immobilem.*

189 *Poſſeſſio quomodo amittatur obliuione, & quomodo præſumatur tam in rebus mobilibus, quàm immobilibus.*

190 *Ignorans ſe poſſidere, & intentans petitorium, an poterit poſteà poſſeſſoriam cumulare,uel ſucceſſiuè proponere declaratur.*

191 *Hæc lectura licèt ſit uera in ſe, & faciat nouam legem,tamen non eſt bona ad iſtum tex.*

192 *Septima lex,& quinta à docto. creata refertur, & ſummatur.*

193 *Caſus figuratur, per quem tollitur contrarietas ex diuerſitate temporis.*

194 *Intentans petitorium non uidetur renuntiare poſſeſſioni futuræ.*

195 *Intentans petitorium non prohibetur intentare poſſeſſorium, pro noua poſſeſſione quæſita.*

196 *Diuerſitas temporis an faciat quòd tollatur contradictio in aſſertionibus actoris nouiter declaratur.*

197 *Petitorium an finiatur ex peruentione poſſeſſionis ad actorem.*

198 *Vtilitas eſt magna quòd petitorium non ſit finitum quia declarari poterit dominus.*

199 *Reus ex peruentione rei ad actorem an ſit abſoluendus à petitis, uel ab inſtantia,nouiter declaratur.*

200 *Intellectus l. atique.ff.de rei uendicatio in uerbis de ſtipulatione de euictione,declaratur, & exemplificatur.*

201 *Reus ex peruentione rei ad actorem debet abſolui diffinitiuè.*

202 *Hæc lectura licèt ſit uera in ſe,& faciat nouam legem creatam,tamen non conuenit huic literæ.*

203 *Octaua lex & ſexta à doctoribus creata refertur,& ſummatur.*

204 *Caſus figuratur apperiens totam materiam.*

205 *Per propoſitionem petitorio non renuntiatur poſſeſſorio, neque per poſſeſſorium petitorio: quando actum eſt diuerſis reſpectibus.*

206 *Duo poſſunt in ſolidum poſſidere diuerſis ſpeciebus poſſeſſionum, & unica quando tendant ad diuerſos fines.*

207 *In quocunque caſu duo poſſunt in ſolidum poſſidere, uel tenere procedit deciſio iſtius legis: quia ſemper ceſſat contradictio.*

208 *Intentans petitorium & poſteà poſſeſſorium, poteſt utrunque cumulare: quia ordo non eſt de neceſſitate impoſitus, niſi uterque uellet eſſe reus.*

209 *Ratio duplicitatis an impediat cumulationem, latè diſcutitur.*

210 *Petitorium & poſſeſſorium licèt oculariter dentur ad eandem rem, tamen iuris intellecta dantur ad diuerſas, ut ex multis declaratur.*

211 *Reſtitutio rei an iure actionis, uel officio iudicis ueniat in rei uendicatione, latè declaratur referendo opiniones.*

212 *Intellectus iſte uerus eſt in ſe,& de caſu dubitabili, ſed non conuenit huic literæ.*

213 *Ratio duplicitatis,& ratio ordinis faciunt magnam dubitationem, an petitorium & poſſeſſorium retinendæ cumulari poſſit.*

214 *Hæc lex defenditur ab obiectis Mod.& eſt uera: ſed non conuenit literæ.*

215 *Nona lex & ſeptima à doctoribus creata refertur, & ſummatur.*

216 *Hæc lex licèt implicetur per docto.cum præcedenti, tamen differt ab ea.& ponit deciſionem ſeparatam, quod demonſtratur.*

217 *Caſus figuratio ponitur enucleans totam legem.*

218 *Ei qui poſſidet ciuiliter & naturaliter, datur rei uendicatio contra detinentem, & illum qui ſe liti obtulit.*

219 *Intentans rei uendicationem ſimpliciter, uidetur intentare pro detentatione tantum, ſi illam ſolam habet, & ſi poſſidet pro poſſeſſione quam habet.*

220 *Intentans rei uendicationem an uideatur pro poſſeſſione intentare,inquiritur latè.*

221 *Appellatione poſſeſſionis de qua in dubio intelligatur argumentatur.*

222 *Appellatione poſſeſſionis intelligitur de ea,quæ conuenit ſubiectæ materiæ, uel perſonis.*

223 *Libellans quando poſſit declarare dubietatem libelli in eodem, uel diuerſo iudicio.*

224 *Intellectus ad l. duobus. §.erga. de iure iurand. examinatur.*

225 *Poteſtas declarandi libellum an tranſeat ad heredes.*

226 *Declaratio libellantis eſt neceſſaria in his quæ non poſſunt certificari per legem, ſi uerò poſſunt certificari, tunc non eſt neceſſarium:*

227 *Poteſtas declarandi non tranſit ad heredes etiam ſuos.*

228 *Intellectus in l. ſi quis intentione ambigua.eſt quòd lex facit declarationem accipiendo quod utilius eſt.*

229 *Declaratio libellantis quando f:cta eſt atten-*

quia melius ſit quàm alius.

230 Declaratio libellantis non eſt neceſſaria: quando conſtat de ſubiecta materia.

231 Declaratio libellantis non eſt neceſſaria: quando lex non poteſt certificare dubietatem, & non tranſit ad hæredes.

232 Declaratio libellantis non eſt neceſſaria: quando lex poteſt certificare dubietatem, & capit quod eſt utilius actori.

233 Intentans poſſeſſorium & petitorium ſimpliciter, ſemper præſumitur intentare diuerſis reſpectibus & admittitur cumulatio.

234 Intellectus iſte defenditur ab obiectis Mod. ut uerus appareat.

235 Intellectus iſte non eſt bonus ad hanc literam. ſed facit legem creatam.

236 Decima lex quæ eſt octaua creata à doctoribus refertur, & ſummatur,

237 Caſus figuratio ponitur.

238 Intentans petitorium pro poſſeſſione quam habet, non uidetur renuntiare ei ante litis conteſtationem.

239 Intentans poſſeſſorium poſt petitorium pro eadem poſſeſſione auditur, ſi mutat actionem ante litis conteſtationem.

240 Intellectus iſte non eſt bonus ad iſtum tex. uerus tamen poteſt eſſe in ſe ut nouam legem ſpecialiter inducat.

241 Vndecima lex & noua à doctoribus creata refertur & ſummatur.

242 Caſus figuratio ponitur.

243 Intentans petitorium pro poſſeſſione quam habet, non uidetur renuntiare poſſeſſioni ante litis conteſtationem.

244 Intentans poſſeſſorium pro eadem poſſeſſione poteſt cumulare cum petitorio propoſito ante litis conteſtationem.

245 Intellectus Mod. ad legem ordinarij, & leg. incerti. quòd loquatur poſt litis conteſtationem refertur.

246 Verbum capit, denotat litem eſſe conteſtatam & uerbum uendicauit.

247 Intellectus ad legem ordinarii, & l. incerti. Mod. reprehenditur: quia imò loquitur ante litis conteſtationem.

248 Cumulatio ante litis conteſtationem quando permittatur nouiter declaratur, & reſtringitur hæc lex.

249 Intellectus iſte licet ſit uerus in ſe: tamen non eſt bonus ad tex.

250 Duodecima lex & decima creata à doctoribus refertur & ſummatur.

251 Caſus figuratio ponitur.

252 Proponens poſſeſſorium poſt litis conteſtationem in petitorio: quando non uideatur renuntiare declaratur.

253 Proponens poſſeſſorium pro eadem poſſeſſione an uideatur renuntiare.

254 Intentans poſſeſſorium retinendæ, poteſt ſuſpendere petitorium ſecundum ueram opinionem.

255 Intellectus iſte modificatur, & defenditur à contrarijs, ut ſit uerus in ſe: ſed non conuenit literæ.

256 Nullus intellectus traditus per doctores fuit bonus ad iſtum tex. licèt omnes prædicti ſint ueri in ſe.

257 Docto. omnes ſemper in intentione habuerunt reſtringere deciſionem iſtius tex. & facere eam limitationem.

258 Quæ intentio appertè eſt contra literam, & mentem Vlpia. qui generaliter uoluit cumulari poſſe petitorium & poſſeſſorium.

259 Vnus eſt ergo intellectus ex mente Vlpia. quòd generaliſſimè poſſit per petitorium non uidetur renuntiatum poſſeſſioni.

260 Alius eſt intellectus plenior ex mente eiuſdem Vlpia. quòd generaliſſimè permittatur cumulatio petitorij & poſſeſſorij retinendæ.

261 Cumulatio non permittitur in uno caſu tantum quando actum fuit in utroque pro eadem poſſeſſione, quæ etiam recipit quatuor reſtrictiones.

262 Cumulatio non conuenit quando contendunt partes quis eorum debeat eſſe actor, quod etiam modificatur.

263 Hic. §. ponit regulam generalem complectentem omnes dictos intellectus & ceteros alios caſus habiles.

Tertia pars principalis in qua examinatur generalis materia concurſus petitorij & poſſeſſorij.

264 Petitorium & poſſeſſorium an cumulari poſſit generaliter inquiritur.

265 Tres fuerunt opiniones antiquorum an permittatur concurſus petitorij & poſſeſſorii, quæ hic referuntur, & opinio Ioannis reprahenditur.

266 Opinio Martini communiter tenetur, tamen non eſt uera in interdicto retinendæ.

267 Opinio Petri quòd permittatur cumulatio eſt uera in interdicto adipiſcendæ uel recuperandæ: ſed in interdictis retinendæ reprahenditur communiter.

268 Saluatio Pauli de Caſtro eſt uera in ſe; ſed non eſt de intentione Petri.

269 Saluatio Iaſo. nec etiam eſt in omnibus partibus bona, & nec de mente Petri.

270 Opinio Petri falſa eſt uniuerſaliter ſumpta: ſed non eſt de eius intentione.

271 Opinio Petri regulariter ſumpta uera eſt in omni interdicto.

272 Opinio Bar. eadem eſt cum opinione Petri rectè declarata.

273 Septem ſunt combinationes Bar. contentæ ſub triplici capite.

274 Combinationes quare ita appellentur à Bar.

275 Anxioma quid ſit, & quod combinatio eſt nomen latinum.

276 Cumulatio remediorum pro diuerſis rebus ſemper permittitur, & non pertinet ad materiam noſtram.

277 Cumulatio hic capitur latè ut comprehendat etiam concurſum actionum.

278 Cumulatio petitorij & poſſeſſorii adipiſcendæ regulariter permittitur.

279 Petitorium & poſſeſſorium adipiſcendæ pro cauſis incompatibilibus non permititur: quia electione tolluntur.

280 Clauſula codicillaris duobus modis apponi poteſt, & in illa quæ ſit ſecundum uſum communem non procedit concluſio Bar.

281 Nullam rationem impeditiuam cumulationis obſtare demonſtratur.

282 Abſolutoria lata in petitorio nunquàm producit exceptionem rei iudicatæ in poſſeſſorio.

283 Abſolutoria in petitorio aliquando cauſat exceptionem dominij iam diſcuſſi. aliquando exceptionem notorij defectus dominij.

284 Poſſeſſorium adipiſcendæ poteſt concurrere cum petitorio ciuili, non cum cauſa criminali.

285 In petitorio & poſſeſſorio adipiſcendæ an diſcutiatur de eadem re, cum in utroque idem titulus allegatur.

286 Cumulatio poſſeſſorij adipiſcendæ & petitorij non poteſt fieri poſt concluſionem in cauſa de iure canonico.

287 Capitulum paſtoralis. an habeat locum de iure ciuili diſcutitur.

288 Ratio diuerſa eſt ab illa quæ aſsignatur in dicto cap. paſtoralis. per Bar. quare non admittitur cumulatio poſt concluſionem in cauſa.

Si reus abſolutus fuit à petitis, debet de iure ciuili impediri cumulatio.

289 Ratio Bar. reprehenditur ex multis.

290 Acta non faciunt notorium inter partes ante ſententiam.

291 Saluatio Iaſ. refertur & reprehenditur.

292 Capitulum paſtoralis. habere locum etiam de iure ciuili latè demonſtratur ut eo iure cumulatio poſt concluſionem in cauſa prohibeatur.

293 Epilogatio breuis quando petitorium & poſſeſſorium adipiſcendæ cumulari poſſit traditur.

294 Poſſeſſorium recuperandæ & petitorium regulariter cumulari poteſt, & nulla ratio obſtat.

295 Ratio ordinis tunc impedit cumulationem quando partes contendunt quis debet releuari ab onere

296 Cumulatio non permittitur, poſt concluſionem in cauſa de iure canonico.

297 Poſſeſſorium recuperandæ etiam de iure ciuili non poteſt proponi: quando reus probauit ſe dominum poſt concluſionem in cauſa.

298 Capitulum paſtoralis. procedit etiam de iure ciuili, ut cumulatio non poſſit fieri poſt concluſionem in cauſa.

299 Poſſeſſorium recuperandæ non poteſt cumulari: quando utrunque intentatur ex cauſis incompatibilibus.

300 Poſſeſſorium recuperandæ non poteſt cumulari: quando uterquè contendit releuari ab onere probandi.

301 Poſſeſſorium poteſt ſuſpendere petitorium, non obſtante auct. qui ſemel. C. quomo. & quando iudex, quæ limitatur.

302 Poſſeſſor uiolentus an gaudeat priuilegio transferendi onus probandi in aduerſarium, latè diſcutitur.

303 Poſſeſſorem uiolentum releuari ab onere probandi ex multis confirmatur.

304 Poſſeſſorium recuperandæ quando poſſit cumulari breuiter epilogatur.

305 Poſſeſſorium retinendæ pro rebus incorporalibus cumulari poteſt cum petitorio.

306 Poſſeſſorium retinendæ non poteſt cumulari: quando partes contendunt quis debet eſſe reus.

307 Proponens poſſeſſorium retinendæ an, & quando poteſt ſuſpendere petitorium, latè diſcutitur.

308 Proponens poſseſsorium retinendæ habens annexam cauſam proprietatis, an poſsit cumulari cum petitorio.

309 Interdicta exhibitoria quando poſsint cumulari cum petitorio.

310 Poſſeſſorium retinendæ cumulari poteſt: quando agitur diuerſis reſpectibus cum petitorio.

311 Proponens poſſeſſorium retinendæ & petitorium ſimpliciter, admittitur cumulando.

312 Proponens poſſeſſorium pro poſſeſſione nouiter quæſita quando illud cumulare poſsit cum petitorio.

313 Intentans poſſeſſorium, & petitorium retinendæ pro eadem poſſeſſione cumulare poteſt, ſi ignorauit ſe poſſidere, & reus negat actorem poſſidere.

314 Lex ordinarij, & l. incerti. cumulatiuè procedunt ante & poſt litis conteſtationem.

315 Poſseſsorium retinendæ cumulari poteſt regulariter: ampliatur & limitatur ut hic breuiter refertur.

316 Regula generalis in omnibus interdictis conſtituenda eſt, quòd cumulatio admittitur propter rationem iſtius tex. & limitationes ſiunt per accidens.

317 Secunda combinatio an ſit utilis & digna diſcuſſio ne docto.

318 Vtilem eſſe hanc combinationem latè demonſtratur, & quando.

319 Proponens poſseſsorium adipiſcendæ, & poſteà petitorium, regulariter poteſt cumulari.

320 Cumulatio hic prohibetur quando cauſæ incompatibiles ſunt, & electione tolluntur.

321 Limitatur & ampliatur regula ut hic refertur.

322 Poſseſsorium recuperandæ an poſſit intentari cum petitorio.

Regula ponitur cum limitationibus & ampliationibus.

323 Poſseſsor uiolentus an releuetur ab onere probandi iterum diſcutitur.

324 Intentans petitorium poſt poſseſsorium uidetur conſentire habere onus probandi.

325 Petitorium poſt poſseſsorium retinendæ an poſſit cumulari refertur comunis opinio.

326 Petitorium ſecundum ueram opinionem regulariter cumulatur cum poſseſsorio.

Ampliatur & limitatur ut hic.

327 Proponens petitorium & poſseſsorium adipiſcendæ in eodem libello cumulare poteſt.

Ampliatur & limitatur ut hic.

328 Proponens poſseſsorium recuperandæ & petitorium

ſimul ea poteſt cumulare.
Ampliatur & limitatur ut hic refertur.
329 Proponens poſſeſſorium retinendæ & petitorium in eodem libello poteſt ea cumulare.
Ampliatur & limitatur ut hic refertur.
330 Opinio Petri per omnes dictas theoricas confirmatur, quòd generaliter permittatur concurſus petitorii & poſſeſſorij, & etiam deciſio huius tex.
331 Cumulatione facta lege prohibente, an ualeat proceſſus, ſi pars non opponat.
332 Si actor proponat unum, & reus aliud remedium quid iuris ſit, & quæ ſit differentia inter hos modos proponendi.
333 Proponens petitorium an reo proponente poſſeſſoritm cumulare poſſit, declaratur theorica Bar.
334 Si petitorium proponitur ab actore, & poſſeſſorium recuperandæ à reo, admittitur cumulatio.
Ampliatur, & limitatur ut hic.
335 Per poſſeſſorium propoſitum à reo an poſſit ſuſpendi petitorium actoris latè diſcutitur ab utraque parte.
336 Intellectus l. ſi conſtiterit. C. finium regundorum ponitur.
337 Per petitorium recuperandæ poteſt ſuſpendi petitorium actoris ſecundum ueriorem opinionem.
338 Poſſeſſorium recuperandæ poteſt cumulari cum petitorio actoris, ſi actum ſunt diuerſis reſpectibus.
339 Quid de ſuſpenſione ſeruetur, etiam declaratur urgnendo ab utraque parto.
340 Poſſeſſorium poteſt ſuſpendere petitorium regulariter.
341 Reus qui dixit ſe poſſidere non poteſt poſteà intentare poſſeſſorium recuperandæ ante litis conteſtationem.
342 Reus qui dixit ſe poſſidere non poteſt poſt litis conteſtationem intentare poſſeſſorium recuperandæ.
343 Reus ſi non fuit interrogatus an poſſideat, & poſteà intentat poſſeſſorium recuperandæ, admittitur cumulando.
344 Reus defendens rem petitam etiam conteſtando litem non fatetur nec negat ſe poſſidere: ſed ſolùm dicitur ſe offerre liti.
345 Extrema requiſita ad petitorium quæ dicantur.
Rei uendicatio per poſſidentem intentata: quando dicatur ineptè intentata.
346 Intellectus ad capitulum examinata. de ind. declaratur.
347 Exceptio quòd non poſſit procedi ſuper petitorio, an ſit dilatoria, & poſſit opponi poſt litis conteſtationem.
348 Exceptio dilatoria quando poſſit opponi poſt litis conteſtationem.
349 Clem. j. de cauſ. poſſeſſio & propri. cum concord. procedit etiam de iure ciuili.
350 Suſpenſio petitorij non fit per exceptionem dilatoriam: ſed per propoſitionem ipſius petitorij.
351 Quod licet actori debet & licere reo.
352 Suſpenſio petitorij poteſt indiſtinctè fieri de iure ciuili & canonico poſt litis conteſtationem uſque ad concluſionem in cauſa.
353 Proponens poſſeſſorium poteſt ſuſpendere petitorium intentatum à ſeipſo & ab alio.
354 Cumulatio in hac combinatione regulariter poteſt fieri.
Ampliatur, & limitatur ut hic refertur.
355 Si actor proponit petitorium, & reus poſſeſſorium adipiſcendæ, quando cumulari poſſint, ſi agatur diuerſis reſpectibus & de exemplis.
356 Reus proponens poſſeſſorium adipiſcendæ an poſſit ſuſpendere petitorium.
357 Si actor proponit petitorium, & reus poſſeſſorium adipiſcendæ, eodem reſpectu an, & quando poſſit fieri cumulatio.
358 Regula ponitur affirmatiua, quòd cumulatio permittur.
Ampliatur & limitatur ut hic refertur.
359 Si actor proponit petitorium, & reus poſſeſſorium retinendæ, an admittatur cumulatio.
460 Regula ponitur affirmatiua quòd cumulatio permititur.
Ampliatur, & limitatur ut hic refertur.
361 Regula conſtituitur affirmatiua in tota hac quarta combinatione, quòd cumulatio permittitur.
Ampliatur & limitatur ut hic refertur.
362 Quinta eſt combinatio quando actor primo proponit poſſeſſorium, & reus petitorium quæ frequentior eſt alijs in practica.
363 Si actor proponit poſſeſſorium recuperandæ, & reus petitorium, an admittatur cumulatio, ſi agitur diuerſis reſpectibus.
364 Si actor proponit poſſeſſorium recuperandæ, & reus petitorium eodem reſpectu, an admittatur cumulatio.
365 Si reus opponat exceptionem dominij, an illa concurrat cum poſſeſſorio recuperandæ.
366 Regula conſtituitur affirmatiua, quòd cumulatio permittitur.
Ampliatur & limitatur ut hic.
367 Partes an poſſint paciſci quòd non poſſit agi poſſeſſorio recuperandæ.
368 Si actor proponit poſſeſſorium adipiſcendæ, & reus petitorium, an admittatur cumulatio.
369 Regula conſtituitur affirmatiua, quòd permittitur cumulatio.
Ampliatur & limitatur ut hic refertur.
370 Si actor proponit poſſeſſorium retinendæ, & reus petitorium, an & quando admittatur cumulatio.
371 Regula conſtituitur affirmatiua, quòd petitur cumulatio.
Ampliatur & limitatur ut hic. & eadem ponitur in tota combinatione.
372 Sexta eſt combinatio: quando actor proponit poſſeſſorium, & reus incontinenti petitorium, an admittatur cumulatio declarando dicta Bar.
373 Poſſeſſorium an ad ſui eſſentiam pro extremo requirat aduerſarium poſſidere.
374 Regula conſtituitur in tota hac combinatione quòd admittitur cumulatio.
Ampliatur & limitatur ut hic.
375 In omnibus combinationibus eodem modo regulariter permittitur cumulatio.
Ampliatur & limitatur ut hic.

Septem

376 *Septem cauſæ hic referuntur per quas accidentaliter prohibetur cumulatio.*

377 *Contrarietas non impedit naturaliter cumulationem ſed accidentaliter, & variè ſecundum varios modos proponendi.*

378 *Tertius eſt articulus in his combinationibus: quando uterque utrunque remedium proponit implicans tres contrarietates.*

379 *Si uterque proponit utrunque, an admittatur concurſus diſcutitur ultra Bar. & Doct.*

380 *Si uterque proponit utrunque in rebus incorporalibus, quòd admittatur cumulatio demonſtratur.*

381 *Si uterque proponit utrunque & agant pro diverſis iuribus & poſſeſſionibus cumulatio permittitur.*

382 *Si uterquè proponit utrunque, & agatur pro eadem poſſeſſione & re: quando admittatur cumulatio.*

383 *Bar. & Doct. ſe nimis feſſos & fatigatos in cogitationibus demonſtrauerunt.*

384 *Regula in hac ſeptima combinatione conſtitui debet affirmatiua contra doct. quòd admittatur cumulatio, ampliando & limitando ut hic.*

385 *Octaua eſt cōbinatio, & quartus articulus, an in pluribus poſſeſſoriis admittatur cumulatio.*

386 *Plura poſſeſſoria an, & quando poſſint cumulari propoſita ab eodem, & à diverſis.*

387 *Cumulationis poteſtas per has duas combinationes multum dilatatur.*

388 *Cumulatio petitorij & poſſeſſorij facta in caſibus prohibitis an proſit, & proceſſus valeat parte non opponente latè diſcutitur.*

389 *Regulam ponit quòd valeat cumulatio exceptis duobus caſibus amplians materiam cumulationis.*

Cumulatio facta prohibente ratione ordinis, an valeat parte non opponente, latè diſcutitur & concluditur quòd ſic.

390 *Proceſſus factus parte opponente eſt ipſo iure nullus, niſi ex forma ſtatuti procedatur ſola facti veritate inſpecta.*

391 *Exceptio ordinis petitorij & poſſeſſorij per generalia verba ſtatuti non videtur ſublata.*

392 *In Regno Neapolitano præiudicialia ſunt ſublata.*

393 *Cumulatio prohibita ratione abſolutoria lata in petitorio parte non opponente valet, & proceſſus eſt validus.*

394 *Cumulatio prohibita: quia actiones electione tolluntur, an valeat parte non opponente.*

395 *Actiones ipſo iure non ſe tollunt electione niſi lex expreſſè hoc dicat.*

Cumulatio prohibita: quia electione tollitur ideò regulariter valet parte non opponente.

396 *Acta facta in uno iudicio non faciunt fidem in alio iudicio inter eaſdem partes, niſi producantur in ſecundo.*

397 *Proceſſus nullus quomodo poßit unico momento reformari remiſſiuè.*

398 *Cumulatio prohibita; quia actiones ſunt contrariæ, an parte non opponente impediatur.*

399 *Actus contrarij an ſe inuicem tollant, & quando unus præualeat, declaratur.*

400 *Cumulatio prohibita ratione contrarietatis apparentis in eodē iudicio, an parte non opponente valeat.*

401 *Cumulatio prohibita ratione contrarietatis in diverſis iudicijs, an & quando ſit valida parte non opponente.*

402 *Cumulatio facta quando per ſecundum iudicium tollitur, primum valet parte non opponente.*

403 *Cumulatio facta de actionibus quæ ſe inuicem tollunt non valet, etiam parte non opponente.*

404 *Cumulatio petitorii & poſſeſſorii eſt valde dilatata parte non opponente.*

405 *Cumulatio parte non opponente indiſtinctè permittitur, ea verò opponente regulariter permittitur.*

406 *Proceſſus factus contra rationem præpoſterationis quando valeat parte opponente, theoricaliter, & magiſtraliter declaratur.*

407 *Libellus continens contraria quando per iudicem reijci poßit declaratur.*

408 *Remedia contraria ſi proponuntur ordine ſucceßiuo ſemper cumulari poſſunt.*

409 *Remedia contraria an procedant ſi ſtatutum uult cauſas agitari ſola facti veritate inſpecta.*

410 *Litis conteſtatio an ſit fienda in poſſeßoriis, latißimè diſcutitur.*

411 *Litis conteſtationem requiri in poſſeßoriis, multis rationibus comprobatur.*

412 *Litis conteſtatio etiam eſt neceßaria in poſſeſſoriis: quando reus eſt abſens.*

413 *Litis conteſtatio abſente & præſente parte requiritur in poßeſſoriis.*

414 *Si poſſeſſorium intentatur contra incertam perſonam, non requiritur litis conteſtatio.*

415 *Litis conteſtatio an requiratur in poſſeſſorio ex Carboniano & ventris nomine edicto, latè diſcutitur, & concluditur quòd ſic contra communem.*

416 *Litis conteſtatio an requiratur: quando periculum eſt in mora in poſſeſſoriis.*

417 *Litis conteſtatio nō requiritur: quando reuocatur poſſeſſio per viam attentatorum, & aliis modis hic relatis.*

418 *Litis conteſtatio an ſit neceſſaria: quando proceditur contra actorem præſentem.*

419 *Litis conteſtatio non requiritur: quando ex forma ſtatuti reo contumace poteſt dari terminus ad probandum.*

420 *Petitorium & poſſeſſorium an debeant unica ſententia terminari, latè diſcutitur, & concluditur quòd ſit de iure ciuili.*

421 *Petitorium & poſſeſſorium an debeant unica ſententia terminari de iure canonico, & concluditur quòd utroque iure eodem modo permittitur.*

422 *Petitorium & poſſeſſorium quando debeat unica ſententia terminari, utroque iure theoricaliter declaratur.*

423 *Petitorium & poßeſſorium quando per modum conventionis & reconuentionis proponuntur, unica ſententia utroque iure terminari debent.*

424 *Petitorium & poßeßoriū diverſiis temporibus intentatū nō debet utroq; iure terminari unica ſentētia.*

425 *Petitorium & poßeſſorium non requirens litis conteſtationem, non debet eadem ſententia terminari, quāuis intentetur per modum reconuentionis.*

426 *Poſſeſſorium ſummariſſimum non poteſt per modum reconuentionis proponi: ſed ſolum ſummarium ſimpliciter.*

427 *Poſſeſſorium non requirens litis conteſtationem, poteſt cumulari cum petitorio, ſi procedatur per ſtatutum ſola facti ueritate in ſpecta.*

428 *Sententia lata ſeparatim quando debent remedia ſimul terminari ualet, & ideò debet appellari.*

429 *Actio ad exhibendum quare fuerit introducta, & de quibus rebus.*

430 *Interdicta exhibitoria quare fuerit introducta.*

431 *Interdicta exhibitoria pleraque habent annexam cauſam quaſi proprietatis, ideò proponens debet probare titulum oceulariter ualidum.*

432 *Intellectus multi ad capitulum paſtoralis. uerſi. ſaluis alijs. referuntur.*

433 *Interdicta exhibitoria, & actio ad exhibendum, quando pracedere debeant petitorium, & quando cumulari poſſunt.*

434 *Interdictum de liberis exhibendis non habet annexam cauſam proprietatis: ſed ſolùm quaſi proprietatis, & poteſt pracedere petitorum.*

435 *Interdictum de liberis exhibeadis pracedit interdictum de liberis deducendis, quod habet uim petitorij.*

436 *Rei uendicatio competit pro filiatione poſt interdictum de lib. exhibendis, & quando cumulari poſſit.*

437 *Interdictum de tabulis exhibendis poteſt cumulari cum petitorio, & quando.*

438 *Per quæ uerba uideatur intentatum petitorium & poſſeſſorium declaratur.*

439 *Generalis theorica ponitur ad cognoſcendum quando utrunque remedium in libello intentatur.*

440 *Clauſula omni meliori modo, an, & quando faciat utrunque remedium eſſe intentum.*

441 *Interdictum retinenda eſſe duplex ordinarium, & extraordinarium.*

442 *Interdictum extraordinarium eſſe neceſſarium: quando eſt periculum ne partes deueniant ad arma.*

443 *Remedium præfactum dicitur conſeruanda poſſeſſionis, & uulgariter appellatur conſeruatorium.*

444 *Conſeruatorium hoc cumulari nunquàm poteſt cum petitorio.*

Secunda pars principalis huius. §. in qua examinantur 12. leges huius materiæ, & diſcutitur tota materia petitorii & poſſeſſorii.

HIs igitur ad euidentiam præmiſſis, deuenio ad declarationem tex. & quoniam ut in præmiſsis diximus, 12. leges creantur in hac materia, quarum decem ponuntur per glo. & docto. & duas alias ego poſui ultra eos ex intentione Vlpiani, quas ego
1 diuiſi †quoniam Vlpianus hic poſuit duas deciſiones ſeparatas, unam principalem in uerbis expreſſam determinantem quod qui intentat petitorium, nõ uidetur renuntiare neque amittere poſſeſſorium. Secunda eſt deciſio tacita ſuper concurſu petitorii & poſſeſſorii ex prima proueniens: nam cum non fuerit renuntiatum poſſeſſorio per petitorium, apparet quòd libera eſt poteſtas intentandi illud, & ideò poſſe admitti concurſum, & ſicut ſunt duæ deciſiones, ita duæ figurationes caſuum poni debent.

2 Non †denegatur interdictum uti poſſidetis, ſeu nõ amittit ei qui cæpit rem uendicare: quia non uidetur &c. quoniam nihil habet commune & cætera.

Summatur hoc modo. Intentans petitorium non uidetur renuntiare poſſeſſioni, neque amittere interdictum retinendæ.

3 Caſus ita breuiter fingi poteſt. †Quidam cũ poſſideret fundum ciuiliter, egit contra alium rei uendicatione ſimpliciter, uel pro poſſeſſione naturali, & pendente lite ſuperuenit tertius qui incipit eum moleſtare in ſua poſſeſſione. Vnde eundem conuenit coram iudice ſuo intentando interdictum uti poſſidetis, & petendo ſe conſeruari in ſua poſſeſſione, & aduerſarium condemnari ad deſiſtendum à moleſtationibus & ad omne intereſſe, conuentus excepit quòd non debebat audiri: quia nullam habebat poſſeſſionem, & carebat actione allegans quòd ipſe contra alium intentauerat rei uendicationẽ propter quam renuntiauerat ſuæ poſſeſſioni & remedio retinendæ, ille autem negabat, fuit quæſitum quid juris? & ratio dubitandi erat, & uidebatur dicendum quòd renuntiaſſet primò, quia ille qui intentat rei uendicationem dicit aduerſarium poſſidere, l. j. C. de alienatio. iudi. mutandi cauſ. facta. Item si qui poſſidet nulla competit actio. §. ei uero. inſti. de actio. & l. prima. §. actio. infra uti poſſidetis, & cap. examinata. de iudiciis. ergo ut ei competat actio in rem, eſt neceſſarium quòd præcedat renuntiatio poſſeſſionis, & aduerſarius poſſideat: ergo uidetur renuntiaſſe, quia qui uult conſequens uult neceſſarium antecedens, ne actus ſuus efficiatur eluſorius l. illud. ff. de acquir. hæredita. & notat. in leg. ij. ff. de iuriſdictio. omnium iudicum.

Secundò faciebat, quia poſſeſſorium retinendæ datur ad finem ut cognoſcatur quis debet eſſe actor & quis reus. §. retinendæ. inſti. de interdictis, & leg. prima. §. inter litigantes. infra uti poſſidetis cum ſuis concordantibus. quod apparet ubicunque conſtat quis eſt in poſſeſſione: ſed cum intentat rei uendicationem aſſumit partes actoris, & uult aduerſarium poſſidere. ideò uidetur renuntiaſſe huic remedio retinendæ.

Tertiò faciebat ratio contrarietatis: nam dicendo aduerſarium poſſidere, & aſſerendo ſe poſſidere dicitur ſibi contrarius: ergo uidetur renuntiaſſe poſſeſſioni: argumen.

leg. poſt

leg. poſt diem. ff. de leg. commiſſoria, & leg. quod in hæredem. §.eligere, ff.de Tributo.

Quarto faciebat tex.in l.fi.C. de codicill. & in l.prima.C.de fur.cum ſimilibus.

His tamen non obſtantibus contrarium fuit determinatum in tex.noſtro, quòd imò intentando rei uendicationem non uideatur renuntiaſſe poſſeſſioni ſuæ, neque amiſiſſe remedium retinendæ poſſeſſionis, & propterea eidem agẽti contra tertium moleſtantem potuiſſe competere actionem, & ratio decidendi ponitur in tex. quia non uidetur renuntiaſſe poſſeſſioni qui rem uendicauit: quoniam nihil habet commune poſſeſſio cum proprietate, cum ſint diuerſa iura, & de per ſe exiſtentia, & unum quodque perſiſtat ſine auxilio alterius, & ideò cum ſint actiones tendentes ad res diuerſas intentando unam non uidetur alteri renuntiare.

Non obſtant allegata in contrarium, & primò, quòd ei qui poſſidet non competit actio: ergo uidetur renuntiare ut eam habeat, & aduerſarius poſſideat: quia illud uerum eſſet quando intentaſſet petitorium pro una poſſeſſione quam ipſe haberet: ſed ubicunque intentat ſimpliciter uel pro poſſeſſione quam ipſe habet, tunc non eſt neceſſarium antecedens quòd ipſe non poſſideat ideò non uidetur renunciaſſe poſſeſſioni ſuæ per leg. officium. ff. de rei uendicatio.

Non obſtat quòd poſſeſſorium retinendę detur ad finem ut cognoſcatur quis eſt actor in petitorio: quia reſpondetur hoc uerum eſſe ubicunque uterque contendit, & prætendit ſe eſſe reum: ſed ubicunque aliquis ultro facit ſe actorem conueniendo reum, tunc amplius non diſputatur de hoc. Vnde tunc ordo non eſt neceſſarius, & per conſequens non uidetur huic poſſeſſioni neque interdicto renuntiaſſe.

Non obſtat tertio ratio contrarietatis: quia illa non militat quando quis intentauit rei uendicationem ſimpliciter uel pro poſſeſſione quã non habet. Solum enim militat ratio contrarietatis, quando diceret aduerſarium habere unam poſſeſſionem, quam ſe habere contenderet. Vnde tunc eidem uideretur renuntiaſſe per dictam l. poſt diem: in caſu autem noſtro hoc non eueniebat.

Non obſtat d.l.fi.C.de codicillis, & l.j.C. de fur. quia illa iura procedunt quando qualitates ſimul ſtare non poſſunt origine uel exercitio, in hoc autem caſu qualitates allegatæ ſimul ſtare poterant, ideò intentando unam actionem non uidetur alteri renuntiaſſe.

4 Quare †remanet concluſio in hac materia renuntiationis actionis & poſſeſſorii, quòd qui intentat rei uendicationem non uidetur renuntiaſſe poſſeſſioni uel poſſeſſorio retinendæ per iſtum tex. qui notabilis ualde, & ſingularis. Fallit in duobus caſibus quando uterque contenderet ſe eſſe reum: quia tunc eſt neceſſarium antecedens ad rei uendicationem. ideò ei renuntiare. Secundò fallit: quando intentar rei uendicationem quam ſcienter habet: quia tunc cum ſit ſibi contrarius uidetur ei renuntiaſſe, & hæc fuit uerbalis deciſio Vlpiani 8
hic, quæ in multis & ſequentibus intellectibus in quibus dubitatur de concurſu uenit repetenda quoniam non poteſt admitti concurſus niſi ſumus in caſibus in quibus intentando petitorium non uidetur renuntiaſſe poſſeſſorio.

Secunda lex Vlpia.

5 Veruntamen †quia præcedens deciſio Vlpiani paruam haberet utilitatem, niſi etiam uoluiſſet tacitè determinare quòd interdictum retinendæ poſſet intentari contra eundem met reũ conuentum in petitorio. ideò docto. omnes intelligunt Vlpia. tacitè hunc caſum determinaſſe implicando eum propter uerbum denegatur ut illud uerbum ſignificet nedum quòd non amittat poſſeſſorium. ſed quòd illud ad libitum poſſit contra eundem reum intentare, ideò creatur hæc ſecunda lex Vlpiani.

6 Non † denegatur interdictum uti poſſidetis quin illud ad libitum intentare poſſit ei qui cœpit rem uendicare: quia non uidetur &c. quoniam nihil habet commune &c.

Summatur hoc modo. Qui intentauit petitorium non prohibetur poſteà intentare poſſeſſorium retinendæ contra eundem à principio, in medio, & finito petitorio ſuſpenſiuè, ſucceſſiuè, & cumulatiuè.

7 Caſus ita †breuiter fingi poteſt. Quidam intentauit rei uendicationem ſimpliciter, uel pro poſſeſſione naturali, uel detentatione, cum tamen ipſe haberet ciuilem poſſeſſionem, poſteà conſiderans quòd poſſidebat, & utilius erat ſibi remedium retinendæ, intentauit illud uel cumulando uel ſuſpendendo. Opponebatur quòd ipſe non poterat audiri: quia poſſeſſorium retinendæ non poteſt cumulari cum petitorio, tam quia ipſi uidetur renuntiaſſe, tum etiam quia cumulatio neque ſuſpenſio admittitur in interdicto retinendæ cum petitorio; fuit quæſitum quid iuris, & ratio dubitandi erat, & uidebatur dicendum quòd non deberet admitti per utrumque caput, tum quia intentando petitorium uideatur renuntiaſſe poſſeſſorio, & dato quòd non uideatur renuntiaſſe, adhuc cumulatio impediatur ex ſua natura? Ideò adducebantur primò quatuor poſita in præcedenti intellectu, per quæ uidetur inferri quod uideatur renuntiaſſe poſſeſſorio, ità quòd uana efficiatur præſens quæſtio, utrum nunc intentando poſſit illud cumulare, cum careat actione.

Secundò dato quòd non uideatur renuntiaſſe, uidebatur quòd cumulatio omnino non deberet admitti neque concurſus, cum ſex regulæ impeditiuæ cumulationis de quibus ha-

betur in l. edita. C. de edendo militent in hoc caſu ut non poſſit admitti cumulatio, nec concurſus.

8 Prima † eſt enim regula fundata in ordine iuris ſeu cognitioois, quæ habet quòd ubicunquè plures actiones ita ſe habent quòd una debet ex diſpoſitione iuris præcedere aliam in cognitione prohibetur cumulatio, ut no. in l. fundi. & l. fundum. ff. de exceptio. & per glo. in l. quæ de inofficioſo. in fi. ff. de inoffi. teſta. quæ actio habet locum in poſſeſſorio & petitorio, cum illud omninò præcedere debeat. dicto. §. retinendæ. inſti. de interdictis. & leg. j. §. inter litigatores. ff. uti poſſid. & l. exitus. infra eodem cum ſeptem concordantibus ſupra poſitis.

Secunda eſt regula impeditiua fundata in electione, dictans quòd quando actiones ità ſe tangat quòd una electa alia tollitur, impeditur cumulatio, l. fi. C. de codicillis & l. nemo. §. quoties. ff. de reg. iur. quæ regula habet locum etiam in petitorio & poſſeſſorio: quia oportet ut præcedat ad finem ut cognoſcatur an ſit actor uel reus. ergo eligenda quòd ipſe debeat eſſe actor, & aduerſarius reus, uidetur illi interdicto renuntiare.

Tertia eſt regula fundata in contrarietate quæ dictat quòd quando plures actiones ſunt origine contrariæ, uel exercitio impeditur cumulatio. l. j. C. de fur. & l. quod in hæredem. §. eligere. ff. de tributo. & dicta l. fi. C. de codicillis. quæ etiam habet locum in petitorio & poſſeſſorio: quoniam poſſidenti non datur actio in rem, d. §. æquæ. uerſi. ei uerò. inſti. de actio. & neceſſarium eſt quòd conuentus in petitorio poſſideat, l. j. C. de alien. iudi. muta. cauſ. facta. Vnde intentando rei uendicationem dicit aduerſarium poſſidere, & iotentaodo poſſeſſorium dicit ſe poſſidere, & non habere actionem, ergo ratione contrarietatis impeditur cumulatio.

Quarta eſt regula impeditiua cumulationis quæ dictat quòd quando plures actiones ita ſe habent quòd abſolutione lata in una poſſibile eſt quòd pariat exceptionẽ rei iudicatæ in alia impeditur cumulatio, l. fundi. & leg. fundum. ubi Bar. ff. de excep. quæ habet locum etiam in petitorio & poſſeſſorio: quia ſi reus abſoluitur tanquàm dominus, perpetuò debet retinere rẽ & poſſeſſionem, & petitorium abſorbet poſſeſſorium, cap. cum ſuper, & cap. cum dilectus. de cauſ. poſſeſſio. & proprieta. & ſic non remanet aliquid agendum per ipſum actorem uictum, ideò debet impediri cumulatio.

Quinta eſt regula impeditiua cumulationis fundata in condemnatoria cum executione, dictans quòd quando plures actiones ità ſe habent quòd condemnatoria facta in uno, & executione facta inducitur ſatisfactio in ſecunda impeditur cumulatio leg. prima. ff. ſi familia furtum feciſſe dicatur, & ibi no. Bar. quæ etiam poteſt habere locum in petitorio & poſſeſſorio: quia condemnato reo, & executione facta, actor conſequitur rem cum plena poſſeſſione: ergo nihil ſupereſt quòd petat, & ei eſt plenè ſatiſfactum, ideò debet impediri cumulatio.

Sexta eſt regula impeditiua cumulationis fundata in duplicitate, quæ dictat quòd quando plures actiones ita ſe habent quòd per utrãque bis petitur eadem res impeditur cumulatio l. cum filius. §. uariis. de leg. ij. l. huiuſmodi. §. fi. ff. ff. de leg. j. quæ militat etiam in petitorio & poſſeſſorio: quoniam per poſſeſſorium quis petit rem cum poſſeſſione. & per petitorium quis petit rem cum poſſeſſione, l. qui reſtituere & l. officium. in fin. ff. de rei uendicatione. & ſic bis petit eandem rem: ergo impeditur cumulatio.

His tamen omnibus non obſtantibus, contrarium in utroque fuit determinatum in hoc tex. quòd imò non uideatur renuntiatum poſſeſſorio, & quod admittatur concurſus à principio, medio, & in fine. cumulatiuè & ſuſpenſiuè, uel per concurſum, & ratio decidendi ponitur in tex. quia nihil habet commune poſſeſſio cum proprietate, cum hæc duo ſint diuerſa, & habeant eſſentiam ſpecificam ſeparatam, & actiones ad eã competentes dicantur competere ad diuerſas res, quo caſu paſſim admitttitur cumulatio & concurſus, ut no. ipſe Bar. & omnes in dicta l. edita. C. de edendo. in materia cumulationis.

Non † obſtant contraria quòd uideatur renuntiaſſe: quia reſponſum fuit in præcedenti, & dicas ut ibi.

Non obſtant regulæ impeditiuæ cumulationis: quia omnes illæ tolluntur per rationes decidendi poſitas in hoc tex. quòd nihil habet commune poſſeſſio cum proprietate. unde negatur quòd actiones ità ſe tangant, cum imò non dicantur ſe tangere: ſed tanquam actiones tendentes ad diuerſa cumulari permittuntur, & ſpecialiter reſpondendo non obſtat prima ratio fundata in ordine: quia reſpondetur quod illa tantummodo procedit quando contendũt partes quis debeat eſſe actor uel reus, quo caſu ordo eſt neceſſarius de iure: ſed quando partes non contendunt, tunc ordo non eſt neceſſarius: ſed uoluntarius. l. is qui deſtinauit. ff. de rei uendicatio. & per rationem: quia illæ actiones ſe inuicem non tangunt, & tendunt ad res diuerſas.

Non obſtat ſecunda ratio fundata in electione: quia illa ſimiliter procedit quando contendunt partes quis eſt actor & reus: ſecus autem quando non contendunt: quia tunc cum ordo non ſit neceſſarius, nec etiam electione tolluntur per dictam rationem: quia tendunt ad res diuerſas, & ſe inuicem non tangunt, niſi propter aliquod accidens ſuperueniens

Non obſtat ratio de contrarietate: quia illa tantummodo procedit quando utrunquè intentatur propter eandem poſſeſſionem ex-, ubicunque uerò non eſt expreſſa ceſ-

ſa ceſſat contrarietas,& præſumitur ſemper diuerſis reſpectibus,& per illam rationem : quia hæc remedia competunt ad diuerſa, & actiones ſe inuicem non tangunt niſi per accidens ſuperuenienis,quod non eſt in terminis noſtris.

Item l.fi.C. de codicillis procedit : quando cauſæ ſunt contrariæ, hic uerò cauſæ non ſunt contrariæ : quia ſunt compatibiles ut ſupra.

Non obſtat ratio de abſolutoria : quia illa non habet locum quando abſolotoria fertur ſecundum communem curſum cauſarum, id eſt, abſoluitur reus : quia actor non probauit,quo caſu reus ipſe non efficitur neque declaratur dominus. Unde nullum nouum ius conſequitur, propter quod impediri poſſit concurſus iſtarum actionum, ſolum autem procedit dicta ratio quando abſoluitur reus, ex eo : quia ipſe probauit ſe dominum, quod non eſt ſecundum communem curſum cauſarum : ſed per accidens rarò eueniens, & attentu communi curſu cauſarom nulla eſt poſſibilitas pariendi exceptionem, & per rationem poſitam hic in tex. & quòd non ſe tangunt iſtæ actiones niſi per aliquod accidens ſuperueniens, quod non fuit in hoc tex.

Non obſtat ratio de condemnatoria : quia illa non habet locum quando utraque lis fit propter diuerſas poſſeſſiones. Item illa non habet locum in interdicto retinendæ, quod ſemper poteſt competere propter moleſtationes, & damna præterita, l.j.ſ. idem uideamus. infra uti poſſid.& ibi Bar.quæ non poſſunt ueniре in rei uendica.ut per Bar.inf. in prima cõbinatione, & de abſolutoria dicit infra in primo intellectu.

Item nunquàm habet locum quando poſſeſſorium fundatur in noua cauſa & in nouo iure, ut ibidem dicitur.

Non obſtat ratio de duplicitate: quia illa nõ habet locum in poſſeſſorio & petitorio, cum in poſſeſſorio retinendæ petatur tantummodo poſſeſſio temporalis durante lite, & ut deſiſtat à moleſtationibus, in petitorio uerò petatur res perpetuò, lege prima ſ. finali infra de aqua quotidiana & æſtiua, & per rationem : quia actiones dantur ad diuerſa, & ſe inuicem non tangunt niſi propter aliquod accidens ſuperueniens, quod non præſumitur in dubio.

Quare remanet concluſio generalis quod concurſus petitorij & poſſeſſorij retinendæ, uel cumulatio omnibus modis permittitur. Fallit in aliquibus caſibus qui colliguntur ex reſponſionibus ſupra traditis, & in ſpecie quando controuerſia eſt quis debeat eſſe reus, uel quando agitur in utroque ex eadem poſſeſſione, uel ſi finitum fuit petitorium abſolutus fuit reus : quia ipſe probauit ſe dominum.

Notandum eſt primò ex iſto tex. quòd nihil habet commune poſſeſſio cum proprietate quid autem ſit poſſeſſio, & quomodo diuidatur dictum fuit ſupra in lege prima. quid etiam ſit proprietas tactum fuit etiam in præcedentibus : Quoniam in propoſito noſtro †proprietas ſecundum doctores ſignificat idem quòd dominium, ut probatur in hoc tex. dum dicit rem uendicauit. ſed per rei uendicationem quis petiit declarare ſe dominum, leg. ex diuerſo. ſ. primo de rei uendicatione. ergo eodem modo qui petit proprietatem cum agat rei uendicatione, petit declarari ſe dominum : ergo proprietas & dominium ſunt idem, cum alioqui actio in rem non poſſet conuenire. idem probatur in leg. prima ſ. hoc interdictum. infra uti poſſidetis. ubi dicitur quòd quando controuerſia eſt de proprietate & poſſeſſione competit illud interdictum : quia fieri poteſt quòd quis ſit dominus & non poſſeſſor, & quis poſſeſſor & non dominus : ergo proprietas facit dominum, & per conſequens eſt dominium. idem repetitur in ſ. inter litigatores. infra, & facit etymologia uocabuli: quia proprietas dicitur quaſi propriè tua, & in lingua latina uerbum uendicare exponitur, id eſt, ſibi appropriare. Simile habetur ubicunque unus habet uſumfructum, & alter proprietatem : nam qui habet proprietatem intelligitur, id eſt, qui habet dominium. ſ. conſtituitur, inſti. de uſufructu,& in hac ſignificatione capitur in rub.& nigro extra de cauſa poſſeſſio. & proprieta. ubi ſub nomine proprietatis continetur cauſa dominii, & declaratur in cap. primo eod. tit. ubi Abbas no. in 2.nota. Sed tamen in contrarium facit : quia imò proprietas reperitur unita cũ poſſeſſione,ut probatur in eodem exemplo de proprietario. Nam proprietarius nedum habet proprietatem & dominium:ſed etiam dicitur habere poſſeſſionem rei ciuilem, ut no.fuit in principio iſtius legis:ergo proprietas ſignificat etiam poſſeſſionem. Ad idem facit tex.in l.locorum.C.de omni agro deſerto ubi dicitur ꝙ eſt dominiũ poſſeſſionis, & ſic dominiũ hoc eſt proprietas poteſt cõuenire poſſeſſioni. Suadet etiam:quia nos uidemus ꝙ nomen proprietatis cõuenit etiã rebus incorporalibus,ſicut & dominiũ l.2.ſ.quædã.inf.de interd.& l. qui uſũfructum.ff.ſi uſusfructus petatur. augetur difficultas:quia imò proprietas uidetur eſſe ipſum corpus rei,ut probatur in l.quæſt.inf.de uerb.ſignifi.ubi dicitur quòd agere eſt proprietas, & poſſeſſio eſt uſus,& idem etiam uidetur probare tex.in l.interdum. eodem tit. ubi aliquando ſi quis legat poſſeſſiones dicitur legare proprietatem, quæ proprietas nihil aliud eſt niſi ipſum corpus cum dominio, & facit etiam & tex.in l. proprietatis. C. de probationibus, ubi,dominium proprietatis,id eſt,corporis ipſius rei.& idem probatur in ſ. fi.inſti. de uſufructu,ubi quando uſusfructus reuertitur ad proprietatem, dominus proprietatis habet plenã

poteſtatē,&ibi capitur proprietas pro corpore rei.propterea apparet quòd iſte terminus proprietas, eſt multum uarius, & non uidetur poſſe dici quòd magis conueniat dominio quàm alteri qualitati rei,ideò Ioannes Fabri cum ratione multum laborauit in. §. ſed iſtæ inſti. de
11 actionibus. †Iaſ.uerò hic facilius ſe reſoluendo dicit quòd proprietas propriè dicitur dominium directum,& quòd differt à dominio directo tanquàm genus à ſpecie. nam dominium capitur in genere,& comprehendit dominium directum & dominium utile contrarians dominio directo, ac dominium utile ſubalternatum directo,uel etiam conueniens rebus incorporalibus,ut in feudatario, & emphyteuta,& uſufructu: quia ipſi non haberent uſumfructum ſed ſolum dominium,& no.in rub.ff.de rei uend. proprietas uerò capitur pro ſolo dominio directo & non dicitur conuenire uſufructuario, emphyteutæ uel proprietario, qui recognoſcunt ſuperiorem habentem proprietatem ſecundum Bar.in l.cum res. in fi. C.de probationib.& in l. pe. in ſecunda col. C. ſi à non competenti iudice, & in cap.primo. §. j. de inueſtitura de re alien. facta.
12 Et propterea †infert ad libellum, ſi quis dixerit ſe eſſe proprietarium, uel proprietatem talis fundi ad ſe ſpectare, ſi poſteà probat de uſufructu,uel emphyteuſi, uel feudo, non poterit obtinere: quia non eſt reperire niſi proprietatem directam, l. ſi tibi proprietas. ſupra de uſufructu accreſcēdo.& quàmuis Alc.in l.ſi finita.§.ſi de uectigalibus.in ſecūda col.ſup.de damno infecto tenuerit contrarium quòd allegans ſe proprietarium, ſi probat de emphyteuſi uel feudo,obtinere poſſit propter in proprietatem uocabuli, & quia laro ſumpto uocabulo proprietas & dominium æquipollent, dicta l. per procuratorem.C.de acquir.poſſeſſi. tamen Iaſ. tenet opinionem Bal.quòd imò non debeat obtinere;quia hoc nomen proprietatis largo ſumpto uocabulo,ſed ſemper propriè capitur, & libellus impropriatur quando uerba habent latā ſignificationem ut in dominio:ſecus autem quādo non habent ut eſt proprietas: quia nunquā ſuſtinetur libellus per no.per Bal. in dictis locis,& ſequitur idem Alex.in conſ.159.uol. 5.in cauſa & lite uertente.in ultima colum.ur hic latius per eum.

Sed tamen hæc reſolutio in nulla parte eſt ue
13 raneq; in deciſione,neq; in illarione,†quia imò proprietas latius ſe habet, & poteſt continere poſſeſſionem ut dixi ſupra de proprietario reſpectu uſusfructus, ac dicitur continere ipſum corpus rei per alia iura allegata. Item æqualiter dicitur conuenire rebus incorporalibus in quibus non eſt propriè dominium,ſed eſt quaſi dominiū,ſicut & quaſi proprietas.Vnde rex.in l.2.§.quædam.inf. de interd. uidetur confundere hāc ſuam opinionē,ubi appellatur quaſi proprietas, & facit etiam totus titulus extra de cauſa poſſeſſionis & proprietatis, ubi in pleriſque capitulis & maximè in cap.cum eccleſia ſutrina. tractatur de petitorio & poſſeſſorio rei incorporalis, & nihilominus appellatur cauſa proprietatis, taliter quòd apparet non poſſe ſeparari hoc nomen proprietatis à dominio,& quibus modis capitur dominium, eiſdem modis capiatur proprietas, & in feudis & alijs rebus emphyteuticis reperitur cauſa poſſeſſionis & proprietatis,l.fi.& l. ſi duo. §. cæterum. infra uti poſſid.& l.prima.§.ſecundo,&§.proponitur infra de ſuperficiebus, & in fundo uectigali eſt proprietas & uſusfructus,l.j.§.primo.ff. quibus mo.uſusfructus amittatur, & dicto. §. pe. ff.de ſuperficiebus.

Ex quo ſequitur quòd etiam illario ſua eſt falſa,& uerior eſt opinio Alex.in dicta leg. ſi finita.§.ſi de uectigalibus.ff.de damn.infect.quòd eo modo quo ſuſtinetur libellus quando quis dicit ſe dominum, ſuſtinetur etiam libellus quando dicit ſe proprietarium,uel ad ſe ſpectare proprietatem, & eſt tutior & humanior opinio,& ſequitur hic Alcia. in uerbo proprietas. & idem Iaſ ſibi contrarius in l.ſed ſi poſſeſſori. §.item ſi iurauero.ff.de iure iurand. & Rip. hic latè. Vnde ad huc remanet dubitatio integra quid ſignificet uerbum proprietas.
14 Ideò †ſecunda eſt opinio Alci.quòd proprietas ſit ius nudum & ſpoliatum ab acceſſionibus l.ſi tibi proprietas.ff. de uſufructu accreſcendo. dominium uerò ſit ius perfectè diſponēdi,Bal. in l.ſi quis ui.§. differentia.quæ opinio nec etiā eſt uera per iura ſupra allegata: quia proprietas etiam conſideratur in ipſo corpore, & aliquando comprehendit poſſeſſionem,ut in proprietario reſpectu uſufructus, & aliquando comprehendit etiam uſumfructum: quando alter habet ſeruitutem ut ſtatim etiam declarabo.
15 Hermano. †uerò dicit quòd proprietas intelligitur de nuda, quæ ſeparata eſt ab uſufructu, quod & meritò reprehendit Fabius: quia illud procedit quando capitur ad differentiam uſusfructus: ſed quando capitur ad differentiam poſſeſſionis dicitur eſſe unica cum uſufructu, ut in materia noſtra.
16 Rubeus † uerò dicit quòd proprietas capitur tribus modis. Primo pro dominio ſeparato ab uſufructu toto tit.ff. de uſufructu, & d. §. conſtituitur. inſti.de uſufructu.Secundo capitur pro dominio pleno, & tunc non eſt propriè proprietas l. ſi procurator. ſupra titulo primo.Tertio capitur pro ut ſeparatur à poſſeſſione,& ita capitur in hoc tex. & l.per procuratorem.C. eo. & diffinitur ſecundum eum quòd eſt dominium multis modis quæſitum & ſubiectum eius uidetur eſſe quòd quæratur multis modis, quod nihil eſt. item non tollit contrariū,quòd proprietas comprehendit ipſū corpus rei. Fernādus hic dicit ꝙ proprietas eſt res ipſa de qua dominus diſponere ualear, unde

differt

differt à dominio: quia dominiū eſt ius,& proprietas eſt res ipſa. Item proprietas non complectitur uſumfructum: dominium uerò illud complectitur l. qui uſumfructum. ſupra ſi uſuſfructus petatur: & per Bar. in l. qui uſumfructum. inf. de uerbo obliga. Item addit quòd proprietas diſtinguitur inter nudam ac plenè nudam, & quando ſeparatur ab uſufructu eſt nuda,& quando unitur eſt plena l.fœminæ. in fi. C. de ſecundis nup. §. fina. inſti. de uſufructu. Quartò dicit dominium ineſt in perſona, proprietas uerò ineſt in ipſa re: quia proprietas denotat quòd res ſit alicuius, proprietas uerò hoc non denotat ſecundum Ioannem Fabri in dicto. §. omnium. Quintò proprietas eſt dominium directum, & non utile, ut per Iaſ.quæ theorica nullam continet doctrinam in ſe: ſed tantummodo narrat quaſdam qualitates, & non demonſtrat ſubſtantiam proprietatis qualis in effectu ſit.

17 Ripa † uerò hic dicebat quòd dominium eſt ius perfectè diſponendi, ut per Bar. in dicto.§. differentias. proprietas uerò eſt ius nudum ſpoliatum à naturalibus acceſſionibus,l. ſi tibi proprietas. ff. de uſufructu accreſcendo, quæ opinio eſt eadem cum illa Alcia. & non eſt uera: quia proprietas conſideratur etiam unita cum acceſſionibus quando diſtinguitur ab aliqua poſſesſione.

18 Quare tu † omiſſis aliorum dictis concludas quòd proprietas dicitur eſſe res, quæ conſideratur ſeparata ab aliquo iure ſolito ineſſe in ipſa re, quòd nomen fuit inuentum ad diſtinguēdum rem ipſam ab illo iure ſeparato, & ut habens rem poſſit per nomen ſuum diſtingui ab
19 eo qui haber ius ſeparatum. † & propterea tot modis capitur quot ſunt iura, & qualitates quæ poſſunt ſeparari ab ipſis rebus. Vnde aliquando proprietas cōprehendit iura in aliqua perſona quæ in alia perſona non comprehendit. Igitur ſi tu conſideras proprietatē pro ut ſeparatur ab uſufructu,tūc proprietas eſt res ipſa unita cum dominio, & poſſeſſione ciuili, ut dicitur ſupra in principio iſtius legis, ſi tu conſideras rem ſeparatam ab aliqua ſeruitute, tunc proprietas erit res unita cum dominio, & uſufructu, & dicetur ſolum proprietas ad differentiam habentis ius illud ſeruitutis. Similiter ſi tu conſideras proprietatem ſeparatam ab uſu tantum, tunc proprietas erit res ipſa unita cum uſufructu, & poſſeſſione, & eam dicetur habere dominus, & uſuarius dicetur habere ius ſuum. Similiter ſi tu conſideras proprietatem reſpectu poſſesſionis, tunc proprietas erit res ipſa unita cum dominio, & uſufructu, & uſu, quæ omnia habebit dominus ad differentiam poſſidentis ut hic, & extra de cauſa poſſesſionis,& proprietatis.

20 Rurſus, † ſi tu conſideras proprietatem ſeparatam ab omni iure ſuo, & etiam à dominio, & tunc proprietas erit ſolum corpus rei, & aliter dicetur habere dominium proprietatis, dicta l. proprietatis uerbum, C. de probationibus, & ſic patet quòd proprietas dicitur eſſe res ipſa pro ut conſideratur ſeparata ab aliqui
21 bus iuribus ſolitis ineſſe in re, † quòd nomen fuit introductum ut dixi, ut poſſimus per ſermonem noſtrum diſtinguere rem ipſam, pro ut eſt ſeparata ab aliquo iure ac poſſemus cum ſermone noſtro ut intelligamus diſtinguere habentem rem ipſam ab habente ius ſuum. Sed tamen ipſa non reſtingritur ad certum ius: ſed uariatur habito reſpectu ad illud quod ſeparatur. Vnde aliqua iura aliquando includit, & aliquando non includit, & non eſt contrarietas, ſi una lex dicat certum ius includere, & alia lex dicat non includere, quæ omnia procedunt etiam in rebus incorporalibus, in quibus proprietas dicetur ſubſtantia ipſius iuris, pro ut conſideratur ſeparata ab alio iure ſolito ineſſe, uel uſufructu, uel uſu, uel ſeruitute, uel à poſſeſſione: quia eadem ratio eſt, dicto cap. cum eccleſia. de cauſa poſſesſionis, & proprietatis. Item hæc omnia conſiderantur in habentibus utile dominium, ut emphyteuta, uaſallo, & ſuperficiario, ut ipſa res unita cum dominio utili dicatur proprietas ad differentiam poſſesſionis, uel uſusfructus, uel uſus.

22 In propoſito autem noſtro ſumma eſt, † quòd proprietas eſt corpus ipſius rei corporalis unitum cum dominio uſufructu, & uſu ſeparatum à poſſeſſione; & ſi eueniat quòd dominus habeat naturalem poſſeſſionem, & alius ciuilem, adhuc ſub nomine proprietatis continebitur ipſa naturalis poſſeſſio, cum tunc ſolùm proprietas conſideretur ad differentiam ciuilis, ut ſæpiſſimè in materia diſcutiemus, & ſuper primo, & ſexto intellectu glo.

23 Secundò † notandum eſt ex iſto text. quòd cauſa poſſeſſionis differt à cauſa proprietatis. Nam cum cum tex. dicat nihil habet commune: ergo differentiæ multæ ſunt, quas differentias non examinauimus in præmiſſis, ei tamen obſtant ea quæ dicentur infra poſt quatuor oppoſitiones Bar. & ibi reſolutio dabitur, quòd poſſeſſio, & proprietas dicuntur res diuerſæ habentes ſubſtantiam, & eſſentiam ſpecificam diuerſam ut ſe inuicem non tangant, & de per ſe ſtare poſſint. Vnde omnes differentiæ quæ poſſunt conſiderari inter actiones competentes ad alias res diuerſas, poterunt etiam eſſe inter poſſesſionem, & proprietatem, ut ibi dicetur. ideò differunt in ipſis remediis ac in ſubiecto quòd petitur in libello in probationibus, & etiam in legitimatione perſonarum: quia minor auditur ſine tutore, & ſeruus, l. j. C. ſi per uim uel alio modo. & cauſa poſſesſionis eſt ſummaria, ut C. unde ui. l. momentaneæ. & in ea non appellatur l. j. C. ſi de momenta. poſſe. fuerit appellatum. Item differunt in teſtibus: quia teſtis interrogatus de poſſeſſione ſeu in cauſa poſſeſſionis ſi reſpondeat de domi

nlo non probat Bar. in dicta l. j. C. qui legiti-
mam perſonam, & glo. in cap. de teſtibus. ext.
de teſtibus. niſi haberet annexam cauſam pro-
prietatis: arg. l. ij. §. quædam. infra de inter-
dict. uel niſi eſſet intentatum, ut latius per Ri
pa hic nu. 16. & propterea nec publicatio te-
ſtium in poſſeſſorio impedit productionem in
petitorio: quia diuerſa ſunt iudicia, Rota in
deciſione 418. fuit dubitatum. in nouis Fely. in
cap. ueniens. col. 7. de teſtibus.

Item differunt: quia teſtes qui non poſſunt
eſſe in cauſa poſſeſſionis, ut quia fuit procura-
tor in ea uel aduocatus, ut per Bar. in l. de fer
te. ff. de iure fiſci, poterunt tamen eſſe teſtes in
cauſa proprietatis ſi in ea non interuenerunt
Anto. & Fely. in cap. cum nobis. col. fi. de te-
ſtibus. Nec uitium litigioſi in proprietate in
ducitur per litem poſſeſſionis, glo. & Abb. in
cap. j. de confirma. utili uel inutili.

Item differunt: quia cauſa proprietatis rei
ſpiritualis non poteſt cognoſci à iudicibus lai
cis, cap. decernimus. extra de iudi. ſed cauſa
poſſeſſionis poterit cognoſci, glo. in capi. di-
lecti. in uerbo iuramento. in fin. de electio. &
Abb. in cap. literas. col. ij. de iuramento ca-
lumniæ, Guido Papa deciſio prima. & deciſ.
85. & per Decium late in dicto cap. decerni-
mus. iudex tamen de uno datus, erit datus,
& de alio ſi erit habilis in utraque, ut dixi in
præmiſſis per no. per glo. & omnes in dicto ca.
paſtoralis. de cauſa poſſeſſio. & proprietatis.

Nec obſtat lex penultima. C. ſi à non comp.
iudice: quia probat contrarium, cum ibi fue-
rit commiſſa cauſa poſſeſſionis, licet ſolùm ſit
dictum de proprietate, & ualuit ſententia de
ea, & ſolùm fuit dubitatum an rector prouin-
ciæ eſſet iudex competens ſecundum uerum in-
tellectum illius tex. unde Iaſ. in le. ij. ff. de iu-
riſdictio. omnium, & Ripa hic malè loquun-
tur, niſi quando iudex eſſet inhabilis ad unum
ut dixi.

24 Tertiò notandum eſt unum generale † quòd
ex diuerſis non fit illatio, neque quo ad poſitio
nem ut poſito uno ponatur aliud, neque quo
ad remotionem, ut remoto uno remoueatur
aliud, ſiue remoto uno ponatur aliud, uel è
conuerſò, & ſemper allegatur iſte text. facit
lex Papinianus exuli. ff. de minoribus. ibi,
quid commune habet delictum cum uenia
ætatis.

Item facit l. fi. ff. de calumniato. ubi duæ
actiones cumulantur: quia ſunt diuerſæ, & dan
tur ad diuerſa, & per unam non remouetur alia.
Idem probatur in l. maritus. prima. C. de do-
natio. inter uirum, & uxorem ibi, cauſa libera
litatis nihil habet commune cum crimine, &
eſt ratio: quia habent ſuam eſſentiam ſpecifi-
cam ſuperatam, & ſe inuicem non tangunt, &
unum poteſt ſtare ſine alio, & actiones tendunt
ad diuerſa.

Sed in contrarium faciunt ea quæ diximus
in rub. ſupra de acquir. poſſeſſio. ubi poſuimus
duas regulas contrarias unam quòd contrario
rum eadem eſt diſciplina, & quòd diſpoſitio
facta de uno trahitur ad aliud, & poſito uno
contrariò in uno ſubiecto remouetur & aliud,
& tamen habetur diuerſitatem plenam inter ſe.
Secundam poſuimus in correlatiuis, ut correla
tiuorum eadem ſit diſciplina, & diſpoſitio fa-
cta in uno ex correlatiuis trahitur ad aliud, &
poſito uno, ponitur aliud, & ſi unum ſit in uno
ſubiecto, aliud remouetur.

25 Sed pro † ſolutione dicas quòd quatuor ſunt
termini, identitas, contrarietas, correlatio,
26 & diuerſitas. ex identitate † ſemper fit illatio
omni reſpectu, ut no. in l. prima. ff. de leg. j.
in contrariis illatio fit ſecundum diſtinctionē
poſitam in dicta rubrica: quoniam ſe inuicem
tangere dicuntur in finibus, cum qui renuntiat
malo ingrediatur bonum, cap. cum renuntia-
tur. 32. q. j. Facit tex. in cap. hoſpitiorum. 25.
quæſtio. j. In correlatiuis etiam fit illatio: quia
& ſe inuicem tangunt propter correlationem,
cum diſtinctione tamen ibid. poſita. ex diuerſis
uerò non fit illatio neq; contraria quæ non ſunt
neq; correlatiua, & ita intelligitur iſte tex. cum
27 ſuis concordantibus. † Et ſic minus ſe tangunt
diuerſa quàm aduerſa, cum diuerſa ſimul ſtare
poſſint, aduerſa uerò non poſſint l. ſi ancillam.
infra pro ſuo. quæ tamen concluſio procedit re
gulariter, aliquando tamen uniuntur ex uolun
tate diſponentis propter identitatem rationis,
ut fiat extenſio ad caſum diuerſum, ut habetur
in l. ſi uerò. §. de uiro. ff. ſolut. matrimon. &
in l. illud. ff. ad leg. Aquiliam, & probatur in
tota materia extenſionis poſita per Bar. & om-
nes in l. omnes populi in 6. quæſtio. principali.
ff. de iuſti. & iure, & per Alex. in l. ſi conſtan-
te. ff. ſolu. matrimo. & Ripam hic, & Herma.
ſed non exiſtente ratione non fit extenſio, ut
per Gemi. in cap. cupientes. §. quòd ſi per ui-
ginti. de electio. in 6. qui uoluit quòd ſi ſtatu-
tum prohibet cauſam cognoſci ſine certa ſolen
nitate, euitabitur ſtatutum ſi probabitur quòd
cauſa ſua ſit ſeparata, & eſt generalis modus
euitandi leges uel ſtatuta, docendo loquitur in
diuerſo caſu, ſeu in alio caſu, & caſus omiſſus
remanet ſub diſpoſitione iuris communis l. ſi
cum dotem. ff. ſolut. mat. facit l. ſi ſeruitus. &
l. ſi mihi. in principio. & in fi. ff. de ſeruituti.
urbano. prædiorum quas allegat Areti. & Her
mano. inducendo ut per eos.

28 Secundò † poſſunt coniungi per genus, ut
quando diſpoſitio fit de genere: quoniam com
prehenduntur omnes ſuæ ſpecies, l. j. §. quod
ait. ff. de aleatoribus.

Item eſt etiam ſi plures res contineantur ſub
uno nomine appellatiuo: nam & tunc continē
tur omnes res ſub uocabulo comprehenſæ l. in
fraudem. in fi. ff. de milit. teſtam. quia lex ge-
neraliter loquens generaliter debet intelligi, l.
prima. §. & generaliter. ff. de leg. præſtand.

dum-

dummodo fiat mentio de illo nomine generali: ſecus aut ſi nominetur indiuidua uel ſpecies: nam tunc non fit illatio de una ad aliam: quia conſiderantur de per ſe prout habent exiſtentiam, & eſſentiam ſpecificam ſeparatam: argumen. dictæ legis ſi cum dotem. ff. ſolu. mat. & hoc modo procedit iſte tex. cum iuribus concordanti. nam tunc non inſpicitur quòd poſſint coniungi per nomen appellariuum, uel per genus, ut dicemus. infra in prima, & ſecunda oppoſitione Bar.

29 Quartò notandum eſt in ſecunda parte, † ꝙ qui intentat rei uendicationem non impeditur intentare interdictum uti poſſide. & ſic qui intentat petitorium poteſt poſteà intentare poſſeſſorium ordine ſucceſſiuo, & cumulatiuè, & per concurſum, & eſt no. ualdè iſte tex. qui decidit caſum ualde difficilem in mente doctor. qui poſuerunt regulam in contrarium, ut no. in l. ſi de ui. ſupra de iudi. per rationem: quia ordo uidetur datus à lege ut poſſeſſorium præcedere debeat, l. ordinarii. C. de rei uendicatio. & l. incerti. C. de interdictis, & l. exitus. infra eodem, & l. prima, §. huius autem. & §. frequenti. infra uti poſſid. cum ſimilibus, & militare uidentur regulæ omnes prohibitiuæ cumulationis, quas ego adduxi in figuratione caſus: tamen notabile iuſtificatur propter rationem poſitam in tex. quia hæc duo ſunt diuerſa poſſeſſio, & proprietas, & nihil habent inter ſe commune, & ſolùm contrarietas militat: quando expreſſa fuit una ſpecies poſſeſſionis in utroquè, & ratio ordinis militat: quando contendunt partes quis debeat eſſe reus; aliàs ordo eſt uoluntarius, & hæc concluſio facilius procedit: quando hæc duo remedia intentantur à diuerſis, etiam ſi reus intentat unum, & actor aliud.

Secundò ampliatur procedere etiam in interdicto adipiſcendæ, & facilius: quia ceſſat ratio contrarietatis, cum actor prætendat in utroquè aduerſarium poſſidere.

Tertiò ampliatur procedere etiam in interdicto recuperandæ, dicto cap. paſtoralis. & facilius per eandem rationem.

30 Quartò ampliatur procedere etiam † ſuſpenſiuè, ut intentans poſſeſſorium poſſit ſuſpendere petitorium, ut clarè dicitur in dicto cap. paſtoralis. de interdicto adipiſcendæ, & recuperandæ, etiam uſquè ad concluſionem in cauſa, & etiam aliquando poſteà, ſi aliqua æquitas ſuggerit, hæc tamen ampliatio uerè dubitabilis in interdicto retinendæ: quoniam dictum capitulum paſtoralis. concedit hanc poteſtatem ſuſpendendi in poſſeſſorio adipiſcendæ, & recuperandæ, in interdicto uerò retinendæ uidetur denegare in uerſi. ſaluis aliis interdictis, quæ uerba intelliguntur ſecundum omnes de remediis retinendæ, in quibus ille tex. excipiendo uidetur denegare illam cumulationem ſuſpenſiuam, pro quo facit etiam tex. in clem. j. de cauſa poſſeſſio. & proprietatis qui ex cauſa ſpeciale in odium ſpoliantis uidetur hoc concedere, & ibi no. glo. & docto. atquè etiam glo. & docto. in dicto cap. paſtoralis. ubi Abbas charta finali uerſi. nunc uenio. nu. 28. qui inclinat in hanc partem quòd in interdicto retinendæ non amittatur illa cumulatio ſuſpenſiua. Sed ego puto opinionem contrariam ueriorem, ꝙ imò ampliatio ſit uera, nam cauſa quare doct. ità dicebant de interdicto retinendæ erat: quia habebant intentionem ſequendo gloſſ. in dicta l. ſi de ui. quòd regulariter interdictum retinendæ non poſſet concurrere cum petitorio. Sed ſi habuiſſent pro firmo, prout nos ſup. firmauimus, quòd regulariter interdictum retinendæ poſſit concurrere cum petitorio, per iſtum tex. ſecundum uerum intellectum non denegaſſent cumulationem hanc ſuſpenſiuam. Et pro hac opinione facit: quia in interdicto adipiſcendæ admittitur illa cumulatio ſuſpenſiua, & tamen in eo non conſideratur aliquòd delictum, neque aliquòd odium aduerſarii, ut dicit Abb. ibi nu. xiiij. uerſi. ſed dubium. & concordat glo. in l. j. in ſecundo intellectu. C. de carbo. ædicto. quæ uoluit quòd petitio hæreditatis poteſt ſuſpendi quàmuis ſit intentata uſq; ad pubertatem, ſi uideatur utile per leg. iij. §. duæ ſunt cauſæ. ff. de carbo. edicto. ergo cum in poſſeſſorio adipiſcendæ ſuſpenſio admittatur, in quo nullum delictum neque crimen uiolentiæ in aduerſario conſiderari poteſt, fortius in poſſeſſoorio retinendæ, in quo contingere poteſt uiolentia, & clandeſtinitas, ſi abſente domino ingrediatur fundum, & eum reuertentem turbet in ciuili poſſeſſione, cum dominus per interdictum uti poſſid. poſſit recuperare dictam poſſeſſionem naturalem, l. j. ibi, ui nec clam. infra uti poſſid. & tenet glo. magna hic in fi. & communiter doct. Confirmatur etiam: quia natura omnium interdictorum eſt ut præcedere debeant petitorium, & potiſſimè illud dicta l. prima. §. inter litigantes. infra uti poſſid. & l. is qui deſtinauit. ff. de rei uendicatione, & l. ſi de ui. ſupra de iudi. cum ſuis concordantibus. ergo faciliter poſſeſſorium poterit ſuſpendere petitorium ad finem ut eius cognitio præcedat, cum res de facili reuertatur ad naturam ſuam, l. ſi unus. §. pactus ne peteret. uerſi. quòd ſi in ſpecie. & ibi no. ff. de pact. maximè: quia tollitur ratio inculcandi uites, & inducitur illud commodum ut ſciamus quis ſit actor, & quis ſit reus.

Nec obſtat dicta clem. prima in qua uidetur fundari hæc opinio, dum conſiderat odium ſpoliantis: quia ibi ſubaudiri debet dictio maximè, cum etiam ſine illa odio poſſit ſuſpendi per interdictum adipiſcendæ, & niſi ita intelligeretur, contradiceret dictum capitulum paſtoralis.

Item poteſt dici quòd ille fauor conſideratur reſpectu rei conuenti, ſi ipſe uellet ſuſpen-

dere petitorium intentando poſſeſſorium: quia eſt odium quòd reus ſpolians habeat hoc priui legium, ut ibi intelligit glo. quo caſu non con tradiceret: quoniam difficilius debet permitti hæc ſuſpenſio per reum conuentum, propterea ſequitur quòd ex contrario non admittitur ſu ſpenſio, ut ſi prius fuit intentatum poſſeſſoriũ, non poſſit illud ſuſpendi per petitorium: quia ceſſant omnes prædictæ rationes: tamen ſpoliatus reus habet hoc aliud priuilegium quòd poteſt ſuſpendere petitorium intentatum ab aduerſario, dicta clem. prima. quæ ſi ita intelligeretur eſſet neceſſarium quòd dictus reus cõuentus intentaret interdictum uti poſſid. cum ipſe uideatur habere poſſeſſionem naturalem, unde tunc concordaret cum prædicta opinione, & ponere deciſionem in terminis quòd per interdictum retinendæ poteſt fieri cumulatio.

Non obſtat dictum capitulum paſtoralis. in uerſi. ſaluis aliis. quia ille tex. non exprimit interdictum retinendæ non poſſe intentari ſuſpendendo, neque etiam negat ſuſpenſionem: ſed tantummodo dicitur ſaluis aliis interdictis, id eſt, ſalua eorum natura, ut permittatur cumulatio, & ſuſpenſio quando non eſt con tradictio, & in caſibus in quibus per alias leges permittitur, uel prohibetur cumulatio. Ita ꝙ ibi nihil determinat de interdictis retinendæ: ſed ſolum ſe remittit ad alia iura, quòd factũ fuit cum miniſterio: quia illo tempore erat magna diſcordia inter ſcribentes, an & quando interdictum retinendæ poſſet cumulari cum petitorio per no. in dicta l. ſi de ui. & in tex. noſtro. Vnde ſtat firma ampliatio per generalitatem tex. noſtri, quòd poteſt fieri cumulatio, & concurrere ſuo ordine ſucceſſiuo cumulatiuè, & ſuſpenſiuè.

Item ampliatur procedere etiam quòd finitum eſſet petitorium, & itã peruerſo ordine intentare poſſeſſorium: nam & illud permittitur ut probatur in tribus intellectibus primis glo. ubi hoc declarabitur.

31 Quintò ampliatur procedere† omni tempore, ſiue ab initio cumulando in eodem libello, ſiue ſucceſſiuè ut in tex. noſtro ante litis conteſtationem, ſiue etiam poſt litis conteſtationem uſque ad concluſionem in cauſa: arg. dicti cap. paſtoralis. ſiue etiam poſt finitum petitorium, ut dictum fuit per iſtum tex. coniungendo uerbum cæpit, cum ſequenti uerbo uendicauit, præteriti temporis, quæ ſimul iuncta comprehendunt omne tempus, & propterea fit regula generalis quòd interdictum retinendæ poteſt cumulari, & concurrere cum petitorio, & poſſeſſorio à principio, medio, & in fine ſucceſſiuè, cumulatiuè, & ſuſpenſiuè, & poſt finitum petitorium ut diximus in ſummario, & probatur in iſto tex. non uiolando literam, & generaliter intelligendo prout innuit uerborum ſignificatio, è contrario uerò petitorium poſt intentatum poſſeſſorium etiam poteſt proponi à principio, medio, & in fine: arg. tex. in cap. cum ſuper, cap. cum dilectus, & cap. cum eccleſia Sutrina. de cauſ. poſſeſſio. & proprietatis. ſuſpenſio tamen fieri non poteſt, ſed ſolùm cumulari ut ſuper utroque procedatur per rationem: quia poſſeſſorium eſt ſummarium. Vnde inconuenit ꝙ ſuſpendatur. Item: quia natura petitorii non eſt ut præcedere debeat, ut probatur in dictis iuribus, & non reducitur ad ſuam naturam.

32 Quintò notandum eſt† quòd intentans rei uendicationem non uidetur renuntiare poſſeſſioni, & ratio principalis eſt: quia hæc duo cum eorum remediis nihil habent commune, ut in tex. Item ſecunda ratio eſt: quia qui uadit ad iudicem intendit facere meliorem ſuam conditionem non deteriorem, l. non ſolet. ff. de regul. iur. & l. aliam. ff. de noua. & inducta ad augumentum non debent operari diminutionem, l. legata inutiliter. ff. de leg. primo. & l. legata ff. de adime. lega. & l. ſi mancipia. in principio. ff. de fund. inſtro. & l. cum quidam. ſupr. de bono poſſeſſio. tertia ratio eſt: quia ad ualiditatem iudicii rei uendicationis, & eius executionem fiendam, ſufficit quòd reus detineat, & habeat facultatem rei reſtituendæ, l. officium. in fi. & l. qui reſtituere. ff. de rei uendicatio. ex quo ſequitur quòd poſſidenti poteſt dari rei uẽdicatio, ut clarè probat iſte tex. & concordat dicta l. officium. in fi. ubi dominus poteſt agere contra commodatarium, & depoſitarium, & tamen ipſe poſſidet, l. rei commodatæ. ff. commodati. & l. rei. ff. locati. & §. retinendæ. uerſic. poſſidere autem. inſti. de interdict. & licet docto. uideantur intelligere illum tex. de extranco uendicante: tamen non negãt quin etiã dominus deponens poſſit agere, & uendicare rem ſuam, coniungendo hunc tex. in dicta leg. officium. quamuis poſſideat. & eſt neceſſarium: ſi forſan non poſſet probare contractum depoſiti, & ille nolet reſtituere rem.

Nec obſtat. §. ei uerò. inſti. de actio. & l. j. §. actio. infra uti poſſid. & cap. examinata. de iudi. quæ dicunt ꝙ poſſidenti non datur actio: nam intelliguntur de eo qui plenè poſſidet, & detinet, ut penes ſe eandem in totum habeat: nam tunc ſi moleſtetur habebit tantummodo interdictum retinendæ, ut per Iaſon. ibidem nume. 58.

Item dictus. §. ei uerò. intelligitur quòd poſſidenti rem corporalem non datur actio negatoria per quam neget rem eſſe actoris: quia illa tantummodo datur pro ſeruitutibus: aliàs autem ſufficit exceptio: ſed non negat quin poſſidenti poſſit dari actio ad petendam rem, ab alio detentam ſibi reſtitui, quod ſentit, & examinat glo. in dicta l. j. §. actio autem. infra de interdictis, & in l. ſi de ui ff. de iudi. & per docto. in dicto cap. examinata.

33 Et †ſi eueniat quòd unus poſſideat naturaliter,

liter,& alius ciuiliter,& tertius detineat, poſſidens naturaliter, uel poſſidens ciuiliter poterit agere contra detinentem, ac etiam ille qui posſidet natutaliter poteſt agere cum eo qui poſſidet ciuiliter, licèt non detineat, & è contrariò, l. j. cum glo. & le. Pomponius. §. ſi is qui. ubi docto. infra eodem. & l. ij. C. ubi in rem actio. Bar. inf. in iij. combinatioue, quæ rei uendicatio nũcupatur caſualis ſecundũ Bal. in dicta l. ſi de ptoptietate. C. ſi à non competenti iudice uerſi. & ſi dicatur, quia eſt unita cum ipſa re, cum ille qui agit ſi detinet petat rem quam apud ſe habet, & quando datur illi qui posſidet contra eum qui detinet dicitur for malis, etiam quòd agens posſideat ciuiliter: quia fotma eius ſeruari poteſt, etiam in reſtituenda re. di.l. officium. quando autem agitur contta eum qui posſidet ciuiliter, licèt cor pus tei non teſtituatur: tamen uidetur fieri reſtitutio intellectualiter ttansferendo ſuàm poſ ſeſsionem in uictorem, & ſatis poteſt uerificari tex. in l. qui teſtituere. de rei uenditatione, & hic eſt uerus ſenſus Bal. quidquid dicat Iaſo. in euidentialibus, & Harm. hic. Ex quo infertur quòd ſi ille qui iuit ad nundinas reuettens inueniat locum occupatum per ingreſſum alterius, & cogitans quòd ſi uellet expellere de facto cauſarentur tumultus, & fotſan homicidia, & pto meliori eligat ire ad iudicem, & intentare rei uendicationem contta ingredientem, non ſuſpicabitur ſe poſſe tepelli: ſed eliget meliorem uiam: & non ptiuabitur poſſeſsione iuxta l. quod ſi nolit. ſupra eodem. & hic tex. præſupponit quòd non amittat poſſeſsionem, pet dictam legem non ſolet. de reg. iur. & l. aliam. de nouatio, ut hic per Iaſon Raphaelem, & gloſſ. in dicta leg. quod ſi nolit, ſicut ſi quis nunciat per prætorem non amittit poſſeſsionem, l. de pupillo. §. meminiſſe. ſecundum communem intellectum, ſupra de no. op. nun. quod tene menti: quia ſæpius repetetur in uariis figurationibus caſuum.

Glo. prima diuiditur in tres partes. In ptima allegat tex. concordantem per caſum contrarium. In ſecunda format unum contratium per tria exempla. In tertia reſpondet tribus modis. Secunda ibi, ſed oppono. Tertia ibi, ſolue. Ex prima colligitur quod diltum eſt uerum eſſe ut nihil habeat commune poſſeſsio cum proprietate: quia ſi finitum eſt petitorium poteſt intentari poſſeſſorium, & ſi finitum eſt poſſeſſorium, poteſt intentari petitorium per tex. allegatum in glo. & ſic ſententia lata in uno non facit ptæiudixium in alio: ergo ſunt diuerſæ per l. eum quæritut. cum ſequenti. & l. ſi cum totum de exceptio. tei indica. & propter caſum tex. allegati per eam apparet quòd ordine ſucceſsiuo extinctiuè, & cumulatiuè poſſunt intentati, nec debent torqueri docto. quòd ille tex. loquatut in caſu conttario: quia nihilominus probat hanc concluſionem, cum ibi dicatur quod in intetdicto uertitut poſſeſsio, & in actione in rem proprietas, & ſic probat quòd poſſeſsio, & proprietas ſunt res diuerſæ, & actiones pro eis non ſe tangunt nequè impediunt.

Ex ſecunda & tertia parte colliguntur aliqua contraria textui, cum tribus ſolutionibus tamen quia glo. non bene reſoluit Bat. ſigillatim fotmat hæc tria contraria, & ea ſeparatim
34 reſoluit. † Ideò Bar. opponit quòd imò habeãt aliquid commune, cum utrunquè ſit incotporale probando ut per eum, & dicit primam ſolutionem glo. non eſſe bonam: quia eſt facere nouã legem exponere nihil habet commune, id eſt, non omne eſt commune, id eſt, non omnes qualitates dominii conueniunt poſſeſsioni, cũ dominium posſit uerificari in reb. corpotalib. & incotporalib. l. qui uſumfructum. ff. ſi uſusfructus petatur, & poſſeſsio tantũmodo habeat locum in rebus corporalib. pet legem ſeruus. §. in corporales. infra eodem. nam dato quòd hoc dictum uerum eſſet, non ſequitur poſteà conſequentia, cum propter illas partes in quibus cõueniunt poterit fieri illatio de uno ad aliud. unde ipſe dicit ſecundam ſolutionem ueriorem eſſe, & tertiam poſſe ſaluari ut procedat.

Tamen uec ipſe perfectè probat contrarium nequè ſolnit. Nam ipſe uolens probare quòd hæc duo ſunt incotporalia, facit unum generale.
35 † quòd omnia incorporalia iuris ſunt per dictum. §. ptimum. inſti. de rebus corporalibus, cum glo. in uetbo quæ in iure conſiſtunt, & tenuerunt Peruſini in l. prima. ſupra eodem, quòd aſſumptum falſum eſt ut ego declaraui in dicta l. ptima cum & in plantis ſit anima uegetatiua, & in animalibus ſit anima ſenſitiua, ut pet Sozi. in rub. infra de uerborum obligatio. quæ animæ facinnt infinitas operationes incotpotales, & tamen non ſunt iuris, ne dicamus quòd ius ſit, & in plantis, & in animabus. & ab eis couſtituatur. Idem dicimus de homine in quo ſunt ædem, & aliæ ſimiles operationes, & tamen facti ſunt, lege bonæ fidei. ſupra de acquir. terum dominio. Et tex. in dicto §. primo. uõ dicit quòd omnia incorporalia ſint iuris, ſed ſolum dicit quòd res incorporales ſunt, quæ uideri nec tangi poſſunt. & ponit exemplum de his quæ conſiſtuut in iure, de quibus ſtatim uolebat loqui, & exempla non reſtringunt regulam, l. damni infecti quidam, ff. de damno infecto. quæ iura generaliter dicuntur eſſe incotporalia.

Et ſi dicatur Bar. hoc idem ſenſit uolens probare quòd hæc duo ſunt incorporalia: quia iuris ſunt, & omnia iura ſunt incorporalia, & ità diceret uerum. Reſpoudetur poſteà quòd Bat. non bene ptobat minorem. Primò: quia proprietas non eſt res incorporalis: quia imò dicitut corpus ipſius rei corporalis uintum cum dominio ut ſupra dixi in primo notabili, pet legem quæſtio, & l. intetdum. ff. de uerbo. ſignificatione. Similiter non eſt uerum quòd poſ-

feſſio ſit iuris: quia imò dicitur eſſe facti ut late probauimus in dicta l. prima, & magis concludenter in §. ſi uit uxori. ſupra eodem titulo noſtro. Præterea dicebat Iaſ. nec bene probat quòd dominium dicatur eſſe iuris, cum in lege ex hoc iure. ff. de inſti. & iure dicatur contractus, & commercia introducta à iure gentium, quæ tamen facti ſunt lege conſilio. in fin. ff. de cur. furioſi, & quòd bella, & captiuitates ſunt introducta, & tamen facti ſunt ſicut, & regna diſtincta, & ciuitates conditæ. Præterea ipſe dicit in prima ſolutione quòd poſſeſſio nõ conuenit rebus incorporalibus, & tamen text. dicit quòd in uſufructu adeſt dominium, & poſſeſſio, & ſic etiam in rebus incorporalibus cadit poſſeſſio, ſicut plenius fuit probatum in di. l. prima. in quæſtio. de rebus incorporalibus. Et ſi dicatur quòd non eſt propriè poſſeſſio, reſpondetur quòd nec etiam eſt propriè dominiũ quia dicit Iaſ. quòd, & in uſufructu eſt dominium impropriè cum ipſe uſufructuarius recognoſcat aliud dominum in ſuperiorem, ut declarat Bar. in l. j. in princip. in ſecunda charta ſupra eodem. & non conuenit diffinitio dominii de qua in le. ſi quis ui. §. differentia. infra eodem.

Similiter dum dicit quòd ſecunda ſolutio glo. uerior eſt, nec etiam bene loquitur: quia hæc expoſitio uerborum, nihil habet commune ſed non eſt probatio quòd ea quæ dicuntur in ſecunda ſolutione non conueniunt poſſeſſioni, uel proprietati, & ſic apparet quòd neque oppoſitio Bar. conuenit, neque bene probat maiorem, neque bene probat minorem, neque etiam bene probat ſolutionem ſuam, & ſic imperfectius locutus fuit quàm glo. unde uerius poſſet dici quòd iſtæ oppoſitiones confirmant dictum textum: quia proprietas eſt res corporalis, quã uis ſit unita cum dominio, & poſſeſſio eſt res incorporalis: quia conſiſtit in operationibus animi, quæ ſunt res incorporales.

Item dominium licèt ſit iuris: tamen poſſeſſio facti eſt, ita quòd non eſt opus aliqua ſolutione, ſi tamen tu oſtinate uelis tenere quòd proprietas eſt dominium quòd iuris eſt, & ꝙ poſſeſſio iuris ſit pro ut tenent communiter docto. & probare quòd dominium iuris ſit ex diffinitione poſita in dicto. §. differentia. & omnia iura ſunt incorporalia, tunc poſſes ità formare contrariam oppoſitionem, omnia quæ ſunt iuris incorporalia ſunt, dicto. §. primo. inſti. de rebus corporali. & incorporali. & omnes conueniunt, ſed poſſeſſio. & dominium iuris ſunt: ergo ſunt incorporalia, & inde ſumitur ſecunda oppoſitio quòd imò habeant aliquid commune: quoniam conueniunt in qualitate quòd ſunt iuris, & tunc debes dare tertiã ſolutionem glo. quæ uera eſt, ut etiam hic dicit Ias. & clarius quàm ipſe faciat. Nam multa reperiuntur eſſe iura quæ inter ſe habent has conuenientias, & tamen diuerſa ſunt inter ſe cum iuriſdictio iuris ſit, & uſusfructus iuris, & ſeruitutes iuris, & ius eligendi iuris ſit, ac omnia iura epiſcopalia de quibus in cap. conquerente. extra de officio ordinari, & infinita alia ſimilia, & tamen ſunt diuerſa inter ſe, & nihil dicuntur habere commune neque poſitiuè neque remotiuè, neque actiones ad ea competentes impediuntur cumulari, cum ſi quis habeat actionem ad iuriſdictionem non impediatur cumulare actionem ad uſumfructum competentem, uel ad ſeruitutem, uel ad ius eligendi, ſeu ad iura incorporalia, cum illa ſint diuerſa, & tendant ad diuerſa, ſicut ſi quis haberet actionem ad fundum, aliam ad domum, aliam ad equum & aliam ad libros, quæ non prohibentur cumulari tanquàm tendentes ad res diuerſas, ut per Bar. & omnes in dicta leg. edita. in materia cumulationis.

36 Eſt igitur ſolutio † quòd proprietas, & poſſeſſio ſunt res diuerſæ, habentes ſubſtantiam diuerſam, & eſſentiam ſpecificam ſeparatam, quæ de per ſe ſubſiſtunt, & una poteſt ſtare ſine alia, & ſe inuicem non tangunt, & actiones pro his duobus competentes dicuntur tendere ad res diuerſas, ſicut ſi tenderent una ad iuriſdictionem, alia ad uſumfructum, alia ad ſeruitutem uel ius eligendi, & una tenderet ad domum, alia ad fundum, alia ad equum, alia ad bouem.

Nec obſtãt illæ communiones appoſitæ: quia non habentur in conſideratione inter indiuidua, uel genera in actu exiſtentia, cum eis attentis ſequeretur quòd ſi unus haberet actionẽ ad bouem, & aliam ad equum, & aliam ad fundum, quòd iſtæ res haberent in ſe communionem cum ſuis actionibus: quia omnes ſunt res corporales, & omnes continentur ſub genere animalis, uel ſub genere ſubſtantiæ, & ſi eſſent actiones ad illa diuerſa iura narrata, non poſſent cumulari: quia haberent conuenientiam quòd eſſent iuris, & quòd eſſent incorporalia. dictum etenim in §. noſtro poſitum intelligitur de dominio in eſſe deducto, & poſſeſſione in eſſe deducta, quæ non habent conuentiam, neq; ſe tangunt in forma ſpecifica, & in eſſentia ſua, ut unum ſine alio non poſſit ſtare, uel quòd unum trahat aliud, & ſi tu comparabis hæc duo ad equum, & bouem, & domum, & fundum, iuriſdictionem, & uſumfructum, uidebis quòd dictũ eſt generale, & uniuerſalis nihil in omnibus uerificatur.

37 Secundò † opponit Bar. de l. j. inf. eodem, ubi poſſeſſio dicitur eſſe neceſſarium antecedens ad dominium, cum ab ea proceſſerit, & in conſequenti, remouemus neceſſarium antecedens, uel ponimus, l. illud. de acquir. hæred. & l. ad rem mobilem. de procura. cum ſimilib. reſpondet ipſe reiectis ſolutionibus glo. quæ nõ conueniunt, negando quòd hodie dominium ſine poſſeſſione non poſſit acquiri per duo exẽpla poſita per eum. & plura alia potes addere per glo. poſita in l. ſi ager. ſupra de rei uendicatio.

catio. quæ ſolutio (ut dicit hic Iaſ.) non eſt bona: quoniam illa exempla ſunt limitationes, & regula eſt generalis quòd à poſſeſſione deſcendit dominium in rebus quæ ſunt in bonis nullius, & ſicut ſua erat de iure antiquo, ità hodiè durat, ut dicitur iu eadem lege prima, ibi, eiuſquè ueſtigia, & ſicut hodie, ſi res ſit occupata per poſſeſſionem non acquiritur dominium, ità & de iure gentium res occupatæ non acquirebantur per ſolam poſſeſſionem, niſi eſſent res hoſtium. Vnde melius potuiſſet Bart. ſoluere negando quòd regulariter de iure gentium ſine poſſeſſione acquirebatur dominium, ut patet in decem exemplis poſitis inſti. de rerum diuiſione, & declaraui in rub. ſupra eodem, ut ſaltem appareat quòd poſſeſſio non eſt neceſſarium antecedens ad dominium, ut oppoſitio erat facta: ſed tamen: quia nec etiam totum contrarium tollitur propter uniuerſalem nihil. quæ falſificatur ex quolibet minimo. capi. in Geneſi. de electio, & ibi no. Ideò Bar. dat ſecundam ſolutionem, quòd contrarium procedit quantum ad acquirendum, non autem quantum ad retinendum, cum ſine poſſeſſione dominium differenter retineri poſſit: quæ ſolutio nec etiam eſt bona: quia ut dicit Iaſ. non tollitur quin aliqua ſit conuenientia, & ſufficit ꝙ unica ſit ad falſificandam uniuerſalem, dicto capitulo in Geneſi. & l. ſi is qui ducenta. §. utrum ubi per omnes. ff. de rebus dubiis, & bene dicit, tamen poſteà irreſſolutus remanet, nullam ponens ſolutionem. Ideò tu dicas, quòd contrarium non obſtat, ex eo: quia propoſitio tex. procedit in dominio in eſſe deducto, & poſſeſſione in eſſe deducta: quæ cum habeant ſubſtantiam diſtinctam, & ſuam eſſentiam ſpecificam ſeparatam, nihil habent commune quantum ad hoc ut per ſe ſtare poſſint, & quòd ſe non tangant, ſicut ſi pater generaſſet filium non dicerentur pater, & filius habere aliquid commune inter ſe, in propoſito actionum competentium pro eis, cum qui habet actionem ad filium, non per hoc habet actionem ad patrem, nequè qui accuſat filium, accuſat patrem, nequè ſi filius interfecit hominem, pater dicitur interfeciſſe, neq; ſi moritur filius, moritur pater, & è cõuerſo, & ſi mittitur in exilium pater remanet in ciuitate. Vnde apparet quòd non conſideratur in propoſitione tex. quòd una dependeat ab alia, & quòd una non poſſit naſci ſine alia: quoniam in argumentatione quam uult facere text. nihil facit quòd unum deſcendat ab alio, alioqui nulla actio cumulari poſſet, ſi nos attenderemus has generalitates, & conuenientias genericas, uel materiales, & deſcendentias, cum omnes res dicantur eſſe ſaltem ſub prædicamento ſubſtantiæ, & ſic eadem ſolutio quæ datur ad primum contrarium, datur etiam ad ſecundum.

38 Tertiò † opponit Bar. quòd imò habent conuenientiam cum ſeparari non poſſint, ut probatur in l. per procuratorem. C. eodem. ſoluit ipſe quòd hæc coniunctio prouenit ex uoluntate partium: quia tradens uoluit utrunquè acquirere, & acquirens utrunquè habere, & eſt ſolutio uera, & per tranſeunt omnes, & probari poteſt per no. in l. ſcire debemus. infra de uerborum obligationibus. ubi tot ſunt ſtipulationes, quot ſunt res ſingulariter nominatæ: quæ actiones poſſunt ſimul cumulari, & ſingulariter intentari: quia res ipſæ diuerſæ ſunt, & per ſe ſtare poſſunt, & actiones tendunt ad diuerſa: tamen ſi quis uendat decem ſeruos uno pretio, uel promittat ſub uno pretio unica actio eſt, & per ſolutionem unius debitor non liberatur ab alia, ut ibi dicit tex. & glo. & Bar. ex eo: quia ex uoluntate, & diſpoſitione hominum coniunguntur, quæ uoluntas cum ſit accidentalis, non habetur in conſideratione. Sicut etiam ſtatutum faciens mentionem de una re propter identitatem rationis extenditur ad alias res diuerſas, & ſic ex diuerſis fit illatio, ut per doctores. in lege omnes populi. in ſexta quæſtione principali in materia extenſionis. digeſt. de iuſtitut. & iure.

Quartò opponit Bar. quòd imò poſſeſſio. idem ſignificet quod proprietas, de lege interdum. ff. de uerborum ſignificatio. ubi poſſeſſio comprehendit proprietatem, & ſi quis legat poſſeſſiones ſuas dicitur legare proprietatem, & prædia. Soluit ipſe quòd illud eſt ex improprietate ſermonis, & ſolutio uera eſt, & clarius dicas quòd ibi per poſſeſſionem non nominauit illud ius inſiſtendi de quo nos loquimur, hic, ſed nominat ipſum corpus rei, ità quòd de ſola proprietate ibi fit mentio, & non de poſſeſſione: quare remanet concluſio quòd dictus tex. noſter procedit generaliter ſine ali-

39 qua exceptione. † Conſiderando poſſeſſionem & proprietatem pro ut ſunt in eſſe deductæ, & quòd habent eſſentiam ſpecificam, & formam ſpecialem diuerſam, ut uerè ſunt res diuerſæ, & omnia quæ habent locum in aliis rebus diuerſis, ut in l. Papinianus exuli. ff. de minoribus. & in l. fi. de calumni. & in l. maritus. C. de dona. inter uirum, & uxor. habeat etiam locum in poſſeſſione, & proprietate ut uera ſit propoſitio de eis, ſeparatorum ſeparata eſt ratio, & non attenditur ꝙ habeant communionẽ in materia uel in genere, ſicut nec in aliis rebus in dictis legi. nominatis: nec inſpicitur quòd cõſiſtant in eadem re, & petendo ea petatur res eadem: quia adhuc in ſubſtantia diuerſa ſunt, ut dedimus reſpõſum ad regulas impeditiuas cumulationis: nec conſideratur quòd idem debet eſſe iudex, lege nulli. C. de iudic. & cap. primo. de ſequeſtra poſſeſſio. & fructu: quia illud eſt ex uoluntate committentis cauſam, uel etiam ex uoluntate legis quæ uoluit coniungere, & coniunctio accidentalis ex uoluntate non attenditur, ut diximus in tertia oppoſitione: nequè etiam conſideratur quòd

uttaq; cauſa poſſit eſſe ſpiritualis, & non poſſit cadere in laicis,ut ponderabat hic Ripa : quia illud eſt ex uoluntate legis accidentali, ſicut uidemus quòd ius eligendi epiſcopum non cadit in laicis,nequè cętera iura epiſcopalia:quia omnia ſunt ſpiritualia:tamen nemo dicet quin ſint res penitus diuerſæ, & actiones pro eis competentes dicantur tendere ad diuerſa . conſideramus enim tantummodo quòd per ſe ſubſiſtunt, & habent eſſentiam ſeparatam ut diximus .

40 Veruntamen:†quia Bar.ſuper prima oppoſitione dixit quòd in uſufructu cadit dominium quod eſt ſeparatum à dominio rei corporalis , inferebat Alex.hic ad quæſtionem de libello, ſi quis in eo dixerit ſe eſſe dominum,an ſi probauerit ſe eſſe uſumfructuarium , poſſet obtinere? Bal.in d.l.qui uſumfruct.ff.de uerb. oblig. conſiderabat duos caſus dicens.aut ſimpliciter dixit ſe dominũ,& tunc obtinebit probando ſe uſumfructuarium . ſi uerò dixit ſe eſſe dominum fundi,tunc probando ſe eſſe uſumfructuarium,non obtinebit,Duos alios caſus addebat Alexa. hic ex mente eiuſdem Bal.in l.ij.ſupra de conditio. inſti.aut intentat rei uendicationem, & tunc ꝓbando ſe uſumfructuarium non poterit obtinere:quia neceſſarium dicit ſe dominum fundi uerè uel interpretatiuè propter actionem,cũ prouſufructu competat actio confeſſoria,ut inſti.de actio.§.æquum.Similiter ſi dixit proprietatem ad ſe ſpectare,adhuc non poterit obtinere,cum proprietas ſemper ſit ſeparata ab uſufructu: ità quòd in effectu ſumitur regula , quòd qui dicit ſe dominum ſimpliciter,&non intentat rei uendicationem probando ſe uſumfructuarinm,obtinebit . Fallit: quando dixit ſe dominum fundo . Fallit:quando intentauit expreſſè rei uendicationem . Fallit quando dixit ſe habere proprietatem,& uidetur eſſe communis opinio.So. tamen hic approbat primum dictum de regula ſed negat limitationes eſſe ueras , ex eo : quia ſi dicat ſe dominũ fundi,adhuc poterit obtinere:

41 †quia uſusfructus eſt pars fundi,ut per Bar.in l. qui uſumfructum.inf.de uerb.oblig.& ſufficit ꝙ aliquo modo ſaltem impropriè,uſuſfructuarius ſit dominus fundi, per l.ſi quis intentione ambigua.ff.de iudi.& idem dicit eſſe quando expreſſit rei uendicatione:quia expreſſio actionis ineptæ non præiudicat,ut habetur in le. j. ff. de edendo. & in l. edita.C.de edendo, & idem dicit eſſe,quãdo dixit ſe habere proprietatem fundi: quia & uſusfructus pro ut certo modo poteſt eſſe pars fundi,poteſt etiam eſſe pars proprietatis,per no.in d. l.qui uſumfructum. ff. de uerb. oblig.Rip.uerò tenet omnes prædictas tres limitationes:quia aſſumptum Sozi. falſum eſt ꝙ uſusfructus ſit pars fundi,nequè propriè, nequè impropriè:ſed ſolum dicitur quòd eſt pars dominii , ut in l. iiij. ſupra de uſufructu. & in dicta leg. qui uſumfructum . ſiue capias uſumfructum quòd ſit pars dominii ſubiectiua , ſiue capias uſumfructum quòd ſit pars dominii integralis tanquàm commoditas:quia quando uſuſfructus eſt commoditas non eſt pars fundi : ſed eſt pars pleni dominii, & nunquàm uſusfructus poteſt adderere fundo niſi conſideres fundum pro pleno dominio , & ſic æquiuocatio eſt inter corpus fundi,& plenum dominium , & probatur in lege rectè dicimus . infra de uerborum ſignifica. Et pro hac opinione Maria. adducit dictam legem . qui uſumfructum . dum dicitur quòd uſusfruct.eſt ſimilis parti fundi,ergo non eſt idem l. quod Nerua. ff. depoſiti . Secundò adducit l. iuſiurandum . §. illud ff. de acceptilationib. qui dicit expreſſè quòd non ſunt pars fundi, ſicut cæmenta , & lapides non ſunt pars dominii, & ibi glo. expreſſè dicit ipſe : tamen poſteà diſtingit ex mente Imol. in dicta l. qui uſumfructum dicens,quòd ſi capis fundum pro ipſo corpore rei,nõ poteſt dici pars fundi:quia dominiũ eſt res incorporalis , & uſuſusfruct.eſt res incorporalis , & non poteſt eſſe pars rei corporalis . Sed ſi tu capis fundum pro pleno dominio , tunc quia tranſit in rem incorporalem poteſt dici pars fundi ſicut pars dominii , dicta lege quarta , de uſufructu, & lege in uenditione . C. de bon. aucto. indic. poſſiden. & lege oſſa . §. penultimo . de religio. & ſump. fun. & uſuſfructuarius eſt dominus lege in concubina . §. ſpecies . de donationibus . & per Bar. in lege cumtale . §. final. de conditio. & demonſtrationibus . & hoc modo dicit ſaluari poſſe Sozinus tamen hæc ſaluatio nihil noui affert , & dicit idem quod ipſe Sozinus, & non tollit contrarium , ex eo : quia quando, in libello quis petit fundum , non petit dominium quod ipſe habet : ſed petit ſe declarari dominum , & dicit ſe habere dominium in illa re corporali,& cum petitio tendat ad corpus rei,& reſtitutio ſit fienda de ipſa re, eodem modo , & quando dicit ſe dominum, intendit loqui de ipſo corpore fundi, ut cõcludat ſermo ſuus , & fortius quando intentauit rei uendicationem,uel quando dixit ſe habere proprietatẽ:quia tunc concurrunt duæ demonſtrationes,

42 & coniecturæ de corpore fundi . † Ideò tu alio modo diſtinguas in hac quæſtio.Et primò dum omnes conueniunt,ꝙ ſi dixit ſimpliciter ſe dominũ poterit obtinere caſus iſte eſt chimera, & non poteſt reduci ad practicã,ex eo:quia ſi ſimpliciter dicit ſe dominũ neceſſariò intelligitur de corpore fundi cũ fundum petat ſibi reſtitui , & per executionem tradi,ità ꝙ ut ſermo ſit congruus neceſſariò intelligitur quod dixit ſe dominum fundi, & ſic eſt idem cum ſecundo caſu, ideò ſi tu uis eum ſaluare oportet quòd alio modo uerba concipiantur dicendo peto fundum:quia in eo habeo dominium:nã tunc bene poterit uerificari hic ſermo in uſufructu qui dicitur eſſe ius in fundo,& uſusfruct. habet dominium in fundo . In ſecundò uerò caſu quando dixit ſe dominum fundi,uerior eſt opinio Alexan. quòd non poterit obtinere probando habere

bere ſe uſumfructum per rationes Maria.& Ri. quia uſusfructus non eſt pars fundi:nequè propriè nequè impropriè:ſed ſolùm eſt pars dominii in genere ſumpti,uel pleni dominii cum ſit res incorporalis, & fundus corpus.

43 Vnde † alio modo poſſet ſaluari libellus propter communem uſum loquendi. nam omnes idiotæ, & ſæpe etiam literati quando habent uſumfructum dicunt ſe dominos fundi uſq; ad uitam ſuam,& ita communiter homines reputant.Ideò teſtatores quando relinquunt uxorem uſumfructuariam dicunt, relinquo eam dominam, maſſariam, & uſumfructuariam. de quo per doc.in l.Titia.§.Imperator.ff.de leg.ij. & in libellis uerba intelliguntur ſecundum communem uſum loquendi, & ſecundum intentionem loquentis,dicta l.ſi quis intentione ambigua. ubi glo.& doc.ff.de iud.facit lex libror.§. quod tamen Caſſius.ſup.de leg.iij.& l.uel uniuerſor. ſup.de pignora.actione.& l.ſi ſeruus plurium. § ſi.ff.de leg. primo.

44 In † tertiò caſu quando dixit ſe dominum fundi,& intentauit rei uendicationē, adhuc placet opinio Ale.contra Sozi.per allegata per Ripā.

Nec ualet quòd expreſſio actionis ineptæ nō uitiat:quia illud uerum quando nos ſumus in in clarò:quando uerò nos in ſumus indubio potius capimus uerba propriè ſi poſſunt uerificari per legem non aliter. ff. de leg. iij. tamen ex alio capite puto poſſe ſaluari libellum ſicut in præcedenti caſu propter communem uſum loquendi: quia intentans credit ſe dominum fundi in uita ſua.

Nec obſtat quòd ſit inepta actio:quia imò apta eſt,ex eo:quia confeſſoria eſt actio in rem,dicto.§.æquè inſti.de actionib.& omnes actiones in rem appellantur rei uendicationes.§.appellamus.inſti.de actio.

In quartò caſu adhuc placet opinio Alex.ſecundum intelligentiam legum,& de iure loquēdo:quia uſusfructuarius nequè propriè: nequè impropriè habet proprietatem in fundo:ſed tamen ex communi uſu loquendi adhuc etiam in hoc caſu poterit ſaluari libellus, & ſic remanet in effectu ꝙ de iure tres limitationes Alexandri ueræ ſunt ſed attento communi uſu loquendi in omnibus dictis caſibus poterit ſaluari libellus, & uſumfructuarium obtinere. Iſtæ tamen omnes difficultates ceſſant, ſi in libello ponatur clauſula ſalutaris ex conſuetudine ſolita opponi, petens ius, & iuſtitiam miniſtrari, non tantum eo modo,ſed omni alio meliori modo.& intentans omne remedium ſibi competens,tam expreſſum, quàm quòd colligi poſſit ex narratione facti, quæ facit quòd intētans actionem ex uno contractu, aliquando poſſit obtinere ex alio contractu, ut per Capy. in deciſio. ſua 10. & Decium in conſi. 5, & plenè per omnes in dicta l. edita. ubi etiam dixi. C. de edendo, & hæc ſufficiant quantum ad præſentem lecturam, & licèt poſita fuerit glo. in uerbo cæpit, quæ uidetur exponere tex. tamen magis participat de legibus ſequentibus: quia præſtat additum ad eas conſtituendas, & declarandas.

45 Glo. in uerbo cæpit. † Variis modis diuiditur ut hic per Iaſ. ſecundum uarias expoſitiones: ſed de ueritate infra patebit ſecundum tamen communiter docto.In ea primò colligitur concluſio, quòd concurſus petitorii, & poſſeſſorii admittitur. In ſecunda opponit uno modo,& dat ſex ſolutiones. In tertia allegat iura concordantia. Contradictio ergo eſt:quia imò concurſus petitorii,& poſſeſſorii retinendæ nō admittitur, ut per glo. in d. l.ſi de ui. ſupra de iudi. propter contrarietatem,& ordinem gloſ. fatetur contrarium, & reſpondet ſex modis, cōſiderando ſex caſus qui poſſunt contingere ut ceſſet contrarietas,& cumulatio admitti poſſit, Et quia ſex modis hoc poteſt contingere dantur ſex ſolutiones ſecundum intentionem doct. ſed ſecundum Bar.tantum.conſiderantur quinquè caſus in quib. admittitur cumulatio, & inducuntur quinq; lecturæ ad iſtum tex.coniungēdo quartam reſponſionē cū tertia quando quis ignorabat ſe poſſidere, ut ſit portio tertii intellectus.Tamen uerè glo. uidetur uoluiſſe ponere ſextam lecturā ſeparatam ab illa tertia eo modo quo ſeparatur,& quinta & ſexta.poſteà uerò Iaſ.dicit ꝙ nulla opinio poteſt procedere ex intentione glo.ex eo: quia ſi daret quinquè lecturas, diceret quartò & quintò,& ſi daret ſex lecturas,diceret quintò,& ſextò.ſed glo. dicit ſecundò & tertiò.ergo noluit dare ſex lecturas, uel reſponſiones ad idem contrarias, & propterea ipſe dicit quòd glo. formauit oppoſitiones ad duas partes tex.

Et primò ad uerſi.ideò nō denegatur.in quo præſupponitur concurſum admitti petitorii,& poſſeſſorii opponit de no.in d.l. ſi de ui. & ponit tres ſolutiones in quibus negat hic eſſe concurſum:quoniā intelligitur ꝙ petitoriū erat finitum,& ſic non fuit cumulatio, ſed ſucceſſiua intentatio,& quoniā petitorium finitur per ſententiam,uel per renuntiationē expreſſam,uel ꝑ renuntiationem tacitam, & ideò dat in effectu tres reſponſiones ponendo tres intellectus ad tex.poſteà dicit Iaſ.quòd facit ſecundam oppoſitionem ad uerſic.quia non uidetur renuntiare poſſeſſioni qui rem uendicauit, opponit quòd imò intentando petitorium uideatur renuntiare poſſeſſorio: quoniam poſſidenti nulla datur actio,& neceſſaria eſt poſſeſſio in reo ut conueniri poſſit. Ad quòd contrarium reſpondet tribus modis. Primò quòd intelligitur de eo qui intentauit petitorium quando ignorabat ſe poſſidere: quia poſſidebat per ſeruum, uel filium. Secundò quòd tempore quo incæpit uendicare non poſſidebat, ſed ex noua poſſeſſione intentauit poſſeſſorium. Tertiò quòd intentauit utrunquè diuerſis reſpectibus, & hoc modo dicit ipſe conueniunt uerba gloſſ.

dum dixit ſecundo , & tertio. Propterea
ſubdit quòd gloſſ. debet diuidi in tres partes
principales. In prima opponit contra uerſi. &
ideò, & ſoluit tribus modis. In ſecunda oppo-
nit courta uerſi. quia non uidetur. & ſoluit tri-
bus modis. In tertia allegat iura cuucordantia
& ita reſſidet, quæ declaratio neque etiam ex
toto eſt de intentione glo. attento quòd quan-
do opponit de §. ei uerò . inſti. de actionibus,
non oppooit ad tex. ſed opponit ad ſuum ter-
tium intellectum in quo concluſerat quòd in-
tentando poſſeſſorium uidetur renuntiare peti
torio ratiooe contrarietatis : nam ſi contradi-
ctio militar, ergo præſens intentando petito-
rium uidetur renuntiaſſe poſſeſſorio, ut am-
plius non ſit in rerum natura, & non poſſit tra
ctari de cumulatione uel concurſu, & ſoluit illis
tribus modis qui uidentur in effectu ſaluare il-
lum tertium intellectum, & hæc eſt mens gloſ.
pro ut colligi poteſt ex eius uerbis. Tamen
quia opponendo contra ſuum intellectum in ef
fectu oppoſitio tendit ad dictum uerſi. non ui-
47 detur ſatis poteſt ſuſtineri conſideratio Iaſ. † nō
reſpectu uerbor. glo. ſed reſpectu effectus. Tu au
tem conſidera quòd in hoc tex. eſt unicum dictū
& principale negatiuum dictans ꝙ intētans rei
uendicationem non uidetur renuntiare poſſeſ-
ſioni ſuæ, neq; etiam interdicto uti poſſi. prop-
ter quā cauſam non prohibetur illud habere.
Aliud eſt poſteà dictū tacitum, & in conſequen
tiam quod cū retineat interdictum uti poſſide.
non prohibetur illud intentare, & cumulare cū
petitorio, hoc tamen ſecundum dictum depen-
det à primo expreſſo in tex. quia ſi eſſet per rei-
uendicationem renuntiatū poſſeſſioni, non poſ
ſet tractari de effectu cumulationis. Glo. autem
primò oppoſuit cootra iſtud ſecundum dictum
tacitè ſubintellectū, & ſoluit tribus primis mo
dis. ſed quia hoc ſecundum dictum depender à
primo, opponit poſteà contra illud primum, &
ſoluit illis tribus modis, ueruntamen : quia ſiue
oppoſitiones fiant ad ſecundum dictum, ſiue
fiant ad primum dictum, ſemper tendunt ad
complementum ſecundi dicti, an concurſus ad
mittatur. Ideò communis intellectus ad iſtam
glo. ꝙ hic iu effectu ponuntur ſex ſolutiones ad
dictum de cumulatione uel concurſu, quantum
ad effectum ſoſtineri poteſt, ut concluſiuè ha-
beas ſex intellectus ad iſtum tex. per quos poſ-
ſunt conſiderari ſex caſus in quibus cumulatio
admittitur, qui intellectus ueri ſunt in ſe ut inf.
declarabimus cum Bar. tamen omnes reſtrin-
gunt nimis tex. & uiolant literam, & eſt neceſ-
ſarium ſubauditionem facere ut procedant ad
iſtum tex. Propterea ultra hos ſex intellectus
quatuor alii traduntur per docto. unus eſt qui
uidetur communis quòd hic utrunquè tam pe-
titorium quàm poſſeſſorium ſimpliciter ſit in-
tentatum non faciendo mentionem de diuerſis
poſſeſſionibus. Alius eſt Coraſii quòd hic inten
tando poſſeſſorium mutauit libellum de petito
rio. Tertius eſt Ruy. & Sequacium quòd hic cu-
mulatio permittatur ante litis cōteſtationem.
Quartus eſt Fabii Acorumboni quòd hic non
permittatur cumulatio: ſed fiat ſuſpenſio peti-
torii, qui quatuor intellectus ad huc reſtringūt
tex. & uiolant eum, & ſubaudiunt. Nam quin-
què ſunt intellectus qui negant concurſus. tres
primi, & intellectus Coraſii, & ultimus Fabii,
alii uerò permittunt concurſum. ſed in caſibus
ſpecialibus per eos conſideratis, nihilominus
quia omnes ueri ſunt in ſe propter declaratio-
nem quam ego feci in hac lectura, dum poſui
regulam generalem permiſſiuam cumulationis,
creantes decem leges decidentes ſuos ſingula-
res caſus in quarum diſcurſu, & interpretatio-
ne eſt inſiſtendum, ut plenam poſſimus ſum-
mere intelligentiam in hac materia.

Tertia lex, & prima à docto, creata ſuper primo
intellectu glo. fundata his uerbis.

48 Non † denegatur interdictum uti poſſid. ei,
qui cæpit rem uendicare, & ſuccubuit: quia
non uidetur renuntiaſſe &c. quoniam nihil ha-
bet commune &c.

Quæ lex ſummatur hoc modo. Victus in pe
titorio non prohibetur poſſeſſorium retinendæ
intentare, & cum eo litem amiſſam reſtaurare.

49 Caſus ita breuiter fingi poteſt. † Cum domi-
nus iuiſſet ad nundinas alius prætendens ſe do
minum ingreſſus eſt poſſeſſiooem fundi, & ità
acquiſiuit naturalem poſſeſſionem uacantem
domino poſſidente ciuiliter, lege clam poſſi-
dere. §. qui ad nundinas. ſupra eo. reuertens
dominus ſciuit rem ſuam occupatam eſſe, &
cognoſcens quòd ſi uiolēter uellet recuperare,
poſſent ſequi tumultus, uulnera, & homici-
dia. Ideò pro quiete ſua deliberauit iudiciali-
ter eum conuenire, & ita intentauit rei uen-
dicationem, petens eum condemnari ad re-
ſtituendum poſſeſſionem naturalem exprimen
do uel ſimpliciter. Reus autem ſe oppoſuit, &
proceſſum fuit in petitorio, & quia agens non
potuit plenè probare dominiū ſuum, reus fuit
abſolutus, & ità amiſit cauſam. unde poſteà do
lens de hac priuatione (licèt tardè) acceſſit ad
doctiorem aduocatū qui dixit errorem feciſſe
non ſeruando conſilium Iuriſconſulti in le. is,
qui deſtinauit. ff. de rei uendicatio. ut prius co
naretur per aliquòd interdictum recuperare
poſſeſſionem: tamen adhuc ſubeſſe remedium:
quoniam non renuntiauit poſſeſſioni ſuæ in-
tentando petitorium cum eſſet diuerſa: neque
accedendo ad iudicem ſuſpicatus eſt poſſe re-
pelli, Ideò aduocatus nouus dedit conſilium
quòd præponeret interdictum uti poſſidetis
petendo ſe conſeruari in poſſeſſione, & ad-
uerſarium deſiſtere à moleſtationibus, & con-
demnari ad reſtituendam poſſeſſionem natu-
ralem: cum detentatione quam clam ab eo
tenebat. iuxta legem primam. & l. ſi duo infra

uti poſſidetis.fuit igitur dubitatum an conſilium iſtius noui aduocati eſſet bonum, & legi-
50 timum,† & uidebatur dicendum quòd non procederet de iure ex duplici capite. Primò: quia intentando petitorium renuntiauerat poſſeſſioni ſuæ. Secundò: quia dato quòd non renuntiaſſet: tamen nec etiam ad proponendum interdictum audiri deberet.

Et quòd uideatur renuntiaſſe, faciebat primò: quia ei qui poſſidet non datur actio. §. ei uerò. inſti. de actio. & le. prima. §. actio autem. infra uti poſſidetis. & capi. examinata. de iudi. & rei uendicatio non poteſt dari niſi contra poſſidentem, l. prima. C. de alien.iudi. mutand. cauſ. facta, ergo intentando rei uendicationem ut illa haberet effectum, & ipſe audiri poſſet, uidetur renuntiaſſe ſuæ poſſeſſioni, & eam tranſtuliſſe in aduerſarium. Secundò faciebat: quia adhoc ut rei uendicatio competat eſt neceſſarium (ut dictum fuit) quòd aduerſarius poſſideat, & eſt neceſſarium antecedens, ut agens non poſſideat, ergo intentando conſequens, uidetur renuntiaſſe antecedenti neceſſariò, l. illud. ff. de acquir. hæredita. Tertiò faciebat: quia lege ſtatutum fuit quòd præcedat poſſeſſorium ut cognoſcatur quis eſt actor, uel reus, & ſciamus quomodo poſſit intentari rei uendicatio, l. prima. §. inter litigatores. infra uti poſſid. l. exitus. infra eodem. & §. retinendæ. inſti. de interdict. cum ſimilibus. ergo cum cõſenſerint partes quis ſit actor, & quis ſit reus, uidetur renuntiatum poſſeſſioni, & interdictis. arg. cap. primi de reſti. ſpolia. & l. fi. ff. de tab. exhi. cap. tua, & cap. fi. de ord. cognitio. Quartò faciebat ratio contrarietatis: quia agendo rei uendicatione dicit aduerſariũ poſſidere, intentando interdictum dicit ſe poſſidere: ergo eligendo quòd aduerſarius poſſideat renunciat alteri iuri ſuo, l. fi. C. de codicillis, & l. quod in hæredem. §. eligere. ff. de tributo. & l. prima. C. de fur. & l. poſt diem. infra de lege commiſſoria.

Secundò principaliter dato quòd non eſſet renuntiatum, & adhuc duraret interdictum; nihilominus uideatur quòd non poſſet illud intentare, primò: quia ceſſat cauſa quare deberet intentari ut ſciremus quis eſt actor, & reus: ergo ceſſare debet effectus cap. cum ceſſante. de appellationib. Secundò faciebat: quia ordo ſtatutus fuit à lege ut præcedat poſſeſſorium: ergo tacitè uidetur negaſſe quòd ſequatur; argu. l. cum prætor. de iudi. & leg. cęlicolarum. in final. C. de iudęis. Igitur intentando poſt finitum poſſeſſorium ſine lege, & contra prohibitionem legis, uidetur intentare, & per conſequens non debet amplius audiri: arg. capit. primi de reſtitutione ſpoliatorum. & l. fi ff. de tab. exhiben. Tertiò faciebat: quia cauſa proprietatis abſorbet ſibi cauſam poſſeſſionis, cap. cum dilectus. de cauſ. poſſeſſionis, & proprie. obſtante regula dolo facis petere quod reſtituturus es. l. dolo. ff. de exceptio. doli. Quartò faciebat etiam: quia ille qui uincit iam apparet dominus: ergo non poteſt amplius conueniri interdicto cum amplius clam non uideatur poſſidere, l. ſi de eo. §. fina. infra eodem. Quintò faciebat: quia abſolutoria lata in petitorio facit exceptionem rei iudicatæ in poſſeſſorio, glo. in leg. ſecunda. §. quædam. infra de interdictis: ergo non debet poſſe audiri, l. & an eadem. §. pen. ff. de exceptio. rei iudicatæ cum ſimilib.

His tamen non obſtantibus contrarium determinatum fuit in utroquè in hac lege creata, quòd imò agendo petitorio non uideatur renunciaſſe poſſeſſioni, & quòd etiam illud poſt finitum poſſeſſorium poſſit intentare, & cum eo recuperare poſſeſſionem uincentis, & retinendo ſibi rem facere quòd aduerſarius ſi eam uult recuperare cogatur agere rei uendicatione, & hoc modo recuperare litem deperditam, ſecundum quòd conſuluit ille ſecundus aduocatus, & ratio decidendi ponitur in textu: quia nihil commune habet poſſeſſio cum proprietate.

Non obſtant allegata in contrarium, & primò, quòd poſſidenti non datur actio: quia illud uerum eſt: quando omnem habet poſſeſſionem, uel ſi unam habet, eam dicit aduerſarium habere: ſed quando ipſe habet unam tantum, & agit ſimpliciter uel diuerſis reſpectibus, non uidetur renuntiaſſe poſſeſſioni ut hic determinat tex. & in l. offic. de rei uendicatio.

Non obſtat quòd non ſeruando ordinem ſtatutum à lege uideatur renuntiaſſe, tanquam ſit neceſſarium antecedens: quia negatur quòd ſit neceſſarium antecedens, cum imò ille ordo ſit uoluntarius, & negligi poſſit impunè, ſolùm 51
autem eſt neceſſarius: quando partes contendunt quis eorum debeat eſſe reus, ut in dictis iuribus. quod non erat in caſu propoſito, imò nec etiam tunc uidetur renuntiaſſe poſſeſſioni: ſed ſolum illi facultati ut amplius non haberet commodum conceſſum reis.

Non obſtat quòd poſſeſſio ſit neceſſaria penes reum: quia non per hoc quis uidetur renuntiare poſſeſſioni ſuę: quando intentauit pro aliis poſſeſſionibus. 52

Non obſtat ratio contrarietatis: quia illa nõ militat: quando actũ fuit diuerſis reſpectibus, uel ſimpliciter, ſolum autẽ militat quando pro poſſeſſione quã ipſe habebat intentauit rei uendicationem, ꝙ non fuit in hoc caſu noſtro. & ꝓpterea ſtat firma concluſio quòd non fuit renuntiatũ poſſeſſioni: neq; remedio poſſeſſorio. 53

Non obſtat quòd non debeat audiri etiã habens interdictum: quia ceſſat cauſa propoñendi, cũ amplius nõ inquiratur quis ſit actor uel reus: quia reſpondetur quòd illa non eſt cauſa finalis concedendi interdictum: ſed cauſa finalis eſt ut quis conſeruetur in ſua poſſeſſione, & quòd aduerſarius deſiſtat à moleſtationi-

bus, & teneatur reſtituere poſſeſſionem quam ni, uel clam habet, quæ cauſa durat etiam poſt finitum poſſeſſorium.

Nob obſtat quòd lex prohibeat poſſeſſorium ſequi petitorium, cum ſubcat præcedere: quia hoc non eſt præceptum legis: ſed eſt conſilium l. is qui deſtinauit. ff. de rei uendicæ. Ideò nul la ex illo inducitur prohibitio.

Non obſtat quòd cauſa proprietatis abſorbet cauſam poſſeſſionis: quia uerum eſt: quando apparet quòd reus eſt dominus, & amplius actor nullam habet cauſam poſſidendi, hic uerò non apparebat quòd reus eſſet dominus, & remanebat adhuc cauſa poſſidendi huic agenti.

Non obſtat quòd reus deſinat clam poſſidere: quia non eſt ſemper uerum ut dicit glo. in dicta l. ſi de eo. §. fi. in fi. Item quando reus non eſt dominus declaratus nunquàm deſinit clam poſſidere: quia ceſſat ratio illius tex.

Non obſtat quòd abſolutoria lata in petitorio producit exceptionem rei iudicatæ in petitorio: quia illud uerum eſt: quando reus fuit abſolutus: quia probauit ſe dominum, quòd rarò contingit, & non eſt ſecundum communem curſum cauſarum. Sed quando abſoluitur: quia actor non probauit quòd ſit ſecundum commu nem curſum cauſarum, tunc nunquàm abſoluto ria præiudicat, ut infra per Bar. Vel ſecundò reſpondetur negando quòd in poſſeſſorio retinendæ abſolutoria in petitorio parat exceptio nem rei iudicatæ in poſſeſſorio: quia exceptio dominii nunquàm obſtat agenti, ut per gloſſ. in dicta l. ſi de eo. §. fi. inf. eo.

Quare remanet quòd poſt finitum petitorium uictus non prohibetur intentare interdictum retinendæ.

51 Notandum eſt primò † ex iſto tex. illud qđ dicitur in utroque dicto, quòd quis non uidetur renuntiare intentando petitorium poſſeſſorio, & iſte tex. eſt notabilis in hoc. & non habet concordantem ità clarum, cui obſtant ea quæ poſita ſunt in figuratione caſus. Sed tu reſponde ut ſupra, quòd hæc regula procedit exceptis duobus caſibus: quando intentatur pro poſſeſſione quam habet, uel quando partes contendunt quis eorum ſit actor.

52 Secundò † notandum eſt ex iſto tex. quòd poſt finitum petitorium non prohibetur actor intentare poſſeſſorium, & reſtaurare litem amiſſam quod etiam eſt notabile ualdè, & non reperitur ità clarè deciſum, & obſtant ea quæ dicta fuere in figuratione caſus, ſed reſponde, ut ibi.

53 Tertiò notandum eſt † quòd abſolutoria lata in petitorio non parat exceptionem rei iudicatæ in poſſeſſorio, & quòd nihilominus poteſt audiri intentando poſſeſſorium, quod non habet difficultatem: quando abſolutoria lata fuit, ex eo: quia actor non probauit: quia tunc nullū ius nouum tribuit ipſi reo in re, cum poſſit eſſe quòd neque actor neque reus ſit dominus le. ſi inter tu, & me. de re iudicata. Ideò remanet ma læ fidei poſſeſſor, & iniuſtus poſſeſſor, ſicut erat ante ſententiam, ideò durat tota cauſa propter quàm intentari poteſt interdictum. Sed plus dicit Bar. infra quòd nec etiam parat exceptio nem quando abſolutus fuit reus: quia probauit ſe dominum, & in ea iudicatus fuit dominus: quia exceptio dominii non obſtat agenti inter dicto retinendæ, quod an ſit uerum declarabitur infra cum Bar.

54 Quartò † notandum eſt, quòd à lege non fuit ſtatutus ordo procedendi inter petitorium, & poſſeſſorium: quoniam poteſt præcedere poſſeſſorium ut probant iura allegata, & l. & an eandem. §. fi. inf. de exceptio. rei iudica. & l. exitus. inf. eo.

Item etiam poteſt ſequi ut probat iſte text. cum hac lectura. unde apparet quòd ſententia lata in uno non parat exceptionem rei iudicatæ in alio. & ratio eſt principalis: quia iſta duo remedia tendunt ad diuerſa quæ ſe inuicem non tangunt, ut dicit hic textus. Et ideò ſuccedit regula generalis quòd non obſtat exceptio rei iudicatæ. lege cum quæritur. & dicta lege, & an eandem. infra de exceptio. rei iudica.

Bart. autem pro declaratione iſtius lecturæ opponit contra eam de l. ordinarii. & l. incerti. C. de interdictis, per quæ uidetur prohiberi concurſus: ergo iſte tex. non procedit: ſed reſpondet quòd hic non fuit concurſus: ſed poſſeſſorium fuit intentatum poſt petitorium finitum: ſed tamen eius oppoſitio non congruit huic lecturæ: neque etiam ſolutio, ſolùm enim poteſt procedere: quando nolumus inuenire lecturam. Ideò tu potes alio modo opponere: quia iſte ordo uidetur prohibitus à lege, cum ſtatutum fuerit ab ea, quòd præcedere debeat poſſeſſorium, dicta l. ordinarii. & l. incerti. Sed reſponde ut ſupra, quòd à lege ordo non fuit ſtatutus de neceſſitate: ſed pro conſilio. unde ex illo conſilio non poteſt induci prohibitio.

Secundò opponit: quia uidetur quòd ſententia abſolutoria in petitorio careat exceptione rei iudicatæ in poſſeſſorio, & impediat illud in intentari: quia per glo. in l. ij. §. quædam. inf. de interd. quæ dicit quòd interdicta habeant annexam cauſam proprietatis eſt: quia lata ſententia in eis tota cauſa petitorii, & poſſeſſorii eſt finita, & ità tenebat Dy. in cap. qui ad agendum. de regul. iuris. in 6. Soluit ipſe diſtinguendo quòd duobus modis reus abſoluitur. Nam primò abſoluitur: quia actor non probauit, & tunc nulla poteſt parari exceptio, ex eo: quia nullum ius rei demonſtratur per illam ſententiam: neque aliquòd dominium habere declaratur, & hoc modo procedit iſte textus.

55 Secundò † poteſt abſolui: quia reus probauit ſe dominum, & tunc iudex dicit declaramus uerum eſſe dominum, & ideò abſoluimus eū à petitis,

petitis, & tunc procedit oppoſitio ut paretur exceptio rei iudicatæ in poſſeſſorio, & ità intellexit Dy. dum dicit quod obſtat agenti exceptio dominij. Vnde hucuſque concludit ipſe Bar. quòd uictus in petitorio non prohibetur intentare poſſeſſorium retinendæ: quando reus fuit abſolutus: quia actor non probauit, & ſic ſecundum communem curſum cauſarum fallit: quando reus probauit ſe dominum, & iudicatus fuit dominus: quia tunc non procederet iſte textus, & agenti obſtaret & exceptio dominii.

56 Sed †tamen quia alius eſt modus abſoluendi reum: quando datur terminus actori ad probandum, & probatum habendum per omne genus probationis, quo caſu eo non probante, reus abſoluitur à petitis, ut amplius actor non poſſit audiri dubitat hic Alcia. quid iuris ſit in hoc caſu, & determinat quòd abſolutoria parabit exceptionem rei iudicatæ in poſſeſſorio: quia quando abſoluitur à petitis diffinitiuè æquiparatur abſolutioni quæ fit quando declaratur dominus: quia amplius actor non poteſt audiri ſuper illo iure, & perpetuò remanet excluſus, ſicut ſi reus eſſet declaratus dominus l. ſi quis rem inſ. de exceptio rei iudicatæ. & no. in l. Iulianus ff. de conditio. indebiti. & l. admonendi. ff. de iureiur. & l. qui accuſare. C. de edendo. Vnde dicit ſupplendũ eſſe Bar. in hoc caſu ut obſtet exceptio: ſed tu dicas, quòd hunc tertium caſum Bar. non ignorauit & uoluit eum continere in primo: quando actor non probauit, ex eo: quia licèt plenius conſtet quòd actor non habet ius, & ipſe perpetuò remaneat excluſus, & ſi de nouo ageret obſtaret exceptio rei iudicatæ, ut no. in dicta leg. ſi quis rem. tamen per hoc reus non acquirit nouum ius ut dicatur poſſidere melius quàm fecìſſet: neque quòd præſumatur dominus: neque uerè efficiatur dominus, & ſi eueniret quòd ex aliqua iuſta cauſa ſine uitio res perueniret ad actorem, non poſſet reus uirtute illius ſententiæ agere rei uendicatione, & per eam probare quòd eſſet dominus, cum tamen poſſet ſi fuiſſet iudicatus dominus, & propterea non poteſt argumentari de uno caſu ad alium, imò magis poteſt argumentari de iſto caſu ad primum caſum: quando reus fuit abſolutus ab obſeruatione iudicii: quia in utroque reus nihil iuris acquirit in dominio ipſius rei, cum poſſit eſſe quòd neque actor ſit dominus neque reus, l. ſi inter te & me. in fi. ff. de exceptio. rei iudicat. & l. rem alienam. C. de probationibus. Vnde per utranque abſolutoriam nõ poteſt impedire uictum agere interdicto retinendæ, perinde ac ſi non fuiſſet abſolutus, cum ipſe remaneat poſſeſſor iniuſtus ſicut prius, & actor uictus ſuam cauſam poſſidendi retineat, l. j. §. huius autem. infra uti poſſid. abſolutoria igitur ab obſeruatione iudicii non parat exceptionem rei iudicatæ aut actionem in rem, nec impedit uictum agere poſſeſſorio ſecundũ omnes hic. abſolutoria uerò à petitis diffinitiua parat exceptionem rei iudicatæ reo uincenti ſi ab actore iterum conueniatur. ſed tamen non parat actionem in rem: neque aliquod ius tribuit in ea ut poſſit opponere exceptionem dominii, & impedire agentem poſſeſſorio retinẽdæ. ideò quantum ad hoc æquiparantur, abſolutoria uerò: quia reus eſt dominus parat exceptionem rei iudicatæ contra uictum, & actionẽ in rem contra eum ſi poſſeſſionem acquireret, & exceptionem dominii quæ poſſet opponi, ſi ageret poſſeſſorio retinendæ, ut hic per Bar. poſt Dy. in cap. qui ad agendum, de reg. iur. in 6. & propterea hic caſus nouus abſoluendi additus per Alcia. præſtat ampliationem ad deciſionem iſtius legis, non limitationem, & remanet ſola limitatio quam ponit Bar. quãdo reus eſt abſolutus: quia probauit ſe dominum & ſequuntur communiter omnes Mod. hic.

57 Sed iterum contra dictam limitationem inſtat idemmet Bar. dicẽs ſi reus iudicatus dominus poteſt impedire agentem poſſeſſorio retinendæ: ergo ſequitur quòd poterit eundem turbare in poſſeſſione, & in effectu poſteà eum priuare, cum interdicto iuridicè ſe defendere non poſſit: ſed hoc dicit ipſe uideri iniquum, & in contrarium facere tex. in l. uim facit. cum glo. infra de ui & ui armata, quæ dicit quòd exceptio dominii non obſtat agenti poſſeſſorio retinendæ: quia dum intelligit illum tex. quòd erat dominus qui turbabat uſumfructuarium in poſſeſſione ſua, uel etiam expellebat, & ille poteſt cum illo interdicto contra dominum ſe defendere. idem tenuit glo. in dicta l. ſi de eo. §. fi. in glo. magna in fi. infra eodem. ubi tex. dicit ꝙ dominus non eſt clandeſtinus poſſeſſor. Vnde glo. opponit ſi aliquis clam eſt ingreſſus rem, & uincit in petitorio: quia abſolutus fuit, ſi poſteà conueniatur interdicto retinendæ, non poterit excludi: quia amplius non eſt clandeſtinus, neque iniuſtus poſſeſſor, quod tamen eſt iniquum. id eo glo. ſoluendo dicit quòd ille tex. loquitur quando nullus alius poſſederat, & ſic tenet ꝙ exceptio dominii non impediat agentem poſſeſſorio retinendæ, & ibi Bar. etiã hoc declarat num. 2. Bar. hic fatetur contrarium negando ſuam limitationem, & dicit quòd Raynerius determinauit contra Dy. uolens quòd exceptio dominii non obſtet agenti poſſeſſorio retinendæ, ſed ſolum uoluit, quòd obſtet agenti poſſeſſorio adipiſcendæ, & cum hac diſtinctione dixit modificandam & intelligendam glo. in l. ſi de ui. ſupra de iudic. quod etiam eſt de intentione ipſius, cum faciat mentionem de exceptione doli facis petere quod reſtituturus es: quæ exceptio tantummodo conuenit illi qui uult acquirere poſſeſſionem non habitam ne illi qui uult defendere poſſeſſionem iam quæſitã in uno tamen caſu addit quòd poteſt procedere opinio Dy. quando probationes ſunt pares: nam tunc probatio dominii adiuuat eum qui

doeet de eo:quoniam apparet ſua poſſeſsio iu-
ſta,& ſic in effectu Bar.reuocat limitationem,
quam ipſe dedit,& facit eam ampliationem ad
iſtam lecturam, ut generaliter uictus in poſ-
ſeſſorio poſsit intentare interdictum retinen-
dæ contra uincentem non obſtante quacunque
ſententia abſolutoria, etiam ſi per eam reus eſ-
ſet iudicatus dominus, quam opinionem ipſe
etiam tenet infra in diſtinctione generali, ubi
loquens de interdicto uti poſsidetis dixit ꝙ ſi
actor uictus probat poſſeſsionem ſuam iuſtam,
non obſtat ei exceptio dominii, nec rei iudica
tæ,& obtinebit in poſſeſſorio,per glo.in dicta l.
ſi de eod.in fin. ſi uerò non probat plenè ſuam
poſſeſsionem, & aduerſarius etiam æqualiter
probat,tunc exceptio dominii & ſententia ab-
ſolutoria faciet eum ſuccumbere.

58 Alex. uerò & magis communiter docto. te-
nent opinionem Dy.facientes limitationem ad
hanc lecturam non ex capite abſolutoriæ ſeu
rationis rei iudicatæ ſed ex capite ꝙ manife-
ſtatur reum eſſe dominum,& ſic propter illam
regulam quòd exceptio dominii notorii impe
dit agentem quocunque poſſeſſorio, per tex. in
cap. ad decimas.de reſtitutio.ſpoliato.in 6.ſed
quando reus eſt iudicatus dominus per tex. &
acta notoriè conſtat ꝙ eſt dominus, cap. ſigni-
ficauerũt. extra de teſtibus & cap.ſignificaſti.de
diuortiis cum ſimilibus. Ideò ſi reus uincens
conueniatur interdicto,& producat acta & ſen
tentiam notorium facit ſe eſſe dominium, hæc
exceptio repellet eum agentem poſſeſſorio,& ſi
hoc habet locum in poſſeſſorio recuperandæ in
quo opponens exceptionem delinqnit facien-
do uiolentiam,tanto fortius habebit locum in
poſſeſſorio retinendæ, in quo non cadit illud
delictum uiolentiæ.

Iaſ.uerò infra in uerſi. circa ſecundum.cona
tur defendere opinionem Bar. hic. Primò:quia
tex. in cap.ad decimas.loquitur in notorio iu-
ris communis quod præcedebat ſpoliationem,
hic uerò ſumus in notorio ſubſequenti ſpolia-
tionem,quod non debet poſſe tollere ius iam
quęſitum propter ſpoliationem: arg.cap.audi-
ta.de reſti.ſpoliatorum.Secundò dato quòd ha
beret locum in interdicto recuperandæ, non ta
men poteſt trahi ad interdictum retinendæ:
quia in eo tractatur de retentione,& facilius im
peditur reſtitutio,quàm retentio, per regulam
l. patre furioſo.ff.de his qui ſunt ſui uel alieni
iuris, & l.ſi.ſupra unde lib. & cap. quemadmo-
dum.circa mediũ de iureiurand.& cap. ad apo
ſtolicam. de regularib.Sed replicat Ripa quòd
imò ſpoliator fortius delinquit, & conuenien-
ter debet puniri ut facilius teneatur reſtituere,
cum uideamus quòd dominus uerus propter
uiolentiam factam non tantum tenetur reſti-
tuere poſſeſsionem;ſed etiam priuatur domi-
nio,l.ſi quis in tantam.C.unde ui.Et ad illud ꝙ
ſit defenſor & non actor,l.prima §. huius rei.in
fra uti poſſid. reſpondet quòd replicatio ſe ha
bet ad exceptionem ſicut exceptio ad actionem
inſti.de replicatio.in prin.& per Bar.in dicta l.
ſi quis ad ſe fundum. Nam Ripa dicebat ꝙ ſi
actor agit interdicto retinendæ pro moleſtia il
lata poſt ſententiam,non obſtat exceptio do-
minii: quia potuit acquiſiuiſſe poſt ſententiam.
aut uerò agit pro moleſtia anteriori,& tunc ob
ſtat exceptio dominii notorii,tamen Iaſ. uide
tur tenere idem quod Bar. quòd nunquam ob-
ſtet exceptio dominii, niſi quando probatio-
nes ſunt pares: quia in omnibus uult defen-
dere Bar.

59 Ideò †tu pro reſolutione plenius dicas. Aut
enim reus uincens contra interdictum reti-
nendæ opponit exceptionem rei iudicatæ, &
tunc ſecundum omnes non auditur:quia illa nõ
obſtat agenti poſſeſſorio,cum ſint actiones di-
uerſæ,& tendãt ad diuerſa per iſtum tex.& in l.
& an eadem.§.pe.& fi.ff.de exceptio.rei iudic.
ſi uerò opponit exceptionem rei iudicatæ & do
minii,& tunc ſi non producit acta & ipſam ſen
tentiam,non impedit agentem poſſeſſorio:quia
non probat dominium ſuum notorium eſſe nõ
producendo acta facta in petitorio, in illo poſ
ſeſſorio retinendæ,ut uoluit Bar.infra ſuper poſ
ſeſſorio adipiſcendæ in caſu fortiori, & omnes
conueniunt. Si uerò producit acta & ſententiã
ſed ille actor probauit poſſeſsionem iuſtam pro
pter aliud ius ſeparatum à dominio,ut quia ſit
uſuarius, uſufructuarius,emphyteuta, uel credi
tor habens pignus, & tunc ſimiliter non impe-
diet agentem poſſeſſorio,ex eo:quia non oppu
gnat ius & poſſeſsionem actoris, cum hæc duo
optimè cõueniãt quòd ipſe ſit uerus dominus,
& alter habeat uſumfructum uel pignus; & iu-
ſtam cauſam retinendi rem.per legem noſtram
in principio cum ibi no. & ita procedit glo. in
dicta l.uim facit.infra de ui & ui armata,& etiã
60 pleriquè conueniunt. † Si uerò reus producit
acta & ſententiam,& agens interdicto non ad-
ducit iuſtam cauſam neque nouum ius, & tunc
eſt caſus dubius in quo diſcordant docto. Nam
Bar. uult quòd non obſtet exceptio dominii.
Alex. uerò dicit quòd imò debet obſtare: quia
notoria exceptio dominii impedit agentem
quocunque poſſeſſorio. Et opinionem Alex.ſe-
quuntur communiter docto.Et licèt Iaſ. cone-
tur defendere Bar. tamen mihi magis placet
opinio contra Bar. quòd imò obſtet exceptio
dominii per rationem Alexa. quia dominium
eſt notorium inter ipſas partes, ut per glo. in
cap. ſignificauerunt. de teſtibus & habetur in
cap.ueſtra.& cap. ſi.de cohabita.clerico.& mu-
lier. ideò impedit agentem poſſeſſorio, dicto
cap.ad decimas.de reſti. ſpolia.& cap.ſignifica
ſti.de diuor.

Nec obſtat reſponſio. Iaſ. quòd hæc notorie
tas ſubſecuta fuit poſt ſpoliationem: quia hoc
non facit per dictum capitulum ſignificaſti. &
tenuit ipſemet Iaſ. infra in alio articulo, & pa-
tet:quia licèt nunc appareat notorium: tamen
domi-

domininm ipſum erat ante ſpoliationem, & nunc notoriè conſtat quòd erat, & per conſequens præſumitur quòd iniuſtè appræhenderit poſſesſionem, ut dicitur in dicto cap., ad decimas.

Non obſtat quòd facilius fiat retentio: quia reſpondet Ripa, & bene ut ſupra, & confirmatur hæc opinio: quia cum nunc conſter reum posſidentem eſſe dominum, non poteſt actor allegare aliquam cauſam propter quam posſideat, cum non alleget ius ſeparatum à dominio. Item nec etiam poteſt dicere ſe uelle poſſidere ut habeat commodum poſſesſionis durante lite: quia cum iam bis ſit finita, non eſt opus retentione, & ſic apparet quòd retinet rem & poſſesſionem ſine cauſa, unde poteſt conueniri actione triticaria, & conditione indebiti ut reſtituat poſſesſionem, iuxta no. in l. indebiti. §. ſi nummi. per Bar. & alios.ff. de condi. indebiti. & cum ſit notorium dominium, ſine cauſa posſideat, ſine ordine fit executio, ut habetur in cap. ad noſtram. tertio. ext. de iureiur. & cap. quoniam. de filijs presbyterorum.

61 Præterea †nos habemus quòd quando utrunque tam petitorium quàm poſſeſſorium eſt intentatum, & inteſtans poſſeſſorium probauit de ſua poſſesſione, & uincit, nihilominus ſi poſteà appareat quòd non habeat ius dominij uincitur, & ipſe & petitorium abſorbet ſibi poſſeſſorium. & obtinens in petitorio perpetuò rem tenet, cap. cum eccleſia Sutrina, & cap. cum dilectus. ubi omnes no. extra de cauſa poſſesſio. & proprietat. Vnde ſuccedit regula, quòd res debet eſſe penes dominum, l. bona fides. ff. depoſiti. & propterea concludo limitationem primo loco traditam à Bar. ad iſtum tex. ueram eſſe, quòd uictus in petitorio non posſit agere poſſeſſorio retinendæ: quando reus eſt iudicatus dominus, & produxit acta & ſententiam in iudicio poſſeſſorio quidquid poſteà tenuerit idem Bar. reuocando eam in uerſ. tertio contra. & in uerſi. ſecundo caſu.

62 Quare † reſoluendo & reſtringendo totam hanc lecturam, facias regulam ſecundum ipſam legem creatam, quod uictus in petitorio non prohibetur agere interdicto retinendæ, quæ regula procedit ſine dubio quando reus fuit abſolutus ab obſeruatione iudicii: quia tunc per ſententiam nulla paratur exceptio. Sed ampliatur procedere etiam quòd reus ſit abſolutus à petitis: quia actor non probauit: nam licet cõpetat exceptio rei iudicatæ contra eundem repetentem petitorium: tamen non obſtat contra eundem agentem poſſeſſorio: quoniam ſunt actiones tendentes ad diuerſa, & nihil habent commune ut in iſto tex. Secũdo ampliatur procedere etiam quòd reus ſit iudicatus dominus, & non produxit ſententiam neq; acta. nam tũc exceptio non nocet: quia non conſtat de dominio notorio, ut per eundem Bar. infra in uerſi. tertio caſu. Tertiò ampliatur procedere etiam quòd reus ſit iudicatus dominus & produxit ſententiam & acta: tamen actor agens probauit ſe poſſidere ex iure ſeparato à dominio, ut per glo. in dicta l. uim facit. infra de ui, & ui arm. Quartò ampliatur procedere etiam in poſſeſſorio adipiſcendæ, quando ſententia fuit lata ſecundum communem curſum cauſarum, uel etiam quando reus fuit iudicatus dominus, & non produxit acta, ut per Bar. in dicto uerſi. 3. caſu. Quartò ampliatur procedere, etiam in poſſeſſorio recuperandæ, quando reus eſt abſolutus, ſecundum communem curſum cauſarum, & etiam quando eſt iudicatus dominus reus & non produxit ſententiam ſecundum omnes, ac etiam quando produxit ſententiam ſecundum Bar. licet Alex. & communiter docto. dubitent & infra nos latè examinabimus.

Limitatur iſta concluſio non procedere quando reus eſſet iudicatus dominus, & produxiſſet acta & ſententiã in proceſſu: nam licèt Bar. aliter teneret: tamen nos firmauimus limitationem iſtam ſequendo Alexan. & communiter docto.

Secundò limitatur non procedere quando unica ſententia utrunque fuiſſet determinatũ: quia petitorium abſorbet poſſeſſorium, dicto cap. cum dilectus, & cap. cum eccleſia. de cauſa poſſesſionis & propriet.

Tertiò limitatur: quando probationes eſſent pares, & reus probaret de dominio etiam non diſcuſſo in petitorio: quia ſemper ſua poſſesſio iuſtior uidetur ut per Bar. in dicto. uerſicul. tertio contra. & in uerſiculo ſecundo caſu.

Quartò limitatur, quando actor uellet agere ex illamet poſſesſione, pro qua intentauit petitorium, nam tunc tanquàm ſibi contrarius uidetur renuntiaſſe poſſesſioni ut ſupra plenius dictum fuit.

Quintò limitatur non procedere in poſſeſſoriis habentibus annexam cauſam proprietatis: quia talia poſſeſſoria per petitorium extinguntur per glo. in l. ij. §. quædam. infra de inter dictis. & per Bar. in uerſi. pro declaratione, & ſtatim dicemus.

Ex quibus tu habes plenè diſcuſſam & examinatã hanc legem à doctoribus creatam, quæ redditur utiliſſima, ex eo: quia docet aduocatos corrigere errores ſuos, & litem amiſſam legitimè reſtaurare.

64 Extra lecturam Bar. hic ſumpta occaſione quod in ea tractatur de ſententia abſolutoria format generalem quæſtionem concernentem omnia poſſeſſoria. an abſolutoria lata in petitorio pariat exceptionem rei iudicatæ in poſſeſſorio, & diſtinguit latè conſiderando quatuor caſus, ut hic per eum.

65 Prima eſt concluſio †quòd quando poſſeſſorium habet annexam cauſam proprietatis. ſententia lata in petitorio præiudicat in poſſeſſo-

rio, ut per glo. in dicta leg. ij. §. quædam, infra. de interdictis, & ſequuntur communiter doct.

Interdicta habentia cauſam proprietatis annexam ſunt illa quæ enumerantur in d. §. quædam quibus lex uoluit ꝙ quis non poſsit moleſtare aduerſarium ex ſola mutatione poſſeſsionis, cum licèt cauſa poſſeſsionis uideatur quaſi iuſta & probabilis, & multum popularis ut diximus in prima præuia inſpectione, nihilominus lex ex alia æquitate mota uoluit quòd quis non poſſit moleſtare aduerſarium pro poſſeſsione, niſi uerè ſit dominus, & habeat proprietatem in re, uel iure quod prætendit, & eam probet: quando magna præſumptio eſt contra eũ quòd non poſſit habere illud ius, ſi forſan res non ſit in cõmertio noſtro, uel regulariter non ſoleat poſsideri, uel alia iuſta cauſa ſubſit, tunc enim hæc poſſeſſoria efficiuntur uirtualiter petitoria, ut ſicut in rei uendicatione quis non poſſit obtinere rem ſibi reſtitui, niſi probauerit ſe dominum, l. ex diuerſo. §. primo. & l. qui reſtituere. ff. de rei uendica. & no. in. §. j. inſti. de actio. ita nec etiam in illis poſſeſſoriis poteſt obtinere rem, uel ius ſeu poſſeſsionem ſibi reſtitui, niſi probauerit ſe dominum. & in re uel iure habere proprietatem.

66 Interdictum †igitur de itinere actuque priuato in ſecundo capite eſt mixtum: nam in primo capite eſt merè poſſeſſorium, & probando ꝙ per triginta dies iuit manutenetur & recuperat poſſeſsionem uſque ad finem litis, l. j. §. j. infra eodem titulo. ſed ſi eueniat quòd locus non ſit aptus, & indigeat aptitudine uel refectione, & poſsidens ſeruitutem petat locum reſici, forſan incidendo arbores, uel tollendo foſſatam, tunc non poteſt obtinere niſi probet ſe uerum dominum ſeruitutis. leg. 3. §. final. eodem titulo de itiner. actuque priuato quia uidetur eſſe iniquum quòd uelit rem alterius deuaſtare ex hoc ſolo, quòd fuit ſeu poſsidet.

Interdictum quoque de aqua quotidiana & æſtiua in primo capite eſt merè poſſeſſorium, & ſi probat ſe in illo anno uſum fuiſſe ſeruitute conſeruabitur, & recuperabit poſſeſsionem l. j. §. Ariſto. & §. quæſitum. infra de aqua quotidiana & æſtiua. ſed ſi quis uult ducere aquam ex caſtello publico non debet conſeruari in poſſeſsione niſi probet ſe habere ius ducendi conceſſum ab illo ſuperiore ad quem ſpectat ut eſt tex. in dicta l. j. §. ait prætor. ultimo, & §. meminiſſe. eodem titulo de aqua quotidiana & æſtiua, & eſt ratio: quia caſtellum eſt locus publicus conſtructus à publico ut in eo recolligantur aquæ, uel pluuiales, uel currentes ad uſum publicum forſan pro exercitu aliquando, unde nemini licet ab eo extrahere aquam niſi habeat priuilegium à ſuo ſuperiore conceſſum, nec ſufficit dicere quòd uſus fuit in illo anno una die iuxta legem primam. §. primo, & §. quod autem. in uerbo una die. & §. item quæſitum, in uerbo una die. eodem titulo. ſicut in præcedenti capite, ſed eſt neceſſarium etiam producere priuilegium ſuum, dicto. §. ait prætor. hæc autem caſtella ſolent ſæpe reperiri in fortelliciis; ſed extra ea raro ſeruantur hodie, niſi eſſet prouintia multum ſterilis aqua ut eſt prouintia Otrantis. & uidi unum expenſæ ultra centum millia ducatorum in ciuitate puteoli conſtructum ab illis magnis Imperatoribus.

Interdicta quoque ne quid in loco ſacro, uel de mortuo inferendo, habent annexam cauſam proprietatis: nam ſi quis uult inferre mortuum in ſepulchrum, uel uult ſepulchrum ædificare, uel munire, non poterit hoc facere etiam ꝙ ſit in poſſeſsione, ſi prohibeatur, niſi probauerit proprietatem, l. prima in principio, & §. hoc interdictum. ſup. de mort. inferendo. quia tractatur de magno præiudicio. Idem ſi quis uult ædificare in loco, qui dicitur ſacer: nam poterit prohiberi, niſi probet ius ſuum, l. j. inf. ne quid in loco ſacro. & ſi quis laicus uult poſſidere locum ſacrum uel religioſum, debet probare titulum iuſtum, & ualidum: aliàs non admittetur per l. qui uniuerſas. §. primo. infra eodem. Clericus uerò non cogitur probare titulum: quia eſt capax illius iuris, ut declarat Abb. in cap. in literis, nu. xxiiij. iunctis præcedentibus extra de reſti. ſpoliatorum. De quibus omnibus & aliis ſimilibus habetur in dicta l. ij. §. quædam. in tex. & in glo.

67 Si aliquis †ergo peteret ſeruitutem itineris in fundo alieno per actionem confeſſoriam, uel alter ageret actione negatoria de quibus habetur in §. æquè. inſti. de actionibus, & iudicatum fuiſſet agentem non habere ſeruitutem, tunc ſi poſteà propter poſſeſsionem ageret ut manuteneretur in ea, & ut poſſet reficere iter, tunc impediretur agere & obſtaret ei exceptio rei iudicatæ: quia cum ſit opus de nouo probare ſeruitutem dicitur repetere litem iam extinctam, unde amplius non auditur, dicta l. 3. §. hoc autem. de itin. actuque priuato, & per glo. in dicto. §. quædam.

Idem ſi quis ageret interdicto retinendæ pro aqua quam ducebat ex caſtello, ſi prius in petitorio fuiſſet iudicatum eum non habere ſufficiens priuilegium, non poſſet audiri in hoc poſſeſſorio: quia obſtaret exceptio rei iudicatæ; quoniam ut dixi hæc ſimilia interdicta uirtualiter ſunt actiones in rem, & requirunt probationem ſicut actiones in rem, & præſtant perpetuam poſſeſſionem, ut dicitur in dicta l. prima. §. meminiſſe. infra de aqua quotidiana & æſtiua. Vnde non poteſt dici quòd nihil habet commune poſſeſsio cum proprietate, cum imò habeant omnia communia, & idem poteſt dici de aliis interdictis ſimilibus.

68 Quæ †concluſio uidetur habere difficultatẽ: quando in petitorio iudicatum fuit poſſidentem nullum habere ius, & aduerſarium habere liberas ſedes: quia tunc obſtat exceptio dominii, quæ

nii, quæ ſi præiudicat in aliis poſſeſſoriis, fortius in iſtis mixtis qui habent naturam petitorii, & idem eſſet ſi actor fuiſſet uictus: quia nō plenè probaſſet ius ſuum, & ita reus fuiſſet abſolutus à petitis: nam in hoc caſu licèt non appareat reum eſſe dominum per talem ſententiam tamen: quia conſtat agentem non habere ius ſeruitutis, & ſi uult agere poſſeſſorio tenetur probare ſe habere ius ſeruitutis in effectu; replicat illud quod dixit in petitorio. Vnde exceptio rei iudicatæ obſtat ei ſicut ſi directo ageret petitorio: quoniam hoc poſſeſſorium uirtualiter dicitur eſſe petitorium, ut dixi per dictum. §. meminiſſe. & tenet glo. in dicto. §. quædam.

69 Et†ſi opponatur (ut dicebat Soz. multum corruptus) quòd imò uidetur poſſe audiri: quia deducit ius ſuum per alium modum. Nam reſpondetur ut hic per eum, uel ſecundo reſpondetur quòd imò deducit per eundem modum: quoniam hæc cauſa eſt ordinaria & perpetua, ſicut petitorium, dicto. §. meminiſſe, & petit ſe declarari dominum ſicut in petitorio, & nomē poſſeſſorii eſt accidentale. Ideò ſicut ſi petitorium nouiter intentaret, repelleretur per exceptionem, dicta l. ſi quis rem, de exceptio. rei iudi. ità & in hoc caſu, ità quòd concluſio Bar. ampliatur in hac abſolutoria, ſin autem reus fuiſſet abſolutus tantummodo ab obſeruatione iudicii, & tunc limitari debet concluſio Bar. ut hoc caſu non prohibeatur agere, ex eo: quia etiā ſi uellet intentare nouiter, petitorium ut non prohiberetur hoc facere, ut plenè dixi in l. qui accuſare. C. de edendo, & hoc caſu poteſt procedere quod dicit Sozi. quòd hic egit ad alium finem ut hic per eum.

Quare ſtat concluſio quòd abſolutoria lata in petitorio præiudicat agenti poſſeſſorio retinendæ, uel alterius generis: quando habet annexam cauſam proprietatis: Fallit quando reus fuit abſolutus tantummodo ab obſeruatione iudicii.

70 Secunda eſt principalis concluſio† quòd qui ſuccumbit in petitorio non prohibetur intentare interdictum recuperandæ poſſeſſionis, & ſic abſolutoria lata in petitorio, non parat exceptionem rei iudicatę in poſſeſſorio: quæcunque fuerit abſolutoria, etiam quòd reus fuerit iudicatus dominus ſecundum Bar. hic. uerum: quia doct. in aliquibus contradicunt, & poſteà mod. immiſcent totam materiam exceptionis dominii. Ideò ad tollendas æquiuocationes diſtinguas articulum in duas partes principales, una eſt quando conuentus interdicto recuperandæ opponit exceptionem dominii uel alterius iuris non diſcuſſi inter partes prius per ſententiam, alia eſt pars quando ponit exceptionem rei iudicatę, uel dominii, uel alterius iuris prius diſcuſſi per aliud iudicium præcedens & finitum per ſententiam.

71 In primò †caſu facias regulam quòd conuentus poſſeſſorio recuperandæ non poteſt opponere exceptionem dominii, uel alterius iuris ſibi competentis prius inter ipſas partes non diſcuſſi, etiam quòd incontinenti ſit paratus dominium probare, per tex. in l. ſi quis ad ſe fundum. C. ad legem Iuliam de ui. l. j. §. ſi à me. & l. ſi colonus. infra de ui & ui armata, & capitulo in literis. de reſtitutio. ſpoliato. in quibus ponitur regula, quòd etiam prædo ante omnia eſt reſtituendus, & licet ille uideatur prædo & alter dominius: tamen non poteſt opponi exceptio dominii, quę tamen iura loquuntur in hoc caſu quando de dominio prius inter partes nō eſt diſcuſſum, unde non bene uidentur allegati per Bar. in alio articulo.

72 Limitatur †tamen non procedere quando exceptio dominii eſt notoria: quia notoriè conſtat quòd ſpolians eſt dominus per tex. in cap. ad decimas. de reſti. ſpolia. in 6. & ratio iſtius limitationis ponitur in illo tex. quia de iure communi conſtat quòd ſpolians eſt dominus & de iure communi notoriè eſt dominus. Vnde ſequitur quòd præſumitur iniuſte agentem eā rem occupaſſe ut licitè potuerit ſpoliari. Rip. uerò hic dicebat quòd ille tex. non loquitur in propoſito: quia loquitur de interdictis habentibus annexam cauſam proprietatis, cum in rebus ſacris illa procedant cap. cauſam, quæ. de præſcriptio. ut hic per eum, quæ tamen intelli-

73 gentia non eſt uera: † quia nec eius aſſumptum eſt uerum, quòd in cauſis beneficialibus interdicta poſſeſſoria habeant annexam cauſam proprietati: quia imò & cauſæ ſpirituales habent merum poſſeſſorium, cap. cum ſuper. cap. cum olim. cap. cum eccleſia. de cauſa poſſeſſio. & propriet. & cap. querelam. de electio. ubi reſeruat cauſam proprietatis, & probatur in cap. ſolicitè. de reſti. ſpoliatorum, & tenet expreſſè Abb. in dicto cap. in literis. nu. 23. qui dixit dictum. §. quędam. non facere in propoſito beneficiorum, & facit dictum cap. placuit. 16. quæſt. 5. & cap. ex inſinuatione. de procurato. Ideò intelligentia communis uera eſt, quòd ille tex. loquitur in mero poſſeſſorio recuperandæ, bene uerum eſt, quòd in illo caſu quando obſtat notorium dominium æquipollet poſſeſſorio mixto: quoniam non poteſt obtinere niſi probet de ueritate tituli ſui, ut clarè requirit textus.

74 Secundò †limitatur in cap. conquerente, cap. quoniam de filijs preſbyt. ſecundum aliquorum intellectum: ſed tamen mihi placet quod illi tex. non faciant in propoſitum: quoniam ibi tractatur de cauſa ſummaria agitata ſuper notorio citata tamen parte, nam ibi diſponitur quòd epiſcopus citat aduerſarium faciendo præceptum ut diſcedat ab illa eccleſia & cum ipſe nihil boni alleget, & in iudicio probatum fuerit notorium fuiſſe patrem ſuum miniſtraſſe in eccleſia illa, epiſcopus illum iudicialiter priuat, unde ibi non eſt ſpolium de quo agimus: ſed eſt priuatio iudicialis facta ſumma-

mus: ſed eſt priuatio iudicialis facta ſummariè ſuper notorio, iuxta cap. noſtram. terzo. de iureiu.& cap. euidentia. de accuſatio. Et hoc modo etiam poteſt intelligi tex. in cap. ſi epiſcopus. de præbendis in 6. cum ſuis concordantibus.

Alias limitationes ponunt docto. infra quas ibi referam cum aliis, hoc ſolum hic poſui: quia prodeſt ad intelligentiam quæſtionis principalis formatæ hic per docto.

75 Secunda eſt principalis pars huius dubitationis, † utrum exceptio dominii diſcusſi inter partes impediat agentem poſſeſſorio recuperandæ, quæ propriè examinatur hic per doctores, in ea autem conſiderari debent aliqui caſus.

Primus eſt quando uictus in petitorio agit poſſeſſorio recuperandæ, & reus uincens opponit exceptionem rei iudicatæ ſimpliciter, & tunc concluſio eſt generalis in qua omnes conueniunt, quòd talis exceptio non obſtat agenti poſſeſſorio recuperandæ: quia nihil fuit iudicatum de poſſeſſione, & iudicium eſt diuerſum, & actiones diuerſæ cum nihil habeat commune poſſeſſio cum proprietate: argum. legis & an eandem. §. pen. & fi. & l. cum quæritur, de exceptio. rei iudicatæ, & ita procedit iſte tex. ſecundum hanc lecturam communiter approbatam.

76 Secundus caſus eſt † quando reus conuentus opponit exceptionem dominii, producendo ſententiam abſolutoriam in qua reus fuit liberatus, uel ab obſeruatione iudicii, uel à petitis, & tunc ſimiliter hæc exceptio non impedit agentem interdicto recuperandæ: quia per abſolutoriam etiam à petitis reus nullum ius acquirit in re, & remanet malè fidei poſſeſſor ſicut prius, ſolùm habet exceptionem rei iudicatæ, ſi iterum de proprietate conueniretur, ut ſupra dixi de interdicto retinendæ, & ideò in effectu hæc non eſt exceptio dominii: ſed eſt ſola exceptio rei iudicatæ quæ non obſtat agenti poſſeſſorio aliquo cum ſint iudicia diuerſa, ut dictum fuit in præcedenti caſu, per l. ſed ſi poſſeſſori. ff. de iureiurand. & omnes conueniunt hic, licèt Alcia. ſolus uideatur dubitare ut diximus ibidem, & licèt ſit notorius deffectus dominii in actore: tamen non repellit ipſum ab interdicto: quia etiam prædo ante omnia eſt reſtituendus, dicta l. ſi quis ad ſe
77 fundum, & in dicto cap. in literis. † & ſolum hæc exceptio impediret agentem in beneficialibus, ut dixit Abb. in dicto cap. in literis. num. 7. & 27. & in dicto cap. paſtoralis. num. 27. & 29. & eſt ratio: quia nullus poteſt obtinere beneficium ſine inſtitutione canonica, cap. beneficium, de reg. iur. in 6. ideò cum in petitorio reus abſoluatur à petitis: quia actor non probauit, demonſtratur quòd ipſe agens non habebat titulum in beneficio, & inſurgit notorius defectus tituli, propter quem defectum nõ poteſt poſteà obtinere in poſſeſſorio, ne inhabilis ad beneficium illud poſſideat. quod bene nota: quia docto. iſti inculcant, non facientes differentiam inter beneficialia & profana, neque inter deffectum dominii in actore, uel defectu tituli in eo: neque inter exceptionem rei iudicatæ, & inter exceptionem dominii: neque inter exceptionem dominii non diſcusſi & diſcusſi inter partes, & propterea ubicunque abſolutoria eſt lata ſecundum communem curſum cauſarum, illa nunquàm impedit agentem poſſeſſorio recuperandæ, niſi in beneficialibus: quando reus eſt abſolutus à petitis.

78 Tertius caſus eſt † quando uictus in petitorio & conuentus in poſſeſſorio recuperandæ opponit exceptionem dominii iam diſcusſi: quia contra communem curſum cauſarum fuit iudicatus dominus, & tunc ſi non producit acta lata & ſententiam illam, ſed uult probare alio modo dominium, tunc non poterit repellere agentem interdicto recuperandæ: quia non eſt probata exceptio dominii iam diſcusſi. ideò ſumus adhuc in prima parte iſtius articuli, in qua exceptio dominii non impedit agentem poſſeſſorio recuperandæ, per iura communia ibi allegata.

79 Quartus caſus, eſt † ubicunque actor uictus agit interdicto recuperandæ, & ei opponitur exceptio dominii iam diſcusſi: quia reus fuit iudicatus dominus, & acta produxit cum ſententia, ità ꝙ plenè conſtat de hac diſcuſſione dominii: ſed tamen actor probauit ſe habere ius uſusfructus, emphyteuſis, uel feudi, uel pignoris, propter quæ iura petit ſibi reſtitui poſſeſſionem, & tunc talis exceptio non impediet agere: quia non eneruat fundamentum actoris, cum licèt notoriè ſit dominus, non tamen notoriè conſtat quòd actor non habeat uſumfructum, uel aliud ius ſeparatum propter quod ſibi competit poſſeſſio naturalis, ut habetur in principio iſtius legis, & cum ſint iura diuerſa, & inuicem compatibilia, non ſe excludunt, per ea quæ habentur in leg. tertia. §. è contrario. ſupra eodem & per glo. in l. nihil facit. infra de ui & ui armata, & in hoc etiam conueniunt doctores.

80 Quintus † caſus eſt, ubicunque actor uictus proponit interdictum recuperandæ ad finem ut iuxta conſtitutionem poſitam in l. ſi quis in tantam. C. unde ui, uel proponit cauſam criminalem pro pœna criminali ut reus deportetur, & confiſcantur bona ſua, iuxta legem in poſſesſionem. & l. quoniam multa facinora. ad leg. Iuliam de ui, & tunc ſecundum omnes etiã auditur in poſſeſſorio: quia licèt reus ſit iudicatus dominus, & per acta producta probauerit, non tamen tollitur quin ipſe fuerit priuatus, iuxta formam dictæ l. ſi quis in tantam, & l. extat. ff. quod metus cauſa. Nec etiam tollitur quin ipſe commiſerit crimen uiolentiæ, & quòd non teneatur ad pœnam, & ideò ſi ipſe actor

agens

agens probauerit requiſita ad pœnam dictæ l. ſi quis in tantam. non tantum recuperabit poſſeſsionem : ſed etiam recuperatam perpetuò tenebit, ſi facta fuerit declaratio per iudicem quòd ipſe amiſit poſſeſsionem, ut per glo. in uerbo renuntiare. in glo. pen. in c. paſtoralis. de cauſa poſſeſsio. & proprie. Ioann. And. in dicto cap. ad decimas. & Abb. in dicto cap. paſtoralis. num. 26. in fin. & nullus uidetur contradicere.

Nec obſtat quòd dicit Alex. & refert Ripa quòd agendo petitorio uidetur renuntiare remedio dictæ l. ſi quis in tantam. quia iſtud eſt falſum: quoniam quando egit petitorio dicebat ſe dominum ex præterita cauſa, & de hoc tantummodo dubitabatur producendo contractum, uel alium titulum, & per ſententiam illam fuit iudicatus reus dominus & actor non dominus: ſed non fuit dictum quin poſſet eſſe dominus ex noua cauſa ſeparatim ſuccedente, quę tribuebat dominium propter uiolentiam, ſicut ſi quis diceret ſe dominum ex cauſa legati, & uinceretur, & poſteà iterum ageret ex cauſa uẽditionis non poſſet repelli, ut habetur in leg. cum quæritur, & l. & an eandem. §. pen. infra de exceptio. rei iudicatæ, bene uerum eſt quòd dicta l. ſi quis in tantam. non procedit: quando priuatio fuit clandeſtina ſine ui, uel etiam quã do quis poſſidet ſine dolo, quamuis contra poſſidentem poſſit agi remedio cap. reintegrandæ. 3. quæſtio. prima & leg. inuaſor. C. unde ui & leg. ſi coloni. C. de agricolis & cenſ. lib. x.

81 Caſus etiam eſt † quando reus uincens: quia iudicatus eſt dominus opponit exceptionẽ dominii diſcuſſi ad finem ut impediat agentem poſſeſſorio incipere litem, & ſic cum hac exceptione uult impedire litis ingreſſum. ſicut impedit exceptio rei iudicatæ iuxta cap. primũ, de litis conteſta. in 6. nam tunc hoc non poterit facere: quia hæc exceptio dominii non tendit ad impediendum litem: ſed ad merita cauſæ. & ideò ea non obſtante procedetur in cauſa, & actor faciet probationes ſuas ad finem ut ſaltem poſſit obtinere eum condemnari ad dãna, expenſas, & intereſſe: nam per talem exceptionem nunquam euitabit hanc condemnationem, neque etiam cauſam criminalem: quoniã licet eſſet uerus dominus quando ſpoliauit: tamen iniquè fecit inferendo damna, faciendo uiolentiam, committendo homicidia, & alia quæ ponuntur in dicta l. quoniam multa facinora. & ibi no. & in iſtis quinque caſibus conueniunt omnes quòd exceptio dominii non impedit agentem poſſeſſorio recuperandæ, & concordant docto. cum Bar.

82 Sextus caſus eſt † quando reus qui contra cõmunem curſum cauſarum probauit ſe dominũ, & fuit abſolutus: quia dominus eſt & conuentus poſſeſſorio recuperandæ opponit exceptionem dominii ad finem ut impediat agentem poſſeſſorio recuperandæ conſequi poſſeſsionẽ, quam ipſe uiolenter abſtulerat, & hic eſt caſus. in quo diſcordant docto. Nam Bar. uult quòd iſta exceptio quamuis dominii iam diſcuſſi & probata per ſententiam abſolutoriam cum ſuis actis, non impediat agentem poſſeſſorio recuperandæ, quin rem ipſam & poſſeſsionem recuperare poſſit. Alex. uerò, & communiter docto. quos hic refert Iaſ. tenuerunt contrarium, ꝙ imò iſta exceptio dominii iam diſcuſſi inter partes, quæ per eos appellatur exceptio dominii notoria, impediat agentem poſſeſſorio recuperandę & hinc inde uariæ argumentationes fiunt & reſponſiones dantur inuicem obiectis ut articulus efficiatur diſputabilis.

83 Et † pro opinione ſua ꝙ non impediatur agere, Bar. adducit dictam l. ſi quis ad ſe fundum. cum qua concordat l. j. §. qui à me. & l. ſi colonus. infra de ui & ui arm. & cap. in literis. extra de reſti. ſpoliatorum, in quibus dicitur quòd prædo, & apparenter non dominus ante omnia eſt reſtituendus, etiam quòd litiget cum uero domino.

Ad iſtum tex. cum ſuis concordantibus reſpondent communiter docto. quòd limitatur non procedere quando opponitur exceptio dominii notorii: argum. dicti cap. ad decimas. nec eſt incongruum cum & dictæ leg. recipiant multas alias limitationes de quibus infra dicemus.

Secundò reſponde tu quod iſta iura loquuntur quando opponitur exceptio dominii nondum diſcuſſi inter partes, quo caſu non plenè conſtat de eo, & eſt neceſſarium ut conſtet quòd poſteà ſequatur petitorium. Vnde ſemper remanet cauſa quare debeat ſibi reſtitui res ut conſequatur commodum poſſeſsionis durante lite, iuxta. §. commodum. inſti. de interd. & declarat tex. in d. l. ſi quis ad ſe fundum. Vnde cum tractetur de temporaria poſſeſsione uſque ad finẽ litis futuræ, nõ curratur de dominio oppoſito: ſed caſus noſter eſt quando iam dominium erat diſcuſſum inter partes, & erat finitum petitorium, & non erat amplius cauſa conſequendi poſſeſsionem temporariam, & proptereà non ita faciliter auditur, & per exceptionem dominii jam notorii poteſt repelli.

84 Secundò pro † opinione Bar. adducitur talis ratio. Nam quando poſſibile eſt quòd abſolutoria lata in una actione, pariat exceptionem in in alia, impeditur cumulatio, ut per glo. in l. ſi mater. §. eandem. & l. cum quæritur. de exceptione rei iudicatæ, & l. fundi, & l. fundum. de exceptionibus, & no. in dicta l. edita. C. de edẽdo. ſed ſi in hoc caſu exceptio impediret agentem, eſſet poſsibile quòd ſententia abſolutoria pareret exceptionem rei iudicatæ: ergo deberet impediri cumulatio: ſed conſequens eſt falſum: quia cumulatio non prohibetur, leg. cum fundum. §. final. infra de ui, & ui armata & capitulo paſtoralis de cauſa poſſeſsionis

& proprietatis. ergo & antecedens quoque debet eſſe falſum. Ideò ne obſtet dicta regula oportet dicere quòd nunquàm abſolutoria pariat exceptionem, ut dicit Bar. & tanto fortius: quia etiam concurrit alia regula impeditiua cumulationis, quòd ſi condemnatoria lata eſt in una, & executione facta parit liberationem in alia prohibetur cumulatio: ſed condemnatoria in reo, & executione facta, actor haberet totum quod peteret: ergo deberet impediri cumulatio, & ut tollatur iſta regula opportet dicere quòd ſe inuicem nõ tangunt, ſed reſpondetur per docto. ut hic per Rip. quòd illa regula impedit cumulationem; quando poteſt parere exceptionem rei iudicatæ ſecundum communem curſum cauſarum, ſecus quando hoc poteſt facere præter communem curſum cauſarum: ſed ſecundum communem curſum cauſarum ſi eſt abſolutus reus conueniunt omnes, quòd non poteſt exceptio rei iudicatæ obſtare, ut ſupra dixi. in ij. caſu in caſu autem noſtro abſolutoria fertur contra communem curſum cauſarum quæ non conſideratur, ut per eundem Bar. in dicta leg. edicta. & in dictis iuribus.

Secundò & melius reſpondetur quòd docto. non dicunt exceptionem rei iudicatæ obſtare; ſed dicunt tantummodo quòd ex illa ſententia inſurgit notoria probatio quòd ipſe eſt dominus, quæ non impedit litis ingreſſum: ſed ſolùm facit quòd non debet actor obtinere reſtitutionem rei quam ſine cauſa teneret, & oporteret poſteà in eadem hora in continenti domino reſtituere: argum. dictæ l. bona fides. §. ſi totins. & §. fi. ff. de de poſ. & arg. dicti cap. cum dilectus. dum uult quòd petitorium abſorbeat poſſeſſorium quãdo de utroque eſt iudicatum, & ſic æquiuocatio eſt de exceptione rei iudicatæ ad exceptionem dominii. Docto. defendentes Bar. ſub nomine exceptionis rei iudicatæ complectuntur hanc exceptionem dominii iam diſcuſſi, quæ apparent ſunt diuerſa ut dixi, & ad aliud de condemnatoria reſpondentur negando conſequentiam quòd pariat plenam ſatiſfactionem: quia etiam facta reſtitutione durat interdictum pro fructibus, damnis, & expenſis, & propter crimen uiolentiæ etiam pœna priuationis, uel ad tantundem, ut per Abb. in dicto. cap. paſtoralis. num. 26. uerſi. ex quorum dictis licèt poſſeſſio amplius non poſſet reſtitui.

85 Tertio pro iſta † parte adducitur ratio tex. noſtri: quia nihil habet commune, & in dicta l. & an eandem. §. fin. cum in uno certatur proprietas, & in alio poſſeſſio, & ſint actiones competentes ad diuerſas res, quæ ſe non tangunt, & propter hoc non impeditur cumulatio: ergo nec etiam hæc ſucceſſiua intentatio: argumen. dictæ l. & an eadem. §. fin. Reſpondetur ſecundum Ripam quòd ſi reus eſt dominus tenetur ei reſtituere: ergo dolo facit petere quod reſtitutu rus es, & licet habeat ius in poſſeſſione ex iuſta cauſa, tamen nõ eſt audiendus in poſſeſſorio: ſed debet adiuncta cauſa: quia uſufructuarius ageret, quo caſu eſt petitorium, quæ tamen reſponſio non eſt ad propoſitum: neque eneruat bene fundamentum: quoniam ſufficit allegare quòd poſſidebat iuſta cauſa quæ non excluditur à dominio, & ſi negat ueram eſſe, prius debet reſtituere, & poſteà agere negatoria, & repetere in cauſa proprietatis iuris uſusfructus.

Præterea hæc reſponſio eſt ſpecialis quando ageret ex nouo iure, & eſt quartus caſus quem ſupra poſui, in quo conueniunt omnes quòd non impeditur agere. ſed Bar. hic uult quòd etiam ſi dicat ſe poſſidere tanquàm dominus, uel ſine cauſa allegata, poterit obtinere. Ideò ſecunda eſt ſolutio quòd iſte tex. impedit obſtare exceptionẽ rei iudicatæ: quoniam de poſſeſſione nihil dictum fuit: ſed tantummodo dicimus quòd obſtat exceptio dominii iam diſcuſſi quod facit ceſſare cauſam poſſidendi, & recuperandi rem.

Præterea ratio iſtius tex. concludit quantum ad ſubſtantiam actionum & poſſeſſionis & proprietatis, non autem quantum ad reſtitutionem rei: quia imò hæc duo remedia ſe inuicem tangunt reſpectu rei: quia per utrunque eadem res petitur, ut dixi in prima præuia inſpectione in fine, & ſolùm tolerantur: quia per poſſeſſorium res petitur ad tempus uſque in finem litis, leg. prima. §. meminiſſe. infra de aqua quotidiana, & æſtiua. ſed quando iam dominium eſt diſcuſſum non remanet amplius cauſa poſſidendi, & poſſeſſorium abſorbet petitorium, dicto cap. cum dilectus. & ſic iſte tex. nihil probat in terminis quæſtionis.

86 Quartò adducitur † tex. in dicta leg. cum fundum. §. fi. ubi pendente petitorio poteſt intentari & cumulari & in dicto capitulo paſtoralis. etiam ſuſpendendo ut in dicto cap. ſignificauerunt. de teſtibus. de cauſa poſſeſſionis & proprietatis: ergo tanto fortius eo finito, ut dicitur in dicto cap. paſtoralis: argumen. leg. patre furioſo. ff. de his qui ſunt ſui. & cap. quemadmodum. de iureiurand. ſed reſpondetur quòd alia ratio eſt quando non eſt finitum petitorium: quia tunc remanet cauſa propter quam intentans interdictum uellit retinere poſſeſſionem, ut habeat commodum poſſeſſionis, & transferat onus probandi in aduerſarium: ſed quando petitorium eſt finitum, & notoriè conſtat quòd reus eſt dominus, nulla remanet cauſa poſſidendo, & ſi poſſideret incontinenti teneretur reſtituere, & hac de cauſa petitorium abſorbet poſſeſſorium: ergo debet impediri agere propter illam regulam dolo facis petere, l. dolo. ff. de exceptio. doli. & ſufficit quòd ſibi reſeruetur ius petendi expenſas & damna ſua.

Præte-

Prætereà poteſt dici quòd ſucceſsiua intentatio non impeditur neque proceſſus: ſed ſolùm impeditur uictoria ut recuperare poſsit poſſeſſionem. & ſic etiam hæc iura non loquuntur in terminis, & non loquimur de exceptione rei iudicatæ: ſed de ſola exceptione dominij.

87 Quintò † adducitur tex. in cap. porrò.de diuortiis ubi notoria parentela non impedit quin mulier ſpoliata reſtituatur ad poſſesſionem matrimonii: ergo nec etiam hic debet impedire reſtitutionem. Reſpondet Abb. ibi dando tres intellectus quos irridet Iaſ. hic. ipſe uerò reſpondet quòd ibi deiectio ſeu ſpoliatio fuit fundata in notorio defectu proprietatis, ideò non impedit reſtitutionem, hoc autem non euenit in quæſtio.noſtra, quæ reſponſio nihil eſt: quia in dicto cap. ad decimas. nõ datur reſtitutio: quoniam deiectus notoriè non habebat ius retinendi poſſeſsionem, & eam acquirendi tempore ingreſſus, nec etiam hodie.

Quartò reſpondebat Lanfrancus quòd ibi illa exceptio non erat notoria: nec uerba illa obſtant: quia ſunt papæ dicentis quòd non ſufficit ad deiectionem ſeu quæſtionem, non tamen dicit ſufficere ad impediendam reſtitutionem. Ripa dicit reſponſionem eſſe ingenioſam: ſed non ueram: quia non ſequeretur illatio papæ ibi quòd ſit notorietas tempore deiectionis. Tu dic quòd nec etiam eſt ingenioſa: quoniam æquiparantur iſta duo, quòd ſit notorietas tempore deiectionis & tempore iudicii reſtitutionis, dicto cap. ad decimas. Ideò potes reſpondere quòd ibi non erat notoria iudicialiter declarata, & ibi notorium capitur pro publica fama. Rip. etiam reſpondet quòd ibi erat contemptum iudicium eccleſiaſticum in deiectione: quia ſeparationes reſeruantur de eo propter illa uerba quos Deus coniunxit. eſſet ſatis bona niſi obſtaret tex. ſequens. Secundò ibi non ſit reſtitutio ad plenam poſſeſsionem matrimonii, & ad debitum carnale: ſed ad ſeruitia. ſed prima placet.

Sextò adducitur: quia ſicut agens petitorio non renuntiat poſſeſſorio per iſtum tex. ità non uidetur renuntiare petitioni rem ſibi reſtitui: ſed hoc parum ſtringit: quia fatentur docto. non eſſe renuntiatum poſſeſsioni: neque poſſeſſorio: ſed dicitur quòd per illud non poteſt conſequi reſtitutionem poſſeſsionis, cum illa debeat eſſe penes dominum.

Septimò adducit Ripa tex. l. finalis. C. de comp. ubi agenti poſſeſſorio recuperandæ non poteſt opponi exceptio notoriæ, & liquidæ compenſationis. reſpondet ipſemet quòd ibi exceptio notoria non concernit rem de qua agitur. uel reſpondetur quòd intelligitur concluſio quando ſpoliatus conſenſit quòd cogn[o]ſceretur de proprietate, ibi non conſenſit. [u]el reſponde quòd ibi notoriè iudicialiter non conſtabat de iure partis, uel ibi lex expreſſè prohibet illud fieri.

Octauò poteſt allegari tex. in cap. ex inſinuatione. de procuratoribus, & cap. ſi epiſcopus. de præbend. in 6. ubi qui poſſidet duo beneficia curata, habet notoriè defectum proprietatis in primo cap. de multa de præbend. & ante omnia eſt reſtituendus, ut ibi dicitur, & ponderat Abb. in dicto cap. in literis. num. 24. Sed reſpondetur quòd ibi ille defectus non fundabat intentionem agentis, hic autem dominium fundabat intentionem agentis, & eius defectus notorius tollit fundamentum agendi, & duo concurrunt quòd ſit defectus in agente, & ius plenum in reo notoriũ l. ſi inter te & me. ff. de exceptio. rei iudica. & cum hac reſponſione poteſt tollere iſtud & multa alia ſimilia quæ poſſent adduci. Item ibi non eſt notorius defectus proprietatis: quia leges in multis caſibus permittunt diſpenſationem, ut probatur in dicto cap. de multa. & ibi no. Item requiritur ꝙ quietè poſsideat, & multa alia poſita in d. cap. de multa. & ità declarat illum tex. Abb. in dicto cap. in literis. nu. 24. uerſi. aut ius commune. cum ſeq. & faciunt no. in cap. cum nobis. de conceſſio. præbendæ, uel eccl. non uacantis.

88 Contrariam † opinionem ut dixi tenẽt cõmuniter docto. iuris ciuilis & canonici relati hic per Iaſ. & dicit Raphael quòd habuit de facto, & obtinuit contra Bar. quòd imò exceptio notorii dominii propter ſententia ſeu dominii iam diſcuſſi impediat agentem poſſeſſorio recuperandæ, & mouentur per tex. in dicto cap. ad decimas. de reſtitutione ſpoliato in 6. ubi poſsidens decimas in diœceſi aliena, ſi eſt ſpoliatus non poteſt petere reſtitutionem, niſi probet conceſsionem legitimè obtentam: quia notoriè conſtat de iure ſpoliantis: & defectu iuris ſpoliati, & reſpondet Rip. quòd ille tex. loquitur de interdicto habente annexam cauſam proprietatis: quoniam in ſpiritualibus poſſeſſorium habet annexam cauſam proprietatis, per dictam l. ij. §. quædam. infra de interdict. dum ſit mentio de interdicto ne quid in loco ſacro. & infra in tit. ne quid in loco ſacro, quæ opinio originaliter uidetur eſſe glo. in cap. in literis. reſtitutione ſpoliatorum. Ideò non eſt mirum ſi ibi admittitur exceptio dominii per capitulum cauſam, quę de præſcriptionib. ut hic latius per eum.

Sed hic intellectus non eſt bonus ad illum tex. ut ſupra etiam dixi: quia præſuppoſitum eſt falſum quòd poſſeſſorium in iuribus ſpiritualibus habeat annexam cauſam proprietatis, ut probatur in cap. cum ſuper. & cap. cũ olim. & cap. cũ eccleſia. de cauſ. poſſeſsio. & proprieta. & cap. querelam. de electione ubi reſeruatur cauſa proprietatis, & habetur in cap. ſolicitè. de reſti. ſpoliatorum, & tenet, expreſſè Abb. in dicto cap. in literis. num. 23. qui dixit quòd dictus. §. quædam non facit in propoſito

beneficiorum, & facit capitulum placuit. 16. queſt.5.cap.ex inſinuatione.de procurato. Vnde ſecunda datur ſolutio quòd ibi illa exceptio fũ datur in notorietate iuris communis, hic uerò notorietas inducitur ex actis, & non uidetur plena notorietas.

Tertio reſpondetur quòd ille tex. loquitur in exceptione dominij non diſcuſsi inter partes, hic uerò eſt exceptio dominii diſcuſsi inter partes, unde non loquitur in terminis ut dixi in primo articulo.

89 Ideò ſecundò pro hac opinione adducitur ratio, quòd ſententia facit notorium inter eaſdem perſonas ut no. in cap. ueſtra, & cap. fi. de cohabitatione clericorum & mulierum, & facit glo. in cap. ſignificauerunt. de teſtibus & quod uoluit Inno. in cap. ex inſinuatione, de appellatio. cum ſimilib. adductis hic per Iaſ. & Areti. & per Decium in cap. in præſentia. de probationibus. ergo cum ſit notorium inter partes, apparet clarè de iure ipſius ſpoliantis, & de non iure ipſius ſpoliati, & ſuccedit regula poſita in dicto cap. ad decimas. quòd non debet admitti ad recuperationem. & facit tex. in cap. ſignificaſti. de diuort. Huic rationi reſpondebat Card. Florentinus quem refert hic Iaſ. in clem. unica de cauſa poſſeſſio. & proprieta. col. fin. in 16. quæſtio. dicens quòd uotorietas, & defectus iuris ſpoliati impedit agentem poſſeſſorio recuperandæ, quando illa notorietas & defectus fuit ante ſpoliationem, dicto cap. ad decimas. Secus autem ubicunque notorietas & defectus ſuperuenit poſt ſpoliationem: quia tunc non impedit ut probatur in cap. audita. iuncto. cap. ſolicitè. de reſti. ſpoli. Sed replicabat Iaſ. quod dicta reſponſio confunditur per dictũ cap. ſignificaſti. de diuortiis, ubi exceptio notoria adulterii uxoris ſuperuenit poſt ſpoliationem, & tamen impedit reſtitutionem, & idem uidetur probari in cap. primo de reſti. ſpoliatorum. Duplicari tamen poteſt quòd dictum capitulum ſignificaſti. procedit quando cognitũ fuit ſuper petitorio durante poſſeſſorio, & ideò petitorium abſorbet ſibi poſſeſſoriũ, per dictũ cap. cum dilectus. & regula quòd exceptio ſuperueniens non impediat eſt uera, & communiter approbata in dicto cap. ueſtra. Ideò Sozi. dabat ſecundam reſponſionem negando aſſumptum Alexand. quòd ſententia lata in uno iudicio faciat notorium in alio iudicio etiam inter eaſdem partes: argumen. tex. in leg. poſt rem, ff. de tranſactio. & quando incidenter in primo iudicio ſeu per modum exceptionis unum cognitum fuit, ſi poſteà idem repetatur per alium modum agendi, in ſecundo iudicio poteſt agi & retractari ut habetur in leg. ſi inter. ff. de exceptio. rei iudicatæ. & l. ſed & ſi ante. infra de exceptionibus & per Bar. in leg. qui Romæ. §. duo fratres. infra de uerborum obligationibus & tenuit idem Alexand. infra in alia concluſione Bar. an dominium cognitum in poſſeſſorio habente annexam cauſam proprietatis, poſſit poſteà per aliud iudicium principale cognoſci & retractari, repræhendens per hoc Bar. ibi qui tenet contrarium. Sed dicit ipſe in petitorio uenit dominium rei conuenti per modum exceptionis; ergo poterit iterum cognoſci in poſſeſſorio quod eſt etiam principale iudicium. Item etiam ſententia lata ad unum finem non inducit notorium in alio iudicio ad alium finem, cap. cum dilectus. de ordine cognitionum, & leg. Lucius. ff. de his qui no. infa. per quæ iure dixit Areti. in cap. qualiter & quando. de accuſationibus quòd ſententia lata in cauſa ciuili facit notorium in cauſa criminali, & de nouo poteſt refricari in dubium de delicto, & iudex non poteſt procedere tanquàm ſuper notorio ex officio: ergo nec ex ſententia per quam reus eſt iudicatus dominus faciet notorium in cauſa poſſeſſorii, ut propter hoc impediatur agere.

Nec ualet reſponſio Ripę quòd petitorium & poſſeſſorium tendunt ad eundem finem: quia utrunque tendit ad poſſeſſionem conſequendam, l. qui reſtituere. ff. de rei uendicatio. quoniam iſtud eſt falſum: quia in rei uendicatio. principaliter petitur agentem declarari dominum, & reſtitutio uenit in conſequentiam per officium iudicis poſt ſententiam, ut per glo. in dicto cap. paſtoralis. in uerbo cauſa deciſa. poſt medium. & tenet idem Alexand. infra in dicto loco in ultima concluſio. Bar. uolens ꝙ dominium de nouo poſſit cognoſci.

Nec tex. in leg. fundum. ff. de exceptionibus probat quòd iudicatum in uno iudicio principaliter faciat fidem in alio. Nec iterum obſtat huic reſponſioni ꝙ ſi iudicatum fuit ſuper facto ſententia facit fidem in alio iudicio ut per Bar. in leg. ſecunda §. primo. ff. de ui bonorum raptorum, & leg. ſi duo patroni. §. Item ſi iurauero. ff. de iureiurando & in dicta leg. qui Romæ. §. duo fratres. nam ipſe Bar. non dicit quòd faciant notorium, & quòd procedatur tanquàm eſſet notorium cum ſi eſſet notorium non oporteret probari, & ſufficeret allegari, leg. ſi adulterium cum inceſtu §. primo. ff. de adulter. & tamen ipſemet Bar. uult & alii docto. quòd debeat probari, & produci in actis ſententia cum proceſſu ut habeat obſtare, Et tex. in dicto cap. ad decimas. loquitur de notorio iuris communis, quod ſufficit allegari ſine alia probatione: ergo apparet quòd principale fundamentum Alexand. & docto. contra Bar. non probat, & confunditur per eundem met Alexand. infra in ultima concluſione Bar.

91 Tertio pro iſta opinione contra Bar. adducitur tex. in cap. j. de reſtitutione ſpoliato. ubi per exceptionem dominii probari impeditur proceſſus in poſſeſſorio: ergo fortius ſi eſt iudicatum. Reſpondent docto. quòd illud ibi eſt

ibi eſt: quia inducitur renuntiatio ipſius poſſeſſorii, non autem quòd propter exceptionem impediatur, quæ tamen renuntiatio non præſumitur, ut ad literam probat tex. noſter hic, & dicta l. cum fundum. §. fi. infra de ui & ui armata, & in dicto cap. paſtoralis. de cauſ. poſſeſſio. & proprieta. Ideò docto. intelligunt illum tex. in caſu ſpeciali: quando apparebant coniecturæ renuntiationis, & una coniectura erat ibi: quia prius intentauerat poſſeſſorium, & poſteà permiſit aduerſarium facere probationes in petitorio, non perſiſtendo in primo iudicio. ideò ibi inducitur renuntiatio. Vnde ſi quis uult euitare, illam præſumptionem, debet proteſtari quòd non intendit probationes fieri in petitorio in præiudicium ſui, & quòd admittit ſaluo iure poſſeſſorii ut ibi tenent docto. & tetigit Iaſ. in l. prima col. quinta ubi etiam dixi ſupra de nou. oper. nunciatio. & hæc eſt uera reſponſio. Et ille tex. non probat in terminis, cũ aliud eſt renuntiare poſſeſſorio, aliud eſt poſſeſſorium retentum impedire ne intentetur.

91 Quartò adducitur† tex. contra Bar. in cap. ſignificaſti. de diuortijs ubi mulier ſpoliata poſſeſſione matrimonii impeditur propter notorium adulterium recuperare poſſeſſionem eiuſdem, & ſic notorium impedit executionem poſſeſſorii. Reſpondet Ripa quòd ille tex. loquitur in interdictis habentibus annexam cauſam proprietatis, in quibus requiritur probatio tituli cap. ex tranſmiſſa. & cap. ex parte de reſti. ſpoliato. nimirum ſi propter notorium defectum proprietatis impeditur reſtitutio. ſed Ripa deceptus fuit in cognitione illorum interdictorum habentium annexam cauſam proprietatis: quia in beneficialibus & iuribus ſpiritualibus poſſeſſoria non habent annexam cauſam proprietatis, neque etiam cauſa matrimonialis, ut probatur in cap. porrò. eodem titulo. ubi notoria parentela quæ faciebat defectum proprietatis, non impedit reſtitutionem, & facit etiam tex. in cap. literas. de reſti. ſpoliato. ubi fit reſtitutio ad omnia excepta copula propter peccatum, & ità in terminis declarat Abbas in dicto cap. in literis. nu. 23. per cap. ex inſinuatione, de procur. & cap. ex parte. de reſcrip. & tituli de lib. exhi. uel de lib. homi. exhibend. loquuntur de alio iure quàm de iure quod habetur in uxorem propter matrimonium.

Non obſtat quòd in matrimonio ſit neceſſarius titulus: quia illud eſt: quia homo liber nõ poteſt ſcienter poſſideri ſine titulo. & ſic titulus requiritur ad perficiendam poſſeſſionẽ, nõ autem ad hoc ut poſſit agi poſſeſſorio, cum nõ ſit neceſſe quòd ex toto ſit ualidus & iuridicus, & ſufficit fiat de duobus conſanguineis. Igitur tu potes reſpondere duobus modis. Primò quod ibi agebatur de cauſa proprietat. quæ erat cumulata cum poſſeſſorio, uel etiam erat ſola, & ibi papa iudicat quòd extante adulterio utriuſque non fiat reſtitutio perpetua, & ſi non eſt adulterium ex parte uiri, quòd non fiat, ſed remaneat ſeparatio perpetua, quod nõ fuiſſet factum ſi fuiſſet cauſa meri poſſeſſorii, & quæſtio ibi erat an in cauſa proprietatis deberet fieri reſtitutio, ſicut in quolibet petitorio petitur, l. officium. & l. qui reſtituere ff. de rei uendicatione.

Secundò poteſt reſponderi quòd ibi illa exceptio admittitur, quia reſpicit cauſam proprietatis, ſicut fit etiam in cap. accepta. de reſtitutio. ſpoliato. ubi illa exceptio faciebat quòd non poſſidebat. Prima tamen uerior uidetur.

Quintò adducitur ratio: quia iudex ex officio ſuo debet confirmare poſſeſſorem de cuius iure ſibi conſtat, l. 3. §. miſſum. ff. de Carbo. edicto. ſed per ſententiam conſtat quòd reo reſtituenda eſt poſſeſſio, & iniuſtè poſſidet: ergo eũ debet confirmare. Sed reſponderi poteſt quòd non procedit quando allegatur uitium ſpoliationis: quia in eo eſt præceptum quòd ſpoliatus ante omnia eſt reſtituendus, nec etiam procedit in aliis poſſeſſoriis ſecundum eorum naturam attributam à lege.

Sextò adducitur: quia circuitus inutilis eſt euitandus, l. dominus teſtamento. de conditio indebiti clem. auditor de reſcrip. habetur in l. prima. ff. de leg. j. ſed ſi fieret reſtitutio eſſet de nouo iterum reſtituenda, & fuiſſet acquiſitio ſine effectu: ergo audiri non debet. Sed reſpondetur quòd hic non eſt circuitus inutilis, imò habet maximam utilitatem: quia poterit petere damna, expenſas, & intereſſe cum illo remedio poſſeſſorio, l. quoniam multa. C. ad leg. Iuliam de ui. Atque etiam interim poſſidebit ſi intentabitur remedium l. ſi quis in tantam. C. unde ui. quòd ille ſpolians dominus priuetur dominio ſuo, & per ſententiam remaneat perpetuò penes ipſum agentem.

Septimò adducitur: quia allegatio iuris notorii in quacunque materia, & per quecunque uerba fiat, diſpoſitio nunquàm uidetur eſſe excluſa etiam poſt ſententiam, cap. ij. de purg. canonica ubi condemnatus de furto abſoluitur ex notoria innocentia ſuperueniente, glo. in cap. ex conqueſtione. de reſti. ſpoliatorum. Abb. in cap. ſuborta. de re iudicata. ergo nec etiam hæc exceptio notorii dominii poteſt reiici. Reſpondetur quòd non procedit in hac materia, in qua lex dixit quòd prædo ante omnia eſt reſtituendus, dicto cap. in literis & l. colonus. & l. cum fundum. ff. de ui & ui arma. quæ uolunt omnes exceptiones reiici, & facit cap. ex inſinuatione. de procurato. ubi erat notoria exceptio de iure communi, & tamen non repellitur agens ad reſtitutionem. facit xij. quæſtio. j. §. patet. in fi.

Item ibi tractatur de alia materia an iudicialiter ſententia quæ nunquàm tranſiuit in rem iudicatàm poſſit reuocari ex ſu-

peruenientibus probationibus, de quo habetur in cap. fraternitatis. de frigi. & maleficia. & per Iaſo. & alios latè in l. admonendi. ff. de iureiurando.

Octauò adducitur tex. in cap. conquerente. & in cap. quoniam. de filiis presbyterorum ubi clericus filius repellitur de eccleſia in qua notorium eſt patrem adminiſtraſſe: Reſpondetur quòd ibi ſunt multi intellectus, unus quòd loquatur in petitorio, ſecundus quòd loquatur in petitorio, & poſſeſſorio ſimul, tertius quòd loquatur in poſſeſſorio, quo caſu obſtat. Sed reſpondetur quòd ibi permiſit cognoſci in petitorio, & ità tacitè renuntiauit, uel Papa ibi fecit ex exuberantia ſui officii. Mihi autem placet quòd ibi non ſit poſſeſſorium inter priuatos: ſed ſit epiſcopus qui procedit ex officio contra dictum clerium citatum, & quoniam probatum fuit notorium eſſe patrem in eadem eccle. miniſtraſſe, priuauit eum ſummariè ſine ordine iudiciario, quod poteſt fieri in notoriis, iux. no. in capit. ad noſtram. il tertio. de iureiuran. & in cap. euidentia. ex. de accuſationib.

92 Nonò † contra Bar. adducitur deciſio Rotę. 14. fuit dubitatum. in nouis ubi ſi quis fuit ſpoliatus pendente iudicio, & petitur reſtitutio per uiam attentatorum, obſtat exceptio notorii dominii deficientis. Reſpondetur quòd illa deciſio loquitur in beneficialibus, in quib. ſufficit notorius defectus dominii agentis propter periculum animarum, & peccatum ne detur uitioſus ingreſſus. capi. primo. de eo qui mitti. in poſſeſſio. in 6. Item ibi ſpolians priuatur, & poſteà ſequeſtratur ex officio: ſecus autem eſt in aliis attentatis quæ indiſtinctè reuocantur.

Decimò adducitur doctrina Alex. in leg. ſi rem aliquam, columm. fin. infra eodem. ubi dixit quòd notoria exceptio dominii obſtat agẽti remedio legis ſi quis conductionis. C. locati & ſequitur Cur. conſi. 71. colum. 6. ſuper controuerſia. Reſpondetur primò negando auctoritatem eorum, ſecundò quòd in l. ſi quis conductionis. non interuenit uiolentia tam punibilis: quia poſſeſſionem prius habuit nolente domino, & non dominus locans domino tranſfert omnem poſſeſſionem, l. ei à quo. infra de uſucapio. & ſic per exceptionem dominii poterit demonſtrare quòd non fuit facta ſpoliatio, & per conſequens illa exceptio reſpicit poſſeſſionem, & poſſeſſorium ipſum ſicut fit in cap. accepta. de reſti. ſpoliatorum declarando ut per Abb. ibi in iiij. notabili, & multum placet.

Vndecimò facit contra Bar. ſecundum Iaſo. quia quando exceptio, quæ obiicitur ſpoliato probationem non requirit, illa impedic agentem recuperandæ, ſecundum Bal. in l. ſi de proprietate. C. ſi à non competenti iudice. per dictum Oldra. in conſi. 274. cauſa quæ uertitur ſuper diœceſano, & in conſilio 224. iſtæ ſunt allegationes. Reſpondetur negando quòd non requiratur probatio in terminis noſtris: quia imò oportet quòd producatur ſententia cum actis: aliàs exceptio non obſtaret, ut per Bar. & omnes. infra in uerſiculo tertio. & ſupra de clarani. ideò non eſt in terminis ex quibus appatet quòd articulus eſt diſputabilis.

93 Reſſolutiuè autem loquendo † tota difficultas dependet ab eo quod tetigit hic Sozin. & idemmet Alexand. infra in ultima concluſione Bar. utrum ſententia lata inter aliquos præcedente ordinario iudicio, faciat notorium inter eaſdem partes in alio iudicio. Nam ipſe Sozi. dicebat quòd non per no. in dicta l. ſed ſi ante. de exceptionib. & per l. poſt rem. ff. de tranſactionib. & per ea quæ habentur in capit. cum dilectus. de ordine cognitio, & leg. Lucius. ff. de his, qui no. infamia. Sed tamen uerior eſt opinio quòd per talem ſententiam inducatur notorium ſufficiens inter ipſas partes: quia teſtes iudicialiter examinati faciunt manifeſtum inter ipſas partes. glo. in cap. ſignificauerunt. de teſtibus. & probatur in dicto cap. ueſtra. & cap. ſi. de cohabita. clerico. & muli. ubi æquiparatur confeſſio cum uitio per teſtes, & notorium. Idem dicitur in capit. cum ad ſedem. in ſi. de reſti. ſpolia. & ibi no. glo. & docto. dicentes quòd non eſt notorium facti permanentis ut non indigeat probatione. ſed tamen quando producuntur acta in alio iudicio faciunt fidem, & notorium inter eaſdem partes, ut declart Areti. in cap. qualiter & quando. de accuſa. & per Decium in cap. in præſentia. de probationib. ex quo notorio inducto eo citato ſequitur quòd probatur petentem reſtitutionem fundare ſe in cauſa iniqua, cum res iudicata pro ueritate habetur, l. res iudicata. de reg. iur. cap. cum inter. extra de re iudi. & ſuccedit ratio poſita in dicto capi. ad ad decimas. Ideò non poteſt retinere eam rem, & poſtquàm acquiſiuit per unam horam non retinebit: quia tenebitur reſtituere, & ſic obſtat regula dolo facis petere, &c: l. dolo. ff. de regul. iuris.

Confirmatur: quia ceſſat cauſa propter quã petebat eam ſibi reſtitui, ſcilicet ut iura poſſeſſionis ſibi reparentur ut habeat commodum poſſeſſionis durante lite, & transferendi onus probandi in aduerſarium, dicta l. ſi quis ad ſe fundum. C. ad legem Iuliam de ui coniuncto. §. commodum. inſti. de interdict. quæ cauſa fuit principalis introducendi remedia poſſeſſoria, l. j. §. inter litigatores. infra uti poſſid. & §. retinendæ. inſti. de interdict. & l. exitus. inf. eodem. & leg. is qui deſtinauit. ff. de rei uendicatio.

Item & tertiò facit: quia propter petitoriũ apparet quòd res debet eſſe penes ipſum perpetuo, l. bona fidea. §. ſi totius. ff. depoſi. & ideò quando diſcuſſum eſt de poſſeſſorio, & petitorio, licèt agens poſſeſſorio uincat in eo: tamen

ſi uin-

uincatur in poſſeſſorio præualet petitorium. &
abſorbet ſibi cauſam poſſeſſorii, dicto ca.cum
dilectus. & cap. cum eccle. Sutrina. de cauſa
poſſeſſionis, & proprietatis. ergo & fortius
impediet poſſeſſionem reſtitui agenti, cum ſibi
uiciſſet in eodem iudicio eam ad ſe traheret in
continenti qui obtinuit in petitorio, & hæc eſt
urgentiſſima ratio, cui non poteſt ſine iniquita
te reſponderi.

Nec obſtat no. in dicta l. ſi ante. ff. de exce-
prio. & per Bar. in d. §. duo fratres. quia pro
cedunt quando incidenter unum diſcutitur.
in primo iudicio, uel per modum exceptionis,
dicto capi. cum dilectus. de ordine cognition.
& declarat idem Alex. infra ſuper ultima con-
cluſione Bar. ſed hic dominium in petitorio nō
uenit incidenter: nequè per modum exceptio-
nis: ſed dicitur uenire principaliter: quia cau
ſa petitorii nihil aliud inducit niſi ut declaret
quis ex litigantibus domius ſit, & quòd declare
tur dominus principaliter petit ipſe actor, &
reſtitutio uenit in conſequentiam, propter quā
cauſam appellatur cauſa proprietatis, ut decla-
rauimus in præmiſſis, & in primo no. & quan-
do reus dicit ſe dominum, & aſſumit onus pro
bandi, non procedit per modum exceptionis:
ſed per naturam eiuſdem actionis. ideò cū prin
cipaliter dominium ſit diſcuſſum, non poterit
amplius inter eaſdem partes nullo alio modo
agendo refricari in dubium, cum pleniſſimæ
probationes in eodem iudicio requirantur, &
per conſequens apparet quòd dicta acta, & ſen
tentia faciunt notorium inter partes, & pro-
bant unum quod amplius reuocari non poteſt.

Nec obſtat ſi dicatur quòd imò æquitas ſuge
rit ut fiat reſtitutio propter condemnationem
damnorum, & expenſarum, quia reſpondetur ꝙ
hæc æquitas non facit quòd teneatur reſtitue-
re rem: nam remanente ipſa poſſeſſione penes
ipſum conuentum poſſeſſorio, poterit condem
nari in damnis, & expenſis.

Nec obſtat ratio quòd eſt æquitas propter le
gem ſi quis in tantam. quia illud eſt nouum re-
medium, & non prohibebitur illud intentare,
& ſi declarabitur dominum priuatum eſſe ex ca
pite illius remedii, fiet reſtitutio non ex inter
dicto unde ui, ut per glo. pe. & ibi Abb. in dicto
cap. paſtoralis.

Nec obſtat ſi dicatur quòd non debet impe
diri proceſſus in poſſeſſorio propter talem ex-
ceptionem. reſpondetur fatendo contrarium
quòd hæc exceptio dominii nō impedit ingreſ
ſum litis: ſed procedetur in poſſeſſorio, tamen
non condemnabitur ad reſtitutionem, & in hoc
differt hæc exceptio ab exceptione rei iudicatę.

94 Qua propter † reſoluendo totum hunc arti-
culum utrum exceptio dominii iam diſcuſſi ꝓ
pter ſententiam latam in petitorio obſtet agē-
ti poſſeſſorio recuperandæ, & dicas quòd aut
opponitur tantummodo exceptio rei iudicatæ,
& hæc non impedit: quia hæc duo iudicia ſunt
diuerſa, & ſententia lata in uno non præiudi-
cat in alio, l. & an eandem. §. fi. infra de exce
tio. rei iudicatæ, quæ licèt loquatur in caſu cō
trario; tamen etiam procedit in iſto propter ra
tionem generalem illius tex. & tex. noſtri. ſi ue
rò uult opponere ſolam exceptionem dolo fa-
ris petere quod reſtituturus es, adhuc etiam il
la non obſtat: quia etiam prædoni datur hoc
interdictum quod clarum eſt in fin. litis tene-
ri reſtituere, dicto capi. in literis. Si uerò
uult opponere exceptionem dominii ex capite:
quia abſolutus fuit à petitis, & hæc ſimiliter nō
obſtat agenti interdicto recuperandæ: quia nō
eſt plena exceptio dominii: quia reus non
eſt declaratus dominus, & potius habet uim ex
ceptionis rei iudicatæ. Sed tamen: quia per
eam inducitur notorius defectus tituli agentis:
quia iudicatur rem non eſſe ipſius actoris, l. ſi
inter te, & me. de excep. rei iudicatæ, proderit
in beneficialibus, ut impediat agentem poſſeſ-
ſorio ad reſtituendam poſſeſſionem beneficii:
quia eam nemo poteſt habere ſine titulo ut per
Abb. in dicto cap. in literis. nu. 23. cum præce-
dentibus, quòd etiam procedet in aliis caſibus
in quibus notorius defectus dominii in agentē
impedit poſſeſſionem rei petitæ habere. Si au
tem aliquis opponit exceptionem dominii iam
diſcuſſi: quia ipſe iudicatus eſt dominus: tunc
nec etiam impediet agentem ſi prætēdat aliqđ
ius habere ſeparatum à dominio, ut ius uſusfru
ctus feudi, emphyteuſis, uel pignoris. Si ue-
rò prætendit poſſeſſorium ex eadem cauſa, tūc
repellitur per talē exceptionem ſi reus uincens
producit ſententiam latam cum actis, & non
intendit impedire ingreſſum iudicii. ſed tan-
tummodo impedire executionē, & uictoriam.
Item ſi non intendit impedire condemnationē
expenſarum, damnorum, & intereſſe, uel non
intendit impedire declarationē quòd ipſe per
uiolentiam ſit priuatus re ſua: nam ſolum per
talem exceptionem poterit impedire reſtitutio
nem poſſeſſionis ipſius rei, tamen procedetur
in poſſeſſorio, & condemnabitur in expenſis,
damnis, & intereſſe, & ſi probabuntur requiſita
ad remedium l. ſi quis in tantam. C. unde ui,
priuabitur per ſententiam nouam dominio ip
ſius rei, & ex hoc capite tenebitur reſtituere, &
ſic apparet quòd hæc exceptio multum reſtrin
gitur ut facta plena probatione impediat ſim-
plicem reſtitutionem rei. & hæc de iſto articu
lo qui propriè pertinet ad hanc lecturam. Ta-
men quia rarò poteſt euenire quòd opponatur
hæc exceptio, ideò docto. inſtant ſuper alio arti
culo: quando opponitur exceptio dominii ſim-
pliciter non diſcuſſi per aliam litem præceden
tem utrum hæc exceptio præiudicet, & genera
liter poſteà addunt de aliis exceptionib.

95 Regula eſt igitur ex mente omnium † quòd
ſpoliatus ante omnia eſt reſtituendus, reiecta
omni exceptione oppoſita per ſpoliantem,
etiam quòd ſit exceptio dominii per dictam le

gem ſi quis ad ſe fundum. & l. primam. §. qui à me. & l. ſi colonus. infra de ui, & ui arma. & cap. in literis. de reſti. ſpolia. quæ procedit ut non tantum fiat reſtitutio ad ipſam rem ablatam: ſed etiam condemnetur ad omnia damna expenſas, & intereſſe, l. quoniam multa facinora, & dicta l. ſi quis ad ſe fundum, ſecundum unum intellectum. C. ad leg. Iuliam de ui, & capi. accedens. ſecundo. & ibi Abb. in pen. notab. extra ut lite non conteſta. in quibus expenſis continentur etiam illæ quæ factæ ſunt in conuocandis amicis, & eis nutriendis, & parandis armis etiam quòd prepulſauerit aggreſſorem in continenti, & nunquàm amiſerit poſſeſſionem ſeu tandem amiſerit, d. leg. quoniam multa. & di. l. ſi quis ad ſe fundum. ſecundum unum intellectum.

Ampliatur hæc concluſio primò procedere in omnibus quinquè caſibus poſitis in limitationibus præcedentis articuli: quia quàmuis ibi ſint limitationes, hic uerò dicuntur eſſe ampliationes.

Item ampliatur procedere etiam quòd res ſit perempta, & opponatur exceptio compenſationis: quia ante omnia debet reſtitui non obſtante quacunquè exceptione compenſationis, l. fi. C. de compenſatio.

Ampliatur etiam procedere in omnib. aliis uiginti remediis relatis ſupra in prima ptenia inſpectione, in quibus agitur de particulari remedio recuperandi poſſeſſionem, & eis agenti non poteſt opponi exceptio dominii: nequè alia exceptio, & ideò in caſu legis meminerint. C. unde ui. nulla exceptio admittetur, cuius materiam hic Ripa uidetur examinare: ſed ego plenè dixi in l. iuſtè poſſidet. infra eodem, quibus tu potes addere dicta hic per eum: quia ſunt notanda, & proſunt pro ornamento ipſius à nu. 59. uſquè ad nu. 69.

Ampliatur etiam procedere in ſpoliato propria libertate, ut in eo qui fuit carceratus de facto, etiam quòd ſit uerus debitor: nam ante omnia debet excarcerari, & reſtitui in ſuam libertatem etiam quòd petatur pro illo uel alio debito uerò recommedari, ut per Bar. in l. ij. in §. fin. in fi. ff. de cuſto. eorum, & Lapus in diſputatione ſua iniuſtæ exercerationes. Anchar. conſilio. 292. cum aliis allegatis per Ripam, hic num. 36.

96 Ampliatur † etiam procedere ſi opponatur exceptio quòd renuntiauit agens poſt ſpoliationem: quia illa non auditur: quoniam præſumitur eam metu feciſſe, ut probatur in cap. ſolitæ. iuncto cap. accepta. de reſti. ſpol. & ibi ego dixi, & rationem ponit Abb. in dicto cap. accepta. in quartò notabili, & idem eſſet ſi opponatur de promisſime facta ante ſpolium, quam promiſiſſet ſi fuiſſet ſpoliatus non agere ſpolio: quia talis promisſio non ualet, l. prima. §. illud. ff. depoſi. Abb. in cap. ij. col. fi. de reſti. ſpolia.

97 Ampliatur † etiam procedere, ut interim antequàm fiat reſtitutio ſpoliatus nō teneatur reſpondere in cauſis criminalibus. capi. item ſi quis. de reſti. ſpol. cap. primo. & per totum. 3. quæſtione prima.. Abbas in cap. uenerabilis. de officio delegati. quod intelligit Rip. procedere in ſpoliato omnibus bonis, uel maiori parte, ne cogantur inermis litigare, cap. frequens. de reſti. ſpolia. & tunc oportet quòd integraliter reſtituatur antequàm reſpondeat, & non ſufficit reſtitutio maioris partis Sozi. conſi. 12. in iij. dubio. uel primo. ubi uult etiam procedere quocunquè modo criminaliter pulſetur, ut per Geminianum in dicto capi. foris. Tamen tex. in cap. item ſi quis. non uidetur loqui de priuato omnibus bonis: ſed de quocunquè ſpoliato, niſi concordando dicas quòd ſi crimen opponatur ad repellendum in ſpolio in nullo tenetur reſpondere; quia præſumitur calumnioſè accuſari ut impediatur agere. ſi uerò principaliter accuſetur, uel inquiratur ſpoliatus, tunc requiratur ſpoliatio maioris partis bonorum, ut per eum nu. 55, cogita tamen: quia tex. in dicto cap. frequens. uidetur declarare, & reſtringere dicta iura, & de iure ciuili non admittitur hæc limitatio ut per Bar. infra in prima quæſtione. niſi in ſpoliato omnibus bonis uel maiori parte ex æquitate, & per rationem dicti cap. freqnens.

Ampliatur etiam qnòd nedum nulla exceptio poteſt opponi. ſed nec etiam poteſt conueniri ſpoliatus petitorio, donec ſteterit tanto tempore reſtitutus, quanto ſtetit ſpoliatus, Abbas in cap. uenerabili. in glo. prima de offic. delegati per tex. in cap. ij. tertiò. & cap. tandiu. iij. quæſtione ſecunda. quòd tamen Ripa intelligit de eo qui ſpoliatus omnibus bonis, uel maiori parte, ut uidentur loqui dicta iura: tamen eſt diuinatio: quia illa iura hoc non dicunt, & ſunt ultra decem, & ideò reſtringerem ad unum annum tantum, uel ad ſex menſes, ut dicitur in cap. eiectis. dicta 3. quæſtione ſecunda. quod eſt ualde notandum in iure canonico, & potius poteſt dubitari de iure ciuili, æquum tamen eſt, & confirmatur: quia ſicut in pœna tenetur reſtituere rem, & tantundem, ità etiam teneatur reſtituere in pœnam tantumdem temporis, & procederet etiam in aliis obiectionibus.

Ampliatur quoquè in perſonis. Et primò ampliatur procedere etiam qnòd ſit prædo qui prius ſpoliaſſet, uel clam ſeu precario poſſideret à ſpoliante, dicta l. ſi quis ad ſe fundum, & dicto cap. in literis. cum ſimilibus. & §. recuperandæ. inſti. de interdictis. Et de clandeſtino ingreſſore. Alex. hic inſiſtit per unam columnam dubitans an debeat limitari uel ampliari hæc regula, & finaliter concludit quòd debet ampliari.

Ampliatur etiam procedere in eo qui mandauit ut alter deiiceretur: nam & ipſe ante omnia

nia reſtituere debet, & idem ſi ſine mandato alius fecillet: tamen ipſe ratificallet ſpolium: quia ſpoliatus per alium poteſt agere, & debet ante omnia reſtitui, l. prima. §. deieciſſe. & §. quoties. de ui, & ui arma. & capi. cum ad ſedem. de reſti. ſpolia. interuenientibus tamen requiſitis per Paulum de Caſtro in conſi. 272. uidetur quòd per prædicta. Imò non tantum ſpoliatus per alium poteſt agere: ſed etiam ille qui succeſſit ſpoliato uniuerſaliter, uel ſingulariter debet reſtitui ante omnia, dicto cap. ſæpe. de reſti. ſpolia.

100 Ampliatur † procedere quòd non tantum ipſe ſpolians ante omnia tenetur reſtituere: ſed etiam omnes eius ſucceſſores uniuerſales, & ſingulares, etiam in beneficio, ut dicitur in dic. cap. ſæpe. de reſti. ſpolia. quibus nec exceptio dominii: neque alia exceptio proderit: quia ſuccedunt in re uitioſa ſeu in ſpolio. quinimò etiam ſucceſſores qui iuſto titulo, & bona fide poſſident tenentur ante omnia reſtituere, ſi tamen re. dolo, uel fraude, uel aliqua iniuſta cauſa antiquior poſſeſſor fuit priuatus, ipſe enim ante omnia cum fructibus tenetur reſtituere. hoc tamen ultimum de ſucceſſoribus cū bona fide non procedit quando intentatur interdictum de ui, & ui arma. & alia ſimilia interdicta: ſed procedit quando intentatur unum ex tribus, ſcilicet legem inuaſor. C. unde ui. uel remedium l. ſi coloni. C. de agrico. & cenſi. lib. xj. uel remedium cap. reintegranda. tertia quæſtione prima. quod eſt plenius, & illud plenè comentat Soz. in l. rem quæ nobis. inf. eo.

Limitatur uerò dicta regula generalis non procedere: quando opponitur exceptio dominii iam diſcuſſi cum declarationibus ſupra traditis.

Limitatur ſecundò non procedere: quando opponitur exceptio dominii notorii etiam non diſcuſſi, dicto cap. ad decimas. de reſtit. ſpoliato.

Limitatur tertiò non procedere in ſpoliato agente interdicto, habente annexam cauſam proprietatis, & per ea quæ dixit Bar. hic in prima ſua concluſione.

Limitatur quartò non procedere in beneficialibus etiam ſi non eſt notorium dominium rei: ſed tamen eſt notorius defectus proprietatis, ut quia reus fuit abſolutus à petitis diffinitiuè, & in hoc differunt beneficialia à prophanis, ut ſupra dixi per dictum capitulum ad decimas. coniuncto capitulo beneficium. de regul. iur. in 6 & per Abb. in dicto capi. in li-
101 teris. nu. 24.

Limitatur † quintò non procedere in ui compulſiua: quia non tantum admittitur exceptio dominii notorii: ſed etiam exceptio dominii non notorii, ſi paratus eſt probare in continenti. Bar. in l. pen. in ſecunda oppoſitione ſupra de conditio. ob turpem cauſam, & Bal. in leg. iij. eodem tit. & in cap. ſuper hoc. cum glo. de renuntiatio. & Imol. & Alex. hic num. 18. Bal. tamen, & Bar. allegat cap. ſecundum, & tertium de reſti. ſpolia. qui non probant: quia ibi clericus fuit ſpoliatus per uim ablatiuam ipſo beneficio, licèt præſumatur renunciaſſe per uim compulſiuam, & in cap. iij. ſimiliter fuit uis ablatiua, & illa duo iura concordantur alia cōſideratione: quoniam in cap. iij. ille renuntiauerat beneficio ante ſpoliationem, & ideò amplius non poſſidebat, & non potuit ſpoliari, meritò exceptio reſpiciebat cauſam poſſeſſorii, & admittitur in cap. ſecundo erat facta renuntiatio poſt ſpolium, & quando fuit ſpoliatus, poſſidebat, & uerè fuit ſpoliatus meritò ante omnia reſtituitur. unde limitatio melius probatur. in lege final. §. final. ff. quod metus cauſa, ubi coactus ſoluere per pœnas iniuſtas iudicis non poteſt repetere, ſi opponatur exceptio ueri debiti, quàmuis in ui ablatiua non admittatur, ut in l. meminerint. C. unde ui, & declarat Anchar. conſi. 112. uidetur prima facie. & Iaſ. in l. iubere cauere. de iuriſdictio omnium iudicum. col. ij. & hic per Ripam nume. 74. uerſi. 6.

102 Limitatur ſextò † non procedere in ſpoliato clam, ut ſi agat obſtet exceptio dominii, etiam non notorii ſecundum Bal. hic, & in additionibus ſuis, per l. ſi de eo. §. fi. infra eodem. Sed Imo. repræhendit, & Alexa. proſequitur per unam columnam, & finaliter concludit limitationem non ueram per doctrinam Bar. in leg. ſi coloni. C. de agri. & cenſi. lib. 10. & Innoc. in cap. poſt electionem. in fi. de conceſſio. præbendæ, qui uolunt quòd in remedio cap. reintegranda. ante omnia qui cecidit à poſſeſſione ex qualibet iniuſta cauſa ſit reſtituendus, & ſequitur Sozi. in l. rem quæ nobis. infra eodem, & in conſi. 266. in cauſa. colnni. ſecunda lib. ſecundo. Et ad dictam legem. ſi de eo. reſpondet ut per glo. ibi quòd loquitur reſpectu dominii non poſſeſſionis. Ripa uerò hic diſtinguit, Aut conuenitur remedio reintegrandæ, & procedit opinio Alexa. Aut conuenitur tanquàm clam poſſidens, & tunc obſtat exceptio. Tu autem adde quòd Alex & alii. infra in interdicto retinendæ ſpecialiter formant quæſtionem. An agens interdicto retinendæ cōtra clam poſſidentem iux. §. qui ad nundinas, repellatur per exceptionem dominii, & tenent quòd ſic, per no. per Bar. in dicta l. ſi coloni. C. de agrico. & cenſ. lib. x. quia obſtat exceptio dolo facis petere: ergo uidetur quòd clandeſtinus poſſeſſor poſſit ſe defendere per talem exceptionem, & eandem opinionem tenuit ibi Sozi. Tamen Ripa hic tenuit contrarium quòd imò non obſtet exceptio dominii, neque exceptio dolo facis: quia nec etiam obſtat agenti poſſeſſorio recuperandæ, & ſic tenet quòd in hoc remedio: nec etiam exceptio dominii obſtet, niſi ſit dominium prius diſcuſſum, & iſtam partem ego puto ueram: quia apperiretur locus fraudibus

quòd unuſquiſquè poſſet expectare aduerſariũ abeſſe à re, & poſteà clam ingredi, & ſi conueniretur poſſeſſorio opponeret exceptionem dominii, & ita cogeret eum litigare extra rem, & ſi nos uidemus quòd bonæ fidei poſſeſſor non iuuatur exceptione dominii per remedium dicti cap, reintegranda. eodem modo nec etiam debet clandeſtinus poſſeſſor cum mala fide iuuari excep:ione dominii, & hæc eſt tutior opinio, & in eam uidetur inclinare Alexander hic uolens quòd potius ſit ampliatio, non autem limitatio.

103 Limitatur† ſextò non procedere in caſu cap. j. de reſti. ſpolia, quando agens poſſeſſorio recuperandæ permittit reum facere probationea in cauſa proprietatis: nam tunc uidetur renunciare ipſi poſſeſſorio, ideò ſemetipſum excludit, & ſequitur Iaſ. in l. prima. ſupra de no. operis nunc. col. iij. Sed tamen quia hæc limitatio procedit ex ui renuntiationis oportet quòd interueniant coniecturæ quòd uelit renuntiare: quoniam regulariter non inducitur renuntiatio poſſeſſorii per tex. noſtrum, & l. cum fundum. §. fi. inf. de ui, & ui arma.

Ad tollendas tàmen difficultates cautela eſt quòd agens quando opponitur de dominio dicat quòd non debet audiri, & non conſentit iux. cap. fina. de ordine cognitionum, uel ſaltem proteſtetur quòd ſi fiãt probationes intendit ſalua eſſe iura ſua, ut dixit Bar. in dicta l. ſi quis ad ſe fundum. iu fin. primæ col. uerſi. item priuilegiata. per dictum cap. primum. & comprobat etiam de iure ciuili: quia ſicut actio habet executionem ſi non opponitur exceptio, ità etiam exceptio procedit ſi non opponitur replicatio, l. quoniam Alexandrum, inf. de adulteriis, & inſti. de replicatio. per totum, & hanc opinionem tenet hic Ripa confirmans eam per multa ſimilia, & ſequitur Alex. hic nu. 31. uerſi. quartodecimò. dicens aduocatum debere eſſe cautum.

104 Septimò limitatur † ubicunquè facta reſtitutione recuperatio eſſet ualde difficilis, uel impoſſibilis. de impoſſibili eſt exemplum quando incurreretur peccatum, de difficili eſt exemplum in fortiliciis. Nam ſi conuentus offerat ſe probaturum dominium incontinenti debet audiri, & probato dominio impediri reſtitutio, ut in cap. literas. de reſti. ſpol. & ibi Abbas, & glo. in dicto cap. j. de reſti. ſpol. & Paulus de Caſtro. in l. ij. C. de edicto diui Hadri. tollend. cum ſimilib. allegatis per Alex. Facit lex ſecunda. ff. de appellationib. recipiend. iuncta l. ante ſententiam. C. quorum appellatio. non recipiantur. & ideò propter damnum irreparabile licitum eſt reſiſtere iudici de facto procedenti, cap. non debet. undecima quæſti. iij. cap. non in inferenda. 23. quæſtione prima. Bar. in l. ſi alius. §. belliſſimè. ff. quod ui aut clam, Fely. in cap. in quando in fi. & in ca. in literis. de offic. delegati et hic per Ripam qui melius loquitur quàm faciat in xij. limitatione ubi refert exceptiones quæ obſtant coniugi agenti ad reſtitutionem coniugis.

105 Octauò limitatur † ratione ſcandali euitandi: quia ſi ſine ſcandalo reſtitutio fieri non poſſet niſi prius diſcutiatur de proprietate, debet admitti exceptio dominii. Antonius in cap. ex parte. de reſti. ſpol. col. fi. ubi dicit quando Abbas petit ſibi reſtitui monachum ingreſſum diuerſam religionem diuerſi habitus, ut eueniat quòd reſtitutus poſteà impetitorio reo uincente, ſæpius diuerſis habitibus uideretur, tunc admittitur exceptio dominii. Ripa tamen dicit quòd mutatio habitus facit leue ſcandalum nihilominus tenet concluſionem per aliam rationem: quia interdictum de lib. homine exhibendo habet annexam cauſam proprietatis, quod pro monacho uidetur concedi ſecundum Abbatem in cap. nuper nobis. in fi. de teſtibus Sed Rip. in hoc decipitur ſicut in beneficialib. & matrimonio: quia imò petitur monachus ex ſolo poſſeſſorio.

Nec obſtat dictum Abba. ibi: quia ipſe uult quòd debeat probare de titulo colorato: quia homo liber ſine cauſa poſſideri non poteſt, le. cum hæres. in fi. infra eodem. & ſine tit. non poteſt probari poſſeſſio: tamen per hoc non habet annexam cauſam proprietatia, ut declarat Abb. in cap. in literis. de reſti. ſpolia. ſi tamen profeſſio ex alio fuiſſet nulla uel defectiua cognoſceretur in petitorio, ſicut in matrimonio & ſponſalibus, & beneficialibus. Vnde exemplum eſt bonum.

Nec obſtat quòd ſit leuè ſcandalum: quia imò uidetur eſſe magnum: quia inducitur irriſio, & contemptus, & ſignum leuitatis: arg. no. in cap. non debet. de regulari. Confirmat poſtea bene per glo. in cap. In primis. ij. quæſtio. j. & in ſumma. xij. quæſtione prima. & cap. ad petitionem. de accuſatio. & Fely, in cap. nihil poſt ſcandalum. iu 6. fall. de præſcriptionibus dummodo ſit graue. Cur. conſilio. 67. columna 18.

106 Nonò† limitatur non procedere quando præſumptio iuris eſt contra ſpoliantem. dicto cap. ad decimas. de reſti. ſpolia. & continetur ſub prima. Sed in cõtrarium facit capitulum ſi epiſcopatus. de præben. in 6. coniuncto cap. de multa. de præbend. ut ſi quis tenet duo beneficia curata ſecundum diſpoſitionem iuris uacat primum, & tamen uidemus quòd non poteſt priuari poſſeſſione niſi fuerit citatus, & iudicialiter priuatus, dicto cap. ad decimas. Sed reſpondet Abb. in dicto cap. in literis. num. 24. quòd in cap. ad decimas. præſumptio iuris fundat dominium ſpoliantis. & inducit quoquè defectum proprietatis in ſpoliato: ſed non in dicto cap. ſi epiſcopus.

Secundò tu reſponde quòd ibi non eſt defectus notorius, cum ſit neceſſarium quòd pacificè poſſideat ſecũdum ad hoc ut uacet primum

quod

quòd nnn eſt notorium, imò requirit plenam probationem. Item ſi nunc uiri literati poſſunt ea obtinere, dicto cap. de multa. in fi. & omnes alii ſi habent diſpenſationem, quæ diſpenſatio in certis caſibus permittitur, & ideò præſumitur, & ſic non procedit quando præſumptio iuris elideretur aliis probabilibus preſumptionibus, capi. cum eccleſia Sutrma.de cauſa poſſeſsio.& proprie.

Item procedit niſi petatur reſtitutio per remedium attentatorum quando pendente lite fuit facta ſpoliatio. Aretin. in cap. ſi conſtiterit. de accuſationibus. Philip.Francus in capi. bonæ. de appellationibus niſi eſſet defectus petentis beneficium: quia in attentatis ſuſpenditur o impedit reſtitutionem, Rota in deciſio. 440. aliàs in deciſione 14. in nouis fuit dubitatum. & Gemini. in dicto cap. ad decimas. & hic Ripa.

107 Decimò † limitatur quando exceptio proprietatis opponitur à tertio, qui dicit rem non debere reſtitui agenti: ſed ſibi: quia ratio eſt ſua, & litigatorum: quia ratio odii contra ſpoliantem non militat contra tertium. ideò ipſe debet audiri in ſua dominii exceptione antequàm fiat reſtitutio. Anto. Abb. & alii in dicto cap. in literis. Lapus in alleg. 26. & Rota deciſio. 149. in nouis, & Alex. hic per leg. bona fides. ff. depoſi. & Ang. in dicta l. ſi quis ad ſe fundum dummodo ius tertii ſit ſeparatum à iure ſpoliantis, ſecundum Antonium in dicto cap. in literis. ſecus ſi propter coniunctionem psodeſſet etiam ſpoliatori, Inno.in cap.ueniẽs de ſponſ. Abb. tamen in cap. ueniens. ſecundò de teſti. & ibi Fely. col. iiij. & Abb.in cap.item cum quis. de reſti. ſpolia. dicit quòd connexitas non debet facere quòd tertius priuetur iure ſuo: arg. cap. in ſacris. de ſepultur. & capi. quod autem. ubi glo. 23. quæſtio. iiij. Et ſocio delinquenti remittitur pœna propter ſociũ nõ delinquentem, glo. in capi. ſed & continuo.de pœnitentiis diſtinctio. prima. & Bar. in le. ad eius. de aqua pluuia arcenda. Iaſ. in l. ſi eman cipati. C. de collatio. Rip. hic tenet opinionem primam quòd imò tertius repellatur propter ſpoliatorem, per l. ſi duo. ff. ſi quis cautionib. ubi non committitur pœna ne dolus ſocii proſit alteri, poſteà uult quòd opinio Antonii procedat quando exceptio tertii æquè principaliter reſpicit utilitatem ſpoliatoris: ſecus ſi principaliter non reſpicit: quia præualere debet tertii utilitas, mihi autem placet quòd tertius non audiatur: quia apperiretur uia fraudibus, & fratres, & ſocii ſæpe facerent colluſionem, & eſt ſuſpicio tacitæ ratificationis. & nõ poteſt allegare tertius iſtum intereſſe, cum non facta ſpoliatione cogebatur agere contra ſpoliatum: ſicut aget facta reſtitutione, uel ſaltem parum intereſt quòd ipſe agat contra unum uel contra alium, & ex dolo alterius non debet lucrari in præiudicium tertii.

108 Vndecimò † limitatur non procedere: quando exceptio proprietatis concluderet agentẽ non poſſidere: quia illa erit admittenda ut in beneficio quòd ſit laicus qui incapax eſt ſpiritualium, cap. cauſam. de præſcriptionib. Ab. in cap. in literis. & in cap. ex parte.de præſcriptio.quia qui non poſſidet non poteſt ſpoliari Bal. & Alex. hic, & in l. j. C.ſi de momentanea poſſeſſione, & l. ij. C. de edicto diui Hadriani tollendo, & Ang. in l. dolo. infra de exceptio. doli, & probatur in cap. accepta.de reſti. ſpol. iuncto quarto notabili Abb.ibi. Et quo infertur quòd exceptio reſeruationis papalis impedit reſtitutionem: quia illa inficit titulum, & poſſeſſionem, cap. ſi eo tempore. de electi. in Rota in deciſione. 16. in nouis cum ſimilibus adductis hic per Ripam, qui eam defendit ab obiectionib. Areti.

109 Duodecimò † limitatur non procedere in excommunicato ſpoliato qui nõ poteſt agere nullo modo: quoniam exceptio excommunicationis eum repellit ab agendo, cap.intelleximus. de iudic. & in ſpecie glo. in cap. j. in uerbo audientiam. 23.diſtinctio.& in §. uerum. iij.quæſtione 7. & in cap. primo. 23. quæſtio. j. Abb. in cap. à nobis. de exceptionib. nec poteſt nuntiare nouum opus, Iaſon in l. j. col. iij.de noui oper. nunc.intelligendo tamen quòd ſit excommunicatio maior, & non minor, Archidiaco. in dicto cap. primo, & Gemi de reſcrip. in 6. quod eſt generale: ſed in materia ſpolii exceptio excommunicationis non obſtat quando petit ſe reſtitui ad illud quo priuatus fuit propter excommunicationem, ut ad poſſeſſionem communionis hominum, glo. in cap. nudus. & ibi Archidiaco. ij. quæſtione ij. Anto. in ca. cum inter. col. 7. de exceptionib. quia excommunicatus ad infringendam excommunicationem, ut ad abſolutionem petendam agere poteſt, cap. tua. & cap. ſacro. cum materia de ſententia excommunicationis, & propterea etiam poteſt petere ſe reſtitui ad actus permiſſos, ſi per excommunicationem fuit priuatus, ut per Abba. in dicto capitulo intelleximus. columna iij.

Tertiò excommunicatus auditur: quando ſpoliator eſt ſuſpectus de fuga, Abbas in capi. cum inter columna quinta de exceptionibus. per quòd extenditur lex ait prætor. §. ſi debitorem, de his quæ in fraudem creditorum.

Quartò excommunicatus auditur ad reſtitutionem uxoris, Hoſtienſ.in ſumma de reſti.ſpolia. §. quoniam. uerſi. quid ſi uir. & Abb. in dicto cap. cum inter. col. iij. & in cap.ex inſinuatione. de procuratoribus Fely.in dicto ca.cum inter.columna ſecunda Alex. in l.de pupillo.§. ſi procurator. digeſt. de noui operis nuncia.

Quintò auditur excommunicatus ſi eſt ſpoliatus lite pendente, agens remedio attentatorum, Rota in deciſio.13.in antiquis ſub tit. de reſti.ſpoliato.

110 Decimotertiò † limitatur non procedere in hæretico ſpoliato, cui obſtat exceprio proprietatis, imò exceptione hæreſis repellitur ab agẽdo: quia non audirur etiam in poſſeſſorio, cum hæreticus nihil poſſideat: uec poſſidere poſſit cap. primo, & ſecundo. xxiij. quæſtione 7. & in uxore eſt rex. in cap. inter. de purgatio. canonica. & cap. quanto. de diuortiis. Vnde ſuccedit quòd eſt exceptio poſſeſſorii non petitorii: arg. no. in cap. accepta de reſti. ſpolia. & ſupra dixi. Facit glo. in capi. in nomine domini. 23. diſtinction. & in capitulo dilectus. de reſcrip.

Decimoquartò fallit in depopulatore agrorum, aſſaſſinis, & bannitis quos licer occidere ur habetur in lege amiſſione. §. deficiunt. ff. de cap. deminutio. & lege prima. C. quando liceat ſine iudice ſe uendicare: argumento legis in ſuis. in fine. digeſt. de liber. & poſthumis. & ibi Angel. & legis non debet. ff. de regul. iuris.

Decimoquintò limitatur non procedere in antipapa. & tyrannis ſpoliatis, qui non debent reſtitui. Marti. in tracta. de principe. uerſi. 70. & eſt ratio: quia exceptio ſimouiæ eſt poſſeſſoria cum impediat eum poſſidere, & per conſequens non dicitur ſpoliatus ut in præcedenti, & ſic non eſt bona limitatio: quia exceptiones reſpicientes poſſeſſorium ſemper admittuntur, dicto cap. accepta.

Decimoſextò limitatur in ſimoniaco ſpoliato cui obſtat exceptio ſimoniæ, cap. accuſatum. cap. tanto. de ſimonia. Archidia. & alii in ſumma iij. quæſtione prima. & eſt ratio: quia & ipſa exceptio afficit poſſeſſionem, & eſt exceptio poſſeſſorii non petitorii, Abbas plenè in dicto capitulo cum quis. numero. 9. de reſtitu. ſpolia.

111 Decimoſeptimò † limitatur in omni criminoſo cui opponitur exceptio criminis inducentis priuationem beneficii, Abb. poſt alios in capi. cum quis. de teſtitu. ſpoliatorum ubi dicit etiam quid in prophanis. & Cat. in ſumma iij. quæſtione prima.

Decimooctauò limitatur non procedere quãdo opponitur exceptio proprietatis, quæ non requirat probationem partis. in l. pen. C. ſi à non competenti iudice. & Alexand. poſt Oldradum conſi. 224. iſtæ ſunt allegariones. Sed fallentia continetur ſub prima, & nona; quia tunc dicitur notorium iuris ut in dicto cap. ad decimas.

112 Decimononò † limitatur non procedere fauore eccleſiæ: quia ipſa poterit opponere exceptionem proprietatis in continenti probandã ſecundum Bal. & Alex. hic. Sed Ripa dicit ꝙ hoc priuilegium uideretur etiam conceſſum rei publicæ, & fiſco, & aliis qui ponuntur in le. j. & ſi. C. de edendo. unde obſtat dictum cap. in literis. de reſti. ſpolia. in ſui generalitate. Tu dicas quòd iſta uidetur contineri ſub illa in qua dicitur quòd tertius poteſt audiri in exceptione dominii, & uidetur poſſe ſaluari ut licèt tractetur de reſtitutione ſpoliationis, tamen fauore ipſarum perſonarum admittetur exceprio proprietatis connexa à tertiò propoſito.

113 Vigeſimò † limitatur niſi opponatur exceptio alterius ſpolii, cap. fiua. de ordi. cognitio. quod tamen intelligitur ſi ſpoliatus agit: ſecus ſi ſpoliatus excipit tantum de ſpolio alio. Ità dicitur in cap. cum dilectus. de ordine cognitionum ubi plenè per Ab. & alios hæc exceptio examinatur, & per glo. in cap. antiquitus. ij. quæſtione ij.

114 Vigeſimoprimò † limitatur non procedere in ſpoliato poſſeſſione rei mobilis: quia ſpoliator poteſt opponere exceptionem dominii in continenti probandam Bal. in l. requirendi. C. de ſetu. fugitiuis. ipſemet tamen Bal. in l. in ciuile. C. de fur. dicit contrarium, Ripa hic conatur concordare, tamen ego puto quòd limitatio non ſit uera: quia imò ante omnia debet reſtitui ſpoliatus, ut patet in titulo. ff. ui bo. rap. nam illud requirit dolum, & diſpoſitum fuit quòd etiam rapiens credens rem eſſe ſuam priuatur, ut in §. primo. inſti. ui bonorum rap. & æquiparat res mobiles immobilibus, & Bal. in dicta l. inciuile. loquitur de furto quo quis priuatur clam, & non obſtat exceptio dominii. ergo tanto minus in ſpoliato uiolenter, & facit gloſſ. & ibi Dy. in lege ſi de eo. §. finali. infra eodem. ubi Baldus etiam dixit quòd pro re mobili competunt cætera remedia poſſeſſoria.

Nec obſtat dictum Bal. in dicta l. requirendi. quæſt. fi. quia loquitur de ocultarore ſerui fugitiui in cuius domo perquiritur: quia eſt præſumptio quòd ſit dominus, & eſt remedium ſeparatum perquirendi ſeruum à poſſeſſorio recuperandæ.

Ex quibus apparet quòd licèt regula ſit multum generalis, & multum ampliata, quòd ſpoliatus ante omnia debet reſtitui, & quòd nulla exceptio admittitur ad impediendam reſtitutionem, nihilominus multæ exceptiones admittuntur ut patet in præcedentibus, quàmuis plereq; ſint quæ reſpiciunt ipſam cauſam poſſeſſionis, & poſſeſſorii, & multæ etiam ſint quę reſpiciunt inhabilitatẽ perſonæ, tres autem ſunt principales quæ admittũtur, exceptio dominii diſcuſſi cum productione ſentẽtiæ, & actorũ, & exceptio dominii non diſcuſſi quando eſt notorium, & exceptio inducens notorium defectum iuris ipſius ſpoliati, maximè in beneficialibus. quæ omnes limitationes poſſunt etiam opponi ad interdictum retinendæ: quando tractatur de recuperatione alicuius poſſeſſionis amiſſæ, ut dicemus in ſequenti articulo, & hæc de interdicto recuperandæ.

118 Tertium eſt † caput in diffinitione Bar. utrum exceptio rei iudicatæ, & exceptio dominii iam

diſcuſſi

diſcuſſi uel nō diſcuſſi obſtet agēti poſſeſſorio retinendæ, in quo capite duo ſunt principales articuli. Vnus eſt quando præceſſit diſcuſſio petitorii, & lata fuit ſententia in eo, & iſte propriè pertinet ad lecturam noſtram, & de eo uidetur loqui Bar. hic, ex eo: quia quęrit de ſententia abſolutoria an pariat exceptionem rei iudicatæ in poſſeſſorio? quem articulum nos expediuimus in præcedentibus ſuper lectura, & ibi fecimus concluſionem contra Bar. ſequendo Alex. quòd exceptio dominii iam diſcuſſi, quando reus indicatus fuit dominus obſtet agenti poſſeſſorio retinendæ: quia tunc concurrit cum eo regula dolo facis petere quòd reſtiturus es, dūmodo producantur acta cum ſententia in iudicio poſſeſſorio, & non agatur ex iure ſeparato à dominio cum aliis declarationibus ibidem poſidet ſi eſſemus in beneficialib. ſi reus eſſet abſolutus à petitis, adhuc obſtaret exceptio agenti poſſeſſorio recuperandæ: quia induceretur notorius defectus ſpoliati in iure beneficii. unde non poſſet agere per no. in d.cap. accepta. de reſti. ſpolia. cum ſimilib. ſop. adductis.

116 Secundus † autem remanet articulus utrū cōtra agentem poſſeſſorio retinendæ poſſit opponi exceptio dominii non diſcuſſi, qui caſus magis frequenter contingit, & Bar. hic à fortiori dicit quòd non: quia ſi in præcedenti caſu uult ꝙ non obſtet minus in hoc articulo obſtabit, & uidentur ſequi communiter doct. Sed contrarium uidetur ipſemet tenere in l. ſi coloni. C. de agricol & cenſ. lib. x. ubi tenet exceptionem dominii obſtare in poſſeſſorio retinendæ ſi paratus eſt in continenti eam probare, per l. dolo facis. inſ. de exceptio doli, & per glo. in l. ſi de ui. in fi. de iudi. Alex. hic dicit concordari poſſe opiniones: quia ſi in poſſeſſorio retinendæ nullam petit reſtitutionem fieri: ſed ſolum poſſeſſionem quam habet conſeruari à moleſtationibus aduerſarii, & tunc non poteſt obiici exceptio dominii: quoniam non poteſt conuenire exceptio dolo facis petere cū nihil petat: ſed ſuū tantummodo conſeruare uellet, ſi uerò petit aduerſarium condemnari ad reſtitutionem poſſeſſionis quam clam abſtulit, iux. §. qui ad nundinas. & l. j. inſ. uti poſſid. & tunc obſtat exceptio dominii: quia conuenit regula dolo facis petere. Rip. etiam hic allegat multas doct. contrarietates plenius quàm faciat Alex. & etiam refert diſtinctionem Alex. poſteà eam repræhendit: quia ſicut regula dolo facis petere, non obſtat agenti poſſeſſorio recuperandę: quando opponitur exceptio dominii non diſcuſſi per dictam legem ſi quis ad ſe fundum. & dictum capi. in literis, ita nec agenti poſſeſſorio retinendæ: quia ęquiparantur, ut per Bar. inf. in combinatio. Item agens pro retinenda poſſeſſione ſatis dicitur petere: quia petit patientiam præſtari ab aduerſario cuius libertatem tenetur reſtituere, ut dicit Salyn. in dicta l. incerti. C. de interdictis per l. iij. §. dare. ff. de uſufructu. & le. quoties. ſecunda. ff. de ſerui. & lege ſi ædes. ff. de ſerui. urbanorum prædiorum. Sed tu clarius cōtra dictam diſtinctionem opponas: quia uidetur concludere contrarium: nam ſi petit ſibi reſtitui poſſeſſionem naturalem pro defenſione ciuilis, illud interdictum habet naturam recuperandæ: ergo exceptio dominii non debet obſtare, ſicut nec in illo, dicta lege ſi quis ad ſe fundum, & capi. in literis. de reſti. ſpoliatorum. ubicunque autem non petit reſtitutionem: quia ceſſat priuilegium recuperandæ, uidetur ꝙ cum eſſet delictum, tuoc poſſit obiici exceptio dominii: nec poteſt dici quòd conſeruatio ſit fauorabilior: quando interuenit ſpolium in poſſeſſione reſtituenda, & uidetur probari in dicta lege prima. C. ſi per uim uel alio modo, ibi ſine ulla cunctatione reſtituant: & tamen ibi erat interdictum uti poſſid. cum abſens poſſideret ciuiliter.

117 Nec † uidetur quòd regula dolo facis, ſit ſufficiens ad cauſandam poteſtatem opponendi de dominio: quia præſupponit Alexander quòd exceptio dominii ſit ſequela exceptionis dolo facis, ut quando illa datur, detur exceptio dominii, quod eſt falſum: quia imò totum contrarium eſt uerum, cum imò exceptio dolo facis, ſit ſequela exceptionis dominii, ut ſi admittatur exceptio dominii, ſequatur in conſequentiam quòd dolo facit petere, & ſi non admittatur exceptio dominii, non habet locum exceptio dolo facis: quia non poteſt apparere an ipſe ſit dominus, ut poſſit argumentari ꝙ ipſe dolo facit petere quod eſt reſtituturus. Item ſi opponitur exceptio dominii nō per hoc apparet ꝙ dolo faciat, cum adhuc ſimus dubii, & ignoramus an ipſe ſit dominus, & ſolum uidetur ꝙ ſit ſequela dominii iam diſcuſſi: quoniam tunc notoriè conſtat quòd eſt dominus.

Sozinus uerò hic defendit diſtinctionem Alexandri. & ad dictam legem primam. C. ſi per uim, uel alio modo quòd ibi non fuerat oppoſita exceptio dominii incontinenti probanda, & ad ſimilitudinem de recuperatione poſſeſſionis reſpondet, quòd non eſt ſimilitudo inter hæc duo interdicta, cum in poſſeſſorio retinendæ reſtitutio ueniat: in conſequentiam, & in alio reſtitutio petatur principaliter: quando autem nulla petitur reſtitutio non poteſt obſtare exceptio dominii: quia non adaptatur alia dolo facis.

Nec obſtat quòd dominus non dicatur clam poſſidere: quia ipſe dicit dominum non poſſe timere controuerſiam in dominio quando ingreditur: ſed in poſſeſſione bene potuit timere controuerſiam, & poſſidere clam. Sed reſponſio ad dictam legem primam eſt diſtructiua tex. item reſponſio quòd reſtitutio ueniat in conſequentiam, non eſt uera: quoniā petitur reſtitutio principaliter propter quam

ipſe turbatur,ut ſaltem æquè principaliter, & ideò debet habere fauorem recuperationis, & non obſtat exceptio dolo facis.

118 Ripa finaliter tenet † quòd nullo caſu obſtet exceptio dominii,ne detur ſub colore dominii audatia moleſtandi legitimum poſſeſſorem. unde uult quòd exceptio dominij ſolùm admittatur ad colorandam poſſesſionem conuenti ut poſſit uincere in paribus probationibus, & idẽ tenet Alcia.num.14. & iſtam partem etiam ego puto ueram,& quòd in nullo ex dictis caſibus admittatur exceptio dominii neq; illa dolo facis,per dictas rationes,cum æquiparatio fiat de hoc interdicto ad interdictum recuperandæ,& facit etiã: quia quilibet uel etiã dominus proprietatis poſſet expectare ꝙ uſufructuarius, uel creditor eſſet abſens,& clã ingrederetur,poſteà tenens rem corporaliter obiiceret exceptionem de dominio,& retineret rẽ ipſam,& aduerſarius ius habens remaneret excluſus ex illo clandeſtino ingreſſu, contra regulam poſitam in l.j.inſ.uti poſſid.in fi. quod datur contra poſſidentem ui,clam,uel precario, uel turbantem, d.l.ſi duo.in prin.eo.tit. & non excipitur dominus, & iſte gauderet de ſuo ingreſſu clandeſtino,quod eſt inconueniens ne ex dolo ſuo lucretur,l. infundo.ff.de rei uendicatio.& l. ne ex dolo.ff.de dolo.cũ forſan creditor uel uſufructuarius poſteà plenè non poſſet probare ius ſuum contra moleſtationes habitas, & hæc opinio in ſpecie probatur in dict.l.j.C.ſi per uim uel alio modo.non uiolando literam,&argumento tex. in l.ſi quis in tantam.C.unde ui,& in l.extat. ff. quod met.cauſ. Concludas igitur quòd exceptio dominii non diſcuſſi nequè exceptio dolo facis,obſtat agenti poſſeſſorio retinendæ, ſicut nec agenti poſſeſſorio recuperandę,etiam quòd offerat in continenti ſe probaturum per teſtes uel inſtrumenta per prædicta.

119 Limitatur † quando uult opponere ad colorãdam ſuam poſſesſionem,ſtantibus paribus probationib.ut hic per Bar. quem in hoc ſequũtur omnes,declarando tamen ut per Bologninum.

120 Limitatur † ſecundò non procedere quando opponitur exceptio dominii notorii de iure cõmuni,iux.dictum ca.ad decimas. ac etiã in aliis caſibus in quib. poteſt opponi in interdicto retinendæ, ut ſi induceretur pũeccat reſtituendo, uel reuocatio eſſet ualde difficilis ut quaſi eſſet impoſſibilis,uel poſſet euenire ſcãdalũ, uel cõpareret tertius,uel uideretur renũtiaſſe poſſeſſorio,& aliis ſimilibus caſibus ſupra poſitis.

Item etiam limitatur † quãdo exceptio reſpiceret ipſum poſſeſſorium,ut quia inhabilitaretur perſona poſſidentis quantum ad poſſesſionem ſi eſſet defectus notorius in ipſo agente interdicto:arg. dicti cap.accepta.

121 Itẽ † limitatur non procedere:quando opponeretur exceptio inhabilitans perſonam ad cõparendum in iudicio, ut exceptio excõmmunicationis,uel banni, uel hæreſis, uel ſimoniaci, uel alia ſimilis. Et ſi dicatur quòd imò eſt reus: quia principaliter tractat de defenſione: arg. l. §. huius rei. infra uti poſſi. reſpondetur ꝙ reputabitur actor ille qui prouocat in duplicibus iudiciis,l.in hoc.ff.familiæ erciſ.& interdictum uti poſſid.eſt duplex.§.duplicia.inſti. de interdictis,& dato quòd eſſet reus,tamen eſſet reus, uoluntarius quando ipſe prouocat ad iudiciũ, ideò non poteſt admitti, ut per Abba. in dicto cap.cum inter. nu.12.

Item limitatur non procedere in interdictis habentibus annexam cauſam proprietatis, ut ſupra in prima concluſione Bar.

122 Tertium eſt principale caput Bar. † quando poſt ſententiam latam in petitorio actor uult intentare poſſeſſorium adipiſcendæ, & admitti per illud ad poſſesſionem,in quo Bar. concludit quòd ſi reus fuit abſolutus: quia actor non probauit,non obſtat exceptio rei iudicatę,neq; etiam exceptio dominij: quia dominium non inducitur per talem ſententiam,licèt actor etiã probetur non eſſe dominus, ſi uerò eſt abſolutus:quia reus eſt dominus,tunc obſtat exceptio dominii iam diſcuſſi,& notorii,& per eam exceptio dolo facis petere, dummodo incontinenti producat ſententiam,per no. in dicta l. ſi de ui. & ſequuntur communiter docto. Et hanc ultimam concluſionem quando reus eſt iudicatus dominus: quia eſt notorium dominium, ſi in continenti probatur,omnes approbant,cum illa tamen diſtinctione quòd in continenti probet eam, & quòd aduerſarius non fundet intentionem ſuam in iure ſeparato à dominio ut in uſufructu, feudo, emphyteuſi, uel pignore, ut dictum fuit in interdicto recuperandæ.

123 Sed † dum dicit quòd quando reus fuit abſolutus à petitis:quia actor non probauit, eius cõcluſio ſimiliter approbatur:quando fuit abſolutus ab obſeruatione iudicii:quia tunc nulla inducitur tacita probatio contra actorem, cum poſſit iterum experiri non obſtante ſententia. Sed ſi eſſet abſolutus à petitis datis plenè omnibus terminis ad probandum, & actor nõ probaſſet,tunc concluſio eſt dubitabilis,ex eo:quia licèt per talem ſententiam reus non iudicetur dominus:tamen iudicatur ipſum actorem non habere ius in dicta cauſa, & ei ſemper obſtat exceptio rei iudicatæ,ſi uellet iterum agere, & dicere ſe habere ius in dictis bonis, per no. in l. ſi inter. ff. de exceptio. rei iud. & in interdicto adipiſcendæ, ut quis excludatur non eſt neceſſarium quòd reus ipſe ſit dominus. Sed eſt neceſſarium ꝙ qui uult adipiſci habeat titulum coloratum, & perfectum ad oculum corporis,iux.no.in l.fi.C.de edicto diui Hadri.tollen. quòd non poterit eſſe quando reus fuit abſolutus à petitis:quia tacitè declaratum fuit actorem non habere ius in illis bonis in petitorio, neq; etiam habere titulum ſufficientem, nequè

etiam

étiam poteſt dici quòd reſeruari debeat hæc exceptio nullitatis tanquàm requirens altiorē indaginem ad merita cauſæ in petitorio: quia ipſum iā eſt finitum, & titulus fuit declaratus inſufficiens, niſi forſan produceret titulum de iure ſeparato à dominio, ut: quia eſſet uſufructuarius, emphyteuta, uel creditor, & propterea talis exceptio rei iudicatæ ſeu notorii defectus ſui dominii impediret eum agentem poſſeſſorio adipiſcendę, ſicut etiam dictum fuit ſup. in beneficialibus in interdicto recuperandę, quod ſi clerico dicente ſe habere beneficium fuit abſolutus aduerſarius à petitis: quia nō probauit inducitur notorius defectus tituli, non poteſt etiam agere interdicto recuperandę: quia requiritur ut habeat titulum coloratum, per capitulum beneficium. de reg. iur. in 6. iunctis no. in cap. accepta. de reſti. ſpolia. quoniam tunc obſtat exceptio dolo facis petere exiſtente notorio defectu ipſius dominii, & iuris. & in hoc differt interdictum uti poſſid. ab aliis interdictis: quia ſicut in eis non requiritur productio tituli ad colorandum ius ſuum. ità dicta ſententia non obſtat: ſed cum in interdicto adipiſcendæ requiratur ſemper titulus ad iuſtificandum ius ſuum, obſtabit ſemper illa exceptio, ſi reus fuit abſolutus à petitis: quia actor non probauit: quoniam actor amplius non habet titulum iuſtificantem ius. & poſſeſſionem ſuam, & hæc procedunt quando petitorium prius fuit diſcuſſum, ut in terminis legis noſtræ.

124 Sed tamen † Bar. & doct, omittunt aliam partem, utrum obſtet exceptio dominii agenti interdicto adipiſcendæ, ſi reus offert ſe paratum incontinenti probare: tamen tacitè Bar. uidetur concludere quòd poſſit opponi, per glo. in dicta l. ſi de ui. quæ generaliter loquitur, & uidetur communiter tenere doctor. quia tunc militat regula dolo facis petere. Sed tamen hoc fundamentum commune debile eſt: quia tunc obſtat exceptio dolo facis, quando notorius eſt defectus dominii in ipſo agēte. aliàs autem nō prodeſt: quia omni interdicto ſemper quis poſſet dicere ſe dominum offerendo ſe probare, & allegare dictam regulam, quòd tamen ſupra reprobatum fuit. unde hæc quæſtio determinatur per docto. in l. fi. C. de edicto diui Hadriani tollen. nam cum nemo poſſit adipiſci poſſeſſionem niſi producat ſuum titulum coloratum, & perfectum ad oculum corporis, ſi quidem reus reperitur in poſſeſſione, & opponat de titulo ſuo colorato, & offerat ſe probaturū in continēti tūc admittetur: quia uidetur induci repulſio allegationis agentis: ſed ſi eueniret ꝙ reus non eſſet in poſſeſſione; ſed uterquè peteret ſe mitti in poſſeſſionem, tunc præferetur ille qui iuſtiorem titulum, & perfectiorem ad oculos produceret, reſeruando ad merita cauſæ in poſſeſſorio exceptiones de ueritate ipſius tituli, & idem poſſet dici ſi reus eſſet in poſſeſſione tanquàm ſuccedens ab inteſtato, & actor produceret teſtamentum neque cancellatum neque abolitum, præferetur ipſe hæres producens teſtamentum, dicta l. fi. reſeruatis exceptionibus ad merita cauſæ in petitorio, ut ibi plenè per doc. ad quos relatio habetur.

123 Quærit etiam Bar. † hic, quid in caſu è contrario: quando prius diſcuſſum eſt poſſeſſorium, an ſententia lata in poſſeſſorio producat exceptionem rei iudicatæ in petitorio, uel aliter impediat agentem petitorio, & facit regulam ꝙ non per, l. & an eandem §. fi. ff. de exceptio. rei iudicatæ. quæ tamen ut dicit hic Iaſ. non uidetur probare: quia ibi non fit mentio de ſententia, neque de exceptione rei iudicatæ: tamen poſteà defendit: quia propter naturam tituli uerbum exceptio, ibi intelligitur de exceptione rei iudicatæ, & quòd ſententia lata fuit: arg. l. Imperatores. de in diem adiectio. & ſequuntur communiter doctor. quæ opinio probatur clarius in l. exitus. inf. eo. ubi expreſsè dicitur ꝙ uictus in poſſeſſorio poteſt poſteà agere petitorio ſuſtinendo onus probandi tanquā actor. & probatur etiam per rationem: quia poſſeſſorium dicitur eſſe præparatorium petitorii, ut cognoſcatur quis debet eſſe actor, & quis reus, l. j. §. inter litigatores. infra uti poſſide. & leg. inter litigantes. ff. de iudi. cum ſimi. ſupra adductis: ergo non poteſt inducere exceptionem rei iudicatæ: quia ſententia lata in præparatorio nunquā impedit agi poſteà ſuper præparato, ſicut ſent. lata ſuper actione uel interdicto ad exhibendū non impedit ipſam rei uendicationem, & propterea concluſio remanet clara, & omninò tenenda quòd ſent. lata ſuper poſſeſſorio non præiudicat in petitorio per omnia dicta decem iura.

126 Limitatur † uerò ſecundum Bar. quando ſententia eſt lata ſuper poſſeſſorio habente annexā cauſam proprietatis: quia ſi reus fuit abſolutus ſuper poſſeſſorio, ut in caſu l. 3. §. prætor. ait de iti. actuq; priu. & l. j. §. pe. inf. de aqua. quo. & æſtiua, tunc non poterit amplius agere petitorio dicendo ſibi deberi ſeruitutem illam: quoniam per poſſeſſorium illa finita fuit, cum in ea de hoc diſcuſſum fuit dictis iuribus, ut per glo. in d. l. ij. § quædam. inf. de interdict.

Sed tamen in contrarium allegatur doctrina Antonii in c. cum dilectus, de cauſa poſſeſſio. & proprieta. qui dicebat quòd imò ſententia lata in dicto poſſeſſorio non inducit exceptionem rei iudicatæ in petitorio: quoniam in ipſo poſſeſſorio dominium uenit incidenter, ideò non impeditur poſteà principaliter de eo cognoſci l. fundum, & l. ſed & ſi ante. ff. de exceptionib. ubi ſi quis agit ad ſeruitutem tanquàm debitam prædio ſuo: ſed quia non probauit quòd prædium eſſet ſuum, abſolutus fuit reus: tamen ſi poſteà uult agere rei uendica. principaliter, non obſtat dicta ſent. quia dominium ibi uenit incidenter, ità etiam dicendum eſt de hoc interdicto mixto. Sed Rnma. diſtingue-

bat. Aut nos ſumus in interdicto de itinere actuquè priuato, & de aqua quotidia. & æſtiua, & tunc procedat opinio Bar. quia in eis uenit principaliter dominium: quia principaliter habet annexam cauſam proprietatis. Aut uerò eſt tale poſſeſſorium quod habet incidenter annexã cauſam proprietatis: quia de ea ſommariè cognoſcitur, ut in iudicio. delib. exibẽ. & delib. exhib. & delib. homine exhib. & tunc talis ſentẽtia non parit exceptionem rei iudicatæ in petitorio: arg. l. pen. & ibi glo. ſupra de his qui ſunt ſui uel alieni iuris. & in l. à Diuo Pio. §. ſi ſuper reb. ſup. de re iudica. & in cap. ueniens. de teſtibus. & ità procedat opinio Antonii.

Iaſ. uerò hic dicit opinionem Bar. generaliter ueram ꝙ imò ſemper obſtet exceptio, per tex. in d. l. j. §. hoc autem interdictum, inf. de iti. actuque priuato, ubi quis tenetur probare duo, & quòd fuit, & ꝙ habet ipſam ſeruitutem, & ſic requiritur uſus facti, & dominium, ut declarat Bar. in l. j. §. hoc interdictum. eod. tit.

Secundò adducit tex. in l. j. §. fin. inſt. de aqua quo. & æſtiua, ubi notabiliter dicitur quòd interdicta poſſeſſoria quæ habent cauſam proprietatis, non ſunt ſicut cætera poſſeſſoria quæ iudicii petitorium præparant: quoniã totã quæſtio nõ proprietatis terminant, & inducunt poſſeſſionem perpetuam, & alia interdicta temporalia.

Vnde nõ obſtãt no. in d. l. ſed ſi ante: quia ibi dominium uenit incidenter, & ſufficit probare ſimplicem poſſesſionẽ, & non eſt neceſſaria probatio plenaria ut ibi dicit Bar. qui ſemper allegatur quòd quando dominium uenit incidenter ſufficit probare poſſeſſionem: in dictis uerò interdictis non ſufficit probare poſſesſionem ſed oportet probare ueritatem tituli, & ità etiam uidetur tenere Sozi. hic.

Pro qua opinione facit etiam: quia in d. l. j. §. pe. de aqua quo. & æſt. dicitur quòd debet producere priuilegium ducendi aquam, & ſic plenè probare proprietatem, & non ſufficit probare poſſesſionem, ꝙ aliàs requireretur per l. ſicuti. §. ſed & ſi quæratur. ff. ſi ſerui. uendicet. & l. quidam in ſuo. ſup. de cõditio. inſti. Et ad no. in d. l. ſi niam. reſponde quòd ibi petebatur ſeruitus quæ eſt ſeparata à fundo, & eius dominio, hic uerò petebatur ſeruitus ipſa in primo ſicut in ſecundo.

Nec obſtat doctrina Bar. in l. qui Romæ. §. duo fratres. in quinta oppoſitione: quia ibi loquitur de exceptione oppoſita à reo conuento, hic autem principaliter proponitur dominiũ.

Nec obſtat doctrina Bal. in l. poſt ſententiã. C. de ſententiis. qui uoluit quòd dominium in poſſeſſorio liquidatum nunquàm præiudicat agenti petitorio: quia ſuper dominio lis nõ eſt conteſtata. Nam reſpondetur hoc non procedere in iſtis interdictis, ex eo quia dominiũ principaliter proponitur, & ſuper eo lis cõteſtatur. ſed tamen iſta non eneruant diſtinctionem Romani, ex eo quia ipſe fatetur quòd in interdicto de itin. actuque priuato, & de aqua quotid. & æſtiua dictum Bar. procedit, ſed non concludit: quia in eis principaliter uenit dominium, & de his duobus docto. allegant dicta iura, ſed non concludunt de interdicto de lib. homi. exhibend. & delib. exhibend. & de liberto exhibendo, in quibus ſufficit allegare titulum, & non concludenter probare, & hoc etiam in effectu tenet Ripa hic, & idem etiam tenet Alcia. quia acta facta in ſummario iudicio, ſi interuenit plena cauſæ diſcuſsio, facit fidem in plenario, cap. cum cauſam. extra de teſtibus, & ibi Fely, col. ij. & eſt communis opinio, & ego etiam puto uerum in dictis interdictis de itinere, & de aqua.

127 Sed † tamen de aliis interdictis doctor. nihil boni allegant cum in ipſis non ſit neceſſarium probare concludentem titulum, ideò concluſio Bar. limitatur non procedere in illis interdictis in quibus pro iuſtificatione petitionis ſufficit allegare titulum, & non deducere ueritatem ipſius: quia tunc talis ſententia non obſtabit quando principaliter intentatur poſſeſſorium, per dictam l. ſed & ſi ante. Vnde tota difficultas dependet ab hoc utrum in dictis interdictis ſufficiat allegare titulum, uel ſit neceſſarium probare ueritatem ipſius, de quo ibi per doctor.

Secundò limitatur quando dominium fuit deductum ad iuſtificandum titulum, ut per Bar. in l. j. §. interdicto. ff. de itin. actuquè priua.

128 Vltimò Bar. hic dicit quòd licèt hæc † lectura ſit uera in ſe: tamen non eſt bona ad iſtum tex. quia diuinat, cum non appareat quòd hic lata fuerit ſententia, & eſt uiolatio ſubaudire uerbum, & ſuccubuit. Iaſo. uerò dicit quòd imò eſt contra tex. propter uerbum cæpit. quòd denotat principium, & non perfectionem, l. j. §. cæpiſſe. infra de policitatio. & leg. ubi cæptum. ſupra de iud.

Item nec obſtat uerbum uendicauit. quia nõ infert ſententiam: quoniam uendicare pendet ab actore. ſed ſententiare pendet à iudice, & ſi dicas uerbũ uendicauit. intellitur cũ effectu, reſpondet ipſe ꝙ tunc probaret cõtrariũ: quia importaret uictoriã ipſius agentis, quod eſt cõtra intellectũ qui præſupponit ꝙ ſuccubuit. Itẽ non bene ſequeretur illatio, ſi petitoriũ eſſet finitũ: quia tunc non eſſet opus dicere nihil eſſe commune in poſſesſione cum proprietate.

Tu autem dicas quòd intellectus eſt in ſe uerus, & hoc ſufficit quantum ad iſtam legem creatam, ut omnia præcedentia procedere poſſint, & ueram deciſionem ponat lex, quantum uerò ad textum noſtrum non eſt bona, ſi per eam uelles illum reſtringere, & facere quòd determinaret hunc caſum tantum, & non alios caſus: quia procederent omnia oppoſita per docto. ſed ſi hunc intellectum uellis cumulatiuè addere ad tex. noſtrum, ſatis dicitur conuenire: quia generaliter uoluit omnes caſus

com-

comprehendere in quibus concurſus petitorii, & poſſeſſorii retinendæ poſſit procedere tam cumulatiuè, quàm ſucceſſiuè, quàm ſupenſiuè, & hoc probatur per uerbum cæpit, coniuncto uerbo uendicauit.

Nec obſtat quòd uerbum uendicauit, importat uictoriam: quia hoc non eſt uerum neceſſariò, cum licèt ſit abſolutus reus, ipſe tamen dicitur uendicaſſe, licèt non obtinuerit poſteà, ideò, quia non conueniunt tex. noſtro ut totam leg. determinat, doct. adducunt ſecundum intellectum intendendo inuenire caſum qui determinetur ab Vlpiano dicentes, quòd hic renuntiauit petitorio quando egit poſſeſſorio. ex ſecundo creatur noua lex.

Quarta lex ſed ſecunda lex creata à doct. fundata in ſecundo intellectu glo.

129 Non † denegatur interdictum uti poſſid. ei, qui cæpit rem uendicare, & petitorio renuntiauit: quia non uidetur poſſeſſioni &c. quoniã nihil habet commune &c.

Summatur hoc modo. Renuntians petitorio intentato non prohibetur intentare interdictum retinendæ, & cum eo reſtaurare litem amiſſam.

130 Caſus ita breuiter fingi poteſt. † Quidam poſſidens fundum iuerat ad nundinas, & alius clã in eo ingreſſus fuit, uel aliter poſſeſſionem naturaliter, & detentationem acquiſiuit, reuertẽs poſteà inuenit totum ſuum occupatum, & quãuis poſſet cum uiolentia expellere eum: tamen ne committeret tumultus, & homicidia abſtinuit, & iratus iuit ad iudicem eum citando ſuper libello in quo propoſuerat rei uendicationem, oblitus de conſilio Iuriſconſulti in le. is qui deſtinauit. ff. de rei uendi. & facto proceſſu, & publicatis teſtibus, cognouit quòd nõ plenè probauerat dominium ſuum. unde timẽs amittere litem, portauit proceſſum ad aduocatum, qui legens eum cognouit quòd ille erat amiſurus litem, & quòd reus ueniebat abſoluendus à petitis. unde ne contereret tempus, & expenſas, dedit ei conſilium ut renuntiaret liti propoſitæ, & cum adhuc poſſideret ciuiliter, quòd intentaret poſſeſſorium retinendæ petendo ſibi reſtitui poſſeſſionem naturalem, & detentationem, quam clam ab eo retinebat, ut ibi conſecutus ipſam rem reus exiſtens transferet onus probandi dominium in aduerſariũ; iſte autem dubius de conſilio quæſiuit an ſit bonum, & tria erant quæ urgebant, unum quòd intentando petitorium uidebatur renuntiaſſe poſſeſſorio. ſecundum quòd renuntiatio litis non uidebatur ualere in præiudicium alterius. Tertium quòd per renuntiationem uideretur amiſiſſe poſſeſſionem. Vnde fuit quæſitum quid iuris? & ratio dubitandi erat, & uidebatur ꝙ per petitorium eſſet renuntiatum poſſeſſorio. Primò: quia poſſeſſorium uidetur antecedens ad petitorium per dictam legem ordinarii. & l. incerti, & dictam legem exitus. cum ſimilibus. ergo intentando conſequens uidetur renuntiare antecedenti neceſſariò, l. illud. ff. de acquirenda hæredita. Secundò: quia ei qui poſſidet non competit actio. §. ei uerò. inſti. de actio. cum ſimilibus. & uendicans rem præſupponit aduerſarium poſſidere, l. prima. C. de alienatio. iudi. mutandi cauſa facta. ergo intentando petitorium ut actio ſibi competat, uidetur renuntiaſſe poſſeſſioni, & eam in aduerſarium tranſtuliſſe. Tertiò faciebat ratio contrarietatis: quia in petitorio dicit aduerſarium poſſidere, in poſſeſſorio dicit ſe poſſidere: ergo cum iſtæ actiones ſint contrariæ eligendo unam uidetur renuntiaſſe alteri. lege finali. C. de codicillis. & lege quod in hæredem. §. eligere. ff. de tributo. Sed dato quòd non renuntiaſſet uidebatur quòd renuntiatio præſens liti, modo non deberet ualere per auctentic. qui ſemel. C. quomodo, & quando iudex. Secundò: quia hæc eſt quædam mutatio actionis renuntiando liti motæ ut intentet interdictum ergo non permittitur poſt litis conteſtationem, l. edita. cum materia. C. de edendo.

Item dato quòd renuntiatio ualeret, uidebatur quòd per eam ſibi præiudicaſſet in poſſeſſorio. Primò: quia qui renuntiat liti fatetur, & proteſtatur ſe habere malam cauſam. lege ſi maritus. §. ſi negauerit. in ſi. infra de adulteriis cum glo. magna, quæ in medio adducit rationem: quoniam qui renuntiat dicit ſe habere malam cauſam, & non poteſt amplius tanquàm calumnioſus audiri, per legem ſi aduerſarius. C. de fide inſtr. ergo & hic tanquàm calumnioſus uidebatur quòd iterum agendo deberet repelli. Secundò faciebat quia renuntiando liti, uidetur renuntiare dominio, ut per glo. in lege. poſtquàm liti. C. de pact. ergo obſtat ei notorius defectus tituli ſui, & cum amplius nolit rem ipſam fruſtra per poſſeſſorium petit ſibi reſtitui. Tertiò faciebat: quia renuntiando liti uidetur conſentire quòd aduerſarius ſit in poſſeſſione, leg. quod meo. §. ſi à furioſo. inf. eod. ergo fruſtra agit interdicto.

His tamen non obſtantibus contrarium fuit determinatum in hac lege creata, ꝙ imò per petitorium non fuerit renuntiatum poſſeſſorio, ac etiam ꝙ renuntiatio litis ualuerit, ac etiam, & tiò quòd per renuntiationem litis non ſibi præiudicauerit in poſſeſſorio, & ratio decidendi ponitur in tex. quia nihil commune habet poſſeſſio cum proprietate, & de uno in iſtis tribus propoſitis non poſſit inferri ad aliud.

Non obſtant contraria, & primò, quòd poſſeſſorium uideatur eſſe neceſſariũ antecedens ad petitorium: quoniam hoc negatur ut ſæpius dictum fuit: quia imo eſt ordo uolũtarius, & de conſi. d. l. is qui deſtinauit. & non inducitur prohibitio peruertendi illum ordinem, ſolùm autẽ

præcedere debet poſſeſſorium quando uterquè contendit ſe eſſe reum, dicta l. inter litigantes. de iud l. j. §. inter litigatores. inſ. uti poſſid.

Non obſtat ratio contrarietatis: quia illa tantummodo limitat: quando utrunquè intentatur reſpectu eiuſdem poſſeſſionis expreſſæ: ſecus autem quando intentantur diuerſis reſpectibus, ut dicemus ſuper ſexto intellectu, & in propoſito themate utrunq; fuerat intentatum diuerſis reſpectibus.

Non obſtat quòd ei qui poſſidet non datur actio in rem: quia uerum eſt quando omnimodo poſſidet, & res eſt penes ipſum. quando uerò aduerſarius detinet, tunc poſſidenti datur actio in rem. l. officium. de rei uendicatione.

Non obſtat quòd quis non poteſt deſiſtere à lite per auct. qui ſemel. C. quomodo, & quando iudex. quia procedit ille tex. in eo qui deſiſtit à lite relinquendo iudicium ſuſpenſum: ſed quando quis renuntiat extinguendo iudicium, tunc deſiſtere poteſt l. poſtquàm liti. C. de pact. ſi conſentiat pars alioqui dicas ut infra.

131 Non † obſtat quòd uideatur eſſe mutatio de petitorio in poſſeſſorium, quæ prohibetur poſt litis conteſtationem: quia negatur quòd ſit mutatio: quia mutatio tunc eſt: quando retenta eadem inſtantia omittit unam actionem, & amplectitur aliam, dicta l. edita. C. de edendo. hic autem qui renuntiat extinguit inſtantiam, & cauſam ipſam, unde non poteſt dici mutatio ſed ſucceſſiua intentatio.

132 Non obſtat † quòd qui renuntiat fateatur ſe habere malam cauſam, & intentando poſſeſſorium uideatur calumnioſus: quia reſpondetur quòd contrarium procedit quando qui renuntiauit uult illud met iudicium renuntiatum iterum repetere: quia tunc eſt calumnioſus, d. l. ſi maritus. §. ſi negauerit. cum glo. ſed quãdo uult intentare nouum modum agendi, & nouam actionem, non præſumitur calumnioſus: quia non fatetur ſe habere malam cauſam in diuerſa actione, & diuerſo modo agendi: ſolum etenim fatetur ſe habere malã cauſam in illa actione, & eodem modo agendi, hic autem intentat nouam actionem, & nouum modum agendi.

Non obſtat quòd uideatur renuntiaſſe dominium, & iuri poſſidendi: quia reſpondetur negando cum imò renuntiet liti, & inſtantiæ tantum, & cauſæ, non autem actioni, uel dominio niſi hoc exprimatur ioſ. dicetur.

Non obſtat quòd renuntiando uidetur conſentire aduerſarium eſſe in poſſeſſione: quia iſtud uerum eſſet niſi appareret de contraria uoluntate intentando poſſeſſorium propter enim nouam litem, demonſtrat quòd non habet ipſam rem pro derelicto, hic eſt caſus.

133 Notandum † eſt primò ex iſto tex. quòd renuntians petitorio non præiudicat ſibi in poſſeſſorio, quin poſſit eandem rem, & eandem poſſeſſionem repetere quam petebat in poſſeſſorio. & ratio eſt: quia hæc duo remedia ſunt diuerſa, & nihil habent commune inter ſe. Ideò ſicut ſi petiiſſet Stichum ex una actione non uideretur renuntiaſſe actioni de Pamphilo. Ita in hoc caſu, & p hanc rationẽ ampliatur procedere in aliis poſſeſſoriis, ſicut dictum fuit in precedenti lege, & facilius: quia nulla eſt lata ſentẽtia per quam reus potuiſſet declarari dominus. Vnde iſta lex creata uideatur multum utilis decidendo hunc caſum quotidianum, quòd per renuntiationem liti in petitorio, non præiudicat ſibi in ullo poſſeſſorio quin cum eo poſſit inſtaurare litem, & dat unum exemplum de effectu rationis poſitæ in tex. quòd nihil habet commune poſſeſſio cum proprietate, quod tamen debet intelligi quando ſimpliciter intentat utrunquè, uel intentat pro diuerſis poſſeſſionibus expræſſis. ſed ſi intentaſſet pro eadem poſſeſſione expreſſa, non poſſet audiri: quia per petitorium præcedens fuiſſet poſſeſſorium renuntiatum, ſecundum quod declarauimus in ſequentibus lecturis.

134 Secundò notandum eſt † quòd ratio ordinis de qua in l. ordinarii. & leg. incerti. & l. ſi de ui. & l. inter litigatores. non eſt neceſſaria uel præciſa: quia tunc non poſſet ſubuertere ordinem: ſed ſolùm fuit de conſilio, & quantum fuerit utile illud conſilium, cognoſcitur ex præcedenti, & ex hac lectura, & ex aliis ſequentibus: tamen non fuit inducta prohibitio quin iſte ordo peruerti poſſet per iſtas leges: argu. l. ſi. ff. de tab. exhib. & faciliter propter hanc cauſam conceditur ut ſuſpendatur petitorium, ut reuertamur ad naturam huius poſſeſſorii, l. unus. §. pactus. ff. de pactis. unde apparet ꝙ obiectio quam facit Bar. de l. ordinarii, & l. incerti. ſub nomine concurſus non eſt ad propoſitum huius lecturæ, nequè præcedentis: ſed oppoſitio debet fieri de ordine peruerſo contra dicta iura, & reſponſio debet dari quòd illa iura procedunt de conſilio, non autem imponunt neceſſitatem, niſi in cauſa quo uterquè prætenderet ſe eſſe reum, dicta l. inter litigantes. de iudic. cum ſimili.

135 Tertiò notandum eſt, † quòd quis poteſt deſiſtere à lite incepta, & aliam actionem intentare, & cum noua lite inquietare aduerſarium, unde contradicit auct. qui ſemel. C. quo. & quand. iudex. Sed Bartol. reſpondet quòd ibi actor deſiſtebat à lite, non autem renuntiabat. quis autem poteſt renuntiare in totum per legẽ poſtquàm liti. C. de pact. quæ reſponſio bona eſt quando pars conſenſit: quo caſu inducitur pactum de non petendo, ut infra dicit Bar. ſed ubicunquè pars non conſenſit tunc non procedit renuntiatio. Nam ſi reus contradiceret, & uellet ꝙ actor perſiſteret uſq; ad finem, & ferretur ſententia, audiretur ſi ſua intereſſet, ut ſi forſan ipſe probaſſet ſe dominũ, & uellet per ſentẽtiam declarari dominus, uel ſaltẽ ꝙ diffinitiuè abſolueretur à petitis ad finẽ ut actor amplius non poſſet agere in petitorio, & obſtaret exceptio

ptio rei iudicatæ:arg.l.ſed ſi poſſeſſori.cum materia.ff. de iureiurando.non eſt enim æquum quòd actor per renuntiationem ſuam præiudicet reo & iuri ei quæſito,ut latè dixi in l. poſt quã C.de pact.nu.24.per dictam auct.qui ſemel & l.properandum.§.& ſi quidẽ.C.de iud.& glo. in l. utique.ff. de rei uendicatio.& Zaſius. in l. j.ff. de rei uendi. quo caſu renuntians poterit reuerti ad litem per inde ac ſi non renuntiaſſet, ut per glo. in cap. cum ueniſſent ex. de eo qui mettit. in poſſeſſio. & ibi Bal. & hoc caſu in terminis noſtris efficeretur cumulatio. ſed actor poſſet ſuſpendere petitorium ſecundum opinionem quam ſupra firmaui in notabilibus primæ legis,licèt communis opinio ſit quòd priuilegium ſuſpenſionis non conceditur intentanti remedium retinendæ, ut uoluit glo. in clem. j. de cauſ. poſſ. & proprie.tamen ego dedi reſponſum ſupra, & nunc etiam mihi placet.

136 Quartò notandum eſt †quòd renuntians liti nõ uidetur præiudicat ſibi in iuri ſuo experiendi per alium modum agendi,quę concluſio procedit quando quis uſus eſt uerbo liti, nam lis dicitur eſſe contentio limitata per qualitates in libello narratas, cap. forus.de uerborum ſignificatione.§.lis. ſecundum unam expoſitionem de uerborum ſignificatione, & reſtringitur ad limites libelli, l.j.ff.de edendo,& leg. in rem.ff. de rei uendicatio. ideò non trahitur ad cauſam.

137 Sed †tamen pro intelligentia huius notabilis, & eorum quæ tradit Bar. infra in uerſi.pro declaratione oportet præmittere quòd in lite interueniunt ſex ſeparata, actio, lis, inſtantia, cauſa primordialis: cauſa accidentalis,& proceſſus. de quibus ego dixi in dicta l. poſtquam liti. C. de pact. in præmiſſis. Actio eſt ius perſequendi &c.inſti.de actio.in princip.& competit antequàm ſit lis. Lis uerò eſt illa contentio quæ naſcitur ex propoſitione actionis limitata per libellum, dicto cap.forus.§.lis. Inſtantia uerò eſt tempus conceſſum à lege ad proſequendum litem, quæ regulariter eſt triennalis,l.properandum, C.de iudic. quæ differt à lite, & ab actione, Quartò eſt proceſſus qui fit occaſione dictæ litis & differt ab eiſdem.

138 † Quintò eſt cauſa quæ eſt duplex, cauſa primordialis, & cauſa accidentalis. Cauſa primordialis eſt dominium in actione in rem, & contractus uel quaſi contractus, maleficium uel quaſi maleficium, à quibus deſcendunt actiones & obligationes,ut no. in rub.inſti.de obligatio.& inſti.de actio.in principio.& §.j. cauſa uerò accidentalis dicitur eſſe illa diſcuſio quæ uenit fienda per petitionem & reſponſionem actoris,nam ſi quis intentat rei uendicationẽ, & reus opponit quòd habet uſumfructum,cauſa non conſiſtit in diſcuſſione dominii, ſed in diſcuſſione an ſibi competat uſusfructus, & ſi quis intentat actionem, ex uendito. & petat prætium,reus opponat de ſolutione,cauſa non eſt an ſit facta uenditio,: ſed an ſit facta ſolutio, & ſi opponat de pacto de non petendo, cauſa eſt tantummodo an ſit factum illud pactum, & ſic apparet quòd cauſa eſt illa diſcuſſio quæ uenit fienda expetitione & reſponſione,& ideò dicitur cauſa à caſu cap.forus.de uerborum ſignificatione quia per caſum inducitur, & apud rethores appellatur conſtitutio,apud legiſtas cauſa à uulgo punctus quæſtionis, & de iſta etiam poteſt loqui tex. in leg. cauſas. C.de tranſactio. & concordari per ea opiniones docto.ordina ergo ſic & dicas.Primò eſt cauſa primordialis,id eſt,dominium uel contractus. Secundò eſt actio ab ea dependens, & hæc duo ſunt ante litem. Tertiò eſt lis. Quartò eſt inſtantia. Quintò eſt cauſa accidentalis. Sextò eſt proceſſus. quæ omnia interueniunt in controuerſia iudiciaria, & cum ſint diuerſa,dubitatur utrum renuntiatio trahatur ad omnes iſtas ſex partes, uel ad unum ex iſtis, uel ad duo.

139 Quapropter †Bar.hic formauit neceſſariam quæſtionem, an renuntians liti & cauſæ uideatur renuntiare dominio & iuri ſuo, itàquod ſibi præcludat uiam in poſſeſſorio. & argumentatur primò quòd ſic per glo. in l. poſtquàm liti.C.de pact. ſed poſtea quòd non adducit legem ſi pro fundo. C. de tranſactio. ubi dicitur quòd ſi quis petebat fundum, & loco eius traditum ſit prædium nomine tranſactionis, & eueniat euincantur, dicitur quòd ſi prædium traditum euincatur, tenetur tradens de euictione: ſed ſi fundus remiſſus euincatur, non tenetur de euictione, & ratio ibi aſſignatur: quia remittens non uidetur transferre dominium:ſed tantummodo renuntiare liti ut deſiſtat à moleſtationibus,ad idem allegat tex. in l. pen.C.de uſucapionib pro emptore ubi dicitur quòd per tranſactionem inducitur titulus uſucapiendi: ſed glo.ibi dicit illud procedere in re tradita: ſecus eſt autem in re remiſſa: quia per talem remiſſionem non transfertur dominium neque acquiritur ei aliquis titulus: ergo per renuntiationem litis non transfertur dominium:ſed ſolum cauſatur pactum de non petendo. Ad idem etiam eſt tex.in l.exceptio.ff.de exceptio. rei iudicatæ ubi reo abſoluto, actor habet dominium & eius ſucceſſor, & reo contra ubicunque actor exceptionem rei iudicatæ: ergo per litem non transfertur dominium, Et propterea ad contrarium de glo. reſpondet quòd illa non dicit transferri dominium per renuntiationem: ſed ſolum quando quis renuntiat iuri uidetur renuntiare actioni quæ dicitur eſſe ius,& per illam renuntiationem acquirit pactum de non petendo, ſi conſentiat reus in renuntiatione, & ſi ſit abſens acquirit actionem de dolo ſecundum theoricam traditam per glo. in l. non ſolum §. liberationis uerba. ubi Bar. de lib. lega. unde ſequitur quòd cum per

renuntiatinnem litis non tollatur dominium : neque ius poſſidendi , ea non obſtanre poreꝛit actor intenture poſſeſſorium uirtute ſui dominii præteuſi , & poſſeſſionis , & ſic intelleċtus iſte uerus eſt, cuius opinionem ſequuntur communiter docto.

Veruntanien iſtam concluſionem Bart.impugnant Ang.Roma. & Iacobus de Puteo hic , & Saly.in dicta l. ſi pro fundo . ideò Iaſ. hic & alii Mod. latius examinant hunc articulum , & pro opinione Bar. ultra illa tria per eum allegata . quarto loco adducitur ratio,quam Raphael dicit eſſe meliorem : quia ille qui renunriat liti fatetur , & proteſtatur ſe non habere ius in ea , & renunriat quaſi ius nnu habeat per l. ſi maritus . §. ſi negauerit . iuncta glo. magna circa medium , infra de adulreriis quæ allegat l.ſi aduerſarius. in fin.C. de fid. inſtrum . unde actus agentium non debet operari ultra intentionem agentis , lege non omnis . ff. ſi cert. petatur , & l. obligationum ſubſtantia . §. fi.ff. de action. & oblig.

Quinrò adducit Iaſ.l. ſi te.C.de ing.& manu. ubi qui renuntiar liti non uidetur fateri quòd aduerſarius habeat ius,& neque nocet,neq; prodeſt ei .

Sextò facit: quia qui renuntiat liti nnn uidetur ſuccumbere , & non caderet in ſtatuto faciente mentionem de ſuccumbente in lite , leg. alia. ubi Bal.no.in nlt. no. & Saly. C.de his quibus,ut indig.glo.in l.is qui contra.in glo. prima & ſecunda ſupra de uulga. & pupill. Bar.in l. poſt legatum . in priucipio in iij. colum. ſupra de his quib. ut indig. Facit l. deſtitiſſe ſupra de iudi.

Septimò facit quòd uoluit Antonius de Butrio in cap. iij. in fin. de reſtitu. ſpoliatorum dicens quòd ſi clericus renuntiat beneficio ſuo non amittit poſſeſſionem , imò ſi aduerſarius apprehenderet propria auctoritate , poſſet renuntians agere interdicto recuperandæ.

Octauò facit : quia qui renuntiat petitorio , ut poſſit agere poſſeſſorio, non uidetur habuiſſe rem pro derelicto , cum intenderet eam poſſidere:quia limitata cauſa limitatnm producit effectum,l.in agris.ſup.de acquir.rer.dominio, l. ager.C.de tranſactio.

Nonò facit:quia qui renuntiat liti non dicitur dare,dicta l.ſi pro fundo.in fi.& ſic nec dominium transferre : ſed bene remitterre rem , uel actionem , ſi remittens eſt dominus , & illud agat præſumitur dare ſecundum Bal. in lege prima . columna . j. C. de bon. mater. & in lege ſi inter uirum . C. communia utriuſquè iudic.

Contrariam ramen opinionem tenuit Imol. Ang. & Saly. ur dixi , & hic per Alxa. pro qua opinione facit ratio Saly. quia uidetur habere rem pro derelicto.

Secundò facit : quia reus tranſigens , & ipſe eſt renuntians liti, & tamen ſi tradat rem tranſfert dominium ex cauſa tranſactionis, dicta l.ſi pro fundò srguendo , ut dixi : ergn eodem modo ſi dimittat quòd ipſe retineat fundum ex cauſa dictæ tranſactionis .

Tertiò facit ratio quam hic refert Iaſ. quia renuntians liti amittit rei uendicationem, & actionem transfert in aduerſarium,ut dicit Bartol. ergo etiam uidetur renuntiare dominio à quæ oritur , & cauſarur rei uendicatio, lege. ex diuerſo . §. primo . & lege in rem . & lege officium . ff. de rei iudica. argumen. l. oratio. de ſponſali .

Quartò facit : quia renuntians uidetur fateri ſe habere malam cuuſam glo. in d. §. ſi negauerit . & in cap.per tuas.in fi. extra de ſimonia.& l.quoniam.ff de his quib.ut indigni . ergo fatetur aduerſarium habere bonam cauſam, & per conſequens dominium eſſe penes aduerſarium .

Quintò facit: quia remotn uno uidentur remota omnia per quem deuenitur ad illud d. l. oratio.de ſponſalib.

Er tenendo iſtam partem non obſtant adducta pro communi : quia dicta lex ſi pro fundo . retorquetur, uel ſaltem euitatur : quia ibi uon eſt renuntiatio : ſed pactum ſolùm de non petendo . hic rennntiatio : ſed tendit ad priuationem .

Non obſtat gloſſ. in dicta l. penul. quia poteſt negari cum repugnet textus quia ex naturali ſignificatione uerborum probat quòd per rranſactionem ex omni parte acquiritur titulus ad uſucapiendum , & ſic retorquetur . .

Non obſtat lex exceptio . quia loquitur in ſententia quæ fertur in inuitum , hic autem eſt renuntiatio quæ fit ex ſola uoluntate, & plus uiderur concedere : argum. l. non impoſſibile. ff. de pact.

Non obſtat lex ſi pro te.C.de ing. & manu. quia loquitur in eo qui nihil poteſt tribuere , ut erat ibi ille tertius:ſecus ſi fuiſſet dominus . Item loquitur de ingenuitate quàm nullus poteſt tribuere .

Non obſtat lex alia : quia illa loquitur in priuatione alicuius iuris quæ fit in pœnam illius qui conatur impugnare , & uule, ur ſequatur plena perſiſtentia uſquè ad ſenrenriam adhoc ut inducatur priuatio,non autem quòd ibi non poſſit induci tranſlatio .

Præterea ille tex.loquitur de deſiſtentia:nos autem loquimur de renunriatione , quæ ualde differunt ut dictum fuit .

Nec obſtat alia adducta:quia reſpondere potes per te , & uidetur quòd hæc opinio diſputatiuè poſſit ſuſtineri .

140 Tamen reſolutiuè † non recedas ab opinione Bar. quæ probabilior eſt, & æquior,& magis conueniens uoluntati partium , & naturæ renuntiationis , qua ſtante , non obſtant modo adducta pro contraria parte , & primò quòd uideatur habere rem pro derelicto:quia iſtud negatur ;

gatur.nec præſumitur dicta l. cum de indebito. niſi ultra renuntiationem interueniat alia coniectura fortis quæ hoc innuat, ut in ſimili dicitur de eo qui proiecit librum in aqua apertum hic uerò nulla eſt coniectura urgens, imò contraria: quia ſtatim intentauit aliud remedium magis proficuum.

Non obſtat quòd dimiſſio idem operatur quòd traditio:ergo uidetur transferre dominium: quia reſpondet Ripa quòd aliud eſt remittere, aliud liti renuntiare. Tu clarius dicas aliud eſt remittere ius ſuum in re, referendo uerba ad ipſam rem, aliud eſt renuntiare liti, & referre uerba ad aliqua extrinſeca in re, uel remiſſio tunc operatur dominii tranſlationem, quandu præceſſit obligatio ex aliqua cauſa: aliàs ſecus: ut per glo. in §. ſi minus. inſti. de actio. uel dimiſſio operatur traditionem in contractibus: ſecus in diſtractibus, ut hic per eum.

Non obſtat quòd renuntians liti uidetur fateri habere malam cauſam: quia ſupra reſponſum fuit quòd fatetur habere malam cauſam in illo modo agendi, non autem in ſubſtantia negocii, ſicut quandoquis intentat ineptam actionem in l. qui habebat. ff. de inſti. & cap. examinata. de iudi. Item poteſt hoc facere: quia execratur lites, l. Item ſi res. § fi. ff. de aliena. iudi. mutandi cauſ. fact. & ibi Bar. & regulariter non inducit confeſſionem ſicut dixi in dicta leg. poſtquàm liti. numer. 23. latè. diſtinguendo.

Non obſtat argumentum Ang. Roma. & Iacobi de Puteo quòd renuntiando rei uendicationi uidetur quoq; renuntiare dominio à quo dependet: argum. l. oratio. de ſponſalibus. Ideò cum in aduerſarium transferat actionem, etiã uidetur transferre dominium. Nam reſpondebat Alex. & Iaſ. hic quòd eſt impertinens: quia Bar. non dicit quòd acquiratur reo ipſa rei uendicatio, quàmuis ei renuntiet. ſed ſolum dicit quòd acquiritur excepti› pacti contra rei uendicatiouem, quæ infert contrarium, cum non eſſet opus pacto de non petendo ſi transferretur actio in ipſum.

Præterea dato quòd transferetur actio: tamen dominium ſine traditione transferri non poſſet, l. traditionibus. C. de pactis & eſt glo. ordinaria in l. planè ſupra famil. erciſ. not. Bar. in leg. ſi culpa. ſupra de rei uendicatio. Ang. & alii in leg. prima. infra pro emptore, & in leg. depoſiti infra. de re iudicata, glo. & docto. in leg. final. C. de hæreditatem, uel actio. uendi. hæc tamen ultima ratio faciliter poteſt euitari: quia procedit quando poſſeſſio uel res non reperitur penes illum cui fit ceſſio rei uendicationis: quia tunc ſolo animo amittitur, & nemini acquiritur dominium, l. ſi quis ui. §. differentia. infra eodem. iuncta l. traditionibus. C. de pact. ſecus autem quando res reperitur penes eum cui creditur: quia ſufficit ſola uoluntas ad transferendum dominium, l. quà qua ratione. §. interdictum. ſupra de acquir. rerum dominio. & §. interdum. inſti. de rerum diuiſione, ut hic etiam per Iaſ. unde prima reſponſio clarior eſt: quia per renuntiationem non transfertur actio in aduerſarium; neque hoc intendit renuntians, nec hoc faceret ſola renuntiatio niſi adhoc interueniret ceſſio, cum actiones ſint affixæ oſſibus noſtris, l. 3. in fi. ff. pro ſocio, & renuntians facit ad ſe exonerandum, non autẽ ad faciendum utilitatem aduerſario, & actus agentium non operatur ultra intentionem agentis l. non omnis. ff. ſi cert. petatur. Et dicta lex qua ratione. §. interdum. procedit quando clarè appparet animus tranſferendi dominium & poſſeſſionem.

141 Quare † concluſiuè reſoluendo totum articulum præſupponas tria. Primò quòd renuntiatio dependet à ſola uoluntate, & habet limites ſecundum uoluntatem renuntiantis: arg. dictæ l. non omnis. ff. ſi cert. petat. Secundò quòd ſex illa ſunt diuerſa contractus, uel dominium, actio, lis, inſtantia, cauſa accidentalis, & proceſſus.

142 Tertiò † quòd renuntiatio eſt ſtricti iuris, & non extenditur plus quàm inferant uerba leg. quidquid aſtringendæ de uerbo. obligatio. l. conſtitutionib. ff. ad Municipales & l. cum de indebito. de probationib. & no. plenè in dicta l. poſtquàm liti. Igitur ſi eueniat quòd in renuntiatione expreſſè dictum fuerit quòd renuntiat iuri ſuo & dominio, uel dictum fuerit quòd renuntiat omni iuri ſuo pleniſſimè, nihil ſibi reſeruando. & tunc dominium erit & translatũ: quia uerba hoc dicunt & in certis non eſt opus coniecturis leg. continuus. §. cum ita. infra de uerborum obligationibus. Similiter ſi dictum fuit quòd renuntiat liti & cauſæ tantum, non extendetur ad actionem neque dominium: quia ſemetipſum reſtrinxit, & limitata cauſa limitatum producit effectum, l. in agris ff. de acqui. rerum dominio, & l. ager. C. de tranſ. Si uerò uerba ſunt dubia, recurrendum eſt ad coniecturas, & ſi quidem dixit poſtquàm feci hanc litem nunquàm habui unam horam quietis, & feci infinitas expenſas, tunc præſumitur renuntiaſſe propter execrationem litis, & erit renuntiatio liti, & cauſæ tantum. Sed ſi dixit quòd aduerſarius eſt amicus ſuus, & quòd ei uult facere bonum, tunc ſi interuenirent coniecturæ donationis, de quibus in l. cum quid. ff. ſi cer. peta. & in l. quæ dotis ff. ſolut. matrimo. & tunc uideretur translatum dominium, alioqui ſatis prodeſſet amico deſiſtendo à lite circumſcriptis omnibus coniecturis, tunc non recedas à uerbis, & ſi dictum fuit liti & cauſæ, non eſt renuntiatum actioni, ſi additum fuit & iuri, intelligitur renuntiatum actioni tantum, non autem dominio, per rationem urgentiſſimam: quia qui renuntiat uidetur ſe uelle excludere non ut alii proſit, l. 3. C. de rep. hæredita. aliàs præſu

meretur donatio, quod non eſt dicendum per
dictam l.cum de indebito. ideò nunquam dici-
tur eſſe renuntiatum dominio & iuri poſſiden
di, niſi hoc expræſſum ſit, & quando expræſſiſſet
de dominio, adhuc non eſſet renuntiatum poſ-
ſeſſioni, ut per Anto. in dicto cap. 3. de reſti.
ſpoli. quia tenuntiatio eſt ſtricti iuris, & prædi
cta omnia ſunt diuerſa, & actus agentium non
operatur ultra intentionem agentis, dicta leg.
poſtquàm liti, ubi plenè dixi, & ſequitur Cal-
deri. conſ. 7. in fi. & Alcia. hic, Rip. & commu-
niter docto.

143 Ex quibus apparet † ꝙ intellectus iſte de iu-
re procedit, & quòd nou obſtante renuntiatio
ne non impeditur renuntians intentare interdi
ctum retinendæ poſleſſionis, Quæ couclusio am
pliatur procedere ſiue renuntiet liti & cauſæ, ſi
ue renuntiet iuri ſuo, ſiue renuntiet inſtantiæ:
nam nunquàm intelligetur renuntiaſſe domi-
nio & iuri poſſidendi, uiſi hoc expreſſum fuerit.

Item ampliatur procedere etiam quòd renũ
tiaſſet propter potentiam aduerſarii, uel cau-
ſa execrandæ litis: quia non uidetur habere
tem pro derelicto; neque potentiori dona-
re leg. tertia. C. de repudianda hæreditat. &
Sozi. hic.

Item ampliatur procedere etiam quòd ſit in
terpoſita ſtipulatio habere licere, l. ſtipulatio
iſta. in principio in glo. in uerbo ſucceſſores. de
uerborum obligatio. & hic Alcia. num. 18. quia
hæc renuntiatio ſui natura non eſt translatiua
dominij.

Ampliatur etiam procedere quando actor
expreſſè renuntiaſſet dominio: quia non uidere
tur renuntiaſſe iuri poſſidendi: ſed ſolum do-
minio ut res habeatur pro derelicto, non ani-
mo transferendi in aduerſarium illud: quia nõ
habet uim translationis dominii. Vnde oppor
tet quòd interueniret actus rei uolentis ſibi ac
quirere: quo caſu non iure renuntiationis: ſed
iure occupationis acquireret, l. ij. ff. pro ſuo, &
quilibet alius ingrediens ante ipſum prius ac-
quirere poſſet, in caſu tamen quo eſſet renuntia
tum dominio & non appareret quæſitum reo,
agens poſſet intentare interdictum· quia non
obſtaret exceptio dolo facis. Sed ſi renunriatio
eſſet facta in actis & appareret de acquiſitio-
ne dominii rei, tunc impediretur agere propter
regulam dolo facis petere, ut hic communiter
tenent docto.

144 Quærit modo Bar. hic † an renuntians debeat
condemnari in expenſis? & refert diſtinctio-
nem Specula in titulo. de expenſis. §. iuſta. uer
ſi. quid ſi ſuſpenſo petitorio. qui dixit. Aut fuit
renuntiatio totalis, & tunc ipſe debet conde-
mnari in expenſis quaſi temerariè egerit, l. eum
quem temerè de ind. ſi uerò non renuntiat: ſed
poſt petitorium proponit poſſeſſorium in ca-
ſibus in quibus admittitur concurſus, uel pro
ponit poſſeſſorium animo ſuſpendendi peti-
torium, iuxta formam capituli paſtoralis de
cauſa poſſeſſionis & propriet. & tunc non de-
bet condemnari in expenſis: quia facit actum
licitum & non meretur pænam, leg. Gracchus.
C. de adulter. hanc ultimam concluſionem ſe-
quuntur omnes hic, ex eo: quia non poteſt im
putari de ſuſpenſione neque de cumulatione,
cum lex permittat neq; fateatur ſe habere ma-
lam cauſam, neque dicitur ſuccumbere in peti
torio, propterea nulla remanet cauſa quare de-
beat condemnari in expenſis, & ſuſpendendo
reducit poſſeſſorium ad ſuam naturam, quæ eſt
ut debeat præcedere lege. is qui deſtinauit, &
dicta l. ordinarii. cum ſimilibus iũcta l. ſi unus.
§. pactus ne peteret ff. de pact. primam etiam
concluſionem quòd ſi renuntiat tacitè uel ex-
preſſè, ut dicetur in ſeq. lectura quòd debeat cõ
dmnari in expenſis, etiam ſequuntur commu
niter docto. pro qua facit ratio glo. in dicta l.
ſi maritus. §. ſi negauerit, infra de adulteriis
145 † quòd renuntiando fatetur ſe habere malam
cauſam, & fatetur ſe temerè litigaſſe, unde li-
citè condemnari debet in expenſis. tamen in
contrarium allegatur: quia renuntians non di
cetur ſuccumbere, l. alia. C. de his quib. ut in-
di. & l. ſi contra te. ff. de uulg. & pupill. ergo
non debet condemnari: quia regula eſt quòd
uictus uictori in expenſis condemnetur. Reſpõ
det Ripa quòd renuntians petitorio non con-
demnatur in expenſis propter ſuccumbentiam:
ſed propter temeritatem. pro qua reſponſione
facit l. ſancimus. C. de iud. & cap. finem litibus.
de dolo & contum. ubi ſæpius durante lite pro
pter contumatiam uel aliam cauſam fit con-
demnatio in expenſis.

Secundò reſpondetur quòd imò dicitur ſuc
cumbere quantum ad ipſam litem, licèt non di
catur perſeuerare uſque ad finem quantum ad
pœnam impoſitam agenti, ut in dicta leg. alta.
item ibi non eſt renuntiatio: ſed deſiſtentia ſo
la quæ non inducit finem litis ſicut facit renun
tiatio. Vnde concluſio remanet uera quòd re-
nuntians petitorio debet condemnari in ex-
penſis.

Ampliatur procedere ut non audiatur ſuper
poſſeſſorio niſi prius refectis expenſis, d. l. ſan-
cimus. C. de iudi.

Ampliatur procedere etiam ſi è contrario
renuntiaſſet poſſeſſorio & poſteà tranſiret ad
petitorium: quia eſt eadem ratio. Alexand.
poſt Bal. in leg. edita. colum. fin. C. de eden-
do. Fely. in cap. ad audientiam. colum. 10. de
reſcriptii.

146 Limitatur † primò non procedere quando
actor habuiſſet iuſtam cauſam litigandi uſque
ad renuntiationem, ut: quia ignorabat factũ,
uel non habebat notitiam inſtrumentorum pro
ductorum per aduerſarium; uel quia teſtes ſibi
dicebant ſe depoſituros quod non depoſuerũt.
ideò quando ſciuit ſe non habere bonam cau-
ſam renuntiauit, pro quo faciunt ea, quæ haben
tur in l. properandum. §. ſin autem. C. de iudi.

dum

dum examinant articulum an uictus uictori debeat cõdemnari in expenſis.& dicuut quòd qui habuit: iuſtam cauſam etiam quòd ſit uictus non debet condemnari ; & limitant uſque ad concluſionem in cauſa: quando non habuit notitiam proceſſus.poſtquàm uerò habuit notitiã dicunt quòd amplius non habet iuſtam cauſam unde ab eo die ſemper debet condemnari, ergo ſi renuntiauit bene fecit, ideò non debet cõdemnari .ſequitur hic Areti.poſt Bal.in dicta l. poſtquàm liti,ubi etiam dixi.& hic Rip.facit l. ſi quis inficiatus.& quod ibi no.Bal. ff.depoſiti & l.infideicommiſſi.ff.de uſur.quia quis non debet rem ſuam relinquere indefeſam,l.ſi is qui. ff. de petitio. hæredita.

Secundò limitatur non procedere in ſpoliato renuntiante petitorio propter odium ſpolii, per ea quæ no. per Abbatem & Butrium in cap. ſignificauerunt .de teſtibus. & hic per Ripam .

147 Subdit poſteà Bar. † quòd licèt hæc lectura ſit in ſe uera, tamen non dicitur conuenire literæ in qua nullum uerbum de renuntiatione ponitur. Et plus dicit Alex.hic quòd hæc lectura nec præcedens eſt in ſe uera: quia etiam cum loquatur de interdicto retinendæ poſſeſſionis quod habet contradictionem cum rei uendicatio.uidetur quòd intentãdo petitorium renuntiauerit poſſeſſorio : argumen. l.quod in hæredem.§.eligere. ff. de tributoria. Sed hæc obiectio parum ſtringit: quia ut ego dixi in prima & ſecunda lectura,ratio contrarietatis non militat niſi in ſpecialiſſimo caſu:quando in utroque remedio ſe reſtrinxit ad eandem poſſeſſionem expreſſam, quod rariſſimè fit. Vnde regula eſt in contrarium quòd nunquam militat cõtrarium quòd nunquam militat contradictio, imò nec in caſu contradictionis ſemper uidetur renuntiare,ſi forſan ignorans ſe poſſidere, uel poſſidet per filium, uel ſeruum, uel agit ex poſſeſſione nouiter quæſita,ut dicemus infra in tertia & quarta lectura glo. ubi hæc plenè examinabuntur. Vnde dicas quòd hæc duæ lecturæ ſunt in ſe ueræ, & decidunt caſus ſpeciales in eis comprehenſos, & continentur ſub generalitate legis noſtræ, ut ego declaraui in ſecunda mea lectura quòd regulariter per petitorium quis non amittit poſſeſſorium , neque prohibetur ad libitum intentare à principio, medio, & in fine. Vnde propter uerbum uendicauit, præteriti temporis implicantur etiam iſti tres caſus quando petitorium eſt finitum.

Sed tamen ut dictum fuit: quia iſti caſus non conueniunt literæ. ideò docto. dederunt tertium intellectum perquirentes intentionem Vlpian. qui eſt quòd intentando poſſeſſorium uidetur tacitè renuntiare petitorio, & ita non facere cumulationem.

Quinta lex & tertia creata per docto. fundata ſuper tertio intellectu glo. his uerbis.

148 Non †denegatur interdictum uti poſſidetis ei, qui cæpit rem uendicare ut illud intentare poſſit, ſi ignorauit ſe poſſidere, uel poſſidebat per alium: quia uidetur renuntiare petitorio.

249 Quæ lex †difficilior eſt cæteris: quia recipit maiores contradictiones,attento ꝙ in ea præſupponitur quòd intentans poſſeſſorium retinendæ uideatur renuntiare petitorio, quod nõ poteſt contingere regulariter, propter rationem tex. noſtri: quia nihil habet commune poſſeſſio cum proprietate.

150 Et †ideò ut hæc lectura habeat locum prout præſupponit glo. eſt neceſſarium quòd poſſeſſorium ſit intentatum pro eademmet poſſeſſione expreſſa pro qua intentatum fuit petitoriõ, & ſic ſit plena contrarietas in utroque remedio quo præſuppoſito naſcitur alia difficultas:quia ſi eadem poſſeſſione expreſſa utrunque fuit intentatum, & qui egit rei uendicatione nominauit poſſeſſionem in petitorio quam ipſe habebat, & dixit eam eſſe in reo conuento, ſequitur quòd neceſſariò eidem poſſeſſioni fuit renuntiatum intentando petitorium ab initio, & ſic nullum remanſit poſſeſſorium in rerum natura quod poſſit cumulari, uel finito petitorio intentari per rationes ſæpius ſupra in aliis lecturis allegatas, quæ in his terminis omninò concludunt: argum. l. poſt diem.ff.de leg.commiſſoria. & l. fi. C. de codicillis. & l. quòd in hæredem. §. eligere. ff. de tributoria. & ideò uidetur quòd hæc lectura ſemet ipſam deſtruat cum ſi uis quòd intentando poſſeſſorium uideatur renuntiatum petitorio : ergo plena eſt contrarietas quæ inducitur quando utrunque intentatur pro eadem poſſeſſione expreſſa, quod ſi euenit antequàm tractetur de hac cumulatione propter petitorium intentatum, fuit renuntiatum poſſeſſioni ut amplius poſſeſſorium retinendæ non ſit in rerum natura, & fruſtra dubitatur de cumulatione uel ſucceſſiua intentatione.

151 †Glo.hic ſentiens hoc contrarium reſtrinxit hanc lecturam ad caſum quo qui egit petitorio tunc temporis ignorauit ſe poſſidere,uel poſſidebat per alium, quo caſu non uidetur renuntiaſſe. Vnde cum poſſeſſio adhuc remaneat & contrarietas uigere poſſit, ſuccedit quòd intentando poſteà poſſeſſorium, uidetur renuntiaſſe petitorio, & hæc lex ponat deciſionem rationabilem,& in facto contingentem.proptereà habes rationem, quare tot uerba ſint poſita in hac lege: nam dictum fuit quia ignorabat ſe poſſidere, ut demonſtretur quòd quamuis præſupponeretur intentatum fuiſſe utrunque pro eadem poſſeſſione: tamen non fuiſſet renuntiatum poſſeſſorio, & poſteà dicitur quòd poſſit illud intentare: quia uidetur renuntiaſſe propter contrarietatem quæ præſupponitur eſ-

ſe, ex quo pro eadem poſſesſione utrunque fuit intentatum, & hæc eſt uera mens glo. in hac lectura, & non debent commiſceri duæ aliæ ſequentes lecturæ cum iſta, pro ut facit Iaſ. quamuis alia lectura glo. de noua poſſesſione habeat aliqualem conuenientiam, & docto. hic immiſcent cum iſta aliam quartam, quæ ex intentione glo. debet ſeparari ab iſta: quoniam ad hoc ut admittatur cumulatio petitorii & poſſeſſorii duæ ſunt principales difficultates. una eſt an præſuppoſito quòd poſſeſſorium non fuerit ſublatum per petitorium admittatur cumulatio, uel ſi reiiciatur poſſit poſt finitum petitorium intentari, & hæc quæſtio diſcutitur per has tres lecturas glo. & per aliam quam poſuit Coraſius & aliam quam poſuit Fabius Acorum bonus. Alia eſt dubitatio quæ præcedit hanc, utrum per petitorium uideatur ſublatum poſſeſſorium? quæ & ipſa debet diſcuti: quando dubitatur an admittatur concurſus, ut appareat an ſint remedia in rerum natura, & hæc fuit principalis in hoc tex. & etiam examinatur per tres alias lecturas glo. quarum prima eſt, an ignorans ſe poſſidere ſi intentat petitorium uideatur renuntiare poſſeſſorium, & ſecunda an ſi non poſſidebat tempore litis primæ poſſit poſteà intentare poſſeſſorium ex noua poſſesſione quæſita, & tertia quid iuris ſit quando intentantur diuerſis reſpectibus. Quarta Alex. & Iaſ. quando utrunque intentatur ſimpliciter, & quinta quando ante litis conteſtationem petitorii intentatur poſſeſſorium, & propterea in ſequenti lege nos ponemus eadem uerba: quando qui intentat petitorium ignorat ſe poſſidere, & ſuper ea tractabimus pleraque quæ ponunt doct. ſuper hac tertia lectura quæ tamen propriè conueniunt illi quartæ, quæ duæ lecturæ licèt habeant conuenientiam in aliquibus, tamen poſteà diſcordant in aliis quæ in dicta quarta lectura nos referemus.

Summatur igitur hæc tertia lectura glo. hoc
152 modo. †Si ignorans poſſidere, uel poſſidens per alium intentauit petitorium non amittit poſſeſſorium, quàmuis ex eadem poſſesſione utrunque intentauerit. Sed intentando poſſeſſorium propter contrarietatem dicitur renuntiaſſe petitorio.

153 Caſus ita breuiter fingi poteſt. †Quidam iuerat ad nundinas, & in fundo relinquerat ſeruos uel colonos, quo abſente, alius ingreſſus fuit etiam non uidentibus ſeruis uel colonis: tamen: quia abſens per colonos habebat naturalem & ciuilem, ingrediens nullam potuit acquirere, ut no. in dicto. §. qui ad nundinas. ità ꝙ ſolùm detentationem quandam actualem habebat ingreſſor. dominus reuerſus inueniens fundum occupatum, credidit ſeruos, uel colonos fuiſſe deiectos, & amiſiſſe omnem poſſesſionem, ideò intentauit rei uendicationem contra ingredientem, aſſerens eum habere omnem poſſesſionem, & condemnari ad eam reſtituendam. poſteà facto proceſſu cognouit quòd non bene probauerat intentionem ſuam, & cum habuiſſet notitiam ſeruos uel colonos ſemper fuiſſe in poſſesſione, cognouit quòd ſemper retinuit poſſesſionem naturalem uel ciuilem, quæ ingredienti non potuit acquiri, l. j. §. non alii. infra de ui & ui armata, & propterea ex conſilio aduocati intentauit poſſeſſorium retinendæ petendo eum condemnari ad deſiſtendum à moleſtationibus. opponebatur quòd non poterat facere, fuit quæſitum quid iuris, cum tria urgerent. Primò ꝙ intentando petitorium uidebatur renuntiaſſe poſſeſſorio pro eadem poſſeſſione intentato. Secundò quòd concurſus nõ poterat admitti ſtante plena contrarietate. Tertiò: quia repugnat ordo iuris. Et ratio dubitandi erat, & uidebatur dicendum quòd eſſet renuntiatum poſſeſſorio, per rationes ſæpius dictas: quia ei qui poſſidet nulla datur actio, dicto. §. ei uerò, & intentando petitorium ut illud ſibi poſſit competere, uidebatur renuntiaſſe illi poſſesſioni, quam dicebat eſſe penes aduerſarium. Secundò faciebat ratio contrarietatis: quia in petitorio dicebat aduerſarium habere omnem poſſesſionem, & in poſſeſſorio dicebat ſe omnem habere, unde per electionem uidebatur ſublatum poſſeſſorium, leg. quod in hærede. §. eligere. de tribut. & l. fin. C. de codicill. Tertio faciebat ratio ordinis: quia poſſeſſorium dicitur eſſe præparatorium petitorii, dicta l. ordinarii. & l. in certi, & intentando præparatum uidetur renuntiaſſe præparatorio, l. fi. ff. de tab. exhib. cum ſimilib. Sed dato quòd non eſſet renuntiatum, adhuc uidebatur quòd non poſſet cumulari, ex eo: quia militat ratio contrarietatis plena, quæ impedit cumulationem fieri, cum aliis quinque rationibus impeditiuis cumulationis ſupra adductis, & poſitis in l. edita. C. de edendo.

His tamen non obſtantibus contrarium fuit determinatum in hac lege creata, & primò ꝙ non fuit renuntiatum poſſesſioni neque poſſeſſorio per rei uendicationem. Et ratio decidendi fuit; quia ignorabat quando intentauit, & ignorans non uidetur renuntiare, l. mater decedens. de inoffi. teſtam.

Item poſſidens per alium non renuntiat poſſeſſioni ſolo animo, l. j. §. non alii autem. infra de ui & ui armata. & leg. peregrè. infra eo.

Nec obſtant contraria: quia non habent locum in eo qui ignorauit ſe poſſidere, quo ſtante poſteà deciditur quòd potuit intentare poſſeſſorium.

Nec obſtat ratio contrarietatis allegata, & aliæ regulæ impeditiuæ cumulationis: quia non deciditur quòd admittatur cumulatio neque concurſus. ſed quòd propter contrarietatem intentando poſſeſſorium uidetur renuntiaſſe petitorio. & ita poſt finitum petitorium in effectu proponere poſſeſſorium.

Nec obſtat quòd eadem contrarietate ſtante uide-

uidebatur quòd prius per petitorium renuntiaſſet poſſeſſorio: quia reſpondetur quòd diuerſa ratio eſt; nam ideò ab initio non renuntiauit poſſeſſorio: quia intentans petitorium ignorabant ſe poſſidere uel poſſidebat per alium: ſed quando poſteà intentauit poſſeſſorium ipſe ſciebat ſe poſſidere, & contrariari directo his quæ dixit in petitorio, ideò ei uidetur renuntiaſſe hic eſt caſus.

154 Notandum eſt primò ex iſta lege creata † quòd qui inteſtat petitorium non uidetur renuntiare poſſeſſorio retinendæ, licèt rei uendicationem proponat contra reum pro omni poſſeſſione, & ipſe intentans habeat utranque poſſeſſionem, & ſic ſit contradictio apparens & directa. concordat iſte tex. qui uult indiſtinctè admicti petitorium poſt poſſeſſorium ergo non fuit ſublatum per electionem. & hoc confirmat in fi. dicendo quòd non uidetur poſſeſſioni renuntiare qui rem uendicauit. Cui tamen concluſioni obſtant ea, quæ ſupra dixi in figuratione caſus, quòd ratione contradictionis eſt neceſſarium quòd unum eligatur & aliud renuntietur per l. poſt diem. ff. de lege commiſſoria glo. in l. ſi duo. in uerbo uincatur in fi. inf. uti poſſid. quia ſimplex nunciatio operatur ut quis uideatur ommittere poſſeſſionem, l.j.§. in operis. & l. de pupillo. §. meminiſſe ſupra, de nou. oper. nunciatio. ergo tanto fortius proponendo ipſum poſſeſſorium prout hic argumentatur Bar. & confirmatur: quia ipſa met glo. uult quòd proponendo poſſeſſorium uideatur renuntiare petitorio propter dictam cauſam contradictionis: quia utrunque proponit pro eiſdem poſſeſſionibus; ergo & per eandem rationem uidetur prius renuntiaſſe poſſeſſorio, & ſibi præcluſiſſe uiam agendi, & ſemetipſum excluſerit. leg. ſecunda. §. ſed ſi alius. infra quando appellandum ſit, & argumentatur glo. in dicta. leg. ſi de ui. ff. de iudi.

155 Sed † reſolutio eſt ut etiam ſupra dictum fuit, quia iſte agens ignorabat ſe poſſidere, & nemo ignorans uidetur renuntiare, l. mater decedens. de inoffi. teſtam. & l. ſi per errorem. ff. de iuriſdictio. omnium iudicum. uel ſi ſciebat ſe poſſidere poſſidebat per alium, quo caſu ſolo animo non ammittit poſſeſſionem, l. peregre. §. quibus infra. eod. & l.j. §. non autem alij. ſupra de ui & ui armata: quia licèt animo uideatur deſinere poſſidere: tamen illa re acquiritur ſibi per eoſdem ſeruos uel colonos: quoniam non deficit animus in totum dicto. §. non alii autem. & eſt caſus notabilis, & fuit modus excogitatus per glo. quòd ſtante contradictione non renuntiet poſſeſſorio, & nihilominus eadem contradictio faciat, quòd intentando poſſeſſorium renuntiet poſſeſſorio.

156 Secundò notandum eſt ex hac lege † quòd proponens ſecundum remedium incompatibile uidetur recedere à primo, & ei renuntiare, concordat tex. in dicta l. poſt diem. cum l. præcedenti. in fi. quæ clarior eſt & l.ij.C. de iure dominii impetrando, & eſt tex. in cap. ſolicitudinem. in fi. & ibi Abb. num. 9. de appellationibus. quæ concluſio procedit etiam facta proteſtatione quòd non intendit renuntiare: quia proteſtatio contraria facto nihil operatur, ut per Bar. in leg. non ſolum. §. morte. in quinta quæſtio. primæ par. de nou. oper. nunciatio. ubi plenè per docto. dummodo ſit plena contradictio: ſed ſi non eſſet plena repugnantia tunc proteſtatio operaretur ut non uideretur receſſum, ut per Abb. in dicto cap. ſolicitudinem. in ultimo no. & in glo. fi. & in cap. j. de reſti. ſpoliatorum.

157 Oportet † tamen quòd ſecundum remedium ſortiatur effectum ſaltem admiſſione ut inceptum ſit procedi, per l. ſi quis ante, & ibi no. infra. eodem. Vnde hoc caſu actor non diceretur renuntiare poſſeſſioni niſi iudex admiſerit libellum in poſſeſſorio ut poſſet procedi, & forſan requiritur perſiſtentia uſque ad conteſtationem litis: argum. l. non amplius infra rem ratam haberi, de quo tamen dic ut ibi & in octaua lectura.

Item procedit prædicta regula in actore, in reo uerò admittuntur contrariæ defenſiones, nec ſe inuicem excludunt. l. nemo. ff. de exceptio. cap. nullus pluribus de reg. iur. in 6. 27. quæſtio. 2. in principio, niſi neget ius actoris taliter quòd impediatur ius, ut in l. quoties. §. prætor ff. de noxalibus. & l. j. §. interdum. ff. ſi quadrupes. & auct. contra qui propriam. C. de non num. pecc. & l. ſed hoc ità. §. primo. ff. de probatio. & l. ultima ff. de rei uendicatio. coniuncta auct. poſſeſſor. C. qui potiores in pignore habeantur cum ſimilibus adductis per glo. in dicto cap. nullus pluribus. in utroque autem Regno Siciliæ non admitterentur contrarii articuli quoniam faciunt articulos & poſitiones ſimul coniunctim, & in poſitionibus nemo poteſt eſſe ſibi contrarius cap. fi. de iureiurand. in 6. cum ſimilibus & cap. ij. de confeſſ.

158 Tertiò † notandũ eſt ex iſta lege, q allegãs cõtraria aliquando auditur ſimul, ut in reo faciẽte defenſiones diuerſas ſecundũ declarationẽ præcedentẽ, & in actore etiã auditur aliquando in ultimo tantũ quaſi renuntiauerit primo, & aliquando per primũ impeditur ſecundũ ut no. in d. cap. ſolicitudinẽ. Secũdũ uarios intellectus regulariter: tamẽ allegans cõtraria non auditur, cap. inter dilectos. de fide inſtrumẽtorũ ubi titulus duplicatus nõ admittitur, l.j.C. de fur. & ſeruo corrupto. & 27. quæſt. 7. cap. quod autẽ. & dãtur cõmunes reſolutiones per glo. & doct. in d. cap. nullus pluribus, & leg. ubi repugnantia. de regul. iuris, prima quòd allegans contraria

admittitur ordine ſucceſsiuo, ut in præcedentibus lecturis dictum fuit, ut finito uno per ſententiam, admittatur aliud, uel expreſſè renuntiando ut in alia lectura, uel tacitè renuntiando, ut in hac tertia lectura, uel conditionaliter intentando, ut per glo. in leg. quæ de inofficio. in fi. ff. de inoffi. teſtam. & Roma. conſ. 392. col. ij. & no. per Bar. & omnes in leg. edita. C. de edendo in materia cumulationis.

Item auditur contraria allegans quando eſt dubius ex facto rei, l. prima §. quod autem. ff. quorum legatorum, & per Bar. in leg. ubi autem non apparet, de uerborum obligationibus.

Item reus auditur dicta leg. nemo. ff. de exceptionibus ſi in articulis allegauit: ſecus in poſitionibus: quia fatetur in eis unum & iurat, & ſi audiretur in alia iuraret & confiteretur contrarium cap. fin. de iur. iurand. in 6. & plenè per Decium, & Cagnolum in leg. ubi repugnantia. de reg. iur. unde practica utriuſque Regni ex hoc capite redditur damnoſa: ſed tamen fuit introducta: quia ſi reſponderet reus poſitionibus ſeparatim prout obſeruatur in omnibus aliis partibus Italiæ, datur occaſio ſubornandi teſtes, & producendi falſos teſtes cum remaneat inſtructus de tota intentione partis, ideò ut occurratur iſtis falſitatibus in illis locis in quibus compertum fuit eſſe magnam multitudinem falſorum teſtium hoc receptum fuit, prout apparet in his duobus Regnis, in aliis uerò partibus hoc non fuit prouiſum: quia non fuit reperta tanta multitudo teſtium falſorum, & plus obſeruatur in eiſdem locis quòd detur copia articulorum partibus indiſtinctè, & ſolum prouidetur falſitati teſtium cum interogatoriis quæ ſecreto.

Quartò notandum eſt accedendo ad tex. quòd proponens poſſeſſorium poſt petitorium uidetur renuntiare petitorio ratione contrarietatis, quæ probatur ſecundum Bar. hic: quia ei qui poſſidet non datur rei uendicatio, ut inſti. de actio. §. ei uerò, & l. j. §. interdictum. infra uti poſſid. & propterea agens rei uendicatione dicit aduerſarium poſſidere: quia ſine poſſeſſione eius non competeret, leg. j. C. de aliena. iudi. mutand. cauſ. facta. & in interdicto poſteà dicit ſe poſſeſſionem habere, & ſibi expreſſè contradicit, ideò inducitur renuntiatio primi: argum. leg. poſt diem. ff. de leg. commiſſo. & dicta leg. ſecunda cum ſimilibus: ergo hæc remedia ſunt contraria, & per conſequens intentando ſecundum renuntiat primo.

Nec obſtat quòd primo loco intentando petitorium uideatur renuntiaſſe poſſeſſorio propter eandem rationem contrarietatis: quia reſponſum fuit hoc eueniſſe quoniam ignorabat ſe poſſidere, & ignorans non renuntiat, dicta l. mater decedens. & quoniam poſſidebat per alios per quos ſibi poſſeſsio reacquiritur, dicto. §. quibus.

159 Sed † in contrarium uidetur facere regula iſtius tex. qui ſimpliciter dicit nihil habet commune poſſeſſio cum proprietate, & dicuntur diuerſa remedia tendentia ad diuerſas res, & ſe inuicem non tangentia: ergo uidetur quòd & cumulatiuè, & ſucceſsiuè indiſtinctè intentari poſſint ut dixi in ſecunda lectura quam ego ſupra ultra docto. poſui. ſed reſpondetur fatendo omnia prædicta, & non prohibentur cumulari propter hoc quòd ſint inuicem contraria, uel ſe tangentia: ſed prohibetur cumulatio propter aſſertionem ipſius actoris qui eſt ſibi contrarius reſtringendo ſe ad eaſdem poſſeſſiones, cum in petitorio dixit aduerſarium habere omnem poſſeſſionem, & eum compelli ad eam ſibi tradendam, & intentando poſſeſſorium dixit ſe habere utranque poſſeſſionem rei petendo eam ſibi conſeruari, & cum aſſerat in his libellis expreſſè contraria in facto non deberet in nullo audiri: argum. leg. ubi repugnantia de reg. iur. & dicto cap. ſolicitudinem, in fi. ſecundum unum intellectum: tamen toleratur ut admittatur in ſecundo, cum qualitate quòd renuntiauerit primo, ſi tamen non ſe reſtringeret ad eandem poſſeſſionem, ut quia ſimpliciter intentaret utrunque, uel petitoriũ pro naturali, & poſſeſſorium pro ciuili, tunc non allegaret contraria, & admitteretur ad utrunque, & tunc cumulatio procederet ut dictum fuit in dicta ſecunda mea lectura, & dicetur etiam infra ſuper ſexta lectura nona & decima glo. & propterea habes duas reſtrictiones ad hanc legem creatam propter duo præſuppoſita, unum quòd utrunque remedium intentatum fuit pro omni poſſeſſione, uel pro eadem poſſeſſione in ſpecie, & ſic eſt allegatio contraria ipſius actoris, aliud quòd ignorabat ſe poſſidere, uel poſſidebat per alium ut appareat ratio: quare intentando petitorium non renuntiauit poſſeſſorio, & tamen intentando poſſeſſorium renuntiauit petitorio ut dixi in præmiſsis.

160 Sed † iuxta hoc quærit Bar. hic, utrum ſemper ſit uerum quòd intentando poſſeſſorium uideatur renuntiare petitorio, & quis effectus ſequatur, & ipſe in uerſi. uidendum eſt. qui debet legi ſeparatim à præcedentibus diſtinguit. Aut reus conuentus poſſeſſorio fatetur actorem poſſidere, & tunc procedit renuntiatio petitorii, ut in lectura: ſed tamen dicit quòd erit paruæ utilitatis hæc propoſitio: quia ſi reus fatetur eum poſſidere habet quod petit actor, ideò reus debet abſolui. §. fi. inſti. de pœna temerè litigantium. & l. quoties. ſecunda infra de ſolutio. ſi uerò reus negat actorem poſſidere, tunc ipſe uidetur aſſentire petitorio. & non poteſt

dicere

dicere quòd eſt ſibi contrarius : quia negauit fundamentum poſſeſſorii per quòd inducebatur renuntiatio. Vnde non debet audiri allegando contraietatem & renuntiationem, per cap. ex eo. de reg. iur. in 6. & l.cum de indebito. ff. de probatio. & per dictum Specula. in titulo de poſitionibus. §. octauo. uerſi. ſed ſecundum.quòd ex poſitione negata nemo poteſt ſe iuuare, ideò in hoc caſu dicit quòd petitorium remanebit ſuſpenſum ut finito poſſeſſorio illud de nouo poſſit actor proſequi, ut hic per eum, cuius dicta ſequuntur communiter docto.

161 Et † prima eius eſt concluſio, quòd ſi reus fateatur actorem poſſidere inutile redditur interdictum: quia ſequenda eſt abſolutoria: ſed in contrarium facit: quia imò non uidetur eſſe inutile, ex eo: quia tria petuntur in libello interdicti retinendæ, unum quòd ſibi conſeruetur poſſeſſio ſeu teſtituatur, ſi aduerſaria habet.ſecundum quòd deſiſtat à moleſtationibus, leg. prima. §. eſt igitur, & §. huius. & ibi glo. & leg. ſi duo. §. item uideamus. infra uti poſſide. glo. & docto. in dicta l. clam poſſidere. §. final. ſupra eodem. Item & tertium petitur quòd condemnetur ad intereſſe incurſum propter moleſtationes, dicta l.ſi duo, iuſta uti poſſid. ergo ſequitur quòd licèt poſſeſſio ſit penes ipſum agentem, non per hoc dicitur habere omnia quæ petit in libello, cum ad hoc remaneat principalis petitio ut deſiſtat à moleſtationibus, & alia petitio ut condemnetur ad intereſſe. ideò ipſemet Bar. infra in prima combinatione uult quòd reo confitente actorem poſſidere ad huc debeat ferri ſententia condemnatoria, & ſic de directo contradicit dictis hic. Saluat Iaſ. quòd Bár. hic loquitur de abſolutoria ab inſtantia petitorii, non autem ab inſtantia poſſeſſorii, quæ ſaluatio falſa eſt, ex eo: quia neque etiam re exiſtente penes actorem in petitorio debet abſolui, imò debet condemnati ad fructus & expenſas, & pro ſtipulatione de euictione, l. utique. ff. de rei uendi. pro ut ipſemet Bar. dixit infra in quarta ſua lectura nu. 20.

162 Ideò † tu ſalua Bar. alio modo quòd iſta non ignorauit: ſed præſuppoſuit quòd quæſtio eſſet tantummodo quis poſſideret, & turbationes deficerent confitente reo eum poſſidere, & nullum intereſſe fuerit. Item intellexit quantum ad ipſam rem tantum; quantum uerò ad extrinſeca remanet ipſum poſſeſſorium, ut in prædictis.

163 Secunda eſt concluſio † quòd quando reus negat actorem poſſidere, non poteſt ſe fundare in propoſitione contraria per dictum capitulum ex eo. de reg. iur. in 6. ſed uidetur quòd dictum capitulum non faciat: quia eius regula procedit quando quis limitat, & punctualiter impugnat illud ex quo uult ſe fundare ut dixit Bar. in leg. poſt legatum in principio. in penultima columna ſupra de his quibus ut indig. ſecus ſi ſimpliciter negat factum uel contractum principalem, per leg. ſi quis inficiatus. ſupra de poſſ. Butrius in cap. cum olim. de cenſib. 12. colum. uerſi. ſecundò caſu. Anchar. conſ. 204. index. colum. penul. Card. conſ. 31. punctus quæſtionis eſt. Sed in propoſito caſu quis non uidetur negare illud in quo immediate ſe fundat ex eo ergo non uidetur probare. Secundò, lex cum de indebito. procedit quando quis legauit & poſteà per teſtes conuictus fuit, & ſic eſt maius delictum, & alius caſus, & non facit. Item dictum de poſitione negata procedit quando quis uult ſe fundare ex eo quòd immediate negauit, & non ita hic immediate negauit: quia reus dicit quòd actor agendo poſſeſſorio renuntiat petitorio, non autem dicit, neque negat, neque negare poteſt, quòd non egerit poſſeſſorio, & ità ipſe Iaſ. remanet irreſolutus quamuis inclinet in opinionem Bar. per ea quæ ipſe dixit in leg. decem. ad fin. infra de uerborum obligationibus uolens quòd dicta l. cum de indebito. & dicta lex poſt legatum. habeant locum etiam quòd negauerit ſolennitatem. Sed tu melius ſalua eum; quia imò hic reus negando actorem poſſidere negat immediatè illud quod inducit renuntiationem: quoniam illa cauſatur propter aſſertiones ſuas contrarias ut ſupra dixi: quia in petitorio aſſeruit reum poſſidere, & in poſſeſſione aſſeruit ſe eandem poſſeſſionem habere, quæ contrarietas inducit renuntiationem. unde negando poſſidere negat illam aſſertionem quæ facit renuntiationem immediatè, & ideò non poteſt ex ea ſe fundare, cum ſe conformet cum aſſertione facta in petitorio.

164 Tertia † eſt concluſio, quòd poſt finitum poſſeſſorium poterit actor proſequi petitorium. Idem dixit Bar. infra. in prima combinatione in fi. & facit lex exitus. infra eodem. ſed Iaſ. hic limitat quòd licèt reus qui negauit actorem poſſidere non poſſit repellere eum allegando renuntiationem: tamen iudex ex officio ſuo poterit poſteà excludere actorem ad agendo petitorio propter eius confeſſionem, ut dixit ipſemet Bar. in dicta leg. poſt legatum. in principio in tertia columna uerſi. ad unum tamen aduerte. ſupra de his quibus, ut indignis, per capitulum cum olim, & ibi Inno. de teſtibus, & quia iudex uidens partem iniuſtè agere propter eius confeſſionem, poteſt ex officio ſuo eum repellere, per glo. in leg. ubi pactum & ibi Bar. C. de tranſactionib. quod tamen poſſet procedere, ſi poſteà obtineret poſſeſſorio propter poſſeſſionē: ſed ſi nō obtineret, non uidetur quòd actor poſſit repelli à petitorio, cum appareat deceptum fuiſſe in aſſertione ſua, & ideò debet poſſe ſe præualere, & hoc uoluit dicere Bar. & bene

& non fuit ſibi contrarius, ex quo ſequitur quòd principalis concluſio iſtius lecturæ: quando reus negauit aſſertionem actoris in poſſeſſorio, & facit l. ſi. ff. de rei uendicatio. & auct. Itē ſi poſſeſſor. C. qui potio. in pigno. habeant. Bar. in l. contra qui propriam. C. de non num. pecc. & l. ſed hæc ita. §. j. de re iudi. & l. quoties. §. prætor. ff. de noxali. & l. prima §. interdictum. ff. ſi quadr. paup. feciſ. dicatur.

Secundò reſtringitur hæc concluſio quando reus & iudex non admitterent ſecundum remedium: nam donec diſputaretur non uideretur renuntiatum petitorio, per tex. in l. ſi quis ante. infra eodem. Facit quod habetur in cap. de multa. de præb. ubi donec diſputatur an obtinuerit ſecundum beneficium non uacat primū.

165 Tertiò †reſtringitur, non procedere quando reus non conſentiret quòd aduerſarius renuntiatet petitorio: quia intenderet ut actor perſiſteret uſque ad finem, ut fauorabilem ſententiā ſperaret, quo caſu actor non poteſt renuntiare petitorio in præiudicium ipſius rei, perdictam auct. qui ſemel. C. quomod. & quand. iudex quæ uult quòd actor inſtante reo cogatur perſeuerare uſquè ad finem, & dixi in præcedenti lectura, & in l. poſtquā liti. nu. 24. C. de pact. & hoc caſu procedetur ſuper ſolo petitorio ſuſpenſo poſſeſſorio: quia auditur reus opponendo contradictionem actoris, cum non negauerat dicta in poſſeſſorio, & ſic ceſſat ratio Bar. præcedens qui uoluit quòd procedatur in ſolo poſſeſſorio, cum hic totum contrarium ſit faciendum, ut dixi, & contrarietas non admittat concurſum: nec ſuſpenſionem.

166 Quartò †reſtringitur niſi in poſſeſſorio fateretur reum habere detentationem & facultatē rei reſtituendæ, iuxta l. officium. ff. de rei uendicatio. Nam tunc non uideretur renuntiatum petitorio, qui per detentationem ſuſtineri poſſet, & non eſſet contradictio per quam poſſet dici renuntiatum, maximè ſtante negatione rei. Item intelligitur hæc lectura in ſolo poſſeſſorio retinendæ, in quo militare poteſt dicta ratio contrarietatis, non autem poteſt extendi ad poſſeſſorium recuperandæ uel adipiſcendæ, in quibus nulla eſt contradictio, etiam expræſſa eadem poſſeſſione in utroque remedio. Vnde redditur multum ſpecialis, & præcedentes uidentur magis generales. ex quibus habes hanc lecturam declaratam, quæ in ſe uera eſt prout demonſtratum fuit, & expedita: nam licèt multa alia per docto. circa eam addantur non reſpiciunt hanc lecturam. Sed aliam quam ſtatim ſubiiciemus propter tamen tot reſtrictiones apparet quòd non eſt de intentione Vlpia. neque dicitur conuenire tex. noſtro: ſed ſolum decidit hunc caſum ſpecialem qui in materia noſtrà de facto contingere poteſt.

167 Veruntamen: †quia, ut ſæpius dictum fuit, ad hoc ut admittatur concurſus petitorii & poſſeſſorii retinendæ duo ſunt principaliter neceſſaria. Vnum quòd intentando petitorium non uideatur renuntiatum poſſeſſorio, ut remanet remediū quod cumulari poſſit, ſecūdo quod ſi remanet nō militent rationes legales impedientes cumulationē. Propterea hæc glo. poſuit aliquas lecturas quæ præſupponunt poſſeſſorium non eſſe ſublatum per petitorium, & ita procedunt tres lecturæ præcedentes: ſed quia ad eaſdem & ad alias permiſſiuas cumulationis oportet ut ſit habilitas talis quòd per petitorium non ſit ſublatum poſſeſſorium. ideo glo. poſuit hic tres alias lecturas inducentes qualitates particulares, quæ faciunt contrarietatem ceſſare, & quòd per petitorium non uideatur renuntiatum poſſeſſorio.

Prima eſt: quando qui intentat petitorium ignorat ſe poſſidere, uel poſſidet per aliū: nam tunc non uidetur renuntiare poſſeſſioni. quæ lectura licèt uideatur pars præcedentis, tamen uerè eſt ſeparata, & de per ſe: quoniam in ea nō agitur ut per poſſeſſorium poſteà intentatum ſit renuntiatum petitorio.

Sexta lex, & quarta creata à docto. ex quarto intellectu glo. ſumpta.

168 Non denegatur †interdictum uti poſſidetis ei qui cæpit rem uendicare ſi ignorauit ſe poſſidere, uel poſſidebat per alium.

Summatur hoc modo. Ignorans ſe poſſidere, uel per alium poſſidens, ſi intentat rei uendicationem tanquàm reus poſſideret, non renuntiat ſuæ poſſeſſioni, neque interdict. ne comperto errore illud poſteà intentare non poſſit.

169 Caſus ità breuiter fingi poteſt. † Quidam iuerat ad nundinas relictis ſeruis uel colonis in fundo, alius ingrediens occupauit eum, tamen quia non deiecit ſeruus uel colonos, non potuit acquirere poſſeſſionem naturalem, reuertens dominus credens ſeruos eiectos fuiſſe, & amiſiſſe omnem poſſeſſionem, omiſſo poſſeſſorio quod poterat intentare, conuenit ingredientem rei uendicatione tanquàm omni poſſeſſione poſſidentem, uel aliud exemplum poteſt poni. Cum quidam haberet controuerſiam de certo fundo fuit deiectus ab aduerſariis: ſed ſuperueniente ſerui uel coloni non permiſerunt ingreſſum poſſidere, qui diſceſſit non ualens eos eiicere, & ità remanſerunt in poſſeſſione ignorante domino qui aufugerat, ac per eos poſſeſſionem retinuerat, per tex. in l. j. §. non alii autem. infra de ui & ui armata. Et tertium quoque exemplum poteſt dari. ſi non eſſet deiectus ſed uidens armatos uenientes aufugit, qui licèt amiſerit poſſeſſionem: tamen ſi ſerui remanſerunt in ea per eos retinuit, leg. tertia §. proinde. cum glo. infra de ui, & ui armata, & per dictum. §. non alii autem. Vel etiam quartum poteſt dari exemplum ſi nuntiatum fuit colonos ex uoluntate ſua diſceſſiſſe animo deſerendi poſſeſſiones, & alios ingreſſus,

greſſns,

greſſos,qui tamen uerè non ſunt ingreſsi.Vnde nona miſit poſſeſsionem : quia diſcedentibus ſeruis ſi alius non ingrediatur poſſeſſor, non amittit poſſeſsionem , l. peregrè, §. quibus. infra eodem,in quibus omnibus caſibus ignorans ſe poſsidere conuenit aduerſarios rei uendicatione, aſſerens ſe hos poſsidere , & ſuper petitorio proceſsit, probaturus dominium, quod cum poſteà non poſſet probare , & habens notitiam quòd ipſe in totum poſsidebat & aduerſarius nullam poſſeſsionem habebat, & in aliquo exemplo, nec etiam detentationem: ſed ſolum ipſe ſe liti obtulit, & conteſtatus eſt litem, iux.l.qui ſe obtulit. de rei uendicatione, propterea actor propoſuit poſſeſſorium retinendæ aſſerens ſe poſsidere , oppoſitum fuit quòd non poterat audiri , ex eo : quia intentauerat petitorium pro omni poſſeſsione, unde ſuæ poſſeſsioni uidetur renuntiaſſe ideò fuit quæſitum quid iuris.

170 Et ratio dubitandi erat , & uidebatur dicendum non debere audiri per argumentationem: poſitam hic per glo. quia ei , qui poſsidet non competit actio. §. ei uerò . cum ſimilib. inſti. de actionibus , & eſt neceſſarium aduerſarium poſsidere . leg. prima . C. de alienatione iudi. mutandi cauſa facta . ideò ut actio procedat uidetur ſuæ poſſeſsioni renuntiaſſe : arg. leg. poſt diem . ſupra de lege commiſſoria .

Secundò faciebat ratio contrarietatis : quia in petitorio dixerat reum poſsidere, tunc uerò dicit contrarium : ergo non debet audiri , leg. ubi repugnantia , de reg. iur. & iſtæ actiones cum ſit contrariæ electione tolluntur, l. j. C. de fur. l. quod in hæredē.§.eligere.ff.de tributoria .

Tertio faciebat ratio ordinis : quia diſpoſitum fuit ut poſſeſſorium præcedat petitorium, ergo intentando conſequens uidetur renuntiatum antecedenti .

His tamen non obſtantibus contrarium fuit determinatum in hac lege creata , quòd imò non uideatur renuntiaſſe poſſeſsioni ſuę, & ratio decidendi eſt : quia ignorans non uidetur renuntiare, l.mater decedens.de inoſ.teſtamen. & l.ſi per errorem . ff. de iuriſdictio. omnium iudicum . & qui poſsidet per alium ſolo animo non amittit poſſeſsionem , l.peregrè. §.quibus . infra eodem & dicta l.j. §.non alia autem . inf. de ui & ui arm.

Non obſtant allegata in contrarium : quia duo prima procedunt quando quis ſcit ſe poſsidere,ut ei uideatur renuntiare : ſed in hoc caſu ignorabat, uel ſolo animo non poterat amittere , ideò non uidetur renuntiare .

Non obſtat illud de ratione ordinis:quia ſimiliter procedit in eo qui ſcit ſe poſsidere,dicta l.mater decedens . Item quando ordo eſt neceſſarius , hic autem dicitur eſſe uoluntarius dicta l. is qui deſtinauit . ff. de rei uendicatio. & pro[illegible] manet ꝙ poſt intentatū petitorium [illegible]i integrum poſſeſſ[illegible]rium , ut expreſſè dicit hæc lectura , & pleræque aliæ .

Notandum eſt primò ex iſto tex. quòd intentans rei uendicationem aſſerendo aduerſarium habere omnem poſſeſsionem , qui tamen nullam habeat : ſed ſe liti offert , non uidetur renuntiare ſuæ poſſeſsioni quaoi iguorat ſibi competere , & in hac parte dicitur conuenire iſte intellectus cum præcedenti. ſed tamen poſteà differt : quia in præcedenti dicitur quòd intentando poſſeſſorium poſteà uidetur renuntiare petitorio, unde oportet ibi præſupponere terminos ex quibus inferatur renuntiatio dicti petitorii. ſed in hac lectura non præſupponimus iſtud , ſed ſolum prætenditur, ut ponatur exemplum quomodo ei, qui intentauit rei uendicationem non denegetur interdictum uti poſsidetis,quòd poſsit poſteà intentari, uel ſucceſsiuè, uel poſt illud finitum,uel pro una poſſeſsione , uel aliis caſibus poſt permiſsis,de quibus infra dicetur .

171 Sed pro declaratione Bar. hic ſubiecit quæſtionem † utrum ille qui agit petitorio uideatur renuntiare poſſeſſorio,ut in omnibus lecturis reperiatur habilitas, an poſsit poſſeſſorium poſteà intentari,& diſtinguit ex mente glo.ꝙ ſi ignorat ſe poſsidere ſiue per ſe ſiue per alium poſsideat,non renuntiat poſſeſsioni,ſi uerò ſcit ſe poſsidere & poſsidet per ſe met ipſum uidetur poſſeſsioni renuntiaſſe : quia ſi per ſimplicem nuntiationem amittit poſſeſsionem . l.j. §. in operis & l.de pupillo §. meminiſſe. ſup. de nou.ope.nuncia.tanto fortius proponendo petitorium in quo aſſerit aduerſarium poſsidere; ſed ſi poſsidet per ſeruum uel colonum,tūc etiā ſciens nunquàm amittit poſſeſsionem.d.l.peregrè.§.quib.inf.eo.cum concord.Item nec etiam ſciens amittit poſſeſsionem.quando intentat pro una poſſeſsione tantum ut in alia lectura .

Sed tunc ſuccedit dubitatio quando dicatur ignorare ſe poſsidere,& ipſe dicit ꝙ ſi poſsidet per ſeruū uel per alium faciliter poteſt ignorare:quia ignorantia facti alieni probabilis eſt,l. fi.inf.pro ſuo.Si uerò poſsidet per ſemetipſum tunc in re mobili poteſt ignorare. Si forſan habet incluſa animalia in loco deputato uel colūbos abeuntes,& redeuntes quoniam faciliter faciendo inquiſitionem poteſt hoc ſcire.l.3.§.Nerua filius,& §.ſequenti.ſup.eo.ſed ſi per ſe ipſum poſsidet rem immobilem,tunc dicit non poſſe ignorare ſe poſsidere:quoniam ſi ignorat obliuiſcitur de poſſeſsione,& per obliuionem amittitur poſſeſsio,l.ſi id quod, cum glo. & l. peregrè infra . eodem & eſt tex. in leg. furtum . §. fundi . inf. de uſucap. Vnde non uidetur poſſe ignorare ſe poſsidere, & cum iſte tex. loquatur de interdicto uti poſsid. intelligitur de re immobili.meritò primum exemplū quando poſsidet per aliū tantūmodo poteſt adaptari ut hic p eū ex cuius dictis habes aliquas concluſiones.

172 Et incipiendo ab hoc ultimo quod præſciri oportet habes † ꝙ poſsidēs per ſemetipſū poteſt

ignorare ſe poſſidere rem mobilem : ſed non rem immobilem, quæ concluſio præſupponit duo falſa ur hic per Iaſ. in fi. Primo, quòd facilius amittitur poſſeſſio rei immobilis quàm rei immobilis, quod eſt falſum, quia rei mobilis poſſeſſio, uilis, & abiecta eſt, ut no. in dicto. §. Nerua filius. & in l. ſi id quod, & l. Pomponius. ſupra eodem. Item ſecundo præſuppouit quòd poſſidens per ſe ipſum ſtatim quòd ignorat ſe poſſidere amittit poſſeſſionem per obliuionem, quod falſum eſt : quia adhoc ut amittat per obliuionem requiritur quòd per decem annos ignorauerit. dicto. §. fundi. in fin. cum glo. unde ſequitur quòd per nouem annos & ultra poteſt quis ignorare ſe poſſidere rem poſſeſſam per ſe ipſam, & generaliter dicendum reiecta diſtinctione Bar. hic quæ tota fuit erronea quòd quis poteſt ignorare ſe poſſidere, tam rem mobilem, quàm immobilem, & tam poſſeſſam per ſe ipſum, quàm per alios quando non habet notitiam ſuæ poſſeſſionis, & exempla patenr ſupra in figuratione caſus multa, & maximè quando ſunt res peculiares. l. 3. §. ſaltus. ſupra eodem, & aliis multis modis qui in facto euenire poſſunt, ut quis ignoret ſe poſſidere.

173 Secunda eſt concluſio † quòd ignorans ſe poſſidere non amittit poſſeſſionem, ſiue poſſideat per ſe ipſum ſiue per alium ur no. in leg. ſi duo. in principio infra uti poſſid. & ſequuntur communiter docto.

Tertia eſt concluſio, quòd ille qui poſſidet per alium etiam ſciens non uidetur renuntiare poſſeſſioni per dicta iura : quoniam per eoſdem ſeruos ſibi reacquiritur poſſeſſio, etiam quòd non habeat animum apparentem : nam ſufficit quòd non habeat rem pro derelicto, ut in dicto §. non autem alii. Sed ſi conſtaret quòd haberet rem pro derelicto, tunc ſibi non poſſet reacquiri poſſeſſio : quoniam corpus ſoli ſerui non ſufficit niſi interueniat animus domini, qui animo ſuo & corpore alieno dicitur poſſidere, dicta leg. 3. §. ſaltus. cum concordantibus ſupra eodem. in caſu autem noſtro omnimodo poſſeſſio reacquiritur: quia non apparet quòd habeat rem pro derelicto, imò eam ualdè deſiderat, cum in libello petat eam ſibi reſtitui, & ideò exemplum optimum eſt, & generale in hac lectura.

174 Quarta † eſt concluſio quòd qui poſſidet per ſemetipſum intentando petitorium pro omni poſſeſſione uidetur illi renuntiare. & ſequuntur communiter doctor. ſed eam impugnant Imol. & Rom. hic per iſtum tex. qui ſimpliciter dicit quòd per rei uendicationem non denegatur interdictum, & reſtringere quòd diſtinguebat eſt diuinare, & deſtruere eum. Sed reſpondent Alexand. & Areti. quòd iſte tex. intelligitur ſecundum ſextam lecturam glo. quæ dicitur quinta per docto. quæ reſponſio & ipſa eſt uiolatiua huius tex. ut ibi dicemus, cum loquatur generaliter. Vnde tu reſpondeas clarius quòd non habemus quærere an diuinet tex. noſtro. Sed ſufficit quod conueniat lecturæ quam nos formauimus hic, & diximus quòd ignorans non uidetur renuntiare, ſciens uerò renuntiat quando pro eadem poſſeſſione intentatur, & concurrit contrarietas de qua dictum fuit in præcedenti lectura, in omnibus autem caſibus in quibus ceſſat contrarietas, non uidetur renuntiare poſſeſſioni, qui caſus multi ſunt ſecundum uarios intellectus hic poſitos, & aliquos etiam poſuimus in reſtrictionibus præcedentis lecturæ. Vnde hæc concluſio Bar. debet intelligi ut procedat quando militat contradictio.

175 Secundò † opponit Raphael. quòd renuntiatio etiam ſtante contrarietate non inducitur per petitorium: quia actus factus contra alium tunc tollit primum : quando ſecundus ſortitur effectum ſuum ſecundum intentionem proferentis, ut patet in teſtamento ſecundo quod non tollit primum, niſi ſecundum ualeat. §. poſteriore. inſti. quib. mod. infirmatur teſtamentum. & leg. ſi iure. ff. de leg. 3. ſed quando quis proponit petitorium hac intentione ut aduerſarius poſſideat, non poteſt habere effectum

176 hæc renuntiatio, neque hæc intentio: quia † reo non acquiritur poſſeſſio niſi interueniat corpus ſuum leg. 3. in prin. & l. quemadmodum. ſupra eodem. ergo non poteſt ſequi intentio actoris quòd reus habeat facultatem rei reſtituendæ, & poſſit eam ſibi reſtituere. reſpondent Aretinus & Alexand. quòd contrarium non procedit in poſſeſſione quæ amitti poteſt, etiam quòd alius cui tradit non acquirat, leg. quod meo. §. ſi à furioſo. infra eodem. ſed potes replicare negando quòd imò nec etiam amittit poſſeſſionem per tex. in leg. ſi me in uacuam. infra eodem & in dicto. §. ſi furioſo, intendebat omnimodo amittere in poſſeſſionem, hic autem non intendebat niſi ur ſibi poſſet reſtitui. unde tu aliter debes reſpondere primò, quòd dicta leg. ſi iure. loquitur in teſtamento, quod per ſolam uoluntatem non poteſt reuocari, niſi aliud fiat, ut in §. ex eodem. inſtitu. quibus modis infirment. teſtam. quod non eſt regulariter, cum uoluntas etiam ex actu inutili declaretur, l. fi. ff. de reb. eorum.

177 Item † ſi teſtamentum ualet ſufficit, & non eſt opus quòd poſteà conſequatur effectum ut adeatur hæreditas, dicto. §. poſteriore, & ſic non requiritur executio : ergo eodem modo debet ſufficere quòd libellus ualeat, & admittatur à iudice licèt poſteà non ſequatur executio ut res reſtituatur.

Prætereà non eſt uerum quòd poſſeſſioni renuntier ad finem ut poſſit res ſibi reſtitui : ſed ſolum ad finem ut ſibi competat actio. per. §. ei uerò. inſti. de actio. & dicta l. [illegible] C. de alien. iud[illegible] mutand. cauſ. fact. [illegible] n po

teſt præcedere libellus ſi ille ſe offerat liti, uel deſinat poſsidere poſt litis conteſtationem, l.is qui ſe obtulit, & l. utiquè. ſupra de rei uendicatio. & ſic apparet quòd nullum præſuppoſitum Raphaelis eſt uerum, & per conſequens nec obiectio concludit.

Et facit dicta l.ſi quis ante, ubi ſufficit quòd ualeat contractus tempore confectionis, licèt poſteà non habeat effectum ſeu executionem. Idem probatur in dicta l. poſt diem. ubi ſufficit quòd electio ab initio facta ualuerit, & non requiritur quòd poſteà actio habuerit effectum. Idem probatur in dicta l. quod in hæredem. §. eligere. ff. de tribu. ubi non eſt neceſſarium ꝙ electio habuerit effectum, imò procedit regula, quod potui nolui, quod nolui adimplere negui, l. multum intereſt. C. ſi quis alteri uel ſibi. Idem eſt in l. j. C. de fur. & l. j. §. ſi ſeruus. C. ſi ſeruus extero. quæ iura probant quòd ſtante aliqua contradictione faciliter renuntiatur actionibus, ideò dicendum eſt quòd renuntiatio inducetur ſi libellus fuerit ualidus, & admiſſus à iudice, nec conſiderabitur an poſteà habeat effectum.

178 Tertiò † quòd imò non inducatur renuntiatio poſſeſsionis, allegabat Roma. cap. examinata. de iudi. ubi rei uendicatio fuit intentata per poſsidentem, & tamen non eſt renuntiatum poſſeſsioni: ſed dicitur quòd actio fuit inepta quòd nó potuiſſet eſſe ſi renuntiatum eſſet poſſeſsioni. Iſte tex. uidetur ualdè ſtringere: ſed reſpondebat Alex. quòd ibi non apparet quòd actor ſciuerit ſe poſsidere, quæ tamen reſponſio parum ualet: quia regulariter non præſumitur ingnorantia in facto proprio, lege fina. inf. pro ſuo.

Vnde ſecundò potes reſpondere quòd ille tex. intelligitur quando intentàuit ſimpliciter rei uendicationem ſecundum communem curſum cauſarum, non ſe reſtringendo ad certam poſſeſsionem: ſecus autem ſi intentaſſet pro expreſſa poſſeſsione: quia tunc uideretur renuntiaſſe, & apta eſſet actio.

Vel tertiò potes dicere quòd ibi actor perſeuerauit in retentione poſſeſsionis exprimendo intentionem ſuam quòd uolebat retinere poſſeſsionem. Vnde tunc non uidetur renuntiare: quia inuitus non cogitur renuntiare, & ſolum illa renuntiatio inducitur ex præſumpta mente, & quòd ibi perſeuerauerit apparet quia in articulis dixit ſe poſsidere, & per teſtes probauit ſe poſsidere, ideò propter repugnantiam inducitur potius ineptitudo libelli. ſed nos loquimur quando non apparebat de iſto animo perſeuerandi in poſſeſsionem.

179 Quartò † adducitur tex. in §. ei uerò. inſti. de actio. & in l. j. §. interdictum. infranti poſſide. ubi poſsidenti non datur actio: ergo non uidetur renuntiare: quia ſi renuntiaſſet ſemper poſsidenti daretur actio, & fruſtratoria eſſet illa deciſio. Reſpondetur primò, quòd ibi ignorabat ſe poſsidere, quod eſt diuinare, & deſtruere, & quia in facto proprio non præſumitur ignorantia. Ideò tu reſponde quòd ille tex. intelligitur de poſsidente, & perſeuerante in poſſeſsione: ſecus autem ſi non appareat de illa perſeuerantia: quia tunc præſumitur renuntiare, & ideò expone ibi, poſsidenti, & perſeueranti in poſſeſsione nulla actio datur, & proptereà habes duas diſtinctiones ad hãc regulam. Vna eſt quòd intelligatur quòd libellus ſit admiſſus à iudice. Secunda quòd non appareat de perſeuerantia poſſeſsionis: quia tunc potius redditur ineptus libellus, quàm quòd priuetur poſſeſsione.

180 Quintò † adducitur tex. in §. fi. inſti. de perpetu. & temporalib. actionib. ubi ſi conuentus rei uendicatione dedit rem petenti durante iudicio uenit abſoluendus: ergo durat actio in fauorem poſsidentis ſine poſſione: ergo adhoc ut ualeat libellus nó eſt neceſſaria renuntiatio. Sed facilis eſt reſponſio, ꝙ ille tex. loquitur quãdo totũ quod petitur detur actori, l. quoties. in ff. de ſolutio. & in rei uendicatione, per conſequutionẽ rei actor non habet quod petere cum teatur ad damna expenſas, & intereſſe unde tũc ille tex. loquitur poſt litis conteſtationem, quo caſu confirmatum eſt iudicium petitorium, & quàmuis deſinat reus poſsidere: tamen adhuc durat actio ad fructus, partus, expenſas, & intereſſe ex ſtipulatione de euictione, l. utiquè. ſup. de rei uendic. & tenet expreſſè Bar. infra in iiij. ſui lectura. ſed ante litis conteſtationem ſi deſinat poſsidere nó tenetur, l. nam & ſi actor. ff. de rei uend. Vnde adhoc ut ualeat inducitur renuntiatio, ſi perſeuerat in eo uſquè ad litis conteſtationem.

Sextò adducitur tex. in l. is qui ſe obtulit. ff.
181 de rei uendic. † ubi ualet rei uendicatio ſi quis ſe offerat liti, etiam ꝙ non poſsideat: ergo pro ſubſtantia petitorii non requiritur poſſeſsio, & per conſequens non uidetur ei renuntiare. Sed reſpondetur quòd ille tex. loquitur in caſu expreſſo: quando apparebat quòd non poſsidebat, & ſe liti obtulit, tunc enim ſibi præiudicat ut poſsit condemnari. Item ibi nequè actor nequè reus poſsidebat, ſed erat tertius, ſi uerò non ſe obtuliſſet liti actor conueniendo eũ, & ſciens ſe poſsidere uideretur renuntiare poſſeſsioni ut poſſet ſibi competere actio.

182 Septimò † facit lex fi. ff. de rei uendication. ubi qui negauit ſe poſsidere, & conuictus fuit non amittit poſſeſsionem: ſed iudicialiter priuatur: ergo ex ſolo petitorio non debet induci renuntiatio: ſed reſpondetur quòd ibi nullum faciebat actum contrarium per quem renuntiarèt poſſeſsioni, quàmuis negaret. hic uerò proponendo libellum de actione quæ non datur poſsidenti, & requirit poſſeſsionem in aduerſario facit actum contrarium poſſeſsioni ſuæ. Ideò ut habeat effectum uidetur ei renuntiare.

Octauò facit: quia nemo in actu uoluntario

uidetur uelle dare niſi illud quòd eſt neceſſa-
rium, l. ſi. C. ne uxor pro marito, & per Bar.
in l. j. §. ſi quis hoc interdicto. inf. de iti. actuq;
priuato. & in l. Titium aut Mæuium §. altero.
ſupra de adminiſtra. tuto. Sed ad rei uendica-
tionem eſt tantummodo neceſſaria detentatio,
l. officium. ff. de rei uendica. ergo nunquàm
uidetur renuntiaſſe poſſeſſioni. Sed reſponde-
tur quòd illa regula procedit quando ſimplici
ter quis facie actum, & actor ſimpliciter inten-
tat petitorium: quia intelligitur pro detenta-
tione tantum, ſi eam habet reus, uel pro natu-
rali poſſeſſione, ut dicemus in ſeptimo intelle
ctu. Sed hic nos præſupponimus quòd inten-
tauit petitorium aſſerens omninò poſſidere
reum, uel habere illam poſſeſſionem in ſpecie
quam ipſe habet. Nam tunc ne ſit ſibi contra
rius, & ut aſſertio ſua poſſit habere effectum in
telligitur renuntiare poſſeſſioni.

183 Quare † remanet concluſio Bar. & commu-
nis uera, quòd ſi quis ſciens ſe poſſidere inten
tat petitorium pro illa ſpeciali poſſeſsione, quā
ipſe habet quòd uidetur illi renuntiare, dum-
modo libellus admittatur à iudice, & habeat
effectum principii. Item dummodò non de-
monſtret ſe uelle retinere poſſeſſionem, uel
actor offerat ſe liti expreſſè uel ſimpliciter intē
tet petitorium. In quibus quatuor caſibus ha-
bet quatuor fallentias quòd intentans petito-
rium non uidetur renuntiare poſſeſſioni quam
ſcit ſe habere, & eſt quinta etiam fallentia ſu-
pra poſita: quando reus conuentus negauit
agentem poſſidere: quia tunc non poteſt ſe re-
ualere ſuper actione negata, ut diximus in præ
cedenti lectura ſuper commento Bar. quia ſu-
per poſitione negata non poteſt quis ſe fun-
dare per cap. ex eo. de reg. iur. in ſexto. & in-
fra dicemus.

Sextò limitatur dummodo habuerit notitiā
plenam quòd ipſe poſſidebat, & perſeuerauit
conteſtando litem ſcienter, & tunc uidetur re-
nuntiare poſſeſſioni, & non audietur amplius
in poſſeſſorio: quia per litis conteſtationem
quaſi contrahitur, & conſentit pro dicta poſ-
ſeſſione agere cum eo: ſecus ſi habuit notitiam
poſt litis conteſtationem: quia tunc etiam ꝙ
non mutauerit iudicium non uidetur renuntiaſ
ſe: quia tunc per conteſtationem litis ſcienter à
reo factam, ipſe ſe uidetur offerre liti, & non
eſt opus quòd ipſe poſſidear, dicta lege is qui
ſe obtulit, & lege utiquè de rei uendicatione,
& lege is qui dolo. & lege qui ſine dolo. ff. de
regul. iur.

Septimò fallit: quando habens notitiam ſe
poſſidere mutauit iudicium intentando poſſeſ
ſorium: quia tunc renuntiatio incepta non per
ficitur, niſi perſeuerauerit uſquè ad conteſta-
tionem litis, dicta leg. is qui ſe obtulit. de rei
uendica. Sed ſi habuiſſet notitiam poſt litis con
teſtationem, quid iuris ſit, dictum fuit in præce
denti lectura.

Octauò limitatur non procedere in interdi-
cto adipiſcendæ, & retinendæ poſſeſsionis:
quia tunc cum nulla ſit contradictio, non uide
tur renuntiaſſe poſſeſſioni, cap. paſtoralis. de
184 cauſ. poſſeſſio. & proprieta. cum ſimili. † Quæ
omnia poſſunt procedere etiam quando uaria-
rio ſit inter ipſa interdicta, ut ſi credens aduer
ſarium uiolenter poſſidere iuxtà dictam legem
primam. §. non autem alii. & l. tertia: §. pro
inde, ff. de ui, & ui arma. & dicta l. peregrè. §.
quibus. intentauerit remedium reintegrandæ,
poſteà informatus quòd per ſe poſſidebat, in-
ceperit intentare interdictum retinendæ, pe-
tens eum deſiſtere à moleſtationib. poterit ad-
mitti per iſtum tex. quia non uidebitur renun-
tiaſſe poſſeſſioni quin poſſit recurrere ad inter
dictum retinendæ non obſtante contrarietate:
ſed ſi ſciens ſe poſſidere intentaſſet remedium
reintegrandæ, nec etiam præſumetur renuntia
re: quia non induceretur intentio libellanti ꝙ
uiolenter fuerit ſpoliatus, niſi ſuſpicaretur ſe
poſſe repelli, ſecundum ea quæ habentur in le.
clam poſſidere. §. qui ad nundinas. ſup. eod.
uel è contrariò credens ſe poſſidere intentauit
interdictum retinendæ, poſteà cognoſcens ad-
uerſarium poſſidere uiolenter, cæpit intentare
interdictum recuperandæ, nec ratione contra-
rietatis excluderetur quaſi renuntiauerit poſ-
ſeſſioni per iſtam glo. notabilem, & lecturam
præſentem, & præcedentem. & poteſt inferri ad
infinita alia.

185 Sed dubitabat hic Raph. † Cuma. quem re-
fert Iaſ. utrum ſi quis ſciens ſe poſſidere inten-
tauit rei uendicationem pro ſpeciali poſſeſſio-
ne quam habet, uideatur renuntiaſſe ei ſi reus
negauerit actorem eſſe dominum, & ſic nega-
uerit intentionem agentis, & uidetur dicendū
quòd ſic: quia Bar. ſupra in caſu contrario quā
do quis intentauit poſſeſſorium pro poſſeſſione
illa, pro qua intentauerat petitorium, licèt ui-
deatur renuntiaſſe petitorio per dicta in præce
denti lectura: tamen ſi reus negaſſet actorē poſ
ſidere, tunc non uidetur renuntiaſſe per capitu
lum, ex eo. de reg. iur. & per illam regulam, ꝙ
ſuper poſitione negata non poteſt quis ſe fun-
dare, tamen ipſe Raph. determinat contrariū
in hoc caſu: quia militat ratio diuerſitatis, cū
proponendo poſſeſſorium tractetur de renun-
tiatione dominii in petitorio in continenti, ꝙ
difficilius renuntiatur, & non per ſolam uolun
tatem, hic uerò tractatur de renuntiatione poſ
ſeſſorii, quòd fundatur in poſſeſſione quæ faci-
lius amittitur, l. ſi quis ui. §. differentia, & ibi
no. inf. eo. unde dicebat quòd cum miniſterio
Bar. in præcedenti caſu poſuit hanc diſtinctio-
nem, non autem in hoc præſenti. Sed Iaſ. di-
cit quòd diuerſificat caſus hæc diſtinctio, non
autem adducit rationem diuerſitatis quoniam
in præcedenti caſu contraria oratio eſt: quia ſu
per poſitione negata non poteſt ſe fundare, quæ
ratio militat etiam in hoc præſenti caſu, quòd
ſuper

ſuper libello negato non poteſt ſe fundare.

Prætereà dicebat quòd hæc diſtinctio non habetur in conſideratione, ex eo: quia Bar. & ipſemet Raphael uoluit quòd per expreſſam renuntiationem quis non renuntiat dominio, niſi hoc dicatur: ſed ſolum inducitur pactum de nõ petendo: ergo tanto minus in hac tacita renũtiatione. unde ipſemet Iaſ. ſaluando dictum Raphaelis dicit quòd in præcedenti caſu contrario intentando poſſeſſorium renuntiat petitorio: hic uerò intentando petitorium renuntiat poſſeſſioni, & petitorium cum ſit ius reale uidetur quòd ſuſtineatur per negationẽ rei: ſecus in poſſeſſione. Tamen ipſemet Iaſ. poſteà finaliter tenet quòd ſi reus negat petitorium impedit poſſeſſioni renuntiari ſicut in præcedenti caſu, & ſic uoluit quòd in utroquè caſu procedat diſtinctio ſupra poſita: quia petitorium poteſt ſolo animo renuntiari, ſicut & poſſeſſorium, & correlatiuorum eadem eſt diſciplina, ut no. in rub. ſupra eod. & hæc opinio mihi magis placet, non per rationem Iaſ. quia ſi quis negat actorem dominum inducit ſolam litis conteſtationem quæ nihil operatur, quantum ad impediendum renuntiationem, cũ negatio litis cõteſtationem faciens nullam me
186 reatur pœnam. † Sed intelligo quòd reus negauit ſe poſſidere, quo caſu contrariatur intentioni actoris, ideò conueniens eſt quòd impediatur renuntiatio, cum propoſito petitorio per talem negationem uideatur impediri. unde non debet ſequi poſteà effectus renuntiationis donec ipſe perſeuerat in negatione, & hoc modo procedit illa regula de poſitione negata: quia tunc negando fundamentum petitorii, & ipſam poſſeſſionem non poteſt ſe fundare in aſſertione actoris quòd uideatur renuntiaſſe.

Prædicta tamen regula quòd in poſitione negata non poteſt ſe fundare ampliatur per Alexand. procedere etiam in eo qui noluit reſpondere, ut ſuper ea non poſſit ſe fundare Bald. in l. ſicut. in fi. C. de repudiand. hæredita. & Pau. de Caſt. clarius in l. iij. eodem tit. & Bar. in l. ubi cæptum. de iudi. Sed Rip. dicit ampliationem non eſſe ueram: quia contumax in reſpondendo habetur pro confeſſo, cap. ſecundo de confeſs. in 6. Confitens autem poteſt ſe fundare. Sed tu potes defendere: quia contumax in reſpõdendo habetur pro confeſſo in eius odiũ. Igitur cum ſit fauor, ut poſſit ſe fundare, non extenditur illa ſua confeſſio: arg. l. quod fauore. C. de legibus. & ſequitur hic Alex. dum allegat leg. de ætate. §. qui tacuit. de interrogationi. ergo quantum ad iſtum effectum ſuſpendendi habebitur pro negante.

187 Limitat † uerò Rip. hic non procedere in teſtibus examinatis ſuper poſitione negata: quia ſuper eis poterit ſe fundare. Ang. in conſi. 152. in quæſtione uertente, & Alex. in conſi. 183. in ſo puncto. lib. 5. quod eſt notabile ualde: quia raro principales poſitiones non negantur.

Secundò limitatur non procedere in iudice qui ex officio ſuo poteſt ſe fundare in poſitione negata, etiam ad utilitatem negantis. Bar. in dicta l. poſt legatum, column. iij. de his quib. ur indig. & Inno. in cap. cum olim. de cenſib. tamen non putarem ꝙ in caſu prædicto quando reus negauit ſe poſſidere, iudex poſſit ſe fundare ut inducatur renuntiatio: quoniam tollit in totum fundamentum actoris.

Tertiò limitatur, & declaratur multis modis ut per Fely. in cap. capitulum ſanctæ Crucis. col. 8. cum ſequenti. de reſcrip. & capitulo literas. eodem titulo, & Iaſ. in leg. prima. §. ſi quis ſimpliciter. & alii. infra de uerborum obligationibus.

Quartò etiam limitatur non procedere, niſi negans reuocauerit ſuam negationem, & ſequitur hic Ale. quod intellige ſine difficultate procedere in caſu noſtro quando in libello negauit ſe poſſidere: ſecus autem ſi negaſſet poſitionem cum iuramento: quia tunc non poſſet eam ad libitum reuocare, & eſſet opus docere de errore, quia negatio poſitionis eſt impugnatio, & non ſimplex negatio: ideò requiritur quòd doceat de errore, ut per Bartolum in dicta lege non utiquè. infra de exceptio. numero xj. & dicta lege poſt legatum. ff. de his, quibus, ut indig.

188 Alia eſt concluſio Bar. † quòd duo ſunt caſus in quibus quis poteſt ignorare ſe poſſidere. Primus per filium uel ſeruum in prouincia exiſtentem, & omnes ſequuntur, & ego addidi alia exempla in l. prima. §. non alii autem, & in l. iij. §. proinde. ff. de ui, & ui arm. & l. peregrè. §. quibus. infra eodem. qui tamen tex. poteſt uerificari in eo qui poſſidet per ſemetipſum: nã illi ſerui diſcedendo amiſerunt animo ſuã detẽtationẽ, & nihilominus dominus remanet poſſeſſor ciuiliter, ſi alius non ingrediatur: quia nõ potuerunt ſerui diſcedentes priuare dominum poſſeſſione ciuili, quam ſuo animo retinebat, & idem poteſt dici, ſi nunciatum eſſet aliquem eſſe ingreſſum, & dominus ſe præparauerit in continenti ad expellendum uel in continenti uendicauerit, non ſuſpicando ſe poſſe repelli: quia retinebit poſſeſſionem, ut ſupra dictum fuit.

Nec obſtat dictus. §. proinde: quia ibi aufugit, & ſuſpicatus fuit ſe eſſe expulſum, & probatur in l. iij. §. ſi quis nuntiat à contrario ſenſu, & ibi doctor. ſupra eodem. ubi ſi alius ingrediatur non amittit quando eſt animoſus.

Secundus eſt caſus gloſſ. in quo quis poteſt ignorare ſe poſſidere: quando per ſemetipſum poſſidet; quem caſum reprehendit Bar. ut ſupra diximus concludens quòd per ſe ipſum rẽ immobilem non poteſt ignorare poſſidere: quia eam amittit propter obliuionem. ſed eum reprehendit Iaſ. & ſupra ego ſecutus fui.

189 Rip. uerò † dicit ꝙ imò ſola obliuione ſine tempore poteſt amitti poſſeſſio cum ſolò ani-

mo amittatur. l. iij. §. in amittenda. ſupra eo. & tunc iura requirunt tempus hoc faciunt ad coniecturandam obliuionem: ſed ſi ex alio modo conſtaret de obliuione ſine tempore amitteretur poſſeſſio, dicit tamen quòd etiam in re mobili poſſeſſio per obliuionem amittitur. unde ſtante obliuione non eſt bonum exemplum; neq; in re mobili; neq; in re immobili. quòd dictum bonum eſt prout in mente ipſe concepit: ſed tamen ipſe non perfecit: quia non declarat quomodo quis poſſit per alium modum quàm per lapſum temporis obliuiſci. Nam negligentia probatur quando reſpuit rem, & dixit nolo curare amplius de illa re, dicto. §. fundi. ſed obliuio uidetur in rebus immobilibus probari ex ſolo curſu temporis. Vnde ante tempus lapſum ipſe dicitur ignorare ſe poſſidere, ſi tamen interrogaretur quis, an haberet fundum in tali prouincia, uel tali uilla, & diceret quòd non, ſatis poſſet probari obliuio etiam ante decem annos, in rebus uerò mobilibus habemus hanc theoricam, Aut ſcimus locum ſed ignoramus locum loci, tunc non amittimus poſſeſſionem, dicta leg. peregrè ubi ſciebat fundum quo recondiderat pecuniam: Sed ignorabat locum loci, ſecus autem ignoraret locum principalem: quia nec ſciret dicere an ſit in tali domo, uel fundo, & tunc amitteretur poſſeſſio, dicta l. ſi quis id quod, & probatur hæc diſtinctio plenè in dicta l. iij. §. Nerua fili. ideò remanet quòd in re mobili rarò poſſumus ignorare nos ſe poſſidere, ſi ab alio res non retineatur nomine noſtro, fundum autem poſſumus etiam quòd à nemine teneatur ignorare poſſidere, ut in caſu dicti. §. quibus. & dictæ l. iij. §. qui nunciat. & dictę legis primæ. §. non alii autem. declarando. ut ſupra dixi, & ſic remanet totum contrarium illius quòd dicebat Bar.

190 Vltimò: † quia ſupra concluſimus quòd hæc lectura procedit quando quis ignorat ſe poſſidere, uel poſſidet per alium, quòd tunc non uidetur renuntiare poſſeſſioni quam habet, licèt intentit petitorium pro eadem ſua poſſeſſione, & eam defenſauimus ab obiectis, atque etiam addidimus diſputationem; an ſciens ſe poſſidere uideatur renuntiare poſſeſſioni per petitorium, faciendo regulam, quòd ſic cum multis limitationibus ſup. poſitis. cū ergo ignorās ſe poſſidere non renuntiat, & aliquando ſciens quis et go erit effectus quòd non uideatur renuntiare poſſeſſorium, & uidetur quòd hæc lectura remaneat defectiua, cum parum proſit ꝙ non amittamus poſſeſſionem, ſi poſteà non ſciamus quid poſſimus facere de hoc poſſeſſorio, & ſi recurrimus ad præcedentem lecturam, uidetur quòd ſolus effectus ſit quòd renuntiet petitorio, cum in omnibus dictis caſibus præſupponimus ſemper quòd agatur pro eadē poſſeſſione, & duret contrarietas, quòd iam fuit diſcuſſum in præcedenti lectura, ut inde uideatur quòd hæc lectura ſit inutilis, & doct. meritò eam non poſuerint. Sed tu dicas quòd imò fuit utilis ualde propter diſcuſſionem illorum articulorum an ignorans uideatur renuntiare poſſeſſioni. uel quando ſcit ſe poſſidere, & poſſidet per alium, uel per ſemetipſum.

Item prodeſt quantum ad intellectum iſtius tex. conſiderando eum uerbaliter pro ut iacet, ut nihil ponat de cumulatione pro ut ego dixi in prima lectura.

Rurſus poſteà utilis eſt quantum ad hoc ut ſumus an ſinito petitorio poſſit poſteà intentate poſſeſſorium, pro ut dictum fuit in tribus primis intellectibus, qui non poſſent procedere niſi daretur modus quòd per petitorium non ſit renuntiatum poſſeſſorio.

Item & circa cumulationem poteſt prodeſſe, quoniam ſi eueniret quòd in libello dixiſſet ſe habere omnem poſſeſſionem, & ignorans hoc feceri t, ſi poſteà ſciens ſe poſſidere intentauerit poſſeſſorium reo detinente rem, non erit renuntiatum petitorio in totum, cum poſſit ſuſtineri propter detentationem, & omnia petita in libello poſſint reſtitui etiam quòd agens poſſideat, & dicta l. officium, & dicta l. qui reſtituere. de reiuendicatione, & tantummodo quantum ad qualitatem poſſeſſionum intelligetur renuntiatum, & ſi forſan reus poſſideret naturalem, & ipſe haberet poſſeſſionem ciuilem, in tentando poſſeſſorium pro ciuili non uideretur renuntiaſſe petitorio reſpectu naturalis poſſeſſionis: ſed ſolum pro qualitate ciuilis poſſeſſionis, & in iſtis caſibus admitteretur cumulatio, & ità haberet etiam commodum cumulationis quòd non habetur in tertia lectura gloſſ. & ſic appa[illegible]t quòd uerus eſt in ſe iſte intellectus, & ſeparatus à præcedenti, & multum utilis.

191 Licèt tamen bonus ſit, & utilis, tamen non conuenit huic legi: quia eſt. diuinare quòd iſte ignorauerit ſe poſſidere, uel poſſideret per aliū & nimis reſtringit literam, & eſt opus ſubaudire illa uerba: quia ignorabat ſe poſſidere: ideò ſolum procedit pro uno exemplo ad tex. noſtrum, & pro una ſpeciali leg. decidente hunc caſum particularem.

Septima lex, & quinta à doctorib. creata fundata ſuper quinto intellectu gloſſæ.

192 Non † denegatur interdictum uti poſſidetis ei, qui cæpit rem uendicare, ſi pro noua poſſeſſione egit.

Hęc lex conuenit cum præcedenti: quia prætenditur ſicut in præcedentibus quòd actum fuerit. in utroq; remedio reſpectu eiuſdem poſſeſſionis expreſſè, & per conſequens ſtante ratione contrarietatis uideretur quòd per petitorium eſſet renuntiatum poſſeſſorio: tamen poſteà differt: quia in duabus præcedentibus non fuit

fuit renuntiatum poſſeſſorio: quia ignorabat ſe poſſidere, uel poſſidebat per alium, hic uerò non uidetur renuntiatum: quia nullam habebat poſſeſſionem tempore petitorii, & egit poſſeſſorio ex poſſeſſione nouiter quæſita. Item in præcedenti non tractatur in ſpecie de cumulatione hic uerò principaliter de ea deciditur.

Summatur hoc modo. Intentans interdictũ uti poſſide. poſt petitorium inceptum non prohibetur cumulare & proſequi illud, ſi egit pro poſſeſſione nouiter quæſita.

193 Caſus ità breuiter fingi poteſt. † Quidam prætendens ſe eſſe dominũ alicuius fundi egit rei uendicatione, petens aduerſarium condemnari ad reſtituendam rem cũ plena poſſeſſione, durante iudicio poſſeſſio peruenit ad actorem uel clam: quia ipſe abſente poſſeſſore ingreſſus eſt, uel etiam per contractum: quia poſſeſſor alteri tradidit, à quo & ipſe rem accepit, ideò uidens ſe poſſidere rem deliberauit agere interdicto uti poſſide. pro conſeruatione ſuæ poſſeſſionis quæſitæ, & ut transferet onus probandi in aduerſarium. opponebatur quòd ille non debebat audiri cumulando poſſeſſorium cum petitorio: quoniam in petitorio dixerat aduerſarium plenè poſſidere, in poſſeſſorio uerò dicit ſe poſſidere. unde fuit quæſitum quid iuris? Et ratio dubitandi erat, & uidebatur dicendũ quòd nullo modo deberet audiri ſtante contrarietate, & militabant omnes regulæ impeditiuæ cumulationis, de quibus ſupra dictum fuit, maximè regula fundata in ratione ordinis, & illa fundata in electione, & illa fundata in contrarietate, & illa fundata in duplicitate, & poſteà faciebat: quia propter præciſam contrarietatem uidebatur per petitorium renuntiatum fuiſſe petitorio, uel ſalem per poſſeſſorium uideatur renuntiatum petitorio per ea, quæ dicta ſunt in præcedentibus lecturis.

His tamen omnibus non obſtantibus, contrarium fuit determinatum in hac lege creata, quòd imò admittatur actor agere poſſeſſorio, & cumulare cum petitorio, & ratio decidendi eſt: quia nulla uidetur contradictio, ex eo quia actum eſt ex noua poſſeſſione quæſita, & ratione diuerſitatis temporis uidetur noua poſſeſſio, & noua res: quoniam tempore petitorii uerum eſt quòd non poſſidebat, & tempore poſſeſſorii poſſidebat.

Non obſtant allegata in contrarium, & primò de ratione ordinis: quia ipſa non adaptatur in hoc caſu, cum antequam intentaretur petitorium nullam habebat poſſeſſionem. Item dicta ratio eſt uoluntaria non neceſſaria, dicta lege is qui deſtinauit de rei uendicatione.

Non obſtat ratio electionis: quia illa procedit quando tempore petitorii poſſidebat, quod non erat in caſu iſto.

Non obſtat ratio contrarietatis: quia illa procedit quando utroque tempore habebat eandem poſſeſſionem pro qua egit, hic uerò tempore petitorii nullam habebat poſſeſſionem.

Non obſtat ratio duplicitatis: quia negatur, quòd per petitorium obtenta poſſeſſione petatur res ipſa: ſed ſolum petuntur fructus, & acceſſiones, ut infra dicemus cum Bartolo.

Non obſtat quòd per poſſeſſorium uideatur ſaltem renuntiatum petitorio, per dicta in tertia lectura: quia reſpondetur quòd non militat illa contradictio ut ſtatim dicemus.

194 Notandum eſt primò ex iſto tex. † quòd qui intentat petitorium non uidetur renuntiaſſe poſſeſſioni, quod non habet difficultatem, ſi intelligimus de poſſeſſione præſenti, ex eo quia in hac lege nullam habebat poſſeſſionem tempore petitorii. Sed probatur quòd nec etiam uidetur renuntiaſſe poſſeſſioni futuræ: quia per eam poteſt intentare poſſeſſorium ut hoc tex. & hoc eſt regulare, ut nec in expreſſe renuntiaſſe quis uideatur renuntiare iuri de futuro, ut no. in lege prima. C. de pact. & lege ſi ita ſcriptum. ff. de leg. ſecundo. cum ſuis concordantibus.

195 Secundò notandum eſt † quòd acquirens poſſeſſionem durante petitorio non prohibetur intentare poſſeſſorium retinendæ, & illud cumulare. unde obſtant omnes rationes impeditiuæ cumulationis ut dictum fuit.

Ideò Bar. hic opponit de tex. in l. ordinarii. & l. incerti. C. de interdict. & reſpondet quòd diuerſitas temporis tollit cõtrarium: quoniam illę leges procedunt quando utroque tempore petitorii & poſſeſſorii habebat eandem poſſeſſionem: ſecus autem ubicunque tempore petitorii nullam habebat poſſeſſionem propter diuerſitatem temporis, ſentiens quamuis non declaret quòd diuerſitas temporis in poſſeſſione tollat contrarietatem inter allegationem actoris factam in petitorio & poſſeſſorio.

196 Sed tamen tu inſta: † quia uidetur quòd hæc diuerſitas temporis non ſit ſufficiens ad tollendam contrarietatem: quoniam actor in petitorio dixit quòd aduerſarius poſſidebat, & petebat quòd condemnaretur ad reſtituendam omnem poſſeſſionem, qui libellus ſemper loquitur, & omni tempore iudicii uſque ad ſententiam, cum ſententia debet eſſe conformis libello, l. ut fundus. cum concordantibus. ff. communi diuidundo, ergo ſequitur quòd tempore quo actor proponit poſſeſſorium, ipſemet in libello dicit aduerſarium poſſidere, & in alio libello poſſeſſorii dicit ſe poſſidere, & ſic eodem tempore allegat contraria: ergo ſequitur quòd ſemper durat contrarietas, & hæc diuerſitas temporis eam non tolli, & idem uidetur eſſe ac ſi poſſediſſet tempore quo egit petitorium.

Ad hoc contrarium non aduertunt docto. & uidetur ualde urgere, ideò pro reſolutione potes dicere quòd ille intellectus debet intelligi

quando intentauit poſſeſſorium poſt litis conteſtationem: quoniam tunc libellus poteſt alterari, cum iam ſtabilitum ſit iudicium, & procedat etiam quòd poſseſsor deſierit poſsidere, l. utiquè, ff. de rei uendica. ante uerò litis conteſtationem non procederet, ex eo: quia libellus duraret in ſua forma, & tunc uideretur quòd non deberet audiri cumulando: ſed ſolum ſuper ipſo poſseſsorio, quaſi per illud uideatur receſsum à petitorio, & reus non poſsidens nõ teneatur rei uendicatione, l. nam & actor, ff. de rei uendicatio.

Quare dicas. Aut nondum eſt conteſtata lis, & tunc durat mera contradictio, & ideò hæc remedia cumulare non poteſt: ſed uidetur receſſiſſe à petitorio per dicta in iij. lectura niſi forſan ipſe reus expreſſè ſe offeret liti: quia tunc tolleraretur petitorium, ex eo: quia tunc non eſt neceſſarium reum poſsidere: nec etiam ante litis conteſtationem dicta l. is qui ſe obtulit. de rei uendicatio. Si uerò actor intentauit poſſeſ-
ſorium poſt litis conteſtationem, & tunc poteſt procedere cumulatio, ex eo: quia propter diuerſitatem temporis tollitur contradictio, cum facta litis conteſtatione non eſt opus quòd perſeueret reus in poſſeſſione, & ideò libellus ex præſumptione iuris alteratur ut amplius non uideatur petere reſtitui ſibi rem cum poſſeſſione: ſed tantummodo durat in eo quòd petit ſe declarari dominum, & in fructibus, & expenſis, & dicta l. utiquè. unde cum amplius actor non aſſerat aduerſarium poſsidere, non eſt ſibi contrarius, ſi in poſſeſſorio dixit ſe poſsidere, & per conſequens admittitur cumulatio.

Item procederet iſta lectura in caſibus in quibus ſupra dictum fuit quòd per poſſeſſorium non uidetur renunciare petitorio in iij. & iiij. lectura, & in ſpecie: quando reus negaret eum poſsidere. Item in libello ineſt clauſula niſi res peruenerit ad actorem: arg. l. ſi quis intentione ambigua. ff. de iudi.

197 Tertiò notandum eſt, † quòd ex peruentione poſſeſſionis rei ad actorem non finitur petitorium: ſed in contrarium allegat Bar. quia: imò uidetur quòd finiatur utrunquè tam petitorium, quàm poſſeſſorium, ex eo: quia in petitorio petebat rem ſibi reſtitui, & cum ipſa adeum peruenerit, uidetur ſibi ſatisfactum, unde debet ſequi abſolutoria, l. quoties. ſecunda. infra de ſolutionibus. & inſti. de perpet. & tempo. actio. §. fi. & no. in l. ſinautem, §. j. ff. de rei uendicatio. & ſimiliter finiatur poſſeſſoriũ: quia cum rem penes ſe habet non eſt quòd amplius petat ab aduerſario. Soluit Bar. & dicit quòd hæc lectura intelligitur facta litis conteſtatione intentatum fuit poſſeſſorium, & poſſeſſio deuenit ad actorem: quoniam tunc reus obligatur ad multa ad rem ipſam reſtituẽdam, ad fructus, & partus, & intereſſe, & ad ſtipulationem de euictione, l. utiquè, & ibi no. ſupra: de rei uendica. & l. ſi à bone fidei circa principium, & l. ſi ſeruus. infra iudicatum ſolui. unde ſi res poſteà peruenit ad actorem licèt habeat quòd perit quantum ad ipſam rem, & in eius reſtitutione ueniat abſoluendus: tamen nõ habet fructus, & partus, & intereſſe, ideò adhuc petitorium durabit circa ea, & quantum ad ea admittetur cumulatio. Ità quòd per petitorium adhuc conſequetur omnia poſita in dicta l. utiquè. & per poſſeſſorium conſequetur declarari poſſeſſorem, & conſeruari in poſſeſſione, & aduerſarium debere deſiſtere à moleſtationibus, & ſoluere omnia damna, & intereſſe, ut dictum fuit in præcedentibus, unde licèt quantum ad ipſam poſſeſſionem ueniat abſoluendus reus in poſſeſſorio: tamen quantum ad reliqua remanet ipſum poſſeſſorium efficax, ut dictum fuit in tertia lectura. Et addit Iaſo. quòd etiam in petitorio durat principalis petitio quòd ipſe debeat declarari dominus cum in eo hoc petatur, l. ex diuerſo. §. j. ff. de rei uendica. & l. Pomponius. §. ſi is. ſupra de procu-
198 ra. † Et erit ualde utile: quia ſi res perueniet poſteà ad reum obſtaret exceptio rei iudicatæ, l. ſi à te. §. primo. infra de exceptio. rei iudica. quam utilitatem non haberet, ſi perueniſſet ad actorem ſine tali declaratione: quia oporteret probare ſe dominum, l. ſi quis emptionis. §. j. C. de præſcrip. 30. uel. 40. annorum. Et ſi iterum reuerteretur ad actorẽ rem non poſſet habere amplius actionem in rem, l. ſed ſi poſſeſſori. ff. de iureiuran. & hoc dictum probat glo. in dicta l. ſi à te. §. primo, de exceptio. rei iudica. in glo. magna. uerſi. uel dic tertio. dum dicit quòd actor fuit declaratus dominus, & reus abſolutus: quia non poſsidebat: ergo reo nõ poſsidente poteſt actor declarari dominus. Vnde habes utilitatem iſtius lecturæ quæ decidit quòd ſi actor egit poſſeſſorio propter poſſeſſionem nouiter quæſitam admittitur cumulatio, & ſuccedunt prædicti effectus tam in poſſeſſorio, quàm in petitorio dummodo poſſeſſio perueniat ad actorem lite conteſtata, quo tempore libellus alteratur, & ceſſat contradictio: ſed, ſi ante litis conteſtationem intentaretur poſſeſſorium, tunc non procederet hæc lex per prædicta, & ſic reſtringitur ut intelligatur poſt litis conteſtationem.

199 Sed † dum Bar. dicit quòd debet abſolui reus. non declarat an debeat abſolui ab inſtantia, uel à petitis, & Alex. tenet quòd abſoluitur ab inſtantia, & communiter uidentur tenere docto. Rip. dubitat: quia Bar. dicit à re petita: ergo à petitis. ego autem puto quòd aut condemnatur ad fructus, & acceſſiones, & actori eſt neceſſarium quòd actor declaretur dominus: ergo non debet abſolui à petitis: quia illa fit quando actor non habet ius, & ſi declaratur dominus, non uidetur eſſe aliqua habilitas quòd reus abſoluatur de poſſeſſione ab obſeruatione iudicii. Aut uerò abſoluitur etiam à fructibus, & acceſſionibus, ex eo; quia actor non

pro-

probauit: abſolnetur etiam: qnia actor non habet ius, uel ab inſtantia, ſi nos eſſemus in terminis in quibus reus ſolet abſolui à petitis, iuxta no. in l. qui accuſare. C. de edendo. Si tamen non eſſet facta petitio fructuum, & acceſſionum, uel non uenirent aliæ expenſæ, tunc poſſet procedere quod dicit Alexa. quaſi ex peruentione rei ad actorem ſit extinctum totum petitorium, ſuper quo non fuit poſteà datus terminus ad probandum; neque alia fuere ſecuta propter quæ reus ueniret abſoluendus à petitis. Vnde tota quæſtio dependet an proceſſum fuerit ſuper petitorio cum ſuis requiſitis plenè uſque ad ſententiam, uel non fuerit proceſſum, & ſi reus uoluit perſeuerare in petitorio, poterit etiam iudicari dominus, ſi probauerit ſe dominum. Alcia. tamen dicebat, quòd imò debet ferri abſolutoria ab inſtantia ut uoluit glo. in dicto cap. Raynutius. de teſta. quia tunc ceſſat obligatio quòd teneatur reus reſtituere. idcò ſtatim uenit abſoluendus, & non debet expectari quòd de actoris iure cognoſcatur ut per Fely. in d. cap. examinata. colum. j. de iudi. & tenet hic Roman. quia actor ſciens ſe conuenire eum qui non poſſidet ſemetipſum decipit, l. nam & ſi actor. ff. de rei uendica. & Mattheſi. in no. 138. & maximè: quia ſententia declaratoria iuris parum prodeſt, cum non faciat fidem inter alias perſonas ut in rubri. & nigro res inter alios acta. Quinimò etiam ſi ille qui ſe obtulit rei uendicationi poſt litis conteſtationem dicat ſe non poſſidere erit abſoluendus, & actor non erit declarandus dominus. glo. in dicta lege is qui ſe obtulit. & l. qui petitorio. ff. de rei uendicatione, ut hic latius per eum. Sed ego per iſta non recedo à præcedenti opinione ut diſtinguamus, an ſimus ante litis conteſtationem, & tunc abſolutoria omninò ſit ferenda ab inſtantia, ſi uerò poſt litis conteſtationem nullis interuenientibus fructibus, damnis, & intereſſe idem ſit: quia non eſt cauſa faciendi iudicium, ſed ſi interueniant fructus, damna, & intereſſe tunc procedendum eſt omninò ſuper petitorio etiam inuito reo, dicta lege is, qui ſe obtulit. & dicta lege utiquè. ergo neceſſariò debet ſequi ſententia abſolutoria à petitis, uel declarari reus dominus, ſi probatum fuit per glo. in dicta l. ſi à te. ibi, uel dic tertio. de exceptio. rei iudicatæ.

200 Item dum Barto. dicit de ſtipulatione, de euictio. exemplificant Peruſini quando reus emiſſet ab alio cum promiſſione de euictione, & ſi actor declaratur dominus ipſe euincit à reo, & cum reus emptor propter euictionem amiſerit, poterit agere de euictione contra ſuum emptorem. lege ſi dictum. §. ſi compromiſero. ff. de euictionibus. & ſequitur hic Alciat. & ſic ibi ponitur una utilitas rei conuenti, ut petitorium duret etiam quòd ipſe deſinat poſſidere; dicit tamen cogitandum eſſe quomodo poſſit procedere, cum pro poſſeſſione uiolenta non detur euictio, dicto §. ſi cum promiſero. iuncta l. fina. C. de actio. emp. & no. per Bar. in l. ſtipulatio iſta. in fin. infra de uerborum obliga. addit tamen poſteà poſſe contingere ut iure poſſeſſio ad actorem perueniat, ſi forſan cum petitorio ab initio cumulaſſet interdictum recuperandæ, cuius occaſione acquiſiuiſſet poſſeſſionem ſecundum formam traditam in cap. paſtoralis. de cauſ. poſſeſſio. & proprieta. ſuper qua poſſeſſione moleſtaretur: ſed tu dicas quòd hæc conſideratio de poſſeſſionis peruentione non eſt fienda de actione de euictione: quia non agitur de ea propter poſſeſſionem amiſſam: ſed quia actor fuit iudicatus dominus, & tanquàm dominus euincit, & ſuper dominio fuit pronuntiatum ſecus ſi poſſediſſet. Vnde ſiue perueniat iure ſiue ex contractu illicitò, uel illicito poſſeſſio ad actorem quantum ad ipſum reum ſemper remanebit, quòd utile erit procedi ſuper petitorio propter dictam ſtipulationem de euictione, potes etiam addere exemplum in actore ſi ipſe emiſſet ab alio cum ſtipulatione de euictione, & reus fuiſſet declaratus dominus: nam tunc cum ab ipſo actore euinceretur mediante legitima ſententia, poſſet poſteà agere de euictione contra ſuum uenditorem: quia licèt uincat in poſſeſſorio, tenebitur poſteà reſtituere poſſeſſionem uirtute petitorii, quod abſorbet poſſeſſorium, dicto cap. cum dilectus. de cauſa poſſeſſio, & proprieta. in dicta l. utiquè. uerum eſt quòd ponitur exemplum de reo, ut ibi ſit una utilitas rei conuenti quòd perſeueretur in petitorio.

201 Per quæ omnia apparet † quòd eſt de mente Bar. & doctor. communiter quòd debet reus abſolui diffinitiuè, & condemnari diffinitiuè quando actor probauit ſe dominum, & non poteſt condemnari reus de fructibus, & intereſſe, nec agi de euictione, niſi cōſtet an actor ſit dominus, uel reus abſoluatur à petitis, & per conſequens apparet quòd durat totum petitorium, & peruentio rei ad actorem non impedit eius ſubſtantiam, cum reſtitutio rei ueniat in conſequentiam per officium iudicis, & ſic cumulatio remanet in omnibus perfecta, & lectura in totum uera poſt litis conteſtationem.

202 Subdit tamen Bar. & docto. † quòd licèt hęc lectura ſit uera in ſe, & utilis: tamen non conuenit tex. noſtro: quia cum deciſio ſit quòd qui cœpit uendicare non renuntiat poſſeſſioni præſupponit quòd tempore petitorii actor poſſidebat, unde lectura eſt ualde ſeparata à uerbis præſupponendo quòd poſſeſſio poſteà peruenerit ad actorem: quia ratio tex. non conueniret.

Item contra regulam generalem quam po-

nit, quòd ille qui uendicauit non uidetur renuntiaſſe poſseſſioni, unde eſt reſtrictio uiolatiua, atque etiam contradicit in alio: quia eſt opus quòd ſubaudiantur illa uerba, ſi egit pro poſſeſſione nouiter quæſita. ideò concludendum eſt, quòd cum lectura ſit in ſe uera, per eam creatur una lex decidens hunc caſum particularem; ſed tamen non habemus legem Vlpiani, ideò adhuc inquirere debemus ut eam inueniamus.

Octaua lex, & ſexta creata à docto. ſumpta à ſexto intellectu glo.

203 Nō denegatur † interdictum uti poſſi. illi qui cæpit rem uendicare, & egit diuerſis poſſeſſionibus expreſſis in utroque: quia non uidetur renuntiare, &c. quoniam nihil habet commune, &c.

Hæc lectura excogitata fuit à glo. & doctor. ex eo: quia cognouerunt ꝙ adhuc ut permittatur cumulatio de qua loquitur iſte tex. eſt neceſſaria habilitas in utroq; tempore, tam tempore quo intentatur petitoriū, quā tēpore poſſeſſorii, & quòd non militet contrarietas in aſſertione actoris iu libellis, ne propter eam intentando petitorium, uideatur renuntiare poſſeſſorio & è contrariò. Ideò conſiderauerunt, quòd duæ ſunt poſſeſſiones, naturalis, & ciuilis, ut plenè diximus in l.j. & quòd ex dictis diuerſis poſſeſſionibus duo poſſunt in ſolidum poſſidere, l.ſi duo infra uti poſſide. & plenè diximus in l. iij. §. è contrariò. ſupra eodem. unde utrunquè poteſt eſſe uerum quòd & reus poſſideat, & actor ipſe poſſideat, & per conſequens aſſertiones in libellis factæ non ſint contrariæ. Ideò dixerunt quòd in petitorio aſſerebat actor reum poſſidere naturaliter, uel detinere, & in poſſeſſorio dicebat ſe poſſidere ciuiliter. Vnde nulla erat contrarietas, & per conſequens rectè deciditur quòd petitorium, & poſſeſſorium cumulari poſſint.

Summatur hoc modo. Intentans petitorium pro poſſeſſione naturali, & poſſeſſorium pro poſſeſſione ſua ciuili non prohibetur utrunquè cumulatiuè proſequi eodem tempore.

204 Caſus ita breuiter fingi poteſt. † Quidam iuit ad nūdinas, quo abſente alius ingreſſus fuit poſſeſſionem, & cum reuerteretur inueniens occupatā rem, quāmuis haberet interdictū uti poſſi. pro recuperāda poſſeſſione naturali, ut per glo. in l. clā poſſidere. §. qui ad nundinas. ſup. eo. tamen oblitus de conſ. Iuriſ. in l. is qui deſtinauit. ff. de rei uendi. ipſe intentauit rei uendicationem petendo ſe declarari dominū, & aduerſarium cogi ad reſtituendam poſſeſſionem quæſitam clandeſtinè, durante iudicio cognouit ꝙ non habebat ſufficientes probationes, & quòd non obtineret in petitorio. ideò mutato propoſito in melius deliberauit intentare poſſeſſorium retinendæ pro ſua poſſeſſione ciuili, petendo naturalem poſſeſſionem ſibi reſtitui, & aduerſarium deſiſtere à moleſtationibus, ut per glo. in dicto. §. qui ad nundinas. in fi. opponebatur quòd non poterat: quia uidebatur renuntiatum poſſeſſorio per petitorium: & quia ſimul cōcurrere non poſſunt, ideò fuit quæſitum quid iuris? & ratio dubitandi erat, & uidebatur dicendum quòd nun poſſet admitti per dictam rationem, quòd ei qui poſſidet non datur actio, dicto. §. ei uerò. inſti. de actionibus. ideò ut actionem haberet uidebatur renuntiaſſe petitorio.

Secundò faciebat: quia poſſeſſorium eſt præparatorium rei uendicationis, dicta l. inter litigantes. ff. de iudi. & ideò intentando præparatum uidebatur renuntiaſſe preparatorio, l. fi. ff. de tab. exhibend.

Tertiò faciebat ratio contrarietatis quæ inducit renuntiationē, l. fi. C. de codici. & l. j. C. de fur. ſed dato ꝙ non eſſet inducta renuntiatio uidebatur ꝙ cumulatio nō poſſet procedere: quia obſtare uidentur omnes ſex regulæ impeditiuæ cumulationis. & in ſpecie ratio fundata in ordine, & ratio fundata in electione, & ratio fūdata in contrarietate, & ratio fundata in duplicitate de quibus ſupra ſæpius dictum fuit.

His tamen non obſtantibus contrarium fuit determinatum in hac lege creata in utroque, & quòd non uideatur renuntiatum poſſeſſorio, & quòd admittatur cumulatio, & ratio decidendi ponitur in tex. quia nihil habet commune poſſeſſio cum proprietate, & iſta remedia ſunt diuerſa, & tenduot ad diuerſa. unde per poſitionem unius non tollitur aliud: neque per unum impeditur cumulatio alterius.

Non obſtant contraria, & primo. de §. ei uerò. quia ille textus procedit in eo qui poſſidet omni poſſeſſione, & intentat petitorium: ſed hic intentans habebat ciuilem poſſeſſionem, & reus habebat naturalem, & pro naturali poterat ſibi competere actio ſine renuntiatione poſſeſſionis; ſicut etiam, & pro ſola detentatione, lege officium. ff. de rei uendicatione: nec obſtat quòd poſſeſſorium ſit præparatorium: quia illud uerum eſt ex conſilio Iuriſconſulti, non autem ex neceſſitate, & propterea ex propoſitione præparati non renuntiatur præparatorio uoluntario.

Non obſtat ratio contrarietatis: quia illa non eſt ſubſtantialis, neque naturalis. inter hæc duo remedia cum ipſa inter ſe nullam habeant contrarietatem: neque ſe tangant, ut dictum fuit in primo intellectu per iſtum textum: ſed contrarietas inducitur per accidens propter aſſertionem actoris: quia actor in petitorio dicit aduerſarium poſſidere, & in poſſeſſorio dicit ſe poſſidere: quæ contrarietas inducitur quando aſſertio fit de eadem poſſeſſione. ſed quando fit de diuerſis poſſeſſionibus

nibus nulla inducitur contradictio, cum utrũ quẽ uerum eſſe poſſit, & quòd reus poſſideat naturaliter, uel detineat tantum, & quòd ipſe poſſideat ciuiliter, & duo poſſunt in ſolidum poſſidere ex diuerſa ſpecie poſſeſſionis, l. iij.§.è contrariò.ſup.eo.

Non obſtant rationes impeditiuæ cumulationis,& primò ratio fundata in ordine: quia illa procedit in ordine neceſſario,& ex præcepto legis ſeruando: ſecus autem in ordine uoluntario qui ſine pœna peruerti poteſt.

Non obſtat ratio in electione fundata: quia illa habet locum ubicunquè remedia in ſubſtantia ſunt incompatibilia, uel ex diſpoſitione legis: ſecus autem ubicunquè remedia ſui natura non ſunt incompatibilia: nequè ex legis diſpoſitione. unde non tolluntur per electionem.

Non obſtat ratio cõtrarietatis: quia illa procedit in his quæ ſunt contraria origine, uel exercitio, ut dicitur in dicta l. edita,& infra etiam dicemus cum Bar. in generali materia. Hæc autem remedia non ſunt contraria origine: nequè ſubſtantialiter nequè exercitiu per iſtum text. ſed ſolum contradictio inducitur ex aſſertione actoris: quæ poſteà ceſſat quando ſunt diuerſæ poſſeſſiones: quoniam utrunquè poteſt eſſe uerum quòd,& reus poſſideat,& ipſe poſſideat diuerſis poſſeſſionibus, & in hoc ſtat reſolutio totius materiæ.

Non obſtat ratio fundata in duplicitate: quia negatur quòd hæc remedia tendant ad eandẽ rem ut inf. dicemus ſimul cum Bar. quare ſtat concluſio quòd ubicunquè petitorium,& poſſeſſorium intentantur pro diuerſis poſſeſſionibus per unum non tollitur aliud, & cumulatio indiſtinctè permittitur.

205 Notandum eſt primò ex iſto tex. † quòd per propoſitionem petitorii nõ renuntiatur poſſeſſorio: nequè per propoſitionem poſſeſſorii renuntiatur petitorio. Vnde contradicunt omnia quæ dicta fuere in tertia lectura. Sed reſolutio tradita fuit quòd ibi agebatur de eadem poſſeſſione, pro qua expreſsè utrunq; remedium erat intentatum. unde erat contradictio in aſſertione actoris, propter quam ut haberet locum propoſitio ſua inducebatur renuntiatio, hic uerò utranquè intentatur pro diuerſis poſſeſſionib. quæ poſſunt eſſe penes duos inſolidum, dicto.§. è contrariò. unde cum eſſet contrarietas in aſſertione actoris, remanet poſteà natura iſtorum remediorum in propria ſubſtantia ut ſe inuicem non tangant, cum ſint diuerſa remedia & dentur ad diuerſas res. ideò non poteſt fieri illatio nequè poſitiuè nequè remotiuè ut dictũ fuit in primo notabili, & ſuper glo. prima ſupra eodem cum oppoſitionibus Bar. Vnde tertia lectura ut ibi ego declaraui neceſſariò intelligitur quando utrunquè remedium erat intentatum pro eadem poſſeſſione in ſpecie, quo caſu contrarietas inducitur ex aſſertione actoris, tamen & etiam ibi ponuntur aliqui caſus in quibus non obſtante identitate poſſeſſionis non ſit renuntiatio.

206 Secundò notandum † eſt ex iſto tex. in ratione decidendi quòd duo poſſunt in ſolidum poſſidere diuerſa ſpecie poſſeſſionis, ut dicitur in d.l.iij.§.è contrariò. ideò utrunquè eſt uerum quòd, & reus poſſideat, & actor poſſideat, & allegatio actoris non continet contradictionem.

Ampliatur iſta concluſio procedere etiam in pluribus poſſeſſionibus eiuſdem ſpecie, rendentibus ad diuerſum finem, ut ſunt illæ naturales quæ dantur propter uaria iura conſiſtentia in rebus, ut uſufructuarius qui poſſidet naturaliter propter ſuum uſumfructum, & emphyteuta, & feudatarius, & uſuarius qui ſimiliter poſſident naturaliter propter iura ſua, ut plenè no. fuit in principio iſtius legis, & ego latè dixi in di. §. è contrariò in præmiſſis, & ſuper penultima quæſtione Bar. Nam poſſidentes non uidentur occupare totam rem: ſed tantummodo eam tenere dignitate ad ius ſuum, ut in ſolidum poſſidere poſſint naturaliter, & ciuiliter, ut ibi etiam plenè declaraui.

207 Vnde † ſequitur etiam ampliatio ad iſtum tex. quòd ſi feudatarius, uel emphyteuta ageret contra uſumfructuarium poſſidentem naturaliter ex ſua utili rei uendica.& aſſereret eũ poſſidere naturaliter, & ipſi quoque intentarent interdictum retinendæ pro ſua naturali poſſeſſione: arg. tex. in lege prima in fin. infr. uti poſſidetis, & aſſererent ſe poſſidere naturaliter, nihilominus induceretur renuntiatio nequè impediretur cumulatio: quia nulla eſſet contrarietas, & utrunque uerum eſſet quòd & reus poſſideret, & actor. perinde ac ſi diuerſa ſpecie poſſeſſionis poſſideret.

Item & etiam infertur hanc legem procedere, ſi forſan reus detineret tantum: quia ceſſet commodatarius, uel depoſitarius, uel colonus, & peteretur eum teneri ad reſtidam ipſam rem, & poſteà actor pro omni poſſeſſione intentaret poſſeſſorium retinendæ, nulla induceretur renuntiatio, ex eo: quia utrunquè uerum eſſet, & quòd reus detineret, & obligaretur ex petitorio ad reſtituendum, & ipſe actor haberet omnem poſſeſſionem, lege officium. ff. de rei uendicatione, & generaliter concludendum eſt quòd in omnibus caſibus in quibus res poteſt eſſe penes unum, & poſſeſſio penes alium uel etiam res ſit penes unum, & poſſeſſiones ambæ ſint penes diuerſos, nunquam per propoſitionem petitorii eſt renuntiatum petitorio, & admittitur indiſtinctè cumulatio propter rationem textus noſtri quòd nihil habet commune poſſeſſio cum proprietatẽ, & remedia ſe inuicem non tangunt, & ſolum contradictio cauſatur propter aſſertionem actoris, quæ contradictio ceſſat quãdo diuerſis reſpectibus agitur. unde

ſequitur quòd ſi aliquis ageret rei uendica. contra eum qui nullo modo poſſidet, uel detinet, ſed ille ſe obtulit liti, & petitorium eſt propoſitum contra eum, iux. l. is qui ſe obtulit, ff. de rei uendica. ſi poſteà actor pro omni poſſeſſione intentaret poſſeſſorium, ac etiam dicendo ſe detinere nihilominus audiretur, & nulla renuntiatio induceretur: nequè cumulatio impediretur, ex eo: quia ceſſarent cõtrarietates in aſſertione, cum contra eum qui non poſſidet tantummodo agatur, ut actor declaretur dominus & non aſſeratur eum poſſidere quæ bene nota.

108 Tertiò notandum eſt, † ꝙ qui intentauit petitoriũ non prohibetur poſteà cumulare poſſeſſoriũ: quãdo agitur diuerſis reſpectibus quia ut dictũ fuit ceſſat cõtrarietas in aſſertione actoris.

Sed tamen adhuc duo uidentur obſtare poſita hic per Bar. & primò illud de ratione ordinis: quia quàmuis non ſit contrarietas propter diuerſas poſſeſſiones, attamen negari nõ poteſt quin poſſeſſorium debeat præcedere per dictam l. is qui deſtinauit. & l. ordinarii, & maximè quãdo uterq; poſſidet, ex eo: quia tunc non apparet quis debeat eſſe actor, & quis reus, & hæc quæ plerunq; in poſſidentib. diuerſis ſpeciebus contingere poteſt, d. l. j. §. inter litigatores. & leg. ſi duo. inf. uti poſſi. & d. l. inter litigantes. ff. de iudiciis. & § retinendæ. inſti. de interdict. ergo uidetur ꝙ omnimodo præcedere debeat, & non admittatur concurſus. Soluit Bar. quòd contraria procedunt quando agitur reſpectu eiuſdem poſſeſſionis: ſecus quando agitur diuerſis reſpectibus ut hic, & pertranſeunt communiter docto. quæ ſolutio nihil affert, ut dictum fuit: quoniam ſemper duobus poſſidentibus hæc quæſtio facilius contingere poſſit ut debeat præcedere. Vnde pro ſolutione debet dici. Aut partes contendunt quis debeat eſſe actor, & quis reus, & nolunt libellos inuicem productos audire de petitorio, nequè reſpondere, & tunc neceſſariũ eſt quòd præcedat poſſeſſorium, ut appareat quis debet poſſidere, & quis debeat eſſe actor, uel reus. ſed ubicunquè non contendunt de hoc: ſed unus ex propria uoluntate aſſumpſit perſonam actoris, conueniendo alium rei uendicati. tunc ordo non eſt neceſſarius; ſed uolũtarius. & non inducit renuntiationem: nequè impedit quin poſſeſſorium poſſit poſtponi. ideò in figuratione caſus dixi ꝙ ille oblitus de conſi. Iuriſ. intentauit rei uendicationem, non enim cogebatur: ſed ex propria uoluntate fecit, & potuit facere: quia lex non prohibet.

209 Secundò † etiam inſtatur contra dictum notabile, & deciſione tex. quoniam licèt utrunq; intentetur diuerſis reſpectibus, tamen ſemper uidetur militare ratio impeditiua cumulationis fundata in duplicitate, quæ tanto fortius uidetur militare quando reus habet aliquam poſſeſſionem: nam in petitorio actor petit ſe declarari dominũ. & reũ cogi ad reſtituendã ipſam rẽ, & poſſeſſionem, l. qui reſtituere. & l. officium. de rei uendica. & appellatur actio in rem: quia per eam intendit conſequi ipſam rem, per poſſeſſoriũ quoq; retinendæ ipſe petit rẽ ſibi reſtitui, & poſſeſſionem illam naturalem quã habet ipſe reus. ut per glo. in d. §. qui ad nundinas, & ſic in utraq; actione petit rem, & ipſam poſſeſſionem naturalem. & per poſſeſſorium uult ipſam rem, & poſſeſſionem penes ſe, ut transferat onus probandi in alium. Vnde ſuccedit regula impeditiua quòd quando plures actiones dantur ad eandem rem, & per eas bis eadem res petatur, impeditur cumulatio, l. cum filius. §. uariis. ff. de lega. ij. ubi pro legato datur actio in rem, & perſonam, & unã debet eligere: quia bis peteret rẽ legatam, quod etiam procedit in pluribus hæredib. qui tenentur concordare ut dicitur in l. huiuſmodi. §. fi. de leg. j. & l. nemo. §. quoties de regul. iur. quæ generaliter dicit ꝙ quando plures actiones dantur pro eadem re, una tantum agẽdum eſt: ergo eo modo cum iſtæ diuerſæ actiones dentur ad eãdem rem, una tantũ agi debet & non poſſunt cumulari. Old. fatebatur contrarium, & dicebat impediri cumulationẽ propter iſtã rationem duplicitatis. ſed non impediri ꝑ rationem contrarietatis. quam ſolutionem repræhendit Bar. & omnes, ex eo: quia deciſio tex. noſtri redderetur eluſoria, & in effectu ſequeretur ꝙ non poſſet fieri cumulatio cum parum interſit an propter unã rationem, uel propter aliã impediretur. Vnde ipſe dat duas ſolutiones, una eſt negando aſſumptum ꝙ quando plures actiones tendunt ad eandem rem, & naſcuntur ex diuerſa cauſa quòd tunc non poſſint cumulari, ut uoluit glo. in l. edita. C. de edendo, & ſolũ impediuntur cumulari quando competunt pro eadem cauſa, & hoc modo intelligitur dicta lex nemo. §. quoties. ff. de reg. iur. quæ tamen ſolutio non tenetur per doctor. in dicta l. edictæ, & confunditur per dictam legem cum filius. §. uariis. Nam actio in rem competit legatario: quia dominium eſt tranſlatum in legatarium poſt mortem teſtatoris. l. à Titio. ff. de fur. & actio in perſonam datur propter quaſi contractum qui cauſatur ex aditione hæredis. §. hæres. inſti. de obli. quæ ex quaſi contra. naſcuntur, & ſic naſcuntur ex diuerſis cauſis, quàmuis unica ſit cauſa remota legati, tamen uerè ſunt diuerſæ cauſæ.

210 Vnde ſecundò modo ſoluit Bar. † negando aliud aſſumptum Oldra. quòd iſtæ actiones dentur ad eandem rem. cum actio in rem detur ut declaretur dominus, l. ex diuerſo. §. primo. ff. de rei uendicatione, & leg. Pomponius. §. ſed ſi is. ſupra de procuratoribus, & reſtitutio rei uenit in conſequentiam per officium iudicis, in poſſeſſorio uerò petit ſe declarari poſſeſſorem, & reſtitutio rei uenit ſimiliter per officium iudicis. ità quòd principaliter competunt ad diuerſa licèt in conſequentiam reſtituatur eadem res per officium iudicis, quòd ipſe negabit ex cauſa, & ſicut quando declaratur dominus acquirit ſibi actionem in rem ità quodde·

do declaratur poſſeſſor apparet quòd ipſe poſſedit,& conſeruatur in ſuo iure uſucapiendi, & ſic apparet quòd hæc ratio duplicitatis non obſtat:quia actiones dantur ad diuerſa, & uidentur ſequi communiter docto.& Iaſ. hic dicit ſolutionem eam procedere coniungendo ſimul utrunq; dictũ Bar. in quo nihil noui dicit,aſſerens poſteà attendi illud ꝙ principaliter uenit in actione,l.j.§.ſi interrogauero. ſupra depo. & l.ſi quis nec cauſam.ſupra ſi cer.pe.Secundò ipſe reſpondet quòd hæc duo remedia non competunt ad idem neque reſpectu principalis petitionis,ut dicit Bar. nequè etiam reſpectu executionis:nam in rei uendica. reſtitutio rei uenit officio mercenario,l.officium.ff.de rei uendica. & illa reſtitutio eſt præciſa: quia cogitur præciſè reſtituere manu militari: nec præſtando intereſſe liberatur,l.qui reſtituere. ſupra de rei uendicatione,& ibi glo.in uerbo condemnandus. circa medium,quam ibi exclamant, & ſequuntur doct.relati hic per Iaſ. ſed in interdicto uti poſſidetis reſtitutio non fit directo: ſed per indirectum: quia per naturalem turbatur actor in ciuili, & ſic reſtitutio naturalis fit ne cenſetur turbatio in ciuili ſecundum glo. hic, & in dicto. §. qui ad nundinas. Item non cogitur præciſè: quia poteſt liberari præſtando intereſſe poſſeſſionis, l. ſi duo. §. fin. infra uti poſſide. & glo. in dicto. §. qui ad nundinas. Sed tu potes dare tertiam reſponſionem quòd imò nullo modo uidentur hæc remedia dari ad eandem rem:nam per rei uendicationem conſequitur proprietatem rei, & poſſeſſionem perpetuam, & propriè dicitur eſſe reſtitutio, & recuperatio rei:ſed per interdictum non conſequitur rem ipſam perpetuò: ſed ſolùm temporaliter donec duret lis, ideò non uidetur eſſe eadem res: ſed alia res diuerſa, cum poſſeſſio momentanea dicatur, l. j. C. ſi de momentanea poſſeſſio. fuer. appellatum, & perindè eſt ac ſi eam non habuiſſet, l. fi. in fin. C. de bon. quæ liber. & facit tex. in l. j.in fi.ff.de aqua quo. & æſtiua. qui expreſſè ponit hanc differentiam, ex qua uidetur inferri quòd legaliter dicatur eſſe diuerſa res,& ſic ceſſat ratio duplicitatis. in iuribus autem contrariis petitur res in ſubſtantia.& in proprietate per utranquè actionem, & ità uerè eadem res per utranquè actionem petitur, quòd non eſt in caſu noſtro, ſumma eſt igitur quòd in rei uendicatione proprietas in poſſeſſorio poſſeſſio uertitur,& reſtitutio fit in conſequentiam,& ex æquitate, unde dantur ad diuerſa reſpectu principalis petitionis.Item dãtur ad diuerſa reſpectu declarationis.Tertiò tẽdunt ad diuerſa reſpectu finis quæ in petitorio reſtitutio fit:quia domini,in poſſeſſorio reſtitutio fit ut deſiſtat à moleſtationib.uel quia poſſidebat.Quartò dantur ad diuerſa reſpectu cauſæ:quia in petitorio reſtitutio fit:quia dominus alia:quia poſſeſſor eſt.& cauſa momentanea. ...ntò dantur ad diuerſa:quia in petitorio fit reſtitutio: quia rem habet alienam in poſſeſſorio:quia clam, uel ui, uel precario poſſidet ab actore uel moleſtat. Sextò dantur ad diuerſa: qa que poſſeſſio conuenit in petitorio eſt diuerſa ab illa quæ uenit in poſſeſſorio, cum illa quæ uenit in poſſeſſorio,cum illa quæ uenit in petitorio detur ex cauſa dominii,per l.bona fides. ff.depoſi.quia res debet eſſe apud dominum, & datur ex cauſa perpetua ut penes eum perpetuò ſit,& debetur à quocunquè poſſidente,poſſeſſio uerò quæ uenit in interdicto reſtituitur: quia fit poſſeſſor:& quia hæc eſt uitioſa, & datur ex cauſa temporali, dicta l. prima. § fin. infra de aqua quo. & æſtiua. Igitur cum tendant ad diuerſos fines iudicantur tanquàm poſſeſſiones differentes ſpecie, & res ipſa iudicatur tanquàm duplex ſit per ea quæ diximus latè in l.iij. §. è contrariõ. in præmiſſis, & in penul. quæſtione Bar. ſupra eodem. & confirmatur urgenti fundamento: quia omnes conueniunt quòd in interdicto adipiſcendæ, & recuperandæ admittatur cumulatio plenè, & omni reſpectu, dicto capitulo paſtoralis. de cauſa poſſeſſion. & proprieta. & l. cum fundum. §. fin. ff. de ui & ui arma. & tamen nemo negat quin in poſſeſſorio quis petat eandem rem cum omni poſſeſſione, & in petitorio ſimiliter petat eandem rem cum poſſeſſione: ergo ratio duplicitatis non militat propter rationes præcedentes, & ſolum attenditur utrum actor in propoſitionibus ſuis proponendo hæc remedia faciat allegationes contrarias, quibus non interuenientibus, nihil eſt quòd impediat concurſum, & cumulationem, nequè poſſit facere renuntiationem, & ità teneas omninò.

211 Duſt autẽ Bar.hic expreſſè tenet ꝙ in rei uendic. reſtitutio uenit nõ iure actionis:ſed officio iudicis,idẽ tenuit ipſemet Bar.& Bal.in l. harũ in fi.ſup.ſi ſerui.uendi.& l.ſciendum.§.ſi fundũ. ſup.qui ſatiſda.cogantur.Petr.& Cy.in l.ij.C.de uerſi.& aqua.Specu.in tit.de offi.iudi.§.de ſeru. uerſic.ſi autem poſt ſententiam.Ange. in leg. ſi hæreditatẽ.& l. licèt.de peti.hæredi.& glo.in §. j.in uerbo nullo iure.ubi omnes Mod.plenè dicunt.inſti.de actionib.& ibi dixit Io.Fa.ità tenere communem curſum cauſarum,& probatur in l.qui reſtituere. in uerbo offic. iudicis. ff. de rei uendica. & quia in petitione hæredit. reſtitutio uenit offic.iudicis,l.licèt.in uerbo offic.ſupr. de petitio.hæredita. quæ æquiparatur rei uendica. l.ſi autem.§.ſed & ſi is.ſup.de peti.hæredi. cum ſimi. adductis hic per Iaſ.

Contrarium tamen tenuit Bar. ſibi contrarius in l.ſi prius.ſup.de no.ope.nunc.in ij. q. in fi.dum allegat dictam leg. qui reſtituere, & ibi Imo.& Alex. ponderant iſtam contrarietatem Bar.& clarius tenuit in l. j. C.de ſalui. interdicto.& l.j.in fi.prin.ff. eo. Ang.in l. argentarius. §.cum autem. ſupra de edendo. propter quàm contrarietatem docto. ualde laborant in d. l. ſi prius ubi eſt locus ordinatius,& in dicto. §. j.

inſti. de actio: Angel. tamen hic in repetitio. concordat illam contrarietatem dicens, quòd agens rei uendicatione poteſt perere iure actionis non ſolum declarari ſe dominum: ſed etiã condemnari aduerſarium ad reſtituendam rem pro ur etiam dicit Bar. in l. ex diuerſo. §. primo. in ſecundo no. ſupra de rei uendica. ubi dicit ſe uon damnare libellum antiquorum in quo uolebaut peti ſe declarari dominum, & aduerſarium condemnari ad reſtituendam, &ità procedit ſecunda opinio, & ſuccedir quòd reſtitutio poſteà fiet lata ſententia per officium iudicis mercenarium, dicta l. qui reſtituere. cũ aliis allegatis. Sed tamen actor non cogitur in libello ponere illam qualitatem, peto condemnari ad reſtituendi rem, & ſufficit dicere petit ſibi rem reſtitui, & tunc reſtitutio uon ueniet iure actionis: quia non fuit petitum: ſed ſolum ueniet per officium iudicis nobile inductũ ex edicto prætoris, dum dicit condemnatum ſoluere cogam. l. iiij. infra de re iudicata, & tenet Bar. in l. iubere cauere. in ultima colu. ſupra de iuriſdictio. omnium iudicum, & in l. à diuo Pio. §. primo, de re iudi. & Imo. ſibi contrarius in cap. fi. decimaoctaua col. de offic. iudi. & ità procedat opinio Bar. hic cum concordanti. & utilitas patet ex his quæ tradunt Bar. & docto. in l. j. ſupra de iuriſdictio. omnium iudicum dum ponuntur differentiæ inter actionem, & officium iudicis: quas etiam ego enumeraui ibidem latè. Item lata ſententia officium iudicis expirat, nec poteſt per ſe peti. ſi non fuit petitum, lege iiij. C. depoſ. & glo. in l. iij. §. ſi rem. ff. de leg. iij. & in l. non ſolum. ſupra de rei uendicatio. Alex. tamen hic dicit opinionem Bar. hic ueriorem eſſe, & communiter approbari, tamen tex. in l. licèt. de petitio. hæreditatis poteſt euitari: quia in petitione hæreditatis res hæreditariæ non petuntur propriè, ſed & ipſum ius uniuerſale quod principaliter uendicatur, & res ipſæ in iure uniuerſali contentæ petuntur in conſequentiam, nimirum ſi reſtitutio fit officio iudicis, ut latè ego declaraui in rub. ff. ſi cer. pe. dum ego probaui petitionem hæredita. eſſe rei uendicationem. unde melius probatur: quia rei uendicatio datur contra non poſſidentem, dicta l. ſi à te. de exceptio. rei iudica. & l. utiquè. & l. ſi à bone fidei. ff. de rei uendica. & l. is qui ſe obtulit. ergo non uenit iure actionis: quia ſemper eſſet neceſſarium: tamen quæcunquè opinio teneatur nõ obſtat concluſioni noſtre: quia in hac rei uendicarione res alio modo, & ad alium finem petitur in rei uendicatione quàm in poſſeſſorio ut ſtatim dixi, & per conſequens cenſetur eſſe diuerſa res, per ea quæ dicuntur in dicto §. è contrario. & per ſimilitudinem quam ego adduxi de interdicto retinendæ, & recuperandæ, non reprehendo tamen opinionem aliam quòd non poſſit peti iure actionis: quia iſta actio dicitur in rem: quia eſt perſecutoria ipſius rei, unde intentio principalis eſt, ut agens rem ipſam conſequatur, per ea quæ habentur in dicta rubr. ff. ſi cer. peta. & propter hoc licitum eſt actori petere aduerſarium condemnari ad reſtitutionem rei, ut dicebat Ang. & executio poſteà ſemper fiet ex æquitate, qua ceſſante non præſtabitur: arg. l. deniquè. ff. ex quib. cauſ. maio. & hic tenet Rip. & ſequitur Alcia. nu. 29. ſed ipſi dubitant quomodo poſſit eſſe uerum, attento quòd iudex non poteſt denegare officium ſuum. l. iiij. §. hoc autem iudicium. ff. de dam. infect. & l. ij. cum iuriſdictionis diffinitione. ff. de iuriſdictio. omnium iudi. Sed reſponde quòd Bar. non dixit iudicẽ non cogi exequi: ſed dicit quòd non cogetur bis facere executionem. & quòd ſibi dedit executionem fiendam eſſe per aliud remedium ceſſabit in præſenti, uel è contrariò, ſi faciet in præſenti denegabit poſteà in ſequenti, pro ut contingit in omnibus actionibus quæ dantur ad eandem rem.

212 Ex quibus apparet † quòd iſte intellectus eſt uerus, & concluſio uera. quòd cumulatio petitorii, & poſſeſſorii retinendæ quando agitur diuerſis reſpectibus, & expreſſis. Iaſ. uerò dicit, & Coraſ. & Fabius Acorumbo. tur. & Ruyn, quòd imò non eſt bonus, ex eo: quia redderetur de indubitabili: nam cui dubium eſt quòd ſi agatur diuerſis reſpectibus intentans unum remedium non uideatur renuntiare alteri, & quòd debeat admitti cumulatio: quia ex ſeparatis non fit bona illatio, l. Papinianus exuli, ſupra de minoribus, & inducta ad augmentum non debent operari diminutionem, lege legata inutiliter. ff. de leg. primo. & pro indubitabili ponunt Bar. & doctor. infra in j. quæſtion. Bar.

213 Sed ab hac inpugnatione faciliter poteſt defendi: quia ut ſupra dixi. & dicebat Oldra. licèt propter diuerſos reſpectus uideretur ceſſare ratio contrarietatis: tamen militabat ratio ordinis ualde urgens, & ratio duplicitatis ualde etiam apparens. unde erat maxima dubitatio, ùtrum etiam in dicto caſu deberet admitti cumulatio, atquè an uideretur facta renuntiatio. tamen eis non obſtantibus contrarium hic fuit determinatum propter rationem poſitã in tex. quia hæc remedia dantur ad diuerſa, cum poſſeſſio, & proprietas nihil habeant commune.

Prætereà apud ante quos non erat bene reſolutum an, & quomodo plures poſſent inſolidum poſſidere. ut paret ex auctoritatibus poſitis in lege tertia. §. è contrariò. cum ſimilibus adductis ibi per Sozinum. ſupra eodem. Item non erat bene deciſum an unica eſſet poſſeſſio tantum, uel plures poſſeſſiones, & adhuc quæſtio eſt dubitabilis, & in puncto iuris uerior eſt opinio quòd unica ſit. Vnde quàmuis ageretur diuerſis reſpectibus pro ut eos conſiderabat Azo. tamen: quia erat unica poſſeſſio, erat etiam dubitatio de ratione con-

trari-

trarietatis an militaret. Vnde cum ratione in hoc tex. poſita fuit hæc deciſio, quòd non obſtantibus tot rationibus cumulatio permittatur: & redditur utiliſſima hæc deciſio, & non de indubitabili & uana, & ità omninò teneas quòd hic caſus comprehenditur in hac deciſione cumulatiuè, ut infra etiam repetam in ſequentibus intellectibus & plenè in dicta prima quæſtio. Bar.

214 Secundò † contra iſtum intellectum adducit hic Iaſ. & præfati Mod. quòd ſi deciſio fundaretur ſuper hac qualitate quòd fieret diuerſis reſpectibus, non conueniret illatio facta ab Vlpiano, quòd nihil habet commune, & per conſequens non eſt bonus ad iſtum tex. ſed tu reſponde quòd imò iſte intellectus fundatur in dicta ratione ad finem ut tollatur contrariũ de ratione ordinis & duplicitatis, & ſine ea contrarium eſſet urgentiſſimum, & militaret, ſolùm enim hæc diſtinctio de diuerſis reſpectibus facit quòd allegatio actoris non continet contrarietatem propter quam adhuc poſſet induci renuntiatio, & impediri cumulatio. quantum uerò ad cætera iſte intellectus habet ſolam ſolutionem poſitam in dictis uerbis, nihil commune habet poſſeſſio cum proprietate, & ſic concludas quòd hunc caſum decidit hic Vlpia. cumulatiuè tamen ſed non reſtrictiuè ut arbitrantur docto. unde fortius contra intellectum facit tertia ratio: quia non caret diuinatione: quoniam eſt diuinare quòd hic actum fuerit diuerſis reſpectibus, & quòd expreſſio de diuerſis poſſeſſionibus facta fuerit, atque etiam nimis reſtringit tex. qui uoluit nedum iſtum caſum: ſed omnes alios caſus determinare qui contingere poſſunt. Item eſt neceſſaria ſubauditio ad tex. dicendo ſi actum fuit diuerſis reſpectibus. propter quæ uerba ego dixi quòd per Docto. creatur hæc noua lex decidẽs hunc caſum in ſpeciem. propterea docto. nolentes euitare hanc ſubauditionem, & reſtrictionem, ampliauerunt iſtum intellectum ut procederet etiam quòd non fuerint poſita illa uerba diuerſis reſpectibus: ſed quòd idem ſit etiam quòd ſimpliciter utrunque remedium intentatum fuerit, ut hic latè per eos: tamen ipſi non aduertunt quòd per hanc ampliationem ipſi recedunt ab hoc intellectu, & creant unam nouam aliam legem quæ decidit hunc caſum, & indiget ſuis declarationibus, & ſupletionibus: ideò ego eam ſeparatim ſubieci.

Nona lex creata, quæ eſt ſeptima docto.
ſumpta ex ampliatione data per
eos ad ſextum intellectum
glo. his uerbis.

Non † denegatur interdictum uti poſſidetis ei, qui cœpit rem uendicare, ſi ſimpliciter in eoque egit: quia non uidetur renuntiare quoniam nihil habet commune.

216 Hic intellectus † ut ſtatim dixi, differt à præcedenti: quia in eo actor in petitorio dicebat ſe agere pro poſſeſſione uel detẽtatione, & in poſſeſſorio dicebat ſe agere pro poſſeſſione ſua ciuili, in hoc uerò præſupponitur quòd in petitorio petijt rem ſibi reſtitui, non ſe referendo ad poſſeſſionem, & in poſſeſſorio ſimiliter dixit poſſeſſionem aliquam, quo caſu ſtat dubitatio utrum uideatur egiſſe diuerſis reſpectibus, uel eodem reſpectu, & quia docto. determinant quòd in dubio uideatur egiſſe diuerſis reſpectibus, ideò creatur hæc noua lex in qua illud examinatur.

Summatur. Intentans petitorium non ſe reſtringendo ad aliquàm poſſeſſionem, & poſteà proponens poſſeſſorium ſimpliciter, non prohibetur hæc duo remedia cumulare.

217 Caſus ità breuiter fingi poteſt. † Abſente domino relictis uel non relictis ſeruis, alius ingreſſus fuit prætendens ſe dominum, & ſi ſerui non fuere relicti acquiſiuit naturalem poſſeſſionem uacantem, dict o. §. qui ad nundinas. & ſi ſerui remanſerunt acquiſiuit tantummodo detentationem, per l. j. §. non alii. infra de ui & ui armata & leg. ſi colonus, & l. peregre. §. quibus. infra eodem. ſuperuenit dominus & uidens occupatam rem, quàmuis poſſet intentare interdictum uti poſſid. & ſibi plenè proſpicere: tamen oblitus de conſilio Iuriſconſulti in l. is qui deſtinauit. ff. de rei uendicatio. intentauit rei uendicationem petens ſe declarari dominium, & aduerſarium condemnari ad reſtituendam rem, poſteà cum cognoſceret quòd non poterat probare dominium, melius conſultus propoſuit interdictum uti poſſid. petens aduerſarium deſiſtere à moleſtationibus, & cõſeruari in poſſeſſione ſua. opponebatur quòd non debebat audiri, quia renuntiauerat poſſeſſorio per petitorium: quia hæc duo remedia tanquàm contraria cumulari non poſſunt unde fuit quæſitum quid iuris?

Et ratio dubitandi erat, & uidebatur dicendum quòd renuntiaſſe per rationes ſupra ſæpius relatas; quia poſſidenti nulla datur actio, dicto. §. ei uerò. inſti. de actionibus, & qui agit rei uendicatione dicit aduerſarium poſſidere, leg. j. C. de alienatio. iudi. mutand. cauſ. facta.

Secundò: quia poſſeſſorium eſt præparatorium rei uendicationis, l. inter litigantes. ff. de iudi. & intentando petitorium uidetur renuntiaſſe præparatorio, l. fin. ff. de tab. exhibend. Item faciebat ratio contrarietatis: quia in petitorio dicit aduerſarium poſſidere, & in poſſeſſorio dicit ſe poſſidere. Et dato quòd non renuntiaſſet, uidebatur quòd cumulatio non poſſet admitti per illas quatuor rationes prohibitiuas cumulationis, una quæ fundatur in ordine. ſecunda quæ fundatur in electione. tertia quæ fundatur in contrarietate. quarta

quæ fundatur in duplicitate.

His tamen omnibus non obſtantibus contrarium fuit determinatum in hac lege creata, quòd imò non denegatur ei interdictum quin illud poſsit cumulare, & ratio decidendi ponitur: quia non uidetur renuntiaſſe poſſeſſioni: quoniam nihil habet commune poſſeſsio cum proprietate.

Non obſtant contraria. & primò de §. ei uerò: quia ille procedit quando rem in totum penes ſe haber, & eam uel poſſeſsionem quam nominat omninò intendit retinere, hic uerò præſupponitur quòd poſſeſsio naturalis, uel ſaltem detentatio erat penes reum.

Non obſtat ratio ordinis: quia illa eſt uoluntaria, & poteſt peruerti ordo ſine pœna & ſine neceſsitate renuntiationis.

Non obſtat ratio contrarietatis: quia illa non militat inter hæc duo remedia peritorij & poſſeſſorij: quia ualde diuerſa ſunt, ut in tex. dicitur.

Solùm autem contrarietas eſt in allegatione actoris: quando dicit ſe poſsidere eadem poſſeſsione, quam dixit aduerſarium habere. ſed hic nullam expreſsit poſſeſsionem: neque in aduerſarium: nequè in perſonam ſuam, unde præſumitur intentaſſe diuerſis reſpectibus: quia in libellis quod utilius eſt accipiendum eſt, l. ſi quis intentione. ff. de iudi. & acceden dendo ad iuditium non præſumitur facere conditionem ſuam deteriorẽ l. aliã. ff. de nouatio.

Non obſtat prima ratio impeditiua cumulationis: quia illa procedit in ordine neceſſario, hic uerò ſumus in ordine uoluntario ut dictum fuit.

Non obſtat ſecunda ratio de electione: quia illa procedit inter remedia incompatibilia quæ electione tolluntur, hic uerò ſumus in remediis compatibilibus, cum poſſeſsio & proprietas nihil habet commune.

Non obſtat ratio contrarietatis: quia illa non eſt naturalis inter hæc duo remedia: quia nihil habent commune inter ſe. ſed contrarietas accidentaliter interuenit propter allegationem actoris: quando dicit ſe poſsidere, & aduerſarium poſsidere eadem poſſeſsione, hic autem ſpecialis poſſeſsio non fuit expreſſa, unde libelli intelliguntur propoſiti diuerſis reſpectibus, & in caſibus in quibus duo poſſunt inſolidum poſsidere: arg. dictæ l. ſi quis intentione ambigua. de iudiciis.

Non obſtat ratio duplicitatis: quia per hæc remedia non eadem res, ſed hæc duo diuerſa petuntur ut dicitur hic in textu, & plenè declaraui in præcedendi lectura poſt Bar.

218 Notandum eſt primò ex iſto tex. quòd ei qui poſsidet naturaliter & ciuiliter datur rei uendicatio: neque uidetur renuntiaſſe poſſeſſorio: nequè per poſſeſſorium petitorio, & ratio eſt: quia ſufficit quòd aduerſarius habeat facultatem rei reſtituendæ propter ſolam detentationem, l. officium. ff. de rei uendicatio. quin imò etiam quòd nullo modo poſsideat, ad huc poteſt conueniri rei uendicatio. ſi dolo deſiit poſsidere, l. is qui dolo. ff. de reg. iur. uel etiam ſi ſe obtulit liti, l. is qui ſe obtulit. ff. de rei uendicatio. unde neceſſario non eſt contrarietas ut inducatur renuntiatio niſi quando expreſsè actum fuit pro eadem ſpecie poſſeſsionis, & propterea quando nullam exprimit poſſeſsionem in libellis: quia ſit interpretatio eo modo quo procedunt de iure, per dictam l. ſi quis intentione ambigua nulla inducitur renuntiatio, quod etiam procederet ſi in poſſeſſorio expreſsiſſet unam poſſeſsionem, uel in petitorio, & eſſemus in caſibus, in quibus duo poſſunt inſolidum poſsidere, uel eadem ſpecie poſſeſsionis: ſi tendunt ad diuerſos fines, uel diuerſa ſpecie, uel pro ſola detentatione iuxta no. in d. §. è contrario.

219 Secundò †notandum eſt quòd intentans rei uendicationẽ ſimpliciter in dubio præſumitur intentare pro ſola detentatione, non autem pro poſſeſsione ut declarabat Alcia. hic. Vnde obſtant ea quæ allegauit Bar. & ſtatim ego ſubiiciam.

Tertiò notandum eſt quòd hæc duo remedia petitorium & poſſeſſorium non ſunt contraria neque origine: neque executiuè: neque ſunt incompatibilia, ut electione tollantur: neque ſe tangũt ut uno poſito remoueatur aliud, uel impediantur ſimul eſſe: quoniam nihil habet commune poſſeſsio cum proprietate, ut declarauimus plenè in ſecunda lectura in primo notabili, & in primis oppoſitionibus Bar. unde impedimentum cumulationis, uel concurſus non poteſt induci niſi accidentaliter, propter allegationem contrariam actoris, & propter malum modum agendi ab actore formatum, & ideò ubicunque nulla eſt allegatio contraria expræſſa, ſemper hæc remedia concurrere poterunt: quoniam ſemper fiet præſumptio ut actor per modum ſibi magis proficuum & à lege permiſſum intentauerit hæc remedia & iſte caſus etiam ſub generalitate iſtius tex. fuit comprehenſus cumulatiuè tamen, & non ſuſpenſiuè.

220 Veruntamen †quia iſte intellectus dependet ab illo principio quòd actor in dubio uidetur intentaſſe petitorium ſecundum modum ſibi magis proficuum. Ideò pro declaratione Bar. hic formauit ſpecialem quæſtionem, utrum actor in libello dicendo aduerſarium poſsidere, uideatur dixiſſe eum habere omnem poſſeſsionem, uel unicam tantum. Et primò argumentatur quòd de utraque uideatur dixiſſe: quia in dubio appellatione poſſeſsionis, intelligitur de utraque. leg. ij. §. quod uulgo. infra pro emptore. ubi illa regula neminem poſſe ſibi mutare cauſam poſſeſsionis, intelligitur de ciuili, naturali, & idem probatur in l. j. § deiicitur de ui, & ui arma. ubi uerbum inter

ĉti de poſſesſione, intelligitur de naturali, & ciuili.

Incontrarium poſteà adducit quòd in petitorio uidetur dicere de naturali poſſesſione, per l.ſtipulatio.§.hæc quoque. infra de uerborum obga.ubi ſtipulatio ſerui de poſſesſione intelligitur de naturali. & glo.etiam ibi dicit ꝙ teſtes intelliguntur deponere de naturali quæ magis patet ad ſenſum, unde poſteà in poſſeſſorio uidetur dicere de ciuili, ne ſit ſibi contrarius. Nam contrarietas nunquàm præſumitur ubicunque ſubtili diſtinctione poteſt tolli. §.quibus.in prima. conſtitu.C.poſteà argumẽtatur è contrariò ꝙ imò in dubio in petitorio uideatur dicere dè ciuili, quæ plenior eſt, & producit ciuiles effectus, ut dictum fuit in leg. j. & facit leg.prima.§. qui imperpetuum. ff.ſi ager uectigalis. & ideò poſteà præſumitur intentaſſe poſſeſſorium pro naturali: argum. dicti. §. quibus. finaliter ipſe diſtinguit, ant ſubiecta materia indicat quæ poſſesſio competat partibus pro illa in dubio actum uidetur. ideò ſi dominus agit contra uſumfructuarium, emphyteutam, uel uaſallum, præſumitur intentaſſe pro naturali, & poſſeſſorium pro ciuili: quia hoc à lege inducitur, ut plenè dicitur in principio iſtius legis, & uerba intelliguntur ſecundum ſubiectam materiam, l.ſi uno. ff. loca.& dicta l. ſtipulatio. §.hæc quoque. & l. ſed & ſi poſſeſſori.§. item ſi iurauero. ff.de iureiur. ſi uerò non conſtat de ſubiecta materia, dicit ſtari declarationi libellantis per dictam l. ſi quis intentione ambigua .de iudi. & l. inter ſtipulantem §.Stichum.infra de uerborum obligationibus, & ſi ipſe non declarauit hæc poteſtas non tranſit ad hæredes ut no. in l. Pomponius ſcribit. §. final. ſupra de rei . uendicatio. ut hic per eum.

221 Ex cuius †dictis habes aliquas concluſiones, & prima eſt uaria, quòd appellatione poſſeſſionis intelligitur de utraque, & dicto. §. quod uulgo, & dicto.§.deiicitur, & dicta l.j.§.qui in perpetuum. poſteà uerò argumentatur in contrarium: tamen Coraſius hic Fabius & Torniellus dicunt quòd imò ſemper in dubio intelligitur de utraque per prima iura, & per totum titulum noſtrum in quo leges faciunt mentionẽ de poſſesſione in numero ſingulari, & tamen comprehendunt utranque poſſesſionem, &ità etiam dicunt intelligi tex. noſtrum, ut ſub nomine poſſesſionis intelligatur de omni poſſesſione. ſed tamen uerior eſt opinio ut hoc nomen intelligatur ſecundum ſubiectam materiam, & ſi poteſt uerificari in omni ſpecie capiatur in genere, dicto. §.quod uulgò. & dicto §.deiicitur, & per totum iſtum titulum, ut etiã notatum fuit in dicta l. prima in principio, & hoc modo etiam capitur in hoc tex. in genere ut comprehendat omnem poſſesſionem: ſed ſecundum uarietatem caſuum, ut ſi actum fuit de naturali decidatur quòd non eſt renuntiatum naturali poſſesſioni, & ſi actum fuit de ciuili intelligatur non eſſe renuntiatum ciuili, & ſi quæſtio fuit de utraque intelligatur de utraque & ità generaliter capitur in legibus, in contractibus quoque & diſpoſitionibus hominum eiſdem modis capitur ſecundum intentionem eorum. ſed ſi non conuenit materiæ niſi una ſpecies uerba intelliguntur ſecundum conuenientiam perſonæ, per dictam l. ſtipulatio iſta.§.hi qui. & §.hæc quoque. in libello uerò quid agendum ſit ſtatim dicemus.

222 Secunda eſt concluſio quòd ubicunque actor in libello dixit de poſſesſione, quòd interpretatur ſecundum ſubiectam materiam, & iſtam concluſionem ſequuntur communiter docto. quia uerba non deſeruiunt intentioni: ſed intentio uerbis, cap. intelligentia.de uerborum ſignificatio.facit l.plenum. §. equitii. ff. de uſu & habitatio.& tex.in l.acquiritur §. fin.ſup.tit. primo ubi lex dicit uſumfructuarium non poſſidere, & intelligitur de ciuili propter ſubiectam materiam. cum multis ſimil. quæ poſſunt allegari.

223 Tertia eſt concluſio, †quòd ubicunque actor in libello facit mentionem de poſſesſione, in dubio intelligitur de omni poſſesſione: quia eſt propria ſignificatio. Vnde induceretur contrarietas & renuntiatio: ſed tamen ipſe poteſt hunc ſuum libellum declarare petente uel non petente reo, & ſtatur eius declarationi per dictam l. ſi quis intentione ambigua, & dictam l. inter ſtipulantem. §.Stichum. ſi hoc facit in eodem iudicio. Sed plus uoluit quòd etiam hanc declarationem poſſit facere in diuerſo iudicio, ſi forſan poſt propoſitum libellum in poſſeſſorio uidens contrarietatem declarauit utrunq; libellum, quòd in petitorio dixit de naturali uel detentatione, & in poſſeſſorio dixit de ciuili, & uidentur ſequi docto.

224 Sed Aret. quem refert hic Iaſ. in contrarium adducit leg. duobus. §. ergo ſi quis. in uerſi. contra, ſupra de iureiur. ibi fideiuſſor judicatum qui in una iſtantia iurauit ſe non debere, non poteſt poſteà in alia inſtantia declarare dictum ſuum ex qua cauſa iurauerit ſe non debere, uel iure ſtipulationis, uel iure condemnationis, & hoc ne ſit in eius poteſtate eludere nouum iudicium, ergo idem dicendum in caſu noſtro, quòd actor non debet poſſe declarare in poſſeſſorio poſteà intentato quomodo intellexerit uerba libelli in petitorio, nec ſic declarando eludant exceptionem rei cõuenti, qui uult eum repellere tanquam contrarium prout ibi tenet Bar. in ſecunda ſolutione, ideò tex. ille fortiter obſtat.

Nec ſufficit reſponſio Bar. ibi quòd dicta l. ſi quis intentione ambigua. loquatur quando uerba ſunt dubia, & tex. in dicto.§.ſi quis. loquatur quãdo uerba ſunt clara, & cauſa dubia, cum uideatur eſſe eadem ratio in utroque caſu: quoniam agitur de intentione agentis uel exci

plentis declaranda. Bar. tamen poſteà ibi ſubiicit aliam ſolutionem ſecundum quem conueniret concluſioni Bar. hic quòd ille tex. ſit intelligendus ſecundum §. primum in eadem lege, quòd imò in diuerſa inſtantia admittatur interpretatio & declaratio. Iaſ. uerò reſpondet primò quòd ille tex. non loquitur in fideiuſſore iudiactum ſolui pro ut dicit Areri. quia ſi ſtipulatio non eſſet commiſſa, eo quia non propromiſiſſet: nec etiam poſſet conueniri iudicati, cuius contrarium dicit qnòd loquitur in reo principali, qui primò erat connentus de condemnatione, & dicit quòd in ſtipulatione obſtat exceptio: ſed è contrario: quando eſſet conuentus ex ſtipulatione, & iuraſſet ſe non debere: tamen poſſet conueniri actione iudicati, & non obſtaret exceptio, cum utrunque poſſit eſſe uerum, & ꝗ fuerit condemnatus, & tamen nõ teneatur expromiſſione iudicatnm ſolui: quia poteſt non eſſe commſſia. Tamen hæc ſolutio etiam non tollit contrarium, ex eo: quia poterat iuramentum eſſe dubium, an iuraſſet ſe non debere ptopter ſtipulationem, uel propter condemnationem, & uidebatur quòd deberet ſtari eius declarationi per. §. primum eiuſdem legis, tamen in alio non probaret: quia non eſſent ibi duo iudicia: ſed unicum tantum.

Secundò reſpoudebat Iaſ. quòd ille tex. loquitur in iuramento quod debet declarari ſecundum delationem deferentis, l. 3. §. ſi. ſupra de iureiurand. ideò eius declaratio uon committitur iuranti, ſicut cõmittirur declaratio libelli, qui totus dependet ab intentione libellantis. quæ ſolutio nec etiam eneruat totum contrarium, cum in. §. primo eiuſdem legis per iurantem uerba dubia declarantur, & ideò, ego puto quòd ille tex. debeat intelligi cum diſtinctione poſita in dicto. §. ptimo. ſi uerba eſſent dubia ut poſſet declarare: ſed quia ibi uerba erant certa ideò non impeditur exceptio, & ſic ſecunda ſolutio Bar. ibi uerior eſt & tenenda, & propterea ſtar concluſio firma quòd ſtatut declarationi libellantis, tam in eadem, quàm diuerſa inſtantia, cum ſimus in his quæ dependent à ſolo animo ipſius libellantis, quæ reſponſio facilius procederet tenendo ſolutionem quam infra dabo de hærede.

225 Quarta eſt concluſio Bar. † quòd libellans poteſt declarare nerba dubia donec uiuit, eo autem mortuo poteſtas declarandi non tranſit ad hæredes per glo. in dicta l. idem Pomponius ſcribir. §. fi. de rei uendicatio. & in dicta l. inter ſtipulantem. §. Stichum. Sed Roma. & Iacobus de Puteo dicunt quòd imò facultas declarandi tranſit ad hæredem: quando non damnificatur reus, ſed ſolum amittir lucrum, per tex. cum glo. iu l. ſi quis à filio. §. ſi plures. ubi Bar. ſupra de leg. j. & Bar. in dicto. §. Stichum. col. ij. ſed ex declaratione hæredis aduerſarius bic nõ damnificatur, cum ſolum auferatur, exceptio declinatoria quòd iſta indicia ſint incompatibilia, & facit quod no. Bar. in l. ſi. in principio infra de his quæ in fraudem creditorum. dicẽs quòd procuraor cum libera poteſt renuutiare exceptionibus declinatoriis in pręiuditium dominii: quia per hoc non uidetur damnificari dominus.

Ang. tamen Alexand. Iaſ. & Areti. hic tenent concluſionem Bar. & ad argnmenta Rom. reſpondent quòd imò poteſt afferre damnum aduerſario, cum poſſet declarare de tali poſſeſſione ſe iuſiſſe de fundo ſuper qua reus non feciſſet probationes. Item damnificatur ſaltem in expenſis. cap. in noſtra. de iniuriis cap. finem litibus. de dolo & contumatia. tamen hæc ratio non eſt generalis nec generaliter procederet.

Præthereà iſta diſtinctio an reus damuificetur uel non damnificetur non tollit cauſam prohibendi, quòd iſta poteſtas non tranſeat ad hæredes: ſed cauſa principalis prohibendi ut dicit hoc Sozi. eſt: quia tota dubietas dependet ab animo libellantis, & cum ſit ueritas in ſecreto animi ſui, non poteſt pateſieri ab alio niſi ab ipſo, iuxta glo. in §. aliæ. inſti. de actiouibus.

Nec obſtat tex. in dicto. §. ſi plures. quia ibi ſumus in actu qui ſui natura recipit executionẽ poſt mortem proferentis uerba, & in eis hæres magis repræſentat perſonam defuncti, hic uerò ſumus in actu inter uiuos, cuius executio erat fienda uiuente ipſo merito, non tranſit ad hæredes, & propterea huc uſque ſtar concluſio quòd ſtatur declarationi libellantis in utroque iudicio, quæ tamen fieri non poteſt per hæredem ſi omiſſa fuerit à defuncto, & ideò ſequitur quòd tunc ſtantibus uerbis dubiis, licèt Bar. non apperiat impedietur hæres cumulare, ex eo: quia uerba intelligentur libelli de omni poſſeſſione, & qnòd in aſſertione libellantis ſit contradictio, & ſic ex perſona hæredis non poterit fieri mutatio ualiditatis iudicii.

226 Nec obſtat tex. in l. ij. in fin. C. de fructibus, & litis expenſis: argum. l. ij. §. ex his. & leg. in executione. §. pro parte infra de uerborum obligationibus quia illa procedunt in his quæ poſſunt certificari per hæredem. hic uerò ſumus in his quæ dependent à ſolo animo ipſius libellantis.

Aliam ſolutionem ad prædictum contrariũ de. §. ſi plures. ponebat hic Rip. dicens quòd declaratio tranſit ad hæredes quando eſt allatura commodum reo, hic autem nunquàm eſt allatura commodum reo, ſed ſemper habebit damnum, & potes addere tertium damnum: quia forſan interim declarabitur dominus, & habebit exceptionem notoriam dominii. Sed tu non recedas à præcedentibus; quia ſi iu dicto. §. ſi plures. non daremus electionem hæredi remaneret legatum nullum. & ità leg-

ſtari

tarius priuaretur legato. unde quælibet electio prodeſt reo, ut dicit Rip. planior tamen eſt reſponſio quòd ibi ſumus in legato cuius executio fieri debet per hæredem qui tunc temporis dominus eſt, & repręſentat defunctum, & no.in. §.optionis.inſti.de leg.& ſic ſtat concluſio ꝙ in iudiciis declaratio non tranſit ad hæredes.

227 Ampliatur procedere † etiam in ſuo filio ut per Rip. quia hæc declaratio eſt facti, & in factis non conſideratur fictio legalis quòd una ſit perſona patris & filii.§.ſed cum factum.inſti.de ſtipula.ſeruo.& per Iaſ.in l.cum ſeruũ.§. ſi quis alicui.ff.de l.j.& hæc procedunt, tenendo intellectum Bar.in d.l. ſi quis intentione ambigua.

228 Sed alius † datur intellectus quòd ibi declaratio non eſt fienda per ipſum libellantem: ſed eſt lex quæ declarat uerba dubia, & capit illam partem quæ magis prodeſt libellanti, & iſte intellectus multum conuenit illis uerbis, qui dicit accipiendum eſſe quod utilius eſt actori, quę uerba præſupponunt declarationem fieri à lege non autem quòd debeat fieri per ipſum libellantem, & ità tenet Raphael & Alex. hic, & etiam Iaſ. Vnde ceſſat difficultas an hæc declaratio tranſeat ad hæredes: quia cum ipſa fiat ſtatim à lege, ſeruabitur, & in perſona actoris, & omnium hæredum & ſucceſſorum perinde ac ſi ipſe actor declaraſſet. Ideò Sozin. hic melius reſoluendo conſtituit quatuor caſus.

229 Primus † eſt quando actor ipſe declarauit, uel requiſitus à reo uel iudice, uel ex propria uoluntate, & tunc ſtamus eius declarationi: quia ueritas dependet ab occulto animi ſui, & ipſe eſt qui in declaratione præferri debet ſaltem interueniente, iuramento ſecundum no.in dicto. §.aliæ.inſti.de actio.

230 Secundus caſus eſt † ubicunque ſubiecta materia apparet de qua poſſeſſione intellexerit in utroque libello. nam intentio actoris uidetur eſſe illa, quam infert ſubiecta materia iuribus allegatis per Bar. & l.plenũ. §.equitii.ff. de uſu & habitatio. & no.in cap.intelligentia.de uerbo.ſignificatio. hæc enim uidetur eſſe tacita declaratio actoris.

231 Tertius caſus eſt † quando dubietas eſt talis quæ non poteſt declarari per legem, & tunc neceſſarium eſt quòd actor declaret, & eo non declarante remanent uerba dubia, ut ſi petat Stichum, & ignoretur de quo ſenſerit. nam lex hoc caſu non poteſt coniecturari mentem libellantis, niſi ipſe exprimat, & ità procedit tex. in dicta leg. inter ſtipulantem.§. Stichum, qui expreſſè requirit declarationem ipſius actoris & concordat dicta l.Pomponius ſcribit.§.fi. ff.de rei uendicatio.cum ſuis glo.

232 Quartus caſus eſt † ubicunque eſt talis dubietas quæ poteſt certificari per legem, & tunc nõ eſt neceſſaria declaratio actoris: ſed ſtatim illa fit per legem, & hic eſt caſus in dicta l.ſi quis intentione ambigua.ibi, quod utilius eſt accipiendum eſt, & facit l. quoties in ſtipulationibus.infra de uerborum obligatio, & l. quoties de rebus dubiis cum ſimilib. & iſte caſus conuenit quęſtioni noſtræ: quando uerba ſunt dubia de qua poſſeſſione intellexerit actor. nam lex ſtatim facit interpretationem quòd in petitorio intellexit de poſſeſſione naturali, uel de detentatione, & in poſſeſſorio de poſſeſſione ciuili quoniam hoc multum dependet à diſpoſitione legis, quæ uoluit quòd rei uendicatio poſſit dari contra detinentem tantum, & l.officium. ff. de rei uendicatio. & poſſeſſorium competat pro ciuili poſſeſſione, l.ſi duo.inf. uti poſſid.& hoc caſu non eſt diſtinguendum de libellante uel eius hærede: quia cum ſtatim facta ſit declaratio à lege tranſit ad hæredẽ, & quẽcũque alium ſucceſſorem ad quem trãſit inſtantia.

233 Quare facias † concluſionem in propoſito quæſtionis noſtræ, quòd intentans petitorium & poſſeſſorium ſimpliciter, præſumitur ſemper intentare diuerſis reſpectibus, non tãtum quando ſuadet ſubiecta materia: ſed etiam quando ſumus in caſu penitus dubio: quia lex ſemper interpretatur quòd intentauerit diuerſis reſpectibus per dictã l.ſi quis intentione ambigua. Imò dicebat Alcia.hic, quòd intelligetur intentaſſe petitorium pro ſola detentatione, quæ ſufficit, dictã l.officium, & tanto fortius, ſi poſteà intentaret poſſeſſorium: quia demonſtrat ex actu ſequenti, quod in propoſitione petitorij intellexit de illa detentatione, & in dubio præſumitur quòd nemo ſit ſibi contrarius, per l. ſcripturæ.cum glo.C.de fide inſtrum.& facit capitulum cum tu. de teſtibus, & quæ habentur in l. ij. §. creditum.ff.ſi cert.petat. & confirmatur: quia aliàs intentando petitorium pro poſſeſſione quam habet præſumeretur iactare ſuum, & renuntiare poſſeſſioni contra leg. cum de indebito, ff.de probatio. & uidetur probare tex. in dicta l.officium.qui non ponit formam libelli quòd agatur ex detentatione, & hac opinione Iaſ. hic Alex. & alii adducunt rationem: quia ex actibus noſtris uoluntariis, nũquàm ſumitur coniectura, ultra quàm actus de neceſſitate inferat l. ſi. C. ne uxor pro marito, l.j.§. ſi quis hoc interdicto, ubi Bar.infra de itine. actuque priu. & Bar. in l. Titium aut Mænium, §. altero.ſupra de adminiſt. tuto. & hanc opinionem tenuit Petrus Cy. Marti. Raphael. Puteus. Iaſ. Alciat. & Rip.hic, & communiter docto. facientes concluſionem generalem, ꝙ quãdo intentatur petitorium nunquàm uidetur intentari pro poſſeſſione quam actor habet & in dubio intelligitur pro detentatione, ſi res eſt penes reum, uel pro poſſeſſione naturali. unde ſequitur quòd poſſeſſorium poſteà ſimpliciter propoſitum, uel etiam pro poſſeſſione ciuili, ſemper poterit cumulari, & conſequi omnes effectus utriuſque remedii, & per conſequens remanet quòd iſte intellectus eſt uerus, & communiter hunc intellectum ad iſtum tex. tenent docto. hic.

234 Coras. uerò hic eum impugnabat per rationem illam: quia imò uerbum poſſeſſionis, in dubio prolatum intelligitur de poſſeſſione ciuili & naturali per dictam. l. ij. §. quod uulgò. infra pro emptore: ſed tamen reſponſum fuit quòd hoc non procedit in libellante quando poſſet lædi: quoniam ſumitur interpretatio quę utilior eſt, dicta leg. ſi quis intentione ambigua.

Secundò adducebat Fabius Acorumbonus rationem: quia unica eſt poſſeſſio ut uolebat Azo. quam ipſe in præmiſſis longo ſermone defendit: ergo ſemper intelligitur pro eadem poſſeſſione. & ideò militante ratione contrarietatis, ſemper impeditur cumulatio. Sed reſponderi poteſt negando quòd unica ſit poſſeſſio per ea quæ latè dixi in l. j. ſupra eodem.

Secundò dato quòd unica eſſet, tamen ipſe Azo. fatebatur quòd retineri poteſt diuerſis reſpectibus, & cum diuerſis qualitatibus duo poſſunt in ſolidum eandem rem poſſidere, per dictum. §. è contrariò, & l. clam poſſidere. §. qui ad nundinas. ſupra eodem. ideò in libellante interpretabimur dixiſſe reum poſſidere cum qualitate naturali, & ſe poſſidere cum qualitate ciuili, qua enim ratione fit interpretatio de diuerſis poſſeſſionibus propter dictam legem ſi quis intentione fit etiam interpretatio de iſtis diuerſis qualitatibus, dicto, §. qui ad nundinas. ut aſſumamus quod utilius eſt actori.

Nec obſtat quòd uerbum poſſeſſio, in numero ſingulari comprehendat utranque poſſeſſionem per totum titulum noſtrum: quia tunc capitur in genere, in ſpecie uerò comprehendit unicam tantum, & ità capitur in libello fauore actoris & ſic apparet ꝙ intellectus eſt uerus.

Nec obſtat etiam quòd non conueniat literæ: quia non ſequeretur illatio ex ratione poſita in tex. ſed per rationem: quia uideretur actum diuerſis reſpectibus. Nam reſponſum fuit ſupra quòd imò deciſio uenit ex illa ratione quæ demonſtrat nullam contrarietatem naturalem eſſe inter hæc duo remedia, ſed ſolum contrarietas accidentaliter inducitur propter allegationem actoris, quæ poſteà diſſoluitur per interpretationem ſupra traditam.

235 Ex alio tamen †iſte intellectus nõ dicitur cõuenire literæ, ex eo: quia eam reſtringit ut loquatur tãtum quando actum fuit diuerſis reſpectibus expreſſè uel tacitè, uel præſumptiuè, ꝙ eſt uiolare literam, cum etiam poſſit intelligi quando actum fuit pro eadem poſſeſſione in illis caſibus, in quibus per petitorium non fuit renuntiatum poſſeſſorio: neque per poſſeſſoriũ petitorio, qui ponuntur in tertia quarta, & quinta lectura glo. ut ſi ignorabat ſe poſſidere, uel poſſidebat per alium, uel egit ex poſſeſſione nouiter quæſita, uel uellet poſſeſſorium intentare poſt petitorium finitum, qui omnes caſus ex generalitate uerborum iſtius. §. continentur, & reſtringendo ad hunc modum agẽdi ſimpliciter fit uiolatio ad tex. & neceſſariũ eſt ſubaudire uerba, ſi actum fuit ſimpliciter utrunque, & propterea intellectus remanet ſingularis ſeparatus à lege, & ex eo creatur lex ſingularis decidens hunc caſum. Vnde ad huc remanet labor integer inquirendi quæ fuerit lex Vlpiani.

Decima lex, quæ eſt octaua creata à doctoribus, quæ ſumitur ex intellectu Coraſii hic his uerbis.

236 Non †denegatur interdictum uti poſſidetis ei qui cępit rem uendicare, ſi proponendo poſſeſſorium mutauit petitorium.

Hæc lectura differt ab omnibus præcedentibus in ſubſtantia uerbis & ratione. Nam ipſe præſupponit quòd ſemper in dubio uideatur petitorium proponi pro omni poſſeſſione, & poſſeſſorium pro omni poſſeſſione, per dictam l. ij. §. quod uulgo. ff. pro emptore, & quòd ſemper militet ratio contrarietatis, & ſemper impediatur cumulatio, & propterea dicit quòd iſte intellectus non poteſt intelligi de cumulatione, neque ullum uerbum ponit de ea: ſed quòd neceſſariò debet intelligi de mutatione ut proponens poſſeſſorium uideatur reiicere petitorium, & mutare actionem petitorii in ipſum interdictum, & cum illa tantummodo permittatur ante litis conteſtationem, ut habetur in l. edita. C. de edendo. eodem modo & iſte tex. intelligi debeat ante litis conteſtationem.

237 Caſus ſecundum eum ità fingi poteſt. †Quidam cum ualde turbaretur in poſſeſſionibus ſuis ab alio prætendente ſe dominum, oblitus de conſilio Iuriſconſulti intẽtauit rei uendicationem, petens declarari ſe dominum, & aduerſarium condemnari ad reſtitutionem rei cum omni poſſeſſione, uel ſimpliciter, poſtea melius conſultus deliberauit mutare iudicium, & propoſuit poſſeſſorium mutãdo primam actionem, opponebatur quòd non poterat audiri, fuit quæſitum quid iuris?

Et ratio dubitandi erat, & uidebatur dicendum quòd non deberet audiri per multas rationes non ſpernendas. Primo: quia quando plures actiones dantur ad eandem rem una electa uidetur ſibi præiudicare, ut ſibi pateat uia quam elegerit, l. ſi mulier. §. fi. ff. quod metus cauſa. & dicta l. quod in hæredem. §. eligere. ff. de tributoria. Secundò: quia uidetur quòd propoſitionem actionis in petitorio, uel ſaltem liti commiſſa acquiri ius reo; quod poſteà per actorem euelli non poteſt, l. fi. ff. de pact. & l. qui Romæ. §. Callimachus. ff. de uerborum obligationibus. Tertiò: quia intentando petitorium uidetur renuntiaſſe poſſeſſioni: quia rei uendicatio non datur poſſidenti. d. §. ei uerò. ergo uidetur ſibi præcluſiſſe uiam ij. §. ſi quis alius. ff.

His tamen non obſtantibus contrarium determinauit hic Vlpia.ſecundum eum quòd imò debeat audiri non cumulando: ſed mutando rei uendicationem in interdictum uti poſſidetis,& ratio decidendi eſt: quia ante litis conteſtationem ſecundum regulas iuris permittitur mutatio, ut no. in l.edita. C.de edendo. quoniam tunc non dicitur agere ſed agere uelle, l. non amplius ff. rem ratam haberi. & Bar. in l. nam poſteà.ff.de iure iurand.

Non obſtant contraria: quia procedunt poſt litis conteſtationem, quo tempore non habet locum iſte tex. hic uerò loquitur ante litis conteſtationem quando ius non eſt quæſitum reo, nec actor dicitur ſibi contrarius: nec dicitur elegiſſe.

238 Notandum eſt ex iſto intellectu, †quòd poſſidens proponens rei uendicationem non uideatur renuntiare poſſeſſioni ſuæ licèt eam intentauerit pro poſſeſſione quam habebat, Vnde contradicit dicta l. quòd in hæredem §.eligere. & l. j. C. de fur. ſed defendendo reſponderi poteſt ex eius intentione quòd illa iura intelliguntur de actionibus quæ origine ſunt contrariæ, & una nata alia non poteſt competere, dicta l. j. C. de fur. hæc autem remedia non ſunt origine contraria: quoniam utrunque eodem tempore poteſt competere licèt in exercitio ſint incompatibilia. Sed tunc reſpondetur quòd ante litis conteſtationem non dicitur propriè egiſſe illa actione, neque eam elegiſſe: quia interim non dicitur agere: ſed agere uelle, dicta l. amplius non peti.ff.rem ratam haberi.

239 Secundò notandum eſt † quòd proponens poſſeſſorium poteſt mutare petitorium prius intentatum: quia permiſſa eſt mutatio ante litis conteſtationem: ſed in contrarium faciunt duæ limitationes quæ in materia mutationis dantur per docto. in dicta leg.edita. uolentes quòd actiones contrariæ non poſſunt mutari: quia una propoſita alia extinguitur.ſed reſpondetur eodem modo ex eius intentione, quòd contrarium procedit in actionibus quæ origine ſunt contrariæ: ſecus autem in illis quæ exertitio ſunt contrariæ:quia per propoſitionem unius non tollitur alia,niſi ſuper prima conteſtatus fuerit litem: quia non dicitur propriè elegiſſe neque egiſſe. Idcircò apparet quòd intellectus eſt in ſe uerus.

240 Tamen†non eſt bonus ad iſtum tex.& eſt ualde extraneus, diuinatiuus, & præter totam intentionem Vlpia. Primò: quia ualde extraneū eſt quòd in hoc titulo tractetur de mutatione, cum ſubiecta materia non conueniat. Secundò contradicit literæ in uerbo cæpit uendicare quod retorquetur contra ipſum. Nam uerbum uendicare.denotat principium litis: ergo poſt litis conteſtationem:argumen. cap. ex parte. de uerbo.ſignifi.& ante litis conteſtationem non eſt dici incæpiſſe uendicare: ſed potius uoluiſſe dicta l amplius non agi. Tertiò non cōuenit ratio inpoſita in tex, quòd nihil habeat commune poſſeſſio cum proprietate: quoniam imò habent multa communia, ſi ſunt inuicem contraria, & ſe inuicem tollant, & impediatur cumulatio. Quartò reſtringit iſtum tex. ut loquatur de mutatione, quod eſt penitus diuinate. Quintò uiolat literam: quia neceſſarium eſt ſubaudire uerbum & mutauit petitorium. Vnde tollitur ſicut & omnes præcedentes. Et propterea dicas quòd iſte intellectus non eſt bonus ad iſtum tex. ſed: quia ponit deciſionem ueram in caſu ſuo, creat nobis unam legem particularem decidentem hunc ſpecialem caſum qui & in generalitate uerborum ſatis contineri poterit. Ideò ad huc inquirenda eſt lex Vlpiani.

Vndecima lex, & nona creata à docto. ſumpta ex intellectu Torniel. & Ruy. his uerbis.

241 Non †denegatur interdictum uti poſſidetis ei, qui cæpit rem uendicare, & cumulauit ante litis conteſtationem.

Iſte intellectus differt à præcedente: quia uult quòd tex. iſte loquatur de cumulatione quod negabat Coraſius, ſed poſteà recedit à communi: quia uult quòd tantummodo permittatur cumulatio ante litis conteſtationem, poſteà uerò prohibeatur, & fundatur totus in uerbo cæpit uendicare, quod denotat principium litis.l, ubi cæptum. ff. de ind.

242 Caſus ita breuiter fingi poteſt. † Quidam cum moleſtaretur ab aduerſario prætendente ſe eſſe dominum, oblitus de conſilio Iuriſconſulti, intentauit rei uendicationem petendo ſe declarari dominū, & aduerſariū cōdemnari ad reſtitutionem rei cum omni poſſeſſione, uel etiam ſimpliciter: quia intelligitur de omi ſecundum eum; poſteà melius conſultus deliberauit proponere poſſeſſorium, & cumulare cum petitorio. opponebatur quòd non poterat; quia erat ſibi contrarius dicendo ſe poſſidere, fuit quæſitum quid iuris?

Et ratio dubitandi erat, & uidebatur dicendum quòd cumulatio non deberet admitti propter omnes regulas impeditiuas cumulationis, & in ſpecie propter regulam fundatam in ordine, & illam fundatam in contrarietate, & illam fundatam in duplicitate.

Sed tamen his non obſtantibus contrarium determinatur in tex. noſtro, quòd imò admittatur cumulatio ante litis conteſtationem. & ratio decidendi eſt: quia ante litis conteſtationē petitorium adhuc non habet fundatam aſſertionē actoris ut poſſit induci impedimentum cumulationis, & contarietas cauſetur. ideò cū hac diſtinctione an cumulatio fiat ante litis cōteſtationem,uel poſt litis conteſtationē concordatur

iſte tex. & l. cum fundom. §.fi. infra de ni & ui arm. cum dicta leg. ordinarii, & l. iocerti. C. de interdictis.

243 Notandum eſt primò ex iſto tex.†quòd per propoſitiooem petitorii pro omni poſſeſſione noo uidetur eſſe renuntiatum poſſeſſioni quã habet actor. ſed in contrarium faciunt omnes rationes ſæpius relatæ, & poſitæ ſuper tertia lectura glo. & quarta. ſed, reſpondetur ex mente ipſius quòd illa iura procedunt poſt litis conteſtationem, quo tempote ipſum petitorium iam fundatum fuit, & aſſertio actoris firmata, ut ſoſſit cauſari enntrarietas. ante uerò litis conteſtationem non dicitur prnpriè propoſuiſſe: ſed uelle proponere: argumento l. non amplius. ff. rem ratam haberi. hæc tamen reſpooſio non eneruat bene contrarium de ratiooe ordinis, cum poſſeſſorium debet ex omni parte præcedere petitorium etiam ante dationem libelli, leg. ioter litigantes. ff. de iudi. ſed poteſt reſponderi, quòd ille ordo nnn eſt neceſſarius: ſed eſt uoluntarius & de conſilio, dicta leg. is qui deſtinauit. ff. de rei uendicatinae. Vnde nullum indnciturpræceptum de ſeruandn cauſans aliquod præiuditium partibus.

244 Secundò notandum eſt†quòd cumulatio petitorii & poſſeſſorii retinendæ permittitur ante litis conteſtationem. ſed io contrarium faciunt dictæ omnes regulæ impeditiuę cumulationis, quæ uidentur militare etiam ante litis conteſtationem, cum libellus eodem tempore loquatur. ſed reſpondet ipſe, quòd imò hæc concluſio eſt uera, & probatur per iſtum tex. in uerbo cæpit uendicare, quod cum miniſterin, & propter hanc cauſam poſitum fuit, ut demonſtraretur quòd deciſio tex. erat de tempnre tantummodo ante litis conteſtationem, per l. ubi cæptum. ff. de iudi. & §.fi. inſti. de pœna teoierè litigantium.

245 Pro†qua ſolutione ipſe ponderabat tex. in dicta l. ordinarii & d. l. iocerti. demonſtrando ꝙ loquuntur poſt litis conteſtationem, & ſolum prohibent cumulationẽ fieri poſt litis conteſtationẽ. Et primò ponderat tex. io d. l. ordinarii. ibi, orta. quæſtione mancipiorum. Nam uerbum quæſtio, uerificatur tantummodo poſt litis cooteſtationem: argumen. enrum quæ habentur in cap. ex parte. de uerbo. ſignificationi. ubi glo. & Abb. poſteà ſubdit ille tex. quòd prius debet terminari quæſtio de poſſeſſione, & poſteà decidi quæſtio de proprietate, quæ uerba decidi & terminari præſupponunt litem conteſtatam, & quòd ſuſpenſo petitorio prius agitetur quæſtio de poſſeſſiooe, & poſteà de proprietate, & per conſequens uult cumulationem eo tempore prohiberi. Eodem modo ponderat tex. in dicta l. incerti. ubi tex. dicir orta lite de poſſeſſione, & proprietate ergo fuit lis conteſtata: quia uerbum lis tantummodo uerificatur poſt conteſtationem, dicto cap. ex parte. ubi glo. & Abb. & poſteà ſubdit prius opnrtere decidi quæſtiooem poſſeſſioois competentibus actionibus: ergo poſt litis conteſtatiooẽ, cum aoteà lis terminari non poſſit, & dicit poſteà etiam litem de proprietate terminandam eſſe, & per conſequens litem eſſe cooteſtatam.

Item poſteà ſubdit ut appareat quis debet facere probationem quod ſimiliter euenit poſt litis cooteſtationem. Ad idem etiam pooderat tex. in dicta l. ſi de ui. io uerbo cognoſci. quòd præſuppooit litem motam ſuper utroque, & poſt litis conteſtationem cognoſci ſolum de poſſeſſione, addens quòd omoia alia iuramenta ad hnoc ſenſum reduci poſſunt, & propterea dictus Torniellus, Ruy. & Fabius faciebant cõcluſionem geoeralem opinionem Ioannis & Azo; quòd nooquam admittatur cumulatio ueriorem eſſe: ſed tantummodo proeedere poſt litis conteſtationem, & opininnem Azo. ſeruandam eſſe ante litis conteſtationem: ſed tu dicas quòd omnes iſtæ conſideratiooes à prima ad ultimam falſæ ſunt.

246 Nam †dum primò dicit quòd tex. noſter procedit ante litis conteſtationem obſtat uerbum uendicauit, quod eſt temporis præteriti, & demooſtrat litem finitam, uel ſaltem neceſſariò demonſtrat litem cnnteſtatam, cum ex eius intentione ante litis conteſtationem non dicitur uendicare ſed uelle uendicare, dicta l. amplius non peti. ff. rem ratam hab.

Similiter obſtat uerbum cæpit uendicare, ꝙ præſupponit litis conteſtationem, cum niſi poſt eam poſſit incipere; qunoiam ante oon dicitur iocipere, ſed uelle incipere, d. l. amplius non agi, & propriis armis ſe concutiunt.

Secundò non eſt uerus intellectus ad dictam l. ordinarii, ex eo: quia oerbum orta, denotat principium, oon autem illam firmitatem, quæ cauſatur à litis conteſtatione, & uerbum quæſtio, etiam in principio uerificatur, cum ſit cootrouerſia illo tempore inter partes, & confirmatur: quia ſubdit exhibitis mancipiis poſt ortam quæſtionem: ergo ante litis conteſtationem: quoniam actio ad exhibendum eſt præparatio rei uendicationis, ut habetur io rub. ff. ad exhibendum, & no. in rub. ff. ſi cert. peta. & in rub. C. de eden. facit lex finalis de tab. exhibend. & lex ad rem mobilem. ff. de procurator. qnoniam exhibitio fit ot appareant qualitates in libello exprimeodæ l. in rem. ff. de rei ueodicatio. & eodem modn dicitur de lege incerti. C. de interdict. nam per oerbum nrta, demonſtratur primum principium, non autem illa firmitas cauſata per conteſtationem litis, & uerbum lis uerificatur in principio, ut per Abb. in dicto cap. ex parte. in ultimo notab. & pleniis per unam apoſtillã ibi poſitã poſt glo. in auct. qui ſemel. C. quomodo, & quando iudex, & probatur: quia conteſtatio eſt qualitas quæ nõ poteſt eſſe ſine ſubiecto, l. eum qui in prouintiar ff. ſi certum petatur ergo lis fuit ante con

ſtati

ſtationem, cum ſi inciperet non conteſtaretur ſed inciperet, & confirmatur: quia poſſeſſorium debet præcedere petitorium propter illam ſolam cauſam ut appareat quis eſt actor, & quis eſt reus l. inter litigantes. ſupra de iudi. leg. exitus. infra eodem. & l. prima. §. inter litigatores. infra uti poſſidetis & §. retinendæ. inſti. de interdictis. ergo nedum præcedit litis conteſtationem in petitoriis, ſed præcedit ipſam dationem libelli: quoniam antequàm ſciamus quis poſſideat ignoremus, quis debeat dare libellum, & quis debeat aſſumere onus probandi, ut in dictis iuribus. Vnde dum tex. in dicta l. incerti, dicit quis debet facere probationes, declaratur per hæc iura, ut prius appareat quis debet dare libellum & ſuſtinere onus actoris in probationibus.

248 Quartò falſum eſt† quòd ipſe dicit cumulationem permitti ante litis conteſtationem: quoniam tenendo prout ipſi tenent quòd prohibeatur poſt litis conteſtationem cumulatio neceſſariò, & ante litis conteſtationem prohibetur: quoniam ſi ipſe uult quòd procedatur ſuper utroque poſt litis conteſtationem, neceſſariò ratio quæ impedit poſteà impedit & antea: quia tendit ad illum finem leg. ſi quis nec cauſam. ff. ſi cer. petat. ſi tu uis quòd admittatur ſuſpenſiuè, tunc non poteſt dici cumulatio ſed eſt prohibitio ſuſpenſiua, & incidit in intellectum ſequentem, & taliter ſuſpenſiò: nec etiam debet permitti: quoniam licèt non agitur ſimul, libellus tamen ſemper loquitur, & ſemper demonſtrat contrarietatem in aſſertione actoris. Item contradicit glo. & Abb. in dicto cap. paſtoralis, quæ uoluit quòd nec etiam ſuſpenſiuè proponi poſſit poſſeſſorium retinendæ cum petitorio, & propterea apparet quòd iſte intellectus ex aliqua parte nō poteſt procedere, ideò ſi tu uis aliquam utilitatem ex eo inducere, tu debes figurare thema alio modo quàm ipſe faciat, & præſupponere quòd in petitorio egit, uel ſimpliciter, uel ratione detentationis ſeu poſſeſſionis naturalis, & poſteà propoſuit poſſeſſorium pro poſſeſſione ciuili, uel ſimpliciter ſecundum ſextum uel ſeptimum intellectum doct. uel in illis caſibus particularibus poſitis in tertio & quarto & quinto intellectu ut detur habilitas quòd ceſſet contradictio aſſertionis actoris. Vnde tunc poterit procedere intellectus determinando hunc ſpecialem caſum, quòd ante litis conteſtationem permittitur cumulatio, & poſt eam admittitur.

249 Sed† tunc poſteà ei obſtat: quia eſt uiolatiuus & reſtrictiuus iſtius literæ, & neceſſarium eſt ſubaudi ſi ante litis conteſtationem propoſuit, & per conſequens eſt uerus in ſe, & poteſt cauſare hanc legem creatam decidentem hunc ſpecialem caſum.

Duodecima lex, & decima creata à docto. ſumpta ex intellectu Fabij. num. 86. & 88. his uerbis.

250 Non denegatur † interdictum uti poſſidetis ei, qui cæpit rem uendicare: quando propoſuit ſuſpendendo petitorium.

Hic intellectus differt à præcedentibus: quia ille præſupponit cumulationem fieri, hic uerò non permittit cumulationem: ſed tantummodo propoſitionem cum ſuſpenſione, & ponit hanc deciſionem quòd proponendo poſſeſſorium retinendæ poteſt ſuſpendere petitorium. conuenit autem cum opinione prædictorum docto. quia præſupponit quòd in petitorio actū fuit pro omni poſſeſſione, & poſſeſſorium pro omni. Ita quòd militat ratio contrarietatis in aſſertione actoris quæ debeat impedire cumulationem. quam opinionem confirmat: quia unica eſt poſſeſſio ſecundum opinionem Azo, ergo neceſſariò pro eadem poſſeſſione in utroque remedio agitur. & ſuper hoc ſe multum fundat latis uerbis comprobando opinionem Azo.

251 Caſus autem ità breuiter fingi poteſt. † Moleſtabatur aliquis in poſſeſſione rei ſuæ ab alio prætendente ſe dominum, unde conuenit eum rei uendicatione neglecto conſilio Iuriſconſulti, & petiit ſe declarari dominum, & aduerſarium teneri ad reſtitutionem rei cum omni poſſeſſione; poſteà cognouit quòd malè fecerat: quia non habebat ſufficientes ſcripturas ad probandum dominium, unde melius conſultus propoſuit poſſeſſorium retinendæ petens ſe conſeruari in poſſeſſione ſua, & aduerſarium cogi ad deſiſtendum à moleſtationibus, & reſtituendam rem, ſi eam detinebat opponebatur quòd non poterat admitti, fuit quæſitum quid iuris? & ratio dubitandi erat ſecundum eum, & uidebatur dicendum quòd non poſſet audiri: quia in utroque remedio actum fuit pro eadem poſſeſſione: qua ſtante procedit l. ordinarii. & l. incerti, quæ prohibet cumulationem fieri. Secundò adducebat: quia poſſeſſorium & petitorium dantur ad eandem rem; ergo unica tantum actione agendum eſt, leg. nemo. §. quoties de regul. iuris.

Tertiò adducebat omnes alias regulas impeditiuas cumulationis.

His tamen non obſtantibus contrarium determinatur ſecundum eum, quòd imò debeat audiri, ſi proponat poſſeſſorium ſuſpendendo petitorium, & ratio decidendi eſt ſecundum eum: quia qui agit uno remedio, & poſteà aliud proponit, uidetur uelle quòd procedatur ſuper ſecundo, & ſuſpendatur primum, ut dicit probari in l. fundi, & in l. fundum. ff. de rei uendicatione. & glo. ſentire in dicta l. cum fundum §. fin. ff. de ui & ui arm.

Nec obſtant contraria: qnia procedunt quã do cumulatiuè proponeret: ſed quando ſuſpendit, contrarietas ceſſat: quoniam ſuper unico libello procedit. Nec dicatur ſubdebat ipſe quòd deciſio ſit de indubitabili quaſi eſſet deciſum per l. ordinarii, & l. incerti. & dictã l. ſi de ui. quia dicit ipſe quòd imò erat dubium per rationem ne per minorem actionem fieret præiudicium maiori. Item erat dubium: quia uidebatur renuntiare poſſeſſioni tanquàm electione ſe tollerent: ſed de hoc non debebat dubitare: quia deciſio ſua habet maiorem difficultatem quàm ipſe arbitretur ut ſtatim ſubiiciam.

252 Notandum eſt primò ex iſto tex. † quòd proponens petitorium pro omni poſſeſſione non uidetur renuntiare poſſeſſioni etiam poſt litis conteſtationem, & ideò huic tex. obſtant omnia ea quæ dicuntur in 3. & 4. lectura ubi Bar. concluſit quòd qui ſcit ſe poſſidere & intentat petitorium uidetur renuntiare poſſeſſioni, & licèt ipſe ex multis conaretur probare contrarium: tamen ibidem probatum fuit quòd hæc opinio nõ eſt uera licèt recipiat limitationes ibi traditas. & propterea qui uult ſuſtinere hũc intellectum, debet reſtringere eum ad illos particulares caſus, quos ego poſui ibi in limitationibus, uel ad terminos intellectus communis, ad finem ne ſequatur renuntiatio, non autem ità generaliter figurare caſum pro ut ipſe præſuppoſuit.

253 Secundò notandum eſt ex iſta lege creata, † quòd proponens poſſeſſorium pro eadem poſſeſſione poteſt ſuſpendere petitorium, & ità intelligit hunc tex. & dictam. l. cum fundum. §. fin. ſed tamen uerè hic intellectus non probatur neque hic neque in dicto. §. cum fundum. ſed potius probaretur in dicta l. ordinarii. & leg. incerti. quàmuis nec etiam ſecundum intellectum quem tradidi in præcedenti lectura illud probetur, & contra eum de directo eſt tex. in cap. paſtoralis. de cauſa poſſeſſio. & proprietatis in uerſi. ſaluis aliis, & ibi glo. expreſſè & Abb. tenet nu. 14. dicentes quòd per poſſeſſorium retinendæ non poteſt ſuſpendi petitorium, maximè ſtante contradictione aſſertionis actoris, & confirmant per tex. in Clem. prima de cauſ. poſſeſſio. & proprieta. ubi in odium ſpoliantis poſſeſſorium recuperandæ ſuſpendit petitorium, & hæc eſt communis opinio, ſecundum quàm iſte intellectus redditur falſus.

254 Nihilominus † ego puto aſſumptum hoc eſſe uerum quòd poſſeſſorium retinendæ poſſit ſuſpendere petitorium. primò quia hæc ſuſpenſio permittitur quoniam poſſeſſorium reducitur ad naturam ſuam ut præcedat, dicta leg. inter litigantes. de iudi. ideò facilius admittitur cum res de facili reuertatur ad naturam ſuam, leg. ſi unus. §. pactus. uerſicul. qood ſi in ſpecie. ff. de pact. quæ ratio generalis eſt ad omnia interdicta. Sed magis præciſè habet locum in interdicto retinendæ, leg. prima. §. inter litigatores, & leg. ſi duo. inf. uti poſſid.

Secundò facit: quia de plano per interdictum adipiſcendæ & recuperandæ inducitur ſuſpenſio, dicto cap. paſtoralis. ergo eodem modo, & in interdicto retinendæ, & maximè: quia in poſſeſſorio adipiſcendæ illa permittitur & nullum eſt delictum: ergo tanto fortius in interdicto retinendæ in quo ſemper eſt delictum moleſtantis.

Tertiò facit: quia interdictum retinendæ pro parte recuperatiua aſſumit priuilegia poſſeſſorii recuperandæ, ut plenè dictum fuit ſupra ſuper prima lectura glo. ergo & etiam hoc habebit.

Nec obſtat dicta clem. j. de cauſ. poſſeſſio. & proprie: quia ibi debet ſubaudiri dictio maximè, & non eſt tiolatiua: quia propter interdictum adipiſcendæ neceſſariò debet ſubaudiri.

Secundò reſpondetur quòd ibi loquitur quando reus uolebat ſuſpendere quod non ita faciliter permittitur, ut ibi ſentit glo. uel tertiò dicas quòd concordat: quia loquitur de interdicto retinendæ quod proponebat reus pro una poſſeſſione amiſſa, cum eſſet rationabile ſi erat reus quòd poſſideret tempore petitorii, & tunc retorquetur.

Non obſtat dictum capitulum paſtoralis. §. ſaluis aliis. quia ille tex. non negat interdictum retinendæ non poſſe ſuſpendere. ſed tantummodo reſeruat ſuam naturam à legibus traditam, quæ cum apud docto. eſſet dubia noluit Papa tunc determinare, ſentiens tamen quòd pro eadem poſſeſſione non poſſit fieri ſuſpenſio propter contradictionem, & ſic apparet quòd aſſumptum eſt uerum: & hoc tenuit Bar. in 3. lectura, & infra in combina.

255 Sed tamen poſteà adhuc contra intellectum facit: quia ſtante contrarietate non uidetur ꝙ ſuſpenſio fieri poſſit: ſed potius ſequatur renuntiatio iuxta poſita ſuper tertia lectura. & illa cõtrarietas etiam facta ſuſpenſione durat: quoniã libellus ſemper loquitur, licèt non procedatur certo tempore, & ideò ſi quis uult ſuſtinere hũc intellectum pro eadem poſſeſſione oportet reſtringere ad caſum quando reus negaret poſſidere actorem quẽ poſuit Bar. ſuper tertia lectura ubi diximus quod eſt penitus contra eius intentionem. Vnde melius eſt reiecta intentione ſua iſtã legem curare, cũ terminis habilibus ad tollendã contrarietatem, ut ꝙ actũ ſit in petitorio ſimpliciter uel pro una poſſeſſione, & poſſeſſorium pro alia poſſeſſione, & cum hæc remedia naturaliter non ſint contraria, & ceſſet contradicto in aſſertione actoris propter dicta in 6. intellectu glo. permittetur cumulatio, & eadem ratione poterit permitti ſuſpenſio. Vnde hæc lex efficietur utilis: quia decidit caſum notabilem, quòd qua ratione petitori

re-

retinendæ poteſt proponi ſucceſsiuè & cumu-
latiuè itá poteſt proponi ſuſpenſiuè, quàmuis
canoniſtæ tenerent contrarium in dicto capit.
paſtoralis.

Sed quicunque intellectus teneatur, uerum
eſt quòd non conuenit literæ reſtrictiuè quæ
nullum uerbum dicit de ſuſpenſione, & eſt di-
uinare, & etiam eſt uiolare literam ſubaudien
do illa uerba ad tex. ſi propoſuit ſuſpendendò
petitorium.

256 Ex quibus apparet † quòd per tot intellectus
glo. & docto. ad huc non fuit iuuenta lex Vl-
pia. neque poſita deciſio ex eius intentione.
Nam licèt omnes dicti intellectus ueri ſint, &
decidant caſus notabiles, nihilominus non
conueniunt huic literæ: quia omnes eam reſtrin
257 gunt, & omnes aliqua uerba ſubaudiunt. † &
non eſt mirum: quia hæc ſemper fuit intentio
docto. cum enim ipſi in capite ſuo firmaſſent
hanc concluſionem quòd petitorium & poſſeſ
ſorium retinendæ cumulari non poſſet, & q̃
per unum uideatur renuntiatum alteri, ur-
gentibus tribus rationibus impeditiuis ra-
tione fundata in ordine, ratione fundata in
contrarietate, & aſſertione actoris, & ratio-
ne fundata in duplicitate, uidentes quòd huic
eorum intentioni iſte textus in omnibus ſuis
uerbis contradicebat, conati fuere reſtringere
iſtum tex. & reducere ad limitationem ut non
expugnaret dictam regulam, meritò poſue-
runt omnes dictos decem intellectus reſtrin-
gentes eum, & tres primi reſtrinxerunt ad
tempus quo finitum eſt petitorium uel per ſen-
tentiam uel per renuntiationem expreſſam, uel
per renuntiationem tacitam, & quia cumula-
tioni, & prædictis tribus intellectibus contra-
dicebat ratio quòd per petitorium renuntia-
tum eſſet poſſeſſorio per alios tres intellectus
glo. etiam tex. reſtrinxit ne uel procederent
quando ignorabat ſe poſſidere ſeu poſſidebat
per alium, uel quando intentauit poſſeſſo-
rium pro poſſeſsione nouiter quæſita, uel quan
do actum fuit diuerſis reſpectibus, & do-
ctores poſteà quatuor alios modos reſtringen-
di addiderunt, unum quando actum eſſet ſim-
pliciter, alium ut loquatur de mutatione,
alium ut loquatur de cumulatione ante litis
conteſtationem, & alium ut loquatur de ſu-
ſpenſione petitorii, habentes ſemper hanc in-
tentionem reſtringendi deciſionem iſtius tex.
ut fieret limitatio & non oppugnaret dictam
regulam.

258 Quę † tamen eorum opinio eſt de directo
contra omnia uerba iſtius tex. quia Vlpianus
non intēdebat ponere limitationem aliquam,
uel deciſionem caſus particularis; ſed uolebat
ponere regulam generaliſsimam decidentem
duo generaliter. Vnum quòd per petitorium
nunquàm eſt renuntiatum poſſeſsioni & poſ-
ſeſſorio retinendæ, alud quòd poſtquàm per
rat hoc remedium poſsit ad libitum inten-
tari à principio, medio, & in fine petitorii ſuc
ceſsiuè, cumulatiuè, & ſuſpenſiuè, ut infe-
runt omnia ſua uerba. Nam primum dictum
eſt uniuerſale, nihil commune habet poſſeſsio
cum proprietate, quæ regula demonſtrat gene
ralitatem habilitatis ad proponendum utrun-
que ad libitum. Secundum eſt dictum etiam
generale: quia non denegatur interdictum uti
poſsidetis ei qui cæpit rem uendicare.

Tertium poſteà eſt dictum generale: quia
non uidetur renuntiaſſe poſsioni qui rem uen-
dicauit: ergo ad libitum utrunque indiſtinctè
poterit proponere.

259 Propterea † ego in præcedentibus dixi duos
eſſe intellectus ex intentione Vlpiani. Vnus eſt
uerbalis non recedendo à naturali ſignificatio
ne uerborum, decidens quòd per petitorium
propoſitum non uidetur poſſidens amittere re
medium retinendæ, & poſſeſſionem ſuam, &
ſecundum hæc uerba nihil dicit de cumulatio-
ne, & ſolum recipit limitationem quando
actum fuit pro eadem poſſeſsione expreſſè,
quæ limitatio & ipſa reſtringitur poſteà qua-
tuor modis, ut dictum fuit ſuper tertio, quar-
to & quintò intellectu glo.

260 Veruntamen: † quia iſte intellectus uideretur
cum paruo effectu ſi etiam non implicaretur
quòd poſſeſſorium competens non poſſet ad li
bitum intentari, ideo ſecunda eſt lex ex mente
Vlpia. quæ uerè & propriè ab eo propoſita
fuit, & decidit duo, unum quòd per petito-
rium non renuntiatur poſſeſſorio. aliud quòd
illud poſſeſſorium poteſt ad libitum intenta-
ri à principio, medio, & in fine petitorii ſu-
ſpenſiuè, cumulatiuè, & ſucceſſiuè, in qua ge-
neralitate continentur omnes prædicti intel-
lectus ſupra poſiti per docto. & omnes alii, ſi
qui imaginari poſſunt. Vnde ampliatur pro-
cedere hæc generalis deciſio ut poſsit hoc poſ-
ſeſſorium proponi poſt finitum petitorium,
uel per ſententiam, uel per renuntiationem ex
præſſam, uel renuntiationem tacitam.

Item ampliatur procedere quando agens
ignorat ſe poſsidere, uel poſsidet per alium.
Atque etiam ampliatur quando egit pro poſſeſ
ſione nouiter quæſita.

Item ampliatur procedere quando egit di-
uerſis reſpectibus.

Item, & quando actum fuit ſimpliciter in
utroque.

Item, & quando uoluit mutare petitorium
ac etiam ſi uult cumulare ante litis conteſta-
tionem, uel etiam uult ſuſpendere, omnes
enim dicti intellectus ſunt ueri ad hanc lite-
ram cumulatiuè ut contineantur, ipſi & alii ha
biles: ſed non reſtrictiuè ut ad unum ex eis uel
aliquos reſtringatur.

261 Fallit † ubicunque actum fuit pro ea-
dem poſſeſsione expræſſè, quia tunc licèt
renuntiatio uel cumulatio ex natura reme-
diorum non impediatur: quia diuerſa ſunt

ſunt : ſed accidentaliter impeditur cumulatio uel inducitur renuntiatio propter aſſertionem actoris contrariam , dum dicit aduerſarium posſidere, & ſemet ipſum eandem poſſesſionem habere , & propterea etiam hæc deciſio procedet quãdo actum fuit pro eadem poſſesſione in omnibus caſibus in quibus ceſſabit illa contraria aſſertio actoris , uel non habebitur in conſideratione . ita quòd hæc limitatio tantum reſtringitur, ut uix in centum annis posſit in practica reperiri, unde cum miniſterio de ea non curauit iſte textus : tum quia non erat ex natura remediorum : tum quia rarisſimè contingebat lege nam ad ea . digeſtis de legibus .

262 Secundò † etiam fallit : quando partes contendunt inter ſe quis eorum debeat eſſe reus : nam tunc neceſſariò oportet quòd poſſeſſorium præcedat , & prius debet diſcuti quis debeat dare libellum : ſed tamen præſuppoſito pro ut iſte tex. præſupponit quòd prius intentatum fuit petitorium, hæc limitatio nunquàm poterit reperiri : quia qui dedit libellum in petitorio demonſtrauit quòd uolebat eſſe actor , & habere onus probandi, & quòd non curabat de illo præparatorio , & propterea tex. in leg. ordinarii, & leg. incerti. non facit ad propoſitum iſtius tex. dum in eis tractatur de ordine procedendi : quia per dationem libelli apparet quòd actor de illo ordine non curauit , & iſtum intellectum tenuit Bar. infra mentaliter licèt cum uerbis ſe deſtruxerit , ex eo : quia ipſe præſupponit quòd quando actum fuit diuerſis reſpectibus , uel ſecundum doctores quando actum fuit ſimpliciter quòd tunc ſine dubio admittitur cumulatio ut expreſſè dicit infra in prima quæſtio. & poſtea in prima combinatione tradidit diſtinctionem longam : quando in eadem poſſesſione poteſt procedere , & ſic præſupponit tex. procedere generaliter , licèt in uerbis neget . Nec dicatur quòd quando actum fuit diuerſis reſpectibus uel ſimpliciter quòd ſit de indubitabili, pro ut ſæpius dixerunt docto. quia imò & in dictis caſibus erat urgens dubitatio , propter illas duas regulas ordinis, & duplicitatis , quæ ad huc per multa poſita ſuper ſexto intellectu glo. non eſt ex toto ſublata .

263 Concludas igitur hic poni † regulam generalem complectentem omnes dictos intellectus , & omnes alios habiles in quibus ceſſet contradictio actoris , & non debebant docto. hanc deciſionem tam claram deſtruere propter unam chimeram , quam ipſi ſomniauerunt , & confirmabuntur per multa quæ dicemus infra tam in prima combinatione quàm in quæſtione .

Tertia pars materiæ noſtræ in qua generaliter tractatur de cumulatione petitorii , & poſſeſſorii , & eorum acceſſoriis .

264 Expeditis † lecturis Bar. hic & communiter Docto. ſubiiciunt generalem materiam concurſus petitorii & poſſeſſorii, quomodo, & quando omne poſſeſſorium tam adipiſcendæ, quàm recuperandæ, & retinendæ posſit cumulari. Vnde ipſe format quæſtionem primam , utrum petitorium & poſſeſſorium ſimul cumulari posſint, quæ quæſtio. recipit magnas difficultates : quoniam in ea ſunt iura penitus contraria . Nam quòd non admittatur concurſus faciunt decem leges ſupra ſæpius , & in præmisſis allegatæ uidelicet l. ordinarii. C. de rei. uendi. lex. incerti. C. de interdictis , l. ſi de ui. ff. de iud. & l. inter litigantes . eodem titulo & l. is qui deſtinauit . de rei uendicatio. & l. exitus . infra eodem & l. ſi quid iuris. C. finium regund. & l. fi. C. quorum bonorum. §. retinendæ. inſti. de inter. & l. j. §. inter litigatores . infra uti posſid. & leg. ij. & fin. C. de edicto diui Hadria. tollend. in quibus omnibus legibus dicitur quòd poſſeſſorium ſemper debet præcedere petitorium propter illam principalem rationem , ut cognoſcamus quis debeat eſſe actor, & quis reus. Vnde uidetur eſſe quoddam præparatorium & neceſſarium antecedens ad rei uendicationem .

Incontrarium tamen quòd imò posſint cumulari eſt tex. noſter hic . ſecundum multos intellectus, & l. cum fundum. §. fi. infra de ui , & ui arma. & cap. paſtoralis . de cauſ. poſſ. & pro. & cap. cum ſuper. eodem tit. & cap. cum eccleſia Sutrina . eodem titulo & cap. cum dilectus. eodem titulo & cap. fin. de ordine cogni. in quibus dicitur quòd posſint cumulari unum poſt aliud , & ſuſpenſiuè , & cumulatiuè , uel à principio , & eadem ſententia terminari.

265 Propter quæ iura † contraria fuere apud antiquos tres opiniones principales : quas hic refert Bar. qui poſtea in effectu uidetur ponere quartam ut per eum .

Prima eſt igitur opinio Azo. & Ioannis . generaliter negatiua , quòd petitorium & poſſeſſorium ſimul cumulari non poſſunt : ſed quòd ſemper præcedere debeat poſſeſſorium per iura primo loco allegata , quæ tamen opinio quaſi ab omnibus repræhenditur , ex eo : quia de directo repugnat tex. noſter hic in interdicto retinendæ , & in interdicto recuperandæ , lege cum fundum . §. finali infra de ui & ui armata . Solus autem Fabius Acorum bonus conatur ſaluare hanc opinionem per omnia dicta iura allegata , & ad tex. noſtrum hic reſpondebat , quòd loquitur de ſuſpenſiue per quam in effectu reducitur poſſeſſorium

ſuam naturam ut præcedat petitorium. Et eo-
dem modo reſpondebat ad tex. in dicta l. cum
fundum. §. fi. uolens quòd ibi admittatur coo-
curſus ſuſpenſiuè taotum, & in eandem opinio
nem uidetur incidere Coraſius: qui reſponde-
bat ad iſtum tex. quòd loquitur de nunciatio-
ne, & Torniellus, & Ruy. qui uolebant quòd
tantummodo petitorium, & poſſeſſorium poſ
ſent cumulari ante litis conteſtationem.

Sed tamen iſtæ ſolutiones oon ſunt bonæ, &
ſupra reprobatæ fuere: quia nulla dicitur con-
uenire tex. noſtro,& minus tex. io dicta l. cum
fundum, atquè cootradicunt omnia alia ſex ca
pitula Iuris canonici allegata, & ideò non eſt
tenenda.

266 Secuoda eſt opinio Marti. † diſtinguentis in
ter poſſeſſoria, & uolenris quòd poſſeſſorium
adipiſcendæ, & recuperandæ poſſit cumulari:
quia nulla eſt cootradictio, cum actor in utro-
què libello aſſerat ſemper aduerſarium poſſide
re:ſed in interdicto retinendæ nolebat cumula
tionem prohiberi obſtante ratione contrarieta
tis: quia in petitorio dicit aduerſarium poſſi-
dere, & in poſſeſſorio ſemetipſum poſſidere,
& hanc opinionem ſecuti fuerunt communiter
docto. antiqui. Et dicit Bar. quòd eam appro
bauit decretalis paſtoralis. de caoſa poſſeſſio-
nis, & proptieta. & probatur in dicta le. cum
fundum. §. fi. ff. de ui & ui arma. Iaſ. tamen di
cebat quòd iſta iura oon probaot hanc opinio-
nem cum decretalis paſtoralis: loquatur tan-
tummodo quando poſt petitorium intentatum
cumulatur poſſeſſorium, & eodem etiam mo-
do loquitur. dicta l. cum fundum. §. fi. unde
non probatur quòd generaliter ab initio utrun
què poſſit cumulari, & potes addere quòd di-
cta decretalis nec etiam probat concluſionem
de poſſeſſione retinendæ: quooiam in uerſi. ſal
uis aliis. nihil determioat de eo: ſed ſolùm re-
linquit naturam ſuam à lege conceſſam: tamen
ab his obiectionibus faciliter poſſet de feudi;
cum per alia ſex iura allegata plenè probatur
de cumul. totius temporis. unde quantum ad
primam partem de poſſeſſotio adipiſcendæ, &
recuperandæ opinio ſua eſt uera,capiendo eam
regulariter ut non excludat multas limitatio-
nes quas infra dicemus in combinationibus.
Sed quantum ad interdictum retinendæ illa nõ
eſt nera per iſtum tex. qui eam de directo de-
ſtruit, & nos ſupra per omnes intellectus dixi-
mus concurſum admitti debere cum aliquibus
tamen limitationibus.

267 Tertia † fuit opinio Petri qui dicebat quòd
in caput ſuum non poterat intrare quòd poſſeſ
ſorium omne nou poſſet concurrere cum peti-
torio, unde faciebat ipſe regulam affirmatiuã
de directo contrariam opinioni Ioann. & Azo.
quòd omne poſſeſſorium poſſit cumulari cum
petitorio. quæ opinio quaotum ad interdictũ
adipiſcendæ, & recuperandæ, non habet diffi
cultatem: quia concordabat cum opinione
Mar. quæ communiter in eis approbatur. Sed
quantum ad interdictum retinendæ recipit
multas difficultates: tamen ipſe etiam, & in eo
uolebat cumulationem admitti dicens quòd re
gulæ impeditiuæ cumulatioois ei non obſtant.
Paul. tamen de Caſtro dicebat opinionem Petri
poſſe ſaluari reſpectu potentiæ: quia omne poſ
ſeſſorium poteſt concurrere cum petitorio, ꝗ
actu noo concurrat: quæ potentia ſaluatur ra-
tione diuerſæ poſſeſſionis, non quando ad idẽ
268 & ſic reſpectu eiuſdem poſſeſſioois. † Sed tu me
lius potes dicere quòd opioio Petri ſaluari po
teſt reſpectu potentiæ uniuerſaliter conſideran
do quòd hæc duo remedia diuerſa ſunt, & ni-
hil habent commune inter ſe ut hic dicit tex.
Vnde ſequitur quòd ſicut remedia penitus di-
uerſa potentialiter poſſunt cumulari ita & etiã
iſta poterunt cumulari, & ſolum impedietur cu
mulatio propter accideus: quando actor io aſ-
ſertionibus ſuis ſemetipſum excludit, ut ſæpius
dictum fuit, & hæc eſt melior ſaluatio quæ poſ
ſit dari quæ uerisſima eſt in ſe. Sed tamen non
eſt de mente Petri qui præſupponebat actorem
utrunquè libellum propoſuiſſe, & aſſertionibus
ſuis potuiſſe ſemetipſum excludere. ideò alio
modo ſaluabat Paulus de Caſtro dicens quòd
opinio ſua poteſt procedere quando in peti-
torio oon petiit ſibi reſtitui rem petitam:
ſed ſolum petiit ſe declarari dominum, ut per
glo. in l. ſi duo patroni. ſupra de iureiurando,
& l. ſi cootendat. de fideiuſſorib. Vnde ſi po-
ſteà actor proponit poſſeſſorium etiam pro om
ni poſſeſſione tuoc nullam contradictionem
implicat io libellis ſuis, & propterea cumu-
latio uniuerſaliter permittitur in omnibus poſ
ſeſſoriis.

Sed Iaſ. repræhendit primò: quia licèt in li
bello oon aſſerat expreſſè aduerſarium condem
nari ad reſtitutionem: tamen implicitè hoc di
cit cum præſumptiuè ad alium finem noo petit
ſe declarari dominum, niſi ut conſequatur ip-
ſam rem.

Secundò: quia nimis reſtringit opinionem
Petri, ex eo: quia uult Petrum intellexiſſe ſuam
opiniooem in hoc ſpeciali caſu qui eſt contra
communem curſum cauſarum: quando actor
non petiiſſet rem ſibi reſtitui, & hoc etiam pu-
to uerum: quia Petrus in ſuis reſponſionibus ad
ratiooes impeditiuas cumulationis præſuppo-
nit rem fuiſſe petitam in utroquè libello, & ſic
ſaluatio noo eſt ex eius intentione.

269 Iaſ. uerò pooit tertiam ſaluatiooem, & dicit
ꝙ opinio Petri eſt uera quando actor utrunquè
intentauit ſimpliciter, & ideò conſtituit tres ca
ſus. Aut enim actor expreſſè intentauit diuer-
ſis reſpectibus, & tunc omnes conueniunt quòd
admittitur cumulatio, & in hoc caſu non fuit
locutus Petrus tanquàm caſus ſit de iodubita-
bili. Secundus caſus eſt: quando intentantur
remedia reſpectu eiuſdem poſſeſſionis, & tunc
Petrus non negauit quòd concurſus non prohi

beatur ratione contrarietatis apparentis, & de hoc tanquàm de caſu indubitabili nec etiam lo cutus fuit Petrus. Tertius caſus eſt: quando actor utrunquè remedium intentauit ſimpliciter. & tunc procedit opinio Petri: oam licèt Bar. contradicat ſupra in 6. lectura, & alii ſequaces: tamen uerior eſt opioio quòd cumulatio permittatur: quia uidetur in dubio utruoquè intentaſſe diuerſis reſpectibus,ut tennerunt Alex.Iaſ.& communiter doct.ſuper 7.intellectu ubi dixi.

Sed tamen ooo aduertit Iaſ. quòd ipſe incidit in repræhenſionem Pauli de Caſtro reſtrin gendo opinionem Petri ad illud caſum tãtum. & hæc ſaluatio eſt contra intentionem ipſius qui loquebatur generaliter de interdicto retinendæ poſſeſſionis,oppuguando in eo opinionem Martini,& nos uidimos ſupra qnòd etiam quando utrunquè eſt intentatum eodem reſpectu adhuc ſunt aliqui caſus in quibus admittitur cumulatio, ut dixit Bartol. in iij. & iiij. lectura ſua.

Item Petrus ſe fundabat in hoc tex. qui generaliter loquitur in poſſeſſorio retinendæ ut ſupra dixi.

270 Propterea tu concludas† quòd aut capis opinionem Petri fuiſſe poſitam uniuerſaliter, & tunc illa nòn poteſt ſuſtineri, & omninò falſa eſt: qnia quando oratio ſumitur ex uniuerſo, ſi in uno eſt falſa io totum redditur falſa, l. ſi is qui ducenta. §. utrum. ff. de reb. dub. & capi. in Geneſi. de electio. Sed hæc aſſumptio non eſt de intentione Petri: qoia dixiſſet omne poſſeſſorium in omnibus caſibus cumulari poteſt cum petitorio.

271 Secundò modo†poteſt intelligi regulariter, ut dixerit quòd poſſeſſorium regulariter cumulari poteſt cum petitorio, & tunc eius opinio uera eſt ſicut Euangelium, ut dicebat Cy. nam omnis regula patitur exceptionem ut no. io ru brica, & l. j. de reg. iur. ideò licèt in aliquibus caſibus prohibeatur cumulatio: tamen non falſificatur regula, & ideò ſi nos loquimur de poſſeſſorio adipiſcendæ recuperandæ, ſua opinio omninò eſt uera, ut conſentiunt etiam docto. quàmuis in aliquibus caſibus infra ponendis aliquando prohibeatur cumulatio: ſed etiam hæc regula uera eſt in poſſeſſorio retinendæ,per ea quæ ſupra dixi in fine declarationis intellectuum, demonſtrando quòd tex. noſter ponit regulam generalem affirmatiuam quòd admittitur cumulatio petitorii, & poſſeſſorii à princ. medio,& in fine, cumulatiuè, ſucceſſiuè, & ſuſpenſiuè.

Fallit tantummodo quando actum fuit expreſſè pro eadem poſſeſſione, quod rariſſimè contingit,& non eſt ſecundum communem cur ſum cauſarum. quæ fallentia, & ipſa recipit quatuor reſtrictiones poſitas ſuper tertio, quarto, & quinto intellectu glo.

Secundò fallit: quando partes contendunt quis eorum debeat eſſe reus ut transferat onus probandi io aduerſarium.

Tertiò etiam limitatur certis accidentalib. modis infra in combinationibus diceodis, quæ tamen non tollunt quin regula ſit affirmatiua, ſiue actum ſit diuerſis reſpectibus expreſſè, ſiue ſimpliciter, ſiue pro eadem poſſeſſione: nec eſt uerum quòd ſi actum ſit diuerſis reſpectibus ſit de indubitabili: quia imò fortiter obſtabant regula de ordine, & regula de duplicitate, ut dictum fuit ſuper quiota lectura Bar. quæ eſt 6. doctor. & ſic remanet opinio Petri uera rectè intellecta.

272 Quartam opinionem uidetur † ponere Bar. hic recedendo ab illis tribus dicens quòd aliquaodo admittitur cumulatio, & aliquando non, & ut appareat hoc ipſe ſubiicit ſeptem cõ binationes, & nidentur tenere coomuniter doct. ſed tamen hæc opinio non recedit ab opinione Petri, & declaratis omnibus combinationibus apparebit quòd reiincidit in eam, ex eo: quia ut ibi notabimus, ſe per regulam fiet in oomi poſſeſſorio quomodocunque intentato, quòd permittetur cumulatio, ſolum autem impedietur in aliquibus caſibus ſpecialibus ac cidentaliter euenientibus, & congeſtis omnibus combinationibus, apparebit in fine earum quòd regula eſt affirmatiua in omnibus poſſeſſoriis quæ tantummodo incertis caſibus accidentaliter occurentibns limitabitur, & hæc eſt uerior, & tutior opinio, & magis utilis in practica, & auferens multas inuolutiones quæ ex aliarum opinioobius euenire poſſet, & omnimodo tenenda.

273 Poſteà ſubiicit Bar.† quòd propoſuit ſeptem combinationes quæ tamen reducuntur ad tria capita, Vonm caput eſt: quando ab eodem hæc remedia proponuntur. Secundum caput eſt: quando unum ab nno, aliud ab alio ptoponitur. Tertium caput eſt: quando utruoque ab utroque ptoponitur.

Primum caput continet tres combinationes una eſt: quando actor primò proponit petitorium poſteà poſſeſſorium. Alia eſt: quando primò propoſuit actor petitorium, & poſteà poſſeſſorium. Tertia eſt: quandò actor ab initio utrunque propoſuit.

Secundum caput adhuc continet tres combinationes. Vna eſt: quando actor propoſuit petitorium, & poſteà reus propoſuit poſſeſſorium. Secunda eſt quando actor primo propoſuit poſſeſſorium poſteà reus propoſuit petitorium. Tertia eſt: quando ab initio actor unum proponit,& aliud ſtatim reus propoſuit.

Tertium caput eſt: quando uterque utrunq; propoſuit,quòd etiam poſſet recipere illas tres uarietates:tamen breuitatis cauſa ſimul ea examinauit Bar.

274 Has autẽ † cumulationes Bar. appellauit hoc ſpeciali nomine combinationes. Sed tamen quid ſit combinatio non declarat, unde tu d

ca

cas quòd combinatio eſt bina actio commiſta ſeu cumulata.

Bina actio enim hoc expreſſè infert, id eſt, bina actio, & dictio cum, inſert commixtionem ſicut conteſtatio. Alcia. tamen dicebat hoc nomen eſſe barbarum, & quòd propriori nomine debet appellari auxiomata, adducens hoc nomen non multum cognitum, ut more grammaticorum doctior cæteris appareret.

275 Sed † tamen nec etiam ipſe bene locutus fuit, attento ꝙ auxiomata ſunt propoſitiones quę in communi ſenſu conceptuque uerſantur, ut dixit Budæus in tit. de officio præfecti præto. & exemplum poteſt poni in lege. ij. §. primo. infra de uſucapio. pro empto. in illa propoſitione quòd uulgo dicitur neminem ſibi poſſe mutare cauſam poſſeſſionis, & in alia quòd in teſtamento patris, & filii habet locum unica falcidia, lege in ratione. §. quod uulgo. ſupra ad legem Falcidiam, & in multis aliis ſimilibus. unde apparet quod eſt uocabulum minus latinũ, neq; etiã conueniens, cum iſtæ propoſitiones non ſint in communi ſenſu, uel conceptu: ſed ſint de apicibus iuris, & uix cognoſcuntur per peritiſſimos, ut forſan difficilior materia non reperitur in toto. ff. nouo. Ideò non recedas à uocabulo Bar. quòd aptiſſimum eſt, & latinum. Nam binas ædes dicimus, lege binas. ff. de ſerui. urbanorum prædiorum. Et bina ſponſalia, & binas nuptias l. j. ff. de his qui no. infam. Et binos aduocatos, atque binos monachos l. binos. C. de aduo. diuerſo iudi. ideò propriiſſimè bina actio dicitur, & propter dictionem, cum denotatur quòd ex commixta, & differt à cumulatione: quia illa poteſt fieri de duabus, tribus, decem, & uiginti actionibus ut præſupponunt docto. in dicta l. edicta. Sed combinatio fit de duabus actionibus tantum, & in tota hac materia tractamus de actione tendente ad proprietatem, & de actione tendente ad poſſeſſionem ut demonſtrauerit Bar. quòd non intendebat loqui niſi de commiſtione iſtarum duarum actionum.

276 Poſteà ſubiicit Bar. hic † quòd in tota hac materia tractatur de iſtis duobus remediis intentatis pro eadem re, in quibus poſſunt militare dictæ rationes impeditiuæ cumulationis. Nam ſi quis intentaret poſſeſſorium pro fundo & petitorium pro domo, & ſic pro diuerſis rebus, ſecundum omnes admittitur cumulatio: quia nulla regula poteſt obſtare, ſolum autem eſt unus caſus accidentalis in interdicto recuperandæ, ut ſi reus conuentus intentat petitoriũ pro alia re, non audiatur ante reſtitutionem, cap. ſi. de ordine cognitionum, ſicut etiam ſupra diximus in prima lectura quòd non tenetur ſpoliatus reſpondere de crimine, cap. item ſi quis. de reſti. ſpoliato. tamen hic caſus eſt tã‑tum quando reus reconueniret, ſed ipſe actor non impediretur pro decem rebus diuerſis poſſeſſoria, & petitoria eodem tempore proponere: quia nihil impediret neque docto. de eis intendunt loqui.

277 Demum poſteà ſubiicit Bar. † quòd in hac materia non tractatur de illa ſpeciali, & ſubtili cumulatione quam poſuerunt docto. in dicta l. edicta. C. de edend. & fit tantummodo in eodem libello; nam hoc uocabulum latius capitur ut comprehendat quando actiones intentãtur in eodem libello, uel diuerſis libellis, & diuerſis temporibus, & etiam à diuerſis perſonis, & propriori nomine appellatur concurſus plurium actionum, ità ꝙ titulus totius iſtius materiæ erit, utrum hæc duo remedia poſſint eodem tempore concurrere, id eſt, agitari eodem tempore, ut ſuper utroque eodem tempore fiant probationes. & ità an amittatur concurſus petitorii, & poſſeſſorii.

Quibus ſic declaratis. Bar. poſteà ſubiicit primam combinationem: quando actor primo propoſuit petitorium, & poſteà ipſemet propoſuit poſſeſſorium, quam combinationem diuiſit in tria capita, ſicut tria ſunt genera interdictorum.

Et primò loquitur de poſſeſſoriis adipiſcen‑
278 dæ † in quo in effectu ipſe poſuit regulam, ꝙ poſſeſſorium adipiſcendæ concurrit cum petitorio, ampliatur procedere de iure ciuili etiam poſt concluſionem in cauſa: quando reus non probauit ſe dominum: ſed ex proceſſu apparet quòd uenit abſoluendus: quia actor non probauit.

Limitatur non procedere poſt concluſionẽ in cauſa: quando reus apparet probaſſe ſe eſſe dominum: quia tunc per ſententiam ſperatur abſolutoria quæ cauſet exceptionem rei iudicatæ in poſſeſſorio, & exceptionem dominii incontinenti probandi.

Secundò fallit: quando hæc duo remedia intentantur ex cauſis quæ electione tolluntur: quia impeditur cumulatio, per l. ſi. C. de codicil. ut hic latius per eum.

279 Ex cuius dictis colliguntur aliquæ † concluſiones, & prima eſt ſequendo eius ordinem, ꝙ quando petitorium, & poſſeſſorium adipiſcendæ ſic ſe habent quòd electione tolluntur, quòd impeditur cumulatio per tex. in l. ſi. C. de codicill. ubi teſtator in teſtamento ſuo appoſuerat clauſulam, quòd uolebat illud ualere etiam iure codicillorum, per quam datur electio ipſi inſtituto, ut poſſit etiam uenire ex codicillis petendo inſtitutionem iure fideicommiſſi à uenientibus ab inteſtato. ſi ergo euenerit quòd contra ueniens ab inteſtato intentauerit petitionem hæreditatis, uel bonorum poſſeſſoriam
280 hæreditatis petitionem, tanquàm ſit inſtitutus in teſtamento, ſi poſteà mutata uoluntate petat ſe mitti in poſſeſſionem tanquàm uocatus ex codicillis intentando poſſeſſorium, non admittitur cumulatio: quia per petitorium tanquàm ab inſtituto propoſitum uidetur elegiſſe uiam teſtamenti, & renuntiaſſe uię ex codicillis.

Ideò non admittitur cumulatio: quia cum iam ſit ſublatum, non remanet quòd cumuletur. Et aliud exemplum poteſt poni in le. illud. ff. de acquir. hæredita. Si ualens ſuccedere ab inteſtato fuerit inſtitutus in teſtamento ualido, & intentauerit petitionem hereditatis tanquàm ſuccedens ab inteſtato, ſi poſteà peteret ſe mitti in poſſesſionem tanquàm inſtitutus ex teſtamento non poſſet cumulari: quia per petitorium renunciaſſet teſtamento, ut dicitur in dicta l. illud, & alia ſimilia exempla per te poſſes adducere. quam concluſionem ſequuntur communiter doct. ſed tamen uidetur ineptè poſita hic per Barto. quia illud non eſt ratione remediorum: ſed eſt ratione cauſarum: quia cauſæ dictorum remediorum ſunt incompatibiles inter ſe, & per electionem tolluntur. Vnde ſicut ſupra dixit Bar. quòd non intendebat loqui de remediis cõpetentibus pro diuerſis rebus, ità nec etiam debebat loqui hic de remediis naſcentibus ex diuerſis cauſis penitus ſeparatis: tamen quia præſtatur occaſio intelligendi illam legem bonum eſt hanc limitationem diſcutere.

280 Intelligas etenim concluſionem Bar. † quando clauſula codicillaris fuit appoſita ſuper teſtamento ualido, quo caſu utrunquè remedium poteſt concurrere, & ex teſtamento competit duplex remedium petitorium, & poſſeſſorium, & ex codicillis ſimiliter duplex poteſt remedium competere. ſed intentando unum ex teſtamento, uidetur renuntiaſſe ambobus competentibus ex codicillis, & è contrariò.

Item intellige quando inſtitutus erat extraneus: nam ſi eſſet de uenientibus ab inteſtato, non uideretur renuntiaſſe; ſed poſſet mutata uoluntate conuolare ad codicillos, ut dicit tex. in d. l. fi. §. j. non tamen tunc admitteretur cumulatio: ſed intentando poſſeſſorium ex cauſa codicillari uideretur renuntiaſſe petitorio ex teſtamento, cum ſimul ſint cauſæ incompatibiles.

Item, & tertiò intellige quòd teſtamentum ualebat ut dixi: ſed ſi teſtamentum ex aliqua cauſa non ualeret, uel infringendum eſſet prout communiter ſolet fieri, dicendo ſi non ualet uel ualebit iure teſtamenti ualeat iure codicillorum. ut dixit Bar. in l. prima. ſupra de iure codicill. & no. in auct. ex cauſ. C. de lib. præter. tunc intentando petitorium ex teſtamento, non uideretur renuntiaſſe codicillis: quia ab initio ignorat an, ex ea cauſa ſibi competãt remedia unde poſteà informatus poſſet proponere poſſeſſorium ex cauſa codicillari, & obtinere ſuper eo: ſed tamen debet hæc remedia proponere gradatim, & ſucceſſiuè dicendo, ſi eueniat quòd teſtamentum ſit nullum uel inualidãdum peto me mitti in poſſesſionem ex cauſa codicillari: nam tunc hæc remedia licèt uideantur contraria, ſimul poſſunt agitari, ſicut quando quis dicit ſententiam nullam, & ſi qua eſt appello, iux. glo. in l. quæ de inofficioſo. ff. de inoffi. teſta. & no. in d. l. edicta.

Limitatio igitur Bar. intelligi debet in caſu ſuo: quando taliter proponuntur quòd electione tollantur.

281 Secunda eſt concluſio Bar. † quòd poſſeſſorium adipiſcendæ poteſt cumulari poſt petitorium intentatum, concordat tex. in l. prima. C. de carboni. edicto. & in l. fi. C. quorum bono. ſecundum unum intellectum, & glo. in l. fi. de ui. ſupra de iudi. & eſt ratio: quia hæc duo remedia ſunt penitus diuerſa in ſui ſubſtantia: quia nihil habet commune poſſesſio cum proprietate, ut in hoc tex. neque etiam in aſſertione actoris inducitur aliqua contrarietas: quoniam in petitorio dicit aduerſarium poſſidere, & in poſſeſſorio negat ſe poſſidere & in petitorio dicit ſe habere titulum ualidum ex teſtamento, uel alium titulum conuenientẽ, quem uult uerificare, & in poſſeſſorio dicit ſe habere titulum ualidum, licèt non intendat ueritatem demonſtrare, leg. fin. C. de edicto diui Hadria. toll. & l. iij. §. duo ſunt cauſæ. ff. de carbo. edicto. & in concluſione poſſeſſorii petit ſe mitti in poſſesſionem: quia non habet titulum uitioſum, & in ea per momentum ſtare donec durauerit lis, & in poſſeſſorio dicit. ſed declarari hæredem, uel dominum, & ipſi tanquàm domino perpetuo dari res taliter quòd diuerſa dicitur petere licèt tendant ad eaſdem res. Vnde non obſtat ratio duplicitatis: quia tunc illa procedit quando petit eandem rem ex cauſa perpetua, lege cum filius. §. uariis. de leg. ij. & l. huiuſmodi. §. fi. de leg. ij. & l. nemo. §. quoties. de reg. iur. hic uerò ex poſſeſſorio petit rẽ ſibi dari per momentum. Vnde non uidetur tradita: quia quæ per momentum traduntur uel durant, non dicuntur dari, l. fi. §. fi. C. de bon. quæ lib. coniuncta l. prima. C. ſi de momenta. poſſesſio. fuerit appellatum.

Similiter non obſtat ratio contrarietatis: quia ut dixi nulla eſt allegatio cõtraria actoris.

Nec obſtat ratio electionis: quia cum iſta remedia ſint penitus diuerſa, non tolluntur electione, & ſolum iſtud procedit in cauſis contrariis incompatibilibus iux. dictam l. fi. C. de codicillis, & l. poſt diem. de leg. commi. uel quando eſt aliqua aſſertio contraria actoris quę non cadit in hoc caſu.

Nec etiam obſtat ratio de abſolutoria: quia illa procedit quando reus eſt iudicatus dominus, contra communem curſum cauſarum: ſecus autem quando reus ſint abſolutus à petitis: quia actor non probauit: nam tunc abſolutoria nunquàm poteſt parare exceptionem rei iudicatę in poſſeſſorio, ut dictum fuit ſuper pri
282 ma lectura glo. Quinimò † nec etiam quando reus eſt iudicatus dominus, exceptio rei iudicatæ poteſt obſtare poſſeſſorio: quia cum hæc remedia ſint diuerſa, nunquàm poteſt habere locum, & impedire poſſeſſorium, ſolùm autem ex illa ſentẽtia cauſatur exceptio dominii iam diſcuſſi ſeu notorii, quæ eſt diuerſa ab excep

pe r·

ne rei iudicatæ, & obſtare poteſt ſecundum diſtinctionem in dicta prima lectura poſitam.

283 Et † aliquando etiam ex abſolutoria à petitis poteſt cauſari defectus notorius dominii in agente, qui aliquando obſtat agenti poſſeſſorio adipiſcendæ, ut ibidem etiam dictum fuit.

Sed tamen contra hanc ſolutionem opponebat Areti. hic de leg. interdictum. infra de pub. iudi. ubi dicitur ꝙ ex crimine competit actio criminalis, & actio ciuilis, & quando quis intentauit actionem ciuilem fit præiudicium in iudicio criminali, Et in ſecundò exemplo dicitur quòd ſi quis intentauit actionem criminalē pro uiolentia, & actionem ui bonorum raptorum pro rebus mobilibus, uel poſſeſſorium recuperandæ pro rebus immobilibus, non admittitur cumulatio. ut dixit tex. cum glo. in l. ij. §. ex hoc edicto ubi Bar. ui bon. rap. & aſſignatur ratio: quia abſolutoria poteſt parare exceptionem rei iudicatæ in poſſeſſorio, & à contrario: ergo uidetur quòd iſta ratio militet.

284 Soluebat † Are. hic, & Iaſ. dicentes quòd in dicta l. interdum. utrunquè remedium dependet ab eodem facto, & in utroq; diſcutitur idē factum, & ideò impeditur cumulatio ut declarat Bar. in dicta l. ij. §. ex hoc edicto. infra ui bonorum rap. hic uerò diſcutiuntur duo facta: nam in petitorio diſcutitur an ipſe ſit dominus in poſſeſſorio uerò diſcutitur an ipſe ſit poſſeſſor, & ei debeat dari poſſeſſio, & hac de cauſa ibi exceptio rei iudicatæ naſcitur ex ſententia lata ſuper primo ut impediat ſecundum: ſed in petitorio, & poſſeſſorio: quia diuerſa agitantur non naſcitur exceptio rei iudicatæ per iſtū tex. ibi, nihil habet commune poſſeſſio cum proprietate, & ſic ſumma ſolutionis eſt, ꝙ ibi agitur de eadem re, hic uerò agitur de diuerſis rebus.

285 Sed cõtra † hanc ſolutionem potes adducere: quia imò uidetur quòd in hoc poſſeſſorio adipiſcendæ diſcutitur de eod. facto, cum in petitorio diſcutiatur de titulo, & in poſſeſſorio quoque ſit eadem diſcuſſio, cum qui petit poſſeſſionem ſibi dari neceſſariò debet demonſtrare titulum, ut habetur in dicta l. ij. & leg. fin. C. de edict. Diui Hadria. tollend. ſed ſaluando poteſt dici quòd imò diſcutitur de diuerſa re, ex eo: quia in poſſeſſorio non quæritur an titulus ſit uerus uel non uerus. ſed ſolum quæritur an ſit uitioſus, & careat ſolennitatibus, & ideò in d. l. fi. ſufficit oſtendere teſtamentum neque cancellatum neque abolitum, & hoc ſolum diſcutitur in petitorio uerò diſcutitur de ualiditate teſtamēti. an ſit infringendum per querelam inofficioſi teſtamenti. uel per contratabulas, uel quia teſtator fuit ſeruus, & inſtitutus non eſt filius teſtatoris, unde apparet quòd eſt diuerſitas magna, & propterea uerificatur dictum tex. noſtri quod nihil habet commune poſſeſſio cum proprietate.

Non obſtat ratio ordinis: quia ſæpius reſponſum fuit quòd ille eſt ordo uoluntarius; quando actor contentatur aſſumere onus probandi, & conſenſit reum habere illud commodum. ſolum autem eſt neceſſarius quando diſcordia eſt inter eos qui debent aſſumere onus probandi: quoniam aliter non poteſt apparere, niſi appareat iudicialiter quis eorum debet habere illã momentaneam poſſeſſionem, dicta l. exitus. infra eodem, & l. incerti. C. de interdictis, quę ſolutio nedum eſt uera: ſed etiam eſt neceſſaria: quoniam iſtæ tex. conſentit quòd poteſt intentari poſſeſſorium poſt petitorium, & in dicta l. cum fundum. §. fi. inf. de ui, & ui arm. & dicto cap. paſtoralis. cum ſuis concordantibus, & in poſſeſſorio adipiſcendæ eſt hoc plus quòd nunquàm poteſt eſſe iſta diſcordia quis habere debet onus probandi: quoniam ſemper qui petit ſe mitti in poſſeſſionem debet habere onus probandi in petitorio, & ſemper debet eſſe actor, unum tamen habes eligere, quòd in aliis poſſeſſoriis eſt notandum, quòd eligendo aſſumere onus probandi non ſibi præiudicat in totum quin poſſit uariare, & iterum reuerti ad diſcuſſionem an debeat eſſe actor uel reus intentando poſſeſſorium, & forſan ratio eſt: quia res de facili reuertitur ad naturam ſuam, l. ſi unus. §. ſi pactus. uerſicu. quod ſi in ſpecie. ff. de pact. alias rationes uide ex no. in leg. in cauſæ. ff. de procuratorib. & in l. ſerui electione: ff. de lega. primo. Et propterea habes firmatam regulam quòd poſſeſſorium adipiſcendæ poteſt concurrere cum petitorio.

286 Tertia eſt concluſio Bar. † ponendo primam limitationem ad iſtam regulam, quòd hæc poteſtas cumulandi poteſt fieri uſque ad concluſionem in cauſa, poſteà uerò non admittitur per tex. in dicto cap. paſtoralis. de cauſ. poſſeſſio. & proprieta. in §. fi. qui tamen tex. loquitur de ſuſpenſione non autem de cumulatione, & facilius permittitur concurſus ſuſpendendo petitorium, quàm cumulando, ut patet ex no. per Bar. infra in eadem combinatione propter finē, nihilominus docto. hic, & ibi intelligunt illum tex. procedere etiam in cumulatione propter rationem aſſignatam in tex. ne lites litibus inculcentur quæ magis procedit in cumulatione, quàm in ſuſpenſione, cum minor ſit inculcatio procedere ſuper poſſeſſorio ſuſpenſio petitorio, quàm procedere ſuper utroquè, & ſicut cumulatio permittitur in omni alio tempore eodem modo uidetur ille tex. loqui de cumulatione, & ſuſpenſione. Vnde concluſio remanet uera, quòd de iure canonico poſt concluſionem in cauſa non admittitur cumulatio neque ſuſpenſio: quia cum ſperetur in breui ſententia, utilius uidetur expectare finem petitorio, & poſteà intentare ſolum poſſeſſorium, uel ſimul cum cauſa appellationis illud proſequi.

287 Quarta colligitur concluſio ex dictis Bar. † ꝙ cap paſtoralis. non habet locum de iure ciuili: ſed quòd de iure ciuili etiam poſt concluſionē in cauſa admittitur cumulatio, diſtinguendo ta

men quòd aut poſt concluſionem in cauſa appa
ret quòd reus non probauit ſe dominum: ſed
quòd tantũmodo ueniat abſoluendus à petitis:
quia actor nõ probauitquo caſu nulla exceptio,
neq, rei iudicatæ poteſt obſtare poſſeſſorio, ne-
què per ſententiam ſequendam poterit induci
exceptio dominii notorii. Ideò ſuccedit quòd
non debet impediri cumulare; quoniam nihil
ſperatur quod poſsit impedire ipſum poſſeſſo-
rium proponi: ſed ſi eueniat quòd in proceſſu
appareat reum probaſſe ſe dominum, propter
quam probationem ſperatur quòd exceptio
rei iudicatæ per ſententiam naſcetur, & obſta-
bit poſſeſſorio, & etiam exceptio notorii domi
nii cauſabitur per ſententiam impedietur cumu
latio, ex eo: quia ſi poſt ſententiam uellet propo
nere expelleretur per dictam exceptionem rei
iudicatæ, & dictam exceptionem dominii iam
diſcuſſi, ut plenè dictum fuit ſuper prima lectu
ra glo. ideò tunc impedietur cumulatio, & pro
poſitio poſſeſſorii, & per illam rationem quòd
ſufficit apparere, quòd breui tempore reus poſ
ſit probare ſuum dominium, l. iij. §. ibidem.
ff. ad exhibendum, & no. per glo. in dicta l. ſi
de ui, & dictum fuit in dicta prima lectura. Et
iſtam concluſionem uidentur ſequi multi do-
288 ctores † ſecundum quam tu habes quòd ratio
quare impeditur propoſitio poſt concluſionem
in cauſa non eſt illa quæ ponitur in dicto capi.
paſtoralis, ue lites litibus inculcentur: ſed eſt
alia: quia ſperatur ſtatim probatio alicuius ex
ceptionis quæ impediat propoſitionem poſſeſ-
ſorii. Ideò perinde prohibetur proponi ac ſi il
la exceptio nunc probaretur, & ideò tu addas
quòd etiam quando reus fuit abſolutus à peti-
tis: quia actor non probauit, poterit etiam im
pediri cumulatio, ex eo: quia ut dixi in dicta
prima lectura abſoluto reo à petitis: quia actor
non probauit, inducitur notorius defectus do
minii ipſius actoris, & quòd titulus propter
quem uult ſe mitti in poſſeſſionem non eſt ue-
rus: nec probabilis, & hoc ſufficit adhoc ut ex
pellatur quis à poſſeſſorio, cum ſit neceſſarium
quòd ſaltem præſumptiuè titulus allegatus ſit
uerus, dicta l. fi. C. de edict. diui Hadria. toll.
& propter talem abſolutionem à petitis, impo-
ſitum eſt perpetuum ſilentium in petitorio, &
declaratum quòd actor non habet ius, & am-
plius non poteſt reiiterare litem: ergo conſtat
quòd titulus eſt imperfectus, & non poterit am
plius obtinere in poſſeſſorio. Idem procedit
in beneficialibus ut habetur in cap. accepat. de
reſti. ſpolia. ut diximus in dicta prima lectura
in limitationibus: quoniam abſoluto reo à pe-
titis ſuper beneficio apparebit quòd clericus
non habet canonicam inſtitutionem. & non po
terit audiri amplius in poſſeſſorio. Vnde ſequi
tur quòd plerunquè etiam ex ratione Bar. poſt
concluſionem in cauſa impedietur cumulatio,
& erit quaſi idem cum iure canonico: nam ſo-
lum permittetur quando reus ueniret abſoluen
dus à ſola obſeruatione iudicii.

289 Sed adhuc contra† dictam concluſionem Bar.
inſtat Alex. hic: quia hæc ratio quòd ſperatur
in breui ſententia non uidetur bona: quoniam
tunc exceptio dominii impedit agentem poſſeſ
ſorio: quando fundatur in cauſa de præſenti: &
ex titulo iam nato in continenti poteſt facere
probationem, & dum Bar. uult hoc idem eſſe
quando de futuro ſperatur ſententia, uidetur
æquiparare tempus præſens futuro, quæ æquipa
ratio non uidetur bona ut dicebat Ang. & Are.
hic propter illam regulã ad præſens oua cras
pullis ſunt meliora. Et illud Claudianum: om-
ne futurum deſpicitur ſuadent præſentia tem-
pora furtum, ſecundum glo. in l. cum hi. in prin
cipio. ff. de probatio. & tanto fortius: quia
ſententia ferenda non eſt allatura probationẽ
concludentem: quoniam interpoſita appella-
tione amplius non præſumitur pro ſententia:
quia extinguitur pronuntiatum, l. j. in fi. inf. ad
Turp. & no. plenè per Abb. & Mod. & in capi.
in præſentia. de probationib.

Alex. reſpondebat quòd probatio non refer
tur ad tempus ſentẽtiæ: ſed refertur ad præſens
tempus: quoniam hodie in proceſſu apparent
probationes quæ demonſtrant reum eſſe domi
num, & faciunt notorium inter ipſas partes, ut
per glo. in cap. ſignificauerunt. de teſtibus. er-
go inducitur exceptio dominii notoria quæ im
pedit litis ingreſſum ſecundum Archidiaco. &
alios in cap. ut circa. de electio. in 6. cum con
cordantiis hic allegat. per Alex. & plenius in l.
creditori. C. de pact. & eſt tex. in capi. quo-
niam. ad finem de filiis presbyterorum cum ſi-
milibus.

Item probationes factæ in una cauſa faciunt
fidem in alia inter eaſdem perſonas, in caſibus
in quibus ſententia lata in primo faceret fidem
in ſecundo, l. ſed & ſi poſſeſſori. §. fi. ſupra de
iureiurando, & Bar. in l. cum lite mortua. inf.
iudicatum ſolui, & in l. ij. §. j. infra ui bonorum
rap. Canoniſtæ in cap cauſam quæ de teſtibus.

290 Sed ut dicit Alex. † hic, hæc ſaluatio eſt con
tra dicta Bar. quia ipſe non ſe fundat in præſen
tibus probationibus: ſed in ſententia ferenda,
& cum ratione hoc facit: quia licèt in illo iudi-
cio faciant notorium inter ipſas partes: tamen
in alio iudicio non faciunt notorium, pro ut
oportet quòd ſit in hoc caſu, cum poſsint po-
ſteà infirmari per alias probationes cõtrarias,
ut per Bar. in auct. atqui ſemel, in ultima. col. C.
de probatio. & declarat Abb. in cap. cum olim.
in ij. notabili de uerbo. ſigni.

Prætereà licèt probationes uideantur eſſe in
proceſſu: tamen rariſsimè poteſt euenire quòd
non habeant aliquam difficultatem, & quòd
non ſit diſcuſsio fienda ſaltem per allegatio-
nes iuris, & poſſet euenire quòd iudex non de
clararet reum dominum: ſed tantummodo ab-
ſolueret à petitis, & forſan etiam condemnar
& propterea Barto. non fecit fundamentu

Pr

probationibus ; niſi coniuncta ſententia ſequenti.quo caiu ualidantur, & pro ueritate habentur,l.res iudicata.infr.de reg.iur. Item ſententia tunc facit notorium:quando non eſt appellatum,ut no.in d.cap.in præſentia. interueniente uerò appellatione non dicitur amplius notoria exceptio dominii. nec eſt uerum quòd acta facta in uno iudicio faciant notorium in alio iudicio: quia ut dicebat Iaſon iura allegata probant quòd faciunt fidem, non autem quòd faciant notorium. Vnde probationes in contrarium poſſunt fieri: & firmari nouiter licèt in primo iudicio non fuerint aductæ.

291 Vnde † Iaſ. dicit Barto. ſaluari poſſe propter aliam regulam de poſſibilitate :quia ſufficit quòd ſit poſſibile ut ſententia pariat exceptionẽ rei iudicatæ,ut no.in dicta l.fundi,& l.fundum. hic autem erit poſſibile:quia poterit iudicari dominus reus,& non appellari à ſententia: ſed tamen nec hoc etiam ſufficit ex eo:quia in materia poſſeſſorii exceptio rei iudicatæ ſola non impedit: ſed oportet quòd interueniat exceptio dominii, uel notorii defectus dominii.

Vnde ſecundò pro Bar. adducebat regulam quòd tempus poſt concluſionem in cauſa, & poſt ſententiam æquiparantur,l.qui penè. uerſic. diuus. infra de manumiſſ. teſtamen.ibi, uel cum futurum proſpiceret, quem allegat ibi Plūbinus inferens ad aliquos caſus in practica hic relatos per Iaſ.

Tertiò adducit tritam regulam quòd paria ſunt,uel quòd ſit lata ſententia,uel quòd ſit concluſum in cauſa.l.ſi rem.§.fi.cum glo. ſup.de euictionib. per quam ita tenet Bar.in l.ſi mater. §. eadem. in fine. infra. de exceptio.rei iudicatæ. Bald. in dicta lege quamuis indubitati.ad finem. C. de adulter. & in lege error.ſecunda, & quarta quæſtione. C. de iuriſ. & facti ignoram. & lege incerti. in ſexta quæſtione. C. de interdict. cum concordantibus adductis hic per Iaſ.

Sed tamen nec iſtæ rationes ſaluant Bart. ex eo: quia procedunt quando militat eadem ratio:ſecus autem eſt ubicunq; non militat ead.ratio, ut in eiuſdem locis no. hic uerò non militat eadem ratio: quoniam iſtæ probationes poſſunt per diſcurſum iudicis apparere non concludenter probare, & iudex poterit abſoluere à petitis tantum, & forſan etiam contra iuſtitiam condemnare, unde probationes illę non poſſunt inducere exceptionem dominii notorii, niſi ſubſecuta ſit ſententia eas confirmans, quæ tranſiuerit in rem iudicatam ut pro ueritate habeantur, dicta lege res iudicata. Et ideò apparet quòd ratio Bartoli non eſt bona, & per conſequens etiam nec ſua diſtinctio.

292 Et propterea concludendum eſt † quòd textus in dicto capitulo paſtoralis. habet locum etiam de iure ciuili: quia ratio aſſignata ibi, etiam conſiderabilis eſt de iure ciuili, & cum nos non habeamus textum contradicentem in iure ciuili, debemus credere quòd etiam procedit in eo: quoniam ut dicebat Iaſon hic: quando aliquid reperitur clarè deciſum de iure canonico ei ſtamus, etiam in foro ciuili capitulo primo,& ſecundo de noui operis nunciatione.præſertim in reſpicientibus ordinationem litis ſecundum Geminian. in capitulo primo. in principio. in decima columna per glo. ibi de exceptio in ſexto. & confirmatur ultra Iaſon: quia textus in dicto capitulo paſtoralis. ponit declarationes iuris ciuilis, & decidit quæſtionem ſecundum ius ciuile: Nam cum ibi fuiſſet conſultus Papa quid agendum eſſet: quando poſt petitorium proponeretur poſſeſſorium, poſuit illam declarationem ex mente iuris ciuilis: quia ipſe omnia iura præſumitur habere in ſcrinio pectoris capitu. ſecundo de conſti. in ſexto. etiam quòd ſint iura ciuilia cum, & ipſe Papa habeat iudicare ſecundum ius ciuile in cauſis ad ipſum uertentibus ex uariis accidentibus, & pro confirmatione ſuæ deciſionis allegauit legem cum fundum. §. fina. ff. de ui, & ui armata. Ideò totam illam deciſionem fecit ex mente iuris ciuilis dicens hoc procedere de iure ciuili, tunc enim Papa nouum ius inducit: quando dicit ſancimus uel diſponimus: ſecus autem quando ad interogationem reſpondet determinando quid agendum ſit, & propterea concludas quòd limitatio iſta procedit ex mente utriuſquè iuris, & quòd poſt concluſionem in cauſa generaliter non poteſt admitti cumulatio per illam rationem ne lites litibus inculcentur, non autem per rationem Barto. quia cito ſperatur exceptio, & quòd tantummodo prohibeatur: quando ſperatur per ſententiam exceptio impediens, & uidetur communis opinio docto. in dicto cap. paſtoralis. licèt docto. hic uideantur pertranſire cum concluſione Bar.

Sed tamen ſi tu uelles ſequi communiter doctor. hic addas ut ſupra dixi, etiam impediendam eſſe cumulationem: quando reus ueniet abſoluendus à petitis: quoniam inducitur notorius defectus tituli, ſine quo non poteſt quis obtinere in poſſeſſorio; & hoc modo parum diſtabit diſpoſitio iuris ciuilis à iure canonico in hoc interdicto.

293 Regulam igitur conſtituas generalem, † quòd poſſeſſorium adipiſcendæ poteſt proponi poſt petitorium, dicto capitulo paſtoralis, & lege prima. cum gloſſa. C. de carbonib. edicto. & lege fin. cum gloſſ. C. quorum bonorum, & in dicta lege ſi de ui. digeſtis de iudic. per rationem textus noſtri hic: quia nihil habet commune poſſeſſio cum proprietate, nequè in libellis actor dicitur apponere aſſertiones contrarias.

Ampliatur procedere ſecundum doct. etiam poſt concluſionem in cauſa: quando reus

tantummodo nenit abſoluendus à petitis, quã tamen ampliationem etiam ſequendo intentionem doĉto. hic dixi reſtringendam eſſe: quando reus uenit abſoluendus ab obſeruatione iudicii: ſecus autem quando eſſet abſoluendus à petitis: quia tuuc induceretur exceptio notorii defectus tituli, quę ſufficit ad excludendum poſſeſſorium. & poſteà ſecundum ueriorem opinionem hæc ampliatio in totum fuit reprobata ꝓpter generalitatem dicti cap. paſtoralis. unde ſolum poteſt procedere in caſibus no. in dicto capi. paſtoralis. in fin. quando magna æquitas moueret mentem iudicis ad recipiendum.

Ampliatur ſecundò procedere etiam in cauſa appellationis: quando iudex appellationis ab interlocutoria eſt factus iudex ſuper toto negotio principali: ſecus ſi non eſt factus iudex ſuper negotio principali in totum: quia deficiente iuriſdictione iudicis non poſſet audiri in poſſeſſorio, & eſſet opus ut faceret committi illam cauſam, ut per Abbatem in dicto cap. paſtoralis. col. pe. uerſi ad quartum.

Ampliatur tertiò procedere etiam ſuſpenſiuè ut actor poſſit proponere poſſeſſorium adipiſcendæ ſuſpendōdo petitoriũ, ut per glo. in l. j. in ij. intellectu. C. de carbonia. edicto. & per Abbatem expreſſè in d. cap. paſtoralis. nu. 14. & so. quod procedit etiam de iure ciuili: quia ut ſup. dixi Papa ibi dedit reſponſum declarando quid ſeruandum eſſet, etiam de iure ciuili quod patet: quia allegat l. cum fundum. §. fi. ff. de ui, & ui arm. ad probandum quòd poſſeſſorium poteſt cumulari cum petitorio.

Ampliatur quartò procedere, etiamquando reus probaſſet domiuium, & eſſet publicatus ꝓceſus: ſed nondum eſſet conclusũ in cauſa, & produceret acta in poſſeſſorio: quia licèt poſſit in continenti probare dominium: tamen illa probatio, & exceptip non impedit cumulationem, & proceſſum in poſſeſſorio; ſed ſolum impedit uictoriam ſeu execurionem per glo. in cap. ſignificauerunt. de teſtibus, uiſi eſſet concluſum iu cauſa: quia tunc impeditur cumulatio licèt Bar. hic diſtingueret. ſed opinio ſua confunditur per tex. in dicto capitul. paſtoralis. ut ſup. dixi.

Ampliatur quintò procedere etiam quòd eodem tempore proponerentur, ut probatur in cap. cum ſuper, & cap. cum eccl. & cap. cum dilectus. de cauſa poſ. & proprieta. ut inf. in ij. & iij. combinatione.

Limitatur primò non procedere poſt concluſionem in cauſa indiſtinctè, licèt Bar. hic diſtingueret an reus probaſſet ſe dominum, uel non probaſſet: quia ratio ſua non eſt uera, & confunditur per dictum cap. paſtoralis. licèt aliqui Moder. conentur ſaluare eius opinionem, & quando tu teneres opiuionem Bar. oporteret addere quòd idem eſſet quando appareret quòd reus neniret abſoluendus à petitis: quia actor non ꝓbauit, cum inducatur notorius defectus tituli qui neceſſarius eſt in adipiſcenda poſſeſſione ut ſup. dixi, taliter quòd etiàm tenendo quòd dictum cap. paſtoralis. non procedat de iure ciuili, parua nihilominus remaneret differentia.

Secundò limitatur non procedere quando petitorium eſſet intentatum pro una cauſa, & poſſeſſorium pro alia cauſa incompatibili quæ electione tolluntur, l. fi. C. de codicill. ſeruata tamen diſtinctione de modo faciẽdi dictam clauſulam codicillarem, ut ſupra dixi.

Tertiò limitatur non procedere: quando opponitur exceptio dominii notorii de iure communi, uel etiã aliqua nototia ſententia, ſi caſus occurrere poſſet per capitulum ad decimas. de teſti. ſpol. quia per talem exceptionem ſi in continenti probatur impeditur perſecutio poſſeſſorii tanquàm ſit notorius defectus dominii, & dictum fuit ſuper j. lectura. Et ſub hac limitatione poteſt etiam contineti alia quando appareret quòd reus ueniebat abſoluendus, à petitis; ità quòd induceretur notorius defectus tituli ſeu ualiditatis ipſius: arg. no. in d. l. fi. C. de edicto diui Hadr. tollend.

Secundum eſt caput huius cõbinationis, quãdo proponitur poſſeſſorium recuperandæ poſt petitorium. in quo Bar. facit regulam ſimiliter affirmatiuam cum duabus fallentiis, ut per eum

294 Regula eſt igitur, † quòd poſt petitorium intentatum poteſt cumulari poſſeſſorium recuperandæ, l. cum fundum. §. fi. ff. de ui, & ui arm. ubi eſt tex. in terminis, & probatur in dicto cap. paſtoralis. ſecundo reſponſo. extra de cauſ. poſſeſſio. & proprieta. & ratio eſt quæ ponitur in hoc tex. quia nihil habet commune poſſeſſio cũ proprietate, ideò cum ſint diuerſa remedia cumulatio admittitur ſicut ſi aliæ diuerſæ actiones cumularentur: nec actor in ſuis aſſertionib. dicitur eſſe ſibi contrarius, ut per accidens inducat impedimentum contrarietatis: quia in libello dicit aduerſarium poſſidere, & in poſſeſſorio hoc idem repetit. unde apparet ꝙ ratio contrarietatis impedit. Similiter nec ratio electionis impedit: quia nulla eſt connexitas propter quã eligendo unum uideatur renuntiare alteri, ut patet in d. l. cum fundum. §. fi. & in cap. cum eccleſia Sutrina. de cauſ. poſſeſſ. & propri.

Nec etiam ratio abſolutoriæ impedit: quia abſolutoria lata in petitorio nunquàm cauſat exceptionem rei iudicatæ in poſſeſſorio: quando eſt lata ſecundum communem curſum cauſarum, ut dictum fuit in prima lectura, & ſolum quando iudicatus eſt dominus cauſatur exceptio dominii iam diſcuſſi, quæ non habet locum ante ſententiam, ut dictum fuit in præcedenti capite, licèt Bar. teneret contrarium ibi: tamen ſecundum eum etiam poſt ſententiam non impediret propoſitionem poſſeſſorii, Sed doct. reprobauerunt uolentes quòd exceptio dominii iam diſcuſſi impediat hoc poſſeſſorium, & ſtatim reperam: ſed tamen non ante ſententiam ut ſtatim dicam.

No

Non obſtat ratio duplicitatis: quia non eadem res petitur in utroquè, cum in petitorio petat rem ſibi reſtitui tanquàm domino ex cauſa perpetua, & in poſſeſſorio petat rem ſibi reſtitui tanquàm ſpoliato, & ex cauſa momentanea, iux. legem primam. C. ſi de momentanea poſſeſſione fuerit appellatum. & l. prima. §. fi. ff. de aqua quotidia. & æſtiua.

295 Non obſtat ratio ordinis: † quia reſpondet hic Bar. quòd illa impedit: quando partes contendunt quis debet eſſe actor, & reus, & quis debet ſuſtinere onus probandi. Sed ubicunque qui proponit petitorium non curauit ſe facere actorem, & habere onus probandi, tunc ordo eſt uoluntarius, ut ſæpius dictum fuit in lecturis. & quàmuis hanc ſpecialem reſponſionem uideatur dare in hoc interdicto: tamen eſt generalis ad omnia interdicta. & datur ad tollendas decem leges ſupra allegatas quæ concludunt quòd poſſeſſorium debet præcedere poſſeſſorium, & ſi opponatur de tex. in l. interdum. ſupra de publicis iudic. ubi ſi quis commiſit uiolentiam, & conueniatur poſſeſſorio recuperandæ per ſententiam in cauſa ciuili fit præiudicium criminali, aliquãdo, atque ideò impeditur cumulatio, ut per Bar. in l. ij. §. ex hoc edicto. infra ui bono. rapt. reſpondetur ſecundum Sozi. Iaſ. & alios ſupra quòd illa lex procedit in caſu diuerſo: quando poſſeſſorium recuperandæ concurrit cum cauſa criminali: nam tunc impeditur concurſus: quia in utroquè iudicatur ſuper eodem facto, id eſt, ſuper delicto, ut dixit Bar. in utroque loco. hic uerò remedia ſunt diuerſa, & fundata in diuerſis factis immediatè: quia petitorium proponitur ratione dominii ex titu. acquiſiti, ut ei tãquàm domino reſtituatur, poſſeſſoriũ uerò proponitur: quia ſpoliatus, & quòd ei tanquàm ſpoliato reſtituatur, in quo nõ fit probatio dominii, ſed uiolentiæ illatæ l. ſi quis ad ſe fundum. C. ad legem Iuliam de ui. Propterea apparet quòd hæc regula permiſſiua cumulationis ſine aliquo impedimento procedit.

296 Limitatur tamen ſecundum Bar. hic † non procedere: quando eſt concluſum in cauſa de iure canonico per dictum capitulum paſtoralis, & tacitè innuens quòd ſecus eſt de iure ciuili. unde ipſe præſuponit quòd poſt concluſionem in cauſa indiſtinctè de iure ciuili admittitur cumulatio. Ideò obſtat quod ſupra dixit in præcedenti interdicto dum diſtinxit quòd ſi in proceſſu apparet reum uenire abſoluendum à petitis cumulatio procedat: quia nulla exceptio excludens ſperatur: ſed ſi in proceſſu apparet quòd reus probauit ſe dominum, & ſperatur exceptio notorii dominii per ſententiam declarandi, impeditur cumulatio: ſed reſpondetur quòd hoc fecit: quia ipſe erat in opinione quòd nunquàm ſententia in petitorio impediret agentem poſſeſſorio recuperandæ, etiam quod reus eſſet iudicatus dominus, unde non erat differentia quomodocunque ferenda eſſet ſententia.

297 Sed tamen: † quia communiter doctores in dicta lectura prima repræhendunt Bartol. uolentes quòd exceptio dominii iam diſcuſſi impediat agentem poſſeſſorio recuperandæ ſicut adipiſcendæ, ut ibi dixi. ideò oporteret differentiam poſitam in præcedenti interdicto rei repetere etiam in hoc interdicto ut non fiat cumulatio de iure ciuili: quando poſt concluſionẽ in cauſa in qua appareret quòd reus probaſſet ſe dominum, non admitteretur actor cumulando poſſeſſorium recuperandæ: ſed illa pars quam addidi: quando reus ueniret abſoluendus à petitis non procederet in hoc interdicto: quia in eo non eſt neceſſarius titulus, & prædo ante omnia eſt reſtituendus, cap. in literis. de reſtitu. ſpol. & in d. l. ſi quis ad ſe fundum, & in poſſeſſorio adipiſcendæ requiratur ſemper allegatio tituli præſumptiuè ualidi, d. l. ij. & fi. C. de edicto Diui Had. tollend. In uno tamen caſu etiam in hoc interdicto impediret poſſeſſorium recuperandæ, ſi eſſemus in beneficialibus in quibus requiritur canonica inſtitutio ut habetur in capi. iij. de reſtitutione ſpoliatorum, & etiam in dicta j. lectura dictum fuit per Ripam, & alios.

298 Sed tamen † melius eſt dicere quòd generaliter poſt concluſionem in cauſa prohibeatur cumulatio per rationem poſitam in d. ca. paſtoralis. ne lites litibus inculcentur, quæ etiam procedit de iure ciuili, & fortius in cumulatione quã in ſuſpenſione cum maior inculcatio ſit in cumulatione, quàm in ſuſpenſione: nec dicatur quòd loquatur de iure canonico tantum: quia ut dictum fuit procedit etiam de iure ciuili: quia Papa nihil noui diſponit: ſed quòd utroque iure procedebat declarauit reſpondendo conſultationi, & ideò ad comprobandam opinionem ſuam allegat deciſionem iuris ciuilis, & dum dicit ſaluis alijs, etiam ſe remittit ad ius ciuile, & dum poſuit reſtrictionem, illa etiam confirmatur per rationem iuris ciuilis. Nec dicatur quod Papa ignorauit ius ciuile: quia fuit temerarium dictum Cyn. quòd canoniſtæ errarent, & melius ſcirent ius ciuile quàm ipſe, cum Curia Romana ſemper habuit iudices docto. iuris ciuilis, & canonici meliores qui reperiebantur in Europa, & poſteà practicando melius poterant ſcire leges quàm ipſe Cy. unde ſequitur quòd limitatio generalis eſt ut poſt concluſionem in cauſa petitorii, non amittatur cumulatio poſſeſſorii recuperandæ, niſi ſuadente magna æquitate ut ibi dicitur in tex.

Nec dicatur quòd ille tex. loquitur de propoſitione cum ſuſpenſione, non autem cum cumulatione, & ſic loquatur extra terminos noſtros: quia reſpondetur quòd loquitur etiam de cumulatione plena, quæ facilior eſt, & magis legalis, quàm de cumulatione ſuſpenſiua, & patet: quia allegat dictam legem cum ſun-

dum.§.ſi. quæ propriè loquitur in cumulatione.

Alias etiam limitationes tu potes per te addere ſumptas ex illis uiginti poſitis in dicta lectura prima per Alex. hic Iaſ. Rip. & alios Moder. dummodo poſſint adaptari ut procedat etiam quando non eſt lata ſeutentia.

299 Secundam † limitationem potes ſummere ex dictis Bar. in præcedenti capite: quando petitorium intentaretur ex una cauſa, & poſſeſſorium ex alia cauſa incompatibili cum prima ut electione tollantur, iuxta legem finalem. C. de codicillis. Bar. tamen ſenſit contrarium non repetendo eam hic, & ratio poteſt eſſe: quia in poſſeſſorio adipiſcendæ oportet allegare titulum coloratum, qui titulus tollitur per electionem alterius tituli. ſed in poſſeſſorio recuperandæ non eſt neceſſarium allegare titulum: quia ſufficit dicere quòd poſſidebat, cap. in literis. de reſtitu. ſpoliatorum ſi tamẽ eueniret quòd in libello narraret quòd ipſe eſt dominus propter alium titulum incompatibilem, & iniuſtè fuiſſet ſpoliatus tunc impediretur proponere poſſeſſorium tanquàm deficeret cauſa proponendi, quæ iam per electionem erat ſublata.

300 Tertiam limitationem poſuit Bar. † fundatam in l. ſi uis eius. C. de probationi. quando actor inteutaſſet petitorium, & poſteà propoſuiſſet poſſeſſorium ad finem ut ſe releuaret ab onere probandi, dicens quòd uiolentus poſſeſſor non habet commodum poſſeſſionis per dictam legem uis eius. ut poſſit actore non probante, abſolui iux. l. ſi. C. de rei uendicatio. & tunc dicit ipſe quòd ſuſpenſo petitorio procedetur ſuper petitorio, ad finem ut patefacta uiolentia appareat quòd non tenebatur ipſe actor probare: neque reus releuabatur ab onere probandi. & in poſterum etiam ſibi poſſeſſio reſtituatur: quia oportet prius cognoſcere quis debet habere onus probandi per rationem ordinis, quæ reſponſio ut dixi generalis eſt ad omnia interdicta, licèt ſpecialiter Bar. eam ponat in hoc interdicto.

301 Ex ea tamen duo colliguntur. Primò † quòd actor poteſt proponendo poſſeſſorium ſuſpendere poſſeſſorium. unde contradicit, auct. qui ſemel. C. quomo. & quand. index. Sed reſpondet Alexander, & Raphael quòd dicta auct. non procedit in ſuſpenſione: ſed ſolum in eo qui deſerit cauſam ſine rationabili allegatione, in ſuſpenſione uerò non dicitur deſerere cauſam: ſed dicitur eam differre cum allegatione quòd uult petitorium ſuſpendere, & poſt poſſeſſorium proſequi, Iaſon tamen in contrarium adducit: quia & in poſſeſſorio adipiſcendæ etiam permittitur illa ſuſpenſio, ut in dicto capi. paſtoralis. ubi Abb. numer. 20. uerſi. ſed circa, & probatur in lege prima. C. de Carbonib. edicto. Vnde non uidetur quòd ſit ſpeciale in interdicto recuperandæ. Sed tu dicas fatendo quòd non eſt ſpeciale in illo interdict, Sed procedit generaliter in omni interdicto ut dicam in ſequenti capite. Sed reſponde quòd eſt ſpeciale in poſſeſſorio omni, ut per illud poſſit ſuſpendi petitorium: quoniam eius natura eſt ut præcedere debeat dicta lege ordinarii. & lege incerti. cum decem concordantibus ſupra adductis. & quando proponitur poſſeſſorium ſuſpendendo petitorium reducitur ad propriam naturam: unde toleratur, cum res de facili reuertatur ad naturam ſuam, l. ſi unus. §. pactus. uerſi. quod ſi in ſpetie. ff. de pact. & hæc uidetur magis concludens ratio.

302 Secundò † colligitur ex his dictis Bar. quòd poſſeſſor uiolentus non gaudet commodo poſſeſſionis: neque eius priuilegio, ut transferat onus probandi in aduerſarium, & ipſe ſi nihil præſtiterit actore non probante uincere debeat iuxta. §. commodum. inſti. de interdict. & l. res alienas. C. de probatio. per tex. in dicta l. uis eius. C. de probatio. & l. liberis. §. fin. delib. cauſ. Et ideò ſequitur quòd agens contra uiolentum ſpoliatorem obtinebit, ipſe in petitorio etiam quòd non probauerit ſe dominum, licèt ipſe illud propoſuerit. Iſta fuit una opinio antiquorum ut refert Inno. in dicto cap. paſtoralis. ſed recitat alias, quam ſequitur ibi Hoſtien. contrariam quòd imò poſſeſſor uiolentus habeat illud commodum poſſeſſionis, & teneatur actor probare intentionem ſuam, & eandem ſequitur ibi Innocen. & Bal. in le. uis eius. per tex. in le. ſi quis in tantam. C. unde ui. ubi in odium ſpoliantis dominus ſpolians amittit ius, & dominium ſuum, & redderetur ſuperfluum illud remedium, ſi actor probando ſolam uiolentiam, & ſpoliationem obtineret in dominio, & uinceret in petitorio, & ſic eueniret quòd probando ſpolium uinceret in petitorio, & poſſeſſorio. Reſpondebat tamẽ Areti. ad iſtum tex. & hanc rationem dicens, quòd poteſt euitare: quia tunc prodeſſet quando reus euidenter probaſſet dominium ſuum: quæ tamẽ reſtrictio eſt contra illum tex. qui generaliter dicit aut eſt dominus, & amittit dominium, aut non eſt dominus, & ſoluit tantundem, & ſic præſupponit caſum dubium, qui eſt quando actor non probauit, & nec etiam reus.

Secundò pro eadem opinione Innocentii adducitur: quia iudex non poteſt proferre ſententiam de proprietate niſi ei conſtet: ergo nec hoc caſu: quando actum eſt ſolo poſſeſſorio. Sed Areti. dicit quòd hoc etiam parum ualet: quia ſi oritur præſumptio propter uiolentiam de dominio agentis, ſatis ex præſumptione dicitur liquere iudici, & probatum præſumptiuè fuiſſe in proceſſu dominium pertinere ad actorem, & ſic uerificatur lex de qua re. digeſtis de iudiciis. Replicare tamen potes quòd nec etiam eſt bona: quia probatio uiolentiæ non fuit facta in petitorio: neque ſuper eo factæ fuere probatio-

aliqu-

bationes aliquas, & ſi ſine poſſeſſione poſſet facete unum articulum in petitorio qualiter reus commiſit uiolentiam, & ita probaret dominium, eueniret quòd in ſolo petitorio actor obtinuerit ſine probatione dominii quòd eſt abſurdum.

Tertiò adducitur tex. in cap. cum eccleſia Sutrina. de cauſa poſſeſſio. & proprie. ubi clerici poſſidentes ius eligendi ſpoliati fuere à canonicis, & probauerunt in poſſeſſorio ſpolium tamen: quia poſteà non probauerunt dominiū in proprietate per conſuetudinem, uel præſcriptionem ſufficientis temporis uincūt in poſſeſſorio, & poſteà uincuntur in petitorio cumulatiuè propoſito, & per unicam ſententiam: ergo non releuantur ab onere probandi. neque uiolentia abſtulit commodum poſſeſſionis canonicis.

Reſpondet Iaſ. quòd ille tex. loquitur in beneficialibus, in quibus non poteſt obtinere niſi probet titulum coloratum, cap. beneficium. de reg. iur. in 6. cap. ex frequentibus. de renuntiatio. nos loquimur in prophanis in quibus quis poteſt obtinere ſine tit.

Replicari tamen poteſt negādo quòd in hoc iure ſit neceſſaria canonica inſtitutio: quia tunc non eſſet neceſſaria præſcriptio. Aliud eſt enim in beneficiis. Aliud in hoc iure eligendi, quod poteſt haberi ſine canonico titulo præſtito.

Secundò reſpondetur per Iaſ. quòd ibi præſumptio iuris communis quæ notoria eſt, erat pro ſpoliante, & cum ea probauerant ſuum dominium, ipſi uerò clerici allegabant præſcriptionem quam non probauerant, unde præualebat notorium dominium, per cap. ad decimas. de reſti. ſpolia.

Sed replicari poteſt quòd imò ibi non erat aliud neceſſarium probare niſi curſum temporis ſufficiens ad præſcribendum: ergo cætera neceſſaria apparebant, & præſumptio dominii debuiſſet cauſari propter uiolentiam, & ſic probat pro opinione Inno.

Contrariam tamen opinionē quòd imò uiolenta poſſeſſio releuet ſpoliatum actorem ab onere probandi dominium, tenuit idem Innoc. in dicto cap. paſtoralis. circa finem penultim. glo. & Roma. hic, Imol. & Angel. in l. metum ff. quod met. cauſ. quando eſt uiolentia expulſiua: ſecus ſi eſſet uiolentia compulſiua, Et pro hac opinione allegatur tex. in l. ſi quis emptiones. §. ſed hæc ſuper illis. C. de præſcription. triginta annorum. ubi præſcribens cum mala fide acquirit exceptionem contra omnes: tamen ſi poſteà amittat poſſeſſionem ſibi non datur actio in rem contra poſſidentes: quia nullum acquiſiuit dominium: ſed ſi fuiſſet ſpoliatus, & intentaret rei uendicationem contra ſpoliantem, obtineret: nec poterit allegari quòd præſcripſit cum mala fide, & non habet dominium. Sed reſpondet Bald. in dicta ...uis eius. quòd loquitur de eo: qui poſſederat per triginta annos, ità quòd præſumptiuè probabat dominium, & ſolum eſt ſpeciale propter odium criminis quòd non poteſt allegare malam fidem, unde retorquetur potius; quia ſi non poterat de illa longa poſſeſſione refricare in dubium de illo dominio, non obſtante uiolentia probata: ergo ſequitur quòd releuatur ab onere probandi.

Secundò adducitur tex. in dicta l. uis eius. C. de probationibus. cui tamen reſpondetur quòd loquitur in quæſtione de ſtatu hominis, qui præſumitur talis qualis erat prius; per notata in lege ſi prius. de noui operis nunciatio.

Item contra ſtatum perſonæ. eſt præſumptio fugæ ſerui, leg. cum ſeruum quiſque. C. de ſeruis fugitiuis. & l. iuſto. infra titulo primo, hic uerò ſumus in dominio aliarum rerum, in quibus non eſt illa præſumptio. Et in ciuili aliud eſt ſpeciale, ut dixit glo. in l. quod autem.

Tu tertiò potes reſpondere quòd ille textus non dicit quòd per uiolētiam releuetur ab onere probandi: ſed dicit quòd inſpici debet quod eſt, ſi non interueniſſet uiolentia an ſine dolo fuerit in poſſeſſione: quaſi dicat quòd relinquitur poſteà ſub diſpoſitione iuris communis, & nullum priuilegium datur quantum ad modum probandi.

303 Propterea communiter docto. † tenent concluſionem contra Bar. hic, quòd probans uiolentiam aduerſarii non releuatur ab onere probandi per generalem regulam, quòd actore non probante reus abſoluitur, ſuper qua ſe fundat tex. in dicto cap. cum eccleſia Sutrina, & §. commodum. inſti. de interdictis, & ex generalitate tex. in cap. fi. de ordine cognitionum, & cap. cum dilectus. de cauſa poſſeſſionis, & proprieta. ne eueniat quòd ipſo facto amittat dominium, & ſine declaratione iudicis ſit priuatus dominio, quod eſt contra nota. in dicto cap. paſtoralis. in glo. intentaret, & contra generalitatem legis finalis. Ideò dicendum eſt quòd ſi agens recuperandæ probauit ſe dominum, iudicabitur ut reſtituatur ei ex cauſa perpetua, & ſi habet poſſeſſionem per poſſeſſorium confirmabitur, ut rem retineat ex cauſa perpetua, ſi nihil probauit, & tunc ſi adhuc non eſt conſecutus poſſeſſionem licèt ſit probata uiolentia, non poteſt iudex dicere ſibi rem dandam eſſe ex cauſa perpetua, & tanquàm domino: quia nihil apparet probatum uerè, uel præſumptiuè, quòd ipſe fuerit dominus. Vnde ſtabit cauſa in pendenti, & non poterit iudex iudicare, & ſi dati fuiſſent termini ad probandum cogeretur abſoluere reum ſpoliantem, uel à petitis, uel ab obſeruatione iudicii. Sed ſi per poſſeſſorium obtinuiſſet poſſeſſionem, tunc rem retineret tanquàm poſſeſſor: & non poſſet abſolui à petitis: quia reus nihil petiterat: ſed

ipſe actor petiterat, unde neceſſariò cauſa remanet ſuſpenſa, & ipſe poſſidebit, & cogetur poſteà ſpolians uictus intentare proprio nomine petitorium, & facere probationes, & ità obtinere: quoniam ſpoliatus obtinens poſſeſſionem actore non probante erit abſoluendus, & interim cum non poſſit dari ſententia, nemo condemnabitur ad expenſas. & pro iſta opinione uidetur tex. concludens in dicto cap. paſtoralis. §. fi. ubi ille qui fuit ſpoliatus poteſt poſſeſſorio recuperandæ proponere poſt concluſionem in cauſa, ſi ſunt coniecturæ quòd ſpoliatus ſurripuerit probationes, uel inſtrumenta, uel dolo fecerit quòd non poſſet habere: ergo non releuatur actor ab onere probandi: quia illa ratio non concluderet, cum ſine probationibus poſſet obtinere, quibus adde ea quæ dixi in ſequenti combinatione ubi clariorem reſolutionem poſui. in quæſtionibus autem hominum ſeruanda eſt diſtinctio poſita in dicta l. uis eius, & l. liberis. §. fi. ff. de libera cauſa.

Quando autem actor uel reus ſint abſoluendi, uel condemnandi in cæteris cauſis ſicut per Abba. in dicto capitulo paſtoralis. nume. 32. uerſi. ad nouum, & an ſit condemnandi in expenſis uide numero. 31. uerſi ad ſecundum qui diſtinctè loquitur, & Ripam. Herman. & Iaſ. inculcat:

304 Ex quibus conſtituas regulam† affirmatiuam quòd poſſeſſorium recuperandæ poteſt cumulari cum petitorio: quia nulla regula impeditiua cumulationis ei obſtat.

Ampliatur procedere etiam poſt concluſionem in cauſa ex æquitate canonica ſecundum Bar. Sed ſecundum opinionem ſupra poſitam eſt limitatio, & ſolum ampliatio procedit quando interuenit iuſta cauſa ex æquitate, dicto cap. paſtoralis. in fi.

Ampliatur procedere etiam poſt ſententiam ut in cauſa appellationis: quando eſt talis iudex qui ſuper utroquè habet iuriſdictionem, ut per Abb. in dicto cap. paſtoralis. col. pen. uerſi. ad quartum.

Ampliatur procedere etiam ſuſpenſiuè ut in cap. ſignificauerũt. extra de teſti. & clem prima: de cauſa poſſeſſio. & proprie. etiam ſuſpendendo petitorium aduerſarii, ut ibi dicitur, & procedit etiam de iure ciuili.

Ampliatur procedere, & ſi ab initio uult cumulare cap. cum ſuper, & cap. cum dilectus. de cauſa poſſeſſio. & proprieta. & idem ſi uult ſucceſſiuè, & ſuſpenſiuè proponere dicto capi. paſtoralis. ut hic, & dicto cap. ſignificauerunt, & è contrariò per legem, & an eandem. §. fin. de exceptio. rei iudica. ut dicemus cum ſequenti. combina.

Ampliatur etiam procedere in beneficialibus dummodo non ſit notorius defectus domini in agente dicto cap. ad decimas, & per Abba. in dicto cap. paſtoralis.

Limitatur non procedere poſt concluſionem in cauſa regulariter, dicto capitu. paſtoralis. etiam de iure ciuili, quàmuis Bar. & docto. tenuerint contrarium ut ſupra examinaui.

Limitatur ſecundò non procedere quando intentauit poſſeſſorium fundatum ſuper cauſa quæ eſt ſublata electione: arg. dictæ l. fi. C. de codicill. declaranda ut ſupra.

Limitatur non procedere in caſu legis interdum. ff. de pub. iudi. quando quis uellet cumulare poſſeſſorium cũ cauſa criminali ut ſupr.

Limitatur non procedere quando propoſuit poſſeſſorium ut ſe releuaret ab onere probandi, & ſuper hoc contenderent, tunc ratione ordinis oportet quòd præcedat poſſeſſorium in omni caſu: arg. dictæ legis uis eius. ut hic per Bar.

Limitatur non procedere quando obſtat exceptio notorii dominii de iure communi dicto, cap. ad decimas. de reſtitutione ſpoliatorum in 6. uel eſſet notorium dominium per ſententiam, in caſu qui poteſt occurrere: quia tunc impeditur litis ingreſſus: ſed oportet quòd duo concurrant ut ſit notorium reum eſſe dominum, & agentem non eſſe dominum: ſecus ſi nõ eſt ita notorium. cap. ſi epiſcopus. de præbend. in 6. & per Abb. in dicto cap. paſtoralis. nu. 24.

Idem erit in beneficialibus, ſi eſt ſolus notorius defectus dominii ſine aliquo titulo colorato, per dictum cap. beneficium. de reg. iur. in 6. ſed ſi eſſet dominium probatum in petitorio ante concluſionem in cauſa uel alio modo opponendo, opponeretur exceptio dominii non audiretur: quia non obſtat dictum cap. in literis. niſi in decẽ caſib. poſitis ſup. in limitationibus traditis in j lectura, quo caſu nõ impediret unquam cumulationem: quia hæc non eſt natura illius exceptionis: ſed ſolum impedire uictoriam ut in præcedenti interdicto.

305 Tertium eſt caput huius combinationis: † quando poſt petitorium intentatur poſſeſſorium retinendæ, neque Bar. facit regulam cum ampliationibus, & fallentiis ut hic latè per eum. & prima eſt concluſio quòd ſi pro iuribus incorporalibus propoſitũ fuerit petitorium intentando actionem confeſſoriam, uel negatoriam, & poſteà propoſitum fuit interdictum uti poſſidetis iux. tex. in l. ſicuti. §. Ariſto. in fi. ff. ſi ſerui. uendi. & l. primam. in fi. inſ. uti poſſidetis quòd admittitur cumulatio: quia hæc remedia non ſunt de ſe contraria, ut probatur in tex. noſtro, qui in interdicto uti poſſidetis dixit nihil habet commune poſſeſſio cum proprietate: neque dicitur eſſe contrarietas in aſſertione actoris: quia proponendo petitorium dicit ſe poſſidere. §. æquè in fine. inſtitu. de actio. & lege, & ſi fortè. §. ſciendum digeſt. ſi ſeruitu. uendicetur. & quando proponit poſſeſſorium dicit ſimiliter ſe poſſidere, & ſic non eſt ſibi contrarius. Neque etiam obſtat ratio electionis: quia hæc reme-

neque ſui natura ſe inuicem tollunt, neque & per aſſectionem actoris. Nequè etiam obſtat ratio de abſolutoria: quia ſecundum communem curſum cauſarum nunquàm per ſententiam petitorij ſperatur exceptio in poſſeſſorio, ut dictum fuit ſuper prima lectura. Nequè etiam obſtat ratio duplicitatis. quia petuntur diuerſa ut in ratione tex. noſtri. Nec obſtat ratio ordinis quando non eſt controuerſia quis debet eſſe actor & reus, ut patet in tex. noſtro, qui in his terminis loquitur, quæ tamen concluſio procedit quando intentans petitorium poſſidebat: ſed ſi eueniret quòd non poſſediſſet, quod poteſt contingere ut dicit tex. in l. fructuario. §. ſi. ſupra ſi uſuſfructus petatur.

306 Secunda † eſt cōcluſio, quòd ſi proponens poſſeſſorium poſt petitorium contendit quòd non uult habere onus probandi, licèt poſſit uariare: quia res de facili reuertitur ad naturam ſuam: tamen non auditur ſimul agendo: quia non poteſt agitari petitorium niſi prius cognoſcatur quis poſſideat l. prima. §. inter litigatores. infra uti poſſide. & l. exitus inſ. eodem, & ideò debet precedere poſſeſſorium

307 & ſuperſedere in petitorio. † Et ſic concludit quòd proponens poſſeſſorium retinende, poteſt facere ſilere petitorium & illud ſuſpendere. Idem etiam dixit infra in rebus corporalibus. quando actum fuit pro eadem poſſeſſione, & reus negauit eum poſſidere: quia tunc ſuperſedetur ſuper petitorio, & proceditur ſuper poſſeſſorio, & ita limitatur auct. qui ſemel. C. quomodo, & quando index: & ſic ratio tranſlationis poſſeſſionis transferentis onus probandi in aduerſariū operatur tres notabiles effectus. Primò facit quòd ſit licita uariatio etiam poſt litis conteſtationem, ut qui intentauit petitorium tanquam actor poſſit uariare, & intentare poſſeſſorium ut efficiatur reus. Simile eſt in cap. licèt. de procuratoribus. in 6. Secundò quòd poſt litis conteſtationem licita ſit mutatio contra regulam poſitam in l. edita. C. de edend. Tertiò quòd licitum ſit actori deſiſtere à lite incepta contra dictam auct. qui ſemel. C. quomodo. & quando iudex quæ tres rationes uidentur urgere contra hanc concluſionem de ſuſpenſione. & quòd non poſſit fieri urgent dictæ rationes, & etiam quia imputet ſibi actor quare non elegit conſilium Iuriſconſulti, ut in l. ſi quis deſtinauit. ſup. de rei uendicatio. Item quia poſt quàm acquiſitum eſt ius parti ex litis conteſtatione ſuper prima petitione, non debet actor poſſe ibi præiudicare per regulam l. ſi. ſupra de pact. Item quia iſta iudicia ità demum impediuntur cumulari ſi opponatur à parte ſecundum Bar. infra in ij. quæſt. ſed abſurdum eſt quòd quis excipiat contra ſemetipſum, ut dixit glo. in l. ſed & ſi ante. ff. de exceptionibus. ut hic per Iaſ.

Sed tamen defendendo potes primò dicere, quòd regula de mutatione non obſtat, quia qui ſuſpendit non mutat actionem: ſed retinet utranquè, quamuis unam differat ad aliud tempus, & hęc dilatio permiſſa fuit ex iuſta cauſa.

Nec obſtat ſecunda ratio de uariatione: quia limitatur in caſu noſtro ut poſſit uariare de actore in reum ex permiſſione ſuſpenſionis, de quo quid autem ſit in alijs caſibus habes per Bar. in l. de rebus. ſupra rerum amota. & per Bar. Imol. & alios in l. ſi cum dotem. §. eo autem tempore. ſupra ſolut. matrimo. cum ſuis concordanti.

Similiter non obſtat ratio dictæ auct. qui ſemel. quia illa loquitur quando quis deſiſtit ſine cauſa, & forſan animo grauandi reum, nos autem loquimur in eo qui ſuſpendit per actum iudiciarium ex iuſta cauſa & permiſſione legis. unde hæc eſt una de limitationibus datis ad dictam auct. qui ſemel, & ut probat tex. clarè in dicto cap. paſtoralis. de cauſ. poſſeſſio. & proprietatis & in clem. j. eodem tit. & tex. in dicto cap. paſtoralis. in iſta ſuſpenſione procedit etiam de iure ciuili ut ego dixi ſupra: quia ibi papa nihil noui diſponit: ſed tantummodo quid erat deciſum de utroq; iure ipſe conſultationi reſpondens declarat & adducit etiam deciſionem iuris ciuilis pro ſua reſponſione, & ratio quare hæc ſuſpenſio fuit permiſſa, fuit: quia natura poſſeſſorij eſt quòd præcedat dicta l. ordinarij, & l. incertl. C. de interdict. cum ſuis concordanti. & quando ſuſpenditur petitorium reuertitur poſſeſſorium ad naturam ſuam, quod faciliter admittitur l. ſi unus. §. pactus ne peteret. uerſi. quod ſi in ſpecie. ff. de pact. quod non habet difficultatem in interdicto adipiſcendæ & recuperandæ, de quibus loquitur dictum cap. paſtoralis. tamen in materia poſſeſſionis retinendæ uidetur q nō procedat, & quòd dictæ regulæ non debeant limitari, cum tex. in dicto cap. paſtoralis. uerſi. ſaluis aliis uideatur excipere hoc interdictum retinendæ, & ita in terminis tenuit glo. magna circa medium in dicto cap. paſtoralis. & in dicta clem. prima de cauſ. poſſeſſio. & proprieta. & uidentur facere rationes ſupra adductę: tamē opinio Bar. hic uerior eſt, quòd etiam poſſeſſorium retinendæ poſſit ſuſpendere petitorium, ut ego examinaui ſuper ſecunda lectura ſupra in primo notabili, & poſteà etiam ſuper xij. lectura: quia natura iſtius interdicti magis inducit hanc ſuſpenſionem, quàm alia interdicta, cum uterque contendat ſe poſſidere dicto. §. inter litigatores. & habeat naturam recuperandæ ut per glo. & Bar. in dicta l. clam poſſidere. §. qui ad nundinas. ſupra eo. & glo. hic in fi. unde omnia quæ dicuntur de interdicto recuperandæ, uidentur etiam habere locum in hoc interdicto retinendæ in parte recuperatiua, ut dictum fuit ſuper prima lectura in limitationibus datis ad interdictum recuperandæ,

& hanc opinionem tenet etiam his Iaſ. per di-
ctam l. cum fundum §. fi. & dicto cap. pa-
ſtoralis, & cap. ſignificauerũt. de teſtibus, maxi
mè quando datur pro rebus incorporalibus, in
quibus ceſſat omnis contrarietas, & aſſimila-
tur aliis interdictis, & ita habes unam limita-
tionem ad dictam regulam quòd poſſeſſorium
non cumuletur quando partes contendunt quis
debeat eſſe actor & reus, & etiam ampliationem
ut regula procedat ut quis poſſit cumulare
poſſeſſorium retinendæ, etiam ſuſpendendo
petitorium.

308 Aliam † limitationem etiam generalem ad
hanc regulam Bar. poſuit in fi. in interdictis ha
bentibus cauſam annexam proprietatis, ut non
admittatur cumulatio, quam generaliter tradit
Bar. hic tam in rebus corporalibus, quàm in-
corporalibus, & ad ſequentes combinationes
per rationem: quia ſententia lata in petitorio
parat exceptionem rei iudicatæ in poſſeſſorio
quoniam iudicatur ſuper ualiditate ipſius ti-
tuli in utroquè, ut dixit glo. in dicta l. ij. §.
quædam. infra de interdictis, & eſt tex. in l. j.
§. fi. infra de aqua quotidiana & æſtiua.

Sed Alex. hic dicit limitationem procedere
tantum in terminis iſtius combinationis: quan
do primo intentatum fuit petitorium: ſecus in
terminis ſequentis combinationis: quando
prius eſſet intentatum poſſeſſorium, & poſteà
petitorium: quia tunc in iſto primo iuditio
poſſeſſorio fuit actum incidenter de dominio,
unde non prohibetur poſteà ſuper petitorio
principaliter agitari per tex. in l. ſed & ſi ante.
ubi Bar. infra de exceptionib. & ità tenet Anto.
de Butrio in dicto cap. cum dilectus. de cauſ.
poſſeſſio. & propriè. Sed tamen uerior eſt opi-
nio Bar. ut limitatio generaliter procedat:
quia aſſumptum Alex. eſt falſum, quòd in iſtis
interdictis dominium incidenter ueniat, cum
imò in eis principaliter ueritas tituli diſcuita
tur, ut plenè dixi ſupra in j. lectura, & Iaſ. hic
tenet, & etiam in dicta j. lectura.

309 Solùm autem † opinio Alex. poteſt ſuſtineri
in interdictis exhibitoriis habentibus anne-
xam quaſi cauſam proprietatis, in quibus uenit
ratio quaſi proprietatis, non cauſa proprieta-
tis, ut ſi quis petat exhiberi liberum hominem,
uel petat exhiberi filium, & in alijs ſimilibus
interdictis in quibus non poteſt haberi uerum
dominium, & ideò in eis quando intentantur
non eſt neceſſarium quòd titulus allegatus ue-
rificetur, & ſufficit tantummodo quòd allege-
tur, & ſit probabilis præſumptio pro eo, & eſt
generale etiam in omnibus poſſeſſorijs rerum,
in quibus non habetur uerum dominium, ut in
beneficialibus, & etiam in uxore quæ agit poſ-
ſeſſorio ut reſtituatur, ut in cap. porro. de di-
uortiis. & propterea in eis dominium uenit
incidenter deducendo tantummodo titulum,
& non uerificando, ideò in eis poterit proce-
dere diſtinctio Alex. hic an præcedat petito-
rium, & non poſſit cumulare poſſeſſorium ſi
uerò præcedit poſſeſſorium tunc poſſit cumu-
lari petitorium, dicta l. ſed & ſi ante. proban-
do plenè de iure ſuo, & ueritate tituli, & hæc
omnia ſunt de mente Abb. in dicto cap. paſto-
ralis. num. 24.

310 Tertiò colligitur concluſio ex dictis Bar.
quòd † in rebus corporalibus poſſeſſorium re-
tinendæ poteſt cumulari cum petitorio inten-
tato quando actum fuit diuerſis reſpectibus,
dicendo in petitorio condemnari ad reſtituen
dam poſſeſſionem naturalem, & in poſſeſſorio
dicendo conſeruari ſuam poſſeſſionem ciui-
lem: nam in hoc caſu nulla eſt contradictio
actoris, cum utrunquè poſſit eſſe uerum quòd
ille habeat naturalem, & actor ciuilem, dicto
§. qui ad nundinas. & plenè dictum fuit in l. 3.
§. è contrariò. ſupra eodem. quam concluſio-
nem omnes ſequuntur: & nullam habet diffi-
cultatem: ſed ſolùm dubium eſt, quid ſi actor
libello ſimpliciter propoſuit, an uideatur pro-
poſuiſſe pro diuerſis poſſeſſionibus, uel pro ea-
dem Bar. ſuperdicta ſexta lectura glo. argu-
mentatur ab utraquè parte, & poſteà dicit
quòd ſi apparet de ſubiecta materia illa ſer-
uanda eſt. ſed ſi non apparet de ſubiecta ma-
teria uidetur ſentire quòd præſumatur actum
pro eadem poſſeſſione, & ideò ſit neceſſarium
quòd ipſe actor declaret pro qua poſſeſſione
egit, iuxta tex. in l. ſi quis intentione ambi-
gua. de iudi. & l. inter ſtipulantem. §. Stichum
de uerbo. obligationib. quæ poteſtas non tran-
ſit ad hæredes, ut per glo. in dicto. §. Stichum.
311 † Sed tamen Alexand. & ibi Iaſ. & communi-
ter docto. tenent quòd imò ſemper uideatur
actum pro diuerſa poſſeſſione, & Alcia. ibi di-
cebat pro ſola detentatione, cum illa ſufficiat
ad rei uendicationem l. officium. de rei uendi-
catione, & non uideatur plus proponere quàm
ſit neceſſarium, & hanc declarationem facit
lex. per tex. in dicta l. ſi quis intentione ambi-
gua. ibi, quod utilius accipiendum eſt. & ideò
etiam intentando poſſeſſorium præſumatur in-
tentaſſe pro ciuili poſſeſſione, & ſic nulla ſit
contrarietas, & iſtam opinionem ego ſupra
firmaui creando de ea ſeptimam lecturam ex
intentione docto.

Vnde habes ex dictis Bar. hic duas amplia-
tiones, unam ut cumulatio procedat quando
actum fuit diuerſis reſpectibus expreſsè, aliàm
ut cumulatio procedat quando actum fuit ſim-
pliciter: quia præſumitur ſemper diuerſis re-
ſpectibus, nel hoc ſuadeat ſubiecta materia.

312 Quarta † colligitur concluſio Bar. quòd
quando actum fuit pro eadem poſſeſſione ex-
preſsè admittitur cumulatio, ſi intentatum
fuit poſſeſſorium ex noua poſſeſſione nouiter
quæſita: quia propter diuerſitatem temporum
ceſſat contrarietas allegationis actoris, decla-
rando tamen quòd poſt litis conteſtationem
egit poſſeſſorio: nam tunc ex accidenti pote
ceſſare

ceſſare allegatio actoris quòd ſibi reſtituatur poſſeſſio ex petitorio : ſicut ſi poſt litis conteſtationem deſiiſſet reus poſſidere, ut plenè dictum fuit ſuper quarta lectura Bar. quæ eſt quinta glo. & ſic per eam habes aliam ampliationem ad regulam affirmatiuam, quòd cumulatio permittatur ſi actum fuit pro eadem poſſeſſione: ſed tamen ex poſſeſſione noniter quæſita : ſed ſi actum fuiſſet eadem poſſeſſione, & actor ſciret ſe poſſidere, & poſſideret per ſemetipſum, non admitteretur cumulatio: quia intentando petitorium uideretur renuntiaſſe poſſeſſioni, pro ut, dictum fuit ſuper tertia lectura Bar. inſtante contrarietate in allegatione actoris, & ibi ſequuntur communiter docto. per quam concluſionem habes modo ſecundam limitationem ad regulam affirmatiuam, quòd cumulatio non procedit : quando actum fuit pro eadem poſſeſſione, & actor ab initio ſciebat ſe poſſidere per ſemetipſum: quia uidetur renunciaſſe poſſeſſorio.

313 Quinta colligitur concluſio † quòd ubicumque actum eſt pro eadem poſſeſſione in utroque ; & actor ignorabat ſe poſſidere, uel poſſidebat per alium, quòd tunc non uidetur renuntiare poſſeſſioni intentando petitorium per leg. mater. decedens. de inoffi. teſtam. & l. peregre. §. quibus. infra eodem. & ideò cum remaneat poſſeſſorium dubitatur an poſſit cumulari ſtante contrarietate in allegatione actoris. Vnde Bar. diſtinguit. Aut reus confeſſus fuit eum poſſidere, & tunc facit quòd actor in petitorio habet quod petit, & ideò ceſſat, & uidetur ei renuntiatum propter contrarietatem. & ità procedit tertia lectura poſita per glo. & quamuis uideatur habere etiam quod petit in poſſeſſorio, nihilominus durat utilitas quantum ad damna, expenſas, & intereſſe propter turbationem euenientia, l. ſi duo. in fi. infra uti poſſid. & ſequũtur communiter doct. hic & in dicta 3. lectura. Vnde habes 3. limitationem ad regulam affirmatiuam quòd non admittitur ſimulatio quando actum fuit pro eadem poſſeſſione, & reus confeſſus fuit actorem poſſidere. Si uerò euenerit quòd reus negauerit actorem poſſidere, tunc non poteſt amplius allegare quòd actor renuntiauit petitorio: quia ex poſitione negata non poteſt quis ſe fundare per l. cũ de indebito. de probatio. cum aliis ibi adduct. unde tunc utrunque cumulabitur : ſed tamen propter rationem contrarietatis ſuſpendetur petitorium, & procedetur ſuper poſſeſſorio, quo finito iterum procedetur ſuper petitorio, & ità tenuit Bar. ſuper dicta tertia lectura, & ſequuntur communiter doct. hic, & ibi, & dicit eſſe caſum in l. ordinarii. & l. incerti. C. de interdictis. Intelligendo tamen quòd fuerit lis conteſtata in petitorio ut poſſit remanere obligatus quamuis non poſſideat, l. is qui ſe obtulit. in fi. ff. de rei uendica. & utilitas remanebit quòd declarabitur dominus, & obtinere poterit fructus, & partus & ſtipulationem de euictione, & expenſas. l. utique. ff. de rei uendicatio. & dictum fuit ſuper dicta tertia lectura Bar. & licet Iaſ. uellet quòd iudex poſſet eum expellere, tamen non eſt uerum : quia renuntiatio fuit tantum quantum ad poſſeſſionem, & quòd reſtituatur res non autem quantum ad cætera iura.

Similiter procedetur ſuper poſſeſſorio etiam quòd acquiſiuerit poſſeſſionem, & uideatur intus habere quod petit: tamen utilitas remanebit quantum ad damna & expenſas propter turbationem occurrentia, & ut declaretur poſſeſſor ut in alio caſu, & per hanc concluſionem habes aliam ampliationem ad regulam affirmatiuam, quòd quando actum fuit pro eadem poſſeſſione ſi reus negauit admittitur cumulatio cum qualitate tamen ſuſpenſiua.

314 Subdit poſteà Bar. † intellectum ad leg. ordinarii. & l. incerti. C. de interdict. quod procedit quando poſt litem conteſtatam in petitorio intentauit poſſeſſorium, & eum etiam tenuit Tornielius & Ruy. in ſua lectura ponderans multa uerba illius tex. Sed ego ibi tenui contrarium, quòd imò loquuntur ante litis conteſtationem propter uerbum exhibitis mancipiis, & quia hæc quæſtio ſolet plerunque contingere ante litis conteſtationem, ſaluari tamen poteſt Bar. & eius intellectus cumulatiuè non reſtrictiue ut poſſit decidere utrunquè caſum, & ſatis placet.

315 Ex quibus † apparet quod hoc caput eſt aliter ordinandum, quàm fecerint doctor. & quòd conſtituenda eſt regula affirmatiua ſicut in aliis capitibus, & dicendum eſt regulam eſſe, quòd proponens poſſeſſorium retinendæ poſt petitorium admittitur cumulatiuè ut eodem tempore ſuper utroque procedatur, per iſtum tex. qui clariſſimè eam ponit tam in generali dicto, quàm in generali ratione decidendi, ut ſupra plenius probatum fuit.

Ampliatur procedere etiam quòd finitum ſit petitorium, ut in tribus primis intellectibus glo. declarando ut in eis.

Ampliatur etiam procedere in rebus incorporalibus ut per Bar. hic: quia in eis eſt minor contrarietas, ut per Bar. in principio huius combinationis.

Ampliatur procedere quando eſt actum diuerſis reſpectibus, ut in quinta lectura glo.

Ampliatur procedere etiam quòd actum ſit ſimpliciter: quia præſumitur actum diuerſis reſpectibus, ut per Alex. & Iaſ. ſuper quinta lectura Bar. & ego ſupra retuli in ſeptima lectura, & ſic ſemper quando incertum eſt de qua poſſeſſione actum fuerit, ſemper cumulatio procedit. Vnde ſequitur quòd ſecundum communem curſum cauſarum ſemper cumulatio fieri poterit : quoniam rariſſimè euenit niſi ab imperitis aduocatis quòd pro eadem poſſeſſione expreſſè intententur hæc duo remedia.

Ampliatur procedere etiam in cauſa appellationis, ſi iudex in utroque remedio eſt iudex; ut per Abb. in dicto cap. paſtoralis. col. pe.

Ampliatur procedere etiam poſt concluſionem in cauſa: quando interuenit aliqua iuſta cauſa poſita in dicto cap. paſtoralis, in fi.

Ampliatur procedere etiam quòd expreſsè actum fuerit pro eadem poſſeſſione: tamen egit pro poſſeſſione nouiter quæſita ſecundum declarationem poſitam in dicta quarta lectura glo. quæ eſt quinta in ordine.

Ampliatur procedere etiam quòd actum fuerit pro eadem poſſeſſione, ſi actor ignorauit ſe poſſidere, uel poſſidebat per alium & reus poſteà negauit eum poſſidere: quia tunc admittitur cumulatio cum qualitate tamen, quòd ſuſpẽdatur petitorium, & primo cognoſcatur de poſſeſſorio, ut per Bar. hic.

Limitatur non procedere primò: quando partes contendunt quis debet eſſe actor, & quis reus: quia tunc neceſſariò ſuſpenditur petitorium, & proceditur ſuper poſſeſſorio ut cognoſcatur quis eſt actor & reus, ut dixit Bar. hic in principio huius combinationis, ubi latè examinauimus.

Limitatur ſecundò nòn procedere quando actum fuit pro eadem poſſeſſione, & quis ſciebat ſe poſſidere, & poſſidebat per ſemetipſum: quia tunc intentando petitorium uidetur renuntiaſſe poſſeſſioni, ut dictum fuit ſuper tertia lectura glo.

Limitatur non procedere quando actum fuit pro eadem poſſeſſione, & ignorauit ſe poſſidere: tamen reus fatetur eum poſſidere: quia tunc uidetur renuntiatum petitorio, ut declarauit Bar. in eadem 3. lectura, & hic repetiit.

Limitatur quartò non procedere in interdictis habentibus annexam cauſam proprietatis, ut per Bar. hic in fi.

Limitatur non procedere poſt concluſionem in cauſa: arg. tex. in dicto cap. paſtoralis, qui etiam procedit in poſſeſſorio retinendæ, ut declaratum fuit.

Limitatur non procedere quando conſtat notoriè de dominio reo per ius commune, cap. ad decimas. de reſti. ſpoliat. in 6. quòd etiam poteſt habere locum in poſſeſſorio retinendæ: quia eadem ratio militat, & fauorabilius eſt poſſeſſorium recuperandæ quàm retinendæ.

316 Per † quæ apparet quòd regula poſita per iſtum tex. uera eſt generaliter quidquid dixerint docto. & quòd quantum ad eam non eſt differentia in poteſtate cumulandi cum alijs interdictis: ſed ſolùm impedimentum uenit accidẽtaliter in hoc interdicto ſicut in aliis, & cum quæſtio poſſeſſionis & proprietatis ſit diuerſa inter ſe æqualiter in omnibus interdictis admittitur cumulatio ſecundum naturam remediorum, & impedimentum ad cumulationem uenit propter accidens cauſatum ab aſſertione partium, & reducuntur omnes limitationes ad duas, una eſt quando partes contendunt quis debet eſſe actor uel reus, alia eſt; quando propter aliquod accidens actor eſt ſibi contrarius in aſſertione, unde in omnibus exemplis in quibus hæc contrarietas durat impeditur cumulatio, & ſolet contingere quando agitur expreſſè pro eadem poſſeſſione. & quando contingit quòd propter alium accidens, ſi actum fuit pro eadem poſſeſſione quòd ceſſat contrarietas aſſertionis actoris, tunc cumulatio permittitur, & docto. non debebant ex illa apparenti ratione contrarietatis ità ſe turbare ut tot uiolentias traderent ad tex. noſtrum, & ipſimet propter unum errorem offuſcanerunt hunc tex. (qui ut ex prædictis apparet) facilis eſt & clarus generalis in omnibus ſuis partibus & utiliſſimus, quæ bene nota.

317 Secunda eſt combinatio Bar. † quando actor primò intentauit poſſeſſorium, & poſteà petitorium, quæ dicitur eſſe cõtraria præcedenti in modo proponendi: & in effectu: quoniam in præcedenti remedium ordinarium primò proponitur, & poſteà remedium ſummariũ. hic uerò primò proponitur ſummariũ, & poſteà ordinarium, propter quam cauſam Rube. & Fabius hic dubitauerunt an hæc combinatio mereretur ut docto. ſuper ea laborarent, cum uideatur quòd rationabiliter in practica nõ poſſit euenire, & dicunt inutilem eſſe: quia cum poſſeſſorium ſit ſummarium, & petitorium ordinarium, quis poteſt inuenire inſulſus aduocatus, & ignorans, ut ipſe uellit proponẽdo petitoriũ ordinariũ quòd poſt litis cõteſtationem requirit curſum triennii. & ſuſpẽdere poſſeſſorium, quod cum ſit ſummarium per ſex menſes poterit expediri, ut per illud conſequi poſſit rem ipſam, & eam quietè retinere abſquè labore faciendi probationem, cum propter commodum poſſeſſionis omne onus transferatur in aduerſarium, unde uidetur irridendum eſſe potius aduocatum, quam adiuuandum.

Secundò adducunt: quia uidetur quòd ſemper intentando petitorium uideatur renuntiaſſe poſſeſſorio per tex. in cap. primo de reſti. ſpoliat. in quo ſi aduerſario intentante petitorium renuntiatur poſſeſſorio, fortius ſi ipſemet actor intentet uidetur renuntiare, cum ſit leue præiudicium, attento quòd eſt temporalis poſſeſſio: arg. l. j. C. ſi de momenta. poſſeſſio. fuer. appella. & quia poſteà uincendo in petitorio conſequetur rem ex cauſa perpetua in poſſeſſorio, l. qui reſtituere. de rei uendicatio. & l. j. §. fi. C. de aqua quotidia. & æſtiua.

Tertiò adducunt: quia intentans petitorium poſt poſſeſſorium illud ſuſpendendo monſtro ſimilem ſe facit, qui bene in formatus de conſilio Iuriſconſulti in l. is qui deſtinauit. de rei uendicatio. ſciens prudenſquè illud aſpernatur poſtquàm iam pro maiori parte perfecerat.

Quartò adducitur per Fernandum: quia ſi ratio ordinis poſita in dicta l. ordinarii. cum ſimi-

ut ſimilibus non obſtat quando ab initio intentauit petitorium, quaſi errorem corrigens, ſaltem uidetur obſtare poſtquàm illam ſecutus fuit & amplexus, ut non ſit licitum uariare, & turbare ordiuem legalem per tot leges impoſitum. Ideò concluduot hanc combinatioocm rerum inutilem eſſe: ſed penitus eſſe improbabilem, & uериſimilium in practica nunquàm contiogentem.

318 Fernandus uerò tanquàm magis practicus & expertus in iudicijs & cauſis forenſibus dicit eam non eſſe ità ſpernendam, ut arbitrantur iſti, & quòd imò utilitatem magnam habet, ſi eueniat de facto, ut ſi forſam aduocatus propoſuerit poſſeſſorium, & forſan titubet de uictoria in eo proponat petitorium, cum diligentia procuraos citò probare titulum ſuum & dominium in re, ut poſſit apparere quod ius habet in utraquè, & confortabit poſſeſſorium, & præualebit aduerſario propter probationem factam poſteà in petitorio, ut dictum fuit ſuper prima lectura, & omnes ibi notauerũt poſt Bar. qoòd quando probationes ſunt pares, præualet ille qui deduxit dominium, & fortius præualebit ſi diſcutiendo cum aduerſario probauit. Item per poſſeſſorium ſolum conſequitur ipſam poſſeſſionem temporalem, & uincendo poſteà in petitorio confirmabitur poſſeſſio, ut perpetuò apud eum remanſura ſit, & ſi dicatur debebat expedire poſſeſſorium, & ſi uincebat permanere quietus donec aduerſarius peteret & ex. granaretur onere probandi.

Reſpondetur hoc non ſufficere, cum ſi forſam ipſe eſt bene inſtructus de negotio, melius eſt nunc cogere quàm expectare ut poſt mortem ſuam contra ſuos hæredes non inſtructos nec diligentes agatur, quod ſepisſimè ſolent expectare intendentes litigare, uel expectare qoòd ipſe in domo ſua iam ſit occupatus cum uxore, & filijs, ſeu aliquo alio officio ut non poſſit diſcedere à domo, ut dicunt docto. in alio propoſito in dicta auct. qui ſemel. C. quomo & quando iudex. Et ultra ipſum alià eſt utilitas: quia melius eſt ut eodem tempore utranque litem expediat, quàm differre in uaria tempora cum ipſe eadem expenſa de perſona ſua, & in eadem habitatiooe cum eiſdem

319 adoocatis, & eiſdem procuratoribus poterit perficere utraoque litem & ſi uult expectare finem poſſeſſorii duplicabit expenſas, & probatiooes factæ in petitorio facient plenam fidem in utroque iudicio: nec aduerſario recuſante poterit probationes de dominio facere poſſeſſorio propter naturam eius ſummariam, & non poterit ſe reualere in iſtis actis in petitorio: hoc ramen puto uerum eſſe: quando ipſe confidit de uiribus ſuis, & quòd habebit ſcripturas, & teſtes ſufficientes qui poterunt facere probarionem, & differendo poſſent mori, ſi tamen ipſe non haberet inſtrumenta multum conclndentia neque teſtes melius eſſet pro eo cum poſſeſſorio rem ſibi acquirere cum per ſolam poſſesſionem actore concludenter non probante ipſe uinceret, l. res alienas. C. de rei uendicatione, & hoc modo tollitur obiectum quòd inutilis ſit illo modus.

Noo obſtat quòd ſit inſulſum ſuſpendere poſſeſſorium per ordinarium remedium: quia Bar. non dicit de ſuſpenſione: nec potuit dicere: quia oec etiam ipſa permittitur, ut declarant docto. io dito cap. paſtoralis. dicentes illum tex. procedere tantummodo in caſu ſuo: quando petitorium præceſſit: quia ſuſpeudendo illud poſſeſſorium reducitur ad ſuam naturam ut præcedat, quæ ratio non militat, imò eſt contraria: quando per petitorium uellet ſuſpendere poſſeſſorium, & propterea de hac obiectiooe ooo eſt curandum, cum hæc ſuſpenſio non fiet nec fieri poterit, & ideò ſequeretur quòd poterit poſſeſſorium cumulari, etiam poſt concluſionem in cauſa, & oaſcetur utilitas ſi uidebit ſe non bene probaſſe merita poſſeſſorii intentabit cum utilitate petitorium, ne conterat tempos & pecunias.

Non obſtat ſecunda ratio de cap. primò de reſti. ſpoli. quia reſpondet Fernandus, & bene quòd ille tex. loquitur in caſu diuerſo: quando aduerſarius propoſuit poſſeſſoriom, & fecit probationes io eo. & ille paſſus eſt. Nam uidetur receſſiſſe à poſſeſſorio, ſtante hac coniectura uidetur renontiatum, quæ præſumptio non caderet: quando ipſemet preponeret petitorium animo cito ſe expediendi, & confidens de iuribus ſois, & ſi in dicto cap. primo patiens probationes fieri ſuper dominio appoſuiſſet clauſulam, animo ſibi noo præiudicaodi, oon induceretur renuotiario, ut ibi no. docto.

Non obſtat de ratiooe ordiois: quià illa nunquam eſt neceſſaria, quando actor. uult aſſumere onus probandi quocumquè tempore intentetur poſſeſſoriom, & ſic habes quòd aſſumptum utrunquè falſum eſt, & quòd actor poſſit per petitoriũ ſuſpendere poſſeſſorium per glo. expreſſam in dicta clem. prima de reſti. ſpoliato. quia non militat in eo ratio odi ſuper qua fuodatur dictum cap. ſignificauerunt de teſtibus. oequè ſecundum eſt uerum quòd uideatur renuntiaſſe poſſeſſorio.

Quibus † ſic declaratis. Bat. hic proſequitur hanc combinationem conſtituendo tria capita, ut in præcedenti, & primò ſacit regulam, quòd ſi actor primò propoſuit poſſeſſorium adipiſcendæ, & poſteà petitorium, quòd admittetur cumulatio: quia ex natura remediorũ nulla eſt contrarietas: oeque etiam in aſſertione actoris. unde ratio contrarietatis non urget: nequè urget ratio de abſolutoria: quia clarum eſt, quòd abſolutoria lata io poſſeſſorio non parit exceptionem in petitorio, ut eſt tex. io l. & an eandem. §. fi. ff. de exceptio rei indicatæ, & in l. exitus. inf. eodem: nec obſtat ratio duplicitatis: quia hæc remedia tendunt ad di-

uerſa . ut dictum fuit .

Nequè etiam obſtat ratio ordinis: quia tunc habet locum quando partes contendunt quis debet eſſe actor & reus, hic uerò utrunque proponendo fatetur ſe uelle eſſe actorem , & aſſumere onus probandi .

320 Neque † etiam obſtat ratio de electione. quia Bar. intelligit quando hæc remedia intentantur ex cauſis compatibilibus : ſecus autem quando intentarentur ex cauſis incompatibilibus quæ electione tolluntur , dicta l. fi. C. de codicill. quan tamen limitationem declara procedere ut ſupra: quando eſſet appoſita clauſula quòd ualeat ut teſtamentum & ut codicilli . ſed ſi eſſet appoſita clauſula in practica uſitata , ſi non ualet iure teſtamenti ualeat iure codicillorum , tunc intentando poſſeſſorium ex cauſa teſtamenti non uideretur renuntiaſſe codicillis tanquàm illud prius præcedere debeat & cognoſci . unde tunc poſteà poſſet proponere petitorium ex codicillis dummodo hoc faceret gradatim & ſucceſſiuè dicendo, ſi apparebit quòd non ualeat iure teſtamenti peto mihi dari hæreditatem ex codicillis , & tunc admittetur cumulatio & procedetur ſuper utroque , & præualebit quòd erit ualidius .

321 Ampliatur autem † iſta regula utſupra etiam in incorporalibus,& in beneficialibus,& etiam poſt appellationem in poſſeſſorio ut ſupra . Item ampliatur procedere etiam poſt conclusionem in cauſa in poſſeſſorio : quia non reperitur prohibitum , & dictum capitul. paſtoralis . loquitur ſolum quando quis uult proponere poſſeſſorium poſt concluſionem in cauſa in petitorio: quia cum per ſententiam poſſit cauſari præiudicium , melius eſt expectare finem petitorii , quod habet perpetuā cauſam,& ſi dicatur imò fortius deberet impediri per concluſionem in cauſa poſſeſſorii , cum maior certitudo inducatur in petitorio reſpectu ordinis , & ratio ordinis : ſaltem deberet præſtare hoc priuilegium poſſeſſorium , ut poſſet quacunq; hora proponi & reduci ad naturam ſuam Sed reſpondere potes quòd cum petitorium habeat cauſam perpetuam poterit cauſa ita expediri quòd reputabit actor melius eſſe amplius non litigare , cum ſciat ſe non obtenturum ipſam rem uiſi per momentum temporis .

Sed tamen contra dictam regulam uidetur unum obſtare : quia non ſperatur quòd petitorium cumulatum citiùs finiatur quàm poſſeſſorium , cum petitorium ſit ordinarium , & ſemper prius finietur poſſeſſorium , ut nunquàm poſſit abſolutoria cauſare exceptionem rei iudicatæ, ſecundum quod uoluerunt doct. in præcedenti combinatione , limitando l. fundi. & l. fundum. de exceptio. ex mente Bar. Vnde melius eſt dicere quòd ratio de abſolutoria non obſtat: quia propter iſtorum remediorum plenam diuerſitatem nunquàm ſententia in una poteſt cauſare præiudicium in ſecunda .

Limitatur uerò non procedere: quando partes contendunt quis debet eſſe reus , uel actor .

Secundò limitatur non procedere quando intentantur ex cauſis inuicem incōpatibilibus quæ electione tolluntur ut in præcedentibus .

Limitatur non procedere in interdictis habentibus annexam cauſam proprietatis . Alias limitationes ponas per te .

In ſecundò capite de poſſeſſorio recuperan-
322 dæ † Bar. ſimiliter facit regulam affirmatiuam , quòd cumulatio admittitur: quia remedia ſunt ſui natura diuerſa , & per aſſertionem actoria nulla eſt contrarietas : neque obſtant aliæ rationes: quia ſemper tolluntur per rationem poſitam in tex. quòd nihil habet commune poſſeſſio cum proprietate .

Ampliatur hæc concluſio procedere etiam in incorporalibus, & in beneficialibus in cauſa appellationis , utſupra , & etiam poſt concluſionem in cauſa, declarando tamen utſup. quando actor confidit de plenis probationibus ſuis ut cito ſe expediat , & quietus cum familia ſua perpetuò remaneat : ſed ſi non haberet ſufficientes probationes eſſet damnoſum proponere poſt concluſionem in cauſa , niſi cognoſceret ſe non poſſe obtinere in poſſeſſorio , cum ſi ſperaret poſſe . obtinere melius eſt rem ipſam cum poſſeſſorio conſequi , & eam poſſidere transferendo onus probandi in aduerſarium , & cogitare an per legem ſi quis in tantam. C. unde ui poſſet facere quòd iudex pronuntiaret actorem amiſiſſe dominium ſi quod habet , & ità etiam parare ſibi conſeruationem in petitorio .

Limitatur non procedere niſi uterquè prætenderet transferre onus probandi in aduerſarium : quia tunc neceſſariò deberet præcedere poſſeſſorium .

Secundò limitatur niſi renuntiauerit ipſi poſſeſſorio: quia nihil impedit quin poſſit renuntiare dicto cap. j. de reſti. ſpoliato .

Tertiò limitatur in interdictis habentibus annexam cauſam proprietatis .

Quartò limitatur ſecundum Bar. quando actor intentat actionem in rem proteſtando quòd non uult aſſumere onus probandi : quia tunc erit opus finire poſſeſſorium cum aliter non poſſit hoc cognoſci per. l. uis eius . C. de probationi . & ſecundum docto. habita reſtitutione poſſeſſionis per ſententiam interdicti .

Ex quo dicto Bar. multa inferuntur quæ ipſe præſupponit . Primò infertur quòd poſſeſſio uiolenta non releuat ab onere probandi , & limitatur regula. §. commodum. inſti. de interdictis, & l. fi. C. de rei uendicatio. ut non procedat in poſſeſſore uiolento, & per conſequens poſſeſſor uiolentus quamuis ſit reus , tenetur probare : aliàs non poteſt abſolui , & actor ſpoliatus non tenetur probare dominium ; etiam quòd ſit actor. ſed probando ſpolium

obtinet

obtinet in petitorio ſine ulla probatione per l. uis eius. C. de probationi. & l. liberis. §. fi. de lib. cauſ. & hoc eſſe de intentione Bar. conſentiunt omnes.

323 Secundò † præſupponit Bar. quòd ſi actor probauit ſe ſpoliatum ex hoc ſolo obtinebit in petitorio, ut ipſe declaretur dominus perinde ac ſi probaſſet. & itá notant Ang. & Alexander. Sed Iaſ. dicit hoc non eſſe de mente Bar. qui tantummodo dixit quòd obtinebit in petitorio: ſed non expræſſit quòd declarabit dominus ſi non probauit, uel quò ſolùm obtinebit tanquam poſſeſſor ut abſoluatur reus ab inſtantia: quia ipſe non probauit, ideò erit reſeruata illi reo facultas agendi tanquam actor in rei uendicatione, & uidetur applaudere auribus, cum de hoc Bar. non faciat uerbum, tamen puto quòd ſatis colligatur ex mente Bar. qui præſuppponit ex ſola probatione facta, quòd reus uiolenter poſſidens etiam, quòd non ſit reſtitutus obtinebit in petitorio: ergo neceſſe eſt quòd declaretur dominus, cum actor non poſſidens non poſſit obtinere niſi declaretur dominius. & obiecta Iaſo. procederent ſi Bar. uellet reſtitutam eſſe poſſeſſionem actori, tunc ex ſola poſſeſſione poſſet obtinere, & ſufficeret abſolutoria ab inſtantia.

Et ideò Iaſ. ſupra formauit quæſtionem. An agens in poſſeſſorio recuperandæ obtineat in petitorio non facta aliqua probatione, & docto. allegant pro utraque parte, & reſpondent itá quòd articulus redditur diſputabilis. Sed tu diſtingue. Aut tenes opinionem Bar. quòd uiolenta poſſeſſio non releuat ab onere probandi, & tunc aut reſtituta fuit res, & omnino abſoluetur reus quantum ad ipſam rem, tanquam ſit ei ſatisfactum: arg. §. fi. inſti. de perpetuis & temporalib. actio. dominus autem non declarabitur cum illa ſufficere uideatur, ſi uerò poſſeſſio non fuit reſtituta tunc ad hoc ut actor obtinere poſſit, uidetur eſſe neceſſaria ſententia quòd declaretur dominus, quaſi propter uiolentiam inſurgat quædam probatio præſumptiua dominii, ut dicebant docto. in præcedenti combinatione ſenſiſſe Bar. Et ſuccedit una concluſio in practica notabiliſſima quòd ad hoc ut actor obtineat in petitorio, ſufficit quòd probetur uiolentia rei, quæ poterit etiam probari ſine miſtura iudicii poſſeſſorii: quia hæc præſumptio naſcitur, ex hoc ſolo quòd commiſit uiolentiam, & ea probata, non curatur quòd poſſeſſio ſit reſtituta, & uidetur ſatis etiam probari in dicta l. uis eius. ubi tex. non dicit poſſeſſionem eſſe reſtituendam: ſed ſi dolo eſt in poſſeſſione tenetur probare, plus etiam deberet dici quòd omnis poſſeſſio doloſa hoc operaretur, quia in dicta l. liberis. fit mentio de eo qui eſt in poſſeſſione dolo, quòd poteſt contingere ſine uiolentia ex ſola fraude. l. igitur. §. poteſt. ff. de lib. cauſ. Sed reſoluendo omnino teneas contra Bar. in omnibus quòd poſſeſſio uiolenta rei, nec doloſa non releuat actorem ab onere probandi. imò reus ex qualibet poſſeſſione donec etiam habet releuatur ab onere probandi, & ſemper actor ſi uult obtinere debet probare intentionem ſuam per quantitatem, tex. in dicto. §. commodum. inſti. de interdict. & in l. actor. C. de probatio. & l. qui accuſare. C. de edendo & probatur in dicto cap. cum eccleſia. Sutrina. ubi expræſſè hoc tenuit Rip. & in cap. ſæpe. de reſti. ſpoliatorum & in dicto cap. cum eccleſia. ſpoliatos probauit uiolentiam, tamen uincitur in petitorio: quia non probauit præſcriptionem, & reus uiolentus abſoluitur. Idem probat tex. in dicto cap. cum dilectus. in ſui generalitate & in dicto cap. paſtoralis. §. fi. & eſt etiam tex. in l. ſi quis ad ſe fundum. C. ad legem Iuliam de ui: ubi dicitur quòd reſtituuntur iura poſſeſſionis ammiſſæ prædoni, quæ tamen non conſiſtunt in alio niſi in commodo poſſeſſionis, & transferat onus probandi in aduerſarium, & eſt communis opinio & uera, & omninò tenenda.

Et ideò dixit glo. & docto. in dicto cap. paſtoralis. in uerbo intentare, & penul. quòd ſi actor non dominus uult obtinere, debet intentare de nouo conſtitutionem ſi quis in tantam, & petere reum priuari dominio per ſententiam, & ſibi adiudicari.

Fallit in quæſtione ſtatus, in qua diſtinguitur an ſit aduerſarius dolo in poſſeſſione uel ſine dolo, & de ratione dic ut ibi per Bal. & do. Et ſi uerum eſſet quod dicit Bar. ſequeretur etiam quòd ſine uiolentia actor poſſet releuari ab onere probandi ex dolo poſſeſſoris, qui conſideratur in dicta l. liberis. §. finali. unde dicas, quòd ibi uiolentia ipſius ſerui non facit eum eſſe dolo in poſſeſſione libertatis, cum prius dominus per ſuam uiolentiam fuerit in poſſeſſione ſeruitutis, & dolus ibi cum dolo compēſatur. & conſideratur primæuus ſtatus, quod etiã eſt de mente Fabii hic, licèt per diuerſa uerba.

324 Tertiò Bar. præſupponit † quòd ſuſpenſo petitorio procedetur ſuper ſolo poſſeſſorio prius intentato quod non uidetur conuenire huic combinationi. ſed potius quòd impeditur litis ingreſſus in petitorio donec ſit finitum poſſeſſorium, ſi tamen ab initio actor non dixiſſet de hac ſua intentione, & poſt litis conteſtationem in petitorio allegaret, poſſet procedere quòd ſuſpenſo petitorio cognoſceretur ſuper ſolo poſſeſſorio, uidetur enim quòd etiam poſt litis conteſtationem poſſit fieri hæc allegatio ut probatur in dicta leg. ordinarii. in uerbo orta lite, & dicta. leg. incerti. ibi, probationes ab eo. & ibi, orta lite poſſeſſionis. coniuncto cap. ex parte: de uerborum ſignificatione, & ibi deciditur. ut pōderabat Torniellus, ſuper intellectu tex. ſup. in præmiſſis, taliter quòd ſuſpenſio poteſt fieri etiã de petitorio poſteà intẽtato, de poſſeſſorio uerò nunquam admittitur

ſuſpenſio ureretur dictum fuit: quia iure non probatur igitur conſtituas regulam permiſſio nem φ petitorium poteſt cumulari cum poſſeſſorio recuperandæ prius intentato.

Ampliatur procedere in beneficialibus in incorporalibus poſt concluſionem in cauſa ex æquitate, & generaliter & poſt ſententiam in cauſa appellationis.

Limitatur non procedere quando actor contendit ut releuetur ab onere probandi in petitorio: quia tunc oportet prius finire poſſeſſorium & inpedire ingreſſum petitorii uel ſuſpendere, ſi hoc allegaretur poſt litis conteſtationem.

Secundò limitatur in interdictis habentibus cauſam proprietatis, uel quando per electionem eſſet ſublatum petitorium, dicta l. fi. C. de codicillis. Alias limitationes ponas per tentſupra.

In tertio capite Bar. concludit quòd petitorium poteſt cumulari cum poſſeſſorio retinendæ prius intẽtato in rebus incorporalibus: quia nulla eſt contrarietas in allegatione actoris, cum ipſe in utroque iudicio dicat ſe posſidere l. & ſi fortè. §. primo ſi ſerui. uendicet. In rebus uerò corporalibus dicit quòd ſi agitur diuerſis reſpectibus procedet cumulatio, ſi eodem reſpectu non procedet: quando dicit ſe perdidiſſe poſſeſſionem ante litem conteſtatam ſuper poſſeſſorio: quia tunc uidetur renuntiaſſe poſſeſſorio: ſed ſi poſt litis conteſtationem, tunc procedit utrunquè iudicium: quia poſſeſſorium retinendæ datur ei qui litis conteſtatæ tempore posſidebat, ut inſti. de interdict. §. ſed hodie, & infra utrobi. l. prima. ſi uerò dicit ſe amiſiſſe ante intentantum petitorium, & tunc uidetur renuntiaſſe poſſeſſorio propter contrarietatem. Vnde Fernandus hic facit regulam negatiuam in rebus corporalibus quòd non permittitur cumulatio. Fallit quando agitur diuerſis reſpectibus. Fallit quando diceret actor ſe amiſiſſe poſſeſſionem poſt litis conteſtationem. Fallit quando actor poſſidet per alium quia non uidetur renuntiaſſe poſſeſſioni. Fallit quando prætenderet ſe nolle probare in petitorio: quia ratione ordinis præcedere debet poſſeſſorium.

Sed hæc reſolutio non ponit totam materiam, & non ponit caſum dubium quando ſimpliciter intentantur remedia, qui caſus eſt reſolutus quòd permittit cumulationem, & quia frequentius accidit debet omnino pòni.

Item hæc ſua regula eſt contra generalitatem tex. noſtri, qui ſemper loquitur generaliter permittendo cumulationem in deciſione, in ratione, & ratione rationis.

326 Ideò † tu conſtituas regulam permisſiuam contra mentem docto. hic quòd petitorium poteſt cumulari cum poſſeſſorio prius intentato per rationem poſitam in hoc tex. quia nihil habet commune poſſeſſio cum proprietate, & hæc remedia ſunt diuerſa, & ex eorum natura non poteſt impediri cumulatio: ſed ſolum inpeditur propter accidens: quando actor eſt ſibi contrarius in allegationibus ſuis. unde in omnibus caſibus in quibus actor abſtinebit ab iſta allegatione contraria ſemper cumulatio permittetur.

Nec obſtat ratio ordinis: quia ceſſat quando actor conſenſit habere onus probandi, quod in dubio præſumitur, ex quo ante finitum poſſeſſorium intentauit petitorium faciendo ſe actorem, cum ſi expectaſſet finem habuiſſet poſſeſſionem & tanquam reus releuaretur ab onere probandi.

Non obſtat ratio contrarietatis: quia ut dictum eſt, illa non militat ex natura remediorum: ſed ſolum ex allegatione actoris quæ rariſſimè contingere poteſt.

Non obſtat ratio duplicitatis: quia ſemper petitur res diuerſa ut ſepius dictum fuit.

Non obſtat ratio de abſolutoria: quia illa nunquàm impedit, l. exitus. infra eodem.

Ampliatur procedere in beneficialibus, & in incorporalibus, & poſt concluſionem in cauſa, tam ex æquitate quàm de rigore: quia iure non probatur, & poſt ſententiam in cauſa appellationis poſſeſſorii.

Item ampliatur quando agitur diuerſis reſpectibus.

Item etiam quando agitur ſimpliciter: quia præſumitur diuerſis reſpectibus.

Item etiam quando agitur pro eadem poſſeſſione quæ fuit noniter quæſita, & in omnibus caſibus in quibus actor ſe abſtinet ab allegatione contrarii.

Limitatur non procedere: quando actor contendit ſe nolle aſſumere onus probandi, & expreſsè hoc dicit in peti orio: quia tunc adiretur, dicta l. prima. §. inter litigatores. infra uti poſſid. & tunc in effectu differet petitorium poſt ſententiam, & eſſet propoſitio inutilis & inepta, ideò niſi expreſsè dicatur, præſumitur ſemper quòd contentatur habere onus probandi.

Secundò limitatur non procedere: quando agitur pro eadem poſſeſſione quam dixit ſe habere in poſſeſſorio: quia eſt ſibi contrarius, & uidetur renuntiare poſſeſſioni præcedenti, ſi nondum fuit lis conteſtata in poſſeſſorio: ſed ſi fuit lis conteſtata in poſſeſſorio licèt eſſet ſatiſfactum de poſſeſſione petita: tamen durare propter expenſas & intereſſe, dicto. §. ſed hodie. unde eſt limitatio & ampliatio.

Tertiò limitatur non procedere ſuſpenſiuè quia nunquàm poſſeſſorium poteſt ſuſpendi, cum poſſeſſorium ſit ſummarium, & petitorium ordinarium, & ceſſant rationes ſuſpendendi militantes in caſu contrario.

Quartò limitatur non procedere in caſu leg. fi. C. de caducis tollend.

Quin-

Quintò limitatur non procedere in interdictis habentibus annexam cauſam proprietatis, dicta l.ij.§.quædam. infra de interdictis, & etiam in exhibitoriis. l.fi.ff.de tabul.exhibend. & in ſumma habes omnia quæ dicta ſunt in præcedenti combinatione, & ſolùm ſunt tres differentiæ principales. Prima quòd poſt concluſionem in cauſa cumulatio permittitur: quia iure non probatur quamuis æquum eſſet eam prohibere ſecunda quòd in hac non permittitur ſuſpenſio. & ſic tex.in cap. paſtoralis. non habet locum in hac combinatione, & tertia eſt differentia: quia intentando petitorium pendente poſſeſſio uidetur actor inſulſus, cum melius eſſet ex pectare ſententiam in poſſeſſorio, & cum poſſeſſione ſe defendere transferendo onus probandi in aduerſarium, & ſiquidem ſperat obtinere in poſſeſſorio, & non habet probationes concludentes, paratus pro poſſeſſore ſummo opere irridendus eſt, & non adiuuandus. ſed ſi habet probationes concludentes in petitorio, utiliſſima erit hæc intentatio petitorii: quia confortabit poſſeſſorium ut dicebat Fernandus, atquè etiam diminuet expenſas conterendo idem tempus in utroquè remedio, atque conſequetur perpetuam quietem, iuxta leg. j. §. fi. ff.de aqua quotidia & æſtiua.

327 Tertia eſt combinatio † quando ab initio actor proponit petitorium & poſſeſſorium in eodem libello faciendo propriam cumulationem, & in ea Bar. conſtituit tria capita ut in præcedentibus.

Primum caput eſt: quando ſimul, & in eodem libello proponit poſſeſſorium adipiſcendæ & petitorium, in quo Bar. ponit regulam affirmatiuam, quòd permittitur & probatur ultra ipſum in l. j.C. de carbonia edito. & cap. cum dilectus. in ſui generalitate de cauſa poſſeſſio, & proprieta.

Nec obſtat ratio ordinis: quia præſumitur non curare onus probandi.

Non obſtat ratio contrarietatis: quia nulla eſt in remediis: neque in aſſertione actoris.

Non obſtat ratio de abſolutoria: quia nunquam impedit.

Non obſtat ratio ſimplicitatis: quia in his libellis petuntur diuerſa ut ſæpius dictum fuit.

Ampliatur procedere ut in prima combinatione in beneficialibus, in incorporalibus, & ſuſpenſiuè ſi poſteà pœnitentia ductus uellet uſque ad concluſionem in cauſa ſuſpendere petitorium, dicto cap. paſtoralis. quod poteſt etiam procedere hoc caſu: quia reducitur ad ſuam naturam. ſed ſi uellet poſt concluſionem in cauſa non permitteretur, ſicut nec etiam permitteretur ſi uellet ſuſpendere poſſeſſorium.

Et ampliatur procedere etiam in cauſa appellationis, ſi forſam habuit ſententiam contra in poſſeſſorio: nam poterit proſequi cumulationem ipſam cum cauſa appellationis poſſeſſorii.

Limitatur non procedere: quando actor proteſtaretur quòd non uult habere onus probandi, quo caſu ſuſpenderetur petitorium, & procederetur in ſolo poſſeſſorio ex eius intentione: tamen non præſumitur iſte animus niſi hoc expreſſerit in libello, & forſan poſteà non audiretur quaſi renuntiauerit huic ordini.

Limitatur non procedere: quando intentarentur ex cauſis inconpatibilibus: quia tunc, uel non audiretur: arg. l. ubi repugnantia. de reg. iur. uel cogeretur omiſſo uno declarare ſuper quo uellit procedere.

Limitatur non procedere in interdictis habentibus annexam cauſam proprietatis: quãdo Præſumeretur diuerſis remediis expreſsè uteretur, alioqui utrunquè intentaſſe ex eadem cauſa, prò ut iura permittunt, l. ſi quis intentione ambigua.ff.de iudi. Alias limitationes & ampliationes addas ut ſup. ſi cõuenire poſſunt.

328 In ſecundo capite ſimiliter ponit regulam affirmatiuam quòd poſſeſſorium recuperandæ & petitorium eodem libello cumulari poſſunt, & probatur ultra ipſum in cap. cum ſuper. cap. cũ dilectus, & capitulo cũ eccleſia Sutrina. de cauſa poſſeſſio, & proprieta. in ſui generalitate, ubi plus dicitur, quòd etiam ſi non exprimatur in libello nihilominus aliud præſumitur intentatum ſi probationes de utroque factæ fuere, dicto cap. cum eccleſia Sutrina. §. fi.

Non obſtat ratio contrarietatis: quia nulla eſt nequè in remediis: neq; in aſſertione actoris.

Non obſtat ratio ordinis: quia præſumitur uelle ſibi aſſumere ſibi onus probandi niſi proteſtetur.

Non obſtat ratio de abſolutoria: quia nunquàm exceptio rei iudicatæ ex huiuſmodi ſententiis cauſatur.

Non obſtat ratio duplicitatis: quia in petitorio dicit rem ſibi dari tanquàm domino, in poſſeſſorio ſibi dari tanquàm ſpoliato.

Non obſtat ratio electionis: quia non habet locum quando intentatur pro eadem cauſa.

Ampliatur procedere in incorporalibus beneficialibus, & ante litis conteſtationem, & poſt eam uſque ad concluſionem in cauſam, poſt uerò concluſionem ſi mutata uoluntate ipſe uellet ſuſpendere petitorium poſſet, per dictum capitulum paſtoralis, & iterum amplius non audiretur cumulare: ſed ipſum poſſeſſorium nunquàm poſſet ſuſpendi.

Ampliatur procedere etiam quòd agatur eodem reſpectu: quia ceſſat contrarietas in aſſertione actoris.

Ampliatur procedere etiam in cauſa appellationis ſi forſam reus eſſet abſolutus in poſſeſſorio, & appellaſſet: quia poſſet adhuc ſuper utroque procedere.

Item ampliatur procedere ut unica ſententia terminari poſſunt, ſi proceſſus ſunt completi, & tunc poterit euenire quòd actor uincit in poſſeſſorio, & poſteà, uincatur

in petitorio, &in effectu reus in utroque obtinear exceptis expenſis & damnis proprer uiolentiam incurſiis, dicto cap. cum dilectus. & cap. cum eccleſia Sutrina, de cauſ. poſſeſſio. & proprieta.

Limitatur non procedere: quando actor diceret ſe uelle habere onus probandi, & exprimeret iu libello: quia tunc ſuſpenſo petitorio procedetur ſuper ſolo poſſeſſorio propter rationem ordinis, & inutilis efficietur propoſitio petitorij. Sed ſi non expresſiſſet præſumeretur uoluiſſe aſſumere & forſam poſt liris conteſtationem non audiret amplius.

Limitatur non procedere: quando eſſet notorius defectus dominij, dicto capit. ad decimas. de reſti. ſpoliat. in 6. ſi reus opponeret exceptionem, quæ limitatio eriam habet locum in præcedenti capite, & quando eſſer notorius defectus dominii agentis, adhuc etiam impediretur in beneficialibus, per no. in cap. 3. de reſti ſpoliatorum.

Limitatur non procedere in intetdictis habentibus annexam cauſam proprietatis.

329 Tertium eſt capur † in inrerdicto retinendæ, in quo Bar. uult quòd in rebus incorporalibus admittarur cumulatio ab initio, & in rebus corporalibus diſtinguatur, an eodem reſpectu uel diuerſis reſpectibus. Vnde docto. conſtituunt regulam negariuam quòd interdictum retiuendæ non poteſt concurrere ſimul cum petitorio. fallit: quando diuerſis reſpectibus, uel quando reus negaret ſe posſidere: ſed tamen eorum regulæ obſtat generalitas textus noſtri hic. Ideò tu melius per rationem textus noſtri, & deciſionem generalem facias regulam affirmatiuam, quòd permittitur cumulatio, & probatur ſecundum Fabium, & Rubeum & Torniellum in l. ordinarii. & in l. incerti. C. de interdict. qui uolunt dicta iura permittere cumulationem uſque ad litis conteſtationem negando poſſe fieri poſt liris conteſtationem, & ita intelligunt iſtum tex. & omnia alia iura loquenria de præcedenria poſſeſſorii ponderando uerba dictorum iurium, ut dixi ſuper eorum intellectibus. ſed ego ibidem & in præmiſsis dixi iſtorum opiniones non eſſe ueras per iſtum rex. qui loquitur & poſt litis conreſtarionem, & probatur in dicto cap. cum ſuper, & cap. cum dilectus. de cauſa poſſeſſionis, & proprieta. in ſui generalitare. Vnde conſtituas regulam affirmatiuam, quòd permittarur cumulatio per generalitarem iſtius tex. ante liris conteſtarionem, ut in hac combinatione, & poſt liris conreſtationem propter uerbum uendicauit. & non obſtat ratio ordinis: quia præſumitur aſſumere onus probandi, & renuuriare huic ordini.

Non obſtat ratio contrarietatis: quia illa non militat in remediis: nequè etiam militat in aſſertione actoris, niſi quando actum fuit pro eadem poſleſſione in certis caſibus raro contingenribus. Quando enim actor ſe abſtinuit quocunquè modo ab allegatione contraria nunquàm hæc ratio milirat.

Non obſtat ratio de electione: quia diuerſa ſunt remedia.

Non obſtat ratio de abſolutoria: quia nunquam exceptio rei iudicatæ cauſarur impediri ua cumulationis.

Non obſtat ratio duplicitatis: quia legaliter petuntur diueſa. unde ampliatur procedere in incorporalibus & beneficialibus.

Ampliatur procedere etiam ſuſpenſiuè, ſi mutata uoluntate uellet ſuſpendere petirorium: arg. dicti cap. paſtoralis: ſed poſſeſſorium non permitteretur ſuſpendere: quia ſummarium eſt.

Ampliatur procedere uſquè ad concluſionem in cauſa: ſed ſi prius cumularorium eſſet etiam poſt concluſionem in utraque cauſa poſſet procedi: arg. diri cap. cum dilectus.

Irem ampliatur procedere: quando actum fuit diuerſis reſpectibus: arg. dictorum in quinta lectura glo.

Ampliatur procedere etiam quòd ſimpliciter actum fuir: quia præſumitur actum diuerſis reſpectibus: arg. eorum quæ dixi in 7. lectura docto.

Ampliatur procedere etiam quando actum fuir pro eadem poſſeſſione, & reus negauit actorem posſidere, per ea quæ, dicta ſunt in in prima, & ſequenda combinatione.

Limitatur non procedere quando actor in libello reſeruarer ſibi facultatem quòd non teneretur probare: quia tunc ſuſpenſo petitorio procederetur ſuper ſolo poſſeſſorio proprer rarionem ordinis: ſed tamen niſi reſeruaret non præſumeretur, quaſi proponendo perirorio m fateatur uelle ſeruare naturam ipſius, & forſam poſt litis conreſtationem non audiretur mutando,

Limitatur non procedere: quando notoriè conſtar de dominio rei de iure communi, dicto cap. ad decimas. de reſtiturio. ſpoliato. quia tunc ſuſpenſo poſſeſſorio procederetur ſuper ſolo poſſeſſorio, ſeu repelleretur in poſſeſſorio.

Limitatur non procedere in interdictis habentibus annexam cauſam proprietatis: quando expreſsè hæc duo remedia ſeparata proponeret: ſecus ſi ſimpliciter: quia tunc præſumeretur ſolùm poſſeſſorium intentare, & procederetur ſuper eo tantum, dicta l. 3. §. hæc autem. de itinere actuque pri.

Limitatur in caſu l. final. C. de codici.

Limitatur non procedere: quando ageretur eiſdem reſpectibus, & reus fateretur eum posſidere: quia uideretur renuntiatum poſſeſſorio & procederetur ſuper ſolo petitorio.

Ex quibus habes confirmatam opinionem petri coniungendo omnes dictas combinationes & regulas. & apparebit quòd regula eſt generaliſſima quòd omne poſſeſſorium &

perito-

petitorium cumulari poteſt, ſiue in eodem libello utrunquè proponatur, ſiue primò petitorium, & poſteà poſſeſſorium, ſiue primò poſſeſſorium & poſteà petitorium propter illam rationem: quia nihil habet commune poſſeſſio cum proprietate, & ideò ex natura remediorum nulla ratio impeditiua cumulationis poteſt obſtare, ſolùm autem impedimentum poteſt euenire propter aliquod accidens, ut quia extendat uterquè uelle reſeruari ab onere probandi; uel quià ſubiecta ſunt incompatibilia, uel quia actor ex accidenti apponit allegationes contrarias, qui tres caſus ex accidenti recipiunt aliqua diuerſa exempla per quæ cauſantur multæ limitationes, tamen in effectu non ſunt dictę tres per uaria exempla declaratæ, & in reliqnis poſteà remanet poteſtas ampliſsima cumulandi in omnibus dictis interdictis, quod bene nota pro auferendis inuolutionibus quæ in hac materia multæ ſunt.

331 Dubitat † poſteà Fernandus, quid ſi quis cumulauit in caſibus prohibitis, an procedant indicia parte non apponente, uel potius requiratur exceptio partis, & reſpondet quòd iudex poterit interrogare, & cogetur reſpondere, & eligere per legem quod in hæredem §. eligere. ff. de tributo. ſed tu allega tex. in terminis in dicto cap. paſtoralis. in prin. ubi no. Abb. & alij, & tunc facta electione ſuperſedebitur, ſuper alio tamen poterit ſi eligit petitorium poſteà uariare, & ſuſpendere illud proſequendo poſſeſſorium: ſed non è contrà ut ſupra dixi, & ſi ſuccumbet in poſſeſſorio poterit ſemper reuerti ad petitorium dicta l. ordinarii. & l. incerti, & l. exitus. inf. eodem. ſed ſi ſuccumbet in petitorio, oportebit diſtinguere quomodo reus fuit abſolutus, ut in prima lectura dictum fuit, cum ſi eſt iudicatus dominus per exceptionem dominii diſcuſsi impedietur intentare omne poſſeſſorium, & ſi fuit abſolutus à petitis denegabitur interdictum adipiſcendæ, & omne interdictum in beneficialibus: quia inducitur exceptio defectus tituli, qui neceſſarius eſt ſaltem præſumptiuè, ut diximus in prima lectura, quæ repetit hic Fernandus. ſed ibi tu poteris uidere. In interdicto retinendæ, ſi ageret eodem reſpectu eſſet expreſſa contrarietas: nec poteſt excuſare quòd ignoraret ſe poſsidere dicendo ſe poſsidere in interdicto: nec agatur pro noua poſſeſsione, ſi eodem libello cumulantur, ideò præſumentur renuntiare poſſeſsioni ſi per ipſum detineat: ſecus ſi per alium: quia tunc audietur in utroque ſecundum diſtinctionem præcedentem. Et hæc ſufficiant de hoc primo capite: quando unus & idem utrunque propoſuit, uel ſimul, uel ſucceſsiuè.

332 Sequitur ſecundus particulus iſtarum combinationum, in quo determinatur quid iuris ſit quando actor proponit unum remedium, & reus proponit aliud: & iſte caſus frequentiſsimè contingit in practica, & in eo requiritur alia conſideratio: quoniam in interdicto recuperandæ & adipiſcendæ eſt contrarietas regulariter: quia actor dicit aduerſarium poſsidere, & reus dicit actorem poſsidere. ſed in interdicto uti poſsidetis eſt totum contrarium: quia regulariter ceſſat contrarietas: quoniam actor in petitorio dicit reum poſsidere: & ipſe reus conſenſit: & tanquàm poſſeſſor intentat interdictum retinendæ unde caput de interdicto retinendæ redditur facile, & caput de interdicto recuperandæ & adipiſcendæ redditur difficile propter contrarietatem allegationum. unde oportet ad euitandam hanc contrarietatem conſiderare an agatur diuerſis reſpectibus, ſicut dictum fuit ſupra in præcedenti articulo de interdicto retinendæ, & ſi agitur pro eadem poſſeſſione an ſit poſſeſſor ex cauſa antiqua uel noua, & an ignoret, uel ſciat ſe poſsidere.

Quarta igitur eſt combinatio: quando actor primò propoſuit petitorium, & poſteà reus conuentus propoſuit poſſeſſorium, in qua Bartol. conſtituit tria capita pro ut in aliis combinationibus: ſed incipit ab interdicto recuperandæ: quia maiorem habet difficultatem.

333 Primum igitur caput eſt † quando actor propoſuit petitorium dicens reum poſsidere, & condemnari ad reſtituendum, ipſe uerò reus poſteà intentauit poſſeſſorium recuperandæ dicens ſe ſpoliatum ab actore, & eum teneri illam rem reſtituere, & ſic ſunt contrarii, cum actor dicat reum poſsidere, & reus dicat ſe ſpoliatum, & actorem poſsidere, in quo themate eſt neceſſarium quòd ipſe actor ſpoliauerit reum, quæ ſpoliatio poteſt eſſe facta poſt petitorium inceptum durante lite, & poteſt etiam eſſe facta ante petitorium inceptum. Et ideò Bartol. ponit duos principales caſus, unus eſt, quando actor ſpoliauit reum durante lite, & tunc dicit ipſe quòd indiſtinctè admittitur cumulatio, & proceditur ſuper utroquè, per textum in leg. ſi conſtiterit. C. finium regundorum. ubi aliquis prætendebat confinia non eſſe bona, & debere poni in parte poſſeſſa à uicino. unde egit actione finium regundorum, ut confinia in fundo uicini ponerentur, poſteà durante lite occupauit totam illam partem quam petebat includi in confinibus per uiolentiam deciditur in illo tex. quòd iſte occupator & arreptor alieni non tantum amittit malè petita: ſed etiam ſi eſt ſuperatus tenetur tantundem reſtituere quantum abſtulit. dum ergo tex. dicit malè petita, & quòd arreptor fuit ſuperatus, præſupponitur quòd fuit proceſſum in petitorio, & quòd actor uictus fuit in eo, & etiam hoc præſupponitur in illo uerbo quòd

malè petebat. & dum poſteà dicit quòd tenetur tantuudens reſtituere, demonſtratur quòd actum etiam fuit poſſeſſorio, per quod ad ſimilitudinem l. ſi quis in tã. tam amittit rem ipſam, ſi dominus eſt, uel ſi non eſt dominus tantundẽ reſtituit, & ſic apparet quòd ibi proceſſum fuit ſuper utroq; tã ſuper petitorio, ex eo: quia ſuperatus fuit, quàm ſuper poſſeſſorio, ex eo: quia eſt condemnatus ad tantundem, & tenetur reſtituere, & cumulatio proceſsit: quia ibi nou dicitur quòd primo actum fuit petitorio uel poſſeſſorio, ſed utrunque caſum eiſdem uerbis complectitur & decidit.

Secundò poſteà ſubdit Bar. poteſt eſſe quòd reus fuit ſpoliatus ante petitorium incæptum, unde quando actor conuenit eum dicendo eum poſsidere, & ipſe reus poſteà dicendo actorem poſsidere, de directo contrariatur libello actoris. unde dubium eſt an poſsit admitti cumulatio, ideò oportet recurrere ad diſtinctionem quæ poſita fuit ſupra in interdicto retinendæ, an intentauit interdictum pro diuerſa poſſeſsioue, nel nterque intentauit ſimpliciter, quo caſu præſumuntur intentaſſe diuerſis reſpectibus, & an ipſe ignorauit poſsidere, uel ſciuerit, & an poſsideat per ſemetipſum, uel per alium. ideò Bar. dicit aut actum fuit diuerſis reſpectibus: quia actor dicit reum detinere & ciuiliter poſsidere, reus uerò dicit actorem poſsidere naturaliter quam per uiolentiam abſtulit ſolam, iux. glo. in l. prima circa medium. C. uti poſsid. & tunc admittitur cumulatio: quia utrunquè poteſt eſſe uerum, quòd reus ciuiliter poſsideat & detineat, & actor habeat naturalem poſſeſsionem & nulla eſt contrarietas. unde procedit cumulatio ſicut dictum fuit de interdicto retinendæ ſuper quinta lectura glo. Si uerò actum fuit eodem reſpectu, & tunc eſt plena contradictio: quia actor dicit eum poſsidere, & tunc dicit actorem poſsidere, & negat ſe poſsidere & in hoc caſu Bar. dicit quòd ſi poſſeſſorium fuit intentatum ante conteſtationem litis, in petitorio non poteſt fieri cumulatio duplici ratione. Primò: quia ſi negat uelle ſe poſsidere amplius non tenetur reſpondere petitorio l. fi. ff. de rei uendicatio. Secundò etiam: quia poſſeſſorium eſt priuilegiatum ut ante omnia de eo cognoſcatur. l. ſi quis ad ſe fundum. C. ad leg. Iul. de ui, & l. prima. C. ſi per uim uel alio modo. Ideò ſuperſedebitur in petitorio, & expectabitur finis poſſeſſorij. ut apparere poſsit an reus poſsideat & poſsit conueniri, au uerò non poſsideat, & non teneatur reſpondere in eo, per l. an, & ſi actor. ff. de rei uendicatio. Et addit Bar. quòd hæc concluſio procedit etiam ſi reus interrogatus dixiſſet ſe poſsidere: quia ante litis conteſtationem poteſt negare & uariare, & liberare ſe à lite, lege is qui ſe obtulit. in fi. ff. de rei uendicatio. Sin autem poſſeſſorium fuit propoſitum poſt litis conteſtationem in petitorio, & tunc Bar. dicit, ſi reus fuit interrogatus an poſsideat, & reſponderit ſe poſsidere, & durauerit in reſpouſione uſque ad conteſtationem litis, quo caſu ſe obligauit dicta l. is qui ſe obtulit. in principiò. ideò ſi poſteà proponat poſſeſſorium dicendo actorem habere eandem poſſeſsionem eſt ſibi contrarius, & non auditur per l. j. C. de fur. ideò ſuper ſolo petitorio procedetur.

Sed ſi non fuit interrogatus, & poſt litis conteſtationem proponat poſſeſſorium, tunc non poteſt repelli tanquàm ſit contrarius: quia nihil dixit cum non ſit interrogatus, unde procedetur ſuper poſſeſſorio, cum nulla ſit contrarietas in ipſo: nec poterit allegare prerogatiuam poſſeſſorii ſuſpendendo petitorium: quia hæc exceptio eſt dilactoria, & non poteſt opponi poſt litis conteſtationem, l. ſi C. de exceptionibus & l. exceptio. C. de probationibus. propterea procedetur ſuper utroquè, & ſi ipſe obtinebat in poſſeſſorio prius recuperata poſſeſsione, poterit poſteà in petitorio condemnari ad reſtituendum, cap. cum eccl. Sutrina de cauſa poſſeſsionis & proprietaris, & ſi petitorium prius finiet, actor poterit declarari dominus, & reus abſoluetur poſteà à reſtitutione: quia non poſsidet, ut dixit glo. infra de exceptio. rei iudicatæ in l. ſi à te. §. primo in uerſi. uel die tertio. poterit tamen etiam condemnari ad fructus, & expenſas, & cetera leg. utiquè. ff. de rei uendicatio, & in effectu ponit regulam cum fallentiis.

334 Regula eſt † quòd poſſeſſorium recuperandæ poteſt cumulari cum petitorio intentato, ſiue agatur pro poſſeſsione oblata pendente petitorio ſiue pro uiolentia illata ante petitorium incæptum ſi actum fuit diuerſis reſpectibus.

Ampliatur procedere etiam quamuis Bar. non dicat ſi actum fuit ſimpliciter.

Item ampliatur procedere etiam quòd actum fuit pro eadem poſſeſsione, & poſt litis conteſtationem intentatum fuit poſſeſſorium: quando reus non fuerat interrogatus.

Limitatur uerò non procedere: quando reus fuit interrogatus & dixit ſe poſsidere, & poſt litis conteſtationem propoſuit poſſeſſorium.

Secundò limitatur non procedere: quando actum fuit pro eadem poſſeſsione ante litis conteſtationem propter prærogatiuam poſſeſſorij, & proceditur ſuper eo ſolo dilato petitorio, ut hic per eum.

Ex cuius dictis colliguntur aliquæ concluſiones. Prima eſt concluſio, quòd quando actor intentat rei uendicationem, & reus intentat poſſeſſorium recuperandæ pro uidentia illata poſt petitorium incæptum admittitur cumulatio, & proceditur ſuper utroque. per l. ſi conſtiterit.

C.finium

C. finium reg. declarando ut ſupra: quia ſi agitur diuerſis reſpectibus omninò ceſſat contrarietas. ſi agitur eodem reſpectu adhuc ceſſat cõtrarietas propter diuerſitatem temporis: quia utrunque eſt uerum quòd reus poſſidebat, & nunc actor poſſidet, & ſequuntur communiter doctores ſecundum Alexand. hic: & conueniunt omnes in hoc quòd admittatur cumulatio.

335 Sed † unum aliud præſupponunt. Bar. uelle quòd non poſſet intentans poſſeſſorium ſuſpendere petitorium, & in hoc eſt contradictio multorum: quia imò uidetur quòd poſſit ſuſpendi petitorium petente parte, & procedi ſuper ſolo poſſeſſorio. Vnde in hoc Areti. Rube. Fab. & Fernandus tenent contra Bar. quòd imò non admittatur cumulatio ſi petatur ſuſpenſio petitorii. & primò adducitur doctrina eiuſdẽ Bar. in ſuo caſu tertio dum dixit reum intentantem poſſeſſorium poſſe ſuſpendere poſſeſſorium propter prærogatiuam eiuſdem, ſi igitur tunc impeditur cumulatio: ergo fortius quando pendente iudicio facta fuit ſpoliatio: quia odioſior eſt cum offendat iudicem, & partem. Et ideò iudex ex officioſo ſuo poteſt dictã poſſeſſionem reſtituere ad priſtinum ſicut cætera attentata cap. penul. & fi. extra. ut lit. pend. Reſpondebat tamen quòd quando poſt litem fuit facta ſpoliatio, non uitiatur ipſa lis quæ legitimè facta fuit, quando uerò ſpoliatio fuit facta ante litem motam, petitorium non fuit legitimè intentatum: quia reus non poſſidebat: quia debilius eſt. Iaſ. uerò dicit quòd Areti. non bene probat ſuum aſſumptum. Vnde ipſe illud confirmat per dictam legem ſi conſtiterit quæ uoluit quòd teneatur reſtituere tantundem, quæ etiam confirmatio non concludit, cum in alia ſpoliatione habeat locum lex ſiquis in tantam. C. unde ui. Item non tollit poſteà reſponſionem eiuſdem Areti. unde tu dicas quòd illa reſponſio nihil ualet: quia etiam petitorium intentatur legitimè contra non poſſidentem, ſi ſe offerat liti ſcienter, dicta l. is qui ſe obtulit. Item Bar. præſupponit quòd ſit actum diuerſis reſpectibus in hac concluſione, & in illa eodem reſpectu. Ideò tu potes reſpondere quòd tollitur contrarietas Bart. conſiderando diuerſis reſpectibus, uel eodem reſpectu: quia ibi petitorium corruit reo negante ſe poſſidere, hic uerò durare poteſt.

Secundò poteſt reſponderi fatendo contrarium quòd imò poteſt iſte proponens poſſeſſorium ſuſpendere petitorium, nec Bar. hoc negauit, ſolũ enim dixit quòd cumulatio permittitur, & actor propter ſuum petitorium non poteſt impedire concurſum, & ipſe reus etiam propter contrarietatem non poteſt impediri proponere, & cumulare poſſeſſorium. ſed tamen quòd non poſſet ſuſpendere petitorium expreſſè reus hoc dixit, non negauit Bartol. & probatur per text. in clem. prima. de cauſa poſſeſſionis, & proprietatis ibi, ſuſpenſo petitorio, uel à ſe, uel ab aduerſario intentato, & facit tex. in cap. ex conquæſtione. de reſtitutione ſpoliatorum, & hæc uidetur eſſe opinio tutior, prout confirmabitur ſuper quinta concluſione Bar. & in tertio caſu: neq; etiam conſentientibus partibus poterat fieri cumulatio, quoniam per negationem reus abſtulerat primum principium rei uẽdicationis, quod eſt quòd actor poſſideat, l. j. C. de alienatio. iudic. muta. cau. facta. Ideò ut poſſit uerificari oportet expectare finem poſſeſſorii, l. inter litigantes. ff. de iudi.

336 Secundò pro concluſione Bar. adducitur † quòd dicta l. ſi conſtiterit. probat eius opinionem: quia ibi illa uiolentia erat facta in parte rei, nõ autem in tota ut patet ibi, dum dicitur tantum agri modum quantum adimere tentauit amittat. unde uidetur quòd ſi uiolẽtia eſt facta pro parte admittatur cumulatio, dicta l. ſi conſtiterit, ſed ubicunquè eſt facta in totum, tunc poſſit fieri ſuſpenſio ut in tertio dicto, & ſic ſaluatur à contrarietate. Sed reſpondet Iaſon quòd poteſt tolli hæc conſideratio per legem quæ de tota. cum ſimilibus de rei uendi. & cap. paſtoralis. de officio delegati.

Sed tu dicas quòd imò dicta l. ſi conſtiterit. loquitur quando eſt facta uiolentia de tota re petita: quoniam ibi actio finium regundorum non erat intentata pro toto fundo: ſed tantummodo pro certa parte: quam partem ipſe per uiolentiam abſtulit unde loquitur generaliter: quando ſpoliatio eſt facta de tota re petita, & tamen ibi admittitur cumulatio ſine ſuſpenſione, & per conſequens obſtat quod ipſe dixit in tertiò dicto. Et ideò adhuc contrarium dicitur uigere.

Tertiò contra Bar. quòd imò poſſit admitti ſuſpenſio facit: quia actor ſpolians uidetur renuntiare petitorio, ſicut actor ſpolians uidetur renuntiare appellationi, glo. in cap. non ſolũ. de appellatio. in 6. Inno. in cap. ex parte. de præſcriptio. quem refert Bal. in l. præſcriptione. col. 10. C. ſi contra ius uel utilit. publi. & eſt ratio: quia propria auctoritate ſibi ius dixit ſpreto iudice qui eum non audiet durante poſſeſſorio. Item actus contrarius litis pendentis inducit deſtitutionem litis, l. ſi filius. ſup. de minoribus. Sed defendendo Bar. potes reſpondere quòd facilius renuntiatur appellationi, & reſtitutioni, quàm liti principali, ut patet ex dictis in tertia lectura iunctis no. in dicta l. ſi filius. & cap. ſolicitudinem. de appellatio. maximè: quia ſpoliatio de directo non tollit rei uendicationem, cum in ea fiant probationes de proprietate, & probatur in dicta l. ſi conſtituerit, tamen hæc reſponſio confunditur per capitulum primum. de reſti. ſpoliator. ubi generaliter actus contrarius inducit renunciationem. Vnde ſecundò reſpondetur quòd illa iura loquuntur quando fit actus contrarius

in iudicio, hic autem actus contrarius erat factus extra iudicium, & non pertinebat ad litē. Tamen replicatur: quia imò actus contrarius fuit in lite, cum ipſe dixerit aduerſarium poſſidere, & poſteà ipſe in poſſeſſorio demonſtratur poſſidere, unde cōtradictio adhuc ſubſiſtit.

Quartò adducitur quòd imò fiat ſuſpenſio: quia ratione contrarietatis uidetur quòd ſe inuicem excludant, & ſtante contrarietate præualeat poſſeſſorium. Reſpondetur quòd quando actum fuit diuerſis poſſeſſionibus contrarium non obſtat, & Bar. hic in hoc primò dicto uidetur loqui quando actum fuit diuerſis poſſeſſionibus, quæ tamen reſponſio confundi tur per dictam legem. ſi conſtiterit. quæ ſimpliciter loquitur, etiam quòd ſit actum, & comprehendit caſum quando actum fuit eodem reſpectu, & ſi dicatur ſuſpenſio non poteſt fieri ad inſtantiam aduerſarii: ſed tantummodo ad inſtantiam intentantis petitorium. reſpondetur quòd imò etiam ſit ad inſtantiam intentantis poſſeſſorium per dictam clementinam primā.

Quintò adducitur per Fernand. rex. in lege ſinautem. §. primo. ff. de rei uendica. ubi qui deſiit poſſidere pendente iudicio abſoluendus eſt: ergo etiam in hoc indicio rei uendicationis non procedetur. Sed tu reſponde, ſi adhuc detinet uel habet unam poſſeſſionem, ceſſat contrarium, ſi pro eadem poſſeſſione tunc licèt ſit abſoluendus à re, tamen durat lis poſteà circa fructus, l. utiquè. ff. de rei uendicatione. Sed hæc reſponſio non tollit contrarium quòd generaliter poſſeſſorium habet priuilegium ut ante omnia cognoſcatur: quia ante omnia eſt ſpoliatus reſtituendus, dicta l. ſi quis ad ſe fundum, & dicta l. j. C. ſi per uim uel alio modo. & cap. in literis. de reſtitutione ſpoliatorum. quæ generaliter dicunt quòd ſemper ſpoliatus ante omnia ſit reſtituendus, & non poteſt impediri per aliud iudicium.

Sextò adducitur tex. in cap. primo. de reſti. ſpoliato. in 6. ibi, ſed in ciuilibus. ubi ſuſpenditur petitorium propter ſpolium lite pendente. Sed reſponde quòd ille tex. procedit petente eo qui proponit poſſeſſorium, hic uerò non petebat, & Bar. non negat quin inſtante eo debeat ſuſpendi petitorium, & ſolum dicit quòd ex natura remediorum admittitur cumulatio.

338 Quæ ſolutio non uidetur de mente Bar. quia ipſe tantummodo in illo tertio caſu uoluit poſſeſſorium præualere, & ità intelligunt doctores, & ipſe ſentit in fin. caſu. unde obſtat contrarium.

Septimò adducitur tex. in clem. prima. de cauſa poſſeſſio. & proprieta. ibi, à quocunquè litigante facta in odium ſpoliantis. primo terminatur poſſeſſorium ſuſpenſo petitorio.

Sed reſpondent docto. infra quòd ille tex. loquitur de iure canonico: ſecus autem eſt de iure ciuili, ſicut ipſemet etiam uoluit quòd capitulum paſtoralis. procederet tantummodo de iure canonico. Quæ tamen ſolutio non eſt tuta, ex eo: quia non debemus conſtituere differentiam inter ius ciuile, & ius canonicum, & quando habemus deciſionem claram de iure canonico, ſtamus ei ſi ius ciuile non contradicit, capitulo primo, & ſecundo. extra de noui operis nunciatio.

337 Quare † uidetur tutiorem eſſe opinionem contra Bar. hic quòd imò poſſeſſorium propoſitum poſſit ſuſpendere petitorium: quando intentans illud hoc petiit. non enim ipſo iure ſuſpenditur: ſed tantummodo inſtante parte, di clem. prima. de cauſa poſſeſſio. & proprieta. & facit tex. qui loquitur etiam de iure ciuili ſicut etiam, & cap. paſtoralis. ut declaraui ſupra, & ſemper uiget illa ratio quòd ſpoliatus ante omnia debet reſtitui, & quòd ſpoliatus non tenetur reſpondere in aliquo ipſi ſpolianti, cap. item ſi quis. de reſtitutione ſpoliator. & cap. ſi. de ordin. cognitionum, & reſtringere illa iura tantummodo ad caſum quando poſſeſſorium fuit propoſitum ab eo qui intentauit petitorium, & non ab aduerſario, eſt uiolare literam, & non adducere rationem diuerſitatis. Si enim ipſe proponens petitorium poteſt illud ſuſpendere in præiudicium iuris quæſiti reo contra auctenticam qui ſemel. C. quomodo, & quando iudex, & contra regulam quod quis non poteſt uariare poſt litis conteſtationem, ut dictum fuit ſupra, eodem modo ſi aduerſarius proponit, uidetur quòd debeat durare priuilegium quòd poſſit quandocunque fieri ſuſpenſio uſque ad concluſionem in cauſa, & faciunt ea quæ infra dicemus in quinta concluſione Bar. & ideò reſtringe hanc primam concluſionem Bar. ut procedat non petente parte ſed parte petente fiet ſuſpenſio petitorii, cum poſſeſſorium reducitur ad propriam naturam ut præcedat: argum. legis ſi unus. §. pactus ne peteret. ff. de pact.

Nec obſtat tex. in l. ſi conſtiterit: quia ille tex. non negat quin poſſit fieri ſuſpenſio, ſolum enim præſuppouit quòd actum fuit ſuper utroque: tamen non negat quin parte petente potuiſſet ſuper ſolo poſſeſſorio procedi. & tex. ille ſimpliciter loquens declaratur per leges magis ſpecialiter loquentes: argu. no. in l. ſciendum. ff. qui ſatiſda. cogantur.

Secunda eſt concluſio quòd † quando ſpoliatio fuit facta ante intentatum petitorium, & actor egit rei uendicatione pro detentatione, uel poſſeſſione ciuili, & reus propoſuit poſſeſſorium pro poſſeſſione naturali, quòd tunc admittitur cumulatio: quia nulla eſt cōtrarietas, ſicut etiam in poſſeſſorio retinendæ, in præcedenti articulo dixit glo. noſtra hic in quinta lectura, & ſic colligitur una extenſio ad iſtum tex. qui loquitur de interdicto retinendæ, ut habeat locum etiam in interdicto recuperandæ: quando contingit illa contradictio, & ſequitur Ro. Ang. Alex. & communiter docto. quantum ad

cumu-

cumulationem.

339 Sed † quantum ad ſuſpenſionem eſt dubitatio, & Raph. & Iacob. Puteus tenent quod per poſſeſſorium quis poſsit ſuſpendere petitorium & dicunt Bar. erraſſe: quia interdictum recuperandæ eſt priuilegiatum generaliter, ut ante omnia ſpoliatus debet reſtitui, & non teneatur reſpondere in petitorio, per dicta iura, & cap. fi. de ordin. cognitio. & capi. ex conqueſtione. de reſti. ſpoliato.

Reſpondebat Iaſ. quòd cauſa poſſeſsionis eſt priuilegiata reſpectu uiolentiæ pro eadem poſſeſsione illatæ, non autem pro alia poſſeſsione, quæ reſponſiu nihil eſt. quia oportet quòd pro illa poſſeſsione uiolenta prius cognoſcatur, quę ablata fuit, & ſemper militat generaliter ratio ſpolii, & dicta iura generaliter loquuntur, & ſicut in capitulo paſtoralis, non fit hæc differentia una agatur diuerſis reſpectibus, uel proeadem poſſeſsione, ità nec etiam in hoc caſu contrario debet fieri hæc differentia. unde ſtat obiectio.

Secundò Raphael adducit: quia ſi admitteretur concurſus petitorii, & poſſeſſorii, periret poſſeſſorium cùm agitaretur quæſtio de proprietate: arg. cap. primi. de reſti. ſpoliatorum. Reſpondet Iaſ. quòd ex quo iudicium petitorium eſt ordinarium, & poſſeſſorium momentaneum. l. momentaneæ. C. qui legitimam perſonam. & ſic eſt ſummarium, & in eo ſummariè proceditur l. iij. §. ibidem. cum glo. ff. ad exhibend. non eſt ueriſimile, imò quaſi impoſſibile quòd ſententia poſsit ferri in petitorio, imò nec probationes, ut declarat Bar. ſupr. in prima combinatione in prin.

Sed hæc reſponſio non tollit contrariũ: quia in dicto cap. primo non erat lata ſententia: ſed tantummodo poſt litis conteſtationem producti erant articuli, & examinabantur teſtes, ideò etiam in hoc caſu uideretur facere præiudiciũ poſſeſſorio. Vnde tu potes reſpondere quòd ibi eſt caſus contrarius qui ponitur in ſequenti cõbinatione: tamen per hoc non eſt ſublatum fundamentum quòd cauſa ſpolii generaliter eſt priuilegiata, & omnia iura permiſsiua ſuſpenſionis generaliter procedunt, ut comprehendant etiam iſtum caſum.

Tertiò adducit Areti. quòd uoluit Bar. infr. in tertio dicto. ſed ipſemet poſteà dedit reſpõſum quòd in tertiò dicto petitorium erat nullum, hic uerò petitorium erat ualidum: quia uerè reus poſsidebat: tamen hæc reſponſio non eſt tuta per ea, quæ dicta ſunt in præcedentib. & ſic ſtat exemplum.

Quartò adducit Fabius: quia non reperitur caſus quo poſsit agi diuerſis reſpectibus quin ſuſpicetur ſe poſſe repelli, ut ſi emphyteuta naturalis ſpoliatur caret etiam ciuili. Sed ipſe decipitur: quia in caſu ſuo nullam ciuilem habet emphyteuta: tamen poteſt conueniri ſi ſe offerat liti, tanquàm [illegible] ciuilem propter ius emphyteuticum. unde tu dicas quòd imò iſte caſus recipit bonum exemplum quando quis ingreditur naturalem uiolenter animo non acquirendi ciuilem, ut dixit glo. & Bar. in l. j. C. uti poſsidetis, & etiam poteſt poni exemplum in §. qui ad nundinas: quando ingreditur abſente domino qui reuertens non ſuſpicatur ſe poſſe repelli, ſi forſan ipſe ſe abſtinuit ne faceret tumultus, & homicidia, ut ſupra dictum fuit ſæpius in lecturis: tamen primum exemplum eſt magis aptum.

Quintò adducit Fernandus dictum capitul. primum. ubi ſilet cauſa obiectionis criminis: ergo fortius cauſa petitorii ſuſpendetur. ſed reſponderi poteſt quòd ſola cauſa criminis agente poſſeſſorio ſilebit, eo uerò non petente non ſilebit, quæ tamen reſponſio non defendit Barto.

Sextò adducit Fernandus dictum capitulum finale. de ordine cognition. ubi ſilet omnis alia cauſa excepta alia cauſa ſpoliationis: ergo etiam ſilebit petitorium. Sed reſpondetur huic, & præcedenti caſui, quòd loquuntur de aliis litibus quæ opponuntur ad fatigandum reum ut deſiſtat à poſſeſſorio. cauſa autem petitorii non opponitur ut deſiſtat: ſed ut ueritas appareat, & imponatur perpetuus finis litibus unde diuerſa ratio eſt: tamen ex alio poſteà hæc ratio tollitur: quia hoc etiam procedit quando unus, & idem intentat petitorium, & poſſeſſorium.

340 Reſolutiuè autem loquendo teneas † opinionem contra Bar. quòd imò inſtante reo agente poſſeſſorio ſuſpendetur petitorium. quam tenent hic omnes Moder. & eſt magis rationabilis, & probatur per omnia ſupra adducta, quibus non eſt data bona reſponſio ut ibi dictum fuit, & facit tex. in cap. primo. de reſti. ſpoli. in 6. in ratione ne cogatur inermis litigare: ergo ſilebit omne aliud iudicium, & idem etiam probat text. in dicta clem. prima in ratione in odium ſpoliantis quæ generalis eſt in ſe, & in illis uerbis dum dicitur ſiue intentetur à ſe ipſo petitorium, ſiue ab aduerſario, & hæc eſt uerior, & tutior opinio, & practicæ multum conueniens. & ſic habes reſtrictionem ad duas concluſiones Barto. hic ut cumulatio permittatur parte non obiiciente ſuſpenſionem: quia ceſſat contrarietas. Sed tamen ſi pars peteret petitorium ſuſpendi audiretur, & admitteretur cumulatio ſuſpenſiua.

341 Tertia eſt concluſio † quòd quando actor intentat petitorium pro poſſeſsione quam ipſe prius per uiolentiam à reo abſtulerat, quàmuis reus interogatus dixerit ſe poſsidere: tamen ſi intentat poſſeſſorium ante litis conteſtationem non admittitur cumulatio: quia poſſeſſorium habet priuilegium ut ante omnia cognoſcatur per dictam l. ſi quis ad ſe fundum. cum concordanti. Sed iſta ratio eſt generalis, & non facit differre iſtum caſum à præcedentibus, ut demonſtratum fuit, cum in eiſdem pri-

uilegium poſſeſſorii faciat ſemper ſilere petitorium.

Vnde alia ratio poteſt aſsignari: quia cum reus negauerit ſe poſsidere intentando poſſeſſorium corruit petitorium: quia omnimodo reus uenit abſoluendus, cum deficiat principale requiſitum quòd reus poſsit reſtituere rem l. officium. & l. qui reſtituere. ff. de rei uendicatio. nec poteſt dici ſe obtuliſſe qui deſtitit, dicta l. is qui ſe obtulit. in fi. unde actor agendo ſemetipſum decipit, dicta l. nam & ſi actor. ff. de rei uendicatio. cum omninò reus ueniat abſoluendus, ut nec etiam poſsit declarari dominus, ut ibidem, & lege fina. de rei uendicatione, & ſic ratio eſt: quia corruit petitorium.

342 Quarta eſt concluſio † quòd ubicunquè actor intentauit rei uendicationem pro poſſeſsione, & reus interogatus dixit ſe habere illam poſſeſſionem, quàmuis uerè eſſet ſpoliatus, ſi poſt litis conteſtationem reus agit poſſeſſorio recuperandæ, non admittitur cumulatio: quia ipſe reus eſt ſibi contrarius, & non debet audiri. l. j. C. de fur. cap. ſolicitudinem. in fi. ſecundum unũ intellectum, extra de appellationib. & ſequuntur communiter docto. & ratio eſt: quia non admittitur ad proponendũ, & habes caſum in quo præualet petitorium excluſo poſſeſſorio, cum in præcedentibus concluſum fuerit quòd ſemper poſſeſſorium præualeat.

343 Quinta eſt concluſio † quòd quando reus nõ fuit interogatus, & ſic non reſpondet quòd poſſidebat, & poſteà intentauit poſſeſſorium admittitur ad cumulandum: quia non eſt ſibi contrarius, & effectus eſt: quia ſi primò poſſeſſoriũ finietur recuperabit poſſeſsionem, & poterit in petitorio condemnari plenisſimè, & ſi primò finitur petitorium, tunc etiam ualebit ſententia, licèt reus non poſsideat, & declarabitur actor dominus, & abſoluetur reus: quia non poſsidet per glo. in l. ſi à te. §. primo, in uerſi. uel dic textio. de exceptio rei iudica. Vnde ſequuntur duo. Primò quòd quis dicitur ſe offerre liti permittendo conteſtari litem taliter quòd ualebit ſententia licèt poſteà reus ueniat abſoluendus. ità quòd interrogatio non eſt de ſubſtantia ualiditatis petitorii, & ità etiam habes intellectum ad glo. in dicta l. ſi à te. ut intelligatur ille text. quando actor poſsidebat, & quando reus non fuit interrogatus.

344 Contra † tamen utrunque inſtat Iaſo. hic in uerſi. quarta concluſio. & contra primam: quia uidetur quòd petitorium non poſsit procedere contra nõ poſsidentem: quia de natura ipſius eſt ut aduerſarius poſsideat, & habet facultatem rei reſtituendæ l. officium, & l. qui reſtituere. ff. de rei uendication. & hac de cauſa non datur poſsidenti. §. ei uerò. inſti de actionibus. Vnde neceſſarium eſt: uel quòd dolo deſierit poſsidere, l. is qui dolo. ff. de reg. iur. uel quòd ſe offerat liti, l. is qui ſe obtulit. ff. de rei uendicatio. & nulla ex iſtis interueniente petitorium dicitur corruere, l. fi. ff. de rei uendicatio.

Ex qua concluſione infertur etiam quòd glo. in dicta l. ſi à te. §. primo. ff. de exceptio rei iudicatæ, non poteſt procedere.

Ripa hic uidetur fateri contrarium nu. 102. & dicit quòd in caſu Bar. iudicium petitorium etiam corruit: quia actor ſciebat reum nõ poſſidere, & ſemetipſum decepit, per leg. an & ſi actor. ff. de rei uendicatio. & Mattheſi. nume. 137. & Fely. in capit. examinata. de iudic. qua ſtante, hic non eſſet cumulatio: quia etiam corrueret petitorium, & liceret quandocunq; recedere, dicta l. nam & ſi actor, & ipſe Ripa non conſiderauit per hanc declarationem impediri cumulationem, & quòd in effectu tenet contra concluſionem Bar. non faciendo differentiam an eſſet interrogatus, uel non eſſet interrogatus, & ideò ſequeretur quòd nunquam pro ſpoliatione facta ante litis conteſtationem admitteretur cumulatio: quia ſemper corrueret petitorium reo non poſsidente, & ità deſtruitur concluſio Bar. hic, & glo. in dicta l. ſi à te. de exceptio. rei iudica. & propterea multi docto. quos refert hic Iaſ. & Card. Florentinus in dicto cap. examinata. reſtringebat glo. in dicta l. ſi à te. ut loqueretur quando actor nõ poſsideret: ſed eſſet tertius: quia tunc petitorium habet uires ſuas, cum non contradicat. §. ei uerò. inſti. de actio. Tamen hæc ſaluatio nõ tollit contrarium aliud, quòd reo non poſsidente non poteſt procedere petitorium, maximè: quia intentando poſſeſſorium uidetur in iudicio deducere quòd ipſe non poſsidet. Tamen nihil magis placet opinio Bar. & glo. generaliter quòd in caſu ſuo quando reus nõ fuit interrogatus, & conteſtatus eſt litem, quòd duret petitorium, etiam quòd non poſsideat; & appareat eũ nõ poſsidere: quia dicta lex is qui ſe obtulit. non requirit expreſſam aſſertionem rei quòd ſe offert liti: ſed ſufficit quòd ipſe ſuſcipiat defenſionem, uel ſciens, uel ignorans poſsidere, & conteſtetur litem. Nam facto licèt non uerbis dicitur ſe obtuliſſe liti, & per conteſtationem eiuſdem ſe obligaſſe uſquè ad finem, ut poſsit ferri ſententia ſecundum formã poſitam per glo. in dicta l. ſi à te, & per Barto. hic, & ſic glo. loquitur generaliter, ſiue actor poſsideat, ſiue tertius, & reus non poſsideat, & concluſio etiam Bartoli hic generaliter procedit.

Non obſtat quòd reo non poſsidente deficit ſubſtantia, & finis petitorii: quia reſpondetur non eſſe uerum: quoniam rei uendicatio poteſt dari contra non poſsidentem, ſi dolo deſierat poſsidere, uel ſi ſe liti obtulit. uel etiam ſi uerè poſsidebat tempore litis conteſtatę, & poſteà deſiit poſsidere.

Non obſtat quòd non uidetur ſe offerre liti qui non expreſsit: quia illud negatur, cum ſufficiat actualiter eum ſuſcipere defenſionem;

& con-

teſtari litem, & hic eſt notabilis extenſio ad di
ctam l. is qui ſe obtulit.

Non obſtat quòd poſſidenti nō datur actio,
dicto. §. ei uerò. quia uerum eſt quando appa
ret in illo iudicio quòd ipſe poſſidet, & conten
dit poſſidere ut ſtatim dicemus: ſecus autem
quando ſimpliciter proponit petitorium, &
reus defendit: quia tunc præſumitur quòd ſe ue
lit offerre liti, & poſteà proponendo poſſeſſo-
rium non poteſt ſe liberari ab obligatione. Vn
de ſuccedit effectus quem dicit Bar. & illa glo.
quòd actor declarabitur dominus, & reus ab-
ſoluetur: quia non poſſidet, tamen condemna
bitur ad expenſas, & cætera, ſi forſan aliquo
tempore poſſediſſet.

345 Secundò † contra dictam concluſionem Bar.
& etiam glo. in dicta l. ſi à te. facit: quia uide
tur quòd poſſeſſorium omninò ſit nullum: quia
inepta eſt actio quæ proponitur à poſſidente,
ut eſt tex. in cap. examinata. de iud. ubi expreſ-
ſè dicitur: quia actor poſſidebat, & intentauit
actionem contra non poſſidentem, non poteſt
obtinere tanquàm ineptè agens, & reus abſol
uitur ab obſeruatione iudicii ſicut dicitur in l.
qui habebat. ff. de inſti.

Ad iſtum tex. dantur tres reſponſiones rela-
tæ per Iaſ. in dicto uerſi. quarta concluſio, &
346 † prima eſt reſponſio, quòd in dicto cap. exa-
minata. reus negauerat ſe poſſidere, actor poſ-
ſidebat rem quam uendicabat. unde tunc non
poteſt obtinere, & ità datur reſtrictio ad dictū
capitulum examinata. quòd ibi reus negauerat
ſe poſſidere: ſecus ſi non negaſſet, ut hic, &
eodem modo intelligitur dicta glo. in l. ſi à te.
quòd reus non negauerat poſſidere, tamen hæc
reſtrictio ad dictum capitulum examinata. eſt
diuinatiua: quia tex. hoc non dicit: ſed ſolum
dicit quòd ineptè egit: quia actor probauerat
ſe poſſidere. Vnde ſecunda datur reſponſio fa
tendo contrarium quòd poſſidens ſemper ine-
ptè dicatur agere, & concluſio Bar. hic nō pro
cedit, & quòd glo. in dicta l. ſi à te. intelligi-
tur quando non actor poſſidebat ſed reus, & ſic
Bar. non bene probat concluſionem per illam
glo. & probatur: quia ille tex. cum miniſterio
dicit, ſi quis fundum quem putabat ſe poſſide
re defendit, & ſic apparet quòd reus non ſe ne-
gauit poſſidere, & ita tenebat Cardi. in dicto
cap. examinata. tamen hæc ſaluatio eſt contra
mentem glo. in dicta l. ſi à te, quæ loquitur ge-
neraliter, & etiam eſt diuinatiua ad dictum ca
pitulum examinara. in quo non fit uis ꝙ actor
poſſidebat: ſed tantummodo: quia probauit ſe
poſſidere.

Vnde tertiò reſpondebat Iaſ. quòd in dicto
cap. examinara. actum erat antequàm eſſet fa-
cta ſequeſtratio, & ſic ineptè actum fuit quæ ſo
lutio nihil affert: quia negatur quòd agens con
tra poſſidentem indiſtinctè dicatur ineptè age
re. Ideò ego puto quartam reſponſionem poſſe
dari, quòd ideò ibi ineptè egit: quia intenta-
uit rei uendicationem: quia poſſidebat, & aſſe
rebat in libello ſe poſſidere, & per teſtes pro-
bauit ſe poſſidere. unde apparuit in illo iudi-
cio quòd ei non poterat competere actio: quo-
niam reus non ſe obtulerat liti expreſſè, & per
conſequens ineptè dicitur agere: ſed ubicunquè
ipſe non aſſeruit ſe poſſidere; nequè probauit,
tunc procedet iudicium contra non poſſiden-
tem, ſi ſimpliciter conteſtatus eſt litem, & ſic
concluſio Bar. hic. & dictæ legis à te. procedit
generaliter in caſu ſuo, & nunquàm quis poſſi-
dens dicitur ineptè agere niſi in eodem iudi-
cio petitorii appareat actorem poſſidere. Ideò
diſtinguas. Aut agens petitorio aſſerit ſe habe-
re illam poſſeſſionem pro qua agit contra reū,
uel articulatur ſe poſſidere ſeu probat, & tunc
ineptè agit dicto capit. examinata: quia defi-
ciunt extrema, & non poteſt dici renuntiaſ-
ſe ſuæ poſſeſſioni, ſi uerò non exprimit ſe poſ-
ſidere: tamen reus interrogatus dixit ſe nō poſ
ſidere, & tunc ſimiliter ineptè agit: quia ſe-
metipſum decipit dicta l. nam, & ſi actor. ſi ue
rò ipſe non dicit ſe poſſidere, quàmuis poſſi-
deat, reus quoquè non negat poſſidere, licèt
non poſſideat, tunc petitorium ualet, & conte
ſtando litem uidetur ſe offerre, & non eſt con
tradictio inter ipſas partes, & licèt poſteà pro
ponatur poſſeſſorium in quo reus dicit ſe non
poſſidere: tamen quia non conſtat in eodem iu-
dicio quòd ipſe non poſſideat, procedit iudi-
cium petitorii, & etiam cumulatio, ut hic per
Bar. ità quòd ad hoc ut excludatur actor pro-
ponens petitorium, oportet quòd in eodem iu
dicio appareat actorem poſſidere, uel reum
non poſſidere, niſi expreſſè ſe obtulerit liti,
quæ bene nota: quia non bene declarantur per
doctores.

347 Sexta eſt concluſio † quòd exceptio ut prius
cognoſcatur de cauſa poſſeſſionis, ad effectū ut
ſuſpendatur petitorium eſt dilatoria, & ideò
non poteſt opponi poſt litis conteſtationem pe
titorii, per legem finalem. C. de exceptio. & l.
exceptionem. C. de probatio. Vnde infertur una
magna declaratio ad totam materiam petito-
rii, & poſſeſſorii, quòd poſſeſſorium propoſitum
poſt litis conteſtationem nunquàm poteſt ſu-
ſpendere petitorium, & aliud tacitum, quòd
nunquàm poſt litis conteſtationem poteſt pro-
ponens poſſeſſorium ſuſpendere petitorium:
quia ratio quòd eſt dilatoria eſt generalis, &
uidentur ſequi communiter doctor. ſed tamen
Raphael, & communiter omnes Moder. tenent
contrarium per regulam. quòd quando exce-
ptio dilatoria ſuperuenit poſt litis conteſtatio
nem poteſt poſt eam opponi, capi. in ſinuante.
de offi. delegati. l. ij. cum glo. C. de conſorti. eiuſ
dem litis Bar. in l. Pomponius. §. rati. ſupra de
procuratorib.

348 Reſpondet Alex † quòd prædicta regula pro
cedit: quando ex facto aduerſarii ſuperuenit ex
ceptio poſt litis conteſtationem, dicta l. ij. ſe-

cus quando ſuperuenit mihi poſt litem conteſtatam facto meo, ut hic. nam tunc non poteſt opponi, ut tenet Bar. in l. j. in iij. col. nume. 9. uerſi. quæro. infra de exceptio. & Nicolaus de Neapoli poſt Raynerium in lecturis Bart. in le. ſecunda. §. munerum per illum tex. ſup. de excuſatio. tutorum, Aliam dabat reſponſionem Areti. quòd prædicta regula uera eſt niſi talis exceptio potuiſſet prius opponi, hic enim prius potuit opponere proponendo poſſeſſorium ante litem conteſtatam: & facere quòd ſibi competeret exceptio. & ideò imputatur ei ſi non fecit ſicut ſi uerè competeret, l. ſi quis hæres inſtituatur. in principio, & quòd ibi Bar. ſupra de hæredi. inſti. & l. j. §. qui ſub conditione. ſupr. ſi quis omiſſa cau. teſtam. facit l. qui poteſt. de regul. iur.

Tertiò quoque modo reſpondet Iaſ. negando quòd incæperit nunc competere exceptio: quia ſtatim quòd propoſitum fuit petitorium, ſtatim cæpit competere iſta exceptio etiam ꝙ non proponeret poſſeſſorium, ideò ceſſat totũ fundamentum Raph. tamen iſtæ reſponſiones non tollunt contrarium, attento quòd Bar. in dicta l. prima. columan. iij. de exception. dixit quòd quando exceptio incipit competere nunc ex facto de præterito, ſemper illa poteſt opponi poſt litis conteſtationem, hæc autem incæpit competere ex cauſa de præterito propter ſpoliationem ante litem. ideò poterit proponi.

Præterea ſequeretur quòd nunquàm quis poſſet poſt litis conteſtationem ſuſpendere petitorium, quod eſt de directo contra tex. in d. capitulo paſtoralis. qui uult quòd hæc poteſtas duret uſque ad concluſionem in cauſa, & doctor. ibi generaliter intelligunt ſiue ab initio utrunque propoſitum fuit, & poſteà placet ſuſpendere ſiue ex poſt facto, & poteſt porrigi ad caſum præſentem, ut ſtatim dicemus.

Vnde ſecundò contra concluſionem Bar. adducebat Raph. tex. in clem. prima. de cauſ. poſſeſſio. & proprieta. ubi expreſſè dicit tex. quòd poteſt reus proponendo poſſeſſorium ſuſpendere petitorium, uel intentatum à ſe ipſo, uel ab aduerſario uſque ad concluſionem in cauſa. per quem tex. declaratur tex. etiam in d. cap. paſt. ut procedit ſiue uellit ſuſpendere petitorium à ſe intentatum, uel ab aduerſario.

Reſpondebat Alex. quòd illa duo iura canonica, & tex. in cap. ex conquæſtione. de reſti. ſpol. loquuntur de iure canonico, concluſio autem Bar. procedit de iure ciuili, & ita Alex. conſtituit differentiam inter ius ciuile, & ius canonicum ex mente Bar. & hanc reſponſionem confirmabat Areti. quia loquuntur in cauſis beneficialibus, & ſpiritualibus, in quibus ex æquitate canonica hoc permittitur.

349 Sed tamen nulla reſponſio uera: † quia etiam tex. in dicta clem. prima. loquitur generaliter, etiam in cauſis non beneficialibus, ut per Ab. in dicto cap. paſtoralis. col. 7. nec etiam eſt uetrum quòd illa iura non procedant de iure ciuili, ut ſupra latè dictum fuit: quia Papa ibi reſpondit quid ſeruari deberet utroque iure, & allegauit pro ſua opinione legem de iure ciuili, & propterea concluſio Bart. ſicut & aliæ poſitæ in prima combinatione confunditur per illa tria iura canonica.

Tertiò contra Bar. tenet Abb. in dicto capit. ex conquæſtione. in ſecunda quæſtio. qui dicit quòd poſſeſſorium poteſt proponi duobus modis per modum exceptionis, & per modũ actionis, cap. cum dilectus. de cauſa poſſeſſionis, & proprieta. Item quis poteſt ſuſpendere petitorium proponendo poſſeſſorium, atque etiam poteſt ſuſpendere per hanc exceptionem, non proponendo illud per hanc exceptionem uolo quòd prius cognoſcatur de poſſeſſione, hoc autem caſu ſuſpenſio fit per propoſitionem poſſeſ-

350 ſorii in unum actionis. † Ergo non poteſt appellari exceptio dilatoria: ſed dicitur eſſe qualitas ipſius poſſeſſorii, quod poteſt quocunquè tempore proponi. ideò attenditur propria natura ipſius l. qui habet. in principio. ſup. de tutelis. & l. j. in fi. ſupra de aucto. tuto. Reſpondet Iaſon quòd ſecundum hoc eſſet regulare quòd ſemper per poſſeſſorium poſſet ſuſpendi petitorium, quod non uidetur eſſe de intentione dictæ clem. primæ. de cauſ. poſſeſſio. & proprieta. Sed replicari poteſt fatendo quòd hoc ſit regulare, ut infra dicam, & eſt de intentione dicto. & ad clem. primam. reſpondetur quòd non repugnat: quia uult quòd poſſit ſuſpendere æqualiter petitorium intentetum à ſe ipſo, uel ab aduerſario: ſed quando intentatur à ſe ipſo ſemper poteſt ſuſpenſio fieri uſquè ad litis conteſtationem, dicto cap. ex conquæſtione, & dicto capi. paſtoralis. ergo eodem modo quando proponitur ab aduerſario debet generaliter poſſe ſuſpendi.

Nec obſtant uerba in odium ſpoliantis: quia ibi ſubaudiri debet dictio maximè, quoniam uidemus quòd quando intentatur à ſe ipſo iſtud procedit etiam in poſſeſſorio adipiſcendæ, & ego ſupra determinaui, quòd etiam procedit in poſſeſſorio retinendæ, & ſic fortiter ſtringit contra Bar.

351 Quartò contra Bar. adducit Iaſ. hic: quia ſi actori hoc permittitur, dicto cap. paſtoralis. & cap. ſignificauerunt. de teſtibus. ergo etiam debet permitti reo, ut in iudiciis ſeruetur æqualitas, l. fi. C. de fructibus, & lit. expenſis, & non debet licere actori quod non licet reo, regula non debet de reg. iur. præſertim in cauſa ſpoliationis, per tex. in l. ſi quis ad ſe fundum. C. ad leg. Iuliam de ui, & le. prim. C ſi per uim, uel alio modo. & ità uidetur reſidere Iaſ. in puncto iuris.

Sed reſponderi poteſt quòd alia ratio eſt in uno proponente utrunque: quia facilius actionem ſuam poteſt quis ſuſpendere quàm actionem alterius; argum. l. inter ſtipulantem. §. ſticum.

Stichum.ff. de uerbo.oblig.

Sed replicari poteſt quòd imò eadem eſt ratio: quoniam ſemper tractatur de præiudicio alterius,cum actore proponente teneatur perſeuerare per auct.qui ſemel.C.quomo. & quan. iudex.unde ſicut poteſt ſuſpendere in præiudiciũ rei contra dictam auct.qui ſemel.eodem modo uidetur quòd reus poſſit ſuſpendere in præiucium actoris per dictam regulam non debet, & hæc interpretatio eſt de mente dictæ clem. primæ . quæ æquiparauit hos caſus,ſiue proponantur ab eodem , ſiue ab aduerſario, & ſic æquiparat hos caſus .

Quintò adducitur contra Bar. quia non probatur aſſumptum quòd ſit exceptio dilatoria: quia imò eſt quodam remedium agendi, l. incerti . C. de interdict. & ideò contra Barto. eſt tex. in dicta l. ordinarii . & dicta l. incerti . ibi orta lite . coniuncto . cap. ex parte . de uerbo. ſignificationi. Sed reſpondere potes quòd ibi propoſitum fuit ante litis conteſtationem , ut ſup. dictum fuit,quàmuis examinetur poſteà, l. exceptionem. C. de probationib. Sed replicari poteſt quòd imò d.l.incerti.cumulatiuè recipit utrunque caſum.ut ſupra etiam concluſum fuit & propterea,& ipſa urget contra Bar. Item uidetur eſſe eadem opinio cum Abb. ideò dicas, ut ſupra ſuper tertia oppoſitione.

Sextò facit cap. paſtoralis.de exceptioni.ubi ex uariis cauſis exceptio dilatoria poteſt proponi poſt litis conteſtationem. unde odium ſpoliantis debet ſufficere in hoc. Poteſt reſponderi quòd non debemus fauores multiplicare, l.j.C.de dot.promiſſ.& ſufficit unus fauor ꝙ auditur proponendo illud poſſeſſoriũ quãdocũq;.

352 Ex quibus apparet † quòd licèt communiter docto.antiqui teneant opinionem Bar.ut Alex. Areti.Specul.& Iaſ.hic.Anto.in d.cap. cum dilectus.& Bal.in d.l. ordinarii. tamen uerior eſt opinio contra Bart. quam tenent hic communiter docto. & ego ſupra firmaui per tex.in dicto cap. paſturalis . qui uult ſuſpenſionem fieri uſque ad concluſionem in cauſa, qui procedit etiam de iure ciuili, cum ſe fundet in iure ciuili ut ſupra dictum fuit,quidquid teneat Barto.ſup.in j. combinatione, & alii doctor.& dictum cap. paſtoralis.declaratur per dictam cle. primam extendendo ad omne petitorium,tam intentatum à ſe ipſo,quàm ab aduerſario,& facit ratio ordinaria: quia poſſeſſorium debet præcedere petitorium, & admittimus hanc ſuſpenſionem:quia reducitur modus litigandi ad naturam ſuam,magis conuenientem, & probabilem:arg.l.ſi unus ſ.pactus. ff. de pact. & hanc partem dicit Fernandus hic amplexam fuiſſe practicam,& contra Barto.omnes practicantes obſeruant,& eſt de mente dictæ l.ordinarii. cũ aliis ſimilibus ſupr. adductis. Et hanc opinionem etiam tenent hic Sozi.per illam rationẽ ꝙ non eſt exceptio:ſed qualitas ipſius actionis.

Nec obſtat ſimi[illegible]dductum hic per Iaſo. de exceptione excuſſionis debitoris, quæ debet opponi à fideiuſſore ante litis cõteſtationem. Cy. in auct. præſente.C.de fideiuſſo.cum ſimili.adductis hic per eum:quia illa habent diuerſam naturam,hæc autem habent propriam naturã, ut ſemper debeat præcedere poſſeſſorium, ad quam ſuſpendendo reducitur,& in d.ca.paſtor. in actore hoc eſt clarè deciſum: ergo etiam, & in reo, per extenſionem factam in dicta clem. j. quam concluſionem ego puto ampliari debere, ut procedat etiam ſi ab initio propoſitum fuiſſet poſſeſſorium, & proceſſum fuerit ſuper utroque: tamen ſi poſteà placebit cuicunque intentandi poſſeſſorium ſuſpendere petitorium, ſemper admittetur per generalitatem dicti cap. paſtoralis.& dictæ clem. primæ: quia ſemper militat eadem ratio, quod reducitur ad naturam ſuam, quam ampliationem uidentur ſentire omnes in dicto cap. paſtoralis.

353 Vnde facias concluſionem generalem † quòd poteſtas ſuſpendendi competit proponẽti poſſeſſorium ſiue intentatum ab eo, ſiue intentatũ ab alio uſque ad concluſionem in cauſa quomodocunque ſit propoſitum, & in quacunque cõbinatione, etiam ſequenti, & eſt generalis limitatio ad totam materiam cumulationis petitorii,& poſſeſſorii dummodo hoc expreſſè petatur à proponente:quia in dubio præſumitur uelle cumulare: ſed tamen è contrariò nunquàm per petitorium poteſt quis ſuſpendere poſſeſſorium:quia illud eſt ſummarium, & receditur à natura,& ordine iſtorum remediorum.

Aliam etiam cõcluſionem generalem facias, in omnibus poſſeſſoriis, & in quacunque combinatione, ꝙ in caſibus, in quibus permittitur cumulatio, illa permittitur tantummodo uſq; ad cõcluſionẽ in cauſa,& poſteà regulariter nõ admittitur niſi ex iuſta cauſa,d.cap. paſtoralis. in fi.quod procedit à quocunque proponatur poſſeſſorium,ſiue ab eod.ſiue à diuerſo, per rationem illam,ne lites litibus inculcentur, ut ſupra declaraui, & infra etiam repetam.

Quare conſtituas regulam affirmatiuam in
354 hac combinatione, † quòd ſi actor agit petitorio, & reus proponit poſſeſſorium,quòd admittitur cumulatio per rationem tex. noſtri hic, propter naturam remediorum,nulla ratio impeditiua militat.

Quæ concluſio procedit:quando actũ fuit diuerſis reſpectibus.Item etiam quando actũ fuit eodem reſpectu, & reus non fuit interrogatus, & propoſuit poſt litis conteſtationem, ut per Bar.in ij.& ultima concluſio.

Item ampliatur procedere:quando ſpoliatio fuiſſet facta pendente iudicio,d.l.ſi conſtiterit, & per Bar.in prima concluſio.

Item ultra ipſum ampliatur procedere in incorporalibus,ac etiam in beneficialibus,& ſpiritualibus,ac etiam in cauſa appellationis, dicta clem.j.de cauſ. poſſeſſio. & proprie.

Limitatur uerò nõ procedere: quãdo agitur

eadem poſſeſſorium, & poſſeſſorium proponitur ante litis conteſtationem: quia tunc negat ſe poſſidere, ut per Bar. in iij. concluſio.

Item limitatur procedere etiam poſt litis cõteſtationem, ſi interrogatus dixit ſe poſſidere: quia tunc tanquam contrarius non auditur, ut per Bar. in iiij. concluſione.

Item ultra ipſum limitatur non procedere in interdictis habentibus annexam cauſam proprietatis, & in exhibitoriis, cum diſtinctione l. ij. §. quædam. inf. de interdictis.

Quartò limitatur in caſu l. interdum. ff. de pub. iudi.

Quintò limitatur non procedere: quando eſſet notorium dominium de iure communi ipſius agentis petitorio: arg. cap. ad decimas. de reſti. ſpoli.

Sextò limitatur non procedere poſt concluſionem in cauſa, per dictum cap. paſtoralis, declarando ut ſupra.

Septimò limitatur non procedere in intentante poſſeſſorium petente ſuſpendi petitoriũ: quia tunc ſemper auditur, di. cap. paſtoralis, declarando ut ſupra.

Et prædicta ſubordinatio melior uidetur quã illa poſita hic per Ripam, qui conſtituit regulã contrariam negatiuam, quæ tamen eſt contra iſtum tex. & dictam l. ſi fundum, in fi. & naturam remediorum. Ideò melior, & intelligibilior eſt regula affirmatiua cum prædictis ampliationibus, & limitationibus.

355 In ſecundo capite huius combinationis † quãdo actor intentat petitorium, & reus poſſeſſorium adipiſcendæ Bar. concludit quòd ſi agitur diuerſis poſſeſſionibus admittitur cumulatio: quia ceſſat ratio contrarietatis, & pleriquè ſequuntur. Sed ſolum dubium eſt de exemplo, Fabius negat exemplo reperiri. & idem dicit Fernandus in practica uerſatus, tenendo quòd ſit unica poſſeſſio: ſed quia alia opinio quòd ſit duplex poſſeſſio eſt magis probabilis, & eam ſequitur ipſe, ponit exemplum quando dominus directus moritur, & hæres appræhendit ciuilem poſſeſſionem, emphyteuta prætenſus ſeu feudatarius agit rei uendicatione pro illa ciuili conſequenda, hætes reconuenit eum pro poſſeſſione naturali adipiſcenda, quaſi non ſit emphyteuta, & procedit utrunque iudicium, & eſt ſatis bonum exemplum maximè, ſi feudatarius, uel emphyteuta prætenderent dominũ cecidiſſe à directo dominio propter feloniam, iuxta no. in cap. primo. qualiter dominus à proprietate priuetur in uſi feudorum.

Tu uerò dicas ꝙ etiã tenendo unicã eſſe poſſeſſionẽ poſſe procedere dictũ Bart. q̃a ipſe uult diuerſas qualitates eiuſdẽ poſſeſſionis poſſe eſſe penes plures, ſeu eandẽ eſſe penes plures ꝓpter diuerſas qualitates, ſicut in l. iij. §. ẽ cont. etiã dictũ fuit plures poſſeſſiones naturales poſſe eſſe apud plures in ſolidum, propter diuerſos fines.

Potes etiam ponere exemplum in petitione hæreditatis, ut dicam in 7. combinatione.

Potes etiã ponere exemplũ in caſu contrario magis cõtingenti ſi prætendit quis ſe uſumfructuarũ uel feudatariũ moritur ſuus filius, dicit feudum, & uſumfructu. tranſire ad filios, & ſtant in poſſeſſione naturali, & ex alia cauſa prætendit dominiũ directũ, unde agit ratione ciuilis poſſeſſionis contra proprietariũ, uel directum dominiũ, ille autẽ dominus prætendit feudum uel uſumfruct. finitum, & agit poſſeſſorio adipiſcendæ, & conſequitur naturalem poſſeſſionem rei, & procedit cumulatio ſicut in poſſeſſorio recuperandæ dictum fuit, & fortius quàm ibi: quia ceſſat illa difficultas contingens in poſſeſſorio recuperandæ, ꝙ non poſſit reperiri caſus in quo res uiolenter ſit penes unum, & alia poſſeſſio ſit penes alium: quoniam ſine corporali rei appræhenſione non poteſt eſſe uiolentia in poſſeſſione ciuili uel naturali, quãuis ſup. dixerit poſſe euenire, ut per Sozi. in j. lectura uerſi. uel ſecũdò iſta enim difficultas ceſſat in interdicto adipiſcendæ in quo non tractatur de iſta uiolentia, ꝙ tamen bebet intelligi uſquè ad concluſionem in cauſa, ut non ſit notorius defectus dominii contra agentem interdicto recuperandæ: quia ceſſaret cauſa adipiſcendæ poſſeſſionis.

356 Item procedit niſi proponens poſſeſſoriũ petat ſuperſederi in petitorio: quia & hoc priuilegium uidetur conceſſum etiam reo proponẽti: arg. l. j. in ſecundo intellectu. C. de Carb. ædicto, per rationem: quia ſi conceditur actori proponenti utrunq; d. cap. paſtoral. ſecundum declarationem Abba. ibi, nu. 14. cui poteſt imputari de mala electione. fortius uidetur cõcedi ipſi reo, cui nihil poteſt imputari, ut ſup. concluſi, etiam de poſſeſſorio recuperandæ uerè: tamen non habemus tex. permittentem ex parte rei hanc ſuſpenſionem niſi in interdicto recuperandæ, quæ allegat dictam clem. j. de cauſa poſſeſſio. & proprieta. quæ allegat rationem ſpecialem propter odium ſpoliantis. Vnde non uidetur poſſe referri ad interdictum adipiſcendæ, & etiam urget ratio l. præcipimus. in fi. C. de appellationibus, & non uidetur conueniens quod impediatur diligentia actoris, & uidetur æquum eſſe, & in puncto iuris multum ſuſtentabile, tamen ego puto aliam opinionem tenendam eſſe quòd imò poterit ſuſpendere ſemper petitorium ſicut intentans interdictum recuperandæ: quia cum iſta duo ſint æquiperata in dicto cap. paſtoralis, & poſteà illud capitulum ſit extenſum per dictam clementinam primam. uidetur extenſum in utroque, ut ſupra concluſi, & ratio ibi aſſignata procedit propter dictionem maximè, & hoc in practica receptius eſt, propter rationem generalem reuertitur poſſeſſorium ad naturam ſuam ut præcedat.

357 Secundò Bar. concludit † quòd quando agitur eodem reſpectu, reus ante litem conteſtatam in petitorio ſi proponit poſſeſſorium adipiſcendæ admittetur ut p[illegible]cedatur ſuper ſolo poſſeſ-

poſſeſſorio, etiam qnòd fuerit interrogatus, dixerit ſe poſſidere: quia ante litem conteſtatam poteſt recedere, dicta l.is qui ſe obtulit. ff. de rei uendicatio, ideò corruit petitorium deficiente principali requiſito quòd reus habeat facultatem rei reſtituendæ, & ſequuntur communiter docto.

Notandum tamen eſt quòd Bar. hic uult procedi ſuper ſolo poſſeſſorio, & tamen non militat ratio in qua ſe fundauit in præcedenti caſu, quòd cauſa ſpoliationis habet priuilegium ut ſemper præcedere debeat dicta l. ſi quis ad ſe fundum. Vnde ego dixi ibi quòd ratio illa non eſt neceſſaria: ſed proceditur ſuper poſſeſſorio: tum quia corruit petitoriũ: tum quia etiã natura eſt omnis poſſeſſorii ut ſemper præcedere debeat, quod facit pro concluſione ſupra firmata:

Tertiò concludit Bar. quòd quando lis eſt cõteſtata licèt reus non poſſideat, ſi tamen nõ fuit interrogatus proponendo poſſeſſorium auditur, & proceditur cumulatiuè ſuper utroq;, quæ concluſio recipit omnes difficultates, quas ego tetigi ſupra in quinta concluſione de interdicto recuperandæ: tamen ego concluſi ibi, quòd opinio Bar. eſt uera: quoniam non eſt neceſſarium ut ualeat petitorium quòd quis ſe offerat liti expreſſæ: ſed ſufficit quòd de facto defendat & conteſtetur litem: nam tunc non apparet contradictio in actore qui non probauit ſe poſſidere: neque in reo qui nihil dixit, & præſumitur conſentire ſe non poſſidere: ſed ſe offerat liti, & ideò ſequitur quòd debet reſtringi, ut ibi dictum fuit, niſi actor proponens petitorium probauerit ſe poſſidere, & appareret de hoc in illo iudicio: nam tunc inepta eſt actio, & non ualeret petitorium per tex. in dicto capi. examinata. de iudic. & ideò in effectu Bart. ponit eadem hic in poſſeſſorio adipiſcendæ, quæ poſuit in poſſeſſorio recuperandæ, excepto primo caſu quando ſpoliatus fuit lite pendente: quia non uidetur poſſe conuenire.

358 Quibus † congeſtis Rip. & doctor. faciunt hic regulam negatiuam quòd prohibeatur cumulatio cum aliquibus limitationibus: tamen nihil magis placet quòd fiat regula affirmatiua quòd permittatur cumulatio: quia ex natura remediorum nulla poteſt regula impeditiua cumulationis obſtare, quæ concluſio procedit quando actum fuit diuerſis reſpectibus, ut in prima concluſione. Item quando actum fuit eadem poſſeſſione, & propoſitum poſſeſſorium poſt litis conteſtationem reo non interrogato, ut in quarta concluſione.

Ampliatur procedere in incorporalibus, & & in beneficialibus, & poſt litis conteſtationem & poſt concluſionem in cauſa, in cauſis ſpecialibus, & in cauſa appellationis.

Limitatur uerò: quando actũ fuit pro eadem poſſeſſione, & ante litis conteſtationem intentauit petitorium: quia tunc corruit poſſeſſorium eo negante ſe poſſidere, etiam quòd fuiſſet interrogatus, d.l.is qui ſe obtulit. ut in ſecunda concluſione.

Secundò limitatur non procedere poſt litis conteſtationem: quando interrogatus fuit, & dixit ſe non poſſidere: quia proponendo poſſeſſorium eſt ſibi contrarius, & non auditur, & hic eſt caſus in quo præualet petitorium, ut in iij. concluſione.

Limitatur ultra ipſum non procedere in interdictis habentibus annexam cauſam proprietatis.

Limitatur non procedere poſt concluſionem in cauſa niſi ex æquitate.

Limitatur non procedere ſuſpenſiuè, ut ſupra concluſum fuit.

Limitatur non procedere in interdictis habentibus annexam cauſam proprietatis, & addas etiam generales limitationes traditas ſup. quæ conuenire poſſunt. eſt enim tedioſum ſemper repetere.

359 In tertiò capite Bar. † hic concludit circa interdictum retinendæ cum diſtinctione ut ſupra. Aut agitur diuerſis reſpectibus, & permittitur cumulatio. Aut agitur eodem reſpectu, & ſimiliter permittitur cumulatio, ſi reus intentat poſſeſſorium pro noua poſſeſſione ſibi quæſita: quia ceſſat contrarietas propter diuerſitatem temporis. Sed ſi agit pro poſſeſſione ante litẽ quæſitam, & tunc ſuſpenſo petitorio proceditur ſuper poſſeſſorio tantum, & ſic eſt ſibi contrarius dicendo nunc actorem poſſidere, ut per eum. Sed tu aduertas: quia non uidetur neceſſarium diſtinguere an agatur diuerſis reſpectibus uel pro eadem poſſeſſione: quia nunquam eſt contrarietas: quoniam ſi actor agit rei uendicatione præſupponit reum poſſidere, dicta l. j. C. de alienatio. iudi. mu. cauſ. fact. ut ſæpius dixerunt docto. & ſi reus agit uti poſſidetis, etiam pro ciuili poſſeſſione dicit ſe poſſidere, & ſic concordat cum allegatione actoris, & nulla eſt contrarietas: ſolum contrarietas eſt quando in præcedenti combinatione unus, & idem utrunquè proponebat, ut ibidem dictum fuit. Item contrârietas eſt in præcedentibus interdictis in hac combinatione: quia in eis dicit ſe nõ poſſidere, & contrariabatur actori, & uidetur eſſe, hic autem non contradicit actori: quia conſentit cum eo ſe poſſidere, & uidetur Bartol. hic erraſſe ſecundum Moder. tamen ſaluando dicas quòd ipſi errauerunt: quia diſtinctio Bar. procedit ubicunque per poſſeſſorium retinendę quis prætendit recuperare poſſeſſionem amiſſam, iux. tex. cum glo. in l. clam poſſidere. §. qui ad nundinas. ſupra eodem. Sed ſi quis non ageret ad recuperandam poſſeſſionem: ſed pro conſeruatione ſuæ poſſeſſionis, petendo quòd aduerſatius deſiſtat à moleſtationibus, tunc non eſſet neceſſaria diſtinctio, an agat eodem, uel diuerſis reſpectibus: quia ſemper eſſent conformes, & procederet cumulatio. Vnde ipſe anticipando expreſſè ponit alium caſum

dicendo. Aut reus agit interdicto retinendæ pro conſeruatione poſſeſsionis petendo aduerſarium deſiſtere à moleſtationibus, & tunc indiſtinctè admittitur cumulatio: quia nulla eſt cõtrarietas,& caſus frequẽter poteſt euenire:quia ſi actor intentauit petitorium prætendit ſe dominum, & ſæpiſsimè poteſt eum turbare tanquàm confiſus quòd ſit dominus.

260 Conſtituas igitur regulam affirmatiuam † quàmuis doct.faciant,& in hoc interdicto negatiuam,& dicas quòd ſi actor agit petitorio, & reus poſſeſſorio retinendæ admittitur cumulatio:quia nulla eſt contrarietas, & nihil obſtat per rationem textus noſtri hic, quæ concluſio procedit indiſtinctè quando egit pro turbatione tantum; quia admittitur cumulatio.

Item ampliatur procedere etiam quòd agatur pro recuperatione ſi agitur diuerſis reſpectibus.

Item etiam ampliatur procedere quando agitur pro eadem poſſeſsione quæ nouiter deuenit ad actorem.

Item ampliatur procedere in incorporalib. & in beneficialibus, & ſpiritualibus, & poſt concluſionem in cauſa ex iuſta æquitate, & in cauſa appellationis.

Limitatur non procedere: quando agitur eodem reſpectu, & ante litis conteſtationem proponitur pro recuperanda poſſeſsione: quia reus negat ſe poſsidere,& corruit petitorium.

Secundò limitatur non procedere: quando dixit ſe poſsidere,nunc uerò eandem poſſeſsionem petit reſtitui: quia tunc ſi conteſtatus eſt litem,amplius non poteſt audiri in poſſeſſorio: quia eſt ſibi contrarius, & repellitur.

. Limitatur, & tertiò non procedere, quando uterque prætenderet ſe liberari ab onere probandi: quia tunc debet præcedere poſſeſſorium.

Limitatur non procedere in interdictis habentibus annexam cauſam proprietatis.

Limitatur non procedere poſt concluſionem in cauſa regulariter.

Limitatur non procedere: quando reus uellet ſuſpendere petitorium. Nam ſemper audietur ſuſpendendo per ea quæ ſæpius dixi ſupra. quòd in hoc intedicto retinendę poteſt fieri ſuſpenſio ſicut in aliis, per rationes ibidem adductas,ità quòd eſt generalis limitatio ad totam materiam.Dicebat tamen hic Fabius quòd non poteſt contingere quòd agatur pro turbatione ſi actor dicit eum poſsidere,&ſic uidetur conſentire.Reſpondet quòd ſatis turbatur: quãdo turbatur in iudicio l.j.§.hoc interdicto.inf.uti poſſid.Poteſt tamen dici quòd etiam ſine lite moleſtetur: quia licèt fateatur eum poſsidere, non tamen dicit legitimè poſsidere, & per conſequens poteſt eſſe quòd eum turbet,ut ſupra declaraui.

361 Ex quibus omnibus † in tota hac combinatione conſtituas regulam generalem, quòd admittitur cumulatio petitorii, & poſſeſſorii: quando actor egit petitorio, & reus proponit aliquòd poſſeſſorium,quæ indiſtinctè procedit quando agitur diuerſis reſpectibus, uel quando ſimpliciter agitur: quia præſumitur diuerſis reſpectibus. Item procedit:quando agitur eod. reſpectu, & poſſeſſorium intentatur poſt litis conteſtationem, & reus non fuit interrogatus, & etiam indiſtinctè procedit: quando agitur poſſeſſorio retinendæ pro turbatione. Item procedit: quando agitur pro poſſeſsione nouiter amiſſa.

Ampliatur procedere in rebus incorporalib. Item & in ſpiritualibus, uel beneficialibus, & etiam in cauſa appellationis.

Limitatur non procedere: quando poſſeſſorium intentatur ante litis conteſtationem: quia petendo poſſeſsionem ſibi dari, negat ſe poſſidere.

Limitatur ſecundò non procedere: quando poſt litis conteſtationem intentauit poſſeſſorium, & prius negauerat ſe poſsidere: quæ limitationes ſunt generales ad omne interdictũ.

Item limitatur non procedere quando uterque uellet releuari ab onere probandi:quia procederetur ſuper poſſeſſorio ratione ordinis.

Item limitatur non procedere in interdictis habentibus annexam cauſam proprietatis, & in exhibitoriis diſtinguendo ut ſupra.

Item limitatur non procedere poſt concluſionem in cauſa regulariter.

Item limitatur non procedere: quando reus uellet ſuſpendere; quæ duæ limitationes etiam generales ſunt ut ſupra concluſum fuit.

Limitatur non procedere in caſibus particularibus, qui poſſunt contingere ex accidenti quòd contrarietas induceretur in allegationibus litigantium. Et eadem ratione poſſet ampliatio dari accidentalis, ſi forſan partes facerent propoſitionem talem, ut ceſſaret contrarietas.

Ex quibus in effectu tu habes comprobatam opinionem Petri permiſsiuam cumulationis, quæ ſemper procedit: quia remedia ſunt diuerſa, & non ſe tangunt, & impedimentum cumulationis procedit ſemper ex accidenti,uel quia allegationes partium ſunt contrariæ, uel quia propter uarium modum combinandi cauſatur aliqua contrarietas, quæ bene nota.

262 Quinta eſt combinatio: † quando actor primò propoſuit poſſeſſorium, & reus ſecundò propoſuit poſſeſſorium, hæc combinatio eſt magis quotidiana quàm alia ex præcedentibus: quoniam procedit ſecundum ordinem iuris, præſumendum eſt enim quòd omnes actores ſcientes conſilium Iuriſconſulti. in l. is qui deſtinauit. de rei uendication. Primò intentabunt petitorium, & poſteà poſſeſſorium. Item reus poſteà conuentus poſſeſſorio non poteſt habere fortiorem clypeum quàm probare ſe dominum. ideò frequentiſsimè accidere

poterit

poterit quòd reus poſteà proponet petitorium ad finem probandi dominium,ad hoc ut ſi poſſibile eſt io cad.ſent. determinetur utrunque iuxta capitulum cum dilectus .de cauſ. poſſeſſ. & proprieta. & licèt uincatur in poſſeſſorio.tamẽ in effectu poſteà uincat per petitorium . ut dicitur in cap. cum eccleſia Sutrina . in fin. de cauſ. poſſeſſioois, & proprieta. ideò apparet utilior cæteris. io qua Bar. conſtituit tria capita ſicut & io aliis præcedentibus, & in interdicto recuperandæ facit regulam oegatiuam, quòd non admittitur cumulatio . Fallit quando opponitur dominium per uiam exceptioois, & actor conſentit capitulo primo . de reſtitutiooe ſpoliatotum .

In interdicto adipiſcendæ ponit doos caſus io quibus admittitur cumulatio: quando agitur diuerſis reſpectibus,uel quando agitur petitorio pro poſſeſſiooe nouiter amiſſa: ſed ſi agitur pro eadem poſſeſſione impeditur cumulatio,in interdicto uerò retinendæ ipſe ſimiliter poſuit duos caſus, unum quãdo agitur diuerſis reſpectibus & admittatur cumulatio,alium quã do agitur pro eadem poſſeſſione, & non admittatur cumulatio, ut hic latius per eum cooſtituentem aliquas concluſiooes .

363 Prima eſt, † quòd ubicunqoe proponit actor interdictum recuperandæ,& reus proponit petitorium : tunc non admittitur cumulatio per duas rationes . Primò:quia actor proponeodo poſſeſſorium dixit ſe ſpoliatum . unde negauit ſe poſſidere aſſerendo aduerſarium poſſidere , ideò deficit extremum ipſius petitorii,per legẽ ſi.ff.de rei uendica.reus quoque negauit ſe poſſidere petendo actorem condemnari ad reſtituendum rem, uode eſt expreſſa contradictio , ideò prohibetur cumulatio.ſed quia poſſeſſorium recuperandæ eſt priuilegiatũ,ideò præfertur poſſeſſoriom,d.l.ſi quis ad ſe fundum,cum ſuis cõcordantibus,& ſequuntur communiter doctor.

Tamen dubitant poſteà an admittatur cumulatio ſi ageretur diuerſis reſpectibus, & concludunt quòd ſic: quia qua ratiooe admittitur in aliis interdictis ex intentione eiuſdem Bar.debet etiam admitti in hoc interdicto recuperandæ,maximè:qoia in præcedenti combinatione de hoc caſu ipſe fecit mentiooem.unde Iaſo.hic dicit quòd ipſe fuit diminutus committendo iſtum caſum,& io principio. & in fi. multa uerba effundit de hoc, & propter eà etiam hæc cumulatio permittetur cum facultate ſuſpendendi,iux.tex.io clem.j.de caſ. poſſeſſio. & proprieta.& arg.cap. ſignificauerunt.de teſtibus,& hoc idem etiam procederet ſi ſimpliciter ageretur : quia præſumeretur actum diuerſis reſpectibus ſi eſſet habilitas io facto:qoon iam ſemper fit cõiectura oe quis ſit ſibi cootrarios uel aliis,capi. cum tu.de teſtibus,& cap.cum Ioannes. de fide. inſtrum. & dictum fuit ſupra in combinatione præcedenti .

Rubeus dicit Bar.nihil omiſiſſe,& quòd debet articulus determinari ut in præcedenti combinatione:ſed non tollit poſteà contrarium ꝙ ſit diminutus.cum in aliis interdictis expreſſerit,& in hoc interdicto non dixit. Fabius dicit ſe cogitare quomodo poſſit ſaluari. Sed tamen adhuc cogitat,& nunquàm poſuit ſaluatiouem. Fernaudus uerò dicit ſaluari poſſe : quia omiſit ne toties repetendo obtunderet caput, quod nihil eſt: quia nec etiam expreſſiſſet in aliis interdictis , & addidiſſet uerbum ot ſupra . Addit etiam poſteà quòd quando agitur diuerſis reſpectibus non admittitur cumulatio:quia ſpoliatus ante omnia debet reſtitui : ſed hoc dictũ non eſt uerum,ut probatur in cap. cum eccleſiæ Sutrina . de cauſa poſſeſſionis , & proprietatis ubi admittitur cumulatio etiam eod. reſpectu .

Item hæc tollit contrarium quòd non fuerit diminutus,nude forſan poſſet ſaluari: quia non reperitur caſus in quo ſpoliatus amittat unam poſſeſſionem , & non aliam : quia ſpolians nedum omoes poſſeſſiones : ſed etiam dominium ſpoliaret . tamen nec hoc eſt uerum , per glo.in l. prima C.uti poſſi. circa medium: quando uſufructuarius ingreditur poſſeſſionem proteſtando quòd noo uult acquirere ciuilem , & propterea concludas quòd Bar.fuit diminutus,& quòd debebat exprimere iſtum caſum , in quo poteſt admitti cumulatio ſicut ſup.uoluit in præcedenti combinatione, & uult in aliis interdictis , & eſt ſecundus caſus quando actum fuit ſimpliciter,& materia ſuadet quòd poſſit agi diuerſis reſpectibus ,ut dictum fuit .

364 In alio etiam eſt diminutus : † quia præſupponit quòd nunquam admittatur cumulatio ratione contradictionis , etiam quòd agatur ꝓ eadem poſſeſſione ratione contrarietatis : quia imò aliquando poterit admitti cumulatio, ſi forſan actor qui propoſuit interdictum recuperandæ,&fuit conuentus rei uendi. offerat ſe litinam tunc petitorium habebit extremum ſuum, per leg. is qui ſe obtulit.de rei uendica. & non erit contradictio:quia quàmuis oeget ſe poſſidere:tamen poterit procedere petitorium eo ſe offerente,& hæc oblatio ſi ioteruenit aote litis conteſtationem ualidat petitorium, & ſi noo interuenit expreſſẽ: ſed ipſe cooteſtatus eſt litem proteſtando quòd nòn uult renuntiare poſſeſſorio,tacitè uidetur ſe obtuliſſe ot dictum fuit in præcedenti combinatiooe, & ſic ſemper petitorium habebit ſua extrema, & admittetur cumulatio , & apparet quòd Bar.ultra quòd ſit diminutus:tamen ipſe poſuit regulam non ueram:quoniam in iſtis tribus caſibus admitti poteſt cumulatio.

365 Secunda eſt concluſio Barto. † quòd quando agitur poſſeſſorio , & reus excipit de domioio quòd ſi actor conſentit proceditur ſuper utroque , & poſſeſſorio, & exceptione dominii , quæ loco petitorii ſubrogatur , & per tranſeunt etiam doctores : tamen & ipſe in hoc fuit diminutus : quia tacuit de exceptione

dominii notorii de iure commnni, quæ oppoſita impedir actorem agentem poſſeſſorio recuperandę, capit. ad decimas. de reſtitutione ſpoliatorum.

Item etiam præſupponit quòd in cap.j.de reſti.ſpoliator. erat oppoſita exceptio dominii, non autē erat intentatum petitorium quod eſt diuinare ad illum, cum poſſet procedere ſi in tentatum eſſet petitorium, & actor obtuliſſet liti tacitè uel expreſſè ut dictum fuit.

Præterea ille tex. retorqueri poteſt:quia imò uidetur cumulationem prohibere ex quo dicit quòd renuntiatum fuit petitorio, niſi ſaluando dicas quòd renuntiatio non inducitur, niſi poſtquàm admiſſæ ſunt probationes, anteà netò cumulatio durat cum aliàs probationes non admitterentur.

Secundò reſponde quòd renuntiatio non inducitur ſi permiſit recipi probationes ſaluo iure ſuo in petitorio, ut ibi declarant doctor. & cum hac ſubauditione quòd permiſit recipi ꝓbationes ſuper dominio ſaluo iure ſui poſſeſſorii debet intelligi concluſio Bar. hic & ſuppleri. unde apparet quòd in multis fuit diminutus, & propterea docto.ſequentes eum, qui conſtituunt regulam negatiuam non bene loquuntur: ſed oportet conſtituere regulam affirmatiuam ut in omnibus aliis præcedentibus ſemper fecimus.

366 Facias igitur regulā † quòd quando actor ꝓponit poſſeſſorium recuperandæ,& reus petitorium: quòd admittitur cumulatio per rationem tex. noſtri hic: quia nihil habet commune poſſeſſio cum proprietate, & hæc remedia in ſui ſubſtantia nullam habent contrarietatem.

Ampliatur procedere quando actum fuit diuerſis reſpectibus.

Ampliatur ſecundò quando actum fuit ſimpliciter; & ſubiecta materia patitur, ut uideatur actum diuerſis reſpectibus: quia ità fit interpretatio per legem ſi quis intentione ambigua. de iudi.

Ampliatur procedere quando actum fuit ꝓ eadem poſſeſſione, & actor quàmuis negauerit ſe poſſidere: tamen offerat ſe liti in petitorio, & poſſeſſorio.

Item ampliatur procedere:quando oppoſita fuit exceptio dominii,& actor conſentit proteſtando quòd non uult renuntiare.

Item ampliatur procedere: quando petitorium fuiſſet propoſitum pro poſſeſſione nouiter amiſſa,ſaltem poſt litis conteſtationem, ut per Bar. inf. in aliis.

Item ampliatur procedere in incorporalibus Item in beneficialib:& ſpiritualibus Item & in cauſa appellationis. Item & uſque ad concluſionem in cauſa.

Limitatur non procedere: quando actum fuit pro eadem poſſeſſione, & actor non ſe obtulit liti ut in prima concluſione Bar. Item limitatur: quando oppoſita fuit exceptio dominii. & actor non conſentiit, uel ſi conſentiit præſumitur renunciaſſe,dict. cap. j. de reſtitu. ſpo liatorum.

Item limitatur non procedere quando oppoſitum fuit dominium notorium de iure communi,d.cap. ad decimas.

Item limitatur, quando partes contenderēt in petitorio quis deberet eſſe actor uel reus.

Item limitatur non procedere:quando uellet cumulare poſt concluſionem in cauſa.

Item limitatur nō procedere: quando actor uellet ſuſpendere petitorium: nam generaliter hæc ſuſpenſio eſt permiſſa:dicto cap.paſtoralis. ſecundum declarationem ſæpius factam.

Item limitatur non procedere quando uellet cumulare cum cauſa criminali. iux. legem interdictum.de pub. indi.

Item limitatur non procedere in interdictis habentibus annexam cauſam proprietatis, & ſic apparet quòd in quamplurimis Bar.fuit diminutus.

367 Sed dum Bar. † conſentit quòd ex uoluntate actoris poteſt cognoſci de petitorio, & ego ſupra ampliaui, infertur quòd poteſt actor paciſci ne liceat agere poſſeſſorio recuperandæ, & melius per dictum capitulum primum de reſti. ſpo.ubi propter ſolam præſumptam uoluntatem renuntiatur poſſeſſorio, & Bar. allegat l. ſi quis in conſcribendo. C. de pact. quæ concluſio uera eſt quando uiolentia eſt præterita, ut dixit Abb.in cap.ſolitæ.de reſti. ſpolia. col.fin. & cap.cum dilectus.col.10.de ordine cognitio. Sed ſi conuentio fieret pro futura uiolentia ne poſſit agi non ualeret pactum tanquàm inuitans ad delinquendum.l.e.conuenire.ff.de pact. dotalib.& l.iuriſgentium.§.prætor.& l.ſi unus. §.illud.& §.pacta. ff. de pact.ut hic per Fernandum,Fabium,& Rubeum.

Item quòd dicitur de conſenſu operabitur effectum quòd non impediatur cognitio plena ſuper dominio ut reus poſſit iudicari dominus, quod non eſſet ſi non conſentiret: quia tunc ſolum admitteretur pro confortatione poſſeſſorii.

Item operabitur quòd poterit procedi ſuper petitorio & utrunque terminari unica ſententia, cap. cum dilectus. de cauſ. poſſ.& propriet. ut hic per Rip. tenendo opinionem Ioannis And, & Sequutium quòd cauſa reconuentionis aſſumat naturam primæ cauſæ, capit. ij. de mutuis petitioni. Sed ſecundum opinionem Barto.in auct.his conſequenter.C. de ſententiis, & interlocutio. omnium iudicum erit arbitrarium, & ſolum terminabitur unica ſententia quando reperiuntur eod. tempore finitæ ſeu concluſæ. & hoc maigs placet: quia non poteſt eſſe uera reconuentio, cum poſſeſſorium ſit ſummarium, & petitorium plenarium, & multum fauorabile poſſeſſorium.

368 In ſecundò capite: quando actor proponit poſſeſſorium adipiſcendæ. Barto. poſuit duos

caſus

caſus in quibus admittitur cumulatio: quando actum fuit diuerſis reſpectibus, & quando actú fuit pro poſſeſſione nouiter amiſſa, quando uerò actum fuit pro eadem poſſeſſione non admittitur: quia corruit petitorium propter deficiens extremùm l. fi. ff. de rei uendica. ſed Bar. etiam in hoc capite fuit diminutus: quia omiſit primò caſum quando actum fuit ſimpliciter & materia patitur quòd poſſit agi diuerſis reſpectibus. Item etiam omiſit alium caſum, quando actor ſe offeret liti expreſsè uel tacitè conteſtando litem, quo caſu petitorium habet ſuum extremum. Item omiſit caſum: quando oppoſitum fuit dominium notorium de iure communi, dicto cap. ad decimas. Item nec etiam dixit quando oppoſita fuit exceptio dominii non notorii ad finem illud probandi conſentiente uel diſcentiente actore.

Itèm dum dixit Bar. quòd quando actor negat ſe poſſidere proceditur ſuper poſſeſſorio, non allegat cauſam quare attento quòd in præcedenti de interdicto recuperandæ aſſignauit rationem: quia illud eſt priuilegiatum. unde cum illa ratio ceſſet, uidebatur quòd non dedeberet præferri. ideò tu dicas quòd illa ratio de priuilegio poſſeſſorii recuperandæ non eſt ſola: ſed eſt ratio generalis: quia omne poſſeſſorium ſecundum ordinem iuris præcedere debeat, & hæc ſola eſt cauſa principalis quare poſſeſſorium debeat præcedere, & alia de priuilegio ſpolii uenit acceſſoriè augendo. unde illa non eſt neceſſaria.

Ex quibus apparet quòd regula negatiua poſita hic per Bar. & cæteros docto. & Rip. in ſpecie non eſt uera, & quòd totum coutrarium eſt dicendum, quòd imò regulariter cumulatio permittitur cum ampliationibus & fallentiis.

369 Facias igitur regulam † qnòd ſi actor proponit poſſeſſorium adipiſcendæ, & reus petitorium, quòd admittitur cumulatio per rationem tex. noſtri: quia hæc remedia in ſubſtantia ſua nullam habent contradictionem neque impedimentum.

Ampliatur quando actum fuit diuerſis reſpectibus, uel actum fuit ſimpliciter, uel actor ſe obtnlit liti; uel actor conſentiit exceptioni dominii non notorii.

Item & poſt litis conteſtationem uſquè àd concluſionem in cauſa.

Item & in incorporalibus beneficialibus, & in cauſa appellationis, & alias utſupra.

Limitatur non procedere quando actum fuit eadem poſſeſſione, & actor non ſe obtulit liti, uel oppoſita fuit exceptio dominii notorii, uel exceptio dominii non notorii, & actor non conſentit uel quando contendunt quis debet eſſe actor, uel poſt concluſionem in cauſa, uel ſuſpendendo, uel quando cumularetor cum cauſa criminali, uel quando eſſent interdicta habentia annexam cauſam proprietatis, uel alias utſupra.

370 In tertiò capite Bar. dixit quòd quando actum fuit poſſeſſorio retinendæ, & poſteà propoſitum fuit petitorium quòd admittitur cumulatio, ſi actum fuit diuerſis reſpectibus: ſed ſi actum fuit eodem reſpectu ratione contradictionis prohibetur cumulatio, & præualet poſſeſſorium ratione ordinis & contrarietatis. Sed tamen poſſeſſorium faciliter expedietur: quia iudex declarabit eum eſſe poſſeſſorem, & procedetur ſuper ſolo petitorio actore poſſidente, transferendo onus probadi in reum qui effectus eſt actor, & addit poſteà niſi poſſideret, ui, clam, uel precario, uoluit dicere quòd ſi poſſideret illo modo poſſet illam poſſeſſionē declarare iudex competere actori per l. j. ff. uti poſſid. imò potius reſtituenda reo. ſed ego puto in hoc non bene dicere, licèt alii tranſeant cum eo: quia imò ſemper iudicabitur poſſeſſor, ex eo: quia reus conuentus agendo petitorio renuntiauit illi poſſeſſioni; & non poterit dari reo qui non petiit: ergo in diſtinctè dabitur actori.

Item dum dicit quòd proceditur ſuper ſolo poſſeſſorio non aſſignat rationem quare. & obſtat quòd dicit in primo capite. ſed reſponde qnòd ratio eſt generalis apparens: quia natura poſſeſſorii ſemper eſt nt præcedat.

Item petitorium eſt debile, quoniam deficit extremum ſuum quando actor negauit ſe poſſidere.

Item eſt tertia tatio: quia in eius arbitrio eſt ſuſpendere petitorium. Addas tamen quòd ipſe ualde fuit diminutus: nam tacuit caſum quando actor qui negauit ſe obtulit liti. Item tacuit caſum quando agitur petitorio pro poſſeſſione nouiter amiſsa. Item tacuit caſum quādo agitur ſimpliciter, & materia patitut ut agatur diuerſis reſpectibus. Item tacuit caſum quando agitur & contenditur quis debeat eſſe actor. Item tacuit caſum quando opponitnr exceptio dominii notorii, nel exceptio dominii non notorii, & actor conſenſit uel non conſenſit.

Ex quibus apparet quòd doct. ſequendo Bar. malè fecerunt ponendo regulam negatiuam quòd non admittitur cumulatio: quia imò debet fieri regula contraria quòd admittitur cumulatio cum ampliationibus prædictis, & limitationibus.

371 Et ideò conſtituas regulam, † quòd ſi proponatur poſſeſsorium adipiſcendæ, & reus proponat petitorium quòd admittitur cumulatio per rationem tex. noſtri: quia hæc remedia in ſubſtautia nullam habent contradictionem neque ſe tangunt.

Ampliatur procedere omnibus modis quibus ampliata fuerunt prædicta dno capita: quia eadem ratio eſt.

Item limitatur omnibus modis quibus præcedentia capita fuere limitata: quia eſt eadem

ratio, & referas de uerbo ad uerbum ut in eis.

Eandem regulam conſtituas coniungendo omnia dicta tria interdicta ſimul, quòd ſemper admittitur cumulatio regulariter, & ampliatur omnibus illis modis, & limitatur omnibus illis modis: quia in omnibus conueniunt. Quatuor tamen ſunt principales limitationes licèt multis modis exemplificentur quæ generales ſunt, una quando contendunt partes quis eſt actor, & quis eſt reus, propter ordinem, alia quando uolunt ſuſpendere petitorium: quia in diſtinctè permittitur. Tertia quando nolunt cumulare poſt concluſionem in cauſa petitorii, ſecus autem in cauſa poſſeſſorii. Alia quando eſt contrarietas hæc autem eſt mere accidentalis, cum contrarietas cauſetur ſecundum uariam naturam interdictorum, & remediorum.

Item cauſatur ſecundum uarium modum proponendi, ut demonſtratum fuit ſupra & euitari poteſt quando partes ſunt cautæ, uel uolunt adhibere aliquam cautelam, ità quòd apparet quòd dncto. non bene fecerunt formando regulam prohibitiuam ſuper iſta ratione contrarietatis quæ tam uaria eſt flexibilis & accidentalis.

372 Sexta eſt combinatio† quando actor proponit poſſeſſorium & reos incontinenti è contrariò proponit petitorium, in qua combinatione contrarietas eſt fortior & perſiſtens: quia non poteſt reſſolui per conſiderationem quòd ſecundum fuit propoſitum poſt litis conteſtationem in primo, & quòd per perſeuerantiam primum uideatur confirmatum, nec poteſt diſſolui propter diuerſitatem temporis, ut quòd ſecundum fuerit propoſitum pro noua poſſeſſione quæſita, uel ammiſſa. Vnde non conuenit illa qualitas an ignoret ſe poſſidere: neque an agatur pro poſſeſſione mutata poſt litem motam, neque alia qualitas quòd proponatur poſt concluſionē in cauſa, uel poſt ſententiam, ideò ipſe poſuit regulam generalem quòd ſemper prohibetur cumulatio ratione cōtrarietatis, & hoc dicit procedere in interdicto recuperandæ: quando intentatur primo petitorium, & ab alio incontinenti interdictum recuperandæ.

Item quando primo intentatur petitorium & poſteà incontinenti poſſeſſorium adipiſcendæ. Idem eſt in interdicto retinendæ quando primò propoſuit petitorium, & alius propoſuit poſſeſſorium retinēdæ eodem tempore, uel e contrario: quando primò intentarentur hæc tria remedia, & poſteà intentaretur petitorium: quia ſemper oportet quòd præcedat poſſeſſorii cognitio, & ſequatur poſteà petitorium propter rationem ordinis ut tenuit glo. in l. in certi. C. de interdict.

Fallit tamen ſecundum eum: quando agitur diuerſis reſpectibus: quia tunc cumulatio procederet, ex eo: quia ceſſaret ratio contrarietatis, per ea quæ dicta fuere in quinta lectura. Sed tamen hæc concluſio Bar. uidetur habere difficultatem in interdicto retinendæ: nam licèt contrarietas ſit ubicunquè quis agit interdicto retinendæ ad recuperandam poſſeſſionem forſam iux. glo. in l. clam poſſidere. §. qui ad nundinas, ſup. eodem. tamen ſi agatur ad conſeruandam poſſeſſionem, & ut aduerſarius deſiſtat à moleſtationibus, nulla eſt contrarietas, attento quòd qui agit interdicto retinendæ, dicit ſe poſſidere: & ſi aduerſarius agat rei uendicatione dicit eum poſſidere, & ſic ſunt concordes unde iudicia poterunt procedere.

Et ſi dicatur ille qui turbat in poſſeſſione prætendit etiam ſe poſſidere: quia ex alia cauſa non poteſt turbare. Reſpondetur quòd imò prætendit: quia hoc facit propter dominium quod reputat eſſe penes ipſum, & quando uidit ſe conueniri poſſeſſorio intentauit rei uendicationem: quia prætendebat eſſe ſuam. unde ut demonſtraret ſe dominum turbabat eum, & ſi prætenderet ſe poſſidere intentando rei uendicationē, uideretur renuntiaſſe ipſi poſſeſſorio per dicta in 3. lectura. & perdetur in totum cum alteri propter ſuam poſſeſſionem ſit habilitas quæſita, glo. in l. quod ſi nolit ſupra eodem.

Propterea ſequitur quòd indiſtinctè quando proponitur interdictum retinendæ non animo recuperandi aliquam poſſeſſionem, ſi conueniatur actor rei uendicatione poterit procedi ſuper utroque: quia nulla eſt contrarietas, & aliter non poteſt ſaluari Bar. niſi quòd ipſe habuit hanc intentionem dum poſuit illa uerba pro ut agitur: quia aduerſarius ſe poſſidere contendit, id eſt, quo ipſe reus proponens petitorium conſentiebat in interdictu retinendæ, & dicebat ſemetipſum etiam poſſidere. unde neceſſariò actor tractabat de recuperatione, & ipſe reus erat ſibi cōtrarius: quia dicebat ſe poſſidere, & conſeruari debere in poſſeſſione, & poſteà agebat petitorio in quo dicebat alium poſſidere, quæ ſaluatio eſt bona quando uterquè contenderet poſſidere omni poſſeſſione: ſed ſi contenderet poſſidere una poſſeſſione tantum, non eſſet contrarietas. ſed adhuc ſaluando Bar. dicas quòd intellexit de eadem poſſeſſione: quia poſteà ſubiicit quando agitur diuerſis reſpectibus, & ſic habes duas limitationes ex mente Bar. una quando proponitur interdictum retinendæ pro ſolis moleſtationibus, alia quando agitur diuerſis reſpectibus.

Regulariter uerò non admittitur cumulatio quia negat actor ſe poſſidere, & auſert extremum ipſius petitorii, unde ſuper ſolo poſſeſſo-

373 rio proceditur propter odium † ſed tamen inſtare poteſt, quia uidetur quòd nec etiam poſſit procedi ſuper poſſeſſorio, attento quòd ſi reus negat ſe poſſidere nullo interdicto poteſt teneri: neque recuperandæ: quia non poteſt reſtitue-

ſtituere: neque adipiſcendæ: quia non poteſt dare poſſeſſionem quam non habet: neque retinendæ; quia negat aliquam poſſeſſionem reſtituendam habere. Et ſic uidetur quòd ſicut petitorium corruit deficiente ſuo extremo, eodem modo etiam corrua. & poſſeſſorium deficiente ſuo extremo.

Non poteſt aliter ſaluari Bar. niſi negando quòd ad ualiditatem poſſeſſorii ſit neceſſarium quòd aduerſarius habeat poſſeſſionem quæ petitur. tamen hoc durum eſt tenere: nequè iure probatur quòd teneatur reſpondere in poſſeſſorio: quando petitur reſtitutio poſſeſſionis & ideò ſecunda eſt melior ſolutio, quòd licèt non poſſideat: tamen ſe offert liti; & ſuſcipiendo iudicium obligabitur. & tenebitur ſaltem ad fructus: expenſas, & intereſſe, ſicut dicimus de petitorio, l. utique. ff. de rei uendicatio.

Per quam limitationem ſequitur alia limitatio ad concluſionem Bar. quòd tunc procederet cumulatio: quando actor conuentus petitorio offeret ſe liti; ut quamuis negaret ſe poſſidere: quia ſpoliatus, uel ex alia cauſa: tamen ipſe dicebat quòd erat paratus demonſtrare quòd etiam erat dominus, & ſe offerebat liti, ſicut etiam dictum fuit in præcedenti combinatione, & propterea nulla extante contrarietate poterit etiam admitti cumulatio.

Præterea in alio caſu poſſet procedere cumulatio, ſi forſam aliquis intentaret poſſeſſorium adipiſcendæ contra alium prætendentem ſe hæredem: tamen bona uacabat: quia nullus erat ingreſſus poſſeſſionẽ, & petebat ſe mitti in poſſeſſionem ex officio iudicis: tamen poſteà ſuperuenit contradictor qui intentauit rei uendicationem, & conabatur impedire ne daretur poſſeſſio, ut no. in l. fi. C. de edict. diui. Hadria tollend.

Item eſt alius caſus quãdo opponitur de dominio per modum excipiendi. & actor non contradicit: quia tunc admittitur cumulatio: arg. cap. j. de reſti. ſpoliato. & ſupra dixit in præcedenti combinatione.

Item Bar. omiſit caſum quando opponitur exceptio dominii notorii de iure communi: quia ſi quis intentaret rei uendicationem, & opponeret illam exceptionem, tunc procederetur ſuper ſolo petitorio non autem ſuper petitorio: quià deficeret extremum petitorij.

Rurſus uidetur quòd nèc etiam quando agitur diuerſis reſpectibus admittatur cumulatio. Nam contrariatur tex. in cap. ex conqueſtione de reſti. ſpoliato. ubi illa duo remedia fuere intentata diuerſis reſpectibus, & tamen præcedere debet petitorium. Soluebat Butrius quòd Bar. loquitur hic de iure ciuili: ſed dictum cap. loquitur de iure canonico. quam ſolutionem ſupra reprobauimus demonſtrando quòd iura canonica loquuntur etiam de intentione iuris ciuilis. & ideò reſponſio poteſt dari quòd ibi facta fuit ſuſpenſio per ipſam mulierem agentem poſſeſſorio. unde datur una reſtrictio ad caſus in quibus poteſt fieri cumulatio, ut non procedant quando proponens poſſeſſorium uult ſuſpendere. nam ſemper ei data eſt poteſtas ſuſpendendi, ut ſupra dictum fuit.

Quare & in hac combinatione conſtituas re
374 gulam affirmatiuam † quòd admittitur cumulatio, quamuis doct. contrariam faciant propter illam rationem generalem quia nihil habet commune poſſeſſio cum proprietate, & ex natura eorum nihil eſt quòd impediat cumulationem, Quæ concluſio procedit, ſi actum fuit diuerſis reſpectibus. Item procedit quando actum fuit eadem poſſeſſione: tamen actor ſe obtulit liti; uel etiam quando fuit appoſita exceptio dominii & actor conſentit.

Amplialur etiam procedere in incorporalibus beneficialibus, & ſpiritualibus, & etiam quando actum fuit interdicto retinendæ pro ſola poſſeſſione conſeruanda.

Limitatur non procedere: quando actum fuit pro eadem poſſeſſione, & tutor non ſe obtulit liti.

Limitatur non procedere: quando fuit oppoſita exceptio dominii notorii de iure communi, uel exceptio alia in interdicto recuperandæ non conſentiente actore.

Item limitatur non procedere: quando proponens poſſeſſorium uellet ſuſpendere petitorium: quia illa ſuſpenſio ſemper licita eſt.

Limitatur non procedere in interdictis habentibus annexam cauſam proprietatis.

Item limitatur non procedere: quando proponens petitorium proteſtaretur quò ipſe non intendit habere onus probandi. Nam tunc etiam neceſſariò procederetur ratione ordinis ſuper ſolo poſſeſſorio.

375 Ex quibus tu habes † quòd in omnibus iſtis combinationibus cumulatio permittitur cum eiſdem ampliationibus, & cum eiſdem limitationibus plerunque, ex uarietate autem modi proponendi non cauſatur impedimentum principale ad cumulationem: ſed ſolum alteratur contrarietas ut aliquando obſtet, & aliquando deſinat obſtare, uel quòd non ſint termini habiles ut aliquæ ampliationes, uel aliquæ limitationes non poſſint conuenire; tamen ſubſtantia ipſa materiæ ſemper eadem eſt, & ſolum. ex accidenti contingunt illæ uarietates quæ etiam plerunquè poſſunt corruere quando partes ſe offerunt liti; & apparet in effectu quòd contrarietas non eſt cauſa principalis impediendi cumulationem, neque propter eam debebat doct. ponere regulam impeditiuam cumulationis contra iſtum tex. cum ſit tam uariabilis, & tam faciliter poſſit euitari.

Et in ſumma tu habes in effectu quòd propter ſex cauſas principales impeditur cumulatio, quarum aliquæ in omni combinatione & modo proponendi ſemper habent locum.

376 Prima eſt † cauſa quando uterque contendit

ſe nolle habere onus probandi & iſta in omni combinatione ſemper impedit cumulationem, & facit quòd præcedere debeat omnino poſſeſſorium ratione ordinis impoſiti à lege.

Secunda cauſa eſt; quando proponens poſſeſſorium uult ſuſpendere: nam tunc in omni combinatione ſemper impeditur cumulatio, & in quocunque interdicto: quia permiſſum eſt ei ut poſſit ſemper ſuſpendere petitorium ſecundum declarationem ſupra traditum quia reducitur ad naturam ſuam poſſeſſorium, & ideò iſte caſus participat de ratione ordinis,

Tertia eſt cauſa impediens cumulationem quando cauſæ electione tolluntur: nam tunc in omni interdicto, & in omni combinatione impeditur cumulatio, ſaltem quando opponitur à parte: quia deficit ſecundum remedium, & in eo proceditur ſine actione, l. fi. C. de codicillis.

Quarta cauſa eſt prohibendi cumulationem: quando eſt concluſum in cauſa in petitorio: quia tunc regulariter impeditur cumulatio per dictum capitulum paſtoralis, & iſta eſt generalis ad omnia interdicta utſupra declaraui, & etiam omnes combinationes, in quibus ſucceſſiuè remedia intentantur: tamen non poteſt procedere quando eſſet concluſum in cauſa poſſeſſorii: quia nec iſta neque illa de ſuſpenſione habet locum quantum ad cauſam poſſeſſorij: quia cum ſit iudicium ſummarium non alteratur propter ſuſpenſionem, uel illam propoſitionem. ſed ſolum procedunt quando eſſet concluſum in cauſa petitorii, uel ſuſpenderetur petitorium quòd eſt ordinarium, dicto cap. paſtoralis. ubi docto. dicunt non procedere in caſu contrario.

Quinta eſt cauſa impeditiua cumulationis: quando opponitur exceptio dominii notorii de iure communi, & hæc ſimiliter generalis eſt ad omnes combinationes, & ad omnia interdicta ut ſemper per eam impediatur procedi ſuper poſſeſſorio: quia tollit extremum, & cauſam poſſeſſorii, dicto cap. ad decimas, de reſti. ſpoliato.

377 Sexta † eſt cauſa impeditiua cumulationis cõtrarietas, quæ & ipſa generaliter procedit in omnibus interdictis, & in omni combinatione ut patet ex præcedentibus: ſed tamen alteratur propter naturam interdictorum, & modum proponendi: quia in quibuſdam interdictis eſt contradictio cum petitorio in uno modo proponendi. & in alio modo proponendi, non eſt contradictio in eiſdem ſed in aliis in quibus erat contradictio incipit eſſe concordia ut ego declaraui in principio ſecundæ combinationis, & per alias etiam combinationes potuit cognoſci quæ contrarietas etiam poteſt tolli: quando actor ſe offert liti, etiam quòd neget ſe poſſidere. & aliis accidentalibus modis. ita quòd hæc cauſa eſt generalis ad omnia interdictà & ad omnes combinationes. Sed tamen eſt uariabilis, & alterabilis propter diuerſas cauſas. unde apparet quòd dum docto. tantum ſe fundauerũt in ratione contrarietatis debebant propter eam facere regulam prohibitiuam in omnibus interdictis cum in omnibus eis ea interueniente impediatur cumulatio, & hoc modo potuiſſet ſaluari opinio Io. & Azo. qui in omnibus cõſtituerunt regulam negatiuã quòd non procedat cumulatio. Nam conſiderauerunt quòd ratio contrarietatis militabat in omnibus interdictis, & impediebat cumulationem: ſed tamen poſteà ipſi non benedixerunt, ex eo quia hæc ratio contrarietatis non erat naturalis: ſed accidentalis, & rariſſimè interueniebat, ſicut & etiam raro interueniebat in interdicto retinendæ rectè facta conſideratione Et propter eà tu uides manifeſtè quòd hęc ratio contrarietatis offuſcauit omnes docto. qui impediti neſciuerunt bene ſe reſoluere, quæ bene nota.

Nam per ea tu poteris habere reſolutionem facilem in tota materia. poteſt etiam addi hic ſeptima cauſa impeditiua, ut nihil amitatur ratione duplicitatis, ut in interdictis habentibus annexam cauſam proprietatis. Nam in illis ſolis procedit: quia tam in petitorio quàm in poſſeſſorio quis petit ſe declarari dominum, & totam rem per duas actiones petit, unde impeditur cumulatio. & ideò ſequitur quòd ſi non habent pleniſſimè annexam cauſam proprietatis ꝙ non impedietur cumulatio ut dictum fuit de interdictis exhibitoriis diſtinguendo, & ſaluando opinionem Alexandri.

378 Tertius † eſt articulus in his cõbinatinnibus quando actor proponit petitorium & poſſeſſorium ſimul, & reus quoque proponit utrunquè, qui articulus completitur duos præcedentes, primum quando unus & idem utrunquè proponit duplicando etiam in reo. ſecundum quando unus proponit unum, & alter proponit aliud, unde apparet quòd ſunt tres contrarietates, una eſt in actore qui utrumquè proponit, & poteſt ſibi contradicere, alia eſt in reo qui ſimiliter utrunque ponit & poteſt ſibi contradicere. Tertia poſteà inducitur quando ſimul colliguntur, & quatuor remedia reperiuntur eodem tempore prępoſita. ideò Bar. hic breuiter ſe expediendo dixit quòd prohibetur cumulatio propter tantas contrarietates atquè etiam cognitio debet fieri ſuper poſſeſſorio ratione ordinis: ſed tamen uerè nimis cito ſe expediuit, & demonſtrauit quòd erat feſſus, & habebat ingenium nimis faticatum in iſtis conſiderationibus. Nam dum dixit quòd debet præcedere poſſeſſorium non fuit recordatus quòd multæ ſunt cauſæ per quas petitorium præfertur poſſeſſorio, ut quando interuenit exceptio dominii notorii, uel quando conuentus poſſeſſorio negauit ſe poſſidere, & ſe uelle reſpondere, uel quando etiam eſt concluſum in cauſa petitorii, & Bar. hic uoluit tractare de

poſſeſ-

poſſeſſorio & petitorio tam in principio quàm ſucceſsiuè propoſitis.

379 Item † contra doctrinam Bar. tenebat Paul. de Caſtro in l.ſi de ui.ff.de pub.iud.dicens practicam ſeruare quòd actor dicit ſe dominum & poſſeſſorem, & reus quoquè dicit ſe dominum & poſſeſſorem, & unuſquiſque in libello ponit cumulum omnium iurium ſuorum. & ideò iudex ſuper omnibus iuribus partium indicat, &ità uult admitti poſſeſſorium, & petitorium ab utraquè parte, & facit textus in capitulo cum ſuper. & capitulo cum dilectus. & cap. cum eccleſia Sutrina. cum ſuis concordatibus de cauſ. poſſeſsio.& proprie.tamen Iaſ. dicit quòd opinio Bar. hic uerior eſt, & malè loquitur Paulus de Caſtro,& errauit:quia hæc cumulatio non admittitur, ut hic per Bar. & omnes propter rationem contrarietatis, & quòd præcedere debet poſſeſſorium ratione ordinis.

Bal. tamen ponebat unam limitationem in l.unica §.inprimo C.de cad.tollend. quãdo ageretur pro iuribus incorporalibus: quia cum actio confeſſoria detur poſsidenti.§.æquè.inſti. de actioni. poteſt concurrere cum poſſeſſorio retinendæ: cum in utroque dicat ſe poſsidere. & eſt utilis mutua petitio propter pleniorem uictoriam, & dicit ſingulariter notari in l. j. §. j. inf. uti poſsid. Iſtam tamen limitationem reprænhendit Areti. hic: quia non debent admitti libelli directo contrarii: quando per unum iudicium intentatum idem omnino quis poteſt conſequi, agendo, & alter excipiendo, & dicit probari in l. quemadmodum, & ibi Bal. ſup. de iudi. Iaſ. uerò negat aſſumptum. Areti. & Bal. hoc dicere.unde tenet limitationem quæ uidetur bona ceſſantibus rationibus Bar. quia ceſſat ratio contrarietatis: tamen nec ipſe bene conſiderauit quomodo ceſſet ratio contrarietatis.Addebat tamen ipſe poſteà, quòd ex alio debet impediri cumulatio: quia in omnibus iudiciis requiritur actor & reus. iiij. q. 4. cap. j. & cap. forus. de uerbo. ſignifi. in tantum quòd in l.in tribus.ff.de iudi.inquiritur quis eſt actor & quis eſt reus. unde uidetur ſtare cum concluſione Bar. quòd in diſtinctè permittatur cumulatio.

Sed & ipſe cum cæteris apparuit minus feſſus: quia imò & in hoc articulo multis modis legitimè poteſt fieri cumulatio, & incipiendo ab incorporalibus dicas cumulationem regulariter procedere rectè facta conſideratione.

380 Nam † ſi aliquis prætendit ſeruitutem ſibi deberi, & proponat confeſſoriam actionẽ petendo declarari ſeruitutem ſibi deberi, atq; etiam intentet interdictum uti poſsidetis, uel de itinere actuque priuato, uel de aqua quotidiana & æſtiua, & non poterit cumulare: quia nulla eſt contradictio, cum in utroque remedio dicat ſe poſsidere.Similiter ſi reus proponat negatoriam actionem petendo declarari ſe eſſe liberum, atque etiam intentet interdictum uti poſsid. petendo ſe conſeruari in quaſi poſſeſsione libertatis, ipſe quoque non erit ſibi contrarius:neque etiam inuicem erunt contrarii:quia petunt diuerſa, iſte ſeruitutem, & ille libertatem, & quamuis unum exiſtis oporteat eſſe uerum: tamen non per hoc tollitur quin remedia concurrant,iudex uerò iudicabit quis præferri debeat: nam & contraria ſemper dicunt litigantes cum reus conteſtando litem neget illud quòd petitum fuit. Et idem ſeruabitur in aliis interdictis. Nam ſi actor proponat confeſſoriam, & interdictum adipiſcendæ poſſeſsionis ſeruitutis, & è contrariò, reus proponat negatoriam & interdictum retinendæ omni modo procedit. idem etiam quando & reus proponeret interdictum recuperandæ ad recuperandam libertatem: nam & poſſet admitti cum petant diuerſa. Et idem diceremus ſi intentaret poſſeſſorium adipiſcendæ: quoniam confeſſoria actio datur etiam non poſsidenti, & ſimiliter negatoria, iuxta tex. in l. fructuario, §.fi. ff. ſi uſusfruct. petat. unde non ſunt ſibi contrarij. Et ſi dicatur ſi quis petit poſſeſsionem ſeruitutis, & ille poſſeſsionem libertatis: ergo negat ſe habere poſſeſsionem ſeruitutis, & per conſequens dicit aduerſarium habere libertatem: ergo reus petendo libertatem uidetur dicere contrarium eius quòd allegatur ab actore. Reſpondetur quòd imò non eſt plena contradictio, ut habetur in l. hæc autem iura. ff. de ſerui. urbano. prædio. & lege ſicuti. §. ſi quæratur. ff. ſi ſerui. uendi. & hęc de incorporalibus.

381 In † corporalibus quoquè rebus hæc remedia poterũt cumulari;ſi agatur diuerſis reſpectibus, ut ſi feudatarius proponat rei uendicationem, uel emphyteuta pro ſuo utili iure, atquè etiam proponat interdictum uti poſsidetis pro poſſeſsione naturali rei, non erit ſibi contrarius, & dominus quoque directus intentet rei uendicationem pro ſuo directo dominio, & proponat poſſeſſorium retinendæ pro ciuili poſſeſsione, non erit ſibi contrarius: neque inuicem contrarij. Nam extremum rei uendicationis eſt in utroquè petitorio: quia unuſquiſque habet unam poſſeſsionem, & eadem ratione & poſſeſſorium pro ſua poſſeſſione unius cuiuſquè poterit dari, & idem etiam procedet in aliis interdictis. Nam ſi feudatarius agat rei uendicatione pro utili dominio, & agat interdicto recuperandæ pro naturali poſſeſsione rei, non erit ſibi contrarius, & è conuersò, dominus agat rei uendicatione pro ſuo directo dominio, & agat interdicto recuperandæ pro ciuili poſſeſſione, poſſet enim eſſe quòd fructuarius primò ſpoliaſſet dñm de tota re, & poſteà dñs eum ſpoliaſſet de naturali tantum,ut uerificarẽtur omnia dicta interdicta cum ſuis petitoriis. idem poſſumus dicere de interdicto adipiſcendæ, ſi uterquè agat petitorio pro ſuo iure, &

poſteà agant poſſeſſorio adipiſcendæ, unus pro naturali, & alius pro ciuili, nulla erit contradictio, & admittetur cumulatio, & huc uſque apparet quòd cumulatio permittitur in hac ſeptima combinatione, eo modo quo permittitur in aliis conbinationibus ſupra traditis: quando ſingularia remedia, & non duplicata fuere intentata, quæ cumulatio poterit fieri ab initio eodem tempore proponendo dicta quatuor remedia. Item poterit fieri ſi primò proponantur petitoria, & poſteà proponantur poſſeſſoria ante litis conteſtationem, & poſt litis conteſtationem uſque ad concluſionem in cauſa, atquè etiam poterunt proponentes poſſeſſoria ſuſpendere petitoria ſi placebit, uel unus petitorium alterius, & è contrario quoque hæc cumulatio procedet, ſi primo intentantur poſſeſſoria, & poſteà intententur petitoria: nã nihil impediet quin cumulatio poſſit fieri: ſicut ſi ſingularia remedia eſſent intentata.

383 Si uerò † petitoria proponantur pro eadẽ re, & pro eadem poſſeſſione, & tunc etiam cumulatio aliquibus caſibus poterit procedere. Nam primò hæc duo petitoria poterunt procedere, ſi unuſquiſquè petat ſe declarari dominum: quia nihil repugnat, & ſi dicatur imò ſibi contradicunt cum uterque negent ſe poſſidere, & dicat aduerſarium poſſidere, reſpondetur quòd hoc procederet ſi perſeueraret in negatione: ſed ſi ipſi ſe offerant liti, utrunque petitorium habebit ſuum extremum, etiam eis negantibus ſe poſſidere, uel etiam ſi uterque ſuſcipit defenſionem, & conteſtetur litem: nam tacitè uidetur ſe offerre, & nulla remanet contradictio.

Nec obſtat quod dicebat Iaſ. quòd hæc iudicia erunt ſiue perſone rei, & ſic deficit unã ſubſtantia iudicii, cap. forus. de uerbo ſignificatio. 4. q. 4. cap. primo. reſpondetur quòd imò adeſt perſona rei: quia uterquè eſt actor in ſuo remedio, & reus in alio. præterea hæc qualitas quòd reperiatur reus non eſt de ſubſtantia iudicii quamuis ſit de natura iudicii: argumento in l. cum quid. ff. ſi cer. petat. & ſolùm oportet cognoſcere quis ſit reus: ut ſciamus quis poteſt releuari ab onere probandi: Ideo ſi unuſquiſquè contentatur habere onus probandi, nihil erit quod impediat hæc duo iudicia, & ſi poſteà actur proponat poſſeſſorium retinendæ pro conſeruatione, & reus proponat poſſeſſorium recuperandæ, nulla erit contradictio, & poterunt cumulari. Idem erit iu poſſeſſorio adipiſcendæ, ſi illud intentaret: quia fateretur actorem poſſidere, & nulla eſſet contradictio, & ſi forſam intentaret poſſeſſorium retinendæ, ad huc non eſſet contrarius actori, ſi intentaret pro poſſeſſione nouiter quæſita ea dem procederent ſi actor intentans ſuum petitorium proponeret poſſeſſorium recuperandæ, uel adipiſcendæ, & reus poſſeſſorium retinendæ: quia nulla eſſet contradictio, & ſi reus quoquè intentaret interdictum recuperandæ atque interdictum adipiſcendæ, non eſſet ſibi contrarius, ſi forſam pendente iudicio amiſiſſet poſſeſſionem, & ageret pro poſſeſſione nouiter ammiſſa, quæ omnia procederent etiam in beneficialibus, & in cauſa appellationis, & uſquè ad concluſionem in cauſa, & ſuſpendendo in omnibus & per omnia pro ut dictum fuit ſupra in alijs combinationibus quando ſimplicia remedia intentantur.

383 Ex quibus apparet † quòd Bar. demonſtrauit habere ingenium nimis faticatum cum præcedentibus combinationibus, & cæteri quoque docto. qui conſtituerunt iſtam regulam generaliſsimam nagatiuam, quòd prohibetur cumulatio ratione ordinis & ratione contrarie-

384 tatis. † Quoniam imò debet fieri regula contraria affirmatiua ſicut in præcedentibus combinatioùibus, quòd quando actor proponit petitorium uel poſſeſſorium, & reus ſimiliter cumulatio permittitur: quia nihil habet commune poſſeſſio cum proprietate, & permittitur ab initio, & in medio & uſquè ad concluſionem in cauſa, quæ procedit in incorporalibus. Item quando intendatur pro libertate & ſeruitute. Item procedit in rebus corporalibus in omnibus interdictis quando intentantur pro diuerſis poſſeſſionibus & iuribus. Item procedit quando intentantur pro eodem iure, & eadem poſſeſſione, ſi ab una parte eſt interdictum recuperandæ, & adipiſcendæ, & ab alia retinendæ, uel ſi intentantur eadem interdicta ab utraquè parte, ſi agatur pro poſſeſſione nouiter quæſita, uel ammiſſa, ità quòd concluſio Bar. procedit in uno caſu tantum: quando agitur pro eadem poſſeſſione omni tempore durante, & pro eodem iure, & ſic in omnibus & per omnia procedit ſicut in præcedentibus combinationibus.

Vnde limitatur nõ procedere quãdo agitur omnimodo eodem reſpectu, & pro eadem re.

Secundò limitatur quando partes uolent ſe offerre liti; & perſeuerarent in negationibus contrariis.

Item limitatur non procedere poſt concluſionem in cauſa,

Item limitatur non procedere ſuſpenſiuè: quando partes uellent ſuſpendere utrunquè petitorium, uel unum tantum,

Item limitatur non procedere: quando uterquè contenderet releuare ab onere probandi: quia deberent præcedere poſſeſſoria.

Item limitatur non procedere: quando opponeretur exceptio dominii notoria: quia tunc ceſſarent poſſeſſoria, dicto capitulo ad decimas.

Item limitatur procedere: quando eſſent interdicta habentia annexam cauſam proprietatis, & in omnibus ut in præcedentibus combinationibus.

385 Octauam addidit † combinationem Iaſ. reſpicientem ſola poſſeſſoria abſq; è mixtura petitorij,

titorii, & Bald. in lege incerti. in ondecima quæſtione dicebat quòd ab eadem parte oon poſſunt plura interdicta cumulari: quia requiruot contraria extrema: nam in interdicto tecuperandæ oportet probare poſſeſsionem ſuam primam, & ſpoliationem, ut oo. in capitulo ex cooqueſtione. de officio delega. in poſſeſſorio uerò adipiſcendæ debet probare extremum quòd nunquàm habuit poſſeſſiooem, & noo potuit ſpoliari, & ſic de directo cootradicit præcedenti. In poſſeſſorio uerò retinendæ oportet probare ſe poſſidere de præſeoti. §. hodie. inſtitut. de interdictis. & contradicit præcedentibus allegationibus. Sed à diuerſis partibus tenet quòd poſſit fieri cumulatio: quia ſi quis inteotat poſſeſſorium recuperandæ poteſt reus conuenire eum pro alia præcedenti ſpoliatione per modum actionis & exceptionis, ut eſt tex. clarus in capitulo cum dilectus. de ordine cogoitio. Sed Iaſon dicit quòd etiam ab eadem parte poterit fieri cumulatio diuerſis reſpectibus, ſi quis intentat poſſeſſorium adipiſcendæ uel recuperandæ, pro poſſeſsione oaturali, & pro poſſeſsioue cioili iotentaretur interdictum retinendæ.

386 Tu plenius dicas, quòd plura interdicta poſſuot cumulari tam ab eodem quàm à diuerſis: ſicut quando implicatur petitorium. unde ſi in incorporalibus aliquis iotētat poſſeſſorium recuperandæ pro ſeruitute reus intentat poſſeſſorium recuperandæ pro libertate, uel etiam adipiſcendæ, admittetur cumulatio: quia dantur ad diuerſa, & idem, & fortius ſi intentaret poſſeſſorium retinendæ. Et ſimiliter ſi ſumus incorporalibus, & agatur pro diuerſis iuribus, & poſſeſsiooibus poterunt cumulari, ſi intentat poſſeſſorium recuperandæ pro naturali, uel adipiſcendæ, & pro ciuili poſſeſſorium retinendæ, & aduerſarius intentat poſſeſſorium recuperaodæ pro ciuili, uel adipiſcendæ, & poſſeſſorium retinendæ pro naturali, non enim impedietur cumulatio. Similiter ſi agatur pro eadem re: tamen pro poſſeſſionibus diuerſi temporis admittetur cumulatio ut in poſſeſſorio recuperandæ io dicto capitulo cum dilectus. de orne cognitioonm. Et idem erit in poſſeſſorio adipiſcendæ, ſi primò actor agat dicto poſſeſſorio adipiſcendæ re exiſteote uacaote; & poſteà habeat poſſeſſionem, reus uerò agat poſſeſſorio adipiſcendæ cootra eum pro poſſeſſiooe oouiter quæſita ſecundum formam poſitam in dicta lege finali. C. de edict. Diui Hadria. tollend. & in ſumma cumulatio plurium interdictorum ab utraque parte, & plurium ab aduerſaria parte, & inuicem poterunt cumulari, uel ſingula etiam quando, uel agitur pro diuerſis poſſeſsionibus, uel agitur pro dinerſis iuribus, ut io ſeruitute, & libertate, uel agitur eadem re, & poſſeſſione, uel nouiter quæſita, nel nouiter amiſſa, ità quòd propter uarietatem temporis inducatur diuerſitas, quæ cumulatio poterit fieri de ſingulis, uel de pluribus ab una parte, uel de pluribus ab ntraque parte, & ab initio eodem tempore, uel ab utraquè parte, & ab ioitio eodem tempore, uel unum poſt aliud poſt cooteſtatiooem in cauſa, & uſque ad concluſiooem. Sed tamen non poterit fieri ſuſpenſio: quia nullum remedium ſummarium poteſt ſuſpendi per aliud ſummarium, ut habetur in d. cap. paſto. & procedet io iocorporalibus, & iucorporalibus, & beoeficialibus, & in cauſa appellationis.

Limitabitur oon procedere: quando erit eadem poſſeſſio, & eadem res, & idem tempus, & in partibus proponentibus diuerſa remedia nunquàm poterit fieri cumulatio, niſi pro diuerſis poſſeſſionibus, uel pro diuerſis temporibus, & io effectu eadem erit determinatio quæ poſita fuit in præcedentibus combinationibus.

387 Et ex iſtis † duabus cōbinatiooib. ultimis habes ualde confirmatam regulam affirmatiuam, quòd cumulatio permittitur: quia hæc remedia ſunt diuerſa, & oihil habent commune inter ſe, quæ regula poſteà impeditur quando ſupernenit una ex cauſis impedientibus, oel quia partes contendont quis ſit actor, & reus, uel quia cumulatio fit de cauſis iocompatibilibus, uel quia per uarios modos propooendi inducitur contrarietas in allegatione partium, uel quia obſtat ratio duplicitatis quando ſunt interdicta habentia annexam cauſam proprietatis, ut quia eſt facta concluſio in cauſa petitorii, uel quia petitur ſuſpenſio petitorio, uel quia opponitur exceptio dominii notorii, quæ cauſæ ſuot accidentales, & mutaotur, & uariantur, & uario modo proponendi, & proptereà bene reſtringunt regulam: ſed uoo poſſuot eam oppugnare neque tollere, & hæc ſufficiant de iſta lata, & diffuſa quæſtione prima Bartol. an & quomodo admittatur concurſus petitorii, & poſſeſſorii.

388 Veruotamen † quia in eadem quæſtione concluſum fuit, quòd in multis caſibus cumulatio prohibetur per dictas ſeptem cauſas ſupra allegatas, ideò Bart. formauit ſecundam neceſſariam quæſtionem, utrum ſi cumulatio fiat in caſibus prohibitis proceſſus dicatur eſſe ipſo iure oullus, uel potius ſit ualidus? & an ſit neceſſaria exceptio partis, & ipſe iu effectu conſiderat quatuor cauſas prohibitiuas cumulationis, & ſeparatim inquirendo an ualeat proceſſus, uel requiratur exceptio partis. & in effectu ponit regulam qoòd neceſſaria ſit exceptio partis adhoc ut proceſſus efficiatur nullus, alioqui ea oon opponente, cumulatio habebit effectum, ſiue cumulatio impediatur propter rationem ordinis, ſiue impediatur propter rationem de abſolutoria, ſiue impediatur propter rationem q

electione tollantur quando ſimul ptoponantur, & etiam quando ſucceſſiuè, ſi per electionem unius non tollatur alia ipſo iure, uel etiam quando ratione contrarieratis impeditur cumulatio, & apparet contrarietas in eodem iudicio, ſi non eſt proceſſum ſuper utraquè: ſed ſuper una tantum, uel etiam quando contrarietas apparet ex diuerſis iuditijs, & remedia ſunt ſucceſſiuè propoſita quæ ipſo iure non ſe impediunt, & tres tantummodo ponit caſus in quibus ipſo iure cumulatio annullatur, & proceſſus una eſt quando actiones electione tolluntur, & ſucceſſiuè intentantur, & pro electione primæ tollitur ſecunda ipſo iure.

Secundus eſt: quando proponuntur remedia contraria ſimul, & ſuper eiſdem factus eſt proceſſus, tertius quando remedia ſunt contraria, & per electionem unius actionis tollitur alia ipſo iure,

Vnde habes unam aliam ampliationem ad regulam ſupra firmatam, quòd non tantum cumulatio admittitur regulariter in caſibus ſupra enumeratis: ſed etiam permittitur in caſibus prohibitis parte non opponente, & quia Bar. eſt diminutus augeas hanc concluſionem. Nam aliquando impeditur cumulatio: quia concluſum eſt in cauſa ſi fiat, & pars non opponat proceder cumulatio: quia lex non reſiſtit, dicto cap. paſtoralis. de cauſa poſſeſſio. & propriet. & ibi no.

Item prohibetur cumulatio propter exceptionem dominii notorii, & clarum eſt quòd erit neceſſarium eam opponere & probare.

Item prohibetur cumulatio propter ſuſpenſionem, quæ ſuſpenſio & à parte fieri debet expræſſe, dicto cap. paſtoralis. & ſi hoc non dicatur, uel non petatur à parte, non fiet ſuſpenſio.

Item impeditur cumulatio propter duplicitatem ſi eadem res petatur, ut in interdictis habentibus annexam cauſam poſſeſſionis, in quibus in petitorio & poſſeſſorio uertitur dominium & proprietas: tamen proceſſus ualebit ſi non opponatur, l. cum filius. §. uariis. de leg. ij. & l. huiuſmodi §. fi. ff. de leg. j. ita quòd apparet multum lata hæc ampliatio quòd in omnibus caſibus prohibitis adhuc cumulatio permittitur, ſi pars non oppoſuerit exceptionem, & ſolum remanent illi tres caſus quos ponit Bar. hic faciendo multas concluſiones ut per eum.

389 Prima eſt concluſio † quòd quando cumulatio impeditur ratione ordinis parte non opponente proceſſus ualet, & illa habet effectum ſuum, leg. ſi mancipium §. primo ff. de euictio. cum gloſa & leg. ij. cum glo. C. com communi diuid. & leg. generaliter. cum glo. in ſecunda lectura. ff. de exce. quæ nult quòd reus in præiudicialibus exceptionibus, ſi uult repellere actorem debet probare rei iudicationem intentatam: ergo debet opponere exceptionem: aliàs procedit ſuper omnibus actionibus intentatis, & ſequuntur communiter docto. Areti. tamen. Claud. Fabius, & alij Mod. in contrarium adducunt textum in capitulo ex conquæſtione. de reſti. ſpoliatorum ubi fuit commiſſa cauſa matrimonialis in petitorio, & mulier petiit reſtitui ad poſſeſſionem matrimonii, & acta facta ſuper petitorio non ualuerunt: ergo petitorium ipſo iure ſine oppoſitione ſuſpendit petitorium. Sed reſpondetur quòd ibi mulier oppoſuerat exceptionem, quod probatur: quia conſtanter petebat ut procederetur ſuper poſſeſſorio tantum, & quia iudices recuſauerunt appellauit: ſed non negat quin ſimiliter non petiiſſet inſtanter quòd rectè non fuiſſet proceſſum.

Secundò adducitur: quia ordo iuris traditus ut præcedat poſſeſſorium uidetur neceſſarius, ideò ſeruandus ſine exceptione, dicta l. ordinarii. & l. incerti. cum ſuis concordantibus. Sed ſepius fuit reſponſum ſupra quòd ordo iſte eſt uoluntarius non neceſſarius, & tantummodo neceſſitas inducitur quando pars inſtat quòd remoueatur ab onere probandi.

Tertiò adducitur quòd iura Bartoli non loquuntur de ordine petitorii & poſſeſſorii ſed ſolùm de ordine iudicii diuiſſorii: quia ordo impeditur propter illam rationem ne fiat præiudicium alteri actioni: & quia abſolutoria lata in una parit exceptionem rei iudicatæ in alia, & hoc uidetur ſatis rationabile: quia ne re dictæ leg. non probant de ratione ordinis: ſed de ratione ne fiat præiudicium; & ſolum uidetur magis in terminis probare textus in dicto capitulo cum dilectus. de ordine conimtion. cui tamen etiam reſponderi poteſt quòd loqnitur de duobus interdictis recuperandæ, non autem de petitorio & poſſeſſorio. Sed replicari poteſt quòd licèt non loquantur in terminis: tamen probant in ſimili quòd ratio præpoſterationis niſi opponatur exceptio non impedit proceſſum ualere.

Quartò poteſt dici quòd dicta le. ſi mancipium. & dicta le. ij. loquuntur quando intentata fuit actio præiudicialis ſola, non autem ſimul eodem tempote. unde textus in dicta leg. fundi. & dicta leg. fundum. non contrariantur dictæ leg. ſi mancipium, quia loquuntur quando utraquè actio ſimul introducta fuit. Reſpondetur quòd doctores & glo. intelligunt dicta iura cum illa declaratione, & ſi eſſet ordo neceſſarius non audiretur. Areti. tamen dicit dictum Bartoli procedere de iure ciuili. ſecus de iure canonico, ut per Ioannem Andreæ in dicto capitulo ex conquæſtione. & Abba. in capitulo litteras. de reſti. ſpoliato. in primo notabili. tamen Abbas dicit uidetur probari uerè: ſed non probatur cum inſtantisſima petitio arguat oppoſitionem exceptionis, & probatur in

tur in cap. primo de reſt. ſpoliatorum. ideò Claudius dicit hoc eſſe de iure canonico, & in dicto cap. ex cóquæſtione.fuit inſtantia partis, & idem Areti. in ſeptima col. renuit quod requiratur exceptio reprǣhendendo Bal. in leg. ordinarij. in nona quæſtione, qui uolebat non requiri exceptionem, & quòd requiratur exceptio, replicatio, & appellatio, allegat Bar. in l. ſi duo patrem. §. idem Iulianus. ff. de iure iura. & Ioannem Monachum, & Ioannem And. in cap. primo de reſti. ſpoliatorum in 6. unde concluſio Bar. eſt tenenda quòd requiratur exceptio,& ſi non fuerit oppoſſita proceſſus ualet, & cumulatio procedet cum ſuis effectibus cumulationis.

390 Sin autem † fuit oppoſita, tunc proceſſus redditur ipſo iure nullus ſecundum communiter docto. tamen hæc ſecunda concluſio intelligitur quando proceditur ordinariè de iure communi. Sinautem ex forma ſtatuti diſponeretur quòd in cauſis procederetur ſine ſtrepitu & figura iudicij ſola facti ueritate inſpecta, hæc exceptio nec etiam uitiaret proceſſum:quia dicitur eſſe de apicibus iuris, ut per glo. in dicta l. ſi mancipium. §. primo.quia iudex poteſt repellere in dictis cauſis has exceptiones de apicibus iuris, & admittere conuerſum, & ſentit glo. in dicta l. ſi mancipium, & Bal. ibi clarius hoc dicit, Tamen idem Bal. in l. fina. C. communia de leg. uerſi. fuit quæſitum. dicit quòd exceptio præpoſterationis oppoſita facit quòd pars poteſt appellare, & iudicium reduci ad ordinem iuris, ut in dicto cap. ex conquæſtione. Claudius hic multum inſiſtit ſuper hoc, & allegat Felyni in cap.primo de conſtitutio.col. iij. concordantem Bal. & dictam glo. & poſteà in xxij. col. dicit quòd per quencunque à reſcripto uel ſtatu o detur arbitrium iudici, non intelligitur data poteſtas auferendi partibus ſuas exceptiones etiam de rigore iuris competentes. unde dicit quòd exceptio excuſſionis non poterit tolli per iudicem.

391 Sed † quidquid ſit de alijs præiudicialibus ego puto quòd per quæcunque uerba ſtatuti uel reſcripti non poſſit tolli iſta exceptio ordinis in materia petitorii & poſſeſſorii; & per quam unus efficitur de actore reus, & eſt nimis ponderoſa, & ſit maximum commodum poſſeſſionis, & transferre onus probandi in aduerſarium. §. commodum. inſti. de interdictis, & no. per glo. in l. j. C. ſdemon. poſſeſſio. fuerit appellatum in glo. fi. magna circa medium, & dicetur in ſequenti quæſtione, cum non appareat quandò inſtituendum ſit petitorium, & quis debet dare libellum, & quis reſpondere, & ideò ego puto quòd ſi petitum fuit à parte, & oppoſitum quòd prius cognoſcatur ſuper poſſeſſorio proceſſus erit nullus, etiã quòd procedatur ſola facti ueritate inſpecta, & non erit neceſſaria appellatio: quia eſt quòda modo portio ipſius litis, & uidetur militare ratio poſita in l. prolatam. C. de ſententiis, & l. inter litigantes. ff. de indi. & l. prima. §. inter litigatores. ff. uti poſſid. & ſi facto proceſſu in petitorio intentaretur poſſeſſorium iuxta formam poſitam in dicto capitulo paſtoralis. & & in dicto capitulo ſignificauerunt. de teſtibus. ſtante dicto ſtatuto, uel forma reſcripti ualeret proceſſus, & eſſet neceſſarium appellare, iuxta formam poſitam per Abb. in cap. cum ſpeciali. in fi. de appellationibus. de iudice recuſato procedente in cauſa, quod eſt
392 notabile in regno Neapolitano. † in quo eſt conſtitutio quòd præiudicialia non impediant proceſſum,ut in conſtitutione j.de præiudicialibus ſublatis, & cap. deteſtantes. per quod diſponitur quòd in omnibus cauſis procedatur ſola facta ueritate inſpecta: nam iudex non poterit repellere illam exceptionem ut procedatur ſuper ſolo poſſeſſorio: quando ab inicio proponitur: ſed bene poterit repellere illam quę facto proceſſu in petitorio opponitur:quia non eſt ita præiudicialis, in aliis autem præiudicialibus: quia longus ſermo requiritur, dicas ut latè poſui in dicta l.edita, & per dictam conſtitutionem quæ incipit ciuiliter agens; ſunt ſublatæ omnes præiuditiales quæ non ſunt fundatæ in contrarietate, ut per Aflictum ibi in 6. notabili, & dixi in dicta l. edita, & uidetur de hoc deciſio. 98.Aflicti pulchrum eſt duiũ,tamen ibi præſupponit ualere proceſſum: tutius eſt ergo appellare & hoc modo annulabitur proceſſus, ſicut etiam dixit Abbas in dicto capitulo cum ſpeciali. quòd totius eſt appellare, à iudice recuſato, & clarè annullabitur proceſſus.

393 Secunda eſt concluſio. † quòd quando cumulatio prohibetur: quia abſolutoria lata in una parit exceptionem rei iudicatæ in alia, quòd requiritur exceptio: aliàs proceſſus ualebit, & cumulatio habebit effectum, dicta l. fundi, & leg. fundum. ff. de exceptioni. & ſequitur hic Iaſon qui ſolùm addit quòd lex generaliter allegata per Bartolum magis probat primam concluſionem. Sed tu dicas quòd imò leges allegatæ per eundem in prima concluſione non probant eam; ſed magis conueniunt huic ſecundæ: quoniam ibi tota materia fundatur ſuper abſolutoria lata, quæ parat præiudicium, & concluſionem Bartoli ibi etiam ſequuntur doctores communiter, & etiam in terminis noſtris de petitorio & poſſeſſorio omnimodo procedet: quia aſſumptum Bartoli non eſt uerum quòd abſolutoria lata in petitorio pariat exceptionem rei iudicatæ in poſſeſſorio, & per eam impediatur cumulatio, ut ego plenè dixi ſupra in prima lectura, etiam quòd reus iudicatus ſit dominus: quia hæc remedia nihil habent commune inter ſe, ut in hoc textu. ſolum autem quando reus eſt iudicatus dominus poteſt naſci exceptio dominii diſcuſſi & notorii, quæ

impediat poſſeſſorium:non autem exceptio rei iudicatæ quæ nunquàm impedit; propter ea cumulatio omninò admittetur ſiue opponat exceptionem, ſiue non opponat: quoniam nihil impedit eam fieri,

394 Tertia eſt concluſio† quòd quando cumulatio impeditur: quia actiones electione tolluntur, ſi eodem tempore proponuntur admittitur cumulatio, niſi pars oponat per l. primam. §. quod autem. ff. quorum legatorum, ubi ſi propter contumacia rei qui non reſpondeat quo iure poſſideat admittitur cumulatio, ergo ſi per eius contumaciam admittitur, fortius etiam admittetur ſi ex tacita uoluntate permittatur, & ſequuntur docto. tamen textus in dicto. §. quod autem. poſſet euitari: quia ibi actor erat incertus, & ex facto rei non poterat dirigere iudicium ſuum. ideò permittitur: ſed in caſu noſtro actor erat certus & ſe in formando poterat certificari quod remedium ſibi competeret, ideò uidetur miſſis imputandum ſi non rectè egit: arg. leg. qui habebat, de inſti. actio. unde concluſio Bartoli melius uidetur probari in dicta leg. fi. C. de annali exceptio. ubi actor ex ſe poterat inſtrui. & tamen ſi proponit libellum dicendo aduerſarium obligatum, uidetur intentatæ omnes actiones etiam prohibitæ cumulari, ut interruptio præſcriptionis in omnibus fiat parte non opponente, & propterea idem dicendum eſt in petitorio & poſſeſſorio intentato de cauſis quæ electione tolluntur, quòd admittetur cumulatio, niſi pars opponat.

Secundò poſteà dicit quòd ſi tales actiones proponantur diuerſo tempore, ut ſi forſam intentetur primò petitorium ex cauſa teſtamenti, & poſteà poſſeſſorium ex cauſa codicillari, ſi ſecundum tollitur per primum ipſo iure, non eſt neceſſaria exceptio: quia ſecundum remedium non eſt amplius in rerum natura, & proceſſus ſuper eo quod non eſt nihil ualet: ſed ſi per propoſitionem primi non tollitur ſecundum ipſo iure eſt neceſſaria exceptio: quia cum remedium ſecundo loco intentatum adhuc ſibi competat, proceſſus ſuper eo ualebit, & ſequuntur hic communiter doctores.

395 Tamē difficultas†dependet ab illo quòd ipſe ponit, an actiones tollātur ipſo iure per propoſitionem unius, uel tollantur per exceptionem, & uidetur quòd Bar. ſit ſibi contrarius: quia infra dicit quòd quando electione tolluntur, eſt dubitatio an ipſo iure, uel ope exceptionis tollantur, & hic uidetur præſupponere magis firmiter quòd ipſo iure tollantur. Potes ſaluare quòd Bar. hic loquitur quando actiones tolluntur per ſolam rationem electionis, ibi uerò quando tolluntur electione: quia ſunt contrariç & ità uidetur ſentire Rip. hic, & Bar. uidetur ponere tanquàm diuerſa actiones contrarias, & quando electione tolluntur: tamen uerè non poteſt dari hæc differentia quòd in dicta l. fi. C. de codicillis. actiones tollantur electione propter rationem contrarietatis. unde Areti. tenet quòd iſta remedia non tolluntur ipſo iure per electionem, per tex. in l. reſcriptum. §. ſi pacto. ff. de pact. & l. ſi cum exceptione. §. eum qui. ſupra quod met. cauſ. & l. non ſolùm. ſupra de rei uendicatione, & quia procedit iudicium inceptum ſuper actione quæ competiit, licèt poſteà deſinat Bar. in l. ij. ſupra de dote prælegata. ſed Iaſ. Alciā. & Claudius reſpondent quòd ibi caſus continent fallentias, & eos reſoluit Bar. in l. j. §. unde quæritur. ſupra de publica. in prima & ſecunda regula.

Videtur tamen uerius quòd in dicta l. fi. non tollatur ipſo iure alia actio: quia conſanguinei uſquè ad quartum gradum poſſunt uariare, & ommiſſa prima ad alia redire, ut dicitur ibi in. §. penulti. & eſſet inconueniens dicere quòd in aliis perſonis extingueretur ipſo iure, & non in conſanguineis, & maximè: quia poſſet aliquando eſſe error, unde uidetur quòd hæc quæſtio reſoluatur ad illas opiniones an per electionem ipſo iure tollatur alia, de qua in l. prima. C. de fur. uel potius tollantur ope exceptionis, & eſt tutior opinio quòd non tollantur niſi ope exceptionis, & in dicta l. fi. ſit neceſſaria exceptio, & non procedat dictum Bar. hic niſi in actionibus quas conſtat electione ipſo iure tolli quæ pauciſſimæ ſunt, & iſte caſus uidetur includendus in ſequenti de contrarietate.

396 Quarta eſt concluſio Bar. † quòd acta facta in uno iudicio non faciunt fidem in alio, etiam inter eaſdem perſonas, niſi producantur in dicto alio iudicio, & per conſequens minus poterunt facere notorium in ſecundo iudicio, niſi in eo p[illegible]antur, per textum in leg. cum anteà. §. fi. C. de arbitr. qui tamen textus non probat: quia acta ibi ſunt facta coram alio iudice ſecundum Rip. hic, unde non probant quando ſunt facta coram eodem iudice, tamen dictum Bartoli tanquàm mirabile ſequitur Matthefila. in ſuo notabili 159. nota mirabilem. Alex. in leg. ij. C. de edend. & in conſ. 85. in cauſa. col. tertia lib. primo facit quia geſta inducunt notorium. l. geſta. C. de re iudi. & in capitulo olim. de uerbo. ſignificatiò. in eodem iudicio, non autem in diuerſo, & illa regula acta non producuntur. procedit in eodem iudicio, cum in alio ſemper produci debeant, etiam in cauſa reconuentionis: quia non uidetur conſtare iudici de actis, niſi quo ad illam cauſam in qua ſunt facta, & ſequitur Bal. in leg. ordinarii. in iiij. col. C. de rei uendica. & Butr. in dicto capitulo cum dilectus. xij. col. & ſequenti dicens quòd cauti practici producunt acta unius cauſæ in alia, & eſt glo. in leg. quoties. §. fi. in uerbo hæredem. infra de probationib.

397 Facit † glo. quod ibi no. Bartolus in leg. mutari:

mutaui: ſupra de procuratoribus. ubi tenet quòd uno momẽto poteſt totus proceſſus prius factus, ſi perempta eſt inſtantia faciendo nouã inſtantiã re produci, & cõſenſum partium confirmari, uel aliàs quando erat inualidus, puta: quia factus tempore feriato, & plenè de hac materia habetur in l. ij. ubi eſt locus ſuus. C. de edend. & ibi Decius & alii Mod. ponunt, & etiam ibi plenè dixi.

Propterea habes declarationẽ ad ea quæ dicta uere ſupra in prima lectura, de exceptione dominii diſcuſſi: quia illa nunquàm obſtat niſi in poſſeſſorio producantur acta, & ſententia, & etiam ibi plenè dictum fuit.

398 Quinta eſt concluſio† quòd quando remedia prohibentur cumulari ratione contrarietatis, ſi contrarietas eſt in uno iudicio poteſt agens à iudice repelli, ex officio ſuo, & ad inſtantiã partis, l. j. cum glo. in uerbo libellis, & ibi plenius no. docto. & ibi etiam ego dixi ff. de officio aſſeſſo. & ſequuntur etiam communiter doct. quia non debet iudex permittere ut actor inuoluat iudicia, & fatiget reum ſine cauſa, & addit poſteà quòd ſi non opponatur à iudice neque à parte & procedatur ſuper eiſdem, & probationes fiant ſuper iſtis actionibus contrariis proceſſus ſemper reddetur nullus: quia militat ratio contrarietatis, & ubi eſt repugnantia nihil ualet, l. ubi repugnantia. de reg.iur. & ſcripturæ contrariæ nihil probant, l. ſcripturæ. C.de fid. inſtrum. & hic tenent quòd proceſſus ſuper nulla tenet & utraque actio redditur nulla, licèt una potuiſſet competere: quia actor ſemetipſum excludit, l. ij. §. ſed ſi alius. infra quando appellandum ſit, & ponunt etiam docto. in l. edita. C. de edendo. ubi dixi nu. 112. & 113. quia lex non poteſt facere quod cõtrarius actus ualeat, nec Deus ſecũdũ Ang. in conſ. 187. incipiente hic punctus prima facie uidetur clarus. & hic per Iaſ. & diximus ſupra in l. j. §. ſi uir uxori: & in l. 3. §. è contrario. ſupra eodem. Tamen in cap. ſolicitudinem in fi. de appellationi. uidetur dubitari de hoc an totus actus uitietur, uel potius una pars præualeat alteri, & ego etiam poſui in l. non ſolum. §. morte. in materia proteſtationis: quando aliquis dixit promitto tibi animo non obligandi, an obligatio ualeat, & an pactum contra ſubſtantiam contractus ualeat.

399 Sed † tamen reſolutio poteſt dari. Aut actus ſunt æqualiter perfecti ut in caſu noſtro: quando producit libellum ſuper utraquè actione intentando eas plenè ſecundum formas iuris, & tunc utraquè dicitur eſſe nulla: quia non apparet quæ debeat præualere, & utraquè corruit: ſed quando duo proponuntur contraria, & unum eſt magis perfectum, quàm aliud, tunc præualet perfectum, & uitiatur tantummodo alius contratius, & ita procedunt poſita in dicto capitulo ſolicitudinem. in fi. & in dicto. §. morte. in materia proteſtationis.

400 Subdit poſteà Bar. quòd† ſi contrarietas iſta non durat: quia in probationibus actor elegit unam actionem, & ſuper ea fecit probationes: tunc proceſſus ualebit: quoniam taciturnitas partis potuit facere quòd utraquè propoſitio tenet, & cum poſteà eligatur una, ualebit ſuper ea proceſſus reiecta alia, ut probatur etiã in dicta l. fi. C.de annal.exceptio. & habetur in dicta l. edita. Nam licèt libellus generalis ualeat & inducat interruptionem præſcriptionis, in omnibus tamen eſt neceſſarium, quòd poſteà actor in articulis ſe reſtringat, & faciat probationes particulares. ſolum enim taciturnitas partis operatur quòd non tenetur ante litis conteſtationem eligere: quia parte opponente teneretur eligere, ad finem ut reus poſſit deliberare an uellit cedere uel contendere, & facit tex. in l. prima. §. quod autem. ff. quorum legatorum ubi admittuntur ex contumatia actiones contrariæ. ergo fortius ex uoluntate.

Ex quo ſequitur, quòd quando ab initio producuntur actiones iſtæ contrariæ, licèt iudex & pars poſſit repellere: tamen libellus non uitiatur in continenti: ſed durat cum iſta contrarietate: quoniam ſi ab initio uitiaretur ipſo iure, non poſſet poſteà actor in articulis eligere unam partem iam extinctam. unde infertur, quòd actiones quæ ſe impediunt ratione contrarietatis, uel electionis non ſe tollunt ipſo iure: ſed ſolum ſe tollunt ope exceptionis: quia ſi tollerentur ipſo iure non poſſet poſteà eligere, & propterea uidetur fienda generalis concluſio, quòd nullæ actiens neque ratione contrarietatis: neque ratione electionis ſe inuicem tollant: ſed ſolum hoc eueniat per renuntiationem: quia eligendo unam uidetur renuntiare alteri, ut in l. poſt diem. infra de leg. commiſ. de quo tamen dic ut latè declaraui in dicta l. edita. nu. 104. ubi dixi conſiderari quòd actiones ſunt contrariæ origine: quando cauſæ ſunt contrariæ, & una cauſa exiſtente perfecta, impoſſibile eſt quòd alia perficiatur ſeu naſcatur, & ibi defenſaui: tamen dubius paſſus eſt. Ideo Areti. hic, ut refert Rip. argumentatur quòd imò proceſſus ſit ſemper nullus, etiam quòd poſteà eligat unam partem: quia ab initio libellus contrarius fuit ipſo iure nullus, Bal. in l. ordinarii. col. iiij. C. de rei uendi. ergò erit etiam nulla litis conteſtatio tanquam facta ſine fundamento, capitulo dilecti. de emptione & uendi. cum aliis hic adductis. Sed Ripa. ſaluat quòd Bartolus hæc non ignorauit: ſed præſuppoſuit quòd contrarietas ab initio non annullet libellum niſi pars opponat, & poſteà eligendo unam uidetur reformare libellum ac ſi nunquàm actus contrarius fuiſſet commixtus, & hæc opinio eſt magis utilis in practica, ut non auferamus propter ignorantiam litigantium, uel aduocatorum remedia eis competentia.

401 Sexta eſt concluſio † quòd quando contrarietas non apparet in eodem iudicio ſed inſurgit in diuerſis iudicijs, ſi remedia proponantur diuerſi temporibus proceſſus ſuper ſecundo ualebit, ſi ſunt tales rationes quæ una propoſita non tollatur ipſo iure altera: ſed ſi eſſent coutrariæ origiue ut intentata una cum ſua cauſa, eſſet ſublata alia ipſo iure, tunc proceſſus non ualeret tanquàm factus ſuper actione non exiſtente in rerum natura: ſed ſi bene conſideratur Bar. hic unlt ſolùm tolli ſecundam actionem ipſo inre per renuntiationem, ut quando quis egit rei uendicatione pro poſſeſſione quam habet uidetur renuntiare poſſeſſioni: ergo nidetur quòd ſit neceſſaria exceptio pacti; uel intenti omnis ut dixit in ſequenti concluſione, per glo. in l. non ſolum. §. liberationis uerba. ff. de libera legata. & per no. in l. poſtquam liti. C. de pact.

Sed potes ſaluare Bar. quòd ipſe intellexit hic de contrarietate quæ ipſo iure impedit natiuitatem actionis, cum ſi naſcatur unus contractus impoſſibile ſit quòd naſcatur alius, dicta l. j. C. de fur. tamen planior eſt opinio quòd nulla actio ſit contraria origine, taliter qnòd impediatur alia naſci, cum in caſu dictæ legis primæ. C. de fur. præſupponitur quòd ſtatim furtum erat inductum. Item etiam & contractus mandati formatus. unde produxerant ſuas obligationes & actiones, & poterant in rerum natura eſſe, alioqui eſſet opus dicere quòd ibi erar ſuſpenſum furtum, & erat ſuſpenſus contractus mendati: & quòd iſte actus nullam produxerit actionem, niſi poſtquàm ipſe dominus elegit, quod uidetur in conuenieus ut actus ſine conditione & die ſtet ſuſpenſus, ut habetur in l. obligationum ferè. §. placet. ff. de pact. & idem debet dici in l. j. C. ſi ſeruus exter. & in l. poſt diem. ff. de lege commiſſoria. ſi ergo actiones ſunt natæ: ergo contrarietas eos uon ſuſpendit: ſed tantummodo deducendo ad exercitium ſe uidentur impedire. igitur uidetur magis conuenire quòd electa una alia tollatur per renuntiationem, & ſit opus opponere exceptionem illa tibi non competit: quia tu ei renuntiaſti. unde ſequitur quòd concluſio Bar. hic indiſtinctè procedit quòd quando proponitur nnum remedium contrarinm, & ſubiicitur aliud quòd proceſſus nalet parte non opponente: quia licèt renuntiauerit ſecundò oportet producere proceſſum primum ut probetur hæc excepti o renuntiationis.

402 Sep ima eſt concluſio † quòd ubicunquè per ſecundnm iudicium tollitur primnm ratione contrarietatis, ut in caſu l. ſi filius. ſupra de miuoribus. & hic in tertia lectura, quòd tunc eſt neceſſarium opponeretur exceptionem: quia cum iſtud euenire poſſit tenendo per renuntiationem, neceſſaria eſt oppoſitio exceptionis renuntiationis per no. in dicta l. poſtquàm liti. C. de pact. & l. non ſolùm. §. libborationis uerba. de liberatio. lega. & communiter ſequuntur docto. & facilior eſt concluſio tenendo eam, quam ſupra ſtatim poſui quòd etiam quando per primum tollitur ſecundum ſit neceſſaria exceptio. ideò poſteà ultra exceptionem oppoſitam erit neceſſarium producere proceſſum factum in alio iudicio ut appareat de ipſa renuntiatione ſecundum ea quæ dixir Bar. ſupra in alio caſu allegando legem cum anteà. §. fi. C. de arbitr.

403 Octaua eſt concluſio † quòd quando contraria intentantur eodem tempore, & tunc ſi ſe inuicem tollunt, ipſo iure proceſſus ſecundus non ualebir tanquàm ſuper actione quæ non eſt in rerum natura factus: ſed ſi non tolluntur ipſo iure: ſed per exceptiouem, erit neceſſaria exceptio.

Scd tamen huic concluſioni obſtat; quia ipſe ſupra dixit quando in eodem libello proponuntur remedia contraria, licèt iudex uel pars poſſint repellere, tamen eis non opponentibus proceſſus ualet, in tantum quòd ſi eligat unam poterit obtinere per ſententiam: quia libellum uidetur reformare, & recedit à contrarietate.

Si ergo contraria ſe inuicem non tollunt ipſo iure quando proponuntur in eodem iudicio, & in eodem libello, & litis conteſtatio ualet, & alia acta uſquè ad electionem: ergo fortius quando proponuntnr in dinerſis iudiciis in quibus non eſt tanta contrarietas, nec tam apparens.

Item contrariatur in alio: quia uult qnòd contrarietas non impediat natiuitatem actionis ipſo inre, cum aliàs poſteà poceſſus non poſſet ualere, & propterea uidetur dicẽdum quòd ſicut proceſſus ualet quando in eodem libello proponuntur. & quòd actiones ſe inuicem non tollunt, ſi pars non opponat, ità etiam quando proponuntur in dinerſis libellis proceſſus ualebit parte non opponente: nec impedientur naſci actiones, & ſic ſemper exceptio erit neceſſaria uel per partem, uel per iudicem.

404 Ex quibus apparet † qnòd cumulatio petitorii & poſſeſſorii facta in omnibus caſibus prohibitis, ſi fiat, procedere poterit, & producet effectus ſuos parte non oponente. unde habes generaliſſimam ampliationem ad regulam ſupra poſitam, quòd cumulatio permittatur. Nam ampliatnr procedere in omnibus caſibus prohibitis ſi pars non opponat. Nam in prima & ſecunda regula impeditiua ſupra poſita per Bar. ſecundũ omnes neceſſaria eſt exceptio, & in tercia regula de electione, ſi ſimul proponũtur eſt neceſſaria exceptio ſecundum omnes, & ſi proponuntur ſucceſſiuè adhuc eſt neceſſaria exceptio: quia nõ bene probatur quæ ſint actiones illæ quæ electione tollantur ipſo inre, & pauciſſimæ ſũt, quas probare opportebit, in dicta l. fi. C. de codicillis ut ſupra declaraui neceſſaria eſt

oppoſi-

oppoſitio cum conſanguinei poſſit uariare.

Similiter & in quarta regula de cõtrarietate quando ab initio proponuntur in eodem iudicio, ſi repelli debent per iudicem, uel partem apparet quòd ipſo iure non ſe tollunt cum poſteà ſuper eis proceſſus poſſit fieri, & litis conteſtatio ualeat, ſi in probationibus elegerit unam partem, & ſic eſt neceſſaria exceptio ad hoc ut ſe innicem tollant, & per conſequens adhoc etiam ut proceſſus ſit nnllus, & impediatur cumulatio erit neceſſaria exceptio.

Similiter quando contrarietas apparet in dinerſis iudiciis, ſi proponantur ſucceſſiuè, non bene poteſt probari quòd ſe inuicem tollant ipſo iure: qunniam ante electionem nportet præſupponere qnòd erant natæ actinnes, & durabant non obſtante cnntrarietate. Et idem etiã eſt: quando ſimul proponnntur, & ideò cum ſemper ſit neceſſaria exceptio adhoc nt tnllantur actiones, erit etiam ſemper neceſſaria exceptin adhoc nt impediantur proceſſus,& cumulatio tollatur, & idem erit ſi per exceptionem notorii dominii impediatur cumulatio per dicta in prima lectura. & idem ſi impediatur poſt cõclnſionem in canſa, nel ſi impediatur per ſuſpenſionem partis,uel etiam ratione duplicitatis: quia interdicta habent annexam cauſam proprietatis.

405 Igitur generaliſſima ſuccedit conclnſio † ꝙ cumulatio ſemper permittitur in caſibus prohibitis ſi pars nnn apponat,& expreſſè petat eum reiici, & ſic uides ad quantam paucitatem caſuum reducitur hæc prohibitio cumulationis,& quàm obeceati fuere docto. in hac materia,qui tantam difficultatem fecerunt de prohibitione cumulationis pnnendo regulas prohibitiuas,& hæc ſufficiant de cumnlatione in qna propter fantaſias docto. plus æquo inſtetimus, & tantum laborando ſuper intellectn text. noſtri, & per tot lectioues habuerimus hanc unam quæſtionem tantum deciſam, utrum cnmulatio petitorii, & poſſeſſorii admittatur.

406 Quantum autem ad generalem† quæſtionem an ubicnnque militat ratio præpoſterationis ſit neceſſaria exceptio rei, adhoc nt impediatur cumulatio remediorum, potes dare hanc breuem reſolutionem ex intentione Bartol. & doctor. quòd aut dicta ratio cum aliis ſimilib. eſt tam potens quòd faciat actiones deſiuere eſſe in rerum natura ipſo iure, & tunc cumulatio fieri non poteſt: quia deficit ſubiectum de qno ſit, & proceſſus ſine actione non exiſtente in rerum natura dicitnr eſſe ipſo iure nullus, & non eſt opus ꝙ pars opponat, ſi uerò ratinnes impedientes cnmnlationem non ſunt itá potentes quòd faciant actiones deſinere eſſe in rernm natura: ſed adhuc duret non obſtante contrarietate, uel electione, nel alio impedimento, & tunc cumulatio fieri poterit: quia durat ſubiectum de quo ſit, & proceſſus etiam poterit ualere remanente remedio prop:er cuòd fuit factus, unde adhoc ut impediatur cumulatio erit neceſſaria exceptio partis. quando autem tollantur ipſo iure uel per exceptionem, non declarant hic docto. & eſt longa quæſtio quæ ſolet agitari in dicta l.j.C. de fur. & in l.edita. C. de edend. & ſolet diſtingui an actiones ſint contrariæ origine, & tunc ipſo iure ſe tollunt. Si uerò ſunt contrariæ exercitio non ſe tollunt ipſo iure quæ tamen ſint illæ quæ ſunt contrariæ origine, cum difficultate reperiuntur ut ibidem no. In caſibus autem in quibus requiritur exceptio partis ea interueniente prnceſſus eſt ipſo iure nullus regulariter. Fallit autem ubicunque ex forma reſcripti uel ſtatuti diſponitur quòd procedatur ſiue ſtrepitu, & figura iudicii ſola facti ueritate inſpecta, ut ſupra dixi, & Claudius hic ſuper hoc multum inſiſtit dicens, ꝙ de rigore iuris adhuc proceſſus ualet, ideò iudex poteſt ſpernere exceptionem ideò adhoc nt ſe adiunet per exceptionem erit neceſſarium quòd tunc appeller, & erit ſatis ſufficiens cauſa faciendi quòd appellatio ualeat: tamen ſi penitus eſſet de apicicibus iuris: nec etiam appellatio eſſet admittenda, cum nullum afferet præiudicium parti niſi impediendo calumnioſas dilationes, ideò cautus ſit aduocatus ut oppoſita dicta exceptione appellet ab omni eo quod factum erit contra eum, nt dixit Abb. in cap. cum ſpeciali. de appellationi. In Regno autem Neapolitano omnia præindicialia ſunt ſublata, & proceditur ſola facti neritate inſpecta. ideò nec etiam pnſſet appellare niſi quando militaret ratio contrarietatis, & ratio electionis, & ratio ordinis, ut cognoſcatur quis eſt actor, & reus, ut declarat Afflictus in dicta conſtitutione ciuiliter agens. & in deciſione ſua 98. & ego poſui in dicta lege edicta. C. de edendo.

407 Concluſio quoque alia ſupra firmata † quòd quando libellus continet contraria poteſt reiici à iudice,& parte,ut no. in dicta l.j.ff. de officio aſſeſſoris.

Ampliatur procedere etiam quando eſt appoſita clauſula ſalutaris petens ius, & iuſtitiam miniſtrari non tantum eo modo quo actũ fuit: ſed omni meliori modo: quia illa clauſula non tollit uitium contrarietatis ſecundum Soci. in conſ. 120. lib. 4. ſolum autem operaretur ſi non eſſet reiecta à iudice quòd uiderentur actinnes contrariæ gradatim,& ſucceſſiuè poſitæ, quod permittitur ut ſtatim dicemus.

Limitatur primò: quando libellans ante litis conteſtationem recedit à contrarietate eligendo unam: quia diceretur reſurmare libellũ quæ indiſtinctè permittitur ante litis conteſtationem, ut no. in dicta l. edita, quæ limitatio omnino procedit quaudo actiones non ſe tollunt ipſo inre. ſed etiam ſi ſe tollunt ipſo iure: quia dicitur quædam emendatio libelli, uel etiam mutatio, & ſemper ualebit: ſed hoc plus eſt: quando non ſe tollunt ipſo iure, ꝙ etiam

poſt litis conteſtationem poterit eligere unã, & facere probationes, & obtinere ſententiam.

Nec obſtat quòd dicit Areti. quòd litis conteſtatio ſuper contrariis actionibus tanquàm ipſa continens repugnantiam eſt ipſo iure nulla: quia illud procedit quando ſe tollunt ipſo iure: ſed quando non ſe tollunt illa conteſtatio uidetur facta ſecundum ordinem permiſſum gradatim, & ſucceſſiuè, maximè ſtante dicta clauſula ſalutari, & hoc modo debet intelligi dictum Bar. ſi uoluit electionem poſſe fieri poſt litis conteſtationem.

408 Secundò fallit: † quando contrariæ actiones ſunt propoſitę ab initio ordine ſucceſſiuo: quia admittuntur, l. Papinianus. §. ſi quis tantum. & ibi Ang. & glo. in l. quæ de inofficioſo. in gloſſ. magna in fi. ff. de inoffi. teſt. quæ limitatio procedit etiam parte opponente: quia quando gradatim, & ſocceſſiuè proponuntur nullus offenditur, & uidentur quodammodo duo libelli, unde & in libellis ſolet poni clauſula, quæ omnia petit cumulatiuè, gradatim, & ſucceſſiuè omni meliori modo &c.

Fallit: quãdo iuris interpretatione poſſent reduci ad ordinem compatibilem, l. ſi rès. & ibi no. Bal. C. de ordin. cognitio. quam defende, & declara ut hic per Rip. & erit limitatio quinta: quando proponuntur conditionaliter quòd incidit in præcedentem, & hæc clauſula eſt ualde utilis in teſtamentis, in quibus eſt appoſita clauſula codicillaris, ſi non ualet iure teſtamenti, ualeat iure codicillorum. Nam conditionaliter patet legatum ex teſtamento, & ſi non ualet teſtamentum ex codicillis.

409 Fallit ſextò † in caſibus in quibus proceditur ſola facti ueritate inſpecta: quia operatur quòd iudex poſſit procedere ſuper libello inepto. Bar. in extrauag. ad reprimend. in uerbo uidetur. & Alex. in l. ſi ità ſtipulatus. §. Chryſogonus, de uerborum obligationib. & etiam abſque ullo libello. Iaſ. in l. uinum. ff. ſi cert. pet. Sed ego intelligo quantum adhoc ut proceſſus ualeat etiam parte non opponente: tamen ſi grauatur pars rationabiliter poterit appellare, maximè in hac materia petitorii, & poſſeſſorii: quando contenditur an quis ſit actor uel reus.

Si tamen eueniat quòd remedia ab utraque parte prolata ſint contraria, ut ſi petitorium, & poſſeſſorium ab utraque parte proponatur, & pro eadẽ re, & poſſeſſione, tunc libelli erunt nulli, & iudex non poterit facere proceſſum ualidum, & rationabiliter poterit utranque partem repellere à iudicio, non obſtante appellatione: quia eſt multiplicata contrarietas quæ reddit omninò libellos, & proceſſus nullos.

Addit poſteà hic Ripa quòd pars dicitur opponere ſemper, etiam quòd explicitè non opponat exceptionem: ſed ſolum contra dicat libello. Allegat Decium in conſil. 84. excellentiſſimi docto. col. penu. Multa alia addunt hic Mod. quæ eſſet longum referre, & diſcutere, cum hæc non ſit materia iſtius. §. & ſatis, & pluſ quam ſatis oneratus fuit ex dote ſua, & ea poteris uidere in dicta l. edita. C. edendo. ubi eſt locus ſuus.

410 Tertiò † quærit Bar. hic de neceſſaria quæſtione utrum in cauſa poſſeſſorii ſit fienda litis conteſtatio de neceſſitate, adhoc ut poſſit deueniri ad diffinitiuam ſententiam parte abſente, quæ quæſtio longo tempore fuit agitata, & diſputata, ut patet ex dictis per Guiliel. in l. omnes. ff. de reſti. in integrum. ipſe tamẽ tenet opinionem glo. multarum, reiectis fundamentis Guilielmi, & facit regulam, quòd litis conteſtatio requiritur in omnibus interdictis retinẽdæ, ut in §. ſed hodie. inſti. de interdict. & le. j. infra utrobi cum glo. fi. l. prima. §. annum. ſupra de itin. actuque prin. & de interdicto adipiſcendæ. Allegat glo. fi. in l. fi. §. fi. ff. quorum leg. & de interdicto recuperandæ. Allegat glo. in l. fin. C. ſi per uim uel alio modo, & l. ſi de fundo, infra de ui, & ui arma. & de interdict. de tab. exhib. allegat glo. in l. locum. §. ſi tabulæ. ff. de tab. exhibend. & interdicto delib. homine exhibend. allegat tex. in l. iij. §. pe. de lib. homine exhiben. & adducit rationem: quia per contumatiam transfertur onus probandi in aduerſarium ubicunque agitur de iure incorporali non autem poſſeſſio ut habetur in leg. ſi prius in fi. cum glo. fi. & clarius per Bart. ſupra de no. ope. nunc.

Fallit tamen in duobus caſibus. Primò quando non adeſt perſona certa, cum qua poſſit conteſtari, dicta l. fin. C. de edicto diui Hadrian. tollend.

Secundò fallit in edicto Carboni. & uent. nomine, ut hic per eum, cuius dicta approbant hic communiter docto. & quia maior eſt dubitatio de interdicto recuperandæ propter odiũ ſpolii docto. adducunt tex. in cap. ij. in uerſic. cum igitur lis. & ibi docto. extra ut lite non conteſtata, & facit tex. in l. properandum. C. de iudi. qui dicit quòd omnis cauſa eſt expediẽda per triennium à die litis conteſtatæ, etiam quòd de poſſeſſione agatur: ergo & in poſſeſſoriis ſit litis conteſtatio. Tex. tamen in §. ſed hodie allegatus per Bar. ſolet per docto. euitari quod ibi ſunt uerba enunciatiua, ſi forſan fieret litis conteſtatio non autem de neceſſitate mandat quòd fieri debeat, & ideò in lege prima. ff. utrobi, & in aliis iuribus allegatis per Bar. nullum ponitur uerbum de litis conteſtatione. unde hæc opinio ſolum fundatur in auctoritatibus glo. & habemus tres text. claros qui non requirunt litis conteſtationem de quibus Bar. facit limitationem. Item etiam text. in capit. ij. ut lite non conteſta. nec etiam propriè loquitur de poſſeſſorio recuperandæ, ut ibi uidetur ſentire Abb. & tex. in l. properandum. C. de iudi. nec etiam uidetur loqui de interdictis poſſeſſoriis, ex eo: quia uult quòd de-

tur in-

tur inſtantia triennalis, quæ tamen non ſeruatur in cauſis ſummariis: ergo nequè in iſtis etiã in quibus conueniunt omnes quod proceditur ſummariè, niſi dicamus quòd tex. ibi non requirit triennium de neceſsitate: ſed tantummodo uult quòd non excedat triennium. ideò poteſt includere omnes ſummarias cauſas. tamen uidetur uiolatio ad illum tex. Er pro hac opinione etiam facit: quia in Carboniano edicto proceditur ſummatim, l.iij. §.cauſæ. ff.de Carbo. edi. & propterea non requiritur litis conteſtatio, ut per Bar. hic, & in l. Fulcinius, §. cum hoc. inf. ex qnib. cauſ. in poſſeſsio. eat.arg.leg. recuſare. inf. ad Trebellia: ergo etiam, & in cæteris interdictis: quia ſummariè proceditur, non erit neceſſaria litis conteſtatio.Communi-
411 ter. † tamen docto. tenent opinionem Bar. hic cum in omnibus dictis interdictis reqniratur litis conteſtatio, quæ ordinaria eſt in omnib.cauſis, & non habemus tex. excipientem ea à regula communi, & multum facit ratio poſita in dicta l. fi. C. ſi per uim uel alio modo, quòd merita cauſarum partium aſſertione tolluntur, & tex. in dicto. § penul. de lib. homin. exiben.qui dicit quòd fit miſsio in poſſeſsionem contra abſentem, & facit ratio tex.in dicto cap.ſecundo. ut lite non conteſtata qui uult quòd ad diffinitiuam ſententiam non poteſt perueniri niſi facta litis conteſtatione, & loquitur de poſſeſſorio: quia ibi interuenerat priuatio poſſeſsionis iuris. Et multum facit ratio illa: quia in actione ad exhibendum proceditur ſummariè, l.iij. §.ibidem. ff. ad exhibendum. & tamen requiritur litis conteſtatio, l. iij. ſigni. §.Item ſcribit. & §. ſi quis non poſsideat. & l. Iulianus.§. proinde. ſupra ad exhibendum. ſecundum Bar.in extrauag. ad reprimendum, in uerbo ſummarium. & l. iiij. §. hoc aurem iudicium, in ulti. quæſtio. ſupra de dam. infect. ſicut etiam requiritur in nunciatione, l. de pupillo. §. qui opus. de no.ope. nunciatio.

Nec obſtat quòd uerbum ſummariè, excludat litis conteſtationem: quia reſpondet Iaſ.ex mente Bar. in l.j. §. fi. col. prima, infra de prætor. ſtipnlatio. qni dicit quòd uerbum ſummariè, prolatum in caſu quo ſententia lata nõ parit plenum præiudicium, intelligitur ſnmmatim tam in ordine quàm in prohibitione, & tũc non requiritur litis conteſtatio. ſed ſi profertur in caſuquo ſententia parat plenum præiudicium, tunc intelligitur ſummatim reſpectu probationum, & modi probandi. ſed facta litis cõteſtatinne ur merita cauſarum paudantur, & quia iu Carboniana, & uentris nomine poſſeſſione non paratur plenum præiudicium ideò excludit etiam litis conteſtationem, ſed in poſſeſſoriis aliis, paratur plenum præiudicium: qnia poſſeſsionem retinet uſque ad finem litis & transfertur onus probandi in aduerſarium, per §. commodum. inſtitu. de interdict. qui ſi non habebit ſuas probationes priuabitur perpetuò re ſua, & dominio: quia abſoluitur reus à petitis: quoniam actor non probauir. ſecundum quam diſtinctionem oportet dicere quòd Carboniaoa bonorum poſſeſsio non mutat ordinem probandi, quod eſt notabile ſi uerum eſt cogita tamen. Nam propter hoc poſſet argumentari quòd etiam in Carboniana, & uentris nomine poſſeſsione ſit neceſſaria litis conteſtatio, cum tractetur de pleno præiudicio: quia agnatis non probantibus ipſi hæredes abſoluentur, & priuabuntur actores omni iure ſuo in hæreditate.

Item contra Bar. facit tex. in §. cauſæ. ubi dicitur quòd cauſæ cognitio fit pręſentibus partib.uel abſentibus ex contumatia.ſed reſpondetur quòd intelligitur quòd ibi fuerit facta liris conteſtatio, & poſteà partes ſe abſentauerint.

Item facit alia ratio quòd non legitimantur perſonæ,l. momentaneæ. C. qui legitimam perſonam. Sed reſponderi debet quòd ille tex. non dicit quòd non legitimentur perſonæ:quia imò in quacunque cauſa etiam ſummariiſsima comparentes debent legitimari, ut per Bar. in rub.C.qui admitti. ſed ſolummodo dicit quòd plures perſonæ poſſunt admitti ad comparendum in cauſa momentaneæ poſſeſsionis, & clarè dicit tex. in l. prima. C. ſi per uim uel alio modo. nam licèt ſeruus admittatur: tamen non omnis ſeruus debet audiri ſed illę tantummodo qui ponitur in dicta l. prima. C. ſi per uim nel alio modo, ſicut in ſimili habetur ibi quòd ſeruus poteſt petere bonorum poſſeſsionem, legitimari eum debet, au ſit de illis ſeruis qui admittuntur ad petendnm eam. Non enim omnes perſonę poſſunt comparere in poſſeſſotio, ſed tantummodo plures quàm in petitorio, tamen & ipſæ legitimandæ ſunt,& propterea communiter docto. tenent iſtam opinionem Bar.ut hic per Iaſ. Ripam. Alcia. Fabium Rub. & Fernandum, & omnes alios dicentes in practica ſeruari,niſi per ſtatuta in locis aliud diſponatur & hæc concluſio omninò procedit quando partes præſentes litigant.

412 Sed adhuc † in caſu Guilielmi dubinm eſt,an non facta litis conteſtatione poſſet ferri hæc diffinitiua ut mittatur in poſſeſsionem abſente parte, & uidetur dicendum quòd neceſsitas de qua hic per Bar. & docto. quod ſit lis cunteſtanda, intelligatur quando pars eſt in ciuitate, & præſens litigat, licèt per contumatiam aliquãdo non compareat: ſed ſi eſſet abſens in longinquis partibus uidetur quòd non differatur, hæc cauſa,& poſsit ferri ſententia, & dari poſſeſsionem actori ſine litis conteſtatione per quintam, & ſextam rationem Guiliel. quia ſi quando reus eſt contumax in petitorio, fit miſsio in poſſeſsionem rei petitæ. ut plenè poſsideat.capi. quoniam frequenter. §. in aliis. extra ut lite nou anteſtata, & l. ſi quis emptionis. §. pe. C. de præſcriptio 30. uel 40. annorum, & ſi fetatur ſecundum decretum efficiat dominus, l.ſi ſi

nita. §. Iulianus. & §. ſi de uectigalibus. & lege prætoris officium. ff. de dam. infect. ergo uidetur quòd etiam abſente parte poſſit ferri ſententia ut mittatur in poſſeſsionem petitã, & rei petitæ. Reſpondet Bar. quòd non tenet conſequentia: quia illa poſſeſsio eſt parui præiudicii, & quotidie poteſt reuocari parte comparente, dicto. §. pe. in primo ſecundo, & tertio die & in menſe, uel duobus menſibus: ſed hæc poſſeſsio non poteſt reuocari niſi uſque ad finem litis, & transfert onus probandi in aduerſarium afferens magnum præiudicium. & quando fit miſsio ex ſecundo decreto illud permittitur propter duplicatam contumaciam, & ne lites ſint immortales. quæ reſponſio uidetur confundi per poſſeſsionem Carbonianam quæ durat per quatuordecim annos, & nunquàm poteſt reuocari, & nec etiam pòſt xiiij. annos ſi pupillus præſtat cautionem, dicta l. de bonis, §. fi. de Carbo. edicto.

Secundò reſpondet quòd contumacia duplicata hoc operatur ut transferatur dominium. Sed replicari poteſt quòd contumacia duplicata facit plenum præiudicium: ergo contumacia ſimplex deberet facere ſemiplenum præiudicium ut mitteretur in poſſeſsionẽ reſeruata cauſa dominii pro ut fit in petitorio, & certè opinio Guil. uidetur multum æqua: tamen opinio communis poterit iuſtificari, & diſtingui, ꝙ aut iſte actor petit ſe mitti in illam poſſeſsionẽ reuocabilem per contumaciam, & comparitionem rei, quòd tunc poterit audiri, & ſi facit inſtantiam omninò debebit mitti, & ſi perſeueraret in contumacia, tunc ex ſecundò decreto ad iudicari ſibi deberet poſſeſsio perpetuò: quia cum illam tantum peteret eam tantum perpetuò conſequi debet, ſicut in petitorio conſequitur dominium: quia illud petebat, ſed ſi uult propter contumaciam ſolam ferri ſententiam diffinitiuam ut ſit poſſeſſor uirtute interdicti non uirtute primi decreti, non debet audiri per ea quæ dicit Bar. hic, & hæc diſtinctio fuit de intentione Bar. in 6. fundamento Guiliel. dum dicit quòd idem erit in poſſeſsione per ſecundum decretum.

Secundò iuſtificatur: quia ſi conſtat de notoria poſſeſsione reſtituetur ſine litis conteſtatione, ut hic per Barto. in reſponſione ad leg. tertiam. §. cum igitur. ff. de ui, & ui armata ac, & tertiò iuſtificatur ex ſequentibus limitationibus.

413 Stat igitur regula † quòd abſente, & præſente parte requiritur litis conteſtatio, & quòd ſine ea non poteſt perueniri ad diffinitiuam ſententiam: quæ probatur per aliam regulam ꝙ litis conteſtatio in omnibus cauſis requiritur, ut in rub. & nigro ext. ut lit. non conteſta. Quæ ampliatur procedere etiam in ſummariis, dicta l. iij. §. ibidem. coniuncta leg. tigni. §. idem ſcribit, & §. ſi quis. & leg. Iulianus. §. proinde. cum multis ſimilibus ſup. ad exhibendum,

Item habet locum in cauſa damni infecti, ut per Bar. in l. iiij. §. hoc autem iudicium. in ultima quæſtione ſupra de damno infecto. & in operis noui nunciatione, ut per glo. in l. de pupillo. §. qui opus. ff. de nou. ope. nunc. & hac ratione etiam requiritur in interdictis poſſeſſoriis, quàmuis ſint ſummaria, & in interdictis exhibitoriis per dictam l. locum. §. ſi tabulæ. ff. de tab. exhibend. & l. iij. §. pen. ff. de lib. homine exhibend.

Secundò probatur per dictum §. hodie. inſti. de interdict. ubi fit mentio de litis conteſtatione: nec poteſt dici quòd ſint uerba enunciatiua: quia ſi ſemper non requireretur litis conteſtatio non eſſet bene deciſum quo tempore deberet poſſidere qui uellet obtinere, & ſi hæc requiritur iu interdicto pro rebus mobilibus, quarum uilis, & abiecta poſſeſsio eſt, l. ſi id quòd. infra eodem: ergo apparet quòd litis conteſtatio eſt de natura interdictorum.

Tertiò probatur in dicto cap. ij. ut lit. non conteſta. nam uerbum ibi beneficium reſtitutionis, exponitur per Abb. & alios quòd archiepiſcopus petebat ſibi reſtitui iura parochialia, quibus erat ſpoliatus, & ſic ibi tractabatur de ſpolio, & tamen tex. ibi uult quòd ſine litis conteſtatione proceſſus ſit nullus.

Quartò probatur per dictam legem properandum. quæ loquitur etiam de cauſis poſſeſsionis ut triennium incipiat à die litis conteſtatæ.

Nec obſtat quòd illa inſtantia datur cauſis ordinariis: quia per hoc non tollitur quin loquatur de cauſis ſummariis, cum text. uellit ꝙ non excedat triennium inſtantia, non autem neceſsitat quòd debeat durare uſque ad triennium. Et ad rationes Guliel. reſponde ut hic per Bar. & Iaſon. & infra breuiter tangam.

Quæ concluſio ampliatur procedere etiam ſi agatur remedio cap. reintegranda iij. quæſtio. prima. ut uoluit Archidiaco. ibi, & Alexa. in conſi. ſecundo. lib. iij. quem refert, & ſequitur Iaſ. hic, & Rip. & eſt ampliatio à fortiori: quia cum illud remedium detur contra bona fide, poſſidentem, ut per Sozin. in l. ſi rem aliquam. infra eodem. æquius eſt quòd non debeat inauditus priuari ſua poſſeſsione.

414 Limitatur primò non procepere: † quando poſſeſſorium intentatur contra incertam perſonam. ut in l. fi. C. de edict. Diui Hadria. tollend. quia cum non ſit perſona cum qua fiat, æquum eſt quòd non cogatur eam facere. unde ſola propoſitio petitoris habetur pro litis conteſtatione, glo. in l. quinquaginta, & ibi Bal. ff. de excuſatio. tuto. cui conſequens eſt ut dicit Alcia. quòd ſi quis petit confirmari poſſeſsionem ſuam aduerſus omnes, quòd non requiratur litis conteſtatio. Cy. in auct. ſi minor. C. ſi minor ſe maiorem dixerit. Solent enim homines dubitantes ſe moleſtari in poſſeſsione petere à ſuperiore ut interponatur decretum ꝙ

non

non debeant moleſtari: ſed debeant conſeruari in ſua poſſesſione, & ſæpisſimè uidi ſeruari Neapoli, & appellatur uulgariter conſeruatorium. nam cum non fiat contra certam perſonam, nõ erit neceſſarium litem conteſtari. Tex. tamen in dicta l. fiu. C. de edict. Diui Hadr. non uidetur probare hanc concluſionem, ex eo: quia ſimpliciter loquendo non uidetur negare eam poſſe fieri. Sed defendendo dicas quòd imò probat: quia tex. ille uult quòd ſufficiat oſtendi teſtamentum non cancellatum ex nulla parte uitiatum, & cum omnibus ſolennitatibus ocularibus, quæ omnia poſſunt fieri, à iudice ſine aliqua exceptione partis, cum non ſit opus inquirere intrinſecam ualiditatem, ideò demonſtratur quòd non requiritur aliqua litis cũteſtatio.

415 Secundò limitatur non procedere: † quando intentatur remedium poſſeſſorium à pupillo ex Carboniano edicto, uel uentris nomine: quia in eo non requiritur conteſtatio litis ſecundum Bat. per tex. in l. iij. ſ. cauſæ. ff. de Carbonia, edicto, dum uult quòd ſummatim capiatur cognitio quod uerbum denotat quòd abſente parte actus fieri posſit, & non fiat litis conteſtatio, ut tenet Barto. met in l. Fulcinius. §. cum hoc. infra ex quibus cauſis in poſſesſionem eatur: arg. l. recuſare. in princ. ſupra ad Trebellianum. quæ tamen limitatio non bene probatur ex illo tex. ſummatim: quia ipſemet Bart. in l. prima. §. fin. colum. prima de prætoriis ſtipulationib. dicit quòd quando lex uult ſummatim cognoſci, uel procedi in cauſa, in qua ſententia parit præiudicium, quòd tunc intelligitur interueniente litis conteſtatione, & ſolũ quantum ad probationes, & ordinem refertur. Sed in dicta Carboniana bonorum poſſesſione, & uentris nomine, paratur magnũ præiudiciũ: quia primò habet commodum poſſesſionis, ut transferatur onus probandi in aduerſarium, di. dicto §. commodum. inſti. de interdictis.

Secundò habet aliud commodum, quòd retinet poſſesſionem per xiiij. annos percipiendo fructus cum omni commoditate totius hæreditatis, atquè etiam poſt xiiij. annos donec durat lis ſi præſtat cautionem, dicta le. de bonis. §. fi. ff. de Carbo. edicto. & in illa uentris nomine manet à die moræ in utero uſque ad pubertatem: nec ualet ſolutio Bar. & Iaſ. hic quòd imò eſt parui præiudicii: quia poteſt reuocari: quoniam illa reuocatio eſt accidentalis, ſi pupillus non præſtat cautionem, & non tollitur quin per xiiij. annos, etiam ſine cautione omninò in poſſesſione permaneat. Nec etiam ſolutio Iaſ. ualet quòd doctrina Bartol. procedit quando ſententia affert plenum præiudicium: quia ſequeretur quòd in omnibus poſſeſſoriis non eſſet neceſſaria litis conteſtatio, ex eo ꝙ ſummatim proceditur in eis: quoniam ſententia non parat præiudicium, & tamen iam concluſum fuit quòd in eis ſequiritur litis conteſtatio, & idem eſt in interdictis exhibitoriis, in quib. ſummatim proceditur ut dictum fuit. Vnde Rip. ſoluit quòd quando ſententia patit præiudicium reparabile ſine ſententia tunc nõ requiritur litis conteſtatio, in dictis autem duobus edictis damnum eſt reparabile ſine ſententia: quia poſt pubertatem ipſo iure finitur, dicta l. de bonis. §. fi. quæ ſolutio minus ualet cum imò præſtita cautione non finiatur poſſesſio ſine ſententia. Item poteſt dici quòd in omni poſſeſſorio ſiue ſententia noua finitur poſſesſio, cum finita lite in petitorio non requiratur alia ſententia in poſſeſſorio: ſed fit executio tantum ex officio iudicis, dicta l. qui reſtituere. ff. de rei uendicatione. Quare ego puto ꝙ limitatio non ſit uera, & quòd in edicto Carboniano, & uentris nomine ſit neceſſaria litis conteſtatio: quando pupillus agit contra certum poſſeſſorem: qui prætendit ſe ſuccedere, ſi pupillus non ſit hæres: quia eadem ratio militat quæ militat etiam in aliis poſſeſſoriis nec fauor pupilli uidetur poſſe auferre ius parti. & ſi dicatur illa remedia fuere introducta ad finem ſolum ne pupillus pereat fame, d. l. j. §. & generaliter. ff. de uent. in poſſesſionem mittendo, & ſi abſente aduerſario non poſſet procedi poſſet interim necari filius. Reſpondetur quòd ſatis poteſt prouideri mittendo in poſſesſionem exprimo decreto, & durante contumacia poſteà ex ſecundò ut dictum fuit in aliis poſſeſſoriis.

Quare concludas quòd aut pupillus petit ſe mitti in poſſesſionem hæreditatis iacentis, & bonorum nondum occupatorum, tunc quia nõ adeſt certus contradictor, non erit neceſſaria litis conteſtatio, ſicut etiam fit in aliis maioribus, dicta l. fi. C. de edict. Diui Hadria. tollen. ſi uerò adeſt contradictor ſpecialis qui posſideat uel etiam ſi non posſideat, tamen cum magna inſtantia dicit eum non eſſe filium, & eſt contradictor uerus, tunc requiritur litis conteſtatio, ut etiam dicitur in dicta l. fi. §. ſinantem contradictor. De iure autem antiquo quando præſtabatur decretalis bonorum poſſesſio, tunc non requirebatur litis conteſtatio: quia nemine citato poterat dari, ut no. in l. fi. C. qui admitti. ſed poſteà ad petendam poſſesſionem rerum requirebatur litis conteſtatio: arg. l. iij. §. miſſum. infra de Carboni. edicto. hodie uerò pupillus agnoſcit illam bonorum poſſesſionem coram iudice, dicta l. fiua. C. qui admitti ſine proceſſu ſed poſteà intentat poſſeſſorium ex dicto Carboniano edicto, in quo requiritur litis conteſtatio cum diſtinctione prædicta.

Non obſtat lex ſecunda. §. dies. ff. quis ordo in bonorum poſſeſſ. ſerue. iunctis no. in le. pe. §. ut bonorum. ff. de offi. eius. quia reſpondetur quòd procedunt de iure antiquo in illa bonorum poſſesſione decretali non autem in illa miſſione poſſeſſione bonor. quæ diuerſa eſt ut no. in l. fin. C. qui admitti, & in hoc æquiuocarunt docti.

416 Tertiò limitatur † quando periculum eſt in mora ſecundum Bal. in l. incerti. quæſtio. 12. C. de interdictis, & pro ea facit lex de pupillo. §. ſi quis riuos. & ibi Iaſ. ſupra de no. ope. nunciatio. & cap. quoniam frequenter. ut lite non conteſta. Alex. uerò hic col. fi. reprobat limitationem: quia in cauſa damni infecti periculum eſt in mora, & ideò celeritatem deſiderat le. j. ſupra de damno infecto. & tamen requiritur litis conteſtatio. ſecundum Bar. & docto. in leg. iiij. §. hoc autem iudicium. in ultima quæſt. ſupra de damno infecto. Sed Iaſ. reſpondet quòd licèt cauſa damni infecti celeritatem deſideret, non per hoc tollitur ſolennitas litis conteſtationis: quia ſi damnum pendente iudicio contingerent poteſt agi pro illo damno, l. ſi finita. §. eleganter. ſupra de damno infect. & ità reſpondet Bar. in dicto §. hoc autem iudicium. in ultima quæſtione. Sed tamen non bene tollit obiectum: quia illa celeritas cauſatur: quia periculum eſt in mora, unde eadem ratio militat quæ & in dicto. §. ſed & ſi quis riuos. Vnde Claudius diſtinguit. Aut damnum eſt ualde notorium, & periculum apparens, & tunc limitatio poteſt procedere: quia tunc omnis ſolennitas remittitur ſicut: nec etiam requiritur litis conteſtatio: quando ſpolium eſt notorium, ut noluit Barto. hic in reſponſione ad octauum fundamentum Gugliel. Si uerò non eſt appares damnum, conueniens eſt quòd fiat litis conteſtatio, ſicut & in aliis ſummariis, & idem erit quando omninò eſt periculum in mora, per l. ait prætor. §. ſi debitorem. ff. quæ in fraudem credito. Item poterit procedere in caſu capit. ad decimas. de reſti. ſpoliat. uel quando actor erit iudicatus dominus. Tu quartum caſum addas quando reus eſt abſens in longinquo loco: nam tunc ſpecialitas poterit militare ut nõ requiratur ſententia. Ideò dicas quòd regulariter requiritur per ſimilitudinem Alex. fallit in dictis quatuor. caſibus.

417 Quartò limitatur non procedere: † quando agitur officio iudicis ad reuocandum attentata, ſi forſan pendente iudicio ſpoliatio facta fuiſſet. Glo. in cap. ſecundo. ut lite pendente. Abb. in cap. ex parte, col. fi. de reſcrip. & in cap. bonæ. de appellatio. quòd tamen intellige: quando procederetur per illum modum, ſed ſi procederetur per interdictum de ui, & ui arma. quòd potuit fieri ut noluit Bar. ſup. per l. ſi conſtiterit. C. finium regun. tunc requireretur litis conteſtatio.

Quintò fallit: quando agitur poſſeſſorio ad recuperandam tenutam datam à iudice non ſeruato ordine iuris, iuxta theoricam tradendam in l. iuſtè poſſidet. infra eod. nam tunc non requiretur litis conteſtatio ſecundum Bart. in l. fi. C. de edicto, Diui Hadria. tollend. uerſic. ſi uerè allegetur. Ang. in l. fi. C. ſi per uim uel alio modo. Roma. in conſi. 220. circa primum. Alex. conſi. 5. lib ij. Gemi. conſi. 54. lib. 3. & hic per Ripa. & eſt ratio. quia quæ de facto fiunt de facto reuocari debent, lege ſi minor. ff. de euictio. cum concordanti. poſitis per Felynum. in capitul. qualiter, & quando. de accuſ. colum. iiij.

Sextò fallit in epiſcopo qui poteſt ſine tela iudiciaria priuare clericum ſuum, qui renuntiauit beneficio in manibus ſuis, Inno. in capi. accepto. de reſti. ſpoliatorum. Roma. conſil. 483. aliàs 883. in fi. & Rip. hic, & addit Alcia. ꝙ quibuſcunque caſibus quis poteſt procedere ſine citatione, uel cauſæ cognitione non requiritur litis conteſtatio. Ideò ſequitur quòd in caſu cap. ſi epiſcopus. de præbend. in 6. quia requiritur citatio, deberet etiam interuenire litis conteſtatio, & eſt rationabile: quia poteſt clericus habere multas defenſiones.

Septimò fallit: quando adhoc agitur ſolum ut appareat quis debet eſſe actor uel reus ſecundum Alcia. hic, per tex. in l. liberis. §. fi. ff. de lib. cauſ. quòd ſummariiſſimum eſt ſecundum Paulum de Caſtro in conſi. iij. uol. ſecundo. Inno. in cap. cum ueniſſent. de reſti. ſpolia. Cur. conſi. 60. in fi. Credo tamen quòd iſtud non ſit poſſeſſorium: ſed ſit ſolum quædam cognitio exceptionis an ille dolo ſit in poſſeſſione, uel ſine dolo: quia non tractatur de aliqua reſtitutione, ſicut atque in l. uis eius. C. de probationi. Sed ſi intentaretur poſſeſſorium uti poſſi. pro ut nos præſuppoſuimus in tota hac materia, ut præcedere debet tunc requireretur litis conteſtatio.

Octauò limitatur ſecundum Alcia. hic non procedere in cauſa appellationis à ſententia poſſeſſorii: quia licèt in aliis cauſis appellationis præſentibus partibus ſit neceſſaria litis conteſtatio. l. j. C. ne liceat tertiò prouocare, glo. in cap. Raynaldus, de teſtam. in uerbo conteſtata, & ſi non uult actor conteſtari habetur ꝓ conteſtata Pau. de Caſtro. conſi. 215. Matthe. no. 77. Areti. conſi. 219. tamen in hac appellatione hoc tribuetur ut non requiratur: arg. no. in l. ità demum. C. de procuratori. & l. fi. §. illud. C. de temp. app. ſed uerè hæc non eſt limitatio: quia hoc eſt generale in omni ſententia appellationis, dicto §. illud. quoniam illa facta fuit in prima inſtantia, & durat ſemper in omni inſtantia appellationis, ut no. in dicta lege ita demum. & poſuit Bar. hic in reſponſione ad tertium fundamentum Gugliel.

418 Nonò limitatur non † procedere ex parte actoris: quia actore diſcedente à iudicio ante litis conteſtationem poteſt procedi ad diffinitiuam ſententiam, auct. qui ſemel. C. quomod. & quand. iudex. quia actor proponendo libellum dicitur inſtructus uenire, & ſuper ſua propoſitione uelle litigare. ideò pro parte ſua uidetur conteſtari litem, meritò proceditur lite non conteſtata, & ſequitur hic Alcia. & Salyc. in dicta auct. qui ſemel. Sed Rip. reprehendit rationem: quoniam ſi actor diceretur conteſta

ri li-

ri litem non poſſet emendare: neque mutare actionem, & tamen docto. omnes uolent in leg. edicta. C. de edend. quòd ante litis conteſtationem factam cum reo ſemper poſſit mutare, & emendare libellum. ſoluit Abb. in cap. j. de de lit. conteſt. quòd comparente reo completur conteſtatio actoris ſi negat: quia libellus ſemper loquitur, l. Arriani. C. de hæret. quod etiam repræhendit hic Rip. quia & uno abſente non poteſt fieri litis conteſtatio, quod patet: quia de iure antiquo potuiſſet fieri litis cōteſtatio abſente actore, cuius contrarium dicitur in l. & poſt edictum. ff. de iudi. Vnde Rip. ſoluit ꝙ hæc limitatio debet intelligi interueniente magna contumacia actoris qui ſtetit abſens ultra annum, & eſt ſpeciale in caſu dictæ auct. ad quod dicit uidendum Maria. in capit. j. delit. conteſtatio. & cap. quoniam frequenter. in 62. fall. etra. ut lite non conteſta. & ſatis placet. unde ſequitur quòd actore redeunte inf. annum poterit ſemper mutare, & emendare libellum ſuum: quia non dicitur uerè lis conteſtata niſi concurrat reſponſio rei.

Decimò limitatur non procedere † quando notoriè conſtat de ſpoliatione, ut hic per Bart. uerſi. octauo ibi, ſi liquet, & facit ſecundum Fernandum: quia notorius ſpoliator non appellat, cap. Romana. §. præterea. de appellatio. in 6. In. in cap. ſi. de ordine cognitio. Bal. in l. cum fratris. C. de his quib. ut indig. & in notoriis ordo eſt ordinem non ſeruare capi. noſtram. iij. de iu reiu. cap. euidentia. de accuſatio. cap. quoniam. de filiis presbyterorum, & ſupra dixi.

Vndecimò limitatur quando opponeretur defectus notorius dominii de iure communi: quia tunc abſoluitur conuentus ſine conteſtatione litis, dicto cap. ad decimas. Sed ſi opponeretur exceptio notorii dominii iam diſcuſſi, tunc requireretur litis conteſtatio: quia probatio requiritur per productionem actorum.

Duodecimò limitatur quando poſſeſſio concederetur per primum uel ſecundum decretum quia illa fuere introducta pro remedio ut ſuccurratur reo contumaci, & non conteſtanti litem, dicta l. ſi finita. §. Iulianus. ff. de damn. infect. & ſupra dixi.

419 Decimotertiò limitatur † ſecundum formam ſtatutorum, in multis enim ciuitatibus eſt diſpoſitum, & etiam in Regno Neapolitano quòd ſi aliquis citatus trina citatione, uel una pro tribus, & non comparet in termino dato tam in cauſa ciuili quàm in criminali, & nullus excuſator compareat legitimus propter eius contumaciam lis habetur pro conteſtata, & ideò eo abſente datur actori terminus ad probandum & probatione facta deuenitur ad diffinitiuam ſententiam, quod paſſim ſeruatur quaſi in omnibus ciuitatibus Italiæ in omnibus caſibus; ergo fortius ſeruabitur in iſtis cauſis ſummariis reſeruata tamen ipſi actori electione ſi placeret forſan ei procedere per modum primi uel ſecundi decreti, & hoc faciliter imponatur finis litibus.

Nec obſtant fundamenta Guliel. quia in tribus primis optimè reſpondet Bar.

Nec obſtat quartum de legitimatione perſonarum: quia ſupr. dixi quòd imò in poſſeſſoriis legitimantur perſonæ.

Nec obſtat quintum, & ſextum: quia reſpondet hic Barto. & dictum fuit ſupra quòd ſatis ſubuenitur actori ſi petat ſe mitti in poſſeſſionem petitam uirtute primi, & ſecundi decreti.

Non obſtat ſeptimum: quia bene reſpondet Bartolus.

Non obſtat octauum: quia etiam reſpondet Bar. bene quòd tunc temporis notoriè conſtat de ſpolio, unde non eſt opus per uiam iudiciariam procedere, & quia de facto agenti de facto eſt reſiſtendum: ſed iudici non eſt notum ſpoliationem eſſe factam, ideò debet conſtare iudicialiter coram eo.

Non obſtat nonum: quia reſpondebat Cy. in auct. ſi omnes. in ultima quæſtione. C. ſi ut ſe ab hæredi abſtin. quòd non eſt neceſſaria litis conteſtatio quando minor petit aliquòd obſtaculum remoueri: ſecus ſi petit aliquid ſibi dari. Et ideò illa æquiparatio poſita in dicto §. ſi cauſa cognita. procedit poſt litis conteſtationem.

Non obſtat decimum: quia bene reſpondet Bar. declarando tamen ut ſup. in 9. limitatione.

420 Quartò quærit Bar. † an petitorium, & poſſeſſorium debeant eo tempore, & una ſent. terminari? & argumentatur primò, poſteà diſtinguit, ut per eum, conſtituendo differentiam utrum proponantur ab eodem uel à diuerſis. Prima eſt concluſio quòd ubicunque actor proponit petitorium, & poſſeſſorium de iure ciuili, poteſt iudex terminare diuerſis temporib. & cum diuerſis ſententiis: quia ſi unica cauſa quæ habet plures partes poteſt diuerſis temporibus, & ſententiis terminari, l. non idcirco. ff. de iud. & l. etiā. §. cauſa. ſup. de minoribus, & quod no. per doct. C. ſi aduerſ. rem iudicatam l. prima. ergo, & fortius quando erunt plures actiones poterunt ſeparatim agitari, & diuerſis temporibus, & ſententiis terminari, quam concluſionem ſequuntur communiter docto. & nullus hic uidetur diſcrepare, ultra Bar. probatur per tex. in capitu. ſecundo de cauſ. poſſeſſio. & proprieta. ubi cauſa poſſeſſionis. & proprietatis erat delegata iudicibus qui proceſſerunt in eis recipiendo probationes ſimul, & poſteà prius terminauerunt poſſeſſorium, & deinde petitorium diuerſis ſententiis, quæſitum fuit à Papa utrum hoc potuerit fieri, & reſpondet ipſe quòd ſic: quia hoc eſt expreſſum iure ciuili, & ſic demonſtrat quòd de iure ciuili poſſunt terminari diuerſis ſententiis, & temporibus, etiam quòd ſuper utraque ſimul proceſſum fuerit, & receptæ atteſtatio-

nes. unde concluſio remanet omninò uera.

421 Secunda eſt concluſio † quòd quando petitorium, & poſſeſſorium ab eodem proponuntur, & ſimul tractantur. quòd debent ſimul eadem ſententia terminari, cap. cum dilectus, de cauſa poſſeſſio. & proprieta. & cap. cum dilectus ¶. primo de ordine cognitionum, & ſic conſtituit differentiam inter ius canonicum, & ius ciuile quam expreſſè ponit glo. in dicto capi. ij. de cauſ. poſſeſſio. & proprieta. Sed tamen glo. ibi hoc non firmauit: quia ut dicit Iaſ. hic uoluit dicere illa glo. quòd de iure canonico admittitur concurſus petitorii, & poſſeſſorii, licèt ſecus ſit de iure ciuili ſecundum opinionem Ioannis gloſſator. quam tamen non tenebat Marti. ipſa tamen glo. tenet ibi quòd unum poteſt terminari ſine alio, & quòd in hoc ius ciuile non contradicit iuri canonico, & tenet Imo. Roma. Areti. & Iaſ. hic, & cæteri Moder. reiecta opinione Antonii de Butrio, & aliorum qui tenebant contrarium, & etiam egò puto hanc opinionem eſſe ueram. quòd non ſit differentia inter ius ciuile, & canonicum, ut probat expreſſè tex. in dicto cap. ij. ubi Papa fuit interrogatus an poſſet fieri de iure canonico, & ipſe reſpondet quòd ſic: quia hoc iure ciuili eſt expreſſum; & ſic demonſtrat de iure canonico ſeruari: quia de iure ciuili permittitur.

Nec obſtat text. in dicto capitul. cum dilectus. ¶. primo. de ordi. cognitio. quia rectè conſiderando probat hanc opinionem. Nam ibi dicitur quòd quando proponitur petitorium, & poſſeſſorium dicuntur eſſe duæ petitiones, & poſſunt diuerſis ſententiis terminari: quia non ſe tangunt, & in eis procedit lex iuris ciuilis qui prior appellat prior agat. Vnde demonſtrat quòd de iure canonico illa regula, qui prior habet locum, & ſic concordat ius ciuile, & canonicum. & dum poſteà ſubdit tex. quamquàm autem ſi utrunque acceptum eſt, & in eo proceſſum debeant unica ſententia terminari, ille tex. mutat caſum, & uult illud procedere: quando per modum conuentionis, & reconuentionis agitantur, ut ibi declarat Abbas nu. 13. uerſi. ſed quæro, & primum dictum procedit: quando poſt litis conteſtationem proponitur, ſecundum ſi tu uis quòd à diuerſis proponantur: ſed ſi uis quòd proponantur ab eodem generalius procedit. ſecundum uerò dictum intelligitur quando ante litis conteſtationem per modum reconuentionis proponuntur, iuxta formam poſitam per doct. in authen. & conſequenter. C. de ſententiis, & interlocutio. omnium iudicum, & no. in dicta l. qui prior.

Nec obſtat tex. in cap. cum dilectus. quia ille tex. procedit quando ab eodem utrunque eſt propoſitum, & iudex proceſſit ſuper utroque ſimul recipiendo probationes, & eodem tempore concludendo in cauſa: nam tunc debent eadem ſententia terminari de iure canonico, & etiam de iure ciuili: quia eadem ratio pro bono publico, ut lites diminuantur fieri debet.

422 Quare concludas, † nullam factam eſſe differentiã inter ius ciuile, & canonicum conſtituendo aliquos caſus. Primus caſus eſt: quando eodem tempore ab eodem proponitur petitorium, & poſſeſſorium: ſed tamen: quia unum eſt ordinarium, & aliud ſummarium. citius expediuit iudex poſſeſſorium & poterit terminare diuerſis ſententiis, & temporibus, dicta l. qui prior.

Secundus caſus eſt: quando utrunque ab initio propoſuit actor, & proceſſum fuit ſuper utroque ſimul: tamen poſteà prius uidit atteſtationes poſſeſſorii, & concluſit quòd in cauſa terminari poterunt diuerſis ſententiis, & temporib. tam de iure ciuili quàm canonico, dicto cap. ij. ubi caſus in terminis de cauſ. poſſeſ. & proprie.

Tertius caſus eſt: quando proponit primò petitorium, & poſteà quocunque tempore proponit poſſeſſorium, & ſuſpendit petitorium omninò. determinabuntur diuerſis ſententiis, dicto cap. paſtoralis. de cauſa poſſeſſio. & proprieta.

Quartus caſus eſt: quando poſt litis conteſtationem propoſuit poſſeſſorium, & proceſſum fuit ſeparatim, & tunc ſimiliter poſſunt terminari diuerſis ſententiis: ſed tamen quia poſſeſſorium eſt ſummarium, & citius expeditum fuiſſet, & eodem tempore eſſet concluſum in cauſa; tunc poſſet eadem ſententia terminari utroque iure, & æquum eſt, & hoc modo etiam poteſt intelligi tex. in dicto cap. cum dilectus, de cauſ. poſſeſ. & proprieta.

Quintus caſus eſt: quando ab initio utrunque eſt propoſitum, & eodem tempore ſimul eſt proceſſum, & ſimul uiſæ atteſtationes, & concluſum in cauſa, & tunc debet eadem ſententia terminari de iure canònico dicto cap. cum dilectus. & cap. cum eccleſia Sutrina. de cauſ. poſſeſſio. & proprieta. & procedit etiam de iure ciuili, ut colligitur ex rationibus Papæ in dicto capit. ij. & cap. cum eccleſia Sutrina. Facit tex. in l. nulli. C. de iudi. & quod habetur in cap. primo. de eo qui mittitur in poſſeſſionem, & in ſumma. ubicunque reperitur utrunque finitum eodem tempore in utroque iure iudex debet utrunque terminare: ſed ſi non eſt finitum eodem tempore nullo iure deberet terminare eodem tempore, quãmuis ſi placeret ei expectare, & utrunque terminare ualeret ſententia, & quando ſimul eſſet finitum ſi uellet ſeparatim terminare ualeret ſententia, quia nulla lex cogit, ſed æquitas tantummodo dictat.

423 Tertia eſt concluſio quòd † quando proponuntur à diuerſis utroque iure debent una ſententia terminari dicto cap. cum dilectus. coniuncta lege prima in fine. ff. quæ ſententiæ ſine appellatio. reſcinduntur, & his quæ notantur in dicta auth. & conſequenter. de ſententiis & interlocutoriis omnium iudicum, & in d. l. qui prior. Tamen in contrarium uidetur tex. in dicto

in dicto cap. cum dilectus. §. primo: dum dicit quòd ſunt mutuæ petitiones, & ſe inuicem non tangunt, & habet locum regula, qui prior appellat, & tamen loquitur: quando à diuerſis erant illa remedia propoſita: quia ibi primo monachi propoſuerunt interdictum recuperandæ, & poſteà nobiles reconuenerunt. Sed tu reſponde quòd limitat; & declarat, non autem oppugnat, nam ille tex. ponit duos caſus, & dicit quòd aut proponuntur diuerſis temporibus, ut quia reus poſt litem conteſtatam in poſſeſſorio actoris ipſe propoſuit, & tunc diuerſis temporibus terminari debet, ut ibi de iure canonico, & etiam de iure ciuili, dicta lege qui prior. digeſt. de iudic. & hunc
424 caſum non negauit Bartol. † Si autem actor primò proponit petitorium, uel unum poſſeſſorium, & reus proponit poſteà petitorium, uel aliud poſſeſſorium ante litis conteſtationem, & tunc ſuper utroque eſt procedendum ſimul, & eadem ſententia terminari debent, & ità loquitur Bat. hic, & procedit de iure ciuili, & canonico: quia tunc proponitur per modum reconuentionis, quæ reconuentio facit ut mutuæ petitiones debeant ſimul terminari, & hoc modo doctor. approbant Bar. & cum hac diſtinctione bene loquitur. quæ concluſiò optimè procedit: quando poſſeſſorium ab utraque parte fuit propoſitum, ut in dicto capitulo cum dilectus. de ordine cognitionum. ſed quando ab una parte eſt petitorium, & ab alia parte eſt poſſeſſorium eſt maior difficultas: quia modus procedendi eſt multum uarius: cum unum eſt ordinarium, & finiatur per triennium, & aliud ſummarium, & poſſit finiri in ſex menſibus.

Proptereà incidimus in illam arduam, & difficilem quæſtionem, utrum reconuentio poſſit fieri de actionibus diuerſæ naturæ ordinariis, & ſummariis, quam tractant doctor. in cap. primo. de mut. peti. & ibi Abba. columna tertia. & Maria. latiſsimè in capit. ſecundo. eodem titulo. in ſeptima fallentia. 6. articuli, & magis communiter docto. uidentur concludere quòd habeat locum reconuentio: quia iudicium ordinarium accelerabitur aliqualiter, & iudicium ſummarium aliqualiter differetur, ut eodem tempore poſſint concludi, & eadem ſententia terminari ſicut quando per reſcriptum una cauſa eſt ſummaria, & alia adiuncta efficitur ſummaria ut per gloſſam in clementi. ſæpe. in uerbo noluerit. de uerborum ſignification. & hic per Ripa. & proptereà ſtabit concluſio, quòd quando petitorium, & poſſeſſorium proponuntur per modum reconuentionis, in caſibus, in quibus poſſunt cumulari, & etiam quando non poſſunt cumulari, ſi tamen pars non opponat, iudex debebit ea unica ſententia terminare: aliàs non faciendo poterit appellari, & effectus erit maximus: quia licèt actor fuerit uictus in poſſeſſorio: tamen poſteà ipſe uincet in petitorio, & præualebit uictoria ſua, dicto capitu. cum dilectus. & cap. cum eccleſia Sutrina. de cauſa poſseſſio. & proprieta. ſed ſi non proponatur ante litis conteſtationem ſimul: ſed diuerſis temporibus, uel aliis non per modum reconuentionis, tunc utroque iure non erit neceſſe terminare utraque ſententia ſicut, & in præcedentib. concluſionibus dictum fuit.

425 Quarta eſt concluſio Bartol. † quòd ubicunque in poſſeſſorio non eſt conteſtanda lis: neque iure ciuili, eadem ſententia terminari debet. & ratio eſt ex eius intentione: quia tale poſſeſſorium cum ſit ſummariiſſimum, non poteſt produci per modum reconuentionis, cum non poſſit unquàm eodem tempore agitari: tamē eius concluſio dependet ab illa difficultate an tale poſſeſſorium poſſit per modum reconuentiónis coniungi cum remedio ordinario? Areti. dicebat quòd ſic, & quòd utrunque alterabitur per no. in dicto cap. primo de mutu. peti. & per glo. in dicta clementina ſæpe. de uerborum ſignification. Ripa. tamen dicit quòd illa gloſſa loquitur: quando per reſcriptum cauſa eſt effecta ſummaria, quo caſu ut ſit communis utilitas efficitur cauſa reconuentionis ſummaria. lege tertia. digeſtis. quod quiſque iuris. & notatur in lege petendæ. C. de reſtitu. in integrum. dicit tamen pendere ab illa ardua quæſtione de qua ſup.

426 Mihi autem placet † quòd neque in reſcripto: neque in propoſitione per modum reconuentionis, cauſa hoc modo ſummariiſsima poſſit coniungi cum iudicio ordinario: quia efficitur nimis magna alteratio in utraque cauſa, & eſt nimis præiudicialis partibus, & proptereà uidetur concordando opiniones, in dicta ardua quæſtione diſtinguendum eſſe. Aut cauſa eſt ſummaria cum litis conteſtatione, & tunc poſſit coniungi per modum reconuentionis: quia non fit alteratio multum præiudicialis: ſed quando eſt cauſa ſummaria ſine litis conteſtatione, non poſſunt ſimul coniungi: quia eſt nimis magna alteratio, & nimis præiudicialis partibus. Et proptereà concluſio Bartoli faciens limitationem erit.

Aliam limitationem ponebat Abbas in dicto capitulo cum dilectus. numero 13. uerſic. ſed quæro dicens, quòd quando poſt litis conteſtationem in prima proponitur ſecunda: quia tunc non eſt proprie recõuentio procedit regula dictæ legis qui prior, & ego ſupra poſui ampliando ut procedat etiam quando
427 remedia ſunt eiuſdem naturæ. † Si tamen extarent ſtatuta ut in pleriſque ciuitatibus Italiæ, & in Regno Neapolitano, quòd in omnibus cauſis procedatur ſola facti ueritate inſpecta, per quæ ſtatuta reſtringitur multum inſtantia, atque etiam litis conteſtatio non eſt neceſſaria in illa cauſa: quia contumace exi-

ſtente actore fingitur uel per primum actum qui ſolet fieri poſtlitis conteſtationem inducitur, tunc putarem quòd omnia ſummaria coniungi poſſent per modum reconuentionis, cum parna fietet alteratio in dictis iudiciis, quàmuis de iurecommuni non requireretur litis conteſtatio.

428 Addunt etiam hic docto. & Abbas clarè poſuit in dicto cap. cum dilectus. nu. 14. uerſicu. quæro. quòd licèt iudex teneatur cauſam conuentionis, & reconuentionis unica ſententia terminare: tamen ſi cauſas ſeparatis ſententiis terminauit, ualent dictæ ſententiæ, & eſt neceſſe appellare. ſed à ſententia prima primò lata nõ eſt neceſſe appellare, dicta l. prima. in fi. infra quando appellandum ſit, & ibidem etiam poſuit Abbas an poſſit fieri executio primæ ſententiæ: tamen Bar. de iſtis effectibus ſe remittit ad notata per Cy. in dicta l. incerti. dicens quòd ſatis perfectè loquitur, ſed Ias. adducit quòd imò plenius loquitur Alex. in conſi. 159. in cauſa, & lite uertente. lib. primo. & conſil. 130. uiſa facti narratione. eodem lib. & Abb. in dicto capitulo paſtoralis. uerſi. ad tertium. & Sozin. plenisſimè, & clarè loquens in conſilio 98. & per Moder. in dicta auctentica. .& conſequenter. & in dicto capitulo primo. de mu. petitio.

429 Quintò quærit Bar. hic, † quid de interdictis exhibitoriis, an poſſint cumulari cum petitorio, & quia ipſe imperfectè loquitur, præmittendum eſt ꝙ cum de facto ſæpisſimè euenire ſoleat ut poſſidentes res mobiles eas occultent ad finem, ut prætendentes dominiũ nõ poſſint habere notitiam de eis uel qualitatibus earum, & agit rei uendicatio. debet rem cum eius qualitatib. in libello exprimere, l. in rẽ. ff. de rei uendicatio. aliàs fruſtra agit. ideò de iure ciuili fuit introducta actio ad exhibendum, de qua habetur in rubrica, & nigro. ff. ad exhibendum, quæ dicitur eſſe præparatoria rei uendicationis, l. ad rem mobilem. ff. de procurato. & no. in rub. C. de edendo, & in rub. ff. ſi cer. peta. quoniam intentans rei uendicationem, oportet quòd prius procuret exhiberi rẽ ut uideri, & tangi poſſit, ad finem ut cognoſcatur quę ſit illa res, an ſit illa quæ petitur, & quas qualitates habeat ut poſſit poſteà congruum libellum facere. & hæc actio competit pro rebus quæ ſunt in commertio noſtro, & poſſunt quantum ad dominium pertinere ad actorem directum uel utile uel uſusfructus uel pignoris, uel alterius iuris realis iux. tex. in l. tertia. §. Pomponius. ff. ad exhibend.

430 Veruntamen: † quia reperiuntur res quæ regulariter non ſunt noſtræ: ſed pertinẽt ad alios, uel regulariter non ſunt in commertio noſtro, niſi cum certis qualitatibus, ità quòd pro eis non poteſt dari rei uendicatio, uera actio ad exhibendum non poterat competere: quia opponebatur hanc rem tu non potes uendicare. Vnde legatarius non poterat tabulas teſtamenti per actionem ad exhibendum petere: quia dominium eſt hæredum, & eas non poterat uendicare: neque etiam pater poterat per actionem ad exhibendum petere exhiberi filium: quia eum non habet in dominio ſuo, & uendicare non poterat. Similiter conſanguinei, uel martes, uel aliæ perſonæ quæ prætendebant coniunctos ſuos occupari ab alio, & forſan uendi pro ſeruis non poterant petere per actionem ad exhibendum eos exhiberi: quia in dominio habere non poterant: neque exhibitos uendicare, & idem erat in rebus ſacris religioſis, uel ſanctis, & in ſpiritualibus, & neque maritus uxorem exhiberi petere poterat. neque Abbas monachum: quia uendicare non poterat. Propterea prætores cum iſti caſus occurrerent cœperunt interponere officium ſuum & auditis partibus faciebant decreta quæ appellabantur interdicta, & ità ex officio omnes tales perſonæ exhibebantur, quæ interdicta poſteà tranſiuerunt in uim edictorum, & iuris prætorii per edictum perpetuum factum à Saluio Iuliano, ut dictum fuit in præmiſſis iſtius. §. & conſtituta fuere plura interdicta exhibitoria, ut interdictum de tabu. exhibendis, interdictum de lib. exhibend. & interdictum de lib deducend. & aliud interdictum de lib. homine exhibendo. & etiam interdicta circa res Sacras, religioſas, & ſanctas, quæ poſteà extenſa fuere ad omnes aliàs res ſimiles, quæ in commertio noſtro non ſunt, poſſunt tamen ad nos pertinere ex aliquo iure, & etiam actio ad exhibendum, per ea fuit extenſa.

431 Hæc † autem interdicta exhibitoria excepto illo de tabulis exhibendis, quod participat de actione ad exhibendum, dicuntur habere annexam cauſam quaſi proprietatis, ut habetur in lege ſecunda. §. quædam. infra de interdictis, & eſt ratio: quia cum competant pro rebus quæ non poſſunt eſſe in commertio noſtro, & quæ uerè poſſideri non poſſunt: neque in dominio haberi, noluerunt leges quòd ita faciliter poſſint peti exhiberi: ſed eſt neceſſarium quòd qui uult has res exhiberi producat titulum, & cauſam propter quam ille habet poteſtatem in illa re, & eius interſit exhiberi. Ideò pater non poteſt petere exhiberi filium niſi producat titulum, quod eſt natus ex matrimonio facto cum tali, ità quòd de iure ſit in poteſtate ſua, lege prima. digeſtis de lib. exhibend. Similiter ſi maritus petit uxorem ſuam exhiberi non debet audiri niſi prius probet deſponſationem, & matrimonium, lege ſecunda. cum ſequenti. ff. de lib. exhibend. Item conſanguineus non poteſt petere conſanguineum exhiberi niſi producat titulum, quòd eſt ſuus conſanguineus. Similiter nec Abbas poteſt petere monachum exhiberi niſi probet primò profeſsionem fa-

ctam. Nec etiam ſi uxor uult agere poſſeſſorio recuperandæ, ut reſtituatur ad poſſeſſionem ſuam poterit audiri niſi prius producat titulum, & deſponſationem. Et idem erit in laico qui uellit exhiberi res ſacras religioſas, & ſanctas: quia non audietur niſi demonſtret titulum per quem poſſent ad ipſum pertinere, ut declarauit Abb. latè in capi. literas. de reſtitutione ſpoliatorum. nu. 12. 23.& 24, per tex. in cap. ex parte. & cap. ex tranſmiſſa. eodem titulo. & patet in dictis interdictis exhibitoriis, & hac ratione non dicuntur habere annexam cauſam proprietatis uerè cum propriè non ſint in commertio noſtro: ſed tamen dicuntur habere annexam cauſam quaſi proprietatis: quia adiuncto iure Romano, uel quiritum, uel adiuncto iure canonico, poſſunt certo modo ad nos pertinere. Vnde euenit quòd patri poteſt dari rei uendiciato pro filio, & etiam Abbati pro monacho cum iſtis qualitatibus, ut eſt text. no. in l. j. §. per hanc. ff. de rei uendica. & ibi no. Vnde inceperunt eſſe quaſi petitoria & poſſeſſoria de iſtis perſonis, ut declarat tex. in dicto. §. per hanc.

Aduertas tamen quòd agens his interdictis non tenetur probare ueritatem ipſius tituli ſi forſan eſſet aliquod latens uitium in eis: ſufficit enim oſtendere titulum ex nulla parte uitiatum apparenter, licèt aliquæ poſſint ſubeſſe cauſæ quæ poſteà reddant eum ipſo iure nullum: nam tunc ueritas diſcutietur in petitorio, & hæc exceptio non audietur, ut habetur in d. l. 3. §. ibidem. ff. ad exhibendum, & ſimile ponitur in l. fi. & ij. C. de edict. Diui Had. tollend. & per Abb. in dicto cap. literas. de reſti. ſpoliato. nu. 12. 23. & 24.

432 Quibus ſic ſtantibus † Bar. hic quærit utrum hæc interdicta exhibitoria poſſint cumulari cum petitorio, & refert glo. in dicto cap. paſtoralis, de cauſ. poſſeſſio.& propriet. in glo. magna poſt medium ſuper intelligentia illorum uerborum ſaluis aliis interdictis, quæ ponit plures interpretationes, una eſt quòd intelligatur de interdicto retinendæ, ut in eo non poſſet fieri ſuſpenſio neque cumulatio petitorij, de qua interpretatione nos ſæpius fecimus mentionem ſup. in materia. Alia eſt interpretatio, quòd ille uerſic. intelligatur de interdictis habentibus annexam cauſam proprietatis: quia tex. dicit ſaluis aliis poſſeſſoriis, quæ uendicationem dominij ſui natura præcedunt. ſed glo. repræhendit iſtam: quia non poteſt intelligi de talibus interdictis, cum ſi habent annexam cauſam proprietatis, non poſſunt præcedere proprietatem. Ideò tertio modo exponit in uerſi. uel intellige dicit debere intelligi de interdictis exhibitorijs quæ ſunt quaſi præparatoria ad rei uendicationem, ut ſunt interdicta de lib. exhibend. & de tab. exhib. ut prius appareat quis poſſideat. per quam expoſitionem ibi glo. uidetur determinare quòd interdicta exhibitoria præcedunt rei uendicationem, & non poſſunt cumulari cum petitorio. Sed Barto. dicit quòd glo. non bene intellexit interdictum de lib. exhibend. quoniam illud continet in ſe annexam cauſam proprietatis: ergo ſimul cum ea ſemper agitatur, & cumulatur, non autem præcedere debet eam: ſed dicit bene illud eſſe præparatorium ad aliud interdictum de lib. ducendis, de quo in l. iij. §. primo eodem titulo: & ſubdit poſteà quòd ſolum interdictum de tabu. exhibend. præcedit petitorium, & ideò non poteſt cumulari per l. fi. ff. de tab. exhibend. ut hic per eum faciendo aliquas concluſiones.

433 Prima eſt, † quòd glo. in dicto cap. paſtoralis. tenet quòd interdicta exhibitoria debent præcedere rei uendicationem, & ideò non poſſunt cumulari cum ea: tamen uerè glo. hoc non tenet, licèt referat illum tex. poſſe intelligi de eis, & non ſe firmat: neque etiam tenet illum intellectum. tamen quia hæc eſt una opinio, tu potes reſoluere dicendo quòd licèt actio ad exhibendum, & etiam interdicta exhibitoria ſint præparatoria ad rei uendicationem, non ꝑ hoc infertur quòd non poſſint ſimul cumulari: ſicut uidemus quòd omnia poſſeſſoria ſunt præparatoria ad rei uendicationem, dicta l. ordinarii. cum decem concordantibus, & tamen non prohibentur cumulari.

Propterea diſtinguendum eſt. Aut quis agit actione ad exhibendum, uel interdictis exhibitoriis ad ſolum finem ut certificetur, an illa ſit res quam uult petere, & uideat qualitates ſuas ponendas in libello pro certificatione rei, & tunc præcedere debet, & non poteſt cumulari, dicta l. in rem. ff. de rei uendicatio. cum alioqui libellum certum facere non poſſit. Sed ſi quis petit exhiberi ad alium finem, ut certificetur an illam rem barataueri, uel alio modo occultauerit, uel occultari poſſit, ut executio fieri non poſſit, & tunc poterit cumulari, ſicut dicimus de interdictis poſſeſſoriis, quæ ſi intentantur ad ſolum finem, ut cognoſcatur quis eſt actor, & reus non poſſunt cumulari, & ſi ad alium finem cumulari poſſunt per dicta in omnibus combinationibus. Iſte enim ordo non eſt neceſſarius omninò neque lex præcisè mandauit quòd ſeruaretur, & nihil allegatur, quòd debeat impediri cumulatio.

434 Secunda eſt concluſio Bar. † quòd glo. non intellexit interdictum de lib. exhibend. quia ipſum non eſt præparatorium rei uendicationis cum habeat annexam cauſam proprietatis: ſed tamen poteſt dici ꝙ ipſe minus intellexerit. Nam illud interdictũ non poteſt habere annexam cauſam proprietatis cum tractemus de lib. homi. in quo nullus poteſt habere dominiũ, & regulariter nõ eſt in cõmertio noſtro l. inter ſtipulantem §. ſacram. ff. de uerbo. obliga. ſolum autem reſpectu certi iuris poteſt filius ad patrẽ ſpectare. unde potius dicitur habere annexã

cauſam quaſi proprietatis,id eſt, cuiuſdam certi iuris, ut dicit tex. in di. l. ij. §. quædam . infra de interdict. quo caſu non agitur cum eis plena cauſa proprietatis : ſed tantummodo , ut dictum fuit eſt neceſſarium allegare titulum:neque cancellatum: neque abolitum : neque ex alı qua parte uitiatum apparenter , tamen non eſt neceſſarium demonſtrare quòd nullum latens uitium inſit per quòd impediatur illud ius ſicut dictum fuit ſupra , & tenuit Abb. in dicto cap. literas.nu. 23. & 24. & hoc in ſpecie probatur in dicto interdicto delib.exhibend. in le. iij. §. hoc autem interdictum in uerſi. cæterum ibi ſuccedere poterit notio prætoris ut apud eum diſceptetur utrum quis in poteſtate ſit aut non , in uerſi. Iulianus . in uerbo cognitio. quæ uerba præſupponunt, quòd intentatum fuerit interdictum delib. exhibend. in quo dictum fuit quòd eſſet in poteſtate patris,&tamen uult quòd interum cognoſcatur : ergo cauſa proprietatis plenariè in eo non agitur .

435 Tertiam poſteà ſubdit Bar. concluſionem† ꝙ illud interdictum non præcedit cauſam proprietatis : ſed tantummodo interdictum delib. deducendis, quæ concluſio quantum ad interdictum deliberis deducendis eſt uera quòd præcedere debeat , ut clarè dicitur in dicta l. iij. §. primo . cum ſequenti . ſed quatenus uult quòd non præcedat cauſam proprietatis malè loquitur, ex eo : quia interdictum delib. deducendis non datur contra ipſum filium ; ſed tantummodo contra eum qui tenet , & iuſſus fuit exhibere , dicta l. iij. §. hoc interdictum . quo caſu etiam nouiter uenit diſcusſio , & cognitio an ſit in eius poteſtate, & ſic an uerè ſit filius ut dicitur in dicto . §. Iulianus: taliter quòd illud interdictum eſt remedium uerè petitorium ſeu proprietatis .

436 Similiter ſi eueniat† quòd filius ipſe neget ſe filium qui exhibitus fuit, non tenetur illo interdicto delib. deducendis. ſed ipſe tenetur rei uendictione adiecto iure quiritum, de qua in dicta l. prima . §. per hanc. ſupra de rei uendicatio. quæ etiam poteſt dari contra tertium per extenſionem . unde apparet quòd illud interdictum de lib. exhiben. præcedit cauſam proprietatis rectè conſiderando , & quòd gloſſ. melius intellexit iura ciuilia , quàm doctor. iuris ciuilis , quàmuis de hoc ſoleant gloriari in contrarium . Ideò conclude quòd interdictum delib.exhibend. habet annexam cauſam quaſi proprieta. tantummodo , & requirit allegationem tituli apparenter ualidi , tamen præcedit poſteà rei uendicationem , ſi agitur contra ipſum filium, & interdictum delib. deducendis quod ſimiliter implicat cauſam proprietatis , & dicitur eſſe præparatorium ad illam cauſam quaſi proprietatis . tamen an poſteà cumulari poſſit debes diſtinguere ut ſupra in prima concluſione .

437 Quarta eſt concluſio † quòd interdictum de tabulis exhibend. eſt præparatorium rei uendicationis , & quòd non poteſt cumulari cum eo , ſi intentetur poſt litis conteſtationem in petitorio , quæ concluſio procedit ſecundum intellectum glo. ibi . Sed ipſemet Barto. in primis uerbis, & in uerſiculo oppono uidetur , & uerſi. quædam eſt exhibitio. tenet quòd imò poſſit cumulari illud interdictum cum petitorio , cum petantur tabulæ exhiberi ad finem ut poſſit facere probationem de inſtitutione ſeu legato ſuo , & propterea diſtinguendum eſt in eo ſicut , & in præcedentibus , quòd aut interdictum illud intentatur ad finem, ut actor poſſit ſcire an ſit inſtitutus uel habeat legatum , & pro qua parte , & de qua re , ut petitionem certam facere poſſit, & tunc præcedere debet, & non poteſt cumulari . Si uerò intentatur ut exhibeantur tabulæ ad alium finem , ut ad finem probandi , & tunc cumulatio permittitur ut tenet ibi Barto. & communiter doctor. Et propterea remanet regula generalis, quòd interdicta exhibitoria cumulari poſſunt cum petitorio regulariter:quia licèt ſint præparatoria : tamen ordo non eſt præciſè à iure ſtatutus, ut omninò ſeruari debeat. Fallit tamen quando intentatur ad finem ut actor certificetur de re quam uult in libello petere ut eum ualidum facere poſſit, & per conſequens habes quòd de interdictis exhibitoriis idem dicere debes quantum ad cumulationem, quæ dicta fuere de interdictis poſſeſſoriis .

438 Sextò loco quærit hic Iaſon † per quæ uerba uideatur libellans intentaſſe petitorium , & poſſeſſorium , & ipſe dicit utrunque intentatum fuiſſe, ſi ſit dictum rem ad ſe ſpectare iure, capitulo querelam. de electione ubi Innocencius . & facit textus in lege Iulianus . §. fin. in uerbo plenum ius . ubi Ange. ſupr. de rei uendicatio. & in capitu. cum & plantare. §. nihilominus . de priuil. Alexande. conſilio 89. lib. 5.

Similiter uerbum pertinere , refertur ad petitorium , & poſſeſſorium, gloſſ. in lege ſi quis intentione ambigua . ſupra de iudiciis. & in capitulo cum eccleſia Sutrina . ubi Butri. & Abb. de cauſ. poſſesſio. & proprieta, cum ſimilibus per eum adductis .

Idem dicit de eſſe de uerbo ſpectare , quod ſignificat idem quòd pertinere ſecundum Ioannem Andreæ in capitulo dilecto . in uerbo ſpectantia . de officio ordinarii , & Abba. in d.capi. cum eccleſia. colu. fi.cum ſimilibus per eum adductis .

Item & illa uerba peto rem reſtitui , adaptantur ad poſſeſſorium, & ad petitorium, ut per Butrium in cap. cum ad ſedem. iij. colu. & ibi Imol. de reſti.ſpolia. Federi.de Sen.in conſ. 283.conſ. latum. cum ſimili.per eum adductis.

Item illa uerba ad ius , & proprietatem reducas malè alienata , ſignificant poſſeſſo-

tium

rium, & petitorium, capitulo cum dilectus. de ordine cognitionum ibi, quod caſtrum ad ius & proprietatem ſui monaſterii pertiuere. ubi Inno. & Abb. in cap. epiſcopi. de reb. ecc. non alienand. cum aliis multis cumulatis per eum in omnibus dictis uerbis. unde ipſemet Iaſ. poſteà reducendo ad practicam dicit quòd ſiue ſcriptum principis uel papæ dicit talis conqueſtus eſt qui fecit iniuriam de re ad ipſum. pertinente pleno iure, uel ad ſe pertinente, uel ad ſe ſpectante, uel ad ius & proprietatem reducas, ſemper uidetur comprehenſum petitorium & poſſeſſorium, Et idem erit in libello, quamuis aliquando uerbum pertinere, uerificetur etiam in ſolo poſſeſſorio, dicto cap. querelam. iuncta glo. ibi ante penul. & Butr. ibi reputat notabile col. 3. tertio nota. & Alex. in conſ. 98. lib. 5. incipiente uiſis his quæ allegantur, quæ uerba approbantur hic per Mod. & in ſpecie Fernandum qui ponit aliquas bonas concluſiones his uerbis, concludens in libello rem ſibi pleno iure ad iudicari dicitur iutentare utrunquè cap. querelam de electione, & ibi glo. in uerbo pleno iure. cum ſimilibus adductis per Iaſ. Item concludens rem ad ſe pertinere intentat petitorium & poſſeſſorium, iuxta glo. in l. ſi quis in tentione ambigua. de iudi. & Abb. in dicto cap. j. de ſeq. poſſeſſio. & fructuum, & Felyn in rub. de reſcrip. à quo Fabius dicit Iaſ. hæc cepiſſe tamen glo. ibi addit ſi uerba concluſionis ſunt apta, unde debet dicere quòd debeat ſibi adiudicari: quia dictæ res ad ſe pertinet.

Item petens rem reſtitui agit poſſeſſorio & petitorio, dicto cap. cum ad ſedem. de reſti. ſpoliatorum & ibi docto. cum cumul. per Iaſ.

Item petens ius & iuſtitiam ſibi miniſtrari ſuper dicta repetita agit petitorio, & poſſeſſorio pro ut actori utilius eſt ut in cap. ſecundo & ibi Abb. & alij de ordine cognitionum.

Item quando reſſeruatur ius tertii intelligitur de petitorio & poſſeſſorio Bal. in conſ. 318. & hic Iaſ. & idem Iaſ. in. §. actionum. multa cumulans, inſti. de actionibus, quæ doctrinæ ueræ ſunt ſed particulares & imperfectæ, & ponunt caſus certos: ſed non regulam caſuum ut de alijs uerbis poſſis te reſſoluere.

439 Ideò tu concludas quòd omnia uerba poſita in libello, uel reſcripto quæ apta ſunt continere omne ius ipſius actoris, uel petentis dicuntur importare propoſitionem petitorij & poſſeſſorii, ex eo: quia de proprietate ſermonis hæc iura & alia in eis continentur, & uerba de proprietate plura continentia, l. j. §. quòd autem. de aleatori. l. j. §. generaliter. ff. de leg. præſtand. etiam quòd in uno caſu ſit maior ratio quàm in alio, & unus ſit caſus priuilegiatus, l. in fraudem. §. fi. ff. de milit. teſta no. per Decium & Mod. ubi dixj in l. j. C. de edend. & habemus regulam quòd in iudiciis omne uidetur deductum quod in uerbis continetur, quamuis non ſit expreſſum, imò neceſſarium eſt quòd excipiatur ad hoc ut non contineatur, l. ſolemus. ff. de iudi. quam allegat papa in dicto cap. cum eccl. in uerſi. uerum quoniam. de cauſ. poſſeſſio. & proprieta. Ideò omne ius actoris ſemper uidetur eſſe deductum in iudicio niſi expreſsè excipiatur quòd non deducatur, uel ex coniecturis probabilibus percipiatur, uel ſubiecta materia dictet, & ità uerificatur quòd Iaſ. dixit uerbum pertinere, aliquando continere ſulum poſſeſſorium, dicto cap. querelam.

Et hac de cauſa ubi cauſa eſt commiſſa in libello alicui iudici, ſemper utrunquè tam petitorium quàm poſſeſſorium uidetur eſſe deductum, ut eſt tex. notab. in cap. primo de ſequeſtra. poſſeſſio. & fructuum, & ibi Abbas in duobus locis, quæ omnia tanto fortius procedunt quando fuit oppoſita clauſula petens ius & iuſtitiam miniſtrari, non tantum eo modo quo petitum fuit: ſed etiam alio meliori modo quod de iure ſibi competit, & concluſio ſit indefinita. ſed ſi concluſio eſſet ſpecialis de ſolo poſſeſſorio uiderentur intentata remedia utiliora in poſſeſſorio, & ſi eſſet concluſio ſpecialis de ſolo petitorio, eſſent intentata omnia meliora remedia quæ competerent ſibi cauſa petitorii, & ita debet declarari Abbas in cap. cum dilectus. de ordine cognitionum, & per Alex. in conſ. 153. & conſ. 127. uol. ij. ſecundum Rip. hic. Quod tamen uidetur contrariari dicto Iaſ. hic, uerſi. ultimo. quòd ſi actor in libello narrauit reſpicientia petitorium & poſſeſſorium, & concludit expreſsè in petitorio, licèt aliàs debeat ſemper attendi concluſio, & non illud quòd narratur in libello ſecundum Inno. in cap. ſuper literis. de re ſcrip. & Bar. in l. Aurelius. §. idem queſiit. ſupra de lib. lega. cum concordantibus poſitis per Iaſ. in. §. primo. inſti. de actio. tamen ſi libellans addidit in fi. libelli clauſulam generalem, petens ius & iuſtitiam miniſtrari, uidebitur utrũque intentatũ propter notationẽ factã de utroquè, licèt concluſio ſit de uno Calde. in dicto cap. cum dilectus. poſt Inno. ubi Abb. in ultima charta, reputans dictam deciſionem eſſe bene notandam, & idem Abb. in dicto cap. paſtoralis. & facit quòd in ſimili uoluit Io. de Imol. in cap. ſi cautio. col. pe. de fid. inſtr. cum ſimilib. adductis per Iaſ.

Sed potes cõcordare quòd dictum Iaſ. procedit quando per uerba clariora utrunquè remedium fuit expreſſum, dictum uerò Ripę procedat quando uerba ſunt ſimpliciter prolata, quæ licèt poſſint comprehendere omnia iura tamẽ declarantur & reſtringuntur per concluſionẽ.

440 Additꝗ tamen hic Rip. ꝙ cum per iſtam clauſulam libellus efficiatur incertus, poterit reus petere declarari ſibi libellum, & nominari remedia quæ uult intentare, & ſi uerba concluſionis ſunt dubia ea petere declarari, & ſi tunc

non declarabit clauſula nihil operabitur, Bal. in l. edita. C. de edend. & facit dictum cap. paſtoralis. in princ. de cauſ. poſſ. & proprieta.

441 Vltimò ut nihil omittatur addas unum notabile dictum Bal. licèt uulgatum in conſ. 370. aliàs 373. præmittendum eſt ad euidentiam. lib. 3. qui uoluit, quòd pro poſſesſione retinenda, & ut aduerſarius à moleſtationibus deſiſtat, competant duo remedia unum ordinarium, quod appellatur interdictum uti posſidetis, de quo dictum fuit in tota præcedenti materia, & in eo requiritur libellus. & litis conteſtatio. Aliud extraordinarium ſeu ſummariiſſimum, quod appellatur conſeruatorium poſſesſionis, & præcedit interdictum ordinarium, & eſt præambulum ad illud, & alio nomine etiam dicitur officium iudicis, & non requirit libellum neque litis conteſtationem: ſed ſufficit ſimplex qualis qualis petitio, & probatio, per l. liberis. §. fi. ff. de lib. cauſ. quod fuit introductum in magno conflictu cootendentium ne partes deueniant ad arma, & intercurratur periculis ſcandali, & intentatur ab eo qui prætendit potiora iura, & dubitat ne aduerſarii ſibi faciant uiolentiam ad finem ut ipſe manuteneatur donec intentetur ordinarium poſſeſſorium magis longum, ſicut in ſimili quoque fuit introductum omne remedium poſſeſſorium tanquàm ſummarium reſpectu petitorii ordinarii, dicta l. j. §. primo cum ſequentibus & aliis concordanti. inſ. uti posſid. & hoc quoque datur ad reſtituendam unam poſſesſionis ſpeciem, ſi forſam intentans hoc conſeruatorium eſſet ea priuatus, ut per officium iudicis debeat conſeruari & ad ammiſſam reſtitui ſecundum Paul. de Caſtro, in l. Attilius. in fi. ff. de donatio. Ac etiam procedit comparente contradictore: quia interponitur partibus in conflictu exiſtentibus, uel petente ualde dubitante, ad finem ut appareat quis debeat fungi parte actoris in alio iudicio poſſeſſorio uel petitorio: ſicut dicitur in dicta l. liberis. §. fi. ff. de lib. cauſ. ubi ad officium iudicis pertinet cognoſcere an ſeruus ſit in quaſi poſſesſione dolo, uel ſine dolo, & concordat tex. in l. nis
442 eius. in. fi. C. de probationib. † quod officium ualde eſt tunc neceſſarium cum uterque contendat ſe posſidere, & quilibet prætendat potiorem poſſesſionem, & ſe nolle dare libellum differendo ius ſuum declarari, & cogitur iudex pro euitandis iurgiis & ſcandalis prouidere ſecundum Bal. in l. nec quicquam §. ubi decretum, uerſi. quintò nota. ff. de offic. pro conſul. & leg. & Specula. in tit. de libelli conceptione. §. nunc dicendum. uerſi. xxij. & ibi Ioannes Andreæ diſputat ſuper quæſtione bonorum de facto occurrenti, idem Ioannes Andreæ in capitulo. in præſentia. in glo. nec licèt, extra de probatio. poſtprincipium ubi etiam Bal. poſt Inno. & ſequitur Areti. col. iiij. uerſi. ſecundo caſu, diceus eſſe communem opinionem, & Afflict. in conſtitutione dilationis. nu. 100. uerſi. & dicit Bal. & Capol in deciſ. 110. nota diligenter tu aduocate. Firmanus multa cumulans in repertorio ſuo in uerbo actor dicitur. nu. 130. uerſi. actor ſi neutra. Fely. in cap. in præſentia. prope finem uerſi. poſtremo multum clarè ſequens, & in cap. cum oporteat. de accuſationib. allegans Bal. in l. fi. C. de edict. Diui Hadria tollend. col. ii. & l. ſi ſeruus. per illum tex. C. quod cum eo, & l. ſi ſuper poſſesſione. ubi etiam Iaſ. C. de tranſactio. Neuiza late in conſ. ſuo 80. & conſ. 81. in principio, & quaſi per totum multas auctoritates cumulans, ultra quas etiam adde hoc tenere Decium in dicta l. ſi ſuper poſſeſſione, & in dicta l. fi. C. de edict. Diui Hadria. tollend. Alex. conſ. 7. in conſideratione præmiſſa. col. pe. lib. 5. Cur. conſ. 61. ſuper eo articulo, ubi dicunt quòd aliquando donec iudex ex ſuo officio cognoſcit quis posſideat, ſi eſt periculum ſcandali debet ſequæſtrare poſſeſſionem & fructus.

443 Quòd remedium † appellatur à docto. remedium ſeu interdictum conſeruandæ, & uulgariter conſeruatorium ut dixi ſeparatum ab interdicto uti posſid. ſecundum Rip. ſupra eodem in principio poſt Bal. in capitulo final. de prohibit. feud. alienatio. per Fridericum, per tex. in l. 3. §. miſſum. ff. de carbo. edicto Alex. in l. ſi finita. col. pe. ff. de damn. infect. & conſ. 5. col. fi. lib. 5. & Paul. de Caſtro. conſ. 307. in cauſa capturæ. Quamuis Alex. in l. prima poſt Roma. inſ. uti poſſid. dicat quòd non eſt remedium ſeparatum ſed eſt portio interdicti retinendæ. tamen uerè eſt remedium ſeparatum utſupra in dictis primis uerbis concludit Ripa: quia fuit introductum: quando eſt conflictus partium prætendentium inſtanter ſe posſidere, uel unus posſidens ualde timet moleſtari ab aduerſario, & impediri ne poſſit formari iudicium ordinarium poſſeſſorium retinendæ uel recuperandæ, & ſic eſt præambulum ad poſſeſſorium ordinarium ut dixit Paul. de Caſtro in conſ. 3. in cauſa quæ uertitur coram domino; lib. ij. ubi dixit quòd fertur à iudice quædam interlocutoria habita informatione ex ſummarijs probationibus quæ differt à ſententia lata ſuper poſſeſſorio in iudicio ordinario, & proceſſus de hoc remedio conſeruandæ non ualebit ad obtinendam illam ſententiam diffinitiuam ſuper poſſeſſorio ordinario proferendam. ſed ſolum ut posſit apparere quis debet eſſe actor in iudicio ordinario poſſeſſorio: nec forſam requiritur ſecundum eum iuramentum teſtium, ut plenè per Neuiza. in dicto conſ. 80. nu. 7. & per Fely. in cap. primo de treuga & pace. §. qui timet. col. fi. & Hippoly. in l. j. §. præterà col. 14. ff. de quæſtio. & ſentit Afflict. in conſtitutione dilationis. nu. 8. & ego alias plenè conſului.

Quòd remedium non poterit cumulari cum petitorio propter illam rationem; quia intentatur

tatur propter periculum ne partes deueniant ad arma, & præcedit omne poſſeſſorium,& petitorium, & eſt uerè preparatorium, cuius ordo non poterit præteriri cum cauſa introducendi illud urgeat ut neceſſariò præcedere debeat, & minus poſſet cumulati ſi proponeretur per modum conuentionis & reconuentionis; quoniam ſummariiſſimum eſt ualde, & neceſſario breui tempore expediri debet ommiſſa omni exceptione etiam dominii, & omni alia qualibet quæ opponi poſſet. quòd bene nota: quia non reperies alibi hoc ità plenè declaratum, Et hæc ſufficiant de illa notabiliſſima materia cumulationis petitorii & poſſeſſorii; quæ licèt ualde diffuſa & confuſa fuerit à doctoribus: tamen eam ego conatus fui reducere ad ordinem qui magis ſit probabilis, palpabilis, & intelligibilis, ac adhærens magis ueritati.

Ioannès Bolognetus Salerni legens,& Meſſanæ repetita de anno 1568. die 20. Maii. in 35. lectionibus.

Summaria ſuper l. Iuſtè poſſidet. ff. de acquir. poſſeſſio.

1 *IN hac lege tractatur quid operetur auctoritas iudicis, ad iuſtificandum poſſeſſionem quæſitam uirtute decreti uel ſententiæ.*

2 *Ad ualiditatem ſententiæ uel decreti requiruntur ſex ſubſtantialia uidelicet, cauſa efficiens, materialis, formalis, ſubiectiua ſolennitatis, & finalis.*

3 *In uiginti diuerſis caſibus & ultra poteſt quis authore prætore poſſidere, qui omnes hic referuntur.*

4 *Octo modis in cauſa petitorij quis poteſt auctore prætore poſſidere.*

5 *Octo modis in cauſa poſſeſſorij quis poteſt auctore prætore poſſidere.*

6 *Extraiudicium quoquè quis poteſt multis modis poſſidere authore prætore.*

7 *Multi ſunt modi adminiſtrandi iudicicium quibus quis poteſt authore prætore poſſidere.*

8 *Caſus in quibus profertur ſententia, & caſus in quibus interponitur decretum declarantur.*

9 *Sententia & decretum tribus modis capiuntur in genere generaliſſimo, ſubalterno, & in ſpeciè.*

10 *Sententia & decretum in genere generaliſſimo ſumpta idem ſignificat,*

11 *Sententia dicitur quando iure actionis ex officio iudicis mercenario profertur.*

12 *Decretum dicitur quando ex officio iudicis nobili proceditur.*

13 *Verba iſtius legis uidentur inuicem contraria & non conuenire materiæ hic tractatæ per docto.*

14 *Verba huius legis ut conueniant materiæ omnia impropriare oportet.*

15 *Lex iſta nouiter creatur ut contineat totam materiam.*

16 *Hæc lex ſummatur propter breuitatem per plurima uerba & longiores per pauca.*

17 *Caſus figuratio ponitur apperiens totam materiam.*

18 *Verba iuſtè poſſidet. quomodo exponantur.*

19 *Miſſus in poſſeſſione ex plena cauſa cognitione, uel ex ſecundo decreto, uèl extraiudicialiter acquirit nouum titulum. & omnes effectus poſſeſſionis.*

20 *Miſſus in poſſeſſione pro executione interdictorum poſſeſſoriorum, acquirit ius retentionis, & recuperationis*

21 *Miſſus in poſſeſſione ex cauſa legatorum, uel ex primo decreto, acquirit ius pignoris, & ius in poſſeſſione ſtandi non poſſidendi.*

22 *Iuſtè poſſidens quos effectus acquirat, breuiter declaratur.*

23 *Iuſtè poſſidere ex ſententia iniqua quomodo quis dicatur.*

24 *Verbum iuſtè, an ſignificet idem quod uerbum. ritè. & ritè declaratur.*

25 *Dictio ritè, & rectè, quid ſignificent, & an diuerſam habeant ſignificationem.*

26 *Dictiones ritè, & rectè, naturaliter idem ſignificant, ſed ex uſu uerbum ritè, ſignificat ordinem, & uerbum rectè iuſtitiam.*

27 *Miſſus in poſſeſſione iuſtè, poſſidet, id eſt, ſine incurſu pœnarum poſſidet.*

28 *Statutum dictans neminem poſſe ingredi poſſeſſionem rei hæreditariæ, an includat miſſum auctoritate iudicis.*

29 *Miſſus in poſſeſſione ex ſententia uel decreto nullo quocunquè ratione, non dicitur iuſtè poſſidere.*

30 *Poſſeſſio uiolenta non iuſtificatur ex decreto Iudicis.*

31 *Poſſeſſio uiolenta non purgatur per reſcriptum principis.*

32 *Poſſeſſio uiolenta poteſt peti conſeruari per principem, ne ſibi fiat alia uiolentia.*

33 *Poſſeſſio uiolenta non poteſt confirmari à prætore.*

34 *Poſſeſſor uiolentus poteſt petere ſi mitti in poſſeſſionem rei poſſeſſæ ex contumacia rei.*

35 *Violentus poſſeſſor petens ſe mitti in poſſeſſionem ex contumacia non auditur ſi conueniatur de ſpolio. & num. 36.*

37 *Violentus poſſeſſor miſſus in poſſeſſionem ex cauſa damni infecti, non ſequitur confirmationem uiolentiæ: ſed ſolum poteſt confirmari ex uoluntate partis.*

38 *Miſſus in poſſeſſione ex ſententia etiam iniqua, dicitur iuſtè poſſidere & quando.*

Intellectus l. cum putarem. ff. famil. erciſcu. latè diſcutitur.

39 *Miſſus in poſſeſſione ex ſententia iniqua, iuſtè poſſidet eatenus quatenus reuocatur.*

40 *Sententia iniqua ex cauſa non diſcuſſa retractari poteſt.*

41 *Decretum latum ex falſa cauſa eſt nullum ipſo iure & ponuntur multa exempla.*

42 *Decretum & ſententia quomodo inter ſe differant.*

43 *Decretum quare ſit nullum ex falſa cauſa, & non ſententia lata inquiritur*

44 *Ratio Angeli refertur, & repræhenditur.*

45 *Ratio Abbatis refertur, & reprahenditur.*

46 *Ratio Claudij refertur, & repræhenditur.*

47 *Decretum eſt nullum ex falſa cauſa: quia profertur ſuper præſuppoſito non diſcuſſo nouiter ratio demonſtratur.*

48 *Sententia regulariter fertur ſuper præſuppoſito plenè diſcuſſo. ideò ualet ex falſa cauſa.*

49 *Si ſententia fertur ſuper præſuppoſito non diſcuſſo ex falſa cauſa, non ualet & retractatur.*

50 *Decretum latum ſuper excutione ſententie iniquæ ualet.*

51 *Decretum latum ex falſa cauſa non eſt nullum: quando de ipſa cauſa fuit diſcuſſum.*

52 *Decretum latum ex falſa cauſa ualet; quando illa depeudet à declaratione iudicis.*

53 *Decretum ex falſa cauſa latum ualet: quando fertur inter conſentientes.*

54 *Decretum latum ſuper reſtitutione in integrum ualet ex falſa cauſa: quia illa diſcutitur.*

55 *Decretum latum motu proprio iudicis ualet ex falſa cauſa.*

56 *Decretum regulariter eſt nullum ex falſa cauſa: quia regulariter profertur ſuper cauſa non diſcuſſa.*

57 *Decretum latum ex cauſa uera ex parte actoris, & falſa ex parte rei: quando ualeat latè diſcutitur.*

58 *Decretum latum ex cauſa falſa ex parte perſona rei conuenti: quando ualeat latè diſcutitur examinando quinque exempla.*

59 *Decretum latum ex falſa cauſa ex perſona rei, intelligitur de iniuſtitia in genere.*

60 *Decretum latum ex falſa cauſa reſpectu rei captæ: quando ualidum ſit diſcutitur.*

61 *Decretum latum pro capienda re non debitoris, an priuet eum poſſeſsione, latè diſcutitur conſiderando uarios caſus.*

62 *Miſſus in poſſeſſionem contra detinentem rem præiudicat ei in iure ſuo: ſed poßidentem non priuat.*

63 *Miſſus in poſſeßionem rei non poſſeſſæ à debitore, an præiudicet poßidenti.*

64 *Decretum latum ex falſa cauſa: quando ſit ualidium breuiter epilogatur.*

65 *Decretum latum inter conſentientes an ualeat.*

66 *Decretum latum ex falſa cauſa pro executione ſententiæ, uel inſtrumenti guarentigiæ: quando ualeat.*

67 *Decretum latum ex falſa cauſa; ſi iudex ignorabat dolum non uitiatur.*

68 *Decretũ latum ex falſa cauſa quæ non allegatur ualet.*

69 *Decretum latum ex cauſa partim uera & partim falſa: quomodo ualeat.*

70 *Intellectus ad l. ſi non ſortem. §. ſi centum. ff. de conditione indeb. diſcutitur.*

71 *Decretum latum ex falſa cauſa reſpiciens duas perſonas quarum una habet ius uerum: quando ualeat.*

72 *Decretum latum ex cauſa partim uera & partim falſa de rebus conſumptibilibus ualet, pro parte uera.*

73 *Decretum de uendendo rem magni ualoris pro modico pretio quando ualeat.*

74 *Iudex an poſſit dare poteſtatem parti ingrediendi poſſeßionem propria auctoritate, latè diſcutitur.*

75 *Iudex poteſt dare poſſeßionem ingrediendi propria auctoritate regulariter.*

76 *Iudex non poteſt dare poteſtatem parti interponendi decretum in cauſa propria.*

77 *Iudex non poteſt dare poteſtatem parti ingredienti aduerſario reſiſtente, ſecundum tutiorem opinionem.*

78 *Iudex quomodo poteſt dare poteſtatem excutioribus tributorum.*

79 *Ingrediens poſſeßionem ex decreto nullo, an puniatur pœnis ſtatutarijs. latè diſcutitur.*

80 *Mulier, ruſticus, uel minor ingredientes ex decreto nullo, an excuſentur à pœnis ſtatutarijs.*

81 *Ingrediens poſſeßionem ex decreto nullo an excuſetur à pœnis ſtatutarijs: quando ſtatutum loquitur in perſonam.*

82 *Ingrediens poſſeßionem ex decreto nullo non excuſatur à pœnis ſtatutariis regulariter.*

83 *Fallit quando requirit dolum, uel quando imponitur pœna corporalis, uel alia ſimilis.*

84 *Ingrediens poſſeßionem ex decreto nullo, an incidat in pœnam l. meminerint. Codice unde ui.*

85 *Intellectus legis meminerint. Codice unde ui inquiritur.*

86 *Ingrediens poſſeſſionem propria auctoritate poſt ſententiam etiam ualidam, incidit in pœnam l. meminerint. quando requiritur citatio.*

87 *Ingrediens in poſſeßionem pignorum pro examinatione ex decreto nullo, an incidat in pœnam dicta l. meminerint.*

88 *Lex meminerint. non habet locum in ingrediente auctoritate iudicis,*

89 *Ingrediens in poſſeßionem pignorum pro executione. ſententiæ propria auctoritate incidit in dictam l. meminerint.*

90 *Miſſus à iudice in poſſeßionem pignorum ſine citatione partis, non incidit in dictam l. meminerint.*

91 *Miſſus in poſſeſſionem ex decreto nullo: quando incidat in pœnas ſtatutarias.*

92 *Miſſus in poſſeßionem auctoritate iudicis ſine citatione ſi incidit in l. meminerint. acquirit omnia iura quæ habẽt uiolenti poſſeſſores hic enumerata.*

93 *Miſſus in poſſeſſionem auctoritate iudicis ſine citatione non priuatur iure ſuo: ſed acquirit omne ius quod habent uiolenti poſſeſſores in re.*

94 *Miſſus in poſſeßionem auctoritate iudicis ſine citatione acquirit detentationem, & poſteà poſſeßionis præſumptionem, fructuum perceptionem, & ius transferendi onus probandi in aduerſarium, & cætera hic numerata.*

95 *Miſſus in poſſeßionem ritè & non rectè latè acquirit omnia prædicta, & ius quòd non poßit conueniri in interdicto ſpoliatorio, ſed ſolum ordinariis actionibus.*

96 *Spolium iudicis quando fiat nouiter demonſtratur, & declaratur.*

97 *Hæc lex quando habeat locum, & quæ ſint eius requiſita,*

quiſita, breuiter explicatur.

98 *Nouiter lex creatur explicans totam materiam.*

99 *Secunda pars materiæ quæ ſummitur à contrario, breuiter etiam declaratur.*

100 *Ius uſucapiendi quando, & quomodo acquiratur miſſo in poſſeſsionem.*

Lex. Iuſtè poſsidet. ff. De Acquirenda poſſesſione.

1 IN hac lege tractatur † quid operetur auctoritas iudicis ad iuſtificandam poſſesſionem quæſitam, & an decretum uel ſententia iudicis tribuat iuſtum titulum poſsidendi, in eius tamen regula Doct. implicant uiginti caſus, & ultra in quibus quis authore prætore poſſidere poteſt uarios diuerſos, & contrariæ naturæ tam in conceptione, quàm etiam in effectibus, atque etiam commiſcent omnes modos adminiſtrandi iuſtitiam uarios atquè diuerſæ naturæ: quibus omnibus uerba legis conuenire non uidentur: ut eam repugnantiam continere conſtituere uideantur. adduntque unam differentiam inter decretum & ſententiam non bene reſſoluti in quo differat ſententia à decreto, & totam materiam ità obſcuram & difficilem reddunt, ut quid determinet hęc regula, & quid in ea uoluerit iuriſconſultus, non faciliter percipi, poteſt.

2 Quare ad † eius euidentiam, & ad tollendas æquiuocationes, & tradendam cognitionem multorum terminorum neceſſariorum aliqua præmittenda ſunt.

3 Et primò quòd ad ualiditatem ſententiæ & decreti ſex interuenire debent: ſeu ſex ſunt eius ſpecialia requiſita ſicut in quolibet actu ciuili uidelicèt cauſa efficiens, cauſa materialis, cauſa formalis, cauſa ſubiectiua, cauſa ſolennitati, & cauſa finalis, ut dixi in l. primà infra de uerbo obligatio. & in l. nemo poteſt. ff. de leg. primo. igitur in ſententia & decreto primo requiritur iudex, qui eſt cauſa efficiens in cuius perſona requiritur aptitudo naturalis, iuxta legem cum prætor. §. item hi. ff. de iudi. & habilitas ciuilis ut quòd habeat iuriſdictionem in illa cauſa, & in illo loco, l. prima & l. ſi idem cum eodem. & l. fi. ff. de iuriſdictio. omnium iudicum, & ſi tibi placet potes etiam addere quòd actor & reus participent de cauſa efficienti, cum iudicium ſit actus trium perſonarum. ut no. in rub. de iudi.

Secundò requiritur cauſa materialis quæ eſt punctus quæſtionis, id eſt, illud quod reſultat ex libello & reſponſione rei, ſuper quo diſputatur, ut no. dixi in l. poſtquam liti. C. de pact. & hæc dicitur proprià controuerſia partium, unde ſententia dicitur, quæ finem controuerſiarum imponit l. prima in fi. de re iudi.

Tertiò requiritur cauſa formalis quæ conſiſtit in ordine iudiciario à lege tradito, de quo per Bar. in l. prolatam. C. de ſententijs, & in ter. & in clem. ſæpe. de uerbo ſignificatio. Secundum tamen naturam negotij uel ſummariam uel plenariam, uel præſente ſeu contumace parte agitata.

Quartò requiritur cauſa ſubiectiua, id eſt, res ipſa de qua fit negotium, & diſputatur iuxta cap. forus. §. negotium. de uer. ſignifi. cum ſine ſiue re iudicium eſſe non poſsit. arg. l. dominum. de contrahend. emptio. ideò perempta re perimit iudicium l. item ſi uerberatum. §. fi. de rei uendi. & in cauſa criminali perempte delinquente extinguitur iudicium l. ſi pœna. & l. crimen. ff. de pœn. & l. prima de priu. delictis & no. in l. quod te. ff. ſi cert. peta.

Quintò requiritur cauſa ſolennitatis, ut quòd iudex ſedeat pro tribunali, legat ſententiam uoce propria, & ſcribat manu propria, l. prima & per totum. ff. de ferijs. l. ij. §. dies & ſequen i. ff. quis ordo in bonorum poſſesſio. ſeruetur. & l. fi. C. de ſententijs ex breuiculo recitandis.

Sextò requiritur cauſa finalis, id eſt, ut fiat ad adminiſtrandam iuſtitiam. unde iudex iurat leges ſeruare, ut in auct. iuſiurandum quod præſtatur ab his in principio, & quando notoria eſt iniuſtitia, ſententia eſt nulla, ut no. per Decium & alios in cap. in præſentia. de probatio. & decretum ex falſa cauſa latum eſt ipſo iure nullum, ut Bar. hic dicit in principio, quæ tamen ſex cauſæ ex mente Logicorum reducuntur ad quatuor, ex eo: quia cauſa materialis, & cauſa ſubiectiua coniunguntur. Item cauſa formalis & ſolennitatis coniunguntur ut dicatur tota formalis, & alia tota materialis ſeu ſubiectiua, & de cauſa finali tractatur ualde per doct. in hac lege magis in ſpecie quamuis de omnibus alijs etiam tractent. quibus interuenientibus ſententia & decretum dicuntur habere plenam efficaciam, eis uerò deficientibus redditur nulla, quamuis cauſa finalis alio modo conſideretur in decreto quàm in ſententia, ut infra dicetur.

3 Secundò † etiam præmittendum eſt, quòd in uiginti caſibus & ultra, poteſt quis authore prætore poſsidere, qui continentur in tribus modis perueniendi ad miſsionem in poſſesſione per iudicem uidelicet, quòd agitetur cauſa petitorij, uel quòd agitetur cauſa poſſeſſorii, uel quòd agitetur cauſa extra iudicium & ex uarijs figuris.

4 Vbicunquè † ergo aliquis per rei uendicationem petit rem ſibi reſtitui, & iudex præſentibus partibus habita cauſæ cognitione condemnat reum ad reſtituendum, & poſteà facit executionem mittendo actorem in poſſesſionem rei petitæ, dicitur ipſe authore prætore poſsidere.

Secundus caſus eſt : quando actor petit aduerſarium condemnari ad dandam rem promiſſam iuxta legem, ubi autem non apparet §. fi. de uerbo ſiguificatio. interueniente plena cauſæ cognitione & poſteà faciendo executionem cogit reum tradere, uel mittit actorem in poſſeſſionem rei per ſe incepit ipſe authore prætore poſſidere.

Tertius caſus eſt : quando actor petit condemnari reum ad ſoluendam certam quantitatem, & habita plena cauſæ cognitione, eum condemnat, & quia non ſoluit pecuniam, facit executionem in bonis capiendo pignora, & uendendo, uel unam rem adiudicando ipſi creditori, iuxta legem à diuopio. §. in uenditione. cum tribus ſequentibus, actor uel emptor incipit rem poſſidere authore prætore.

Quartus caſus eſt in actionem in rem ſcriptam, ut ſi aliquis petit furtum aut noxæ ſeruom dari, & index habita plena cauſæ cognitione condemnat reum ad ſoluendum decem, noxæ dedere, iuxta legem miles. ff. de re iudica. & cum non ſoluat pecuniam mittat actorem in poſſeſſionem ſerui dicitur authore prætore poſſidere, & ſub hoc poſſumus ponere etiam exemplum in actione, quod metus cauſa facta reſtitutione per prætorem l. metum. §. ex hoc edicto. ff. quòd met. cauſ.

Quintus caſus eſt : quaudo in actione reali reus citatus non comparet ut lis conteſtari non poſſit, uel latitat, & in eius contumaciam pro remedio interductum fuit quòd iudex mitat actorem in poſſeſſione rei petitæ, ut tedio affectus ueniat reſponſurus, & ſi durat in contumacia per annum interponit ſecundum decretum faciendo eum plenum poſſeſſorem & dominum, iuxta cap. quoniam frequenter. §. in alijs. ubi Abb. extra ut, lite non conteſtata incipipit ipſe authore prætore poſſidere primò ut in poſſeſſione ſit, ſecundò quod efficiatur dominius. l. prætoris officium, & l. ſi finita. §. Iulianus. ff. de damn. infect.

Sextus caſus eſt : quando intentatur actio perſonalis pro re danda uel pecunia, & reus fuit contumax, & iudex proceſſerit ad primum decretum mittendo in poſſeſſionem rei petitæ actorem, uel pro modo debiti declarati, iuxta auct. ei qui. C. de bon. aucto. iudi. poſſid. & l. conſentaneum. C. quomo. & quando. iudex. & ſi perſeuerat in poſſeſſione interponit ſecundum decretum ut in dictis locis no. & l. Fulcinius. & per totum. ff. ex quibus cauſ. in poſſeſſio. eatur & no. in dicto. ca. quoniam frequenter. incipit authore prætore poſſidetur primò reuocabiliter, & poſteà irreuocabiliter ut efficiatur dominus & poſſeſſor ut ſupra.

Septimus caſus eſt in actione noxali : quando dominus non defendit ſeruum: nam iuſſu iudicis actor poteſt eum ducere. primò reuocabiliter, & poſteà irreuocabiliter iuxta l. generaliter. §. fin. ff. de noxali. & l. ij. §. fin. ff. ſi ex nocauſ. agatur incipit authore prætore poſſidere.

Octauus caſus eſt ubicunquè ſeruo relicta eſt libertas, & grauati eam dare ſunt contumaces, uel latitant, & iudex iudicat ut ſeruus efficiatur liber, iuxta l. cum uerò. §. ſubuentum. & l. generaliter. ff. de fidei com. lib. incipit ilſe ſeruus poſſidere authore prætore libertatem & hæc in cauſa petitorij.

5 In cauſa quoquè poſſeſſorii octo aliis caſibus quis poreſt poſſidere authore prætore. & primò ſi actor agat interdicto recuperandæ & præſente parte habita ſummaria cognitione iudex condemnat reum ad reſtituendam rem, iux. legem ſi quis ad ſe fundum. C. ad legem Iuli. de ui, & cap. in literis. de reſti. ſpoliato. & poſteà cogit reſtituere, uel mittit actorem in poſſeſſionem incipit authore prætore poſſidere.

Secundus caſus eſt: quando actor intentat interdictum adipiſcendæ, & præſente parte facta litis conteſtatione, uel etiam exiſtente incerta perſona declarat poſſeſſionem bonorum ei dandam, uel in hæreditate, iuxta legem finalem. C. de edicto diui Hadria. tollend. uel ex Saluiano interdicto incipit ille authore prætore poſſidere.

Tertius caſus eſt, ubicunquè actor agit interdicto uti poſſidetis, & petit reſtitutionem poſſeſionis, quam tenet ui, clam, uel precario, & condemnatur iux. l. primam infra uti poſſidet, poſteà fit reſtitutio incipit authore prætore poſſidere.

Quartus caſus eſt: quando in inſtrumento uenditionis uel donationis eſt appoſitum conſtitutum, uel precarium, uel aliæ res pro debito ſunt obligatæ, quo caſu habet poſſeſſionem ciuilem ſecundum formam poſitam in l. quod meo. infrà eodem tit. & actor petit ſe aſſociari ut ingrediatur poſſeſſionẽ, iuxta formam poſitam in §. item ſeruiana. per Iaſ. inſt. de actionib. tunc incipit authore prætore poſſidere.

Quintus caſus eſt: quando ex cauſa damni infecti quis petit cautionem ſibi dari, & ille iuſſus præſtare fuit contumax, & prætor in contumaciã miſſit in poſſeſſionem ex cauſa damni infecti, & poſtea durante contumacia interpoſuit ſecundum decretum, tunc incipit poſſidere primò reuocabiliter & eſſe in poſſeſſione, & poſteà plenariè dicta l. prætoris officium. & l. ſi finita. §. Iulianus. de damno infecto.

Sextus caſus eſt: quando hæres iuſſus præſtare cautionem de ſoluendis legatis ſecundum formam tit. ff. ut legato. nomine caueatur, & fuit contumax, unde legatarius miſſus fuit in poſſeſſionem ſecundum aliud edictum ut legato. nomine caueatur dicitur authore prætore poſſidere, uel melius in poſſeſſione eſſe l. 3. §. genera. uerſi. finali. ſupra eodem.

Septimus caſus eſt : quando pupillus eſt inſtitutus hæres, uel uenter qui negantur eſſe filij teſtatoris, & iudex cum ſummaria cauſæ co-

gnitione mittit pupillum, uel uentrem in poſſeſſione, iuxta edictum de ueot. in poſſeſſio. mitteud.& l.3.§.cauſæ. ff.de carb. edict. incipit pupilus uel uenter auctore prætore poſſidere.

Octanus caſus poteſt eſſe: quãdo conuenti aliquo poſſeſſorio in quo requiritur litis conteſtatio ipſi ſunt cõtumaces,& in eorũ contumacia: quia non poteſt fieri litis conteſtatio iudex mittit auctorẽ in poſſeſſionem petitã ex primo decreto,& poſteà ex ſecundo decreto ſecundũ ea quæ diximus.in.§.nihil commune.ſuper ſecunda quæſtio.Bar. incipit auctore prætore poſſidere ut primò ſit in poſſeſſione, poſteà plenè poſſideat ſecundum naturam illius interdicti.

Nonus etiã caſus poteſt acõmodari,ſi partes contendant ſe uelle poſſidere, & eſt periculum ne ipſæ partes deueniãt ad arma,& iudex ſe interponit cum ſummariiſſima cauſæ cognitione, & declarat uel mittit aliquem in poſſeſſione ſecundum formam poſitam. in .§. nihil commoe. in quæſtio . fina. incipit auctore prætore poſſidere,& hæc quando cauſa poſſeſſorij agitatur.

6 Extraiudicium † quoque poteſt quis auctore prætore poſſidere, ut ſi minor uult ſeruum manumittere cum decreto iudicis,iuxta tex.in §.ij. 3.& fi.inſti.qui manu nõ poſſunt. tũc ille ſeruus incipit auctore & decreto iudicis poſſidere.

Secuodus caſus eſt, quando minor uult alienare & requiritur decretum iudicis, iux. titulum. ff. de reb. eorum . ille facta alienatione incipit auctore prætore poſsidere, ut l. ſi prædium . C. de prædiis minorum . & per totum.

Tertius caſus eſt quando quis facit tranſactionẽ de alimentis,& aliquam rem percipit loco alimentorum, iuxta l. cum hi. ff.de tranſactio . iocipit ille auctore, prætore poſſidere.

Quartus caſus eſt : quando facta nunciatione ounciatus præſtat ſatisfationem, tunc incipit poſſidere auctore prætore, iuxta leg. j. §. in operis . & l. prætor .§. deinde . ſupra de uoui oper. nunciatio . ut diximus in l. de pupillo. §. meminiſſe . eodem tit.

Quintus caſus poteſt poni fauore religionis, ſi quis ponatur in poſſeſſione itineris ad ſepulchrum , iuxta l. ſi quis ſepulchrum . ff. de religiò . & ſump. funer. in quibus omnibus caſibus duo principalia conſiderantur . Primò quomodo ſententia uel decretum proferatur, & in aliquibus profertur ſententia, in aliquibus decretum, & quaodo profertur ſententia ſufficit quòd ſit rectitudo proceſſus ſine iuſtitia, in decreto uerò requiritur iuſtitia & rectitudo ut dicit & Bar. & docto. in principio. Item conſiderantur effectus rari cum in quatuor caſibus: quãdo in petitorio proceditur cũ plena cauſæ cognitione, ille qui poſſidet habet omoes effectus poſſeſſionis,ut efficiatur dñs, habeat uſucapiẽdi conditionẽ,faciat fructus ſuos, & ius recuperandi & retinendi , & idem eſt in quatuor alijs caſibus, in quibus proceditur in contumaciam requiritur quòd decretum interpooatur ex iuſta cauſa, & non ſufficit quòd rectè latum ſit, & ſi eſt miſſus ex primo decreto non efficitur uerus poſſeſſor : ſed tantummodo eſt in poſſeſſiooe, & reuocabiliter infra annum; poſt annum uerò acquirit omnes effectus poſſeſſionis, & efficiatur dominus, & habeat ius uſucapiendi, iux dictam l.prætoris officium,& dictum.§. Iulianus.Qui uerò mittuntur in poſſeſſionem pro interdictis poſſeſſorijs ſufficit ſententiam eſſe latam cum ordine iudiciario, & non curatur ſi eſt iniqua, & poſteà producit effectus retentionis & recuperationis & perceptionis fructuum temporaliter tantum uſquè ad
finem petitorij, & nunquàm efficitur dominus, 8
oequè uſucapit propter dictam cauſam, ſi uerò mitatur in poſſeſſiooem ex cauſa legatorum tantummodo eſt in poſſeſſione reuocabiliter,& habet cuſtodiam fructuum , dicta l. 3. §. genera, ſupra eodem, & oportet quòd decretum ſit latum ex iuſta cauſa : aliàs non ualet, & idem dicitur quando pupillus mittitur ex carbonia-oo & uentris oomine, l. 3. §. puberi, & §. duæ ſunt cauſæ. & l. de bonis. §. fi. de carboni. edicto. Siautem extraiudicialiter interponitur decretum: tunc qui poſſidet poteſt habere omnes effectus poſſeſſionis & dominii: ſed tamen oportet quòd decretum ſit latum eſt iuſta cauſa alioqui non ualet, quamuis ſit ſeruatus ordo.Et ſic apparet quòd omnes dicti effectus habent diuerſam naturam in modo concipiẽdi,& diuerſas cauſas,& diuerſis modis ualent, atque etiam producunt uarios & diuerſos effectus.

7 Immiſcent† quoquè docto.omnes modos adminiſtrandi iuſtitiam:qui multi ſunt. Nam iudex aliquando procedit tanquàm iudex ex officio eius mercenario deſeruienti actioni intentatæ, aliquando procedit ex officio ſuo nobili per ſe uel per implorationem partis, ut notatur in l. prima, & io l. iubere cauerè. ff. de iuriſdictione omnium iudicum. Item & tertio procedit extraiudicialiter præſtando auctoritatem actui à partibus facto, ut ſi præſtant auctoritatem minori alienanti uel pupillo maoumittenti ſeruum, uel alicui tranſigenti ſuper alimentis, & ex ſimilibus cauſis in quibus procedit ex uoluntaria iuriſdictione.

Rurſus quando procedit iure actionis, ſi partes ſunt præſentes tũc procedit tãquàm iudex, ſi uerò partes ſunt abſentes in cõtumacia interponendo primum & ſecundũ decretũ procedit tanquàm prætor ex officio oobili,l. prætoris officium, & l.ſi fioita. §. Iulianus. ff. de damn. infect. Similiter ſi procedit ſuper poſſeſſorijs iure actionis tanquàm iudex procedit ex officio mercenario ut in omnibus poſſeſſoriis; ſed in cauſa in edicto carboniano & uentris nomine procedit tanquàm prætor, & antiquitus in omnibus bonorum poſſeſſionibus decretalibus.

Item ex uoluntaria iuriſdictione uidetur procedere tanquàm prætor præſtaodo auctoritatem, Similiter in cauſa damni infe-

ċti, & in cauſa nt in poſſeſſionem legatornm, dicitur procedere ex officio ſuo nobili, in quibus omnibus caſibus aliquando procedit cum plenaria cauſæ cognitioue, ut in quatuor caſibns primò narratis aliquando procedit ſumma riè,ut in omnibus otdinarijs poſſeſſorijs. Aliquando magis ſummariè, ut in aliis exemplis ſupra poſitis. de quibus omnibus habetur in di ċta l.j.de iuriſdiċtione omniū iudicum, cū mul tis alijs ſimilibus cōcordantibus.uaria enim eſt materia,& iu uatijs locis ex accidenti traċtata.

Implicant † quoquè doċt. hic caſus in qnibus profertur ſententia,& caſus in qnibus interpo-
8 nitur decretū. & ponunt unam regulam † quòd ubicunquè profertur ſententia illa ualet, quam uis ſit lata ex iniuſta cauſa, dummodo ſeruatus ſit otdo iuris per capitulum cum inter.de re iudica. & l.lj. C. quando prou. non eſt neceſſe. & & l.tes indicata. de reg. iur.cum ibi no. Aliam ponunt ubicunquè proceditur per decretum qnòd nedum eſt neceſſarium quòd ſeruetur otdo iuris, ſed etiam oportet quòd ſit latum ex ex iuſta cauſa, ut per Bar. hic in principio ubi dicemus: tamen poſteà non determinant quæ differentia ſit iuter ſententiam & decretum,ne què etiam ipſi de hoc ſunt bene reſoluti.

9 Vnde † ad tollendam æquiuocationem opor tel etiam præſcire quòd iſti duo termini ſenten tia & decretū habent ſe ut excedentia & exceſſa,& ſe inuicem continent & coutinentur ſecun dū narias acceptiones, Nam ſeutentia capitur tribus modis, ut habetur in rub. inf. de re iudi ca.& per Abb.extra eodem in genere generaliſſi mo, in genere ſubalterno, & in ſpecie. Sentētia in genere generaliſſimo dicitur eſſe omnis deli berata diſpoſitio,unde interuenire poteſt in iu dicio,& extraiudiciū ut patet in l.j.ff. de teſtā. ubi teſtamentū appellatur ſententia, & in.§.reſponſa prudentū.ibi,ſententiæ & opiniones eo rū.inſti.de iure naturali gentium & ciuili.unde in Theologia reperitur liber ſententiarū.Secun do modo capitur in genere ſubalterno, & tunc dicitur eſſe deliberata diſpoſitio à iudice inter partes controuerſantes faċta,& hæc non poteſt fieri niſi in iudicio,& in hac ſignificatione capi tur in toto titulo infra, & C. & in decreta. de re indi.Capitur poſteà in ſpecie: quando hanc ſententiam iudiciatiam diuidimus:quia quædā eſt interlocutoria, quædam diffinitiua, & quædam habeus uim diffinitiuæ,ut per Abb.in rub. extra de re iudi. col. 3.

Eodem modo decretum capitur tribus modis,in genere generaliſſimo,& genere ſubalter no, & in ſpecie. Iu genere generaliſſimo dicitur eſſe omnis deliberata diſpoſitio, & poteſt fieri in iudicio, & extra iudicium, & hoc modo capitur in tit, infra de decre. ab ordin. faciend.ubi uniuerſitas dicitur facere decretū, & etiam omnes diſputantes dicūtur decernere,& alij ſcribētes,ut per Albe.in diċtio.ſuo in uerbo decretum.& in decreto Gratiani, & hoc modo etiam poteſt capi quando interponitur ex uoluntaria iuriſdiċtione,ut in rit. C. de rebus ſine decreto non alien.

Secūdò modo capitur in genere ſubalterno: quando prætor ex officio ſuo nobili aliquid in ter partes controuerſantes decernit,& hoc mo do capitur.in l.ſi finita.§. Iulianns.ff.de damn. infeċt. habetur in l.nequicquam. §. ubi decretum. de officio procōſulis & legati ubi Iaſ. enū merat quindecim ſignificationes eiuſdem termini. Hoc autem decretum diuiditur inter primum & ſecundum, & cum cauſæ cognitione, & ſine cauſæ cognitione, & tunc capitur in ſpecie.

10 Si igitur † ſententia & decretum capiatur in genere generaliſſimo,tūc idem ſignificāt: quia uterque terminus ſignificat deliberatam diſpoſitionem. nnde omne decretum quocunq; modo ſumptū poteſt contineri ſub ſententia gene raliſſimè ſumpta, & ſimiliter omnis ſententia poteſt appellari decretum generaliſſimè ſumptum.ideò ſententia interlocutoria uulgariter appellatur decretū ſummēdo in geuere genera liſſimo,mā nō de proprietate ſermonis.Si uerò ſententia capiatur in genere ſub alterno,& decretū in genere ſubalterno,&tūc differūt ualde ex eo:quia ſententia dicitur eſſe determinatio iudicis qui proceſſit ut iudex iure aċtionis interponendo officiū ſnum mercenariū. decretū uerò dicitur eſſe quando prætor ex officio ſuo nobis procedit,& dicitur tauquàm prætor pro cedere, hac ratione ſi partibus præſentibus in aċtione reali iudex iudicat dicitur proferre ſententiam: ſed quando partibus contumacibus procedit ad miſſionem in poſſeſſionem,dicitur interponere primū & ſecundum decretū, iuxta no.in l.ſi finita.§.Iulianus.ff.de damn. infeċt.& dicitur procedere tāquàm prætor, & idē ſi ipſe dat tutorē,uel alio modo ex officio procedit iuxta no.in l. j. & l. iubere cauere.ff de in riſdiċtione omniū iudicū,& eodem modo etiā poteſt dici propter iuriſdiċtionē quando procedit ex uoluntaria iuriſdiċtione, ut in rub. & nigro. C. de prædijs mino.ſine decreto nō alie naud.& hæc eſt propria ſignificatio iſtorū ter-
11 minorū,& uera differētia † quia ſententia eſt illa proptiè quæ profertur à iudice iuter partes liti gantes iure aċtionis ex officio ſuo mercennario
12 † decretum uerò eſt illud quòd interponitur à prætore intet partes controuerſantes ex officio ſuo nobili,& hac ratione decretū in ſpecie ſum ptū differt à ſententia in ſpecie ſumpta, & è cō trario:ſolùm enim ſe poſſunt continere quādo capiuntur iu genere generaliſſimo. dnm ergo doċto.hic dicunt quòd ſententia ualet etiā iniqua ſi ſeruatus eſt ordo, decretum uerò non ua let niſi etiam fiat ex iuſta cauſa intelligi debent in hac ſecunda & tertia ſignificatione, non autem in prima,& ratio differentiæ eſt:quia in pri ma parte ſunt illæ quæ ſibi præiudicant, in decreto uerò iudici faciliter obripi poteſt.

Ex qui-

13 Ex quibus† omnibus apparet quòd docto. hic immiſcuerunt tantam machinani terminorum, & tantos caſus uarios, & diuerſæ naturæ ſubregula iſtius tex. ut illam inutilem, & repugnantia continentem penitus conſtitnere uideantur. Nam uolunt quòd contineatur ſententia & decretum, & tamen ſententia iniuſta, ideò repugnat uerbum iuſtè, quòd ponitur ad differentiam actus iniuſti. ideò uidetur quòd tantummodo decretum ſub hac regula cõtineri poſſit. poſteà nolunt quòd hic coutineantur caſus in quibus quis mittitur in poſſeſſionem naturalẽ, & ciuilem, & in detentatinem iudiciariã: & tũc repugnar uerbum poſſidet, quòd ſignificat poſſeſſionem ueram, & excludit detentationem indiciariam per quam miſſus non poſſidet: ſed in poſſeſſione dicitur eſſe, & aliud eſt poſſidere, aliud eſt in poſſeſſione eſſe. l. 3. §. genera. ſecũdo & 3. reſponſo, & l. ſi quis ante. in hoc tit. noſtro. unde uidetur quòd iſta regula non poſſit continere miſſum ex primo decreto ex cauſa damni infecti, & ex cauſa legatorũ, & alios ſimiles. unde includẽdo hos caſus implicãt cõtradictionẽ.

Rurſus uolunt quòd contineantur actus facti à iudice in indicio & extra iudicium, & tamen repugnat uerbum anthore. quod denotat actum extraiudicialem, cum extraiudicialiter interponatur auctoritas in iudicio, iuriſdictio ideò dicitur, de auctoritate tutorum. ff. & C. & in inſtitutio. unde dum uolut quòd omnes dicti caſus implicentur repugnantiam per dictuni uerbum inducere uidentur.

Rnrſus uolunt ꝙ implicentur cauſæ agitatæ à iudice tanquàm à iudice, & à prætore tãquàm à prætore. unde repugnat nerbũ prætore. quòd dicitur comprehendere actus factos ex officio nobili in quibus ſe interponit tanquàm prætor & immiſcendo alios caſus facit regulam implicare contradictionem, propterea omnibus prædictis congeſtis apparere uidetur quòd hæc regula fuit inutilis, & incõſideratè poſita, tanquã à fabro compoſita cum ſi per unum uerbum uis ut contineat aliquos caſus per alia uerba excludi uidentur, ità quòd nullus in tota regnla contineri poſſe uideatur.

14 Quare pro † reſolutione & defenſione Iuriſconſulti neceſſarium eſt omnia uerba legis impropriare & in latiſſima ſignificatione ea capere, nt faciamus quòd omnes dicti caſus ſine contradictione in hac regula cõprehendantur. ideò uerbum iuſtè, licet de proprietate ſermonis excludat iniuſtum actum: tamen hic debet capi latiſſimè ut comprehendat etiam caſum iniuſtum & exponatur iuſte, id eſt, lege prrmittente. Nam actus iniuſtos ſæpiſſimè lex permittit propter dubietatem, ut patet in l. prima. ſup. de nou. oper. nunciatio. & in l. j. infra. quod ui aut clam. in prin. ibi, ſiue iuſtè, ſiue iniuſtè ædificet: nam lex propter dubietatem permittit illam nunciationem fieri, & prohibirionem, ſicut etiam permittit ædificantem etiam iniuſtè ædificare, ut in l. prætor. §. deinde. cum ſequenti ſupra de noui. oper. nunciatio. Item ſententia licèt iniuſta ualet ex legis permiſſione propter dubietatẽ & auctoritatẽ iudicis, l. res iudicata. de reg. iur. & cap. cum inter. extra de re iudi. Iſti enim actus largè dicuntur iuſti, ex quo lege permittũtur, & propterea uerbũ iuſtè, hic ità largè ſumi debet, & exponi, id eſt, lege permittenre.

Secundo uerbum poſſidet, bis in regula poſitum debet ſumi largè, ut comprehendat detinẽtem, & eum qui non poſſidet, & ſolum in poſſeſſione eſt, nam & largè dicuntur poſſidere, cum in poſſeſſionem mitti uideantur.

Tertio nerbũ authore, debet capi largiſſimè ut cõprehendat auctoritatem cũ iuriſdictione, & ſine iuriſdictione, & inter partes litigantes ut etiam iudex dicatur aucturitatem ſuã interponere quãdo mittit aliquem in poſſeſſionem ex primo & ſecundo decreto, uel pro executione ſententiæ quaſi ipſe author, id eſt, cauſa can ſans dictæ poſſeſſionis eſſe uideaur, & eã ualidã præſumi propter eius auctoritatem faciar.

Item quartum uerbum prætor debet capi latiſſimè ut cõprehendat etiã iudicẽ qui tanquàm iudex procedit, ſicut euenit in tit. infra de prætorijs ſtipulationibus, quæ aliquando interponuntur ex officio iudicis mercenario, & propriè dicuntur indiciales: tamen largè etiam appellantur prætoriæ, & ſæpiſſimè in tit. de iudiciis prætor pro iudice ponitur.

Rurſus etiã hæc uerba debẽt reſtringi & ampliari ſecundũ ualiditatem & effectus. nam uerbũ authore prętore, debet intelligi rite, & rectè, nel ritè tantũ ſecundũ naturã negocij, ſi uolumus ꝙ ipſa implicet omnes dictos caſus. Item uerbu iuſtè poſſidet, debet ampliari ut comprehendat omnes effectus poſſeſſionis, uel minores uel paucos, ſecundum diſtinctionem ponendam infra in primo notabili.

15 Quare† ut facias regulam plenã & ueridicã, debes eã ſupplere cũ multis uerbis ità dicẽdo. Qui poſſidet authore prætore uel iudice ritè & rectè, uel ritè tantum ſecundum naturã negocij iuſtè poſſidet, id eſt, permittente lege poſſidet, ut cõſequi poſſit omnes effectus poſſeſſionis ſecundũ naturam à lege illi negocio attributã, Et hoc modo ſupplẽdo habes regulã magis clarã continentẽ omnes prædictos caſus, & legitimè decidentem eos, quæ poſteà regula poſſer diuidi in totalias, quor ſunt modi adminiſtrãdi, & quot modis uarios producat effectus, de quibus dicã in primo notabili, cum qno hæc præmiſſa ſupplere potes, & hęc quantũad generalẽ cognitionẽ rerminorũ, & expoſitionẽ uerborũ legis.

16 Quibus ſic explicitis† deuenio ad tex. qui neque diuiditur, nequè ſummatur propter breuitatem, & qui uellet ſummare, deberet uerba omnia ponere quæ ſupra poſui in fine. leges enim longe breuius ſummatur breuiores uerò plnribus uerbis declaranrur ut facilius intelligantur: quoniam cum breuis eſſe laboro

obſcurus fio. unde pro ſummario ponas illam legem quam ſtatim tibi in præmiſſis creaui.

Caſus quoquè in terminis figurari non poteſt, pro ut ſolet euenire in omnibus regulis,& cum tot caſus contiuere eam uoluit docto.eſſet neceſſarium in quolibet caſu ſingularem figurationem facere,in nube tamē itā figurari poteſt.

17 Fuit † quæſitum, an ſi aliquis per operationem iudicis cum eius ſententia uel decreto miſſus fuerit in poſſeſſionem dicatur legitimè poſſidere, & conſequi iuſtum titulum poſſidendi. & ratio dubitandi erat,& uidebatur quòd non: quia nos non habemus titulum poſſeſſionis pro iudicato, ſicut nos habemus titulū pro emptore,pro donato,pro ſuo,& alios ſimiles infra poſitos: ergo titulus iuſtus poſſidendi,ex ſententia uel decreto non acquiritur.

Secundò faciebat:quia ſententia non tribuit ius ſed illud quod partes habent declarat l. ex diuerſo.§.j.ſupra de rei uendicatione,& clarius in l.ſicuti.§. ſi quæratur. ff. ſi ſerui.uendicetur, ergo ſi nihil tribuit, neque etiam titulum poſſidendi tribuit. Tertiò facit tex.cum glo.in. §.fi. inſti.de officio iudicis,quæ dicit ꝙ ex ſententia iudicis non transfertur dominiū niſi in illis tribus caſibus:ergo nec etiam mittēdo in poſſeſſionem dicitur transferre dominium, uel titulum acquirendi illud poſſe concedere,ut nec uſucapere:nec facere fructus ſuos poſſit.

Quartò faciebat:quia miſſus in poſſeſſionem per aliquod interdictum non facit fructus ſuos: neq; efficitur dominus: ſed ſolū in poſſeſſione moratur uſq; ad finē litis: qua finita ſi ipſe non ſouet ius tenetur reſtituere rem ipſam cum fructibus,ut habetur in l.j.C.ſi de momenta.poſſeſſione fuerit appella.cum ſimilib. & eodē modo dicimus de pupillo & uentre in poſſeſſionē miſſo:qui tenetur omnes res hereditarias & fructus reſtituere in caſu ſuccūbentiæ,l. j. infi.& l.ſed & ſi is.§.j.ff.de Carboni. edicto cū ſimi.& hoc modo etiā procedit quod dicitur in l.3.§.hoc interdictū.de interdicto de li.exhiben.& deducēdis.

Quintò etiā facit:quia uidemus ꝙ per auctoritatem iudicis miſſi in poſſeſſionē ex falſa cauſa nō acquirunt:ſed tenētur reſtituere,l.cum uetò.§. ſubuenrū.ſupra de fideicom. lib.l. j. §. hęc uerba. infra ne uis ei.cū ſimili.allegat. per Bar.

Sextò faciebat tex.in l. momētaneæ. C. unde ui,& in l.fi.C.ſi per uim uel alio modo. ubi miſſio facta per iudicem reuocatur ſicut & alia facta per uiolentiam.

Iſtis tamen omnibus non obſtātibus, contrariū fuit determinatum in hac lege noſtra, quòd imò ille qui authore prætore, uel iudice poſſidet,ritè & rectè uel rectè tantū ſecundū naturā negotij dicatur iuſtè poſſidere & iuſtā cauſam poſſidēdi acquirere hoc eſt lege permittēte poſſidere,cōſequendo titulū poſſidēdi,& dominiū & acquirēdo fructus ius retētionis & recuperationis.&omnes alios effectus legitimos,plenos, ſemiplenos, & minimos ſecundū naturā negotij,& ratio decidendi eſt:quia res iudicata pro ueritate habetur, l. res iudicata. ff. de reg. iur. & lex.præſumit iudicem rectè proceſſiſſe,& iuſtitiam feciſſe, l. ij.C.de officio ciuilium iudicum. & quia unuſquiſque in officio ſuo deputatus præſumitur rectè ſe gerere,cap. ad audientiam. de præſcriptionib.maximè ſi eſt iuratus, ut ibidem dicitur, & iudex iuret iuſtitiam adminiſtrare, ut in auct. iuſiurandum quod præſtatur ab his. unde factum ſuum idem operatur quod factum partis. l. ſi prædium. C. de euictioni. & l. j. C. ſi in cauſam iudica.

Non obſtant allegata in contrarium. Et primò, non obſtat quòd non ſit titulus pro iudicato:quia contrarium eſt uerum,& probatur in l. 3. §. fi. cum l. ſequenti. ff. publi.actio. ubi dicitur quòd datur publiciana, ſi ex cauſa iudicati res tradita ſit; ergo uſucapitur, l. ſi eum eodem tit. facit l.Pomponius. §. ſi iuſſu. infra eodem, & lex prætoris officium, & l. ſi finita. §. Iulianus. & §. ſi de uectigalibus de damno infecto, quod tamen debet intelligi: quando iudex facit miſſionem ex cauſa perpetua: quia tunc intendit transferre dominium: ſecus ſi facit ex cauſa temporali ut infra dicetur.

Non obſtat quòd ſententia non tribuat ius; ſed declarat:quia imò etiā tribuit ius ciuile,cū ſi declarat aliquem dominum,& tribuat ei poſſeſſionem facit eum dominū, ciuiliter, nouam obligationem inducens, l.Iulianus uerum debitorem.ff.de conditio.indeb & §. item ſi in iudicio.inſti. de exceptioni.& propterea inducitur uſucapiendi condicio iuribus ſupra allegatis.

Non obſtat quòd ſententia non transferat dominium,quia uerum eſt non ſecuta traditione: tamen ſecuta traditione transfert addendo cauſam: quoniam nuda traditio non transfert dominium, l. nunquam nuda. ſupra titu. primo, & propter hanc cauſam iudicati transfertur dominium, ſi habilitas eſt partium, & ſi non eſt habilitas transfertur uſucapiendi cōditio dicta l. 3.in fi.cū l.ſequenti de publ. actio.ſicut & in pactis l.traditionibus.C.de pact.& nouper glo.in l.Pomponius.§. ſi iuſſu. ſupra eodē.

Non obſtat quòd in poſſeſſorijs non transfertur dominium:neque etiam titulus poſſidendi: quia reſpondetur quòd ibi ſententia non fertur ex cauſa perpetua: neque ad illum finem: ſed ex cauſa temporali tantum ut poſſideat uſque ad finem litis, iuxta l.primam. §.fi. infra de aqua quotidiana & æſtiua.ſolùm enim fit ad finem ut habeat cōmodū poſſeſſionis, iuxta. §. cōmodum.inſti.de interdict.& l.ſi quis ad ſe fundū.C.ad legem Iuliam de ui,ibi,iura poſſeſſionis reparentur:ſed ubicunque fit ex cauſa perpetua,tunc tribuit omnes effectus,& eodem modo dicitur de pupillo & uētre in poſſeſſionē miſſo: qa mittitur ex cauſa tēporali nō autē perpetua.

Non obſtat quòd in cauſa damni infecti, & in poſſeſſione legatorum, non acquirat dominiū:neque poſſeſſionē:quia iſtud eſt:quoniā

iudex non intendit tribuere: nequè cauſa agitata hoc requirebat, ſolùm enim intendebat tribuere pignus, & hoc ei acquiritur, non enim ſequitur res traditur à domino, ergo transfertur dominium & uſucapiendi conditio: quia attenditur cauſa propter quam traditur: nam ſi tradit ex tit. uenditionis, trasfert omne ius, ſi tradit ex tit. emphyteuſis, uel feudi, transfert ius utile, ſi tradit ex cauſa locati, transfert detentationem tantum, & ius percipiendi fructus, ſi ex cauſa commodati, transfert uſum tantum, ſi ex cauſa depoſiti, nihil iuris in re transfert. ita etiam quando iudex mittit aliquem in poſſeſſionem transfert illum quod intendit transferre, & requirit ſubiectam materiam. unde aliquando transfert dominium & omne ius, aliquando poſſesſionem temporalem. aliquando detentationem & cuſtodiam, & aliquando aliud minimum ius, in omnibus tamen iſtis caſibus ſemper uerificatur hoc uerbum iuſtè poſdet, id eſt, legitimè retinet ipſam re ſecundum illum modum, & cum illis effectibus propter quem miſſus fuit, & cum his paucis uerbis reſſoluuntur omnia contraria, & aperitur tota materia.

Non obſtat quòd ex decreto iniuſto non trāſferatur: quia prima pars iſtius regulæ quæ eſt ſecunda in ordine, recipit hanc declarationem quòd actus ſit ualidus, ut ſi eſt ſententia ſit ritè lata, & ſi eſt decretum, ſit ritè, & iuſtè latum.

Non obſtat lex finalis. C. ſi per uim uel alio modo. quia ſimiliter per eam reſtringitur regula tex. noſtri ut procedat quando iudex citata parte & ſecundum terminos iuris proceſſit: ſecus autem ſi non ſeruatis ſeruandis proceſſit, ut hic per glo. & docto.

18 Notandum eſt primò ex iſto tex. † quòd iuſtè poſſidet qui authore prætore poſſidet. quæ regula impleri debet ut dixi in præmiſſis, & in figuratione caſus. & ratio ipſius fuit ſupra poſita in ratione decidendi plenius quàm hic faciat Iaſ. & doct. illa tamen habet duas partes, ſicut & duas orationes.

Et prima eſt quòd iuſtè poſſidet. quæ uerba declarari debent ut ſupra, id eſt, poſſidet lege permittente, ſeu habet iuſtam cauſam poſſidendi, ad finem ut comprehendat etiam ſententiā iniuſtam, quæ pro ueritate habetur. unde continet & decretum ſimul ſecundum generalitatem alterius propoſitionis in ea factæ, & proptereà ſemper intelligitur cum omnibus illis qualitatibus cum quibus & alia oratio intelligi debet.

19 Item dū dicitur iuſtè poſſidet, † intelligitur & titulum poſſidendi acquirit, ſecundum naturam cauſæ, & ideò ſequitur quòd ſi iudex plenariè proceſſit in petitorio præſentibus partibus dicitur plenè poſſidere, & conſequi omnes effectus poſſeſſionis, ut ſi dominium erat penes aduerſarium trasferatur in ipſum, & habeat titulum rei iudicatæ qui ueſtit traditionem ut trauſferat dominiū. Item acquirit etiam uſucapiendi conditionem, ſi aduerſarius non erat dominus, dicta l. 3. in fi. & iiij. ff. de publicia. actione. ac facit fructus ſuos atque habet ius retinēdi, & ius recuperādi, & penitus omnes effectus poſſeſſionis acquirit. Idem erit ſi propter cōtumaciam partis iudex deueniat ad primum & poſteà ad ſecundum decretum: nam poſſidendo ex ſecundo decreto dicetur iuſtè poſſidere cum iuſto titulo acquirendi dominium ſi dominus erat aduerſarius, atquè etiam uſucapiendi conditionem, ſi non erat dominus, & ius percipiendi fructus, & ius retentionis, & recuperationis, & omnes alios effectus, dicta le. prætoris officium, & le. ſi finita. §. Iulianus. & §. ſi de uectigalibus. ff. de damno. infect. Idem etiam erit ſi iudex interponit auctoritatem ſuam in manumiſſione facta in minore, & in alienatione facta à minore, & in transactione facta de alimentis: nam iſti dicentur iuſtè poſſidere, & habebunt iuſtum titulum poſſidendi cum omnibus effectibus poſſeſſionis acquirendi dominium uſucapiendi, & faciendi fructus ſuos, & eſt ratio: quia in iſtis caſibus traditio fit ex cauſa perpetua, & iudex intēdit transferre dominium: ſicut quando extraiudicialiter quilibet dominus hac de cauſa tradit rem ſuam alteri l. traditionibus. C. de pact.

20 Sed ſi eueniat † quòd iudex mittat in poſſeſſionem propter omnia interdicta poſſeſſoria omnium generum tunc dicetur iuſtè poſſidere, id eſt, lege permittente, & habere iuſtam cauſam poſſidendi temporaliter: ſed non poterit acquirere dominium nequè habebit uſucapiendi conditionem: ſed ſolum acquirere ius retentionis & recuperationis ut transferat onus probandi in aduerſarium. & interim percipiat fructus uſq; ad finem litis, quo tempore tenebitur rem reſtituere cum fructibus, dicta l. j. in fi. & §. ſed & ſi is. ff. de carboni. edicto. & l. j. C. ſi de momenta. poſſeſſio. fuerit appellatum. & §. commodū. inſt. de interdict. & eſt ratio: quia iudex non intendit eum mittere in poſſeſſionem ex cauſa perpetua: ſed tantummodo ex illa cauſa temporali. l. j. in fi. ff. de aqua quotidi. & æſtina, & ſubiecta materia aliud non requirit: ſicut ſi aliquis traderet poſſeſſionem rei ſuæ precario ut eam retineret uſque ad certum tempus, uel ſi traderet ex cauſa uſusfructus ad certum tempus transferret poſſeſſionem rei: ſed non dominium: nequè ius uſucapiendi ipſam rem l. acquiritur. §. fi. ſup. tit. primo quia actus agentium non operantur ultra intentionem agentis, l. non omnis. ff. ſi cert. petatur.

21 Sinautem † iudex mitteret in poſſeſſionem ex cauſa legatorum, uel ex cauſa damni infecti ex primo decreto, uel etiam in contumaciam ex primo decreto, iuxta auctenticam ei qui. C. de bon. aucto. iudi. poſſid. tunc non transferet neq; poſſeſſionem: nequè uſucapiendi conditionē: nequè ius acquirendi fructus: ſed tantummodo transferret ius pignoris, & eſſet in poſſeſſione

cauſa cuſtodiæ, iuxta legem. 3. §. genera. ij. reſponſo, & l. ſi quis ante. in hoc tit. noſtro. unde diceretur iuſtè poſſidere, id eſt, lege permittente reuocabiliter comparente reo, & defendente cauſam, & obſeruante omnia quæ de iure obſeruare tenetur, ſicut ſi dominus traderet rem ſuam comodato ut ipſe uteretur ea, uel traderet rem depoſito, ut poſſideret & perciperet fuctus: ſed tamen poſteà tanquàm ſequeſter finita lite teneretur reſtituere iuxtà cap. j. extra de ſequeſtratio. poſſeſſio. & fructuum, & no. in l. rei depoſitæ. ff. de poſi. cum ſimilib. quia actus agentium non operantur ultra intentionem agentis, dicta l. non omnis. ff. ſi cert. petatur, & aliud non intendebat iudex niſi traſferre illud ius temporale.

22 Quare † remanet quòd iſta uerba iuſtè poſſidet, id eſt, lege permittente poſſidet, & habet iuſtam cauſam poſſidendi, & propter iſtum ingreſſum non incidit in aliquã pœnam legis: neque dicitur uiolentus poſſeſſor, & iuſtè retinet, & amittendo recuperabit, & poterit petere ſe conſeruari in poſſeſſione implorando edictum poſitum in l. j. inf. ne uis fiat ei qui miſſus eſt in poſſeſſionem, & ultra poſteà iſtos effectus, qui generales ſunt, ad totam materiam acquiret etiam poſteà iura & commoditates poſſeſſionis ſecundum naturam cauſam: quia ſi dabitur ex cauſa perpetua ut in petitorio agitato præſentibus partibus, uel in contumaciam ex ſecũdo decreto, uel extra iudicium interponendo auctoritatem, ille miſſus conſequetur titulum iudicati, per quem poterit acquirere dominium, & fructus ſuos facere & uſucapere, ac retinere, & recuperare, & omnes alias commoditates conſequi, & ſi dabitur ex cauſa poſſeſſionis temporalis propter interdicta poſſeſſoria non incurret aliam pœnam licitè retinebit percipiet fructus, & omnes comoditates habebit ſecundum naturam ipſorum interdictorum uſquè ad finem litis, & ſi ex primo decreto conſequetur licitè retinebit, & recuperabit, ſi moleſtabitur acquiret ius pignoris colliget & cuſtodiet fructus ſecundum naturam ipſius miſſionis, uſque ad tempus quo ex natura ipſius decreti recuperari poterit. & ità lege permittẽte poſſidebit cõſequendo omnes effectus à lege permiſſos ex natura negotij.

Propterea tu poſſes hanc regulam diuidere in tres reugulas, faciendo unam de eo qui poſſidet authore prætore ex cauſa perpetua, & enumerando omnes effectus qui ex ea ſequuntur, ut acquirat nouum titulum. Secundam poteris facere regulam de eo qui miſſus eſt in poſſeſſionem propter interdicta poſſeſſoria, enumerando omnes effectus qui ex ea ſequuntur. Tertiò etiam poſſes facere regulam de eo qui miſſus eſt in poſſeſſionem ex primo decreto cauſa pignoris & cuſtodiæ, enumerando omnes dictos effectus, & ità habebit regulas claras non implicantes contradictionem.

23 Secundò † ex eiſdem uerbis notandum eſt, quòd iuſtè dicitur poſſidere etiam ille, qui habet iniuſtam ſententiam & ſic uerbum iuſtè,
24 implicat iniquitatem †, unde demonſtratur quòd ſignificat idem quod ritè: quoniam uerbum ritè denotat actum ſolenniter factum, quam uis non iuſtè l. non putauit. §. non quæuis. ff. de contratabu. nam & hoc uerbum iuſtè, hoc idẽ denotare uidetur, demonſtrando actum ritè factum, & non iuſtè, quod uidetur inconueniens, & in contrarium uidetur eſſe glo. in §. exhæredatos. in uerbo iuſtè, in auct. de hæredi. & falci. quæ uoluit quòd dictio iuſtè ſignificat idem quod dicto ritè, & rectè ſimul, per quem ibi Ang. not. quòd illud quod fit iuſtè, fit ritè ſecundum ordinem iuris, & rectè ſecundum iuſtitiam & ueritatem factæ, Et propreread infert ad quæſtionem quòd ſi papa, uel Princeps delegat cauſam alicui, & iubet quòd iuſtè faciat, intelligitur ſeruato ordine iuris, & ueritate comperta, & ſic dictio iuſtè, importat utrunquè & ritè & rectè ſimul, & confirmat Iaſ. quia aduerbium bene ſolum importat quantum ritè & rectè ſimul ſecundum Bal. in l. eos. in principio in ſecuda col. de appella. ſed uerbũ bene, & uerbum iuſtè, æquiparantur. cap. ius dictum. de uerborum ſignificatio. ergo ſicut uerbum bene, implicat utrunquè ſimul, ità & uerbum iuſtè, cuius cõtrarium uidetur iſtè tex. probare iuncta reſtrictione poſita per glo.

Augetur difficultas per tex. in cap. ea quæ. de re indica. in uerbo iuſtè, & rationabiliter ubi Abbas. declarat uerbũ iuſtè, quòd referatur ad ius partis, & ſic ad merita cauſæ, & rationabiliter ad ſolennitatem iuris in procedendo, ità quòd intelligit uerbum iuſtè in modo contrario, ut hic declarat Iaſ. unde reſoluendo dicit quòd iſta uocabula promiſcuè capiuntur: ſicut etiam uidemus in dictione rectè quæ imp ortatus. l. ſi ab hoſtibus. §. ſi. ſupra ſolut. matrimo. & l. de pupillo. §. ſi pluriũ res de noui oper. nunciatio & l. Titius. in principio ubi Areti. ſupra de li. & poſthumis, & tenet glo. in dicta l. non putauit. §. non quæuis. ſed tu melius dicas quòd iſtæ auctoritates ſunt diuerſæ non aduerſæ: nam uerbum iuſtè, poteſt capi generaliter, & in ſpecie: quando generaliter capitur denotat actum permiſſum à lege: qui actus dicitur eſſe iuſtus, quamuis in ſe contineat iniuſtitiam, ſi illa permittitur à lege: unde ſententia iniqua quę tranſiuit in rẽ indicatã dicitur eſſe iuſta exquo eſt approbata à lege: quia ſi ius eſt: ergo iuſtum. cũ ius dicatur à iuſto, & à iuſtitia, ut declaraui in l. ut uim. de iuſtitia & iure, & plenius in tracta. meo de differentia & multiplici ſignificatione iuris & facti. iuſtum enim dicitur omne quod per ſe ſtat, ut ibi declaraui, & hoc modo uerificatur ꝙ uerbũ iuſtè ſignificat idẽ quòd ritè & rectè ſimul: quãlicet ſentẽtia ſit iniqua, ritè tamen & recta ſeu iuſta dicitur: quãdo trãſiuit in rem indicatam: quoniam res indicata pro ueritate habe-

habetur. facit tex. in l. j. ff. de no. oper. nunciat. l. prima. §. & patui. ff. quod ui aut clã, ubi nunciatio permiſſa à prætore appellatur iuſta, quàmuis ſit contra ius partis propter dubietatem. Secundò modo capitur uerbum iuſtè relatum ad ipſum ius partis, & ad merita cauſæ, & tunc uerbum iuſtè implicat iuſtitiam, & excludit actum iniuſtum: quia tunc uerbum iuſtè, refertur ad ueritatem. In tex. autem noſtro uerbum iuſtè, ſignificat idem quod ritè, & rectè, etiamq; ſententia ſit iniqua, referendo ad permiſſionem iuris: quia ſententia iniqua iuris fictione iuſta eſt ſi tranſibit in rem iudicatam, ſed ſi tu referes ad ipſum ius partis, tunc uerbum iuſtè non contineret ſententiam iniquam, & denotaret iuſtitiam tantum, & non rititudinem ut in dicto capit. ea quæ. de re iudica. ſecundum declarationem Abb. ibi.

25 Quantum † uerò ad dictionem ritè, & rectè, communis eſt concluſio, quòd dictio ritè, ſignificat ordinem iuris, & ſolennitatem, dictio rectè ſignificat iuſtitiam, ut eſt glo. in l. ij. ſup. de inoffi. teſta. & in l. non putauit. §. non queuit, & ibi Bar. ſupra de contra. & l. iij. in principio, ubi Bal. & Alex. ſupra de lib. & poſthumis. & le. non dubium. §. rectè. C. de repud. & in l. ſed ſi lege, §. ſcire, ſupra de petitione hæreditat. per quas glo. & iura Bar. in l. lecta. ff. ſi cer. peta. dixit quòd ſi iudex committat conſultori ut decidat an aliquis fuerit rectè captus, & ipſe conſuluit q; non fuit rectè captus: quia fuit captus die feriata. Nam Bar. dixit quòd eius conſilium non ualuit: quia fuit extra commiſsionem, cum tantummodo ſibi commiſſum fuerit ut cognoſceret de iuſtitia capturæ non autem ut cognoſceret de rititudine, & ſolennitate capturæ, & dictio rictè ſolummodo importat ſolennitatẽ iuris, & formam ſubſtantialem ſecundum Anchar. in repetitione regulæ poſſeſſor. in 3. charta de reg. iur. per cap. firmiter. §. ſacramentũ. de ſumma Trinitate, & cap. nihil. de electio. & eſt gloſſ. in l. iij. C. de bon. uacanti. lib. 10. quæ exponit ritè, id eſt, ſecundum formam. Fulgo. uerò in dicta leg. lecta, tenebat contra Bar. dicens quòd eſt cauillatio conſiderare has ſubtiles differentias, quas iudices non admittunc leg. ſicut. §. ſi debitor. ff. quib. mod. pignus uel hypotheca ſolu. & uerba ſunt interpretanda non cauillanda ſequendo ſenſum, & intentionem proferentis, l. iij. C. de lib. præter. cap. intelligentia. de uerbo. ſignificatio. Sozi. uerò hic in principio conatur tenere opinionẽ Barto. quæ communis eſt dicens quòd imò hæc fuit intentio iudicis qui non curabat de ſolennitate capturæ: ſed curabat ueritatem facti, an rectè, & ſecundum iuſtitiam captus fuiſſet, ideò committendo quòd de iuſtitia cognoſceret, uidetur renuntiaſſe ſolennitati: quia qui unum dicit aliud excludit l. cum prætor. ff. de iudi. capi. nonne. de præſumptioni. Decius uerò ibidẽ tenet opinionem Cumani: quòd imò utrunquè conſultori fuit commiſſum, & quòd cognoſcat de rititudine capturæ, atque etiam de iuſtitia: quia dictio ritè, habet utranque ſignificationẽ, & ſimiliter dictio rectè, & adducit iura probantia plenè utranq; concluſionẽ ut ibi per eum, & etiã hic Iaſ. uidetur sẽtire in fi. uerſi. niſi dixeris.

26 Tu autẽ dicas † q; dictiones ritè, & rectè ſingulæ habent utranque ſignificationem, prout dicit Decius per iura ſua. ſed hæc eſt ſignificatio naturalis earum: tamen poſteà per conſuetudinem, & uſum receptum à Iuriſconſultis receperunt ſingularem ſignificationem, & ſeparatam, ut ſingulæ cauſæ ſingulis appellationibus poſſet diſtingui, id eſt, haberemus uerba per quę denotaremus ordinem tantum, & ſolennitatẽ, & uerbum per quod denotaremus iuſtitiam tãtum, ſicut dicitur in §. alio quoque. Inſti. qui. mod. infirm. teſtam. ubi hæc tria uerba nullum iniuſtum ruptum, & irritum, ſignificant generaliter omnes illas qualitates, ut unum quodque uerbum denotet illas quatuor qualitates: tamen dicit ibi tex. ut ſingulæ cauſæ ſingulis appellationibus diſtinguantur, & habeamus uerba denotantia has ſeparatas qualitates receptũ eſt, ut nullum ſit teſtamentum quando nihil ualet, iniuſtum quando præteritus eſt filius, ruptum uel per contratabulas, uel etiam per præteritionem, & irritum per mutationem conditionis teſtatoris. Ità igitur hoc uerbum ritè, ex uſu ut ſingulæ res ſingulis appellationibus denotentur ſignificabit uerbum ritè, ſolennitatẽ, & ordinem, & uerbum ritè ipſam iuſtitiam, & propterea ſtat adhuc diſtinctio Bar. firma. Unde tu in dicta quæſtione concludas, q; ſi erat uentilata quæſtio, de ſolennitate, & de iuſtitia committendo unam non uidetur committere aliam per rationem Sozi. hic, ſed ſi non erat uentilata quæſtio ſeparata & ſolum iudex commiſit ut cognoſceret an rectè eſſet captus, uidetur uoluiſſe totam utranque cognitionem committere per rationem Cum.

27 Tertiò notandum eſt ex eodem uerbo † iuſtè, quòd qui auctore prætore poſſidet iuſtè poſſidet, id eſt, lege permittente, ut ſupra dictum fuit, & per conſequens ſine pœna dicitur poſſidere: nam licèt ingreſſus ſit uiolenter, non poterit dici quòd ſit uiolentus poſſeſſor, & debeat puniri: quia præſumitur pro facto iudicis, & quod fit lege permittente pœnam non meretur l. Gracchus. C. de adulter. Et ideò non habet locum regula quòd ſpoliatus ante omnia ſit reſtituendus ut tenet gloſſ. in cap. præſentium. in glo. fi. ſeptima quæſtione prima. & glo. tertia quæſtio. prima in ſumma, & xxij. diſtinction. capi. in nomine domini. in uerbo audientia, Abb. in cap. dilectus filius. de reſcrip. cum ſimilib. adductis per Iaſ. hic in prin. & per Ale. hic in principio.

Quæ tamen concluſio limitatur non procedere niſi poſteà per ſtatutum prohiberetur hæc miſſio, etiam facta cum auctoritate iudicis

28 †Et ponit exemplum Ale. de ſtatuto Bouonienſi quod dictat, ut nemo poſſit ingredi poſſeſſionem hæreditatis iacenris niſi ſit uerus hæres, & ingredienti imponit certam pœnam. unde de facto euenit quòd iacente hæreditate creditor miſſus fuit in poſſeſſionem rerum hæreditariarum iacente hæreditate, & fuit dubitatum utrũ inſtè diceretur poſſidere, & allegabatur quòd non: quia ſtatutum illud prohibuit omnes miſſiones in poſſeſſionem, & quàmuis hæc uideretur licita: tamen comprehendit etiam licitas: qnoniam de illicitis erat ſnperfluum. Alex. tamen hic tenet contrarium, quòd imò illud ſtatutum non prohibeat hanc miſſionem à l. permiſſam: ſed tantummmodo uoluerit prohibere illiciras: quoniam ſtatutum debet intelligi ſecundum ius commune, l. ij. C. de noxalib. & ibi no. & habetur in l. prima, §. lex Falcidia. ff. ad leg. Falcidiam. & ad contrarium reſpondet quòd reperiuntur aliquæ miſſiones quæ poſſunt fieri propria auctoritate, & uidebuntur ꝓhibitæ, & ſic ſtatutum non erit inntile, & impropriandum iux. no. in l. ſi quando. ff. de legat. primo. & no. per Decium in l. prima. C. de pact. Tu melius dicas quòd iſtud ſtatutum uoluit prohibere tantummodo illiciras miſſiones, & ingreſſus: quia debet interpretari ſecundum ius commune per no. in dicta le. ſecunda. C. de noxalibus, & in dicto. §. lex Falcid. Nec dicitur inutile: quia iacente hæraditate non fit furtum, l. prima. §. Scæuola. ff. ſi quis teſtam. lib. eſſe iuſſus fuer. neque fit uiolentia, l. furtum. §. primo. infra de nſucapionib. ibi, ſinę ſucceſſore, iuncta l. cum hæredes. in hoc titulo noſtro, & ſolum habet locum crimen expilatæ hæreditatis, l. j. & ſecunda. ff. & C. de crim. expila. hæredita. Proptereà homines efficiebantur inſolentes in ingreſſus iſtarum rerum, & faciliter turbabant ueros hæredes. unde ne fiane impoſita fuit pœna ſpecialis, quæ habebit locũ tantummodo in dictis illicitis prohibitis, tamen reſoluendo omnia diſtinguas. Aut ſtatutum dicit quòd nemo ingrediatur propria auctoritate, & tunc abſque dubio non prohibetur ingreſſus auctoritate iudicis: quia uerba non conueniunt, ſi uerò ſimpliciter dicit quòd nemo ingrediarur iacente hæreditate, & tunc uerior uidetur opinio ur uideatur prohibuiſſe tantummodo illicitos ingreſſus non autem licitos, & ideò qui ingreſſus eſt auctoriiate iudicis non continetur in pœna ſtatuti. Imò etiam ſi ingreſſus eſt propria auctoritate in caſu quo de iure ꝑmittitur poterit puniri pœna ſtatuti; quia hos ingreſſus permiſſos uoluit punire, ꝙ patet: quia uoluit ut hæres ipſe poſſit impunè ingredi propria auctoritate: & dictio niſi, extenditur ad caſus ſimiles, l. ob æs. cum glo. C. de præd. minorum. & propterea hoc exemplum non eſt poſitum ad limitationem traditam ad iſtum tex. ideò limitatio tunc eſſet bona quando ſtatutum expreſſè diceret quòd nemo ingrediatur iaccente hæreditate, etiam cum auctoritate iudicis: nam tunc ſtante dicto ſtatuto non diceretur iuſtè poſſidere.

Ex quibus tu habes expoſitiones, & declarationes uerborum iuſtè poſſidet, quæ ſunt tres, una eſt quantum ad effectus, nt dicatur iuſtè poſſidere conſequendo iuſtam cauſam poſſidendi, & iuſtum titulum, & omnes effectus quando fit miſſio ex cauſa perpetua exemplificando ut ſupra. Secunda eſt quòd intelligatur iuſtè poſſidet, id eſt, lege permittente, ut includat etiam ſententiam iniquam, quæ tranſiuit in rē iudicatam quæ propter approbationem iuris adhuc dicitur recta, & iuſta ut ſupra. Tertia fuit quòd uerbum iuſtè poſſidet, intelligatur, id eſt, ſine pœna: quia nullam pœnam incurrere poteſt, per l. Gracchus. de adulter. niſi lex expreſſè prohiberet ut dictum fuit.

Secunda eſt principalis pars in hac regula, quæ prima tamen eſt in ordine intellectus. qui auctore prætore poſſidet, quæ & ipſa recipit ſuas declarationes, & deſtrictiones, quas doct. ponunt ſuper glo prima.

Glo. igitur unica diuiditur in tres partes. In prima timore contrarii exponit tex. reſtringendo, & declarando. In ſecunda format quæſtionem, & ponit opiniones. In tertio allegat concordantias. Secunda ibi, ſed quærit. Tertia ibi, & facit.

29 Ex prima parte colligitur una limitatio †generalis ad iſtam totam regulam, ut tunc ille dicatur iuſtè poſſidere: quando ſententia lata fuit ſecundum ordinem iuris ſeruato ordine iudiciario, & idem quando decretum ritè latum fuit: ſecus autem ſi ordo iuris non fuit ſeruatus: quia tunc ſententia, & decretum non ualet ipſo iure. quam concluſionem ſequuntur communiter docto. & Bar. hic eam expreſſè ponit in illis uerbis, dico quòd quando non fit rectè non eſt dubium: qnoniam in hoc nõ eſt differentia inter ſententiam, & decretum, cum non interueniente ordine iuris nulla eſt ſententia, & nullum eſt decretum æqualiter, l. prolatam. C. de ſententiis, & dicta l. meminerint. C. unde ui, & l. ſi. C. ſi per uim uel alio modo, quæ concluſio etiam procedit ſiue ſit defectus in perſona iudicis uel eius iuriſdictione, iux. not. in l. Barbarius Philippus. ff. de officio prætoris, & l. ſi idem cum eod. & l. ſi. ff. de iuriſdictio. omnium iudicum, ſiue ſit defectus in forma ſiue in materia uel ſolennitate lege prolatam. C. de ſententiis, & l. ij. & ſi. C. de ſententiis ex breui. recitand. & ità habes generalem declarationem ad hanc regulam, & totam materiam, ut illa procedat quando ſententia eſt ualida, ſi uerò ſententia uel decretum dicatur eſſe nullum, tunc non poſſit procedere: quia ex ſententia uel decreto nullo, uel inualido, nullus poteſt iuſtè poſſidere. Et addunt hic doctor. quòd in tantum dicta concluſio procedit, ut nullam iuſtam cauſam poſſidendi conſequatur

nec

nec uſucapiendi: nec titulum ſeu uſucapiendi conditionem: nec acquiſitionem fructuum. ſed appellatur uiolentus poſſeſſor, & tenetur omnibus interdictis recuperandæ: ſicut ſi extra iudicialiter ſpoliaſſet, dicta l. meminerint. C. unde ui, & dicta l. fi. nec poteſt decretum hoc ſeu poſſeſſio confirmari per reſcriptum Principis ſecundum Roma. per l. auctoritate. C. unde ui, & l. ſi qua loca. C. de fund. ſalti. & domibus libro. xj. & per conſequens non poterit confirmari auctoritate prætoris qui minor eſt.

30 Ex quo infertur † una declaratio ad iſtũ tex, ut non procedat in poſſeſſione prius uiolenta; quoniam non iuſtificatur ex ſucceſſiuo decreto iudicis: nec ille dicitur iuſtè poſſidere. unde ſi uiolentus poſſeſſor fuerit miſſus ex primo, & ſecundo decreto in cauſa damni infecti, uel legatorum, uel contra latitantem, non diceretur iuſtè posſidere ad effectum uſucapiendi. Aret. tamen repræhendit: quoniam ſi uiolenter poſſidet, & poſteà ſuperueniat nouus titulus poſſidendi legitimus iuſtificabitur eius poſſeſſio; ſicut ſi haberet alium titulum, l. non ſolum. §. primo. infra de uſucapion. & quod dicitur de reſcripto principis, non facit ad propoſitum licèt ſit maior: quia emanat ſine cognitione cauſæ, & citatione partis. iudex uerò procedit cum cauſæ cognitione excitata parte, & eius factum reputatum factum partis, dicta l. ſi prædium. C. de euictioni. tamen poſteà uidetur tenere limitationem Romani ex alia cauſa: quia ſi à ſpoliato conueniretur interdicto ſpoliatorio teneretur ante omnia reſtituere, & non poſſet allegare hoc ius ſuperueniens, ut per Bal. in l. j. C. ad Carboni. & per Bar. in ſua diſputatione incipiente Lapus. Sozi. uerò dicit quòd limitatio Romani procedet quando ſpoliatus iuſtat ſibi poſſeſſionem reſtitui: quoniam decretum inter alios non poteſt auferre ius ſuum ſpoliato ſi ſpoliatus taceret quando fieret confitmatio ſuę poſſeſſionis uiolenter retentæ per primum uel ſecundum decretum, & tunc præiudicaret ſibi quaſi renuntiaſſet iuri ſuo recuperandæ, cap. j. de reſti. ſpolia. ſicut habemus ſententiam pro ſe latam quę tranſiuit in rem iudicatam ſi permitteret cognoſci ſuper re iudicata ſibi præiudicaret, ut no. in cap. cum Bertholdus. de re iudica. Facit quod poſuit Iaſ. in l. prima in quarta limitatione, & quinta ſupra de no. ope. nuncia. & no. in dicto cap. cum Bertholdus. argu. tex. in l. de qua re. ff. de iudi. & facit lex interdum in prin. & §. fi. infra eodem. ubi poſſidens precario ſi poſteà conducat à domino deſinit precario poſſidere: ergo etiam ui deſinere uidetur poſſidere. Facit etiam regula quòd quando res peruenit ad manus domini purgatur uitium uiolentiæ uel furti. §. pen. Inſti. de uſucapio. ergo etiam permittendo cognoſci de iudicio confirmatorio, uidetur manus ſuas reuocare, & de nouo condemnare, quæ tamen ſolutio non uidetur ad propoſitum: quia tunc illud non eſt ex ui decreti: ſed ex ui renuntiationis tacitæ. unde adhuc uidetur concluſio uerior, quòd poſſeſſio uiolenta non poteſt ex decreto lato contra alium ualidari.

Tu tamen aduerte quòd doctor. recedunt à limitatione Romani: quia ipſe allegando dictã legem quæ loca præſupponit quòd reſcriptum iudicis non ualeat, quo caſu concluſio eſt uerisſima; quia ſi eſſet miſſus in poſſeſſionem nullo modo poſſidens dicitur uiolentus poſſeſſor, & decretum non poteſt facere iuſtam cauſam poſſidendi, eodem modo non poterit decretum nullum iuſtificare poſſeſſionem uiolentam ſeu uitioſam præcedentem.

Item allegat Sozi. tex. in cap. primo. de reſti. ſpolia. ubi uterque erat in iudicio, & permittendo agitari cauſam dominii uidetur renuntiare, Limitatio autem Romani procedit quando decretum fuit latum abſente, & contumace parte in qua non cadit aliqua ueriſimilitudo renuntiationis.

Propterea: quia docto. hic multa inculcant

31 tu conſidera ſex caſus diuerſos. † Primus caſus eſt: quando poſſeſſio uiolenta uel ex priuata auctoritate, uel ex ſententia, uel decreto nullo; & quis uellit eam confirmare per reſcriptũ, & tunc omnes conueniunt quòd non confirmatur: neque uitium uiolentiæ purgatur per text. in dicta l. auctoritate. C. unde ui, & dicta l. fi. C. ſi per uim uel alio modo. & dicta l. ſi qua loca. C. de fund. & ſalti. rei domi. lib. xj.

32 Secundus caſus eſt † quando habens uiolentam poſſeſſionem dictis modis, & petit conſeruatorium ſibi dari ſupplicando principi, & tunc ſimiliter non confirmatur neque purgatur uitium: quia Princeps hoc facit ne partes deueniant ad arma, & ideò uult interim morari in ea: ſed tamen non tollitur quin in continenti alter poſſit intentare poſſeſſorium recuperandæ cum omnibus ſuis prærogatiuis poſitis in §. nihil commune.

33 Tertius caſus eſt † ubicunque aliquis à prætore petit uiolentam poſſeſſionem confirmari auctoritate ipſius, & tunc ſimiliter nihil operabitur non facta citatione partis, dicta l. meminerint. & dicta l. fi. ſed ſi citaret partem, & peteret ſe mitti in poſſeſſionem, & pars non contradiceret, tunc diceretur acquirere nouum titulum, & procederet tex. in l. non ſolum. §. primo. infra de uſucapio. tamen ſpoliatus eſſet parum prudens ſi non opponeret de ſpolio, & peteret ante omnia eam ſibi reſtitui. poſſet etiã in hoc caſu procedere tex. in dicto cap. j. de reſti. ſpolia. quòd uideretur renuntiaſſe poſſeſſorium recuperandæ.

34 Quartus † caſus eſt ubicunque uiolentus poſſeſſor petit ſe mitti in poſſeſſionem ex primo, & ſecundo decreto propter contumaciam ſpoliati propter aliam cauſam conuenti, uel ex petitorio ipſius rei, uel ex obligatione perſonali, per quam in contumaciam rei poteſt deueniri

ad primum, & ſecundum decretum, & tunc iſte caſus uideretur ſeparatus à præcedentibus, cum ſic noo agatur de confirmando primam poſſeſsionem ſed de acquirendo nouam poſſeſsionem ex noua cauſa. & Sozi. uidetur hic ſentire quòd cenſeatur renuotiaſſe ſpolio: tamen ſua opinio mihi non placet: quia contumacia non infert renuntiationem ſpolii: neq; illa cauſæ ſe inuicem tangunt. unde uidetur quòd remaoeat uiolenta poſſeſſio pro qua poſsit eum coouenire ſpolio, & ſi opponat de dominio nouiter quæſito propter ſecuodum decretum replicabitur quòd hæc exceptio oon admittitur in ſpolio, neque dicitur exceptio dominii diſcuſſi: quia non fuit lata ſenteutia cum plena cauſæ cognitiooe, ideò remanebit quòd ille ſpoliatus ſemper poterit eum coouenire de ſpolio, & facta recuperatione dicere cognoſcamus de ualiditate decreti, poſſet tamen una cautela adhiberi ut iſte uiolentus poſſeſſor diſcederet à poſſeſsione uiolenta, & eam amitteret, iux. l. iij. §. in amittenda, ſupra eodem. & poſteà ingrederetor poſſeſsionem uirtute decreti, tunc diceretur habere nouam poſſeſsiooem, & nouum titulum, ut dicitur in l. quàmuis. §. j. infra eodem, & dicta l. non ſolum. §. primo. infra de uſucapio. & iſte eſſet modus multum facilis ut euitaret ſpolium, & nouam poſſeſsionem haberet, poſſet tame coouenire ad intereſſe, & ad alia propter quæ datur interdictum ſpoliatorium.

35 Quintus caſus eſt † ubicunque poſſeſſor uiolentus peteret ſe mitti in poſſeſsiooem ex primo, & ſecundo decreto, & interim conueniretur interdicto ſpoliatorio, tunc nulla poſſet induci confirmatio, & indubitanter hæc concluſio Sozi. eſt uera: tum quia nondum poteſt interponi illud decretum ſtante illa cauſa ſpolii: tum quia non poteſt amplius dici contumax, ex eo: quia iam comparuit io iudicio, & in eo perſiſtit. unde poteſt petere reuocari primum decretum.

36 Sextus caſus eſt: † quando uiolentus poſſeſſor incæpit conuenire ſpoliatum ut præſtaret cautionem ex cauſa damni infecti, & ille oolnit eam præſtare, unde miſſus fuit in poſſeſsionem dictæ rei uiolenter poſſeſſæ ex primo, & poſteà ex ſecundo decreto. eo ſpoliato ſciente, & patiente: quia ipſe eſt præſens, & non latitat ſicut erat in quarto caſu. Vnde uidetur quòd opinio Sozi. de renuntiatione uideatur procedere quaſi ipſe ſpoliatus renuntiet iuri ſuo, tameo adhuc puto quòd non ioducatur renuntiatio: quia textus in dicto cap. primo. de reſti. ſpolia. loquitur quando uterque comparebat in iudicio, & ſimiliter no. in dicto capit. cum Bertholdus de re iudica. in hoc autem caſu: quia ipſe fuit contumax, & non comparuit in iudicio, non poteſt induci aliqua renuntiatio iuris ſui maximè: quia qoando fit miſsio ex primo decreto poſſeſsionem indiſtinctè poteſt recuperare. Imò potius uidetur eſſe præſumendum ꝙ ille miſſus renuntiauerit primę poſſeſsioni petendo ſe mitti, & noua cauſa. tamen oec etiam hoc præſumetur: qoia illa ex primo decreto poteſt per comparitionem ſolam reuocari. ſi tamen ipſe diſcederet à poſſeſsione prima reountiando eidem, ſecundum formam poſitam in dicta le. quàmuis. §. primo. in hoc titulo noſtro, & dicta le. non ſolum. §. primo. infra de uſucapio. poſſet ſe liberare ab interdicto ſpoliatorio, ut in alio caſu dixi: ſed tunc non poſſet dici confirmatio primæ poſſeſsionis, imò potius eſſet amiſsio, & alterius nouæ acquiſitio.

37 Septimus caſus eſt † quando quis uellet confirmare ex uoluotate partis. & tunc ſi pars non eſſet informata, cooſirmatio non ualeret, ut dicitur in dicta l. ſi qua loca. C. de fund. & ſaltri. rei domini. ubi princeps eſt dominus, & per ſuum reſcriptum non confirmat. ſed ſi eſſet ioſtructus renuotiatio tuoc poſſet confirmari: quia uideretur renuotiaſſe, & in effectu habes omnibus ſimul congeſtis quòd poſſeſsio uiolenta confirmari oou poteſt: ſed bene ei poteſt renuntiari, & altera noua acquiri. unde generaliter procedit regula quòd poſsidens ex decreto nullo non dicitur iuſtè poſsidere: nec etiam ſecuta confirmatione.

Secundò declaratur dicta concluſio, non procedere quantum ad incurrendas pœnas ſtatutarias: quia licèt miſſus in poſſeſsionem ex decreto nullo non dicatur iuſtè poſsidere, tamen propter talem miſsionem non incurrit pœnas legis uiolentiæ: oeque pœnas ſtatutarias: quia uidetur excuſati propter auctoritatē iudicis ut non uideatur eſſe in dolo, cũ quælibet iniuſta cauſa excuſet à dolo l. igitur. §. j. in fi. delib. cauſ. & l. j. in fi. de abigeis, quæ taoien declaratio recipit magnas difficultates. & contrariom tenuit Bar. infra in fi. quæſtio. & ibi cum Iaſo. & aliis diſcutiam.

38 Secunda eſt concluſio † quòd ubicunquè aliquis miſſus eſt in poſſeſsionem ex ſententia iouiſta lata contra ius partis, ſeruato tamen ordine iuris, dicitur iuſtè poſsidere. ità intelligunt doct. iſtam regulam ampliando eam. quãuis propter uerbum auctore prætore, potuiſſet dici quòd loquitur taotummodo de decreto, & ratio eſt: quia res iudicata pro ueritate habetur, l. res iudicata. de reg. iur. & ſenteotia iniuſta ualet l. ij. C. quando prouocare non eſt neceſſe, & cap. cum inter. de re iudica. & ſequuntur communiter docto. quia ſi uon diceretur iuſtè poſsidere fruſtra lex faceret quòd ſententia mitteretur executioni, & quod pro ueritate haberet ex bona enim publico, & ut litium ſit finis hoc fuit à lege ioductum ſicut & uſucapio l. j. infra titulo primo. Quam tamen concluſionem intellige quando ſenten. eſſet lata contra ius partis: ſed ſi eſſet lata contra ius legis tunc eſſet ipſo iure nulla, & non poſſet dici iuſtè poſſidere, & eſſemus in prima concluſione, exemplum

plum ponit tex. in dicta l.ij. C. quando prouo.
non eſt neceſſe, & l. prima. §. item ſi contra ſa
cras.infra, quæ ſententiæ ſine appellatione re-
ſcindantur. Sed tamen in contrarium ꝙ imò
nec lata contra ius partis non faciat iuſtè poſsi
dere, eſt tex. cum glo. ubi omnes no. in l. ad-
monendi. ff. de iureiurando ubi retractatur ſen
tentia per inſtrumenta nouiter reperta. Simi-
liter ſententia diuortii retractatur per uerita-
tem in contrarium repertam, cap. fraternitati,
extra de frig. & maleficia. & in omnibus aliis
cauſis in quibus ſententia nòn tranſit in rem iu
dicatam irreuocabiliter, qui ponuntur per Iaſ.
in dicta l. admonendi, & docto. in l. prętor. §.
Marcellus. ſupra de iudi. & l.diuus. infra de re
iudic. & canoni.in cap. cum uenerabilis.de ex-
ceptio. & per Sozi. in l. qui agnitis infra exce-
ptioni. Item, & tertiò facit rub. cum nig. C.
ſi ex falſ. inſtrum. ubi retractatur ſententia de-
tecta falſitate intrumentorum, & in l.fi.dicitur
quòd impeditur executio, ſi quis uult probare
falſitatem inſtrumentorum, & quòd iudex per
eam motus fuerit.

Tertiò faciunt no. in cap. quoniam contra.
de probatio. ubi Abb. Decius, & alii uolunt ꝙ
quando ſententia eſt notoriè iniqua non tran-
ſeat in rem iudicatam, & poſsit peti, ut retra-
ctetur ſemper.

Sed omnibus iſtis reſponderi poteſt. Primò,
quòd loquuntur in caſibus ſpecialibus in qui-
bus ſententia non tranſit in rem indicatam,con
cluſio autem iſta procedit regulariter. unde il
la potius limitarent concluſionem quam oppu-
gnarent. Secundo reſpondetur quòd licèt ex
iſtis cauſis poſsit retractari ſententia: tamen
non tollitur quin ſententia ſit ualida, & quin
ſeruari debeat donec retractetur, & ideò dice
retur iſte iuſtè poſsidere uſque ad retractatio-
nem, facta uerò retractatioue amplius non con
tineretur in regula iſtius tex. quia nec amplius
diceretur auctore prætore poſsidere.

Sed fortius in contrarium facit tex. in l. cum
putarem, ſupra famil. erciſcun. ubi ſi quis agit
familiæ erciſcundæ cum eo qui non eſt hæres,&
iudex adiudicauerit portionem ſuam ipſi hære
di putatiuo, tunc non ualer illa adiudicatio, &
comperta ueritate uerus hæres per rei uendica-
tionm recuperat partem ſuam, & ſi aliquam pe
cuniam dedit etiam poteſt recuperare, licet nõ
detur condicio indebiti ad idem eſt text. in le.
poſthumus. §. ex his. ff. de inoffi. teſtam.ubi ſi
aliquis qui non ſuccedit ab inteſtato egit inof-
ficioſo teſtamento, & obtinuit, & habuit poſſeſ
ſionem hæreditatis: tamen non efficitur hæres
nec uerus poſſeſſor: ſed hæc uictoria prodeſt il
li qui erat uerè ſucceſſurus ab inteſtato: ergo
ſententia iniqua non potuit facere iſtos miſſos
in poſſeſsionem iuſtè poſsidere. Hoc contra-
rium eſt ualde difficile, & obſtat etiam aliæ cõ
cluſioni infra ponendæ. Propterea docto.mul-
tum inſiſtunt ſuper intellectu dictæ l. cum puta
rem.& Ang.de Aret.in §.quædam.inſti.de actio.
dixit quòd ille tex. loquitur: quando ille qui
erat uerè hæres in ſolidum egit actione familiæ
erciſcundæ contra illum qui non erat hæres, &
ſic ibi ius erat in agente,licèt non in conuento.
Sinautem è contra egiſſet ille qui nullo modo
eſt hæres, & nullam actionem in hæreditate ha
beret nihil ualeret, per tex. in leg. ſecunda. in
principio. ſupra de dot. prælega. quem intelle
ctum repræhendit Iaſ. hic: quia contradicit li
teræ, & uerè non conuenit ei: ſed tamen non
tollit contrarium de quo nos loquimur: quia
ibi ſententia fuit lata ſeruato iuris ordine, &
tamen ille miſsus non dicitur iuſtè poſsidere:
neque efficitur dominus: neque habet uſuca-
39 piendi conditionem. † Vnde uidetur quòd alio
modo non poſsit reſponderi, niſi quòd ibi ſu-
mus in caſu ſpeciali, quia actio familiæ erciſ-
cundæ non poteſt dari niſi hæredi, l. j. ff. eod.
titulo. unde cum deficiat illud principale ſu-
biectum, non potuit ipſe acquirere ex capite
hæredis cum non ſit hæres, tamen non poteſt
tolli quin ſi cum cauſæ diſcusſione declararetur
hæres, quòd hæc ſententia non deberet haberi
pro ueritate in præiudicium ipſius ueri hære-
dis per dictam legem res iudica. de reg. iur. &
cap. cum inter.extra de re iudica. Ideò ſecun-
dò poteſt reſponderi, quòd ibi ſententia ua-
luit, & quòd poſteà fuit retractata. unde facta
retractatione amplius non dicitur eſſe res iudi
ta, interim tamen iuſtè diceretur poſſediſſe, ut
præſupponit ille tex.

Eodem modo reſpondetur ad dictam legem
poſthumos. quòd ibi ſententia ualuit, & quòd
interim ipſe dicitur iuſtè poſsidere, quod pa-
tet: quia teſtamentum dicitur annullatum per
dictã ſententiam, & durat anuullatum: tamen
ſi poſteà pariat quòd ille non eſt hæres, & non
eſt perſona cui competant res hæreditarię reuo
cabuntur per uerum hæredem: tamen interim
poterit dici quòd iuſtè poſsidebit donec ſen-
tentia fuerit reuocata.

40 Et propterea † alia uidetur quæſtio, an ſen-
tentia quæ tranſiuit in rem indicatam poſsit re
uocari quãdo apparebit de falſitate cauſę,aliud
eſt dicere quòd interim non dicatur iuſtè poſsi
dere:nam uſque ad reuocationem iuſtè poterit
poſsidere, quando autem ſententia quæ tranſi-
uit in rem iudicatam poſsit retractari eſt longa
quæſtio quam ponunt docto. in dicta l. admo-
nendi, de iureiura.

Vel tertiò reſponde nt dicemus. infra ſuper
dicta concluſione ubi doctores plenius exa-
minant.

41 Tertia colligitur concluſio,†quòd decretum
latum ex falſa cauſa dicitur eſſe ipſo iure nul-
lum per iura allegata per Bar. hic.per quæ pro-
batur quòd decretum eſt nullum quando inter
ponitur contra latitantem dicta l. cum uerò. §.
ſubuentum. tamen obreptum fuit prætori:
quia libertas non debebatur. Secundò eſt nul-

lum quando fertur contra debitorem latitantē
ad inſtantiam creditoris qui non erat uerus cre
ditor. l. prima §. hæc uerba. ff. ne uis fiat ei.
Tertiò eſt nullum: quando fit ex cauſa damni
infecti, uel ex cauſa legatorum ob falſum cre-
ditum, uel ob falſam petitionem: quia propter
nullam cauſam miſſus eſt, dicto. §. hæc uerba.
Quartò eſt nullum: quando datur poſſeſſio pu
pillo putatiuo qui tamen uerè erat pubes, ut di
citur in l. iij. §. puberi. ſupra de Carboni. edi-
cto. Quintò eſt nullum: quando interponitur
ex uoluntaria iuriſdictione in alienatione mi-
noris, allegando quòd ipſe eſt grauatus multis
debitis, & cauſa reperitur falſa, in tantum ꝙ
per traditionem non transfertur dominium, l.
magis puto. §. manet. ſupra de rebus eorum.
Sextò dicitur datio bonorum poſſeſſionis eſt
nulla, ſi decretalis fuit conceſſa illi qui non
erat bonorum poſſeſſor, ut no. in l. fi. C. qui ad
mitti. per quæ iura apparet quòd decretum eſt
ipſo iure nullum, & quòd interim nunquàm di
citur iuſtè poſſidere, & cognita ueritate de-
monſtratur quòd retro nunquàm iuſtè poſſedit
neque titulum habuit. unde differt à ſententia:
quia regulariter ipſa reuocari non poteſt quan
do tranſiuit in rem iudicatam, dicto cap. cum
inter. de re iudica. quàmuis ueritas tunc appa-
reret. & ſi in aliquibus caſibus admitteretur
reuocatio de quibus ſupra diximus, tamen re-
tro ſemper diceretur iuſtè poſſediſſe, & tan-
tummodo in futurum non in præteritum im-
pediretur.

Propter quam differentiam docto. hic neceſ
42 ſariò inſtant † quid ſit ſententia, & quid ſit de
cretum, & in quo in ſubſtantia dicantur differ
re. & Alex. hic uidetur dicere, & in aliis locis
allegatis per eum, quòd ſententia ſit quando
fertur præſentibus partibus cum plena cogni-
tione cauſæ, & deliberatione præhabita conti-
nens condemnationem, uel abſolutionem, iux.
legem primam. infra de re iudicata. Decre-
tum uerò ſit quando fit deliberatio iudicis in
contumaciam partis non continens condem-
nationem, uel abſolutionem, ut quando fit
miſſio ex primo uel ſecundo decreto, uel
quando extraiudicialiter interponitur, quæ
differentia non eſt bona, quoniam ſequeretur
quòd omnes citationes, & ſententiæ interlocu-
toriæ dicerentur eſſe decreta, quòd eſt contra
no. in rub. & nig. ff. & C. & in decreta. de ſen
tentia, & re iudica. & glo. poſuit in clem. pri-
ma. de ſeq. poſſeſſio. & fructuum, quam Abb.
& communiter docto. ſequuntur in dicta rubr.
de ſententia, & re iudicata dicentes, quòd re-
peritur ſententia interlocutoria, & diffinitiua,
& licèt aliquando appelletur decretum: tamen
illud eſt ex larga ſignificatione, ideò melior ui
detur reſolutio quam tradidi ſupra in præmiſ-
ſis quòd iſti duo termini ſe habent ut exceden-
tia, & exceſſa, & ſe inuicem continent, & con
tinentur ſecundum uarias exceptiones: quoniā
uterque terminus capitur in genere generaliſſi
mo, in genere ſubalterno, & in ſpecie, & ſi
ſententia capitur in genere generaliſſimo uel
in ſpecie, dicitur eſſe illa quæ profertur à iu-
dice tanquàm iudice procedente iure actio-
nis ex officio mercenario. decretum uerò di-
citur eſſe illud quòd interponitur à prætore
tanquàm à prætore procedente ex officio ſuo
nobili, uel inter partes contrauerſantes, & con
tumaces, uel etiam ſine controuerſia partiū, ut
in datione tutoris uel curatoris, & miſſione in
poſſeſſionem ex Carboniano edicto, uel ex de
cretali antiqua bonorum poſſeſſione, uel extra
iudicium; quando interponitur decretū in alie
nationibus, & aliis actibus inter perſonas pro
hibitas alienare, & in hanc differentiam uiden
tur incurrere docto. hic inaduertenter: quia
in multis locis dicunt quòd in decreto iudex
procedit ex officio ſuo nobili, & maximè in ra
tionibus differentiæ de quibus ſtatim dicemus
43 & hæc eſt tutior. Ideò dubitāt hic doct. † quæ ſit
ratio differentię inter ſententiam, & decretum,
ut ꝙ decretum ex iniuſta cauſa latū ſit ipſo iure
nullum, ſententia uerò quàmuis ex iniuſta cau
ſa lata ualeat, & tres referuntur rationes hic
per Alex. Prima fuit Bal. quòd ſententia fertur
cum plena cauſæ cognitione, & cum ſolennita-
te ſcripturæ, & recitationis, d. l. ij. & fi. C. de
ſententiis ex breuiculo recitandis. unde præ-
ſumitur pro iudice, dicta l. res iudicata. & di
cto cap. cum inter. decretum autem fertur ex of
ficio iudicis nobili, ut per glo. in dicta l. ſi fi-
nita. §. Iulianus. partibus non auditis, & ple
runque in contumaciam, uel ſaltem cum mino
ri cauſæ cognitione, & minori ſolennitate. un
de ſolum æquitas attenditur. l. quod ſi Epheſi.
ff. de eo quod certo loco. ideò non ſeruatur nī
ſi quando cauſa eſt uera. Alex. repræhendit:
quia etiam quando proceditur iure actionis iu-
dex debet ſeruare æquitatē, & eam habere præ o
culis ut in caſu dictæ l. quod ſi Epheſi, & in om-
nibus bonæ fidei iudiciis, ut plenè per Iaſ. in §.
actionum. inſti de actionibus, replicat Sozin.
quòd æquitas magis conſideratur in decreto,
cum ſuper ea tantum ſit fundatum, & ideò mi
ſericorditer imploratur, ut per Bar. in l. ij. ff.
de iuriſdictio omnium iudicum, & in tantum
præualet æquitas quòd iudex non poteſt proui
dere in caſu non diſpoſito à lege, ut per Paul.
de Caſtro. in l. 5. ff. de uerbo. obligationibus.
ſententia uerò fertur ſuper petitione actoris. &
ab ea non poteſt recedere, & æquitatem ſolum
ſeruat in caſibus dubiis, & incertis, in aliis ue
rò ſeruatur rigor iuris iudiciorum, dicto cap.
cum inter. & dicta l. res iudicata. & in ſumma
reſponſio eſt quòd ſententia eſt fundata in peti
tione actoris, & eius actione, & reſponſione
rei. decretum uerò ſolum eſt fundatum in æqui
tate, quæ reſolutio non tollit totam difficulta
tem: quoniam, & in officio iudicis datur libel
lus, & proceditur cum plena cauſæ cognitione
parti-

partibus præſentibus,ut in reſtitutione minor. & aliis no.in d.l.j.de iuriſdictio. omnium iudi. & ſeruatur æquitas ſcripta ſicut in ſententia. Item contra rationem facit:quia æquitas in officio iudicis uerſatur in utraq; parte: ergo falſa cauſa deberet uitiare ab utraq; parte, quod eſt contra diſtinctionem Bar.hic & communem.

Præterea in ſententia interlocutoria proceditur ſine cauſæ cognitione plena,& de re incidenter,& tamen dicitur ſententia, & ualet etiã ex iuſta cauſa,l.quod iuſsit inſ.de re iudic. Vnde ratio non uidetur ſufficiens. Nota tamen ꝙ doc. inaduertenter incidunt in illam diſtinctionem quam ſupra poſui de differentia inter ſententiam,& decretum, & dicunt quòd decretum ſolum ſit quando proceditur ex officio iudicis nobili.

Nec obſtat de reſtitutione in integrũ: quia illud officiũ eſt loco actionis,& ſeruat illius naturã,ut per Bar.in d.l.j.ff.de iuriſ.omnium iudi.& cum ſuccedat loco actionis profertur ſentẽtia.

Quartò hæc ratio uidetur cõfundi ex limitationib.infr.tradendis in quib.decretum ualet.

44 Secunda fuit ratio † Angeli parum diſcrepãs à præcedenti,quòd in ſententia requiritur plena cauſæ cognitio. in decreto uerò requiritur, unde facilius annullatur,quam etiam impugnat hic Ale.cum imò,& in decretis proceditur cum cauſæ cognitione per tex. in di. le. cum uero.§. ſubuentum. in uerbo cauſa cognita pronuntiauit,& in l.fi.in uerbo certum debitũ.C. de bon. auctο.iudi.poſſid. ſed tamen ab hac repræhenſione poteſt ſuſtineri: quia in dicto. §. ſubuentum. non fuit proceſſum cum plena cauſæ cognitione: quia ut dicit ibi tex. hæredes latitabant, & erant contumaces: ergo non potuit eſſe instructus à partibus: aliàs ſi fuiſſent præſentes non potuiſſet uerificari ꝙ eſſet obreptũ prætori,ideò cauſæ cognitio ibi intelligitur de illa quę interponitur ſuper ſecundo decreto.Et eo. modo etiam reſpondetur ad dictam l.fin. C. de bon.auct.iudi.poſſ. Fortius tamen contra rationem facit:quia & in ſententia non ſemper proceditur cum plena cauſæ cognitione, ut in citationibus,& pleriſq; aliis interlocutoriis,& in interdictis poſſeſſoriis, & aliis ſummariis cauſis, in quibus tamen profertur ſent. Claudius tamẽ ſequitur rationem;quia in decretis nunquã proceditur cum plena cauſæ cognitione, licèt aliquando plus,& aliquando minus:quoniam ſi ꝓceditur in contumaciam non poteſt eſſe plena cauſæ cognitio,ut no.in l.Fulcinius.§. j. infr. ex quib.cauſ. in poſſ. eatur.

Nec obſtat d.l fi.quia ibi debet exponi ſummariè ſicut fit in l.cum proponas.eo.tit. uel ibi proceditur plenè: quia utraque pars erat citata & cõparebat in iudicio cum iam lis erat cæpta inter ipſos creditores comparentes. unde illa lex uidetur probare unam limitationem quam infra ponunt doct. quòd decretum ſit ualidum ex cauſa iniuſta:quando partibus præſentib. & plenè facta diſcuſsione profertur:tamẽ per hæc non eſt reſponſum quòd ſententia fertur etiam ſine cauſæ cognitione,& quòd in multis caſibus infra ponendis decretum non eſt nullum.

45 Tertiam † rationem poſuit Abb. in cap. j. de re iudica. quòd decretum ſemper capit naturam interlocutoriæ. unde ſemper poteſt reuocari, dicta l.quod iuſsit.ff.de re iudi.& cap.cum ceſſante. de appellationib. Diffinitiua uerò non poteſt reuocari,l.iudex poſtquàm.ff.de re iudi. ergo ſemper remanebit efficax non obſtante falſitate, qui ſi tribuitur poteſtas maior ut non poſsit reuocari etiam maior datur in falſitate cauſæ.Sed contra eum Alex. adducit quòd decretum ſecundum habet uim diffinitiuæ, & ubi interlocutoria habet uim diffinitiuę non poteſt reuocari ſecundum Bal. in dicta l.quod iuſsit. per l.diceret.ff.de arbitr.Replicat Alexa. quòd quando interlocutoria habens uim diffinitiuæ fertur officio iudicis nobili poteſt reuocari. l. quàmuis.ſupra de reb.eorum, ubi decretum ſuper alienatione minorum poteſt reuocari, per quem tex.dixit Bar.in dicta l.quod iuſsit,col.fi. & l.j.ff.de prætoriis ſtipulatio.hoc eſſe,& Ioannem Andreæ in cap.ſignificantibus.Sed in contrarium adducit Sozi.quia aliàs ſententia interlocutoria nunquàm tranſiret in rem iudicatam, & poſſet quandocunque reuocari ex capite nullitatis,quod eſt contra omnes in d. l. quod iuſsit.& d.cap.cum ceſſante.cap. dilectus filius. de electione.Ideò dicit quòd ratio quare interlocutoria poteſt per eundem iudicẽ reuocari eſt: quia non deſinit eſſe iudex,& adhuc habet iuriſdictionẽ qđ nõ eſt in diffinitiua, & ſequeretur ꝙ interlocutoria ex eo ꝙ eſt reuocabilis, poſſet eſſe nulla ex falſa cauſa, quod licèt ab aliquibus teneatur:tamen repræhenditur per Sozi.in d. l. qui agnitis. infra de exception.per tex.in l. fin. C.ſi minor ſi maiorem dixerit, & per rationem quòd ſemper poſſet de nullitate dici, & ex illo capite impugnari contra no.in cle. j. de ſequeſtratio. poſſeſſi. & fructuum.Item ſequeretur ꝙ nunquàm diffinitiuè poſſet reuocari, & tamen nos diximus ſupra multos eſſe caſus in quibus ipſa poteſt reuocari,qui notantur in d. l. admonẽdi.de iureiu. & in l. diuus.de re iudi.& in capi.cum uenerabilis.de exceptio.cum ſimilib.

Præterea contra rationem facit quòd interlocutoria poteſt reuocari ex cauſa iniqua ab utraque parte.ut no.in d. l. quod iuſsit. ſecus in decreto ut infra per Bar,

Secundò contra eam facit: quia ſimilitudo decreti,& interlocutoria in uim diffinitiuæ nõ procedit,cum illa interlocutoria nunquàm poſſit reuocari, & tamen decretum ſecundum poteſt reuocari,dicto §. ſi ſuper rebus.& dicto.§.ſi poſt addictum.& no.in dicto cap. quoniam frequenter.§.in aliis.

Præterea ſequeretur ꝙ decretum ſemper eſſet nullum, & poſſet reuocari, & tamen multi ſunt caſus inf.ponẽdi in quib.nõ põt rẽuocari.

Quartò etiam facit:quia hæc ratio potius cõ
cludit contrarium, cum ſi difficilius reuocatur
diffinitina:ergo facilius deberet eſſe nulla ex fal
ſa cauſa ne aliquis per eam locupletaretur cum
aliena iactura,ſicut uidemus ꝙ minor poteſt te
ſtari l.ſi quæramus. ff. de teſta. &:poteſt donare
cauſa mortis l.tam is.ſup.de dona. cauſ. mor. &
no.in l.ij.ff.de leg.j.ex eo:quia poſſunt reuocari
quandocunque,& per conſequens non interue-
nit læſio quæ poſſet interuenire in donationib.
irreuocabilib.& aliis alienationibus ut hic per
Alc.& Are.& no.inſti.qui. & ex quib. cauſ. ma-
nu.non poſſ.§.ſi.ubi minor.xx.annis non poteſt
ſeruum unum manumittere, & tamen poteſt
de omnibus bonis ſuis diſponere: quia ceſſat
læſio cum quotidie poſſit reuocare.

46 Quartam rationem † aſſignat hic Claudius
dicens:quòd quando in decreto eſt falſitas cau
ſæ iudex fuit circumuentus, cuius officium nobi
le miſericorditer imploratur.in ſententia uerò
non dicitur circonuentus,cũ actor petat & reus
reſpondeat.unde potius partes ſe inuicem cir-
cumueniunt,&in actione uerba libelli dirigun-
tur ad partem, & in officio iudicis uerba diri-
guntur ad iudicem,ut no.in l.j.ff.de iuriſdictio.
omnium iudi. pro qua ratione poteſt adduci:
quia literæ ad lites propter ſubreptionem non
ſunt ipſo iure nullæ.ſed literæ gratioſæ ſunt ip-
ſo iure nullæ,ut habetur in cap.cæterum.& cap.
ſuper literis.de reſcriptis.& l.cum prætor.ff. de
iudi.Nam officium iudicis uidetur eſſe quædam
gratia:arg.l.Quintus.ff.de annuis l. ideò annul
latur per obreptionem: tamen nec hæc ratio eſt
perfecta, ex eo:quia officiũ iudicis non eſt mera
gratia,imò iudex quando petitur tenetur exhi
bere illud cum iuriſdictio ſit cũ neceſſitate ius
dicendi,ut no in dicta l. j. Item uidemus quòd
decretum ex parte rei conuenri eſt ualidum ſe-
cundum opinionem eiuſdem Bar. & doctor. ac
etiam multi ſunt caſus in quibus propter fal-
ſam cauſam decretum non uitiatur, & ſic non
eſt generalis neque concludens.

47 Quare ego puto† quintam rationem poſſe aſ
ſignari, quòd ideò decretum redditur nullum
ex falſa cauſa: quia profertur ſuper uno pręſup
poſito non diſcuſſo,& ſuper eo fundatur tota di
ſpoſitio iudicis in decernendo. Vnde ſi ceſſat,
deficit cauſa finalis,&per conſequens ceſſat etiã
diſpoſitio dicto cap. cum ceſſante,& l.adigere.
§.quàmuis. ff. de iure patron. Nam ubicunquè
in contumaciam partis profertur primum, &
ſecundum decretum; iudex præſupponit pro
uero, quòd actor ſit creditor uerus, uel quòd
res petita ſit eius: & propter hoc deuenit ad il
lum decretum in contumaciam, & cum hoc pręſ
ſuppoſitum non diſcutiatur coram ipſo, ſi ap-
paret falſum, ceſſat cauſa finalis decreti. Idem
eſt in §. ſubuentum. quia iudex præſupponit
libertatem deberi ſeruo, & abſentibus parti-
bus in contumaciam pronuntiat libertatem de
beri non facta ſufficienti cauſæ cognitione iux-
ta leg. finalem. C. ſi per uim uel alio modo. un
de ſi poſteà appareat quòd libertas non debea-
tur, & ſit obreptum, tunc ceſſat cauſa finalis in
terponendi illud, ideò ceſſat, & diſpoſitio di-
cto cap. cum ceſſante. Idem probatur in dicta
l.magis puto. §. manet. ff. de reb. eorum, ubi
pro parte pupilli allegatur neceſſitas magna
ſoluendi pecunias, propter quam iudex inter
ponit decretum alienandi, quæ cauſa non ple-
nè diſcutitur coram eo, ideò ſi appareat falſa,
ceſſat ratio finalis concedendi,& per conſequẽs
ceſſat ipſum decretum. Idem probatur in dicta
l. iij. §. puberi.de Carboni.edicto,ubi datur bo
norum poſſeſſio propter illud præſuppoſitum
quòd inſtitutus ſit impubes, qđ tamen nõ diſcu
tit ipſe iudex,unde ſi falſitas appareat ceſſat cau
ſa finalis interponendi decretum.ideò ceſſat ip
ſum decretum, dicto cap. cum ceſſante. Idem
etiam procedit in l. j. §. hæc uerba. infra ne uis
fiat ei, ubi præſupponens ſibi legatum deberi
propter contumaciam partis, petit ſe mitti in
poſſeſſionem, & iudex motus ex hoc præſuppo
ſito concedit illam miſſionem, non tamen eius
ueritatem diſcutit. ideò ſi poſteà appareat non
uerum, tunc ceſſat cauſa finalis decernendi, &
per conſequens ipſum decretum. Idem etiam
eſt ſi creditor petit ſe mitti in poſſeſſionem bo
norum latitantis: nam iudex mouetur prop-
pter creditum allegatum ad interponendũ de-
cretum. quòd tamen non diſcutit, & ſi poſteà
appareat non eſſe uerum creditum, ceſſat cauſa
concedendi ideò ceſſat & ipſum decretum. un
de tex. no. dicit quòd uidetur decretum inter-
poſitum propter nullam cauſam. ex quibus
exemplis cum multis aliis ſimilibus apparet
quòd decretum ideò dicitur nullũ ex falſa cau-
ſa: quia totum fuit fundatum ſuper illa cauſa,
& ſuper illo præſuppoſito, & quàmuis ſe infor
mauerit iudex de ueritate, tamen non ſe plenè
informauit: quia non fecit plenam cauſæ diſcuſ
ſionem, ideò ſuccedit quòd non eſt præcluſa
uia demonſtrandi falſitatem illius cauſæ, uel
præſuppoſiti, & ſi poſteà eueniat quòd cogno-
ſcatur de plena ueritate præfertur illa ueritas,
& tollit totum fundamentum decreti, & nõ ua
let ut dicitur per Bar. & omnes in l. qui anteo
ſup. de exceptio. dum uolunt quòd quando ali
quid eſt diſcuſſum incidenter, & non plenè
quòd poteſt de nouo cognoſci, & diſcuti ple-
nariè, & ueritas plenariè cognita præfertur:
ſecus autem ſi prius fuiſſet pleniſſimè cogni-
tum: quia amplius cognoſci non poterit.

48 In ſententia uerò ceſſat in totum hæc ratio:†
quoniam actor petit, & reus reſpondet, & ha-
bita cauſæ cognitione ſufficienti, pronuntiat
aliquid eſſe,& quàmuis falſum ſit quod pronun
tiat: tamen ut ſit finis litibus lex pro uerita-
te habet,dicta l. res iudicata, de reg.iur.& cap.
cum inter. de exceptionibus, quod enim iudi-
catum fuit plenè ut tranſiuerit in rem iudica-
tam ſententia amplius retractari nõ poteſt,&ſic

habes

habẽs rationẽ apparentem quare ſententia ex falſa cauſa ualet,& decretũ eſt nullũ: nam ſentẽtia ualet:quia fertur ſuper pręſuppoſito,& ſuper cauſa allegata plenè diſcuſſa,& pro ueritate habetur, decretũ uerò fertur ſuper cauſa allegata non diſcuſſa,ut non poſsit haberi pro ueritate, & admittitur probatio in contrarium,& apparet ꝙ obreptum fuit ipſi prætori. Vnde ſequitur
49 † ꝙ ſi ſententia fertur ſuper præſuppoſito non diſcuſſo demonſtrata falſitate præſuppoſiti, & cauſæ:ipſa redditur nulla,d.l.cum putarẽ.ff. familiæ erciſcundæ ubi iudiciũ familiæ erciſcundæ.agitatur inter cohæredes,& non poteſt agitari inter illos qui nõ ſunt cohęredes:tamẽ in illo iudicio nõ diſcutitur ueritas.pręſoppoſiti an partes ſint cohæredes. Vnde poſteà poteſt opponi exceptio,& diſcuti,& ſi apparebit unũ ipſorũ non eſſe hæredũ ſenten. reddetur nulla, ut uerò domino poſsit competere actio in rẽ, ut ibi dicitur: ſaltẽ poſt cognitã ueritatẽ,nã retro propter auctoritatẽ rei iudica.ſentent.dicitur perſiſtere ut ibi expreſſè declarat Bar. Idẽ probatur in l.fũdi partẽ.ff.de exceptio. ubi ſi partes agãt cõmuni diuidundo, & unus non habeat partem in re iudicium redditur nullum.ideò obſtat exceptio ut ibi dicitur. Ideò modus procedendi eſt,ꝙ primò agatur rei uendicatio.uel petitione hæreditatis,& diſcutiatur an ille habeat dominium in parte.uel pro parte ſit hęres,& ſi pronuntiabitur habere partẽ, tunc præiudiciũ ualebit:nec curabimus an uerũ ſit eum habere partem,uel non eſſe uerum:quia cum inter ipſos litigantes hoc iam ſit plenè diſcuſſum, ſententia etiam ex falſa cauſa ualebit,& ſeruanda erit, ut no. in d.l.fundi,& habetur in l.j.eo.tit. fami.erciſ. Idem etiam probatur in l. poſthumus. §. ex his. ſupra de inoffi. teſtam. ubi præſupponitur ꝙ agens qui dicit teſtamentũ inofficioſum poſſit ſuccedere ab inteſtato:tamen hoc non diſcutitur in illo iudicio:ſed ſolum de uiribus teſtamenti,& ſi poſteà partibus præſentibus pronunciatum ſit teſtamentum eſſe inofficioſum ualebit ſententia,quantũ ad illam partem etiam iniuſtam.ſed dum iudex adiudicauit hæreditatẽ petenti tanquàm ſuccedat ab inteſtato,quòd tamen non diſcuſſit: ſententia non habebit effectum in illa parte, ſi apparebit quòd non ſuccedit ab inteſtato: ſed dabitur hæreditas illi qui de iure poterit ſuccedere, ut ibidem dicitur, & ſic habes quòd quando ſententia profertur ſuper præſuppoſito non diſcuſſo, ſi poſteà appareat præſuppoſitũ falſum ſentententia annullatur ſaltem in futurum per dicta iura. ubicunque uerò fertur ſuper præſuppoſito iam diſcuſſo tunc ſententia etiam iniuſta ualet, & nunquam retractatur, & miſſus ſemper dicitur iuſtè poſſidere.

Cum igitur in decretis regulariter procedatur ſuper præſuppoſito non diſcuſſo, ꝙ eſt cauſa finalis illud interponendi, ſi poſteà appareat quòd ſit falſum corruit ipſum decretum. dicto cap.cum ceſſente.de appella. & redditur rationabiliter in totum nullum,& ſic habes quòd in effectu inter ſententiam,& decretum non eſt differentia: quoniam utrunque eſt nullum: quando fertur ſuper præſuppoſito non diſcuſſo,& poſteà detegatur ueritas, licèt ſententia habeat hoc plus quòd retro non redditur nulla,decretum omni tempore eſt nullum, ſolum ergo differentia eſt in contingentia facti: quoniam regulariter ſententia fertur ſuper cauſa, & negotio plenè diſcuſſo. unde regulariter iniuſta ualet, decretum uerò regulariter profertur ſuper præſuppoſito non diſcuſſo. unde regulariter redditur ipſo iure nullum.

Ex quibus tu habes unam magnam declarationem ad multas limitationes poſitas hic per Alexan. & relatas per Sozin. in colum. pe. de quarum ratione dubitant ualde doctor. tamen per prædicta ratio earum, & deciſio redditur plana.

50 Prima † eſt ergo limitatio in qua decretum remanet ualidum, licèt cauſa appareat falſa: quando decretum interponitur ſuper executione ſententiæ quæ lata fuit ex falſa cauſa, & tamen tranſiuit in rem iudicatam: nam tunc decretum licèt ex cauſa ſententiæ iniquæ interpoſitum fuerit, nihilominus ualet, & ſeruari debet, ut inquit Bal. in l. ſunt & aliæ. per illum tex. §. fi. de Publiciana. actione ubi decretum interpoſitum ex cauſa non uera tamen ualet, & ſeruatur cum tribuat Publicianam actionem,& licèt Alex. hic dubitet, quaſi ille tex. loquatur quando iniuſtitia eſt ex parte rei conuenti: tamen uerè ille tex. loquitur generaliter. Item licèt Alex. hic num. 19. uer. 6. dicat quòd non ſequitur habet Publicianam: ergo decretum interpoſitum ualet: tamen uera eſt conſequentia ſi habet Publicia.ergo uſucapit.l.ſi eum.eo.tit. ergo ſi eſſet aduerſarius dominus efficeretur dominus ille miſſus, & per conſequens apparet ꝙ decretum ibi eſt ualidum. unde teneas limitationẽ,& ratio patet ex præcedentibus: quia ibi decretum fuit poſitum ſuper præſuppoſito diſcuſſo ꝙ eſſet uerus debitor,& quàmuis cauſa eſſet falſa nihilominus propter diſcuſſionem habetur pro uera,& ideò decretum ualet.nõ enim amplius poteſt negari ueritas ſententiæ neque allegari quòd ſententia eſt lata ex iniuſta cauſa: quoniam lex obturat os ipſi allegantı dum uoluit ſententiam haberi pro ueritate, dicta l. res iudicata. ff. de reg. iur. Et hanc opinionem ſequitur hic Sozi. colum. fi. uerſi. ponitur. reſpondendo obiectis Alex. & ampliat procedere ex mente eiuſdem Bald. etiam in inſtrumento quod habet executionem paratam, ſicut ſententia ex iure municipali: quia uidetur allegari falſitas inſtrumenti ad impediendã executionem:quia lex uoluit haberi pro uera cũ ſententia faciat de indebito debitũ. l. Iulian. uerũ debitorẽ.ff.de cõdi. indebi. & quãdo p ſentẽtiã cauſa eſt approbata,non põt amplius retractari

ſemel . inſti. qui & ex quib.cauſ. ma. non poſſ.
& hanc opi.tenuit idem Bal.in l.j.ex quib.ſcauſ.
in poſſ. ea.quem refert,& ſequitur Seueri. in l.ſi
nõ ſortem.§.ſi certum.ff.de condi.inde. & quod
uoluit Cy.in d.l.conſentaneum.C.quo.& quan-
do iudex .

51 Secundò † limitatur non procedere quando
ante decreti interpoſitionem plenè fuiſſet diſ-
putatum , & cognitum de ueritate uel falſitate
illius cauſæ.Nã tunc operabitur illa diſcuſſio ut
nullo modo poſſit dici decretũ latum ex falſa
cauſa,& eſſe nullũ ratione falſitatis eiuſdem ut
per Aug.in l.ius plurib.ſupra de iuſti.& iure dũ
allegat no.per glo.& Cy.in l.ignorare.C. de mi
lita.teſta & tex.in l.fi.C.de edict.Diui Had.tol.
in argumentũ,& hanc etiã poſuitRaph.hic non
faciendo mentionem Ang.confirmat Alex. per
glo.& Bal.in l.ſi puta.C.de petitio.hære.in glo.
fi.& Raph.Cu.in l.ſi is ad quem,ſup. de acquire.
hæredita.ut hic per Alex. nu.18.uerſi.5.limita.
per quam limitationem ipſe demonſtrat uetam
eſſe etiã præcedentem, licèt in aduertenter eam
repræhendat:quoniã eadẽ eſt in effectu licèt re-
lata per diuerſa uerba,& etiã ego puto uerã per
rationẽ ſup.poſitã:quia quando decretũ fit ſup
cauſa iã diſcuſſa nõ poteſt amplius de falſitate
cauſæ diſputari,ſi ſent.tranſiuit in rẽ iudicatã ,
& propterea ex fictione iuris ſemper dicitur eſ
ſe factũ ex cauſ.uera,per dictã l.res iudicata.de
reg.iur.& d.cap.cum inter.de re iudic.& ſub ea
dẽ poteſt contineri alia ſimilis:quando aliquis
in iudicio familiæ erciſcundæ, uel cõmuni diui
dũdo cumulauit petitorium, & iudiciũ diuiſio
nis,ut dicitur in l.ſi mancipiũ.§.j.ff.de euictio.
& l.ij.C. communi diui,& ſi poſteà lata ſit ſent.
ſuper petitorio,& interpoſitũ fuit decretũ diui
ſionis poſt dictam ſentent.ut euenit in dictis iu
rib.tunc licèt ille actor nullo modo ſit hæres ta
men iudiciũ diuiſionis habebit effectũ : quoniã
amplius de falſitate cauſę non poteſt diſputari,
& eſt una limitatio ad dictã l.eũ putarẽ.ſup.fa-
mil.erciſcun.quæ fundatur in l. ex diuerſo . §. j.
ibi, eodem errore . ſupra de rei uendicatione .

52 Tertiò limitatur nõ procedere † quando ueri
tas,& falſitas cauſæ dependet à declaratione iu
dicis,ut præſumitur uideatur ſequi,& de ueritа
te cauſæ diſcuſſũ fuerit,& exẽplũ ponitur quan
do iudex alicui tãquã prodigo dedit curatorẽ i.
nã licèt uerè nõ fuerit prodigus:tamẽ quia præ
ſumitur ꝙ plenè cognitũ fuerit,ideò tãquã cau-
ſa ſit uera decretũ non erit nullũ, ut per Bar. in
l.is cui bonis.inf.de uerb.oblig,per no.per glo.
in l.ſi ab eo.inf.tit.j.Multi tamen dicit Alex.hic
nu.17.tenuerunt contra Bar.per l.Seiæ egreſſæ.
ubi uidetur probari contrariũ de tutore,ſup.de
tuto.& cur.dat.ab his . Ego autem puto diſtin-
guendum . Aut non apparent aliquæ probatio-
nes urgẽtes ꝙ fuerit prodigus,& tunc puto de-
cretũ eſſe nullũ:quia nõ apparet de ueritate cau
ſæ etiã præſumptiuè.ſi uerò appa rẽt probatio-
nes cõcludentes,tunc puto decretũ eſſe ualidũ:
quoniã præſumitur pro ueritate cauſæ ſi tũc tẽ-
poris nõ fuit reclamatũ per dictã l.res iudic.de
reg.iur.tamẽ quia hęc probatio fit de credulita
te ſententia nunquã tranſit in rẽ iudicatã, ideò
poterit retractari per cõtrarias probationes:ar
gu.capi.fraternitatis.de frig. & malefi. & eorũ
quæ habentur in d.l.admouendi.de iureiur.quę
limitatio hoc modo declarata probatur per ra
tionẽ ſup.allegatã: quia decretũ latũ fuit ſuper
cauſa iam diſcuſſa,quæ nõ poteſt dici falſa,ideò
decretum ualebit quouſque ſententia legitimè
fuerit retractata,& in futurum tantum .

53 Quartò limitatur:† quando decretũ eſt inter
poſitũ inter conſentientes:nam tunc decretũ ua
lebit licèt cauſa mouens fuerit falſa , ut ſi quis
adoptauit libertũ credens forsã eſſe ingenuũ,&
nõ fuit dictũ eum eſſe libertinũ,uel etiã ſi fuerit
dictũ ualebit adoptio licèt falſa ſit cauſa,ꝙ ipſe
fuerit ingenuus,ut eſt tex.in l.ſed & ſi hac.§.pa-
tronũ.ſup.de in ius uocãdo, ibi,per obreptionẽ
ſolũ enim diminuetur ex falſitate cauſæ ꝙ non
efficietur ingenuus tanquã habens ius aureorũ
annulorũ, niſi hoc expræſè dictũ fuiſſet ut ibi,
& ſequitur Alex.hic nu.16.poſt Bal.in d.§. ſi pa
tronum,& uidentur alii pertranſire, & ratio po
teſt eſſe:quia partes uidentur renuntiare, & nõ
poſſunt allegare falſitatem cauſæ,& confirmabi
tur limitatio per rationem prædictã, poteſt ta-
men dici ꝙ rectè conſiderando decretum pro
parte eſt nullum , cum adoptio non faciat eum
ingenuum,& cum ſint actus duo ſeparati, falſi-
tas unius non impedit executionẽ alterius,ideò
adoptio ualebit,& pro ea decretum ualebit.ſed
pro ingenuitate decretum erit nullum.unde po
tius uidetur limitare ea quæ inf. ponuntur per
Alex.& alios in ultima limitatione:quando cau
ſa eſt partim uera, & partim falſa ; quæ omnes
quatuor limitationes non continentur ſub una:
quia in effectu una eſt limitatio declarata per
multa exempla, ꝙ decretum eſt ualidum ubicũ
que latũ fuit ſuper cauſa falſa iam diſcuſſa . Nã
cum ſufficiens cognitio interuenerit,cauſa non
poteſt allegari falſa, & decretum iuris intelle-
ctu dicatur eſſe interpoſitum ſuper iuſta cauſa :
ſicut uidemus quòd uerbum iuſtè poſſidet , poſi
tum in hoc tex.uerificatur in ſententia iniqua :
quia propter permiſſionem iuris iuſta dicitur .

54 Et ſub iſta limitatione† poteſt addi,& aliud
exemplum,ubicunque iudex interponit officiũ
ſuũ, & decretum ſuper reſtitutione in integrũ .
Nã ſi habita fuit cauſæ cognitio, tale decretum
etiam latum ſuper iniuſta cauſa ualebit,ſi tran-
ſiuit in rem iudicatam: quia nõ poteſt dici am
plius cauſa iniqua,& etiã poterit cõtineri caſus
poſitus in l.j.C.ſi aduerſ. liberta. tenendo ꝙ in
dictis duob.caſibus ſit decretũ.ſed ſi teneremus
aliã opinionem quæ forſan in puncto iuris ue-
rior eſt,ꝙ ibi appellabitur ſententia:quia proce
ditur ad ſimilitudinem actionis,ut no. per do-
cto.in l.j.ff.de iuriſdictio. omnium iudic. tunc
iſta exempla non eſſent in propoſito .

Quintò

55 Quintò † etiam limitatur non procedere : quãdo decretum eſt interpoſitũ motu proprio iudicis. Nã tunc licèt ſit latum ex falſa cauſa, tamen decretum ualebit quaſi non poſſit dici obreptum eſſe prætori, ut per Bar.in l.ſi tutor petitus.in j.col.ff,de tuto.& cur.dat ab his.dum reſpondet ad tex.in l.ſi ut proponis. C. de confirman. tuto.ubi datio tutoris ei qui habebat tutorem in teſtamento relictum ualet, & contradicit tex.in d.l.ſi tutor petitus.qui uult nõ ualere, & Bar. ſoluit ꝙ in d. l. ſi tutor petitus.erat datus tutor ad petitionem partis, unde erat obreptum, & in di.le.ſi ut proponis, erat datus tutor motu proprio. unde non poterat dici obreptũ eſſe ei.& allegat no.in cap.ſi motu proprio. de præbend.in 6.ubi Papa cõcedens motu proprio tollit uitium ſubreptionis, uel obreptionis, & falſa cauſa non uitiat conceſſionem, & uidetur tenere hic Alex.nu.14.tamen ſimilitudo de Papa ad iudicem non eſt bona : quia Papa poteſt conceſſionem facere ex proprio arbitrio: quando eſt informatus.ſed iudex contra leges nõ poteſt aliquid concedere. unde tutior eſt ſolutio quòd in d.l.ſi proponis.ualuit datio : quia non poterat dici pupillus habere tutorem antequã eſſet facta confirmatio.

Limitatio tamen poterit procedere propter rationem prædictam : quia concedendo motu proprio præſumitur habuiſſe plenã cognitionẽ, & ſuper cauſa iam diſcuſſa ex ſua informatione interpoſuiſſe decretum, quod tamen ualebit eatenus quatenus poterit poſteà ex noua allegatione reuocari ut ſaltem in præteritum habeat effectum, & poſt reuocationem in futurum tantum annulletur.

56 Quare habes rationem† generalem apperientem totam hanc materiam, quare decretum ſit nullum ex falſa cauſa, & ſententia ualida : quoniam regulariter decretum interponitur ſuper cauſa non diſcuſſa, unde ea apparente falſa : qa ceſſat cauſa finalis decretũ remanet nullum: argu.cap.cum ceſſante.de appellatio.ſententia uerò regulariter fertur ſuper cauſa iam diſcuſſa quæ per legem fingitur uera, ideò ualet. ſi tamẽ ſententia eſſet lata ſuper cauſa non diſcuſſa, uel reuocabili, tunc & ipſa redderetur nulla ſaltẽ facta reuocatione in futurum: quia lex non fingeret eam eſſe ueram, & ſi decretum fuerit latum ex falſa cauſa iam diſcuſſa quòd tranſiuerit in rem iudicatam, adhuc erit ualidum ſicut ſententia per illã rationem: quia nõ poteſt dici amplius ꝙ cauſa ſit falſa, cum lex fingat eam eſſe ueram, d.l.res iudica.de reg.iur.cum materia, & ideò per te poteris inferre ad infinitas ampliationes, & limitationes in practica occurrentes.

57 Quarta eſt concluſio Bar† quòd ubicunq; decretum eſt latum ex cauſa uera pro parte actoris: ſed ex cauſa falſa pro parte conuenti. uel rei ꝙ decretum ualebit, & exemplum ponit quãdo creditor uerus petit executionem fieri in bonis debitoris: qui tamẽ habet propria bona, & etiã apud ſe retinet bona aliena, uel iure cõmodati ſeu depoſiti, uel tanquã tutor uel credẽs ſe eſſe hæredẽ, & ex alia ſimili cauſa, & executio facta fuit in bonis alienis apud ipſum repertis in præiudiciũ extranei domini: nã tunc decretũ ualebit per tex.in l.à diuo Pio. § ſi ſuper rebus.inf. de re iudi.qui dicit ꝙ ſi hoc fuerit oppoſitũ iudex ſummariè cognoſcet, & poterit dimittere : tamen ſi procedet complendo executionẽ non præiudicabit ipſi domino quantum ad rei uendicationem: tamen acquiret titulũ iudicati per quẽ poterit uſucapere contra dominũ: ergo decretũ eſt ualidũ: quia non poſſet iuſtè poſsidere neq; uſucapere ſi decretum eſſet nullum, per ea, quæ dicta fuere in prima concluſione, & etiã in tertia. Addit tamẽ Bar. ꝙ ille tertius habet duo remedia, unum ſummariũ corã eo.iudice ſi comparebit poſt primum decretum, antequã interponatur ſecundũ, & idem poterit reuocare ſummariè, d.§.ſi ſuper rebus ſed ſi eſſet latum ſecundum decretum, tunc non poſſet amplius petere retractationem coram illo iudice procedendo ſummariè: quia functus eſt officio ſuo, & decretũ tranſiuit in rem iudicatam. unde ſolum ſibi remanebit ſecundũ remedium ut agat rei uendicatio.coram iudice ordinario, petendo ſibi reſtitui eã ex iudicio ordinario, ut dicit tex. in d. l.à diuo Pio.§.ſi poſt addictũ, & probatur in l.ſi quis emptionis §. ſed & ſi quis.C.de præſcriptio.30.uel 40.annor. Et idem dicit procedere in actione reali ſi quis peteret à poſsidente fundũ qui eſſet tertii, & ille poſsidens reus conuentus fuiſſet contumax, & fieret miſsio in poſſeſsionẽ ex primo decreto. nam ille tertius poſſet comparere, & petere reuocari ſummariè decretum, comparendo antequàm eſſet interpoſitum ſecundum: ſed ſi eſſet interpoſitum ſecundum decretum, nullum remedium haberet coram illo iudice: ſed ſolum coram iudice ordinario poſſet agere rei uendicatione, dicto.§.ſed & ſi quis. & habetur in d. §. ſi poſt addictum. & hæc uera ſunt: quando extraneus ille tertius non poſsidebet: ſed erat debitor, uel reus conuentus qui poſsidebat. ſed ſi eueniſſet quòd ille tertius poſſideret ciuiliter : quoniam, & abſens poteſt poſſidere, & retinere poſſeſſionem. l. clam poſſidere. qui ad nundinas. & l. ſi id quod. §. fin. in hoc titulo noſtro. uel etiam poſſet habere naturalem, ut ſi eſt uſufructuarius, uel emphyteuta abſens qui retinet animo ſuam poſſeſſionem naturalem, ut uidimus in lege prima. ſupra eodem. ſi modo iudex creditorem miſerit in poſſeſſionem iſtius rei à tertio poſſeſſæ tanquàm fuerit ipſius rei conuenti, an priuetur poſſeſſione ſua ex primo, uel ſecundo decreto, Bartolus hoc non dicit, & ſe remittit ad no. per eum in lege peregrè. §. quibus. infra eod. in fi. uerbis. ubi dixit quòd ſi colonus fuit conuentus, & ipſe comparuit non nominando dominum in iudicio, & fuit condemnatus, & facta eſt executio an noceat domino

& allegat Inno. in cap.quoniam frequenter,circa finem extra ut lite non conteſtata tenentem quòd non. ipſe tamen uidetur dubitare, & irreſolutus reſidet. Alex. tamen ibi plenius examinat, ſecundum quæ dicta poterit cognoſci. an etiam domino competat aliquod interdictũ ad recuperandam poſſeſſionem ſuam.Item poſteà etiam addit an ingrediens poſſeſſionem ex decreto nullo incidat in pœnam legis meminerint.& determinat quòd ſic ſequendo gloſ.iu l. ſi quis in tantam.C. unde ui ut hic per eum.

58 Sed quantum ad principalem concluſionem dum determinat quòd decretum erit ualidum quãdo iniuſtitia eſt ex parte conuenti,& ex parte rei duo ponit dicta ſeparata breuibus uerbis, quę tamen habent diſcuſſionem ſeparatam,unũ eſt quando iniuſtitia eſt ex parte ipſius rei conuenti,& in perſona ipſius,aliud eſt quando iniuſta eſt ex parte rei in quam eſt facta miſſio in poſſeſſionem,& Bar.hic tantummodo proſequitur hoc ſecundum dictum:quia debitor erat uerus, & iniuſtitia fuit circa rem in quam fuit facta miſſio quæ erat extranei non debitoris, de quo dicto non eſt diſputandum de exemplis: quia exemplum ſuum bonum eſt, & multa alia ſimilia in practica quotidie contingentia.unde ſolum in eo oportet diſcutere de ueritate: ſed primum dictum quando iniuſtitia eſt ex parte rei conuenti in eius perſona nõ recipit aliquod exemplum bonum:neq; ipſe ponit,& cauſa difficultatis eſt:quia debitor,& creditor ſunt correlatiua,ut plenè habetur in l.j.in pe.& ſi.col.Barto.ff.ſi cert petat.unde non poteſt eſſe creditor quin ſit debitor,neque è contrariò,& ſi non eſt debitor neque etiam poteſt eſſe creditor,l. ſi. ff. de acceptilatio. ideò non poteſt eſſe iuſtitia ex parte creditoris,quin ſit ex parte debitoris, & iniuſtitia ex parte debitoris,quin etiam ſit in perſona creditoris.unde hoc dictum Bart. uidetur eſſe uanum, & ſine exemplis in practica. doctores tamen conantur ſaluare imaginando aliqua exempla contingentia.

Primum exemplum eſt poſitum per Areti. in creditore cuius debitor poterat opponere compenſationem: nam iuſtitia eſt ex parte creditoris, ſed iniuſtitia eſt ex parte debitoris qui opponendo compenſationem poteſt ſe liberare à debito.unde ea non oppoſita decretum ualebit ſecundum Bal. in l. ſi conſtat. C. de compenſatio.Sozi. tamen hic repræhendit: quia non læditur ius ipſius debitoris:quia ſi debita compenſantur quando partes opponunt exceptionem, & altera earum uolente,d.l.ſi conſtat.ergo non eſt iniuſtitia reſpectu rei qui eam nõ oppoſuit. Vnde dicit Bal.quòd decretum ualet:quia obligatio non patitur uitium ab intra.neque ab extra.Igitur ſi ex nulla parte eſt uitium decretum non poteſt dici iniuſtum, & hoc etiam mihi placet:quia damnum quòd habet reus,habet ex ſua cauſa non per iniuſtitiam iudicis,& ſi non eſt facta compenſatio remanet ſuum debitum integrum, quòd poſteà exigere poterit.

Secundum exemplum ponebat Paul.de Caſt. in caſu contrariò: quando iudex pronuntiaſſet non eſſe interponendum decretum, tunc enim talis pronuntiatio ualeret quàmuis eſſet iniuſtitia ex parte rei conuenti: quia fuiſſet quodammodo iniquè abſolutus à tali miſſione in poſſeſſionem de iure fienda, quòd ſatis uidetur cõfirmari ſecundum Sozi. per regulam cum ſint partium.de reg. iur. in 6. & l. cum prætor. §. Marcellus. ſupra de iudiciis. ſed poſteà ipſemet repræhendit:quia talis pronuntiatio ex falſa cauſa uidetur eſſe nulla,per l.j.C.ſi ex fal.allegationib.& l.uerum.§.ex facto.ff. de minoribus quoniam tunc eſſet pronuntiatum ſuper exceptione rei, quo caſu efficeretur actor,l.j. ff.de exceptio.& debet eſſe æqualitas argum. no. in le. prima. C. ſi ex falſ. allegationib. & d. l.uerum. §. ex facto.

Tertium eſt exemplum Pauli de Caſtro quod primo refert Sozi. ut intelligatur dictum Bart. de iniuſtitia in genere: quia creditor ſit uerus creditor,tamen non ſit creditor Titii in cuius bona ſit facta miſſio:ſed quia non comparuit allegando ſe non eſſe debitorem in contumaciã ſuam,facta fuit miſſio in eius bona, & damnum cauſauit ſibi ſua culpa,regula damnum. de reg. iur. in 6. & ideò decretum ualet, & per conſequens reſpectu Titii eſt iniuſtitia, ſed reſpectu ſui eſt iuſtitia:quia ſibi debetur.unde decretum licèt iniquum ualebit contra Titium,& hoc dicit eſſe uerum exemplum ex mente Bartoli.

Quàmuis Sozi. uideatur dubitare quòd ità intellexerit Bar. & uerè fuit eius mens: tamen poſteà obſtat ei quod ſupra poſitum fuit: quia negari non poteſt quin exiſtente iniuſtitia ex parte rei, etiam non ſit ex parte actoris,& quin iniquè ipſe reus moleſtetur, & actor iniquè teneat rem Titii. unde poſteà leges uolunt quòd decretum reuocetur. dicto §. ſi ſuper rebus. & dicto. §. ſi addictum. 59

Quartum eſt exemplum ſecundum Sozin. in uerſi. potes. de leg. ſi finita. §. ſi forte. ſupra de dam. infect. ubi decretum latum contra abſentem cauſa reipublicæ licèt ſit iniquum ualet, licèt poſſit reſtitui in integrum,& ibi no. gloſſ. in ſpecie. ſed in contrarium facit: quia uerè ille non fuit contumax,& falsò dicebatur eſſe contumax: ergo debebat eſſe nullum propter falſam contumaciam allegatam.

Præterea poteſt dici quòd propriè non eſt contumacia, cum non requiratur latitatio, ſufficit enim quòd non compareat, ideò nimirum ſi ualet, cum potius debeat dici rigoroſum quã iniquum.

Quintum eſt exemplum: quando debitor erat uerus debitor, & creditor uerus creditor: tamen miſſio in poſſeſſionem non fuit facta in bonis debitoris: ſed in bonis cuiuſdam tertii, quæ forſan erant apud ipſum debitorem. ſed hoc exemplum non eſt bonum: quia reſpicit ſecun-

cundum dictum Bart. ut ſupra dixi.

Sextum exemplum uidetur poöere Sozi. in ſecunda lectura qui primò uidetur di[illegible]oguere, poſteà dicit exemplũ eſſe quoniam miſſio erat fienda pro debito in centum, & facta fuit pro centum uiginti, & quamuis offendatur reus tamẽ decretum ualet, & poterit repetere uiginti per, no. per Bal. io l. fi. C. de iure domi. impetrand. ubi etiam dicit poſſe exemplum figurari: quando reus allegauit falſam cauſam in exceptiooe & fuit abſolutus. Nam adhuc ualebit decretum quamuis ſit iniquum. quòd etiam ſupra reprobatum fuit: quia tunc reus efficitur actor, & in effectu uidetur quòd ſit ioiuſtitia ex parte actoris, quo caſu decretum ualebit: quia latum fuit ſuper cauſa diſcuſſa quãuis falſa.

59 Et propterea apparet quòd † nullum bonum exemplum poteſt reperiri; nec etiam ratio differentiæ bona. unde in hoc caſu oportet quòd dictum Bar. conſideretur quòd actor habeat ius in genere: quia creditor, non autem faciendo correlationem ad debitorem, & ubicunquè proceditur contra reum ex aliqua cauſa iniuſta tunc decretum ualeat, conſiderato quòd io genere iuſta eſt cauſa io creditore, licèt in ſpecie ſit iniuſtitia. ideò ad argumentum ſupra factum reſpondetur quòd illud procedit cooſiderando idem debitum in ſpecie, cum ſi ſit iuſtum ex parte creditoris, neceſſariò eſt iuſtum ex parte debitoris, & è contrario. Sed conſideraodo iuſtitiam in genere, & creditum in genere, multa exempla poſſunt reperiri: quoniam ſi damus aliquem eſſe uerum creditorem: tameu procedatur contra eum qui non eſt debitor, erit iniuſtitia reſpectu debitoris in illo caſu præciſo: ſed iuſtitia ex parte creditoris in genere: ſed ſi conſiderares illum actum in ſpecie reſpectu utriuſquè, tunc neceſſarium eſt iniuſtitia etiam eſt parte utriuſquè ma cum hac diuerſitate conſiderationis poteſt ſaluari Bar. quæ ſaluatio eſt etiam neceſſaria in exemplis ſecundi dicti, quando fit miſſio in re non debitoris: nam licet ſit iuſtitia io ipſo creditore & debitore, tamen eſt iniuſtitia ex parte debitoris putatiui, in cuius bonis fuit facta miſſio, & conſiderando hanc ſpecialem iniuſtitiam neceſſariò erit etiam iniuſtitia in creditore, cum iniquum ſit quòd creditor faciat executiooem in bonis non debitoris, & ipſe nullum ius habet in bonis alienis. & propterea èſt neceſſarium ut ſaluetur Bar. in utroquè dicto quòd fiat conſideratio diuerſis reſpectibus io perſona creditoris in genere, & io perſona debitoris in ſpecie, qua facta in utroquè dicto poterunt reperiri multa exempla. ſed ſolùm remaoebit difficultas quare ſit quòd hoc decretum ſit ualidum non obſtante iniuſtitia debitoris, & illa non ſit habilis ad annullandum decretum. unde Paul. de Caſt. aſſignabat rationem quòd iniuſtitia ex parte rei non habet tantam potentiam ſicut in perſona creditoris, cum creditum ſit cauſa finalis mouendi iudicem, qua ceſſante ceſſat ipſum decretum, dicto cap. cum ceſſante. perſona uerò debitoris uel bona, non ſunt ita cauſa finalis: ſed ueniunt in quandam conſequentiam. Sicut in ſimili dicimus quòd dolus ex parte actoris annullat tranſactiooem, ex parte uerò rei noo anoulat, ut habetur in l. ſub prætextu. la prima. C. de tranſact. & uideotur tranſire hic docto. & & ſatis poteſt procedere. ſed de ueritate melius patebit infra.

60 Quiota eſt concluſio † quòd quando decretum eſt iniuſtum ex parte rei, ualet & præiudicat ipſi principali debitori, & tertio qui non eſt debitor in re occupata uirtute decreti, taliter quòd creditor miſſus iuſtè poſſidet, & habet iuſtum titulum, & uſucapiendi conditionem per tex. in dicto. §. ſi ſuper rebus, & dicto §. ſi poſt addictum, & clarius in l. ſi finita. §. Iulianus. & §. ſi de uectigalibus, & l. prætoris officium. ſupra de damo. infect. Sed Cuma. dicebat hanc eſſe truſam. & implicare contradictionem: quoniam ipſe tertius non citatus non debet priuari poſſeſſione, l. fi. C. ſi per uim uel alio modo, & ſi priuetur eſt uiolentus poſſeſſor & competit remedium l. meminerint. C. unde ui. ergo non poteſt iuſtè poſſidere: nec habet iuſtum tituluoı poſſidendi uel uſucapiendi. ideò dicebat quòd tertius non priuatur poſſeſſione ut uolebat Inno. in dicto cap. quoniam frequenter. §. quòd ſi ſuper. ut lite non conteſtata, & Bar. magis reſolutus in l. ij. C. ubi in rem actio, & Anchar. conſ. 170. in primo dubio, & Alex. latè in l. peregrè. §. quibus. infra eodem. Igitur ſi non priuatur poſſeſſione decretum miſſionis eſt oullum, & ille qui mittitur in poſſeſſionem non poteſt habere iuſtum titulum nequè uſucapiendi conditionem, cum ſaltem ciuilem non acquirat, & ſi acquireret eſſet uiolenta, & priuandus ueniret per dictam l. meminerint.

Ad tollendum illud contrarium laboraueruo hic omnes docto. & Sozi. hic in quiota & ſexta concluſione, & primò negat Bar. uelle quòd tertius priuetur poſſeſſione, cum ipſe dubitat & ſe remutat ad dictum. §. quibus, & ibi etiam dubitat.

Similiter negant Bar. præſupponere quòd tertius poſſideret poſteà dicit dato quòd tertius poſſideret, & decretum tum non priuaret ſua poſſeſſione, nihilominus poteſt operari multum, cum poſſit contingere quòd fundus eſſet ueri debitoris & poſſideretur à tertio; quo caſu miſſio operatur acquiſitiooem dominij licèt non poſſeſſioois, per tex. io l. ſi fundum. cum glo. ff. de fund. dotali ut dictum fuit in rub. ſupra eodem. ſecuodò poteſt operari acquiſitionem poſſeſſionis, ſi tertius per negligentiam ammitteret: arg. l. de eo. §. finali. infra eodem, & per Abb. in dicto cap. quòd ſi

ſuper. Tertiò poteſt operari uſucapionem, ſi forſan ex aliqua cauſa iuſta acquireretur ipſa poſleſsio illi inmiſſo, & ſic haberet plures titulos præſcribendi, dicta l. 3. §. ex pluribus. ſupra eodem. & uolui Bal. in dicta l. ij. C. ubi in rem actio.

61 Quare † remanet ꝙ opinio Bar. poteſt procedere ut ille acquirat iuſtum titulum, & iuſtam cauſam præſcribendi; quàmuis tertius non priuetur poſſeſſione immediate per miſſionem in poſſeſſionem, & ſic obiecta non ſtringunt ut faciant quòd decretum non ualeat, & miſſus non præſcribat iuſtè in terminis habilibus poſſidendi, & fortius opinio Bar. procedit præſupponendo quòd ille tertius non poſſidebat: ſed uerus debitor. nam tunc pleniſſimum poteſt operari effectum dictum decretum iuxta tex. in dicto. §. ſi ſuper rebus. & in dicto. §. ſi poſt addictum. qui uidentur loqui in iſtis terminis. Item poteſt operari effectum retentionis poſſeſſionis ſolius naturalis, ſi forſam eam debitor habebat, & miſſus iuſtè retinebit. itá quòd conuentus interdicto retinendæ á tertio, non tenebitur eam reſtituere: quia non ui: nec clam: nec precario ab ipſo tertio dicitur habere, & iuſtè poſſidet, l. j. & l. ſi duo in princip. infra. uti poſſid.

Subdit poſteà idem Sozi. in 6. concluſione non eſſe abſurdum quòd tertius priuetur poſſeſsione, ſi forsã ille tertius ex aliqua cauſa comparebat in lite, uel poſt miſsionem ex primo decreto comparuit, & habita fuit ſummaria cauſæ cognitio, & non obſtantibus ſuis allegationibus facta fuit miſsio: nam hoc caſu priuabitur poſſeſsione per decretum: nec erit inconueniens cum ipſe fuerit citatus, unde decretum habet ordinem iuris & ſolennitatem, & ualebit in præiudicium ueri debitoris, & illius tertij, ut miſſus habeat uſucapiendi conditionem, ut in dicto. § ſi ſuper rebus. Et quòd tunc priuetur tertius poſſeſsione tenuit Inno. in dicto. §. ſi ſuper, & Bal. in l. ij. C. ubi in rem actio, & ſequitur hic Iaſ. & permittit Claudius. Ego autem puto latius diſtinguendum. Aut fit miſsio ex primo decreto, aut ex ſecundo, & quando miſſus fuit ex ſecundo, & tunc, Aut uerus debitor plenè poſſidet, aut detinet. Aut nec poſſidet, nec detinet, ſed tertius plenè poſſidet. primo caſu: quando fit miſſio ex primo decreto tã tum in diſtinctè decretum ualet: quia tertius non priuatur poſſeſſione, & ut dictum fuit ſupra, iniuſtitia ex parte rei cõuenti non impedit decretum ualere, & tertius non priuatur poſſeſſione, cum miſſus habeat ſolam cuſtodiam, l. cũ ex legati cauſa. ff. ex quibus cauſ. in poſſeſſio. eatur. quæ cuſtodia non impedit poſſeſsionem, l. ij. infra pro emptore, & cum ſit parui præiudicij ualet ex iudicio agitato cum uero creditore, per quod apparet quòd iudex motus fuit ex iuſta cauſa quamuis non uera. ideò tertius debet comparere in iudicio allegans ſuam poſſeſsionem, & petere illam reuocari, & decretum annullari, quo comparente ſummatim cognoſcetur de iure ſuo, & reuocabitur tenuta uel confirmabitur, & ſi reuocabitur habebit intentum, ſi confirmabitur appellabit, & probabit de iure ſuo ut reuocetur, dicto. §. ſi ſuper rebus. ideò hoc caſu ſine dubio procedit opinio Bar.

Secundus caſus eſt: quando reus uerus debitor plenè poſſidet, & tunc decretum etiam eſt ualidum: quia non tractatur de priuando aliquem poſſeſsione: ſed tantummodo de præiudicio ipſius rei uel condemnati, uel contumacis. unde miſsio ex primo decreto omninò ualebit, & èo non comparente etiam ex ſecundo decreto ut acquirat miſſus iuſtum titulum poſſidendi, & uſucapiendi conditionem, dicto. §. ſi ſuper rebus. ibi, quantũ ad uſucapionẽ, & d. §. Iulianus, & §. ſi de uectigalibus, & l. prætoris officium. de damn. inſect. quæ non haberent exemplum bonum, ſi iſte caſus non eſſet uerus. ideò in eo etiam concluſio Bar. de iure procedit, & tertius poterit comparere in iudicio ordinario, & allegare ius ſuum, & petere reuocationem ſecundum formam poſitam in dicto. §. ſi poſt ad dictum, & facit tex. in l. generaliter. §. fi. ſupra de noxali. & l. ij. §. fi. ſupra ſi ex noxali cauſa aga.

62 Tertius caſus eſt † quando debitor uerus detinet rem in quam facta fuit miſsio, & alius eam poſſidet naturaliter & ciuiliter, ut quia eſt commodatarius, uel colonus, uel etiam ſi debitor detinet naturaliter & dominus ciuiliter, & tunc ſi detinet auctoritate iudicis: quia forſam habet cauſam allegatam, uel iure creditoris ex uirtute l. Fulcinius. ex quib. cauſ. in poſſ. eat. uel ex cauſa legatorum, uel alia ſimili iudiciaria cauſa, & tunc miſsio ex primo decreto neceſſario ualebit. Item miſſio ex ſecundo ualebit quantum ad hoc ut ille miſſus ponatur in locum & in iure ueri debitoris detinentis, & ipſe tanquàm iuſtus ſucceſſor illius ueri debitoris petat ſecundum decretum contra illum tertium debitorem debitoris: arg. l. ſi prædium. & l. ſi ob cauſam. C. de euictioni. quia factum iudicis eſt factum partis, l. j. C. ſi in cauſam iudicati, & inter creditores datur acceſſio; arg. l. Pomponius. §. ſi iuſſu. infra eodem. ſed ſi detinet tanquàm colonus, commodatarius, uel alieno nomine, tunc ſeruari debet dicto cap. quoniam frequenter. §. quòd ſi ſuper rebus, ut detinens nominet dominum infra certum tempus, & amplius non moleſtabitur, & ille dominus uocabitur tribus edictis, & ſi non comparet fit miſſio ex primo decreto, & poſteà ex ſecundo reſeruato iure ſuper cauſa principali, ut dicitur in dicto. §. quòd ſi ſuper rebus, & ibi glo. in uerbo reſſeruatam, quæ uolunt quòd priuetur poſſeſsione: quia multum delinquit cum fuerit monitus, & ſic decretum ualet quòd priuetur poſſeſſione, & iuſtè poſsidet, &

det, & ceſſat inconueniens quòd priuetur abſens poſleſsione, & quòd ingrediens ſit uiolentus poſſeſſor, dicta l. meminerior. ſinautem uerus debitor poſſidet naturaliter, & miſſio ex primo decreto omni modo ualebit, cum miſſus ſolum ſit in poſſeſsione, & adhuc non poſſideat, dicta l. cum ex legati cauſa, & ſi poſteà interpoonatur ſecundum decretum adhuc ualebit ut miſſus acquirat poſſeſsionem naturalem & iuſtum titulum poſsidendi, atque etiam uſucapiendi, ſi forſam tertius fuerit negligens in poſſeſsione, uel aliter priuetur, ut l. furtum §. primo infra de uſucapionibus, quo caſu illa ciuilis accreſcit habenti naturalem, l. quod ſi nolit. cum glo. ſupra eodem. ideò per decem annos acquiritur poſſeſſio ciuilis, per alios decem annos poterit uſucapere, & habere dominium, & ſolùm reſſeruatur ipſi domino poteſtas comparendi in primo decreto, ſi ei placet per ſummariam cognitionem, poſteà uerò remanebit tantummodo rei uendicatio corã iudice ordinario, dicto. §. ſi poſt ad dictum. Interdictum recuperandæ uel adipiſcendæ ei competet: quia miſſus habet iuſtam cauſam poſsidendi: nequè interdictum retinendæ: quia nec ui nec clam nec precario ab eo poſsidet, dicta l. j. & l. ſi duo. infra uti poſsid.

63 Quartus caſus eſt † quando uerus debitor nec poſsidet nec detinet, & creditor fuit miſſus in poſſeſsionem ex primo, & poſteà ex ſecundo decreto abſente poſſeſſore, & non citato: ſed facta fuit miſſio: quia credebatur quòd res eſſet ueri debitoris, & tunc ſi uerus debitor ex confeſſo erat dominus, licèt non poſſideret miſſio ex primo decreto ſine dubio ualebit: quia nullam poſſeſsionem acquirit, & ſi ex ſecundo ualebit quantum ad effectum acquirendi dominium ipſi creditori agenti, & poſſeſſor non priuabitur poſſeſsione ſua, & iure alio ſi habet, iuxta legem ſi fundum. ff. de fund. dotali, & recognoſcet miſſum ſicut recognoſcebat debitorem: arg. dictæ l. ſi finita. §. ſi de uectigalibus. ff. de damn. infect. & l. cum ſponſus. §. ſi de uectigalibus. ff. de publicia act. & tenet hic Sozi. dum allegat dictam l. ſi fundom. ff. de fund. dotali. licèt non bene explicet. Si uerò uerus debitor non eſt dominus, nec aliud ius habens & tunc tale decretum non præiudicat abſenti poſſidenti: nec miſſus aliquid conſequetur ut per Inno. in dicto cap. quoniam frequenter. §. quod ſi ſuper rebus, & per Alex. in l. peregrè. §. quibus, inp. eodem. & no. in l. ij. C. ubi in rem actio. cum ſimilibus, & hoc ſolo caſu procedit opinio Cumani ſupra relata.

Poteſt tamen dubitari an decretum ualeat, & Sozi. hic ex mente Bar. tenet quòd ſic, & poterit prodeſſe ad uſucapionem ſi poſſeſsio poſteà deueniet ad eum, uel per negligentiam domini: arg. dictæ l. furtum. §. fi. infra de uſucapioni. & l. de eo. §. fi. infra eodem. uel ex alia cauſa, & arg. l. 3. §. ex pluribus, ſupra eodem quod ſatis poteſt procedere, quoniam decretum habet fundamentum aliquod ueritatis, cum creditor ex iuſta cauſa diceret ſe creditorem, & iudex pro executione illius iuris interpoſuerit decretum, & poſſeſſio uacans poteſt ei acquiri propter occupationem factam ex primo, & ſecundo decreto: arg. dictæ l. quod ſi nolit. ſupra eodem.

64 Ex quibus † habemus lemitationes aliquas ad dictam concluſionem poſitam hic per Bar. quòd decretum latum ex falſa cauſa ſit nullum: quoniam procedit quando erat falſa cauſa ex allegatione actoris: ſecus autem quando iniuſtitia eſt ex parte rei conuenti in eius perſona uel in re, in quam facta fuit miſsio, & actor eſt uerus creditor ſecundum declarationem ſupra poſitam.

Secundò limitatur non procedere quando decretum fuit latum litè conteſtata partibus præſentibus, & non appellantibus, quoniam indiſtinctè ualebit etiam quòd iniuſtitia ſit ex allegatione actoris: quia dicitur decretum tranſire in diffinitiuam ſententiam, ut per Cy. in l. conſentaneum. C. quomodo, & quando iudex. & Sozi. in tertia concluſi. & Plumbinum in l. qui agnitis. de exceptio. cum ſimilibus allegatis hic per Alex. nu. 18. quæ limitatio probatur ex ratione quam ſupra poſui: quia fertur ſuper cauſa diſcuſſa. poteſt tamen melius exemplificari in reſtitutione in integrum in qua fertur decretum lite conteſtata, ut per Bar. in l. j. ff. de iuriſdictio. omnium iudicum. col. iiij. & in caſu l. j. C. ſi aduerſ. liberta.

Tertiò limitatur non procedere: quando falſitas allegata per actorem committitur declarationi iudicis: quoniam tunc ualebit decretum, ut per Bar. in l. is cui bonis. ff. de uerbo. obligatio. & Sozi. & Alex. hic uerſi. iiij. fallit. diſtinguendo tamen & declarando ut ſupra dixi.

Quartò limitatur non procedere quando decretum fuit interpoſitum ex motuproprio iudicis, ut no. per Bar. in l. ſi tutor. petitus. ſupra de cur. dat. ab his cum ſimilib. coniuncta l. ſi ut proponis. C. de confirmand. tuto. & ego ſupra firmaui per rationem adductam. Sozi. tamen dicit illam legem non probare: quia in dicta l. cum proponas. tutor datus fuit non habenti tutorem pleno iure. unde non uidetur falſa allegatio quòd non haberet tutorem, & ſuccedit regula non præſtat impedimentum: de reg. iur. in 6. ſubdit poſteà ipſe ſaluando limitationem quòd in dicta l. ſi ut proponis. neceſſario datus fuit tutor ex proprio motu iudicis, cum ſibi fuiſſet facta petitio per partem fuiſſet obreptio dicendo quòd non habebat tutorem, & ſi fuiſſet expreſſum, forſam iudex confirmaſſet illum arg. l. j. ff. de confirmand. tuto. & ſic uerus eſt intellectus quòd fuit datus motuproprio iudicis placet tamen quòd ibi non fuiſſet narratum falſum etiam ſi dictum

fuiſſet non habere tutorem, cum nulla eſſet datio, licèt poſſet confirmari: arg. l.iiii. §.condemnatum. ff. de re iudica. ideò ſolutio illarum legum uidetur eſſe quòd in l. ſi tutor petitus, repugnabat lex, & in l. ſi ut proponis. non reſiſtebat quin poſſit ei dari, & de motu proprio nullum ſit uerbum, & raro poteſt euenire quòd iudex det tutorem pupillo nomine petente. ſubdit poſteà Sozi. quòd in dicta l. ſi tutor petitus. probatur decretum latum ex falſa cauſa eſſe nullum, etiam quòd potuiſſet allegari cauſa uera cum ibi potuiſſet dari alius tutor, allegando quòd uerus tutor erat abſens, quòd confirmat: etiam quia ſententia lata ex cauſa erronea non confirmatur, quamuis potuiſſet allegari cauſa uera, ſecundum Inno. & docto. in cap. in præſentia. de renuntiatio, & in cap. ſicut. de re iudicata. ſed ſi duæ cauſæ eſſent allegatæ, quarũ una eſſet uera & alia falſa, decretũ ſuſtinetur ex cauſa uera. ut per eundem in dicto cap. in præſentia. quòd dictum eſt legiſtis incognitum ſecundum Alex. hic nu. 24. & erit limitatio alia ut decretum ex falſa cauſa ualeat, ſi alia uera etiam fuit allegata.

65 Quintò limitatur † non procedere quando decretum fuit latum inter conſentientes: quia licèt ſit falſa cauſa decretum ualebit, de quo etiam ſupra dixi. Sozi. uerò inquit quòd ille tex. non probat limitationem eo modo quo allegatur, cum ibi non apparebat dominum ſciuiſſe eum non eſſe ingenuum, & ſic non fuit conſenſus, l. ſi per errorem. ff. de iuriſdictio. omnium iudicum. Item alias inter conſentientes decretum ex falſa cauſa latum non ualet, l. ſi præſes. C. ubi decreto opus non eſt; & l. magis puto. §. maner. ff. de rebus eorum, & l. cum hi. §. ſi prætor. ff. de tranſactio. unde ipſe dicit ibi probari aliam limitationem, quòd error in qualitate perſonæ non reddit decretum nullum, & ibi ſolum fuit error in qualitate perſonæ, per tex. in l. eos, ſupra de tutelis, quem allegat Bar. in dicta l. ſi tutor petitus. & mihi placet, & conuenit ſupra dictis.

66 Sexto † limitatur dicta concluſio non procedere: quando decretum latum ex falſa cauſa erat interpoſitum pro executione ſententiæ. quam limitationem ego ſupra comprobaui, & licèt Alex. uelit oppugnari, tamen ex præcedentibus demonſtrauit quòd illam omnino tenet, & ſuas oppugnationes optimè tollit hic Sozi. & eſt notabilior & magis practicabilis quàm aliqua alia, & omnino tenenda, & ex ea infertur idem eſſe in executione inſtrumenti guarentigiati; ſi ex forma ſtatuti habet executionem paratam, ut per Bar. in l. 1. C. de ſententijs in princip. & in l. non fatetur. ff. de confeſſ. & l. interdum. §. finali infra eodem, ut decretum pro executione ſit ualidum, quàmuis cauſa allegata & ſcripta in inſtrumento ſit falſa: dummodo inſtrumentum ualeat, & alias guarentigia ſit ualida; ſecus autem ſi alia falſa cauſa exprimeretur non poſita in inſtrumento: quia tunc non ualeret decretum, & ceſſaret ratio limitationis.

Item infertur ad alium caſum quando ex forma ſtatuti nulla exceptio poteſt opponi contra inſtrumentum. Sed dicitur quòd ſoluat & repetat ſecundum declarationem Bar. in l. j. §. & parui. ff. quod ui aut clam. tunc decretum latum ex illa falſa cauſa ualebit, & poſteà facta ſolutione licebit repetere demonſtrando falſam cauſam: quia primò illa cauſa habebatur pro uera propter ſtatutum: arg. l. res iudicata. ff. de reg. iur. & ſi quis iuraſſet ſoluere uſuras, quo caſu debet ſoluere & repetere. cap. debitores. de iureiurand. ſi interponatur decretum pro ſolutione uſurarum ualeret, & teneretur ſoluere, & poſteà repetere.

67 Septimò limitatur † non procedere quando decretum interpoſitum ex falſa cauſa dicitur interpoſitum: quia iudex credebat dolum non fuiſſet in contractu, & tamen in ueritate dolus fuit cauſa contractus iux. legem eleganter. ff. de dolo. tamen hic error non reddet decretum ipſo iure nullum, ut per Bal. in l. ij. C. de fideiuſſo minorum. quia opus eſt reſtitutione in integrum: ergo non eſt nullus contractus: quia ſi eſſet nullus non indigeret reſtitutione l. in cauſæ la. ij. in principio. ff. de mino. & ſequitur hic Alex. nu. 25.

Ex cuius uerbis infertur, quòd debet diſtingui ſecundum formam poſitam in dicta l. eleganter. an contractus dicatur ipſo iure nullus nam ſi erit nullus limitatio non erit uera, ſin autem contractus non erit nullus tunc limitatio procedet.

68 Octauo limitatur † non procedere ſecundum Paulum de Caſtro hic: quando ille contra quem interpoſitum fuit decretum non allegaret illam falſitatem uel iniuſtitiam uel ſi allegaret non probaret: quia decretum transfert onus probandi in aduerſarium, & dicit colligi ex mente docto. & confirmat Alex. per dictum Spe. in titulo de emptio. & uenditione. §. nunc dicendum uerſi. hoc quoque. cum uerſi. ſequenti ubi dicit quòd decretũ iudicis operatur præſumptiuè omnia fuiſſe ſolenniter acta, & allegat l. ſciendum. infra de uerbo. oblig. cum concordantibus, de quo dicto facit mentionem Bal. in l. quæcunquè. §. ſi ſupra de publicia. actio. & l. quæcunquè. C. de bon. quæ lib. & l. cum hi. §. ſi prætor. ſupra de tranſactio. & in l. non aliter. ff. de adoptio. & l. ſi. C. de prædijs mino. Angelus no. in l. j. C. de fid. inſtrumento. & iur. haſtæ fiſca. lib. 10. qui conatur mordere dictum Speculatoris; tamen illud confirmat Alex. hic nu. 26. ut hic latius per eum quem teneas.

69 Nono † limitatur dicta concluſio non procedere: quando decretum eſſet latum ex cauſa partim uera & partim falſa: quia tunc ualet pro illa parte uera ſecundum Chriſtophorum de Caſtellione per tex. in l. ſi non ſortem. §. ſi

cen-

çentum. ff. de condictio. indcb. ubi ſoluit fundum ualoris ducentum, & transfertur dominium totius fundi: licèt poſſit repetere totum fundum ne incidat in communionem. Item ſi debens oleum ſoluit maiorem modum liberatur à uero debito, & ſuperfluum poteſt repetere, & ſoluens totum fundum debens eum pro medietate & tranſcrt dominium in totam, & liberatur à debito, & reliquum non debitum repetere poteſt: ergo etiam ſi miſſio facta fuit pro centum cum deberet quinquaginta, miſſio ualebit in totum, & liberabitur à debito, & poterit pro alia parte fieri repetitio, & hæc limitatio poteſt exemplificari in aliis limitationibus ſupra traditis.

70 Bar. tamen. in † dicto. §. ſi centum. tenuit contrarium quod imò decretum ſit nullum in totum per illum tex. qui dicit totum fundum repeti poſſe, & addit eſſe tenendum menti in dationibus inſolutum, in uerſi. tene menti. & Bal. ſequitur in l. certi condictio. §. quoniam. ff. ſi cer. peta. idem tenuit Florianus in l. in hoc iudicio. ff. famil. erciſcun. Roma. in l. 1. §. ſi ſtipulanti. infra de uerbo. obligatio. & in l. ſi is ad quem de acqui. hæredita. & Areti. hic allegat Cy. in l. conſentaneum. C. quomod. & qoand. iudex. qui dicebat decretum ad iudicationis pro maiori quantitate eſſe ipſo iure nullum, licèt ſententia ualeret. Et aduidnctionem Chriſtophori reſpondetur quòd ille tex. procedit in datione inſolutum quæ fit inter partes per uiam contractus: ſecus in adiudicatione, quæ fit ex decreto quòd ſui natura ex falſa cauſa redditur nullum: quia in actibus extraiudicialibus utile per inutile non uitiatur: ſecus in ſententia quæ eſt indiuidua, l. in hoc iudicio. ff. famil. erciſcundæ. & cum decretum ſit nullum pro parte, eſt etiam nullum in totum ex falſa cauſa, l. j. §. hæc uerba. ff. ne uis fiat ei. Et hoc modo reſpondetur etiam ad tex. in l. 1. §. ſi duæ res. ſupra quorum legato. quòd ibi erat actus præiudicialis, uel ibi cauſa erat uera in totum. Et pro iſta opinione Sozi. hic inducit dictum §. ſi centum, dum dicit illam dationem in ſolutum non tollere obligationē, & per conſequens eſt nulla, & licèt ibi transferatur dominium, illud nō procedit ex cauſa uera uel falſa: ſed quia tradens intendebat totam rem transferre in ſolutum, & falſitas illa non erat cauſa finalis: ſed intentio dationis erat cauſa proxima conſenſus ut transferat, & cum non eſſet error in conſenſu, non impeditur translatio, l. 3. §. ſubtilius. de conditio. conſ. da. & error cauſæ non uitiat translationem dominij, ſed cauſat condictionem indebiti, & ſequitur hic Claudius, & Roma. conſ. 454. col. 3. & Bal. conſ. 90. lib. primo qui dicit quòd ſi unus ex fratribus petat totum debitum cum pars debeatur decretum de toto erit nullum, niſi alii fratres ratificauerint, & hanc opinionem etiam ſequitur hic Iaſ. qui ex multis auctoritatibus, & alijs ſimilibus eam confirmat. & etiam mihi placet, & eſt multum notabilis in practica & quotidiana.

71 Limitatur tamen † non procedere per doct. hic: quando decretum haberet duas perſonas quibus fienda eſſet adiudicatio, & in uno eſſet cauſa uera, & in alio cauſa falſa: nam tunc ſi una res pro ſuo debito ad iudicata fuiſſet eodem decreto, tunc pro parte illius qui haberet iuſtam cauſam ualeret, pro alia uerò parte annullaretur: quia iudicium licèt ſit indiuiduum, l. in hoc iudicio. ſupra famil. erciſcend. tamen propter uarias perſonas recepit diuiſionem, l. non idcirco. ſupra de iudi. ubi iudicium contra plures perſonas intentatum recipit diuiſionem, ut uno abſente procedatur contra alios: ergo etiam hoc decretum pro parte poterit ualere, & pro parte non, & hanc limitationem ſequitur Alex. hic. nu. xxj. poſt Bal. in l. ordo. in penul. quæſtio. C. de executio. rei iudicatæ.

Sed tamen hæc limitatio non uidetur probari per dictam l. non idcirco, quia illa lex loquitur de iudicio generali quod intentatur contra tutores & faciliter recipit diuiſionem, l. licèt. C. de iudicijs: ſecus autem in iudicio particulari alicuius rei: quia alia eſt natura ut habetur in l. prima & ſecunda. C. de conſortibus eiuſdem litis. ubi apparet quòd per defectum unius non impeditur quin procedatur ſuper toto, & quo modo fiat procurator abſentis ibi declaratur.

Præterea obſtat ratio: quia iſte inuitus incidit in communionem de qua in dicto. §. ſi centum. Item quia poteſt afferre maximum præiudicium, cum ſi non fuiſſet cauſa expreſſa, fuiſſet facta miſſio in re minoris ualoris, & non fuiſſet priuatus re ſua magna, & cum illa incommoditate ut incideret in communionem. unde limitatio non uidetur uera, & ſolùm poſſet ſuſtineri quando non haberet debitor alia bona, quo caſu in dicta re erat fienda executio pro parte: tamen ad hoc obſtaret quòd iudicium eſt indiuiduum, & non uidetur ꝙ executio de tota re poſſit ualere pro parte.

Secundò etiam limitatur non procedere quando executio fuiſſet facta de fundo ualoris ducentum pro debito ualoris centum: tamen dictū fuiſſet quòd debitum erat ducentum, & propter hanc cauſam res ipſa uendita fuerit extranco pro executione ducentorum. Nam illa uenditio de tota re ualebit, licèt uerum debitum non ſit niſi pro medietate, ut uoluit Bal. in l. ſi. per illum tex. C. de iur. domi. impe. & Alex. hic ponit nu. 23. Quæ limitatio, ſatis poteſt procedere propter illam æquitatem ꝙ uenditio fuit facta extraneo, qui nullam culpam adhibuerat, cum iudicis auctoritate uenditio facta fuiſſet, & credidiſſet uerum eſſe quod continebatur in decreto, cum eſſet extraneus: tamen nō tollitur quin iſte patiatur damnum,

quòd pro paruo debito uendita ſit res magni ualoris. Nihilominus quia ipſe hoc uidir, & contra hanc ſalſam aſſertionem nihil allegauit, non uidetur quòd uenditio legitimè facta debear retractari, maximè: quia non incidit in communionem, cum pretium tantummodo ueniat ei reſtituendum pro illo pluri. Si tamen aliquod intereſſe prætenderet, ſolùm poſſet agere uel contra iudicem, uel contra ipſum creditorem.

Aliam & tertiam ponunt limitationem docto. quando in decreto pro eodem debito fuiſſent allegaræ duæ cauſæ pro executione fienda & una eſſet uera, & alia falſa. nam decretum illud ſuſtineretur pro cauſa uera, non conſiderata falſa canſa. Sicut uidemus quòd ſententia lata contra conſtitutiones eſt nulla. l. j. §. ſi contra ſacras, infra quæ ſententiæ ſine app. reſcind. & l. ij. C. quando prouo. non eſt neceſſe. Si tamen iudex expreſſit unam cauſam ueram & unam falſam contra leges ſuſtinebitur ſententia pro parte uera, ut uoluit Inno. in cap. in præſentia. de renuntiatione, arg. cap. abbate. de uerbo ſignificatio. & l. quoties in ſtipulationibus. ff. de uerbo. obligati. quod dictum comendatur in uarijs locis, & Imo. in l. ſi plagij. infra de uerbo. obligatio. dixit quòd hoc dictum eſt communiter Legiſtis incognitum & ſequitur Alex. in l. qui Romæ. §. duo fratres. infra de uerbo obligationi. ad quæ dicta ſe remittit, quam limitationem in propoſito puto ueram, ſi cauſa falſa inſolidum reſpiciebat totum creditum ſicut cauſa uera: quia tunc per falſam allegationem non augetur executio: ſed ſi reſpiceret partem crediti, ita quòd illud remaneret diminutum propter ſalſam cauſam, tunc eſſemus in regula ſupra formata, quòd executio pro illa parte non ualeret, & propterea, quia indiuiduum eſt decretum tota redderetur nulla.

72 Sed † tamen ultra docto. hic contra iſtam concluſionem communem uidetur eſſe tex. in dicto. §. ſi centum. in uerſi. idem Marcellus, & in uerſi. ſequenti. ubi dicitur quòd ſi creditum erat de decem modijs olei uel frumenti, & ſolutio fuit facta in uiginti, quòd ſolutio ualet pro uero debito, & extinguitur obligatio, & remanet tantummodo conditio indebiti ad repetendam aliam partem non debitam, & idem probatur in. §. ſequenti: quando aliquis emit partem fundi uel domus, & credens totam ad ſe pertinere ſoluit totum pretium. Nam liberatur ab obligatione pro parte ſibi debita, & ſolutio ualet, & pro alia parte cõpetit repetitio, & ſic apparet ꝙ ſolutio facta pro cauſa partim uera & partim falſa ſuſtinetur pro parte uera, & pro alia parte remanet nulla, & datur repetitio. Et ſi dicatur quòd ille tex. loquitur in ſolutione facta à parte ex uoluntate ſua, quæ potuit ſibi præiudicare, & in contractibus utile per in utile non uitiatur, leg. prima. §. ſi ſtipulanti, infra de uerbo. obligatio. ſecus autem in ſententijs & decretis quæ indiuidua ſunt, l. in hoc iudicio. ff. famil. erciſ. Reſpondetur quòd ille tex. eadem ratione nec probaret de decreto in prima parte, & cum docto. nelint argumentari de illo tex. in prima parte. eodem modo debet argumentum tenere de illo tex. in ſecunda, & tertia parte.

Nec obſtat quòd iudicium ſit indiuiduum: quia reſpectu quantitatis non reputabitur in diuiduum, ſicut habetur in l. iiij. in. §. Cato. & in l. ſtipulationes non diuiduntur. ff. de uerbo. obligatio. de ſtipulationibus indiuiduis quando deuenitur ad intereſſe quod ſui natura eſt diuiduum ut ibidem dicitur.

Nec obſtat l. quinta. §. fina. eodem tit. ubi promiſsio pecuniæ eſt in diuidua: quia reſpondetur hoc non eſſe propter naturam promiſsionis: ſed propter condicionem quæ indiuidua eſt ut ibidem dicitur.

Quare ego puto totam hanc concluſionem diſtinguendam eſſe ſecundum dictum. §. ut dicamus, quòd aut adiudicatio ſuit facta de re conſiſtente in pondere numero uel menſura, quæ diuiſionem ſine incõmoditate recipiunt, quòd decretum pro maiori quantitate factum ſuſtineatur pro parte uera tantum, & ualeat &, pro alia parte ſit nullum: quoniam ceſſant rationes impeditiuæ. Nam primò ceſſat quòd inducatur communio: quia in eis nulla cadit communio damnoſa: nec etiam ratio quòd decretum ſit in diuiduum urget: quia ut dictũ fuit ratione rei poteſt effici diuiduum, & confirmatur: quia quando adiudicauit pro centum uidetur etiam adiudicaſſe pro quinquaginta: quia in maiori ſumma in eſt minoru. & ſi quis ſoluit uiginti ſoluit etiam decem, & qui promittit uiginti promittit & decem, dicta l. prima. §. ſi ſtipulanti, & §. ſequenti. infra de uerbo, obligatio. unde uidetur decretum factum pro toto debito, & quod excedit poſteà remanet inutile, ſicut dicitur etiam ibi de ſtipulatione. & propterea concluſio docto. hic tantummodo poteſt procedere ubicunquè adiudicatio fieret de re continua, ut de domo, uel fundo, uel equo in quibus cadit communio, & militat ratio poſita in dicto. §. ſi centum, atque etiam in eo militat ratio quòd decretum uideatur eſſe in diuiduum, & tacitè docto. de iſto tantummodo caſu loquuntur, de alio autem caſu clarius habetur in dicto. §. ſi ſtipulante, quæ concluſio hoc modo reſtricta recipit poſteà illas duas limitationes quas tradiderunt docto. de pluribus perſonis, uel de tota re uendita declarando ut ſupra.

73 Et † quarta additur limitatio ut non procedat quando pro modico debito res magni ualoris diſtracta fuiſſet, & quòd plus fuit cum ualeret trecentum uendita fuit pro centum. Nam tunc ualebit decretum: tamen poterit retractari per reſtitutionem in integrum, ut per Bal, in di-

in dicta l. ſi. C. de iure domi. impetrand. quo-
niam prætor non debet permittere quòd pro
modico debitores magni ualoris diſtrahantur.
Item etiam dicta couclusio procedit ſolùm in
miſſione ex ſecundo decreto : quoniam falſitas
pro parte non uitiaret miſſionem ex primo de
creto : quia ceſſat inconueniens quòd incide-
retur in communiunem : & quia tota una ma-
gnã res poteſt retineri pro pignore, ut dicitur
in dicto. §. ſi centum. quid autem ſeruetur in le
gatis dicitur in l. j. §. ſi duæ res. inf. quorum
legatorum. Et in cauſa damni infecti quid ſer-
uatur dicitur in dicta l. ſi finita. §. ex hoc edi-
cto. Addas etiam ea, quæ ponit Decius in l. fi.
ff. de iuriſdict. omnium iudicum. contra glo. ibi
& limitationes poſitas per Fely. in c. cum inter.
de re iudicata. col. 5. & hæc de prima parte glo.
74 Quærit † Bar. hic ſimul cum glo. in ſecunda
parte, an iudex poſſit dare poteſtatem priuato
ingrediendi rem debitam propria auctoritate,
& refert Lotharium dicentem quòd ſic, atque
etiam Azo. dicentem quòd non: quia hæc miſ-
ſio eſt mixti imperij, & cauſæ mixti imperij
delegari non poſſunt : ſed aliter non determi-
nat, Bar. uerò dicit quòd ſi decretum eſt nullum
et priuatus ingrediatur etiam cum licentia iu-
dicis, quòd non ualebit licentia: quoniam ſi de
cretum eſt nullum : nec etiam ualeret, ſi daret
executorem, uel nuntium, per dictam l. memi
nerint. ſed ſi decretum ualet, & iudex conce-
dit licentiam ut ingrediatur, dicit Dy. tenere
quòd non ualet : quia non eſt ſingulis conce-
dendum quod magiſtratibus concederetur, ne
detur occaſio tumultus, l. non eſt ſingulis ff.
de reg. iur. ſed tamen ipſe determinat in con-
trarium per tex. in l. is cui. §. miſſus. ſuprà ut
lega, nomi. caueat. ubi dicitur quòd ſi miſ-
ſus non eſt admiſſus à parte, debet per execu-
torem & magiſtratum duci : ergo parte non re
ſiſtente ualebit miſſio, cum tex. dicat miſſus,
quod uerbum præſupponit commiſſionem iu-
dicis : quoniam ſi non haberet eam non poſſet
dici miſſus, ſed ipſe ſolus fuiſſet.

Secundò adducit tex. in l. pignoris. C. de pi
gno. actio. in fi. ibi, citra conuentionem uel præ
ſidalem auctoritatem, creditor res debitoris
accipere non poteſt: ergo interueniente conuen
tione, uel præſidali auctoritate poterit.

Ad idem allegat tex. in l. dotis. C. ſolut. ma
trimo. ubi mulier citra auctoritatem iudicis
non poteſt bona hæredum mariti capere : ergo
cum auctoritate poteſt.

Idem probatur in rub. & nigro. C. ut nemi-
ni liceat. ubi ſine auctoritate iudicis nemo, po
teſt imponere ſigna in re litigoſa : ergo cum
auctoritate poterit, & confirmat poſteà : quia
aliquis poteſt eſſe nuntius in re ſua. l. eum qui.
§. ſi epiſtola. infra de fur. circa medium ubi ſi
datur epiſtola alicui ut uadat ad aliũ qui ſibi
det rẽ & ſurripiatur epiſtola : quia ſua intereſt
poteſt, agere furti ergo ipſemet erat nuntius, &
ille tex. eſt notabilis ualde pro remiſſionibus
pecuniarũ quæ fiũt à mercatoribus de una pro
uintia in aliam. Nam ſi ſcholari datur una epi-
ſtola, uel apodixa remiſſiua ad locum in quo ua
dit ad ſtudendum, ut ibi mercator ſoluat pecu
niam eidem præſentanti, ſi ſurripiatur illa epi
ſtola ei, poterit agere actione furtiua contra
ſurripientem, & conſequi duplum; ergo etiam
dicebat Bar. poterit quis eſſe nuntius in cauſa
ſua ut mittatur in poſſeſſionem.

Et ad rationem Dy. quòd non poteſt delega
gari reſpondebat quòd concluſio non intelli-
tur de iuriſdictione, ut ſi iudex committeret
parti quòd interponeret decretum pro ſua iu-
riſdictione, nam tunc eſſet commiſſa iuriſdi-
ctio, & non ualeret : ſed bene poteſt committi
illa executio facti quam daret uiatori ut eum
duceret in poſſeſſionem : quia illa executio fa-
cti indiſtinctè delegari poteſt, l. executorem. C.
de executione rei iudicatæ.

Nec obſtat lex non eſt ſingulis. quia Bar. re
ſpondet quòd limitat non autem oppugnat.
Nam licentia ingrediendi poteſt dari parte nõ
reſiſtente : quia tunc nullus tumultus cauſatur
parte uerè reſiſtente non poterit dari per ratio
nem poſitam in dicta le. non eſt ſingulis. & ſic
facit regulam quòd parti poteſt dari licentia
ingrediendi. fallit quando committeretur iu-
riſdictio. fallit quando pars reſiſteret, & cum
iſtis limitationibus iuſtificat hanc regulam
ſuam, ut docto. eam communiter teneant, ut
hic per Ang. Imol. Raph. Paul. Areti. & Alex.
qui dicunt quòd concluſio Bar. eſt communis,
& idem tenet Bar. in l. creditores. in quarta quę
ſtio. C. de pignorib. & in l ſi finita. §. Iulianus.
col. 6. ſupra de damno infect. & in dicta. l. j. C.
ut nemini liceat. & Saly. in l. dotis. C. ſol. ma-
trimo. & Abb. ubi limitat in c. de cætero, de re
iudica. cum ſimi. adductis hic per Iaſ. qui po-
ſteà ſubdit quòd iura allegata per Bar. non pro
bant: quoniam inducuntur per argumentum à
contrario ſenſu, quod non ſolet tenere quando
repugnat aliqua lex, uel militat abſurdũ, ut ha
betur in l. j. §. huius rei. ff. de officio eius, & ſatis
eſt abſurdum poſitum in dicta l. non eſt ſingu-
lis. Item illud argumentum colligeretur ut cũ
auctoritate iudicis poſſet fieri, ſi ipſe iudex in-
terueniret, uel mitteret uiatorem, dicto. §. miſ-
ſus. nõ autem probant ꝙ poſſit dare licentiam.

Similiter tex. in dicta. l. eum qui. §. epiſtola.
nõ probat: quia loquitur in priuato, qui poteſt
ſibi præiudicare: ſecus in iudice : quia non de-
75 bet ſingulis dare quod magiſtratus habet † ta-
men ipſe poſteà confirmat opinionem Bar. per
l. permiſceri. §. ſpecies. inf. eodem. ubi ſi iu-
dex facit præceptum poſſeſſorij ne ingredien-
tem impediat, uidetur eum mittere in poſſeſ-
ſionem: ergo ille qui ingreditur portando lite
ras, poteſt habere licentiam ingrediendi. facit
etiam tex. in lege j. §. ſecundo, ſupra de ſeruis
fugitiuis ubi perquiſitio ſeruorum fugitiuorũ

eodem, nbi ſi iudex facit præceptum poſſeſſo-
rij ne ingredientem impediat, uidetur eum
mittere in poſſeſſionem: ergo ille qui ingredi-
tur portando literas, poteſt habere licen-
tiam ingrediendi. facit etiam tex. in lege pri-
ma. §. ſecundo, ſupra de ſeruis fugitiuis ubi
perquiſitio ſeruorum fugitiuorum poteſt fie-
ri per nuntios & uiatores. Item etiam per
ipſos principales qui portant literas ad domi
nos locotum ut permitant inquirere, & ad ma
giſtarıs: ergo priuato dabitur licentia in-
grediendi & domino impedienti demonſtra-
bir literas iudicis.

Confirmat quoquè per auctoritatem Bal. in
leg. ij. C. ſi in cauſam indicati, qui uoluit quòd
iudex poteſt dare licentiam creditori nt capiat
pignus inſolutum. & idem Bal. in auct. &
omninò. col. 8. C. ne uxor pro marito. qui di-
xıt quòd executio & captura perſonæ poteſt
committi parti ſine ui, per l. miles. §. qui iudi-
cari. ff. de re iud. ubi Ang. tenuit quòd iudex
poteſt dare auctoritatem uictori uendenti bo-
na uicti: tamen idem Bal. in cap. paſtoralis.
§. quia uerò. in tertia col. de officio de le-
gati non cou ſentit quòd poſſit uendere bona:
neqne capere perſonam debitoris niſi eſſet ſu-
ſpectus de fuga. Allegat gloſſ. in leg. memi-
nerint. C. unde ui, quæ dicir quòd ſicut ex
conuentione partium poteſt intrare poſſesſio-
nem propria auctoritate, ità etiam & ex com-
miſſione iudicis, ut per Alberi. in lege. cre-
ditores. C. de pigno. & teſtator poteſt dare
hanc auctoritarem, lege. Titia cum teſtamen-
to. §. Lucius. de leg. ij. ergo etiam & index,
Bald. iu cap. primo. de confir. utili uel inuti.
cum ſimi. adductis hic per eum, & ſequuntur
communiter docto. & etiam ego puto uerani,
plenè probatur in dicta l. is cui. §. miſſus. in-
ducendo utſupra.

76 Limitatur † nerò non procedere: quando
iudex denegaret iuriſdictionem: quia tunc
non ualerer, ur ſi denegaret poteſtatem interpo
nendi decretum, rum quia delegari non poteſt:
tum quia etiam eſſet index in cauſa propria,
quod eſſe non debet, l. j. C. ut nemo in cauſ.
propria. Et proprereà ſequitur quòd nec etiam
poteſt committere uenditionem pignorum,
quàmuis Angelus teneret contrarium in dicta
l. miles. §. qui iudicati: quia in ea requiritur
iuriſdictio ut fiant proclamata, & alia ſolen-
nia quæ notantur in l. prima. C. de iure fiſci, &
iure haſtæ fiſca. lib. 10. quæ ſunt iuriſdictio-
nalia, & militaret etiam ratio quòd eſſet iudex
in cauſa propria. unde dictnm Ang. ſolùm po-
teſt ſaluari quando ſeruatis ſolennitatibus in-
dex daret illam poteſtatem facti uendendi ſi-
cut dicit hic Bal.

77 Secundò † limitatur non procedere: quan-
do pars faceret reſiſtentiam, per dictam l. non
ſingulis. Bal. tamen in quæſtione incipiente ac
cuiatus de ui turbatiua. col. 18. uerſi. nunc. in-
cipit, dixit quòd Bar. hic peſſimè & iuſipidè
loquitur: quia dicta l. non eſt ſingulis, loqui-
tur de merè priuato, non autem de eo qui ha-
bet auctoritatem iudicis, & Saly. in l. neminem
C. de exhibend. reis tenet quòd de licentia iu-
dicis poteſt priuatus capere malefactorem,
etiam reſiſtentem, & ſi uulnerat resſiſtentem
non tenetur, per tex. in l. ſi ſeruus. C. de his,
qui ad eccleſias confugiunt. Facir quòd no. Bal.
& Saly. in l. ſi ut allegas. per illum tex. C. ad
leg. Cornel. de ſicu. quòd liceat capere debi-
torem fugitiuum, & ſic gladio ſe defendit eum
impune occidere, tamen ipſe dicir limitatio-
nem Bar. communiter teneri, quam tenet Inno.
in cap. cum olim. in uerbo per prætorium. de
priuil. & Roma. hic, & Imo. dicentes quòd hæc
opinio ſeruaretur in practica quia eſt multum
æqua & ſecura, per rationem dictæ le. non eſt
ſingulis. ibi, ne detur occaſio tumultus, Et ideò
dixit Ang. in l. qui reſtituere. col. j. de rei uen
dicatio. quòd iudex non poteſt dare licentiam
parti uictrici quòd exequatur manu militari, &
ſi dicatur hoc non negauit Bal. quòd non de-
beret committi generaliter: ſed dicebar qnòd
iudex poteſt hoc facere, & Bar. hic uidetur ne-
gare potentiam. Reſpondent docto. quòd nec
etiam index hoc poteſt facere niſi ex cauſa, ut
ſi militat ratio publicæ utilitaris, & quòd per
curiam faciliter capi non poſſint, ut in caſu di-
ctæ l. ſi ſeruus. ſicut per ſtatuta datur poteſtas
ubique occidendi bannitos iux. l. ammiſſione.
quæ deficiunt. ff. de cap. diminutio. & aliquan
do occidendi malefactores. ut in l. j. C. de rapt.
uirgi. uel ſi eſſet occupatus aliis negotijs, uel à
longınquo, ur uoluir Ang. in dicta l. qui reſti-
tuere, & cum hoc remperamento intelligatur
tam exceptio Bar. quàm dictum Inno. & ſequi-
tur Alex. & Areti.

Tertiò limitatur dicta concluſio Bartoli.
ut procedat: quando datur licentia ingredien-
di in rem certam ſeu nominatā: ſecus ſi non eſ-
ſet certa, nt quia eſſet opns aliqua diſcuſſione,
ſeruando ordinem, ut prius capiantur mobi-
lia, & poſteà immobilia, iux. l. à diuo Pio. §. ſi
ſuper rebus. infra. de re iudica. quia in illa diſ-
cuſſione reqniritur iuriſdictio, quæ non poteſt
demandari: & indicat in cauſa propria, dicta l.
prima nequis inſua cauſa, & l. qui iuriſdictio-
ni. ſupra de iuriſdictio. omnium iudicum, &
ſequitur Alex. quidquid dixerit Ang.

78 Quartò limitatur † non procedere in execu-
toribus tributorum: quia non poſſunt poteſta-
tes terrarum illam licentiam concedere opina
toribus nec exactoribus publicis, ut per Bar.
in l. miſſi opinatores. C. de exactori. tributo.
qui dixir ꝙ uidir aliquos exactores publicos
accuſari de robaria, & ſit ſpeciale propter fre-
quenriam delictorum, ut hic per Iaſ.

Et prędicta faciunt ad aliam quæſtionem, au
poſſit dari parti poteſtas citandi aduerſarium
ſuum; & Bar. ſentit quòd ſic, & clarius in dicta
l. di-

l. diuus. ff. de ſeruis fugitiuis & Specu. in tit.de actore. §. ſi ſuper penſionibus, uerſi. Item uidetur, & per Bar. in extrauaganti ad reprimendum, in uerbo per literas. Bal. & Saly. in l. ſi ut proponis. ſecunda. C. quomodo, & quãdo iudex. cum ſimilibus allegatis hic per Alex. & Ang. in l. ut perfectius. C. de annal. exceptio. col. fi. & ſequitur hic Iaſ.

79 Vltimò quæſiuit hic Bar. † an ingrediens ex inualido decreto excuſetur à pœnis ſtatutarijs, ſi forſam ſtatuta ſiunt in ciuitatibus quòd turbantes, & ingredientes poſſeſſiones alienas puniantur certa pœna corporali, uel pecuniaria, an ſi aliquis ingrediatur ex inualido decreto iudicis excuſetur ab illa pœna, & difficultatem cauſat. quia in dicta. l. meminerint. appellatur iniuſtus poſſeſſor, & punitur pœna priuationis, & in dicta l. fi. C. ſi per uim, uel alio modo, reprobatur talis ingreſſus. unde dubitatur an eodem modo puniatur pœnis nouis à ſtatutis impoſitis, & argumentatur primò ꝙ ſit excuſatus propter auctoritatem iudicis: quia quælibet iniuſta cauſa excuſat à dolo, l. igitur, §. poteſt. ff. de lib. cauſ. & l. j. in fi. cum glo. inſ. de abigeis, & glo. in l. ſi plagij criminis accuſatio. C. ad leg. Flauiam de plagiarijs poſteà dicit, quòd non probant generaliter: quia dicta l. prima. C. de abig. loquitur quando pœna corporalis imponitur, quo caſu ſemper requiritur dolus, ut no. in l. j. ff. ad leg. Corneliam de ſicarijs. & in l. lex Cornelia. §. primo eo. tit. & tex. in dicta l. igitur. §. non poteſt. loquitur de diſpoſitione requirente dolum, quo caſu non ſufficit lata culpa, ut eſt glo. in l. magna negligentia. infra de uerbo. ſignificatione. ſed ubicunquè ſtatutum ſimpliciter loquitur, & imponit pœnam pecuniariam, tunc etiam punitur propter ſolam latam culpam, ut no. inſti. ui bonorum raptorum. §. primo, ubi rapiens rem ſuam licèt non incidat in edictum ui bonorum raptorum, quia non eſt dolus; tamen incidit in conſtitutionem leg. ſi quis in tantam, & facit tex. in l. prima. §. dolum. ff. ſi menſor falſum modum dixerit, ubi lata culpa repræſentat dolum in illo edicto, & lege prima. §. non autem. ff. ſi quis teſtamento lib. eſſe iuſſus fuerit, ubi lata culpa quæ eſt dolo proxima, ſufficit ad pœnam illius edicti. ſed ubicunque aliquis mittitur in poſſeſſionem ex decreto nullo, etiam cum auctoritate iudicis, dicitur eſſe in lata culpa: quia lata culpa eſt ignorare leges quòd omnes ſciunt l. latæ culpæ. ff. de uerbo. ſignificatio. omnes autem ſciunt, uel ſcire debent leges: ergo ignorantia iuris inducit latam culpam, & per conſequens non excuſatur quin tãquàm turbator & ingrediens poſſeſſionem alienam puniatur à ſtatuto. ideò ipſe in effectu ponit regulam quòd miſſus per decretum nullum incidat in pœnas ſtatutarias. fallit quandò imponitur pœna corporalis: quia ſemper requiritur dolus.

Fallit ubicunquè ſtatutum expreſsè requirit dolum: quia tunc non ſufficeret lata culpa. & iſtam concluſionem Bartoli ſequuntur communiter doctores ut patet ex auctoritatibus cumulatis hic per Iaſ. col. fi. dicens quòd hæc eſt communis opinio, & confirmat per auctoritatem Romani in conſ. 330. incipiente. circa primum propoſitæ conſultationis. in ultima col. qui ad hoc allegàt tex. in l. qui teſtamento tutor datus. in fi. ff. de executio. tuto. ubi excuſatus à tutela ex decreto nullo, ſi ex malitia ſe abſtineat ab adminiſtratione, tenetur ad intereſſe pupilli: ſecus ſi ex iuſta cauſa: tamen malitia dicitur eſſe quando quis eſt in lata culpa: quia dolum repræſentat ſecundum Roma. in dicto conſ. 330. col. fi.

Secundò confirmat per auctoritatem Bal. in l. prima col. fi. ſupra de legibus, & l. quicunque. C. de ſerui. fugi. dicentis. quòd quando imponitur pœna pecuniaria quæ imponitur pro delicto, in dubio non requiritur dolus: ſed ſufficit lata culpa, l. eum qui ædes. inſ. de incendio rui. & naufra. cum alijs per eum allegatis. & idem Bal. in l. data opera in iiij. col. C. qui accuſa. non poſſunt dicit quòd ſi ſtatutum punit homicidium pœna pecuniaria delinquẽs poteſt puniri etiam ex lata culpa.

Tertiò adducit etiam: quia ſtatutum inualidum non excuſat à delicto. auct. omnes peregrini. ubi Bald. in ſpecie hoc no. C. communia de ſucce.

Quartò confirmat. quia auctoritas iudicis iniuſtè, uel non ritè procedentis non excuſat à reſtitutione fructuum perceptorum, cap. cum cauſa. in fi. ubi Abb. in ultimo notabili de officio delegati.

Item miſſus in poſſeſſionem auctoritate iudicis inordinatè ſeu non ritè procedentis non facit fructus ſuos quos percipit Inno. in cap. conſultationibus. poſt principium. de iure patrona. quem ſequitur Bal. in l. ij. col. pe. C. de ſerui. & aqua.

Quintò confirmat: quia præceptum teſtatoris mandantis rem prohibitam à ſtatuto alienari ut alienetur, non excuſat à pœna ſtatuti: ergo, nec præceptum iudicis inualidum debet excuſare le. ſenatus. in principio in uerbo pœnis erit locus. ſupra de leg. j. ſur determinat Bal. in leg. cætera. §. fin. ſupra de leg. primo ubi Ang. Imo. & communiter doctores ibi allegati per Alex. & in leg. ſi dignum. circa finem ſupra ad leg. Falcidiam, ut hic latius per eum.

80 Quæ concluſio † procedit ſiue decretũ ſit nullum ex defectu citationis, ſiue ex defectu iuris poſitiui ſecundum Alex. hic reprobata diſtinctione Bal. in diſputatione ſua incipiente accuſatus de ui turbatiua. circa col. undecimã. nam ipſe dicit nu. 34. & 35. ꝙ minor non excuſatur nedum à iure naturali, uel à iure quaſi naturali ſed etiã quãdo eſt error in iure ciuili ex

eo : quia licèt minor, & ruſticus præſumantur ignotare iura ſecundum gloſſam ordinariam, & nota. in auctén. de inceſt caup. §. primo in uerbo ſciens, tamen per hoc non excuſatur niſi quantum ad dolum præſumptum, ex eo:quia poterat peritiores conſulere, & ideò propter iuris errorem non ſuccurritur minori. l. ij. C. ſi aduerſ. ſolutionem, & leg. ſi ex cauſa. §. ſi commiſſum. ſupra de minoribus, quoniam ſolum quo ad dolum præſumptum ſuccurritur minori : ſed ratione latæ culpæ quādo uenit imponenda pœna pecuiantia non ſuccurritur ipſo iure minori. Idem dicit Alex. num. 36. procedere in ruſtico, qui quàmuis præſumatur ignorare iura per dictam glo.ut ſupra:tamen ſi non conſuluit peritiores quando potuit hoc facere non ſuccurritur ei, l. in bonotum. ſupta de bonorum poſſeſſionibus. & not. in le. iuris ignorantia. C. qui admitti, & idem eſt in muliere, ut per Bar. in l. ſi quis in tantam. C. unde ui, dicens quòd mulier incurrit pœnam illius legis, ut hic latius per eum per multas auctoritates hanc ampliationem confirmans, & faciunt ea quæ poſuit Decius in dicta leg. iuris ignorantia. C. qui admitti. maximè: quia dicta ſtatuta reſpiciunt fauorem publicum, cum ſint emanata ne fiant tumultus, & homicidia.

81 Similiter dicta concluſio procedit etiam † quòd ſtatutum loquatur in perſonam, ut quia ſtatutum dicat, ſi quis ingrediatur poſſeſſionem alterius, uel turbauerit poſſeſſionem:quia in effectu non eſt differentia an ſtatutum loquatur perſonaliter, uel in rem quantum ad iſtam pœnam. Bar. tamen in l. prima. §. primo. ff. ſi quis teſtamento liber eſſe iuſſus fuerit uidebatur limitare hanc concluſionem dicens, quòd ſi ſtatutum loquitur in perſonam dicendo, ſi quis turbauerit excuſatur per decretum inualidum : quia tale ſtatutum includit dolum per l. iij. infra de iniur.et concluſio præcedens tãtum modo procedit quando ſtatutũ loquitur in rẽ. ut ſi quis ingrediatur poſſeſſionem alterius: quia tunc punitur etiam lata culpa. Sozi. uerò ſupra in ſecundo notabili conſiderauit uarios effectus ſeu nullitates decreti, & dicebat quòd ſi nullitas eſt propter formam non ſeruatam, ut non ſedendo pro tribunali, uel non legendo uoce ſua, iuxta legem fi. C.de ſententiis ex breuiculo recitandis, & tunc licèt ſit defectus ex parte iudicis : tamen dicit non excuſari: quia non deſinit eſſe negligentia quidquid diceret Roman.Aliquando eſt defectus in citatione, & ſic in iure naturali, clem. paſtoralis. de re iudica. & tunc non excuſatur niſi ſtatutum requireret dolum : quia tunc ignorantia iuris naturalis etiam excuſat à dolo : quoniam quæcunque cauſa etiam beſtialis excuſat à dolo, dicta l. igitur. §. poteſt, tertia quæſtione iiij. §. poteſt. Aliquando decretum eſt nullum ex errore partis quæ non produxit libellum, uel non fecit conteſtationem litis, & tunc nec etiam excuſatur à pœna : quia ignorantia iuris poſitiui eſt lata culpa, dicta l. latæ culpæ. ergo debet puniri etiam in ruſtico, muliere, uel minore ſecundum quòd Alexander ſupra declarauit, reiecta opinione Bal. quem ſequitur Decius in leg. prima. & l. fi. C. de edendo. & ipſe Sozi.

Si uerò ſtatutum loquitur in perſonam, & tunc ipſe ſequendo Bartol. ſupra relatum uult quòd ex decreto inualido excuſetur:quia requiritur dolus ad pœnam incurrendam, qui ceſſat propter decretum nullum, & licèt ſtatutum ſimpliciter uideatur loqui : tamen dirigendo in perſonam requirit dolum, & perinde eſt ac ſi expreſſè dixiſſet ſi quis doloſè turbauerit poſſeſſiones alienas, ut hic latius per eum qui per multa uerba in effectu tenet limitationem ad iſtam concluſionem, ut non procedat quando ſtatutum loquitur in perſonam: ſed mihi uidetur quòd hæc diſtinctio an ſtatutum dicat ſi quis turbauerit aliquem in poſſeſſione, uel dicat ſi turbauerit poſſeſſionem alterius ſit merè uerbalis : quoniam utroque caſu in effectu offenditur perſona, & inducitur damnum offeſo cum ſi ingrediatur poſſeſſionem in qua eſt dominus præſens, neceſſariò facit iniuriam domino, & ſi abſente domino turbat poſſeſſionem, & ingrediatur eam adhuc ipſe dominus turbatur, & uim facit l. uim facit. infra de ui, & ui armata. Ideò non uidetur uerum quòd magis in uno caſu quàm in alio ſit conſiderata iniuria perſonalis, Vnde Areti. hic tenet quòd non diſtinguatur an in perſonam, uel in rem concipiuntur uerba: ſed ſolum an ſimpliciter loquatur. & tunc ſufficiat lata culpa, uel loquatur per uerbum doloſè ſi quis doloſè turbauerit aliquem, & in dubio lata culpa continetur, ut hic uoluit Bartolus. & in lege quod Nerua. digeſt. depoſiti. & allegat legem tertiam in fin. ſupra ne quis eum.

82 Et hoc ego † puto uerum, & opinio Barto: in dicta lege prima non procedit niſi conſtet per alia uerba quòd uoluerit punire iniuriam perſonalem, uel quòd uoluerit punire agredientes perſonas faciendo mentionem de uulneribus, & homicidis. ut prohiberet tumultus. Iaſon tamen hic tenebat limitationem : ſed uerior eſt opinio præcedens, quòd non fiat hæc differentia niſi aliter appareat de mente ſtatuentium, & propterea amplia hanc concluſionem Bartoli procedere etiam quòd ſtatutum loqueretur in perſonam quidquid dixerit Barto. in l. prima. §. non autem. in fine. ſi quis teſtamento liber eſſe iuſſus fuerit, niſi ſint alia uerba.

Item amplia procedere etiam in muliere, minore, & ruſtico, pro ut etiam hic dicebat Alex. reiecta diſtinctione Bal. in dicta ſua diſputatione, cum declaratione tamen quam infra ponam ultra alios.

83 Limitatur autem † non procedere quando ſtatutum expreſsè requirit dolum, ut ſi dicat

ſi quis

ſi quis doloſè turbauerit, uel intrauerit poſſeſſionem alterius: nam tunc per auctoritatem iudicis excuſatur: quoniam non dicitur eſſe in dolo cum quælibet iuſta cauſa etiam fatua excuſſet à dolo, dicta leg. igitur. §. poteſt. ſecundum Angel. in leg. j. in fin. ſup. de eo per quæſtione factum erit, & in l. ſi plagii. C. ad legem Flauiam de plagiarijs, ut hic per Iaſ. & Sozi. ſup. & omnes.

Secundò limitatur non procedere quando imponitur pœna corporalis: quia propter atrocitatem pœnę præſumitur quòd ſtatutum requirat dolum à quo excuſatur ex qualibet cauſa etiam fatua, ut per Bar. hic & in dicto. §. non autē, & Iaſ. & Alex. & communiter Doct. & probatur in dicto. §. ſed quia, inſti. ui bonorum rap. ubi qui capiebat uiolenter rem ſuam non continebatur ſub tit. ui bonorum raptorum qui requirebat dolum, & l. ſi quis in tantam. C. unde ui, quia non continebatur uiolenter accipiens rem ſuam ſub interdicto de ui & ui arma.

Tertiò limitatur quando ſtatutum loquitur in perſonam, & per aliqua uerba conſtat quòd conſiderauit principaliter iniuriam perſonæ, uel quia fecit mentionem de uulneribus & homicidijs: quia tunc requiritur dolus, ut per Bar. in dicto. §. non autem, qui ita declaratus bene loquitur, & ſequitur hic Iaſ. & Alex. & Ang. de Areti. in tracta. maleſi. in uerbo doloſè, & Sozi. in dicto ſecundo notabili, qui dicit ſe uidiſſe pluries iudicari ſecundum iſtam opinionem, & quòd pro ea ſæpius Bar. conſuluit ut hic per Alex. & bene iuncta dicta declaratione.

Veruntamen: quia per hanc quæſtionem do cto. non explicāt totam difficultatem, an ingrediens ex decreto inualido excuſetur à pœnis: neque etiam bene ponunt intellectum dictæ l. meminerint. C. unde ui & leg. ſi. C. ſi per uim uel alio modo. ideò latius ultra docto. tres faciās principales articulos. Primus eſt u rum ingrediens ex decreto nullo incidat in pœnam. l. meminerint. uel aliam pœnam legalem. Secundus eſt an incidat in pœnas ſtaturarias poſtcā ſubiectas. Tertius an taliter ingrediens habeat aliquam commoditatem ex illa poſſeſſione, & acquirat ius retentionis & recuperationis.

84 Primus articulus totus dependet † ab intelligentia dictæ l. meminerint. in quibus caſibus loquatur. Nam docto. multum ſunt uarij circa intellectum illius legis & contrarij. Nam glo. in dicta l. ſi quis in tantam, in prima quæſtione tertii temporis generaliter dixit, quòd ubicunquè decretum eſt perperam poſitum, ſemper ingrediens incidit in pœnam dictæ l. meminerint, & hanc opinionem uidetur tenere hic Bar. in uerſi. ſed pone. Sed † ipſemet Bar. in dicta l. meminerint. nu. 8. tenet quòd ingrediens per auctoritatē iudicis etiam ex decreto nullo, quòd nunquàm incidat in illam pœnam: ſed debet ſucurri per appellationem ſecundum formam le. ab executore. ſup. quorum appellatio. non recipiant. ſolum autem incurritur in illam pœnam ubicunq; ipſe principalis propria auctoritate ingreditur. nullo interpoſito decreto, uel etiam interpoſito, & nulliter, & ſic reſtringit dictam legem tantum modo ut procedat: quando ipſe principalis ingreditur non autem quando ingreditur auctoritate iudicis. Sed ipſemet in col. 3. uerſi. quæro dicitur hic actores, & uerſi. procedo ulterius. dicit quòd ſententia inſinuatur, hoc eſt coram iudice producitur, & pars debet citari: aliàs ſi fieret executio parte non citata, in cideret in hanc conſtitutionem, & ſentit quòd etiam ingrediens auctoritate iudicis parte non citata incidat in illam pœnam, & ita expreſſe tenet Saly. ibidem col. penul. uerſi. quæro de qua ſententia iudicis. 88

86 Vnde tu pro reſolutione conſtituas tres caſus. † Primus caſus eſt, ubicunquè ſententia lata fuit cum diſcuſſione & ualida, quæ tranſiuit in rem iudicatam, & ſi pars ipſa principalis ſine iudice ingrediatur, tunc incidit in pœnam illius conſtitutionis quæ propriè loquitur de ingrediente propria auctoritate, & non facit mentionem de auctoritate iudicis. unde incidit in pœnam illam, quæ eſt quòd debet priuari omni iure ſuo. ſin autem ingrediatur auctoritate iudicis, & ſumus in caſibus, in quibus ad executionem non requiritur citatio partis, qui ponuntur per Bar. in l. à diuo Pio. §. in uen dicione. inſra de re iudica. & in l. executione. C. quorum appellationes non recipiantur; & tunc iſte nullam pœnam incurret: quia licitus fuit ingreſſus, & ex eo acquirit iuſtiſſimam poſſeſſionem, ſi uerò requireretur citatio partis, quo caſu auctoritas iudicis interueniret ſuper decreto nullo, & tunc dicas ut in ſequentibus caſibus.

87 Secundus caſus eſt † ubicunq; lata fuit ſententia, & poſteà proceſſum fuit ad executionem capiendo pignora, uel ſi propter contumaciam deuentum fuit ad primum uel ſecundum decretum, & defectus fuit in decreto ratione iuriſdictionis iudicis, uel quia falſa cauſa fuit allegata, uel quia non fuit ſeruata ſolennitas in recitatione decreti, & alius defectus fuit præter citationem, & tunc Bar. hic uidetur tenere quòd incidat in pœnam dictæ l. meminerint, ſequendo glo. in dicta l. ſi quis in tantam. quæ dixit quòd quando decretum eſt perperam poſitum habet locum dicta l. meminerint, & ſic extendit eam quando aliquis miſſus fuit in poſſeſſionē ex decreto nullo propter iniuſtam cauſam: tamen ipſemet in dicto. nu. 8. ſentit contrarium, & docto. etiam hic communiter tenent quòd non incurrat pœnam dictæ legis. & Iaſ. hic uerſi. ſucceſſiuè quærit, expreſſè tenet contrariū, & refert Raphaelem Cuma. dicentem q; illa l. meminerint. loquitur quando ommiſſa citatione partis quis ingreditur poſſeſſionē pro

pria auctoritate, quo caſu priuatur iure ſuo, ut
ibi, & §. primo inſtit. ui bonorum rap. in cap. cũ
qui. & ca. licèt epiſcopus. de prębend. in 6. & ca.
tacuit. 16. quæſt. 6. ſed quando pars eſt citata
licèt alia ſolennitas eſſet ommiſſa de his quæ
enumerantut per glo. in l. prolatam. C. de ſen-
tentijs. nõ uideretur extendenda, l. cũ quidam
ſupra de lib. & poſthum. Item dicta l. memi-
nerint. loquitur quando ommittitur citatio,
quæ eſt de iure naturali, dicta clem. paſtora-
lis. de re iudica. & ſic erratur in iure naturali à
quo nemo excuſatur, leg. uenia. C. de in ius
uocando. unde ſecus eſt quando aliæ ſolen-
88 nitates interueniunt. † Et hæc opinio etiam mi
hi placet: quia dicta l. meminerint. non facit
mentionem de eo qui ingreditur auctoritate iu
dicis. ſed de eo qui ingreditur propria aucto-
ritate, & conſtitutiones inducentes pœnas
inuadentibus receperunt hanc interpretatio-
nem quòd non extendantur, & ideò uidemus
ꝙ propter dictas inuaſiones ſunt introducta
uiginti quattuor remedia ſeparata, quæ retuli
in præmiſſis. §. nihil commune. quæ conſtitu-
tiones non fuiſſent neceſſariæ ſi edictum præ-
toris uel alia lex loquens in uno caſu extende-
retur ad aliom caſum, & propterea dicas quòd
ſi pars ingreſſa fuit auctoritate iodicis, uel ipſa
etiam habens licentiam à iudice occaſione de
creti inualidi propter ſolennitates non ſerua-
tas, uel propter iniuſtitiam cauſæ ſeu obreptio-
nem, tunc non incidit in pœnas illius legis.
eſſet enim durum quòd in caſu l. cum uerò. §.
ſubuentum. ille ſeruus priuaretur ſua liberta-
te ſibi debita certo modo, & in dicta l. magis
puto. §. manet dereb. eorum. ille miſſus in poſ
ſeſſionem priuaretut omni iure ſuo, & in dicta
l. j. §. hæc uerba. ne uis fiat ei, ut legatarius &
creditor propter decretum iniuſtum amitte-
rent actiones ſuas. & in dicta l. 3. §. puberi. ff.
de carboni. edict. amitteret ille ſucceſſionem
hæreditariam, quòd neque dixerunt neqoè co-
gitauerunt docto. ſi tamen ipſa pars propria au
ctoritate ingrederetur ſine licentia & executo-
re iudicis, tunc bene incideret in illam pœ-
nam: quia illam uiolentiam diceretur com-
mittere, etiam quòd decretum eſſet ualidum:
quoniam dicta l. meminerint. non conſiderat
an ſententia ſit ualida uel inualida: ſed ſolùm
noluit punire ingredientes propria auctorita-
te, qui nimis celeriter ſumpta occaſione ſenten
tiæ decreti ingrediuntur poſſeſſionem non ex-
pectata auctoritate iudicis.

89 Tertius caſus eſt † ubicunquè ſententia fuit
lata, & pro executione decretum interpoſitum
capiendo pignora, & deuentum fuit ad exe-
cutionem non citata parte, uel interpoſitum
fuit ſecundum decretum, uerè non exiſtente
contumacia rei, qui forſam legitimè non fuit
citatus, & in hoc caſu etiam docto. ſunt dubij
an ingrediens incidat in pœnam legis memine
rit, & ſi quidem ipſe ingrederetur propria au-
ctoritate ſine executore uel licentia iudicis, &
tunc omnes conueniunt quòd incidit in pœ-
nam dictæ l. meminerint. quia uera eſt inua-
90 ſio: nec inuatur ex colore ſententiæ. † ſed ſi
miſſus fuit à iudice tunc Bar. eſt ſibi contrarius.
nam in dicta. l. meminerint. nu. 8. tenet quòd nõ
incidat in pœnam illius legis, quæ ſolùm lo-
quitur de ingrediente propria auctoritate, &
uidetur tenere Saly. in dicta col. pen. uerſi. quæ
ro de qua ſententia. unde uidetur quòd hoc ca-
ſu tantum habeat locum lex finalis. C. ſi per
uim uel alio modo, ut poſſeſſio ei non proſit.
ſed tamen Bar. in dicta. l. fina. in ſecunda quæ-
ſtio. dicit quòd l. meminerint. differt ab illa
lege: quia per dictam l. meminerint. prouide
tur ſpoliato indebitè iudicis auctoritate ut poſ
ſeſſio ſibi reſtituatur, & per dictam l. finalem
prouidetur illi qui eſt turbatus. & ſic uolt quòd
incidat in pœnam dictæ l. meminerint. non fa-
cta citatione. idem uidetur tenere in eadem
lege meminerint. in dicto uerſi. procedo ulte-
rius dicitur ad inſinuandas ſententias, & idem
tenet hic in uerſi. pone quòd non eſt interpoſi-
tum decretum ritè, & ſic loquitur de ſolennita-
te citacionis ommiſſa, & ſequuntur hic com-
muniter docto. quia eſt defectus iuris natura-
lis, qui neminem excuſat, & ego etiam puto ue
rum, licèt non poſſit negari quin fiat extenſio
ad dictam legem: tamen uidetur quòd aperta
ſit uiolentia, cum non facta citatione aduerſa-
rius uideatut in totum ignorans, & ingredien-
do uidetur uiolentia.

Quare remanet concluſio, quòd ubicunque
pars ingreditur propria auctoritate, tunc in-
diſtinctè incidit in pœnam dictæ l. memine-
rint. ſiue præceſſerit ſententia ualida ſiue nul-
la, uel decretum nullum, uel ualidum. ſi uerò
ingreditur cum auctoritate iudicis, uel per
executorem, uel cum eius licentia, ſi eſt defe-
ctus citationis incidit in illam pœnam ex qua-
dam extenſione: quia uiolentia æqualis uide-
tur: ſed ſi eſt alios defectus quàm citationis,
tunc non incidit in illam pœnam, ad quid au-
tem teneatur ego dicam in tertio articulo.

91 Secundus eſt articulus † quando ultra ius
commune impoſitæ fuere pœnæ ſtatutariæ, &
tunc communis fuit concluſio & regula quòd ſi
ſtatutum loquater ſimpliciter incidat in illas
pœnas, etiam quòd ſit minor, uel mulier, uel
ruſticus, & etiam qood ſit ſtatutum imponens
pœnam turbanti perſonaliter. Item etiam ſiue
defectus ſit in citatione ſiue in alia ſolennitate,
exeo: quia illud ſtatutum debet aliquid operari
ultra legis diſpoſitionem, & ſentiunt hic com-
muniter docto.

Limitatur non procedere quando imponi-
tur pœna corporalis.

Item limitatur non procedere quando ſta-
tutum expreſsè requirit dolom.

Item limitatur non procedere quando taci-
tè ex aliquibus uerbis requirit dolum, &
in omni-

in omnibus ut ſupra dictum fuit cum doctori-
bus,quæ omnia tanto fortius,& indiſtinctè pro
cedunt, ſi quis ingrederetur propria anctorita-
te , etiam quòd decretum eſſet ualidum, & ſen-
tentia ualida:quia ſi incidit in pœnam dictæ l.
meminerint,ut priuetur iure ſuo, & quæ non ha
ber locum quando defectus non eſt in citatione
fortius etiam habuerit locum dictæ pœnæ ſta-
tutariç quæ incurrnntur ex omni decreto nullo.

92 Tertius eſt articulus † quid operetur bæc miſ
ſio facta auctoritate iudicis non facta citatio-
ne,uel facta non intetueniente alia ſolennitate
in utilitatem ipſius miſsi,an aliquòd ius ſibi ac
quirat.quàm quęſtionẽ omiſerũt hic doct. & tu
dicas quòd aut tenemus quòd miſſus in poſſeſ-
ſionem ex decreto non ritè lato incidat in pœ-
nã legis meminerint: & tunc acqnirit detẽtatio
nem ex primo decreto , & poſſesſionem ex ſecũ
do decreto quam non habebat . Item acqnirit
ius retentionis, & recuperationis ſicut quilibet
uiolentus poſſeſſor,l.ſi quis ad ie fundnm.C.un-
de ui, & cap. in literis.de reſti. ſpoliato. atqnè
etiam acquirit onme commodum poſſesſionis ,
quod etiam competit eiſdem niolentis poſſeſſo
ribus ut interim pereipiat ſructus licèt non fa-
ciat ſuos,& tenearur reſtituere , atque etiam ba
habeat commodum quòd transferat onns pro-
bandi in aduerſarium decretum ritè non fuiſſe
latum , nt dicebat hic Paul.de Caſtro colligi ex
mente docto. in hoc articulo: ſed nihil allegat.
Ale.hic nn.26.allegat dictũ Speculatoris in tit.
de emptio. & nenditio.§.nnnc dicendum.nerſi.
hoc quoque.cum uerſi. ſequenti, ubi dicir quòd
decretum iudicis operatur præſnmptionem ꝙ
omnia fuerunt ſolenniter , & ritè acta , & alle-
gat l. ſciendum . infra de uerbotum obligatio.
& §. ſi ita ſcriptũ.inſti.de inutilib.ſtipulatio.de
quo facit mentionem Bal.in l. quicunque. §.fin.
ſupra de Publiciana actione, & in l.quæcunque.
C.de bonis quæ liberis . & l. cum bi . §. ſi præ-
tor . ſupra de tranſa.& in leg. non aliter . ff. de
adoptionibus . & in l. fi. C. de prædiis minor.
& no. Ang. in l.prima. C.de fid.inſtrum.& inre
haſtæ fiſcalis lib. 10. qui conatur mordere di-
ctum Speculatoris : tamen Alex. pro Speculato
re allegat glo. in dicta l. prima. C. de iure fiſci.
& notata in dicta leg. ſciendum . quoniam pro
actu iudicis ſemper præſumitur , ut in capit. in
præſentia. de renuntiatione , & plenè no. in ca
in præſentia . de probatio. cum ſimilibus . ta-
men licèt præſumptio ſit interim non poteſt
facere ſtuctus ſuos quos tenetur reſtituere,ut in
cap.cum cauſa.in fin.& ibi not. Abb. in ultimo
notabili . de officio delega. & quòd non faciat
fructns ſuos tenet Inno. in cap. conſultationib.
poſt principium de iure patrona. quem refert ,
& ſequitur Bal. in l. ij. in pennl.colnm.C.de ſer
ui.& aqua , tamen an teneatur reſtituere eos in
tegros, uel potius quatenus eſt effectus locuple
tior dependet ab hoc , utrum iſte dicatur eſſe
malæ fidei poſſeſſor. & tex. in l. ſed & ſi lege . §
ſcire. ſupra de petitione hæreditatis uult ꝙ
qui errat in iure non dicatur malæ fidei poſſeſ-
ſor . unde non poteſt teneri ad reſtitutionem
omnium ſructuum : ſed quatenus eſt locuple-
tior , & hoc tenet Alex. hic uum. 21 . poſt Bart.
in l. ex diuerſa . in principio . ſupra de rei uen-
dicatione , & Bar. in dicto . §. ſcire . Angel. &
Imo. & Alex. in l. Neſennius . infra de re iudi.
quam conclnſionem puto neram: quando eſt de
fectus in iuſtitia , non autem in ordine. defe-
ctus autem in ordine maximè citationis non ui
detur ita excuſare , cum dicatur eſſe iuris natu-
ralis , clem.paſtoralis. de re iudicata , nihilo-
minus cum interueniat auctoritas iudicis, & ip
ſe ſimul cum iudice errauerit , nidetur huma-
nior opinio quòd dicatur bonæ fidei poſſeſſor,
& intelliganius , l. qni anctore . de reg. iur. ge-
neraliter etiam quòd decretum ſit inualidum .
Item etiam ultra qnòd non facit fructus ſuos ;
conſtito de ordine non ieruato poteſt conneni
ri ex conditione ex lege meminerit . petendo
quòd ipſe priuetur omni iure ſuo ſecundnm for
mam illius legis, quo caſu requiritur ſententia
ut de conſtitutione legis ſi quis in tantam , di-
xit Abb. in cap. paſtoralis. de re iudicata in pe
nultim. glo.

93 Sed † ſi tenemus opinionem Bar. in d.l. me-
minerint . num. 8.quòd illa conſtitutio non ha
beat lotnm in eo qui mittitur in poſſesſionem
auctoritate indicis, & ſolum procedat in priua
to ingrediente . tunc non haberet locum hæc
pœna : ſed tantummodo teneretur interdicto
ſpoliatorio , ut ante omnia teneretur reſtituere
nullam ualens opponere exceptionem: ſicut di
ximus in l. naturaliter . §. nihil commune . ſu-
per prima lectura glo. ſupra eodem , & hæc opi
nio nidetur eſſe de inre uerior : tum quia dicta
conſtitutio nullum uerbnm dicit de auctorita-
te iudicis , & nulla conſtitutio proſpiciens in
materia ſpolii extendi poteſt ultra caſum ſuum
ut ſupra dictum fuit : tum quia etiam tex. in l.
fi.C. ſi per uim uel alio modo redderetur ſnper
fluus . Vnde Bar. ibidem coactus fuit dicere
quòd ille tex. non loquitur de priuante poſſeſ-
ſione aduerſarium ſuum quia habet locum lex
meminerint : ſed intelligitur de turbante quod
eſt dininare,& ualde uiolare dictam legem fi.&
ideò melior , & legalior diſtinctio eſt ut dica-
mus quòd dicta lex meminerint . loquitur in
priuato ingrediente propria auctoritate ſub
prætextu ſententiæ latæ in fauorem ſui, & dicta
l. fi.loquatur de ingrediente auctoritate iudi-
cis inordinatè procedentis . & quòd miſſus te-
neatur reſtituere tanquàm niolentus poſſeſſor
ſecundum naturam illius tituli: tamen non in-
cidat in pœnam priuationis iuris ſui , ut aliquã
excuſationem nideatur indncere auctoritas iu-
dicis , & ipſe errauerit cum iudice, & hæc eſt tu
tior opinio .

94 Quare conclndas † quòd miſſus boc modo
inordinatè auctoritate iudicis , uel ingrediens

eum licentia ſibi data à indice non ſacta cita-
tione partis acquirir detentationem primò,
& poſteà poſſeſsionem. Item præſumptionem
pro ſe donec probatum fuerit de inualiditate
decreti, atque etiam ius percipiendi ſructus,
& transſerendi onus probandi in aduerſarium
ſicut quilibet uiolentus poſſeſſor, quo caſu po-
terit conueniri interdicto ſpoliatorio, & com-
perta ueritate condemnabitur ad reſtituendã
rem, nulla audita exceptionis allegatione, ar-
que tenebitur reſtituere fructus ſaltem quate-
nus eſt effectus locupletior: ſed uon conuenie-
tur dicta conſtitutione legis meminerint. ut
poſsit priuari inre ſuo.

95 Sinautem † eueniat quod ſit miſſus in poſſeſ
ſionem ex decreto ritè lato, tamen nõ rectè pro
pter iniuſtam cauſam allegatam, uel obreptio
nem, uel quia contra leges, uel ex defectu iuriſ
dictionis, uel ex alia quacunque cauſa nullo, &
tunc acquiret detentationem, & poſteà poſſeſ-
ſionem, & atque ius percipiendi ſtuctus, atque
etiam ius retinendi, & ius recuperandi ſi uio-
lenter ſpoliaretur atque omnem commoditatẽ
quam præſtat poſſeſsio, ut transferatur onus
in aduerſarium. iuxta. §. commodum. inſti.de
interdict. Item habet ius retentionis ut non poſ
ſit conueniri aliquo interdicto neque ſpoliato-
rio: neque alio ſimili: neque etiam interdicto
retinendæ cum non dicatur nec ui nec clam poſ
ſidere: ſed quietè poſsidebit donec probabitur
de iniuſtitia decreti, uel obreptione, & alio de
fectu, & contra eum procedetur ad reuocatio-
nem remediis ordinariis de quibus in iuribus
allegaris per Bar. hic in principio. & in dicta l.
à diuo Pio. §. ſi ſuper rebus. & §. ſi poſt addi-
ctum. infra de re iudica. & tenebitur reſtituere
fructus omninò quatenus eſt effectus locuple-
tior, non autem omnes perceptos: quia uerè
bonæ fidei poſſeſſor præſumitur per dictam le-
gem ſed & ſi le. §. ſcire, ff. de petitio hæredita.
& differt iſte caſus à præcedenti ſolum in hoc;
quia in præcedenti conuenitur interdicto ſpo-
liatorio, in hoc uerò non poteſt conueniri: ſed
ſolũ remediis ordinariis reuocatoriis, & maior
præſumptio bonæ fidei militat.

96 Ex quibus † omnibus habes totam materiam
iſtius legis declaratam, tam quando eſt miſſus
ex decreto inualido, quàm ex decreto nullo, &
hoc nouum habes quòd non expreſſerunt doct.
quòd ſpolium iudicis non poteſt induci niſi
quando quis mittitur in poſſeſsionem ex ſen-
tentia, uel decreto non ritè latis, & non ſerua
ta forma, cum ſi aliàs ſit iniuſtum, & inuali-
du nunquam poſſit competere interdictum ſpo
liatorium, ut dictum fuit, in quo ſpolio ſecun-
dum opinionem magis communem ipſe princi
palis priuatur iure ſuo per dictam legem memi
nerint, quàmuis uerior ſit opinio, & humanior
quòd tantummodo teneatur interdicto ſpolia-
torio abſque priuatione iuris ſui, per dictam l.
ſi, C. ſi per uim uel alio modo, quæ tantummodo
loquitur hoc caſu.

97 Et in effectu poſteà † habes quòd iſta l. pro-
cedit quãdo ſententia eſt ritè lata quàmuis nõ
iuſta, uel quando decretum eſt ritè latum, & re
ctè, uel etiam ſi iniuſtè ſit latũ, tamen iniuſtitia
erat ex parte ipſius conuenti. uel etiam ſi iniu-
ſtitia erat ex parte actoris: tamen decretũ fuit
latum ſuper cauſa diſcuſſa, quibus caſibus, &
ſententia, & decretum ualent unde dicitur iu-
ſtè poſsidere, & licitè retinet, & nullas pœnas
neque legales neque ſtatutarias incurrit, atque
etiam concedit acquiſitionem dominii, acqui
ſitionem fructuum ſi dominus fuit aduerſarius,
atque uſucapiendi conditionem, & ius reten-
tionis, & recuperationis: quando interponi-
tur ex cauſa perpetua, & ſi ex cauſa tempora-
li producit effectus conuenientes illi cauſæ.

98 Ideò † ſic crea legẽ. Qui poſsidet auctore præ
tore uel iudice ex ſententia ritè lata quàmuis
iniqua, & ex decreto ritè lato, & rectè, uel etiã
ritè lato, & iniuſto ex parte rei conuenti, uel
iniuſto ſuper cauſa diſcuſſa lato tunc iuſtè poſ-
ſidet hoc eſt lege permittente poſsidet ac lici-
tè retinet ut nullas pœnas legales, uel ſtatuta-
rias incurrere poſſit atque etiam producat do
minii, & fructuum acquiſitionem, ſi dominus
eſt, & nouum titulum acquirat cum quo poſſit
uſucapere atque habere ius retentionis. & recu
perationis, & cæteros omnes effectus quos ha-
buiſſet ille cui à poſſeſſore res tradita fuiſſet cũ
iuſto titulo ex cauſa perpetua, & ſi miſſus ſit ex
cauſa temporali acquirit omnes illos effectus,
& commoditates à lege conceſſas illi cauſæ.

99 Sinautem † aliquis miſſus eſt in poſſeſsionem
ex ſententia non ritè lata, uel ex decreto non
ritè lato, uel etiam ritè lato: ſed iniuſto ex par
te actoris, & ex cauſa non diſcuſſa, & tunc non
dicitur iuſtè poſsidere: neque iuſtè retinet: ne
que acquirit dominium: neque facit fructus
ſuos: neque habet iuſtum titulum: neque uſu-
capiendi conditionem: ſed tantummodo ac-
quirit ius retentionis, & recuperationis, atq;
ius percipiendi fructus, & transferendi onus
probandi in aduerſariũ: ſicut quilibet uiolẽtus
poſſeſſor, quàmuis poſteà ſi decretum non eſt ri
tè latũ poſſit conueniri interdicto poſſeſſorio,
ut teneatur reſtituere rem cum fructibus. ſed ſi
decretum eſt nullum ex alia cauſa acquirit ius
retentionis maius: quia non poteſt conueniri
interdicto ſpoliatorio, & ſolum poteſt conue-
niri remedio ordinario reuocatorio, in tantum
quòd poſſet ei acquiri ius uſucapiendi ſaltem
per triginta annos, cum iuris error impediat
uſucapionem decennalem. §. error. inſti. de
uſucapio. cum ibi no. & aliis concordanti.

100 Er quando † ſit miſsio in re aliena, & poſsi-
detur ab extraneo, talis poſſeſsio non acquiri-
tur: quia ille priuari non poteſt ut habetur in
in l. peregrè. §. quibus. in fra eodem. Vnde
tunc ad acquirendam poſſeſsionem erit neceſſa
rium quòd tranſeat tantum tempus quo per ne
gli-

gligentiam uideatur amiſiſſe, iuxta legem furtum. §. primo. infra de uſucapio. quæ applicabitur ipſi miſſo: quando erit uacans, iux. le. quod ſi nolit, cum ibi no. ſup. eodem, & poſteà in caſibus permisſis poterit uſucàpere. Quę omnia bene nota: quia à nemine ità clarè neque ordinatè èxplicata fuere. & hæc ſufficiant.

Ioannes Bolognetus Salerni legens, & Meſſanæ repetita in ultima die Maii. 1568. in ſeptem lectionibus.

Summaria in legem quod meo. ff. de acquiren. poſſesſione.

1 *IN hac lege ponitur unus modus notabilis quo duo exiſtentes in una aula poſſunt transferre poſſesſionem cuiuslibet rei diſtantis.*

2 *Conſtituti materia quia exorbitat à regulis iuris poſſeſſionis, & dominij, recipit multas difficultates.*

3 *Vtilitatis cauſa, & facilioris modi negotiandi, receptum fuit ut nouem modis fictis ſine actuali appræhenſione acquiratur dominium, & poſſeſſio.*

4 *Per extraneam perſonam nobis poſſeſſio æquitate naturali ſuadente acquiri poteſt.*

5 *Per aſpectum ex fictione naturali poſſeſsio acquiri poteſt.*

6 *Per traditionem clauium ex fictione naturali poſſeſſio transferri poteſt.*

7 *Ex ſola conuentione rem detinens eius poſſesſionem acquirere poteſt.*

8 *Per appoſitionem cuſtodis ex fictione naturali poſſeſſio acquiri poteſt.*

9 *Per precarium fictione ciuili poſſesſio acquiritur, & transfertur, & de modo.*

10 *Per conductionem fictione ciuili acquiri poteſt, & transferri poſſeſſio, & de modo.*

11 *Per retentionem uſusfructus fictione ciuili poſſeſſio. acquiri, & transferri poteſt, & de modo.*

12 *Per conſtitutum fictione ciuili acquiri, & transferri poteſt poſſeſſio, & de modo.*

13 *Conſtitutum quàmuis ad oculum corporis uideatur modus multum exorbitans ex duobus tamen iuſtificari poteſt.*

14 *In conſtituto interuenit corporalis poſſeſsio acquirenti per ordinem hic traditum.*

15 *In conſtituto interuenit traditio rei, & poſſesſionis per modum hic traditum.*

16 *In conſtituto uenditor non dicitur ſibi mutare cauſam poſſeſsionis.*

17 *In conſtituto conſtituens non poſsidet ſibi, ſed alieno nomine poſsidet.*

18 *Conſtituens præſtat miniſterium alienæ poſſeſsioni.*

19 *Diuiditur hoc principium, & ſummatur.*

20 *Caſus figuratur declarans formam, & materiam conſtituti cum iuſtificationibus.*

21 *Poſſidens ciuiliter & naturaliter per conſtitutum transfert poſſeſſionem.*

22 *Conſtituens ſe poſſidere nomine procuratoris emptoris, an transferat poſſeſſionem, & cui acquirat.*

23 *Procurator, tutor, uel curator conſtituētes ſe poſſidere nomine uenditoris, an transferant poſſeſſionem.*

24 *Conſtitutum aliquando eſt expreſſum, aliquando tacitum implicatum in alijs actibus, & qualiter hoc fiat demonſtratur.*

25 *Venditor conſtituens ſe poſſidere nomine emptoris, non poteſt expelli propria auctoritate à detentatione, niſi ponatur precarium.*

26 *Conſtitutum & precarium ſimul utilitatis cauſa in inſtrumentis conſueuerunt poni.*

27 *Per conſtitutum & precarium acquiritur uera poſſeſſio.*

28 *Poſſeſſio propriè non acquiritur, nec transfertur: ſed deſinit, & incipit.*

29 *Contraria quomodo procedant declaratur.*

30 *Poſſeſsionem ueram per conſtitutum acquiri declaratur.*

31 *Omnis poſſeſſio tam ciuilis, quàm naturalis uacans, an transferratur per conſtitutum detinentis tantum.*

32 *Conſtitutum factum abſente emptore, non transfert poſſesſionem ante ratificationem.*

33 *Si uenditor interim fuerit ſpoliatus an acquiratur emptori remedium ſpoliatorium.*

34 *Conſtituens ſe poſsidere nomine emptoris abſentis qui fuerit ſpoliatus, an ſecuta ratificatione transferat poſſeſsionem.*

35 *Concluditur ratificationem ſequentem non ſufficere ad transferendam poſſesſionem per euidentes rationes.*

36 *Intellectus ad l. bonorum. ff. rem ratam haberi declaratur.*

37 *Conſtituens ſe poſsidere, ſi furere cœpit adhuc ſecuta ratificatione transfert poſſeſſionem.*

38 *Conſtituens ſe poſsidere nomine abſentis, an & quando transferat poſſeſsionem. breuiter narratur per multos caſus.*

39 *Conſtituens ſe poſsidere nomine emptoris abſentis, nullo interueniente procuratore, uel nuntio, uel epiſtola nihil agit.*

40 *Conſtituens ſe posſidere nomine alterius cum precario non poteſt interuertere poſſeſsionem emptoris.*

41 *Aliud eſt eſſe tale, aliud haberi pro tali.*

42 *Procurator quando præſtat nudum miniſterium, uel poſſideat declaratur.*

43 *Procurator ingrediens quare præſtat nudum miniſterium alienæ poſſeſſioni, non autem ſibi eam acquirit.*

44 *Procurator poteſt ſibi ſoli totam poſſeſſionem acquirere ſi hoc agatur ut teneatur eam cedere.*

45 *Intellectus legis ea quæ ciuiliter. ff. de acquirendo rerum dominio apperitur.*

46 *Per conſtitutum ſolum ſine alio contractu præcedenti an transferatur poſſeſsio diſcutitur.*

47 *Dominus poteſt conſtituendo transferre poſſeſſionem*

nullo præcedente contractu, ſi apparet de eius uoluntate.

48 *Conſtitutum ex contractu inutili quando transferat poſſeßionem remiſſiuè.*

49 *Per conſtitutum an transferratur poſſeſſio alteri ignoranti, uel contradicenti.*

50 *Si per conſtitutum transferotur poſſeſſio, an etiam transferotur dominium latius diſtinguitur ultra alios.*

51 *Ficta poſſeſſio quando idem operatur quòd uera.*

52 *Conſtitutum quatenus duret declaratur, & an bis, uel ter operetur translationem poſſeſſionis,*

53 *Conſtituens ſe poſſidere, ſi poſſideat per alium, an transferrat poſſeßionem diſcutitur.*

54 *Poſſeſſio retenta per duos quomodo amittatur per unum declaratur.*

55 *Poſſidens plenè conſtituendo transfert omnem poſſeſſionem quam habet, & ſi aliqua uacat, adhuc illa acquiritur emptori.*

56 *Detinens ſi ſe conſtituat poſſidere nomine alterius, præſtat miniſterium ut ille poſſit acquirere omnem poſſeſſionem uacantem.*

57 *Poſſidens ciuiliter tantum an conſtituendo transferrat poſſeßionem latè diſcutitur.*

58 *Intellectus legis quædam mulier. ff. de rei uendicatione inquiritur, ac de eius ratione.*

59 *Poſſidens ciuiliter quòd poſſit per conſtitutum transferre poſſeſſionem noniter comprobatur.*

60 *Poßidens animo ſuo, & corpore alieno, an conſtituendo transferrat poſſeßionem diſcutitur,*

61 *Poſſeſſio rerum incorporalium quomodo transferratur per conſtitutum examinatur.*

62 *Donans uſumfructum, uel ius feudale in re ſua, an conſtituendo transferat poſſeßionem illius iuris quam non habet ſubtiliter diſcutitur.*

63 *Per naturalem poſſeſſionem fundi non acquiritur dominium uſusfructus: ſed per quaſi poſſeſſionem illius iuris.*

64 *Conſtituens ſe poßidere transfert illas poſſeßiones quas acquireret ille in ingrediendo.*

65 *Donans uſumfructum, uel ius feudale, per conſtitutum facit ut acquirat omnem poſſeßionem, & dominium.*

66 *Donans ſeruitutem prædialem an conſtituendo transferat poſſeßionem illius iuris.*

67 *Quaſi poſſeßio ſeruitutis non transfertur per conſtitutum niſi prius incipiat ea uti.*

68 *Differentia refertur quæ militat inter ſeruitutem, & uſumfructum in modo transferendi per conſtitutum poſſeſſionem.*

69 *Donans, uel uendens iuriſdictionem an conſtituendo ſe poſſidere transferrat eam poſſeſſionem.*

70 *Donans caſtrum cum iuriſdictione, ſi conſtituat ſe poſſidere transfert poſſeſſionem Caſtri, & iuriſdictionis.*

71 *Vendens ſolam iuriſdictionem Caſtri conſtituendo transfert quaſi poſſeſſionem ipſius.*

72 *Concedens Caſtrum in feudum cum iuriſdictione, an per conſtitutum transferrat poſſeßionem utriuſq;*

73 *Concedens iuriſdictionem in feudum, an per conſtitutum transferrat eius quaſi poſſeſſionem,*

74 *Vaſalli inobedientes conſtituendo ſe poſſidere nomine alterius cui ſe ſubiiciunt, nullam transferrunt poſſeſſionem iuriſdictionis regulariter.*

75 *Vaſalli interuertentes poſſeſſionem iuriſdictionis per conſtitutum eam poſſunt transferre, uel propter magnam negligentiam domini..*

76 *Populus liber conſtituendo transfert quaſi poſſeſſionem iuriſdictionis.*

77 *Detinens tantum rem corporalem, an per conſtitutum transferrat poſſeßionem.*

78 *Detinens per conſtitutum facit quòd alter acquirit omnem poſſeſſionem uacantem, quod noniter declaratur.*

79 *Detinens an per conſtitutum transferat detentationem quam habet, & concluditur quòd ſic contra Alexandrum.*

80 *Habens tenutam per officium iudicis, per conſtitutum poteſt eam transferre.*

81 *Conſtitutum quatenus duret inquiritur, & an poſſit bis uel ter operari effectum translationis repetitur.*

82 *Conſtitutum quòd trahatur ad bona futura demonſtratur.*

83 *Conſtituens ſe poſſidere bona præſentia, & futura, an poſſit facere quòd futurorum poſſeſſio non transferatur latè diſcutitur.*

84 *Donans tertiam uel quartam partem bonorum, an per conſtitutum transferrat poſſeſſionem.*

85 *Conſtitutum, & precarium in quo differant, latè diſcutitur ponendo quinque differentias.*

86 *Conſtituens retinet, & non poteſt priuari ſine actione ſed precario retinēs poteſt priuari propria auctori.*

87 *Conſtituens ſe poſſidere nomine unius non poteſt conſtituere nomine alterius.*

88 *Si conſtitutum & precarium mixtum in eodem contractu apponantur, quos effectus operentur.*

89 *Quid iuris ſit quando primò roganit, & poſteà conſtituit, & è contrariò.*

90 *Precarium, & conſtitutum una conceptione factum quid operetur.*

01 *In obligatione omniū bonorum etiam conſtitutum poni poteſt, per quod transfertur poſſeſſio rerum.*

92 *Pauci hodie ſunt debitores qui poſſideant bona ſua ciuiliter.*

93 *Creditores conſueuerunt reuocato precario petere aſſiſtentiam ſeu tenutam bonorum debitoris.*

94 *Conſtitutum quando ſit nullum, ſi contractus principalis eſt nullus, remiſſiuè.*

95 *Conſtituens per conſtitutum priuatur poſſeſſione ut deſtinat uſucapere.*

96 *Verba miniſterium præſtat, quomodo intelligantur.*

97 *Poſſeßio per procuratorem qualis ſit, & in cuius perſona conſiſtat.*

98 *Procuratoris animus in acquirendo domino non eſt neceſſarius, ſi tradens intendat domino acquirere,*

99 *Hæc tradita fuere pro theoricali cognitione terminorum.*

100 *Materia conſtituti per modum tractatus rectè ordinata fuit per Tiraquellum,*

In l. quod meo . ff. de acquir. poſſeſſ.

1 IN hac lege † ponitur unus nouus modus acquirendi poſſesſionem per quem duo exiſtentes in una camera poſſunt ſolis uerbis mutare poſſesſiones magnarum rerum transferendo poſſesſionẽ de una perſona in aliam, & quod dominus ex ſolis uerbis deſinat ipſe posſidere, & incontinenti alter poſſesſionem acquirat cum dominio cuiuſcunque rei, etiam diſtantis non diſcedendo à dicto loco, & in conſequentiam tractatur de omnibus aliis modis transferrendi poſſesſionem per actus fictos.

2 Sed † quia modus de quo agitur in hoc tex. appellatur conſtitutum exorbitans à regulis iuris tam poſſesſionis quàm dominii, ex eo: quia regulariter dominium acquiri ſolet per traditionem, l. traditionibus. C. de pact. & poſſeſſio acquiri non posſit ſine apprehenſione corporali, l. j. ſup. eo. ideò tex. iſte cum tota materia recipit multas difficultates, & contrarietates. Ideò ad iuſtificandum hunc actum, & cæteros ſimiles, & pro reſolutione difficultatum duo principaliter præmittenda ſunt. Primò quòd licèt antiquisſimo iure poſſeſſio acquiri nõ poſſet niſi per apprehenſionem, cum diceretur à pedum ſeu ſedium poſitione, l. prima ſupra eodem. Cuius ueſtigium etiam hodie remanſit in rebus exiſtentibus in bonis nullius, ut acquiri non posſint etiam hodie ſine apprehenſione ac etiam in rebus occupatis non interueniente conſenſu domini, ut dictum fuit in l. prima. ſupra eodem . & probatur in l. peregrè . §. qui
3 bus explicitis . infra eodem . † Tamen ubicunque interuenit conſenſus dominorum utilitaris cauſa diſpenſatum fuit ut ſine illa actuali apprehenſione acquiri posſit poſſeſſio, & dominium, & introducti fuerunt nouem modi acquirendi per fictionem, quorum quinque ſunt naturales, & quatuor ciuiles.

4 Primus † naturalis ut quis posſit acquirere per corpus alienum ſine ſua apprehenſione, qui modus in perſonis exiſtentibus in poteſtate, uel habemus ius aliquòd non recipit multam diſpenſationem cum ex regulis iuris quidquid ipſi acquirant ſuis dominus acquirant ut in dicta l. prima. §. item acquirimus. uſque ad. §. per procurarorem. Sed plus inductum fuit ut per extraneã perſonã poſſesſionem acquirere posſimus, quæ ſimiliter acquiſitio non recipit magnam diſpenſarionem, ſi procurator ipſe poſſesſionem in perſona ſua acquirat cum hac intentione ut cedat eam poſteà domino. ſed plus diſpoſitum fuit quòd abſque eo quòd per procuratorem efficiatur poſſeſſor dominus immediatè per apprehenſionem procuratoris acquirat poſſesſionem quaſi corpus procuratoris, & domini fingantur eſſe una, & eadem perſona, & cum procurator ingreditur uideatur dominus etiam ingredi quaſi ſuo corpore acquirat, & de iſto modo habetur in dicta l. prima §. per procuratorem. ſed clarius in l. communis ſeruus. §. procurator. ſupra eodem. & ſic hic ultimus modus acquirendi per procuratorem eſt in uſu, & de eo intelligunt leges, & ita capitur in tex. noſtro.

5 Secundus modus † acquirendi per fictionem eſt: quando res eſt in præſentia: nam interueniente uoluntate domini tradentis ſolo aſpectu & affectu ſine apprehenſione acquiritur poſſeſſio, l. iij. §. ſi iuſſerim. ſupra eodem. & in hac l. §. ſi per uenditorem.

6 Tertius eſt modus acquirendi per fictionem, de quo in l. clauibus. de contrahend. emption. quando fit traditio clauium penes horrea, etiam non uiſis nec tactis mercibus earum poſſeſſio acquiritur, cum qua concordat text. in l. qua ratione. §. item ſi quis. ſupra titulo pri- primo. & §. item ſi quis. inſtitut. de rerum diuiſione.

7 Quartus eſt † modus acquirendi per fictionem: quando detinens à domino habet titulum acquirendi, ut in §. interdum. inſti. de rerum diuiſio. & dicta l. qua ratione. §. interdum ſup. tit. ſecundo.

8 Quintus modus † naturalis acquirendi per fictiouem ponitur in le. quarundam, §. primo. infra eodem: quando habens aceruum lignorum cedit cuſtodiam alteri, qui ſi relinquat puerum ad cuſtodiam poſſesſionem cum titulo præcedenti acquirit.

Vltra hos modos naturales alii quatuor modi magis exquiſiti à lege ciuili conſiderati fuerunt, & quàmuis habeant originem à iure gentium: tamen propter maiorem exquiſitam formam datam à iure ciuili ultra approbationes appellabo ciuiles modos acquirendi.

9 Sextus † ergo modus qui ciuilis eſt acquirendi per fictionem fit per precarium, quæ acquiſitio contingir duobus modis. Nam aliquando fit de re aliena, ut ſi quis rogat dominum, & poſſeſſorem rei alienæ ut permittat ſe habere poſſesſionem, ut hic modus non habet diſpenſationem: quia oportet quòd ille rogans apprehendat poſſesſionem, & hac de cauſa precarium dicitur eſſe de iure gentium l. j. ff. de precario. Secundo modo acquiritur per precarium quando aliquis alienat rem ſuam uendendo, uel alio modo alienando, & poſteà rogat emptorem ut permittat ſe uenditorem ſtare in poſſesſione, quo caſu petit quod intus habet, ex eo: quia ipſe eſt dominus, & poſſeſſor rei nondum traditæ, & ille emptor qui nondum eſt poſſeſſor non poteſt concedere poſſeſſionem quã non habet. ideò ne actus ſit inutilis lex interpretatur quòd ille rogans transferat poſſesſionem

rei ſuæ, & per eam dominium in emptorem, & poſteà ab eodem emptore precario recipiat naturalem poſſeſſionem, & hoc modo per precarium inductum ad acquirendam poſſeſſionē transfertur in neceſſerium antecedens poſſeſſio prius in alium, & appellatur modus ciuilis propter hanc præſumptam traditionem.

10 Septimus modus † acquirendi per fictionem eſt per condictionem, qui etiam duobus modis fieri poteſt. Nam ſi quis conducit rem alienam oportet ut habeat detentationem à locatore, & hanc detentationem non poteſt acquirere niſi per apprehenſionem. unde totus contractus appellatur naturalis, l. prima. ff. locati tamen ſi eueniat quòd aliquis faciat condictionem rei ſuæ, ut ſi uendat fundum ſuum alteri, & poſteà dicat uolo retinere iure locationis ſeu conductionis hunc fundum, petendo hoc fieri, petit quòd intus habet: quia nondū tradiderat poſſeſſionem. & dominium, & condictio rei propriæ non ualet, l. neque pignus. ff. de reg. iur, Neque ille qui non eſt dominus nec poſſeſſor poteſt illam rem locare. propterea lex interpretatur quòd quando dominus hoc modo petit ut retineat rem ſuam iure conductionis in neceſſarium antecedēs ut actus nō pereat, uidetur prius transferre poſſeſſionem in emptorem, & per eam dominium, & poſteà eam habere iure locationis ab ipſo emptore domino facto, & detentationem retinere, & cum hæc poſſeſſio fiat ſine apprehenſione dicitur actus fictus, & propter formam exquiſitam ciuilis appellatur, & de hoc, & præcedenti modo acquirendi habetur in l. ſi quis ante, & in l. ſi rem aliquam. ſup. eo. ubi doct. ponunt quando ualeant, & non ualeant.

11 Octauus modus † transferendi ſeu acquirendi per fictionem inducitur per retentionē uſuſfructus qui ſimiliter fit duobus modis. Nam ſi quis obtineat uſumfructum rei alienæ à domino ſine diſpenſatione acquirit, & neceſſarium eſt ut apprehendat poſſeſſionem, ſed ſi eueniat quòd dominus uendat fundum ſuum, & antequàm tradat dicat quòd uult retinere uſumfructum, faciendo iſted pactum petit quod intus habet, & rem ipſam non poteſt conſequi: quia res ſua ſibi ſeruire non poteſt, l. uti frui. ff. ſi uſusfruct. petatur, Ideò lex interpretatur ne actus ſit inutilis quod ipſe uideatur prius transferre poſſeſſionem, & per eam dominium in emptorem, & poſteà ab ipſo emptore conſequatur uſumfructum, & poſſeſſionem naturalem, & ſic poſſeſſio per hunc modum exquiſita ſine apprehenſione emptoris acquiritur l. quiſquis. C. de donatio. & ibi no.

12 Nonus modus † acquirendi per fictionem inducitur per conſtitutum quòd dicitur eſſe contractus, ſeu pactum inter contrahentes ſubiectum, & fit hoc modo quòd aliquis uendens rē ſi am dicat conſtit o me poſſidere nomine emptor.s, quibus uerbis prolatis ſtatim ipſe uenditor deſinit poſſidere, & emptor acquirit poſſeſſionem per miniſterium ipſius uenditoris: ſicut ſi emptor per alium ingredientem nomine ſuo acquireret poſſeſſionem, & ſic per iſtam cōuentionem emptor efficitur poſſeſſor, & animo ſuo ſine apprehenſione acquirit illam poſſeſſionem, & per eam dominium, & hæc conuentio appellatur conſtitutum ad ſimilitudinem conſtituti de pecunia: quando quis conſtituit ſe debitorem alterius uel debere pecuniam obligatur ex illo conſtituto, etiam facto pacto nudo, l. prima, & per totum. ff. de conſti. pecunia. & poteſt fieri per nuntium, & epiſtolam inter abſentes, l. qui autem. §. fi. de conſti. pecunia. Eodem modo ſi quis conſtituit ſe poſſidere nomine alterius transfert poſſeſſionem in eum per ſuum miniſterium, & ipſe incipit eſſe debitor poſſeſſionis naturalis, uel detentationis quam retinet, ut poſſit poſteà conueniri quòd eam tradat, de quo conſtituto tractatur in hac lege noſtra cum ſua materia, & in cōſequentiam poſteà de aliis tribus modis fictis: quia conſtitutum ingreditur in eos, & hæc pro generali cognitione iſtorum modorum. Nam plenius declarabuntur inf. in undecima quæſt. cum quatuor ſequentibus.

13 Secundò proprius † ad tex. pro intelligentia literæ, & inueſtigatione quomodo iſte modus acquirendi poſſeſſionem per conſtitutum de iure poſſit procedere præmittendū eſt, quòd cum ſit exorbitans ut dictum fuit à regulis iuris, tam dominii, quàm poſſeſſionis recipit multas contrarietates, & ne uideatur aliquòd abſurdū à iure conceſſum inueſtigandum eſt quomodo iuſtificetur, & cum regulis iuris conuenire poſſit.

Primò namque contra hunc modum fortiter urgere uidetur: quia poſſeſſio dicta eſt à pedū uel ſedium poſitione, quæ ſine pedibus acquiri non poteſt dicta l. prima ſupra eodem. & propter hoc ſine corpore, & animo acquiri non poteſt, l. quemadmodum. ſup. eo. & l. licet. C. eo. ac etiam neceſſarium ſit accedere ad fundum, & pedibus ingredi eum, & aliàs acquiri non poteſt. l. iij. ſupra eodem. Sed in hoc conſtituto præſupponitur quòd emptor, & uenditor ſedentes in una camera transferant poſſeſſionem cuiuſcunq; rei, etiā diſtantis per mille milliaria, & ultra, & emptor acquirat ſine apprehenſione, quòd uidetur eſſe abſurdum, & contra re-
14 gulas, & naturam poſſeſſionis. † Tamen reſpondetur iuſtificando eum quòd rectè conſiderando non contradicit ità iuribus pro ut ad oculos apparet, quòd demonſtratur, ex eo; quia conſtituens uidetur ſubire tacitum mandatum de acquirendo poſſeſſionem emptori. & per illud efficitur procurator ipſius emptoris unde ipſe ſibi ipſi tanquàm procuratori emptoris uidetur tradere poſſeſſionem, & cum ſit procurator, & fingatur corpus emptoris per corpus ipſius emptor dicitur ingredi fundum hoc ordine, ut conſtituens primò deſinat poſſidere

nomine

nomine ſuo ad finem ut uacet poſſeſsio, & poſteà tanquàm procurator emptoris ingreditur fundum uacantem, & ipſe emptor animo ſuo per corpus ipſius uenditoris acquirit poſſeſſionem: ſicut ſi uerè ingrederetur rem uacantem, & ità per corpus uenditoris fictè apprehendere poſſeſsionem, & ſic ceſſat abſurdum: quoniam procurator immediatè acquirit poſſeſsionem domino ſine eius apprehenſione, d.l.ſeruus cōmunis.§.j.& l.j.§.per procuratorem.ſupr.eod.& ſic ceſſat unum abſurdum.

15 Secundò † huic modo contradicit: quia nō dicitur interuenire traditio poſſeſsionis, quæ eſt neceſſaria.l.traditionib. C. de pactis. & §. per traditionem.inſti.de rerum diuiſione. Nec ſaluatio præcedens quòd ſibi ipſi uideatur tradere uidetur bona, cum inter dantem, & accipientem debeat eſſe differentia l.ij. ff.de ſtipulatio. ſeruorum, & cap.ſi.de inſtitutio. & per regulam quòd nemo poteſt ſibi ipſi mutare cauſam poſſeſsionis, l.non ſolum.§.primo.cum ſuis concordantibus.inf. de uſucapio.

Sed reſpondetur iuſtificando eum quòd imò hic interuenerit traditio, attento quòd ipſe uēditor poſſidebat naturaliter, & ciuiliter, uel per corpus ſuum, uel per corpus ſeruorum ſeu colonorum. Vnde habens poſſeſsionem naturalē potuit eam tradere ſibi ipſi, & quāuis uideatur eadē perſona: tamen quia effectus eſt procurator emptoris incepit gerere uicē duarū perſonar. & quādo tradidit ſibi ipſi uidetur fictè tradere emptori cuius perſonā gerit. Sicut in ſimili dicitur de tutore in l. fiſtulas.§. j.ff.de contrahen. emp. & in l.ſi tutor inſtitut.de inoffic. teſtamen. & interueniente ueritate tituli uel perſonę quis poteſt ſibi mutare cauſam poſſeſsionis, le. non ſolum.§.primo.ſupr.de uſucapioni. unde ceſſat ſecundum abſurdum.

16 Tertiò † huic modo obſtare fortiter uidetur: quia præſupponitur quòd uenditor ſibi ipſi tradat poſſeſsionem nomine emptoris. unde uidetur ꝙ mutet cauſam poſſeſsionis, contra l.iij.§.illud.& l.qui bona.§.j.inf.eo.& l.ij.§.j. inf.pro emptore, & ad hoc ut mutatio fieri poſsit eſt neceſſarium ꝙ prius diſcedat corpore ſuo à poſſeſsione, & poſteà ex alio nouo ingreſſu, & noua cauſa eam acquirat, d l.qui bona. §. j. hic uerò neque diſceſsit: neque ingreſſus fuit: neque etiam dicitur habere nouum titu. quia in perſona ſua titulus uenditionis eſt excluſiuus, non autem acquiſitiuus. Nec uidetur exemplum de le.fiſtulas.§.j. ſup.de contrahen.emp. ſufficere: quia ibi tutor corpore ſuo fecit diſcedere pupillum, & poſteà naturaliter ingreſſus fuit. unde uidetur continere abſurditatem. ſed huic rationi iuſtificando modum reſpondet hic Celſus Iuriſco. negando quòd uenditor dicatur ſibi ipſi cauſam poſſeſſionis mutare, ex eo: quia ſtatim quòd tradidit ſibi ipſi tanquàm procuratori deſinit poſſidere, & incipit poſſidere nomine emptoris: nemo autem prohibetur quando quis, & ante, & poſteà dicitur poſſidere. hic autem primò poſſidebat: ſed poſteà emptor poſſidet: quia eius nomine ipſe poſſidet, meritò non mutat ſibi cauſam poſſeſsionis.

17 Sed adhuc inſtatur: quia imò uidetur ꝙ Celſus noluerit nos illudere. Nam ad oculos omniū apparet quòd ipſe uenditor ſtat in eadem poſſeſsione in qua erat prius, & ſic uerè ſibi mutet cauſam poſſeſsionis poſſidendo nomine alieno tanquàm cauſa tantum non poſſeſsio mutetur, Reſpondet idem Celſus quòd imò ratio fuit bona: quia licèt ad oculum uideatur corpore eſſe in poſſeſsione: tamen ipſe uenditor non poſſidet, cū prius deſierit poſſidere, & poſteà nomine emptoris uideatur acquirere poſſeſsionē uacantē. unde aliud eſt poſſidere, aliud eſt in poſſeſsione eſſe, & alieno nomine poſſidere, & hic uenditor poſt conſtitutum eſt in poſſeſſione ſeu inſiſtit alieno nomine. Ideò ſequitur quòd ille poſſidet cuius nomine res detinetur.

18 Sed iterum inſtatur † quòd Celſus adhuc uelit nos illudere, ex eo: quia dato ꝙ uenditor ſit in poſſeſsione nomine alieno: tamen non tollitur quin ipſe poſſideat: quia & procurator acquirit ſibi poſſeſsionem quam tenetur cedere domino ſicut actionem, d.l.j.§.per procuratorē & l.poſſeſſio.§.j.inf.eo. Reſpondet adhuc Celſus ꝙ imò bene dixit, ex eo: quia procurator hoc caſu non acquirit ſibi poſſeſsionem: ſed immediatè acquirit domino, & dominus uerè poſſidet d.l.ſeruus.communis.§.j.inf.eod. & procurator quoque corpore ſuo præſtat tantum miniſteriū alienæ poſſeſsioni: quia corpus ſuum fingitur eſſe corpus emptoris fictè ingredientis, & emptor acquirit animo ſuo poſſeſsionem per miniſterium procuratoris, etiam ignorans, l. j. C. per quas perſonas nob. acquiritur per miniſterium corporis procuratoris taliter quòd procurator non poſſidet: ſed eſt emptor fictè ingrediens qui uerè poſſidet., l. certè. §. primo. infra de precario.

Propterea remanet concluſio. quòd poſt conſtitutum uenditor dicitur eſſe in poſſeſsione nomine emptoris, & ipſe non poſſidet: ſed ille cuius nomine retinet, & per conſequens ſequitur quòd ſibi non mutat cauſam poſſeſsionis: quia primò poſſidebat pro ſuo nunc uerò alieno nomine inſiſtit in re, & ſaltem mentaliter diſceſſit à poſſeſsione, & poſteà alieno nomine ingreſſus fuit, & efficitur quòd emptor eſt ille qui uerè poſſidet.

Ex quibus apparet quòd iſte modus licèt ad oculos corporis uideatur nouus, & exorbitans tamen medullitus conſideratus dicitur eſſe conueniens regulis iuris interueniente fictione: quòd ille realiter efficiatur procurator, & quòd ſibi tradat tanquàm procuratori, & emptor per miniſterium procuratoris acquirat ſibi poſſeſsionem, & ſtantibus tot fictionibus modus efficitur rationabilis, & receptus in frequentiſſimo uſu, propter utilitatem, & cōmoditatē nego

tiorum, & eſt quædam conuerſio poſſeſſionis: ſicut propter commoditatem receptum fuit ut etiam fiat conuerſio contractuum, iuxta ea quæ dixi in præmiſſis, in l. ſingularia. ff. ſi cer. pet. de quo in hac lege, & de eius natura, & requiſitis uidendum eſt.

19 Quibus† ſic explicitis deuenio ad tex. qui diuiditur in quatuor partes. In prima ponitur caſio. In ſecunda reſponſio ad tacitum contrarium. In tertia reſponſio ad aliud tacitum contrarium reſponſionis datæ. In quarta reſponſio ad aliud tacitum contrarium reſponſionis ſecundæ.

Secunda ibi, nec enim. Tertia ibi, ut idem, Quarta ibi procurator.

Summatur ſecundum docto. Eius quòd poſſidemus alium poſſeſſorem facere poſſumus, cõſtituendo nos eius nomine poſſidere. quod ſummarium eſt bonum reſpectu materiæ, tamen literam nõ uidetur ſummare. Vnde ita potes ſummare. Poſſideus poteſt alieno nomine poſſidere acquirendo ei poſſeſſionem, nec dicitur ſibi mutare cauſam: quia præſtat miniſterium alienæ poſſeſſioni.

20 Caſus ità breuiter fingi poteſt. † Quidam habens fundum in prouincia, uel partibus longinquis, quem poſſidebat naturaliter, & ciuiliter per corpus ſeruorum, uel colonorum uendidit eum Sempronio, & cum ille eſſet podagroſus, & non poſſet accedere ad accipiendam poſſeſſionem: neque haberet ſeruos per quos poſſet eã acquirere, quæſiuit à Iuriſconſulto quid agẽdum eſſet, ut ipſe emptor acquirere poſſet poſſeſſionem, & dominium ut fructus ſuos faceret? ille reſpondet dando reſponſum facilem, dicẽs quòd ipſe uenditor conſtitueret ſe poſſidere nomine emptoris, & ita ipſe deſineret nomine ſuo poſſidere, & faceret emptorem poſſeſſorem. fuit modo quæſitum coram Celſo Iuriſconſulto utrum iſtud conſilium eſſet bonum, & an per tale conſtitutum emptor acquiſiuiſſet ſibi poſſeſſionem? Et ratio dubitandi erat, & uidebatur dicendum quòd nulla poſſeſſio fuiſſet tranſlata in eum. & primo: quia poſſeſſio dicitur à pedum ſeu ſedium poſitione, & ſine pedibus acquiri non poteſt, l. j. ſupra eodem. ſed hic nulla interuenerat poſitio pedum: ergo nec poſſeſſio acquiſita fuit.

Secundò faciebat tex. in l. quemadmodum. ſupra eodem, & l. licèt. C. eodem. ubi ſine animo, & corpore nulla poſſeſſio acquiri poteſt.

Tertiò faciebat tex. in l. poſſideri. ſupr. eo. ubi eſt neceſſarium accedere ad ipſum fundum, & illum naturaliter ingredi, ſi uult acquirere poſſeſſionem.

Quartò faciebat: quia tale conſtitutum uidetur uanum, & nullam transfere poſſeſſionem, l. quãmuis. §. j. ubi tex. uidetur in terminis. infra eodem.

Quinto faciebat. quia conſtituendo ſe poſſidere nomine alieno dicitur ſibi mutare cauſam poſſeſſionis. unde obſtant omnia iura quæ dicunt neminem ſibi ipſi poſſe mutare cauſam poſseſſionis.

Iſtis tamen non obſtantibus Celſus hic determinauit quòd conſilium illud fuerat bonum, & quòd per tale conſtitutum emptor acquiſiuiſſet poſſeſſionem, & uenditor eam tranſtuliſset, cũ qui poſſidet, incipere poſſit alieno nomine poſſidere, & tanquàm procurator effectus ſibi ipſi procuratori tradere poſseſſionem, & cum corpus ſuum fingatur eſse corpus emptoris, ipſe uidetur acquiſiuiſse poſseſſionem naturalem, & ciuilem per corpus uenditoris tanquàm ſui procuratoris.

Nec obſtant allegata in contrarium. Et primò quòd poſseſſio requirat pedum poſitionem quia, & hic interuenit pedum poſitio, cum uenditor dicatur poſſidere corpore ſeruorum, & illam poſseſſionem per conſtitutum uidetur amiſiſse, & tradidiſse ſibi tanquã procuratori emptoris qui emptor per corpus ipſius uenditoris procuratoris naturaliter dicitur ingredi poſseſſionẽ, & ſic eſt legalis pedum poſitio.

Non obſtat ſecundum: quia hic interuenit animus, & etiam corpus emptoris: quia uenditor poſſidens dicitur corpore ſuo nomine emptoris apprehendere poſseſſionem, & ingredi eam.

Non obſtat lex poſſideri: quia eodem modo dicitur quòd emptor accedit ad fundum per corpus uenditoris quod fingitur eſse ſuũ, & ità uidetur corpore ingreſsum fuiſſe poſſeſſionem.

Non obſtat l. quãmuis. §. j. quia loquitur de colono qui nullam habet poſſeſſionem, & per conſtitutum non transfertur poſseſſio quando conſtituens non poſſidet, hic autem uenditor erat dominus, & uerus poſseſſor. Vnde conſtituendo potuit tranſferre poſseſſionem quam habebat.

Non obſtat illud de mutatione cauſæ: quia reſpondet hic Iuriſcon. quòd non dicitur mutaſſe ſibi cauſam poſſeſſionis: quia deſiit poſſidere nomine ſuo, & incæpit poſſidere nomine alieno, & licèt ad oculos corporis uideatur adhoc ipſe poſſidere: tamen mentaliter ipſe poſſidet: ſed eſt emptor cuius nomine ab eo res detinetur.

Nec obſtat quòd ſi procurator eſt: ergo poſſidet: quia imò procurator non acquirit poſseſſionem ſibi: ſed immediatè acquirit domino, & ſolum miniſterium dicitur præſtare alienæ poſſeſſioni, hic eſt caſus iuſtificans hunc modum acquirendi per conſtitutum.

Nec obſtat quòd duo uideantur poſſidere in ſolidum: quia imò unus ſolus poſſidet, cum uenditor deſinat poſſidere, & corpore ſolam detentationem retineat, & nudum miniſterium præſtat. emptor autem eſt ille qui poſſidet habens quæſitam poſseſſionem per ingreſsum ſuum repræſentatum per corpus uenditoris.

Nec obſtat quòd procurator acquirit ſibi

poſſeſſionem,& eam teneatut cedere ı qnia teſpondetur quòd hoc caſu uenditor uomine emptoris nullam acquiſiuit ueram poſſeſſionem. ſed fuit emptor qui eam acquiſiuit, cum procurator alienæ poſſeſſioni miniſteriuın ptæſtet.

21 Notandum eſt primò ex iſto tex. † quòd qui poſſidet poteſt ſua uoluutate per ſemetipſum alicno uomine poſſidere, dicendo conſtituo me poſſidere nomine talis emptotis. qui modus uulgariter appellatut conſtitutum. & iuſtificatur ut ſupra dixi,ut ille couſtituens recipiat tacitum mãdatum ab emptore acquirendi poſſeſſionem rei,& conſtitutus procurator,uel ſaltem negotiorum geſtor incipiat gerere perſonam duorum, & poſteà ſibi ipſi tanquàm procuratori ttadat nomine ipſius emptoris exeundo fictè,& ingrediendo ı atg. l. ſtipulas. §. j. de contrahend.emptione,& l.qui bona.§.j. inf. eo. & ita acquiratut poſſeſſio per miniſterium ſuũ emptori tam ciuilis quàm naturalis,& per eam poſteà dominium.unde ſatisfit duobus requiſitis naturaliter in acquirenda poſſeſſione, uno quòd acquiratur corpore poſſeſſio. Secundò quòd fiat traditio: quia couſtituens ſibi ipſi tradit tanquàm procuratori, cum & naturalem poſſeſſionem habeat.

Ideò naſcitur dubium.An poſſidens tantum ciuilitet pet conſtitutum poſſit illam transferre,de quo inf.diſputabimus.

22 Quod conſtitutum operatut † eundem effectum quando emptot emit per procuratorem, & uenditor conſtituat ſe poſſidere nomine procuratotis:quia ei acquititur poſſeſſio uera, & per procuratorem ipſi emptori ſecundum Bar. in l.ſi is qui pro emptore.in fin. quæſtio.infr.de uſucapio.quem ibi ſequuntut docto.non tamen per rationem ſuam quòd uera poſſeſſio acquiſita ptocuratori tranſeat ad emptorem: ſed per rationem:quia duæ fictiones orientes ex diuerſo fonte,uel in conſequentiam procedentes poſſint coucurrere:ſed ego ibi dixi quòd tunc propriè in emptotem tranſit poſſeſſio quando uenditot conſtitnit ſe poſſidere uomine emptoris: licèt abſentis ı nam tunc cũ procuratot habeat mandatum ad emendum, habet quoque mandatum ad conſtituendum, ideò ille emptot per miniſteriũ procuratoris uerè dicitut emere, & uerè dicitur conſtitutũ facere per miniſteriũ ꝓcuratoris tanquã nuntii, & per illud acquirere uerã poſſeſſionem,iux.l.qui autẽ.§.fi. de conſti. pecunia,& l j.§.fi.ff.de contrahen.emptione, ut ibi plenius dixi, quo caſu conſtituens efficitur procurator ipſius emptoris abſentis, & ſibimet nomine dicti domini abſentis dicitut tradere poſſeſſionem,&ptopterea poteſt dici quòd non interueniũt duę fictiones,imò ſit unica tantum reſpectu traditionis poſſeſſionis, quàmuis poſſit dici aliam concurrere in confectione conſtituti per miniſterium procuratoris: ſed tunc tolerabitnr quaſi naſcautur ex diuerſo fonte, & ueniant in conſequentiam, uel tenendo opinionem quam ibi ſecutus ſui generaliter permittuntur duæ fictiones.

23 Sed ſi uenditot † uenderet per procuratorem generalem, ſeu pet tutorem, uel adminiſtratorem. ideſt, procuratot uel tutor ſeu curator uenditoris couſtitueret ſe poſſidere nomine emptoris non poſſet transferre poſſeſſionem pet conſtitutum: quia tunc eſſent duæ fictiones ut dixit Bartol, in lege prima in princ. columu. penultima. in quæſtione de tutore, & nuntio. ſupra eodem. Sed tu addas concluſionem ſuam non procedere propter illam rationem quòd ſint duæ fiſtiones: quia illę generaliter poſſunt concurrere, nt dixi in dicta lege ſi is qui pro emptore in. quæſt. fi. uel ſaltẽ ille duæ fictiones diceretur naſci ex diuerſo fonte, uel in conſequentiam daretur. ità quòd ſecundum communem opinionem permitteretur. ſed eſt, ex eo: quia iſti ficti domini non habent ipſi penes ſe poſſeſſionem, & nemo non poſſidens poteſt per conſtitutum transferre poſſeſſionem, per leg. quamuis. §. primo. infra eodem. uel etiam: quia deficit primordium ueritatis, quo caſu poteſt procedere communis opinio ut duę fictiones nullo modo poſſint concurrere in eodem ſubiecto, nt dixi in dicta lege prima colum. penu. Barto. ſupra titulo j. & in dicta leg. ſi is qui pro emptore. in quæſtione fin. infra de uſucapionib.

24 Hoc† quoque conſtitutum aliquando principaliter fit, & dicitur expreſſum, aliquando tacitè inducitut in illis aliis tribus modis ciuilibus acquitendi per fictionem. Nam quando uẽditor precario rogat ut poſſideat rem ſuam, transfert poſſeſſionem in emptorem ut ſupra dictum fuit, quæ translatio fit uerisſimilitet per conſtitutum tacitum, ut minus regulæ iuris communis offendantur, quod in precatio implicatur. & idem eſt ſi per conductionem, uel retentionem uſusfructus transferatut poſſeſſio: quia ibi etiam implicatut conſtitutum taliter quòd uerus modus transferendi eſt ſolum conſtitutum, & è contratiò quoquè poſt conſtitutum aliquando ſequitut precarium.

25 Nam cum uenditor† ſe conſtituerit poſſidere nomine emptotis,omnis poſſeſſio eſt translata in eum, & conſtituens ipſe uoluntate emptoris eſt in poſſeſſione, & non poteſt expelli proptia auctoritate: ſed requiritut officium iudicis, uel rei uendicatio, iuxta legem officium. ff. de rei uendicatio, Vnde ut facilius reuocari poſſit eius poſſeſſio adiungitur precarium, ut ille uenditor precario dicatur retinere illam poſſeſſionem, quo fit ut cum precarium contineat liberalitatem,& quandocunque poſſit reuocari, leg. ſecunda. §. hoc inter dictum. ff. de precario. poterit emptot ad libitum reuocate dictam poſſeſſionem corporalem quam habet uenditot, & facta reuocatione ingredi ipſe fundum, & expellere uenditorem propria auctoritate,& hoc modo precarium fit

ad utilitatem emptoris. Aliquando etiam fit ad
utilitatem ipſius uenditoris ut ipſe uenditor
qui per conſtitutum tranſtulerat omnem poſ-
ſeſſionem, & habebat ſolam detentationem.
unde nulla ſibi remanebat poteſtas percipiendi
fructus, & alia faciendi quæ poſſeſſoribus con-
ceduntur, ipſe poſteà precario rogat ipſum em
ptorem ut ſibi liceat poſſidere, & ita conſequi-
quitur de nouo poſſeſſionem, quam per conſtitu
tum tranſtulerat, & tanquàm poſſeſſor interim
ſe gerit: ſed tamen poſteà ex natura precarii il-
le emptor reuocando illud poterit ingredi cor
poraliter rem emptam, & recuperare poſſeſſio-
26 nem cum commoditate utriuſque. † Et propte-
reà iſti duo modi: ſeu iſta duo pacta precarii, &
conſtituti in omnibus penè inſtrumentis à nota
riis peritis factis reperiuntur, ſunt enim conſe-
cutiua, & ualde utilia in practica, & quãdo utrũ
que interuenit conſtituens primò gerit perſo-
nam propriam in conſtituto, & tradendo ſibi ip
ſi perſonam procuratoris. Sed in precario quod
ſequitur gerit perſonam propriam in accipien-
do precariam poſſeſſionem, & perſonam procu
ratoriam in tradendo ſibi eam, & ſic uides per
quot tramites, & mutationes, & inuolutiones
27 inducitur hæc traditio poſſeſſionis. † quæ licèt
ficta ſit: tamen ipſa poſſeſſio uera per utrunque
modum ſemper acquiritur, dicta l. certè. §. pri-
mo de precario. Ita quòd conſtituens per con-
ſtitutum ueram poſſeſſionem transfert in emp-
torem, poſteà per precarium eandem uerã poſ-
ſeſſionem incontinenti ſibi reacquirit per quin
quennium ſecundum naturam precarii. quę om
nia fuere excogitata pro faciliori executione
negotiorum, & commertii fiendi: nam celerita
te coniungendarum actionum multi actus occul
tantur, l. licèt. §. j. ff. de iure dotium, & l. ſingula
ria. ff. ſi cert. peta.

Secundò notandum eſt, quòd conſtituendo
ſe poſſidere nomine alterius, non dicitur quis ſi
bi mutare cauſam poſſeſſionis: quia ipſe uerè de
ſinit poſſidere animo, & nomine ſuo, & incipit
poſſidere nomine alterius, ut non ipſe amplius:
ſed alius poſſideat, quo caſu non eſt mutare ſi
bi cauſam poſſeſſionis: quia illa tunc fit quan-
do ante, & poſt poſſidet: ſed eſt amittere poſ-
ſeſſionem, & nomine alterius poſſidet ac ſi ille
ingrediendo acquiſiuiſſet ſibi poſſeſſionem,
Ideò licèt ante poſſideret nunc ipſe non poſſi-
det, & per conſequens non mutat ſibi cauſam
poſſeſſionis.

28 Vnde colligitur † quòd poſſeſſio conſtituen
tis non transfertur propriè in acquirentem:
quia illa intraſmiſſibilis eſt: ſed ipſe propriè
poſſidens deſinit ſuo animo poſſidere, & ſuam
poſſeſſionem extinguit cum animo, & ille inci
pit poſſidere nouam poſſeſſionem creando ani
mo ſuo, & in hoc differt poſſeſſio à dominio:
quia poſſeſſio de una perſona in aliam non po
teſt transferri: ſed deſinit in primo, & incipit
in ſecundo. dominium uerò in una perſona con
ſiſtens transfertur in aliam, ideò emptor nouã
poſſeſſionem uenditoris non acquirit: ſed in-
cipit habere ſuam à ſe creatam per miniſteriũ
uenditoris. Dominium uerò uenditoris tranſ
fertur in ipſum emptorem ut illud met dicatur
habere quòd habebat uenditor, & probatur in
l. cum hæredes. ſupra eodem titulo noſtro, &
eſt ratio ut dixi in l. prima. quia poſſeſſio fa-
cti eſt, & conſiſtit in operatione animi, qui
animus non poteſt transferri de perſona in per
ſonam, dominium uerò habet ſubſtantiam ſuã
& eſſentiam de per ſe ſine operatione animi
alicuius, ideò poteſt tranſire de perſona in per-
ſonam.

Et per iſtum tex. declarãtur omnia iura dicẽ
tia ꝙ transfertur poſſeſſio, quæ intelliguntur,
ꝙ in ueritate deſinat primus poſſidere, & alter
incipiat: ſed ſolũ trãsferatur ius poſſidendi, uel
iura poſſeſſionis, & ità ponderat hunc tex. Clau
dius hic poſt Cuma. & Sozin. & idem Claudius
Sozi. & Cuman. in l. Pomponius. §. primo.
ſupra eodem. & confirmat Sozin. per text. in l.
ſi is qui pro emptore. §. penul. infra de uſuca-
pio. & l. penulti. §. penul. infra eodem. & Bar.
in l. rem alienam. ſupra de pignora. actio. &
Ioannes Andreæ in additionibus Speculi in titu
lo de delegatio. & ſolutionib. §. primo. uerſi. itẽ
pone. in additione quæ incipit Titius. & in addi
tione quæ incipit item pone, & uidetur commu
nis opinio.

29 Tamen † in contrarium Sozi. hic allegat glo.
in l. clam poſſidere. §. qui ad nundinas. ſupra
eodem. quæ dicit ꝙ ingrediens habet eandem
ciuilem quam habebat qui iuerat ad nundinas:
quoniam illa poſſeſſio amiſſa propter timo-
rem tranſit ad ipſum ingredientem, & conſoli
datur cum eo: tamen reſpondet ipſe quòd ha-
bet eandem ſcilicet in genere. ſed nõ in ſpecie.

Et pro iſta opinione facit tex. in l. tertia. §.
fi. & in l. de eo. §. fi. ſupra ad exhibendum cum
ibi no. ubi alia eſt poſſeſſio hæredis, & alia de
functi, & probatur etiam: quia poſſeſſio de-
functi non tranſit in hæreditatem: quia extin-
guitur per mortem. l. prima. §. Scæuola. ff. ſi
quis teſtam. lib. eſſe iuſſus fuerit. Item poſſeſ-
ſio conſiſtit in animo, & eius operatione, &
cum ſint diuerſi animi, & diuerſæ operationes,
erunt diuerſæ poſſeſſiones. Item nemine poſ-
ſidente poſſeſſio eſt uacua, & tamen dominium
eſt idem ſine corpore defuncti. §. ſed quod ex
pedititius. inſtitutio. de uſucapionib. hinc eſt
quòd ſi poſſidens capiatur ab hoſtibus deſinit
poſſidere: quia ceſſat animus: & hanc opinio-
nem ſequitur Alciat. hic in primis uerbis per
dictam legem, ſi is qui pro emptore. §. penul
timo, & dicta lege Pomponius. §. primo. &
fina. ſupra eodem quæ concluſio poteſt etiam
procedere tenendo opinionem communem ꝙ
poſſeſſio ſit iuris in ſubſtantia: quia docto. uo
lunt eam eſſe ius debile, & non poſſe ſuſtineri
ſine operatione animi, & propterea firmatur, &

extin-

extinguatur per mortē poſsidētis,uel deficiētiā
animi ſui , perinde acſi eſſet in ſubſtantia facti,
& ideò dicunt hanc poſſeſsionem quæ iuris eſt,
differre ab aliis iuribus: quia illa de per ſe ſtant
hoc autem ius poſſeſſionis extinguitur per de-
ficientiam animi , quod bene nota : quia per
hanc concluſionem reſolnuntur multæ difficul-
tates poſitæ infra in quæſtionibus dnm docto.
dubitant quomodo ille qui non poſſidet poſ-
ſit transferre poſſeſſiouem quam non habet:
quia non transfertur poſſeſſio : ſed deſinit ille
poſsidere , & iſte acquirit per inde ac ſi ſuo cor
pore ingrederetur poſſeſsionem . unde acquirit
omnes poſſeſsiones uacantes, quàmuis non fuiſ
ſent penes conſtituentem,declarando tamen ut
ibi dicam,& quia hoc non cogitauerunt docto.
ſe innoluerunt in magnis difficultatibus quas
ibi declarabimus .

30 Tertiò notandum eſt in uerbo is poſsidet . †
quòd per conſtitutum transfertur uera poſſeſſio
& uenditor uerè , & propriè dicitur poſſidere :
quia tex. hic non ponit uerba fictitia : ſed dicit
is poſsidet cuius nomine poſsidetur ſecundum
doctrinam Barto.in dicta lege ſi is qui pro em-
ptore . in quarta oppoſitione primæ partis, &
facit tex. in lege certè . §. primo , infra de pre-
cario , quòd procedit etiam ſi emptor per pro-
curatorem acquireret poſſeſſionem , faciendo
conſtitutum ut dixit Barto. in dicta lege ſi is
qui pro emptore . in fin. quæſtione . Sed me-
lius faciendo conſtitutum conceptum in perſo
na emptoris , ut ibi ego dixi in tertio caſu , &
eſt ratio : quia tunc poſſeſſio non firmatur in
corpore procuratoris . ſed immediatè incipit
in perſona domini , & procurator præſtat mi-
niſterium tantummodo ad faciendam emptio-
nem , & conſtitutum : ſed ipſe conſtituens effi-
citur procurator ipſius emptoris quantum ad
traditionem poſſeſſionis , & per corpus ipſius
conſtituentis emptor acquirit poſſeſſionem ac,
ſi ingrederetur corpore ſuo , ut hic in text. &
facit etiam : quia ſi ſeruus uel colonus ſuus in-
grederetur ipſe uerè inciperet poſſidere per
corpus eorum dicta lege prima . §. item acqui-
rimus . uſque ad finem legis. ſupra eodem:quia
ipſe per eorum corpus ingreditur , & ſequitur
hic Alexand. in primo no. & in dicta lege pri-
ma. §. per procuratorem , & hic Suzin. & Clau-
dius qui allegat . §. ſi uenditorem . infra eod.
quem ibi ponderat Areti. & Barto. in dicta le-
31 ge ſi is qui . numer. 70. † & ſeqitur Alciat. qui
ſubdit quòd per conſtitutum acquiritur omnis
poſſeſſio uacans tam ciuilis , quàm naturalis
uerè ſi ipſe conſtiruens eſt corpore in ipſa re :
quia per alios procuratores acquiritur poſſeſ-
ſio ciuilis , & naturalis ex hoc ſolo quòd ipſe
corpore ingreditur rem ipſam , & habeat de-
tentationem . Si tamen lex requireret propter
ſuſpicionem fraudis poſſeſsionem corporalem,
non ſufficeret conſtitutum ad transferendum
eam , ut in caſu legis primæ . C. de ſufragiis,
& ſi eſſet rogatio precarii transfereretur ſola ci
uilis : quia retineretur naturalis ſecundnm eun
dem Alcia.

Mihi tamen magis placet quòd illo etiam ca
ſuo omnis poſſeſsio trāſferatur : ſed poſteà per
precarium conſtituens acquirat naturalē,& etiā
ciuilem , ſi hoc agatur . Hoc tamen dictum re-
ſtringit hic Alexand. procedere quando emp-
tor eſſet præſens in conſtituto per ſe , uel per
procuratorem . Sed ſi fuiſſet abſens non dice-
retur ipſe poſsidere niſi ſecuta ratihabitione ,
l. communis ſeruus . §. primo . infra eodem, &
lege ſi ego . ſupra de neg. geſt. quia tunc non
eſſet conſtituens procurator : ſed potius nego-
tiorum geſtor , & cum nullus animus acqui-
rentis uerè nec fictè , non poteſt dici quòd
ille ingrediatur,& ſic non poteſt acquiri poſ-
ſeſſio ratihabitione , dicta lege ſeruus com-
munis . §. primo . & dicta l. certè . §. primo.
de precario.ibi , mandante domino uel ratum
habente .

32 Vnde † infert Alexa. quòd ſi antequàm em-
ptor ratum habuiſſet conſtitutum uenditor ex-
pelleretur de poſſeſſione ille emptor non habe
ret remediū recuperandæ poſſeſſionis,cum ipſe
ante ratihabitionem non eſſet ingreſſus : nec eſ
ſet effectus poſſeſſor , & qui non poſsidet non
poteſt dici ſpoliatus , & ſolus uenditor eſſet il-
le qui diceretur eſſe ſpoliatus , & haberet in-
terdictum ſecundum Anton. de Butrio in capi-
tulo cum uenisſent . de reſtitutione ſpoliator .
33 † Et in hoc dicto conueniunt omnes : nec diſ-
crepant , & ego etiam puto procedere , ſi nul-
lus eſſet conſtitutus procurator ab emptore ab
ſente ad emendum: ſed ſi fuiſſet conſtitutus pro
curator ad emendū , uideretur etiam factus pro
curator ad conſtituendum : argume. le. quod ſi
nolit . §. qui aſsidua . ff. de ædilitio edict. Ideò
cum fieret conſtitutum in præſentia procu-
ratoris , potuiſſet etiam dici conſtituentem
per miniſterium ipſius habere mandatum , ut
nomine emptoris ſe conſtitueret poſsidere , &
ſic per omnia procederent ac ſi fuiſſet emptor
præſens . ſed eo abſente penitus concluſio præ
34 cedens uera eſt . † Quam ſubdebat poſteà Ale-
xander etiam procedere ſi ratihabitio poſt ſpo
liationem fuiſſet ſubſecuta : quia illa ratihabi-
tio non poterat amplius operari acquiſitio-
nem cum deficeret primordium acquiſitionis
ad quòd ſe poſſet referre , leg. bonorum . ſu-
pra rem ratam haberi . ſecundum Domino.
de rota in deciſion. 136 . Item amicus . & Bal-
dum in capitulo primo . in principio quo tem-
pore miles . ſed ipſemet Baldus ſibi contra-
rius in ſua diſputatione incipiente accuſatus
de ui turbatiua . columna 15. uidetur de hac
deciſione dubitare . tamen Alexander ſequi-
tur eam : quia ratificatio debet fieri re integra
ut per Barto. in l. ſi uxor. §. ſi quis uxorem . in-
fra de adulter. & in lege ſi is qui pro emptore .
infra de uſucapioni. & Bald. in lege fin. C. ad

Macedoni. Sozinnus uerò dicit quòd dicta l. bonor. non facit: quinimò probat contrariũ quia in ea ponitur primus caſus quando defectus ſuperuenit in perſona ratificantis, ut quia labatur tempus, & tunc non fit ratificatio. ſed non eſt in propoſito iſtius quæſtionis. Alius caſus ibi ponitur: quando ſuperuenit defectus in perſona gerentis actum, ut in filio qui mortuus ſit, & in alio petente, & tunc poteſt fieri ratificatio, & ità ſummatur ille tex. ſed hic ſuperuenit defectus in perſona gerentis tantum: ergo ratificatio prodeſt.

Pro prima tamen opinione facit ſecundum eum: quia conſtitutum eſt contractus, & requirit ſenſum conſtituentis, & ratificatio confirmat contractum, non autem acquirit poſſeſſionẽ Probat etiam: quia quando ratificatio fit acquirendum tantum, poteſt fieri quocunque tempore: quoniam tempus non eſt neceſſarius modus quando fit ad ualidandum actum, ut per Barto. in dicta l. bonorum, qui uult quòd hodie ratificatio bonorum poſſeſſionis poſſit fieri quocunque tempore: quia fit hodie ad acquirendum tantum: ergo cum hæc ratificatio fiat ad acquirendum ſemper poterit fieri. Dicit tamen poſteà conſiderandum eſſe an hæc ratificatio fiat ad ualidandum actum. cum conſenſus ipſius tertii uideatur neceſſarius ad ſubſtantiã conſtituti, & hanc opinionem ſequitur Conſilium Neapolitanum ut refert Afflictus in deciſio. 300. per dictum Bald. in dicta ſua diſputatione incipiente accuſatus, qui allegat Oldradum, & Iacobum de Arena, & Cy. ità tenentes in l. ſi ego. ff. de neg. geſt. & idem ibi tenet Alberi. column. penultim. allegans Petrum ità tenere: tamen Petrus, & Cy. non legunt illam legem: ſed melius facit conſilium Alexand. 88. uol. quinto. column. penultima. numer. 20. qui uidetur ſibi contrarius, licèt non ſe firmet. facit gloſ. & ibi Angel. in fine. in dicta leg. ſi ego. ff. de neg. geſt. qui dicunt quòd ratificatio poteſt fieri, & trahitur retro etiam ſi actus fieri non poteſt tempore ratificationis, niſi per lapſum temporis quis uideatur renuntiare iuri ſuo. & ità intellexit dictam leg. bonor. & uidetur de mente glo. & eiuſdem Ange. in d. l. bonor.

35 Ego † autem puto primam opinionem omninò ueriorem eſſe quòd iſta ratificatio ſequens nihil operatur. pro qua eſt ſolidum fundamentum, quòd adhoc ut ratificatio aliquid operetur, & retrotrahatur, requiritur quòd fiat illo tempore quo de nouo actus fieri poteſt ſecũdũ naturam per ipſum ratificantem, per dictam le. bon. in primo caſu, & doctrinam Bal. in l. ſi uxor §. ſi quis uxorem. ff. de adulteriis cum multis cõcordantib. adductis ibi per Ale. in appoſtillis, & Tiraquel. in tracta. de retractu in glo. 10. nu. 85 pagina mihi. 248. ubi adducit ultra centum auctoritates loquentes de tempore, & alio impedimento, & uolentes quòd ſi actus tunc non poſſit fieri per ratificationem, ratihabitio non poſſit operari, & ego etiã declaraui, & habetur in d. l. ſiis quis pro empto. in j. ſpecie fictionis tranſlatiuę ſuper intellectu dictæ leg. bonorum. ubi etiam ultra alios dixi quòd ſufficit extremum habile in ipſo ratificante: quia ratihabitio operatur mandatum, quòd mandatum debet retro trahi. ideò eſt neceſſarium quòd tunc poſſit fieri cum effectu operandi, & non curamus de ſecũdo caſu ibi poſito: quia eſt ſubiectum ſuper quo fit fictio quòd non debet moueri, & ſolum debet interuenire extremum habile à quo in illo ſubiecto fictionis quod retro trahi debet. ſed hic de nouo uenditor conſtituendo non poſſet tradere poſſeſſionem quam non habet: nec uerè: nec potentialiter: nec ipſe emptor potuiſſet acquirere de præſenti poſſeſſionem per corpus uenditoris qui de facto nunc ingredi poſſeſſionem non poteſt: ergo ratihabitio nihil operatur per generalem regulam, quòd in fictione tranſlatiua requiritur extremum à quo habile eſſentialiter, ut per Bar. & doct. in dicto loco, quod procedit ſiue dicas quòd hæc ratificatio tendat ad ualidandum ſiue ad acquirendũ: quia hoc caſu ſi tendit ad acquirendum, tẽdit ſemper ad ualidandum cum ſubſtantia conſtituti dirigatur in ipſum acquirentem ut ſup. dixi, & eo ratificãte inducitur ualiditas, & forma conſtituti, qua non interueniente conſtitutum eſſet nullum: ſicut pactum in abſentia factum eſt nullũ non conſentiẽte parte, ut eſt glo. in l. cõſenſus. inf. de actio. & obligationi. & ego dixi in rubric. C. de pact. & in rubric. infr. de uerbor. obligationi. & facit quod uoluit Tiraquellus in dicto loco numero 87. dicens quòd eadem ſolennitas requiritur in ratificatione, quæ requiritur in principali actu.

Confirmatur etiam: quia poſſeſſio non tranſfertur: ſed incipit, & deſinit, ut dixi in præcedẽti notabili, & proptereà quando emptor ratificat ipſe de nouo incipit poſſidere, & eſt unum principium ſuæ poſſeſſionis, in qua eſt neceſſarium quòd interueniat animus ſuus, & apprehẽſio corporalis quæ fit per corpus uenditoris, & cum uenditor tunc temporis nõ reperiatur poſſidere, non poteſt dici quòd per corpus ipſius emptor ingrediatur poſſeſſionem, & incipiat poſſidere, & ſic apparet ꝙ ratificatio eo tempore tendit ad acquirendum, & ad ualidandum cõſtitutum, & ualidandam poſſeſſionem, cum de nouo inducat principium ipſius.

Confirmatur, & tertiò: quia ſi emptor uerè acquiſiuiſſet poſſeſſionem per conſtitutum, uel in præſentia, uel per ratificationem, & deiiceretur uenditor ſecundum omnes emptor priuaretur ſua poſſeſſione ingrediente, & deiiciente eo, l. peregrè. §. quibus. infra eodem. ergo fortius deiecto uenditore antequã ipſe poſſideat priuabitur illa ſpe acquirẽdi poſſeſſionẽ ſeu iure ratificandi, & acquirendi eam per ratificationẽ, cũ facilius impediatur ius quærẽdũ,

quàm

quàm ius quæſitum tollatur. l. patre furioſo. ff. de his, qui ſunt ſui uel alieni iuris. igitur quando ratificat non debet audiri: quia non habet amplius ſpem acquirendi poſſeſſionem & ius ſuum ratificandi eſt extinctum tanquàm ſi quilibet extraneus ratificaſſet.

36 Et per iſtum fundamentum tollitur una reſponſio data ad dictam l. bonorum. ut procedat tantummodo quando per temporis lapſum quis uideretur renuntiare iuri ſuo. Nam dato quòd ille intellectus eſſet bonus ad caſum illius tex. quem tamen ibi reprehendit Bar. & plenius Paulus de Caſtro, nihilominus concluderet quòd ratificatio nihil operaretur: quia ſicut uolunt quòd ibi ratificatio non poſſit fieri tanquàm ius ſit extinctum. ità in hoc caſu tanquàm ius acquirendi poſſeſſionem ſeu ratificandi ſit extinctum per deiectionem uenditoris, ratificatio nihil poterit operari.

Nec obſtat dicta l. bonorum, ſecundo reſponſo. quia ibi per defectum perſonæ illius gerentis actus non erat in totum annullatus, hic uerò per defectum gerentis fuerat in totum annullatus. prætereà ut dixi in dicta l. ſi is qui pro emptore defectus perſonæ faciẽtis, in actu qui non eſt mouendus non conſideratur: quia ſufficit ꝗ habuerit eſſentiã ſuam: ſed defectus, extremi illius actus qui eſt retro trahendus impedit fictionem, & ratificatio inducit mandatum quod debet habere habilitatem ad executionem, ad hoc ut retro poſſit trahi.

Nec obſtat ponderatio Sozi. quia ipſe æquiuocauit: quoniam in dicta l. bonorum. ſunt tres perſonæ, una teſtatoris ſeu defuncti in qua conſiſtit primordium negotij. ſecunda filij petentis bonorum poſſeſſionem, tertia patris ratificantis, ità in hoc caſu ſunt tres perſonæ, una eſt conſtituentis, in qua eſt primordium negotii, & æquiparatur teſtatori. ſecunda geſtoris negotii ſeu procuratoris generalis; uel notarii ſtipulantis pro emptore, & æquiparatur filio petenti bonorum poſſeſſionem, tertia ipſius emptoris ratificantis qui æquiparatur patri ratificanti. ſi igitur defectus ſit in ipſo geſtore ſeu procuratore generali, uel notario, ille defectus non impediret ſicut non impedit in filio petente per illam rationem quia actus eſt: iam perfectus, & eſt ſubiectum ſuper quo fit retrotractio & remanet immobile. Et ità procedit ſecundum exemplum dictæ l. bonorum. ſed hic non tractamus de ratificante, cuius uoluntas eſt retro trahenda, & ſubiectum fictionis eſt iſta ratihabitio: ergo requiritur quòd eſſentialiter interueniat, & quòd poſſit de iure ualere ut poſſit retro trahi, & ſic ille tex. non obſtat. Imò concludenter probat iſtam opinionem.

Non obſtat dictum Bal. in dicta diſputatione accuſatus. quia fatetur quòd ex ui ratificationis hoc non poſſit euenire ſed ſolùm dicit quòd ex capite: quia quotidie turbatus ſuſpicatur ſe poſſe repelli habet interdictum per dictam l. ſed ſi nolit. ſupra eodem. quæ ratio non poteſt concludere in iſto emptore qui nullam unquàm poſſeſſionem habuit, & quando fuit priuatus illa ſpe non poteſt dici habere interdictum: quia non ſufficit ad illud cauſandum, maximè: quia iam inceperat competere ipſi uenditori deiecto, per l. ſi colonus. infra de ui & ui arm.

Secundò poſſet reſponderi quòd hic interuenit defectus in perſona in qua eſt primordium negotium, ſcilicet, in perſona uenditoris, qui defectus ſemper impedit ratihabitionem, ut ſi teſtator iudicaretur ſeruus poſt mortem, uel perduelionis reus, certè tale impedimentum impediret ratificationem ſublata ipſa hæreditate in qua eſt primordium negotii & ſucceſſionis. ita etiam impedimentum ſuperueniens in perſona uenditoris, impedit retificationem ſublato primordio negotii quòd ipſe uenditor poſſit ſibi tanquàm procuratori tradere procuratorem.

Prætereà ad omnia poſſet reſponderi, quòd loquuntur de iure acquirendo quod faciliter transfertur, & ratificatio poteſt trahi retro: ſed hic loquimur de poſſeſſione quæ dicitur eſſe facti: maximè in acquiſitione ſecundum omnes, & dicitur hodie incipere, & requiri de facto quòd ipſe uenditor ſit in poſſeſſione, ut per corpus ſuum emptor poſſit incipere poſſidere.

Prætereà hæc ratificatio præſupponit unam fictionem ut tradatur retro ad aliam fictionem quæ erat ut ipſe uenditor fingeretur corpus emptoris. & fictio fictionis eſſe non poteſt, l. prima de ſerui. legata. & ne duo ſpecialia uideantur concurrere ſtante dicto impedimento: arg. l. primæ. C. de dot. promiſſio. & nulla lex hoc dicit, & hanc opinionem ſequitur Alcia. hic & Claudius allegans multa ſimilia, & Abb. in dicto cap. cum ueniſſent. nu. 6. & Tiraquel. in tracta. de conſti. in 30. limitatio. nu. 2. & 11. ubi latè examinat etiam. quando notarius ſtipulatus fuit abſenti quid operetur ſtipulatio illa, & in effectu eſt communis opinio tam in ipſis auctoritatibus in terminis, quàm in generali illa materia ut ratificatio debeat fieri tempore quo actus incipere poſſit: & per conſequens apparet ꝗ dicta deciſio Afflicti eſt contra communem opinionem docto. & contra prædictas concludentes rationes, & rectius conſiderauerunt illi domini de.

37 Poſſet tamen dici † quòd ſi uenditor furere cæpiſſet impedimentum tale non impediret ratificationem: quia non deſineret poſſidere, & idem ſi mortuus fuiſſet, uel etiam deſeruiſſet poſſeſſionem animo eam amittendi: quia per actus fictos non diceretur emptor priuatus illa ſpe acquirendi, & iure ratificandi, per tex. in l. prima. §. cæterum. & l. 3. §. quod ſeruus. ff. de acquir. poſſeſſio. & l. ſi id quod. §. quod per colonos. infra eo.

Similiter ſi eueniret quòd ipſe emptor acqui
rens ante ratificationem efficeretur furioſus,
tunc ratificatio non impediretur: ſed deberet
fieri per curatorem ipſius ut in. §. furioſo. ſed
ſi moreretur dicebat Paulus de Caſtro in conſ.
190. et Decius conſ. 226. & Cur. in cõſ. 120. di
xerunt in hæredem non tranſire ius ratificandi.
Sed Alcia. in contrarium adducit: quia ius
ratificandi donationem factã abſenti tranſit in
hæredem abſentis, l. 3. in fi. C. de donatio.
quæ ſub modo. ergo debet etiam hic tranſire
ad hæredes, licet poſſeſſio non poſſit tranſire,
cum poteſtas ratificandi iuris ſit, & tenet Tira
quellus latè in dicto tracta. in 30. limitatio-
ne nu. 67. cum multis ſequentibus, & in num.
72. ponit diſtinctionem quam per te potes
uidere.

38 Conſtituas tu igitur aliquos caſus. †Aut em
ptor fuit præſens conſtituto, uel ſuus procura
tor ſpecialis, & in continenti acquiritur ei poſ-
ſeſſio ſecundum omnes. unde ſi deiiciatur uen
ditor ipſe, emptor qui ſolus poſſidebat erit
deiectus, & competet ſibi interdictum l. colo-
nus. infra de ui & ui arm. Si uerò fuit ipſe ab-
ſens, ſed interuenit procurator generalis, uel
negotiorum geſtor, uel notarius ſtipulatus pro
emptore cum ſtabit conſtitutum in ſuſpenſo do
nec ipſe ratificauerit, & ante ratificationẽ nul-
lam habebit poſſeſſionem quæ ſine ſuo animo
acquiri non poteſt, dicta l. poſſideri. & l. que-
madmodum. coniuncta l. certè. §. primo. ff.
de precario. & l. communis ſeruus. §. primo in-
fra eodem. unde uenditor ſolus diceretur de-
iectus, & ſolus haberet interdictum per di-
ctam l. colonus, & ratificatio ſequens nihil o-
peraretur, ut ſupra dixi. quia defectus ſuperue-
nit in perſona in qua eſt primordium negotii,
& in conſequentiam in ipſo acquirente, dicta
l. bonorum. & idem eſſet ſi nullus fuiſſet præ-
ſens conſtituto, & conſtitutus mitteret nuntiũ
uel epiſtolam: quia ſtaret in ſuſpenſo conſtitu-
tum donec ille acceptaret.

Et ſi dicatur quòd Imò uidetur per procura
torem generalem, & negotiorum geſtorem,
uel notarium ſtatim acquiratur poſſeſſio ipſi
emptori etiam ignoranter, quia per alium igno
ranti acquiritur poſſeſſio, l. prima. C. per quas
perſonas nobis acquiritur, & l. ii. infra pro ſo-
luto. ergo non eſt opus ratificatione. quia ſta-
tim incepit poſſidere. Reſpondetur quòd il-
lud procedit in procuratore corpore ſuo in-
grediente poſſeſſionem: & ſic uerè ingredien-
te poſſeſſionem: ſecus autem ubicunquè
non interuenit ſua acquiſitio: quia per a-
ctus factos multiplicatos non poteſt transferri
poſſeſſio, ut dictum fuit in l. prima col. penul.
ſupra eodem, & ſolum poſſet procedere oppo-
ſitio quando nuntius uel procurator fuiſſet miſ
ſus ab emptore ad faciendum conſtitutum.

38 Sin autem † nullus interuenerit: nec nuntius:
nec epiſtola: nec procurator miſſus ab empto-
re, & conſtitutum fiat per ſolum uenditorem
dicentem conſtituo me poſſidere nomine talis
emptoris, emptio & conſtitutum eſſet nullius
momenti etiam poſteà ſequente ratificatione.
quoniam actus iuris gentium non poſſunt fieri
inter abſentes, niſi cum medio nuntij uel epiſto
læ, ut per glo. in dicta l. ex conſenſu. infra de
acti. & obligationibus & dixi in dicta rub. C.
de pact. &. ff. de uerbo. obligatio. unde uen-
ditor per conſtitutum priuaretur ſua poſſeſſio-
ne quæ ſola uoluntate amittitur, & nemini
acquireretur, dicto. §. ſi furioſo. infra eodem
cũ modificatione tamen poſita in l. ſi me in ua
cuam. per Bar. & alios infra eodem tit. ſin-
autem uenditor efficeretur furioſus, uel more-
retur, conſeruaretur poſſeſſio quæſita, ut per
Tiraquel. in dicto tracta. in ampliatione 12.
& 13. & ius ratificandi duraret, dicta l. prima
§. cæterum. & l. ſi id quod. §. quod per colonos,
infra eodem. Sinautem deſereret animo dere
liquendi priuaretur ipſe emptor iure ratifi-
candi in caſu quo etiam priuaretur poſſeſſione
per interuerſionem ipſius, l. de eo. §. ſi fortè &
l. uniuerſas. §. quod per colonum, & l. 3. §. quod
ſeruus. in hoc tit. Si uerò defectus ſuperueni-
ret in acquirente, & tunc ſi furere cæpiſſet poſ-
ſet ratificare à curatore, & idem ſi iudicatus
eſſet prodigus: ſed ſi moreretur, tunc ſunt opi
niones ut hic per Alcia. tamen ſatis placet q
ratificatio poſſit fieri: quia ius ratificandi non
extinguitur per mortem, licèt poſſeſſio extin
guatur, l. cum hæredes. ſupra eodem, & dixi
in l. prima in illa quæſtio. an poſſeſſio ſit iuris
uel facti, & tanto fortius ſi conſtitutum fuiſſet
factum per ſe & ſuos hæredes, l. ſi pactum. ff.
de probationib. & eſſet repetitum in hæredi-
bus: arg. l. ſicut in annos, §. primo & ſecun-
do. ff. quib. mod. uſufr. amitta. & per Tira-
quellum. in d. 30. limitatio. & 12. & 13. am-
pliatione.

40 Quæ omnia † procedunt in conſtituto ſim-
plici non ſuppoſito pacto precarii: ſed ſi eſſet
ſuppoſitum etiam precarium, uel precarium
ſolum eſſet expreſſum in quo implicaretur con
ſtitutum, tunc non poſſet conſtituens interuer
tere poſſeſſionẽ ciuilem ipſius emptoris, ut per
Bar. in l. creditores. ad finem lecturæ, & in re
petitione in quæſtio. quarta C. de pignoribus,
cum alijs cumul. per Tiraquell. in dicto tracta.
nu. 14. & 15. quæ bene nota tu in practica.

41 Quartò † notandum eſt ibi, aliud eſt poſſi-
dere aliud alieno nomine poſſidere: quia non
ipſe ſed alius poſſidet, quòd aliud eſt eſſe tale,
aliud eſt haberi pro tali, cum qui habetur pro
tali non eſt ſimpliciter tale, ſecundum Cum.
unde homo mortuus non dicitur propriè ho
mo. facit quod uoluit Bar. in l. ſi maritus. §.
legis. infra de adulteriis, ſecundum Claudium
in .merces. & l. mercis. ff. de uerbo. ſignifica.

42 Quintò † notandum eſt quòd procurator
præſtat miniſterium alienæ poſſeſſioni, & per

hoc

hoc infertur quod dominus non autem procu-
rator poſſidet . ſed in contrarium facit : quia
quando procurator contrahit nomine domini
præſtat miniſteriū alieno contractui, & tamen
ſibi quęrit actionem , & eſt opus ceſſione ut di
citur in l.poſſeſſio.§.fi.infra eodem.Reſpondet
Alex. quòd aliud eſt in poſſeſſione , & aliud in
actione , ut clarè diſtinguit tex. in dicta l.poſ-
ſeſſio. §. fi. ſed dubium eſt de ratione diuerſi-
tatis , & Alex. ex mente docto. quos ipſe alle-
gat dicit rationem eſſe:quia poſſeſſio aquiritur
naturaliter & dominium ciuiliter , & ea quæ
naturaliter acquiruntur poſſunt acquiri per a-
lium : ſecus ſi ciuiliter , l. ea quæ ciuiliter ſupra
de acquir. rerum . dominio. Sozi. uerò dicit
quòd ratio colligitur ex lege per procurato-
rem.C. eodem : quia utilitatis cauſa receptum
fuit , utilitas autem ponitur in dicto.§. per pro
curatorem.quia omnino poſſeſſio acquiritur ſi
emptor non uult acquirere , uel alius cui tradi
tur , dicto. §. furioſo. Dominium uerò non
amittitur niſi alteri poſſit acquiri, l. ſi quis ui,
§. differentia , ſupra eodem. quæ ratio non con
cludit , ex eo : quia dominus poteſt habere
etiam dominium pro derelicto , rationem autē
communem dicit non eſſe bonam:quia ſequere
tur ꝙ obligatio naturalis acquireretur ſtatim
domino ſuo ſine ceſſione,ꝙ tamen eſt falſum .

43 Ego † autem puto in poſſeſſione rationem
eſſe : quia illa fundatur in animo ipſius domini
acquirentis , & non poteſt cedi à procuratore
domino , cum ſint diuerſi animi, & diuerſæ poſ
ſeſſiones , & incipiat & deſinat , non autem
transferatur ut ſupra dixi. ideò utilitatis cau-
ſa introductum fuit quòd conſtituens acquirat
ipſi domino per corpus procuratoris, quod fin
gitur eſſe corpus domini, & cum animus ſit ſub
ſtantia poſſeſſionis quæ conſiſtit in operatione
ipſius , poſſeſſio fundatur in ipſo quàmuis ac-
quiratur per corpus procuratoris , & eſt uera
poſſeſſio ipſius domini acquiſita per corpus
procuratoris,ꝙ fingitur eſſe corpus domini, &
& hoc utilius fuit introducere quàm facere ,
quòd procurator ingrediendo acquirat ſibi
poſſeſſionem , & poſteà eam daret & traderet
introducendo ipſum dominum in poſſeſſione ,
& ad euitandum talem circuitum ità fuit di-
ſpenſatum .

44 Non † negatur tamen quòd ſi & procurator
& tradens eſſent illius intentionis ut poſſeſſio
acquireretur procuratori in totum conſiſtens
in animo ipſius qui in hoc poſſet facere, & eſſet
opus quòd ipſe procurator poſteà traderet poſ
ſeſſionem diſcedendo , & faciendo quòd ipſe
ingrederetur : quia nihil impedit poſſeſſionem
ei poſſe tradi & acquiri : ſed tamen oportet ꝙ
hoc agatur per tradentem : nam ſola uoluntas
procuratoris non ſufficeret , l. qui mihi dona-
tum, ſupra de donatio . Et ideò dominus uen
ditor poteſt facere conſtitutum dupliciter uno
modo concipiendo uerba in perſona ipſius em
ptoris dicendo conſtituo me poſſidere nomine
emptoris , & tunc procedunt omnia prædicta ,
Secundo modo poteſt facere conſtitutum con-
cipiendo uerba in perſona procuratoris dicen
do conſtituo me poſſidere nomine ſui procura
toris , & tunc uera & tota poſſeſſio acquirere-
tur ipſi procuratori tradenda ex interuallo per
45 alium actum ipſi domino † & hic eſt intel-
lectus uerus ad dictam l.ea quæ ciuiliter. ut illa
dicantur ciuiliter acquiri quæ concipiuntur in
perſona procuratoris. illa uerò naturaliter ac-
quiruntur , quæ concipiuntur in perſonam do-
mini , & utrunquè poteſt euenire in poſſeſſio-
ne & dominio ſeu contractu , per l. qui autem.
§. fi. de conſti. pecunia, & l. prima. §. fi. de con
trah. emptio, coniuncta l. prima. §. per procu-
ratorem, & dicta l. poſſeſſio quoque.in hoc tit.
& ità ego plenè declaraui in dicta l.ſi is qui pro
emptore . in fictione translatiua de perſona ad
perſonam circa intellectum dictæ l. ea quæ ci-
uiliter . & in fi. quæſtione, quæ bene nota:quia
docto.hæc non uidentur conſideraſſe .

Glo. prima in uerbo poſſeſſione . diuiditur
in quatuor partes in prima ponit unum requi-
ſitum ad regulam tex.In ſecunda aliud requiſi-
tum . In tertia allegat concordantia . In quarta
dicit aliud eſſe in dominio ſecunda ibi , Item
ſcientia . Tertia ibi, & facit . Quarta ibi, item
ſi in dominio . Pro declaratione primæ partis
Bar. opponit de lege nunquam nuda. ſupra tit.
primo ubi ſine cauſa non transfertur domi-
nium & dicit quòd glo. ſoluit fatendo contra-
46 rium†quæ in effectu uult quòd per conſtitutum
non transfertur poſſeſſio niſi prius præceſſerit
contractus donationis , uel uenditionis , uel
alius ſimilis , & conſtitutum fiat pro ſequela
dici contractus : & iſta glo. reputatur ſingula-
ris ad hoc. ſed Bar.eam repręhendit per tex. in.
l. qui bona . in principio , & l. interdum . §. fi.
infra eodem ubi ille qui emerat fundum à non
domino , & poſſidebat , ſi conducit à uero do-
mino per cōductionem transfert poſſeſſionem
in ipſum , & tamen cum illo uerò domino nul-
lum fecerat contractum , & idem probatur in
l. ſi ante , & l. ſi rem aliquam.hoc tit. ubi nul-
la fit mentio de præcedente contractu , & con-
firmat per tex. in l. prima. §. ſi uir. ſupra. eo.
ubi cōtractus omninò eſt inutilis tam reſpectu
dominii & contractus l.3.§.ſciendum.ſupra de
donatio . inter uirum & uxorem , & etiam re-
ſpectu obligationis & actionis , ut nec etiam
poſſit accedere fideiuſſor, l.ſi ſponſus. §.ſi uxor.
el primo eodem tit.quę iura hic allegat Alex.di
cens corruptū Bar. & hanc opinionē cōfirmat:
quia uiolentus & clandeſtinus poſſeſſor acqui
runt ueram poſſeſſionem ſine tit. non obſtante
quòd uiolentia ſit delictum ualde punibile , &
eſt communis opinio , & uera , per quam tu ha
bes unam ampliationem ad regulam iſtius tex.
contra glo. hic quòd conſtitutum transfert
poſſeſſionem etiam quòd nullus præceſſet it

contractus.

Limitat tamen poſteà Bar. hunc tex. & materiam procedere: quando eſſet non dominus qui conſtitueret: ſed ſi dominus conſtitueret uolebat quòd non transferet poſſeſſionem niſi præcedente cauſa per tex. in l. ei à quo. infra de uſucapio. ubi quis emerat à non domino & uſucapiebat, & poſteà locauit illam rem domino taliter quòd dominus dicitur conducere rem ſuam, & tamen ibi determinatur ꝙ conductio non ualet, & dominus acquirit poſſeſſionem. Si igitur acquirit alienam, ergo per conſtitutum non transferet propriam, ipſe tamen non uidetur priuare, & ſe remittit. Alex. etiam dicit quòd glo. in l. ſi rem aliquam, tenet contrarium, & Bar. eam damnat: ſed tamen communiter docto. ſequuntur.

47 Veritas † tamen eſt quòd dominus poteſt conſtituendo ſine cauſa transferre poſſeſſionem: quia nihil impedit ut poſſeſſionem ſuam ſolo animo & pro arbitrio dominus amittere poſſit: ſicut, & dominium proijciendo rem, l. ſi quis ui. §. differentia. & in hac lege. §. ſi furioſum.

Nec obſtat dicta l. ei à quo, quia loquitur in caſu quo conſtitutum eſt ipſo iure nullum. Nam ubicunquè dominus conducit rem ſuam ut transferatur poſſeſſio implicatur conſtitutum, & cum conductio ſit nulla, conſtitutum eſt nullum in conſequentiam, unde nulla poteſt transferri poſſeſſio, per regulam poſitam per docto. in dicta lege. ſi rem aliquam. relatam per Sozi. ſupra in dicto. §. ſi uir uxori. quòd quando contractus immediatè traslatiuus dominij eſt nullus, poſſeſſio impeditur transferri, & ſic dicta l. ei à quo. loquitur in conductione & conſtituto nullo: ſed non negat quòd ſi dominus faceret conſtitutum expreſſum per illud non transferetur poſſeſſio. unde habes ſolum limitationem quando conſtitutum eſt ipſo iure nullum, uel per ſe, uel quia implicatur in contractu nullo. ſed poſteà habes ampliationem ut regula tex. noſtri procedat ſiue ſit dominus qui fecit conſtitutum ſiue non dominus.

48 Et prædicta † procedunt etiam quòd præceſſerit cauſa inutilis & reprobata, ut probatur in dicto. §. ſi uir. cum ampliationibus tamen & limitationibus quas ibi dedi, & una eſt quòd conſtitutum appoſitum ſuper contractu inutili eſt nullum, & non poteſt transferre poſſeſſionem, quia quando contractus immediatè tranſlatiuus poſſeſſionis ut hoc conſtitutum eſt nullus, tunc non transfertur poſſeſſio ut ibi dicebat Sozi. poſt alios, & in l. ſi aliquam rem. infra eodem. Ex quo ſequitur quòd ſi contractus præcedens non eſt ex toto inutilis, conſtitutum in eo appoſitum poterit transferre poſſeſſionem: quia, & dominium transfert & ibi dictum fuit.

49 Ex ſecunda parte glo. † colligitur alia reſtrictio ad regulam huius legis ꝙ non transfertur poſſeſſio per conſtitutum, ſi non interueniat ſcientia & conſenſus illius cui debet quæri. unde ſi ipſe contradiceret tacitè uel expreſſè non quæretur ei per legem ſi me inuacuam ſupra eodem, & ſi eſſet furioſus conſtituens amitteret poſſeſſionem, & non quæretur ei, dicto. §. ſi furioſo. & ſi procurator, uel filius, uel negotiorum geſtor interueniret in faciendo conſtitutum, requiretur eius ratificatio, l. certè. §. prioro infra de precario. ibi domino mandante uel ratificante, & l. communis ſeruus. §. primo. infra eo. Et idem quando notarius pro eo ſtipularetur, licèt ſit magna alteratio inter docto. an ex ſtipulatione notarij in continenti ius quæretur abſenti etiam ignorant. quorum opiniones refert Tiraquell. in dicto tracta. 30. limitatio. Sed ipſe nu. 10. & nu. 53. determinat in poſſeſſione quòd illa non poſſit acquiri ſine ratificatione, & bene per dictam l. quemadmodum, & dict. l. certè §. j. & dictam l. communis ſeruus. in rebus uerò peculiaribus per coſtitutum factum ſeruo acquiritur poſſeſſio domino ignoranti. l. prima. §. item acquirimus. & l. 3. §. ſaltus. & l. ij. infra pro ſolur. & l. iuſto. §. fi. infra de uſucapioni. qui habet generalem animum domini propter liberam adminiſtrationem: ſicut etiam procurator ſpecialis, ut no. in dictis iuribus. & hic per Alcia, & Claudium, & alios.

50 Ex ultima † parte glo. colligitur alia reſtrictio ad iſtum tex. ut non procedat in dominio per tex. in l. cum falſa. C. de iuris, & facti ignorantiam. quia dominium non poteſt amitti. ſola uoluntate, dicta l. cum falſa, & l. præcedenti. §. primo quæ reſtrictio ſimpliciter intellecta eſt falſa: quia ſi ex coſtituto traditur poſſeſſio: ergo etiam dominium acquiritur l. prima ſupra eo. & l. per procuratorem. C. eo. & l. traditionibus. C. de pact. & eſt caſus in l. quædam mulier. ſupra de rei uendicatione. unde Bar. hic tenet quòd imò etiam transferatur dominium ſi præcedat cõtractus habilis. Et ad dictam l. cum falſa, reſpondet quòd loquitur in diuerſis terminis, cum hic tractemus de conſtituto per quod conſtituens diſponit de ſuo animo diſponendi, ibi uerò dicitur de confeſſione facta per uerba enunciatiua quæ non diſponunt: ſed tantummodo probant contra proferentem, leg. Publia. ff. de poſi. quæ ſolutiò eſt uera ita declarata, & cætera dicas ut per doctores.

Diſtinguas igitur plenius. Aut præceſſit contractus habilis ad transferendum dominium; & tunc per conſtitutum transfertur poſſeſſio, & per eam dominium, dicta l. quædam mulier, eſt de mente omnium hic & ibi, ſi uerò nulla præceſſit cauſa uera tamen aliqua erronea finit, ut putaret præceſſiſſe contractum, & tunc etiam transfertur poſſeſſio, & dominium toto tit. de condictione ind. licèt cognito erro

re detur conditio indebiti; ſi uerò præceſſit cauſa inutilis, & tunc plenè dicas ut per Bar. in dicto. §. ſi uir. ubi ego plenius examinari tres articulos faciendo tres regulas cum ſuis ampliationibus & limitationibus. Sin autem nulla cauſa præceſſit, & tunc licèt transferatur poſſeſſio ut ſupra dictũ fuit: tamen non transfertur dominiũ per dictam l. nunquã nuda, ſupra tit. primo, & in hoc difert dominium à poſſeſſione & ratio differentiæ eſt: quia poſſeſſio amittitur ſolo animo, ideò toleratur ut acquiratur potius quàm remaneat uacans. ſed dominium nõ acquiritur ſolo animo, dicto. §. differentia, ideò nec acquiritur, & utrunquè probatur in §. ſi furioſo, Et ità habes aliam limitationem ad regulam tex. ut non procedat in dominio non præcedente iuſta cauſa.

51 Ex quibus colligitur regula † quòd ficta traditio idem operatur quod uera. quæ tamen limitatur per Are. hic non procedere in multis caſibus. Primus caſus eſt: quando concurrit fictus titulus, & fictà traditio de quo per Bar. in dicta l. ſi rem aliquam, infra eodem.

Secundus eſt in traditione ficta quæ uidetur fieri poſt titulum conceſſum illi penes quem res eſt: nam tunc ex illa ficta traditione transfertur dominium, ſi concedens ſciebat titulum, & rem eſſe penes eum cui conceditur: ſecus ſi ignorabat, ut eſt glo. ſingularis quam ibi Bar. ad hoc no. in l. hoc ſi res. ff. de rei uendication.

Tertiò fallit in caſu quem pouit Guiliel. de Cuneo in l. certi condictio. §. depoſui. ſupra ſi certum petatur. quando ex duabus fictionibus creatur unus titulus ad transferendum dominium, de quo in l. ſi rem aliquam. infra eodem, & plenè habetur in dicto. §. depoſui.

Quartò non operatur idem ficta traditio quod uera reſpectu poſſeſſionis, quo ad hunc effectum, ut per nouam traditionem uideatur commiſſum nouum furtum glo. eſt no. ubi Bar. in l. item ſi res. in principio, de aliena. iudi. mutandi cauſ. facta, & habetur per eundem in l. 3. §. ſi rem. ſupra eodem, & eſt caſus ſigularis ex doctrina Bar. in l. Titia. in principio de uerbo. obligatio. ubi dicit quòd quando requiritur traditio corporalis non ſufficit ficta pro uera, de quo tamen habetur in dicta leg. Titia. ſed quia regulariter ficta traditio habet effectum ueræ, ut dictum eſt, & probatur in hac materia. ideò Ioannes Andreæ in additionibus Speculi in tit. de emptio, & uenditione. §. ſciendum. uerſi. & no. dixit quòd primus emptor cui eſt facta traditio ficta, præfertur ſecundo emptori cui eſt facta traditio uera, & ſic extenditur l. quoties, cum materia. C. de rei uendicatione, & ſequitur Tiraquel. in prin. ubi allegat 50. auctoritates, & per duas columnas diſputat.

52 Item † dubitat quo uſquè durat iſtud conſtitutum, maximè ſi eſt appoſita clauſula quæ ſolet apponi quouſquè de ea apprehenderit poſſeſſionem corporalem, & conſuluit Dy. quòd etiam durat poſtquàm apprehendit poſſeſſionem. unde ſi emptor cadit à poſſeſſione illa poſſeſſio redditur rurſus ad uenditorem, uenditor non poteſt præſcribere: quia uidetur poſſidere nomine alieno, & hoc dictum ſequitur Bal. in cap. primo. §. ſi iam facta. ſi de feud. fuer. controuerſ. inter domi. & agnat. Sed Areti. dicit eſſe dubium maximè ſtante dicta clauſula, quæ communiter ſolet apponi in inſtrumentis. Nam dictio donec, quouſquè, & ſimiles ſunt determinatiuæ temporis, Card. in Clem. ſecunda. §. primò de ætate & qualitate, & ſignificant diſpoſitionẽ fieri poſteà, ut plenè per Bar. in l. ſi. circa principium. ff. ad Tertulli. & ipſe aſſerit ſe ſcripſiſſe in l. ſi quis poſthumo. §. ſi filium. ſup. de lib. & poſthum. unde tenet cõtrarium etiam quando non eſt appoſita dicta clauſula cum dictione quouſquè: quia emptor ingreditur poſſeſſionem, & tenet eam per ſe, uel per colonum, & uidetur ceſſare cauſa conſtituit ex intentione partium. Tiraquellus uerò in dicto ſuo tra. in principio. nu. 50. cum ſequenti uidetur tenere quòd conſtitutum duret: tamen nu. 5. determinat in omnibus tenens dicta Areti. hic.

53 Vltra glo. Bar. hic opponit † quod imò ex ſola uoluntate conſtituendo ſe poſſidere non poſſit quis amittere poſſeſſionem, per tex. in l. peregrè §. quibus. infra eo. ubi poſſidens per colonum non amittit poſſeſſionem, ſi coloni diſcendũt animo deſerendæ poſſeſſionis etiam propter timorem niſi alius ingrediatur: ergo id etiam uenditor per conſtitutum non debet amittere eam niſi emptor ingrediatur.

Confirmatur per tex. in l. prima. §. non alij autem. infra de ui & ui arm. ubi ſi dominus fuit deiectus de poſſeſſione, ſi ſerui manſerunt in fundo non priuatur poſſeſſione, nec habet interdictum: ergo quando poſſeſſio retinetur per duos non ſufficit priuatio unius ut amittatur, cum ſi dominus ſolus priuatur, non amittitur; nequè ſi coloni ſoli priuentur, niſi alius ingrediatur: ergo etiam hoc caſu non poterit priuari uenditor, niſi emptor ingrediatur. Iacobus de Arena fatebatur contrarium, & dicebat quòd iſte tex, intelligitur quando conſtituens poſſidebat animo & corpore ſuo, ut tunc poſſeſſionem amittat: ſed ſi poſſideret per corpus alienum non amitteret niſi ingrediatur emptor. Bar. autem dicit ſi hæc reſtrictio ad iſtum tex, uera eſſet parum prodeſſet hoc remedium, cum paucas res poſſideamus per corpus noſtrum. & ſolum ædes in quibus habitamus eo tempore quo in eis ſumus poſſidemus, cætera autem per alios retinemus. unde dicit ipſe quòd glo. in dicto §. non alii autem. ponit ſolutionem. dum dicit quòd contrarium procedit in uoluntate coacta: ſecus in uoluntate libera per quam nos poſſumus amittere poſſeſſionem in totum, cum per corpus noſtrum ſi-

ne alienum poſſideamus, & hanc deciſionem ſequuntur communiter doct.hic & in ſecunda quæſtio.Bar. quæ fraternizat, & ratio differentiæ eſt, quia quando quis priuatur coactè non habet animum amittendi, igitur ſi nemo alius ingrediatur reacquiritur deiecto per colonum & alios ibidem exiſtentes: ſed quando ipſe conſtiruit transferre cum animo amittendi, non poreſt ſibi reacquiri, quia deficit animus.

Sed contra hanc ſolutionem uidetur tex. in dicto. §. quibus. ubi colonus ſua uoluntate amittit, & tamen re acquiritur domino ſeu ipſe non priuatur: tamen tu potes ſoluere quòd colonus nullam habet poſſeſſionem, & nullam amittit, & cum habeat ſolam detentationem illam amittit, unde concordat, & dominus remanet poſſeſſor ciuiliter & naturaliter, ſi alius non ingrediatur.

Iterum opponitur quòd imò ſola uoluntate domini non amittatur poſſeſſio: quia ſi ille cui uult acquirere non conſentit ſeu conſentire non poteſt, remanet poſſeſſor: quia ſi uacat reacquiritur ei per colonum, dicto §.non alij, & no. in l.ſi quis ui.§. differentia.ſupra eadem. ſed reſpondere potes fatendo quòd ſi non acquiritur emptori & uacat reacquiritur domino uenditori, qui per colonum poſſidet, & ideò in caſu §. ſi furioſo. infra eadem lege reacquiritur domino ſi poſſidebat per corpus alterius. Sed concluſio prædicta quando conſentit ille emptor ut transferatur ſeu non contradicit, & ita ſaluatur communis opinio.

54 Tu autem † ultra doct. potes dare clariorem ſolutionem ad dictum.§. quibus. & euitare omnes difficultates fatendo contrarium generaliter quòd quis propria uoluntate non amittit poſſeſſionem quam retinet per alium, niſi alius ingrediatur, & in propoſito noſtro in caſu doct. ſi rectè conſideretur alius ingreditur facto conſtituto. Nam per conſtitutionem ipſius uenditoris ipſe deſinit poſſidere, & incipit poſſidere per corpus ſuum nomine emptoris, taliter quòd emptor in illo inſtanti per corpus uenditoris dicitur ingredi poſſeſſionem, & eam acquirere, unde uenditor remanet priuatus in totum, & amplius ei non poteſt reacquiri, & ſequitur quòd poſteà coloni & alij corpore inſiſtentes dicuntur etiam poſſidere nomine emptoris ſub conſideratione corporis uenditoris, & ſic non contradicit, & potius concordat. Ideò ſequitur quòd ſi non acquiretur emptori, ſeu alius non ingrederetur fictè cõſtituens non priuaretur poſſeſſione:arg. no in dicto.§.differentia.& dicto. §.ſi à furioſo.

Concludas igitur quòd quando res poſſidetur per priuationẽ unius non amittitur poſſeſſio:quia per auxilium alterius reacquiritur, ſiue priuatio fiat ex uoluntate coacta, ſiue ex uoluntate libera, & eſt neceſſarium quòd alius ingrediatur uerè, uel fictè ad hoc ut ille priuatus amittat poſſeſſionem, & hæc concluſio probatur.in dicto.§.quibus.& dicto.§.non alij. & per tex.noſtrum inunctis no. in dicto.§. differentia,& §.furioſum. in quibus præſupponitur ꝙ emptor ingrediatur poſſeſſionem corpore ipſius uenditoris aliàs non priuaretur uẽditor.

Expedictis oppoſitionibus Bar.pro pleniori declaratione format aliquas quæſtiones. Et primò conſiderat quòd conſtituens poteſt poſſidere tribus modis per ſe met ipſum corpore, & animo. Item per animum ſuum tantum, & ſolam ciuilem habere, ac per animum ſuum & corpore alieno, & itá per ſe habere ciuilem & per alios naturalem, & ultra ipſum hic eſt quartus caſus ut quis habeat naturalem tantum,uacante uel occupata ciuili, ac etiam quis habeat ſolam deteſtationem. quos duos modos Bar. refert in fine legis infra in penul. & antepenul. quæſtio. unde implicitè hic format tres quæſtiones ſub una ſed iunctis dictis ſunt quinque.

55 Primò igitur quærit, † An poſſidens per ſe ipſum plenè conſtituendo transferat poſſeſſionem, & omnes tacitè reſpondent quòd ſic per iſtum tex. qui itá intelligitur ſine difficultate, attento quòd uerificantur omnia requiſita ad priuationem, & ad acquiſitionem poſſeſſionis, cum ipſe conſtituens incontinenti priuetur, & per tacitum mandatum efficitur procurator emptoris, & gerit uicem duarum perſonarum, unde tradit poſſeſſionem ſibi nomine alterius, & uerificatur requiſitum traditionis quod ponitur in l. fiſtulas. §. primo ſupra de contrahend.emptio. & l. qui bona.§. primo infra eodem.

Item uerificatur requiſitum quòd corpore emptor acquirat poſſeſſionem, ex eo: quia corpus uenditoris fingitur eſſe eius corpus,& cum reperiatur in fundo inſiſtẽdo apprehendit emptor poſſeſſionem per corpus dicti uenditoris ibi exiſtentis, & uerificatur l. poſſideri. & l. quemadmodum.ſupra eodem. Per quam reſolutionem etiam determinatur alia quæſtio quã infra Bar. ponit in fi. quòd ſi quis poſſidet naturaliter tantum, & conſtituit ſe poſſidere nomine emptoris, eam dicitur transferre, ex eo: quia corpore dicitur eſſe in poſſeſſione, & emptor fingitur apprehendere illam poſſeſſionem per corpus uenditoris quòd actu aliter & uerè dicitur morari in ipſo fundo,& uerificatur requiſitum quòd tradat poſſeſſionem,& ille emptor corpore eam acquirat. quin imò ex tali traditione, ſi eueniat quòd uacaret poſſeſſio ciuilis forſan per mortem poſſidentis, ille emptor acquiret ſimul cum poſſeſſione naturaliter tradita ciuilem uacantem, ex eo: quia ſi ipſe uerè ingrederetur acquiret naturalem & ciuilem uacantem poſteà, ut nota. in leg. clam. §. qui ad nundinas. cum l. ſequenti ſupra eodem. Itá etiam ſi fictè ingrediatur per corpus ipſius acquiret omnem poſſeſſionem uacantem tunc uel poſtea: quia præſtat mini-

ſterium

ſterinm alienæ poſſeſſionis per iſtum tex.

56 Rurſus per hanc deciſionem ſequitur† quòd ſi aliquis detinet, & conſtituat ſe poſſidere nomine emptoris, ut ſi forſan colonns detinens uendiderit alteri transferetur poſſeſſio in ipſum emptorem licèt uenditor nullam haberet, & ſolam detentationem, & dixit Bartolus infra in antepenultima quæſtione, & ratio eſt: quia ipſe corpore eſt in poſſeſſione, & præſtat miniſterium emptori in acquirendo eam.

Sed ſi euenifſet quòd emptor ingreſſus fuiſſet corpore ſuo conſentiente colono acquiſiuiſſet omnem poſſeſſionem uacantem: arg. dictl. §. qui ad nundinas. Eodem modo etiam acquireret per corpus uenditoris quod præſtat miniſterium in hoc actu apprehenſionis, ipſe emptor acquirit omnē poſſeſſionem uacantem tunc & poſteà. non enim inſpicimus quam poſſeſſionem habeat conſtituens: ſed ſolum inſpicimus quam poſſeſſionem acquireret emptor ſi corpore ſuo ingrederetur rem ipſam, & omnem illam etiam acquirat per corpus fictum ipſius uenditoris, & ſicut ſi quilibet procurator emptoris ingrederetur poſſeſſionem fundi acquireret omnem tam ciuilem quàm naturalem uacantem, ità etiam per hoc conſtitutum quod habet uim apprehenſionis procuratoris omnis poſſeſſio uacans acquireretur.

57 Secundò quærit Bartolus† utrum habens ſolam ciuilem poſſeſſionem ſi conſtituat ſe poſſidere nominè emptoris transferat eam, uo contingit in paſcuis hibernis, uel æſtiuis, uel ſaltibus, leg. 3. §. ſaltus. ſupra eodem, & arguit qnòd non, quia oportet quòd emptor corpore uenditoris tanquam per eius ingreſſum acqnirat poſſeſſionem concurrente uoluntate ipſius, ut hic per gloſam in uerbo miniſterium. nt poſſit præſtare miniſterium alienæ poſſeſſioni. Sed quando uenditor habet ſolam ciuilem non poteſt corpore ſuo præſtare iſtum actum corporeum & miniſterium. tradēdi ſibi, & ingrediendi poſſeſſionem quam non habet, nec corpore inſiſtit, & per conſequens emptor non poteſt incipere poſſidere, dicta leg. poſſideri, & leg. quemadmodum, ſupra eodem. nec poteſt interuenire traditio: ergo cum deficiant omnia requiſita uidetur non poſſe tansferri.

Contrarium temen determinat Bartolus quòd imò poſſeſſio transferatur & per eam dominium, l. quædam mulier. ff. de rei uendicatione ubi mulier non erat in fundo, & per epiſtolam conduxit eundem fundnm transfert poſſeſſionem per quàm per colonū ille emptor acquirit dominium & rei uendicationem, & cum ipſa non eſſet in fundo, apparet quòd poſſidebat ſolum ciuiliter, & tamen per conductionem transfert poſſeſſionem, & dominiū, in qua conductione implicatur conſtitutum ut dixi in primo notabili. Et quòd ipſa non eſſet in fundo probatur: quia textus dicit quòd etiam ſi in agro eſſet dictio etiam, implicat caſum diuerſum leg. prima C. qui admitti. ergo non erat in fundo, & per conſequens probat concluſionem Bartoli. & ad contrarium formatum reſpondet ipſe: quia licèt uerè non interueniat in actus de præſenti: tamen quia ipſa mulier prima uice acquiſiuerat corpore poſſeſſionem, ille actus corporis præſumitur ad huc durare, & per eum repræſentatum donatarium acquirere poſſeſſionem: ſicut quando quis conſtituit ſe poſſidere pro abſente, actus primus conſtituti ſufficit ad acquirendam poſſeſſionem tempore ratificationis tanquàm repræſentatus, lege. communis ſeruus. §. primo infra eodem, ut hic per eum, licèt non ità clarè, & ſequuntur communiter doctores.

58 Cuma. tamen hic † & clarius Areti. in leg. interdum. §. finali. infra eo. dicebat quòd hæc opinio. Bartoli non probatur in dicta leg: quædam mulier, qnia imò ibi mulier erat in fundo quando ſcripſerat epiſtolam, quod probatur ex illa implicatiua etiam, quæ implicat qualitatem maiorem ad ipſum actum, ut no. in dicta leg. prima. C. qni admitti, & ſenſus eſt quòd illa mulier ſcripſerat epiſtolam ut conducerer fundum, & quòd etiam quando ſcripſit erat in agro, & ſufficit ſolum fuiſſe in agro abſquè eò quòd eſſet facta conductio, igitur cum ibi eſſet in fundo probat de poſſidente naturaliter tantum, non de poſſidente ciuiliter tantum, & remanet adhuc obſtaculum: quia non interuenit primordium ueritatis in quo poſſit fundari illa fictio, quòd emptor ingrediatur per corpus uenditoris.

Præterea reſponſio Bar. qnòd ille actus primus repræſentatur non bene probatur, ex eo: quia ſimilitudo ſua de emptore ratificante non eſt in terminis: qnia quando eſt conſtitutum actus fit nomine ipſius emptoris, & ſtat ſuſpenſus ex intentione conſtituentis: ſed quando uenditor acquiſiuit prima uice non cogitauit de aliquo cui acquireret poſſeſſionem: nequè habuit animum ſuſpendendi, igitur non poteſt repræſentari de præſenti tanquam in totum ſit extinctus.

Nec obſtat dicta l. quædam mulier. quia ut dixi, ibi erat in fundo uel ſaltem habebat colonos per quos natnraliter poterat poſſidere, quod præſumitur ex eo; quia dicit in fundo, & fundus eſt ager cultiuatus, & à communiter accidentibus in eo ſunt coloni, uel alij cultiuatores, uel ſerui aſcriptitii uel alii cultiuantes.

Aretinus tamen in dicto. §. interdum, aſſignat aliam rationem dicens quòd poſſidens animo dicitur cum eo inſiſtere in re, & fingitur corpore ibi eſſe quia quandocunque poteſt acquirere: argumento legis. ſi quis ui. in principio. & argumento. legis tertiæ,

§. Neratius. ſupra eodem. ergo interuenit traditio, & corporalis acquiſitio. ſed ipſe poſteà dicit non multum placere hanc rationem, & confirmat Claudius: quia interuenirent plures fictiones, & ipſe fingeretur corpore eſſe in poſſeſſione, & corpus uenditoris eſſet corpus emptoris ac corpore ficto acquirente, quæ plures fictiones non admittuntur, leg. prima. C. de dot promiſſio. Item illa poteſtas apprehendendi non uidetur ſufficere pro auctuali apprehenſione: argumento legis tertiæ. ſupra eodem. Ideò idem Areti. in lege ſi me in uacuam· aſſignat aliam rationem dicens quòd poſſeſſio quæ ſolo animo retinetur poteſt transferri per illum textum: tamen uerè non probat, & quàmuis probaret non tollit contrarium quòd poſſeſſio acquiratur ſine actu corporali. unde Claudius dicit dictam legem poſſideri, & legem quemadmodum. loqui in ſimplici acquiſitione, nos autem in translatione poſſeſſionis in qua interuenit conſenſus duorum, & facilius per actus fictos tunc transfertur poſſeſſio ſine corporali actu: argumen. not. in lege prima in quarta quæſtione princi. ſupra eodem. Quæ nec etiam uidetur multum concludere, cum in illis modis fictis ſemper interueniat aliquis actus corporalis, uel cum oculis uel cum aliquo alio primordio ueritatis.

59 Vnde ego puto † licèt articulus ſit diſputabilis, & poſſit in puncto iuris ſuſtineri opinio Claudii, & Cumani. & eſt de mente Alcia. qui dicit quòd. ceſſarent difficultates ſi teneremus quòd naturalis retineretur animo: tamen in practica non eſt recedendum ab opinione Barto. quæ communis eſt, & probatur in dicta l. quædam mulier. intelligendo quòd illa implicatiua implicat caſum diuerſum, non diuerſas qualitates in eodem actu, & in ſui generalitate uidetur ſaltem demonſtrare quòd non eſt uis an ipſa corpore ſit in poſſeſſione, & maximè: quia poſteà appellatur agrum in quo non ſolent habitare homines: argumento leg. tertiæ. §. ſaltus. ſupra eod. & leg. ager. ubi Alcia. infra de uerborum ſignification.

Secundò etiam probatur: quia conſtitutum hoc fuit introductum utilitatis cauſa, ut facilius negotia poſſint expediri, & ſi requireretur quòd conſtituens corpore eſſet in poſſeſſione, paruam afferret utilitatem, ex eo: quia ſi uterque reperiretur in fundo ſine conſtituto, poſſet ingredi emptor in continenti, uel donatarius, & naturaliter acquirere poſſeſſionem, & ſolum prodeſſet conſtitutum in emptore abſente interueniente procuratore.

Tertiò facit: quia ubicunquè eſt utilitas negotiorum interueniente uoluntate partium diſpenſatum fuit, ut per modos fictos poſſeſſio poſſit acquiri, & in præmiſſis nouem modos fictos acquirendi retuli: ergo etiam debemus dicere, quòd ratione uoluntatis partium, & ratione utilitatis in negotiando, lex diſpenſauerit quòd per tale conſtitutum transferatur poſſeſſio etiam à poſſidente ciuiliter tantum.

Nec obſtat quòd non interueniat actus corporeus: quia reſponſio Barto. cum declaratione Areti. in dicta lege interdum, eſt uera, quòd cum animo nunc poſſideat, repræſentatur corporeus actus ità quòd nunc fingitur corpore eſſe in poſſeſſione, & emptor poſteà fingitur ingredi per corpus ſuum, & ità poteſt acquirere poſſeſſionem.

Non obſtat quòd ſint plures fictiones: quia illæ tolerantur quando lex expreſſè diſpoſuit, ut probatur per dictam legem quædam mulier. & nota. in lege ſingularia. ſupra ſi cert. petatur & lege licèt. §. quoties. digeſt. de iure dotium. Quam concluſionem amplia procedere, ut per illam ciuilem etiam emptor acquirat naturalem ſi uacaret: quia ſi ille actus corporis repræſentatus ſufficit ad acquirendam ciuilem, ſufficit etiam ad acquirendam naturalem uacantem per ea quæ ſupra dixi.

60 Tertiò quærit Bartol. An per conſtitutum transferatur poſſeſſio quando dominus per ſe habet ciuilem, & per alios naturalem, & uidetur quòd non, per textus in dicto. §. quibus. infra eodem. & lege prima. §. non alii autem. infra de ui, & ui armata. inducendo ut dictum fuit in oppoſitionibus Bartoli quæ fraternizant, per quas dicitur quòd poſſeſſio per duo corpora retenta non poteſt amitti per unum niſi extraneus ingrediatur, ſed Bartol. determinat contrarium per gloſſ. in dicto. §. non alii autem: quæ dicit quòd quando eſt uoluntas libera æqualiter amittitur poſſeſſio ſiue res poſſideatur per corpus unius ſiue per corpus duorum. Sed contra gloſſ. opponit: quia loquitur de traditione uera: tamen ſaluat quòd idem eſt in traditione ficta per dictam legem quædam mulier. in ſui generalitate.

Nec obſtat inquit Bartolus quòd legem non allegat, quia pro ea eſt textus in lege qui uniuerſas. §. primo. infra eodem. ibi ſi ego ſi quis deponit penes unum, & depoſitarius penes alium ego poſſideo per utrunque, & ſi colonus meus locat alteri, ego poſſideo per utrunque colonum: ergo ſi alius conſtituit ſe per me poſſidere ſe facit meum colonum, & ſi ipſe habet alium colonum, ego poſſideo per eum & ſuum colonum, & ſic emptor poteſt acquirere poſſeſſionem non obſtante quòd uenditor habeat alium colonum, & ſi opponas duobus modis ut feci lo dicta oppoſitione Bartol. reſponde ut ibi dixi, & etiam addidi clariorem ſolutionem ad contrarium fatendo illud, & quòd quando res poſſidetur per duo corpora non poteſt amitti per unum, niſi alius ingre-

ingrediatur: ſed hic alius ingreditur: quia emptor per corpus ipſius nenditoris dicitur rem ipſam ingtedi. nnde uenditor priuatur poſſeſſione: quia alius, id eſt, enptor ingreditur, & ſic concordat: ſed ſi emptor non ingrederetur poſſeſſionem: quia non conſentiret ſeu eſſet furioſus non amitteret uenditor: quia ſibi reacquireretur per colonos, uel ſeruos ſuos. arg. tex. in dicto. §. differentia. & in dicto. §. ſi furioſum, & ſic remanet quòd poſſidens per corpus alienum poteſt transferre poſſeſſionem conſtituendo ſe poſſidere nomine emptoris, & quando emptor ipſe acquirit per corpus uenditoris: ſed ſi non acquireret: quia nullus ingrederetur uerè uel fictè non amitteret uenditor dicto. §. filius, & dicto. §. non alii, qui etiam poſſunt procedere in priuato ex uoluntate libera quidquid dicat gloſa.

Ex quibus habes unam generalem declarationem ad materiam legis, & unam generalem regulam, quòd ubicunquè aliquis conſtituit ſe poſſidere nomine alterius, ſemper transfert poſſeſſionem in ipſum cui uult acquiri, ſiue ipſe poſſideret naturaliter & ciuiliter per corpus ſuum, ſiue ciuiliter per ſe, & naturaliter per alios, ſiue ciuilem poſſeſſionem tantum habeat, ſiue naturalem poſſeſſionem tantum habeat, ſiue ſimplicem detentationem, & acquirit omnem poſſeſſionem quam ipſe ha-
61 ber alteri. & etiam quam non habet ſi uacat.

Secundò principaliter quærit Bartolus hic. † quomodo transferatur poſſeſſio per conſtitutum in iuribus incorporalibus. & in eis quoquè format tres quæſtiones. Prima eſt de iuribus incorporalibus per quæ habemus dominum ſubalternatum in tota re, ſecundo de ſeruitutibus prædialibus per quas habemus ius reale in re. Tertiò de iuriſdictione.

Circa primam præſupponit Bartolus quòd ſi donatur uſusfructus, uel uendatur, ipſi uſufructuario acquiritur ſola actio perſonalis: quia ſtipulationibus & pactionibus conſtituti leg. 3. in principio. ff. de uſufruct. & ſi eueniat quòd poſteà ei tradatur poſſeſſio rei, & uſusfructus acquiritur dominium uſusfructus, iuxta leg. 3. §. dare. ff. de uſufruct. ibi dare eſt in poſſeſſionem introducere euenire uti, & frui pati, qui modus ſeruatur etiam in uſuario & emphyteuta, feudatario, & habitatore, qui omnes habent dominium ſubalternatum in re principali. unde ea quæ dicemus de uſufructu uerificabuntur etiam in dictis aliis iuribus.

Secundò etiam præſupponit Bartolus quòd habens uſumfructum uel emphyteuſim, uel ius feudale poſſideat naturaliter ipſam rem, tamen non ſit illa naturalis poſſeſſio quam habet proprietarius uel dominus directus, ſed eſt noua ſpecies, ut uoluit ipſemet ſupra in leg. prima in ſecunda quæſtio. principali. & ideò ubicunquè quæritur an in iſtis iuribus transferatur poſſeſſio implicatur alia quæſtio utrum per conſtitutum poſſit creari noua poſſeſſio, cum poſſeſſio uſusfructus non habeatur per proprietarium, nequè naturalis nequè ciuilis, Imò uidetur incompatibilis cum proprietate in eadem perſona: ſicut etiam uſusfructus caſualis reperitur in proprietario qui transformatur in formalem uſumfructum per conceſſionem, & ſunt incompatibiles, ut no. in l. prima ſupra de uſufructu.

62 Quibus † ſtantibus dubitat hic Bartolus. utrum ſi aliquis donauit uſumfructum feudi ſui, uel ius feudale, & conſtituat ſe poſſidere illum fundum, uel uſumfructum nomine uſufructuarii, utrum transferatur poſſeſſio in ipſum uſumfructuarium, & per eam efficiatur dominus uſusfructus & habeat ius reale, & dicit primò uideri concludendum quòd non, per regulam legis quæ dictat quòd nemo dat quod non habet, leg. traditio. ſupra titulo primo. ſed ipſe proprietarius non habet illam naturalem poſſeſſionem per quam acquiritur uſusfructus, cum ſolum habeat naturalem fundi, & ſi eſt abſens nec eam habeat: ergo uidetur quòd eam non poſſit transferre, & maximè: quia eam non habet, nec poſſibile eſt eam habere ut ſupra, ipſe tamen determinat contrarium uolens quòd per conſtitutum creetur illa noua poſſeſſio uſusfructus, & acquiratur uſufructuario, per leg. quiſquis. C. de. donatio. ubi ponitur caſus contrarius quando quis donauit fundum & pro ſe retinuit uſumfructum, per talem retentionem transfertur poſſeſſio in ipſum donatarium per quam acquirit dominium, quaſi ſit facta traditio, & poſteà creetur uſusfructus formalis cum illa noua poſſeſſione, ut ipſe conſtituens efficiatur uſusfructuarius, & ille cui donauit proprietarius. igitur cum ſit uſufructuarius deſinit poſſidere tanquàm proprietarius, & ſibi creatur illa poſſeſſio naturalis fundi, & etiam ciuilis uſusfructus tendens ad acquirendi uſumfructum: ergo ſicut per retentionem uſusfructus ſibi creatur noua poſſeſſio, ità ſi quis conſtituat ſe poſſidere nomine uſufructuarii: quando donauit uſumfructum dicitur creare nouam poſſeſſionem quæ transfertur, ita ipſum uſufructuarium, & hanc concluſionem Bartoli uidetur tenere communiter docto.

Alex. tamen opponit: quia non eſt ſublatum fundamentum quòd nemo dat quod non habet, & poſſeſſionem quam non habet quis non poteſt transferre leg. quamuis. §. primo infra eo. ubi colonus uendens fundum, & conſtituens ſe poſſidere nomine emptoris, non transfert poſſeſſionem, ex eo: quia ipſe nullam haber, cum ſit penes priorem dominum. & ideò ex illo textu colligitur quòd qui uult acquirere per conſtitutum,

debet probare quòd conſtituens poſſidebar: quia nullam poſſeſſionem habens nullam poterat transferre, & itá no. Angelus illum tex. in leg. quædam mulier. ff. de rei uendicatio. & Bal. in leg. prima. C. quando liceat ab emptione diſcedere. & Butrius in dicto capitulo cum ueniſſent & Oldra. in conſilio. 129. Sed ſaluando Bartolum ipſe dicit ueram eſſe hanc regulam, quòd qui poſſeſſionem non habet per couſtitutum eam transferre non poteſt: tamen dicit procedere quando couſtituens penitus nullam habeat: ſed in caſu Bartoli ille donans nſumfructum haber poſſeſſionem fundi naturalem, uel ciuilem, uel utranquè. ideò per conſtitutum dicitur tranſferre poſſesſionem quam habet, & transſormatur in poſleſſionem naturalem conuenientem uſufructuario: ſicut uſusfructus ſuus cauſalis transformatur in formalem, & hanc ſolutionem Alexandri ſequitur Alcia. hic nu. 9. & 10.

63 Sed ad huc contra † Bartolum inſtat. Areti. dicens aſſumptum eius falſum eſſe, qnòd naruralis poſſeſſio fundi acquirat dominium ipſius uſufructus: quia imò requiritur quaſi poſſeſſio ipſius iuris uſusfructus, ut no. docto. in le. naturaliter. ſupra eodem, & ipſe met Alex. in leg. j. in ſecunda quæſtio. principali reprobauit illam ſpem naturalis poſſeſſionis de uſufrnctuario dicens, cum alijs, quòd poſſeſſio naturalis quam habet proprietarius in fundo, eadem eſt cum poſſeſſione uſusfructuarii, ultra quam habet etiam poſteá poſſeſſionem uſuſfructus. ideò concludit ipſe quòd de poſſeſſione naturali fundi non eſt dubitandum quòd non transferatur: quia eam in ſpecie habet proprietarius. ſed ſolum eſt dubitandum utrum trāsferatur illa quaſi poſſeſſio iuris nſus fructus quam non habet proprietarius: nequè etiam poteſt habere. & ideò ipſe determinat quòd non transferatur cum conſiſtat in uſu ipſius uſusfructus, ur dieitur in dicta leg. 3. §. dare ibi, uti & frui quæ uerba copulatiuè poſita demonſtrat de ſubſtantia poſſeſſiouis uſusfructus eſſe ut interueniat uſus cum patientia aduerſarij: arg. eornm quæ infra dicit Bartolns in quæſtio. de ſeruitutibus prædialibus.

Sed tamen per hanc conſiderationem nequè Areti. ſuſtulit illud contrarium, quòd proprietarius non poteſt conſtituere ſe poſſidere, per illam poſſesſionē quam non habet: quoniā ipſe in cōſtituto dicit cōſtitno me poſſidere, & tamē uere lllam poſſesſionem non poteſt habere, quia pro reſolutione dicas, quòd docto. laborauerunt hic propter unum præſnppoſitum falſum, quia præſuppoſuerunt quòd per conſtitutum transſeratur poſſeſſio, & ſit neceſſarium poſſesſionem eſſe penes conſtituentem ut poſſit transferri, & ſit abſonum in iure quòd per conſtitutum c[r]eetur noua poſſesſio: quoniam, imo hoc eſt naturalisſimum creare nouam poſſesſionem in acquirente: nam ſupra concluſimus in ſecundo notabili quòd per conſtitutum non transleratur poſſeſſio, quæ facti eſt, uel ſaltem habet plnrimum facti, & ideò conſtituens deſinit poſſidere extinguendo ſuam poſſeſſionem, & ille acquirens incipit posſidere creando ſibi nouam poſſeſſionem adiunctæ ingreſſu corporali ipſius conſtituentis, per quem acquirens habeat ſubiectum habile ad acquirendum. propterea non eſt inconueniens quòd ex conltituto creetur noua poſſeſſio, cum aliam non poſſit operari acquiſitiotionem niſi noua poſſeſſio creata acquiratur.
64 † Idcircò ſi quæratur an transferatur poſſeſſio, non oportet inſpicere quam poſſeſſionem habeat conſtituens: ſed oportet conſiderare quam poſſeſſionem habeat acquirens ſi ipſe corpore ingrederetur, ex eo: quia corpus conſtituentis operatur idem quod operatur corpus acquirentis, ſi ipſe ingrederetur poſſeſſionem, igitur ſequitur quòd ſi quis conſtituat ſe poſſidere nomine uſusfructuarij, translertur illa poſſeſſio qnam acquireret uſusfructuarius, ſi corpore ingrederetur poſleſſionem. Sed ut dicitur in dicto. §. dare. coniuncta lege naturaliter. infra eo. uſusfructuarius ingrediens acquireret poſſeſſionem naturalem fundi, ac inſuper etiam acquireret quaſi poſſeſſionem ipſius uſusfructus. ergo ſequitur quòd per conſtitutum acquiretur utraquè poſſeſſio naturalis, & ipſius uſusfructus, cum corpus conſtituentis prælrat miniſterium alienæ poſſeſſioni, ut hic in tex. & nulla alia ſir differentia an ipſe ingrediatur niſi quòd corpus conſtituentis fingitur corpus uſusfructuarii ingredientis, & operatur ea quæ operaretur corpus ingredientis.

65 Quamobrem † remanet concluſio quòd opinio Bartoli eſt uera ut donans uſumfructum, & cōſtituens ſe poſſidere fundum nomine uſusfructuarii transferat naturalem ſundi poſſeſſionem, & quaſi poſſeſſionem iuris uſusfructus. ut ſi dicatur per rot uerba non eſt ſublatum fundamentum Areti. ut illa quaſi poſſeſſio non ſit penes proprietarium, & ad eā acquirendam requiratur uſusfructus, Reſpondetur quòd imò eſt ſublatum: quia illa naturalis poſſeſſio fundi conceſſa propter uſumfructum dicitur eſſe pretium uſusfructus. unde ille proprietarius conſtituens ſe habere illam naturalem poſſeſſionē nomine uſusfructuarii per patientiam ſuam incipit uti ipſo uſufructu, non enim debemus dicere quòd ſit neceſſarium expectare per annum ut uſusfructuarius percipiat fructus ad acquirendam poſſeſſionem: ſed debemus dicere quòd incontinenti ipſe acquirit quaſi poſſeſſionem uſusfructus & dominium, attento quòd ipſe incontinenti incipir poſſidere fundum ex iure uſusfructus, & itá incipit uti & frui eo fundo iure uſusfructus, & cau

ſatur

ſatur pretium poſſeſſionis, & propterea remanet concluſio Bar. uera, declarando tamen aliter quàm docto. faciant, quòd donans uſumfructum, & cõſtituendo ſe poſſidere nomine uſufructuarij incontinenti transfert poſſeſſionem naturalem fundi, & ſimul etiam quaſi poſſeſſionem iuris uſusfructus, quod eſt naturale & uerum, quæ tamen omnia intellige procedere in uſufructu conſtituendo: ſed ſi eueniret quòd aliquis haberet uſumfructum formatum in perſona ſua, & illum poſſideret per uſum ſuum, & patientiam proprietarii, & poſteà donaret illum uſumfructum, uel uenderet in caſibus à iure permiſſis qui no. in. §. finitur. inſti. de uſufructu. & leg. neceſſario. §. fin. ff. de periculo & commodo rei uenditæ, ſi poſtea conſtitueret ſe quaſi poſſidere uſumfructum nomine donatarii uel emptoris transferet iſtam quaſi poſſeſſionem in ipſos, ut uoluit Inno. in cap. literis. de reſti. ſpoliato. cum aliis cumul. per Tiraquellum in ſuo tractatu in 32. ampliatione num. 23. & in ampliatione 34. & per totam & eſt communis opinio, per quam uidetur reddi difficilis hæc materia, tamen diſtinguendo inter ius formatum poſſeſſum, & ius formandũ ceſſat tota difficultas. Inſuper etiam prædicta omnia procedunt ſi dominus haberet ſolam ciuilem poſſeſſionem in fundo, & donando uſumfructum conſtitueret ſe poſſidere: nam transferret naturalem poſſeſſionem fundi & ipſius uſusfructus: quia licèt ipſe eam non habeat: tamen quia repræſentatur actus primus per inſiſtentiam animi continuatam utſupra dixi in quæſtione de poſſeſſione ciuili, ſequitur quòd corpus ipſius proprietarii fingitur eſſe actualiter in ipſo fundo. Igitur per corpus ſuum uſufructuarius poteſt acquirere naturalem & quaſi poſſeſſionem uſufructus: ſicut ſi ipſe ingrederetur per prædicta. & hæc de uſufructu, emphyteuſi, feudo & aliis iuribus habentibus dominium ipſius fundi ſub alternatum.

66 Quintò quærit Bartoli † quid ſi aliquis non donauit hoc ius: ſed tantummodo donauit ſeruitutem prædialem fundi ſui, uel domus, ut ſeruiret domui uel fundo alterius, & poſteà conſtitueret ſe poſſidere nomine ipſius donatarii an transferatur quaſi poſſeſſio ipſius ſeruitutis, & præſupponit quòd ſeruitus pactionibus & ſtipulationibus acquiratur ut actio perſonalis naſcatur, ut inſti. de ſeruituti. §. penul. ſed ad acquirendum dominium ſeruitutis requiratur quòd ille cui donatur incipiat uti & frui, cum per quaſi poſſeſſionem acquiratur dominium ipſius iuris ſeruitutis, & tunc habeat ius reale, iuxta tex. cum ibi no. in leg. ſi partem. §. j. quemad. ſer. ami.

Secundò præſupponit quòd in iuribus incorporalibus non poteſt eſſe traditio, neque etiam poſſeſſionis apprehenſit, l. ſeruus. §. incorporales. ſupra eo. unde ad pretium quaſi poſſeſſionis neceſſarium eſt quòd interueniat actualis uſus lege. ſeruitutes. de ſerui. ruſti. prædio. ibi, retinendo tignum facto quodam poſſideo. & leg. quoties. §. fi. & leg. penul. quæ etiam incipit quoties. de ſerui. tit. generali & ultra uſum requiritur etiam ſcientia & patientia domini ſeruientis. unde ſolet etiam iſta poſſeſſio tradi per cautionem, ut dicitur in leg. ratio. §. ſi iter. ſupra de actio. empti. cum ſimilibus. tamen illa cautio non eſt de ſubſtantia poſſeſſionis: quia uſus cum patientia conſtituit quaſi poſſeſſionem ſeruitutis dicta l. penul.

Quibus ſic ſtantibus quærit Bartolus utrum donans ſeruitutem ſi poſteà conſtituat ſe poſſidere illam ſeruitutem nomine donatarii, transferrat quaſi poſſeſſionem ipſius ſeruitutis, ut ille dicatur poſſeſſor, & per poſſeſſionem effectus dominus. & determinat ipſe quòd non: quia illam poſſeſſionem non habeat conſtituens, & eam non poterat transferre, neque ipſe conſtituens habeat uſum ſeruitutis: nec poterat habere, quia eſt repugnantia, leg.
67 uti frui, ſi uſufructus petatur. † Vnde ipſe dicit, quòd per tale conſtitutum non poterit incontinenti transferri poſſeſſio: ſed erit neceſſarium quòd ea conſtituta poſteà ex interuallo incipiat uti ſeruitute nomine donatarii, & tunc per talem uſum cum conſtituto præcedenti poterit donatarius incipere poſſidere illam ſeruitutem, & hanc concluſionem ſequuntur communiter doctores & Alex. hic approbat, addens quòd requiratur etiam ratificatio donatarii: quando conſtituens utitur ſeruitute nomine ipſius: arg. le. ſeruus communis. §. primo. infra eo. & eſt bona additio & uera. Similiter concluſionem Bartoli ſequitur hic Areti. addens unum bonum uerbum quòd uſus nondum introducitur: quando donatarius incipit ire per fundum ſeruientem: ſed etiam inducitur per actum antecedentem neceſſarium, ut ſi quis incipiat aptare riuum pro ducenda aqua, uel incipiat aptare locum ſeu ſternere iter pro commoditate eundi, & allegat tex. in dicta leg. ſi partem, quemadmodum ſerui. amitt. in princi. dum facit uim quòd riuum non fecerit ille, uendens, quaſi per riuum præſupponat quòd ſeruitus realiter eſſet acquiſita, & eſt etiam declaratio bona. & no. & tenenda.

Sed tamen ad huc unum obſtat quia non eſt ſublatum fundamentum: quia nemo dat quod non habet, & quòd ille conſtituens dicit ſe poſſidere nomine donatarii, & tamen iſtam poſſeſſionem ipſe non habet: quia incompatibilis eſt cum dominio. ſed tamen defendendo dicas quòd ſufficit ut ille donatarius incipiendo uti poſſit acquirere, licèt eã non habeat cõſtituens utſupra dixi. Similiter dum ille conſtituens dicit ſe poſſidere, habet reſpectum ad uſum futurum, unde conſtitutũ ſuſpenſiue dici-

tur continere quòd dominus poſsidet nomine acquirentis ſuperueniente uſu ſuo : arg. dictæ l. ſeruus communis. §. primn & eorum quæ dixit Bar. ſup. in quæſtio. de poſteſſione ciuili & cum donatarius ſi inciperet uti acquirere quaſi poſſesſionem ſeruitutis , ita quòd per uſum conſtituentis qui fingitur perſona acquirentis erit translata poſſesſio,cum declaratione quòd ſufficiat ut ipſe conſtituens incipiet aptare locum , ex hoc enim ſolo ipſe incipiet uti ſeruitu
68 te nomine acquirētis. † Et ex hoc haberes differentiam inter ſeruitutem prædialem & uſumfructum conſtituendum, quia in ſeruitute conſtituenda eſt neceſſarium pro acquitenda poſſesſione ut ſit ille actualis uſus conſtituentis : ſed non in uſufructu ut diximus in præcedenti quæſtio. & ratio differentiæ eſt : quia in nſufructu rransfertur poſſosſio naturalis in continenti per conſtitutum, quæ eſt actualis uſus. unde etiam in continenti acquiritur poſſesſio uſufructus. ſed in ſeruitute non traditur poſſesſio fundi . ideò neceſſarium eſt expectare quòd inducatur ille uſus ſaltem aptandæ locum ut dictum fuit.

Prædicta tamen procedunt in ſeruitute conſtituenda : ſed ſi eueniret quòd qnis haberet ſeruitutem formatam ,& eam poſſideret per patientiam domini ſeruientis , ſi ipſe poſsiſidens uellet eam donare alteri in caſibus permiſsis , & conſtitueret ſe nomine ipſius douatarij poſſidere , tunc transferetur in continenti illa quaſi poſſesſio ſeruitutis cum dominio : quia cum ipſe conſtituens haberet quaſi poſſesſionem cum uſu præſenti conſtituendo ſe poſsidere , & continuando uſum præſentem nomine alterins incontinenti poterit transferre poſſesſionem, per no. per Inno. in dicto cap. in literis. de reſti. ſpoliatorum cum alijs cumulatis per Tiraquellum in dicta 32. ampliatio. num. 23. & 34. ampliatione in principio conſtituendo regulam generalem quòd quaſi poſſesſio iurium incorporalium transfertur per conſtitutum ſicut in rebus corporalibus : ſed tamen illa regula debet intelligi de iure formato & poſſeſſio : ſecus in iure formando, ut procedunt iſtæ duæ quæſtiones Bartoli .

69 Sextò quærit Bartolus. † quid ſi aliquis habens iuriſdictionem, & eam donet uel uendat , & conſtituat ſe poſsidere nomine emptoris , uel donatarij , an transferat quaſi poſſesſionem ipſius?& reſpondet ipſe idem dicere : quia trausfert in alterum poſſesſionem miniſterio ſuo : quia uſus eſt pro alio . quæ uerba ſunt ambigua , & multis modis inteliguntur per doctores cum aliqui intelligant Bartol. de iurildictione formata & poſſeſſa quam conſtituat poſſidere nomine alterius, & ita intelligit hic Alex. & uidetur eſſe de mente Bartoli tamen nc conuenit in alio : quia ſupra dixi de ſeruitute conſtituenda, & tamen ipſe ſtatim dixit idem dico . unde uidetur habere mentem de iurisdictione conſtituenda ſeu transferenda ſaltem iure uſufructus, uel feudi, & itá uidetur Bartolū intelligere Claudius & Areti. hic . ſed quicunquè ſit ſenſus Bartoli docto. hic imperfectè loquuntur . unde melius & magiſtralius dixit Sozi. in leg. 3. ſupra eodem qui diſtinxit aliquos caſus , & plenius quàm ipſe dicat. Nam aliquando rex uendit caſtrum & cum iuriſdictione , aliquando uendit iuriſdictionem alicuius caſtri intendendo totum dominium transferre , & ſe conſtituit poſsidere nomine emptoris . Tertio. rex concedit infeudum caſtrum cum iuriſdictione. Quartò concedit iuriſdictionem in feudum ſine caſtro :

70 Primò caſu † quando rex donauit caſtrum cum iuriſdictione & conſtituit ſe poſsidere illud cum iuriſdictione nomine emptoris , determinat ibi Sozi. quòd per tale conſtitutum ſine dubio transferatur poſſesſio ipſius caſtri per regulas poſitas in rebus corporalibus : ſed etiam dicit quòd transfertur quaſi poſſelſio iuriſdictionis, cum ipſe rex eam haberet formatam , & plenè poſsideret per pacientiam uaſallorum. Sicut in ſimili, ſi quis uendat feudum cum ſeruitutibus conſtituendo transfert poſſesſionem feudi, atquè etiam ipſam ſeruitutem , per tex. in leg. ſi ædes. §. fin. ſupra de ſerui.urbano . prædiorum ibi ſernitutes cum ædificijs uſucapiuntur, & leg. ſi res aliena. §. hoc iure. infra de nſucapionibus quas leges dicit ipſe itá intelligere Petrum, & facit lex ſeruitutes in ſuperficie. ff. de ſerui. urbanorum prædiorum & leg. quid aliud. ff. de nerbo . ſignificatione. & itá etiam intellexit Antonius de Butrio in capitulo fina. de cauſ. poſſesſio. & proprieta. & eſt concluſio uera quæ plenè probatur ex præcedentibus.

71 Secundò caſu † quando uendit ſolam inriſdictionem, ſimiliter concluſio eſt facilis quòd per conſtitutum transfert quaſi poſſesſionem iuriſdictionis : quia rex eam iuriſdictionem habet formatam, & plenè poſsider ex patientia uaſallorum. unde conſtituendo transfert eam, & uſus quem de præſenti habet continuando nomine ipſius emptoris, facit ut ille incipiat acquirere poſſeſſionem , & ita in continenti transfertur per regulam poſitam per Innoc. in dicto capitulo literis. cum alijs ſimilibus cumulatis.

72 Tertiò caſu † quando rex uendit caſtrum in feudum cum iuriſdictioue uidetur maior dubitatio, ex eo : quia ius feudale non poteſt ſtare in ipſo rege domino directo . Vnde poſſesſio caſtri iure feudali non poteſt reperiri in ipſo rege , & naſcitur illa difficultas quæ poſita fuit in quęſtione de nſufructu.ſed tamen breuiter reſoluere debes quòd per tale conſtitutum tranſfertur quaſi poſſesſio iuris feudalis in ipſo caſtro : quia cum habeat de præſenti naturalem

poſſeſ-

poſſeſſionem caſtri, habet in conſequentiam quaſi poſſeſſionem iuris feudalis in caſtro, cum nſus iſtius quaſi poſſeſſionis incipiat per naturalem poſſeſſiooem, & cum datum fuerit in fundum cum iuriſdictione eadem difficultates cadunt in iuriſdictione in qua acquirit ius feudale non directum dominium: tamen quia uenit in conſequentiam ipſius caſtri: ſicut per naturalem poſſeſſionem caſtri acquirit quaſi poſſeſſionem nſusfructus in caſtro. ità etiam incontinenti acquirit quaſi poſſeſſionem iuriſdictionis, ex eo: quia rex habet eam formatam, & de præſenti poſſidebat per patientiam uaſallorum, & ſic quando rex conſtituit ſe poſſidere caſtrum cum iuriſdictione nomine feudatarii, incontinenti transfert quaſi poſſeſſionem iuris feudalis in caſtro, & quaſi poſſeſſionem ipſius iuriſdictionis in conſequentiam ſicut ſi daret in feudum cum ſeruitutibus per iura ſupra allegata. quod eſt notabile, & quotidianum.

73 Quartò caſu quando rex † daret iuriſdictionem in feudum, ut ſi primas uel ſecundas cauſas daret in feudum, uel etiam ius adminiſtrandi iuſtitiam in indiciis, tunc ſimiliter poteſt eſſe dubitatio qualiter quaſi poſſeſſio iuriſdictionis transferatur, attento quòd illam quaſi poſſeſſionem rex non poteſt habere iure feudi: tamen quia ipſe habet eam formatam in ſe, & poſſidet, ſi conſtituat ſe poſſidere nomine feudatarii, incontinenti, & ipſa acquiretur feudatario: quia uſus ſuus continuabitur nomine ipſius acquirentis, & ità per uſum præſentem ipſe acquirens quaſi habens naturalem poſſeſſionem iuriſdictionis poterit habere, & poſſeſſionem, & dominium, & in ſumma habes quòd in iuriſdictione incontinenti transfertur poſſeſſio, ex eo: quia rex habet eam formatam cum poſſeſſione, & præſenti uſu propter uaſallorũ patientiam, & ſuccedit regula quòd eod. modo transfertur quaſi poſſeſſio iurium incorporalium ſicut iurium corporalium per doctrinã Inno. in dicto cap. literis, & propter hanc ratiooem, quàmuis concedatur in feudum ipſa ſola, uel cum caſtro iucoot inenti acquiretur, cum naturalis poſſeſſio incontioenti acquiratur, quę eſt principium nſus, & poſſeſſionis per ſuprad.

74 Sed ſubintrat dubitatio. † quid ſi modo uaſalli inobedientes domino ſuo ſe ſubiiciunt iuriſdictioni alterius, & ſe conſtituunt poſſidere nomine illius cui ſe ſubiiciunt non transferatur poſſeſſio. & Bar. bic determinat quòd non, ex eo: quia ipſi nullam habent poſſeſſionem quam transferant, atque etiam nullum habent uſum iuriſdictionis: ergo nullam transferre poſſunt: quia ipſi eam non exercent: ſed exercetur in eis & communiter ſequuntur docto.

Nec obſtat ſi dicatur quòd imò ipſe dum ſe ſubiiciunt ei acquirit poſſeſſionem: quia ingrediendo poteſt nti iuriſdictione: nam reſpondetur quòd imò ipſe non poteſt acquirere poſſeſſionem etiam utendo: quoniam reperitur ab alio occupata: ſicut dicitur de ciuili in l. clam poſſidere. §. qui ad nundinas. ſupra eo. igitur ipſe eam non acquiret minus per conſtitutum acquirere poterit.

75 Quæ tamen † concluſio limitatur non procedere, niſi ipſi uaſalli rebellando interuerterint poſſeſſionem, ut quia ipſi de facto incipiant creare officiales qui reddant iuſtitiam uel ſui duum uiri eam adminiſtrent: tunc enim quia de facto eam poſſident, ſi conſtituerent ſe poſſidere nomine illius cui ſe ſubiiciunt eam licèt uiolentam transferent: arg. in l. colonus. & l. cum fundum. inf. de ui, & ui arma.

Secundo limitatur per Sozi. hic ex auctoritate Pauli de Caſtro in l. ex hoc iure. ff. de iuſti. & iu. quando ipſe dominus ſuus eſſet negligens ualde, nam tunc poſſunt ſubiicere ſe iuriſdictioni alterius ex auctoritate Bal. in quadam ſua diſputatione quam hic refert Sozi. fuiſſe effectam Mediolani, tamen hæc limitatio dependet à prima: quia ipſi non poterunt transferre poſſeſſionem iuriſdictionis, quam non habent niſi prius interuerterint eam denegando obedientiam, & ità acquirant, & ſolum differt à præcedenti limitatione: quia in ea poſſeſſio eſt uiolenta in hac uerò ſecunda interuerſio uidetur magis iuridica.

76 Tertiò limitatur † non procedere in populo libero qui poteſt ſe ſubiiciendo alteri per conſtitutum transferre poſſeſſionem, ex eo: quia ſi eſt liber habeant eam, & utitur conſtituendo officiales, & ità euenit in citatione Romana quando per legem regiam tranſtulit in principem omnem ſuam iuriſdictionem, l. prima. de conſtit. princi §. ſed quod principi. inſtitut. de iure naturali. gentium, & ciuili, & uoluit Bal. in l. ſecunda. C. de ſerui. & aqua. column. 18. & ſequitur Areti. bic qui allegat Archidiac. & Ioannem An. in cap. præſidentes. de hæreti. in 6. & no. in dicta l. ex hoc iure, & Alcia. hic ſequitur, & cæteri. & hæc de iuribus incorporalibus.

77 Sed † circa res corporales ſuccedit una dubitatio quam hic poſuit Bar. utrum detinens tantum, & nullam habens poſſeſſionem, nt eſt colonus, ſi cõſtituit ſe poſſidere nomine alterius, an poſſit transferre poſſeſſionem? & dubium facit: quia ipſe colonus nullam habet poſſeſſionẽ, & nemo dat quod non habet l. traditio. ſup. titulo primo, & uidetur tex, in terminis in l. quãuis. §. primo. inf. eo. ubi expreſſè dicitur quòd colonus conſtituendo ſe poſſidere nomine alterius, non transfert in eum aliquàm poſſeſſionẽ. Bar. tamen aliter determinat diſtinguens, an poſſeſſio uacet, uel dicatur eſſe penes alium, & ſi poſſeſſio eſt penes alium, tunc per detinentem conſtituendo non poteſt transferri poſſeſſio: quia ipſe eam non habet: neque etiã poteſt ab emptore acquiri per ingreſſum, & cum illa non reperiatur uacans: arg. text. in dicta l. clam. §. qui ad nundinas. ſupra eo.

Sed ego puto contrarium uerius quòd imò transferatur detentatio ſicut poſſeſſio cum illa retineatur animo ſicut poſſeſſio, ut dictum fuit in l. prima col. fi. Bar. & ſequuntur communiter docto. & detentatio habet etiam adhęrentiam iuris: ſicut & poſſeſſio, & utraque in ſubſtantia dicitur eſſe merè facti ſecundum ueram opinionem quam ſupra ſæpius firmaui per l. ſi colonus. infra eodem, unde ſicut per corpus ſuum detinens præſtat miniſterium domino ut habeat poſſeſſionem, & acquirat poſſeſſionem uolenti acquirere, eodem modo poteſt præſtare miniſterium uolenti acquirere detentationem.

Nec obſtat quòd imò duo inſolidum detinerent: quia detinens deſinit detinere licèt corpore ſuo ſit in fundo: ſicut quilibet alius in eo exiſtens, & corpore ſuo facit alios detinere: nec ratio quòd conſtitutum habet multum iuris aliquid facit: quia in eo ſolum eſt fictio ut corpus conſtituentis habeatur pro corpore acquirentis, quæ fictio poteſt cadere etiam in detinente, & tanto fortius procederet, ſi teneremus opinionem illam poſſeſſionem omnem in ſubſtantia facti eſſe.

80 Propterea ſequitur † quòd ſi habens tenutā per officium iudicis ſe conſtitueret tenere nomine alterius creditoris transferret eam in illum, & ſine dubio ius pignoris quod eſt iuris, & ſi de eo conſentirent transferretur per dictum conſtitutum, & uidentur doctores omnes ſequi.

81 Nonò quęrit Aret. & Claudius† quatenus durat conſtitutum, & an poſſit pluribus uicibus operari effectum in eadem re, & reperitur unū dictum Bal. in cap. primo. §. ſi factum. ſi de feudo fuerit controuerſ. inter domin. & agna. colum. ſecunda dicentis quòd durat perpetuo inter ipſas partes, & habet cauſam ſucceſſiuam & multiplicatiuam. Vnde uult quòd ſi primò acquirens amittat poſſeſſionem quæ reacquiratur conſtituenti de nouo, tenebitur dare poſſeſſionem quæ p conſtituentē erit iterum translata, & ſubdebat Bal. idem procedere in domino uendente feudum, ſed Areti. dicit eſſe ualde dubium maximè quando eſt appoſita clauſula ſolita ſemper apponi donec, & quouſque ille apprehenderit poſſeſſionem. Nam illa uerba donec, & quouſque, ſunt limitatiua temporis, ut per Bar. in l. fi. in princ. ſup. ad Tertulli. & per eundem Areti. in l. ſi quis poſthumos. §. ſi filium. digeſt. de liber. & poſthumis. & poſteà firmando pedes ſubdit quòd idem etiam erit quando eſt appoſita clauſula illa: quia conſtitutum habet reſpectum ad actualem apprehenſionem, & ſequitur hic Claudius. quod etiam ego puto uerum ſi res deueniat ad uenditorem, ex noua cauſa: quia noua res eſt, l. item quæritur. de exceptio. rei iudi. & no. in l. pactum quod dotali. C. de collatio. de muliere renuntiante ſucceſſioni paternæ: quia intelligitur ex illa ſucceſſione: ſecus ſi illa res deueniat ex ſucceſſione fraterna: ſed ſi reuerteretur ſine noua cauſa ut: quia emptor per negligentiam amiſiſſet, tunc uidetur æquius ut illam etiam retineat nomine emptoris ex uirtute conſtituti: quia ſine cauſa non ſit finita attento quòd ille uenditor reperitur in poſſeſſione, uel detentatione propter uenditionem, & conſtitutum, & poſſeſſio ad eum reuertitur tanquàm detentatorem, & ſic uis conſtituti durat niſi res perſeueret in poſſeſſione, & poteſtate ipſius emptoris: arg. l. iij. §. hæc uerba. ff. quod quiſque iuris. cum multis ſimili. no. ibi per Bar. & Iaſ. & in ſimili no. docto. in dicta l. fi. C. quæ res pigno. obliga. poſſunt. & dictum Bald. in domino concedente feudum ſeu inueſtituram ex alia cauſa ipſe intelligit: quia conſtituens tenetur ad patientiam, & ſic bene loquitur in caſu ſuo, & tenet etiam Tiraquell. in ſuo tractatu in principio. num. 30. & in 5. ampliatione, uidetur ſequi opinionem Areti. hic, & Claudii.

82 Decimò quęrit hic Alex. † an conſtitutum trahatur ad bona futura. & Alex. in l. iij. §. incertam, ſup. eo. refert primò opinionem tenentiū quòd non trahatur: quia incerta ſunt, & non poſſunt poſſideri, dicto. §. incerta. poſteà dicit communiter docto. tenere quòd trahatur ſi dictum fuit, & ſi non fuit dictum non trahatur per l. quàmuis. infra de precario ubi precariū de ancilla trahitur ad partum, & fuit originalis diſtinctio Iacobi Butrigarij in dicta l. fin. C. quæ res pigno. oblig. poſſint. Et ideò dicit ibi Alex. ſi quis donauit omnia bona ſua præſentia & futura quæ ualet reſſeruata ſibi facultate teſtandi, ut no. in l. ſtipulatio hoc modo concepta. ff. de uerbo. obliga. & l. fi. ubi dixi. C. de pact. & ille conſtituat ſe poſſidere nomine donatarii, omnia dicta bona pręſentia, & futura quòd bona acquiſita poſteà erunt per conſtitutum translata in ipſum donatarium ut amplius ea non poſſit alienare tanquàm non ſua: ſed ſi non fuiſſet dictum de futuris, illa acquiſita poſteà efficerentur donantis, & poſſet alienare: nec poſſunt auocari.

Nec obſtat obiectio de incertitudine: quia reſpondet quòd poſt acquiſitionem ſunt certificata quo tempore incipiunt poſſideri, & per procuratorem ignoranti acquiritur poſſeſſio, leg. j. C. per quas perſonas nobis acquiritur. Igitur & per conſtitutum acquiretur donatario ignoranti.

83 Et hanc † concluſionem ampliat procedere etiam quòd acquirens negaret ſe uelle poſſidere illa noua quæſita nomine donatarii: quia cū ipſe ſit obligatus poſtquàm incæpit poſſidere, non poteſt donatario ſuo creditori præiudicare, & ſequitur Areti. ibi, & Claudius, & Iaſ. dicit eſſe communem opinionem, & Tiraquellus latè diſputans in xxij. ampliatione. Areti. autem hic, & Claudius, & Alcia. tenent quòd ſi apprehenderit illa bona pro[…]ſtando quòd nō

uult poſſidere nomine donatarii uel creditoris
quòd non quæreretur ei : arg. l. primæ . §. quæ
de ſeruis, & l. qui abſenti . §: primo . infra eo.
quia licèt ità promiſerit, & ſit obligatus, ta-
men obligatio eſt perſonalis, & liberatur præ
ſtando intereſſe. l. ſi quis abtalio. §. fi. ff. de
re iudica. uel poterit cogi poſſidere per iu-
dicem, uel tanquàm procurator poterit accuſa
ri : quoniam, & colonus, & alii qui poſſident
nomine alterius poſſunt mutare uoluntatem, &
interuertere poſſeſſionem domini, l. colonus,
inf. de ui, & ui arma. & no. in l. iij. §. quod ſer-
uus. inf. eodem. In dubio tamen præſumitur
acquiſiuiſſe cum obligatione ut alii poſſideret
propter conuentionem præcedentem, & præſu
mitur durare in eadem uoluntate, & opinioné
Alcia. & Antonii tenuit Bal. in rub. C. de con-
trahend. emptio. per leg. quæ actio. §. quod ſi
quid poſt. ff. pro ſocio. quia in quærendis quis
poteſt alteri præiudicare, l. ultima. C. de acq.
poſſeſſio. & Barba. conſi. 41. illud afferram. co
lum. 16. uerſi. item eſt ponderandum multa cu
mulans. & Fely. in cap. quæ in eccleſiarum, de
conſtitutio. cum multis aliis cumul. per Tira-
quell. in dicta 32. ampliatione. nu. 12. & 13.
qui refert poſteà quòd opinionem primam te-
nuit Saly. in l. ſecunda. C. de contrahend, em-
ptione. & in dicta l. qua actione. per illam ra-
tionem : quia ſtatim conſtitutum operatur ui-
res in quæſito : nec poteſt conſtituens mutare
propoſitum in præiudicium alterius, l. fi. ff. de
pact. & le. ſicut. C. de actio. & obligatio. cum
ſuis concordantibus. Finaliter uidetur tenere
diſtinctionem Alexan. in dicto. §. incertam,
ut ſi uellet quærere ſibi nihil operaretur prote-
ſtatio : ſed ſi uellet acquirere alii : tunc poſſet
præiudicare donatario, & creditori, & uide-
tur rationabilis concordia.

Tamen eam plenius declara, Aut enim uult
reuocare conſtitutum bonorum præſentium, &
tunc ſine dubio requiritur ut alii tradat, cum
colonus non poſſit priuare dominum poſſeſſio
ne niſi alius ingrediatur, dicta leg. peregrè. §.
quibus. uel ipſe interuertat poſſeſſionem non
admittendo dominum, lege colonus. ff. de
ui, & ui arma. Aut uerò ſunt bona quærenda ſi
alii tradat cum dicta proteſtatione, ſine dubio
non acquiritur conſtitutario : quia ſi poteſt pri
uare poſſeſſione quæſita, fortius poterit illa ſpe
acquirendi. Si uerò non tradat alii ſi determi-
nar pro ſe retinere, adhuc non acquiret quaſi
interrumpat poſſeſſionem ipſius quæ uidetur
poſſe interuerti non facta acquiſitione per eum
facilius quàm quæſita, & ità in puncto iuris erit
uerior opinio Alciat. tamen in practica tene
quod non impeditur acquiſitio ut obuietur frau-
dibus, & in caſu quo interuertetur poſſeſſio po
terit agere, l. fi. C. eodem. ut hic per Alcia. nu.
iij. Si tamen non eſſet in conſtituto dictum de
bonis futuris. ſed ſolum quòd omnia bona ſua
donabat, licèt eti[illegible] docto. ſint uarii an traha
tur ad futura : tamen uidetur communis con-
cluſio quòd non trahatur, l. ſi ità legatum. de
aur. & arg. lega. & l. fi. §. primo. ff. de legat. ij.
& no. in l. prima. C. de pact. & ſequitur Tira-
quell. in dicta 32. ampliatione num. 19. quàm
uis ſecus ſit in obligatione omnium bonorum,
ut per eum ibi num. 20. per dictam l. fi. C. quæ
res pigno. obligari poſſunt.

84 Addebat etiam hic Alcia.† quòd quando eſ-
ſet donata pars quarta, uel medietas bonorum,
tunc conſtitutum non operaretur propter incer
titudinem, l. iij. §. incertam, ſupra eodem. De
cius conſi. 226. ſed ipſe poſteà tenet contrariũ
cum donans præſumatur res ſuas ſcire, & poſ-
ſit præſtare miniſterium alienæ poſſeſſioni, &
potes donatarius ignorans per alium poſſidere
l. peregrè. §. quæſitum, infra eodem. & glo. in
dicto, §. incertam. ubi Iaſon uerſicul. iij. & ſa-
tis placet,

Sed ſuccedit dubitatio an tale conſtitutum
trahatur ad iura actiones ſeu nomina debitorũ
Alciat hic tenet quòd non comprehenduntur
nomina debitorum : quia non cadit poſſeſſio :
nec traditio : nec poſſit præſtare miniſterium ſi
ne ceſſione, l. poſſeſſio. §. fi. infra eodem. De-
cius conſi. 251. col. pen. & ideò ſi quis donat
bona præſentia, & futura non ueniunt nec ueni
nirent in conſtitutum nomina debitorum : ne-
que transferrentur actiones ſine ceſſione. Tira
quellus uerò in 31. ampliatio. tenet quòd in iu
ribus præſentibus operetur conſtitutum : ſed
non in futuris. tamen poſteà reprehendit, &
tenet indiſtinctè quòd operatur in incorporali
bus, & hanc ultimam partem ego etiam teneo :
quia actiones, & iura formata poſſidentur, glo.
in l. regulariter. ff. de petitio. hæredita. & cum
poſſideantur per conſtitutum poteſt etiam ea-
rum poſſeſſio transferri, & præſtari miniſteriũ
creditori in illa poſſeſſione ſicut in cæteris iuri
bus incorporalibus ut ſupra concluſi.

Nec obſtat quòd ſit opus ceſſione : quia illa
ſit per donationem quę ſtat in ceſſione, & tradi
tio fiat per ceſſionem : tamen poſſeſſio poteſt
haberi ſine ceſſione, unde ſequitur quòd nec no
mina debitorum poterunt alienari tanquàm
poſſeſſa ab alio, & poſteà ipſum debitorem im
pedire ſoluere per mandatum iudicis uel prote
ſtationem.

85 Vndecimò dubitatur † quæ differentia ſit in
ter conſtitutum, precarium conductionem, &
retentionem uſusfructus, de quo dicas ut in
præmiſſis, & breuius declarando dicas, quòd
in multis differunt precarium, & conſtitutum.

Primò in forma : quia conſtitutum fit per
uerbum conſtituo, & precarium per uerbũ rogo

86 Secundo differunt : † quia conſtitutum eſt con
tractus directè, & ſui natura tranſlatiuus poſ
ſeſſionis. Precarium ſui natura acquiſitiuum
poſſeſſionis, quoniam precarium ex ſui natu-
ra fit de re aliena ab alio poſſeſſa, ut eam preci
bus conſequatur : tamen ſi eueniat quòd fiat d:

1ę à ſe

de re à ſe poſſeſſa propter contradictionem interpretatur uoluiſſe transferre poſſeſſionē ſuam & eam totam, uel ſaltem naturalem reacquirere ab ipſo, dicta l. ſi aliquàm rem. & l. ſi quia ante, quo caſu includit conſtitutum ut ſemper remaneat quòd ſit acquiſitiuum poſſeſſionis.

Et idem dico de conductione quæ ſui natura eſt contractus acquiſitiuus: tamen ſi fiat de re à ſe poſſeſſa transfert poſſeſſionem uirtute conſtituti incluſi licèt non exprimatur, & in effectu remanet ſolum acquiſitiuus. Idem quoque dicitur de retentione uſusfructus ut ſit contractus acquiſitiuus in re aliena, l. prima, & per totum. ff. de uſusfruct. Sed ſi fiat de re ſua transfertur poſſeſſio ut poſſit habere effectum, dicta lege quis quis. C. de donatio. & in ſe implicat conſtitutum in effectu tamen finali remanet contractus acquiſitiuus.

Vnde omnes dicti contractus differunt à cōſtituto in forma, & in fine: quia illi tres ſui natura ſunt acquiſitiui poſſeſſionis, & iuris, & conſtitutum eſt tranſlatū poſſeſſionis, & iuris.

Tertiò differt precarium à conſtituto: quia per precarium quis conſequitur ſeu retinet naturalem poſſeſſionem, l. & habet. §. cum qui, infra de precario, ſed conſtituens non retinet niſi detentationem cum transferrat poſſeſſionem ciuilem, & naturalem, & ipſe tanquàm colonus reputatur dicta l. quædam mulier. C. de rei uendicatio. quòd tamen intellige in dubio, & ex natura præſumpta: tamen poteſt quis precario rogare ut habeat ciuilem, & naturalem, uel ciuilem tantum, uel detentationem tantum ut probat lex ſi quis ante, & ibi no. ſupr. eod.

Similiter conſtituens poteſt dicere ſe uelle poſſidere nomine emptoris ex ciuili poſſeſſione tantum, uel ex naturali, & aliam retinere: quia hoc eſt arbitrarium, cum proueniat à uoluntate libera contrahentium, leg. prima. §. ſi quis rem. ff. depoſiti. ſed ſi ſimpliciter utrunque fuit factum differunt: quia per precarium retinetur poſſeſſio naturalis, & per conſtitutum detentatio.

86 Quartò differunt † ualde notabiliter in priuatione. nam conſtituens detinet ipſam rem ex cōuentione partium. unde ſi non uult diſcedere non poteſt cogi diſcedere propria auctoritate emptoris. ſed eſt opus quòd emptor tanquàm dominus per conſtitutum agat rei uendicatione ut ſibi res reſtituatur. l. officium. ff. de rei uendicatio. uel imploretur officium iudicis qui eum cogat diſcedere ut per Tiraquellum in dicto tracta. in prin. multas auctoritates allegās. Sed precario poſſidens poteſt priuari poſſeſſione ex ſola uoluntate concedentis, & quocunquè tempore: quia fundatur in liberalitate, l. prima. & l. ij. §. hoc interdictum. infra de precario. & ideò propria auctoritate poterit expellere, & ingredi rem emptam, & hac de cauſa poſt conſtitutum ſolet opponi precarium, ut ſtatim ſubiiciam.

87 Quintò † differunt: quia conſtituens ſi poſteà uellet ſe conſtituere nomine alterius poſſidere nihil agit: quia nullam habet poſſeſſionē: nec tanquàm corpore exiſtens in poſſeſſione poteſt facere quòd ille tertius acquirat: quia cum utraque poſſeſſio ſit iam occupata propter conſtitutum ab emptore, non poſſet ille tertius uerè ingrediens aliquàm poſſeſſionem quærere hac l. quod meo. §. fi. ergo nec etiam fictè per corpus detinentis, dicta l. quàmuis. §. primo. infra eodem. ſed precario poſſidens per conſtitutum poſſet transferre poſſeſſionem quam habet: quia ipſe eam tenet, & à nullo alio eſt occupata, l. interdum. §. fi. inf. eo. ut hic per Alci. num. 9. & facit text. in l. qui pignoris. ſupra eodem. & l. ratio. eo. tit. ſed ſi actum eſt ut conſtituens non poſſideret. Item deberet dici quòd poſſet eam transferre ut in precario.

Ex quibus apparet quid operentur iſti contractus: quando ſoli apponuntur, cum conſtitutum ſolum transferrat poſſeſſionem, & conſtituens retinet ſolam detentationē, niſi aliud actum ſit: ſed ſi eſt ſolum precarium habebit naturalem, & transferret ciuilem, niſi aliud actum ſit, & ſi erit conductio transferretur omnis poſſeſſio, & retinebit detentationem, dicta l. quædam mulier, & ſi erit retentio uſusfructus transferret poſſeſſionem ciuilem, & retinebit naturalem fundi, & creabitur ſibi illa quaſi poſſeſſio iuris uſusfructus uel feudalis uel alterius iuris retenti. dicta lege quiſquis. C. de donationib.

88 Duodecimò † dubitatur quid ſi iſti contractus ſimul in eodem inſtrumento ponantur de eadem re, & cauſa, & primò quid ſi ſimul ſit precarium, & conductio? de qua quæſtione dicitur in dicta l. ſi quis ante, & l. ſi rem aliquam. & dicut ibi: ſed ſi fiat à diuerſis, & tunc ſi primo rogauit, & poſteà ab alio etiam domino cōduxit deſinit poſſidere, l. interdum. §. fi. infr. eodem. & le. ei à quo infra de uſucapio. ſed ſi primo conduxit, & poſteà rogauit poterit poſſidere, & eſſe colonum: quia non eſt repugnantia, ut colonus habeat naturalem poſſeſſionem.

Si uerò retinuit uſumfructum, & precario rogauit adhuc nihil repugnat, ut uſusfructuarius poſſit precario poſſidere: ſed ſi primo rogauit, & poſteà retinuit uſumfructum tunc tenebit retentio, & erit receſſum à precario cum ſit ius plenius: arg. d. l. ſi quis ante. Si autem retinuit uſumfructum, & poſteà conduxit, uel è contrariò conduxit, & poſteà retinuit uſumfructum, uidetur quòd ultimum ualeat: quia ſimul concurrere non poſſunt per dictam l. ſi quis ante. cum ibi no.

89 Decimotertiò dubitatur † quid ſi conſtitutum, & precarium reperiantur in eodem inſtrumento de eadem re? qui caſus quotidie contingit, cum raro notarii unum ſine alio ponant, & tunc dicas ſi precario rogauit, & poſteà con

ſtituit ſi expreſſè de diuerſis poſſesſionibus, utrunque ualebit:nam per precarium habebit naturalem, & per conſtitutum transferretur ciuilis.Indubio tamen tenerem q conſtitutum ſis appoſitum pro auxilio precarii,cum precatium de re poſſeſſa implicet conſtitutum pro tranſlatione poſſesſionis ut ſupra dixi, & idem eſſet ſi præceſſiſſet conductio, uel retentio uſusfructus: quia cum implicent conſtitutum præſumetur in dubio appoſitum ut illi alii contractus posſint habere effectum: arg. l. quoties iu ſtipulationibus. de uerbo. obligatio. & l. quoties.ff.de rebus dubiis. Si uerò præceſſit conſtitutum, & poſteà conductio uel retentio utrunque ſine dubio ualet, d. l.quſquis.C.de dona.ſi uerò præceſſit conſtitutum,& poſteà ſequitur precarium quòd plerunquè contingit, & tunc precarium ualet, & uidetur poſitum ad tollendam illam difficultatem quæ eſt, quòd conſtituens non poteſt expelli propria auctoritate: ſed eſt opus officio iudicis uel rei uendicatione, ut ſupra dixi in iiij. differentia.

Vnde ut poſſit eũ expellere facit p precariũ, ut rem posſideat, uel retineat ex uoluntate emptotis, & posſit quandocunque reuocare precarium, & ingredi propria auctotitate, & expellere conſtituentem: argumen. l. j. & l. ij. infra de precario. quod facilius procedit ſi ſit appoſita claulula quòd poſſet propria auctoritate ingredi, & conſtituentem expellere.

90 Decimoquartò dubitatur, † quid ſi precariũ & conſtitutum una conceptione ponuntur, ut ſi dicatur cõſtitutio me precario poſſidere à te, uel dicatur conſtitutio me precario posſidere pro te? Barto. hic ſe remittit ad l.interdum. in principio ubi eam poluit, refert duos ſenſus illius clauſulæ, unus eſt quòd uideatur poſſeſſionem ab emptore habere,&aliam tranſtulerit,& ſic prænalet precarium per l. Polla.C.de his qui bus ut indi. & l. tutorem .eodem tit. . & iſtum uidetur approbare. Tu plenius dicas quòd quando conſtituit ſe precario posſidere ab alio in hac forma eſt propriè precarium principaliter, cum ab alio precario rogans habeat, & uerbũ conſtituo, importat conſtitutum implicatum ut prius trãsferratur poſſesſio in emptorem, & poſteà ab eodem recipiat naturalem precario, Si uerò ſit alia forma dictans, & conſtituit ſe pro alio precario posſidere, & tunc eſt conſtitutum in uerbis factum cum ſequenti precario: nam conſtitutum ſit pro alio: quia ſe conſtituit poſſidere pro alio ſeu nomine alterius, per quòd conſtitutum habet ſolam detentationem à qua non poteſt expelli, & ideò precarium ſubſequitur ut ille uenditor poſſit reuocaro precario expelli ut ſupra dixi, & in ſumma utrunque ualet . Sed ſi dictum fuit pro alio prænalet conſtitutum, & ſubſequitur precarium. ſed ſi dictum fuit ab alio prænalet precarium: quia e[illegible] eius forma, & implicatur conſtitutum. Si u[illegible]rò diceretur precario conduco fundum uterque contractus ſimiliter eſſet conductio, & precarium. Sinautem diceretur conduco fundum, & retineo uſumfructum poſſet dici nullum ualere, tamen utilitatis cauſa prænalebit retentio uſusfructus quaſi ſit grauatus dare certum quid pro illis fructibus, & ſit uſusfructus ex cauſa oneroſa multum: tamen oporreret conſiderari ſubiecta materia, & cauſa ità dicendi.

91 Decimoquintò dubitatur † utrum in obligatione bonorum, quæ fit à debitore pro mutuo uel alia pecunia debita, iuxta l. obligationum. ff. de pigno. poſſit etiam apponi conſtitutum, & precarium,& communiter docto. in dicta l.j. §. incertam.tenent quòd ſic ponentes exemplũ de conſtituto appoſito in obligatione pignoratitia, & hic Alcia. ſæpe ponit hoc exemplum, & docto. in l. ſi. C. quæ res pigno. oblig. posſunt.effectus utem eſt quòd debitor per conſtitutum dicitur transferte poſſeſſionem in creditorem bonorum obligatorum, uel in genere, uel in ſpecie, & poſteà propter precatium dicta bona poſſidet naturaliter uirtute precarii per dictam l.& habet. §. eum qui, ff. de precario.
92 †Ex quo ſequitur quòd pauci ſunt homines qui poſſideanr bona ſua ciuiliter:quoniam quando per inſtrumentum obligantur ad aliquam pecuniam ſemper ponunt notarii pactum conſtituti & precarii per quæ priuatur poſſeſſione ciuili, & naturali propria,& poſteà acquirunt poſſeſſionem naturalem precariam quæ ad libitum creditoris reuocari poteſt,ſed hoc damnum nõ curatur:neque conſideratur:quia non uidetur illa priuatio poſſeſſionis cum ſint corpore in poſſeſſione, & percipiant fructus tamen creditor poterit quandocunq; reuocato precario ingredi poſſeſſionem rerum debitoris obligatarum, dicta l.j.& ij. inf. de precario.

93 Prætereà conſueuerunt creditores † quando debitor non ſoluit debitum reuocare precariũ, & ingredi poſſeſſionem rerum, quæ in Regno Neapolitano appellatur aſsiſtentia, in aliis locis corporalis apprehenſio ſeu tenuta, & poteſt fieri propria auctoritate,tum uirtute precarii, tum etiam uirtute pacti ſpecialis quod ſolet apponi ut liceat propria auctorit. ingredi:tamen ne ſuccedat tumultus, & ſcandalũ pleriq; cõſueuerũt facere demandato iudicis, & à nuntiis publicis induci in poſſeſſionẽ,quę uulgariter ut dixi appellatur aſſiſtentia,uel tenuta, quo facto iudex examinat cauſam creditore poſſidente, & inueſtigat an ſit uerum debitum, & an illa res ſit legitimè obligata, & fuerat ipſius obligantis,& tunc temporis poſſeſſa,& comperta ueritate pronuntiat rem eſſe uendendam pro ſatiſfactione debiti ſecundũ formam poſitam in lo. à diuo Pio.§.ſi ſuper rebus. ff. de re iudica.

Reperitur etiam alia aſsiſtentia quæ fit ſine conſtituto,& precario:quando creditor propter hypothecam factam in re intentat Saluianum interdictum petens ſe mitti in poſſeſſionem

rei obligatæ,& appellatur remedinm poſſeſſorium in qno aliud non inquiritur, an obligans tunc poſsideret poſteà ſubſequitur petitorium in quo examinatur ſubſtantia ipſius hypothecæ & iuris realis in re obligata per Saluian. actionem,de qno interdicto ſit mentio in §.Saluianũ quoque.inſti.de actio.& de illa Seruiana actione in §.Item Seruiana.eo.tit.& quia ibi dicitur quòd eſt interdictum adipiſcendæ, ut in §. Saluianum quoque.inſti. de interdictis apparet ꝙ non habet locum appoſito conſtituto,quo interueniente ille creditor dicitur uerè poſſidere ciuiliter, & naturaliter ut dixi, & illi duo modi ſunt frequentisſimi in Regno Neapolitano, & per totam Italiam.

94 Vltimò dicit Alex. hic † quòd conſtitutũ eſt nullum:quando contractus principalis eſt nullus,& ideò poſſesſio nõ transfertur:quia quãdo contractus immediatè translatius poſſesſionis eſt nullus illa non transfertur ut dictum fuit in l.j.§. ſi uir. ſup.eo.quod procedit etiam ſi conſtitutum implicetur in conductione, uel retentione uſusfruct. quia tunc fortius annullatur. l. ei à quo.infra de uſucapio. & probatur in capi. cum noſtris,de conceſsione præbendæ ubi ſi literæ impetratæ ſunt nullæ,clauſula executiua in eis poſita eſt nulla,ut iudices nullam conſequantur iuriſdictionem.Item conſtitutum aptũ eſt transferre poſſesſionem:ſed nõ reuocare poſſesſionem quæſitam. Igitur ſi in contractu emptionis ſit conſtitutum per quod tranſlata ſit poſſesſio,ſi eueniat qnòd poſteà reſoluatur contractus,non reuocatur poſſesſio: nec dominiũ, niſi fiat retro conſtitutum,uel traditio, ut per Bar.in l.ab emptione.ff.de pact.& facit.§.fi. inſti.quib.mod. tollitur obligatio. ſed ſi conſtitutum nondum fuiſſet ſortitum effectum ut: quia forſan abſens nondum ratificaſſet,tunc reuocato contractn reuocaretur conſtitutum: quia nulla fuiſſet tradita poſſesſio,&per glo.in l.ſi patronus.§.patronum.in glo. Fauiana.ſup. ſi quid in fraudem patroni.quæ dicit quòd annullato contractu annullatur etiam promisſio de euictione quia nondum ſortita fuere effectum, & hoc eſt tenendum, licèt Bar.in dicta l. ab emptore.colum.ij.uerſi. ſed quæro . uideatur dicere contrarium:tamen rectè intelligendo non dicit: quia uult quòd res non ſit integra, & quòd contrarium non ſit ſortitum effectum.

Gloſſ. in uerbo non mutat . declarat textum dicens quòd reſpondet tacitè obiectioni, & dictum fuit in præmisſis, poſteà allegat iura concordantia.

95 Glo.† in uerbo deſino poſſidere.infert ex textu noſtro quòd conſtitutum operatur priuationem poſſesſionis in conſtituente,& dicit eſſe talem priuationem ut ille deſinat uſucapere, per legem qui cum. inf. pro emp.qui eſt tex. notabilis.inferri etiã poteſt aliud quòd non poſſidebunt duo inſolidum, cum prius poſſidens deſinat poſſidere, & ſecundus ſolus incipiat poſſidere. Tertiò infertur quòd in conſtituto uel in precario non transfertur poſſesſio in aliũ ſed ipſe deſinit, & ille incipit poſſidere, & eſt ſemper alia poſſesſio quæ aliquando eſt eadem in genere aliquando etiam diuerſa, ut in conſtituto appoſito ſuper uſusfructus conſtitutione,& aliis exemplis ſupra poſitis.

96 Glo. in uerbo miniſterium.† declarat tex. exponendo actu, & uoluntate, & ſequitur Bart. ſupra in quæſtione de poſſidente ciuiliter, & conſtituente. ſed tu clarius expone,id eſt, miniſterio corporis ſui concurrente uoluntate:nam conſtituens corpore ſuo,& exiſtens in poſſesſione facit quòd ille emptor uideatur habere corpus ſuum in poſſesſione. & ſicut ſi ipſe emptor ſuo corpore ingrediens acquireret poſſesſionẽ naturalem uel ciuilem uacantem, ità acquirit per corpus uenditoris qui præſtat miniſterium alienæ poſſesſioni, & cum ingrediens non poſſit acquirere poſſesſionem niſi uacantem, ut in hac l.§.fi.ideò per conſtitutum deſinit poſſidere uenditor, & poſſesſiones efficiuntur uacantes ut ille ingrediens eas acquirere poſſit cũ miniſterio corporis uenditoris. animus tamen etiam requiritur de quo plenè quoque dictum fuit ſupra.

97 Glo. in uerbo procurator. † ſimiliter declarat tex. demonſtrans quòd non transfertur poſſesſio de uenditore in emptorem. ſed quòd ille deſinit poſſidere,& corpore acquirit poſſesſionem quæ nunquàm fuit in uenditore.

Item declarat naturam acquiſitionis poſſesſionis factæ per procuratorem dicens quòd poſſesſio non acquiritur procuratori primo,ut per eum tranſeat ad dominum: ſed acquiritur immediatè ipſi contrahenti per miniſterium procuratoris,ita quòd eſt contrahens qui acquirit per factum,& ingreſſum procuratoris,& in hoc differt ab acquiſitione quæ fit per filium,uel ſeruum in poteſtate quę primò resſidet in ipſo ſeruo,& poſteà acquiritur domino uolenti.l. quod ſeruus.inf. eo. quod ego puto uerum in peculiaribus, in aliis uerò poteſt dici quòd non acquiritur eis :: ſed ſolum præſtant miniſterium poſſesſioni quærendæ, ſi intendunt acquirere domino. Sed ſi inuenirent lapillos, & gemmas in littore, & apprehenderent, tunc poſſesſio primò incipit cum dominio in corpore eorum, & poſteà utrunquè acquiritur domino, & hoc modo intelligo. §. item acquirimus. quo caſu non curatur de uoluntate ſeruorum in quærendo dominio licèt forſan requiratur uoluntas ad poſſesſionem per legem primam. §. hæc autem de ſeruis. ſupra eodem. & hoc modo intelligo hanc gloſſ. licèt Alexander aliter uideatur intelligere. In actione uerò quærenda per procuratorem dic ut nota.in lege poſſesſio. §. fin. infra eodem, & in dicto. §. per procuratorem.

98 Glo. in uerbo præſtat. declarat† qui animus requiratur in procuratore ut [illegible]mino acquira-

tur, & dicit quòd ſufficit animus tradentis per l. qui mihi donatum. ſupra de donationibus, & l. per ſeruum. §. fi. ſupra titulo primo. ſed ſi uterque ageret ut acquireretur procuratori, ei quoque totum poſſet acquiri ut ibi etiam di

99 citur. † Et hæc ſufficiant pro generali introductione terminorum huius materiæ, & cognitione theoricali eorundem.

100 Plura † autem alia, & plurima ponuntur per Tiraquellum in dicto ſuo tractatu ſequendo naturam tractatuum, quæ poteris uidere ſi occurrat caſus, & ea facilius cognitis terminis intelligere poteris, reducẽdo eam ad regulam cum ampliationibus, & fallentiis ut per eum ſatis ordinatè.

Ioannes Bolognetus Salerni legens, & Meſſannæ repetita de anno 1567. in 6. lectionibus.

Summaria in rubri. ff. de uſucapio.

1 *Continuatio rubricæ latè ponitur, & declaratur.*

2 *Continuatio ad ſequentia aliquando permittitur.*

3 *Titulus de acquirenda poſſeßione, quare non fuit præpoſitus titulo de acquir. rerum dominio declaratur.*

4 *Poſſeßio informis præceßit acquiſitionem dominij, ſed poſſeßio formata eſt de iure ciuili longè poſteà creata ut meritò ſubſequatur.*

5 *Titulus de donationibus quare in diuerſo loco poſitus fuerit.*

6 *Quare tituli de uſucapionibus in Codice præpoſiti fuerint titulo de acquirenda poſſeßione declaratur.*

7 *Tituli de uſucapionibus in Codice principaliter tractant de uſucapione rerum mobilium, ideò ſubordinantur materiæ ſeruorum.*

8 *Vſucapio continetur ſub nomine præſcriptionis: quia per eam competit exceptio.*

9 *Præſcribere ſecundum naturalem ſignificationem eſt præfigere ſeu excipere.*

10 *Titulus de præſcriptionibus quare in decretalibus ponatur in materia iudiciorum, & in Codice in materia acquiſitionis.*

11 *Vſucapio omnis in iudicio deducta ut exceptio ſeu præſcriptio conſideratur.*

12 *Tituli de uſucapionibus quare in Codice, & digeſtis ſeparantur à præſcriptionibus, & in decretalibus non fuit factum declaratur.*

13 *Vſucapio quid ſit inquiritur.*

14 *Diffinitio uſucapionis ponitur, & declaratur.*

15 *Diffinitio Vlpiani refertur, & quare ſit uaria declaratur.*

16 *Quinque requiſita ad uſucapionem quare non fuere poſita in diffini. ne declaratur.*

17 *Verbum adeptio, an debeat poni in definitione.*

18 *Vſucapio, an ſit dominii acquiſitio diſcutitur.*

19 *In hoc tit. tractatur de uſucapione in genere, quæ continet duas ſpecies rerum mobilium, & immobilium inter ſe ex multis differentes.*

20 *Vſucapionis nomen de iure Codicis, & authenticorum, hodie durat ut comprehendat acquiſitionem rerum immobilium.*

21 *Vſucapio in quo differrat à præſcriptione latè diſcutitur.*

22 *Præſcriptionisq; diffinitio per doctores tradita refertur.*

23 *Præſcriptio eſt dominij acquiſitio etiam de iure di geſt. ſecundum ueram opinionem; quod latè comprobatur.*

24 *Præſcriptio de iure Codicis, & decretalium cauſat plerunque dominij acquiſitionem.*

25 *Præſcriptio actionum eſt propriè exceptio non dominij acquiſitio.*

26 *Præſcriptio cum mala fide eſt propriè exceptio, non dominii acquiſitio.*

27 *Præſcriptio & uſucapio pro ut deducuntur in iudicio propriè ſunt exceptiones.*

28 *Præſcriptio in ſubſtantia conſiderata non eſt exceptio ſed dominii acquiſitio.*

29 *Præſcriptio prout eſt dominii acquiſitio, eſt idem cum uſucapione rerum immobilium, & efficiuntur ſynonyma.*

30 *In hoc titu. & in Codice, & in decretalibus tractatur de præſcriptionibus, & de uſucapionibus pro ut ſunt ſynonyma, licèt unum tantum in rubrica exprimatur.*

31 *Vſucapio & præſcriptio aut fit inter præſentes, aut inter abſentes.*

32 *Vſucapio aliquando poteſt fieri à captis ab hoſtibus, quod per multas leges in hoc tit. declaratur.*

In rub. ff. de uſucapio.

1 Continuatur hæc † rubr. ad præcedentes hoc ordine. ſup. uiſum eſt qualiter res nobis acquirantur de iure gentium in titulo de acquir. rerum dominio, uerum quia & de iure ciuili introducti fuere alij modi acquir. dominium, ut per uſucapionem, executionem ſententiæ, primum, & ſecundum decretum ſeu per ſententiam, uel iudicia, iuxta no. in §. pe. inſti. de offi. iudi. & l. à Diuo Pio. ſupra de re iudi. de iſtis etiam erat uidendum ſecundum quod monuit Iuſtinianus inſti. de uſu, & habitatione. §. fi.

Et quia inter alios modos acquirendi potentior eſt uſucapio, de ea primo loco eſt uidendũ. uerum. quia ad eius acquiſitionem debet interuenire poſſeſſio continuata ſine qua eſſe non poteſt, l. ſine poſſeſſione. infra eodem. & cap. ſine poſſeſſio. de regul. iur. in 6. quæ poſſeſſio habet

magnas

magnas difficultates : tam in origine quàm in forma, ac in diffinitione, acquiſitione, retentione,& amiſſione de eis omninò cognitio pręcedere debebat. ideò compilatores interpoſuerunt titulum de acquir. poſſeſſio. ponendo poſt titulum de rer. dominio,& immediatè titulum iſtum de uſucapionibus.

2 † Et licèt iſte modus prima facie non uideatur uſitatus in continuationibus, cum continuatio fiat ad præcedentia, non ſequentia : tamen eſt receptus, & rationabilis ualde, & in effectu continuatio reducitur ad titulum de acquiren. rerum dominio quæ non impeditur, quàmuis interpoſitus ſit titulus de acquiren. poſſeſſio. Sicut quando continuatio fit de materia ad materiam, tituli intermedii non impediunt continuationem, ut probatur inſtitut. de leg. in principio,& per omnes ſcribentes ibi uo.& ſimilis continuatio fit inſti. de obligatio. in rub. & in rub. inſti. de actioni. Nam cum omne ius noſtrum pertineret ad perſonas, res, & actiones, poſt tractatum de rebus erat uidendum de actionib. ſed quia actiones deſcendunt ab obligation. & regulantur,& limitantur ab eis, ideò præpoſitus fuit totus tractatus de obligationib. & poſt eum finitum ſuppoſitus fuit tractatus de actionib. Idem etiam fit in rubr. C. qui admitti, Nam poſt tractatum libertorum erat uidendũ de bonorum poſſeſſione competente patrono. ſed quia ad cognitionem ſpecierum debet præcedere cognitio generis, l. j. ff. ſi cer. pe. ideò præpoſitus fuit titulus generalis de bono. poſſeſſio. & ſuppoſiti poſteà fuere tituli ſpeciales eorundem,& etiam hæc rubri. ſubordinari poteſt ad præcedentem titulum, ut per glo. hic: quia ſupra uiſum eſt de poſſeſſione in ſubſtantia, acquiſitione, retentione,& amſiſione eiuſdem, ſequebatur uidere de eius effectibus, & quia principalis effectus eſt eius producendi uſucapionem ut declarauit Bar. in l. j. in diffinitione poſſeſſionis ciuilis ſupra de acquir. poſſeſſ. ideò compilatores poſteà ſubiecerunt hanc rubr. de uſucapio. & uſurpationibus.

3 Huic tamen continuationi † obſtant multa poſita in rub. ſupra de acquir. poſſeſſio. Et primò quòd titulus de acquirend. poſſeſſio. debuiſſet poni ante titulum de acquir. rerum dominio : quoniam dictæ acquiſitionis eſt antecedens neceſſarium: cum dominium à poſſeſſione cæperit l. prima in fin. principii ſup. titul. primo. etiam de iure gentium unde malè uidetur illa rub. poſita poſt eum.

Docto. in d. rub. ut ibi plenè retuli dederunt octo ſolutiones quas tamen ego ibi reprobaui. duas uerò ego poſui, una fuit negando ꝙ poſſeſſio ſit neceſſarium antecedens ad acquiſitionẽ dominii cum ex duodecim modis acquirendi de iure gentium duo tantummodo ſunt qui requirunt præcedentem poſſeſſionẽ, ut per traditionem,& occupationẽ, alii uerò decem modi inducunt acquiſitionẽ nulla præcedente poſſeſſione, ut ibi ego latè demonſtraui. Vnde ceſſat principale fundamentũ contra hanc continuationem allegatum : quia non eſt uerum quòd poſſeſſio ſit neceſſarium antecedens ad acquiſitionem dominii, & per conſequens non fuit neceſſarium rubri. de acquirend. poſſeſſione præponere.

4 Secundam etiam ſaluationem tradidi, † cõſiderando ꝙ poſſeſſio illa naturalis, & primordialis non eſt illa de qua tractatur in tit. de acqui. poſſeſſ. quæ introducta fuit de iure gentiũ. ſola enim informis poſſeſſio fuit de iure gentium à qua cæpit eſſe dominium, & de ea dictũ fuit in tit. de acqui. rer. dominio. ſed poſteà de iure ciuili poſſeſſio accepit nouam formam, & nouam diuiſionẽ ut incepta fuerit de iure ciuili,& omnis poſſeſſio tam naturalis quàm ciuilis atque detentatio propter nouam formam aſſumptam à iure ciuili,& nouum modum acquirendi, retinendi, & amittendi additum incæpit eſſe de iure ciuili, ut dictum fuit in dicta le. prima, ſuper tertia quæſtione Bar. de acquire. poſſeſſio. Igitur cum fuerit poſſeſſio introducta longiſſimo tempore poſt acquiſitionem dominij de iure gentium, non debuiſſet præponi illi titulo. ſed cum illa met à iure ciuili inducta præcedere debeat uſucapionem cum omni eius forma atquè modo acquirendi, & amittendi. Ideò rationabiliter illa fuit ſuppoſita poſt titulum de acqu. rerum dominio,& præpoſita huic tit. & per conſequens continuatio eſt bona.

5 Sed adhuc † contra eam, & ſituationem eiuſdem inſtatur: quia acquiſitio per donationẽ eſt de iure ciuili, ut inſti. de donatio. in prin. & §. eſt & aliud. propter quàm cauſam Inſtiniar. ibidẽ poſt titulum de uſucapionib. ſubiecit titulũ de donationib. ergo eo. modo uidebatur ꝙ & titulus de donationib. debuiſſet hic poni poſt titulum de uſucapionib. ſi conſideratio habita fuiſſet quòd hic eſſet tractandum de acquiſitione de iure ciuili. Sed ſaluari poteſt ut etiam dixi in rub. fatendo contrarium quòd hic rectè poſitus fuiſſet titulus de donationib. per hanc conſiderationem. ſed tamen etiam in dicto loco rectè collocatus fuit. Nam in præcedentib. compilatores intendebãt tractare quomodo res à nobis tradantur cũ ſpe aliquid recipiendi, & quomodo tradantur ſine ſpe aliquid recipiendi, & cum à titul. ff. de rebus creditis tractatum fuiſſet quomodo tradantur res cum ſpe aliquid recipiendi, erat uidendum etiam quomodo tradantur ſine ſpe aliquid recipiendi, & cum donatio eſſet de illis modis, ideò ibi tractatũ fuit de donatione, & manumiſſione per quas regulariter aliquid traditur ſine ſpe aliquid recipiẽdi. Vnde cum ratione ibi ille titulus fuit collocatus, maximè: quia etiã origine ille modus eſt de iure gentium,& ne continentiæ cauſarum diuiderentur, etiam poſitus fuit titulus de donationibus cauſa mor. & de fideicommiſſ. liber. & non impeditur uera ſubordinatio, ſi unus titul.

qui poterat in uno loco poni, in alio loco cum
ratione poſitus fuit,& proptereà ſequitur quòd
quàmnis ille titulus hic non fuerit collocatus:
tamen continuatio ſupra poſita, & ſituatio titu
lorum hic rectè dicitur facta. Facit in ſimili:
quia titulus de militari teſtament. in ff. per unã
rationem ſuppoſitus fuit omnibus aliis ſpecie-
bus teſtamentorum, & in. C. per aliam conſide
rationem præpoſitus fuit omnibus ſpeciebus te
ſtamentorum, & utrunque bene, & cum ratio-
ne factum fuit.

6 Tertiò † contra hanc ſubordinationem inſta
tur: quia imò uidetur ꝙ compilatores fuerint
deffectiui in ea, & ꝙ ſine ratione proceſſerint,
cum habeamus in C. contrarium ordinẽ in om
nibus ſeruatum fuiſſe, ex eo: quia ibi 7. lib. poſt
tractatum manumiſſionum, & libertorum ſu-
biecti fuere omnes tit. de uſucapionib. ut de uſu
capio. pro emptore. pro ſuo. pro donato, & po-
ſteà additus fuit alius titulus de præſcript. lon.
tempo. quæ contra libertatem, & poſteà ſubie-
ctus fuit titulus de uſucapione transformanda,
& ità tota materia uſucapionum completa fuit
& poſt eam completam ſuppoſitus fuit titulus
de acquir. poſſeſſ. & ità contrarius ordo in om-
nibus ſeruatus fuit: ergo nec continuatio cũ ſua
ratione bona eſt: neque ſituatio rectè facta.

Sed ad iſtud etiam contrarium reſpondetur
ꝙ imò medulitus, & intellectualiter rectè fa-
cta conſideratione idem ordo ſeruatus fuit cũ
eadem ratione continuandi, præſupponendo ꝙ
de iure. ff. ſub nomine uſucapionis contineban-
tur æqualiter uſucapiones rerum mobilium, &
immobilium, ut probatur in toto hoc titulo, &
in omnibus ſeptem titulis ſequentibus, in qui-
bus æqualiter tractatur de uſucapione rerũ mo
bilium, & immobilium: tamen principaliter cõ
ſideratur uſucapio rerum immobilium tanquã
maioris præiudicii, & effectus. Sed poſteà per Iu
ſtinianum loco uſucapionis rerum immobiliũ
ſubiecta fuit præſcriptio rerum immobilium,
quæ in effectu eadem eſt cum uſucapione ut in-
fra latè declarabimus. unde intellectualiter cõ
ſiderando apparet quòd ſicut hic titulus de ac
quirend. poſſeſſio præceſſit uſucapionem rerum
immobilium. ità & etiam ibi præceſſit, & ſolum
differentia eſt in nomine: quia ibi appellatur
præſcriptio hic uſucapio: tamen eadem eſt ſub-
ſtantia, & idem effectus.

7 Nec obſtat † ꝙ tot tituli de uſucapionib. præ
ceſſerunt: quia in eis Iuſtinia. noluit tractare de
uſucapio. rerum mobilium. & ſeparauit mate-
riam uſucapionis à materia perſcriptionis. in-
tendens per uſucapionem tractare de rebus mo
bilibus tantum. & per perſcriptionem de rebus
immobilibus, & cum materia perſcriptionis ha
beret multas uarietates interſe, & ſpecies ne cõ
fuſionem quandam induceret propter multitu-
dinem titulorũ, ſeparauit dictam materiã. & eã
cũ bona ratione in illo loco ſituauit. Nã cũ in
7. lib. tractaſſet [illegible] ruis. & manumiſſio. ſeruor.
in quibus omnes ſpecies uſucapionũ rer. mobi
lium locum habebant de quib. erat dicendum.
Ideò ne ſepararetur materia, omnes titulos uſu
capionis rerũ mobiliũ ſubiecit. ideò ſi bene in-
ſpiciatur apparebit ꝙ nullus eſt titulus in quo
nõ ſit aliqua lex tractans de uſuca. ſeruor. & quã
do tractatur de præſcrip. lon. tempo. adhuc dici
tur de ſeruis cum, & in rub. & nigro addatur uer
bum de præſcriptio. 10. anno. contra libertatẽ.
& quàmuis etiam ſint aliquæ leges de rebus im
mobilibus: tamen non impediunt principalem
intentionem ut etiam inf. declarabitur.

Cum igitur uſucapio rerũ mobilium differat
ab illa quæ fit de reb. immobilib. & poſſeſſio de
eis ſit uilis & abiecta, l. ſi id quod. ſup. tit. j. non
curauerunt præponere tit. de acqui. poſſeſſ. cum
ex alia ratione rectè illi tit. collocarentur, & cũ
poſteà eſſet tractandum de uſucapione rerũ im
mobilium, quam Iuſtinia. appellauit præſcriõnẽ
& in qua poſſeſſio eſt magis uiſibilis, & conſide
rabilis præpoſuit titulum de acq. poſſeſ. conti-
nuando cum ead. ratione, & ſic in effectu ibi eſt
eadem continuatio, & ſituatio licèt ad oculum
corporis aliter appareat.

8 Quartò † contra dictã continuationẽ, & ſitua-
tionẽ inſtatur: quia uidemus ꝙ in alio loco trã
ctatum fuit de hac materia uſucapionis, & præ-
ſcriptionis, ut patet in rub. & nig. inf. de diuer-
ſis, & temporalib. præſcriptio. & in l. uſucapio.
eo. tit. ubi hæc materia ſub nomine exceptionis
tractatur, & collocata fuit non in tractatu acqui
9 ſitionis: ſed in tractatu exceptionũ. † ſed adhuc
reſpondetur defendendo utrunq; factũ eſſe cũ
ratione, cũ præſcriptio ſecundum naturalẽ ſigni
ficationẽ uerbi nihil aliud ſit niſi exceptio: quia
præſcribere ut dicunt Grãmatici, & ſentiũt mul
ti Neoterici in Grammaticalibus uerbis, totum
ſuum ſtudiũ imponentes, & dicitur quædã præ
fixio, & præſcribere eſt præfigere, id eſt, impedi
re ius tertii. unde dicitur præſcribo tibi, & uſu-
capio rẽ. Nã per præſcriptionem dicit ego præfi
go terminũ tibi ut amplius ius tuũ allegare nõ
poſſis: ſicut facit omnis exceptio quæ præfixit
terminum, & præſcribit ius agentis, l. j. & ij. inf.
de exceptio. & inſti de exceptio. & replicationi
bus per totum. cum ergo præſcriptio ſit exce-
ptio. rationabiliter ibi titulus ille de diuerſis,
& temporalibus præſcriptionibus, id eſt, exce-
ptionibus poſitus fuit in materia aliarum ex-
ceptionum.

Nec obſtat quòd ibi etiam ſit mentio de uſu
capione: quia reſpondetur quòd uſucapio, &
ipſa producit exceptionem poſt ſuam perfe-
ctionem: nam ſi uſucapiens per eam acquirit do
minium, & eueniat ꝙ conueniatur à uerò domino,
non poteſt aliter ſe defendere niſi opponendo
exceptionẽ uſucapionis, & dicẽdo licèt tu prius
eſſes dominus hodie uerò ego ſum dominus, &
præfigo tibi terminũ ne amplius te dominũ di
cere poſſis, & me uincere, & ſic uſucapio pro ut
deducitur in iudicio exceptio eſt: ſed cõſiderata
ſubſtan-

ſubſtantia eſt dominii acquiſitio. & propter
ea cum ratione utrunque factum fuit, ut hic
collocatus fuit iſte titulus in materia acquiſitio
nis: quia in ſubſtantia eſt acquiſitio, & in illo
etiam titulo mentio de ea facta fuit: quia pro-
ut deducitur in iudicio exceptio eſt, & præſcrip
tio,& per conſequens ſituatio hic, & continua-
tio reſpectu ſuæ intentionis rectè facta fuit.
10 Quintò† inſtatur adhuc contra ſituationem,
& continuationem, de ordine poſito in decreta
libus ubi titulus de præſcriptionibus poſitus
fuit in materia iudiciorũ poſt titulum de excep
tionib.non autem in materia acquiſitionis do-
minii,& tamen in toto illo titulo tractatur de
præſcriptione rerum immobilium, & iurium
incorporalium in quibus fit uera acquiſitio do
dominii, taliter quòd & in foro cõſcientiæ res
aliena retiueri poteſt, ut no. in cap. uigilanti.
de præſcriptio.ergo & etiam ibi, uel hic mala
fuit ſituatio,& ratio coutinuationis non conue
nit.Sed ad huc reſpondetur defendendo utran-
que ſituationem præſupponendo quòd præſcri
ptio ut infra dicemus poteſt fieri tribus mo-
dis.Nam primò poteſt fieri de actioni.& in hac
nulla cadit acquiſitio cum nullum ſit dominiũ
actionis,neque poſſeſsio. unde tunc ſolum præ-
ſcriptio dicitur eſſe exceptio:quia propter ne-
gligentiam longiſsimi temporis debitor præfi-
git terminum actori ut amplius agere non poſ
ſit excludendo eius actionem.
11 Secundo etiam modo † omnis uſucapio effi-
citur præſcriptio:quando deducitur in iudicio,
ut ſtatim dictũ fuit,cum ille qui acquiſiuit do-
minium nõ poſsit aliter ſe defendere à primo
domino,niſi dicendo præfigo tibi terminũ, ut
amplius non poſſis uti dominio tuo,& actione,
& cum hac exceptione excludere eum.
Tertio modo capitur præſcriptio pro ut eſt
dominii acquiſitio,de qua habetur in titulis de
præſcriptionib.in C.&inſti.de uſucapio.& lon-
gi temporis præſcriptionib. per totum.
Cum igitur tribus modis cõſideretur præſcri
ptio.& in duobus modis ſemper ſit exceptio. &
in uno tantum ſit acquiſitio dominii,cum ratio
ne poſitus fuit ille titulus in materia iudiciorũ
in tractata.de exceptioni.&ne continentiæ cau
ſarum diuiderentur,etiam implicita fuit tertia
ſignificatio de acquiſitione, demonſtrando quã
do illa poſſit fieri,uel non fieri,Vnde & ibi cum
ratione collocatus fuit ille titulus:ſicut etiam &
in ff. ille titulus de præſcriptionib. fuit in ſimi
12 li loco collocatus.†Et ſi dicatur imò non eſt ea
dem ratio:quoniam in ff.fuit ſeparatus titulus
de uſucapionib.& in Codice, quod non fuit fa-
ctum in decretalibus,reſpondetur ꝙ hoc etiam
cum ratione factum fuit:quoniam ſufficiebat ꝙ
de hac præſcriptione pro ut erat acquiſitiua do
minii tractaretur in illo titulo. de uſucapione
uerò rerum mobilium non erat tractandum in
decretalibus, ex eo:quia illa non habet locum
contra eccleſiam, ut tenent docto. in dicta au-
&.quas actiones.C.de ſacroſanct.eccleſ.&Dy. in
reg.poſſeſſor.de reg.iur.in 6.& per doc.plenius
in ca.j.ubi etiam Abb.ex.de reſti.in integrum.
quoniam etiam qui uult præſcribere res mobi-
les contra eccleſiam, non poteſt hoc facere niſi
per quadraginta annos: quoniam nulla præſcri
ptio currit contra eccleſiam niſi quadraginta
annorum, ut habetur in dict. auct. quas actio-
nes.& in cap. de quarta.de præſcriptionib.cum
concordanti.
Ex quibus omnibus apparet quòd hæc conti
nuatio cum ſua ratione atque ſituatio iſtorum
titulorum rectè hic facta fuit,&titulus de diuer
ſis præſcription. rectè ſuo loco collocatus fuit,
& ordo.C.etiam cum ratione fuit factus, & con
cordat cum iſto, & collocatio in decretalibus
etiam rationabiliter facta fuit:omnis enim con
trarietas,& diuerſitas tollitur ſeparando uſuca
pionem rerum mobilium ab immobilibus,&cõ
ſiderando præſcriptionem pro ut fit de actione
& deducitur in iudicio, & quomodo per eam
habeamus acquiſitionem, & hæc de ſituatione,
& continuatione ſufficiant.
13 Ad euidentiam † autem materiæ tituli per-
quirenda eſt ſignificatio uerborum rub. & quia
in ea habemus duo uerba de uſucapionibus, &
uſurpationibus, dubium eſt quid ſit uſurpatio,
de qua docto. hic non faciunt mentionem: ſed
de ea Iuriſconſultus dixit in l. ij. infra eodem,
diffiniendo quòd uſurpatio eſt uſucapionis in-
teruptio. & oratores uſurpationem frequen-
tem uſum appellant, quæ uerba uidentur im-
plicare contradictionem, ex eo: quia ad inter
rumpendam uſucapionem nõ eſt neceſſarius fre
quens uſus,ſed ſufficit unicus actus, l. naturali-
ter. infra eo.ideò debes dicere quòd uſurpatio
eſt occupatio omnis rei:ſeu uſus frequens cuiuſ
libet rei: qui uſus ſi fuerit factus cum quinque
requiſitis ad uſucapionẽ tranſit in uſucapionẽ,
& ſi non interueniant illa requiſita remanet in
ſuo nomine, & eſt uocabulum ſonans in malam
partem, quaſi irrationabilis occupatio:tamen
poteſt ex qualitatibus iuſtificari. & ſi poſteà
fiat contra uſucapientem interumpit uſucapio
nem. in hoc autem titulo capitur generaliter,
ut comprehendat, & interruptionem atque
etiam irrationabilem occupationem, pro ut
differt ab uſucapio.
14 Quid autem ſit † uſucapio declarat. tex. in l.
iij. infra eo. qui dixit quòd eſt dominii acqui-
ſitio, uel adiectio per continuationem poſſeſ-
ſionis temporis à lege diffiniti, & dicitur domi
nii acquiſitio: quia uſucapio eſt per uſum capio,
unde per uſum capit dominium,l. prætoris offi
cium, l. ſi finita. §. Iulianus. ſupra de damno
infecto. Acquiſitio incipit à prima die poſſeſ-
ſionis, & finitur per ultimam horam temporis
diffiniti, dicta l. uſucapio. de diuerſ. & temp.
præſcriptio.Item additur adiectio:quia iſte nõ
uidetur modus acquirendi dominium,& opor-
tet quòd interueniat auxiliũ legis. Vnde di-

citur adiectio : quia lex aufert á primo domino
& addicit , & concedit huic uſucapienti : argu.
l. uerbis ciuilibus . ſupra de uulgari , & pupil-
lari. & poſteá dicitur per continuationē poſſeſ
ſionis : quia non ſufficit poſſeſſione. ſed eſt ne
ceſſarium ab initio uſq; ad finem ſemper poſſi-
dere , itá quòd interruptio unius horæ impedi
ret eam l.naturaliter.infra eodem . unde neceſ-
ſaria eſt poſſeſſio continuata , poſteá dicitur
temporis á lege diffiniti : quia uariis tempori-
bus perficitur, cum in rebus mobilibus per triē
nium in immobilibus per decennium , & ali-
quando per uiginti annos , in eccleſiis per tri-
ginta uel quadraginta annos , & contra fiſcum
per centum annos , l. fi. C. de præſcriptio. lon
gi temporis . & l. fi. cum ſua auct. C. de ſacro-
ſanct. eccleſi.

15 Sed † contra iſtam diffinitionem inſtari po-
teſt de auctoritate Vlp. in ſuis inſti. in titu. de
dominii acqiſitione rerum diffinien. uſuca-
pionem hoc modo . Vſucapio eſt dominii ade
ptio per continuationem poſſeſſionis , anni in
rebus mobilibus , & biennii in rebus immobi-
libus : ergo hæc non uidetur bona . ſed prom-
pta uidetur reſponſio quòd illa diffinitio pro-
cedit de iure antiquo : ſecus eſt autem de iu-
re inſti. ut eſt tex.clarus inſti.de uſuca.in princ.
& l.j.C. de uſucapio.transformanda, ubi muta-
uit Iuſtinianus annum in triennium , & bienniū
in decennium. Sed hæc reſponſio licèt uideatur
apparens:tamen non eſt exiſtens,ex eo: quia hic
tractamus de diffinitione uſucapionis pro ut ca
piebatur antiquo tempore , cum ſimus in iure.
ff. quod ius.ff. durauit uſq; ad tempora Iuſtinia
ni, qui illud correxit,unde uidebatur quòd om
ninò ſecundum obſeruantiam temporis iuris
digeſtorum tradi debuiſſet . Sed duplicari po
teſt fatendo tamen q̧ cōpilatores eam mutaue-
runt ad finem ut ius . ff. non appareret contra-
dicere iuri . C. ſicut apparet de Pegaſiano ſena
tusconſulto quod durauit uſque ad tempora Iu
ſtiniani , ut inſti. de fideicommiſs. hæredita. §.
poſteá , & tamen in ff. non reperitur uerbum
de hoc Pagaſiano . S. C. quia omnes leges lo-
quentes de reſtitutio.poſita in tit.ff. as Trebel-
lianum mutilatæ fuere , & pro Pagaſiano Tre-
bellianum poſitum fuit . Idem ſeruatum fuit in
Receptitia actione quæ per Iuſtinianum ſubla-
ta fuit , l. fi. C. de conſti. pecunia , & tamen de
ea nullum uerbum ponitur in titu. ff. de conſti.
pecun,quia illæ leges mutilatæ fuerunt á com-
pilatorib.ut laté dixi in rub.ff. ſol.mat.ubi for-
maui illam quæſtionem difficilem , an ius.ff. ſit
unitum cum iure.C.adducendo triginta ſimilia
& per hanc conſiderationem hæc diſſinitio bo-
na erit,& nulla erit contradictio.

Secundò etiam, & melius potes reſpondere
quòd illa fuit diffinitio Vlpiani, hæc uerò fuit
diffinitio Modeſtini ut patet in inſcriptione, &
hæc fuit melior illa Vlp.quia erat generalis , &
complectebatur præſcriptionem rerum etiam
prouincialiter, illa uerò Vlp.tantummodo con
tinebat uſucapionem rerum Italicarum , cum il
la uſucapio biennalis tantummodo in ſolo Ita
lico procedebat , ut dixit Iuſtinianus inſti de
uſucapionib.in principio . & in dicta l. prima .
C.de uſucapio transformanda . præſcriptio ue
rò rerum nō Italicarum fiebat per longum tem
pus decem annorum, ut patet in l.nunquam pri
ma . & ſecunda. infra eodem . & l. qui fundum.
§. primo . cum ſequenti . infra pro emptore , &
d.l.prætoris officium.& l. ſi finita . §. Iulian. ff.
de dam.infe.Ideò hæc tanquā melior á compila
toribus electa,& aſſumpta fuit.& maxime:quia
conueniebat correctioni ipſius Iuſtiniani.

16 Secundò † contra dictam diffinitionem in-
ſtatur:quia illa uidetur imperfecta : quoniā ad
uſucapionem requiruntur quinq;,iuſtus titulus,
bona fides,poſſeſſio continua, & q̧ res non ha-
beat in ſe uitiū,ut inſti.de uſucapio.in prin.& §.
nouiſſimè,quę non continentur in hac diffini-
tione,& tamē ſunt de ſubſtantia: quia eis defi-
cientib.corruit,ut no.inſti.eo.in prin & l. Cel-
ſus.& l.naturalit.inf.eo.Hanc oppoſitionem for
mat glo. ibi & Bar.ſed tamen non ſoluit. Tu au
tem defendendo potes dicere quòd illa impli-
cantur ſub uerbo poſſeſſionis:quoniam non om
nis poſſeſſio eam cauſat.ſed illa tantum poſſeſ-
ſio quæ iuſta eſt,iuſta autem non poteſt eſſe niſi
concurrat titulus uerus uel putatiuus , bona fi-
des,& traditio,merito implicantur. ſi tamē uer
bum iuſtę poſſeſſionis , additum fuiſſet,clarior
fuiſſet diſſinitio.Nihilominus etiam ſine eo po
teſt procedere ſub conſideratione iuſtæ poſſeſ-
ſionis,quæ implicat omnia illa,& quando dici-
tur q̧ eſt acquiſitio, implicatur de iuſta poſſeſ-
ſione ſine qua non poteſt eſſe dominii acquiſi-
tio:ſicut in diſſinitione obligationis dicitur ,
quod eſt iuris uinculum,intelligitur de iuſto,&
implicantur omnia quæ faciunt iuſtum uinculū
& per illa uerba qua neceſſitate aſtringimur im
plicatur de uinculo iuſto ſine quo non poſſet in
duci illa obligatio , & idem dicitur de tutela ,
quæ eſt uis atque poteſtas ſimpliciter , & impli
catur quòd ſit iuſta,& omnia continentur quæ
faciunt iuſtam poſſeſſionem . Nihilominus in
ſtricta diſputatione ſemper poterit inſtari de
argumentatione quā facit Iuriſc. in l.j.§.j. ff. de
dolo ubi infringit diſſinitionem traditam:quo
niam poterat eſſe illud quod erat comprehēſū
in uerbis,& tamen non erat ſemper diffinitum,
& ſic non conuertitur cum acquiſitione domi-
nii per continuationem poſſeſſionis, & tempo-
re diffinito non faciat uſucapionem , ſi nō inter
ueniat iuſtus titulus,& bona fides cum aliis re-
quiſitis.Ideò tutius eſſet addere uerbum iuſta,
uel uerbum modi. dicendo uſucapio eſt domi-
nii acquiſitio uel adiectio per continuatam poſ
poſſeſſionē temporis , & modi,á lege diffiniti .

17 Præterea † in diffinitione Vlpiani ponitur
uerbum adeptio , & non acquiſitio , uel adiec-
tio , & illud uerbum uidetur magis conue-
uire :

nire : quia demonſtrat nouum modum acquirendi ſeparatum ab illo qui fit per traditionem, & uerbum adiectio poſitum hic forſam eſt corruptum, & debet ſcribi adeptio, & eſt nitium impreſſoris. potes tamen ad huc uerbum adeptione. ſuſtinere declarando ut ſupra feci.

18 Tertiò huic diſſinitioni obſtat : † quia uidetur quòd uſucapio non ſit dominii acquiſitio, & ſic non tradatur per ſuum genus: quia acquiſitio non eſt ſubſtantia acquiſitionis, ſed eſt effectus ipſius uſucapionis cum perfecta uſucapione ſequatur poſteà dominii acquiſitio, quòd etiam probatur ex alia ratione : quia uſucapio poteſt fieri ex pluribus cauſis, l. 3. §. ex pluribus. ſupra tit. primo, & tamen acquiſitio dominii non poteſt fieri niſi per unam cauſam, ut ibidem no. Hoc contrarium formauit glo. in dicta. l. 3. & fatetur illud, & dicit quòd dictum ponitur pro cauſa, id eſt, cauſatum ponitur pro cauſa, & Bar. ibi uidetur ſequi, quæ reſponſio nihil aliud facit niſi quòd Iuriſconſultus neſciuit diffinire, & quòd neſciuit inuenire ſubſtantiam uſucapionis, & uerbum denotans eam cum oporteat modo ſcire, & inueſtigare quid ſit uſucapio in ſubſtantia, ſi acquiſitio ſit eius effectus, & eſt doctrina. docto. in contrarium in rub. de appellationibus extra, & in l. j. infra de appellationibus. dicentium quòd res non debet diffiniri per effectus ſuos. unde ego puto diffinitionem optimam eſſe, & aſſumptum uerum eſſe, quòd uſucapio dicatur eſſe dominii acquiſitio. Nam ubicunquè aliquis poſſidet cum aliis requiſitis interuenientibus dicitur per uſum capere, & ſic per illum actum continuatum capere, ut probatur quaſi in omnibus legibus iſtius tituli : in quibus uerbum capio, ſeparatur ab uſu, & ſi capit ergo acquirit, & propterea iſte modus acquirendi differt ab illo qui inducitur per traditionem. Nam ſi fiat traditio in inſtanti dominium acquiritur : ſed per uſucapionem non acquiritur in inſtanti: ſed incipit in prima hora poſſeſſionis, & finitur in ultima hora temporis, & eſt modus ſucceſſiuus acquirendi dominium. propterea ſubiiciuntur uerba per continuationem poſſeſſionis, & cum ſit actus ſucceſiuus non recipit poſteà formam niſi per complementum, iuxta tex. in l. is qui quadringenta. §. quædam. ff. ad legem falcidiam, & ideò ſi interumpatur ille actus ſucceſſiuus nulla poſſet fieri acquiſitio : ſicut nec etiam quis faciendo opus propè finem, niſi compleat nihil dicitur feciſſe, dicto §. quædam, Et propterea ſubiicitur poſteà illud uerbum adiectio, quoniam oportet quòd interueniat auxilium legis cum cuius auctoritate paulatim auferatur dominium à principali, & adiiciatur ipſi uſucapienti, & propterea remanet concluſio quòd dicta diffinitio in omnibus poteſt procedere.

19 Ex quibus † omnibus congeſtis habes quòd in toto hoc tit. tractatur de uſucapione in genere, quæ continet in ſe duas ſpecies uſucapionis, unam rerum mobilium, & aliam rerum immobilium, quæ duæ in duobus differunt primo in tempore : quoniam uſucapio rerum mobilium fit per triennium & uſucapio rerum immobilium fit ad minus per decem annos uel uiginti inter abſentes. Secunda eſt differentia : quia in rebus mobilibus acquiritur directum dominium, in rebus uerò immobilibus acquiritur utile dominium, ut uoluit glo. in inſti. eodem in. §. primo in uerbo uſucapiantur. & in auctentica niſi tricennale. C. de bon. mater. & utrobiquè docto. examinant articulum ab utraquè parte, qui licèt difficilimus ſit : tamen communis opinio uerior eſt quòd acquiratur utile dominium ſaltem hodie : nam ante Iuſtinianum poterat dici quòd uſucapio quæ per biennium perficiebatur de rebus Italicis illa tribueret omne dominium ſicut in rebus mobilibus: tamen quia Iuſtinianus diſpoſuit quòd illa uſucapio biennalis trahatur ad præſcriptionem decennalem quæ fiebat de rebus prouincialibus, per quam non acquirebatur, directum dominium, eodem modo nec etiam hodie acquiretur, & hoc ſuadet uerbum præſcriptionis, quod ſui natura denotat exceptionem, ut ſtatim dicemus, quæ concluſio omnimodo procedit de iure. ff. ut patet in toto hoc tit. ubi leges promiſcuè loquuntur de uſucapione rerum mobilium, & immobilium, & in rebus immobilibus faciunt mentionem de longo tempore l. non nunquàm. prima & ſecunda cũ ſimilib. allegandis infra eodem & probatur etiam in omnibus ſeptem titulis ſequentibus in quibus promiſcuè leges de uſucapione rerum mobilium, & immobilium tractant.

20 Similiter † dicta concluſio procedit de iure. C. quoniam in omnibus ſeptem titulis in eo poſitis de uſucapione, pro emptore, pro ſuo, pro donato &c. leges reperiuntur tractantes de uſucapione rerum mobilium, & immobilium, ut inſpiciendo quilibet puer cognoſcere poſſit : nec hoc mutauit Iuſtinianus quamuis Abb. & malè in rub. extra de præſcriptionibus tenuerit quòd hodie nomen uſucapionis tantummodo conueniat rebus mobilibus. Et ſi dicatur hoc factum fuit per Iuſtinianum in l. prima. C. de uſucapio. transfor. reſpondetur nec etiam eſſe uerum : quoniam, & in inſti. hoc nomen uſucapionis eſt commune utriquè, ut patet ibi, res mobiles per triennium, & res immobiles per decennium uſucapiantur, ponendo hoc uerbum ſolum in utraquè ſpecie, & ſæpius replicat in toto illa tit. & tamen ibi Iuſtinianus facit mentionem de illa ſua conſtitutione corrigente : ſed tamen : quia uſucapio extenſa fuit ad præſcripionem ex ſua conſtitutione, uſucapio appellata fuit præſcriptio. & ideò in rub. dixit de uſucapionibus, & præſcriptionibus : tamen per hoc non mutauit ge[...] nomen uſuca-

pionis, quin poſſit etiam fieri de rebus immobilibus.

Nec obſtat quòd ipſemet ſeparauit materiam uſucapionis à præſcriptione in. C. ut dictum fuit in continuatione; quia illud factum fuit pro commodiori intelligentia: quoniam materia præſcriptionum habebat multa capita, quæ non conueniebant uſucapioni, unde ne induceret confuſionem ſeparauit has duas materias: tamen non mutauit ſignificationem, quia etiam poſſit conuenire rebus immobilibus, & ſolum hoc addidit, ut appellatione uſucapionis indubio intelligatur de uſucapione rerum immobilium, ut facilius diſtinguerentur termini, & uſucapionem rerum mobilium uocauit præſcriptionem, & aliud addit quòd uſucapio rerum mobilium appelletur præſciptio, cum illa fieret in rebus extra Italiam, & eam extendit ad res Italicas communicando hæc duo remedia, ut in Italia eſſet uſucapio & præſcriptio per deccenniũ, & extra Italiam ſimiliter reperiatur uſucapio & præſcriptio. & pro hac opinione facit tex. & ibi Bar. in l. ſeruitutes. la ſecunda. ff. de ſeruituti. qui dixit quòd olim nomen uſucapionis comprehendat uſucapionem & præſciptionem. allegat l. 3. & l. eum qui ædes. inf. hoc tit. noſtro. Sed tamen dum poſteà uult Iuſtinianum hoc nomen attribuiſſe uſucapioni rerum mobilium, non bene dicit: ſed remanſit hodiè etiam in ſua generali ſignificatione, ut acquiſitio rerum immobilium cum iuſto titulo, & bona fide ſit, & propriè uſucapio & præſcriptio, & in hac ſignificatione ſumitur in tit. C. de longi temporis præſcriptio. quoniam omnia quæ ibi dicuntur de præſcriptione uerificantur etiam in hoc mine uſucapionis.

21 Sed tunc ſuccedit maximum dubium, † in quo differat uſucapio à præſcriptione hodie, & glo. in dicta. l. 3. dicit quòd in nihilo differunt; qua ſub illa diffinitione comprehenditur etiam uſucapio. ſed Azo. in ſumma. & glo. 16. quæſt. 6. in ſumma dicunt quòd ualde differunt
22 tam in ſubſtantia quàm in interruptione † & diffiniunt eam, quòd præſcriptio eſt exceptio ex tempore ſubſtantiam capiens, quæ actioni in rem uel in perſonam obiicitur. quam diffinitionem ſequitur Abbas in dicta rub. ext. de præſcriptionibus. paucis mutatis dicens, quòd præſcriptio eſt ius quoddam ex tempore congruens auctoritate legis uim capiens, pœnam negligentibus inferens, & finem litibus imponens, & uerbum ius ponit ibi pro exceptione, & expreſsè tenet eam differre ab uſucapione; quam opinionem ſequuntur multi neoterici inſiſtentes in uerbis grammaticalibus, & dicentes quòd per præſcriptionem non poteſt acquiri aliquod dominium in re: quia hoc non denotat uerbum præſcribere: ſed tantummodo inducitur exceptio, cum præſcribere ſit præfigere, & qui præſ[illegible]it præfigit terminum parti ut amplius ius ſuum allegare non poſſit, & ſic inducit exceptionem quæ eſt actionis excluſio, l. ij. ff. de exceptionib. unde dicitur præſcribo tibi non autem præſcribo rem, ut uidetur ſuaderi ex omnibus legibus poſitis in tit. C. de præſcriptione longi temporis, quæ omnes utuntur uerbo exceptionis, uel alio ſimili, & in nulla uidetur demonſtrari quòd acquiratur dominium ut rem præſcribere dicatur.

23 Ego tamen † puto communem opinionem ueriorem eſſe, quòd imò per præſcriptionem fiat acquiſitio dominii, & quòd uerbum præſcribere cum accuſatiuo poni poſſit ut propriè quis dicatur præſcribere rem. quod procedit de iure. ff. de iure. C. de iure auctenticorum & de iure canonico, Et de iure. ff. eſt tex. in leg. ſi duo. §. Iulianus. ff. de iureiurand. ibi, poſt longi temporis præſciptionem utilem in rem actionem habet; ergo, dominium acquirit ſaltem utile. Secundò probatur in l. prætoris officio. ſupra de damno infecto ibi, prætoris officium eſt ut faciat quòd miſſus poſt longi temporis ſpatium dominium capiat Et idem & tertio replicatur in l. ſi finita. §. Iulianus, & §. ſi de uectigalibus. eodem tit. ubi per primum decretum non acquirit ſed lato ſecundo decreto poſt longi temporis ſpatium dominium capiat, quæ uerba clarius non poſſent demonſtrari quòd dominium acquiratur. Quartò facit l. ſi quis diuturno. ff. ſi ſerui. uendi. ibi, diuturno uſu ſeruitutem nactus eſt, & non dixit exceptionem. Idem & ſextò repetitur in l. j. in fi. ff. de aqua pluuia arcend. ibi, erit quaſi ſeruitus pro qua habet utilem actionem. Septimò facit l. nunquàm, prima & ij. ibi, longa poſſeſſione, & l. ſi aliena. §. hoc iure. ibi, longo tempore, & l. pignori. §. fi. ibi, diutina poſſeſſione capis, quæ uerba non poſſunt uerificari niſi in præſcriptione rerum prouincialium, cum uſucapio hoc tempore in rebus Italicis procedebat per biennium tantum. Octauò facit l. emptor. ibi, longa poſſeſſione capturum. & l. qui fundum. §. primo, & §. procurator, & in fi. & l. alienum. & l. inteſtato. ff. de uſucapio. pro empto. Nonò facit; quia publiciana datur poſſidentibus longo tempore, l. cum ſponſus. §. primo & ij. ff. de publi. actione. ergo dominium acquiritur: quia publiciana eſt actio in rem, ut in rub. dicitur.

24 Similiter & de iure. C. uerbum præſcribere; importat dominii acquiſitionem, l. ij. C. de ſerui. & aqua ibi, ſeruitutem exemplo rerum immobilium longo tempore quæſiuiſti: ad idem eſt tex. in l. ſi quis emptoris. C. de præſcriptio. 30. annorum ubi præſcribenti cum bona fide datur actio in rem. Idem quoquè procedit de iure auctenticorum ut in auctentico niſi tricennale, & in corpore unde ſumitur C. de bon. maternis, ibi, detentatio dominos accipientes facit, & poſſeſſor dominus efficitur hoc quoquè procedit de iure canonico, ut probatur

batur

batur in cap. ad aures. extra de præſcriptioni.
ibi, prorſus actione excludi, ergo dominium
propter quod datur amittit facit. etiam tex. in
cap. abbate ſaoè. de uerbo ſignificatio. in cap.
uigilanti. de præſcriptionib. ubi Io. Andreæ,
& canoniſtæ tenent quòd ille qui præſcripſit
eſt tutus in foro conſcientiæ. ergo effectus eſt
dominus qui rem alienam in foro coſcientiæ re
tinere non poſſee, ut ibidem no. & hoc etiam
confirmat Iuſtinianus in. §. quod autem, & in.
§. abolito. inſt. de oſucapio. cum infini. ſimili-
bus quæ laborioſus indagator inuenire poſſet,
& hæc eſt communis opiuio, & omnino tenen
da cum diſtinctione ſtatim ponenda.

25 Vnde pro reſolutione contrariorum dicas †
q̄ pręſcriprio poteſt quatuor modis induci. Pri
mo poteſt induci contra actionem perſonalem
ſi creditor ſtat per triginta uel quadraginta an
nos quòd nō petit debitum ſuum, tunc debitor
acquirit exceptionem tantum. Nam actionem
ipſe non poſſidet: qnia illa ſemper eſt in per-
ſona creditoris: neque dominium aliquod po-
teſt acquirere, cum illa ſemper ſit affixa oſſi-
bus creditoris, l. 3. ſupra pro ſocio. unde ni-
hil eſt quod ipſe præſcribere poſſit, & propte-
reà ſolam exceptionem acquirere poteſt, & pro
pter hanc cauſam multi uolebant quòd præſcri
ptio procederet etiam cum mala fide, ut no.
plenè in cap. fi. de præſcriptioni. & in regula
poſſeſſor. de reg. iur. in 6. & in hoc omnes con-
ueniunt cōſentientes quòd præſcriptio contra
actiones perſonales non eſt niſi exceptio.

26 Secundo modo † poteſt induci in rebus cum
mala fide, & tunc ſimiliter omnes fatētur quòd
non acquiritur niſi exceptio: quia dominium
cum mala fide acquiri non poteſt, l. ſi quis em-
ptionis. § primo. C. de præſcri. 30 uel 40. anno.
ubi per omnes qui quòd ſit exceptio cōcordes
ſunt, & quamuis illa non procedat de iure cano
nico: tamen multæ leges ciuiles de ea loquūtur.

27 Tertiò modo † poteſt cōſiderari quando dedu
citur in iudicium quia neq; uſucapio uera rerū
mobiliū uel immobliū poteſt in iudiciū deduci
niſi per modū exceptionis: quoniā qui uſucepit
conuenitur à domino rei uendicatione, ipſe re
ſpondet q̄ actor amplius nō eſt dominus: quia
ipſe eſt effectus dominus, & opponit exceptio-
nem uſucapionis præfigendo terminum actori
ut amplius agere non poſſit, & paſſim iura
eam appellant exceptionem uſucapionis, unde
hoc caſu etiam uſucapio rerum mobilium ap-
pellatur præſcriptio, l. uſucapio, & per totum
infra de diuerſ. & tempo. præſcriptio.

28 Quartò modo † conſideratur in ſubſtantia
fundata in poſſeſſione continua cum aliis qua
litatibus requiſitis ad acquirendū, & tunc ipſa
dicitur eſſe dominii acquiſitio, & per eam ac-
quiritur omnino dominium ſaltem utile de iu
re. ff. C. inſti. auct. & canonico per iura ſupra
allegata, quo ſtante ſequitur modo quòd nul-
la eſt contrarietas ſi dicatur quòd præſcriptio
ſit exceptio, & quòd etiam ſit dominii acquiſi-
tio: quoniam utrunquè eſt uerum ſecundum di
uerſas acceptiones. & capiendo illis tribus pri
mis modis præſcriptio dicitur eſſe exceptio,
29 conſiderando uerò eam in ſubſtantia † & quar-
to modo capiēdo tunc dicitur eſſe dominii ac
quiſitio, & eſt idem cum uſucapione, cum hæc
duo nomina uſucapio & præſctiptio idem ſi-
gnificent, eandem ſubſtantiam habeant, &
eandem diffinitionem, & in hoc caſu optimè
loquitur glo. in dicta l. 3. inf. eodem. quæ uo-
luit quòd ſub diffinitione uſucapionis contine
retur præſcriptio, & eam ibi ſequuntur docto.
& quoniam præſcriptio pro ut eſt acquiſitio,
quando deducitur in iudicio neceſſariò oppo-
nitur per modum exceptionis. propterà Azo.
& alii doct. diffinierunt præſcriptionem pro ex
ceptione etiam in actione reali, & hac eadem
ratione titulus de pręſcriptionibus poſitus fuit
in decretalibus in materia iudiciorum poſt ti-
tulum de exceptio. & ita uides confuſiones,
quæ ualde urgentes apparebant cum magna fa-
cilitate reſſolui, & omnes opiniones ueras eſ-
ſe eas intelligendo in terminis ſuis, & hæc pro
generali cognitione terminorum ſufficiant.
cętera autem magis prolixè poteris habere per
repetentes in ſuis locis ordinariis, nos autem
maior labor occupat dum intendimus ſubti-
lem l. ſi is qui pro emptore. plenè declarare.

30 De hac autem uſucapione † rerū mobilium,
& immobilium atquè præſcriptione, dum per
eam acquiritur dominium loquitur totus titu
lus noſter, & omnia quæ infra dicentur ſub no
mine uſucapionis uerificabuntur etiam in præ-
ſcriptione dominii acquiſitiua, ità quòd & ti-
tulus. C. de præſcriptione longi temporis ue-
niet hic examinandus, & omnia quæ dicemus
infra in l. ſi is qui pro emptore. ſub nomine
uſucapionis. uerificabuntur etiam in præſcri-
31 ptione iſta acquiſitiua. † omnis autem præſcri
ptio & uſucapio. aut fit inter præſētes, aut inter
abſentes. Si inter pręſentes procedit per decem
annos contra paganos, & contra eccleſiam per
quadraginta annos, & in aliis ſubiectis ali-
quando per triginta. Si uerò fit inter abſentes
tunc inter habitantes in imperio perficitur per
uiginti annos. l. fi. C. de præſcriptione longi
temp. ubi etiam declaratur qoando dicatur
inter præſentes & abſentes. Sed ſi ſit præſcri-
ptio, quæ perficitur per triginta annos uel qua
draginta æqualiter illud tempus ſufficit tam
inter præſentes quàm abſentes: quia ſatis ipſi
illo tempore potuerunt habere notitiam. unde
iura non diuerſificant in iſtis tempus, & in uſu-
capione triennali hoc idem dicemus quod e-
tiam inter abſentes ſufficiet triennium: quia
32 tractatur de rē modici præiuditii. † Vſucapio au
tem hæc inter abſentes, aliquando fit inter
eos qui habitant in Imperio. Aliquando fit in-
ter captos ab hoſtibus, de habitantibus in im-
perio tractatur in dicta l. [illegible] & mentaliter †

hoc tit. de uſucapione uerò quæ fit per captiuos tractatur etiam per multas leges iſtius tituli: quoniam, & iſta frequenter ſolet contingere, & maximè inter Romanos, qui ſemper in continuo bello ſe exercuerunt per omnia ſecula. ſed tamen magis principaliter docto. hanc materiam abundanter poſuerunt in l. ſi is qui pro emptore. inf. hoc tit. noſtro. quam merito interpretandam aſſumpſimus.

Summaria in l. ſi is qui pro emptore. ff. de uſucapio.

1 *IN hac lege tractatur quomodo per captiuitatem interrumpatur poſſeſſio, & reſtituatur, uel proſit hæredi.*

2 *Bella iure naturali propter elementorum contradictionem eueniſſe credendum eſt.*

3 *Poſtliminium ex æquitate naturali ſuccedente introductum fuit, ut quæ uiolenter amiſſa ſunt recuperentur, & benemeriti de republica non pereant ſama.*

4 *Per poſtliminium rationabiliter inductum fuit ut omnia iura ſuſpendantur, & per reuerſionem recuperentur, & retro trahantur.*

5 *Duæ primæ operationes poſtliminij procedunt ſecundum ueritatem, & tertia per fictionem.*

6 *Poſtliminium prouidebat in capto & reuerſo. unde incommoditates eædem in mortuo apud hoſtes remanſerunt.*

7 *Lex Cornelia à populo Romano pro ſuppletione prouidendo in mortuo apud hoſtes facta fuit, ut habeat hæredem ac ſi eſſet mortuus in ciuitate.*

8 *Lex cornelia ſex fecit operationes: quarum tres fingunt: & tres ſecundum ueritatem diſponunt.*

9 *Introductis poſtliminio & lege Cornelia inſurexerunt maximæ difficultates circa interuptionem poſſeſſionis & uſucapionis.*

10 *Quæ difficultates proceſſerunt ex eo: quia poſſeſſio facti eſt ſeu habet multum facti, & res facti iure poſitiuo infirmari non poteſt.*

11 *Tres modi poſſidendi conſiderati fuere à doctoribus; per ſe ipſum, per corpus alienum, & per animum & corpus alterius.*

12 *Poſſeſſio aliquando habet plurimum facti, & parum iuris. aliquando multum iuris & multum facti.*

13 *Poſſeſſio qualis interumpatur per captiuitatem, & qualis conſeruetur refertur.*

Secunda præuia inſpectio.

14 *Quinque caſus contingere poſſunt in captiuo ſiue mortuo ſiue reſeruo conſiderabiles, qui hic referuntur ut in capite ſicut baſſis collocentur.*

Poſſeſſio & uſucapio . . um quæ captiuus per corpus ſuum poſſidebat interrupitur per captiuitatem.

16 *Quia poſſeſſio facti eſt & res facti, non continetur in poſtliminio in duabus primis operationibus: quoniam ſecundum ueritatem in eis procedit.*

17 *Poſſeſſio non continetur in tertio capite in dicto caſu: quia deficit extremum à quo.*

18 *Poſſeſſio & uſucapio earum rerum quæ poſſidentur ante captiuitatem per corpus alterius interumpitur per captiuitatem.*

19 *Poſſeſſio per corpus alterius acquiritur ignoranti, Ideò Iacobus de Arena uolebat quòd non interumperetur per captiuitatem.*

20 *Veriorem eſſe opinionem quòd imò poſſeſſio per alium interumpatur per captiuitatem, nec poſtliminio recuperetur demonſtratur.*

21 *Poſſeſſio eorum quæ poſt captiuitatem per ſeruos acquiruntur non recuperantur poſtliminio.*

22 *Poſſeſſio earum rerum quæ poſſidentur per alium ex cauſa peculiari ante captiuitatem non interrumpitur per captiuitatem.*

23 *Poſſeſſio rerum peculiarium ante captiuitatem poſſeſſarum recuperatur poſtliminio.*

24 *Poſſeſſio rerum peculiarium tota conſiſtit & fundatur in animo & corpore ſerui.*

25 *Poſſeſſio rerum acquiſitarum poſt captiuitatem ex cauſa peculiari continetur in poſtliminio.*

26 *Vſucapio rerum peculiarium an in poſtliminio contineatur uerè, uel per fictionem inquiritur.*

27 *Poſſeſſio rerum ex cauſa non peculiari ſiue ante uel poſt captiuitatem habeatur non continetur in poſtliminio: ſed ex cauſa peculiari indiſtinctè continetur.*

28 *Poſſeſſio per corpus captiui morientis in captiuitate interrumpitur per captiuitatem, & non prodeſt hæredi.*

29 *Lex cornelia fingit poſtquam captiuus mortuus eſt in captiuitate eſſe retro mortuum in ciuitate, ideò non impeditur ueritas interruptionis.*

30 *Lex Cornelia fecit ſex operationes in perſona & rebus captiui, tres ſecundum ueritatem, & tres ſecundum fictionem hic relatas.*

31 *Poſſeſſio earum rerum quæ per corpus alterius ante captiuitatem poſſidentur interumpitur per captiuitatem, & non prodeſt hæredi.*

32 *Intellectus legis in bello. §. facta. infra de captiuis inquiritur.*

33 *Poſſeſſio rerum quæ acquiruntur poſt captiuitatem non acquiritur captiuo: nec prodeſt hæredi ad uſucapionem.*

34 *Poſſeſſio rerum ante captiuitatem poſſeſſarum ex cauſa peculiari non interumpitur per captiuitatem, & prodeſt hæredi ad uſucapiendum.*

35 *Poſſeſſio rerum poſt captiuitatem quæſitarum ex cauſa peculiari, incipit & prodeſt hæredi ad uſucapionem.*

36 *Lex in bello. §. facta. infra de cap. loquitur in ſuo hærede.*

37 *Quatuor conſtituuntur regulæ ex dictis decem articulis continentes & declarantes totam materiam huius legis hic relata.*

38 *Tota hæc materia ſumo digito fuit declarata: quia*

per

per eam cognoſcitur quis intellectus eſt tenendus ad iſtam legem.

39 *Pagano moriente in ciuitate an uſucapio proſit hæredi breuiter declaratur.*

Tertia præuia inſpectio.

40 *Hæc lex habet uerba tam ambigua & flexibilia, quòd quid ſibi uoluerit auctor adhuc ignotum eſt.*

41 *Duos principales modos legendi continet, unum quòd in tota lege ſit formata unica quæſtio & finis referatur ad principium. alium quòd in ea formantur duæ quæſtiones ſeparatæ.*

42 *In primo modo legendi traduntur tres intellectus qui hic referuntur, omnes tamen reprobantur.*

43 *In ſecundo modo legendi prima pars habet duos intellectus, unus eſt quòd quæſtio ſit de poſſeſſis per corpus captiui tantum, alius eſt quòd quæſtio ſit de poſſeſſis per ſe & per alium.*

44 *Secunda pars habet quoquè uarios intellectus tamen continentur ſub duobus, unus de litera affirmatiua, & alij de litera negatiua.*

45 *Primus eſt intellectus ſequendo literam affirmatiuam, quòd hic tantum quæſitum fuit de peculiaribus.*

46 *Vſucapio in peculiaribus procedit etiam in utilitatem hæredum extraneorum.*

47 *Secunda eſt pars iſtius intellectus tenendo literam negatiuam, quòd in peculiaribus non procedit uſucapio, quod tamen non eſt uerum.*

48 *Secundus modus eſt legendi hanc ſecundam partem quòd hic quæratur de peculiaribus & non peculiaribus qui etiam diuiditur propter duplicem literam.*

49 *Intellectus tertius eſt quòd hic decidatur uſucapionem habere locum in non peculiaribus, qui tamen non eſt uerus.*

50 *Quartus eſt intellectus quòd hic quæratur de peculiaribus, & non peculiaribus, & quòd decidatur in non peculiaribus non habere locum uſucapionem, qui defenditur à contrarijs.*

51 *Ridiculum eſt ſecundum Alcia. quòd Iulianus mortuus reſpondeat Marcello uiuo.*

52 *Non eſt ridiculum imò naturaliſſimum Marcellum & Iulianum eodem tempore uixiſſe.*

53 *Circa perſonam hæredum adhuc dantur tres intellectus, quòd tota lex loquatur de extraneis hæredibus. alius quòd loquatur de ſuis hæredibus, Tertius quòd loquatur de omnibus hæredibus.*

54 *Duodecim dantur intellectus ad iſtam legem qui reddunt eam dubiam & confuſam, ut nullum poſſimus dare intellectum nouam deciſionem ponẽtem*

55 *Tota hæc lex dubitat de lege Cornelia an per eam uſucapio proſit hæredibus.*

56 *Paulus habuit pro reſolutis omnes deciſiones ſuprà poſitas de poſtliminio.*

57 *Paulus hic uoluit expreſsè & implicitè determinare omnes caſus ſupra poſitos pertinentes ad leg. Corneliam, quod demonſtratur.*

58 *Propter generalitatem caſuum hæc lex redditur utilis.*

59 *Parum intereſt an litera ſit affirmatiua uel negatiua.*

60 *Concludas igitur quòd hæc lex format duas quæſtiones in materia legis Corneliæ de quæſitis ante captiuitatem & poſteà, & deciditur in peculiaribus procedere, & in non peculiaribus procedere uſucapionem.*

Secunda pars principalis.

61 *Diuiditur in multas partes*

62 *Summatur ſecundum doctо.*

63 *Summatur alio modo.*

64 *Caſus figuratur explicans totam materiam de poſſeſſis ante captiuitatem.*

65 *Ratio decidendi latè ponitur cum reſponſionibus reſoluentibus difficultates in tota materia.*

66 *Caſus figuratio in ſecunda parte explicans textum ſecundum lecturam affirmatiuam.*

67 *Caſus figuratio explicans textum ſecundum literam negatiuam.*

68 *Verbum poſſidebat, poſitum in tex. intelligitur generaliter per ſe uel per alium, & quæſtio fuit facta de omnibus non peculiaribus.*

69 *Verbum ante uſucapionem, intelligitur ſcilicet completam cum tamen recepta eſſet.*

70 *Verbum hæredem, hic poſitum intelligitur de extraneo.*

71 *Argumentum de reuerſo ab hoſtibus per poſtliminium & ibi mortuum per legem Corneliam procedit datis paribus terminis.*

72 *In non peculiaribus fictione legis Corneliæ uſucapio non prodeſt hæredi.*

73 *Per captiuitatem amittuntur omnia iura ſicut poſſeſſio: ſed iura conſeruantur per legem, & poſſeſſio extinguitur.*

74 *Dominia quare ſuſtineantur cum requirant traditio nemini acquirendo.*

75 *Dictio quemadmodum, ſtat interrogatiuè & aliis modis hic relatis.*

76 *Quæ non proſunt recuperari per poſtliminium: nec per legem Corneliam proſunt hæredi, quomodo procedat.*

77 *Per legem Corneliam uſucapio non prodeſt hæredi in poſſeſſis per alium.*

In uerſi. quod ſi ſeruus, uaria colliguntur ſecundum uariam literam.

78 *Notabilis tex. ſecundùm literam affirmatiuam cum literæ declaratione.*

79 *Declaratio literæ ſecundum literam negatiuam cum notabilibus ex ea.*

80 *Declaratio literæ ſecundum uerum intellectum.*

81 *In peculiaribus poſt captiuitatem quæſitis incipit uſucapio uera, & reſpondetur contrarijs.*

82 *Seruus peculiaria uerè poſſidet poſſeſſione naturali, & ciuili.*

83 *In non peculiaribus uſucapio non prodeſt hæredi per legem Corneliam, & reſpondetur obiectis.*

84 *Vſucapio an, & quomodo ſiet in pendenti, declaratur.*

85 *Hæreditas in quibuſdam repræſentat perſonam defuncti, quo modo intelligat*

86 *Trima oppoſitio Bar. declaratur quare poſſeſſio non recuperetur poſtliminio.*

87 *Poſſeſſio rei propria quæ iuſta eſt, quare non contineatur poſtliminio.*

88 *In fictione translatiua requiritur extremum ad quod habile, & extremum à quo.*

89 *Poſſeſſio non recuperatur poſtliminio: quia in illa operatione procedit ſecundum ueritatem, & declaratur quarta oppoſitio.*

90 *Iura omnia recuperantur per poſtliminium, & quare declaratur.*

91 *Poſſeſſio quæ iuris eſt quare non recuperatur, declaratur.*

92 *Facta non contineri in poſtliminio, quomodo procedat. & quare poſſeſſio in peculiaribus quæ facti eſt contineatur.*

93 *Lex fingit ſuper factis quando placet, & eſt utile non enim cogitur, & quando fingit aliqua æquitas ſemper conſideratur.*

94 *Vſucapio an ſit iniqua uel æqua declaratur, reſoluendo contraria.*

95 *Ratio quòd poſſeſſio facti ſit, & uſucapio eſt iniquum præſidium oppugnatur.*

96 *Decem rationes docto. imperfecta referuntur, & reprobantur.*

97 *Ratio Alcia. dictans ius naturale facti eſſe refertur & repræhenditur.*

98 *Nulla ratio aſſignata per docto. per facta eſt: quia non conſiderauerunt ſeparatas operationes poſtliminij.*

99 *Ratio quare poſſeſſio non contineatur in poſtliminio in prima operatione ponitur & declaratur.*

100 *Ratio quare omnia iura recuperantur & non poſſeſſio, ponitur & defenditur.*

101 *Ratio quare iura retro transferuntur & non poſſeſſio, ponitur & defenditur.*

102 *In fictione translatiua requiruntur duo extrema habilia.*

103 *Intellectus legis donationes quas parentes. C. de donatio. inter. uir. & uxor. an trahatur retro quantum ad dominium inquiritur, & latè examinatur.*

104 *Opinio Iaſ. quòd donatio trahatur retro quo ad dominium refertur, & confirmatur concludentibus rationibus.*

105 *Intellectus glo. in l. Gallus. §. ſi eius. ff. de lib. & poſt. quare ibi fictio non trahatur retro declaratur.*

106 *Lex an fingat ſuper impoſſibili latiſſimè examinatur.*

107 *In his quæ ueniunt in conſequentiam non requiritur habilitas extremorum.*

108 *In peculiaribus ſuper quo ſubiecto procedat fictio declaratur.*

109 *Argumenta referuntur quòd fictio procedat ſuper impoſſibili, & reſpondetur eis.*

110 *Opinio Alciati, refertur*

111 *Opinio communis plenius declaratur: & confirmatur ultra alios.*

112 *Extremum à quo quale debeat eſſe latè examinatur ... mplis Bar.*

113 *Intellectus l. bonorum. ff. rem ratam haberi latiſſimè inquiritur.*

114 *Intellectus le. neceſſario. §. quod ſi pendente. de pericul. & commod. rei uendita examinatur.*

115 *Conditio in nouatione an retro trahatur, & quare.*

116 *Exemplum de cordula bonum eſt, & multum probabile.*

117 *Fictio in relegata quomodo retro trahatur.*

118 *Intellectus leg. ſi pater captus. ff. de uulg. & pupill. declaratur,*

119 *Fictio quomodo procedat in filio nato apud hoſtes, & declaratur lex prima. C. de captiuis.*

120 *Reſponſiones generales docto. demonſtrantur non bonæ,*

121 *Argumenta referuntur quod fictio procedat ſine habilitate extremi à quo.*

122 *Intellectus l. quædam ſunt. digeſtis de reb. dubijs. latè declaratur.*

123 *Intellectus ad l. proponebatur. ff. de caſtren. pecul. etiam declaratur.*

124 *Intellectus ad l. ſi exhæredatis. ff. ad ſyllanianum demonſtratur.*

125 *Intellectus l. ſi filius. ff. de uerb. obligatio. inquiritur.*

126 *Homicidium ratificatum quomodo poſſit retro trahi cum hodie de nouo fieri non poſſit.*

127 *Intellectus l. bonorum. §. primo. ff. rem ratam haberi. iterum declaratur*

128 *Theorica Iaſ. & Croti ponens regulam & fallentias multas refertur: quando fictio requirat extrema habilia.*

129 *Noua & magis intelligibilis theorica traditur conſiderando quòd fictio aliquando fit propter ſe tantum, aliquando de re trahenda propter ſeruitium alterius rei.*

130 *Quando fictio fit propter ſe requiritur extremum à quo eſſentialiter interuenire, quod conſiſtit in re ipſa quæ retro trahitur.*

131 *Quando fictio fit de re trahenda propter aliam rem, ſemper res quæ retro trahitur debet reperiri eſſentialiter cum aliquali potentia perfectionis.*

132 *Actus ſeu res ſuper quo fit fictio requiritur quòd ſit in rerum natura: ſed non cum tanta habilitate: quia non mouetur.*

133 *In fictione translatiua ſemper requiritur quòd res quæ retro trahitur actualiter interueniat: ſed ſi fiat ſuper alia re uel actu, ſufficit eſſe in rerum natura. ſed non cum tanta habilitate,*

134 *Poſtliminium habet duo capita ſecundum docto. quæ reducuntur ad uarias operationes.*

135 *Primum caput poſtliminij operatur ſecundum ueritatem, & quare*

136 *Secundum caput poſtliminij operatur ſecundum fictionem, & quare, & quomodo.*

137 *Verba quædam ſunt quæ derogant fictionem ſecundum eorum naturam quæ hic referuntur.*

138 *Lex poteſt facere quòd iura acquirantur & ſuſpendantur ſine facto licet poſſeſſio non ſuſpendat.*

139 *Facta ipſo iure recuperata propter aliquod contingens poſſunt poſtea retro fingi facta*

140 *Reuerſus ab hoſtibus & de facto apprehendens poſſeſſionem*

ſionem rerum aũ illa retro trahatur ut ibidem declaratur.

141 Reuerſus ſtatim quòd ponit pedem in limine imperij recaperat libertatem, & poſteà ciuitatem nec dicitur pluries recuperare ſed unico inſtanti.

142 Verbum ciuitate poſitam in l. retro. ff. de cap. intelligitur legaliter.

143 Omnia quæcunque poſt reuerſionem acquirantur in futurum proſunt, & non retro per poſtliminium trahuntur.

144 Fictio leg. Corneliæ quomodo procedat ad exemplum poſtliminij declaratur.

145 Termini legis Corneliæ, & poſtliminij quomodo conueniat declaratur.

146 Similitudo inter poſtliminium, & legem Corneliam quomodo procedat declaratur.

147 Quo iure procedat fictio de poſſeſſione hæredis retro ad poſſeſſionem defuncti declaratur. ſed extra terminos legis Corneliæ.

148 Extremum ad quod quando debeat eſſe habile eſſentialiter uel potentialiter.

149 Quando conſtat de uoluntate legis omnis fictio ſine habilitate extremorum procedere poteſt.

150 Extrema quomodo debeant eſſe habilia in alijs fictionibus declaratur.

151 Quando parum deficit ad uſucapionem utrum interrumpatur per captiuitatem declaratur ſecundum Bartol.

152 Vſucapio an debeat dici iniqua.

153 Vſucapio quomodo procedat quando parum deficit plenius declaratur concludendo quòd non habet locum in captiuo.

154 Poſſeſſio quomodo dicatur habere plus iuris, quàm facti, & è contrariò declaratur ultra alios latè.

155 Poſſeſſio an ipſo iure poßit recuperari inquiritur.

156 Poſſeſſio ſerui an ſit neceſſaria, ut per eum poſsidere, & poſſeſſionem acquirere poſſimus.

157 Poſſeßio, & uſucapio in peculiaribus ſuſpenditur, & recuperatur.

158 Poſſeſſio ex cauſa non peculiari an per alios ignoranti acquiratur diſcutitur latè reſpondendo contrarijs.

159 Poſſeſſio retenta per corpus ſuum an habeat multum iuris propter animam diſcutitur.

160 Animus an dicatur eſſe iuris uel facti per aliam conſiderationem declaratur.

161 Poſſeſſio in rebus peculiaribus omninò habet plurimum iuris.

162 Extremum ad quod quomodo reperiatur in fictione poſtliminii, & legis Corneliæ.

163 Reuerſus ab hoſtibus an recuperet poſſeßionem, & uſucapionem uerè uel per fictionem diſcutitur, & nouiter declaratur.

164 Serui peculiares uerè poßident ciuiliter, & naturaliter ſupplente, & coniuncto peculio.

165 Seruus rerum peculiarium eſt uerè dominus naturaliter.

166 Intellectus legis ſi. §. fin. infra eo. inquiritur, & declaratur.

167 Verba legis in hac ſecunda parte declarantur, & adaptantur determinando tamen quòd ex eis nulla noua deciſio fieri poteſt.

168 Poſſeßio per corpus alienum in non peculiaribus an procedat referuntur rationes Bartol. quibus reſſpondetur.

169 Articulus latiſſimè examinatur an poſſeßio captiui cum corpore alterius per captiuitatem interrumpatur.

170 Fundamenta Iacobi de Arena referuntur, & eis reſpondetur.

171 Veram eſſe communem opinionem quòd per captiuitatem interrumpitur poſſesſio captiui cum corpore alterius plenè demonſtratur.

172 Materia hæc uſucapionis per poſtliminium, & leg. Corneliam tota reducitur ad duas breues regulas cum una fallentia.

173 Intellectus l. ſi. §. ſi. iteram, & plenißimè examinatur referendo ſex ſolutiones docto.

174 Differentiæ omnes quæ ſunt inter res peculiares, & non peculiares poßeßas hic referuntur, & examinantur.

175 Differentia inter ſuum, & extraneum hæredem in uſucapione referuntur.

176 Verſi. Marcellus declaratur, & quid decidat ſecundum uarios intellectus demonſtratur.

177 Contradictio Marcelli ſibi ipſi malè poteſt euitari.

178 Augetur confuſio: quia quod determinauerit Marcellus adhuc non bene apparet.

179 Intellectus Ruy. refertur, & examinatur latè, & repræhenditur.

180 Verſi. quemadmodum declaratur, & quid decidat & cuius uerba referat ſecundum uarios intellectus.

181 Iuliani uerba an in uerſi. quemadmodum poßint eſſe declaratur contra Alcia.

182 Verſiculus nam, & hæreditatem. quem ſenſum habeat ſecundum uarios intellectus declaratur. Glo. ſi. declaratur cum tota materia.

183 Poſſeßio rerum per corpus alienum circumſcripta uſucapione an interumpatur per captiuitatem.

184 In peculiaribus quæſitis ante captiuitatem procedit uſucapio.

185 In peculiaribus quæſitis poſt captiuitatem procedit uſucapio, & tolluntur quædam obiecta.

186 In peculiaribus omnibus ſemper procedit uſucapio.

187 In rebus poſſeſſis per corpus captiui non procedit uſucapio.

188 In rebus poſſeßis per alium ante captiuitatem non procedit uſucapio, & tolluntur quædam obiecta.

189 In rebus emptis poſt captiuitatem per ſeruos uſucapio non procedit. Limitatur non procedere in ſuis hæredibus.

190 Tota materia reducitur ad duas regulas cum duabus fallentijs.

Tertia pars principalis in qua tractatur de fictione.

191 Sumpta occaſione ab hac le[illegible] docto. examinauerunt

totam materiam fictionis.
192 Quid ſit fictio examinatur.
193 De eſſentia fictionis eſt quòd fiat de re certa, & apparenti.
194 Fictio differt à mendaciis dolis, & falſitatibus: quia in eis agentes occultant ueritatem.
195 Contra fictionem non admittitur probatio in contrarium.
196 Secundò de eſſentia fictionis eſt quòd falſum pro ue ro aſſumatur.
197 Mendacia eſt falſitates an approbentur à lege.
198 Tertiò eſt de ſubſtantia fictionis quòd ſuper falſo aſ ſumpto diſponatur ac ſi eſſet uerum.
199 Quartò de ſubſtantia fictionis eſt quòd fiat ſuper poſ ſibili ſecundum Bar.
200 Sed quòd imò fiat ſuper impoſſibili multa adducitur.
201 Variæ traduntur reſolutiones an fictio procedat ſuper impoſſibili omnes imperfectæ.
202 Verior eſt opinio quòd fictio fiat ſuper impoſſibili quando conſtat de legis diſpoſitione.
203 Lex non prohibetur fingere ſuper impoſſibili: ſed præſumitur hoc non facere niſi expreſſè conſtet de eius uoluntate.
204 Quintò de ſubſtantia fictionis eſt quòd fiat à lege ſe cundum Barto. Cum homo ſecundum eum fingere non poſſit.
205 Contrarium determinatur per auctorem quòd imò ſæpiſſimè fiat ab homine, quod multis exemplis demonſtratur.
206 Pater an poſſit filium emancipare ad unum actum di ſcutitur.
Sextum eſt requiſitum quòd aſſumptio capiatur pro genere ſecundum Bar.
207 Aſſumptio eſt genus fictionis ſecundum Bar. quod de feuditur ab obiectis Alcia.
208 Septimum eſt requiſitum fictionis ſecundum Alcia. quòd iuſta cauſa fingendi interueniat. ſed melius eſt dicere quòd ſit de naturalibus fictionis.
209 Diffinitio Bar. eſt ſuperflua in uerbo poſſibili, & diminuta in fictione hominis.
210 Verbum in re poſſibili, & uerbum diſpoſitio, & uer bum ex iuſta non conueniunt diffinitioni cum potius ſint de naturalibus fictionis.
211 Diffinitio noua traditur continens quatuor ſubſtantialia tantum.
212 Verbum in re certa excludit præſumptionem dolos, & falſitates ſimulationes, & fraudes.
213 Fictio diuiditur in duo genera ſubalterna uidelicet fictionem legis, & hominis.
214 Fictio hominis diffinitur noviter.
215 Fingendi poteſtas generaliſſima eſt omni iura permiſ ſa in omnibus animalibus & aliis naturalibus fieri poteſt.
216 Secunda eſt diuiſio fictionis in tres ſpecies diſtincta inductiuam priuatiuam, & translatiuam.
217 Tertia eſt diuiſio quòd fictiones hominum aut ſunt pro pria aut impropria. falſitates nanque uel mendacia ſunt fictiones impropriæ.
218 Quarta diuiſio quòd fictiones aut ſunt præter legem aut ſecundum legem.
219 Fictio legis eſt de quo loquuntur hic docto.
220 Aliæ diuiſiones docto. hic referuntur quæ tamen om nes imperfectæ ſunt.
221 Sed melior eſt illa Bar. cum ſuis nominibus.
222 Exemplum de nouatione cum ſuis ſimilibus non conuenit fictioni.
223 Diffinitio Bar. de fictione inductiua refertur, & exa minatur.
224 Noua diffinitio traditur, & comprobatur.
225 Fictio ſui natura procedit in his quæ ſunt facti, & per fictionem lex omnia facta mutare poteſt.
226 Fictio inductiua an fingat impoſſibilia declaratur.
227 Poſſibilitas in genere ſubalterno non ſemper ualidat fictionem.
228 Lex quòd fingat ſuper impoſſibili in genere, & in ſpecie ex multis exemplis declaratur.
229 Fictio de non nato quomodo poſſit fieri ſuper impoſ ſibili.
230 Fictio quòd duo ſint debitores inſolidum quomodo fiat ſuper impoſſibili, & declaratur leg. eandem. cum ſimilibus. ff. de duobus reis.
231 Fictio quòd quis bis occidatur quomodo poſſit dici fie ri ſuper poſſibili.
232 Fictio de muliere muta ſtipulante quomodo poſſit fie ri ſuper impoſſibili.
233 Fictio quòd quis per alium facit quomodo fiat ſuper poſſibili declaratur.
234 Fictio regulariter fit ſuper poſſibili in genere, & ità præſumendum eſt: tamen ſi legi placet etiam ſuper impoſſibili fingere poteſt.
235 Lex qui ad certum. cum concordantibus non probant quòd lex non poſſit fingere ſuper impoſſibili.
236 Adoptio eſt fictio hominis adiuuante lege non autem fictio legis.
237 Fictio inductiua an procedat in his quæ ſunt meri iu ris latè diſcutitur.
238 Lex an poſſit facere quòd quidam ſint ſui, & quidam alieni iuris, uel an ſit uſuſfructus ſine ſubſtantia ſecundum ueritatem.
239 Lex fingit ſuper iure fundato in ſubiecto naturali.
240 Lex minoris auctoritatis ſi contradicit legi maioris auctoritatis fingere dicitur.
241 Lex municipalis poteſt uerè diſponere contra ius gentium, & ciuile.
242 Filius legitimatus an dicatur uerè legitimus latiſſimè diſcutitur reſpondendo fundamentis utriuſque partis.
243 Fundamenta quòd legitimatus non ſit uerè legitimus referuntur & eis reſpondetur.
244 Diſtinctio, & reſolutio Benedicti de Plumbino refertur.
245 Noua diſtinctio traditur conſtituendo multos caſus.
Filius legitimatus non dicitur uerè legitimè natus.
246 Filius legitimatus non dicitur uerè natus ex legitimo matrimonio.
247 Filius legitimatus ab eo qui poteſt diſpenſare ſuper matrimonio de præſenti dicitur uerè legitimus.

Filius

248 *Filius legitimatus per ſubſequens matrimonium dicitur uerè legitimus retro ſi natus eſt ex ſoluto & ſoluta alioqui non erit.*

249 *Legitimatus per reſcriptum principis dicitur retro legitimus uerè quando natus fuit ex ſoluto & ſoluta alioqui ficté erit. legitimus.*

250 *Legitimatus ſi natus eſt ex matrimonio probibito de iure diuino à quocunquè legitimetur retro ficté dicitur legitimus.*

251 *Statutum loquens de filiis legitimè natis uel natis ex legitimo matrimonio non comprehendit legitimatos. idem in diſpoſitione teſtatoris.*

252 *Statutum loquens de filijs legitimis uerificatur in filijs legitimatis ex plenitudine poteſtatis, & in monaſterio ſubrogato.*

253 *Statutum loquens de filiis legitimis comprehendit legitimatos natos ex probibito matrimonio ſi præceſſit diſpenſatio Papæ.*

254 *Collegium Bononienſe habet poteſtatem pleniſſimè diſpenſandi in omnibus defectibus qui habet poteſtatem legitimandi ab Imperatore, Rege Franciæ & Papa.*

255 *Statutum loquens de filiis legitimis comprehendit legitimatos ex abſoluta poteſtate ab eis qui habent plenam poteſtatem diſpenſandi.*

256 *Satutum loquens de filiis legitimis non comprehendit diſpenſatos tantum.*

257 *Statutum loquens de filiis legitimis poteſt comprehendere omnes legitimatos per extenſionem quando militat eadem ratio.*

258 *Habens poteſtatem legitimandi à Carolo Quinto imperatore non poteſt legitimare niſi ſubditos imperii, non autem aliorum Regnorum.*

259 *Fictio quando procedat in his quæ ſunt mixtim iuris & facti.*

260 *Stipulatio in ſubſtantia ſemper eſt facti. ideo non probat concluſionem Bar.*

261 *Venditio quoquè dicitur eſſe facti, & ſolum contractus ſunt iuris approbatione.*

262 *Sententia quoquè & omnia acta iudiciaria facti ſunt in ſubſtantia. ideo nequè hoc exemplum probat concluſionem Bar.*

263 *Exemplum de poſſeſſione nec etiam eſt bonum quia ipſa facti eſt.*

264 *Veratamen eſt concluſio Bar. quòd lex fingit in his quæ ſunt mixtim iuris & facti.*

265 *Ciuilitas eſt mixta iuris & facti.*

266 *Ciuilitas eſt meri iuris quando factum requiſitum uerè interuenißet. ideo tunc efficitur uerè ciuis.*

267 *Ciues igitur poſſunt effici uerè atque etiam poßunt ficté introduci.*

268 *Ciuitas poteſt facere ſtatutum quòd exteri certis modis efficiantur ciues.*

269 *Quando ſtatutum dicit, quòd Florentini habeantur pro ciuibus utrum ipſi efficiantur uerè uel ficté ciues.*

270 *Ciuitas poteſt ſibi ligare manus ut ciues niſi cum certa ſolennitate facere non poſſint.*

271 *Quando ciuitas ligauit ſibi manus ciuis per priuilegium, non efficitur uerè ciuis, nec ficté niſi appoſita ſit clauſula derogatoria.*

272 *Effecti ciues per priuilegium contra ſtatutum acquirunt iura ciuilitatis licet non poſſint dici ciues.*

273 *Quando ſtatutum dat certam formam ſed non ligat ſibi manus, ciues per priuilegium efficiuntur uerè ciues.*

274 *Si ſtatutum requirit ad actum ciues originarios, omnes facti per priuilegium in eo de proprietate ſermonis non continentur.*

Fallit per extenſionem interueniente eadem ratione.

275 *Statutum requirens ciues ſimpliciter comprehendit ciues adoptiuos. fallit quando dicti adoptiui non habitant.*

276 *Statutum faciens mentionem de ciuibus alterius ciuitatis an comprehendat ciues adoptiuos latè diſcutitur.*

277 *Concluditur quòd contineantur.*

Fallit in duobus caſibus.

278 *Quid ſit fictio priuatiua inquiritur & diffinitur cum ſuis exemplis.*

279 *Fictio inductiua hominis diffinitur & declaratur cum ſuis exemplis.*

280 *Fictio priuatiua an habeat locum in his quæ ſunt meri facti.*

281 *Fictio iſta an procedat ſuper impoſſibili uel ſine æquitate.*

282 *Fictio priuatiua an habeat locum in his quæ ſunt meri iuris, & concluditur quòd non. fallit in certis caſibus.*

283 *Fictio priuatiua an habeat locum in his quæ ſunt mixtim iuris & facti, & concluditur quòd non licet ſecus ſit in præcedenti ſpecie.*

284 *Opinio Bar. non probatur per bona exempla: tamen ex alio capite poteſt ſuſtineri.*

285 *Intellectus leg. ſi unus. §. pactus ne peteret. ff. de pact. inquiritur.*

286 *Stipulatio an tollat ſtipulationem ipſo iure & quomodo noniter dicitur.*

287 *Pactum an habeat mixturam iuris ciuilis declaratur.*

288 *Pacta an tollant facta ipſo iure noniter declaratur.*

289 *Tria remedia ad oppugnandum contractus iura introduxerunt.*

290 *Pacta non reſoluunt contractus quando contrahentes hoc non intendunt cum ſolum uellint impedire executionem*

291 *Contractus per contrahentes tolluntur illis quatuor modis poſitis inſti. quib. mod. tolli. oblig. per totum.*

292 *Contractus per legem tolluntur quantum ad effectus iuris in totum, quantum uerò ad ſubſtantiam tolluntur per fictionem*

293 *Opinio Alcia. deſtruens hanc fictionem refertur & declaratur.*

294 *Opinio communis defenditur reſpondendo obiectis, quòd imò fictio priuatiua reperitur.*

295 *Indultum factum à principe cum ceſſatione proceſſus an acta tollat ipſo iure uel per fictionem.*

296 *Delictum an per indultum tollatur ipſo iure uel per fictionem.*

297 *Fictio tranſlatiua examinatur diffinitur.*

298 *Fictio trãslatiua de tempore ad tempus diffinitur & declaratur per exempla.*
299 *Fictio translatiua de tempore ad tempus habet locum in his quæ ſunt meri iuris.*
300 *Ratio aſſignatur quare in hac ſpecie ſingatur in his quæ ſunt meri iuris.*
301 *Extrema quomodo requirantur in hac fictione.*
302 *Monachus in capax inſtitutus an ſi tranſeat ad aliam religionem capacem adendo acquirat hæreditatem.*
303 *Dominium rei legatæ an uerè uel per fictionem tranſeat in legatarium, & defenditur communis diſtinctio.*
304 *Fictio de tempore ad tempus an habeat locum in his quæ ſunt mixti iuris & facti.*
305 *Conditio ſeu actus conditionalis an & quando trahatur retro.*
306 *Conditionis exiſtentia non plus poteſt concedere quàm ipſe contractus purus tribueret*
307 *Dominium quando trahatur retro per fictionem ponitur.*
308 *Conditio poteſtatiua non trahitur retro regulariter.*
309 *Legata conditionalia an trahantur retro latè diſcutitur.*
310 *In legatis conditionalibus non cedit dies niſi euemente conditione.*
311 *Intellectus l. qui balneum. §. ſed ſi hæres. ff. qui potio. in pignor. habean. inquiritur latè.*
312 *In dicto. §. ſed ſi hæres contractus pignoris trahitur retro non legatum.*
313 *Intellectus legis Neratius. ff. de manumiſ. teſtam. inquiritur & ſolutiones doctorum reprahenduntur.*
314 *In dicta leg. Neratius. conditio non retro trahitur: ſed uerificatio conditionis ſuſpenditur & declaratur.*
315 *Intellectus legis in ratione. §. primo. ff. ad l. falciam inquiritur & declaratur.*
316 *Fictio negatiua non requirit extremum à quo eſſe quia ſufficit non eſſe tamen ad aptatur exemplis.*
317 *Intellectus ad l. finalem. §. ſin autem. C. communia de legat ultra alios declaratur.*
318 *Conditio in legatis debilior eſt in conditionibus contrahentium in ſeptem.*
319 *Conditio in legato poſita quæ & hæredi ponitur non facit legatum conditionale*
320 *Filius ſtipulando ſibi eueniente conditione acquirit patri ſecus in legato conditionali.*
321 *Rationes uariæ aſſignantur quare in contractibus conditio retro trahitur & non in legatis.*
322 *In legatis inſpicitur ſtatus tempore conditionis & in contractibus tempus contractus & de ratione late inſtatur referendo plures.*
323 *Ratio quare in contractibus trahitur retro, & non in legatis eſt quia hæc eſt uoluntas teſtatoris.*
324 *In iudicijs an conditio retro trahatur inquiritur.*
325 *Iudicia an æquiparentur contractibus uel ultimis uoluntatibus inqui[illegible]ur.*
[illegible]uo æquiparant[illegible] tractibus multa allegantur.
327 *Multa quoquè allegantur quòd iudicia æquiparentur ultimis uoluntatibus.*
328 *Sententia non æquiparatur nec contractibus: nec ultimis uoluntatibus.*
329 *Intellectus ad l. ſecundam. §. biduum. ff. Quando appellandum ſit traditur.*
330 *Bar. in quæſtione propoſita de blaſphemante condemnato ut amputetur lingua non bene iudicauit, quia illa condemnatio trahitur retro.*
331 *In priuilegijs & reſcriptis conditio retro trahatur late diſcutitur.*
332 *Breuis diſtinctio nouiter datur an in eis conditio retro trahatur.*
333 *Extrema quomodo debeant interuenire in hac fictione*
334 *Fictio translatiua an habeat locum in re perempta refertur theorica Bar.*
335 *Iure perempta an conditio negatiua retro trahatur diſcutitur contra Bar.*
336 *Conditio negatiua habet ſemper incluſam affirmatiuam & affirmatiua dici poteſt.*
337 *Conditio negatiua in re perempta non magis trahitur retro, quàm conditio affirmatiua.*
338 *Intellectus ad l. quædam. ff. de rebus dubijs traditur*
339 *In re perempta an conditio affirmatiua in conſequentiam ueniens retro trahatur.*
340 *Teſtamentum filij captiui, qui mortuus eſt ante reuerſionem patris an rumpatur per eam*
341 *Legatum relictum ſub conditiane cum clauſula quòd Si illa extat ex nunc iterum legat an trahatur retro diſcutitur & concluditur quod ſic contra Bartolum.*
342 *Fictio translatiua dè perſona in perſonam quomodo procedat.*
343 *Quis ſit procurator, nuntius uel negotiorum geſtor & in quo differant.*
344 *Fictio de perſona ad perſonam quando poſſit fieri in his quæ ſunt meri facti.*
345 *Fictio de perſona ad perſonam quando poſſit fieri ĩ his quæ ſunt iuris & facti mixtim.*
346 *In his quæ ſunt meri facti, uel mixtim iuris & facti dominus plerunquè dicitur uerè diſponere.*
347 *In his quæ ſunt meri iuris acquiſitio ficte feri poteſt.*
348 *Noua diſtinctio traditur quando fiat fictio de perſona ad perſonam aut actus concipitur in perſona procuratoris, uel in perſona dominij per interuentum alterius.*
349 *In delictis quomodo fiat fictio de perſona ad perſonam declaratur.*
350 *Intellectus legis quod ſæpe. §. ſi quis amico. ff. de contrahend. emptio. inquiritur.*
351 *Differentiæ inter nuntium & procuratorem multæ referuntur.*
352 *Geſta per falſum procuratorem poſſunt ratificari non geſta per falſum nuntium*
353 *Geſta per procuratorem reuocatum poſſunt ratificari non geſta per nuntium reuocatum.*
354 *Mandans fieri homicidium ſi reuocauit mandatum notificando mandatario & non ipſi occidendo an teneatur ad pœnam diſcutitur.*

per

355 Per nuntium non quæritur alteri ſed bene per procuratorem.

356 Procurator & nuntius exequens ut nuntius aſſumit eius naturam

357 Quomodo per alium poſſit acquiri breuiter declaratur

358 Acquiri ciuiliter non poteſt per procuratorem ſine ceſſione.

359 Mandans fieri homicidium an contineatur in ſtatuto puniente homicidium.

360 Argumenta multa referuntur, quòd ſtatutum loquens in perſonam comprehendat mandantem faciens regulam cum duabus limitationibus.

361 Aliæ plures diſtinctionec docto. referuntur.

362 Alciati diſtinctio refertur facientis regulam cum tribus fallentiis.

363 Opinio auctoris ponitur conſtituens multos caſus

364 Statutum loquens in rem comprehendit de proprietate ſermonis mandantem.

365 Diſpoſitio puniens delictum ratione peccati comprehendit mandantem.

366 Statutum continens uerba generalia comprehendit mandantem.

367 Statutum comprehendit mandantem ne delictum omnino remaneat impunitum.

368 Statuta non pœnalia etiam in perſona loquentis quando comprehendant mandantem.

369 Statuta loquentia per uerba multum naturalia non comprehendunt mandantem.

370 Statuta ſimpliciter in perſonam loquentium quando comprehendant mandantem.

371 Theorica breuis datur cum regula & fallentiis.

372 Mulier prohibita contrahere per ſtatutum ſine conſenſu alterius, an poſſit per alium contraher, noua diſtinctio traditur.

373 Extrema qualia debeant eſſe in hac fictione.

374 Intellectus l. utrum. §.fi. ff. de parricidiis declaratur.

375 Dominus an poſſit conſtituere procuratorem inhabilem ut faciat habilem diſcutitur.

376 Faciens actum per nuntium inhabilem, perficit eum ſi ipſe habilis eſt.

377 Conſtituens procuratorem in habilem ad ſuſcipiendum habilem, ualet actus.

378 Conſtituens inhabilem, ut conſtituat certum & habilem admittetur, & habebit effectum.

379 Procurator habilis ſi efficiatur inhabilis poteſt ſubſtituere habilem.

380 Quando dominus dedit poteſtatem ſubſtituendi alium loco ſui, an poſſit ſubſtituere.

381 Fictio tranſlatiua de re ad rem quomodo fiat, declaratur per exempla hic poſita.

382 Fictio tranſlatiua de loco ad locum, quomodo fiat declaratur.

383 Scholaris habitans in loco ſtudii fingitur eſſe domi: & non efficitur ciuis in loco ſtudii.

384 Fictio de loco ad locum in quibus caſibus habeat locum. & nu. 402.

385 Habitans in loco corporaliter uerè dicitur animo habitare, etiam in loco in quo habet animum.

386 Extrema in hac fictione qualia debent eſſe declaratur

387 Quæ fuerit cauſa introducendi fictionem latè inquiritur.

388 Diſtinctio poſita per Bar. non procedit hodie facto inuentario.

389 Intellectus traditi per Bar. ad multa iura aliter declarantur.

390 Quæ fuerit cauſa fictionis inducendæ nouiter aſſignatur.

391 Debitor conditionalis an exiſtente conditione propriè dicatur debitor, latè inquiritur.

392 Statutum loquens de debito puro uel liquido, an comprehendat debitum purificatum.

393 Statutum loquens de debito puro uel liquido quando comprehendat conditionale purificatum.

394 Conſtituens ſe poſſidere nomine procuratoris emptoris, an transferat in emptorem poſſeſſionem.

395 Fundamenta Gulielmi referuntur an duæ fictiones concurrere poſſint.

396 Fundamenta pro contraria parte quòd duæ fictiones poſſint concurrere referuntur.

397 Reſolutio Bar. in quæſtione Gulielmi refertur, & repræhenditur.

398 Præſuppoſitum Bartoli eſſe falſum demonſtratur, quòd in quæſtione Gulielmi ſit una fictio tantum.

399 Conſtituens ſe poſſidere nomine procuratoris emptoris transfert in procuratorem poſſeſſionem quæ poſteà cedi debet emptori.

400 Conſtituens ſe poſſidere nomine procuratoris & emptoris fictè transfert poſſeſſionem in ſolum emptorem unde diſcutitur an ualeat.

401 Conſtituens ſe poſſidere nomine emptoris mediante procuratore acquirit ueram poſſeſſionem emptori.

403 Duæ fictiones an poſſint concurrere in eodem ſubiecto, pluribus rationibus comprobatur.

404 Nullo iure probatur quòd plures fictiones concurrant: quia ueniunt in conſequentiam, uel quando naſcuntur ex diuerſo fonte.

405 In omnibus legibus permittentibus plurec fictiones uerum eſt unum quòd naſcuntur ex diuerſo fonte, & ex eodem fonte, uel ueniunt in conſequentiam & principaliter.

406 Rationec per Bar. traditæ debiles ſunt, & non concludunt.

407 Diſtinctio Bar. quòd fictiones ueniant in conſequentiam confunditur.

408 Intellectus ad l. ſi uerò non remunerandi. §. primo. ff. mand. nouiter datur.

409 Intellectus ad l. iuſiurandum. §. tutor. de acceptilationibus inquiritur.

410 Iura quæ pro Bartoli opinione allegantur declarantur.

411 Intellectus l. prima. C. de dot. promiſſione declaratur remiſſiuè.

412 Quoniam nulla lege probatur quòd lege diſponente non poſſunt concurrere plurec fictiones, ideò dicitur regulam eſſe præſumptiuam, quòd plures non poſſunt concurrere fictionec.

413 Si lex diſponit plures fictiones concurrere illa attenditur & concurrunt.

414 Finis l. ſi is qui pro emptore, huius primæ partis. ff. Noui,

Lex ſi is qui pro emptore. ff. de uſucapio.

1 IN hac lege tractatur
quomodo per, captiui
tatem poſſidentis in-
terrumpatur poſſeſſio
& uſucapio, & quan-
do etiam nõ obſtante
captiuitate per poſtli-
minium uſucapio re-
uerſo procedere poſſit
atque etiam quomodo per legem Corneliam
uſucapio proſit hæredi captiuo mortuo apud
hoſtes. eius tamen deciſio eſt tam uaria, am-
bigua, & inuoluta per narios intellectus in ea
traditos, ut quid ſibi uoluerit Paul. ad huc in-
certum ſit, & dicebat cum rations Bat. quòd
hæc lex eſt difficilis iu tex. difficilior in glo. &
difficillima in materia, & quamuis Iaſ. diceret
quòd imò in glo. facilis eſt: quia omnes ſunt
expoſitiuæ literæ: tamen uerè difficilimę ſunt:
quoniam tot inuolutiones literæ & intellectus
cumulãt, quod quid etiã ipſe uoluerint non ap
pareat, & quoniam ſubſtantia iſtius legis de-
pendet à uiribus iuris poſtliminij, & legis Cor
neliæ, & quomodo per utrunquè remedium
poſſeſſio, & uſucapio recuperari, uel procede-
re poſſit, ut aditus ad difficultates aperiendas
præſtetur, ad euidentiam præmittenda ſune
aliqua quæ hic imperfectè tetigerunt Iaſ. &
alij, & multa alia ultra docto. ualde neceſſa-
ria, & ante omnia uidendum eſt de origine &
uiribus poſtliminij, & legis Corneliæ, & eo-
rum uirtute circa poſſeſſionem & uſucapionem.

2 Sciendum eſt igitur † quòd cum inſtinctu
naturæ omnia per bellum in hoc mundo proce
dant: ſecundum quod dixit philoſophus, & ex
contrarijs principiis Deus ab inirio mundum
creauerit ut elementa inter ſe pugnare appa-
reant, animalia quoque inuicem pugnent, &
Caim primus homo natus fratrem interfecerit.
ab exordio mundi homines etiam pugnare in
ter ſe cęperunt, quæ bella ex diſtinctione do-
miniorum, & inductioue regnorum aucta fu-
ere, ut quaſi deſtructionem mundi inferre uide
3 rentur. † unde ut huic calamitati prouideret, eo
dem inſtinctu naturæ gentes accurrere uolen-
tes, captiuitates, & ſeruitutes conſtituerunt
homines uictos conſeruando, per quas ſeruitu
tes captiui in totum efficiebantur in dictione
capientium, ut omnia bona ſua atquè liberta-
tẽ amitterent, ut nihil quod ſuum eſſet habere
poſſint, ut inſti. per quas perſonas nobis ac-
quiritur. §. item ſerui & l. item in poteſtate. ff.
de his qui ſunt ſui uel alieni iuris. ita quòd ni-
hil etiam poſſidere poſſint, cum qui poſſidetur
ab alio nihil poſſidere poſſit, l. cum hæredes.
§. primo ſupra de acquir. poſſeſſio. & l. liber
homo. §. fi. ſup. de acquir. rer. domi. & ſi bo-
na capientium fuiſſent in territorio hoſtium
per captiuitatem acquirebantur capientibus
ex tegulis ſeruitutis, & ſi erant in territorio
alieno cum hoſtibus acquiri non poſſent, rema
nebant uacantia, & in bonis nullius conſtitue-
bantur deficiente domino & poſſeſſore. unde
occupanti acquirebantur iure naturali, & gen-
tium, & ciuili. §. nullius & §. pe. inſti. de rer. di-
uiſio. & l. ij. ff. pro ſuo. & l. j. in fi. princip. ſup.
de acquir. poſſeſſio.

Propterea ſequebatur quòd ſi captiui poſt
longam ſeruitutem reuertebantur; omnia bona
ſua inueniebant cum toto occupata, ut nec lo-
cum ſuum habere poſſint in quo dormire & ſe-
dere ualerent: nec aliquod ius ad ea recupe-
randa ſibi competere poterat. unde eueniebat
quòd ille qui erat benemeritus de republca, &
pugnando defenſauerat imbelles, & impoten-
tes uel pugnantes cum mortuis ipſe fame in
uia, & cum miſeria perire cogebatur, quòd erat
4 inhumanum ualde & crudeliſſimum. † ideò eo-
dem inſtinctu naturæ inſtigante gentes reme-
dium adhibere deliberauerunt, & ius poſtlimi-
nij induxerũt quod tres notabiles operationes
faciebat. primò ſuſpendebat omnia iura ipſius
captiui, ut dominia rerum, & actiones, & cæ-
tera ſua iura conſeruando ea ex ſpeciali fauore
ſicut hæreditas iuuenta fuit quæ conſeruaret iu
ra defuncti ante aditam hæreditatẽ per quam
conſeruationem bona non poterant dici uacan
tia: neque eſſe in bonis nullius, ſicut nec bona
hæreditaria propriè poſſune dici in bonis nul-
lius propter ſpem noui dominij ſucceſſuri, per
hanc primam operationem occurebatur ut oc-
cupanti concedi non poſſent, quæ ſuſpenſio du
rabat uſq; ad tempusquo reuerteretur. Captiuo
autem reuertente ſecundam operationem fa-
ciebat poſtliminium ut ſtatim quòd pedem in
limine imperii poneret, recuperaret omnia iu-
ra ſua iam ſuſpenſa, & incontinenti efficeretur
dominus eorum. §. ſi quis ab hoſtibus. in prin-
cipio iuncto fine inſt. quib. mod. ſoluit. patr.
poteſtas. Sed quoniam hæc recuperatio tan-
tummodo ius in futurum concedebat, & retro
bona remanebant ſine dominio, ſubiunxit po-
ſtea tertiam operationem fingendo reuerſum
retro ſemper fuiſſe in ciuitate uel imperio, l. re
tro. inf. de captiu. per quam fictionem faciebat
quòd ipſe retro ſemper fuerit dominus, ut à die
captiuitatis uſquè ad diem reuerſionis ſemper
dominus fuiſſe æſtimaretur.

5 Illæ tamen tres † operationes poſtliminij, fue
re diuerſæ naturæ: quia prima ſuſpenſiua, & ſe-
cunda recuperatiua procedebant ſecundum ue
ritatem uerè omnia iura ſuſpendendo, & uerè
faciendo quòd per reuerſionem ea recuperaren
tur. Tertia autem pars procedebat per fictio-
nem fingendo retro ſemper fuiſſe in ciuitate di
cta l. retro. quę conſideratio eſt magni momen-
ti per ea quæ infra dicemus cum Bar. licèt Iaſ.
in aduertẽter præſupponat omnem operationẽ
poſtli-

poſtliminii fieri per fictionem.

6 Quod remedium† ſaluberrimum fuit, & optimè prouidens captiuis reuerſis: ſed tamen poſteà ex experientia apparuit quòd erat defectiuum: quoniam ſæpiſſimè contingebat ꝙ captiui moriebantur apud hoſtes, etiam poſt longum interuallum, quo tempore prouiſio poſtliminii non habebat locum: neque reſpectu ſuſpēſionis: neq; recuperationis: q̃a tota illa procedebat quando captiuus reuertebatur ab hoſtib. eo autem moriente apud hoſtes omninò ceſſabat. Vnde ſuccedebant prædicta inconuenientia ꝙ bona erant uacantia, & occupantibus quibuſq; etiam alienigenis concedebatur excluſis filiis, conſanguineis, & omnibus aliis coniunctis qui forſan ibi non reperiebantur eueniebant quoq; quòd ſi ante captiuitatem feciſſet teſtamentum illud tanquàm factum à ſeruo nullius eſſet momenti, & irritum efficeretur, l. lege Cornelia. ff. de teſtam. at filii quoq: non eſſent in eius poteſtate, d.§. poſthumus. inſti. quib. mo. ſolui. patria poteſt, & quòd plus eſt: neque erant agnati parētibus ſuis propter capitis diminutionem, ut inſti. de cap. diminutione. §. pe. unde ipſi neq; ex teſtamento quod irritum erat: neque ab inteſtato cum aliis agnatis ſuccedere poterant, & ità eueniebat ꝙ ille qui erat benemeritus de republica, & alios defenſauerat hæredes habere non poſſet, atque filii ſui ab omnibus bonis excluſi fame, & cum miſeria perire cogerentur. l. is qui cum gloſſ. ff. de teſtam. & §. alio, & §. non tamen inſti. quib. mod. infirmatur teſtamentum.

7 Proptereà† populus Roma. qui propter continua bella hæc in dies uidebat prouiſionem quoque in hac parte facere curauit, & inde lata fuit lex Cornelia teſtamentaria, quæ inter aliā diſpoſuit quòd ſi captiuus moreretur apud hoſtes fingeretur mortuus præambula hora captiuitatis, in tempore quo ipſe, liber eſſet, & ſui iuris, & omnia bona poſſideret, l. in omnibus. inf. de cap. & per conſequens haberet omnes illos hæredes quos habuiſſet ſi mortuus fuiſſet in ciuitate, ſiue ab inteſtato ſuccederent, ſiue in teſtamento inſtituti fuiſſent, cū teſtamentum illa lege cōfirmatū fuerit d. l. leg. Cornelia. ff. de teſta. & ſubſtitutiones haberent locum ac ſi filii fuiſſent in poteſtate lege lex Cornelia. ff. de uulg. & pup. & l. bona. in prin. ſup. de cap. & ſi filii poſt captiuitatem aliquid acquirerēt ſibi ipſi acquirerēt perinde acſi præambula hora captiuitatis parētes mortui fuiſſent, & ſi morerentur ante patrē, bona acquirerentur, hæredib. patris. Hæredes tamen cōſiderentur qui eſſent uiui tēpore mortis eius apud hoſtes, & ſi eſſent mortui tēpore mortis captiui, licèt eſſēt uiui tempore captiuitatis non ſuccederent nec ſucceſſiſſe fingerentur, d. l. bona. §. quòd ſi filius. infra de cap. ità quòd faciebat captiuum nūc mortuum fingi mortuum hora captiuitatis: tamen ſi durante captiuitate aliqua immutatio eueniret traheretur præſens tempus ad captiuitatis tempus, ac ſi ſtatus præſens fuiſſet tempore mortis, dicta l. bona. & l. Gallus. §. quod ſi eius. cum multis aliis ſupra de lib. & poſthum. Ideò in dicta l. bona traditur alia regula ꝙ habebit illos hæredes quos habiturus fuiſſet ſi poſtliminio eſſet reuerſus. Vnde bona quæſita per ſeruos, & filios durante captiuitate pertinerent ad hæredes. l. prima. & l. in bello. §. ſi quis capiatur. infra de capt. & poſt.

8 † Quæ prouiſio l. Corneliæ principaliter fuit inductiua fictionis: quoniam ante omnia finxit mortuum apud hoſtes fuiſſe mortuum præambula hora captiuitatis. illa tamen non ſufficiebat ad complementum prouiſionis. Vnde, & quinque alias ſpeciales diuerſas operationes fecit. Nam cum fictionem ſuam differt uſque ad tempus captiuitatis, ità quòd interim dum eſſet uiuus fictio non eſſet remanebat ueritas illo tempore, ut bona eſſent uacantia cum omnibus iuribus ſuis, & in bonis nullius. Vnde neceſſariò, & ipſa ad exemplum poſtliminii introduxit ab hora captiuitatis ſuſpenſionem omnium iurium uſque ad tempus mortis, atque etiam eo tempore eueniente introduceret quòd bona tranſirent in hæreditatem, cum de iure communi tranſire non poſſent atque etiam, & quarto diſpoſuit quòd hæreditas interim dicatur iacere. & ſic finxit hæreditatem iacere à die mortis uſque ad tempus captiuitatis, lege tertia. cum gloſſa. infra de uerborum obligationib. Item & introduxit quòd hæres per aditionem acquireret dicta iura transfuſa: ſicut ſi uacarent per mortem, atque etiam quòd dicta iura acquiſita retro traherentur ad tempus captiuitatis. lege hæres quandoque. ff. de acquirend. hæredita. l. lex Cornelia. & ſic lex Cornelia ſex principales operationes induxit. Primò ab hora captiuitatis ſuſpendit. Secundò mortem captiui euenientem retro trahit. Tertiò iura ſuſpenſa in hæreditatem transfundit. Quarto fingit hæreditatem iacere. Quintò facit, ut per aditionem omnia dicta iura acquirantur. Sextò quòd acquiſita retro trahantur. & ſic fecit tres operationes ſecundum ueritatem, ut ſuſpendere, transfundere, & acquirere, & res ſecundum fictionem ut mortem retro trahere, & fingere hæreditatem iacere, & iura in hæredem retro trahi quàmuis Iaſ. hic, & inaduertenter, & malè informatus de prædictis ſimpliciter appellauerit fictionē l. Corneliæ, & tamen dictæ diuerſæ operationes ſunt maximi momenti: quia ſine eis multæ quæſtiones inf. tradendæ inſolubiles remanerent, & repugnantiam continerent.

9 Quibus† ſaluberrimis remediis introductis, plenè apparuit prouiſum tam captiuis reuerſis quàm etiam eis morientibus apud hoſtes: tamen poſteà ex experientia apparuit maximas difficultates ex dictis remediis oriri circa poſſeſſionem, & uſucapionem: quoniam frequens dubitatio inſurrexit, an [illegible] operationibus poſt

liminii contineretur poſſeſſio, & uſucapio. ut
& poſſeſſio, & uſucapio recuperarentur à reuer
ſis, & an captiuis morientibus in captiuitate
poſſeſsio hora captiuitatis extingueretur, & uſu
capio interumperetur, uel potius adhuc dura-
ret tempore captiuitatis, ut poſt mortem uſuca
pio prodeſſe poſſet hæredibus per operationes
10 le. Corneliæ.† Quæ difficultas cauſabatur: quia
poſſeſſio ſui natura facti eſt ſecundum uerã opi
nionem ſup in l.j. & ij. §. ſi uir uxori. de acqui.
poſſeſsio. firmatam, & etiam tenendo quòd ſit
iuris illam ſecundum docto. ſit ius debile. & de
ſe ſtare non poſsit, ſed ad eius eſſentiam requi-
ratur operatio animi cum quo ſuſtineatur, & eo
deficiente, & ipſa poſſeſſio extinguatur l. cum
hæredes, & per conſequens non poſsit contine-
ri in poſtliminio. neque uſucapio ſeqni uel con
ſeruari per legem denique, & l. nec utilem. ff. ex
quib. cauſ. maior. & l. cum hæredes. §. j. de acqui.
poſſeſsio. Et cum ipſa neque ad hæredem tranſi
re poſsit, & per mortem teſtatoris extinguatur,
l. cum hæredes. de acquir. poſſeſſio. & etiam non
poſſit tranſire de perſona ad perſonam: ſed de-
ſinit, & incipit l. quod meo. eo. tit. & multi alii
ſunt effectus ultra quindecim quos ego poſui in
d. l. j. ſup. de acquir. poſſeſſ. dum enumerauit om
nes differentias inter poſſeſſionem. & alia iura.
Vnde cum poſſeſſio ſit cauſa uſucapionis, & ſine
ea eſſe non poſſit, l. ſine poſſeſsione. inf. eo. appa
ret quòd uſucapio neque poſſeſsio poterat con
tineri in poſtliminio, uel lege Cornelia.

In contrarium tamen ſunt multa iura. inf. al-
leganda, ut lex iuſtum §. fi. & l. fi. §. fi. cum infini-
tis concor. in hoc tit. noſtro in qnibus demon-
ſtraturꝙ imò uſucapio poteſt procedere poſt ca
ptiuitatem, & maximè: quia poſſeſsio habet mul
tum iuris ſecundum omnes l. poſſeſsio ſup. tit.
j. & iura continentur in poſtliminio, & leg. Cor
nelia, l. poſtliminii, & l. poſtliminium cum con-
cord. inf. de cap. maximè tenendo opinionem
quòd poſſeſsio ſit iuris.

11 Pro reſolutione iſtius † difficultatis, & con-
cordia iſtarum legum doc. conſiderauerunt tres
modos poſſidendi ex mente etiam iuriũ de qui
bus per Bar. inf. in ſecunda oppoſitione ſecun-
dæ partis, & referuntur per tex. in l. iij. §. ſaltus.
ſup. tit. j. & per glo. fi. hic. Aliquando enim aliqs
poſſidet per ſemetipſum cũ animo, & corpore
ſuo, aliquando poſſidet per corpus alterius: ta-
men cum animo ſuo, ut per ſeruos, & filios extra
cauſam peculiarem, aliquãdo quis poſſidet per
filios, & ſeruos cum animo, & corpore eorum in
rebus peculiaribus.

12 Poſſeſſio per † corpus proprium habita dici
tur habere multum facti, & parum iuris: quo-
niam tota fundatur in corpore, & animo poſſi-
dentis, l. bonæ fidei. ſup. tit. ij. & habet aliquid iu
ris: quia ſuſtinetur animo, & habet alia admini
cula iura producẽdi effectus ciuiles. Quãdo au
tẽ poſsidet per corpus alterius, & animum ſuum
poſſ... di... ere multum facti, & multũ
iuris; quia in ea interuenit factum. & corpus il-
lius coloni uel ſerui, atque etiam animus domi
ni qui ſimiliter facti eſt, interuenit tamen quo-
que multum iuris: quia retinetur animo, & ha-
bet adminicula iuris quantum ad effectus ciui-
les, & hoc plus habet quàm præcedens: quia cor
pus ſerui uel coloni fingitur eſſe corpus dñi.

Vnde multum iuris, & multum facti habere
dicitur. Quando autem quis poſſidet per ſeruũ
uel filium in poteſtate ex cauſa peculiari poſſeſ
ſio habet plurimum iuris, & parũ facti. Ius enim
primò habet: quia retinetur animo ſerui, & do-
mini. Item habet adminicula iuris ut præcedẽs
in producendo effectus ciuiles, atque etiam ha-
bet ius in fingendo corpus ſerui eſſe corpus do
mini ut præcedens. habet & quoque plus iuris
quàm nulla alia præcedens: quia tota cõſiſtit in
corpore, & animo ſerui qui eſt naturaliter do-
minus peculii, & non requiritur aliquo tempo
re animus ipſius domini neque ſcientia ipſius,
d. l. iij. §. ſaltus. Vnde in ipſo dño nihil facti eſt;
ſolum autem eſt ius, ut per ſolam iuris operatio
nem ipſe poſſidere dicatur, ut cũ ratione pluri
mum iuris habere dicatur, & parum facti.

13 Si igitur captiuus † tempore captiuitatis poſ-
ſidebat per corpus, & animum ſuũ, tunc per ca-
ptiuitatem extinguitur poſſeſſio, quæ pro maio
ri parte conſiſtit in facto corporis, & animi poſ
ſidentis, qui animus deſinit per captiuitatem;
& corpus ſeparatum. Vnde poſſeſſio ipſa, & uſu-
capio quoq; extinguitur, l. cum hæredes. §. j. ſu-
pr. tit. j. & l. in bello. §. factæ. inf. de cap. & d. l. de
nique. ex qnib. cauſ. maio. cum ſimi. quoniã poſt
liminium ſuſpendit, & recuperat iura non autẽ
ea quæ facti ſunt. Sinautem euenerit quòd ca-
ptiuus poſſideret per corpus ſeruorum uel co-
lonum, quo caſu poſſeſſio habet multum facti,
& multum iuris, tunc eſt dubiũ an per captiuita
tem extinguatur: quoniam ſine ſcientia acquiri
tur ipſius, l. ij. inf. pro ſoluto. & uidetur ꝙ pro-
pter multum ius contineatur in poſtliminio. ta
men adhuc communis opinio eſt docto. & uera,
quòd & ipſa per captiuitatem amittitur, ex eo;
quia conſiſtit in animo domini, & ſine eo poſt
quàm ſciuit eſſe non poteſt, dicto, §. ſaltus. ani-
mus autem per captiuitatẽ finitur: quia qui poſ
ſidetur aliquid poſſidere non poteſt, l. cum hære
des. §. j. cum cõcordanti. ſup. tit. j. & l. lib. homo.
§. fi. ſup. tit. ij. Et propterea extinguitur per cap
tiuitatem: neq; ſuſpenditur poſtliminio: neq; re
cupatur. Vnde & uſucapio nõ procedit: quoniã
poſtliminiũ ea, quæ facti ſũt nõ ualet ſuſpẽdere.

Sinautem captiuus poſſideret tempore capti
uitatis per ſeruum uel filiũ in poteſtate ex cau
ſa peculiari: tunc poſſeſsio habet plurimum iu-
ris: quia fundatur in corpore, & animo ſerui, d.
§. ſaltus, & dominus ſine animo, & corpore ſuo
poſsidet, & dominus nullum factum imponit, &
poſſeſſio ſua dependet à ſola operatione iuris;
& hoc caſu communiter doct. tenent quòd poſ
ſeſſio ſuſtineatur per poſtliminium atq; per re-

uerſio-

uerſionem recuperetur,& uſucapio procedat,di ctal . iuſto.§.ſi.cum ſimi.inf.eo. quoniam ius ꝙ habet dominus in poſſeſſione eſt merum ius nõ habens mixturam facti , & poteſt ſuſtineri per poſtliminium atque recuperari,& per eam uſucapionem procedere quos tres modos poſſidẽdi pro præmiſſis poſuit Iaſ.hic,& alii doct. arbitrantes eos ſufficere ad intelligentiam iſtius legis,& introductionem materiæ. ſed tamen nõ perfectè conſiderauerunt,ex eo:quia ipſi tantũmodo dixerunt de his quæ poſſidebantur per ipſum captiuum,& non fuerunt recordati dicere quid iuris ſit de his quę acquirũtur per ſeruos ex cauſa non peculiari, quæ acquiruntur poſt captiuitatem:neque etiam de his quæ acquiruntur per ſeruos . & filios ex cauſa peculiari poſt captiuitatem,de quibus duobus caſibus loquitur maior pars legis noſtræ, & illa quæ habet maiores difficultates inuolutiones,& contrarietates propter quas tollitur omnis modus figurãdi caſum augetur difficultas:quia iſte tex. dũ loquitur de poſſeſſis per ſeruos non apparet an ex cauſa peculiari uel ſine cauſa peculiari. unde naſcitur magna difficultas utrum iſte tex. intelligatur de bonis poſſeſſis ex cauſa peculiari uel non peculiari,& de acquiſitis ex cauſa peculiari uel non peculiari,& maximè:quia aliquando quando fit mentio quòd non requiritur ſcientia domini intelligitur de cauſa peculiari per tex. in §. item acquirimus. inſti. per quas perſonas nob.acquir.& l.peregrè.§.quæſitum.& l.iij. §.ſaltus . ſup.tit.j.

Secunda præuia inſpectio . per quam ſummatim per xj. articulos declaratur tota materia ,

Propterea plenius quàm faciant doct. multa alia ad euidentiam, & neceſſariam declarationem præmittendum eſt , conſiderando † primò quinque caſus principales contingentes circa poſſeſſionem bonorum captiui . Primò quando bona poſſidentur per corpus ſuum ante captiuitatem . Secundò quando poſſidentur per animum ſuum, & corpus ſerui . ex cauſa non peculiari ante captiuitatem . Tertius caſus eſt: quando iſte ſeruus ex cauſa non peculiari acquiſiuit poſſeſſionem , & bona poſt captiuitatem . Quartus caſus eſt : quando captiuus ante captiuitatem poſſidebat ex cauſa peculiari per ſeruos,& filios in poteſtate . Quintus caſus eſt:quãdo poſt captiuitatem ſerui uel filii ex cauſa peculiari acquirunt bona , & incipiunt poſſidere . ſuper quibus caſibus uariæ ſunt opiniones, & contrariæ, & difficultates ſeparatim emergentes , utrum poſſeſſio contineatur in poſtliminio uel recuperetur, & uſucapio procedat. Qui omnes caſus etiam conſiderantur, & contingunt quando captiuus moritur apud hoſtes,& habent locum operationes legis Corneliæ, cum poſſit euenire quòd captiuus per ſe ipſum poſſideret ante captiuitatem , uel poſſideret per ſeruos, & colonos ex cauſa non peculiari, uel poſt captiuitatem per eoſdem ſeruos aliquid eſſet acquiſitum uel, & quartò ante captiuitatem poſſideret per ſeruos, & filios in poteſtate ex cauſa peculiari , uel & quintò per eoſdem ſeruos, & filios ex cauſa peculiari poſt captiuitatem bona acquirerentur. in quibus omnibus caſibus contingunt magnæ difficultates utrum poſſeſſio, & uſucapio contineatur in operationibus legis Corneliæ, ut à die captiuitatis uſque ad mortem ipſius captiui res uideantur poſſideri u: poſſint uſucapi, itàquòd uſucapio poſſit prodeſſe hæredibus poſt mortẽ captiui,de quibus caſibus æqualiter diſputatur in hac lege noſtra ſicut, & de primis quinque. Vnde habemus decem articulos contingentes in materia legis noſtræ, quinque reſpicientes poſtliminium quando captiuus reuertitur, & tunc dubitatio eſt an reuerſus recuperet poſſeſſionem,& uſucapionem,quinque alios habemus quando captiuus moritur apud hoſtes, utrum per operationem legis Cornelię poſſeſſio,& uſucapio ſuſtineatur ut poſſit prodeſſe hæredi .

Qui caſus recipiunt ſeparatas difficultates, & ſeparatas reſolutiones , & eos omnes ſi quis uult intelligere legem noſtram, & difficultates emergentes,& opiniones relatas in ea, & ſcire figurare caſum debet habere capite reſolutos: ſicut pater noſter.

Et propterea ego deciſiones eorum, & difficultates ſummo digito uolui referre, & breuius quàm potui ut per eorũ reſolutionem quis plenè informatus de materia,& de uariis reſolutionibus poſſit intelligere legem iſtam, cum alioqui legendo eam ſimpliciter uideatur Barbaricis uel caldeis propoſitionibus uti, ut quæ fuerit intentio Pauli omnibus ignotum uideatur, & tanto magis poſteà:quia in ſi.eſt duplex litera,una affirmatiua, & alia negatiua quæ multiplicat omnes prædictas difficultates.

Quãdo igitur contingit quòd captiuus poſt aliquòd tempus reuertatur ab hoſtibus quinq; ſunt articuli ſeparati,utrum poſſeſſio interumpatur,& uſucapio procedat poſt captiuitatem.

15 Primus eſt articulus † de poſſeſſis per corpus captiui ante captiuitatem, in quo determinant doct.ꝙ per captiuitatem poſſeſſio interumpitur,& per reuerſionem non recuperetur poſtliminio per iſtum tex.in prin.qui in argumentatione clarus eſt & in l.in bello.§.factæ.inf.de capi.& ratio aſſignatur:quia poſſeſſio conſiſtebat in animo,& corpore captiui,quæ facti eſt in ſubſtantia ſecundum unam opinionem, uel ſecundum aliam eſt ius debile, & requirit operationem corporis, & animi, quo deficiente corruit. Ideò dicitur habere plurimum facti, & res facti non continentur poſtliminio, l. denique, & l. nec utilem . ff. ex quib. cauſ. mai.

dicto.§.factæ.& in hac determinatione reſidẽt
16 omnes à primo ad ultimum.† Sed ſolum dubitant de ratione rationis quæ dictat quòd res facti non continentur poſtliminio, cum illa nõ poſſit adaptari attento quòd poſtliminium procedit perfictionem,& lex Cornelia, & tes facti continentur in omnib.legib.fingentibus: quoniam leges non fingunt niſi ſuper factis ur inf, plenè uidebimus, & poſtliminium fingit ſuper hoc facto, quòd qui non fuit in ciuitate fingatur fuiſſe,l.retro.inf.de cap. & lex Coruelia fingit ſuper hoc facto,ut ille qui nunc eſt mortuus, ſingatur mortuus per decem annos,& ultra retro.ſuper quo Bar. laborat in quatuor primis oppoſitionibus per uerba non multum intelligibilia, tamen in quarta oppoſitione in effectũ poſteà ponat ſolutionem. Vnde ad contrarium reſpondeas uerum eſſe quòd facta etiam continentur in poſtliminio: ſed tamen non ſemper: neque in omnibus eius operationibus: quoniam ſolum facta continentur in poſtliminio; quãdo procedir per fictionem: ſecus quando procedit ſecundum ueritatem diſponendo, ideò dicit ꝙ poſtliminium habet duo capita, unum recuperatiuum,& aliud fictionem ſeu translatiuum, de uno tempore ad aliud,

Caput autem primum per ipſum poſitum licèt nõ dicat,ſubdiuiditur;quia primò continet operationem ſuſpenſiuam,ſuſpendendo omnia iura captiui ne ſint uacantia, & incipit ab hora captiuitatis.Secunda eſt operatio recuperatiua per quam reuerſus recuperat iura ſuſpenſa, & in iſtis duabus operationibus huius capitis procedit ſecundum ueritatem, non autem ſecundum fictionem,& hoc modo procedit tex.in d.l.denique.ex quib.cauſ.maio.quòd res facti non continetur in poſtliminio,& eſt ratio: quia eſt ius, & iuris operatio, quæ non poteſt facta facere infecta,d.§.ſi uir uxori,& d.§.factæ.unde ipſa ſuſtinere non poteſt:neque ſuſpendere, ſicut hæreditas ſuſtinet iura omnia defuncti, non autem ea, quæ facti ſunt,l.j.§.Scæuola.ff.ſi quis teſta.lib.eſſe iuſſ.fuerit.Nam cum hæreditas iuris ſit, facta ſuſtinere:neque mutare poteſt.

17 Secundum eſt caput† fictitium per quòd fingit reuerſum retro fuiſſe in ciuitate,& implicatur alia operatio translatiua,quòd transfert de uno tẽpore ad aliud,& hoc caput poteſt habere locum in factis eam mutando,& uariando: quia ius facta per fictionẽ mutare,& uariare poteſt, ut no.in di.§.ſi uir uxori, & ſic utrunque uerum eſt, quòd facta non continentur in poſtliminio, & quòd continentur, cum in primo capite non contineantur,in ſecundo uerò continentur. igitur cum poſſeſſio facti ſit, & extinguatur per captiuitatem, non poteſt poſtliminium mutare hoc factum, & ſuſpendere poſſeſſionem extinctam, & neceſſariò corruit, & cum poſteà reuertitur non poteſt eam recuperare quę non eſt in rerum natura, cum ſolum recuperet iura ſuſpenſa; ergo poſt... cum illa non ſit recuperata non poteſt fingi retro habitam fuiſſe: quia fictio requirit primordium ueritatis,& quòd omne eſt trahit ad aliud tempus ut dicemus in fictione translatiua. unde per accidens hoc factũ neque etiam poteſt contineri in ſecundò capite. Et quoniam factum reuerſionis reperitur in actu, illud poteſt retro trahi.

Dicas igitur quòd factum poſſeſſionis non continetur in primo capite:quia non poteſt. in ſecundo uerò capite non poteſt contineri: quia non reperitur in rerum natura, & tota conclucluſio remanet uera, & rationabilis. Et quia iniquitas uſucapionis urgebat uoluit poſtliminium fingere ſuper facto poſſeſſionis ab initio quàmuis poſſet, dicta lege denique. ex quibus cauſ. maiores.

18 Secundus eſt articulus † quando captiuus poſſidet per alium ut colonum uel ſeruum, ante captiuitatẽ ex cauſa dominica ſeu non peculiari, inquo communiter glo.& doct.concludunt poſſeſſionem,& uſucapionem interumpi:nec recuperari poſtliminio: nec retro fingi per eandem rationem:quia eſt facti,& res facti non continetur in poſtliminio dict.l. deniq;,& licèt habeat aliquid plus iuris quàm precedens: quia corpus ſerui fingitur eſſe perſona domini: tamen ipſa interumpitur: quoniam conſiſtit in animo domini, licèt interueniat operatio corporis ſerui, d.l.iij.§. ſaltus .ſup. tit. j.& animus domini qui facti eſt extinguitur per captiuitatem, cum qui poſſidetur nihil poſſidere poſſit, d. l.cum hæredes. §. j. ff. de acquir. poſſeſſio.

19 Iacobus † tamen de Arena ut refert Bart. in quarta oppoſitione ſecundæ partis tenebat cõtrarium quòd imò non interrumpatur poſſeſſio neque uſucapio, motus per unam naturam iſtius poſſeſſionis quæ eſt quòd poſſit acquiri ignorãti,l.j.C.de acq.poſſ.l.ij.inf.pro ſol.& no. in l.ij.§.Celſus.inf.pro emp. ergo hæc poſſeſſio non eſt fundata in animo, & captiuitas ipſius non alterat poſſeſſionẽ in ſeruo ſicut in reb.peculiarib.quia ignoranti poſſeſſio acquiritur,uſucapio indiſtinctè procedit,& ideò ſufficit quòd ab initio interueniat perſona domini qui per ſeruum inceperit uſucapere,& licèt poſteà defectus ſcientię ſuperueniat propter captiuitatem, tamen quia ignorãte domino poteſt eſſe in ſeruo
21 ſuſtinetur uſucapio ſicut defectus bonæ fidei ſuperueniens non interũpit uſucapionem,l. bonæ fidei. ſup.de acq.rer.domi.& l.j.§.hoc obſeruando. C. de uſucapione transformanda, & cũ duret poſſeſſio, & uſucapio recuperatur poſtliminio, & retro fingitur fuiſſe, cum exiſtat extremum habile à quo, & pro iſta opinione uidetur tex. in terminis in l. in bello .§. factæ.in ſta de cap. in ſecundò dicto, dum ſubiicitur eorum uerò quæ per ſubiectas iuri ſuo perſonas poſſidebat uſucapiebatque impleri uſucapionẽ Iulian.ait,remanentib.ſeruis in poſſeſſione. ſed
20 Bar. in dicta† quarta oppoſitione tenet primam opinionem quæ eſt communis, & uera per fundamen-

damentum: quia in uſucapione ſemper requiritur ſcientia ut dicunt dicta iura, & illa poſſeſſio quæ parit uſucapionem ſolummodo ſcienti acquiritur, & per conſequens conſiſtit in animo domini, quo deficiente corruit poſſeſſio, & uſucapio, & propterea fundamentum Iacobi non concludit: quia bene ignoranti acquiritur poſſeſſio quantum adhoc ut poſſit poſteà eam quando ſciuerit ſine corpore ſuo acquirere, & ſine effectibus ciuilibus: in poſſeſſio.plena cum effectibus ciuilibus non acquiritur niſi ſcienti, & cum hac declaratione dicta iura non probant eius opinionem. Iaſon quoque inf. ſuper glo fin. quam legit ante commentum Bartoli diſputat hunc articulum argumentando ab utraque parte per quatuor fundamenta latis uerbis, & reſpondet fundamentis utriuſque partis taliter quòd articulus redditur diſputabilis: ſed tamen totum fundamentum huius opinionis dependet ab intellectu dicti. §. factæ. cui reſpondent doctor. quòd loquitur de peculiaribus,cum illa uerba peculiari nomine poſita in tertio dicto referantur etiam ad ſecundum propter identitatem orationis, quæ concluditur per illa uerba Iulianus ſcribit, ego etiam teneo omninò communem opinionem, quòd non procedat uſucapio per illam rationem ſolidam, quòd poſſeſſio conſiſtit in animo domini qui facti eſt, & res facti non continetur poſtliminio, & uerum eſt omnino eum deſiiſſe poſſidere, ut dicitur in dicto. §: factæ.

Et ad illud de acquiſitione quæ fieri poteſt ignoranti, reſpondeo primò negando aſſumptum ut per Sozin. Areti. & Iaſ. in l. prima. §. item acquirimus. ſupra tit. primo. Secundo: quia non plena poſſeſſio ignoranti acquiritur cum effectibus ciuilibus: ſed tantummodo quædam informis ſeu poteſtas acquirendi plenè per ſcientiam ſuperuenientem, & niſi ſit poſſeſſio formata cum. ſcientia non producitur uſucapio.

Nec obſtat quòd defectus ſententiæ non interumpit: quia poteſt tolerari remanente domino in ciuitate: quia tunc habet habilitatem ad ſcientiam: ſed eo capto non procedit: quia non tantum deficit ſcientia ſed etiam habilitas ut ſeruus poſſit poſſidere. Vnde ſequitur quòd ſeruus non poſſidet: neque per eum dominus, l. neque ſeruus. infra eo. ubi eſt text.in terminis pro hac opinione.

Non obſtat dictus.§.factæ:quia ultra communem intellectum reſpondeo non uiolando literam, quòd ille tex. loquitur in lege Cornelia, nos in poſtliminio ut patet in illis uerbis hæredi ſuo impleri uſucapionem, & quomodo etiam procedat in leg.Cornelia inf.dicam.Quare ſtat communis,& uera concluſio quòd in poſſeſſis ante captiuitatem: tam per ſe quàm per alium ex cauſa non peculiari interumpitur uſucapio,nec recuperatur poſtliminio,

21 Tertius eſt articulus:† quando poſt captiuitatem ex cauſa non peculiari bona ſunt empta per ſeruos uel alios habiles,& in eis ſimiliter cõcludunt doctō.quòd uſucapio non procedit:quia nullus eſt qui incipiat poſſidere cum ſerui non poſſunt:quia deficit dominus neque dominus: quia captus,dicta l. neque ſeruus. inl. eo. Vnde ſi nunquam poſſeſſio habuit principium, non poteſt uſucapionem producere: neque recuperare,& ideò eſt minor habilitas ad uſucapionẽ quàm ſit in præcedenti caſu:quoniam ibi poſſeſſio habuerat primordium ueritatis in perſona captiui,hoc uerò caſu nullum habuit principiũ & in hac concluſione reſident omnes: quia ceſſat illa ratio poſita in præcedenti articulo, ꝙ poſſeſſio, & uſucapio habet principium naturale,& non interumpitur per defectum ſcientiæ. & probatur concludenter,& in terminis in l.iuſto.§.fi.uerſi ſi uerò non ex cauſa peculiari.infra eo.ideo remanet quòd nunquàm uſucapio procedit ipſi reuerſo in non peculiaribus: ſiue per ſe ipſum: ſiue per ſeruum, & alios: ſiue poſteà quærantur.

22 Quartus eſt articulus: † quando captiuus poſſidebat per ſeruum, uel filium in poteſtate ex cauſa peculiari ante captiuitatem, in quo glo. ubique, & Barto. tenent quòd procedit uſucapio, & infra Bartu. in prima, & ſecunda oppoſitione ſecundæ partis: quia hæc poſſeſſio, conſiſtit in animo, & corpore ſerui, & non eſt neceſſaria ſcientia ipſius domini neque in poſſeſſione neque in uſucapione,l.ij.§. Celſus. infra pro emptore. unde nullum eſt fundamentum neque in perſona neque in animo domini ut deficiente perſona domini debeat deficere poſſeſſio, & tantummodo ex iuris diſpoſitione atque operatione ei poſſeſſio acquiritur,quæ operatio legis poteſt ſuſtineri poſtliminio, & retinere complementum poſſeſſionis in perſona ſerui, dicto. §. Celſus. & lege Labeo. infra eodem, & hac ratione dicitur habere plurimum iuris, & parum facti, ut poſſit contineri poſtliminio remanentibus eiſdem ſeruis in poſſeſſione.

23 Ideò † poſteà per reuerſionem recuperatur, & fingi retro poteſt retro poſſeſſum, & uſucaptũ exiſtẽte extremo à quo habili. Et ſic in hac concluſione reſident omnes. ſed ſolum dubitant de ratione ipſius, & de principali aſſumpto quod eſt, quòd ſeruus perfectè poſſidet ſuo corpore, & animo, cum imò totum contrariũ uerum ſit quòd ſeruus ex cauſa peculiari neque poſſidet ciuiliter neque naturaliter: ſed ſolum detinet, l.quod ſeruus. & l. poſſeſſio quoque. §. primo. ſupra tit. primo, & l. ſtipulatio iſta. §. hi qui, & §. hæc quoque. infra de uerborum obligationibus. Doctor. communiter uidentur fateri contrarium, & dicere hunc eſſe unum caſum in quo per ſolam detentationem uſucapio procedit iure ſingulari: arg. l. peregrè. §. quæſitum, ſupra tit. primo ... ſon ponit al-

legando Barto. poſt Angelum in dicta l. neque
ſeruus. tamen hæc ſolutio non eſt tuta: quia non
eſt ſpeciale aliquòd in uſucapione inducenda
per poſtliminium: ſed eſt ſpeciale in ſubſtantia
poſſeſſionis ut non requiratur animus, & nec
uſucapiendo in ciuitate. Item nulla deberet eſſe
differentia an posſiderentur ex cauſa peculiari,
24 uel nô peculiari. Vnde † Alci. tenet ꝙ imò poſſeſ
ſio uera, & tota eſt in ſeruo & etiã uſucapio: quia
ſeruus propter peculiũ naturalit. & ciuiliter poſ
ſidet ſuppleta perſona ſerui propter peculiũ, &
ſolum deficit quædam auctoritas iuris, quæ ſu-
ſpenditur, & recuperatur per poſtliminium, &
hæc opinio mihi etiam placet: quia iura dicunt
uerè posſideri, & uſucapi. l ait prætor. §. id pla-
nè. ff. ex quib. cauſ. maio. & §. rurſus. inſti. de acti.
& l. pe. inf. de cap. cum ſimilib. allegatis per Iaſ.
inf. net ſi. quòd ſi ſeruus. & ego addo quòd ſeruus
eſt naturaliter dominus peculii, & eſt ſuum pa-
trimonium ſeparatum à rebus Dominicis, l. pe
culium. prima ſecunda. & tertia. ſup. de pecu-
lio. & reputatur dominus ſi res furtiua reuer-
tatur ad manus ſuas, leg. ſequitur. §. Labeo.
ſupra eodem. unde ipſe ſeruus coniunctus
cum peculio, uel cum dominio quod habet
dominus in eo gerit perſonam perfectam, &
habet ciuilem, & naturalem poſſeſſionem, &
tenet, posſidet, & uſucapit donec remanet in
poſſeſſione.

Non obſtat dicta lex quòd ſeruus. & l. poſſeſ-
ſio quoque. §. primo. quia procedunt conſide-
rando ſeruum de per ſe ſine ſuppletione facta
per perſonam domini. ſed ubicunque eſt uni-
tum cum peculio, & cum dominio uerè poſſi-
det: quia ſuppletur ius posſidendi per peculiũ,
& dominium, & acquirit peculio dominium,
& quando dominus capitur remanet peculium
atque etiam dominium in ſeruo, quòd habe-
bat dominus: quia ſuſpenditur per poſtlimi-
nium, ideò remanet perfectus homo ut poſſit
ueram poſſeſſionem habere animo, & corpore
ſuo, quæ per captiuitatem domini non mutatur
& meritò uſucapio procedit, & recuperatur, &
retro trahitur. Quare remanet concluſio firma
quòd in peculiaribus ante captiuitatem poſſeſ
ſis procedit uſucapio per poſtliminium, dict. §.
penulti. §. planè. inf. de capit. & leg. iuſto. §. fin.
infr. eodem.

25 Quintus eſt articulus † de acquiſitis poſt cap-
tiuitatem ex cauſa peculiari, in quo etiam eſt
communis concluſio quòd uſucapio procedat
per eandem rationem: quia tota poſſeſſio conſi
ſtit in corpore, & animo ſerui, & propter pecu-
lium, & dominium ſuſtentatum perſona ſua ſup
pletur ut ſit tanquàm uerè dominus, & non re-
quiritur ſcientia domini, unde ſerui ementes in
cipiunt incontinenti uerè posſidere per quam
poſſeſſionem uſucapiunt acquirendo dominiũ
peculio, non obſtante captiuitate, & ſic uſu-
capio poteſt incipere ut dicit tex. in dicta l. iu
ſto. §. fin. in [illegible] io ibi, inchoari uſucapio
nem, & cum inchoetur propter peculium di-
citur eſſe in rerum natura, & per poſtliminium
recuperatur, & retro trahitur exiſtente extre-
mo habili à quo. Maior tamen eſt difficultas
in hoc articulo quàm in præcedenti: quia hæc
poſſeſſio non uidetur habere primordium ue-
ritatis naturale exiſtente domino in captiuita-
te, ut uidatur deficere extremum ad quod, &
non poſſit procedere fictio: tamen Bartol. in-
fra tenet ſuper tertia oppoſitione ad uerſicul.
quòd ſi ſeruus communem opinionem: & ad
contrarium poſtremo reſpondet: quia ſatis di
citur interuenire per fictionem cum fingatur re
tro fuiſſe in ciuitate, & ſufficit omnis habilitas
quando fictio uenit in conſequentiam, l. prima.
C. de captiuis.

26 Sed poſteà dubitant doct. † an hæc uſucapio
inducatur uerè uel per fictionem, & glo. in di-
cta l. iuſto. §. fin. in uerbo inchoari refert utram
que opinionem. Bar. uerò dicit quòd inducitur
per fictionem. Iaſon uerò ibi adducit iura pro
utraque parte quòd intelligatur uſucaptum,
& quòd ſit uerè uſucaptum, & finaliter conclu
dit quòd ipſi ſerui uerè posſident, & uſuca-
piunt. Sed ipſe dominus fingitur uſucapere ſi
cut cætera iura fingitur retro habuiſſe.

Tu autem dicas quòd non debebant doctor.
tantum dubitare: quia in hac uſucapione ſerua
tur in omnibus tota natura poſtliminii: quo-
niam ut dixi ſeruus uerè incipit posſidere pro-
pter corpus, & animum ſuum ſuppletum per pe
culium, & dominium ſuſpenſum, & cum uerè
posſideat uerè procedit uſucapio, quæ duran-
te captiuitate eſt in peculio, reuertente autem
domino recuperat uerè ſuum peculium domi-
nium in ſeruo, & poſſeſſionem, & uſucapionẽ,
& incipit eſſe primordium ueritatis in eo, quæ
recuperatio poſteà trahitur retro, & fingitur
retro uſucepiſſe ex propria natura poſtliminii
& hoc uidetur etiam eſſe de mente Alcia. etiam
hic per dictum §. finalem. in uerbo inchoari.
& quia in dicto §. planè. & dicto. §. rurſus.
dicitur quòd uſucapio perficitur pendente ca-
ptiuitate, & eſt opus reſtitutione ſeu defenſo-
re ut non impediatur, & lite ne interumpatur
quòd non eſt, ſi fictè uſucaperetur cum ſolum
eſſet uſucaptum eo reuerſo, & non eſſet opus
quòd prætor diceretur ibi mentiri dicendo
non eſſe uſucaptum, ut per doctor. in dicto. §.
rurſus.

Quare remanet cõcluſio quòd acquiſita poſt
captiuitatem ex cauſa peculiari uerè incipiunt
posſideri, & uerè uſucapiuntur, & reuerſus ue
ram uſucapionem, & ueram poſſeſſionem recu
perat quam poſteà retrò fingitur habuiſſe ſicut
cætera iura.

27 Ex quibus habes † totam materiam uſuca-
pionis per poſtliminium contingentem decla-
ratam, quæ in effectu conſiſtit in duabus re-
gulis una eſt quòd in non peculiaribus tam
poſſeſſis per ſe, quàm per alium, & quàm poſteà

quæſi-

quæſitis ſemper per captiuitatem interumpitur poſſeſſio, & uſucapio, quæ nunquã recuperatur.

Alia eſt contraria quòd in poſſeſſis ex cauſa peculiari ante captiuitatem, & poſteà quæſitis poſſeſſio non interumpitur per captiuitatẽ: neque impeditur acquiri, & uſucapio procedit & recuperatur, & retro fingitur fuiſſe.

Secunda eſt principalis materia, an ſi captiuus moriatur apud hoſtes, per l. Corneliam ſubſtineatur poſſeſſio, & uſucapio? quæ materia differt à præcedenti: quia ibi uſucapio prodeſſe poterat ipſi reuerſo, in hac uerò ſecunda parte uſucapio nõ poteſt prodeſſe ipſi captiuo: quia mortuus eſt: ſed ſolum dubitatur an pendente captiuitate res poſſideantur, & uſucapiantur ut uſucapio poſſit prodeſſe hæredi propter fictionem l. Corneliæ uidetur fuiſſe pendenre captiuitate, in qua parte ſunt idem quinque caſus conſiderandi qui recipiunt ſuas principales difficultates, & requirunt ſpeciales reſolntiones.

28 Primus eſt ergo articulus† de poſſeſſis per captiuum poſt corpus ſuum ante captiuitatem, qui poſteà in ea mortuus eſt, an interrumpatur poſſeſſio, & uſucapio, & communis eſt concluſio quòd interrumpitur poſſeſſio, & uſucapio, & cũ nulla ſit non poſſit prodeſſe hæredi. per iſtú textum in prin. & ratio eſt: quia ipſa poſſeſſio facti eſt, & conſiſtit in corpore, & animo domini qui animus per captiuitatem extinguitur, & amplius corpore non poteſt poſidere, dicta l. cum hæredes. §. primo. ſup. tit. primo.

29 Sed in contrárium fortiter facit:† quia l. Cornelia fingit captiuum eſſe mortuum præambula hora captiuitatis, quo tẽpore ipſe erat liber poſſidebat, uſucapiebat, & erat dominus omniũ bonorum, ſed ſi uerè tunc mortuus fuiſſet uſucapio per hæreditatem compleretur, l. cæptam. infra eo. & acquireretur hæredi. & transferetur retro. l. nunquàm. §. uacuum. & l. iuſto. §. nõdum inf. eo. & l. Pomponius. §. non autem. ſup. tit. j. ergo etiam ſi fictè mortuus fuit debet hæreditas complere uſucapere, & acquirere hæredi, & retro transferre: quia fictio æquiparatur ueritati. ut inf. dicetur.

Hanc rationem primò conſiderauit Hugo. ut refert Bar. ſup. uerſi. Marcellus, & reſpondet. ut per eum: ſed non perfectè. Vnde tu pro reſolutione conſidera quòd lex Cornelia habet & ipſa plura capita, ut ego declaraui in prima præuia inſpectione, & plures operationes. Et primò fingit captiuum mortuum eſſe præambula hora captiuitatis: ſed non incipit hanc fictionem tempore captiuitatis. ſed expectat quòd ipſe captiuus ſit mortuus, ut ſit primordium ueritatis, & poſteà illam mortem retrotrahit fingendo fuiſſe præambula hora captiuitatis, & ideò antequàm incipiat fingere à die captiuitatis uſq; ad mortem remanet ueritas ipſa, quæ eſt quòd ipſe deſinit habere animum propter captiuitatem, & quòd ipſa poſſeſſio quæ facti eſt interrumpitur, & nunquàm per fictionem admittatur. ideò uſucapio etiam interrumpitur.

Quinimò omnia bona ipſius captiui remanent uacantia, ut poſſint à quocunque occupari ſicut cætera in bonis nullius: quoniam poſtliminium non ſuſpendebat iura, quando captiuus moriebatur apud hoſtes. ideò fuit neceſſarium quòd ipſa lex Cornelia induceret nouam ſuſpẽſionem iurium captiui uſq; ad tempus mortis, quæ tamen ſuſpenſio procedebat ſecundum ueritatem: ſicut & illa poſtliminii. unde non poterat poſſeſſionem conſeruare, & per conſequẽs neceſſariò ipſa poſſeſſio extinguitur, & uſucapio interumpitur, & concluſio remanet uera. poſtquàm autem mortuus eſt captiuus, & fingitur retro mortuum fuiſſe, iura ſuſpenſa non poſſunt tranſire in hæreditatem ueram. unde fuit neceſſaria alia operatio legis Corneliæ, ut illa iura transferantur in ipſum hæredem, ut ſubſtineantur in hæreditate donec hęreditas adeatur. & ſucceſſiuè alia operatio fuit neceſſaria ut fingeretur hęreditatem iacuiſſe à die mortis uſque ad tempus captiuitatis, l. iij. cum glo. inf. de uerbo. oblig.

Sextò oportuit quòd dicta lex faceret dicta iura acquiſita per aditionem retro traherentur ad tempus captiuitatis iux. legem hęres quãdocunque. ff. de acqui. hæredi.

30 † Et ſic lex Corne. facit ſex operationes. Primò ſuſpendit. Secundò mortem retro trahit. Tertiò iura ſuſpenſa in hæreditatem tranſfundit. Quartò fingit hæreditatem iacuiſſe. Quintò facit ut per aditionem uerè acquirantur. Sextò quòd acquiſita retro trahantur, & ſic facit tres operationes ſecundum ueritatem ut ſuſpendere, transfundere & acquirere, & tres ſecundum fictionem retrahere retro mortem, & fingere hæreditatem iacuiſſe, & iura in hæredem retro trahi, & in tribus primis operationibus ueris non poteſt contineri factum ſicut nec in poſtliminium. Ideò poſſeſſio interrumpitur, & uſucapio quæ non poteſt poſteà per fictionem trãsferri in hæredem, uel retrotrahi, & ceſſat ratio ſimilitudinis: quia quando moritur in ciuitate iura tranſeunt in hęreditatem uerè, & illa hæreditas poteſt complere uſucapionem, & transferre in hæredem uerum. Sed hæc non poſſunt contingere in iſtis fictionib. Quare remanet concluſio ꝙ in bonis poſſeſſis per corpus domini ſi moriatur apud hoſtes non procedit uſucapio per legem Corn. & in hoc conuenit in poſtliminio ut hic argumentatur tex. in principio, & procedit etiam in ſuo hærede, ſi defunctus habuit eum qui retro fingitur fuiſſe pater familias, dicta l. in bello, §. factæ. in §. dicto iunctis uerbis poſitis in fi. dum ſubdit, Marcellus dicit, non intereſſe an per ſe, uel per alium poſſidebat: tamen Iuliani ſententia ſequenda eſt, qui diſtinguebat: nec conſideratur quòd filius uiuente patre eſt quaſi poſſidens.

31 Secũdus eſt articulus† de his ꝗ poſſidebat captiuus per corpus aliorũ ex [illegible] cauſã peculiarẽ,

in quo cõmuniter cõcludunt doc.ꝙ ſi moriatur apud hoſtes non procedit uſucapio in hæredib. per eandem rationem:quia poſſeſſio facti eſt,& conſiſtit in animo domini qui extinguitur per captiuitatem per legem ſi id quod.§.fi.&l. clam poſſidere.§.fi.cum l.ſequenti.ſup.tit.j.& res facti nõ continetur in l.Cornel. quando procedit ſecundum ueritatem, ſicut nec in poſtliminio. Contra quam concluſionem poſſet argumentati ſicut in poſtliminio quòd imò uideatur funduta in perſona ſerui,ex eo:quia ignoranti domino acquiritur,d.l.ij.inf. pro ſolut.& quando incæpta fuit defectus ſcientiæ ſi perueniens non interrumpit uſucapionem:ſicut nec defectus bonæ fidei:ergo ſubſtinetur,& trãsfunditur in hæreditatem,& acquiritur hæredi per aditionem, & per conſequens trahi debet retro ad tempus captiuitatis.Sed reſpõde ut dictum fuit in poſtliminio, negando quòd poſſeſſio ſublato animo domini duret:quia imò per captiuitatẽ extinguitur, cum qui poſſidetur aliud poſſidere non poſſit,d.l.cum hæredes.§.j & quia per captiuitatem deponit animum poſſidendi . unde deſiit poſſidere,l.neque ſeruus.hoc tit. noſtro . &per conſequens ipſa uſucapio interrumpitur, quæ non poteſt poſteà tranſire ad hæredes .

32 Secundò † & fortius urgere uidetur text. in terminis in l. in bello.§.fi.in 3. reſponſo. inf. de captiuis ubi dicitur impleri uſucapionẽ de his quæ per eos quos habebat in poteſtate poſſidebat.Reſdondent doc.quòd ille tex. intelligitur de peculiaribus referẽdo uerba peculiari nomine ibi poſita,etiam ad illud præcedens dictum; Vel ſecundò reſpondetur ꝙ ille text. loquitur de ſuo hærede in cuius perſona poteſt impleri uſucapio,& probatur in illis uerbis, ibi , hæredi ſuo impleri.unde ibi ponitur una limitatio ad iſtum articulũ:quia ibi poſſidebat captiuus per corpus filii in poteſtate, & moriente poſteà captiuo:quia fingitur ab hora captiuitatis mortuus filius ſtatim incæpit eſſe ſuus hæres,& tanquàm dominus poſſidere cæpit ſeruos , & per ſeruos incæpit habere poſſeſſionẽ,uel ſi per corpus ſuum tenebat,incæpit poſſidere tanquã dominus,& concurrentibus iſtis tribus quòd ante mortem poſſidebat,& per mortem patris continuatur,l.in ſuis.de lib.& poſthum. coniuncta l.nihil.C.de uſucap.pro empto. Item quòd ſtatim eſt hæres,& immediatè.§.j.inſt.de hære.qualit.&differentia,&quia iam corpore poſſidebat ſubſtineturpoſſeſſio,& uſucapio quæ tamen deficit in poſſeſſis per corpus captiui:quia non concurrunt omnia illa tria , ut eleganter dicit ille tex. ità nouiter declaratus . Quare remanet ꝙ in poſſeſſis per alium ante captiuitatem nõ procedit uſucapio in extreneo hærede,& in hoc cõuenit cum poſtliminio:ſed bene procedit in ſuo hærede . qui retro ſemper ab hora captiuitatis fuit pater familàs, & poſſeſſor.& in hoc differt à poſtliminio quia ſemper filius eſt alieni iuris ſicut ſeruus . leg. in bello . §. ſi quis capiatur.&l.bona.§.quòd ſi filius.inf.de cap.

33 Tertius eſt articulus † de acquiſitis poſt captiuitatẽ ex cauſa non peculiari , in quibus concludunt doct.quòd uſucapio nõ procedit: quia poſſeſſio habet multum facti , & conſiſtit in animo domini,qui extinguitur per captiuitatem,& nõ continetur l. Cornelia in operationibus ſuis ſecundum ueritatem,& in conſequentiam deficiẽte extremo à quo non fingitur hæres retro uſucæpiſſe,& de hoc eſt text. hic ſecundum literam negatiuam, & communem intellectum . & l. fi. §. fi. ſecundum communem intellectum . infra eodem . & fortius procedit quàm præcedens: quia non potuit poſſeſſio in ſeruo incapaci habere aliquòd principium,per legem neque ſeruus . ſupra eodem . Sed in contrarium facit textus in dicta l. iuſto . §. fin. in fi.infra eodem . & dicta l. in bello . §. ſi quis capiatur . ſoluunt doct. & glo. omnes quòd proceduut in hærede ſuo.id eſt,in filio qui eſt ſuus hæres,& in eo procedit uſucapio , cum retro fingatur fuiſſe pater familiàs , & ea quæ emit incæpit poſſidere ex perſona ſua uerè : quia uerè erat capax , & uſucapio uerè in eo incepit. unde cum ratione tex. ibi dicit quòd & ſibi poſſediſſe, & uſucepiſſe intelligitur. Sed dum dicit quòd ſibi acquirit intellige ex cauſa extrinſeca per donationem,& legatum extraneorum,nõ autem ſi emiſſet ex cauſa hæreditaria ſeu paterna pecunia : quia tunc acquireret ſibi pro ſua portione tantum , & aliæ partes uidentur eſſe acquiſitæ cohæredibus:ſicut ſi uerè hæreditas iacuiſſet,& eſt ualde rationabile,licèt doct.non ponant. & in his terminis poteſt ſaluari opinio Hugolini . qui tenebat contra communem opinionem,quòd uſucapio in non peculiaribus procedat .

Quare habes quòd uſucapio de quæſitis poſt captiuitatem non procedit in hæredibus extraneis , & in hoc conuenit lex Cornelia cum poſtliminio : ſed ſi captiuo ſuccederet ſuus hæres uſucapio procederet cum etiam in poſſeſſis per ſeruos eadem ratione : quia ipſe filius eos poſſidet , & ſic in omnibus poſſeſſis per alium ex cauſa non peculiari fit differentia in operationibus legis Corneliæ inter ſuos hæredes, & extraneos. In aliis uerò omnibus articulis non fit hæc differentia , quæ tamen non cadit in poſtliminio : quoniam ipſe captiuus recuperat .

34 Quartus eſt † articulus de poſſeſſis ante captiuitatem per ſeruos, uel filios in poteſtate ex cauſa peculiari , in quo communiter concludunt doctor. quòd uſucapio procedit in hæredibus : quoniam poſſeſſio erat fundata in corpore , & animo ſerui , uel filii, & ei eo ignorante poterat acquiri ipſa, & uſucapio, per legem ſecundam . §. Celſus . infra pro emptore. Vnde ſolum in domino erat iuris acquiſitio , ſupplendo per dominum , & peculium perſonam ipſius filii , uel ſerui, & quamuis capiatur poſteà dominus, poſſeſſio reman-

ſit illæſa ;in corpore, & animo ipſius ſerui, &
fortius in corpore filii, & nunquàm fuit inter-
rupta, & cum poſteà moriatur captiuus. & re-
trò fingatur mortuus, & filius pater familias,
& ſeruus cum ſuo peculio dicuntur bona eſſe cũ
uſucapione in hæreditate ipſius captiui, & ac-
quiruntur hæredibus, & retrò fingitur uſuca-
pio interueniente extremo habili, ſicut etiam
dictum fuit ſupra de poſtliminio, & nihil repu
gnat ultra poſtliminium, & ampliatur proce-
dere etiam ſi ſuus hæres succesſit: quia cum uſu
capio ſui natura procedat, ſuitas auget pote-
ſtatem uſucapiendi cum retro filius fingatur pa
ter familiàs, & fortius uſucaperet, intellige ta-
men quòd uſucapiebat nomine hæreditario, li
cèt ſolus poſſideret. quam uſucaptam debet po
ſteà diuidere cum ſuis cohæredibus, l. ſi dona-
tione. C. de collationibus. & l. filium quem ha
bentem. C. familiæ erciſcundæ.

35 Quintus eſt † articulus de acquiſitis poſt ca-
ptiuitatem ex cauſa peculiari, in quo doct. etiã
communiter concludunt quòd uſucapio proce
dat in hærede. per tex. in l. iuſto §. fin. infra eo
dem. ibi, inchoari uſucapionem, & per text.
in l. in bello. §. factæ. in tertio dicto. infra
de capitu. & poſt. qui licèt loquatur in ſuo hæ
rede ſecundum unum intellectum. tamen pro-
cedit etiam in extraneo quatenus intelligitur
de peculiaribus per dictum. §. fina. ibi, inchoa-
ri uſucapionem. & per rationem quam ſupr.
poſui quòd ſerui, & filii dicuntur uerè incipe-
re poſſidere ciuiliter, & naturaliter: quoniam
tota poſſeſſio in perſona eorum eſt, & ſerui ſup
plentur per peculium, & per dominium ſuſpẽ
ſum, & filii ſupplentur qui habentur tanquam
pater familiàs, & cum ſint tanquàm domini per
fectè poſſunt uſucapere, & facit tex. in leg. ait
prætor. § ſi planè. ſupra ex quibus cauſ. maio.
& §. rurſus. inſti. de actionib. & l. pe. inf. de ca
ptiu. & l. bona. §. quod ſi filius. & §. qui pecu
liari. & per totum. inf. de captiui.

36 Sed † tamen in contrarium de directo uide-
tur tex. in l. fin. §. fin. infra eodem. qui expreſ
ſè dicit quòd uſucapio nõ incipit niſi à die adi
tæ hæreditatis: quia non poteſt dici uſucaptum
quod defunctus non poſſedit. Idem etiam hoc
uidetur probare iſte text. intelligendo ſecundã
partem de peculiaribus tantum. & quòd litera
ſit negatiua. Nam in eo probatur quòd Iulia-
nus dubitauit de lege Cornelia, an uſucapio ha
beat locum in ſucceſſoribus. Sed Marcellus re-
probauit plenius capiendo legem Corneliam:
tamen Iulianus ſeu auctor legis determinauit
quòd non habeat locum in ſucceſſoribus uſuca
pio, & ſic quòd in peculiaribus non procedat
uſucapio, quam opinionem uidentur tenere ali
qui, & ad tex. in dicto. §. factæ. reſpondent ꝙ
procedit in ſuo hærede, ibi, uſucapionem ſuo
hæredi impleri. Nam uerbum illud ſuo. non ſi
gnificat poſſeſſiuum: ſed qualitatem ſuitatem
& hæreditatem demonſtrat, & hæc fuit ſolutio

Ruy. pro qua facit: quia hic text. loquitur de
ſucceſſoribus, & uidetur includere ſolum extra
neos hæredes. Tamen prima opinio quæ com
munis eſt, omninò eſt tenenda, quòd in omni
bus peculiaribus uſucapio in omnibus hæredi-
bus procedat per illam rationem quòd ſeruus
uerè, & animo incipit poſſidere ſuppletus per
dominum, & peculium ſuſpenſum, & ideò dici
tur inchoare uſucapionem, dicta l. iuſto. §. fin.
& faciunt omnes aliæ leges quæ non faciunt mẽ
tionem de ſuo hærede, & tamen dicunt uſuca-
pionem procedere, & præciſè tex. in dicta le.
ait prætor. §. id planè. & dicto §. rurſus. qui
uolunt uſucapionem perfici pendente captiuita
te, & ſi non heret hæc differentia non poſſet pro-
cedere uſucapio: nec in ſuo: quia oporteret ſtare
in ſuſpenſo, an moreretur apud hoſtes, & cum
ſuo hærede, quod eſt contra illum tex.

Nec obſtat iſte tex. quia intellectus iſte non
eſt uerus: neque in hac le. poteſt aliquis nouus
intellectus dari propter literam ambiguam, &
incertam.

Nec obſtat dicta l. fi. §. fi. quia ille tex. intel-
ligitur de non peculiaribus: ſed ſeruus qui co-
gnoſcebat peculiaria magis fauorabilia eme-
bat nomine peculiari: tamen nunquàm fuerat
peculium, & ibi determinatur quòd non proce
dit uſucapio, cum in poteſtate ſerui non ſit con
ſtituere ſibi peculium. Alias etiam reſponſio-
nes ponunt ſuper quinta oppoſitione Bar. ſecun
dæ partis ubi docto. plenè examinant intelle-
ctum illius textus. in quo ſolo fit uiolatio ad
literam in tota hac materia. Sed neceſſe eſt
ita dicere.

Quare remanet quòd in peculiaribus quæſi-
tis poſt captiuitatem procedit uſucapio per le
gem Corneliam in omnibus hæredibus, tam ex
traneis, quàm ſuis, & in eis concordat cum
poſtliminio.

37 Ex quibus † diſcuſſionibus dictorum decem
articulorum habes in effectu quatuor regulas,
duas in poſtliminio, & duas in lege Cornelia.

Prima eſt regula in poſtliminio, quòd in om
nibus poſſeſſis ex cauſa non peculiari ſiue per
corpus captiui, ſiue per alios, ſiue poſt captiui-
tatem quærantur non procedit uſucapio: neque
ipſi reuerſo prodeſt.

Secunda eſt regula contraria, quòd in omni
bus peculiaribus tam poſſeſſis ante captiuitatẽ,
quàm poſteà quæſitis uſucapio procedit, quæ
prodeſt ipſi reuerſo ut fingatur retrò uſucæpiſ-
ſe. In lege quoque Cornelia alia regula eſt quòd
in poſſeſſis ante captiuitatem, uel per corpus
captiui, uel per aliud, & etiam in quæſitis poſt
captiuitatem ex cauſa non peculiari uſucapio
non procedit ut proſit hæredi extraneo. Sed in
ſuo hærede poſſeſſa per alium uſucapiuntur, &
ei prodeſt uſucapio.

Secunda eſt regula quòd po[illegible] ex cauſa
peculiari ante captiuitatem. [illegible]ptiuita
tem quæſita uſucapiuntur, & [illegible] & uſu

capio prodeſt omnibus hæredibus tam extraneis quã ſuis. quæ quatuor regulæ poſſunt etiã reduci ad duas, una eſt quòd in peculiarib. poſſeſsis ante captiuitatem uel poſteà quæſitis uſucapio procedit, ut proſit tã ipſi reuerſo ex poſtliminio, quàm etiam omnibus hæredibus ex le. Cornelia, & ſic generaliſſimè, & indiſtinctè in peculiaribus ſemper procedit uſucapio.

Secunda eſt regula, quòd in poſſeſsis ante captiuitatem per captiuum, uel alium, uel acquiſitis etiã poſt captiuitatẽ ex cauſa nõ peculiari uſucapio non procedit omnimodo in poſtliminio ut reuerſo nunquàm prodeſſe poſsit: neque etiam ex lege Cornelia ut proſit extraneo hæredi. ſed in ſuo hærede ex lege Cornelia uſucapio procedit in omnibus poſſeſſis per alium ante uel poſt captiuitatem, & ſic in effectu habes quòd ęqualitas eſt tam in poſtliminio quàm in lege Cornelia quòd uſucapio procedat, uel non procedat, & ſola differentia eſt in ſuo hærede qui poteſt uſucapere poſſeſſa per alium, quæ qualitas non poteſt conſiderari in poſtliminio, cum uiuus captiuus reuertatur. per quas regulas habes cõclusſam totam materiam iſtius legis per tot uerba, & tot confuſiones, & inuolutiones tractata iufra per docto.

38 Nam in eis finaliter † poſt longas diſcuſſiones faciemus has concluſiones, reducendo materiam totam ad eas, has enim ſummo digito hic retuli ut auditores de tota materia eſſent inſtructi: quoniam cum hæc lex propter uerba ambigua flexibilia, & incerta non poſsit firmam aliquàm deciſionem tradere, neceſſarium eſt recurrere ad alias leges, & per eas reſoluere omnes articulos, quibus reſolutis, apparebit qui intellectus tenendi ſint in hac lege: quoniam ſi concludent aliquàm ex dictis concluſionibus poterunt tolerari. Sinautem concludent aliquid contra prædictas deciſiones: quia falſam inducunt deciſionem omnimodo erunt reiiciendi.

39 Quibus etiam addi † debes ſextus articulus. de quo fit mentio infra per doctor. licèt non pertineat ad hæc duo remedia, uidelicet utrum in pagano moriente in ciuitate uſucapio procedat iacente hæreditate, ut prodeſſe poſſit hæredibus? in quo articulo. text. in dicta l. fin. §. fin. dicit quòd non procedit uſucapio: quia per morientes extinguitur poſſeſſio, l. cum hæredes. §. primo. ſupra titulo primo. Tamen in contrarium facit text. in le. nunquàm. §. uacuum, & l. iuſto. §. nondum. infra eodem. l. Pomponius. §. non autem. ſupra titulo primo. & §. diutina. inſtitut. de uſucapio. & l. cæptam. infra eodem. doctor. non decidunt, ſed tu diſtinguas. Aut nos ſumus in ſuis hæredibus, & tunc indiſtinctè procedit uſucapio: quia ſui hæredes ſtatim mortuo te[illegible] ſunt hæredes, & ipſi ſimul cum teſ[illegible] ſidebant, leg. in ſuis. dig. de libe[illegible] mis. & per mortem ipſius teſtatoris, uel parentis non extinguitur poſſeſſio: ſed continuatur antiqua ut nullum titulum acquirant, l. nihil. C. de uſuc. pro emptore. ergo ſequitur quòd licèt non ſe immiſceant niſi poſt certum tempus: tamen ipſi poſſident, & uſucapionem perficiunt ſibi, cum ipſi ſtatim ſint poſſeſſores, & domini: argumento l. iuſto. §. fina. infra eodem. & l. penultim. infra de captiuis, ibi, ſeruus hæreditarius auget hæreditatem. Si uerò nos ſumus in extraneis hæredibus, & tunc ſi ſunt peculiaria poſſeſſa ante mortem teſtatoris, & adhuc hærediras complet uſucapionem dicta lege cęptam. infra eodem. Si uerò non ſunt peculiaria, & ſunt pauci dies, adhuc de iure ſingulari uſucapio procedit: argumento l. mixtura. §. Labeo. iufra eodem. Sinautem deficiant multi dies, & tunc dicas quòd hæreditas non complet uſucapionem per ſe. ſed expectatur quòd hæres habeat hæreditatem, & apprehendat poſſeſſionem, & poſteà fingitur retro poſſediſſe, & uſucæpiſſe omnia penitus poſſeſſa à defuncto. ut dicto. §. diutina. & lege Pomponius. §. non autem. & dicta lege iuſto. §. nondum. & ſi dicatur quare in uera hæreditate ſemper completur uſucapio in hærede quæ trahitur retrò ad tempus mortis, & in ficta hæreditate per legem Corneliam non procedit: nec trahitur retro. Bartolus in dicto uerſicul. Marcellus. dicebat quòd hoc erat ſpeciale in dicta hæreditate, & dicto. §. nondum. quòd non debet trahi in conſequentiam. ſed hoc eſt refugium miſerorum, cum fortius hæc ſpecialitas deberet eſſe in lege Cornelia. Vnde tu dicas quòd quando hæreditas uacat per mortem in captiuitate lex Cornelia facit acquiſitionem nouam in hærede prętet ius commune per aditionem, & ſtatim quòd adunt fingit retro habuiſſe omnia dicta iura, & non expectat quòd hæres apprehendat poſſeſſionem. Vnde cum poſſeſſio non reperiatur in hæreditate: quia fuit extincta per captiuitatem non poteſt acquiri per aditionem, & per conſequens non poteſt retrò trahi deficiente extremo, & lex Cornelia quæ ſecundum ueritatem poſt captiuitatem ante mortem ſuſpendit omnia iura ſecundum ueritatem. unde non potuit ſuſpendere poſſeſſionem extinctam quæ facti eſt: nec uoluit perfictionem: quia eſt pauci præiudicii, & quia per eam acquiritur iniquum præſidium uſucapionis, dicta lege uec utilem. ff. ex quibus cauſis maior. ſed quando moritur in ciuitate ſtatim eo mortuo nullum tempus eſt ambiguũ: ſicut eſt pendente captiuitate in quo captiuus mortuus & uiuus dicitur. Ideò ſeruantur dicta iura communia, ut plenius dicam inf. in figuratione caſus primæ partis demonſtrando quòd eſt magna differentia inter ſucceſſores de iure communi. & ſucceſſores ex diſpoſitione legis Cornelię, & hæc ſufficiant quantum

ad ge-

ad generalem, & ſummariam reſolutionem totius materiæ iſtius legis.

Tertia præuia inſpectio in qua referuntur duodecim iutellectus traditi per doctor. & datur reſolutio quis intellectus ſit tenendus, ſuper quo ſit fienda figuratio caſus.

40 Tertiò principaliter†proprius accedendo ad tex.noſtrum præmittendum eſt, quòd in hac le. litera eſt ita ambigua, quòd quã deciſionẽ uelit facere adhuc ignotum eſt. in ea enim uerba ſunt ſimplicia quæ poſſunt accõmodari uariis caſibus diuerſis, & etiã contrariis, & referuntur duæ opiniones contrariæ Iuliani, & Marcelli, & uerſ.quemadmodum, eſt ità incertus quòd quis eũ expreſſerit ignoratur, & poſteà additur duplex litera contraria negatiua, & affirmatiua, ut intentionẽ Pauli qualis. fuerit nemo pene pcipere poſſit. unde recipit pene tot intellectus quot lineas continet, &duodecim ſunt principales qui hic referuntur per doct. & aliqui etiã alii per Moder. cogitantur ut confuſio penitus plena in hac materia inducatur.

41 Hæc igitur lex†habet principaliter duos modos legendi, unus eſt quòd in tota hac l. ponatur unum thema, & unum quæſitum ꝙ referatur in prin.l.& poſteà in uerſi. quòd ſi ſeruus.detur reſponſio duplex, una Iuliani cum diſtinctione & alia Marcelli negantis diſtinctionẽ, & quòd in fine ponatur deciſio habens reſpectũ ad principiũ le. Secundus eſt modus legendi ꝙ in hac l.fuerint formatæ duæ quæſtiones ſeparatæ, & unicuiq; quæſtio. tradantur reſponſiones diſtinctæ, & ideò in prin.uſq; ad uerſi.Marcellus, formata fuerit quæſtio utrum in captiuo moriente apud hoſtes habeat locũ uſucapio de bonis poſſeſſis ante captiuitatem, & in ij.parte formetur quæſtio utrum uſucapio procedat in hæredibus de bonis quæſitis poſt captiuitatẽ, & in hac ſola referuntur opiniones Iuliani, & Marcelli, & deciſio quæ ponitur in fi.ad hanc ſolã referatur ità quòd in prin.uſq; ad uerſi.quòd ſi ſeruusquęſtio ſit de bonis quæſitis ante captiuitatem, & deciſio in continenti ponatur.& in uerſi. quòd ſi ſeruus alia ſit quæſtio de bonis quæſitis poſt captiuitatem, & ponatur deciſio quæ nullum commertium habet cum primo quæſito.

42 In primò†modo legendi traduntur tres principales intellectus quos refert Bar.inf.in uerſic. Marcellus.in ij.iij & iiij.intellectu. Primus eſt quòd in themate unico quæſitu fuerit, an uſucapio procedat in hærede per l.Corneliã in omnibus bonis poſſeſſis tã ante quã poſt captiuitatẽ, & ꝙ Iulia. ad totum thema de omnib.dictis bonis reſponderit diſtinguendo inter poſſeſſa ante captiuitatẽ, & poſt, captiuitatem:ſed Marcel. contradicat nolens ꝙ in nullo modo poſſidendi procedat uſucapio, & poſteà probet in uerſi. quemadmodũ, & decidatur in nullo caſu in ſucceſſoribus habere locum uſucapionem complectendo totam leg.in deciſione.Sed iſtum intellectũ repræhendit Bar.& omnes: quia ſi Marcell. uoluit plenius accipi legem Cornel. ergo uſucapio deberet procedere in eo, & decidendo ꝙ nullo modo procedat uſucapio, demonſtrat ꝙ lex Cornelia minus ſumitur, & ſic deciſio eſt cõtra rationẽ.Item intellectus redditur falſus: q̃a concluſiones prædictæ ſunt falſæ ut ſup. demõſtratum fuit in ſuis articulis per alias leges, & nullam nouam poſſumus ex hoc text. inducere propter flexibilitatem uerborum.

Vnde ſecundus datur intellectus præcedenti contrarius, ꝙ in themate fuerit quæſitum, de bonis poſſeſſis tam ante quàm poſt captiuitatẽ, & ſic fuerit generale ad totam leg. & Iulianus reſponderit diſtinguendo, Marcell.autẽ dicat idẽtitatẽ eſſe in utroq, & in omnib. debere præcedere uſucapionem:quia plenius lex Cornel. eſt accipienda, &hanc ſuam opinionẽ probet Marcellus in uerſi. quemadmodum. & poſteà in fi. ponatur deciſio generalis uſucapionem habere locũ in omnib.caſib.in ſucceſſorib. & iſte intellectus fũdatur:q̃a in l.in bello.§.factæ.inf.de ca. refertur hæc contradictio Marcelli generalis, & ideò debet dici hic etiam fuiſſe generalem, quãuis poſteà in di.§. factæ. reſtrictio fiat ad duos modos poſſidendi tantum, & adaptatur optimè ad iſtum tex.ſecundum literã affirmatiuã, & ſecundum literam negatiuam adaptatur etiam, ut probet præcedentem intellectum ſi uerſ.Marcellus. tollatur de medio, & dicatur ꝙ omnia uerba legis ſunt Iuliani negatiuè decidentis: tamen poſteà in fi.ponatur uerſi.Marcell.qui decidat affirmatiuè hoc modo.Marcellus autẽ plenius ait accipiendam eſſe legen Cornel.& in illis uerbis ſit finis legis, & iſte intellectus ſatis poſſet procedere, tenendo ꝙ in hac l. tractatur de hæredib.ſuis, in quib. facilius procedit uſucapio ut dictum fuit ſup.& uidetur ſuaderi per dictum.§.factæ.in illis uerbis ſuo hæredi impleri uſucapionem. Sed tamen poſteà iſte intellectus non eſt bonus. Primò:quia eſt trãſplãtatio literæ diſproportionata, ut finem legis faciamus in medio.Secundò:quia hic poneretur deciſio quæ corrigeretur in d. §. factæ. quod eſt inconueniens. Tertiò:quia litera in aliis partibus nõ poteſt accõmodari. Quartò:quia non eſt uerum ꝙ iſte tex. loquatur in ſuis hæredib.tantũ: quia bis dicit in ſucceſſorib. & potius tota lex deberet intelligi de ſucceſſoribus extraneis, & ideò nullatenus eſt tenendus.

Tertius datur intellectus Hugolini, qui ſimiliter conſtituebat unum thema in tota l.ſed tamen uolebat ꝙ fieret, & decideretur de non peculiarib.omnib. uolens ꝙ in eis ſequendo opinionẽ Marcelli habeat locum uſucapio adaptãdo literã, & omnia ſint uerba Marcelli ut ſup. & mouebatur: q̃a fingitur captiuus mortuus tẽpore captiuitatis quo ipſe erat lib[illegible] [illegible]ſſidebat. ſed ſi eſſet mortuus in ciuitat[illegible] [illegible]on-

nib.pcederet,l.captã.inf.eo.&d.§.diutina.inſt. eo.& l.iuſto.§.nũdũ. & l.nũquã.§.uacuũ.inſ.eo. ergo,& in hac hæreditate ficta debet procedere uſucapio propter dictam fictionem legis Corneliæ.ut ſequatur ille effectus illius tẽporis quòd inducitur per fictionem, & iſte intellectus ſatis uidetur probabilis intelligendo hunc tex. ut loquatur in ſuo hærede in quo facilius ut dictum fuit,procedit uſucapio,& eum tenet hic Alcia. & ego plenè refero in figuratione caſus, & in j. notabili:tamen communiter reprehenditur ut per Bar. in d.uerſi.Marcellus,qui dicit dicta iura procedere de iure ſingulari in hæreditate iacente,& non debere trahi ad conſequentiam, & intellectus oppugnatur per dictum.§.factæ. ubi in ſuo hærede non habet locum uſucapio depoſſeſſis per corpus captiui, & obſtat iſte text. in princ. dum argumentatur de poſtliminio ad legem Corneliam.

Item obſtat iſte tex.qui loquitur de ſucceſſoribus extraneis,in quib.dictæ concluſiones ſũt falſæ,ut dictum fuit ſup.in articulis de poſſeſſis ex cauſa non peculiari,& nullus nouus intellectus contra alias leges poteſt ex hac le. induci quia ſemper uerba contradicunt in aliqua parte,pro ut etiam in hoc intellectu in multis partibus litera non poteſt accommodari.Vnde apparet ꝙ tenendo in tota hac le.unicum fuiſſe thema, & ꝙ finis accommodetur ad principiũ nullus intellectus bonus eſt traditus, & per conſequens iſte modus legendi non recipit exemplũ in deciſione, & nullo modo eſt tenendus.

43 Secundus eſt modus legendi hanc legem,† ꝙ in ea fuerunt duo quæſita ſeparata,unũ in prin. poſitum de poſſeſſis ante captiuitatem, cui ſtatim reſpondetur uſque ad uerſi. ꝙ ſi ſeruus, & ibi poſteà ponatur alia quæſtio,quid de quæſitis poſt captiuitatem,& in ea referantur opiniones,& ponatur deciſio illud thema ſolum reſpiciens,& ſecundũ hunc modũ intelligendi in j. parte ſunt duo intellectus. Primus eſt ꝙ thema intelligatur pro ut iacet litera nihil addendo ꝙ fuerit quæſitum de his quæ poſſidebat captiuus per corpus ſuũ,& nihil dicatur de poſſeſſis per corpus filii uel ſerui ex cauſa non peculiari, & deciſio ſit quòd uſucapio non procedit argumentando de poſtliminio ad legem Cornel. & ideo intracta remaneat deciſio de uſucapione rerum poſſeſſarum per corpus alterius, & hunc intellectum latè comprobat Iaſ.diſputatiuè ſuper glo. fi. repræhendendo ampliationẽ gloſſæ j. hic quæ addidit tam per ſe quã per aliũ,& doc. ſequentiũ eã.Sed tamen iſte intellectus communit.repræhẽd itur: quia ut ipſe fatetur concluſio debet eſſe ead.de poſſeſſis per ſe,uel per alium ex cauſa nõ peculiari.ſaltẽ in extraneis hæredibus,de quib.loquitur iſte tex. unde aliũs eſt intellectus ꝙ thema hic fuerit generale de omnibus poſſeſſis tã per ſe quàm per aliũ · quia uerbum pro [illegible] re poſſidebat, poteſt æqualiter de[illegible] a poſſidebat per ſe uel ꝑ aliũ ex cauſa non peculiari, & quòd decidatur in omnib.locũ non habere uſucapionem in hærede extraneo per legem Corne.quia ead.ratio eſt quòd poſſeſſio facti eſt, & interumpitur per captiuitatem,& non ſuſtinetur per eã,& argumentatio de poſtliminio optimè procedit in iſtis duob.caſib.datis extraneis hæredib. & iſtum intellectum communiter tenent docto. ampliando literam ad poſſeſſa per alium ex cauſa non peculiari, & ego etiam †infra tenebo.

44 Secunda quoque pars in qua quæritur† an uſucapio procedat de quæſitis poſt captiuitatem, habet & ipſa uarios intellectus,&duo ſunt principales qui propter literam affirmatiuam,& negatiuam tranſeunt in quatuor.

45 Primus† eſt ergo intellectus,quòd in hac parte fuerit quæſitum tantum de peculiarib.poſteà quæſitis utrum in eis habet locum uſucapio ſecundum legem Corneliam, & reſponſio ſit Iuliani dubitantis, & Marcelli repræhendentis,& quòd ſequendo opinionem Macelli decidatur uſucapionem habere locũ plenius accipiendo l.Corneliam quam probat in uerſi.quemadmodum.Vnde poſteà decidit habere locum uſucapionem ſecundum literam affirmatiuam.qui intellectus quantum ad reſolutionẽ bonus eſt in ſe:quia ità determinauimus ſup.in articulis diſcuſſis. Sed tamen ei obſtat pro confirmatione opinionis Iuliani tex.in l.fi.inſ.eo.ubi diciturꝙ non incipit uſucapio niſi à die aditæ hæreditatis.tamen defendendo reſpondent glo. quòd ille tex.loquitur quando captiuo ſucceſſit extraneus hæres hic autem ſuus hæres ſucceſſit, & ſic reſtringitur iſte tex. ut procedat tantum in ſuo hærede,& uidetur probari in d.§. fact. in uerbo hærede ſuo impleri uſucapionem , quæ deciſio in ſe & ipſa eſt uera ut in ſuis hæredibus procedat uſucapio:quia concordat cum præcedentib.

46 Sed†dum uidetur præſupponere ꝙ in extraneis hæredibus non procedat uſucapio de peculiaribus rebus,dictum non eſt uerum in ſe,cum imò, & de dictis rebus in extraneis hæredibus procedat uſucapio . Item contradicit huic literæ quę loquendo de ſucceſſoribus uidetur deciſionem ponere in extraneis hæredibus. Item facit quòd iſte tex. poneret eundem caſum quẽ ponit dictus . §. factæ . quòd non uidetur poſſe ſtare : quia uerba inferunt eſſe diuerſos caſus, & diuerſas contradictiones Iuliani & Marcelli, & uidetur potius contrarium dicendum quòd hic ponatur de contradictione iſtorum in extraneis hæredibus, ibide contradictione ſtantibus ſuis hæredib. quo caſu plenius obſtaret dicta le. fin. §. finali infra eodem.

Et ideò melius eſſet dicere qui uellet ponere hunc intellectum quòd iſte textus decidat generaliter uſucapionem procedere de peculiaribus etiam in extraneis hæredibus. Et ad dictum . §. fina. l. fin. reſpondere quòd loquitur in non peculiaribus . unde iſte intellectus in ſe eſt uerius: quia concordat cum deciſionibus.

ſupra

ſupra firmatis: tamen quantum ad legem habet aliqua uerba non conuenienria, & nimis reſtringentia eam, & maximè quia litera negatiua eſt magis communis.

47 Propterea † hic intellectus propter literam negatiuã diuiditur & ex ea creatur ſecundus intellectus retento dicto themate, quòd hic quæſtio fuerit tantummodo de peculiaribus poſtea queſitis, & Iulianus dixerit in reuerſo de eis habere locum uſucapionem propter poſtliminium. ſed de lege Cornelia dubitauerit, Marcellus uerò dicat idem eſſe in lege Cornelia ut locum habeat uſucapio in hæredibus, plenius accipiendo legem Corneliam. ſed Iulianus poſteà, uel auctor legis defendendo ſuam opinionem fecerit uerſi. quemadmodum. in quo uſq; ad finem determinauerit contrarium, quòd imò in peculiaribus poſt captiuitatem quæſitis, non habeat locum uſucapio per legem Corneliam quæ differat in hoc à poſtliminio. & cum hac deciſione concordat dicta l. fi. §. fi. infra eodem, quæ dicit à die aditæ hæreditatis, & ſic ab apprehenſione poſſeſſionis incipere uſucapionem. & quia uidetur obſtare dictus §. factæ. reſpondeatur quòd ipſe loquitur in ſuis hæredibus, hic uerò loquitur in ſucceſſoribus extraneis. qui intellectus ſatis eſſet probabilis ſi nos nõ haberemus niſi has tres leges de peculiaribus loquentes: ſed tamen quia habemus alias leges claras uolentes in peculiaribus in omnibus hæredibus habere locum uſucapionem, & nullam eſſe differentiam in hoc inter poſtliminium, & legem Corneliam ut firmauimus ſupra in articulis diſcuſſis, apparet quòd iſte intellectus eſt falſus: quia continet deciſionem falſam, nec poſſumus in eo facere aliquam deciſionem nouam ut per eam limitemus alia iura: quia uerba ſunt nimis incerta & obſcura, & inuicem contrariantia, ut nulla firmitas in eis haberi poſſit, Et propterea iſte intellectus nullo modo eſt tenendus.

48 Secundus † eſt principalis modus legendi hanc ſecundam partem, quòd in ea fuerit quæſitum de rebus peculiaribus & non peculiaribus, poſt captiuitatem quæſitis.

Sed tamen quia duplex reperitur litera, affirmatiua & negatiua, iſte modus legendi di-
49 uiditur in duos alios intellectus. † Ideò tertius eſt intellectus quòd hic fuerit dubitatum de peculiaribus & non peculiaribus poſteà quæſitis, an in eis procedat uſucapio, & quod Iulianus dixerit in peculiaribus, habere locum uſucapionem utroquè iure poſtliminii, & legis Corneliæ: ſed dubitauerit de non peculiaribus in ſucceſſoribus. Marcellus uerò contradixerit dicendo plenius accipiendam eſſe legem Corneliam, & opinionem Marcelli approbauerit auctor legis ſecundum literam affirmatiuam, etiam in non peculiaribus quæſitis poſt captiuitatem procedere uſucapionem probando eius opinionem in uerſi. quemadmodum, ut à uerſ. Marcellus. uſquè ad finem omnia ſint uerba Marcelli. Qui intellectus uidetur comprobari in dicto. §. factæ. ſecundum ſimplicem literam in ſecundo dicto, & conuenit in parte cum intellectu Hugolini tamen contra eum facit tex. in dicta l. iuſto. §. fi. infra eodem in ſecundo dicto. & faciunt ea quæ ego firmaui ſupra in articulis de non peculiaribus, concludendo quòd æqualiter prohibetur uſucapio in poſtliminio & lege Cornelia: quia interumpitur poſſeſſio. fallit tantummodo in ſuis hæredibus per legem Corneliam in dicto. §. factæ. Vnde qui uult tenere hunc intellectum cogitur reſtringere legem, ut loquatur de ſuis hæredibus, quæ reſtrictio uidetur eſſe uiolatiua, cum loquatur de ſuis hæredibus, & ſemper uidetur facere æqualitatem inter poſtliminium & legem Corneliam, in quo non cadit qualitas ſui hæredis.

50 Vnde † quartus eſt intellectus contrarius præcedenti retinendo thema quòd fuerit quæſitum de peculiaribus, & non peculiaribus quæſitis poſt captiuitatem, & literam negatiuam. & quòd Iulianus determinauerit uſucapionem habere locum in peculiaribus, tam iure poſtliminij quàm legis Corneliæ. ſed de non peculiaribus dubitaſſe. Marcellus uerò determinauerit idem eſſe in non peculiaribus plenius accipiendo legem Corneliam. ſed Iulianus in uerſi. quemadmodum argumentatur defendendo opinionem ſuam, quòd non habeat locum lex Cornelia, & auctor legis approbauerit opinionem Iuliani in ſucceſſoribus, id eſt, in hæredibus extraneis, qui intellectus communis eſt, & cum conueniat deciſionibus formatis in præcedentibus de non peculiaribus, ut non habeat locum uſucapio, æqualiter cum poſtliminio remanet in ſe uerus, & litera etiam uidetur accommodari; Tamen ei obſtant quatuor, primo quòd hic nullum eſt uerbum de peculiaribus & non peculiaribus. ſed docto. reſpondent quòd debet fieri ſubauditio, uel à contrario ſenſu ut per Bar. & ut nos poſſimus facere deciſionem ueram: ſicut etiam fecimus in prima parte legis ſubaudiendo ibi intelligi uſucaptũ in peculiaribus; ſecus in non peculiaribus ipſi reuerſo: ſed ſi deceſſerit dubitauit &c.

Secundò obſtat dictus. §. factæ. in ſecundo dicto. Sed reſponderi poteſt quòd loquitur quando ſuus hæres extitit. Sed in iſtis non peculiaribus iſte tex. cum tota lege loquitur de extraneis hæredibus, quæ bis dicit de ſucceſſoribus, & argumentatur de poſtliminio in quo hæc qualitas non reperitur.

Tertio obſtat, quia Marcellus hic contradixit in peculiaribus tantum, ut patet in dicto. §. factæ. ubi refertur contradictio plenior. ſoluit Bar. ſuper uerſi. Marcellus. quòd hic contradictio fuit uno caſu relato, ibi uerò fuit de pluribus relata, & iſte eſt com[illegible]tellectus per quem determinatur qu[illegible]laribus

quæſitis poſt captiuitatem habet locum uſuca-
pio, tam de iure poſtliminij quàm legis Cor-
neliæ, & in non peculiaribus non habet locum
uſucapio tam per poſtliminium quàm per le-
gem Corneliam in ſucceſſoribus extraneis, &
argumentatio fit rectè de poſtliminio ad le-
gem Corneliam, & iſte intellectus etiam mihi
placet ut infra ſubiiciam per rationes ibi rela-
51 tas. † Ei tamen obſtat ſecundum Alciatum in
uerſi. Marcellus, quòd docto. præſupponunt
Iulianum uoluiſſe ſe defendere in uerſi. quemad
modum in quo ſint uerba Iuliani reſpondentis
Marcello ꝙ eſt ridiculum ſecundum eum, cum
Iulianus iam eſſet mortuus quando Marcellus
ſcripſit notas in eum: quia Iulianus floruit tem
pore Adriani & Marcellus tempore Antonini.
unde faciunt quòd Iulianus ab inferis proue-
niens cum ſpiritu aereo dederit reſponſiones
ſuas Marcello, quaſi aliud non haberet curare
in inferis quàm defendere opiniones ſuas à
Marcello. unde dicit intellectum ridiculum
quòd mortui reſpondeant uiuis: ſicut in co-
medijs & in theatris, atquè in ſomnio Scipio-
nis reperitur. Augetur difficultas: quia eſt in
conueniens quòd Iulianus dubitauerit, & po-
ſteà in continenti ſe corrigendo dederit reſolu
tionem. ſed tu dicas quòd intellectus non eſt
ita ridiculus ut ipſe arbitratur, & dubium eſt
ne faciat ſemetipſum ridiculum cum primo
non eſt abſurdum quòd Iulianus & Marcellus
eodem tempore uixerint. quãuis floruerint ſub
diuerſis imperatoribus. cum pauci erant dies
imperatorum & iuriſconſulti longo tempore
uiuebant ut potuerint uidiſſe quatuor uel quin
què Imperatores ſicut & nos poſſumus uidiſſe
quinquè & ſex pontifices, & ego huc uſquè uidi
ſeptem, & potuit unus iuriſconſultus magis flo
rere penes unum quàm penes alium, & ipſe non
demonſtrat tantam diuerſitatem temporis ut
non potuerint naturaliter uenire eodem tem-
pore Imò Antoninus fuit ſucceſſor Adriani im
mediatè ut naturaliſſimum ſit utrunque eodem
tempore uixiſſe.
52 Secundo dato quòd ipſe eſſet mortuus non
eſt inconueniens quòd reſpondeat uiuis: quia
ipſe Iulianus potuit diſputare quæſtionem de
non peculiaribus, & dubitationem proponere,
ut faciunt omnes docto. ſcribentes, & argumen
tari ab utraquè parte, & poſteà in fi. ponere
reſolutionem, quod ego centies feci in meis
repetitionibus. unde nulla eſt contradictio ꝙ
Iulianus dubitauerit, & quòd poſteà eadem
die dederit reſolutionem poſt argumentatio-
nes factas: nequè etiam eſt inconueniens quòd
ipſe reſpondeat uiuis ſicut & nos facimus Bar.
mortuum ſæpiſſimè reſpondere argumentis
Alex. Iaſ. & Mod. demonſtrando quòd in uer-
bis ſuis ponitur reſponſio, & ſæpe dicimus ꝙ
Bar. hoc non ignorauit, & ipſe dedit reſpon-
ſum tali & tamen non facimus mi-
raculum reſurgat à mortuis, & ue-
niat ad defendẽdum opiniones ſuas qui in alijs
curis creditur occupatus. Et proptereà intel-
lectus ipſe eſt probabilis conueniens uerbis at
que etiam literæ negatiuæ, & deciſionibus ſu-
pra firmatis.

Hucuſquè igitur habes nouem intellectus,
tres dati in primo modo legendi, & ſex dati
in ſecundo modo legendi, duo in prima parte,
& quatuor in ſecunda, in quibus & alij tres de-
bent addi circa perſonam ipſorum hæredum.
53 † Nam unus eſt quòd hæc lex loquatur tota de
ſuis hæredibus. ſecundus eſt quòd lex tota lo-
quatur de extraneis hæredibus. tertius eſt quòd
tota lex loquatur tam de ſuo quàm de extra-
neo, alij uerò commiſcent partem de ſuis hære-
dibus loqui dicentes, & partem de extraneis.
54 † Et ità habes xij. intellectus traditos per doct.
ad dictam legem, qui reddunt eam dubiam, in
uolutam & confuſam, ut non bene poſſimus per
cipere quid ſibi uoluerit Paulus in ea, & pro-
pterea ut dixi nullum poſſumus dare intelle-
ctum nouum ad iſtam legem: nequè firmare ali
quem intellectum contrariantem alijs iuribus
& concluſionibus ſupra firmatis, etiam limitan
do eas; quia uerba ſunt nimis dubia, & fruſtra
moderni laborant, & laborabunt in futurum
qui uolunt dare nouum intellectum ſeparatum
à prædictis deciſionibus; quia ſemper eis po-
terit opponi de litera cõtraria appoſita in tex.
& quòd uerſi. quemadmodum contra. & uer-
ba alterius, uel Iuliani, uel Marcelli con-
tra ſuam deciſionem, & quòd argumentatio
de lege Cornelia ad poſtliminium regulariter
tenet.

Ideò ꝓ reſolutione ne Paulum inaniter locu
tum fuiſſe faciamus, non curabimus dare intel
lectum qui conueniat præcedentibus deciſio-
nibus, & conueniat uerbis in quantum poteſt.
Nam plenam conuenientiam dare non poſſu-
mus; quia apparet compilatores mutilaſſe uer
ba Iuliani, & Marcelli & etiam Pauli, ut ex im
perfectis orationibus remanſerit quædam dif-
formitas in uerbis.
55 In primis igitur dicendum eſt † ꝙ tota lex
format quæſtionem de lege Cornelia, an per
legem Corneliam inducatur uſucapio in hæ-
redibus: quando captiuus eſt mortuus apud
hoſtes, & in hoc conueniunt omnes: nequè aliud
poteſt dici: quia litera clarè de lege Cornelia
tantum format quæſtionem, & licèt faciat men
tionem de poſtliminio: tamen hoc facit fun-
dando argumentationes ſuper eo: quia de uno
ad aliud regulariter procedit argumentatio.
56 † Tamen hoc ſecundum debes præſupponere,
quòd Paulus habuit pro claris omnes articulos
ſupra deciſos de poſtliminio, quia uerè mino-
rem dubitationem habent. unde habuit pro
claro quòd in poſſeſſis ante captiuitatem tam
per ſe quàm per alium ex cauſa non peculiari
non procedat uſucapio per poſtliminium. per
rationem: quia uerum eſt deſijſſe poſſidere at-
què

què etiam habuit pro claro quòd omnia pecu-
liaria tam ante captiuitatem quàm poſt capti-
uitatem quęſita uſucapiũtur per poſtliminium
quia ſerui plenè poſſident. Item habuit pro cla
ro quòd acquiſita poſt captiuitatem ex cauſa
peculiari non uſucapiantur, & ſic ſemper ha-
buit ante oculos has duas regulas, quòd in om
nibus non peculiaribus non procedat uſucapio
per poſtliminium, & quòd in omnibus peculia
ribus ſemper procedat, & forſam Paulus hos
articulos diſcuſſerat in libris ſuis, ſi integros ha
beremus ut nõ oportuiſſet dubitare de eiſ. ideò
in hac lege cum fit mentio de poſtliminio, ſem
per fit argumentando de eo ad legem Corne-
liam tanquàm de ſolido fundamento.
57 Tertiò † etiam præſupponere debemus quòd
Paulus hic uoluit omnes caſus ad legem Corne
liam pertinentes determinare, hoc enim utile
eſt præſupponere ut nos faciamus quòd totam
materiam legis Corneliæ ſaltem quatenus ha-
bet conuenientiam cum poſtliminio uoluerit
determinare, & ideò determinauit quòd in
quæſitis ante captiuitatem ex cauſa non peculia
ri per ſe uel per alium non procedat uſucapio
in ſucceſſoribus per legem Corneliam: quia ea
dem ratio militat quæ in poſtliminio. Item
quòd in peculiaribus omnibus uoluerit deter-
minare quòd habeat locum uſucapio: quia li-
cet non dicat de peculiaribus ante captiuita-
tem: tamen ponendo decis. poſt captiuitatem
decidit, & ante, quoniam maior eſt ratio dubi
tandi in poſſeſſis poſt captiuitatem: quia nul-
lum eſt primordium poſſeſſionis in ipſo capti-
uo, Et quòd loquatur tex. iſte de peculiaribus.
probatur dum dixit quòd per poſtliminium in
telligi uſucaptum: ergo fuerunt peculiaria, cum
in nõ peculiaribus nunquàm per poſtliminium
poſſit procedere uſucapio ut ſupra dictum fuit
& ſi habemus literam affirmatiuam, deciſio
erit in hac lege de peculiaribus: tamen quia
magis placet litera negatiua quæ uidetur ma-
gis communis, ut ſtatim dicam, oportet dice
re quòd quæſtio fuit formata de peculiaribus
& non peculiaribus poſteà quæſitis, & ita facis
quòd hunc etiam caſum determinat hic Paulus:
ſed tamen de peculiaribus panciora uerba pro
fert tanquàm res ſit magis nota, & ſolùm de-
ciſionem faciat cum pluribus uerbis expreſſio-
rem de non peculiaribus quæſitis poſt captiui-
tatem, & ſic apparet quòd uirtualiter uoluit
determinare omnes quinquè articulos in ma-
58 teria legis Corneliæ, † & hoc præſupponere de-
bemus quòd uoluerit facere ut laborem utilio
rem faciamus ipſius, & poſtquam nos non ha-
bemus clara uerba ad deciſionem particularem
ut ſaltem nos redeamus utilem hanc legem fa-
ciendo eam loqui generaliter de omnibus caſi-
bus tanquàm ipſe inſtructus de omnibus uirtu
aliter, etiam determinauerit de omnibus de-
cem articulis. ad quã intelligentiam nos facili
ter poſſumus deuenire propter reſſolutionem
datum in præcedentibus de tota materia, quod
ſi feciſſent docto. antiqui non protuliſſent tot
uerba: nequè tot intellectus dediſſent, cauſa-
uerunt tamen ut nos totam materiam coacti
fuerimus perquirere, & utilitatem ireſolutio-
59 ne totius materiæ conſecuti fuerimus. † Per
quam etiam apparet quòd parum intereſt an
ſit litera affirmatiua uel negatiua: quia cum
quæſtio ſit de peculiaribus, & non peculiari-
bus, & in pecudiaribus deciſio ſit affirmatiua, in
non peculiaribus negatiua, ſi habebis affirma-
tiuam facies deciſionem de peculiaribus, & ſi
habebis negatiuam facies deciſionem de non
peculiaribus, & utraquè erit bona.
60 Teneas igitur concluſiuè † quòd hæc lex for-
mauit duas quæſtiones ſeparatas, unam de
poſſeſſis ante captiuitatem per ſe uel per alium,
aliam de peculiaribus, & non peculiaribus quę
ſitis poſt captiuitatem, in prima parte dat re-
ſolutionem quòd uſucapio non procedit in
utroquè caſu, ſicut nec in poſtliminio. in ſecun
do themate ſecundum literam affirmatiuã dat
deciſionem quòd in peculiaribus procedit uſu-
capio: ſed ſecundum literam negatiuam dat
deciſionem quòd in non peculiaribus non pro
cedit uſucapio in ſucceſſoribus præſupponen-
do à contrario, quòd in peculiaribus uſucapio
procedat ſicut in poſtliminio. litera tamẽ nega
tiua melior uidetur: quia ponit deciſionem de
non peculiaribus apertam, tam ante quàm po-
ſteà poſſeſſis, in qua erat maior dubitatio, &
de peculiaribus omnibus ponit tacitam deciſio
nem quòd procedat uſucapio ſicut in poſtlimi-
nio quæ minorem difficultatem habebat. &
hæc ſufficiant pro generali intelligentia ter-
minorum & uerborum & intentionis Pauli au
ctoris legis. uerba autem ad intellectum ſupra
firmatum accommodabimus poſt figuratio-
nem caſus in dicto intellectu fiendo quàm ſta-
tim ſubijciam.

Secunda pars principalis legis in
qua tota ipſa lex cum tota ma-
teria examinatur.

61 Quibus ſic † ad euidentiam præmiſſis deue-
nio ad tex. qui totus diuiditur in duas partes
principales. In prima deciditur quid iuris ſit
in bonis poſſeſſis tempore captiuitatis per cor
pus captiui, uel alterius ex cauſa non peculiari.
In ſecunda ponitur quid iuris ſit de bonis pe-
culiaribus & non peculiaribus quæſitis poſt ca
ptiuitatem, an in utroquè caſu procedat uſu-
capio per legem corneliam. Secunda ibi, quòd
ſi ſeruus. Prima pars ſubdiuiditur in tres rectè
intelligendo. In prima ponitur thema. In ſe-
cunda ponuntur rationes quæ mouebant dubi
tationem. In tertià ponitur [illegible]: Secun-
da eſt ibi, non interrumpitur [illegible] ibi.
ſed uerum. Secunda etiam

tur in quinque partes. In prima ponitur dictum Iuliani uolentis quòd uſucapio ſit in pendenti. In ſecunda declaratur quomodo ſit in pendenti. In tertia ponitur opinio Marcelli. In quarta ponitur ratio Iuliani reprehendentis Marcellum ſecundum unam opinionem. uel eſt ratio auctoris ſecũdum aliam opinionem, uel eſt ratio Marcelli ſecũdum literam affirmatiuam. In quinta ponitur deciſio affirmatiua uel negatiua ſecundum uarias literas. Secunda eſt ibi, nã ſi domino. Tertia eſt ibi, Marcellus poſſe. Quarta eſt ibi, quemadmodum. Quinta eſt
62 ibi, ideòque. Summatur ſecundum docto.† Rerum quas quis per ſe uel per alium extra cauſam peculiarẽ poſſidet ſuperueniens captiuitas interrumpit uſucapionem, quæ non reſtituitur per poſtliminium. nec per fictionem legis Corneliæ: ſecus in his quæ peculiari nomine poſſidentur, uel poſt captiuitatem incipiunt poſſideri: quia non interrumpitur uſucapio: ſed iuuatur utraquè fictione. hoc dicit quaſi cum tota materia, & ideò dicitur cum tota materia; quia in prima parte nullum uerbum ponitur de poſſeſſis per corpus alterius: nec etiam dicitur deciſiuè de poſtliminio: ſed ſolùm per modum rationis.

Item iſtæ ſubaudictiones nec etiam ſunt ueræ ſecundum uarios intellectus.

Similiter dum in ſummario dicitur quòd ſecunda pars loquitur de rebus peculiaribus obſtat litera negatiua, quæ dicit uſucapionem non procedere, & tamen ipſi dicunt literam negatiuam eſſe ueriorem, per quam deciditur tantum de rebus extra cauſam peculiarem. unde uidetur eum debuiſſe de non peculiaribus ponere ampliatiuè ſummarium dicendo, idem etiam procedit in acquiſitis extra cauſam peculiarem poſt captiuitatem ut non procedat uſucapio, niſi ſaluando Bar. dicas quòd illa uerba ſecus autem, non referuntur ad literam ſimpliciter ſecundæ partis: ſed referuntur ad totam materiam: quia in ſecunda parte docto. præſupponunt uſucapionem procedere in rebus peculiaribus, & ſecundum literam affirmatiuam hoc decidit, & prima pars ſummarii reſpicit totam legem, in qua non dicitur de cauſa peculiari ſecundum literam negatiuam. ſed addidit Bar. ut complecteretur totam materiam ut ipſe aſſeruit. Iaſ. etiam poſuit ſuum ſummarium tanquàm nouum, & in ſecunda parte ponit de rebus peculiaribus, & in effectu
63 incidit in illud Bar.† Tu autem potes ſummare literam uno modo prout iacet, & alio modo prout uirtualiter intelligitur. Primo modo ita dici poteſt. Vſucapio rerũ poſſeſſarum proprio nomine interumpitur per captiuitatem superuenientem: nec perfictionem legis Corneliæ in hærede reſtauratur, hoc dicit prima pars quæ poſt[illegible] [illegible]acto ampliatur ad omnes res [illegible] [illegible]lieno extra cauſam peculia[illegible] [illegible]pars ſummatur, Vſucapio rerum poſſeſſarum ab aliis extra cauſam peculiarem poſt captiuitatem non incipit pendente captiuitate: nec in hærede adiuuatur ſecundum Iulianum licèt Marcellus contradicat. Nam uerè tota intentio Pauli fuit principaliter decidere de rebus non peculiaribus tam ante quàm poſteà quæſitis. in quibus erat maior dubitatio, cum de peculiaribus planior & facilior erat deciſio quòd generaliter uſucapio procederet, & niſi eſſet unum uerbum poſitum in uerſi. nam ſi dominus. ibi, ſi dominus reuerſus fuerit. intelligi uſucaptum omnino dicerem nullum uerbum uoluiſſe ponere de peculiaribus: neque cogitaſſe decidere de peculiaribus & forſam non eſſet abſurdũ dicere quòd deberet eſſe negatiua: nam ſi reuerſus eſt, non intelligi uſucaptum. ſed tamen quia omnes codices habent intelligi uſucaptum, neceſſario oportet intelligere quòd Paulus etiam locutus fuit de peculiaribus, cum ipſi reuerſo nulla poteſt uſucapio procedere, niſi in rebus peculiaribus, ut ſupra ſæpius dictum fuit, & propterea ſupra concluſi quòd Paulus noluit in hac lege ponere uirtualiter deciſionem totius materiæ, & in prima parte non eſt extenſio quòd loquatur de poſſeſſis per alium, cum de proprietate ſermonis dominus dicatur poſſidere pro emptore etiam quòd poſſideat per alium. proptereà mihi placeret quòd in prima parte determinauerit de omnibus quæſitis ante captiuitatem ex cauſa non peculiari, & in ſecunda parte determinauerit de quæſitis poſt captiuitatem ex cauſa peculiari & nõ peculiari. unde ſummari ità poteſt. Rerũ poſſeſſarum per ſe uel per aliũ tẽpore captiuitatis ſuperueniẽs captiuitas interſipit poſſeſſionẽ & uſucapionem: nec perfictionẽ legis Corneliæ in hærede iuuatur: ſicut nec per poſtliminium. Rerum uerò poſt captiuitatem acquiſitarum, ſi peculiaria ſunt, tam per poſtliminium quàm per legem Corneliam uſucapiuntur. Rerum uerò non peculiarium uſucapio in hærede non procedit ſecundum opinionem Iuliani quàmuis Marcellus contradiceret, hoc dicit tota lex.

64 Caſus † uerò in prima parte ita fingi poteſt. Emerat aliquis bona fide fundum à non domino, & multa animalia quæ incepit poſſidere, facta traditione pro emptore, & poſteà durante poſſeſſione captus fuit ab hoſtibus ubi uixit per decennium, & poſteà mortuus eſt. ità quòd & uſucapio triennalis animalium, & decennalis ipſius fundi poterat perfici: eo mortuo dominus fundi & animalium conueniebat hæredes rei uendicatione, dicendo defunctum malè emiſſe res alienas, excipiebant hęredes allegando uſucapionem triennalem & decennalem replicabat actor nullam præſcriptionẽ ſeu uſucapionem potuiſſe currere, fuit dubitatum corã Paulo quid iuris eſſet, an uſucapio prodeſſet hæredibus per legem Corneliam. inquit enim ipſe in fauorem actoris in uerſi. nam interumpitur

pitur

pitur dubitationem ualde facere; quia interrumpitur uſucapio in reuerſo, & ſi ipſi reuerſo non prodeſt, uidetur quòd nec etiam poſſit prodeſſe ipſis hæredibus ex lege Cornelia. Tamen pro alia opinione quòd imò uſucapio deberet procedere, faciebat fortis ratio. Nam lex Cornelia fingit mortuum apud hoſtes præambula hora captiuitatis periiſſe lege in omnibus. de captiuis poſtliminio reuerſis. quo tẽpore erat liber dominus bonorũ & poſſeſſor plenus tam per ſe quàm per corpus aliorum: ergo uſucapio debet prodeſſe hæredi: ſicut ſi uerè mortuus fuiſſet in illa hora. ſed ſi in illa hora fuiſſet mortuus hæreditas compleret uſucapionem, lege captam. infra eodem & lege nunquàm. & leg. iuſto. §. nondum, infra eodem. ergo etiam debuit uſucapio compleri quando fictè mortuus eſt: quia tunc omnes termini ſunt habiles, leg. bona. infra de captiuis.

Secundò faciebat; quia lex Cornelia confirmat teſtamentum quod factum eſt, & non poteſt ualere in captiuo, leg. obſides. ff. de teſtamentis. & ideò ſolum confirmatur: quia præſumitur mortuus præambula hora captiuitatis. unde ſicut in confirmatione teſtamenti conſideratur ſtatus captiui perinde ac ſi mortuus fuiſſet illa hora, & nunquàm captus fuiſſet: ergo etiam eodem modo quantum ad poſſeſſionem, & uſucapionem conſiderari debet ſtatus eius ac ſi in dicta præambula hora captiuitatis periiſſet.

Tertiò faciebat: quia lex Cornelia confirmat pupillarem ſubſtitutionem, quæ non poteſt ualere ſine patria poteſtate, lege lege Cornelia. ff. de uulg. & pupillari, & ſic ipſa lex facit confirmationem tempore quo ipſe habebat filium in poteſtate, & uigebat ius patriæ poteſtatis: ergo etiam uidetur idem eſſe in poſſeſſione, & uſucapione, ut perindè ſit ac ſi in illa hora mortuus fuiſſet.

Quartò faciebat: quia in operatione legis Corneliæ non agitur de amiſſione poſſeſſionis: nec recuperatione: ſed ſolum de faciendo quòd ipſe ſit mortuus tempore quo erat liber, & plenè poſſidebat. unde ceſſant cauſæ propter quas non habet locum fictio poſtliminii: quia interrumpitur poſſeſſio & uſucapio quæ poſteà recuperari non poteſt.

Quintò faciebat: quia ſi ſerui ſtipulantur uiuente captiuo pertinet ad hæredem ſuum per legem Corneliam. lege bona. paragrapho. porro, infra de captiuis. ergo eodem modo quòd ipſi poſſidebunt tranſibit ad hæredem. perinde ac ſi defunctus poſſediſſet tempore mortis.

Sextò faciebat in ſpecie de bonis poſſeſſis per alium: quia uidetur quòd non poſſit interrumpi poſſeſſio per captiuitatem: quoniam domino ignoranti acquiritur, lege ſecunda infra. pro ſoluto. ergo non conſiſtit in animo ipſius poſſeſſio, & per conſequens per eius captiuitatem non uidetur interrupta, & per conſequens tranſiret ad hæredes uſucapio.

Hiſtis tamen nõ obſtantibus contrarium fuit determinatum hic per Paulum in utroquè caſu, quòd nequè in poſſeſſis per ſe ipſum: nequè per alium uſucapio proſit hæredibus, decidendo in fauorem actorum prout ipſe iam fecerat. dubitationem & deciſionem poſuit in uerſi. ue
65 rum. ubi etiam poſuit rationem decidendi †, quæ eſt quòd per captiuitatem rerum eſt captiuum deſiiſſe poſſidere, & per conſequens uſucapionem in uita captiui fuiſſe interruptam, quæ uſucapio non reſtauratur per fictionem legis Corneliæ: nequè poſſeſſio ſuſtinetur, & proptereà ſicut nec in poſtliminio reuerſo prodeſt uſucapio propter illam rationem: quia interrupta eſt poſſeſſio, & per poſtliminium non reſtauratur eodem modo eo moriente apud hoſtes, per captiuitatem interrupta fuit poſſeſſio quæ non reſtauratur per legem Corneliam. unde uſucapio quæ non eſt in rerum natura: nec fuit pendente captiuitate poteſt prodeſſe hæredibus, & ratio rationis eſt: quia poſſeſſio tam per ſe, quàm per corpus alienum conſiſtit in animo domini. qui animus finitur per captiuitatem cum deſinat habere animum poſſidendi, lege homo liber. paragrapho finali ſupra de acquir. rerum dominio, & lege cum hæredes. paragrapho primo ſupra titulo primo, & lege qui in ſeruitute. infra de regulis iuris. unde dicitur quòd nequè ſeruus: nequè per eum dominus poſſidere poteſt, l. nequè ſeruus. infra eodem. & ſic apparet quòd poſſeſſio facti eſt, ea autem quæ facti ſunt ſicut non continentur in poſtliminio quando operatur ſecundum ueritatem, l. denique. ff. ex quibus cauſ. maior. eodem modo nec continebitur in l. Cornelia quæ in operatione ſuſpenſa procedit ſecundum ueritatem.

Non obſtant allegata in contrarium. Et primò quòd ſi mortuus fuiſſet præambula hora captiuitatis prodeſſet uſucapio, l. captam. infra eodem. ergo etiam ſi fictè mortuus ſit. quia reſpondetur quod argumentum procederet, ſi lex Cornelia ſtatim quòd quis eſt captus fingeret eum eſſe mortuum: nam tunc procederet omnimoda ſimilitudo: quia cum eſſet mortuus non poſſet amplius per captiuitatem priuari poſſeſſione: ſed per ſolam mortem priuaretur: ſicut ſi uerè eſſet mortuus. ſed lex Cornelia hoc non fecit: quia ipſa noluit fingere niſi quando uerè fuit mortuus apud hoſtes, cum poſſet eſſe quòd reuerteretur. Unde operationem ſuam differt ad horam mortis quam poſteà retro trahit ad horam captiuitatis, interim autem habet locum ueritas: quia ipſe ue-

pium poſſeſſionis uſucapio quoquè nunquàm incipere potuit.

Secundò faciebat textus in lege fi. §. fi. infra eodem ubi dum quòd iacente hæreditate non incipit uſucapio: quia nullus poſſidet, ſed tantummodo incipit à die aditæ hæreditatis, quo tempore hæres potuit apprehendere poſſeſſionem, & ita uſucapere, quæ poſteà uſucapio coniungetur cum tempore mortis.

His tamen non obſtantibus aliter determinatur hic per Paulum qui primò reffert opinionem Iuliani dicentis uſucapionem procedere in reuerſo: ſed in lege Cornelia dubitari propter dictas rationes aſſignatas: ſed Marcellus poſt eà dixit quòd imò debet procedere uſucapio plenius accipiendo legem Corneliam, quam opinionẽ probat ipſe in uerſiculo quemadmodum hæredi eius. uel ſi tibi placet, eſt author legis qui probat opinionem Marcelli ità argumentando ſi poſtliminio reuerſus poteſt habere utilitatem uſucapiendi. ergo eodẽ modo per legem Corneliam uidetur quòd hæredi poſſit prodeſſe uſucapio; quomodo enim dicit ipſe poteſt reuerſus plus iuris habere in his quæ ſerui egerunt poſt captiuitatem, quàm in his quæ per ſe, uel ſeruum poſſidebat peculiariter, ſcilicet cum ad hoſtes peruenerit. Nam hæreditas fungitur uice perſonæ: ergo quod eſt perſonæ conceſſum debet, & hæreditati concedi. & propterea cum Iulianus uoluerit quòd uſucapio de peculiaribus procedat in reuerſo, eodem modo & in ſucceſſoribus uſucapio locum habere debet per legem Corneliam, & propterea concluditur quòd tam in poſtliminio, quàm in lege Cornelia in peculiaribus poſteà quæſitis procedit uſucapio: ſed tamen quia uerſi. quemadmodum hæredi eius non bene poteſt acommodari ut loquatur de peculiaribus, cum uideatur ſe fundare ſuper deciſione facta in prima parte, melior eſt litera negatiua.

67 Caſus † ergo ſecundum literam negatiuam in hac ſecunda parte ità fungi poteſt. Poſtquàm concluſum fuit quòd in poſſeſſis ante captiuitatem uſucapio non procedit, fuit dubitatum quid erit de his quæ ſerui egerunt poſt captiuitatem, an in eis procedat uſucapio: & dubitationem faciebat: quia uidebatur quòd uſucapio procederet per textum in lege in bello. §. factæ, infra de captiuis & limi. reuer. ubi hoc dicitur expreſſe in tertio reſponſo ibi, eorum uerò, quæ per perſonam iuri ſuo ſubiectas poſſidebat uſuque capiebat, Iulianus ſcribit hæredi ſuo impleri uſucapionem,

Secundò faciebat textus in lege iuſto. §. finali in fine infra eodem, ibi, ſin autem pater ibi deceſſerit: quia tempora captiuitatis ex die quo capitur morti iungerentur: poteſt dici filium & poſſediſſe ſibi & uſucepiſſe intelligi. ergo de poſteà quæſitis procedit uſucapio.

His tamen non obſtantibus aliter determinauit Paulus hic. & primò refert opinionem Iuliani qui dicebat in reuerſo uſucapionem procedere: ſed in lege Cornelia ſe dubitare, & poſteà refert Marcellum uolentem quòd uſucapio procedat. Sed Paulus auctor legis ipſe determinat quòd non procedat uſucapio in his quæ ſerui egerunt, & opinionem ſuam probat recedendo ab opinione Iuliani & Marcelli. in uerſiculo quemadmodũ hæredi eius. & dicit iàm ſtatim concluſimus quòd in poſſeſſis ante captiuitatem uſucapio non procedit ſiue per ſe ſiue per alium poſſideret: ergo idem dicendum eſt in his quæ poſt captiuitatem quæſita fuere argumentando hoc modo, Quemadmodum enim poſtliminio reuerſus plus iuris poteſt habere in his quæ ſerui egerunt poſt captiuitatem ut poſſit uſucapere, quàm in his quæ per ſe uel per ſeruum poſſidebat cum ad hoſtes peruenerit: ſed in his quæ poſſidebat quãdo ad hoſtes peruenit uſucapio non procedit: ut dictum fuit in prima parte: ergo eodem modo nec debet procedere in his quæ ſerui egerunt poſt captiuitatem ex cauſa non peculiari: nam hæreditas in quibuſdam repræſentat perſonam defuncti: ergo quod in reuerſo non potuit prodeſſe, eodem modo nec in defuncto, ideò què dicendum eſt uſucapionem non procedere in ſucceſſoribus: ſicut nec in ipſo reuerſo, & ad argumentum Iuliani quòd uidetur uſucaptum in reuerſo non reſpondet tanquàm ſit extra propoſitum: quia intelleait de non peculiaribus malè dixit ſi intellexit de peculiaribus, & eſt alius caſus in quo ipſe conſenſit cum eo. ſed ſolum uoluit ponere deciſionem de non peculiaribus tanquam in eis, eſſet maior dubitatio.

Non obſtat tex. in dicta leg. in bello. §. factæ. quia reſpondetur quòd ibi intelligitur de peculiaribus ſecundum unam opinionem, uel ſecundum aliam opinionem ille tex. loquitur in ſuo hærede in quo bene procedit uſucapio, quod patet: quia dicit hæredi ſuo impleri uſucapionem, & ibi pronomen ſuum non eſt poſſeſſiuum: ſed denotat ſuitatem iuris.

Eodem modo reſpondetur ad dictam leg. iuſto. §. fin. infra eodem. quòd loquitur in ſuo hærede, quod patet: quia textus dicit filii ſibi poſſediſſe, & uſucepiſſe, & eſt ratio: quia filius eſt quaſi dominus bonorum patris, leg. in ſuis. ff. de liberis & poſthumis. & quãdo capitur ab hoſtibus continuatur dominum in eo. & poſſeſſio, & omnia bona uidentur eſſe ipſius. uel ſecundo ſuitas eſt iuris quæ ſt[illegible] pẽſo. §.

ſi ab hoſtibus. inſti. quib. mod. ſolu. patr. poteſt. unde quando moritur pater, & fiogitur retro fuiſſe mortuus reperitur io. poteſtate ipſius morientis: ergo in contineoti eſt hæres, & tanquàm ipſe fuerit dominus & poſſederit uſu capio procedir, uel tertio poteſt dici quòd patre capto ipſe eſt ſui iuris incontioenti, & ſic gerit negotia de re ſua non autem patris, ipſe uerè dicitor poſſediſſe & uſucepiſſe ſibi: quia poſt mortem patris per fictionem retrò ſemper uidetur fuiſſe ſui iuris, dicto. §. ſi ab hoſtibus. Sed decifio poſita hic per Paulum procedit in hærede extraneo qui regulariter ſolet reperiti. ideò dixir in ſucceſſoribus, & non dixit in filiis uel ſuis hæredibus, ideò ille textus ponit limitationem ad deciſionem poſitam in hac ſecunda parte. & alia eſt de peculiaribus quas pro claris præſuppoſuir hic Paulus. unde remanet deciſio quòd io quæſitis poſt captimitatem ſi ſunt peculiaria omni modo procedit uſucapio; quia & in reuerſo illa ſemper procedit, ut intelligi debet Iuliannm locutum fuiſſe, in non peculiaribus uerò oſucapionem non prodeſſe: ſicut nec ipſi reuerſo prodeſſet, & ſic apparet quòd Paulus expreſsè poſuit deciſiooem negatiuam de non peculiaribus ut ſiue ſint quæſita ante captiuitatem. ſiue poſteà quærantur non procedat uſucapio, taeite uerò determinat in peculiaribus tam ante quàm poſteà quæſitis indiſtinctè procedere uſucapionem ex mente Iuliani, atquè etiam in ſuis hæredibus in omnibus procedere uſucapionem, Ita quòd uirtualiter uidetur determinaſſe totam materiam, & poſuiſſe illos decem articulos quos ſupra firmauimus, & iſte intellectus tanquàm magis utilis eſt tenendus poſtquàm nullus firmus ex eius uerbis concipit poteſt.

68 Notandum eſt primo † ex iſto tex. quale fuerit thema propoſitum coram Paulo, & eſt tale. Is qui pro emptore poſſidebat anre uſucapionem ab hoſtibus captus ſir, uidendum eſt an heredi eius procedat uſucapio, & dum dicit poſſidebat, & non exprimit an per ſe uel per alium, intelligitur ſecundum aliquos propoſitum thema de eo qui per corpus ſuum poſſidebat, & ita ſentit Iaſ. hic: tamen uerè eſt reſtrictio, attento quòd ſi non exprimitur per corpus ipſius uerbum poſſidebat, debet iotelligi eo modo quo de iure poterat, & ideò iotelligi deber uel per ſe uel per alium, tam io poteſtate quàm etiam extraneum ut colonum, iuxta tex. in leg. 3. §. ſaltus, ſupra tit. primo, quinimò etiam intelligeretur de rebus peculiaribus, niſi haberemus deciſionem contradicentem, & de hac expoſitione eſt tex. in terminis in uerſi. quemadmodum. ibi, quàm in his quæ per ſe uel per ſeruum poſſidebat, cum ad hoſtes per quæ uerba referuntur ad principium legis, & deciſionem in eo factam. Propterea ex hoc themate apparet quòd quæſtio fuit propoſita de omoibus poſſeſſis ex cauſa oon peculiari, ſiue per ſe per corpus ſuum, ſiue per ſeruum uel alium, & deciſio ſuit facta de utroquè caſu, ut uſucapio non procedat, & ceſſanr ea, quæ poſuit Iaſ. infra in tertio notabili dicens poſſe attentari quòd in poſſeſſis per alium procedat uſucapio, per tex. in l. in bello. §. factę, infra de captiu. ibi, uſucapionem impleri in iiſdem perſonis in poſſeſſione remanenribus, & quia per rationem: quia dominus expulſus per corpus ſerui uel coloni detinentis rem retinet utranquè poſſeſſionem ciuilem, & naturalem l. peregrè. §. quibus explicitis, & ibi no. ſupra tit. primo. & leg. j. §. non autem. infra de ui. & ui arm. Nam deciſio hic eſt in contrarium directo hoc modo intelligendo concludenter.

Nec obſtat tex. in dicto §. factæ. quia loquitur in ſuo hærede, ut patet in illis uerbis hæredi ſuo impleri uſucapioneo: nos autem in ſucceſſoribus.

Nec obſtat quòd dominus expulſus poteſt retinere per corpus ipſorum: quia illud procedit quando non depoſuit animum, & ſemper poſſideret ſi poſſet. ſecus autem ſi depoſuiſſet animum: quia animo poſſidere deſineret, leg. tertia. §. in amittenda. & leg. ſi quis ui. §. differentia. ſupra titulo primo cum ſimilibos. Sed iſte qui capitur ab hoſtibus efficitur ſeruus hoſtiuoi, leg. hoſtes. infra de captiuis. Sed ſeruus non poteſt poſſidere, leg. qui in ſeruitute. infra de reg. iur. ergo amittit poſſeſſionem. Item qui poſſidetur aliud poſſidere non poteſt, leg. cum hæredes. §. primo ſupra titulo primo & leg. homo liber. §. fin. ſupra de acquirendo rerum dominio. ergo poſſeſſionem amiſit, Item qui capitur ab hoſtibus deponit animum poſſidendi cum uidear ſe captum, & non poſſe reuerti. leg. ſi id quod. §. fin. & le. clam poſſidere. §. fin. & le. tertia. §. ſi quis nunciet. ſupra titnlo primo, ergo & iſte deſiit poſſidere, & eſt textus in lege. nequè ſeruus. ſupra eodem. ideò hæc diuerſitas nullo modo poteſt induci, & concluſio remanet uera, quòd hic formata fuit quæſtio tam de poſſeſſis per ſe quàm per alium.

69 In eodem quoquè † themate dicitur ante uſucapionem, quòd uerbum implicat contradictionem, cum præſupponat uſucapionem non inceptam. & tamen poſteà uult quòd interrumpatur, quod eſt implicare contradictionem. Propterea gloſella ſecunda hic addidit uerbum oeceſſario: exponendo ante uſucapionem ſcilicet impletam, & ſic ceſſat contradictio, cum eſſet incæpta, & ante eam completa fuit interrupta, ex quo ſequitur

quòd

quòd dictio ante, uerificatur ante actum cæptum. & ante actum perfectum. idem eſt ſi dicatur poſt uſucapionem ſcilicet incæptam uel perfectam, & uerbum ante perfectam, & poſt inchoatam, quamuis uideantur contraria, denotant unicum tempus medium. Et propterea infertur ad ſaluandos teſtes qui depoſuerũt unus ante uſucapionem alius poſt, & unus dixit ante uſucapionem, & in instrumentis probabatur ꝙ erat incepta: nam per dictas expoſitiones ſaluantur ut deponant de eodem tempore. Simile habetur per glo. in l.ij. §. creditum. ff. ſi cer. peta. ubi Bar. & omnes examinant de teſtibus deponẽtibus, unus quòd fuit factus ante guerram, & alius poſt guerram. nam concordantur ante guerram finitam, & poſt gueram incæptam, ut ambo deponant de medio temporum, quæ expoſitio eſt tam naturalis ut nedum teſtes ſaluabuntur à falſitate: ſed concludenter probabunt de hoc medio tempore, niſi alia uerba de ſubiecta materia dictarent, Simile eſt in pluribus actibus multiplicabilibus. ut ſi quis dicat ante appellationem, alius poſt appellationem: nam concludantur ante appellationem ſecundam, & poſt appellationem primam deponendo de medio tempore, ut eſt tex. in cap. cum tu. extra de teſtibus ubi canoniſtæ ponunt, & facit tex. in cap. quia periculoſè. de pœnit. diſtinctio. prima, & cap. literas. §. primo cum glo. ex. de temporibus. ordinationum. cum ſimilibus in eodem themate etiam dicitur, uidendum eſt an hæredi eius procedat uſucapio, quæ uerba demonſtrant quòd agitur de fictione legis Corneliæ, & quòd captus mortuus fuit apud hoſtes, ideò per ea demonſtratur quòd quæſtio formata coram Paulo fuit de lege Cornelia, nõ autem de poſtliminio. unde cũ faciat mentionem de poſtliminio procedit tex. argumentando, non autem decidendo de eo: quia non fuit quæſitum de poſtliminio: ſed bene colligitur quòd in utroquè caſu, ſiue poſſideat per ſe, ſiue per alium reuerſo ab hoſtibus non procedit uſucapio; quia niſi præſuppoſitum eſſet firmum, fruſtra fieret argumentatio, & ideò habes quòd uirtualiter in hoc principio ponitur deciſio quatuor caſuum ſupra in decem articulis poſitorum.

70 In eodem themate etiam dicitur, † an hæredi eius. quòd uerbum eſt ambiguum cum poſſit intelligi de hærede ſuo, & de hærede extraneo. Nihilominus: quia nos habemus deciſionem negatiuam oportet intelligere quòd formata fuit quæſtio de hærede extraneo, cum in hærede ſuo habeamus duo iura determinantia uſucapionem procedere. l. iuſto. §. fi. & leg. fi. §. fi. infra eodem. quod in dubio præſumitur, cum lex adaptatur ad ea quæ frequentius accidunt l. nam ad ea. ff. de legibus, & frequentius habentur hæredes extranei quàm ſui, l. hæredis appellatio. infra de uerborum ſignificationibus & facit: quia in §. quod ſi ſeruus. in duobus locis appellantur ſucceſſores, quod uerbum eſt magis generale, & deuotatat extraneos hæredes.

Item ſubſequitur poſteà tex. nam interrumpitur uſucapio, & ſi ipſi reuerſo non prodeſt quemadmodum hæredi eius proderit, quæ uerba ſecundum Iaſ. ponuntur pro reſponſione ad dubium. Sed tamen ueré non conueniunt, ex eo: quia poſteà ſubſequitur uerſi. uerum. in quo ponuntur uerba denotantia deciſionem reſolutam. & propterea oportet dicere quòd ſunt pars thematis, ut Paulus uolens demonſtrare dubitationem eſſe rationabilem argumentatur pro parte actoris. quòd in lege Cornelia interrumpitur uſucapio, & ſi in ea interrumpitur ſicut in poſtliminio uidetur quòd eadem debeat eſſe deciſio ſicut de poſtliminio. ideò dicit ſi ipſi reuerſo non prodeſt quemadmodum hæredi eius proderit. unde in figuratione caſus dixi illa uerba prius eſſe referenda ante quàm ponantur argumenta quòd uſucapio deberet procedere.

71 Ex quibus uerbis apparet quòd tenet argumentum de reuerſo ab hoſtibus per fictionem poſtliminii ad mortuum in captiuitate per legem Corneliam, ut ponderabat Iaſon. hic, in iiij. notab. quod uerum eſt datis paribus terminis, quòd interrumpatur uſucapio prout præſupponitur in utroquè caſu: ſecus autem ſi non interrumperetur, ut quia nos eſſemus in ſuo hærede, quæ qualitas non cadit in reuerſo.

Item etiam infertur quòd ubi defunctus reuerſus non poteſt uſucapere: nec etiam hæres eius, ideò mala fides defuncti ſolet nocere hæredi, l. cum hæres. infra de diuerſi. & temporalibus præſcriptionibus: quia hæres cenſetur eadem perſona cum defuncto ut in auct. de iur. iurando à moriente præſtito in principio, & l. in omnibus. §. non debeo. & l. ex qua perſona. infra de reg. iur. & hoc argumentum plenius facit tex. infra. in uerſi. nam, & in quibuſdam: quod tamen intelligitur ſtantibus eiſdem terminis.

72 Secundò † notandum eſt in uerſi. ſed uerum, quod dictum fuit in ſummario, ut fictio legis Corneliæ non proſit hæredi ad perficiendam uſucapionem, ſi defunctus poſſidens captus ab hoſtibus, & ibi mortuus fuit. ſicut nec in poſtliminio, quæ deciſio iuſtificatur hoc colore quòd lex Cornelia non fingit in continenti; quando quis capitur ab hoſtibus: ſed ſolum incipit fingere quando captus eſt mortuus apud hoſtes. l. iuſto. §. fi. inf. eodem ibi, quia tempora captiuitatis mortis iungerentur. ergo principium fictionis ex tempore mortis & retro tra-

hitur ad tempus captiuitatis. ideò interim ue-
ritas; habet locum quòd captus deſinit poſſide
re, & uſucapio fuit interrupta, cum nullum ſub
ſidium attulerit ad hoc lex Cornelia, & quam-
uis mors captiui ttahatur ad tempus captiuita
tis, cum fingatur mortuus illa hora quo captus
fuit: ramẽ non prodeſt hæredi ad uſucapionem,
ex eo: quia tempore fictionis amplius poſſeſſiò
neq; uſucapio erat in rerum natura, & ad illud
quod non erat non potuit trahi fictio, niſi in
cauſa peculiari in qua ipſe filius uel ſeruus uerè
poſſidebant, & non obſtante captiuitate poſ-
ſeſſio proſecta erat colocata in animo, & cor-
pore ſerui, qui perficiebatur propter domi-
ninm, & peculium perinde ac ſi dominus ui-
ueret, ur dicitur in dicto. §. fin. unde, & reuer-
ſus poteſt recuperare poſſeſſionem & uſucapio
nem, & fictio legis Corneliæ in uſucapione &
poſſeſſione poterat uerificari exiſtente extremo
habili; ſed extra cauſam peculiarem ut dixi poſ
ſeſſio & uſucapio interumpitur: quia neque ipſe
dominus poſſidet neque ipſe ſeruus, dicta l. neq;
ſeruus. ſupra. eo. propter illam rationem: quia
dominus efficitur hoſtium ſeruus. unde nihil ha
bere poteſt, & quia qui poſſidetur ab alio nihil
poſſidere poteſt, & quia cum non poſſit reuerti
ad res ſuas deponit animum poſſidendi, quæ
tamen omnia uera ſunt in poſſeſſione quæ ſacti
eſt, & conſiſtit in animo qui facti eſt, dicta l. bo
næ fidei. ſupra tit. ij.

73 Omnia† aotem iura remanent in rerum natu
ra ut ſubdebar Iaſ. hic, malè tamen declarans:
quia ipſe uidetur inferre quòd captus ab hoſti-
bus non amittir iura: neq; dominia, & propter
hoc differat poſſeſſio à iuribus. ſed hoc non eſt
uerum: quia imò & captiuus omnia etiam iura
amittit per illam regulam quia ſeruus nihil qđ
ſuum eſt habere poteſt. l. ſeruus hoſtes. inſ. de ca.
& §. ſeruus & §. in poteſtate. inſti. de his qui ſunt
ſui uel alien. iur. & §. ſerui. inſti. per quas perſo-
nas nobis acquiritur. unde tu dicas quòd per ca
ptiuitatem amittitur poſſeſſio, & amittuntur
quoq; omnia iura ut illa remaneant ſine domi-
no, & efficiantur in bonis nullius. Sed per poſt
liminium introductum fuit quòd omnia iura
ſtenr in ſuſpenſo, ut dicitur in §. ſed ſi ab hoſti-
bus. inſti quib. mod. ſolu. patria poteſtas, & in l.
illa inſtitutio. §. j. ſup. de hæredib. inſtituend. &
hoc eſt iure ſingulari ex ſpeciali operatione
poſtliminij, dict. l. cũ. hæredes. §. j. ſup. tit. j. quæ
ſuſpenſio quoq; iure ſingulari inducta fuir per
legem Corneliã ad finem ut eueniente tempore
mortis lex ipſa poſſet fingere hæreditatem ia-
cuiſſe, & in eam hæreditatem dicta iura tranſi-
uiſſe, & conſeruata fuiſſe donec per aditionem
hæredi acquirerentur, quæ omnia quoq; iure
ſingulari fuere inducta, cum lex Cornelia ſex
induxerit operationes utſupra dictũ fuit in præ
miſſis. q[illegible]n ſuſpenſio non habet locum
in poſſeſſione: quia illa facti eſt, & ſuſpenſio
tam poſtliminii quàm legis Corneliæ iuris eſt
& ſecundum ueritatem. unde non poteſt conti
nere ea quæ ſunt facti dict. l. deniquè. ff. ex qoib.
cauſ. maior. cum lex ea quæ ſunt facti infirmare
non poſſit, l. j. §. ſi uir uxori. ſup. tit. j. & ideò di
citur in l. in bello. §. factæ. quia uerè deſiit poſ
ſidere, non potuit lex hoc factum tollere ſolum
autem lex poteſt facta per fictionem annollare,
ut patet in ſecundo capite poſtliminii, & in pri
mo capite legis Corneliæ dum finxit mortuum
nno tempore eſſe mortuum alio tempore. Et ſi
dicatur, quare in poſſeſſione lex non finxit fa-
ciendo perinde eſſet ac ſi poſſediſſet. Reſponde
tur hoc non fuiſſe factum quia ipſa paruis
eſt præiudicii: ſicut non fuit factum in defun-
cto, l. cum hæredes. ſup. tit. primo, & tanto ſor
tius quando tractatur de uſucapione, quæ di-
citur eſſe iniqnum præſidinm, l. nec utilem. ff.
ex quib. cauſ. maior. & lex non fingit niſi quan
do eſt æquum, & utile, ut dictum fuit in dicto.
§. ſi uir uxori. in peculiaribns uerò poſſeſſio ſu-
ſtinetur: quia domino capto totum factum poſ-
ſeſſionis in ſeruo reſſidet, & ipſa poſſeſſio ue-
rè habet ſuam ſubſtantiam: quia eſt domi-
nus peculij naturaliter, & in domino tantum-
modo eſt quoddam ius poſſidendi, quod ius
conſeruatur per poſtliminium ſimul cum do-
minio ſerui, & peculio: ideò poſſeſſio du-
rat cum uſucapione, quæ poſteà recuperari
poteſt.

74 Et ſi dicatur adhuc† remanet ſcrupulus: qnia
licèt dominium ſit iuris, tamen ad illud acqui-
rendum requiritur traditio quæ ſacti eſt, l. con-
ſilio. in fi. de cur. furioſi & l. traditionibus. C.
de pact. & §. per traditionem. inſti. de rer. diui
ſio. Reſpondebat Iaſ. hic poſt Alex. in dicta l.
cum hæredes. quòd non requirir, traditionem
poſtquàm acquiſitum ſuit in ſua perſeoerantia,
quòd nihil eſt, ex eo: quia captiuus uerè amiſe-
rat dominium, & eſt neceſſarium in reuertendo
ut illud de nouo acquirat. unde tu melius di-
cas, quòd dominium acquiritur per traditio-
nem quando ex ſacto hominis transſertur: ſe-
cus autem qoando ex facto legis: quia tunc ſi-
ne traditione acquiritur, ut no. in l. ſi ager. ff.
de rei uendica. quando antem captiuus reuerti
tur ex operatione poltliminii recuperat omnia
iura ſuſpenſa quæ lex ei concedit, cum ſuſpen
ſionem fecerit ad iſtum finem ur illa poſteà illi
reuerſo concedere poſſint. poſſeſſionem uerò
non recuperat: qnia non fuit ſuſpenſa: ſed eſt ne
ceſſarium ut eam corpore ſuo apprehendat, di-
cta. l. cum hæredes. in principio ſupra tit. j. & l.
j. §. Scæuola. ff. ſi quis teſtam. lib. eſſe iuſſ. fuer.
quod procedit etiam quòd poſſideantur per
corpus alienum ut dictum fuit.

Nec obſtat dictus. §. factæ. qnia loquitur in
ſuo hærede in qno eſt nera poſſeſſio, cnm ſui-
tas

tas ſuſtineatur, & ipſe ſuam poſſeſſionem conſeruare uidetur, ut dictum fuit.

75 Tertiò notandum eſt, † quòd dictio quemadmodum, ſtat interrogatiuè, concordat infra in alio uerſi. quemadmodum, & in rub. quemadmodum teſtamenta aperiantur, & in rub. quemadmodum ſerui. amitt. aliquando tamen ponitur ſimilitudinariè directo uel per contrarium, l. quemadmodum. ſupra titulo primo & leg. 3. §. ſi duobus. de adim. leg. & no. in rub. ſupra ſolut. matrimo. & hic per Crotum. quod no, quia prodeſt ad expoſitiones uarias quæ dantur inf. ad uerſi. finalem. puto tamen quòd in dicta rub. quemadmodum teſtamenta apperiantur, non ſtet interrogatiuè: quia eſt inconueniens quòd rub. interroget nigrum, unde planior eſt ſenſus ut dicatur in hoc nigro ponitur quemadmodum, id eſt, quomodo teſtamenta apperiri debeant, & idem de ſimilib. ut dixi in dicta rub. ff. ſolut. matrimo. quæ eundem ſenſum habet.

76 Quartò notandum eſt † quòd ea, quæ non poſſunt recuperari per poſtliminiũ, nec etiam poſſunt prodeſſe hæredi per legem Corneliam. concordat tex. inf. uerſi. quemadmodum, & l. bona, §. antequam. inf. de cap. & ſic tenet conſequentia negatiuè, de poteſtate poſtliminij ad leg. Corneliam, ut quod non poſſit poſtliminium in reuerſo: nec poſſit lex Cornelia in hærede, & ita argumentatur hic Iuriſconſultus in principio, & in fi. ſecundum docto. Sed tamen uerè ibi & in dicto. §. antequàm. argumentatur Iuriſconſultus affirmatiuè ut quòd ius poteſt habere reuerſus in his quæ ſerui egerunt; idem quando poſſidebat per ſe ipſum, & etiam quæ poſſunt acquiri reuerſo per poſtliminium poſſunt etiam acquiri hæredi per legem Corneliam ut in peculiaribus. unde reſoluitur quòd affirmatiuè, & negatiuè tenet argumentum quando militat eadem ratio, & ſunt pares termini: ſecus autem quando militat diuerſa ratio, uel ſunt termini inæquales, ut patet in ſuo hærede in quo non procedit argumentatio de eo quòd non fit in poſtliminio, ut dictum fuit ſupra. Item colligitur quòd lex Cornelia non concedit hæredi quod non habebat defunctus, & eſt ratio: quia hæres ſurrogatur in locum defuncti, & non poteſt plus iuris habere. l. eum hæres. inf. de diuer. & tempo. præſcriptio. fallit in duobus caſibus ut hic per Crotum. ſed in poſſeſſione fortior eſt ratio: quia ceſſio debet fieri ut procedat uſucapio. §. diutina, inſti. de uſucapio. & quando non eſt continua non poteſt fieri, l. Pomponius. §. quæſitum, ſupra tit. primo. Sed reſponde quòd illa continuatio fit in eo qui moritur in ciuitate non autem in eo qui moritur apud hoſtes.

Quintò notandum eſt quòd fictio legis Corneliæ uel poſtliminii non procedit in his quæ non poſſunt retineri, tempore captiuitatis. idem non fingit in his quæ non ſunt in rerum natura tempore quo incipit fictio, ut patet in poſtliminio, quòd non fingit retro poſſediſſe: quia reuerſus non incipit poſſidere: nec lex potuit facere ut reuerſus incipiat poſſidere ſine apprehenſione: quia apprehenſio facti eſt: nec fingit eum acquirere poſſeſſionem: quia illa non fingit niſi ex magna cauſa, dicta. l. prima. &c. §. ſi uir uxori. ſupra tit primo & dicto. §. factæ. infra de cap. quod facit ad fictionem tranſlatiuam, de qua latè. infra dicemus cum Bar.

77 Sextò notandum eſt ex iſto tex. † id quod deciditur per Paulum in uerſi. ideoq; uidelicet, quòd per legem Corneliam non procedit in hærede uſucapio: ſiue bona poſſideantur: ſiue captiuus poſſideret per ſe ipſum: ſiue poſſideret per aliũ: quia de utroque caſu formata fuit quæſtio ut ſupra ponderaui. & idem eſt etiã in reuerſo: quia Paulus loquitur de reuerſo in uerbis exprimẽs in mente idem eſſe in lege Cornelia. Quod probatur quia tex. dicit ne poſtliminium, ei prodeſt nã dictio nec, eſt implicatiua, & eſt ſenſus per l. Corneliam non prodeſt uſucapio nec etiã per poſtliminium ſicut notatur in l. j. ff. ſolut. matr. ibi, nam & reipublicæ intereſt exponitur non ſolum mulierum, ſed etiam reipublicę intereſt, ita hic non tantũ per l. Corneliam, ſed nec per poſtliminium, & ſi apparet, quòd ponit deciſionem in terminis quæſtionis formatæ. & ponit utranquè deciſionem. & ita tenendum eſt, quàmuis Iaſ. hic, & multi alii de hoc dubitent.

78 Sequitur uerſi. quòd ſi ſeruus. in quo tractatur an in bonis quæſitis poſt captiuitatem procedat uſucapio ex lege Cornelia, & in conſequentiam etiam ex poſtliminio, & non poteſt tractari niſi de quæſitis poſteà ex utroquè iure, cum poſt captiuitatem bona non poſſint acquiri niſi per corpus alienum, & ideò in hoc uerſi. exempla debent poni de quæſitis corpore alieno, & cum corpore alieno res poſſint acquiri ex cauſa peculiari, & extra cauſam peculiarem. ideò in iſtis duobus tantummodo caſibus poteſt intelligi iſte uerſi. ſed tamen propter diuerſitatem literæ negatiuæ uel affirmatiuæ, & embiguitatem uerborum, eſt dubitatio magna an loquatur de peculiaribus tantum, uel de utriſque: nam quòd comprehendat peculiaria bona eſt neceſſarium dicere: quia uult in bonis poſteà quæſitis habeat locum poſtliminium ſi reuertatur ad perficiendam uſucapionem, & quòd ſtet in pendẽti an procedat uſucapio. imò per poſtliminium, uel legem Corneliam, unusquiſq; modus acquirendi poteſt recipere duos intellectus, prout habetur litera affirmatiua
79 uel negatiua, † & ſi intelligis tex. de peculiaribus tantum, & habes literam affirmatiuam, debet formari thema de dictis peculiaribus tãtum, & formare quæſtionem utrum uſucapio procedat in peculiaribus quæſitis poſt captiuitatẽ, & Iulianus dicebat quòd ſi [illegible] reuertitur habebit locũ uſucapio [illegible], quæ ſtetit in pendenti per poſtliminiũ [illegible] ſi ibi moriatur

Iulianus dubitauit an lex Cornelia poſſet habere locum, & facere quòd procedat uſucapio: quia in ea præſupponitur à die captiuitatis iacere hæreditatem, & hæreditas iacens non poteſt inchoare uſucapionem l. fi. §. fi. inf. eo. quia non poteſt intelligi uſucaptum quod non fuit poſſeſſum: tamen Marcellus nõ dubitauit, & dixit plenius accipiendam eſſe legem Corneliam, & quòd uſucapio procedat in iſtis bonis peculiaribus. quam opinionem probat in uerſi. quemadmodum. capiendo eam ſimilitudinariè nõ interrogatiuè, dicẽs ſicut reuerſus plus iuris habere poteſt in his quæ ſerui egerunt peculiari nomine, quàm in his quæ per ſe uel ſeruum poſſidebat ſine cauſa peculiari, eodem modo poterit hæres plus iuris habere in quæſitis poſt captiuitatem ex cauſa peculiari quàm in his quæ ſine cauſa peculiari defunctus poſſedit, cum hæreditas repræſentet perſonam defuncti ut quòd licebat defuncto licere debeat heredi, & ideò concludit auctor legis de peculiaribus bonis habere locum uſucapionem in ſucceſſoribus, & cum non dubitauerit in quæſitis ante captiuitatem, remanet quòd in eis etiam procedit uſucapio, & quòd eſt generalis concluſio in peculiaribus omnibus indiſtinctè in hæredibus habere locum uſucapionem, & ideò idem Iulianus melius reſolutus in dicta l. in bello. §. factæ. inf. de capt. determinauit generaliter quòd utroq; caſu procedat uſucapio.

Nec obſtat dicta lex fi. §. fi. quia plures habet intellectus: tamen nos poſſumus dare unum in propoſito, quòd ille non loquitur de peculiaribus, ſed de aliis dominicis bonis. & quod ibi dicitur peculij, intelligitur ex deſtinatione ipſius ſerui uel filij non deſtinatione domini, & cum nemo poſſit ſibi ipſi conſtituere peculium, remanet bona extra cauſam peculiarem, & non poteſt incipere poſſeſſio neque uſucapio, & iſte intellectus ſuadetur: quia multæ ſunt leges quæ uolunt hæreditatem iacentem poſſe in peculiaribus incipere poſſidere, dicta l. iuſto. §. fi. in principio in uerbo inchoari, & §. nondum. inf. eodem, & l. Pomponius. §. quæſitum. ſupra tit. primo, & l. quia ſeruo. in fi. infra de actio. & obligatio. Qui intellectus animò eſt tenendus ſi habemus litteram affirmatiuam: nam ſi uelles intelligere de non peculiaribus. & tu ingredereris intellectum unum particularem ſupra tactum quòd in quæſitis ante captiuitatem non habeat locũ lex Cornelia, & quòd in quæſitis poſteà procedat, ſequendo corticem literæ in dicto §. factæ. quod uidetur inconueniens, cum minus iuris ſit in poſſeſſione incipienda in quæſitis poſt captiuitatem ut hæreditas iacens poſſit incipere uſucapere, quàm in quæſitis per captiuum, cum in ante quæſitis fingendo captiuum præambula [illegible] captiuitatis mortuum, facimus hæredem poſſe [illegible]capere iure communi, cum ſi uerè tunc mor[illegible]us fuiſſet: quia defunctus poſſidebat hæredi compleretur uſucapio. §. diutina. inſti. de uſuca. & iura dicunt in non peculiaribus hæreditatem non poſſe incipere poſſidere, dicta l. iuſto. §. fi. & l. ij. infra pro ſolut. & dicta l. fi. §. fi. infra eodem, ideò debet potius dici totum contrarium. Item tex. non bene poſſet accommodari. & ſolùm poſſet ſuaderi per dictum. §. factæ. qui tamen in alio non uidetur conuenire: quia dicit illam fuiſſe opinionem Iuliani approbatam, hic uerò dicit opinionem Iuliani reprobatam à Marcello, & ibi ſequitur Iulianum, hic ſequeretur Marcellum. ideo conclude quòd ſi habemus literam affirmatiuam tenẽdus eſt intellectus quòd totus iſte uerſi. loquitur de peculiaribus, & hæc Marcelli opinio in hoc approbatur: quia uerè Iulianus non contradicebat: ſed Marcellus in dicto. §. factæ. contradicebat Iuliano in non peculiaribus, uolens in eis procedere uſucapionem contra opinionem Iuliani, qui in non peculiaribus uolebat non procedere, & in hoc etiam melius dixit Iulianus, ut in ſequentibus intellectibus.

79 Secunda † eſt litera negatiua infra in fi. quæ uerior eſt, & talis reperitur in pandectis Florentiæ ſeu Piſis, ſecundum quam etiam duobus modis poteſt figurari caſus, uno modo præſupponendo quòd thema ſolùm fuerit de rebus peculiaribus, & quæſtio fuerit facta coram auctore legis an in peculiaribus poſteà quæſitis procedat uſucapio, & Iulianus dederit reſponſum diſtinguendo inter poſtliminium & l. Corneliam dicẽs uſucapionem procedere in reuerſo propter poſtliminium, & quòd uſucapio ſtat in pendenti donec reuertatur, & ſi non reuertatur an habeat locum lex Cornelia dicit ſe dubitare. Sed Marcellus contradicebat dicens plenius accipi legem Corneliam ut imò in poſteà quæſitis hæredi proſit uſucapio; ſed Iulianus reſpondet ſeu auctor legis pro Iuliano in uerſi. quemamodum dicens, quomodo poteſt eſſe quòd plus iuris quis habeat in his quæ poſt captiuitatem ſerui egerunt, quàm in his quæ ante egerunt, uel ipſe egit, quaſi dicat non poteſt, imò minus iuris habet: quia hæreditas non ſemper repræſentat perſonam defuncti. ideò concludit quòd in poſteà quæſitis peculiaribus non habeat locum uſucapio, ut dicit tex in l. fi. §. fi. infra eodem, & ità ſecundum hunc intellectum limitatur regula de peculiaribus ut in eis non procedat uſucapio in quæſitis poſt captiuitatem: quia non poteſt hæreditas iacens inchoare poſſidere: nec uſucapionem, tamen ueritas iſtius intellectus dependet à ueritate intellectus dicti. §. fi. ubi uidetur diſtingui an ſimus in extraneis, & non poteſt inchoari uſucapio, an uerò ſimus in hæredibus ſuis, & tamen poſſit incipere & compleri uſucapio, de quo infra dicemus in oppoſitionibus. Sed tamen nec deciſio eſt uera: neque etiam conuenit literæ noſtræ: quia uerſi. quemadmo-

quemadmodum, non poteſt bene probare opinionem Iuliani, aut Marceli: nec ratio quòd hæreditas in pleriſque repræſentat perſonam defuncti, non poteſt accommodari niſi per quandam ſubuerſionem.

80 Vnde alius eſt † intellectus quòd iſte uerſi. loquatur de peculiaribus, & non peculiaribus, & quòd thema fuerit de omnibus quæſitis poſt captiuitatem per perſonas iuri captiui ſubiectas. tam ex cauſa peculiari quàm non peculiari, & quòd ſit reſponſio cum diſtinctione, quòd aut ſunt poſſeſſa, & quæſita ex cauſa peculiari poſt captiuitatem in pendenti ſit uſucapio, & ſi reuertatur per poſtliminium perficiatur, & ſi ibi moriatur per legem Corneliam. Si uerò ſunt quæſita ex cauſa non peculiari, quòd tunc dubitauit Iulianus dicens uideri quòd non poſſit procedere uſucapio: neque per poſtliminium quod conceditur: neque per legem Corneliam, & dubitationis cauſa erat urgens. Nam quòd procederet uſucapio faciebat: quia ipſi uidentur poſſidere illa bona, quaſi poſſeſſio ſit fundata in perſona ſeruorum cùm non requiratur ſcientia domini, dicta l. j. C. de acquirend. poſſeſſ. & l. ij. infra pro ſolut. Sed incontrarium faciebat: quia hæreditas non poteſt ſine cauſa peculiari incipere uſucapionem, dicta l. fi. §. fi. & l. pe. inf. de captiu. ibi, hæreditas augeri ſolet per ſeruum hæreditarium, Marcellus uerò plenius accipiebat legem Corneliam, & uolebat quòd etiam quæſita ex cauſa non peculiari uſucaperētur per legem Corneliam ab hærede, forſan motus per prædictas rationes. Sed Paulus auctor legis approbat opinionem Iuliani dicens iam concluſum eſt, quòd in quæſitis ante captiuitatem non procedit uſucapio in ipſo reuerſo, & etiam per legem Corneliam, ac etiam concluſum fuit quòd in quæſitis poſteà non procedat uſucapio per poſtliminium in reuerſo. Si igitur plus iuris non poteſt habere reuerſus in his quæ ſerui egerunt poſteà, quàm in his quæ ante per ſe uel per alium faciebat: ergo nec etiam poteſt plus iuris habere hæres per legem Corneliam: quia non poteſt plus hæres habere, quā defunctus cuius perſonam repræſentat, & ſi uis etiam eam legere interrogatiuè adhuc potes, præſupponendo quòd in quæſitis ante captiuitatem erat reſolutum de poſtliminio. Vnde dicas interrogatiuè quemadmodum reuerſus poteſt plus iuris habere in poſteà quæſitis quā in his quæ ante geſta ſunt, quaſi dicat non poteſt ergo nec etiam hæres hoc poterit: quia repræſentat perſonam defuncti, Ideò concludit auctor legis non habere locum uſucapionem in ſucceſſoribus per legem Corneliam de bonis poſteà quæſitis ex cauſa non peculiari.

Nec obſtat dictus. §. factæ. quia loquitur de peculiaribus.

Nec obſtat quòd acquirant poſſeſſionē ignoranti: quia uerum eſt in poſſeſſione inutili ſine effectu uſucapionis: ſed illa poſſeſſio cum effectu uſucapionis non acquiritur niſi ſcienti, & in eius animo conſiſtit, & cum per captiuitatem animus ſuus deficiat, ut dictum fuit corruit poſſeſſio, & hic eſt uerus intellectus, & communis & tenendus: quia ueram deciſionem ponit, & congruit literæ, ſecundum quem uos figurauimus ſupra caſum.

81 Septimò igitur † ex iſto tex. ità plenè in præcedentibus declarato notandum eſt, quòd in peculiaribus poſt captiuitatem quæſitis incipit uſucapio durante captiuitate, l. iuſto. §. fi. inf. eo. & perficitur eadem captiuitate durante. & eo reuerſo per poſtliminium recuperatur, quòd probatur per illa uerba in pendenti eſt uſucapio, & ibi: intelligi uſucaptum. quòd non poteſt procedere in non peculiaribus, dicta l. iuſto. §. fi. infra eodem. & l. pe. inf. de cap. & l. ij. infr. pro ſol. & pondera uerbum intelligi uſucaptum, quod denotat fictionem, & bene: nam uerum eſt reuerſum non uſucepiſſe: quia nunquàm ipſe poſſedit, niſi nunc: ſed tamen: quia fingitur retro fuiſſe in ciuitate l. retro. infra de cap. fingitur poſſediſſe retrò, quæ fictio poteſt procedere: quia poſſeſſio ſemper fuit in rerum natura propter perſonam ſeruorum peculiarium qui plenè poſſunt poſſidere coniungendo eos cum peculio nec requiritur ſcientia domini in acquirendo poſſeſſionem: nec uſucapiendo dicta l. iuſto. §. fi. cum ſimilibus, quòd non eſt in non peculiaribus. ut ſupra dictum fuit, & ideò fuit etiam uera uſucapio, & cum eſſet reuerſus acquiſiuit per poſtliminium dictam poſſeſſionem, & uſucapionem ſtatim quòd recuperauit dominium ſerui, & peculii, & ideò cum uerè nunc poſſideat, & uſucapiat, retrò fingitur uſucepiſſe, & poſſediſſe ſtante extremo habili, quod procedit fortius in quæſitis ante captiuitatem: quia dominus inceperat uſucapere, & facilius conſeruatur actus, quàm de nouo inducatur. l. patre furioſo. de his qui ſunt ſui uel alie. iur. & fictio facilius procedit quando eſt primordium ueritatis.

Nec obſtat quòd per captiuitatem interumpatur poſſeſſio: quia illud negatur, cum imò conſeruetur per ſeruos peculiares perfectos propter coniunctionem peculii, & dominii ſerui ſuſpenſi.

Nec obſtat quòd non ſit perſona cui acquiratur cum ipſi ſeruo non poſſit acquiri, l. ſerui tutem. inf. de reg. iur. nec etiam dominus: quia & ipſe ſeruus eſt, l. neque ſeruus. ſupra eodem. Reſpondere uidentur docto. quòd licèt uterq; capax ſit tempore præſenti: tamen quando captiuus reuertitur uerè poſſidere, & poſteà fingitur retro poſſediſſe, & acquiſiuiſſe: nec eſt extremum inhabile: quia cum fingatur retrò fuiſſe in ciuitate uidetur quoque fictè incepiſſe poſſidere ut ſentit Ias. hic, quod tamen non eſt uerum: quia extremum non p[illegible] [illegible]fici habile per eandem fictionem: ſed [illegible] et quòd habilitetur per ſe uel & alia fi[illegible]ne, uel ſecundum

ueritatem. ideò ipſe Iaſ. reſpondet quòd imò extremum eſt habile: quia detentatio ſerui ſuffi.it, ut uoloit Barto. in l. neque ſeruus. ſupra eodem, per legem quia ſeruo. in. fine. de actioni. & obligationi. Et ideò dicebat Rom. poteſt dare caſum quòd detentatio ſeu poſſeſſio naturalis poteſt cauſare uſucapionem, quod non eſt uerum; quia aliàs in non peculiaribus in diſtinctè procederet uſucapio.

82 Quare tu dicas † quòd ſeruus uerè poſsidet poſſesſione naturali, & ciuili cum omoi effectu ciuili: quia perſona ſua compleţur per peculiũ & dominium ſerui eſt ſuſpenſum ſicut quando peculium, & dominium ſerui conſeruatur in hæreditate, l. cœptam. infra eo. & illa poſſesſio, & uſucapio acquiritur peculio, quod per ſuſpẽſionem remanet in uigore ſicut cætera iura, ut plenius dicemus inf. ſuper oppoſitionibus Bar.

Nec obſtat lex hæredes, §. primo, & l. quod ſeruus. ſupra tit. primo, quia dicunt ſeruum detinere conſiderando eum per ſe: ſed conſiderando eum cum peculio plenè poſsidet ſicut coniungendo eum cum domino.

Nec obſtat quòd alia ratio uidetur aſsignari in l. peregrè. §. quæſitum, ſupra tit. primo, uidelicet quòd iure ſingulari receptum eſt ne cogantur perquirere facta ſeruorum ſingularia: quia non ſufficit, cum ius ſingulare nuoquàm faciat uſucapionem ſine poſſesſione acquiri: quia io iſtis quòd non eſt poſſeſſum, non poteſt dici uſucaptum. l. fi. §. fi. infra eod. & l. iuſto. §. fi. & in hoc tex. ergo oportet quòd poſsideant ſed ipſa poſſesſio nou eſt in domino capto: ergo oeceſſe eſt quòd ſit in ſeruo habilitato per peculium, per dictum. §. factæ. ibi, remanentibus eiſdem ſeruis in poſſesſione: nec poteſt dici quòd hoc faciat poſtliminium, uel l. Cornelia; qoia uidemus quòd in poſſesſione nihil operantur, d. l. cum hæredes. §. primo.

83 Octauò notandum eſt † quòd in non pecoliaribus poſteàquæſitis per legem Corneliam uſucapio oon procedit ut proſit hæredi neque reuerſo per poſtliminium, ꝙ probatur in hoc tex. per literam negatiuam quæ non poteſt bene conuenire quæſitis ex cauſa peculiari ut ſup. demonſtraui.

Et ſi dicatur de non peculiaribus nullum uerbum eſt in tex. Item eſt uiolatio: quia text. de eiſdem bonis uidetur dicere quòd procedat uſucapio, & quòd debeat dubitari de l. Cornelia: quia in eiſdem bonis poſteà quæſitis dicit ſi eſt reuerſus intelligi uſucaptum ſi ibi deceſſerit dubitari. Nam reſpondetur quòd ratione contrarietatis, & abſurdi euitandi oportet ꝙ ibi ſubaudiantur aliqua uerba, quòd etiam uidetur de mente Iuliani, & ut dicatur intelligi uſucaptum ſcilicet in peculiaribus: ſed in non peculiaribus ſi ibi deceſſerit dubitari, an per legem Corneliam ad ſucceſſores pertineat, & hæc ſubaudi[illegible] undum omnes admittitur, & Iaſ. dicit quòd eſt [illegible]plex: ſed uerè non eſt niſi una, & non inconuenit has ſubauditiones fieri: quia ut dixi ueritas iſtius intellectus dependet à ueritate concluſionum, & cum hic concluſiones infra firmauimus ſuper oppoſitionibus Barto. & glo. fin. & ſupra retulimus. non curamus de uerbis iſtius legis, quæ tam ambigua ſunt, ut nullam claram deciſionẽ facere poſſint.

84 Nonò notandum eſt ibi, in pendenti. † ꝙ uſucapio ſtat in pendenti, quòd declarat Bart. & docto. quantum ad perſonam cui acquiratur, non autem quòd ipſa ſtet in pendenti, cum imò uerè procedat, & compleatur ſuo tempore: ſed in pendenti eſt, an captiuus ſit qui debeat uſucapere, an uerò ſit hæres, quod dependet à futuro euentu, an ipſe reuertatur, uel apud hoſtes moriatur, ut ſucceſſores uſucapere poſſint. unde colligitur quòd actus unus poteſt ſtare in pendenti quantum ad effectum iuris, ut ſi ex uarietate accidentis poſſit ſequi diuerſus effectus iuris, poteſt ſtare in pendenti donec declaretur ille euentus, & ſequatur ille effectus iuris qui conuenit illi euentui, ut hic contingit in uſucapione, & ſimile eſt in l. iuſto. §. porro, & §. quæ peculiari. iof. de captiui, & leg. ſed & ſi quis. §. interdum. ſupra de uſufructu cum glo. & l. ſeruus qui §. fi. ſupra de acquir. rer. dominio. & l. proinde. ſupra ſi cert. peta. cum ſimili. no. in dictis iurib. quæ concluſio procedit in ioribus, & effectu iurium, ſed in factis non uidetur procedere per tex. in l. actus legitimi. ff. de reg. iur. & l. eſt receptum. ff. communia prediorum. ſed tamen quòd imò etiam facta poſſint ſtare in ſuſpenſo innuit tex. in l. illa inſtitutio. §. primo. ſupra de hæredibus inſtituendis ubi aditio hæreditatis. & inſtitutio facta de ſeruo captiui ſtat in ſuſpenſo, & iuſſus qui poterit fieri ut habeatur. Item poſſesſio poteſt ſtare in ſuſpenſo ut, in §. non autem. in auct. de nup. Et ad dictam legem actus. reſpondetur quòd ibi actus oon recipiunt conditionem expreſſè: tamen recipiunt tacitam ut ibi not. Et ad dictam legem eſt receptum. reſponde ut per Bartolum ibi.

85 Decimò notandum eſt in fi. † ꝙ hæreditas in quibuſdã repræſentat perſonam defuncti: ergo nõ in omnib. ſed quare nõ in omnib. dubitatur cum iura ſimpliciter dicant hæreditatem repræſentare defunctum, l. mortuo. iof. de fideiuſſ. Sed inſti. de ſtipul. ſeruo. dicit quòd in pleriſque repræſentat. Vnde ſoluunt docto. quòd in his in quibus non requiritur factum hominis hæreditas repræſentat defunctum ut in iuribus: ſed in his in quibus requiritur operatio hominis præſens non repræſentat, ut iu poſſesſione quæ requirit operationem animi, l. prima. §. Scæuola. ff. ſi quis teſtam. liber eſſe iuſſus fuer. & lege hæreditas in multis. ff. de acquirend. rerum dominio.

Nunquid autem ſtatutum excludens perſonam non comparentem ad certum actum includat hæreditatem iacentem? ponit Raphael in l. j. §. fi.

l. ſ §. fi. ſupra tit.j. & Iaſ. hic, & dic nt hic per
eos. & hæc ſufficiant qnantum ad notabilia.

Expeditis notabilibus eſſet deueniēdum ad
glo. ut facit hic Iaſ. ſed glo. prima fuit expedi-
ta in caſu primæ partis figurato, & gloſ. aliæ
expoſitiuæ literæ fuerunt relatæ referendo ua-
rios intellectus, & uariando expoſitiones ip-
ſius ut referat illos uarios inrellectus. unde re-
manet glo. fi. quæ ponit generales concluſio-
nes intotá materia quæ tamen recipinnt uarias
difficultates propter multa contraria, quas exa
minat Bar. in ſuis oppoſitionibus, & Iaſo. hic
præmittit difficultatem de poſſeſſis per alium
unre captiuitatem quàm ponit Barto. in quar
tá oppoſitione, ideò melius eſt nt eas examine
mus ſecundum ordinem Bar. & in fi. ſuper di-
ſtinctione Bar. referamus omnes concluſiones
ponendo neritatem caſuum earum poſt diſtin-
ctioonem. & itá facit hic Crotus licèt Alciat. ſe-
quatur uerba legis.

Eſt igitur concluſio in prima parte text. no-
86 ſtri † quòd per captiuitatem interumpitur poſ
ſeſſio, & nſucapio, quę poſſeſſio nec uſucapio re
cuperatur per poſtliminium in reuerſo. unde in
contrarium facit quia natura poſtliminii eſt,
ut omnia iura recuperentur amiſſa l. poſtlimi-
nii. ſecundò reſponſo. & l. poſtliminium. in-
fra de cap. ergo & poſſeſſio, & uſucapio de-
beret recuperari. Reſpondet Bar. quòd ſolu-
tionem ponit textus. in leg. denique. digeſt.
ex quibus. cau. maior. qui dicit quòd per poſt-
liminium iura recuperantur, facta uera non re
cuperantur: poſſeſſio autem plurimum fa-
cti habet. ideò ipſa non recuperatur, & ſi dica-
tur quòd nſucapio eſt iuris, l. bonæ fidei. ſup.
tit. ſecundo: ergo ſaltem ipſa deberet recupe
rari? Reſpoudet ipſe quòd licèt uſucapio ſit
iuris: tamen dependet á poſſeſſione quæ ſacti
eſt, & cum ipſa non recuperetur: nec etiam uſu-
capio, quæ dependet ab ea, ponens in effe-
ctu regulam quòd iura recuperentur, quæ de-
per ſe ſtant, facta nerò non recuperentur: ne-
que iura quæ dependent á factis.

Sed tunc opponit Bart. contra præſuppoſitū
firmatum, quòd ſacta non continentur in poſtli
minio: quia imò uidetur quòd contineantur cū
poſtliminiū fingat reuerſum retrò ſemper fuiſ-
ſe in ciuitate, & lex Cornelia fingat mortuum
apud hoſtes eſſe mortuum in ciuitate, l. retro.
& l. in omnibus. int. de cap. Reſpondebat An
dr. Zaphi. negando quòd poſtliminium, & ali
qua alia lex fingat ſuper ſacto: quia imò fingit
ſuper iure tantum: quia poſtlimininm fingit re
uerſum ſemper fuiſſe liberum, & nunquam fuiſ
ſe ſerruum, & filium fuiſſe ſemper in poteſtare
& nunquàm fuiſſe ſui iuris, & libertas eſt iuris,
& ſeruitus, l. libertas. in prin. & §. ſeruitns. ſu
pra de ſtat. hom. & quòd ſit in patria poteſta-
te eſt iuris, l. iij. & iiij. ff. de his qni ſunt iuris
uel alie. iur. Sed Bar. reprehendit ſolutionem,
& bene: quia imò poſtliminium, & lex Corne
lia fingunt ſuper ipſo facto, quòd ſit mortuus
in ciuitate, uel quòd ſemper fuerit in ciuitate,
licèt poſteá ſequatur iuris effectus l. ſi ex pla-
giis. §. excliuò capitolino. ſupra ad leg. Aqui
liam. & aliæ leges fingunt ſuper facto ut in tra
ditione, in lolutione, & in aliis ſimilib. Vnde
adhuc ſtat contrarium firmum, cum poſtlimi-
nium fingat ſuper factis: quare non fingat ſu-
per poſſeſſione quámuis ſit facti. ideò ſoluit ex
menre Iuriſconſulti in dicta l. denique. & le.
nec utilem. fatendo quòd poſtliminium po-
tuiſſet fingere ſi uoluiſſet: ſed noluit fingere:
qnia non erat æquum cum ſi finxiſſet poſſeſſio-
nem durare fuiſſet cauſa quòd uſucapiens locu
pletaretur cum aliena iactura quod eſt iniquū;
l. nam natura. ff. de condictio. indeb. & ſic po
nit concluſionem, quòd poſtliminium poterat
comprehendere poſſeſſionem, & facere ut re-
cuperetur, & retro fingeretur: ſed tamen no-
luit facere: quia fuiſſet iniquum.

87 Sed † tunc interum inſtatur: quia hæc conclu-
ſio de plano procedit in poſſeſſione rei alienæ
quòd lex fingendo induceret iniquitatem: ta-
men in poſſeſſione rei propriæ ſi lex fingeret in
duceret æquitatem, cum æquum ſit domini ha
bere rem ſuam, l. bona fides. circa medium. ff.
depo. & l. ſi me, & Titium. in fi. ff. ſi cer. pet.
ſed uidenius quòd poſſeſſio rei propriæ inter-
rumpitur, & illa nunquàm recuperatur, l. cum
hæredes. §. primo. ſupra de acquire. poſſeſſio:
quæ propriè loquitur de poſſeſſione rerum ſua-
rum quæ interumpitur. ſoluit ipſe quòd iu poſ
ſeſſione rei ſuæ eſt alia ratio: qnia deficit extre
mum á quo in tali fictione, & propter defectum
extremi á quo poſſeſſio non fingitur retro poſſe
diſſe. & ad probandam hanc ſuam ſolutionem
præmittit uoam regulam quòd fictio tranſlati
ua ad ſui eſſentiam requirit duo extrema habi-
lia, & extremum á quo incipit ad extremum
ad quod producitur, & ſi unum ex iſtis eſt in-
habile, fictio non poteſt procedere, & de extre
mo ad quod ponit exemplum, in l. donatio-
nes quas parentes. C. de donatio. inter uir. &
uxo. ubi tex. dicit quòd donatio inter patrem
& filium, inter uirum, & uxorem, ab initio nō
ualet: tamen morte confirmatur, & ſic incipit
dominium in morre, & addit tex. quòd retro
trahitur ad tempus donationis, & glo. dicit ibi,
quod retro trahitur qnantum ad fructus, non
autem quantum ad dominium: quia ſi trahere
tur retro dominium ſequeretur quòd inter ui-
rum & uxorem ab initio ualuiſſet, quod eſt fal
ſum reprobante lege.

Propterea: quia dominii acquiſitio reproba
tur, fictio non trahitur ad illud tempus, aliud
exemplum ponitur per glo. in l. Gallus. §. ſi
eius. iu glo. magna circa medium. ff. de lib. &
poſthum. ubi qui natus eſt in captiuitate ſi re-
uertitur dicitur natus á die reuerſionis: nec fin
gitur natus præambula hora captiuitatis: quia
erat impoſſibile, & ſic non fingitur retro: quia

extremum à quo eſt in habile.

88 Vnde apparet † ex iſtis exemplis quòd fictio tranſlatiua nunquàm procedit; quando extremum ad quod eſt inhabile ad illud quòd fingitur. poſteà ponit tria exempla de inhabilitate extremi à quo incipit fictio. nam ratihabitio eſt fictio: quia trahitur retro ut perinde ſit ac ſi illo tempore eſſet factum mandatum dict. l. fin. C. ad Macedoni. & l. uerò procuratori, §. fi. de procuratorib. & cap. ratihabitio. de regul. iur. in 6. tamen illa non habet locum quãdo fit tẽpore quo actus retro trahendus nõ poſſet fieri, l. bonorum. inf. rem ratam haberi. ubi ratihabitio de poſſeſſione petita à procuratore non ualet ſi fiat tempore quo non poſſet ipſe petere, & idem probatur in l. j. C. de app. recipiend. ubi ſi procurator appellat ualet appellatio ſi dominus ratum habet eo tẽpore quo ipſe poſſet appellare, & ſic ſit extremũ habile à quo ſi uolumus retro trahere ad tempus quo actus fuit factus, & idem probatur in l. neceſſariò. §. quod ſi pendente. ff. de periculo, & como. rei uendi. & l. quoties. ff. de donatio. & propterea ex iſtis exemplis apparet quòd de ſubſtantia fictionis tranſlatiuæ eſt quòd interueniat habilitas utriuſque extremi.

Igitur ad propoſitum reddeundo reuerſus non fingitur retro poſſediſſe: quia tempore quo reuertitur ipſe nullam habebat poſſeſſionem: quia eam non recuperat: ergo non poteſt eſſe fictio ut retro uideatur poſſediſſe: quia deficit extremum à quo, & propterea ſi ſumus in poſſeſſione rei alienæ, fictio non procedit ex capite iniquitatis atque etiam ex defectu extremi à quo in poſſeſſione uerò rei propriæ fictio non procedit: quia deficit extremum à quo, licèt non militet ratio iniquitatis.

89 Sed iterum & † quartò opponit Bar. in uerſi. dices: quia iam concluſum fuit quòd fictio non procedit in poſſeſſione, ex eo: quia deficit extremum à quo: quoniam poſſeſſio non recuperatur. Sed adhuc obſtat: quia hæc habent colorem non autem ſaporem: quoniã ratio quare non eſt extremum habile in poſſeſſione eſt: quia ipſa poſſeſſio non recuperatur. Sed tunc inſtatur quare ipſa poſſeſſio non recuperatur, ut inducatur habilitas extremi, cum nos uideamus quòd fictio procedit in iurib. ex eo: quia per poſtliminium ipſa recuperantur. Ideò inſtatur quare poſtliminium non recuperat poſſeſſionem fingendo reuerſum eam recuperaſſe, & faciendo extremum habile à quo ſicut facit in iurib. & ab iſta oppoſitione dependet tota difficultas. Soluit Bar. & dicit ꝙ ideò poſtliminiũ nõ recuperat poſſeſſionẽ: quia ipſa facti eſt, & per poſtliminiũ facta nõ recuperãtur. Et ſi dicatur quare facta non recuperantur ſaltem fingendo ea recuperari. reſpondet ipſe hoc ideò eſſe: quia poſtliminium in recuperatione procedit ſecun... [illegible] ueritatem, non autem ſecundum fictionem, [illegible] ut intelligatur ſolutio ipſe dicit quòd poſtliminium habet duplex caput unum recuperatiuum, & aliud tranſlatiuum. In capite recuperatiuo procedit ſecundum ueritatem, in capite tranſlatiuo procedit ſecundum fictionem, quod probat ex effectu, & ex uerbis, ex effectu: quia ille qui reuertitur uerè efficitur liber, uerè habet filios in poteſtate, uerè eſt dominus, & uerè habet omnia iura. non enim fingitur eſſe liber: neque habere filium in poteſtate: neque fingitur habere iura quoniam, uerè omnia illa habet ex illa operatione poſtliminii.

Probatur etiam ex uerbis: quia leges dicunt reuerſum recuperare per uerbum denotans ueritatem, non autem quòd fingatur recuperare, uerba enim inducentia fictionem ſunt iſta uidetur, quòd animo quaſi, exiſtimatur, intelligitur, perinde, intellectu quodam, & ſimilia, ut probatur ex iuribus allegatis per eum: cum ergo nullum ex iſtis uerbis ponatur in primo capite recuperatiuo apparet quòd ſecundum ueritatem proceſſerit, in ſecundo capite ponuntur iſta uerba denotantia fictionem ut patet in l. retro. infra de captiuis. ibi. creditur, uel uidetur fuiſſe in ciuitate. ideò procedit ſecundũ fictionem. Cum igitur poſtliminium procedat in primo capite ſecundum ueritatem non poſſunt contineri facta: quia res facti iure ciuili infirmari non poſſunt, l. prima. §. ſiuir uxori. ſupra tit. j. & cum poſſeſſio uerè extinguatur: quia deficit animus non poteſt hoc factum quòd deficiat animus infirmari l. in bello. §. factæ. inf. de cap. ideò poſſeſſio ſecundum ueritatem recuperari non poteſt, per fictionem uerò non recuperatur: quia non cogitauit legislator: neque intendebat in hoc j. capite fingere, & cum non recuperetur apparet quòd non poteſt contineri in ſecundo capite: quia deficit extremum à quo. Sed ſi dares caſum quòd poſſeſſio recuperaretur, ut eſt in peculiaribus: tunc fingeretur retro poſſediſſe, & uſucepiſſe, ut in hac lege, ibi, intelligi uſucaptum, & in effectu in hac ultima oppoſitione poſt multa uerba poſuit ultimam ueram ſolutionem, potuiſſet enim cum paucioribus uerbis, & magis intelligibilibus ſoluere iſtud contrarium incipiendo ab hac ultima oppoſitione, & non faticare tantum ingenium iuuenum, & ego uolui referre ut facilius eius intentio intelligeretur.

Vnum tamen nota antequàm deueniam ad declarationem, quòd tex. in l. cum duæ. infra de cap. dicit quòd per captiuitatem extinguitur matrimonium, & non recuperatur per reuerſionem: ſed eſt neceſſarius alius conſenſus, & ſic æquiparat matrimonium poſſeſſioni, ut non recuperetur niſi de nouo apprehendatur, & eſt ratio: quia matrimonium conſiſtit in operatione animi per conſenſum, qui conſenſus eſt facti ideò deficit per captiuitatem ſicut in poſſeſſionem, & non recuperatur poſteà: quia eſſet opus fictione. De iure autem canonico non

extin-

extinguitur iſte conſenſus: quia fingit eum durare, & non eſt in arbitrio coniugum matrimonium diſſoluere: quia quos Deus coniunxit homo non ſeparet, cap. j. ij. & iij. 29. quæſtio. ij. cum concordanti. nec etiam hodie de iure ciuili ut ibi no.

90 Prima igitur eſt concluſio Bar.† ꝙ omnia iura per poſtliminium recuperantur, ſiue ſint de iure gentium, ſiue ciuili dicta l. poſtliminium. in uerbo omnia iura. & in §. ſed ſi ab hoſtibus. inſti. quib. mod. ſoluitur patria poteſtas.& l. illa inſtitutio. §. j. de hæredi inſtituend. Sed ipſe Bart. non declarat quare eſt quòd iura per poſtliminium recuperantur. unde propter hoc ipſe offuſcauit omnes ſuas oppoſitiones & materiam: quoniam non incepit à uerò princip. debebat enim ipſe declarare quòd in primo capite poſtliminii ſunt duæ oparationes, una ſuſpenſiua, quæ incipit ab hora captiuitatis, & alia recuperatiua, ut probatur in dicto. §. ſi ab hoſtibus, & in dicta l. illa inſtitutio, & ratio iſtius operationis primæ fuit ut dixi in præmiſſis: quia ſtatim quòd eſt captus efficitur ſeruus hoſtium, leg. hoſtes. infra. de cap. & amittit omnia bona ſua ut neque ſit dominus: neque poſſeſſor, lege. cum hæredes. §. primo ſupra. titulo primo. Vnde bona ſunt uacantia, & occupanti concederentur. ideò ne hoc eueniret, diſpoſuit quòd omnia iura ſuſpendantur, & ſtent in ſuſpenſo donec reuertantur. dicto. §. ſed ſi ab hoſtibus. & ita ſuſpenſa conſeruentur donec reuertatur, & per reuerſionem uoluit quòd ei acquirit ſicut omnia iura conſeruantur per hæreditatem, & poſteà per aditionem acquiruntur hæredi, dicta l.cum hæredes.in prin.ff. de acquire. poſſeſſ. in qua ſuſpenſione non continetur poſſeſſio: quia facti eſt, & quæ ſunt facti non ſuſpenduntur: ſicut nec conſeruantur in hæreditate, dicta le. j. §. Scæuola. ff. ſi quis teſtam. lib. eſſe iuſſus fuerit.& l.hæreditas in multis.ff. de acquit. rer. domi. & eadem ratione: nec continetur conſenſus matrimonii, dicta l.cum duæ. quia facti eſt, & animi, & lex procedendo per ueritatem non poteſt ſuſpendere niſi iura: quia facta infirmare non poteſt, dicta l. j. §. ſi uir uxori. ſupr. titulo primo.

Eſt igitur ratio quare iura recuperantur per poſtliminium: quia ipſa iura ab hora captiuitatis fuere ſuſpenſa, & conſeruata, & cum reuerſus inueniat ea conſeruata ex ſecunda poſtliminii operatione ea recuperantur, dictis iuribus.

91 Sed in contrarium facit: † quia poſſeſſio iuris eſt ſecundum docto. in l. j. ſup. tit. j. & tamẽ non ſuſpenditur: neque recuperatur. Soluũt docto. in l.j.ſup.tit.j.quòd licèt poſſeſſio ſit iuris: tamen eſt ius debile quod per ſe ſtare non poteſt: & requirit ſubſtentaculum animi, quo deficiente corruit ipſa poſſeſſio. ideò ſequitur ꝙ ipſa non ſubſtinetur: neque recuperatur, & hanc eandem ſentit hic. unde inducitur una limitatio ad regulam, ut iura non ſuſpendantur neq; recuperentur, quæ debilia ſunt, & requirunt animum pro ſubſtentaculo. ſed hoc præſuppoſitum non probatur iure ut dixi in dicta l. j. cum omne ius habile ſit ut per ſe ſubſiſtat, & non requirat ſubſtẽtaculum animi, & ſi eueniat quòd quis ſit eiectus de poſſeſſione, habet ius recuperandi eam, quod ſubſtinebitur poſtliminio, & tamen non eſt debile ius de ſe. ſi ergo ius recuperandi poſſeſſionem de per ſe ſubſiſtit: ergo fortius ipſa poſſeſſio ſi eſt ius: quia propter quòd unum quòdque, & illud magis. aucten. multo. magis. C. de ſacroſanct. ecc. Ideò uerior ſolutio eſt quòd ipſa poſſeſſio in ſubſtantia facti eſt ut probaui in dicta l.j.& ideò iure ciuili infirmari non poteſt, d.§.ſi uir uxori.& d.§.factæ. meritò non ſubſtinetur: neque recuperatur. iura uerò optima ratione ſubſtinentur, & recuperantur.

Secundò in contrarium facit: quia uſucapio eſt ius dicta l. bonę fidei, & tamen non recuperatur. Soluit Bart. quòd licèt ſit iuris in ſubſtantia: tamen requirit factum apprehenſionis & operationem animi in retentione poſſeſſionis, à qua ipſa dependet, & ſine qua eſſe non poteſt. ex qua ſolutione colligitur limitatio ad iſtam regulam, quòd fallit quando ius illud fundatur in falſo: ſeu retinetur propter factum: quia illa iura nõ ſubſtinentur poſtliminio; quæ limitatio uidetur abſorbere totam regulam, & facere eam falſam: quia omnia iura ex facto oriuntur l. ſi ex plagis. §. ex cliuo capitolino. ff. ad legem Aquiliam. & lex fingit ſuper facto propter iuris effectum ut hic ipſe dicit, & dominium acquiritur facto traditionis. l. traditionibus. C. de pact. & retinetur animo: quia ſi habetur pro derelicto amittitur, l. j. & per totum infra pro derelicto. Alexa. in dicta l. cum hæredes. §. j. ſup.tit.j. dicebat quòd licèt dominiũ facto acquiratur: tamen ſine animo retinetur, l. ſi quis ui. §. differentia. eodem tit. & ſupra per Iaſ. quæ ſolutio non eſt tuta: quia imò deficiente animo amittitur. dicta l.j. inf. pro derelicto, niſi dicas quòd ibi interuenit actus proiectionis ultra animum, & uidemus quòd dominium obliuione non amittitur, & poſſeſſio amittitur ut no. in l. furtum. §. j. infra eodem, l. ſi id quod. in princ. ſup.tit.j. Item poſſeſſio inundatione amittitur: & non dominiũ, l. Pomponius.in prin. ſup.tit. primo. ſed tunc poteſt inſtari quare dominium, & cætera iura retinentur ſine animo, & poſſeſſio non retinetur. Soluebant doctores in lege prima. quòd poſſeſſio eſt debile ius, quòd ego ſupra ibi reprobaui. Vnde uerior eſt opinio quòd poſſeſſio ſit facti in ſubſtantia, & eius eſſentia eſt in operatione ſucceſſiua animi, quæ in totum eſt facti. dominia uerò, & iura [illegible] eſſentiam ſeparatam ab illa opera[illegible]ne animi. ideò ſine eo retinetur, & non extinguitur morte ſi-

cut poſſeſsio. Vnde ibi dixi, quòd hæc differentia fortiter probat illam opinionem quòd poſſeſsio ſit facti in ſubſtantia. Et eodem modo teſpondetur ad contraium de uſucapione ꝙ uſucapio in ſubſtantia ſit facti ut plenè dixi in tracta. de differenria iuris,& facti in quæltione de uſucapione. Vel ſecundò reſponde quòd eſſentia uſucapionis eſt poſſeſsio, l. ſine poſſeſsione. infr. eo. & deficiente poſſeſsione corruit uſucapio: ſicut homo deficiente anima, & uſufruct. ſi res efficiatur uſufructuarii. §. finitur. inſtit. de uſufructu. unde ſi etat incæpta ipſa interumpitur per amisſionem poſſeſsionis, & deſinit eſſe in rerum natura, ſicut homo deficiente anima. Et propter ea nihil eſt quod posſit recuperari, cum non entis nullæ ſunt partes, & cætera iura quę recuperantur ſunt in terum natura propter ſuſpenſionem. Sed adhuc inſtatur quòd imò iura non posſint recupetari: quia requiritur apprehenſio in recuperatione quę facti eſt. Soluntę docto. hoc ideò eſſe: quia iura non amittuntur in totum: nec abrumpuntur, l. illa inſtitutio. §. j. quæ ſolutio non eſt uera: quia imò in totú amittuntur ut dixi in notabilibus, cum captiuus nihil quòd ſuum ſit habere posſit, inſti. de his qui ſunt ſui uel alie. iur. §. pe. & tractatur de noua plena acquiſitione. Vnde ſoluas quòd lex poteſt facere quòd ſine apprehenſione iura acquirantur, ut patet in multis caſib. nota. per glo. in l. ſi ager. ſup. de rei uendi. & eſt uulgatus ille in l. à Titio. ff. de fur. & l. fi. C. de ſacroſanct. ecc. Item poſtliminium ſuſpendit illa iura, & conſeruantur per operationem ipſius legis. Vnde poſteà mandat, & etiam ipſa iura recuperentur abſque aliquo facto hominis, & ſic propter duas operationes poſtliminii ſine aliquo facto hominis optimè poſſunt recuperari, cum etiam una operatio ſufficeret. Quare remanet regula quòd omnia iura ſuſpenduntur & recuperantur. Fallit in iuribus fundatis in operatione animi continua ut poſſeſsio ſecundum communem opinionem. Fallit in iuribus in quibus per captiuitatem tollitur eorum ſubſtantia ut in uſucapione.

92 Secunda eſt concluſio † quòd facta non continentur in poſtliminio, concordat dicta l. denique, ff. ex quib. cauſ. maior. & l. non ut à procuratore. & l. §. j. inſ. de cap.

Fallit quando lex fingeret facta non fuiſſe extincta, ut in matrimonio de iure canonico. & & §. quia uerò. in auct. de nup.

Sed in contrarium facit: quia poſſeſsio in peculiaribus continetur poſtliminio, & l. Cornelia ut hoc tex. & l. iuſto. §. fi. & tamen eſt facti, ut ſuper ea etiam diſponitur ut retro ſit poſſeſſum, & uſucaptum, Item lex fingit hæreditatem poſsidere. l. captam. inſ. eodem, uel ſaltem hæredem retro poſſediſſe, l. iuſto. §. uacuú. inf. eo. [illegible] lex poteſt facere quòd poſſeſsio ipſo iure [illegible] quæ appellatur ciuiliſſima, ut no. in l. fi. C. de ſacroſan. eccleſi. & in l. j. ſup. tit. primo. Soluas quòd in peculiaribus lex nō ſuſpendit poſſeſsionem immediatè: ſed ſuſpendit ius peculii in quo continetur poſſeſsio, cum ſerui ſunt dicunt docto. in rub. ff. ſi cer. petatur quòd petitio hæreditatis quàmuis ſit actio in rem continet perſonales præſtariones: quia continentur in hæreditate. Et ideò datur ſecunda limitatio. Fallit in factis quæ continentur in aliquo iure ſuſpenſo. Ad alia contraria reſpondetur quòd procedunt ptopter fictionē quia lex fingit non eſſe amiſſam, & facta per fictionem poſſunt contineri poſtliminio ut ſup. dictum fuit de matrimonio, poſſeſsio autem illa ciuiliſſima, & in ſubſtantia eſt omninò iuris. unde poſſet ſuſpendi ſi reperiretur.

93 Tertia eſt concluſio † quòd lex fingit ſuper factis quando uult, & poteſt per fictionem facere ea fuiſſe infecta, ut in exemplis Bart. hic, no plenè habetur in l. j. §. ſi uir. ſup. tit. j. quinimò neceſſariò fictio eſt ſuper facto: quia in his quæ ſunt iuris lex uerè diſponit non fingit, ut dicit Bar. ſup. num. 29. uerſi. item quæritur. niſi ſit aliqua mixtura facti ut ibi per eum. Sed quamuis poſſet fingere nō ſequitur quòd fingat: quia aliquando uerè non poteſt diſponere, & tamen non fingit, ut no. in dicta l. j. §. ſi uir. & cauſa non fingendi poteſt eſſe quadruplex. Prima: quia ceſſat iuris effectus. Secunda: quia ceſſat æquitas. Tertia: quia nullam præſtaret utilitatem ut in dicto §. ſi uir uxori. Quarta ne auferat liberum arbitrium, ut in l. quod meo. §. ſi furioſo. ſup. tit. j. & dixi in dicto §. ſi uir. Sed dum Bar. dixit quòd lex non fingit ſine æquitate, intellige regulariter: quia aliquando fingit ſine æquitate ut hic per Crotum l. uxori. ſup. de iniuſto rup. & irrit. teſtam. ubi fingitur mori tempore captiuitatis, & per illam fictionem filius eſt præteritus. Sed dicas ꝙ illud uenit in conſequentiam de natura operationis legis. ut dixit Bal. in l. quod fauore. C. de legi. in ſeptima oppoſitione. Secundò adducit legem finalem. C. de ſententiam paſsis ubi reſtitutus fingitur ſemper fuiſſe bonæ condirionis tamen eſt malè meritus propter delictum, & hoc fit etiam in pręiudicium filii. ſed illud quoque uenit propter generalitatem naturæ reſtitutionis. Item dicit ipſe lex fingit ſi unus hæres contraxerit ꝙ omnes uideantur contrauenire: l. iiij §. Cato. ff. de uerbo. obligati. Sed ſolue quòd ibi æquitas eſt propter fauorem creditoris: quia aliàs non poteſt eſſe ſine damno creditoris ut in §. item ſi in facto. l. ſecund. eo. tit. Item lex fingit hæredem poſſediſſe, & uſucapionem perfici poſſe, l. captam. de uſucapio. & tamen eſt iniqua. Sed reſponde quòd ibi eſt æquitas ex alia cauſa: quoniam illa poſſeſsio poterat retineri ex cauſa peculiari, quo caſu non eſſet plena fictio, uel ex alia ſimili cauſa iuſta. uel generaliter reſponde quòd in omnibus dictis caſibus, & ſimili. qui poſſunt allegari ſemper eſt æquiras aliqua ſuper qua fundata eſt lex, cum

non inconueniat ꝙ ex una cauſa diſpoſitio uideatur iniqua,& ex alia ſit æqua,ut patet in omnibus legibus correctis,quæ tamen ante correctionem tanquàm iuſtę ſeruabantur,& habetur per Abb. poſt Ioannem And. in cap. fi. de conſuetudine,nu.6.& per Abb. in rub. in materia uſucapionis in ij.quæſt.de præſcriptio.& æquitas eſt illa,quæ conſideratur ex intentione legis licèt alio reſpectu ſit iniquitas,quæ non attenditur.l.quod fauore.C.de legib. & ibi Bal. in 7. oppoſitio.ſimile dicitur de Velleiano quod eſt fauorabile,l.exceptionem.ff.de condi.indeb. & de Macedoniano quod eſt odioſum, & tamen in Velleiano eſt damnũ tertii,&in Macedoniano fauor filii,& hoc expreſſè tenuit Bar. infr. in fictione priuatiua num. 40.ubi dixit æquitatem militare in puniendis delictis,l.ità uulneratus. ſup.ad l.Aquiliam,& l.quæſitum de ſepul. uiolato.& l.non ſolum.§.j.de iniur.& exceptio Macedoniani eſt fundata in æquitate ſicut alia, & tamen eſt iniqua,l.qui æquitate.ff. de exceptioni. Proptereà generaliter dicas quòd omnis fictio eſt fundata in æquitate ſecundum intentionem legis eam inducentis conſiderata.

94 Quartò colligitur† ꝙ uſucapio,&præſcriptio dicitur eſſe iniqua,& propter iniquitatem impeditur ut non perficiatur:quoniam uſucapiens locupletaretur cum aliena iactura,l. nam natura.ff.de cond.indebiti.Sed in contrarium facit: quia uidemus in aliquibus caſibus per fictionẽ adiuuari uſucapionem,ut in peculiaribus,& in ſuo hærede.l.iuſto.§.fi.inf.eo.& l. in bello. §. factæ.inf.de cap.Item ſi eſſet iniqua lex canonica eam non permitteret, & tamen uidemus quòd uſucapiens in foro conſcientiæ licitè retinet rẽ uſucaptam: quia auctoritatẽ legis in pœnam negligentis transfertur dominium de una perſona in aliam,ut per Abb.& alios in cap.uigilanti.ext.de præſcriptio.& eſt abſurdum quòd eccle præſcribens retineat alienum,quę dicit non remittitur peccatum niſi reſtituatur ablatum, & eccl.debet eſſe cultrix iuſtitiæ ut in epiſtola inter claras.C.de ſumma Trini.& fide catholica poſt medium.unde in l.j.ſupr.eod.dicitur ꝙ pro bono publico fuit introducta,quod manifeſtè apparet:quia tam paruo princ.in tantam copiam fuit multiplicata, ut omni iure permiſſa fuerit,& ab omnibus perſonis etiam religioſiſſimis uſucapio fieri poſſit,& per hoc, & ſimilia Crotus hic comprobat hanc opinionem, quòd uſucapio ſit iuſta,& bona,ut per eum.

Et ad tex.in auct.ut eccl.Romana. quæ dicit quòd eſt iniquum præſidium,& ad dictum Ang. in l. qui æquitate.ff.de exceptione doli.& l.j.C. de præſcrip. qui dixit eſſe iniquiſſimum præſidium, & quòd arbitratores electi ut iudicent ſecundum æquitatem non poterunt iudicare in fauorem ntentium præſidium uſucapionis, & ſequitur idem Ang.in l. j. ff. de nego. geſt. reſponde quòd loquuntur de præſcriptione cum mala fide, cum illa quæ eſt cum bona fide currat pro eccleſia contra eccleſiam, cap. auditis. de præſcriptionibus. quæ reſponſio non tollit contrarium totum: quia aliàs leges ciuiles eam permittentes fuiſſent iniquæ, & præſcriptio cum bona fide contineretur poſtliminio: quia eſſet æqua. Vnde tu ſoluas quòd reſpectu legis permittentis uſucapio eſt æqua. & iuſta ex ratione propter quàm inducta fuit. Sed reſpectu priuationis dicitur iniqua ſicut Macedonianum, & Velleianum, & lex permittens uſucapionem uno reſpectu eſt æqua, & alio reſpectu eſt iniqua, ut per Abbatem in dicta rubri. de præſcriptio, qui poſt Ioannem Andr. dixit ꝙ illa non eſt contra ius naturale in totum: ſed aliquo reſpectu eſt contra ius naturale, & alio reſpectu eſt fundata ab eodem iure, & æquitas, & iniquitas efficitur arbitraria legiſlatoris conſiderando principaliter rationem ſuper qua fundatur. Item in dictis iuribus, & in dicto. §. ſecundò appellatur iniqua uſucapio, quæ non fuit per uerum uſum perfecta.

95 Quinta colligitur concluſio † ex dictis Bartol. quòd ratio quare poſſeſſio non continetur poſtliminio eſt: quia poſſeſſio facti eſt, & ea quæ facti ſunt non continentur in poſtliminio, l. denique. ff. ex quib. cauſ. maior. & addit aliam ſecundam: quia uſucapio eſt iniquum præſidium, & lex non uult fingere: quia ceſſat æquitas, dicta lege nec utilem.& addit poſteà tertiam quòd lex ſuper poſſeſſione non fingit: quia non adeſt extremum à quo habile, ut retro uideatur poſſediſſe, & uſucepiſſe, ut in ſuis tribus oppoſitionibus ſupra relatis,quæ tamen rationes de per ſe non ſufficiunt, cum imò obſtet quòd poſſeſſio iuris ſit ſecundum communem opinionem. nec ualet allegatio quòd ſit ius debile: quia non bene probatur. Item uſucapio iuris eſt, & tamen non continetur poſtliminio. nec ualet quòd ſit fundata in poſſeſſione quæ facti eſt; quia imò eſt iuris ſecundum opinionem eorundem docto.Item aliquando ipſa poſſeſſio continetur poſtliminio, ut in ſuo hærede,& uſucapionibus. Item ſecunda ratio non uidetur concludens: quia imò uſucapio eſt æqua ſecundum declarationem ſupra traditam. Item uidemus quòd ipſa permittitur in peculiarib.& in ſuo herede. Item uidemus ꝙ conſenſus qui eſt facti hodie continetur in poſtliminio in matrimonio ut ſupr. dictum fuit:quia non finitur matrimonium neque de iure canonico neque de iure auctenticorum. Similiter uidemus ꝙ poſſeſſio rei proprię quæ eſt æquiſſima non continetur poſtliminio,d.l.cum hæredes.§.j.ſup.tit.j. Nec tertia ratio quòd fictio non procedit deficiente extremo habili ualet: quia ſufficit quòd ueniat in conſequentiam, & quòd ſit extremum habile in ipſa reuerſione, ut dicebat hic Iaſ. & habetur in lege j. C. de cap.

96 Proptereà† ſecũda ratio aſſ[illegible] per Chriſto.de Caſteliono quòd ide[illegible] non recuperatur

poſſeſſio: quia poſtliminium fingit captum retro fuiſſe in ciuitate: quando deductus fuit in præſidia, quo tempore amittit libertatem, l. poſtliminii. ſecundo reſponſo infra de cap. & amittit iura: ſed poſſeſſionem prius amiſerat per ſolam captiuitatem l. cum hæredes. §. fina. ſup. tit. primo. ad quam non reſtituitur: quia tunc nõ habebat quando amiſit libertatem. Sed hæc ſua ratio confunditur: quia dicta lex retro. dicit enim fingi in ciuitate retro uſque ad tempus captiuitatis. Item ſequeretur quòd captus infra præſidia hoſtium non amitteret poſſeſſionem, & recuperaret in cauſa peculiari. Item captus non deſinit poſſidere niſi quando efficitur ſeruus hoſtium, l. ait prætor. ſup. ex quib. cauſ. maio. quia captura habet tractum ſucceſſiuum, & non perficitur niſi quando producitur intra præſidia, ſicut dicitur de morte, ut moriens dicatur mori ante mortem, & mors non habet perfectionem niſi per ultimam exalationem, ut no. in l. Centurio. ff. de uulg. & pupill. ſecundum Crotum Raph. Roma. & Alcia.

Tertia aſſignatur ratio per Ang. quia per captiuitatem poſſeſſio fuit extincta, & quod eſt extinctum lex noluit recuperare: ſecus autem in iuribus, & hoc dicit procedere etiam in uſufructu. ſed Imo. repræhendit: quia uſusfruct. in totũ extinguitur, l. ſi ager. ſecunda ſup. qui. mo. uſusfru. ami. Item nõ aſſignatur ratio quare potius poſſeſſio extinguatur, & alia iura ſuſpendantur, unde licèt poſſit eſſe uera, tamẽ nõ eſt perfecta. Quartam rationem aſſignauit Paulus de Caſt. quia captus ab hoſtib. deſinit habere animum: argum. l. clam poſſidere. in fi. ſup. tit. j. Ideò poſſeſſionem amittit: nec poteſt fingi retro poſſediſſe cum oporteat fingere animum. & fictus animus non ſufficit arg. l. j. §. Scæuola. ſup. ſi quis teſtam lib. eſſe iuſſus fuer. Hanc etiam rationem reprædendit Alcia. quia etiam fictus animus poteſt ſufficere ad poſſeſſionem dummodo repræſentetur animus uiuentis, l. j §. j. ſup. titu. j. facit lex cœptam. inf. eo. Item iſta ratio cõcludit quare non poſſidet uel deſinit poſſidere: ſed non dicit quare non recuperat, uel non fingatur retro poſſediſſe: ſicut nec illa quòd poſſeſſus nihil poſſidere poteſt, l. qui in ſeruitute. ff. de reg. iur.

Quintam ponebat rationem Imol. dicens eã tradi in d. l. denique. dum dicit ꝙ poſſeſſio eſt facti, & res facti non continetur in poſtliminio: ſecus in iuribus. unde dicit ipſe aliquando dominium ipſo iure transfertur, & non poſſeſſio l. cum duobus. §. idem reſpondet. ſup. pro ſocio. & no. in l. commiſſa. ſup. de publi. Hanc repræhendit Crotus: quia poſſeſſio eſt iuris ſecundũ communiter docto. & quanquàm requiratur factum in apprehenſione. & retentione: tamen nõ tollitur quin ſit iuris. & idem eſt in dominio quod requirit factum, l. traditionibus. C. de pact. Subdit tamen quòd in dominio, & iurib. non requ... animi perſeuerantia ſicut in poſſeſſione: ſe... u dicas quòd hæc eſt ratio Bartol. & ei obſtant omnia ſupra poſita in præcedenti concluſione.

Sextam rationem adducit Roman. dicens quòd lex in fauorem captiuorũ induxit quòd iura ſuſpenderentur propter ſpem eorum redditus, & noluit ut extinguerentur in totũ, poſſeſſio autem extinguitur in totum, & non ſtat in ſuſpenſo ut hac lege, & ideò ad eam non extenditur fictio poſtliminii, quæ ſolum procedit in his quæ ſtant in ſuſpenſo. Crotus etiam reprehendit: quia ius præſens poſſeſſionis in totum extinguitur, l. ſi ſeruus communis. §. ſeruus cap. infra de ſtipulatio. ſeruo. & l. fi. in ſui ratione. C. de ſententiam paſſ. & tamen pater rediens ab hoſtibus recuperat patriam poteſtatem. §. ſed ſi ab hoſtibus. inſti. quib. mod. ſoluit. patria poteſtas. Item teſtamentum extinguitur captiuitate l. ſi pater filio. §. irritum. ff. de iniuſto rup. & irri. teſta. & tamen reconualeſcit ut ibi. Item reuerſus recuperat omnia quæ amiſit: ergo dicit ipſe ratio Roman. non eſt uera. Sed hæc oppoſitiones parum ſtringunt: quia omnia prædicta ſunt iura quæ erant in ſuſpenſo, & non extincta, ut ipſe malè arbitratur, quamuis amittantur, dicto §. ſed ſi ab hoſtibus, & l. in bello. §. ſi quid. inf. de cap. & dixi in notabilibus. Ideò dicas quòd non eſt bona: quoniam non exprimit quare poſſeſſio non ſuſpendatur ſicut cætera iura ſuſpenduntur ad finem ut conſeruentur, & occupanti non concedantur, ut remaneant habilia quòd poſſint per reuerſionẽ recuperari.

Septimam rationem ponebat Areti. dicens poſſeſſionem recuperari: quia repugnat extremum à quo, cum tempore captiuitatis deſinat habere animum, & fit inhabilis propter rationem quòd qui poſſidetur nihil poſſidere poteſt l. cum hæredes. §. fin. ſupra tit. primo. & l. ſic eueniet. ff. de adulter. Hanc repræhendit Alci. quia bene concludit ꝙ captus poſſidere non poſſit: ſed non concludit ꝙ non fingatur retro poſſediſſe. Sed tu adde quòd aſſumptum eſt falſum dum uult extremũ ad quod eſſe inhabile, cum fictio trahatur retro ad tempus quo ipſe poſſidebat, & erat habilis ad poſſidendum: quando capiebatur ut ſupra dictum fuit repræhendendo etiam rationem Chriſtophori qui probabilius cogitauit conſtituens differentiã inter amiſſionẽ poſſeſſionis, & iurium, & prius amittatur poſſeſſio. ſed ibi dictum fuit quòd poſſeſſio amittitur eo tempore quo iura amittuntur. unde ſi extremum eſt habile, ut ad iura procedat, fictio erit etiam habilis de poſſeſſione.

Octauam rationem aſſignabat Crotus dicens quòd poſſeſſio in totum extinguitur, & non poteſt de nouo acquiri ſine corpore, & animo, leg. tertia. ſupra titulo primò, & leg. licèt. C eodem titulo. Ideò eam non recuperat ipſo iure licèt recuperet iura in quorum retentione, & acquiſitione non eſt opus facto, ſicut in ſimili pater recuperat filios: quia non

eſt

eſt opus facto in conſenſu,dicta l. non ut à pa-
tre. & l. cum duæ. §. primo. infra de cap. Et
ſi dicatur ſubdebat ipſe, quare lex non ſtatuit,
ut acquireretur ſine apprehenſione cum potuiſ-
ſet facere: ut no, in l. fi. C. de ſacroſanct. eccl.
& l. raptores. C.de epiſ. &. cleri. reſponde q
lex noluit facere: quia nimis uiolarentur regu
læ iuris: argumen. l. ſi quando. C. de inoffic.
teſtam. Sed nec iſta eſt bona: quoniam in iuri-
bus ad acquirendum eſt opus facto. l. traditio
nib. C. de pact. Et ſi dicatur in illis non eſt
opus facto ad recuperandum cum ſtent in ſu-
ſpenſo.& non ſint extincta, dicta l. illa institu-
tio. §. primo reſpondetur: quia lex non intro-
duxit quòd poſſesſio ſtaret in ſuſpenſo,& in to-
tum non extinguatur: ſicut fecit de iuribus ui-
detur eſſe imperfecta. Idem uidemus quòd ma
trimonia hodie ſuſpenduntur ſicut iura, & re-
cuperantur, ut in auct. de nup. §. ſed etiam ca-
ptiuitatis caſus, & in rebus peculiaribus etiam
poſtliminium recuperatur,dicta l. bona. §. quæ
peculiari.& l. iuſto. §. fi. inf. eo.

Nonam poſuit rationem Ruy.hic dicens poſt
liminium generaliter diſpoſuiſſe omnia iura re
cuperari, in qua generalitate non continetur
poſſesſio quæ nõ ſolet uenire in generali cõmiſ
ſione, l.commiſſa. ſup.de publicanis. cum ſem-
per factum apprehenſionis requirat: ſicut nec
etiam in pacto l.commiſſoriæ recuperatur poſ-
ſesſio, quàmuis dominiũ acquiratur primo ip
ſo iure.l.ab emptione.ubi doct.&in ſpecie Bar.
ſup.de pact.Sed nec iſta eſt perfecta:quia opor-
tet aſsignare rationem quare non contineatur,
& ſi dicatur:quia extinguitur,& non ſtat in ſu-
ſpenſo, adhuc ſcire oportet quare non uult ſu-
ſpendi, Item eſt falſa: quia lex non nominauit
iura: ſed dixit omnia eſſe in ſuſpenſo acſi nun-
quàm fuiſſet captus.l.bona.§.antequàm. inf. de
cap. Item in dicta generalitate nec etiam conti
nebatur matrimoniũ, di. l. non ut à patre.Item
etiam in iuribus ad acquirendum eſt opus ap-
prehenſione regulariter, dicta l.traditionibus.
C.de pact. & in poſſesſione uidemus: quia lex
aliquando eam transfert ſine apprehenſione,ut
no.in dicta l.fi. C.de ſacroſanct. eccle. & l.cum
duobus. §. idem reſpondet. ſup. pro ſocio, &
ſic etiam eſt imperfecta.

97 Decimam aſsignat Alcia. rationem, quòd
ideò non reſtituitur poſſesſio poſtliminio,dict.
l. denique.quæ clarè loquitur, & ipſa poſſesſio
uerè amittitur,di. l. in bello.§.factæ.inf.de cap.
& etiam in hac l.Ideò autem ſubdit ipſe poſſeſ
ſionem facti eſſe:quia eſt iuris naturalis,iura au
tem naturalia facti ſunt ut dixit lex neque ſer-
uus.ſup. de peculio cum glo. factum,& l. condi
tionib. pupillus. ff. de conditionib. & demon-
ſtrationib. ius uerò naturale ideò eſt facti: quia
iure ciuili in ſuis finibus relinquitur, & immu-
tari non poteſt,l.ſi unus.§.pactus.ff.de pact. ubi
no.Igitur in poſſesſione lex permittit ius natu-
rale immutabile ut conſiſtat in corpore, & ani
mo, dicta l. denique. & dicto. §. factæ. & licèt
aliquando dicatur ciuilis hoc non eſt, ex eo:
quia mutetur eius ſubſtantia: ſed quia lex ap-
probauit,ut de obligatione naturali. no. inſti.
de obligationib. in §. primo. Et quòd dicunt
docto. ciuiliſsimam eſſe poſſesſionem non pro-
batur iure, & exempla quæ adducuntur ſunt de
iure ſpecialisſimo, quòd non fit niſi ex maxi-
ma cauſa: argum. l. ij. ſup. de uſufruct. earum
rerum. quæ uſ. conſumunt. Nec etiam poteſt
uenire in conſequentiam ſicut fit in l. penul. de
ſuis,& legit.quando fictio impeditur ex natura
li impedimento, quod naturale impedimen-
tum ceſſat in cauſa peculiari: quia ſeruus natu-
raliter posſidet,l.ſtipulatio iſta.§. hæc quoquè.
ff. de uerbo. obligatio. ut hic latius per eum co
lum. ij. iij. & iiij.

Sed hæc ratio eſt imperfecta ſicut præceden
tes, & minus ualet: quia fundatur in aſſumpto
falſo, eſt enim imperfecta: quia non declarat
quare non ſuſpendatur poſſesſio ſicut iura ſu-
ſpenduntur cum lex potuerit facere. Item qua-
re non recuperatur. Item hæc declarat quare
lex non fingat reuerſum retro poſſediſſe cum ſu
per poſſesſione quàmuis ſit facti lex optimè poſ
ſit fingere: quoniam plerunque lex ſuper fa-
ctis fingit, ut infra dicemus in materia. aſſum
ptum quoque ſuum eſt falſum quòd ius natura-
le ſit facti, & latè ego reprobaui in lege prima.
ſupra titulo primo. eſt enim inconueniens q
ius in genere contineat has tres ſpecies iuris
naturalis, gentium, & ciuilis, & dicamus ius
naturale, & gentium facti eſſe, ius uerò ci-
uile iuris eſſe, quòd eſſe non poteſt: quia ge
nus eandem materiam tribuit in omnibus ſuis
ſpeciebus, licèt poſteà differant in eſſentia
ſpecifica, & dicatur quòd ſpecies abundat à
genere.

Præterea omnes leges in materia noſtra di-
cunt omnia iura ſuſpendi, ut dominium, ſer-
uitutes, & uſus, & infinita ſimilia, & obli-
gationes etiam naturales, dicta leg. bona. §.
porro. & ea appellant iura, & ſimul commu-
ſcent cum aliis de iure ciuili, ut de patria
poteſtate, & de ciuitate, & eandem rationem
aſsignat in eis: quia ſunt iura, & ſecundum
hanc rationem oporteret dicere quòd domi-
nium, ſeruitutes, uſusfructus, & uſus, & obli
gationes naturales, & cætera de iure gentium
introducta, non ſuſpenderentur: quia facti
ſunt.

Præterea deſtruitur ex multis diffinitioni-
bus: nam in uſufructu dicitur uſusfructus eſt
ius utendi l. j. ſup. de uſufruct. uia eſt ius eun-
di, actus eſt ius agendi, iter eſt ius tantum eun-
di, l. j. ff. de ſerui. ruſti. prediorum, & domi-
nium eſt ius diſponendi, l.ſi quis ui. §. differen
tia. ſup.tit.j.in quibus omnibus oporteret ex-
ponere iura, id eſt, factum, & quòd uſusfructus
eſſet factum utendi ſeruitutes f[illegible]tum eun-
di,& agendi.& dominium ſit [illegible]um diſponen-

di:quod nedum eſt abſurdum.ſed ridiculum.

Propterea ſi uult dicere factum eſſe diffiniat illud factum, & diffiniat ius adhoc ut poſſit cognoſci quæ differentia ſit inter ius naturale & ius ciuile, & uos uidemus quòd in omnibus diffinitionib. in toto corpore iuris poſitis ubi ponitur ius ſemper ſignificat æqualiter ius potentiam iuris. & ſi tu uelles dicere factum dare abſurda intollerabilia.

Nec obſtat text. in lege cum ſeruus. & in dicta lege ſi unus. §. pactus ne peteret: quia ibi rationes accommodari ut appareat illa iura habere alios intellectus, & aliud uoluiſſe determinare.

98 Ex quibus apparet † quòd in hac ratione aſſignata nullus perfectè locutus fuit; cauſa autẽ imperfectionis fuit: quia ipſi non uiderunt totum commentum Bar. ſuper iſta ratione diſtinctum per quatuor ſpeciales oppoſitiones uſque ad §. expediti, antequàm ipſi examinarent hanc rationem, & ſi eum uidiſſent cognouiſſent tradidiſſe bonam rationem, & rectè ſenſiſſe, licèt aliqualiter per uerba non apta, & plenius poſſit declarari. Nam doctor. non conſiderauerunt quòd in poſtliminio habemus tres operationes apparentes, & ſeparatas. Prima eſt, quòd omnia iura ſuſpendit, & poteſt dici caput ſuſpenſiuum. Secunda eſt, quòd recuperat, & poteſt dici caput recuperatiuum. Tertia eſt, quòd fingit captum retro reuerſum, dicta leg. retro, infra de cap. & poteſt dici caput tranſlatiuum, ac etiam fingit retro habuiſſe omnia iura quæ durante captiuitate ſuſpenſa fuere, & poteſt dici caput fictitium: ſeu meliori uocabulo appellantur tres operationes principales poſtliminii quæ tendunt ad diuerſa, & diuerſa operantur. unde non poſſunt ſub unica ratione determinari propterea doctor. omnes æquiuocauerunt in iſtis rationibus aſſignandis, nolentes per unicam rationem has omnes operationes determinari quod eſt impoſſibile, & ſuæ rationes plereque uerę ſunt reſpiciendo unam particularem operationem: ſed omnes ſunt imperfectæ reſpiciendo omnes operationes poſtlimii. Nam aliquæ reſpiciunt primum caput, aliquæ ſecundum, & aliquæ tertium, & quæ ſunt bonæ in uno capite non concludunt in alio. unde poſtea non uidentur bonæ. Propterea eſt neceſſarium ſeparare has rationes, & tres operationes, & unicuique operationi attribuere ſuam ſpecialem rationem.

99 In primò † igitur capite per quòd omnia iura ipſa ſuſpenduntur per poſtliminium, ſi quæratur quare iura ipſa ſuſpenduntur, & non poſſeſſio optima eſt, & concludens ratio poſita in l. denique. ff. ex quib. cauſ. maio. quam conſiderat Barto. & multi alii: quia poſſeſſio facti eſt quæ conſiſtit in animo, & eius operatione: & eo deficiente corruit. unde uerè extinguitur per captiuitate. Ideò non poteſt ſuſpendi iura uerò habent eſſentiam fortiorem: quia ſine animo, & operatione corporis de per ſe poſſunt ſtare abſque aliquo adminiculo etiã quòd amittantur á domino, unde facilius per poſtliminium ſuſpenduntur, ſicut uidemus ea facilius ſuſpendi per hæreditatem, & conſeruari, lege cum hæredes. ſupra titulo primo. & lege prima. §. Scæuola. ſi quis teſtam. liber eſſe inſſus fuer. Ideò ratio eſt apparens: quia poſſeſſio eſt facti, & in operatione animi conſiſtit quæ extinguitur per mortem. ideò non ſuſpenditur, ſuſpenduntur nanque ea quæ habent eſſentiam duratiuam, & ſi dicatur quare non ſuſpendit eo modo quo potuit fingendo non extingui, pro ut uidemus fieri per ſtatutum, quòd poſſeſſio defuncti continuetur in hæredem, reſpondetur quòd hoc non cogitauit poſtliminium: ſicut nec etiam cogitauit lex faciendi quòd poſſeſſio defuncti conſeruaretur in hæreditate, & tranſiret in hæredem, & ſi dicatur quare noluit facere? reſpondetur quòd etiam hoc factum fuit cum ratione: quoniam poſſeſſio eſt parui præiudicii, & apparuit ſatis amplam fuiſſe prouiſionem introducendi quòd iura ipſa ſuſpenderentur, & tanto fortius: quia de iure gentium poſſeſſio nec etiam animo retinebatur, & non erat cognitus effectus uſucapionis, ac etiam poteſt addi quòd lex procurat minus offendere ius naturale, & regulas communes quàm ſit poſſibile, ſequendo ipſam naturam. §. minorem. inſtitut. de adoption. & magis offenditur ius naturale per conſeruationem poſſeſſionis quàm per conſeruationem iurium, cum minor fiat diſgreſſio à regulis iuris, & quàmuis iſtæ rationes ſint perſuaſiuæ, & neceſſitatem non concludant: tamen ſufficit probabilem mentem poſtliminii demonſtraſſe: quare noluit per fictionem ſuſpendere. Stat igitur ratio quòd iura ſuſpenduntur & non facta. unde contra rationem facit: quia poſſeſſio eſt iuris ſecundum communem doctorum opinionem. ſed reſpondent doctores quòd eſt ius debile, ut ſupra dixi. tutior eſt tamen opinio quòd ipſa ſit facti in ſubſtantia quam ſemper ego firmaui.

Secundò obſtat: quia uſucapio eſt iuris, dicta lege bonæ fidei. ſupra titulo primo. & tamen non ſuſpenditur. reſpondet Bartolus quòd ipſa dependet à facto poſſeſſionis. ideò aſſumit naturam facti, quòd ego ſupra reprobaui. Vnde ſolutio eſt quòd imò uſucapio eſt facti: quia eſt dominii acquiſitio lege tertia ſupra eodem. uel ſi eſt iuris habet ſubſtantiam, & eſſentiam à poſſeſſione qua ſublata neceſſariò corruit. Ideò fallit in iuribus quæ propter deficientiam facti corruunt.

Tertiò obſtat de hærede ſuo qui poteſt uſucapere non obſtante captiuitate, lege iuſto errore. §. fi. infra eodem. ſed reſponde quòd ille ſuus hæres reputatur pater familiàs, & uerè poſſidet, & ſibi acquirit, dicta l. iuſto. in

ſto. io fin. & ſi poſſidet ex cauſa peculiari dic ut ſtatim.

Vnde quartò obſtat: quia in peculiaribus in diſtinctè uſucapio procedit per iſtum textum. in uerſ. iotelligi uſucaptum. cum ſuis concordanti. Sed reſpondetur quòd io peculiaribus poſſeſſio conſiſtit in corpore, & animo ſerui, & illa durat, & noo extinguitur, & conſeruatur per peculium. Vnde cum ſuſpendatur peculium, io coñſequentiam ſuſpenditur ipſa poſſeſſio, & uſucapio cooſeruata per corpus, & operationem ipſius ſerui. Vnde fallit in factis quæ cootinentur, & conſeruantur in iuribus ſuſpenſis, & ita habes rationem ueram eſſe rectè declaratam.

100 Secūdū eſt † caput poſtliminii recuperatiuū, quòd incipit hsbere effectum quando reuerſus eſt captus, & per illud recuperat omnia iura: ſed noo recuperat poſſeſſionem neque uſucapionem, & ſi quæratur de ratiooe diuerſitatis reſponde: quia poſtlimioium diſpoſuit recuperari iura ſoſpenſa, poſſeſſio autem quæ facti eſt, & non ſuſpenditur, ideò noo recuperatur, & ſi dicatur quare non recuperatur per fictionē, reſpooder rectè Bar. qoia poſtliminium diſponit per ueritstem, & ſecundum ueritatem nō potuit ſuſpendere: neq; recuperare quæ facti ſunt, & quæ extinguuntur. per fictionem autē nō noluit facere per rationes ſupra poſitas: quia ſatis amplè oidetur prouiſiſſe: ſicut lex de hæredirate, & ſi opponator quòd poſſeſſio eſt iuris, & uſucapio, reſponde ut ſupra, & ſi oppooatur de peculiaribus reſponde ur ſupra. quia ipſa ſuſpenduntur per peculium, & cum peculium ſuſpenſum iure recuperetur, ipſa quoque poſſeſſio, & uſucapio recuperatur. & ſic habes rationem ſecundi capitis quæ diuerſa eſt à prima, tamen depender à prima, & propter primam ſequitur hæc operatio diuerſa.

101 Tertium eſt † caput poſtliminii translatiuum de tempore ad tempus, & conſtituens omoia iura recuperatiua retro transferri, & habita eſſe: ſed poſſeſſionem noo transfert: oeque uſucapionem, & ſi quæras de ratione Bar. hic reſpondet: quia poſtliminium facit fictiooem translatiuam à die reuerſionis ad diem captiuitatis, eſt opus ut ſint extrema habilia, ut latè per eū. quando autem reuertitur captiuus recuperat omnia iura quę reperit ſuſpenſa, & io rerum natura exiſtentia, ideò extremum habile eſt in eis ut qui nunc uerè eſt dominus fingatur retro habuiſſe dominium, & cætera iura. ſed poſſeſſionem non fiogitur retro habuiſſe: quia eam quando reuertitur noo habet, & deficit extremum à quo.

Cauſa autem quare deficit extremum dependet à præcedentibus rationibus: quia cum poſſeſſio ſit facti extinguitur per captiuitatem, & non ſuſpenditur per operatiooem poſtliminii, & quando reuertitur: quia non eſt ſuſpenſa, non poteſt eam recuperare, & quoniam non eſt recuperata, & non reperitur in rerum natura: neque penes ipſum reuerſum, ideò deficit extremum à quo, & non poteſt procedere fictio, & ideò ſi eueniret ꝙ eſſet poſſeſſio rei peculiaris: quia illa ſuſpenditur poſtliminio, ut dictum fuit, atque etiam recuperatur per reuerſum ut ſimiliter dictum fuit, poterit etiā trahi retro: quoniam reperietur extremum habile à quo, & ſi eueniret quòd ex aliqua cauſa poſſeſſio per legem uel ſtatutum ſuſpenderetur, & illa poſteà recuperaretur, poſſet retro trahi exiſtente extremo à quo habile. unde ſequitur quòd hodie quàmuis conſenſus ſit facti, l. cooſilio. de curatore furioſi, & per captiuitatem interumpatur, dicta l. cum duæ. §. primo. infra de captiuis ut oon poſſit ſuſpendi: neque recuperari: neque retro trahi. hōdie uerò cum matrimonium non diſſoluatur, ut in auct. de nup. §. ſi uerò à captiuitate, ſi capiatur cooſenſus uirtute illius legis ſuſtinebitur, & ſuſpenſus recuperabitur, & retro poſteà trahetur, & propterea apparet quòd unica ratio non poteſt determioare totam hanc materiam poſtlimioii, ſed debent eſſe tres ſeparatæ, quæ tamen poſteà uniri debent una poſt aliam, & ultima ratio dependeat à primis, ut hic optimè dixit Bartol. licèt per uerba mious intelligibilia.

102 Sexta colligitur † concluſio ex tertia oppoſitione Barto. hic circa materiam fictionis de qua infra plenè dicetur ꝙ in fictione translatiua requirūtur duo extrema habilia, unū à quo incipit fictio, & aliud ad ꝙ trahitur fictio, quę duo extrema probat per multa exempla, & de extremo ad quod ponit exemplum in l. donationes quas parentes. C. de donatio. inter uir. & uxorem. & l. ij. C. de inoffi. donationi. per gio in l. Gallus. §. quod ſi eius. in glo. magna circa medium. ff. de lib. & poſthum. & de extremo à quo adducit exemplum de lege bonorum. ff. rem ratam haberi, & l. j. infra de appellatio recipiend. & leg. neceſſariò. §. quod ſi pendente. de periculo, & commodo rei uenditæ, & l. quoties. in fi. ff. de nouatiooib. inducendo eas ut diximus ſup.

Et quooiam iſta concluſio recipit multas difficultates, ideò Iaſ. hic, & cæteri mod. plenè examinant, an & quomodo extrema debent eſ-
103 ſe habilia io fictiooe traoſlatiua. † Et primum caput eſt quòd in fictione tranſlatiua requiritur extremum ad quod habile. ur probatur in dicta l. donationes quas parentes. ubi donatio inter patrem, & filium eſt prohibita, ut transferatur dominium, ut plenè nota. in lege frater à fratre. ff. de conditio. ind. & etiam donatio ioter uirum & uxorem ut prohibeatur dominium, lege tertia. §. ſciendum. digeſt. de donatio inter uirum & uxorem. ſi tamen perſeuerant in uoluntate uſque ad mortem, dicitur quòd ipſa morte confirmatur, & quòd trahitur retro ad tempus donatio-

nis, & gloſſ. ibi dixit quòd trahitur retro quo ad fructus non autem quo ad dominium. & idem dixit glo. in .l ij. C. de inoffi. donatio. & alia in l. j. §. ſi pater . ff. de donationib. & in l. talis ſcriptura ubi Imol. & Mod. ff. de leg. j. & allegant rationem: quia deficit extremum ad quod: quoniam dominium tempore donationis non poterat uerè transferri prohibēte lege, & hanc deciſionem cum ratione ſequuntur in dictis locis communiter docto. reprobata glo. in leg. ſequens quæſtio. ff. de leg. ij. & in l. ſub cō ditione. ff. de ſolutioni. Ang. tamen hanc rationem impugnat: quia quod Bar. dixit de dominio deberet etiam dici de fructibus: quoniā nec filius eſt capax acquiſitionis fructuum quos patri eadem ratione, patriæ poteſtatis reacquirit, & ſimiliter nec uxor eſt capax fructuum, l. ſi uxor filio. ff. de donatio. inter uirum & uxorē: ergo cum ſit extremum ad quod inhabile etiā in fructibus uidetur, quòd nullo modo debeat trahi retro etiam quòd fructus uel ſi uis quòd trahatur reſpectu fructuum debes etiam concedere quòd trahatur retro reſpectu dominii. Ipſe autem Aug. nolens ſaluare communem dicit quòd talis donatio confirmatur ut ex nunc nō ut ex tunc, & ideò ſecundum ueritatem ex tempore mortis habebit omnes fructus etiam retro perceptos. quæ ſaluatio eſt expreſſè contra dictam l. donationes, quæ dicit eam trahi retro. Item nec deciſio poteſt ſtare: quoniam ſi confirmatur ex nunc fructus retro nati non poſſunt deberi: quoniā ex re ſemper aliena nati ſunt. unde Imol. recurrebat ad ſaluationem poſitam per Bar. inf. ſuper. j. oppoſitione materiæ l. Corneliæ, ubi determinat ſufficere quòd extremum à quo ſit habile potentialiter, cum lex Cornelia fingat mortuum in captiuitate eſſe mortuum ante captiuitatem quo tempore erat uiuus, & ſic non erat extremum habile: tamen toleratur: quia potentialiter, & naturaliter illo tempore poterat mori. Itā ergo ſaluabitur hæc fictio tranſlatiua, ut quantum ad fructus poſſit retro trahi donatio: quoniam tunc temporis erat potentia acquirendi, cum erat poſſibile quòd tunc non fuiſſet uxor, quo caſu potuiſſet habere dominium, & hanc reſponſionem tenet Cuma. hic, & Alex. in dicta le. talis ſcriptura, & idem dicitur de filio qui ſecundum potentiam potuiſſet eſſe ſui iuris tempore donationis, & propter hanc rationem nolebant quòd donatio traheretur retro etiam quantum ad dominium: quia poſſibilitas erat æqualiter tam in dominio quàm in fructib. Sed iſtam opinionem meritò repræhendit Areti. in dicta l. talis ſcriptura. quia illa concluſio quòd ſufficit extremum eſſe habile potentialiter intelligitur quando eſt potentia immediata in eo quod fingitur, ut quòd quis poſſet mori, cum fictio eſſet de morte, non autem procedit quando per aliquem extrinſecum actum poſſ[illegible] induci illa potentia in caſu autem doctor. tu[illegible] proceret eorum ſaluatio ſi immediatè eſſet poſſibilitas quòd uxor uel filius poſſent acquirere dominium, uel fructus; ſed ipſi ponunt extrinſecum actum ut potentia ſit quòd illa non ſit uxor, uel quòd filius non ſit in poteſtate: nam ſi talem potentiam per actum extrinſecū conſideraremus omnis fictio procederet: quia ſemper eſſet extremum à quo habile, cum nos induceremus ſemper aliquòd medium per quod illa potentia poſſet induci, & licèt Iaſo. hic non uideatur perſiſtere, tamen hoc modo declarādo reprehenſio eſt uera & tenenda. unde Imol. ſaluabat alio modo reſpectu fructuum quòd trahitur retro per præceptū legis quæ mandat fructus retro perceptos dari non autem quòd donatio retro trahatur, quæ ſimiliter non eſt bona: quoniam expreſſè repugnat litera. Vnde datur reſponſio per Imo. reſpectu dominii, & fructuum ſimul ut retro trahatur in totum. Et ad contrarium de inhabilitate reſpondet quòd ibi eſt habilitas de iure naturali, cum donatio inter patrem & filium ſolo iure ciuili prohibeatur, §. primo . inſti. de pat. poteſta. & habetur in dicta lege frater à fratre. & donatio inter uirum & uxorem prohibeatur ſolo iure ciuili, dicta lege prima. de donatio. inter uirum & uxorem, & hoc fuit de intentione gloſſ. in dicta le. ſub conditione. de ſolutionibus. & diſtinguamus quòd lex non fingit ſuper impoſſibili de iure naturali, ut per glo. in dicta l. Gall. §. ſi eius, ſed bene fingat ſuper impoſſibili de iure ciuili, quaſi lex tollat illud impedimentum quando maritus perſeuerat uſque ad mortem in uoluntate, & hæc ſatis poteſt procedere.

104 Quartam etiam † ſolutionem ponebat hic Iaſon dicens quòd licèt extremum ad quòd ſit inhabile in ſpecie: tamen in genere dicitur eſſe habilitas: quoniam in multis caſibus donatio inter uirum & uxorem ualet, ut patet in toto titulo illo. quos ipſe enumerat hic, mā tamen continentur omnes ſub illo poſito in le. ſi ſponſus. §. ſi conceſſa. ff. de donatio. inter uirum & uxorem: quando maritus non efficitur pauperior, uel uxor non efficitur locupletior, ut hic per eum, quæ tamen ſaluatio non eſt bona, ex eo: quia in illis terminis quòd maritus efficiatur pauperior, & illa locupletior donatio ſemper eſt prohibita, & in genere: nec conſideratur quòd per iuramentum poſſit ualidari: quia tunc ſumus extra terminos cum tunc donatio ab initio in totum ualeat, & propterea adhuc non eſt probatum quare donatio nō ualeat quantum ad dominium, & ualeat quantum ad fructus. ideò uidetur ſubſtētabilis opinio quòd ibi donatio retro trahatur in totum, & quòd omnes, & multum probat textus qui dicit quòd confirmatur morte, & quòd illamet confirmata trahitur ad illud tempus quo donatio conſcripta fuit: ergo titulus in totum ualidatur. Item dicit quòd trahitur retro ſicut ratihabitio quæ trahitur retro ad tempus

quo

quo negotium contractum eſt. Sed ratihabitio trahitur retro etiam quo ad dominium, l. ſi ego. ff. deneg. geſt. ergo & hæc donatio. Tertiò confirmat Iaſ. quia tu non potes trahere quantum ad fructus tantum: quando ipſa uxor fuit in mala fide: quoniam tunc prohibetur in totum, & ſi ipſa fuit in bona fide non eſt neceſſaria retro traditio: quia ipſa per errorem faciet fructus ſuos, l. ex annuo, & l. ſequenti. & leg. de fructib. ff. de donatio. inter uir. uxor. & fructus percipiendo. ff. de uſur. & l. ſed & ſi lege. §. ſcire. ff. de petitio. hæredita. ideò uidetur concludendum quòd ibi donatio in totum retro trahatur, & quòd dominium & quo ad fructus & in totum, & non uidetur quòd poſſit aſſignari ratio diuerſitatis inter fructus & dominium, ut ipſe met Iaſon latè proſequitur & hæc pars mihi placet, Et ad obiectum quòd non eſt habilitas extremi reſponde ut ſupra quòd imò ibi eſt habilitas extremi de iure naturali & gentium, & etiam de iure ciuili per illam legem quæ uoluit quòd trahatur retro & tollatur impedimentum iuris ciuilis, ità quòd ſtatim quòd moritur tollitur prohibitio legis, & fictio trahitur ad illum caſum in quo nulla erat prohibitio acquiſitionis dominii.

Nec obſtat l. ij. C. de inoffi. donationibus: quia illa non dicit quòd agatur iudicio familiæ erciſcundæ pro rebus donatis incontinenti: ſed tunc facta reuocatione pro legitima, unde iſtud exemplum non probat opinionem Bartoli.

105 Ideò ipſe † ſecundò hanc ſuam concluſionem probat per glo. in dicta l. Gallus. §. ſi eius. quæ dicit quòd natus apud hoſtes non fingitur natus hora captiuitatis: quia erat impoſſibile ſecundum naturam, maximè ſi tunc non fuiſſet prægnas. tamen obſtat imò uidetur quòd ſit habilitas in potentia generali. Sed dicas quòd ibi nec etiam eſt habilitas in genere ſubalterno. ideò magis probat.

106 Vnde tertio † loco ultra Bar. adducit Iaſ. l. obſeruari. §. fi. ſupra de officio proconſul. & lega. ubi ſi proconſul ante quàm ingrediatur prouinciam mandat iuriſdictionem nihil agit: quia non habet eius exercitium, & ſi poſteà ingrediatur prouinciam confirmatur mandatum iuriſdictionis: ſed non trahitur retro propter inhabilitatem. unde tex. ille multum concludenter uidetur probare hanc opinionem. & ſi dicatur quòd ibi alia ratio impedit fictionem: quia eſſet in præiudicium tertij, & ſic iniqua: arg. l. nec ocilem. ex qui cauſ. maior. Sed tamen hæc obiectio parum operatur: quia non poteſt dici præiudicium tertii ſi proceſſit ordine iudiciario citatis partibus, & non inconuenit quòd proceſſus nullus ex aliquo actu ſuperuenienti, cõfirmetur l. licet. ff. de iudiciis & l. iij. §. falſus, & ibi notatur. ff. rẽ ratã haberi. cũ ſimilibus. Item ibi erat habilitas in genere: quia habebat iuriſdictionem ſaltem uoluntariam, & tamen tex. uult quòd non trahatur retro, & ſic probat concluſionem Bar.

Quartò adducitur tex. in l. prima. §. ſi pater. infra. de uſucapio. pro dona. ubi ſi pater donauit filio in poteſtate illud non uſucapit poſt mortem patris ut retro uideatur ſuum: ſed ſolùm ut efficiatur ſuum à diè mortis. Idem probatur in l. ſi quaſi. ſi donatio eſt facta uxori, & ſuperueniat diuortium uſucapio & ſolùm à die diuortij, licèt à die donationis perfectè poſſederit: quia non eſt extremum habile: ſed poteſt reſponderi quòd ibi non incipit uſucapio uerè, fictè autem non poteſt incipere: quia lex non dicit ꝙ fingatur uſucepiſſe unde cum lex non dicat uſucapionem fingi, non probatur quòd non poſſit uſucapi quando lex dixiſſet, & ſi lex dixiſſet uſucaperetur: ſicut fuit factum in dicta l. donationes quas parentes: quia eſſet extremum habile de iure naturali, & de iure ciuili propter diſpenſationem. Sed tamen defendendo dicas quòd demonſtratur uſucapionem non procedere, & non eſt alia ratio, niſi quia extremum eſt inhabile propter prohibitionem: quando autem lex tolleret prohibitionem, tunc concedendum erit uſucapionem procedere: quia extremum eſſet effectum habile per diſpenſationem legis.

Quintò adducitur tex. in l. Paulus. ſuprà de ſtatu hominum. ubi ſi filia nubat ignorante patre matrimonium eſt nullum, §. primo inſti. de nup. ſi concipiat filium uiuo patre, qui poſteà naſcatur mortuo eo non efficitur legitimus ipſi auo quamuis, ſit natus tempore quo matrimonium fuit confirmatum: quia ab initio erat inhabilitas, per quem tex. dicunt docto. ibi quòd matrimonium contractum inter conſanguineos non confirmatur retro, licèt ſuperueniat diſpenſatio: ſed ſolum ualet à die diſpenſationis: quia extremum ad quod eſt inhabile. Sed reſpondetur quòd ille tex. non dicit quòd fingatur legitimus, & ſi lex diceret eum effici legitimum hoc poſſet facere, cum ſolùm obſtet diſpoſitio legis, & habilitas ſit de iure naturali, alioqui ſequeretur quòd lex legem tollere non poſſet: nec ab ea diſpenſare, quod eſt abſurdum.

Sextò facit tex. in cap. tanta. ex. qui filii ſint legitimi ubi habens filium ex muliere uiuente uxore, ſi poſteà mortua uxore eam ducat in matrimonium, non legitimatur filius natus uiuente uxore: licet alii filii antea nati legitimentur, & eſt ratio: quia extremum ad quo eſt inhabile, cum eodem tempore non poſſit habere in duas uxores. Sed reſponderi poteſt quòd ille tex. hoc expreſſit in pœnam comittentium adulterium. & propter periculum ne fiant machinationes contra uxorem, ut ibi dicitur. ſed ſi non eſſet tale peccatum, uel periculum non probatur ibi quòd non legitim[illegible]etur, imò poteſt dici quòd legitimare[illegible]r: quia ſi filii ſint nati uno tempore, & poſteà ducat uit

aliam uxorem ; & demum ea mortua ducat primam mulierem in uxorem , legitimantur filii nati ante matrimonium nõ obſtanre quòd medio tempore uideatur habuiſſe duas uxores trahendo retro matrimonium ad natiuitatem filiorum, ut dicit claré tex. in auct. de filiis ante dotalia inſtrumenta natis & per Abb. in dicto ca. tanta. ſecundo nota. ſed tamen iſtis potes replicare quòd quando eſt peccatum inducitur inhabilitas extremi , & non curamus quacunq; cauſa ſit inhabilitas extremi : nam ſecundum materiam ſubiectam in habilitas extremi conſideratur .

Nec illud in auct. de filiis ante inſtrum. naris obſtat : quia ibi extremum ad quod erat habile cum poterat eſſe uxor illo tempore , & non curamus inhabilitatem medii temporis : ſicut uidemus in fictione legis Corneliæ quæ trahit mortem per rotum tempus captiuitatis inhabile , & ſufficit habilitas in rempore quo capitur : quia ad illud trahitur fictio .

Septimò facit : quia ſi quis habens filium naturalem habenrem alium filium , & ducat in uxorem matrem filii ſui non legitimatur nepos , ſi filius patris prius mortuus fuit : quia deficit extremum à quo ſecundum doctores in leg. benignius . ſupra de legibus . quia eſt in habilitas medii deuolutiui ad finem , & impedit effectum l. qui libertinos. §. poſthumus. de oper. lib. & l. prima. §. cæterum · ſupra de acquir. poſſeſſio .

Sed reſpondetur quòd ibi nec lex diſpoſuit quòd fiat legitimus : quia ſi diſponeret potuiſſet . uel dicas quòd ibi eſt impedimentum naturale & non fingit ſuper tali impedimento: ſed ſi fingeret procederet fictio ut notat . in l. j. ff. de uerbo . oblig. Sed tu dicas fundamentum concludere per rationem quòd extremum eſt inhabile , & lex noluit tollere impedimentum de medio , ſin autem appareret quòd lex tolleret impedimentum & illud uellet tollere , non negamus quòd non procederet fictio: ſed tunc non eſſet extremum inhabile : quoniam per diſpenſationem lex illud habilitauit , & concluſio noſtra procedit quando extremum eſt in habile, & lex uel non poteſt uel non uult tollere impedimentum .

In contrarium autem quòd imò fictio poſſit fieri & procedat etiam quòd extremũ ad quod ſit inhabile , multa allegantur , & primò facit lex iuſto . § fi. infra eodem , & lex in bello. §. factæ . & l. penul. inf. de cap. ubi empta, & acquiſita tempore captiuitatis uſucapiuntur per captiuum quamuis eo tempore eſſet in habilis ad uſucapiendum , & acquirendum , & erat in habilitas etiam in genere : quia nullus captus ab hoſtibus poreſt poſſidere , & ſibi acquirere l. cum hæredes. §. primo ſupra tit. primo . Reſpondent docto. & Bar. inf. in tertia oppoſitione ad uerſi. §. òd ſi ſeruus. quòd ibi retro fingitur fuiſſe ſemper in ciuitate , & attenta tali fictione poterat poſſidere , & in effectu habilitas ibi inducitur per fictionem quod ſufficit . Item ſufficit habilitas potentialis quamuis non ſit eſſentialis .

107 Secundò † reſpondet Bar. quòd ſufficit habilitatem extremorum eſſe circa principalem perſonam , & circa ea quæ principaliter finguntur : ſed circa ea quæ ueniunt in conſequentiam non curatur de habilitate extremorum: quia illa uidetur includi in habilitate principalis l. j. C. de cap. ubi filius natus apud hoſtes fingitur natus in ciuitate patre reuerſo , & tamen de facto fuit impoſſibile quòd naſceretur in ciuitate . ſed tolleratur : quia uenit in conſequentiam . facit lex penul. infra de ſuis & legitimis .

Nota ramen ꝙ quando lex uult fingere ſtante aliqua inhabilitate tollit prius illã inhabilitatem per aliam fictionem , & facit ceſſare impedimenta , ut no. in dicta l. j. ff. de uerbo. obligatio . ubi mutus fingitur ſtipulari per ſeruum , & ſi non haber ſeruum , lex fingit eum habere ut ſit habiliras per perſonam ſtipulantis. oportet etiam quòd lex hoc exprimat ſiue aliter conſtet de certa mente legis : quia ſi non conſtat non præſumitur uelle habilitare , ut patet ex dictis Bar. in quarta oppoſitione ubi reuerſus non fingitur poſſediſſe , & tamen ſi fingeretur retro fuiſſe in ciuitate , fuiſſet etiam habilis in conſequentiam ad poſſidendum , de quo ualde dubitat hic Iaſ. Sed illud ideo eſt: quia lex noluit fingere poſſeſſionem non fuiſſe extinctam , & ſi uoluiſſet fingere eam ſuſpendendo , potuiſſet etiam facere , ut uſucapio fieret ſicut habilitauit iure ſingulari in peculiaribus. lege illa inſtitutio. §. primo. ſupra de hæredi. inſtituend. & lege iuſto. §. fina. infra eodem cum ſimilibus.

Tu autem potes per clariora uerba dicere
108 † quòd non fingitur ſuper uſucapione neque poſſeſſione: ſed fingitur ſuper peculio uniuerſali cui acquiritur poſſeſſio , & uſucapio : quoniam cum ſeruus corpore , & animo ſuo poſſideat perficitur perſona ſua per peculium à quo habet ius poſſidendi , & acquirit ei poſſeſſionem : ſicut fit in domino , lege quod ſeruus. ſupra titulo primo , & cum peculium ſuſpendatur poſſeſſio per ſeruum incipit , & perſeuerat , & uſucapio cauſatur , & quando reuertitur captus recuperat illud peculium ſuſpenſum cum poſſeſſione & uſucapione contenta in eo, & poſtquàm recuperauit , & incepit poſſidere fingitur retro ſemper habuiſſe peculium , & in conſequentiam habuiſſe poſſeſſionem , atque uſucapionem perfeciſſe, & ſic apparet quòd omnis eſt habilitas in extremo ad quod propter peculium.

109 Secundò † contra dictã cõcluſionem, ꝙ nulla habiliras extremi à quo requiratur adducitur tex. in lege ſi quis offerenti. §. ſi creditor. infra de ſolutio. ubi ſi debitor ſoluit falſo procurato

ri cre-

ri creditoris non liberatur niſi creditor habeat
ratam ſolutionem, & ſi eueniat quòd interim
dederit ſe ad arrogandum, & ità omnia bona
ſua acquirat patri arroganti de iure antiquo,
quàmuis aliud ſit hodie, ut inſti de acquiſi. per
arrogatio. per totum.ſi ipſe pater ratificet tra-
hitur retro ad tempus ſolutionis, & tamen ibi
erat extremum inhabile: quia pater neque ue-
rè neque potentialiter poterat mandare debito
ri ut ſolueret procuratori. Iaſ. hic non reſpon-
det. ſed tu potes reſpondere quòd ibi eſt habi-
litas ratione uniuerſi, attento quòd pater eſt
quodammodo uniuerſalis ſucceſſor ipſius arro-
gati, & repræſentat perſonam ipſius, & tanquã
ipſe creditor principalis habetur, & propte-
reà apparet quòd ibi etiam eſt habilitas poten
tialis in illo extremo.

Tertiò adducitur tex. in leg. nec emptio. in
princ. ff. de actio. emp. ubi ſi quis uendidit fru
ctus naſcituros qui tunc de facto naſci non po-
terant: ſed poſt duos uel tres annos naſcituri
ſunt, uel partũ naſciturum qui adhuc non erat
conceptus, & de facto tunc naſci non poterat:
tamen exiſtente conditione quòd naſcantur
obligatio quoque naſcitur, quæ trahitur retro
ad tempus contractus, quo tempore non erat
habilitas aliqua. Et ſic fictio ſine extremo ad
quod procedit. Sed poteſt reſponderi quòd in
habilitas erat in ſpecie illorum fructuum: ta-
men habilitas erat in genere quæ ſufficit ut inf.
dicemus, uel erat ſaltem habilitas in potentia
& ſufficit quòd habilitas reperiatur in poten-
tia, quæ tamen reſponſio nõ uidetur ſufficiens:
quia iſta habilitas in generé ſufficit in medio tẽ
pore reſpectu illius quod fingitur ne fingatur
impoſſibile. Item potentia de fructibus naſci-
turis poſt duos annos non erat tunc neque in
ſpecie neque in genere. Item uidetur quòd in
eſtremis non debeat ſufficere habilitas poten-
tialis: ſed requiratur habilitas actualis, & ea
non exiſtente tanquàm ceſſante fundamẽto ceſ
ſat illa fictio. Sed replicari poteſt quòd illud
fundamentum actuale requiritur in fictione re
cuperatiua, quæ præſupponit priuationem, &
reſtitutionem illius priuationis. Vnde tu ſecun
dò euitãdo hos amfractus potes reſpondere ꝙ
ibi illa obligatio eſt in diẽ ſecundum magis cõ
munem opinionem poſitam in l. interdum. in-
fra de uerbo oblig. ubi docto. reprobata opi-
nione Bar. ibi & in leg. ita ſtipulatus. tenent ꝙ
quando uenduntur fructus naſcituri ſtatim ſit
nata obligatio, & actio ſicut in omni obliga-
tione in diem, & differatur executio uſq; ad
natiuitatem, qua opinione ſtante non tractatur
de fictione tranſlatiua: quia obligatio erat na-
ta tempore contractus, & propter hanc conſi-
derationem potes etiam dicere quòd quàmuis
non eſſet nata nihilominus poſſet naſci ſi uoluiſ
ſent partes etiam non natis fructibus, & ſic eſ
ſet habilitas in extremo à quo potentialiter.

Quartò adducitur text. in §. ſeruus alienus.
inſti. de hæredi. inſti. ubi ſi inſtituatur ſeruus
alienus ante aditionem non poteſt eſſe hæres;
quia dominium ei acquiritur, & ipſe efficitur
hæres, ut habetur in §. non ſolum. inſtitut. per
quas perſonas nobis acquiritur. ſi tamen ipſe
efficiatur liber antequàm adeat, & adeundo ac
quirat hæreditatem fingitur retro fuiſſe hæres
tempore mortis teſtatoris, l. hæres quandocun
que. ff. de acquir. hæredita. & tamen non erat
habilitas tunc temporis: quia ipſe ſeruus qui
incapax eſt non poterat eſſe hæres, & ſic fictio
fit ſine extremo: nec uidetur ſufficere habilitas
naturalis: ſed requiritur habilitas ciuilis, l. ſi
aliquis. §. in extraneis. ff. de hæredi. inſtit. &
Iaſ. ſtat irreſolutus.

Tu autem potes faciliter reſpondere præſup
ponendo quòd ſi filius familiàs uel ſeruus inſti-
tuantur hæredes, quàmuis ipſi exiſtentes in po
teſtate habeant: tamen uerè efficiuntur hęredes
& omnia iura hæreditaria in perſona ſua conſi
ſtunt, & ſi non adirent non poſſet acquiri ipſis
patri uel domino, & ſi ſeruus pateretur ſe ex-
coriari domino non acquireretur hæreditas. l.
iij.C. de hæredibus inſtituend. & declarat Bar.
& omnes in l. cum filio familiàs. ff. de lega. pri-
mo, facta autem acquiſitione in perſona ſerui, &
eo uerè exiſtente hærede ius hæreditarium tran
ſit ad patrem uel dominum, & ipſi remanent
hæredes nomine. ſi igitur eueniat quòd inte-
rim ſeruus uel filius efficiantur ſui hęredes adeũ
do acquirunt ſibi, & hæc aditio trahitur ad tẽ
pus mortis teſtatoris, & nulla eſt inhabilitas ex
tremi: quia, & illo tempore poterat eſſe uerè hæ
res, & ſolum hæc eſt differentia quòd quãdo eſt
in poteſtate poſteà acquiritur patri uel domi-
no. ſed quando eſt ſui iuris remanet hæreditas
penes ipſum, & ſic apparet quòd nulla eſt inha
bilitas, cum potentialiter potuerit eſſe hæres.

Ex quibus habes declaratum hunc articulum
de extremo ad quod, quem tanquàm diſpu-
tabilem relinquit Iaſo. & irreſolutus remanſit.

110 Alcia. uerò hic. † num. 60. determinando di
cit ſufficere habilitatem in genere reperiri in
extremo ad quod, & uidetur eſſe communis re
111 ſolutio. † Sed tu plenius dicas aut de facto repe
ritur habilitas eſſentialis, & tunc ſecundum om
nes uſucapio procedit, ſin autem non reperie-
tur non tamen per hoc impeditur fictio, ſi re-
peritur habilitas in potentia ut patet in fictio
ne legis Corneliæ, ut per Bar. in prima oppoſi
tione quæ potentia ſi reperiatur in ſpecie ad-
huc omnes conueniunt quòd procedit fictio:
ſed ſi non reperiatur tamen repetitur habilitas
in genere ſubalterno, fictio procedet, & ſic con-
cluſio eſt quòd habilitas eſſentialis licèt bona
ſit, ſi reperiatur: tamen non eſt de ſubſtantia,
& ſufficit potentialis, & cum potentia poſſit eſ
ſe in ſpecie illa, & in genere ſubalterno, & ge-
neraliſſimo, non eſt neceſſarium ꝙ ſit in ſpecie:
ſed ſufficit quòd ſit potentia in genere ſubalter
no, potentia uerò in genere generaliſſimo non

ſufficeret ut infra dicetur cum Bar. & breuiũs ad hoc ut procedat fictio ſufficit habilitas extremi potentialis, quæ potentia ſit in genere ſubalterno. Fallit in fictione recuperatiua quæ præſupponit priuationẽ rei ad quã reſtituitur per fictionem ut in primo exemplo Bar. hic, de eo qui reuertitur ab hoſtibus: nam per captiuitatem priuatus fuit libertate & bonis ſuis, & quãdo reuertitur recuperat omnia ea quæ amiſit, & eſt extremũ habile à quo, & trahitur ad tempus quo fuit priuatus, quo tempore erat ipſe liber, & oportet quòd iſta fictio trahatur ad tempus quo fuit priuatus. tempore autem priuationis ipſe neceſſario habebat habilitatem, & ſic in fictione recuperatiua; ſeu poſt recuperationem translatiua requiritur habilitas actualis utriuſquè extremi, quamuis ex alia conſideratione poſſit ceſſare hæc difficultas.

Secundò fallit quando lex in caſu in ſpeciali expreſsè dicit uelle fictionem procedere: quia dicit quòd omninò trahatur retro: nam tunc licet impedimentum ſit in extremo ad quod: tamen lex uidetur diſpenſare ſuper illa inhabilitate ſi poteſt, & ſic eſt caſus in l. donationes quas parentes. C. de donatio. inter uir. & uxorem ſecundum intellectum ſupra firmatum, & ſi eueniret quòd lex non poſſet diſpenſare in illo impedimento, tunc ad huc fictio procederet: quia lex poteſt facere miracula ſicut Deus: tamen non præſumitur, ideò nos æſtimabimus quòd illa inducat aliquam fictionem per quam tollatur illud impedimentum, ut quando fingit mutum ſtipulari, uel diſponeret quòd per ſubſequens matrimonium legitimaretur filius adulterinus contra capitulum tanta. extra qui filii ſint legitimi. nam oporteret inducere fictionem quòd nulla eſſet coniunctio uel aliqua ſimilis. Et idem poteſt dici de tex. in auct. de filiis ante dotalia inſtrumenta nat. in §. primo cum ſimilib. de quibus dixi in dicta leg. j. infrà de uerbo. obligatio.

112 Secundus eſt principalis articulus. † utrum ad fictionem translatiuam incipiendam requiratur extremum à quo? & Bar. hic determinat quòd requiritur naturaliter, ut in exemplo de reuerſo, qui naturaliter eſt reuerſus, & fingitur retro ſemper fuiſſe in ciuitate: l. retro. infra de cap. Et idem eſt in fictione legis Corneliæ: quia oportet quod captus naturaliter ſit mortuus, & poſteà retro fingitur mortuus præambula hora captiuitatis, lege in omnibus. infra de cap. & confirmat per multa exempla, & primo per tex. in l. bonorum. infra rem ratam haberi. nam ratihabitio hodie facta trahitur retro ad tempus actus, & operatur idem quod faceret mandatum, capitulo ratihabitionem, de reg. iur. in 6. & cap. pe. de ſententia excommunicatio. in 6. l. fi. C. ad Macedo. cum ſimilib. & tamen ad hoc ut trahatur retro oportet quòd fiat in tempore quo actus uerè poſſet fieri alioqui non ualet, & ideò ſi poſt tempus petendi bonorum poſſeſſionem quis ratam habeat petitionem factam ab alio non trahitur retro: quia hodie illa petitio actualiter fieri non poſſet. Et aliud exemplũ ponitur in appellatione, ſi aliquis ſine mandato appellat pro alio, & dominus ratificat in tẽpore quo poteſt appellare, tunc trahitur retro, & æquiparatur mandato, ſed ſi fieret poſt tempus appellandi nihil operaretur: quia hodie appellare non poteſt, & deficit extremum à quo. facit tex. in leg. cum decem. §. primo ibi; ac ſi in præſenti dediſſet. de ſolutio. & in l. fi. §. fi. eodem tit. rem ratam haberi ubi ratificatio non oparatur: quia actus eo tempore fieri non poterat.

Ad iſtud tamen exemplum reſponderi poteſt quòd non concludit neceſſario. Primo: quia ibi ratificatio non impeditur propter deficientiam extremi, ex eo: quia ratificatio poteſt fieri etiam quòd ille qui fecit actum mortuus fuerit, uel furere cœperit ut in dicta l. bonorum. dicitur §. primo. quo caſu extremum eſt inhabile, cum ille mortuus uel furens de nouò petere bonorum poſſeſſionem neq; aliuma ctũ reiterare poſſit. ideò dici debet quòd ideò ratificatio non prodeſt: quia ratificans erat priuatus omni iure ſuo, & non poterat amplius audiri & expirauerat illa petitio facta nomine ſuo.

Replicari tamen poteſt quòd hæc reſponſio non tollit fundamentum quòd in fictione non requiratur habilitas: & tex. ille non loquitur de illo faciente actum: ſed loquitur de perſona ratificantis ut in eo requiratur habilitas, quòd quando ratificat poſſet ipſe illum actum facere, & quàmuis uerum ſit quòd ratificatio non ualet: quia ipſe eſt priuatus iure ſuo: tamen adhuc probat concluſionem Bar. quia cum ſit priuatus ratihabitio nihil operatur tunc temporis: quia non eſt ualiditas eſſentialis: ergo non poteſt trahi retro ut confirmet actum factum pro eo, tanquàm mandauerit: quia mandatum hodie factum per ratihabitionem debet ualere ut trahatur retro tempore actus: quaſi tunc mandatum fuerit factum. Et ſic apparet quòd rectè inducendo probat opinionem Bartoli.

113 Rom. tamen† dicebat illum tex. poſſe retorqueri contra Bar. uolens quòd fictio incipiat & retro trahatur, etiam quòd actus de nouo fieri non poſſit per illum petentem, & ſic non reperiatur extremum habile, & plus dixit quòd etiam ratificatio poteſt fieri die feriata quàmuis actus non poſſet fieri die feriata, inferens quòd ſi dominus cuius nomine falſus procurator fecit iudicium poteſt die feriata ratificare omnia acta facta nomine ſuo, & tamen illa ex eo tempore fieri non poterant, ideò dicit quòd ibi probatur extremum non debere eſſe habile naturaliter nec ciuiliter: nec debet actus interuenire nec etiam potentia: ſed tamen ut dixi replicari poteſt dicendo quòd eſt æquiuocatio cum ipſe pon-

ſe pon-

ſe ponderet tex. in defectu perſonæ facientis actum, & Bar. loquitur de defectu perſonæ ratificantis actum qui erat principalis: nam cum ratihabitio inducat mandatum tractatur de fictione reſpectu ratificantis ut illud mandatum retro trahi poſſit, & nos non curamus de perſona facientis actum: quia illũ nos non uolumus alterare neque mutare: ſed tractamus de ratificatione quæ debet confirmare actum, ut potentia faciendi actum ſit in ratificante ad hoc ut inducat retro mandatum. & hanc diuerſitatem ponit ille tex. & docto. illam notant dicentes quòd defectus extremi in perſona ratificantis impedit ratihabitionem: ſed defectus perſonæ facientis actum nullum impedimentum adducit, & ratificans debet poſſe facere actum, ut poſſit retro mandatum inducere. perſeuerantes uerò in opinione contra Bar. tertio modo reſpondent quòd ibi non poteſt fieri ratificatio poſt tempus: quia eſſet in præiudicium creditorum, quorum cauſa limitatum fuit illud tempus leg. j. ff. de ſucceſſo. edict. Item ibi erat acquiſitum ius ſequenti in gradu, cui fuerat delata hæreditas iuxta legem primam. ff. de ſucceſſo. edicto. & illi non poterat auferri ius ſuum: Sed tu replicando dicas quòd hoc non tollit ponderationem Bartoli: quoniam non curamus de cauſa propter quam ipſe non poſſit facere actum: ſed ſolùm dicimus quòd quacunque cauſa ille ratificans non poteſt facere actũ: quia tunc primordium ſuum ratificatio habere non poteſt: neque uim mandati, ideò non trahitur retro, & ſic apparet quòd ille tex. probat concluſionem Bartoli. & idem nos dicimus de leg. prima infra de appellatio. recipiend. quia quæcunque cauſa ſit quòd ratificans amplius appellare non poſſit, ratificatio non poteſt ualidare ipſam appellationem.

Nec obſtat quòd dictum fuit de actis ut ratificatio facta in die feriata ualeat, & unico inſtãti acta longo tempore facta ualidari poſſint dicta l. licèt. ff. de iudi. quia reſpondetur q nos non conſideramus an acta hodie fieri poſſint: quia illa nos non mutamus: ſed conſideramus an hodie mandatum fieri poſſit ut ualeat, & cum habeamus quòd contractus die feriata fieri poſſit, & non reperiuntur prohibiti, leg. die feſtos. C. de feriis. & per Bar. in l. non ſolum, §. morte. in 3. ſpecie proteſtationis incitatoriæ ſup. de noui oper. nunciatio. ſequitur quòd illud mandatum præſens habet aſſentiam hodie, ideò trahitur retro ut præſumatur factum antequàm acta fierent, & ſic apparet quòd eſt æquiuocatio: quia ipſi loquuntur de habilitate facientis actum quæ non eſt neceſſaria: quia nos mutamus acta: ſed loquimur de perſona ratificantis, cuius uoluntatem præſentem nos uolumus retro trahere ut uideatur retro feciſſe mandatum, quod bene nota: quia pauci ſunt qui non æquiuocent.

Secundò Bar. adducit tex. in l. neceſſario. §. quod ſi pendente. ff. de pericul. & comod. rei uendi. ubi ſi res uendatur ſub conditione nunc non naſcitur obligatio, & exiſtente conditione naſcitur, quæ trahitur retro ad tempus contractus ſi res adhuc durat in rerum natura, ſed ſi perit ante conditionem licèt poſteà exiſtat conditio non trahitur retro: quia ea eueniente nulla ſine re poteſt naſci obligatio. ideo cum nulla ſit, non poteſt trahi retro deficiente extremo à quo. Sed reſpondetur quòd ibi non trahitur retro: quia eſſet contra intentionem partium, cum partes intendant uenditionem perficere, & emptor habere rem quod non poteſt eſſe ea perempta. Sed tamen quia hoc non uidetur eſſe de intentione illius tex. ideò ſecundò reſpondetur quòd ibi non quæritur de retro tractione: ſed ſolùm an uenditio perficiatur re perempta ante exiſtentiam conditionis. Et adducitur ſimile de legato conditionali in quo nunc ſit retrotractio, l. j. §. ſerui. ſup. ad Syllã. Sed hoc non tollit contrarium: quia nos habemus ibi rationem quòd conditio non trahitur retro: quia nulla naſcitur obligatio. & ibi dicitur neceſſariò quod non trahitur retro, cum uideretur ſufficere habilitatem tempore uenditionis. Vnde tertiò reſpondetur quòd ibi non agitur de extremo: ſed de ſubiecto fictionis, id eſt, de obligatione & contractu retro trahendo. in fictione autem tranſlatiua debet omnino interuenire actu illud quod transfertur cum ſit ſubiectum ipſius fictionis. Sed habilitas extremi non eſt neceſſaria, quod patet: quia ſi tempore conditionis eſſent mortui contrahentes, uel furere cepiſſent, nihilominus fieret retrotractio quàmuis tunc non poſſet facere contractum: arg. dictæ l. bonorum. & tamen actus de nouo non poſſet fieri: quia eſſet extremũ inhabile: ergo cum fiat apparet quòd ſufficit interuenire ſubiectum, licèt extremum non interueniat, & propterea dicit ipſe uidetur ibi probari contrarium quòd non requiratur habilitas extremi.

Sed tu potes replicare quòd ipſi æquiuocant: quia hoc quod ipſi appellant ſubiectum, in hac materia appellatur extremum: nam mors eſt ſubiectum fictionis. in l. Cornelia, & tamen appellatur extremum: quia debet interuenire. & idem in reuerſo, & quod dicit de morte contrahentium nihil facit: quia tractamus de obligatione quæ eſt retro trahẽda, & ipſa obligatio poteſt naſci etiã mortuis contrahentibus. ideò defectus ille non impedit: ſed eſt ſolùm defectus obligationis quæ eſt res trahenda perfictionem.

Tertiò adducitur per Bar. tex. in l. eum qui. §. fi. infra de uerborum oblig. & l. quoties. ff. de nouationi. ubi ſtipulatio conditionalis nouat primam puram exiſtente conditione. ſed ſi eſſet res perempta non nouat: quia non poteſt perfici per conditionem: ergo non poteſt trahi retro, cum ſi aliàs traheretur nouaretur ut ib

no. Bar. limitans leg. qui balneum, & l. potior. ſupra. qui potior. in pigno. habeant.

Sed reſponderi poteſt utſupra quòd illud eſt: quia deficit uoluntas contrahentium qui non intendebant tollere primam niſi perficeretur ſecunda, quæ non poteſt perfici re perempta, & ſic ibi non conſideratur quòd non poteſt retro trahi: ſed ſolùm quòd ſecunda non eſt perfecta. Sed tamen hæc reſponſio non tollit contrarium: quia bene hæc eſt ratio quare re perempta non inducatur obligatio:quia contrahentes non intendunt obligari, & non ſecuta obligatione ſequitur poſteà quòd non fit nouatio: quia non trahitur retro: nam potuiſſent recedere à contractu puro ſtatim facta pro miſſione conditionali: ſed tamen lex non præſumit contrahentes noluiſſe facere. & hæc opinio probatur in dicta leg. quoties. §. fi. ubi ſi erat obligatio conditionalis & poſteà quod debetur conditionaliter promitatur purè non fit nouatio, niſi exiſtat conditio in prima ut ſit nata obligatio, quæ poſteà trahatur retro ad finem ut ſic ſubiectum quod nouetur, & ideò ſi res eſſet perempta, uel non exiſteret conditio nulla fieret nouatio: quia non traheretur retro, & ſic ſæper apparet ꝙ non poteſt trahi retro ob ligatio niſi eueniẽte cõditione naſcatur, & ſemper probat quòd requiritur extremum à quo.

Vnde ſecundò reſpondetur quòd ibi non dicitur quòd fiat nouatio retro ad tempus contractus: ſed dicitur fieri nouationem tempore conditionis exiſtentis, & eo tempore noua transfunditur in conditionem. Tex. tamen in l. ſub conditione, de ſolutionib. expreſsè dicit retrotrahi ſolutionem & conditionem. pro quo facit dicta l. qui balneum.& dicta l. potior, & ſic hucuſquè ſtat fundamentum.

Vnde tertiò reſpondeti poteſt ex mente doctores. in aliis in præcedentibus quòd ibi non trahitur retro ex defectu extremi: ſed procedit ex defectu ſubiecti hoc eſt obligationis quæ debet eſſe in rerum natura, adhoc ut retro trahi poſſit ut nouet, cum ſi ibi contrahentes fuiſſent mortui uel furioſi deficeret extremum. ut de nouo contractus tunc poſſet fieri, & tamen retrotractio fieret, ex eo:quia non obſtante inhabilitate quòd non poſſit fieri actus uere tamen emptio perficitur,& inducitur obligatio quæ trahitur retro ut poſſit nouare.

Sed replicare potes quòd defectus ſubiecti ex intentione docto.appellatur defectus extremi, cum extremum dicant illam rem retrotrahitur ut in utraquè fictione apparet, unde concordat Et quod dicitur de contrahentibus morientibus non obſtat: quia obligatio æqualiter contrahitur in perſona hæredum, & non intereſt quòd ſit mortuus contrahens, & ſi cæpit furere fingitur durare uoluntas, ità quòd interpretatiuè non deficit extremum.

115 Quintò† adducit Bar. quia poſtliminio reuerſus non fingitur retro, & poſſediſſe rem ſuam: quia reuertens eam poſſeſſionem non recuperat, & ſic deficit extremum à quo, dicta l. denique, & ſupra concluſum fuit. ſed reſponſio eſt quòd ibi ideò non recuperat: quia non ſuſpenditur, & ꝙ non eſt ſuſpenſum: non quia eſt in rerum natura, non poteſt recuperari, & poſt liminium in iſtis capitibus procedit uerè & nõ per fictionem. ſed hoc nihil eſt: quia fateor non retro trahi: quia non recuperatur, & non eſt in rerum natura; ſed nos dicimus quòd non poteſt trahi retro: quia deficit extremum, & ſi eueniat quòd poſſeſſio recuperetur ut in peculiaribus trahitur retro: ergo remanet uera concluſio quòd propter defectum extremi à quo nõ procedit fictio. Vnde ſecundò reſpondetur quòd ibi poſſeſſio eſt ſubiectum fictionis & nõ extremum, & deficiente ſubiecto deficit fictio: ſed non deficiente extremo ut infra dicetur ex mente docto. prætendentium quòd Bar. æquiuocauerit non diſtinguendo inter ſubiectum fictionis & extremum. Sed reſpondetur quòd ipſi docto. cæperunt extremum pro ſubiecto & quod appellabitur extremum eſt quædam, qualitas de cuius natura ibi dicetur.

116 Quintò Bar.† in quarta oppoſitione adducit exemplum de cordula, quæ non poteſt trahi retro niſi alligetur clauo à quo trahitur, cum alias ſequeretur manum, & nihil ibi remaneret, ſed his reſpondetur quòd iſtud exemplum parum ualet in legibus, cum uerba & uoluntas legis tantum ualeant quantum cordæ & claui inanimalibus, iuxta illud uerbum ligant homines taurorum cornua funes, ut in inſti. de oblig. in ptin. plus enim poteſt lex ſua diſpoſitione, quàm homines in rebus naturalibus. Sed replicatur quòd lex immitatur naturam, & non permittit niſi ea quæ fieri poſſunt naturaliter, & nõ præſumitur plus uelle facere. §. minorem. cũ ſuis concordatibus inſti. de adoptionibus. Sed de abſoluta poteſtate ſi uult facere miraculum, & facere quod fictio procedat ſine extremo, non negatur quin poſſet facere: ſed ee quiritur expreſſa diſpoſitio ipſius ut dixi ſupra. in fi. præcedentis articuli.

117 Sextò† inducitur per Bar. infra in quinta quæſtio. tex. in l. huic ſcripturæ. ſupra ad leg. Aquilia. præſupponendo quòd res legata tranſit recta uia in legatarium à die aditæ hæreditatis. l. à Titio. ff. de fur. & l. ſi tibi homo. §. cum ſeruus. ff. de leg. primo. igitur ſi occiſus ſit ſeruus legatus poſt aditam hæreditatẽ, actio acquiritur ipſi legatario tanquàm de ſeruo ſuo, ſi occiſus ſit ante aditam hæreditatem, actio acquiritur ipſi hæreditati, & per hæreditatem hæredi, & non tranſit in legatarium quàmuis accipiet legatum ſed remanet penes hæredem liberatum à legato. ſi ſine culpa ſua perit: quando autem ſeruus fuit uulneratus actio acquiritur hæredi' quamuis debeat cedi legatario, & ſic patet quòd ſi tempore aditæ hæreditatis ſeruus eſt in rerum natura fingitur retro fuiſſe ipſius

quia

quia non potuit arquiri legatario: ſed ſi mortuus fuit non fingitur retro fuiſſe legatarii: quia tempore aditæ hæreditatis non poterat acquiri legatario, & ſic deficiẽte extremo fictio nõ prucedit. Iaſon hic pro ſolutione multa uerba dicit irreſolutus. Sed poteſt reſponderi quòd ille textus eſt ſimilis dicto. §.quod ſi pendeute. & dicti legi. quoties. ff. de donationibus, & ibi dubitatur an hæres obligetur ad legatum ſerui & tempore aditæ hæreditatis ipſe obligetur, quo tempore oportet quòd in rerum natura ſit res quæ debetur, & ibi non fingitur retro fuiſſe legatarii: quia ſemper fuit hæreditatis. ſed ſolùm dubitatur an hæres obligetur ad actionem cedendam, & ſic in ſumma non agitur de fictione reſolutiuè dominii de uno tempore ad aliud, Et ſi dicatur quòd imn fingitur eſſe dominus à die mortis, lege à Titio. ff. de fur. ſed illa fictin cæpit principium à die aditæ hæreditatis. Reſpondetur quòd ibi fictio non fit: quia ceſſat æquitas & cauſa fingendi: quia cum per mortem hæres ſit liberatus à legato non eſt opus fingere retro fuiſſe legatarii, uel ſolue utſupra quòd ibi eſt defectus ſubiecti. Sed tamen iſta omnia non tollunt fundamentum, ex eo: quia negari non poteſt quòd quando naſcitur obligatio retrotrahitur, & ſi non naſcitur non trahitur retro: ergo defectus extremi impedit fictionem, & ad illud de ſubiecto reſponde utſupra.

118 Septimò inducitur textus in lege ſi pater captus. ſupra de uulgari & pupillari ubi ſi pater & filius capiuntur ab hoſtibus & ibi moriantur, confirmatur teſtamentum patris: ſed non ſubſtitutin pupillaris: quia pupillus non habet teſtamenti factionem: ſed ſi pupillus moritur in cioitate pupillaris ſubſtitutio ualet, quia habet teſtamenti factionem, & ſic deficit extremum à quo quando moritur apud hoſtes, & non confirmatur, & ceſſat fictio etiam quòd ueniat in conſequentiam teſtamenti patris. Reſpondent doctores quòd ibi non eſt propter defectum extremi: nec fictionis translatiuæ in filio: ſed quia ibi filius non erat hæres patris qui fictè mortuus fuit. unde cum teſtamentum ſit deſtitutum deficit etiam pupillatis ſubſtitutio per legẽ nec nos. C. de captiuis Iaſon tamen dicie quòd dicta lex nec nos. nihil facit: quia in dicta lege ſi pater. mortuus ille erat uerè, & poſtea fictè, & ſatis placet: quia uult textus quòd ſi moriatur filius in ciuitate ualet ſubſtitutio: ergo fuir hæres. unde ego puto poſſe dari aliam rationem ad illum textum quia lex Cornelia non confirmat duo teſtamenta. in eadem charta: ſed ſolum teſtamentum patris, & ſi filius moritur apud hoſtes oportet quòd lex Cornelia faciat nouam confirmationem iſtius ſubſtitutionis, & teſtamenti filii: quia lex Cornelia teſtamentum factum à captiuo confirmat, non teſtamentũ factũ ab alio ipſi captiuo: quia oportet ꝙ interueniant plures fictiones. Dicas igitur quòd quando captiuus facit teſtamentum ſi ibi moriatur confirmatur teſtamentum ſuum cum ſubſtitutione pupilllari, pro ut factum fuit à patre & eſt pars ipſius teſtamenti, dicta lege lege Cornelia. ff. de uulgari ſubſtitutio. iuncto. §. item liberis. inſti. de pupilla. ſubſtitutio: unde ſi filius eſt in ciuitate ualet illa ſubſtitutio; & habet effectum. ſed ſi filius etiam ſit captus, & ibi moriatur, lex Cornelia non confirmauit eius teſtamentũ tanquàm ab ipſo factum. igitur dicitur mori ſine teſtamento, quoniam licet confirmatum ſit tanquàm factum à patre, & poſſit habere locum ſi filius moritur in ciuitate, tamen non eſt confirmatum tanquam factum à filio habilitando eum ad teſtamenti factionem. igitur moritur ſine teſtamento, & non habet locum ſubſtitutio, & hæc eſt ſubſtantialis ratio illius tex. & ſubtilis: ſed non probat quòd requiratur extremum: neque de fictione translatiua.

119 Octauò †. inducitur textus in lege Diui. digeſtis de capituis & lege prima. C. de captiuis ubi filius natus & conceptus apud hoſtes, ſi reuertatur cum patre ſuo & matre dicitur eſſe legitimus ſuis parentibus, qui ſtatim quòd ſunt reuerſi finguntur ſemper fuiſſe in ciuitate. unde filius dicitur natus ex homine libero, & ei poteſt tanquàm ſuus ſuccedere, ſi uerò reuertatur cum matre ſola, tunc non dicitur legitimus patris ex eo: quia non poteſt dici natus ex patre libero, qui mortuus fuit apud hoſtes, & hnc eſt: quia non eſt tunc extremum habile, & non poteſt fingi natus in ciuitate. Reſpondet Iaſon, quòd ibi non procedit fictio non ex illa ratione quòd deficiat extremum habile: ſed quia induceretur repugnantia & contradictio fictionum, cum pater fingatur mortuus tempore captiuus, & eſt impoſſibile quòd ex eo mortuo poſteà naſcatur filius: ideò eſt neceſſarium quòd non habeat amplius illum patrem: ſecus quando pater reuertitur ut hic per eum, & bene: quia uerè ille textus non probat. non tantum per rationem Iaſ. ſed quia ibi non eſt defectus extremi à quo: ſed eſt defectus extremi ad quod, ut hodie reuerſus fingatur ſemper retro fuiſſe in ciuitate, & natus in ciuitate.

Nono inducitur tex. in l. ſeruum filii. §. primo in princ. de leg. j. ubi ſi pater legat alteri rem ſui filii caſtrẽſis peculii dicitur legare rem alienam: tamen ſi filius moriatur uiuo patre legatum ualet tanquàm ſit factum de re patris: quia incontinenti accreſcit peculium patri, & retro ſemper fingitur fuiſſe dominus omnium rerum peculii: ſed ſi ipſe filius ſuperuiuat legatum dicitur de re aliena factum licèt poſteà moriatur: quia cum tempore mortis filii res non poſſit aplicari patri mortuo: nec poteſt tra

hi retro ut pater fuerit dominus. Reſpondet Iaſon illud eſſe: quia filio ſuperuiuente res nunquani fuit ipſius patris, & non potuit priuare filium re ſua cum filius ſit uſus iure ſuo, & dum dicitur niſi ſit fauor libertatis, lege ſi pecuniam . in fioe . inſra de caſtrenſ. peculio. Sed replicare potes uerum eſſe quòd res erat filii & pater non potuit priuare: tamen non tollitur quin in uno caſu fingatur retro fuiſſe patris, & io alio non fingatur, & poteſt eſſe alia ratio, niſi quia tempore mortis filii non poteſt acquiri patri, ut fingatur retro fuiſſe eius, & ſic deficie extremum à quo habile, & in primo caſu adeſt.

120 Et ſic patet † quod quàmuis doctores dent unam generalem reſponſionem ad omnia iura quòd in illis caſibus impeditur translatio per fictionem: non quia deficiat extremum habile: ſed quia deficir ſubiectum quod conſiſtir in re quæ retrotrahitur, tamen hæc reſponſio non procedit: quia doctores appellant hoc ſubiectum extremum. boc eſt principium ipſius fictionis. Secunda etiam reſponſio generalis quòd illa iura nihil dicunt de fictione: ſed tantummado dubitent de caſibus in eis. deductis: ſed reſponſio eſt quòd licèt in eis non dicat de fictione: tamen deciſio fundatur in hoc quòd retro trahitur, & aliquando ualet fictio, & aliquando non, & quando non procedie fictio ſemper âppaṛet quòd illud trahendum retro non eſt in rerum natura, & ſic deficit principium, & ſubiectum quod appellatur extremum per eos. unde remaoet quòd opinio Bar. & communis concludenter probatur in dictis iuribus, ut ſupra rectè ponderatis.

121 In contrarium autem † quòd imo fictio pro cedat etiam ſine extremo à quo, adducitur generalis ratio quòd leges quæ dicunt fictionem habere locum non faciunt mentionem de habilitate extremorum, & nullá lex dixit quòd extrema debent eſſe habilia, ſolum nanquè dicunt quòd iura retro acquirentur perinde ac ſi non eſſet captus: ergo uidetur quòd nec nos debeamus dicere, ſed reſponderi poteſt qnòd licet non exprimant per hæc uerba præciſa qnòd extrema debeant eſſe habilia; tamen hoc demonſtrant per alia uerba boc ſignificantia, & demonſtrantia, quòd ſi non eſt hoc principium fictio non procedit. Vnde in iuribus: quia adeſt recuperatio uera fictio procedit in poſſeſſione uera, quæ non recuperatur, & oon reperitur habere principiũ non fit retrotractio nequè procedit fictio, & ſic dicta iura rectè intellecta concordant.

122 Secundò † adducitur tex. in lege quædam ſunt. ff. de rebus dub. ſecundo reſponſo ubi ſi teſtaror habens pecuniam io arca eam alicui legat, & hæres poſteà eam mutuauerit, & conſumpta fuerit, ſi legatarius repudiet legatum retro ſemper fuit hæredis & dicitur mutuaſſe pecuniam propriam. ſi uerò eam acceptat retrò ſemper fuit legatarii, & dicitur mutuaſſe pecuniam alienam, & tamen iſtæ duæ fictiones procedunt etiam quando pecunia eſt conſumpta, & ſic hodie quando acceptatur uel repudiatur non poteſt eſſe legatarii, & ſic fictio ſine extremo procedir. Reſpondet Bartolus quòd ibi conſumptio non extinguit nequè alterat legatum, & eius acquiſitionem, cum ibi obligatio eſſet de re in ſpecie non in genere, lege prima. ff. de leg. primo & lege quod te. ſupra ſi cer. peta. Item ibi conſumptio fit à debitore, quo caſu perinde eſt ac ſi du duraret. §. ſi quis rem. inſti. de lega. & ootatur io dicta lege quod te. & lege qui dolo. ff. de reg. iur. & ſic non deficit extremum. Secundò reſpondet quòd ibi ſumus in fictione negatiua qnòd res non fiat legatarii quando repudiauit, unde extremum eſt oon eſſe legatarii ut retro dicatur non fuiſſe ipſius, quod extremum uerificatur in re conſumpta magis quàm in re exiſtente & ſic in fictione negatiua extremum habile eſt quando res non eſt in rerum natura: ſicut in lege Cornelia extremum eſt eſſe mortuum, & non eſſe ue fingatur retro non fuiſſe in rerum natura ut bic per eum. Sed ſolutio præcedens generalior eſt.

123 Tertiò adducitur † textus in lege proponebatur. ff. de caſtrenſ. peculio. ubi filius familiàs miles fecir teſtamentum inſtituendo extraneum, & pater præteritus perit deliberante hærede ſcripto, qui hæres poſteà repudiauit hæreditatem, & ſic in effectu deceſſit ſine hærede, quo caſu peculium aplicatur patri, lege prima eodem titulo, & fingitur retro fuiſſe eius, & tamen hæc fictio habet principium quando pater erat mortuus, ut retro fingatur fuiſſe ſuum peculium, ità quòd contineatur in ſucceſſione patris ab inteſtato, ut ſui hæredes habeant illud peculium, & ſic non erat habilitas extremi. & dicit textus non eſſe nouum ut quis retro ſucceſſionem habuiſſe uideatur: ſicur in filio captiui qui mortuus eſt patre exiſtente apud hoſtes: quoniam fingitur retro habuiſſe hæredem legitimum, licèt extremum ſit inhabile, cum mortuus eſſet filius. Bartolus ibi reſpondet quòd pater non fingitur acquirere: ſed peculium fingitur retro ſemper fuiſſe patris, & ſufficit bona extare licèt pater ſir mortuus ut ibi dicir textus ibi, cum retro illud peculium bonis patris acceſſerit. Iaſon autem dicit quòd illa reſponſio non poteſt ſtare propter alia uerba ſubſequentia. ibi, non eſt nouum ut aliquis retro ſucceſſionem habuiſſe creatur. & dum ſubdit exemplum de filio mortuo qui fingitur retro pater familiàs habuiſſe ſucceſſionem legitimam. unde ſecundò, ipſe reſpondet quod ibi repu-

repudiatio hæredis ſcripti principaliter trahitur retro, & in conſequentiam uenit quòd pater retro habuerit ſucceſsionem, quo caſu habilitas non eſt oeceſſaria ut ſupra dictum fuit, qui tameu poſteà ſubdir hauc reſponſionem non eſſe bonam: quia etiam in his quæ ueniunt in couſequentiam requiritur habilitas: quando fictio fit de per ſe in eo quod uenir in conſequentiam. unde tertiò reſpondet quòd licet ibi pater ſit mortuus: tamen in totum non dicitur deficere extremum à quo: quoniam ſupereſt hæres patris qui eum repræſentat, quod non eſt in l. huic ſcripturæ, ſupra ad leg. Aquiliam, & facit dicta l. neceſſarium. §. quod ſi pendente, & l. quoties. ff. de nouatio. ubi dixi quòd procedit fictio mortuis contrahentibus: quia remanent eorum hæredes. Sed hęc reſponſio non eſt etiam bona: quia & quando non eſt hæres mortui fictio procedit, ut probatur in dicta l. bonorum. §. primo, & ſupra dixi. unde quartò ſoluas quòd ibi non deficit extremum à quo, ex eo: quia illa acquiſitio fundatur in bouis patris, & in illa uniuerſitate bonorum quæ ſupereſt, ur ibi clarè dixit tex. dum uult bona patris fuiſſe aucta per illam repudiationem. & ſic præſupponit acquiſitiooem fieri ab uniuerſitate bonorum, quæ poſt mortem patris propriè ſubeſt, non autem à patre fieri & hoc uidetur eſſe tutius, & ſic concordat.

124 Quartò † adducitur tex. in l. ſi exhæredatus. ſupra ad Syllania. ubi filio exhæredato occiſo ſi poſteà hæreditas patris adeatur ſerui non torquentur, ſi uerò teſtamentum patris ſtat irritum: quia repudiatur hæreditas eius ſerui torquentur: quia filii retro uidetur fuiſſe hæreditas, & etiam ſerui, & tamen extremum eſt inhabile mortuo filio. Bar. reſpondet ad illum tex. quòd ibi filius non fingitur retro fuiſſe dominus illorum ſeruorum: quia deficit extremum à quo. Sed ibi ſerui erant filii eo modo quo per ſenatus conſultum filii patris ſerui patris ſerui filii dicuntur, l. j. §. dominum, ſupra ad Syllania, ubi filius fingitur eſſe retro dominus. Sed Iaſ. dicit iſtam reſponſionem eſſe contra illum tex. qui loquitur ſecundum fictionem. ibi, perinde ac ſi dominus eſſet.

Secundo: quia ſequeretur quòd etiam adita hæreditate per iſtum tex. eſſent ſerui torquendi tanquam ſerui filii, cuius contrarium ibi dicitur. Ideò ſubdit quòd ibi tex. conſiderat quòd teſtamentum irritetur ad hoc ut filius uideatur dominus, & uideatur ſucceſsiſſe retro, & aliud non dicit: tamen uidetur forſan uelle ſoluere ut ſupra: quia ibi hæres filii repræſentat eum, & non dicitur deficere extremum habile. Tu autem potes ſoluere quòd ibi non deficit extremum, ex eo: quia illa acquiſitio non fit filio: ſed fit eius bonis ſeu eius hæreditati, quæ uidetur augeri propter repudiationem factam de hæreditate patris, & per conſequens ſerui dicuntur eſſe ipſius filij, id eſt, eius hæreditatis, quæ filium repræſentat. Vel melius dicas quòd ille tex. non uult quòd illi ſerui ſint illius filii, imò præſupponit contrarium dum dicit perinde ac ſi eſſet dominus. ſed uult in odium delicti ſeruos torqueri qui eſſent ſui ſi uiueret: ſed ſi uiueret dicti ſerui eſſent ſui: ergo torqueri poſſunt, & ſic nihil facit: quia ibi nulla præſupponitur fictio.

125 Quintò † adducitur tex. in l. ſi filius. infra de uerbo. obligatio. ubi ſi filius in poteſtate ſtipulatur ſub conditione, & poſteà conditio exiſtat emancipatioois filii, obligatio acquiritur patri quamuis ſi fuiſſet facta ſtipulatio tēpore exiſtentis conditionis noo potuiſſet acquiri patri: quia emancipatus non acquirit patri: & ſic dificit extremum à quo, & tamen procedit fictio. Iaſ. non reſpondet: ſed tu reſponde quòd ibi erat hæreditas extranei ex quo uiuebat filius qui potuit obligari, & erat ſubiectum fictionis ipſa obligatio quæ poterat trahi ad tempus promiſsionis, ſolum enim illa qualitas accidentabis quòd eſſet in poteſtate deficiebat. Item filius emancipatus poteſt quærere patri actionem utilem, ut no. in l. quod dicitur. ff. de uerbo. obligatio. igitur non dicitur deficere extremum ex toto, nimirum ſi procedit fictio, uel aliter dicas quòd ibi per conditionem acquiritur obligatio filio quæ trahitur retro ad tempus contractus, & ſic fuit ibi ſubiectum fictionis eſſentiale quod trahitur retro, & non curamus de aliis hæreditatibus: ſicut nec in poſſeſsione curamus quòd ſit habilitas ad eam acquirendam per recurſum: ſed oportet quòd reuerſus eam uerè acquirat, & ſic ſi habilitas eſt non ſufficit, ità ſi non eſt non impedit.

126 Sextò adducitur: quia ſi nnus facit homicidium nomine alterius qui poſteà ratum habeat quòd tamen tenetur, & eſt excommunicatus ac ſi ipſe feciſſet, cap. cum quis. de ſententia excommunicationis. in 6. & lege prima. §. deieciſſe. infra de ui & ui armata. & lege quoties. & tamen tempore ratificationis extremum à quo eſt inhabile: quia homicidium amplius fieri non poteſt cum ſit non reiterabile: nec ſufficit dicere quòd ſit habilitas in genere: quoniam illa non ſufficit in extremo à quo ſecundum Bar. hic. ipſe ſimiliter non reſpondet: ſed tu potes reſpondere quòd in actu oon reiterabili ſufficit habilitas in genere, & ibi actus ille non trahitur, & ille conſenſus qui interponitur per ratihabitionē eſt ille qui trahitur retro, & eſt ſubiectum fictionis. unde cum ſubiectum illud rectè tunc poſſit interueni re, & actus ſit non reiterabilis ſufficit habilitas extremi potentialiter, & in genere. uel clarius non curamus de habilitate ad homicidium: ſed an ſit illud quod eſt trahendum, & quia in

homicidio poteſt fieri ratihabitio poſteà quæ ualet illa inducit tacitum mandatum ualidum quod transfertur retro ad tempus homicidii ut dicatur factum cum mandato.

Septimò adducitur tex. in lege ſi dominus. §. primo, & leg. Titio. cum leg. ſequenti ſupra de uſufruct. ubi ſi ſeruus legatus occidatur, & unus poſtea repudiet fingitur retro dominium alteri quæſitum inſolidum, & tamen tempore repudiationis non poterat conueniri cum iam eſſet mortuus, & ſic dominium erat extinctum: quia mors omnia ſoluit. Sed poteſt reſponderi quòd ibi præſupponitur per mortem non eſſe extinctum legatum: ſed durare eius obligationem. unde fingitur uiuere, & ſic ibi extremum eſt habile per fictionem: arg. legis inter ſtipulantem. §. ſacram. ff. de uerbo. obligationi. & . §. ſi rem legatam. inſti. de lega. Secundò poteſt dici quòd ibi inſolidum ſeruus erat legatus. unde repudiante ipſo non acquiritur: ſed remanet totus ſuus ex diſpoſitione teſtatoris ex iure non decreſcendi. leg. j. §. ſin autem ad deficientis. C. de cadu. tollendis. tertio potes dici quòd ibi illa pars accreſcit portioni non perſonæ, ut no. in l. prima. C. quando non petentium par.

Octauò adducitur le. ſed & ſi quis. §. primo uerſiculo. quid ergo. ſupra de uſufructu ubi ſi ſeruus fructuarius emit rem non ſoluto pretio, poſteà finito uſufructu ſoluit de pecunia uſufructuarii, uidetur fructuario quæſitum licet tempore ſolutionis non eſſet habilitas acquirendi. Sed reſpondetur quòd ille textus tollit contrarium: quia dicit de æquitate inductum, cum ſit ſecus de rigore, & ſic eſt ibi ſpeciale ex æquitate. Secundo reſpondetur quòd ille textus loquitur in fictione declaratiua quæ iam inductum dubium ex ſucceſſu superuenienti declarat, quæ fictio declaratiua non requirit extrema habilia: ſecus ſi de nouo inducit, leg. huic ſcripturæ. ſupra ad leg. Aquili. quam reſponſionem nota: quia eſt generalis. & facit ad multa allegata contra communem ſupra, & ſequitur ſimpliciter Areti. in leg. prima. §. ſi quis ita. col. ij. ff. de uerbo. obligatio. pro qua Iaſ. adducit: quia lex ſui natura trahit ad futura: tamen declaratiua trahitur ad præterita, ut per Bal. in leg. non dubium, & leg. leges. C. de legibus cum ſimilibus, Et eodem modo poteſt reſponderi ad leg. penul. ſupra de ſuis & leg. uel ſecundo ibi fictio uenit in conſequentiam, quo caſu non requiritur extremum ità habile, uel dicas quòd per ſolutionem præſentem inducitur perfectio emptionis de re fructuarii, quæ emptio perfecta erat uera, & trahitur retro ad tempus uenditionis, & ſic ſubiectum fictionis eſt perfectio emptionis quæ trahitur retro, & difficultas non eſt an trahatur retro: ſed an illa ſolutio poſſit acquirere ius in emptione nomine fructuarii, & etiam hoc permittatur ſequitur perfectio poteſt fieri, quare autem illa ſolutio operetur illud ius aliunde eſt quærendum & non facit ad propoſitum.

127 Nonò poteſt † induci textus in lege bonorum. §. primo ſupra rem ratam haberi retorquendo ut ſupra dixi: quia ibi ratihabitio poteſt fieri tempore quo petens erat mortuus, uel furioſus, uel non poterat de nouo fieri actus, tamen trahitur retro & ſic procedit ſine habilitate extremi, & ibi plus probatur: quia non requiritur extremum in actu, nec habile in potentia generica uel ſpecifica: ſed tu reſponde quòd ibi non eſt defectus extremi in fictione ratihabitionis quæ ſola trahitur retro ſtante ualiditate ratihabitionis, ibi nanque non deberet ualere ratihabitio, cum illa debeat ualidare actum: unde oporteret quòd fieret tempore quo actus fieri poſſet. ſed ibi diſpenſatum fuit quòd ratificatio ualeat: quia conſiſtit in ſola uoluntate ratificantis. & ipſe actus ualidandus non requirit extremum: quia non trahitur de tempore ad tempus utſupra dixi in intellectu ipſius tex. unde habes articulum diſputabilem ab utraque parte licet. uerior ſit communis opinio.

128 Iaſon tamen & Crotus dicunt † ponendam eſſe regulam quòd extremum à quo eſt neceſſarium per iura pro prima parte allegata. Fallit in fictione negatiua in qua non requiritur: quia illud, non eſſe in rerum natura eſt extremum hebile ad non faciendum utſupra. dixit in ſecundu contrario, quæ tamen non eſt propriè limitatio: quia tunc habet ſuum extremum habile.

Secundo limitatur non procedere in fictione declaratoria in qua non requiritur habilitas extremorum, quæ limitatio eſt multum notabilis & generalis & ſatis placet.

Tertiam limitationem ponit Crotus quandò extremum efficitur inhabile propter accidentiam facti reſpectu breuitatis temporis: quia ratificatio poterit fieri die feriata licet actus non poſſit fieri illa die ſi interueniat breuitas temporis ut dicebat Ang. hic. & Iaſ. in intellectu dictæ. leg. bonorum. Sed hæc non eſt propriè limitatio, ex eo: quia ratificatio non deberet ualere: quia actus fieri non poterat: ſed diſpenſatur ut poſſit fieri ratificatio. extremum erit habile ex diſpenſatione. Secundò & melius intellectus prædictus non eſt uerus utſupra dixi, & limitatio non uera.

Quartò limitat Crotus quando extremum eſt inhabile propter deficentiam perſonæ quæ tamen poſteà repræſentatur per hæredem: quia non dicitur deficere propriè ſtante illa fictione legis: ſed hæc & præcedens continentur ſub una & dicitur quòd ſufficit extremum eſſe habile perfictionem legis quæ tollit impedimentum naturale, & hoc uerius eſt ut infra dicam.

Quintò

Quintò limitatur non procedere quando ratificatio fit in præiudicium ratificantis, ut quando quis ratificat homicidium: quia licèt non poſſit iterum fieri procedit fictio. ſed ego ſupra dedi aliam declarationem quæ iungenda eſt hic.

Sextò limitatur fauore publicæ utilitatis: quia procedit fictio ſtante inhabilitate. le. ità uulneratus. ſupra ad leg. Aquiliam. facit textus in lege ſi quis in graui. ſupra ad Sylla. Sed hæc continetur ſub duabus præcedentibus: quia extremum efficitur habile per fictionem legis.

Septimò fallit: quando extremum eſt habile in potentia licèt non ſit in actu, ut declarat Bartolus infra in uerſiculo expediti. Sed hæc fallentia melius probatur in dicta leg. bonorum. & aliis legibus ſupra adductis quantum ad actum ualidandum per ratihabitionem: ſed tamen non procedit ſimpliciter: quoniam aliàs poſſeſſio contineretur in poſtliminio, cum tempore reuerſionis ille captus ſit habilis ad omnes poſſeſſiones acquirendas, unde debet diſtingui ut infra dicam in generali reſolutione.

Octauò limitatur non procedere: quando extremum à quo eſt habile ſecundum ius naturale, licèt de iure ciuili ſit inhabile per le. donationes quas parentes. C. de donatio. inter uirum & uxo. ſecundum Imol. & Crotum hic. Sed hæc eſt contra totam hanc materiam: quoniam attento iure naturali primæuo omnes captiui ſunt capaces, & dicuntur poſſidere uerè, & retinent iura ſua cum ſeruitus ſit inuenta à iure gentium ut no. in l. ex hoc iure. ff. de iuſti. & iur. & ideò non eſt tenenda. unde reſponde ad dictam l. donationes, quòd dicta lex tollit impedimentum diſpenſando quòd dominium in illo caſu potuerit acquiri, & ſic continetur ſub præcedenti.

Nonò limitatur non procedere; quando adeſt inhabilitas extremi ex diſpoſitione hominis per leg. ſi quis offerentì. §. ſi creditor. infra de ſolutionibus. & per Barto. in dicta leg. bonorum. qui ponit rationem diuerſitatis: tamen ſecundum intellectum ſupra traditum non procedit.

Decimò limitatur: quando inhabilitas eſt in eo quod uenit in conſequentiam, & per Bar. inf. dum allegat l. penul. ff. de ſuis & leg. Sed & iſta confundi uidetur per fictionem poſtliminii ubi facta fictione quòd retro ſemper fuerit in ciuitate in conſequentiam dicitur eſſe habilis ad poſſidendum, & ad matrimonium, & ad cætera ſimilia, & tamen non procedit fictio, & ad tex. in dicta l. penul. poteſt reſponderi ut ſup. & infra dicetur.

Ex quibus apparet quòd hæc theorica Croti nihil ualet, & non ſumitur à ueris principiis, & incidit in refugium miſerorum, qui neſcientes aliter declarare leges dicunt ſpeciale eſſe in tali, & tali caſu.

129 Vnde tu pro reſolutione breuius & intelligibilius conſidera, † quòd fictiones duabus ex cauſis inducuntur. aliquando propter ſe tantum, hoc eſt propter rem ipſam in fictionem deductā quæ principaliter conſideratur, ut in fictione poſtliminii quod fingit retro poſſeſſionem fuiſſe in peculiaribus, atque iura retro fuiſſe quæſita & exiſtentem in ciuitate reuerſum retro fuiſſe, & mortuum retro fuiſſe mortuum, & ſic ſemper fictio fit propter rem ſolam quæ per fictionem retro trahitur. Secundo modo fit fictio de aliqua re retro trahēda propter ſeruitium alterius rei, & ut ad ualidandum aliquem actum, ut in ratihabitione quæ trahitur retro ad ualidandam petitionem, uel appellationem, uel contractum aliquem, uel qualificandum ipſum actum, & tunc fictio cadit in re quæ trahitur retro ſuper illo actu. unde hæc fictio uidetur quodammodo duplex: quia præſupponit duos actus, unum qui retrotrahitur, & alium ſuper quo fit retrotractio, dicta l. bonorum, & l. neceſſario. §. quod ſi pendente, & l. quoties. ff. de noua. cum ſimilib.

130 In primo caſu facias regulam † quòd adhoc quòd procedat fictio requiritur extremum habile eſſentialiter, hoc eſt quòd illa res quæ trahitur retro ſit in rerum natura, ut in poſſeſſione, quæ ſi eſt in rerum natura trahitur, & ſi non eſt recuperata non trahitur. & ſi reuerſus recuperat iura fingitur retro habuiſſe ea quæ recuperauit, & illa quæ non recuperauit non fingitur habuiſſe. oportet enim qui de uno tempore, uel de uno loco ad aliud tempus, uel locum eam habeat in manu ut poſſit trahere, & ſi nihil habebit nihil retro portabit, & hoc extremum propriori nomine appellatur ſubiectum: quia eſt ſubiectum fictionis quæ rem trahit retro. Sed Bartolus appellat extremum, ex eo: quia retrotractio eſt ſucceſſiua, & coniuncta, & habet principium & finem ſicut linea habet ſua duo puncta, quæ regula procedit etiam in fictione negatiua in qua tractatur de priuatione: quia ſi retro ſemper debet eſſe priuatio, extremum habile eſt quòd ab initio ſit priuatio ut dictum fuit ſupra circa intellectum legis quædam ſunt: ubi etiam Bartolus puto tamen quòd hæc etiam poſſit dici affirmatiua: quia negatiua implicat ſemper aliquod affirmatiuum quod eſt in rerum natura, & retrotrahitur, ut quòd quis non ſit uiuus implicatur quòd eſt mortuus ſeu mors, ideò mors ipſa erit ſubiectum trahendum retro, & repudiatio quāmuis inducat priuationem ut non ſit dominus dicitur affirmatiua, & poteſt trahi retro ſeu illa priuatio, ità quòd generalis eſt regula quòd extremum ſeu ſubiectum, id eſt, res ipſa quæ retro trahitur debet interuenire eſſentialiter.

131 In ſecundò caſu conſidera quòd duplex eſt ſubiectum in fictione, unum eſt de re

quæ trahitur retro, aliud eſt de actu ſuper quo fit illa retrotractio, ſubiectum retrò trahendum ſemper requiritur eſſentialiter cum aliquali potentia perfectionis, ut eſt ratihabitio quæ debet eſſe ualida ut poſsit trahi retro, dicta l. bonorum. & in contractu conditionali obligatio debet eſſe rata ut poſsit trahi retro ad reddendum contractum purum, & conditio quæ retro trahitur debet eſſe uerè adimpleta, dicta l. neceſſario. §. quod ſi pendente & l. potior. & l. balneum. ff. qui potio. in pigno. habeant. Idem eſt quando quis ratificat homicidium oportet quòd ipſa ratificatio ſit ualida quæ poſteà trahitur retro ad tempus homicidij, & alia ſimilia exempla per te inuenire potes.

132 Aliud † eſt ſubiectum fictionis ſuper quo fit ut eſt petitio, & appellatio ſuper qua fit ratihabitio, & eſt contractus ſuper quo conditio & obligatio retro trahitur, & homicidium ſuper quo uoluntas & ratihabitio retro trahitur, & hoc ſubiectum debet etiam neceſſario interuenire: quia ſi uenit ualidandum & qualificandum oportet quòd ſit in rerum natura factū: quia nonentis nullæ ſunt partes. Sed tamen non eſt neceſſarium ꝙ iſte actus poſsit fieri uel fiat tēpore quo fit ratificatio, ex eo: quia ipſe actus non trahitur de tempore ad tempus: ſed ſtat ſemper immobilis. ideò non conſideratur aliqua habilitas tempore ratihabitionis. Vnde licet faciens actum perierit, uel furere ceperit, ita quòd tempore ratihabitionis fieri non poſſit: tamen fictio procedit, dicta l. bonorum. Et ſimiliter ſi contrahentes periiſſent uel furere cepiſſent ſi exiſtat conditio poſt mortem uel furorem nihilominus obligatio & conditio trahitur retro, quamuis tempore exiſtentis conditionis de nouo non poſsit facere, Similiter quando homicidium eſt factum & quis ratificat illud, non intereſt quòd de nouo non poſsit fieri & ſit reiterabile, & propterea remanet quòd ſubiectum ſuper quo fit fictio debet eſſentialiter eſſe factum. Sed tamen non eſt opus quòd quando incipit fictio de nouo poſsit fieri: nec requiritur habilitas illius extremi propter illam rationem: quia non tractatur de trahendo illum actum hinc inde: quia remanet immobilis: ſed ſuper eo procedit fictio quæ trahit rem de uno tempore ad aliud tempus pertinentem ad illum actum. & hæc breuis æquiuocatio de ſubiecto quod trahitur, & de ſubiecto ſuper quo trahitur turbauit totam hanc materiam, & fecit uacillare doct. & Crotus neſciens reſoluere dedit plures limitationes quàm eſſet regula.

133 Summa † eſt igitur coniungendo utrunque caſum quòd in fictione tranſlatiua eſt neceſſariū quòd interueniat res actualiter: quæ transferenda eſt de tempore ad tempus, & de loco ad locum, & niſi ſit in rerum natura fictio non poteſt procedere, & ſi nihil habet in manu ab initio nihil retro trahet, & erit fictio uana. Sed quando ipſa fit ſuper aliquo actu, id eſt, ſuper ſubiecto ſuper quo oportet quòd ipſum ſubiectum interueniat ut uerè fuerit factum: tamen non eſt opus quòd tempore inchoandæ fictionis ille actus de nouo poſsit fieri, & extrema illo tempore debeant eſſe habilia. Vnde ad hoc ut in materia poſtliminij procedat fictio eſt neceſſarium quòd res recuperet ut poſsit retro trahi, & hæc de extremis.

134 Septima † colligitur concluſio ex dictis Bar. proſequendo quartam oppoſitionem à uerſi. dicis quòd poſtliminium habet duo capita unum recuperatiuum, & aliud tranſlatiuum, & ſequuntur communiter docto. ſed tu ſupple: quia caput recuperatiuum habet duas partes: ſeu duas operationes, unam ſuſpenſiuam & aliam recupatiuam, quæ duæ partes & operationes ſunt omnino conſtituendæ & ſeparandæ: quia operantur diuerſis temporibus, & ſuſpenſiua incipit ab hora captiuitatis, & recuperatiua incipit ab hora qua reuertitur & ponit pedem in limine imperij. §. ſed ſi ab hoſtibus. in fi. iuncto principio inſt. quib. mod. ſoluit. patria poteſtas. Item ſubdiuiditur ut dicit Bar. quia hæc recuperatio eſt actiua & paſsiua: quoniam captus recuperat iura ſua & ius filiationis in filio, & contrario filius recuperat ius ſuitatis & ſucceſsionis, & ſic pater recuperat, & in eo recuperatur, & idem de aliis rebus, & de matrimonio hodie: quia reuertens recuperat & in eo recuperatur, dicta l. cum duæ infra de capt. & ſeruus captus recuperat quod amiſit, & dominus quod in eo per captiuitatem amiſerat, l. in bello. §. ſiquis ſeruum. & §. manumittendo. infra de captiuis.

Secundum caput tranſlatiuum ſimiliter ſubdiuiditur. Nam primo recuperat ciuitatem & fingitur retro fuiſſe in ciuitate, dicta l. retro. & eſt fictio de perſona & eius libertate. Secundà eſt operatio in bonis ſeu iuribus ut retro fingatur habuiſſe illa iura, & ſemper fuiſſe dominus, & hanc dicit Bar. uenire in conſequentiam: tamen uerè eſt propria operatio quæ fit circa iura iam recuperata. ſed ſi non eſſet aliqua habilitas extremi à quo uel ad quod, tunc poteſt dici quòd propter illam primam fictionem quòd fuerit retro in ciuitate inducatur habilitas extremi propter illā fictionem ut infra dicemus de acquiſitis ex cauſa peculiari poſt captiuitatem, in quibus fit recuperatio poſſeſsionis quæ nunquam fuit in captiuo, & ad tempus quo non poterat habere nec poſſeſsionem: nec dominium, ut probatur in iſto tex. in uerbo intelligi uſucaptum, quæ diſtinctio probatur in dicta. l. pen. ff. de ſuis & legit. & §. ſed ſi ab hoſtibus. inſti. quib. mod. ſoluitur patria poteſtas, & dicta l. iuſto. §. fi. & l. Labeo. cum ſimilib. infra eodem.

135 Octaua colligitur concluſio † quòd primum caput operatur ſecundum ueritatem: quia uerè recu-

rè recuperat bona, & uerè recuperat libertatē ut ſit propriè liber, & uerè dominus, & uerè in poteſtate patris, cum ſi fingeretur non eſſet uerè liber neque dominus, & ſequuntur omnes, ſed debet ſuppleri quòd hæc operatio ſecundū ueritatem procedit etiam in parte ſuſpenſiua: quia uerè iura ſuſpenduntur non autem finguntur ſuſpenſa, & propter hanc cauſam poſſeſſio non ſuſpenditur quæ facti eſt, & ſtatim extincta fuit, & quòd eſt extinctum ſuſpendi nō poteſt: ſed ſi proceſſiſſet per fictionem potuiſſet etiam ſuſpendere poſſeſſionem quàmuis facti eſſet, & fingere quòd non fuerit amiſſa, & ſi dicatur quare in his duobus capitibus proceſſit ſecundum ueritatem tantum, & non addidit per fictionem, reſponſum fuit ſupr. quòd ita placuit. potuerat enim ſi uolebat, & cùm ratione noluit: quia ſatis erat prouiſum ſuſpendendo iura, maximè: quia poſſeſſio de iure gentium faciliter amittebatur cum animo non retineretur: neque poterat producere uſucapionem. Vnde amiſſio erat leuis præiudicii, & ideò diuiſit eam ſecundum propriam naturam ut amitteretur, & per conſequens recuperari non poſſet niſi in peculiaribus: quoniam contineretur in peculio,

136 In capite uerò † tranſlatiuo Bart. & doctor. concludunt quòd proceſſit per fictionem, ex eo: quia licèt nunc bona propter recuperationem uerè haberet: tamen retro non poterat retro habuiſſe. Ideò fuit opus transferre hanc recuperationem retro ad totum tempus captiuitatis. Primò libertatem ſuam retro trahendo & exiſtentiam in ciuitate, præſentem retro trahendo, & iura ipſa quæſita retro faciendo q̄ ſemper habuiſſet, & propterea Bar. dixit quòd in hoc capite continentur res facti cum nihil impediat legem facta infringere, & alterare fictionem, ut dictum fuit in dicto. §. ſi uir ux.

137 Nona colligitur concluſio † quòd quædam ſunt uerba denotantia fictionem quorum aliqua enumerat, ut uerbum uidetur: l.j. §. deieciſſe. ff. de ui, & ui arm. & l. qui actionem. ff. de reg. iur. Item dictio quaſi, & dictio quodam modo, l. in ſuis. ff. de lib. & poſthum. & glo. in l. ſi me in uacuam. ſup. tit. primo. tertio uerbum intellectu quodam, l. oſſa. ff. de rel. & ſump. funer. quartò uerbum intelligitur, ut hic in tex. & l. ſi de eo. §. fi. infra de ſtipulatio. ſeruor. & l. quia ſeruo. in fi. infra de actio. & obligatio. & poteſt etiam addi uerbum exiſtimatur. de quo in dicta leg. in ſuis. Item quintò eſt uerbum perinde lege iure ciuili. de conditio. & demonſtratio. Sextò eſt uerbum creditur, d. l. retro, & l. pe. ff. de ſuis, & legitim. & poteris per te multa alia ſimilia addere: quia omnia uerba ſeu omnes dictiones quæ impediunt principale uerbum habere propriam, & totalem ſignificationem ſuam, poſſunt importare fictionem, dico autem poſſunt importare: quia non ſemper faciunt fictionem: ſed aliquando ſolum inducunt impropriam ſignificationem ut patet de uerbo uidetur, & de uerbo creditur, per multas leges allegatas hic per Iaſ. & infra dicemus, & dictio quaſi, denotat ueritatem aliquādo, l. j. ff. de tranſactio. & dictio perinde, aliquādo denotat ſimilitudinem. §. j. inſti. qui. mod. re contra. obligatio. & omnia alia, quæ uarias ſignificationes recipiunt latè poſita per Alber. in dictionario ſuo ſuper dictis uerbis, & non inconueniet: quia ſicut uerba propria impropriantur ſecundum ſubiectam materiam, eod. modo, & uerba impropria importabunt ueritatem, uel aliam ſignificationem, cap. intelligentiam. de regul. iur. in 6. Notanda eſt tamen deciſio Bar. hic: quia ad eam ſemper recurrimus quando uolumus dicere quòd unum uerbum denotat fictionem allegando eius auctoritatem, & eſt uulgatus locus, in quo etiam allegatur quòd omne uerbum ſimpliciter probatum denotat ueritatem actus ſecundum ſignificationem illius uerbi, Vnde uerbum recuperat. & uerbum ſuſpendit denotant ueritatem, niſi addatur aliud uerbum præcedens diminuens ſuam ſignificationem.

Decimò colligitur concluſio in uerſi. modo ad propoſitum, quòd licèt lex non poſſit facere quòd poſſeſſio ſuſpendatur ſine animo, nec recuperetur ſine corpore, & animo, l. quemadmodum, & l. iij. ſupra eodem: tamen poteſt facere quòd iura acquirantur ſine facto, & animo, ut patet in legato l. ſi tibi homo. §. fi. ff. de legatis primo. & l. cum duobus. §. idem reſpondet. ff. pro ſocio. cum ſimilib. poſitis per glo. in l. ſi ager. ff. de rei uendicatione, & ſequuntur communiter docto. Tamen in contrarium facit: quia imò dominium ſine facto hominis acquiri non poteſt, leg. traditionib. C. de pact. cū ſimili. Sed tu reſponde defendendo illū tex. cum concordantib. procedere quando ex facto hominis transfertur dominium, & aliud ius: ſecus quando lex uult ipſo iure transferre: quia tunc poteſt ſine facto hominis, & tanto fortius in hoc caſu: quia per ſuſpenſionem lex retinet omnia iura præparata, ut faciliter reuertendo per legem in reuerſum transferri poſſunt: ſicut & per aditionem hæreditatis omnia iura in ea conſeruata in hæredem ſine traditione transferuntur l. j. & ij. ff. de bono. poſſeſſio. & l. cum hæredes. ſup. tit. j.

138 Vndecima eſt concluſio † quòd ſimilitudo eſt in hæreditate quæ eſt in poſtliminio: quia omnia iura acquiruntur hæredi, & transferuntur retro ad diem mortis teſtatoris, & non poſſeſſio: ſicut iura recuperata per poſtliminium trāſferuntur retro, & non poſſeſſio: nam lex in aditione hæreditatis transfert in hæredem uerè iura, & poſteà facit quòd hæres à die mortis teſtatoris ſemper uideatur habuiſſe coniungendo aditionem cum morte, dicta le. hæres, quandocunque. ff. de acquiren. hæredita. cum ſuis ſimilib. ſed non acquirit facta, & quæ requi

ſunt factum l. hæreditas in multis . ff. de acqui.
rer.domin. & l.j.§.Scæuola . ff. ſi quis teſtam. li
ber eſſe iuſſus fuer. Vnde hæres non poteſt fingi
retro poſſediſſe, & eſt neceſſarium quòd appre-
hendat poſſesſionem quæ tamen poſteà ex alia
operatione legis coniungitur cum poſſesſione
teſtatoris ut uideatur continnata, & procedat
uſucapio, l. Pomponius . §. pe. ſupr. tit.j. & §.
diutina . inſti. de uſucapioni. quod bene nota
ne æquiuoces: & teneas menti quod eſt noua
operatio legis inducens continuationem poſſeſ
ſionis, de qua in dicta leg. Pomponius . ſupra
ritulo primo . non autem procedit ex fictione
lege hęres quandocunque, cum concordantib. ff.
de acquir. hæredi.

139 Duodecima colligitur concluſio † quòd ſi eue
niat aliqua facta ipſo iure recuperari, q etiam
ipſa poſſunt fingi fuiſſe poſſeſſa habita, & recu
perata, ut quòd quis fuerit retro in ciuitate, &
alia ſimilia . Vnde ſequitur quòd ſi poſſesſio re-
periretur recuperata ipſo iure, quod eſſe poteſt
in peculiaribus, ut dictum fuit, & infra dice-
tur, ipſa poterit fingi retro fuiſſe habita, & re-
uerſum uſucepiſſe, nt eſt tex. hic in uerſi. quòd
ſi ſeruus . ibi, intelligi uſucaptum, & l. iuſto.
§. fi. infra eodem . & l. ij. infra pro ſoluto cum
ſimilib. & ſi ante captiuitatem per alium poſſi
debat peculiariter poterit ipſa poſſesſio ſuſpen
di per legem uerè cũ ipſo peculio, & in omnib.
continebitur in poſtliminio, & faciliter recu-
perabitur ſicut cætera bona, ut infra etiam di-
cetur in ſequenti parte . & idem ſeruabitur in
hæreditate, ut ſi ſit poſſesſio io peculiaribus li-
cèt moriatur dominus: tamen remanentibus ſer
uis in poſſeſſione durat poſſeſſio conſeruata per
peculium, & hæreditatem, & completur uſuca-
pio, & hæres adeundo hæreditatem ſimul cum
peculio ipſo iure acquirit poſſesſionem, & fin-
gitur retro poſſediſſe atque uſucepiſſe per ſi-
militudinem quam ponit Bartolus . hic, &
ſequuntur doctor. & bene, & per prædicta ha-
bes multum clarè apertas rationes iſtius ma-
teriæ quæ prius ui-debantur occultæ ut dice-
bat Barto.

140 Sed tu ultra docto oppone: † quia licèt ui-
deantur multum iuridica, remanet tamẽ unus
ſcrupulus: quia uidetur quòd imò poſſesſio ſem
per debeat retrotrahi cum captiuus quando re-
uertitur ad domum de facto, & licitè cum ani
mo, & corpore acquirit poſſesſionem rerum
ſuarum, qua acquiſita nihil repugnat quòd re-
tro non poſſit dici reuerſus poſſediſſe, cum re-
periatur uerè poſſidere, & ſubiectum fictionis
habile, & actualiter interueniret quòd poſſit re
trotrahi ſicut cætera iura, & ſic uidetur quòd ſi
cut poſtliminium expectat quòd captus reuer-
tatur, & acquirat iura ut poſſit retrotrahere ea
fingendo, itá etiam debeat expectare quòd ip
ſe acquirat poſſesſionem, & eam retrotrahere.
Et uidemus in ſimili ſeruatum in hærede: quia
hæres poſtquàm adiuit hæreditatem ingreditur
corpore res, & acquirit poſſesſionem, & poſteà
complet uſucapionem . §. diutina . inſti. de uſu
capio. & l. Pomponius . §. non autem . ſup. de
acquirend. poſſesſio. hoc contrarium non for-
mauerunt doctor. tamen uidetur ualde urgens,
& continere maximam æquitatem: ſed tamen
tu potes itá reſpondere quòd poſtliminium nõ
habet locum in capite tranſlatiuo niſi in illis
bonis quæ continentur in capite recuperatiuo,
& trahit retro omnia bona recuperata per re-
uerſionem ipſo iure ex operatione ipſius poſtli
minii, nam ſtatim quòd quis ponit pedem in
limine Imperii incontinenti operatur effectum
ſuum faciendo quòd acquirat libertatem, &
omnia iura amiſſa, & ſtatim fingit omnia di-
cta iura retro habuiſſe, & ita in uno momento
& in illo inſtanti quo reuerſus ponit pedem in
limine Imperii, poſtliminium perficit totam
ſuam operationem. unde licèt poſteà de facto
acquirat poſſesſionem ſuper ea, nulla operatio
poſtliminii habet locum ſed remanet ius com-
mune, & hoc eſt quod uoluit dicere tex. in d.l.
nec utilem . ff. ex quib. cauſ. maio. quæ uult q
retro non fingatur uſucepiſſe: neque actionem
utilem dari etiam apprehenſa poſſesſione poſt
reuerſionem: quia poſtliminium non trahit re
tro eam ne iniquum inducatur ut quis priue-
tur dominio ſuo antequàm uſus abſtulerit.

Nec obſtat ſimile de hæreditate: quia imò
concordat: nam hæres adeundo tantummodo
acquirit iura reperta in hæreditate, & fingit re
tro habuiſſe ab hora mortis teſtatoris, l. hæres
quandocunque . ff. de acquir. hæredita. cum ſi-
milib. poſſesſionem autem non acquirit neque
retro dicitur habuiſſe, l.j.§.Scæuola. ſi quis teſta.
lib. eſſe iuſſ. fuer. & l. cum hæredes. in prin. ſupr.
tit. primo.

Nec obſtat dictus. §. diutina. & d.l. Pompo. §.
non autẽ: quia illa iura procedũt ex noua legis
diſpoſitione quæ uoluit continuari tempora in
ter ſucceſſores quantum ad poſſeſſionem, & uſu
capionem, & non dicitur propriè fictio retro
ſed appellatur quædam continuatio à lege, ex
noua operatione, & non eſt illa de qua in dicta
l. hæres quandocunque. ſed dicitur eſſe alia quę
fuit introducta ex alia ratione, propter frequẽ
tiam actuũ cum homines moriantur, & propter
commertiũ ſæpiſſimè de uno in alium res tranſ
feratur. hæc autem continuatio non fuit intro-
ducta per poſtliminium: neq; per aliam legem,
tum per rationem poſitam in dicta leg. nec uti
lem . tum etiam: quia caſus iſte non erat itá
frequens ſicut erat ſucceſſio hæreditariá, & alie-
natio ex continuo commertio hominum.

141 Sed adhuc inſtatur: quia imò uidetur quòd
ſuper dicta poſſesſione poſteà quęſita habeat lo
cum operatio poſtliminii, quaſi iterando, &
replicando effectum ſuum: nam ſtatim q ponit
pedem in limine Imperii recuperat captus li-
bertatem, & iura, & fingitur retro fuiſſe, poſteà
ſi ſtat per unum annum antequàm ueniat ad
ciuita-

tem, interim ſtat ſuſpenſa operatio poſtliminii taliter quòd quando ingreditur ciuitatem fingitur de nouo retro fuiſſe in ciuitate: quia ante non potuit fingi antequàm eam ingrederetur, dicta l. retro. infra de capti. coniuncto. §. ſed ſi ab hoſtibus. in fi. inſti. quibus mod. ſoluitur patria poteſtas. ita ergo uidetur quòd poſſet expectari quòd apprehendiſſet poſſeſſionem, & eam corporaliter quæſitam retrotrahere.

Sed defendendo reſponderi poteſt negando quòd poſtliminium faciat diuerſo tempore has operationes: quia imò unico contextu incontinenti totam facit operationem ſtatim quòd ipſe reuerſus fuit ad limina, uel fuit à ſuis recuperatus, d. §. ſed ſi ab hoſtibus. in fi. & l. e. poſtliminii. inf. de captiuis.

142 Nec obſtat † dicta l. retro: quia uerbum ciuitate ibi ponitur pro exemplo, & pro eo quod frequentius eueniebat in ciuitate Romana, maximè à principio quando habebat finitimas ciuitates inimicas. ciuitas enim ibi largè capitur pro Imperio: quia ſtatim retro creditur fuiſſe in Imperio: quoniam ſimul cum Imperio abſque ingreſſu ciuitatis eam ſtatim acquirit, ut in ea ſemper uideatur fuiſſe. Et quantum ad conſequendum ius ciuitatis parum intereſt an ſit in Imperio, uel ſit in ſua ciuitate, uel in territorio hoſtium: tamen recuperatus à ſuis, & reductus ad caſtra Imperii: quia ſitus loci nihil operatur: argument. legis final. C. de præſcription. longi tempois. Vnde quantum ad effectum iuris, & oculum intellectus, uerum eſt fuiſſe, & nunc eſſe in ciuitate, & nomen inde ſumptum fuit: quia duæ ciuitates ſemper ſolent inter ſe bellare. unde concludas quòd eſt unica operatio poſtliminii quæ non multiplicatur per diuerſa tempora: ſed ſtatim fit cum ponit pedem in limine Imperii, & de eis tantum, quæ in illo momento recuperat, & cum ſunt iura tantum, & ciuilitas ſua illa trahatur retro.

143 † Et propterea, quæcumque omnia poſteà acquirantur, uel poſſeſſio, uel quodlibet aliud, non continebitur in poſtliminio. unde nec matrimonium continebatur, dicta l. cum duæ. inf. de cap. & alia ſimilia, & in hoc differt poſtliminium ab hæreditate: quia in hæreditate adiuncta fuit noua legis diſpoſitio coniungens poſſeſſionem teſtatoris, & hæredis: ſed illa non fuit facta in poſtliminio per rationes prædictas. Addebat tamen poſteà hîc Crotus quòd ſi contingeret reuerſum habere in ciuitatibus Imperii poſſeſſionem, quam acquirat ſtatim ingrediendo limina, uidetur poſſe dici retro eam fuiſſe quæſitam, & uſucapionem factam ex intentione Bar. qui dixit facta retrotrahi quæ reperiuntur recuperata ſicut factum ingreſſus Imperii uel ciuitatis, ut per eum, licèt ſub dubio in uerſi. ultimo notandũ. & dicit eſſe de mente Areti. quòd poterat ſæpiſſimè contingere ex cõſuetudine Imperii Romani, qui retinebat exercitus in confinibus Imperii, & militibus eoſdẽ fundos concedebat ut. C. de fun. limitro. lib. 10. dicit tamen poſteà contrarium uerius eſſe: quia incontinenti eſt operatio legis, & hominis, & quando illa duplex operatio interuenit citius operatur lex quàm homo, l. poſt mortem. §. j. ff. de leg. j. & l. Iulianus noſter, ff. de conditio. & demonſtratio. ubi ſi ſeruus eſt neceſſarius hæres, & ei detur libertas ſub conditione ſi dederit decem alteri legatum efficitur inutile: quia non poteſt ſeruo ita cito dari ſicut ius, cum citius lex eum faciat liberum. Subdit tamen poſſe reſpondere quòd poſtliminium habet locum in his quæ cito recuperantur, ſine negligentia, ut per Areti. in dicta l. cum hæredes. ſup. titu. primo. ſed pro alia opinione facit: quia reuerſus citius habet animum ad acquirendum rem ſuam, quàm ad acquirendum alia bona, & libertatem, uel ſaltem eodem tempore. Poſſet tamen diſtingui. Aut res erat ſua, & tunc fingatur retro poſſediſſe: quia nemini facit præiudicium. Aut uerò erat aliena, & uſucapiebat, & non fingatur retro poſſediſſe in iniuriam alterius, cuius dominium uſus non abſtulit, dicta l. nec utilem. uel poterit fingi poſſediſſe in poſſeſſis per alium ubi ille uſus fuit continuatus: nam ſemper obſtat: quia hæc poſſeſſio nõ fuit ſuſpenſa, & maximè ſi non eſt præciſè in confinibus Imperii ut prius ponat pedem in limine Imperii quàm in re ſua, etiam quòd illa die rem ſuam ingrediatur.

Sed quia tex. iſte dicit quòd hæc poſſeſſio nec uſucapio non conſeruatur per legem Cornelian oportet inueſtigare rationem quare nec etiam poſſeſſio iſta continuatur in lege Cornelia, idcirco Bar. hîc in uerſi. expedili de ea. incipit loqui, & dicit quòd in ea debent fieri quatuor oppoſitiones ſecundum prædicta, quæ uerba ſunt dubia, & doctor. intelligunt quòd uoluerit loqui de oppoſitionibus quas ſubſequenter poſuit: tamen uerè hæc non fuit eius intentio: quia inf. non poſuit quatuor oppoſitiões: ſed unam tantum, & poſteà ingreditur uerſi. quòd ſi ſeruus. fuit ergo eius intentio quòd prædictæ quatuor oppoſitiones formatæ contra poſtliminium fieri debeant etiam contra operationem legis Corneliæ, & reſpondeatur eodem modo.

144 Quare dicas ex intentione Bar. hoc modo. † Nam in hoc tex. deciditur quòd poſſidens per ſemetipſum captus non poteſt uſucapere ſiue reuertatur ex poſtliminio ſiue ibi moriatur ex lege Cornelia. Contra imò uidetur quòd hæres uſucapiat ſi captus moriatur apud hoſtes: quia hæres omnia habet perinde acſi mortuus fuiſſet in ciuitate præambula hora captiuitatis, l. bona. ubi tex. in terminis infra de capt. ſed ſi ibi mortuus fuiſſet hæreditas cõpleuiſſet uſucapionem, l. captam. infra eodem. & hæredi coniungeretur. §. diutina. inſti. de uſucapionib. Soluit tacitè Bar. quòd ille tex. cum ſuis ſimilib. loquitur de iuribus tantum, non autem de poſ

ſeſſione: quia illa facti eſt, & res facti non continetur in lege Cornelia: arg. dictæ l. denique. & l. In bello, §. factæ.

Sed tunc ſuccedit ſecunda oppoſitio, quòd imò in l. Cornelia contineatur res facti cum fingat mortuum apud hoſtes fuiſſe mortuum hora captiuitatis, di. l. in omnibus. ſoluebat And. Zaſi. negando quòd fingat in facto: ſed in iure libertatis reſultaute ex facto. ut in ſecunda oppoſitione Bar. quod tamen repræheodit Barto. ibi: quia leges claré dirigunt uerba ad factum quòd ſit mortuus hora captiuitatis. Ideò Bart. tacité ſoluit ex ratione quòd uſucapio eſt iniqua, & ceſſat æquitas propter quam inducta fuit lex Cornelia: arg. dictæ l, denique, & l. iure naturę. ff. de reg. iur. & l. nam natura. de condi. indebiti.

Sed tamen: quia hæc ſolutio concludit ſolũ de poſſeſſione tendente ad uſucapiendum, non de poſſeſſione rei ſuæ in qua eſt æquitas ut detur domino. ideò tertiò opponit quòd imò ſit magna æquitas ut recuperetur: argum. l. ſi me & Titium. ff. ſi cer. pet. & l. bona fides. ſupra depoſi. ſoluit ipſe etiam tacitè quòd lex Corn. induxit fictionem tranſlatiuam quæ requirit duo extrema habilia ſicut poſtliminium ut ſup. dictum fuit, & cum poſſeſſio non contineatur in diſpoſitione legis Corneliæ, ceſſat extremum à quo, quod debet eſſe habile actualiter, ut ſupr. dictum fuit in poſtliminio, & poſſeſſio per hæredem non acquiritur ipſo iure dicta l. cum hæredes. ff. de acquir. hæredi. ideò ceſſat extremũ à quo, & ſubiectum quòd poſſit per fictionem retrotrahi.

Sed adhuc opponitur, & quartò: quia per prædicta non declaratur quare per hæredem ex lege Cornelia non acquiratur poſſeſſio ut poſſit poſteà retro fingi ſicut in aliis ſimilib. Soluit Bar. etiam tacitè quòd lex Cornelia habet duo capita, unum recuperatiuum cum præcedẽti operatione de ſuſpenſione, & aliud tranſlatiuum, ut fingatur retro circa perſonam defuncti, & quòd hæres retro habuerit illa iura, dicta l. bona ubi dicitur quòd bona pertinent ad illos ad quos pertinerent ſi captus mortuus fuiſſet in ciuitate, & in uerſi. porro, dicitur quòd ſi pendente captiuitate aliquid fuit quæſitum per ſtipulationem ſeruorum illę ſunt in pendẽti, & ſi reuertatur ei acquiruntur, & ſi moriatur apud hoſtes acquiruntur hæredi eius, & ſic eſt ſuſpenſio, & recuperatio, & idem clarius dicitur in uerſic. quod ſi ſeruus, & uerſicu. quæ peculiari.

Secundum caput de tranſlatione probatur ibidem, & in dicta l. in omnib. primum caput diſponit ſecundum ueritatem: quia utitur uerbis denotantibus ueritatem, & non fictionem, ut dixit de poſtliminio: & quia uult hæredem uerè habere bona non fictè, & cum loquatur ſecundum ueritatem, non poteſt contineré poſſeſſionem quæ facti eſt: quoniam in his quæ ſunt facti lex non poteſt uerè diſponere ea infirmando, dicto §. ſi uir uxori. & dicto. §. factæ. ergo non ſuſpenditur: nec etiam recuperatur, & per conſequens non poteſt poſteà trahi retro ut hęres uideatur uſucepiſe & poſſediſſe, quod probatur quaſi in terminis per exemplum de hæreditate quæ non conſeruat poſſeſſionem defuncti: neque per aditionem acquirit hæredi, dicta l. cum hæredes. ſup. tit. j. nec retro fingitur poſſediſſe, & uſucepiſſe ut ſupra dictũ fuit, etiam quòd poſteà hæres apprehenderit hęreditatem, quàmuis ex noua diſpoſitione legis fiat coniunctio temporum ut dictum fuit.

145 Sed adhuc † ultra eius intentionem aduerte: quia uidetur quòd dictæ ſolutiones datę ad exẽplum poſtliminii non poſſint procedere: quoniam termini legis Corneliæ, & poſtliminii uidentur ualdè diuerſi. Nam poſtliminium inducit recuperationem poſt finem captiuitatis, & ab eo fine incipiendo: ſed lex Cornelia inducit operationem ſuam à principio captiuitatis ſeu ante, & facit operationes ſuas ante captiuitatem ut habeat hæredem, & mortuus ſit, perinde ac ſi nunquàm fuiſſet captus. l. lege Cornelia. ſupra de teſtam. Item in poſtliminio primò eſt amiſſio, poſteà recuperatio, & poſteà tranſlatio. Sed in lege Cornelia non eſt aliqua amiſſio: neque aliqua recuperatio: ſed ſolum caput tranſlatiuum ut fingatur mortuus in illa hora captiuitatis tempore quo erat liber, taliter quòd poſſeſſionem ſuam non amiſit per captiuitatem, nec eſt opus recuperare: ſed ſolum eam amiſit per mortem, & ſecundum ius commune licèt extinguatur, unde hæreditas complere debet uſucapionem. l. cæptam. infra eo. & poſteà hæres quando apprehendit poſſeſſionem complet uſucapionem, & retro fingitur poſſediſſe, l. iuſto. §. uacuum. infra eodem. & l. Pomponius. §. non autem. ſupra tit. primo. ideò uidetur dicendum uſucapionem ſemper compleri per legem Corneliam. Sed defendendo communem dicendum eſt quòd imò in lege Cornelia eſt caput ſuſpenſiuum, & recuperatiuum ante tranſlationem, uel ſaltem caput ſuſpenſiuum: nam lex Cornelia ut ſupra dictum fuit, non incipit ſtatim fingere quando captus fuit: ſed expectat eum eſſe captum, atque poſteà expectat donec mortuus ſit antequàm fingat eum retro mortuum, ut hæc fictio tranſlatiua habeat extremum habile, ut mors uera retrotrahi poſſit. Ideò in hoc medio tempore per captiuitatem amiſit omnia bona ſua: quia uerè erat uiuus, & ideò etiam poſſeſſionem amiſit: quia nihil quòd ſuum ſit habere poteſt, l. qui in ſeruitute. ff. de regul. iur. ut nec etiam obolus ſuus ſit, ut per glo. in l. abſentem. §. fi. inf. de uerbo. ſignificat. & bona omnia ſunt uacantia. Ideò ne occupentur à quocunque neceſſarium fuit quòd lex Cornelia ad ſimilitudinem poſtliminii ſuſpenderet omnia iura à die captiuitatis, ſub tacita conditione ſi moriatur ibidem

in ca-

in captiuitate : ſicut poſtliminium ſuſpendit ſub tacita conditione ſi reuertatur, & cum ſuſpendat inducitur caput ſuſpenſiuum quod præcedit ſecundum ueritatem, caput tranſlatiuum ut in poſtliminio, & ideò quando moritur fingit eum eſſe mortuum ante captiuitatem, & tranſmiſiſſe ad hæredes omnia illa iura quæ remanſerunt ſuſpenſa. Primò faciendo hæreditatem quę dicta omnia bona conſeruet ex ſua operatione cum uerè ſecundum ius commune illa non erant defuncti : nec poterant tranſire in hæreditatem ex ordinaria regula iuris. Ideò fuit opus quòd crearetur hæreditas, & dicta iura in dictam hæreditatem creatam transfunderentur. & poſteà fieret alia operatio neceſſaria quæ fingeret hæreditatem eſſe iacentem tempore quo uiuebat defunctus apud hoſtes qui eſſet uiuus, & mortuus, & poſteà per aditionem iura cum hæreditate acquirerentur hęredi. Idcirco omnia quæ interueniunt, & fiunt durante captiuitate uidentur facta tanquàm poſt mortem, quæ tanquàm hæreditas iaceret, & continerentur in hæreditate ut per eam acquirerentur hæredi futuro, dicta lege bona. §. porro. & §. quod ſi ſeruus. & ſequenti. infra de cap. & infra ſæpius dicetur.

Quinta quoque ſucceſſit operatio eiuſdem legis Corneliæ, quæ fecit quòd hæres adeundo hæreditatem acquirat omnia quæ habebat defunctus tempore captiuitatis, & quæ poſteà acquiſita fuerunt poſt captiuitatem, eo uiuente, & poſteà mortuo, quæ non potuiſſent acquiri ex ordinario iure communi.

Sexta etiam ſubſecuta fuit operatio eiuſdem legis, quæ fingit retro hæredem fuiſſe dominũ illorum iurium uſque ad mortem fictam, id eſt, ad tempus captiuitatis, & ſic habes ſex operationes l. Corneliæ. Tres quæ operantur ſecundum ueritatem : quia loquebatur per uerba denotantia ueritatem, ut quòd iura ſuſpendantur, & quòd per mortem captiuitatis transfundantur in hæreditatem creatam, & quòd per aditionem tranſeant in hæredem u ſe ei acquirantur, & tres ſunt operationes per fictionem, & primò illa principalis quòd mortuus apud hoſtes fingatur mortuus tempore captiuitatis. Secundò quòd per mortem captiui fingatur hæreditas retro iacuiſſe uſque ad diem captiuitatis, uel quòd inceperit à die captiuitatis, & trahatur uſque ad diem mortis. Tertia quòd hæres poſt aditionem fingatur retro habuiſſe omnia iura defuncti exiſtentia tempore captiuitatis uel poſteà quandocunque quæſita.

146 Ex quibus apparet † reuertendo ad propoſitum quòd ſimilitudo inter poſtliminium, & legem Corneliam procedit. Nam ſtatim facta captiuitate lex Cornelia ſuſpendit omnia iura, poſseſſionem autem quæ facti eſt non potuit ſuſpendere: arg. dictæ l. denique. ideò uerè extincta fuit. unde cum poſteà per mortem ſequatur fictio legis Corneliæ quòd trahat mortem retrò ad tempus captiuitatis non poteſt fingi tempore mortis habuiſse poſseſſionem quæ iã uerè erat extincta : neque etiam poteſt poſteà transferri in hęreditatem cum nulla eſset, & ſolum quæ habebat defunctus transferuntur: neque potuit contineri in fictione quòd hæreditas iaceret : quia hæreditas iacens potuit tantum continere iura quæ acquirebantur, & ſucceſſiuè ſtabant in pendenti, dicta l. bona. §. porro. & §. quod ſi ſeruus. Minus etiam potuit transferri in hæredem per aditionem, cum hæreditas non habeat eam : argu. dictæ l. j. §. Scæuola. ſi quis teſta. lib. eſse iuſs. fuer. nec poteſt fingi retro poſsediſse hæredem : quia deficit extremum à quo, id eſt, ſubiectum fictionis cum illa poſseſſio quæ non eſt in rerum natura non poteſt retro transferri. & ſic patet quòd eadẽ ratio qua poſseſſio non continetur in poſtliminio, & non prodeſt reuerſo ad uſucapionem. facit quòd non contineatur in lege Cornelia, & non prodeſt hæredi ad uſucapionem, & ſolum eſt differentia: quia in lege Cornelia non eſt illud caput recuperatiuum, tamen loco eius eſt caput tranſlatiuum in hæreditatem, & hæredem : quia iura ſuſpenſa transfundit in hæreditatem, quæ poſteà per aditionem acquiruntur hæredi. Item in poſtliminio eſt una fictio tranſlatiua quæ habet duas partes in perſona, & iuribus : ſed in lege Cornelia ſunt tres fictiones ſeparatæ, una de perſona defuncti ut retro uideatur mortuus, alia de hæreditate ne tempore captiuitatis fingatur ſemper iacere. Tertia quòd hęres retro fingatur habuiſſe bona defuncti, ratio quòd non habeat fictio extremum habile in poſseſſione accommodatur in omnibus dictis fictionibus.

Ex quibus habes bene reſolutam quæſtionẽ quare poſseſſio non contineatur in lege Cornelia ut neque hæredi proſit ad uſucapionem, quæ tamen omnia ceſsant quando ſumus in hærede ſuo, & quando ſumus in peculiaribus : quia tũc adeſt habilitas quæ poſseſſio ſuſpendatur tranſferatur in hæreditatem, & contineatur in hæreditate iacente, per aditionem tranſeat in hæredem ut infra declarabimus.

147 Nunquid autem † ſi hæres poſt mortem captiui acquiſiuerit poſseſſionem, fingatur retro poſsediſse, taliter quòd continuetur tempus mortis defuncti cum poſseſſione præſenti, ut uſucapio poſſit procedere ex illa ſecunda operatione quam fecit lex de hærede morientis in ciuitate, dicto. §. diutina. inſti. de uſucapio. iura & rationes urgent hinc inde. Nam tex. in l. iuſto. §. uacuum. infra eodem. cum ſimilib. uidetur dicere quòd ſic. ſed tamen facit poſteà ratio quia quòd non eſt poſseſſum, non uidetur poſſe dici uſucaptum, & dicta continuatio temporum procedit in uera hæreditate iacente & non apparet quòd habeat locum in hac ficta hæreditate iacente ſicut nec alia iura communia, cogita, & infra dicetur.

Omnes prædictas declarationes Bartol. hic
omiſit quàmuis tacitè ſenſerit, & docto. etiam
ſico pede pertranſiuerunt, neceſſariæ tamen
ſunt pro plena intelligentia, & ad tollendas cō
148 fuſiones. † Solum autem Bar. inſtat ſuper pri-
ma fictione an habeat extremum habile, & di-
cit uideri quòd non: quia mors defuncti trahi
tur ad tempus quo uiuebat liber: ergo deficit
extremum habile. Soluebat Andr. Zaſi. quòd
imò eſt habilitas extremi: quia tempore cap-
tiuitatis moritur ciuiliter, l. ſeruitutem. ff. de
reg. iur. quæ ſolutio falſa uidetur: quia uidetur
inducere inanem legem Corneliam cum ſi fin-
gatur mortuus quando eſt ſeruus moritur ſer-
uus, & teſtamentum non poteſt ualere, l. obſi-
des. ff. de teſtam. Vnde Bar. eam ſaluat conſide-
rando quòd mors naturalis habet tractum ſuc
ceſſiuum, cum infirmus uiuens durante infir-
mitate qua debet mori, ſemper paulatim di-
citur mori, le. qui duo. §. primo, cum glo. ff. de
manumi. teſtam. Ità mors per captiuitatem ha-
bet tractum ſucceſſiuum: quia quando capitur
incipit mori ciuiliter, & finitur mors quando eſt
deductus intra præſidia, l. poſtliminii. ſecundo
reſponſo. infra de captiuis. ideò dixit quòd fin
gitur mortuus quando captus eſt miſcendo uer
bum præſens cum præterito, ità quòd nondum
erat deductus intra præſidia, ità ꝙ uerè erat
liber: ſed tamen incipiebat eſſe ſeruus, & per
conſequens eſt extremum habile: quia licèt nō
eſſet mortuus, inceperat tamen mori. ſecundū
quam declarationem omnia iura quæ dicunt ꝙ
uidetur mortuus ante captiuitatem, intelligi
debent ante captiuitatem finitam, ipſa tamen
erat incepta ſicut dicitur in principio legis no-
ſtræ de uſucapione, exponendo ante uſucapiō
nem, id eſt, finitam ea tamen incepta, quæ ex
poſitio ſatis eſt bona. ſed non neceſſaria. Item
ei repugnat text. in l. lege Cornelia. de teſtam.
quæ dicit quòd fingitur mortuus perinde ac ſi
nunquàm captus fuiſſet, ità quòd uidetur præ-
ſupponere quòd nec etiam principium habue-
rit captiuitas.

Vnde poſteà Bar. ſubdit ſecundam reſpon-
ſionem meliorem dicens, quod ſufficit extre-
mum iſtud eſſe habile potentialiter, & hic po-
terat ille captiuus tempore captiuitatis natura
liter mori, quod ſufficit. Vnde poſteà ponit theo
ricam generalem in omni fictione translatiua
requirit extremum à quo, uerum eſſentialiter,
& non ſufficit potentia in reuerſo in quo non
ſufficit quòd poſſit acquirere poſſeſſionem, ſed
bene ſufficit in extremo ad quòd habilitas po-
tentialis. quod probat exemplum de lege Cor
nelia. & l. qui potior, & l. balneum. & etiam per
exemplum de iuriſdictione prorogata: quia ſi
uis prorogare iuriſdictionem iudicis ad cauſas
criminales oportet quòd iudex uerè habeat iu-
riſdictionem criminalem, quæ poſſit trahi. & ſi
eam non habet non poteſt: quia illud quòd non
eſt prorogari non poteſt, & poſteà probat per
exemplum de cordula, quod tamen non con-
cludit ſecundum Iaſ. quia continet ueritatem,
& nos tractamus de fictione. Sed tamen uerè
multum urget: quia lex imitatur naturam,
& non faciliter facit ea quæ naturaliter fieri nō
poſſunt. §. minorem. inſti. de adoptio. & eſt
alium exemplum naturale: quia ſi quis cum ma
nu uult trahere rem de uno loco ad alium opor
tet quòd eam retineat, & ſi nihil habet in ma-
nu, nihil portabit. unde & theologi res archa
nas diuinitatis cum exemplis materialibus de-
clarant, & in effectu ponit aliquas concluſiones.

Prima eſt, ꝙ fictio l. Corneliæ quæ uult mor-
tuū apud hoſtes fingi mortuū præambula hora
captiuitatis, legaliter procedit: quia habet ex-
tremū à quo actualiter cum uerè ſit mortuus: &
habet extremū ad ꝙ potentialiter: quia natura
liter captiuus poterat tunc mori quādo captus
fuit, & eſt de intentione glo. in l. Gall. §. ſi eius. ff.
de lib. & poſthum. dum dixit non habet locum
fictio: quia eſt impoſſibile: ergo ſi non eſſet im
poſſibile procederet, & communiter ſequuntur
docto. dicunt tamen quòd hæc eſt fictio nega-
tiua, uel melius priuatiua, ex eo: quia ille qui
non eſt uiuus fingitur non uiuus, & cum non eſ
ſe uiuum eſt extremum habile ut retro ſemper
fuerit mortuus: tamen uerè eſt affirmatiua, ex
eo: quia lex non fingit negatiuè, cum non uiue
re: ſed fingit affirmatiuam incluſam cum eſſe
mortuum. ſicut in ſimili dicunt docto. in cap.
quoniam contra. de probationib. in caſibus in
quibus negatiua habet incluſam affirmatiuam,
& uerba legum magis uidentur conuenire huic
parti quòd fingatur ipſa mors, & hoc affirmati
uum eſſe mortuum retro eueniſſe, & pauce di-
cunt eum fingi non uiuum per uerba negatiua.

Secūda colligitur cōcluſio, quæ eſt generalis
in tota materia, ꝙ ſufficit extremum ad quod
eſſe habile potentialiter: nam licèt bonum ſit
ſi reperiatur habile naturaliter: tamen hoc non
eſt neceſſarium, ſufficit enim quòd actus tunc
temporis fieri poſſit, & ſequuntur communi-
ter docto. Fallit quando eſt fictio recuperatiua,
quia præſupponit priuationem ſecundum do-
cto. Vnde recuperans fingitur habuiſſe retro uſ
que ad tempus priuationis, quo tempore neceſ-
ſariò actualiter illud extremum habebit, quę
fallentia neque ipſa poteſt bene uerificari in
exemplis per eos poſitis.

149 In extremo autem à † quo requiritur actualis
interuentus rei, & non ſufficit potentia ſecun-
dum eum. tamen tu potes opponere de uigin-
ti iuribus quæ poſuit Iaſ. ſupra in hoc articulo
tam contra Bar. quàm pro Bar. in quibus pro-
batur quòd non requiritur extremum. ſed ſolu
tio eſt quòd Bar. hic capit extremum à quo pro
illa re quæ eſt retro trahenda, nam illa debet in
teruenire omninò: ſed aliæ qualitates acciden
tales neque habilitates ad faciendum actum re
quiruntur potentialiter nec in genere nec actua
liter ut ibi dixi, & per hæc dicta Bart. uidetur
decla-

declarare ſemetipſum, quæ tamen omnia pro-
cedunt de ordinaria poteſtate iuris, & in du-
bio ità præſumitur. Sed ſi conſtat de uoluntate
legis fingentis etiam ſine extremis fictio uale-
bit: tamen ne uideatur facere moſtrum in ll. &
natura uidetur inducere aliam fictionem tollen
tem impedimentum ut eſt exemplum in leg. pri
ma. C. de cap. ubi extremum ad quòd de filio
nato apud hoſtes, efficitur habile per aliam fi-
ctionem quòd retro ſemper fuerit in ciuitate,
& in matrimonio hodie ubi conſenſus trahitur
per fictionem: quia per aliam fictionem præſu
mitur durare. faciunt no. in l.j. ff. de uer. oblig.
150 Sed Bart.† omittit quomodo extrema ſint habi
lia in aliis fictionib. & dicas quòd in hærede ex
tremum à quo eſt habile actualiter: quia uerè
aditione acquirit omnia bona, & in fictione quod
hæreditas iacuerit extremum habile tempore
mortis uerè: quia tunc naturaliter iacet. unde
poteſt retro trahi ad tempus captiuitatis quo
potentialiter poterat iacere, & ſic prædictæ
omnes fictiones de iure procedunt.

Remanet igitur firmata concluſio, quòd ſi
poſsidens per ſe ipſum capiatur ab hoſtibus in
terrumpitur poſſeſsio, & uſucapio, quæ non re
ſtituitur poſtliminio, & de hac concluſione non
dubitauerunt doct. neque dubitauit Paulus au-
ctor legis. & eam poſuit pro conſtanti. & do-
cto. etiam eam poſuerunt. Sed ſolum dubita-
uerunt de rationibus quas examinauit Bart. in
quatuor primis oppoſitionibus. Item rema-
net firma concluſio quòd per legem Corneliam
in prædicto caſu non procedit uſucapio ut pro
ſit hæredi extraneo. & hanc concluſionem etiã
poſuerunt docto. pro conſtanti: quia auctor
legis de ea dubitauit. tamen per ſimilitudinem
poſtliminii idem determinauit de lege Corne
lia, ſolus Hugoli. in ſuis intellectibus uidetur
contradixiſſe, quem ego poſui ſupra in primo
notabili, & adduxi rationes pro eo: tamen hic
datur reſponſio ad omnia quæ colliguntur ex il
la connumeratione operationum legis Corne-
liæ declarando ut ſupra dixi.

Sequitur uerſi. quòd ſi ſeruus. in quo tracta
tur quomodo in poſſeſsis per corpus alienum
procedat uſucapio tam ex cauſa peculiari quàm
non peculiari, & tam per poſtliminium quàm
per legem Corneliam, & conſtituuntur duæ
quæſtiones ſeparatæ, & utraque ſubdiuiditur
in duas: quia res peculiares poſſunt poſside-
ri ex cauſa peculiari ante captiuitatem, & poſt
captiuitatem, & ſimiliter extra cauſam pecu-
liarem poſſunt res poſsideri ante captiuitatem,
& poſteà, & cum in omnibus dictis quatuor ca-
ſibus ſit quæſtio de poſtliminio. & lege Corne
lia apparet quòd ſunt octo quæſtiones ſepara-
tim diſcutiendæ.

Prima eſt igitur quæſtio de poſſeſsis ex cau-
ſa peculiari ante captiuitatem, an in eis pro-
cedat uſucapio per poſtliminium non obſtante
captiuitate, & text. iſte pro abſoluto ponit

quòd ſic: quia cum de poſt quæſitis non dubi-
tet, minus uidetur dubitaſſe de anteà quæſitis.
Sed contra hanc reſolutionem opponit Bar. de
lege denique. digeſt. ex quib. cauſ. maior. ubi
uſucapio non continetur in poſtliminio: quia
eſt iniquitas, cum per eam uſucapiens locu-
151 pletetur cum aliena iactura. † Soluit Barto. fa-
ciendo prius unum præſuppoſitum, quòd quã
do parum deficit uſucapioni iura eam conſer-
uant, & complent, & auxiliantur ut perfi-
ciatur, ut ſi deficiant pauci dies. lege rerum
mixtura. §. Labeo, infra eodem. ubi ſi res poſ
ſeſſa ponatur in ædificium quàmuis deſinat poſ
ſideri, & uſucapi, tamen perficitur uſucapio
auxiliante lege, dummodo ædificium poſsi-
deatur. Sed dicit ipſe, in poſſeſsis per ſeruum
ex cauſa peculiari parum deficit ad complen-
dam uſucapionem: quia ipſa tota conſiſtit in
animo, & corpore ſerui, & ſufficit quædam
umbra habilitatis domini cum ſine ſcientia
eius ac corpore procedat poſſeſsio, & uſuca-
pio, lege ſecunda. infra pro ſoluto. & lege ſe-
cunda. §. Celſus. infra pro emptore, lege pe-
regrè. §. quæſitum. ſupra tit. primo. ergo lex
eam complebit, & non conſiderabitur iniqui
tas quòd compleatur deficiente illo medio, ut
hic per eum Imol. dicebat quòd hæc ratio non
ualet cum nos uideamus quòd in peculiari-
bus reſtituitur uſucapio, etiam quòd defi-
ciant quinque anni, & plus ad uſucapionem:
quia iura ſimpliciter loquuntur, & ſecundum
hanc rationem non poſſunt reſtitui, & eſſet
opus diſtinguere an ſit modicum uel magnum
tempus, quod eſt uiolare iura, & totam mate-
riam peculiarem. Crotus hic ſaluabat dicens
Barto. noluiſſe dicere uſucapionem recuperari:
quia deficiat modicum tempus: ſed intendebat
dicere quòd uſucapio completur à lege quan-
do parum deficit, & ſicut quando parum defi-
cit de tempore ſuppletur ità etiam quando pa
rum deficit de aliquo alio iure debet ſuppleri.
& hæc fuit uera intentio Barto. Ideò ſi tu uis
euitare hanc rationem oportet demonſtrare
ſimilitudinem non procedere de defectu tem-
poris modici ad defectum modicum alterius iu
ris: quoniam defectus in ſubſtantia eſt poten
tior quàm defectus alicuius paruitatis tempo-
ris, & cum hæc ſunt diuerſa ex eis non debet
fieri illatio, l. Papinianus exuli. ff. de mino-
ribus dicendo quid commune habet defectus tẽ
poris cum defectu alterius iuris. l. fi. ff. de calu-
mniatori. cum ſimi. Aliam rationem ponebat
Crotus: quia in rebus peculiaribus ſeruus lo-
co domini habetur, cum ſufficiat rem furtiuam
ad eius manus reuerti ut tollatur uitium, lege
ſequitur §. quod autem. iuncto. §. Labeo, ſu
pra eodem. Ideò per captiuitatem non dici-
tur interrupta poſſeſsio propriè, cum poſſeſ-
ſio domini dicatur durare remanentib. ſeruis
in poſſeſsione. Hanc etiam repræhendit hic Alc.
num. 8. quia dominium nihil habet commune

cum poſſeſſione. Item falſum eſt quòd ſeruus ſit loco domini, quàmuis purgetur uitium furti & reuertitur in eius poteſtatem, cum dicatur per eius perſonam reuerſum in manus ueri domini. quinimò cum hæc uſucapio cedat in utilitatem domini, debet potius perſona domini conſiderari quàm ipſius ſerui, cui dominium nullo modo quæri poteſt.

152 Vnde tu †potes dare duas alias rationes, una eſt negando q uſucapio ſit iniuſta: nam licèt aliquo reſpectu uideatur iniqua, tamen ex multis rationib. efficitur æqua. ut per Abb. in rubr. de præſcriptio. num. ij. in tantum quòd eccle. eam admittit, & in foro conſcientiæ recipitur, ut habetur in cap. uigilanti. de præſcriptionib. & per totum illum tit.

Nec obſtat d. lex nec utilem. quia non dicit ſimpliciter uſucapionem iniquam: ſed dicit tantummodo eſſe iniquum dominium auferri ei quem uſus non abſtulit: ergo ſi uſus abſtulit nō eſt iniquum: ſed in iſtis peculiarib. uſus abſtulit remanentibus ſeruis in poſſeſſione: ergo iuſta eſt, & ceſſat oppoſitio.

Secundò potes reſponderi quòd fictio non ſit ſuper poſſeſſione: nec uſucapione: ſed fit de peculio continente uſucapionem quod ſuſpenditur, recuperatur, & retro fingitur, & poſſeſſio, & uſucapio transfertur ex ui contenti.

153 Secūdo etiam ex dictis Bar. colligitur †quòd ubicunq; deficit modicum tempus ad uſucapionem quòd illa perfici poteſt ſine poſſeſſione, & datur limitatio ad legem ſine poſſeſſione. infr. eo. quæ concluſio non habet difficultatem in terminis dictæ l. rerum mixtura. §. Labeo. quia ibi uſucapiens poſuit in ædifitio quòd poſſidebat, unde res ipſa non deſiit in totum poſſideri licèt incipiat eſſe tanquàm res immobilis, & naturaliter poſſidetur: ſed eam ampliat Bar. procedere etiam quòd nullo modo poſſideatur, ut ſi uſucapiens fuit ſpoliatus quando deficiebat modicum tempus ut per glo. in leg. j. §. ſi quis ui deiectus. in uerbo habiturus. inf. de ui, & ui arma. & quàmuis glo. in l. ſi fundum. in §. qui bona. in fi. uideatur contradicere dum dicit quòd reſtituitur intereſſe uſucapionis. Bar. concordat ut illa procedant quando deficiebat longum tempus. Idem etiā ſentit procedere quando aliquis fuiſſet captus ab hoſtibus deficientib. paucis dieb. ut nihilominus procedat uſucapio.

Sed tamen contra has limitationes uidetur eſſe tex. in l in uſucapionib. inf. eo. & l. pen. infr. de diuerſ. & temporalib. præſcriptioni. ubi dicitur quòd in uſucapionib. tempus conſideratur de momento ad momentum, & eſt ſpeciale in uſucapione triennali quòd perficiatur ex ultimo die incepto, & non completo: ergo ſi deficiat unus dies integer uſucapio non completur & interrumpitur, & ſi aliquis citatus fuiſſet deficiente uno die, adhuc præſcriptio interrumperetur, & non poſſet compleri, & ideò Ioannes de Imola reprehendebat has ampliationes.

Nec obſtat dicta lex rerum mixtura. quia ibi non deficiebat poſſeſſio in totum cum poſſideret ædificium, & tex. cum miniſterio addit ſi poſſideat ædificium. & hanc opinionem confirmat hic Beſut. quia nulla lege cauetur: & quia tantum damnum afferunt nouem dies quantum nouem anni, cum perficiatur uſucapio: & dominij acquiſitio ex ultima die, lege tertia. ubi nota. ſupra eodem. & lege ſi poſt acceptam. digeſt. de rei uendicatione. Communiter tamen docto. uidentur tenere ampliationem ut per Iaſon. numer. 18. ſuper glo. prima. & Barto. & alios in l. naturaliter. infra eod. pro qua Iaſon ibi adducit text. in lege ſi fundum. in fine. ſupra de fund. dotali. ubi nulla neligentia imputatur marito ſi non interumpit præſcriptionem: quando paucisſimi dies deficiebant, per quem text. Bald. in capit. fina. de præſcriptio. col. fina. dixit quòd modicum tempus nō debet uitiare longi temporis tractum. Item datur reſtitutio pro medico tempore ut per Dynum. in dicta le. qui fundum. §. qui bona. inf. pro emptore. Nec ualet reſponſio ad dictum, §. Labeo. quia ibi poſſeſſio ædium nihil debet operari, cū propter eam dictæ columnæ, & lapides non poſſideat. lege. & uniuerſas. §. primo. ſup. tit. primo. & propterea docto. limitant dictas leges in modico tempore. Veruntamen contra iſtam limitationem urgent uerba illarum legum quæ dicunt tempus conſiderari de momento ad momentum, & ſolum diē inceptum haberi pro completo in uſucapione triennali quæ eſt fauorabilis. Item fruſtra diceretur ibi in dicto. §. Labeo. dummodo poſſideat ædificium: quoniam res ipſæ ſaltem naturaliter detinentur, dicta lege uniuerſas. cum glo. & hanc partem ego puto ueriorem: quià eſt deſtructio uera uerborum illarum legum, & propterea puto q ſpoliatus deficientibus decem diebus deſinat uſucapere, & qui captus ſit ab hoſtibus deſinat uſucapere: quia tempus debet eſſe completum, quod eſt à lege diffinitum, & ità debet formari regula. Fallit ubicunque res ipſæ ponuntur in ædificio poſſeſſo, ità quòd ſaltem naturaliter res ipſas detinere uideatur, dicto §. Labeo. Fallit quando captus ab hoſtibus haberet ſeruos remanentes in poſſeſſione propter quos naturaliter dicitur ipſas res detinere, & idem eſſet ſi alio modo eſſet priuatus ſerui tamen eſſent in poſſeſſione dicta lege prima. §. quibus. ſupra titulo primo. & lege prima. §. non autem. infra de ui & ui armata.

Non obſtat dicta lex qui fundum: quia illa loquitur quantum ad negligentiam mariti, ut non debeat teneri ad intereſſe uxoris. ſi deficiente modico tempore non interrumpit uſucapionem. Imò poteſt retorqueri: quia deficiente modico tempore poteſt interrumpi.

Secun-

154 Secundò opponit Bar. † quòd imò in peculiaribus non recuperatur poſſeſſio : nec retro fingatur : quia poſtliminium procedit ſecundum ueritatem. & non compræhendit poſſeſſionem quæ facti eſt, dicta l. denique, ergo non poteſt retro fingi deficiente extremo à quo, ut ſupra dictum fuit. Soluit ipſe negando aſſumptum quòd hæc poſſeſſio non recuperetur: quia imò in peculiaribus poſſeſſio recuperatur ut dicatur reuerſus eam rem poſſidere, & uſucapere : ergo adeſt extremum à quo ut retro uideatur uſucepiſſe.

Contraria autem procedunt in rebus poſſeſſis per ſe uel per alios ex cauſa non peculiari, & rationem diuerſitatis aſſignat. quia in peculiaribus poſſeſſio habet plurimum iuris, & parum facti, unde poteſt contineri poſtliminio, & ſuſpendi, & recuperari, & inde retro trahi poſſeſſio autem per ſemetipſum habet plurimum facti, & parum iuris. ideò interumpitur per captiuitatem, & non poteſt ſuſpendi, neque recuperari. Et idem eſt in poſſeſſione quæ retinetur per ſeruos uel procuratores, quæ habet multum facti, & multum iuris ; & propter factum interumpitur per captiuitatem, & non ſuſpenditur per poſtliminium : neque recuperatur, dicta l.denique. unde deficit extremum à quo, ut in iſtis duabus poſſeſſionibus non poſſit uſucapio retrotrahi: ſed nos loquimur in peculiaribus in quibus poſſeſſio recuperatur ideò retrotrahitur. & ſic ceſſat contrarium.

Hanc tamen ſolutionem Bart. cum multiloquio ponit referendo theoricam gloſſarum in l. prima, C. de acquirenda poſſeſſione, & lege poſſeſſio. ſupra titulo primo. dictæ legis denique quod triplex eſt poſſeſſio, quædam quę habet multum facti, & multum iuris, quædam habet plurimum facti, & parum iuris, & quædam plurimum iuris, & parum facti, & eas declarat ut per eum, & nos retulimus ſimul cum Iaſ. in euidentialibus, & docto. hic, & ibi ſequuntur.

Sed tu conſidera primò quòd hæc diſtinctio ſecundum opinionem eorundem doctorũ non poteſt procedere : nam ipſi tenent quòd poſſeſſio ſit iuris in ſubſtantia, & quòd poſſeſſio quæ retinetur per corpus ſuum producit omnes effectus ciuiles, & quòd retineatur animo propter ius ciuile, & quòd habuerit formam à iure ciuili : ergo apparet quòd ſemper habet plurimum iuris, & parum facti, dicitur interuenire propter apprehenſionem : ſicut, & in dominio propter traditionem non alteratur eius natura, propterea eſt neceſſarium ſi uis hanc diſtinctionem tenere, quòd fatearis, & præſupponas poſſeſſionem in ſubſtantia facti eſſe pro ut ego aliàs ſæpius firmaui, & tunc poterunt interuenire iſtæ qualitates quòd habeat aliquando plus facti, quàm iuris, & è contrariò, & in effectu reſolutio eſt quòd poſſeſſio in rebus peculiaribus habet multum iuris, & parum facti : nam factum ſolum requiritur in corpore, & animo ſerui, & nullum factum ipſius domini eſt neceſſarium, & ideò ipſe dominus ignorans dicitur poſſidere, & uſucapere ex abundantia iuris attributi huic poſſeſſioni propter quàm reputatur quodammodo iuris, & ſicut cætera iura recuperantur ſine facto hominis ità, & hæc poſſeſſio. unde non dicitur deficere extremum à quo, imò uerè interuenire. ſed quia poſſet opponi quòd imò ſeruus nec filius poſſideut, dicta le. cum hæredes. §. primo. ſupra titulo primo. & lege ſtipulatio iſta. §. ei qui ff de uerborum obligationib. iuſtificat quòd ad eam deficit ſolum certum ius fundatum in perſona captiui, quod ius amittitur per captiuitatem, & ſuſpenditur per poſtliminium, & poſteà recuperatur ſicut cætera iura, & recuperatum retro trahitur ut uideatur dominus poſſediſſe, & uſucepiſſe.

155 Alcia. tamen hic † contra hanc rationem adducit ꝙ nullum ius in poſſeſſione poteſt recuperari ipſo iure : quia non poteſt dominus per ſeruum poſſidere niſi prius apprehendat poſſeſſionem ipſius ſerui, lege homo liber. §. finali. ſupra titulo ſecundo. doctores, in lege prima. §. hæ quæ, ſupra tit. primo. nec quicquam refert inquit ipſe quòd modicum facti hæc poſſeſſio habeat reſpectu domini, cum plurimum facti reſpectu ſerui requiratur, quod. uidetur eſſe domini : argumento. §. ei uerò. inſti. de ſtipulatio. ſeruo. & hæc triplex poſſeſſio à gloſſa. & Bartol. conſiderata ſatis aliena uidetur à præſenti argumento. Præterea dicit ipſe non eſt uerum quòd non interueniat inhabilitas extremi : quia requiritur apprehenſio ipſius ſerui. Quare ipſe dicit hoc caſu eſſe meram poſſeſſionem, & integram in ipſo ſeruo peculiari, & in domino nihil poſſeſſionis eſſe : ſed dominus propter poteſtatem ſuam auctoritate iuris poſſidere uidetur, quæ dominica poteſtas iure poſtliminii recuperatur, & perficitur uſucapio in eo.

Nec obſtat quòd non ſit extremum habile : quia imò reperitur habile, cum ſeruus fingatur poſſidere ex conſequentia iuris poſtliminii, & quando fictio uenit in conſequentiam non requirit habilitatem extremi. lege prima. C. de capti. ut hic per eum. tamen ipſe non reſpondet ad illud oppoſitum per eum quòd ſit opus ut ſeruus peculiaris prius poſſi-
156 deatur. † Sed tu potes reſpondere negando re-
quiri eius poſſeſſionem cum ſufficiat dominiũ ſeu quòd reperiatur in bonis quando non poſſidetur ab alio per text. in l. j. §. per eum. ſupr. tit. primo ; & in effectu reſultat in illam Barot. quia deficit quodam ius tantũ quod recuperatur poſtliminio. Ego etiam puto in hac poſſeſſione deficere tantum ius quodam : nam ſeruus ipſe naturaliter, & ciuiliter ut dicam latè in ſequenti oppoſitione, poſſidet rem peculiarem,

cum aliàs non procederet uſucapio, & licèt ſeruus ſolus non poſſit poſſidere, ſed ſolum detinere lege quod ſeruus. ſupra tit. primo. §. hi qui. tamen coniunctus cum peculio, & propter dominium ipſius ſerui, quod eſt in bonis perfectè dicitur ciuiliter poſſidere ſuppleta perſona ſerui per peculium, & dominium: ſicut ſupplebatur per perſonam domini, & nulla operatio domini requirebatur. Et dum dicit quòd. dominus poſſidet, intelligitur poſſidere propter peculium: quia in eo poſſeſſio includitur cum ipſo ſeruo, & quàmuis dominium peculii amittatur per captiuitatem: tamen ſuſpenditur, & recuperatur per poſtliminium ut colligitur ex dicta l. iuſto. §. fin. infra eodem. & pro hoc facit quòd ipſe ſeruus eſt loco domini, dicta l. ſequitur. §. Labeo. ſupra eo. & mala fides ſua impedit uſucapionem, l. ij. §. Celſus. infra pro emptore cum diſtinctione tamen ibidem poſita in §. ſeq. & ſeruus dicitur naturalit. dominus, & declarabo in ſequenti oppoſitione ubi cadit. Ideò in tex. in dicta l. qui à ſeruo. dicitur quòd poſſeſſio intelligitur quæſita domino, & per conſequens uerè eſt in perſona ſerui. unde deficit ſolum ius poſſidendi quod conſiſtit in peculio, & per poſtliminium recuperatur.

Nec prædicta obſtant concluſioni, quam ſupra firmaui in l. prima. ſup. tit. primo. quòd poſſeſſio ſit facti in ſubſtantia: quia hoc non tollit quin ſit facti in ipſo ſeruo, & habet adhærentias iuris, quæ faciunt cauſari uſucapionem, & recuperari.

157 Quare remanet firma concluſio† quòd poſſeſſa per captiuum ex cauſa peculiari ſuſpenduntur, & recuperantur per poſtliminium, & procedit uſucapio in reuerſo. dicta l. iuſto. §. fina. & in hoc tex. ſecundum omnes intellectus. Quæ concluſio ampliatur procedere etiam ſi captiuus moriatur in captiuitate, ut de poſſeſſis ante procedat uſucapio in hærede per legem Corneliam, lege bona. §. quæ peculiari. infra de captiuis, & dicta lege iuſto. §. fina. arguendo à fortiori, & per iſtum tex. qui ſemper argumentatur de poſtliminio ad legem Corneliam, ac etiam: quia ceſſant omnia obiecta quæ poſſunt fieri propter uarios intellectus ad iſtum text. nam illi præſupponunt in poſſeſſis ante captiuitatem omninò procedere uſucapionem per legem Corneliam cum reperiatur poſſidere tempore captiuitatis, & ſi tunc temporis moriretur uerè procederet uſucapio in hærede. l. nunquam. §. uacuum. infra eodem. & l. Pompon. §. non autem. ſup. tit. primo. Et ſi tu dicis in lege Cornelia ſit ſuſpenſio, & tranſlatio ſecundum ueritatem, & non comprehenditur poſſeſſio. Reſponde quòd ſecus eſt quando eſt poſſeſſio peculiaris ut dictum fuit in poſtliminio, & ſic habes ex octo quæſtionibus duas reſolutas.

158 Circa uerò† theoricam Bar. de triplici poſſeſſione habes quòd poſſeſſio quæ habetur per ſeruos, uel colonos acquiſita acquiritur domino ſine eius ſcientia per dictam l. j. C. de acquir. poſſeſſio. & l. ij. infra pro ſoluto. cum ſimilib. quam concluſionem latè examinauit Areti. & Iaſo. in l. j. §. item acquirimus. ſupra tit. primo, & ibi concludit quòd per procuratorem acquiritur poſſeſſio ignoranti domino propter generale mandatum, & uoluntatem per eum acquirendi: ſed per ſeruos, uel filios, uel colonum non acquiritur poſſeſſio ignoranti. Et tex. in dict. §. item acquirimus. loquitur de procuratore, & dicta l. ij. inf. pro ſoluto, & multi alii ſimiles & ſecundum ipſos nullus tex. dicit quòd per ſeruos uel filios acquiratur poſſeſſio ignoranti: quoniam dominus dicitur animo ſuo, & corpore eorum poſſidere, le. iij. §. ſaltus. ſupra titulo primo.

Crotus uerò hic conatur defendere communem, & adducit rationem: quia ſi procurator acquirit ignoranti domino fortius ſeruus in quo habet maius ius: ſed potes replicare, quòd non tenet conſequentia, ex eo: quia procurator habet uoluntatem domini propter mandatum quod non eſt in ſeruo.

Secundò adducit l. placet. §. j. de acquir. hæreditat. ubi acquiſita nec momento reſident in perſona ſerui: ergo poſſeſſio ſtatim. tranſit in dominum ignorantem quæ non poteſt ſtare in ſeruo. Sed replicare potes quòd loquitur quãtum ad dominium non quantum ad poſſeſſionem, quæ eſt annexa corpori ipſius ſerui: arg. §. ſed cum factum. inſti. de ſtipulatio. ſeruo.

Tertiò adducit tex. in §. item nobis. uerſi. nõ ſolum. inſti. per quas perſonas nobis acquiritur ibi, cuiuſcunque enim rei poſſeſſionem adepti ſunt uos poſſidere uidemini, & cum ſimpliciter loquatur intelligitur etiam eo ignorante. Sed replicari poteſt quòd imò debet diſtingui an ſit ignorans uel ſciens: quia tex. dicit quòd uſucapio, & præſcriptio per dictam poſſeſſionem acquiritur, & tamen requiritur omninò ſcientia dictis iurib. ergo non eſt inconueniens idem dicere in poſſeſſione.

Quartò adducit tex. in l. prima. §. per ſeruum qui in fuga. ſupra tit. primo. ubi per ſeruum fugitiuum acquiritur poſſeſſio domino ignoranti, & ignorantia præſumitur propter uſucapionem. Sed replicari poteſt quòd intelligitur ſubſecuta ſcientia: ſicut, & in uſucapione ſubintelligi debet.

Quintò adducit textum in lege ſi me in uacuam. §. finali. ſupra titulo primo. qui uidetur hoc dicere in terminis quòd domino ignoranti acquirit. Sed replicare potes quòd loquitur de peculiaribus ut innuunt alia uerba illius textus, & propterea apparet quòd hæc opinio in puncto iuris uidetur ſubſtentabilis: tamen quia textus in dicto §. per ſeruum qui in fuga, & dicta lege ſi me in uacuam. §. finali. uiolantur, tutior eſt opinio communis, & ad textus in d. lege iuſto. §. fi. reſpondet

& ipſe

& ipſe per multa uerba: tamen tu breuius potes reſpondere quòd loquitur de quæſitis poſt captiuitatem, quæ nullo modo poſſunt poſſideri per captiuum: ſed quando dominus eſt in ciuitate poſſeſſio ſubſtinetur propter dominium, & habilitatem animi ſui, per leg. peregrè. §. quibus. ſupra titulo primo, & le. primam. §. non autem alii. infra de ui, & ui armata. ſed tamen in propoſito uſucapionis de qua loquimur hæc quæſtio non eſt neceſſaria: quia ſecundum omnes requiritur ſcientia domini, ut illa poſſeſſio producat effectum uſucapionis, ut latè dicunt d. iura. unde in propoſito ſemper requiritur ſcientia, & ſequitur quòd non habet plurimum iuris ut illa peculiaris in qua non requiritur ſcientia, & rectè dicitur habere multum facti, & multum iuris.

159 Circa † ſecundam uerò poſſeſſionem quando res poſſidetur per corpus, & animum domini dubium eſt, an habeat multum iuris, ex eo: quia lege ciuili diſponente retinetur ſolo animo. unde dubitatur an animus ſit iuris, uel facti, & gloſſæ prædictæ uidentur tenere quòd ſit iuris, & per conſequens poſſeſſio. habeat multum iuris, Sed Andræas tenebat quòd eſſet facti, per legem conſilin. dige. de cura. furioſi. ſed pro prima opinione Bartol. allegat legem pro hærede. dig. de acquirend. hæredita. ibi, facti eſt, & animi, & cum dictio, &, ponatur inter diuerſa, animus dicitur quid diuerſum à facto: ergo iuris eſt, &. ad text. etiam in lege iuſto. §. & ſi poſſeſſionis. infra eodem. tamen ipſe tenet opinionem aliam: quòd imò ſit facti, per textum in lege bonæ fidei. ſupra de adquirendo rerum dominio. qui textus etiam poſſet euitari faciliter.

160 Sed tamen dependet hæc quæſtio à uera cognitione terminorum iuris, & facti, in qua ſunt quinque opiniones quas retuli in lege prima. ſupra titulo primo. & ſi teneremus primam quòd omnia incorporalia iuris ſint, iuxta. §. primum. inſtit. de reb. corporalibus, & incorporalibus neceſſariò animus qui non uidetur ioris eſſet, Sed tamen quia aliunde ſumitur hæc ſignificatio ut ibidem dixi, & ſolum ea ſunt iuris, quæ creantur à lege, & ſunt facti quæ creantur ab homine uel natura, & plenè declaraui in tractat. meo de differentia iuris, & facti neceſſariò dicemus quòd animus ſit facti, & omnes eius operationes facti dicuntur, ut plenè demonſtraui in dicta lege prima. unde opinio Bartol. hic, & communis remanet cum ſuo fundamento. quòd dicatur hæc poſſeſſio habere multum facti, & parum iuris, & ſolum poteſt opponi quod ſupra dixi, & ſolue ut ibi.

161 Circa tertiam † poſſeſſionem ſatis dictum fuit in præcedentibus, demonſtrando quòd habet multum iuris: quia non requiritur ſcientia domini: nec etiam in uſucapione, & totum factum conſiſtit in ſeruo, quod tamen perſeuerare debet uſque in fin. aliàs non procederet uſucapio per dictum. §. ſactæ. ibi, remanentib. ſeruis in poſſeſſiune.

162 Alia colligitur concluſio † quæ eſt principalis in hac ſecuuda parte legis, quòd ſi captiuitate durante ſerui peculiates acquiſiuerunt poſſeſſionem, ſi poſteà reuertatur dominus uſucapit ex iure poſtliminii, & etiam ex lege Cornelia ſecundum omnes intellectus, cui tamen concluſioni obſtat: quia uidetur deficere extremum ad quòd ut reuerſus fingatur retro poſſidere uſque ad tempus acquiſitionis factæ per ſeruum quo tempore dominus nullo modo poſſidebat neque potentialiter poterat poſſidere cum eſſet ſeruus hoſtium, & ſic deficit extremum ad quòd habile actualiter, & in potentia, ac etiã dicitur deficere extremum à quo, ex eo: quia ſi poſſeſſio non potuit acquiri neque etiam potuit recuperari. Ad iſtud contrarium dicit Bar. poſſe reſponderi ſecundum uarias opiniones poſitas per glo. in l. iuſto. §. fi. in uerbo inchoari. inf. eod. quæ ponit duas opiniones, unam quòd ſeruus neque dominus incipit poſſidere neque uſucapere: ſed ſolum fingitur poſſidere, & uſucapere, & non audet dicere quòd uerè poſſideat: Alia tamen eſt opinio quòd imò ſeruus uerè poſſideat. & uſucapiat. ideò dicit Bar. ſi tenes opinionem quòd ſeruus uerè poſſideat ceſſat totum contrarium: quia adeſt extremum à quo, & extremum ad quòd habile. ſed tamen ea reprehendit Bar. quia contradicit tex. noſtro qui dicit intelligi uſucaptum: ergo fictè: quia uerbum intelligi, denotat fictionem. Et tenendo hãc opinionem reſpondet ad contrarium duob. modis. Primò quòd extremum ſatis dicitur habile propter fictionem: quia reuerſus fingitur ſemper retro fuiſſe in ciuitate, & per conſequens etiam retro poſſediſſe.

Secundò reſpondet quòd contraria procedunt quando illud quod fingitur eſt principale, ea autem quæ ueniunt in conſequentiam non requirunt tantam habilitatem extremi per textus in lege prima. C. de capti. & lege ab hoſtibus. §. non minus. digeſtis ex quibus cauſis maiores. & quando reuerſus eſt principaliter fingitur ſemper fuiſſe in ciuitate, quòd autem poſſederit bona, & uſuceperit uenit in conſequentiam, ut hic per eum. Sed iſtæ ſuæ reſponſiones non uidentur de iure procedere quoniam ſi ex hoc ſolo quòd captiuus fingitur fuiſſe in ciuitate induceretur habilitas extremorum, ſequeretur quòd ſemper uſucapio procederet ex omni poſſeſſione tam ex cauſa peculiari, quàm non peculiari, cum ex omni poſſeſſione dominus in ciuitate potuiſſet uſucapere, quod tamen eſt falſum per principium textus noſtri cum ſuis concordantibus. Similiter ſecunda ſolutio falſa eſt quòd procedat uſucapio: quia uenit in conſequentiam. nam in effectu reincidit in primã.

quòd inducitur habilitas extremorum per illã fictionem quòd ſemper fingitur fuiſſe in ciuitate, & per conſequens ſequeretur quòd in omni poſſesſione induceretur uſucapio, cum ipſe dominus exiſtens in ciuitate poſſet ex omni poſſesſione uſucapere, quod ut dixi eſt contra iſtũ text. & contra tex. in dicta lege iuſto. §. fin. qui expreſſè facit diſſesentiam inter peculiaria, & non peculiaria, & uult quòd in peculiarib. procedat uſucapio propter illam rationem quòd non requiritur ſcientia in ciuitate, & idem dicitur in lege Labeo. ſupra eodem. & l.ij.§.Celſus. cum glo. inf. pro emptore.

163 Quare Iaſo. hic † multum latè inſiſtit ſuper opinionibus poſitis in dicta gloſ. ſi ſerui uerè posſideant, & uſucapiant, uel ſecundum fictionem, & tex. in l. pen. inf. de cap. & in §. rurſus. inſtit. de actionib. dicunt per uerba denotantia proprietatem quòd ſeruus uſucapit, & captiuus, & in l. ait prætor. §. qui planè. ff. ex quib. cauſ. maior. tex. uerò noſter utitur uerbo denotante fictionem, alia uerò iura loquuntur in perſonaliter dicentia impleri uſucapionem, uel procedere uſucapionem, l. iuſto. §. fina. & lege in bello. §. factæ, & lege bona. §. pen. infr. de capti. finaliter ipſe ſe reſoluit contra Barto. hic quòd opinio glo. ſecunda. ſit uerior, quòd ſeruus uerè posſideat, & uſucapiat, & probat per dicta iura, & per ſimilitudinem de hæreditate in qua ſerui hæreditarii dicuntur complere uſucapionem, ut hic latius per eum. Et reſoluendo difficultatem diſtinguit. Aut conſideramus ſeruos ipſos, aut captiuum reuerſum: ſi ipſos ſeruos dicemus eos uerè posſidere, & uerè uſucapere cum bonis, quæ poſſesſio ineſt, & continetur in peculio, & interueniunt omnia neceſſaria requiſita. Vnde poſteà uerè recuperatur, & interim etiam in hæreditate iacente dicitur remanere. ſed ſi conſideramus ipſum captiuum tunc ſtatim quòd ipſe reuertitur nõ poteſt dici quòd poſſederit retro, ideò neceſſarium eſt dicere quòd ipſe dominus retro fingitur poſſediſſe, & uſucepiſſe, & itá procedit text. iſte cum ſimilibus, quæ concordia, & declaratio uera eſt, & per eam ceſſat omne contrarium: nam cum ſeruus uerè posſideat, & uſucapiat ſi dominus reuertatur ipſe recuperat peculium ipſo iure, & per illud recuperat poſſesſiònem, & uſucapionem in eo contentam. unde nunc ipſe incipit uerè posſidere, & uſucapere: ſed tamen retro non poteſt dici poſſediſſe nec uſucepiſſe. ſed eſt neceſſaria fictio, quod non eſt mirum: quia etiam omnia cætera iura quæ uerè ſecundum omnes recuperat, non poteſt dici uerè retro habuiſſe, & neceſſaria eſt fictio, dicto. §. ſed ſi ab hoſtib. inſti. quib. mod. ius patriæ poteſtatis ſoluitur, & l. bona. inf. de captiuis cum ſuis ſimilib. & itá procedit iſte tex. qui dicit reuerſum fingi uſucepiſſe: ſed intelligi retro uſucaptum. Sed tamen adhuc ſtat ſcrupulus: quia non uidetur iſta poſſe procedere, cum ſi tu uis ſeruos uerè uſucapere: ergo uerè posſidet, ſed non probatur quòd ipſi uerè posſint posſidere cum contrarium dicat dicta lex quod ſeruus. ſupra titulo primo. & dictus. §. ſi qui. Iaſo. in fine uidetur fateri quòd non posſideant: ſed detineant, & ſequuntur multi quos ipſemet allegauit, ſupra in notabilibus. Sed tamen hæc opinio non eſt uera: quia uſucapio non finiretur per decennium: ſed requirerentur triginta anni, niſi poſteà dominus reuerteretur, quod eſt contra dictam legem ait prætor. §. fuit planè, & dicto. §. rurſus, & eſt contra tex. expreſſè in dicta l. pen. §. fi. quæ dicit ſeruos uerè posſidere, & uidetur in l. fi. §. fi. inf. eo. ibi non poteſt dici poſſeſſum quòd non eſt uſucaptum.

164 Quare † ego puto omninò ipſos ſeruos peculiares uerè posſidere ciuiliter, & naturaliter adiuncto peculio, eos ſupplente. Nam ſerui dicuntur domini peculii naturaliter: quia dominus eis illud dicitur donare, & acquiritur naturale dominium: arg. l. ſi donatione. cum gloſſ. C. de collatio. & l. filium quem habentem. C. famil. ercíſcund. & dominus dicitur ſeparare è ſubſtantia ſua, l. peculium eſt. ff. de peculio. & eſt patrimonium ipſius ſerui. l. depoſiti. §. peculium. eo. tit. & ſeruus de rebus peculiaribus obligatur domino licet deducantur. d. leg. peculium, & lege neque ſeruus. eodem tit. & eſt tex. magis clarus in l. peculium, & lege tertia. ff. de pecul. qui dicit donari, & eſſe ſuum, patrimonium.

165 Nec † dicatur quòd ſolum conceditur adminiſtratio: quia illa met conceditur procuratori, l. procurator cui libera. de procuratoribus & tamen non habet peculium etiam quòd eſſet filius uel ſeruus ſuus. unde habere peculium eſt quid plus quàm habere liberam adminiſtrationem, & illa debet ſeparatim concedi, l. quam; Tuberonis. §. alia. ſupra de peculio.

Nec obſtat quòd non eſt in peculio quod domino debetur: quia hoc tacitè eſt actum inter eos, l. peculium autem. in fin. & in §. nam, & eleganter. ſupra de peculio. Item ſeruus poteſt alienare, & de rebus peculii facere contractus etiam prohibente domino. l. ſi quis ſeruũ. §. etiam. ff. de peculio. unde ſi uult prohibere eſt neceſſarium quòd adimat peculium, & proptereà ſi res reuertatur ad ipſum purgatur uitia furtiuum ſicut ad dominum, l. ſequitur. §. Labeo. ſup. eo. nec inconuenit quòd posſit adimi peculium: quia hæc donatio perfecta reuocari poteſt, ut inſti. de donationib. §. j. quia donatur ſub illa conditione.

Cum igitur ſit dominus naturaliter, poteſt etiam posſidere, & uſucapere ratione dominii naturalis, & habere poſſesſionem ciuilem ad acquirendum dominium ciuile, quod prius ei quæritur, & per eum proſit ad dominum: arg. l. l. placet. ff. de acquir. hæredita. & quàmuis perſona ſua ſit inſufficiens de per ſe, dicta l. quod

ſeruus

ſeruus.ſupra tit.primo.& l.ſtipulatio iſta. §. hi qui. tamen completur propter uniuerſale ius peculii:ſicut etiam completur propter uniuerſitatem hæreditatis,& in eo continetur ius poſſidendi,& ſolum deficit unum ius propter dominium ciuile quod pertinet ad dominum:ſed totum factum poſſeſſionis tam in corpore quàm in animo conſiſtit in operatione animi, uel corporis ipſius ſerui,in tantum quòd non requiritur aliqua ſcientia domini quæ conſiſtat in operatione animi domini, ut dicunt dicta iura, & ipſum ius peculii poſt captiuitatem ſubſtinetur per poſtliminium, & recuperatur per reuerſionem,& retro fingitur fuiſſe ipſius reuerſi.

Quare concludendo omninò tenendum eſt quòd in perſona ſerui conſiſtit poſſeſſio ipſa, & uſucapio ſuppleta per ius peculii ſequendo opinionem gloſſ. in dicto. §. fina. & cum ipſi uerè poſſideanr, & uſucapiant, poteſt incipere etiã domino exiſtente in captiuitate, & perfici & recuperari per reuerſionem ut retro fingi poſſit, atque etiam ſuſpendi per legem Corneliam & transfundi in hæreditatem fictam, & in ea durante captiuitate contineri, ut poſteà per aditionem acquiratur hæredi, & in hac concluſione ſtat tota uis iſtius quæſtionis: quare in peculiaribus procedat uſucapio tam ex poſtliminio quàm lege Cornelia, ut prædicta omnia ut dixi procedunt etiam in lege Cornelia, ut hæredi proſit uſucapio de rebus quæſitis poſt captiuitatem uiuente captiuo qui poſteà mortuus eſt, dicta lege iuſto. §. final. qui loquitur de poſſeſſis poſt captiuitatem per leg. Corneliam, dicta lege in bello. §. factæ,& probatur in text.noſtro ſecundum literam affirmatiuam, quo caſu ſecundum doctor. communiter tota hæc pars loquitur de peculiaribus, dicta lege bona. §. quæ peculiari nomine. in ſui generalitate. infra de captiuis. & idem probatur in dicta lege pen. infra de capti. quæ latius inſiſtit in probando hanc concluſionem, & quãmuis in hoc text. ſecundum hunc intellectum uideatur Iulianus dubitaſſe motus forſan per rationes. ſupra adductas, dicta lege ſi.§.ſi.infra eod. tamen ſecundum auctorem legis ſequendo Marcellum determinatur quòd procedit uſucapio.

166 Nec † obſtat dicta l. fin. §. final. quia ſecundum communem intellectum loquitur de non peculiaribus, & quàmuis dicatur quòd nomine peculiari emit ſeruus: tamen exponit quòd hoc ipſe ſeruus aſſerebat: tamen nullum peculium habebat ut ibi gloſſ. & Bartol. & idem Bartol. infra in quinta oppoſitione, & hoc caſu ſerui peculiares uidentur eſſe in hæreditate iacente: quia captiuus mortuus fingitur retro mortuus ad horam captiuitatis, & ea hora incipit hæreditas fictè iacere, & per mortem declaratur retro hæreditatem iacuiſſe, dicta leg. iuſto. §. final. ibi, ex die quo capitur morti iungerentur. & lege tertia. §. final. cum gloſ. infra de uerbor. ſignificatio. & dicta lege pen. infra de capti. & dicta lege in bello. §. factæ. per quæ iura probatur quòd etiam ipſi ſerui uerè poſſident, & uſucapiunt, & hæreditas illa fictè iacens poſſidet, & uſucapit. unde interuenit extremum habile à quo, & ad quod, ſicut dictum fuit in poſtliminio, & hæc uidetur eſſe communis opinio omnium nemine diſcrepante, imò eam pro abſoluta ponunt ſimul cum poſtliminio in illis uerbis intelligi uſucaptum. Quare ſequitur quòd non poteſt iſte tex. intelligi de peculiarib. tantum tenendo literã negatiuam: quia ſequeretur quòd uſucapio nõ procederet in bonis quæſitis poſt captiuitatem eo mortuo apud hoſtes, quod eſſe falſum demonſtrant dicta iura, & aliàs hæc lex poneret deciſionem falſam.

Et ſic habes duas concluſiones reſolutas de quæſitis poſt captiuitatem, & habes in dictis quatuor concluſionib. æqualem deciſionem ꝙ ſemper procedit uſucapio ſiue bona ſint quæſita ante captiuitatem ex cauſa peculiari, tam per poſtliminium, quàm per legem Corneliam, & ſiue bona ſint quæſita ante ſiue poſt captiuitatem. unde ſequitur ut uideamus ſolum quatuor concluſiones de bonis poſſeſſis ex cauſa non peculiari.

167 Tertia † igitur colligitur cõcluſio ex iſto tex. in illis uerbis ſi ibi deceſſerit, dubitatum fuit, an per leg. Corneliam ad ſucceſſores eius perueniat ſecundum literam negatiuam in fin. ꝙ ubicunque ſerui emerunt durante captiuitate ex cauſa non peculiari, uſucapio non procedit in hæredibus ex lege Cornelia, & tanto fortius ex poſtliminio in reuerſo: quia tex. argumentatur quòd ſi non poteſt procedere in poſtliminio:nec etiam poteſt procedere ex lege Cornelia,& ſecundum hunc intellectum oportet ſubaudire literæ in peculiaribus: ſecus in non peculiaribus, quia ſi reuertantur inteligi uſucaptum,& ſi ibi deceſſerint dubitari &c.uel etiam potes intelligere hanc totã ſecundum partem de nõ peculiarib.ut in tota l.nullum fuerit uerbum de peculiarib.& dicatur quòd in non peculiaribus Iulianus dicebat procedere uſucapionem ſi reuertatur ab hoſtibus: ſed de lege Cornelia dubitari. Iulianus autem plenius uoluit accipi l.Corneliam.ſed Iuriſcon.determinat tam per poſtliminium,quàm per legem Corneliam non procedere uſucapionem: quia non poteſt eſſe plus iuris in uno quàm in alio,& iſte intellectus ſatis eſſet conſonus iurib. & literæ niſi eſſet uerſi.Marcell.qui uoluit plenius accipi legem Corneliam, & ſecundum hoc Marcell. determinaret non habere locum legem Corne. minus plenè acciperetur: tamen quia intellectus eſt in ſe uerus, potes dicere quòd auctor legis in uerſi. quemadmodum, repræhendit utrunque, & determinat non habere locum uſucapionem ex nulla lege licèt aliter uideatur dicere Marcellus & Iulianus in §. factæ, tamen in

telligi debent quòd loquantur in diuerſis terminis, & iſtæ concluſiones probantur in dicta l. iuſto. §. fi. inf. eodem. ubi in non peculiaribus determinat in uerſi. ſi uerò. non procedere uſucapionem eo reuerſo per poſtliminium, & in uerſi. ſin autem. determinat non habere locum in hæredibus extraneis ſed in ſuis, & ſi eſt filius qui ſibi potuerit acquirere tanquam patri familiàs ſibi poſſediſſe, & uſucepiſſe, & non hæredibus prodeſſe ex cauſa non hæreditaria, lege in bello. §. ſi quis capiatur. infra de capti. ſed ex cauſa hæreditaria uſucapit ſibi hæredi, & cohæredibus, dicta l. in bello. §. factæ. in ſecundo dicto non uiolando literam iuncto uerbo hæredi ſuo impleri uſucapionem. Sed quando ſunt extranei hæredes non procedit, & aſſignatur ratione prius ſit uſucaptum quàm poſſeſſum: quia nequè dominus ex animo ſuo: nequè ſerui ei poſſederunt. unde dixit tex. in l. nequè ſeruus. ſupra eodem, quòd nequè ſeruus: nequè per ipſum dominus poſſidere & uſucapere poteſt, & hoc idem probatur in dicta l. fi. §. fi. infra eodem, ſecundum omnes intellectus: quia ſi intelligis de peculiaribus uerè non procedit uſucapio, fortiua non procedet in non peculiaribus, ut lege Labeo. §. primo ſupra eodem, & l. ſi. procurator. infra pro ſolut. quia ſi præſens non uſucapit minus captiuus, & contra has duas concluſiones non poteſt adduci aliud niſi quòd in peculiaribus procedit uſucapio, & reſponſio datur quòd in peculiaribus ſerui poſſident uerè, & uſucapiũt propter unionem peculii quod non eſt in non peculiaribus. ideò in eis ſcientia domini non requiritur, in iſtis uerò requiritur ſcientia quantum ad uſucapionem.

Secundo poteſt adduci tex. noſter ſecundum literam affirmatiuam quæ probaret contrariũ in utroquè. Sed reſpondetur quòd iſte intellectus non eſt uerus, quoniam concluſiones eſſent falſæ, & oporteret literam adaptare ad alios intellectus qui habent concluſiones ueras, cum in hoc tex. propter ambiguitatem literæ non poſſit fieri fundamentum ad faciendum nouam deciſionem contra regulas iuris. maximè: quia ignoramus quid dixerit Iulianus, & quid dixerit Marcellus, & contraria ſibi met dixiſſe intelliguntur, ut per Bar. infra in uerſi. uenio ad uerſi. Marcellus.

Quare concludas quòd ſi ſerui uel filii emerunt poſt captiuitatem extra cauſam peculiarem, ſi reuertatur pater, uel dominus, nullo caſu procedit uſucapio: nequè in ipſo reuerſo: nequè in filio uel ſeruo qui nihil ſibi poſſunt poſſidere uel uſucapere de re dominica: ſed ſi filius emerit de peculio aduentitio, uel caſtrenſi indiſtinctè ſibi poſſideret, & uſucaperet: quia & patre exiſtente in ciuitate ſibi poſſideret & uſucaperet. ſi uerò captiuus mortuus fuit apud hoſtes hæredi non procedit uſucapio nomine hæredis nequè ſeruo. qui nihil poteſt habere uel acquirere. ſed in filio procedit uſucapio, ex eo: quia retro fuit ſuus hæres. unde ſibi potuit poſſidere, & acquirere, & uſucapere, l. penul. ſupra. de ſuis & legitimis. & l. bona. §. quod ſi ſeruus. infra de captiuis. & ſi mortuus ſit ad cuius hæredem pertineant, dic ut per glo. in dicta l. bona. §. quod ſi ſeruus. & le. proponebatur inf. de caſtrenſi peculio.

168 Quarta colligitur concluſio † quòd ſi ſerui emerunt ante captiuitatem quæ ipſe dominus per corpus eorum poſſidebat, uel quomodocunquè poſſidebat per ſeruos, filios, uel colonos extra cauſam peculiarem, uſucapio non procedit per poſtliminium ipſi reuerſo. nequè hæredibus per legem Corneliam, & quamuis tex. de eis expreſſè non loquatur. tamen propter generalitatem uerbi pro emptore poſſidebat de eis ponitur deciſio in prima parte, & hanc opinionem tenuit glo. prima, & gloſſa final. in princip. & gloſſa magna in dicta lege in bello. §. factæ. & glo. ſecunda in dicta lege deniquè. & Bar. in multis locis iſtius legis. Sed contra iſtam concluſionem opponit Bar. quia imò uidetur quòd debeat procedere uſupio tam per poſtliminium, quàm per legem Corneliam: quia uidetur per captiuitatem non interrumpi poſſeſſionem: nec uſucapionem: quoniam poſſeſſio non requirit aliquod factum corporis nec animi ipſius domini cũ ipſi ignoranti acquiratur, l. j. C. de acquir. poſſeſſio. & l. ij. infra pro ſoluto, & latè ponitur in leg. prima. §. item acquirimus. ſupra tit. primo. Et licèt in dictis iuribus dicatur quòd requiritur ſcientia in uſucapione, tamen ſi interuenit ab initio non eſt opus quòd amplius perſeueret, & poteſt procedere ignorante domino cum ſufficiat bonum initium: ſicut ſufficit quòd ab initio ſit bona fides, & non impeditur, quàmuis ſuperueniat mala fides, leg. prima. §. hoc tantummodo. C. de uſucapio. tranſ.

Sicut igitur ſuperueniens mala fides non interrumpit uſucapionem quæ habuit bonum initium, ità nec ignorantia ſuperueniens domini non debet impedire uſucapionem, ſi habuit bonum initium per ſcientiam ipſius: ergo licèt capiatur poſſidens, & deficiat animus domini ut dicatur ignorans, non debet impediri uſucapio procedere eo captiuo exiſtente, & cum duret recuperatio eo reuerſo fieri poſſit, cum nullum eius factum ſit neceſſarium.

Per hanc rationem Iacobus de Are. & dominus And. ut hic refert Bar. tenuerunt contra prædictas glo. uolentes quòd in quæſitis ante captiuitatem etiam extra cauſam peculiarem procedat uſucapio, & ante eos fuit opinio glo. in dicto. §. factæ. in glo. penul. in uerbo perſona, reſtringentes principium legis noſtræ ad bona poſſeſſa per corpus captiui. ſed Bartolus tenet primam opinionem quòd imò uſucapio non procedat per hunc textus in uerſi. quemadmodum, intelligendo quòd fuerint

uerba

uerba Iuliani qui æquiperat an quis poſſideat per ſe uel per alium ex cauſa non peculiari, & ad rationem eorum reſponde quòd licèt ad cótinuationem non requiratur ſcientia : tamen per hoc non procedit fictio: quia deficit extremum á quo aſſentialiter, id eſt, ipſa poſſeſſio quæ non eſt in rerum natura. Item actus debet eſſe talis ut poſſit tunc inchoari dicta, le. bonorum. infra rem ratam haberi. ſed uſucapio non poteſt cum reuertitur inchoari.ſine ſcientia: ergo non poteſt retrotrahi, & non eſt extremum habile. Nec obſtat quòd uſucapio poſſit inchoari in peculiaribus : quia in eis nunquam requiritur ſcientia domini: nec in poſſeſſione : nec uſucapione : ſed in non peculiaribus ſine ſcientia domini non poteſt inchoari uſucapio licèt poſſit acquiri poſſeſſio, dicta l.ij. inf. pro ſoluto. & leg. prima. C. de acquir. poſſeſſio.

Sed neræ iſtę rationes Bar. debiles ſunt:nam dum ipſe dicit quòd uerſi. quemadmodum,probat tenendo quòd ſunt uerba Iuliani : quia hoc non eſt neceſſarium cum poſſint etiam eſſe uerba auctoris legis. & ſecundum Alcia. hic, nec poſſunt eſſe uerba Iuliani ; quia erat mortuus ante Marcellum, & mortui non ſolent reſpondere uiuis, cum Marcellus floruerit ſub Antonino, & Iulianus ſub Hadriano, & Marcellus fecit notas in Iulianum, l. quidam ita. & l. ita tamen. §. Marcellus. ſupra ad Trebellia.& leg. quæſitum. §.ſi pupillus. ff. de acquir. hæredita. & Iulianus fuit anno circiter. 134. poſt Chriſtum, & Marcellus fuit conſiliarius Antonini Pii ſucceſſoris. quæ tamen Alcia. repræhenſio parum concludit, cum nihil impediat quòd floruerit Iulianus tempore Hadriani, & tamen eſſet niuus tempore Antonini qui ei ſucceſſit. & è contrario, Marcellus eſſet natus & doctor tempore Hadriani, & fuiſſet poſteà conſiliarius Antonini. nec contradicit dicta l.in bello. §. factæ. quia ibi fuit Triphonius, hic Paulus ut infra plenius dicetur. Nec etiam reſponſio Bar. ſufficit: quia uult quòd uſucapio duret nó obſtante captiuitate, cum defectus ſcientiæ non interrumpat ſi durat: ergo eſt falſum quod non recuperatur. Item quòd requiratur habilitas ut actus poſſit inchoari, ſupra reſponſum fuit eſſe falſum, cũ ſolum ſufficiat ut ſubiectum naturaliter ineſſe reperiatur. unde oportet negare quòd uſucapio duret & continuetur per ſuperuenientiam ignorantię:& dicit quòd imò extingatur, & hæc uidetur eſſe eius opinio poſteà in fi. & infra in diſtinctione.

169 Quare Iaſ. † ſuper glo. fi. poſt figurationem caſus hunc articulum latè examinat ab utraquè parte reſpondendo adductis pro eis. Et primò Bar. hic pro ſua opinione ut non procedat uſucapio adducit tex. noſtrum in uerſi. quemadmodum. intelligendo quòd ſint uerba Iuliani repræhendentis Marcellum, & æquiperat hos caſus poſſidere per ſe uel per alium ex cauſa non peculiari.Iaſ.ibi reſpondet primò quòd habet uarios intellectus: & non poteſt per eum fieri aliqua noua deciſio Barto. in lege in ambigua. ff. de reb. dubiis Imo. & Alex. in l. cum prolatis. infra de re iudica. cum ſimilib. Nec dicatur eundem eſſe ſenſum in æquiparatione: quia per contrarios intellectus ultra duodecim uariari poteſt ſenſus.

Secundò reſponde quòd illa æquiparatio fuit Marcelli quæ fuit reprobata in dicto. §. factæ.

Tertiò tu potes reſpondere negando quòd ibi ſit facta æquiperatio, ſolum enim comprehendũtur ad probationem alterius non autem inter ſe æquiperantur ut tanquàm ex æquiparatis poſſit argui: arg. §. Item ſi. inſti. quib.mod. tollitur obligatio dum æquiparatur mutuum, & indebitum.

Secundò mouetur Bar. reſpondendo rationi contrariæ, quòd non requiratur amplius ſcientia ad continuationem uſucapionis:tamen non ſequitur ergo procedit fictio : quia deficit extremum habile á quo : quoniam reuerſus præſumitur ignorare ſeruos ſuos poſſidere, l. plenè.ubi Bal. ff de excuſatio. tuto. ideò reuertens non poſſet inchoare uſucapionem, & per conſequens deficit extremum á quo ſeu ſubiectum fictionis trahendum. Reſpondet Iaſon primò quòd hæc ſcientia ſufficit ab initio, & non eſt neceſſarium ad hanc continuationem ſeu recuperationem interuenire. l. qui uniuerſas. §. quod per colonum, ſupra. tit. primo ubi tex. no. Secundò reſponde quòd hic adeſt habilitas ut poſſit inchoari ſine ſcientia domini: ergo eſt extremum habile.Tertio reſpondet quòd ſcientia ſaltem interuenit quando erit reuerſus domum ; & tunc retrotrahetur : arg. tex. in l. non ut á patre. & leg. cum duæ. §. primo infra de captiuis ubi reuerſus debet nouiter conſentire matrimonio poſteá trahetur retro per poſtliminium: ſed hoc falſum eſt utſupra dixi, cum alioqui ſemper poſſeſſio & uſucapio traheretur retro. Quartò reſpondet quòd hæc poſſeſſio uenit in conſequentiam, ideò non requirit extremum quod etiam nihil eſt, cum alioqui ſemper recuperaretur, & fingeretur retro.Quintò tu potes reſpondere quòd non ſufficit habilitas quòd actus trahendus poſſit fieri : ſed requiritur actus, cum alioqui omnis poſſeſſio recuperaretur ut ipſe Bar. dixit in uerſi. expediti. & non curamus de habilitate ut probatur in dicta l. bonorum.retorquendo ut dixi in articulo de extremis.

Vltra Bar. pro iſta communi opinione adducitur : quia poſſeſſio in non peculiaribus conſiſtit in animo domini maximè cum qualitate uſucapionis, dicta l. Labeo. ſupra eodem, & l. Celſus. infra pro emptore.ergo extincto animo deſinit & non poteſt recuperari ſine apprehenſione cum ſit facti, dicta l. denique & l.cum hæredes. §. primo ſupra tit. primo. nec poteſt dici quod ciuilis ſit penes ſeruum per legem ne

què ſeruus. ſupra eodem, & utilitatis cauſa propter uniuerſitatem peculii ſtatutũ fuit, dicta l. peregrè. §. quæſitum. & dicto. §. Celſus. & ſæpius dictũ fuit. Reſpondet negando quòd ſeruus non poſſideat & captiuus: quia illa ſpecialitas fuit inducta ſolum in acquiſitis poſt captiuitatem ex cauſa peculiari: ſed ſi uſucapio incepta fuit uerè ante captiuitatem ſeruus poteſt continuare poſſeſſionem, & uſucapionem ſine ſcientia domini ut ſupra probatum fuit, & etiam probatur in dicta l. in bello. §. factæ. inducendo ut infra, ac etiam probatur: quia dominus expulſus per colonos & ſeruos retinet poſſeſſionem. l. prima. §. non alii autem. inf. de ui & ui armata & l. peregrè. §. quibus. ſupra tit. primo. Item captiuitas non obſtat ubi ſcientia non eſt neceſſaria: ergo nec hic obſtabit, cum ſcientia non ſit opus ut continuetur. Item dicit uſucapionem fingi ſicut in peculiaribus. Quarto adducitur lex ait prætor. §. ſi autem. ex quib. cauſ. maio. ubi captus ab hoſtibus nihil poteſt poſſidere: nec uſucapere: nec reuerſus recuperare, & poſteà uerſi. ſi planè. excipit tantummodo poſſeſſa ex cauſa peculiari. ergo ex cauſa non peculiari non recuperabitur uſucapio: quia exceptio firmat regulam in caſibus non exceptuatis. leg. nam quod liquide. ff. de penu. lega. & no. in l. j. ff. de reg. iur. facit lex penul. in principio in uerbo nihil, & in uerſi. Paulus. infra de capt.

Reſpondet Iaſon, quòd illa iura generalia reſtringuntur per alias leges magis in ſpecie loquentes, & exceptio extenditur ad alios caſus ex identitate rationis, l. ob æs. C. de prædiis minorum & cap. cum dilecta. §. nos autem. ubi Abb. de confirm. utili uel inutili. Item dicta l. ait prætor. loquitur tantũ de poſſeſſis per ſe ipſum, & limitatio ſequens non excludit poſſeſſa per alium. Et ad tex. in dicta l. penul. quòd ibi generalitas eſt de quæſitis poſt captiuitatem, & exceptio Bal. non negat: quia quæſita ante poſſunt recuperari.

170 Contrariã opinionem tenuit Iaco. de Aren. & And. de Piſſis poſt gloſſam in dicto. §. factæ. quòd imò uſucapio de poſſeſſis per alium ante captiuitatem non interrumpatur per captiuitatem & recuperetur per poſtliminium. Et primò adducitur quòd iura de peculiaribus tantum loquentia, & excludentia poſſeſſa extra cauſam peculiarem loquuntur tantum de quæſitis poſt captiuitatem, ut dicta l. iuſto. §. ſi. inf. eo. & l. penul. ſupra de cap. & ille tex. uerſi. quod ſi ſeruus. ergo nullus tex. probat de quæſitis ante, & cum non habeamus deciſionem negatiuam ſtabitur regulæ quòd non interũpatur uſucapio remanentibus ſeruis in poſſeſſione. Nec tex. in uerſi. quemadmodum. probat ut ſupra dictum fuit.

Reſpondetur quòd imò de poſſeſſis ante captiuitatem probatur, ut dicta l. ait prætor. conſiderando communiter accidentia, cum omnia quaſi bona poſſideamus per alios exceptis ſaltibus. & certè ſi non loqueretur de poſſeſſis per alium paruum caſum decidiſſet ille tex. & penè inutilis fuiſſet.

Secundò probat iſtè tex. eodem modo inducendo, & etiam inducendo per aduerſatiuam quod ſi, quæ aduerſari debet in eiſdem terminis ut per Bar. in l. ſi maritus. ff. de adulter. ergo in præcedenti loquitur quando poſſidebat etiam per alios. Item Paulus uidetur uoluiſſe decidere plenè materiam: ergo non eſt dicendum quòd tacuerit de tam frequenti caſu ponendo caſum inuſitatum. Item probatur per tex. in lege neque ſeruus. ſupra titulo primo.

Secundò pro iſta opinione adducitur tex. in dict. l. in bello. §. factæ. inducendo quatuor modis. Primò dum dicit per ſemetipſum poſſidens, & aſſignat rationem: quia uerè deſiit poſſidere,

Secundò: quia ſubdit eorum uerò quæ per ſubiectas iuri ſuo perſonas uſucapiebat: ergo ſupra de eis non dixerat: nec ratio quòd uerè deſierit poſſidere non concludit in eis.

Tertiò ſubdit uel quæ poſteà ex cauſa peculiari: ergo ſupra non dixit de cauſa peculiari, & tamen poſteà æqualiter dicit procedere uſucapionem, & ſic parificat quæſita ante captiuitatem extra cauſam peculiarem quæſitis poſt captiuitatem ex cauſa peculiari. & ſic uidetur in terminis decidere hanc quæſtionem, & facit ſolum fundamentum quòd ſerui remaneant in poſſeſſione, quæ ratio eſt generalis etiam ad non peculiaria. reſpondet Iaſ. quòd ille tex. loquitur ſolum de peculiaribus. à uerſi. eorum uerò uſquè ad finem, & decidit quòd quæſita ante & poſt captiuitatem uſucapiantur, & uerbum peculiari nomine. refertur ad utrunquè dictum: arg. l. ſi idem cum eodem. ff. de iuriſdictione omnium iudi. & facit etiam: quia una pars alternatiuæ declarat aliam. l. j. ff. de rebus dubiis.

Secundò poteſt reſponderi quòd ille tex. loquitur de ſuo hærede in quo uſucapio indiſtinctè completur: ſiue ſint peculiaria ſiue non: quia cum ipſe ſtatim ſit hæres incipit uerè poſſidere quid quid emitur à ſeruis captiui, & per mortem captiui declaratur quòd ſemper fuit dominus & poſſeſſor, & quòd ſibi uſucapit pendente captiuitate, & probatur in dicta l. iuſto. §. fin. in fin. infra eodem. & leg. bona. §. porrò. & §. quòd ſi filius. infra de cap. & infra latius dicam ſuper glo. & eſt peregrinus intellectus ad euitandum illum tex. qui in multis contradicit.

Tertiò adducitur ratio poſita hic per Bar. quia ſicut in peculiaribus non interumpitur uſucapio: quia non requiritur ſcientia domini, ità etiam debet procedere in iſtis non peculiaribus, ut ſupra probatum fuit. Ad iſtud fundamentum reſponſum fuit quòd imò eſt ma-

gna

gna ratio diuerſitatis, cum in cauſa peculiari ſerui uerè poſſideant naturaliter, & ciuiliter propter peculium quòd repręſentat dominum, & ideò neque etiam ſcientia domini eſt neceſſaria in uſucapione: quia non conſiſtit in animo domini & nihil de operatione domini requiritur. unde per captiuitatem non mutatur ipſa poſſeſſio neque factum ſerui, ſed in non peculiaribus non eſt aliquod annexam quod compleat uel ſuppleat perſonam ſerui. nec cui poſſit acquiri dominium uel uſucapio, & procedit tex. in l. neque ſeruus. ſupra. eo. ideò defectus ſcientiæ in iſtis interrumpit uſucapionem, & poſſeſſionem per captiuitatem domini: quia deficit in totum animus quàmuis poſſit tolerari, quod in ciuitate defectus ſcientiæ non impediret, cum remaneat animus domini habilis potentialiter.

Quartò pro iſta opinione adducitur tex. in dicta l. iuſto. §. fi. ibi, nam prius eſſet uſucaptum quàm diceretur eſſe poſſeſſum, & ſic fundat ſe in poſſeſſione quæ non fuit ante uſucapionem: ergo quando poſſeſſio fuit ante captiuitatem uſucapio procedet: quia prius poſſeſſum fuit. Sed reſpondetur quòd dicta ratio procedit etiam in poſſeſſis ante: quia illa interrumpuntur per captiuitatem: nec recuperantur, & eſſet nerum quòd prius eſſet uſucaptum quàm poſſeſſum. & ſicut dicitur in dicta l. denique. & dicta l. nec utilem. ex quib. cauſ. maio. & ſi eſſet uera iſta ratio etiam in poſſeſſis per ſe ipſum procederet uſucapio, cum uerũ eſſet prius eſſe poſſeſſum quàm uſucaptum, quod negant omnes.

171 Ex quibus † dicit Iaſ. articulum eſſe diſputabilem: tamen uerè fundamenta contra communem parum ſtringunt, & rationes communes ſunt ualde urgentes, & omninò tenenda eſt opinio communis, & difficultas reducitur ad unum præſuppoſitũ contra communem, quòd ſcientia ab initio tantum requiritur, & quòd defectus einſdem ſuperueniens nõ interrumpit uſucapionem: ſicut nec defectus bonæ fidei ſuperueniens, le. bonæ fidei. ſupra titulo ſecundo. & l. prima. §. hoc obſeruando. C. de uſucapio. transformanda. quod præſuppoſitum non probatur iure, & non eſt nerum quòd ille defectus ſcientiæ non interumpat uſucapionem ſaltem per captiuitatem: quia deficit animus, & per conſequens poſſeſſio quæ in eo fundatur: arg. l. ſi id quod. ſupra tit. primo, & l. furti §. primo infra eodem, & probatur in l. neque ſeruus. ſupra eodem. præterea dato quòd æquiparatio procederet nihilominus concluderet contrarium: quia defectus bonæ fidei in noua poſſeſſione interrumpit uſucapionem quærendam ex noua poſſeſſione, lege qui fundus. §. qui bona. infra pro emptore cum ſimili. ibi adducta per glo.

Nec obſtat glo. in l. iuſto. §. etſi poſſeſſionis. infra eo. quia illa loquitur quando capitur res poſſeſſa. Sed quando capitur poſſidens interrumpitur uſucapio, & noua mala fides ſuperueniens impedit uſucapionem inchoandam per reuerſum, ut probatur ſupra in ſecunda oppoſitione in quæſtio. an animus ſit facti: unde in utroquè debet dici quòd durãte eadem poſſeſſione defectus bonæ fidei & ſcientia non interrumpit uſucapionem: ſed interruptam poſſeſſionem uterquè defectus impedit uſucapionem inchoari ex noua poſſeſſione, cum igitur concluſio communis ſit uera, etiam ampliatio erit uera quòd iſte tex. in principio loquatur etiam de poſſeſſis per alium ex cauſa non peculiari, & ſic habes deciſam hanc quæſtionem: quæ ampliatur procedere etiam in hunc extraneũ ut non procedat uſucapio, & argumentatur iſte tex. in principio, & in fi. & in dicta le. penul. infra de captiuis. quàmuis ſuus uſucapere poſſit, dicto. §. factæ. ſecundo reſponſo.

172 Quare † remanet ꝙ licet ſint decem concluſiones ſeparatæ in tota hac materia: tamen conſtituuntur in ea duæ regulæ tantum generales, una eſt de peculiaribus in quibus utroquè iure poſtliminii & legis Corneliæ procedit uſucapio: ſiue ſint quæſita ante captiuitatem ſiue poſt alia eſt de poſſeſſis per ſe uel alium ex cauſa non peculiari in quibus interrumpitur uſucapio, & non recuperatur nequè iure poſtliminii, neque legis Corneliæ quando eſt extraneus hæres in ſuo uerò poteſt impleri, dicto. §. factæ. non uiolando literam, & dicta lege iuſto. §. fin. in finali ſi ſint poſſeſſa ante captiuitatem ſiue poſteà: ſiue per ſe ſiue per alium, ad quas regulas reducendus ſunt omnes intellectus iſtius tex.

173 Quintò † opponit Bar. contra concluſionem firmatam ſupta de peculiatibus puſleſſis poſt captiuitatem, de tex. in l. fi. §. fi. infra eodem ubi expreſsè dicitur quòd in acquiſitis ex cauſa peculiari non procedit uſucapio iacente hęredi tate: ſed tantummodo incipit à die aditæ hæreditatis ex poſſeſſione uerè, & actualiter quæſita: quia non poteſt eſſe uſucaptum prius quàm poſſeſſum. Hoc contrarium turbauit ualde docto. in hac materia, & confirmant: quia hæres defuncti uerè & ſemper in ciuitate exiſtẽtis non poteſt uſucapere niſi à die aditæ hæreditatis: ergo tanto fortius quando fictè mortuus eſt Prima fuit ſolutio glo. hic ut diſtinguatur inter ſuum hæredem, & extraneum, & quòd extraneus non poſſit uſacapere, dictã l. fi. §. fi. & ſuus hæres uſucapiat dictis iuribus: ſed hanc repræhendit hic glo. & Bar. quia eſt contra iſtum tex. & dict. §. factæ, & dictã l. iuſto. §. fi. quæ iura loquuntur de extraneo hærede, & tamen uolunt quòd uſucapio incipiat à die emptionis & poſſeſſionis ſeruorum, & tex. in dicta l. iuſto. §. fi. in principio loquitur de utroquè caſu dum dicit filius uel ſeruus: ſed in fi. loquitur de filio hærede, & tex. in dicta l. penul. infra. de cap. loquitur de extraneis dum præſupponit hæredi

tatem iacere, & idem præſupponit in dicta leg. bona. §. penul. & tex. in dicta le. fi. §. fi. neceſſariò loquitur de extraneo hærede: quia dictio hæreditatis non cadit in ſuo hærede. §. in extraneis. inſti. de hære. quali. & different.

Secunda eſt ſolutio quòd aliud eſt in captiuo aliud in exiſteute in ciuitate, cum in captiuo poſſit induci poſſeſſio per fictionem propter ſpem reuerſionis, & ille tex. loquitur de mortuo uerè in ciuitate in quo uſucapio incipit à die ſucceſsionis: Sed hic agit de mortuo apud hoſtes in quo eſt ſuſpenſio antequàm repetatur utroquè iure, & eſt ſpes quòd reuertatur taliter quòd nõ uidetur uera priuatio, & ſic quando non eſt captus extinguitur in totum poſſeſſio per mortem: ſed quando eſt captus propter ſuſpenſionem non uidetur uera priuatio. Sed hæc ſolutio eſt etiam falſa: quia poſſeſsio non poteſt ſuſpendi nec per poſtliminiũ nec legem Corneliam, cum ſit facti, & leges ſecundum ueritatem diſponentes non poſſunt habere locum in poſſeſſione quæ eſt facti. unde quantum ad poſſesſionem ſuſpenſio nihil operatur, & eadem ſuſpenſio eſt in hæreditate quantum ad iura, & non quantum ad poſſeſſionem ut dixit idem Bar. ſup. le. prima. §. Scæuola. ſi quis teſtam. lib. eſſe iuſſus fue. & ibi Bar. æquiparauit hæreditatem iacentem uetè fictioni poſtliminii & legis Corneliæ, & ibi notaui banc æquiparationem. Item uidemus quòd etiam hæres poteſt perficere uſucapionem ex alio capite cõtinuationis à lege inducto. §. diutina. inſtitu. de uſucapio. & l. Pomponius. §. quæſitum. ſupra tit. primo.

Tertia eſt ſolutio Bar. quòd ille tex. non loquitur de peculiaribus: ſed de non peculiaribus in quibus concluſio eſt clara, quòd incipit tantummodo à die aditæ hæreditatis, nos autem in peculiaribus, quæ ſolutio eſt plana reſpectu materiæ: quia utraquè deciſio uera eſt: tamen repugnat literæ illius tex. qui dicit nomine peculiari emit: ergo loqitur in peculiaribus. Sed reſpondet ibi glo. quòd uerbum ibi nomine peculii, denotat nerba prolata & intentionem non uerum peculium. inde enim ſeruus cognoſcens quòd poſſesſio peculiaris eſt multum fauorabilis dixit ſe emere nomine peculiari: quãuis non baberet peculium. ſed tamen tex. ibi determinat ꝙ ueritas prævalet & reputatur res nõ peculiaris. & eſt tex. ſimilis in l. ſi forte ff. de caſtrẽſi peculio. & eſt ſatis bona ſolutio propter rationem poſitam in fi. quia dicit non eſſe poſſeſſum quod non eſt in peculiaribus utſupra firmatum fuit.

Quinta eſt ſolutio Iaſ. quòd ibi ſeruus acquiſiuit rem quando dominus erat uerè mortuus, ità quòd hæreditas uerè iacebat, quæ ſolutio eſt eadem cum ſecunda: quia loquitur de eo qui erat mortuus in ciuitate non autem in captiuitate, & eſt peior cæteris: quia in peculiaribus inchoatur uſucapio in hæreditate uerè iacente utſupra concluſi. Item eſt neceſſarium quòd loquatur de non peculiaribus per rationem ibi poſitam.

Vnde poteſt dari ſexta ſolutio quòd dicta l. finalis conſiderat ueritatem uſucapionis quæ incipiat uerè à die aditæ hæreditatis. tamen trahatur poſteà retro uſquè ad diem cõtractus ſicut dicitur de dominio quod uerè tranſit in legatarium a die aditæ hæreditatis, l. ſi tibi homo. §. cum ſeruus. ff. de leg. primo & trahatur retro ut incipiat à die mortis teſtatoris. l. à Titio. ff. de fur. facit tex. in l. hæres quandocunque. ff. de acquir. hæredi. cum ſimi. quæ ſolutio etiam uidetur confundi per id quod dictum fuit ſup. concludendo, quòd uſucapio uerè inducatur per ſeruum peculiarem, & quòd ipſe uerè poſſideat de poſſesſione naturali, & ciuili. & ſolum dominus fictè retro uideatur uſucepiſſe, niſi dicas quod loquitur de perſona hæredis in quo erit uera uſucapio à die aditæ hæreditatis, antea uerò erit fictè in perſona ſua, licèt ſit uerè in hæreditate & ſeruis, & dicas quòd hæreditas uerè uel fictè iacens uſucapit per poſſesſionem ſerui: ſed hæres non uſucapit niſi à die aditæ hæreditatis, quo caſu acquirit omnia iura hæreditaria, & etiam uſucapionem cum cæteris bonis, & tunc uerè incipit uſucapere retro poſteà fingatur uſucepiſſe & poſſediſſe, ut in hoc tex. & eſt ſatis probabilis reſponſio, ei tamen obſtat: quia uidetur deciſio inutilis: quia cum tunc ſit primordium uſucapionis non operatur aliquem effectum, cum omnino retro fingatur uſucepiſſe, & tex. dicit uſucaptum imperſonaliter. unde ſi uis ſaluare oportet quòd dicas aliud primordium fieri ſine apprehenſione poſſeſſionis, & in hoc ſit utilitas deciſionis, & non ſine miniſterio tacuit de apprehenſione hæredis: quia in peculiaribus non eſt opus apprehenſione ut uerè uſucapiat: & fingatur uſucepiſſe, & in ſumma uoluit dicere ꝙ hæres in peculiaribus uerè incipit uſucapere à die aditæ hæreditatis ſine apprehenſione poſſesſionis: quoniam per hæreditatem quæ in ſe continebat poſſeſſionem eam dicitur acquirere ut uerè poſſideat & uſucapiat, & retro fingatur. ſicut dicimus etiam de reuertente ab hoſtibus, & ſic eſt ſatis probabilis intellectus. ſolum ei obſtat: quia præſupponit non eſſe poſſeſſum cum imò hæreditas ipſa poſſederit uerè, niſi ſalues de perſona hæredis. unde teneas hũc intellectum & hanc reſponſionem, uel illam traditam per Bar. quòd loquitur in non peculiaribus exponendo uerbum nomine peculii ſecundũ intentionem, non ſecundum ueritatem. & hæc eſt ſola parua uiolatio quæ datur ad leges in tota hac materia.

174 Addit† etiam Bar. in præcedenti oppoſitione duas differentias, & duas conuenientias inter res peculiares & non peculiares poſſeſſas per alium, conueniunt enim in acquiſitione poſſeſſionis; quia in utriſquè rebus poſſeſſio acqui-

ritur ignoranti, & non eſt neceſſaria ſcientia. Diſconueniunt uerò: quia in non peculiaribus uſucapio non poteſt incipere ſine ſcientia domini, lege. ij. §. Celſus. inf. pro emptore, & l. ij. intra pro ſolut. Item etiam circa fictionem conueniunt & diſconueniunt: nam utroquè caſu dominus fingitur retro poſſediſſe cum domini ſcientia uel factum non requiratur, & ſic non reperiuntur extrema habilia, & de hoc non loquitur hæc lex. In uſucapionibus diſconueniunt: nam in peculiaribus quantum ad uſucapionem procedit fictio, in peculiaribus uerò non procedit. Tu uerò dicas. Aut nos ſumus in capto aut in non capto. Si nos ſumus in capto, dicas quòd in omnibus diſconueniunt quidquid uelit Bartolus. nam ſi ipſe poſſidebat & capiatur ab hoſtibus, poſſeſſio extinguitur, ut expreſſè dicit iſte tex. quamuis aliàs in acquiſitione non requireretur ſcientia, & eſt ratio: quia poſſeſſio conſiſtit in animo ſuo etiam quòd ignoret. qui animus deficit per leg. cum hæredes. §. primo. ſupra titu. primo, & legem neque ſeruus, ſupra eodem titulo noſtro. & minus ſi poſteà reuertatur ab hoſtibus poteſt recuperare iſtam poſſeſſionem quæ penitus extincta fuit, ut clarè dicit iſte tex. in princip. cum ſuis concordantibus. Ideò dicas quòd in peculiaribus poſſeſſio acquiritur ſine ſcientia domini, & uſucapitur res quia non conſiſtit in animo eius, & per captiuitatem ſimiliter non extinguitur: quia conſiſtit in animo ipſius. In non peculiaribus uerò per captiuitatem poſſeſſio amittitur etiam quòd eſſet ignorans: quia deficit animus, & ſi reuertitur non recuperat neque fingitur retro poſſediſſe, & nullibi hoc probatur, neque Bartolus aliquid adducit pro hac ſua opinione, & remanet plena differentia inter res peculiares & non peculiares poſſeſſas per alium quando dominus fuit captus, uel ante, uel poſteà, ſi uerò ſumus in non captiuo, & tunc opinio Bartoli poteſt procedere quòd acquiratur ignoranti, & quòd defectus ignorantiæ ſuperueniens non impediat dominum poſſidere, atquè etiam poſſit recuperari eo ignorante, ut habetur in lege peregrè. §. quibus, ſupra titulo primo, & lege prima. §. non autem alii. infra de ui, & ui arm. ubi ſi dominus diſceſſit nihilominus retinet poſſeſſionem per ſeruos: quia per eoſdem ei reacquiritur, & eſt ratio: quia licèt ignoret, tamen habet animum habilem ad acquirendum, & interuenit ſubiectum habile ad acquirendum & retinendum, quod nō eſt in captiuo, propterea dicas quòd concluſiones Bartoli ſunt ueræ in domino exiſtente in ciuitate; ſed in domino capto ab hoſtibus non ſunt ueræ, & omnes concluſiones quas propter has differentias conſtituit Bartolus & alii dicuntur eſſe falſæ, & nullo iure eas probare poſſunt, & eſt ſemper firma concluſio quòd in non peculiaribus ſemper per captiuitatem amittitur poſſeſſio, & interrumpitur uſucapio, quæ poſſeſſio neque recuperatur neque retrotrahitur, & probat tex. in dicta lege iuſto. §. fin. & in lege fin. §. fin. infra eodem dum dicitur prius uſucaptum quàm poſſeſſum, & dicta l. neque ſeruus. ſupra eodem.

175 Item † dum Bartolus citra intellectus legis fin. §. fin. infra eodem repræhendit ſolutionem glo. ibi quòd aliud eſt in ſuo hærede aliud in extraneo dicas, quòd ſi nos ſumus in peculiaribus gloſſa non bene loquitur: quia, & in non peculiaribus hæreditas dicitur continere poſſeſſionem, & uſucapionem. unde prodeſt omni tempore hæredi. Sed ſi nos loquimur in non peculiaribus tunc differentia eſt uera inter extraneum & ſuum hæredem: quia ſi eſt extraneus hęres non poteſt dici ipſe poſſediſſe neque hæreditas, ut dicitur in dicta lege fin. §. finali. ſed ſi eſſet ſuus hæres ſecus eſſet: quia ſtatim quòd mortuus eſt dominus in ciuitate filii dicuntur uſucapere pro ſuo. nam uiuente patre ipſi ſunt quaſi domini, & poſſeſſores. lege in ſuis. ff. de liber & poſthum. & continuant illam poſſeſſionem & dominium ex titulo pro ſuo, non autem ex titulo pro hærede, lege nihil. C. de uſucapio. pro hærede, & lege ſecunda. §. fin. infra pro hærede. unde donec repudiet hæreditatem ſemper uſucapiet pro ſuo, etiam nulla exiſtente aditione: quia non requiritur. Et textus in dicta lege finali paragrapho finali loquitur neceſſariò de extraneo hærede. quia facit mentionem de aditione hæreditatis. §. in extraneis. inſti. de hæred. qualit. & differe. & in ſuo hærede nunquã dicitur iacere hæreditas. ſi uerò dominus defunctus eſt in captiuitate, & ei ſuccedat ſuus hæres, tunc hæreditas nunquàm uidetur iacuiſſe; quia filius ſtatim quòd fuit captus incepit eſſe hæres patri poſtquàm mortuus eſt apud hoſtes: nam trahitur retro mors, ut fingatur mortuus in ciuitate, & inconinetuti retro trahitur ad tempus captiuitatis, ut ſuus hæres à die captiuitatis fuerit ſuus hæres perinde ac ſi hæres extraneus adiuiſſet, per legem hæres quandocunque. ff. de acquir. hæredita. ideò uidetur ſemper poſſediſſe ſibi & uſucepiſſe tam peculia liaria quàm non peculiaria, dicta lege iuſto. §. final. in fine. infra eodem. ibi, & ſibi poſſediſſe.

176 Sequitur uerſi. Marcellus. † in quo ponitur, opinio Marcelli contradicentis Iuliano, quæ tamen ſecundum literam affirmatiuam approbatur per auctorem, & intelligitur quæſtio formata de peculiarib. ſi uerò habemus literam negatiuam, & tunc opinio ipſius reprobatur, & intelligitur quæſtio formata de non peculiaribus in quibus ipſe malè ſenſerit.

Attamē tex. iſte præſupponit ꝙ contradicat Iuliano tantūmodo in nō peculiarib. ſed in l. in bello. §. ſactæ. ponūtur tres caſus deciſi à Iuliano in poſſeſſis per ſe & per alium, & ex [illegible] pecu

liari, & tamen in fi. ponitur contradictio Marcelli, quæ reprobatur. Soluit Bart. fatendo cõtrarium: quia Marcellus fuit emulus Iuliani, & ſcripſit multas notas in eum l. quidam ita. §. Marcellus. & l. ita tamen. §. Iulianus. infra ad trebellianum, & in dicto. §. factæ. ponuntur multi caſus in quibus contradixit, hic uerò ponitur unus caſus tantũ, & nihil repugnat quòd contradixerit in multis hic uerò contradixit in uno caſu tantum, & intelligunt communiter doctores in quæſitis poſt captiuitatem ea cauſa non peculiari: quia ipſe uolebat quòd procederet uſucapio, & Iulianus dubitabat, & auctor legis determinat quòd non procedit uſucapio: qui intellectus uerus eſt, & tenendus, ex eo: quia ponit deciſionem ueram & approbatam in aliis legibus, tamen licèt docto. teneant hanc ſaluationem non bene tollunt contradictionem, ex eo: quia in dicto. §. factæ. deciditur quòd uſucapio procedat tam eorũ quæ poſſidentur ex cauſa peculiari, quàm ex cauſa nõ peculiari. dũ dicitur eorũ uerò quæ per ſubiectas iuri ſuo perſonas poſſidebat, uel uſucapiebat, uel ex cauſa peculiari Iulianus ſcripſit uſucapionem ſuo hæredi impleri, Marcellus uerò contradixit. Sed tamen Iuliani opinio ſequenda eſt: ergo Iulianus affirmatiuè dixit uſucapionem procedere in non peculiaribus, & ſi Marcellus contradixit negauit procedere, & ſic uoluit quòd lex Cornelia non plenius, ſed magis diminutè capiatur, & certè non uideo quomodo poſſit tolli hæc contrarietas. ſi tu dicis quòd loquitur in ſuo hærede auges contradictionem: quia ſi negauit in ſuo hærede fortius negauit in extraneo hærede quòd uſucapio procederet, quinimò ille tex. uidetur facere Iulianum ſibi contradicere; quia ibi uult uſucapionem procedere in non peculiaribus, hic contrarium tenet in uerſi. quemadmodum. Sed eum potes ſaluare à contradictione: quia ibi loquitur in ſuo hærede, ſiue in extraneo hærede, & utrunquè eſt uerum.

177 Sed †contradictio Marcelli non poteſt aliquo modo tolli, & plus ibi probatur quòd noluit procedere uſucapionem in peculiaribus. hic uerò tenuit procedere ſi habemus literam affirmatiuam, & ſi tu teneres intellectum Hugollini qui probaretur per eius auctoritatem quòd uſucapio in non peculiaribus procederet, confunderetur per dictum. §. factæ ubi nullo caſu uoluit uſucapionem procedere: unde apparet huic Marcello quod dicitur de Machabeis, qui ſtudió contradicendi amiſerunt ſanum intellectum, niſi dixerit quòd malè refertur.

Multiplicatur confuſio †quia adhuc incertum eſt quam deciſionem ipſe firmauerit, & una eſt opinio quòd ipſe negauerit uſucapionem in omni caſu pocedere, & negatiua in om[illegible] ſua deciſio, & hæc probatur in dicto. §. factæ, & refertur ibi per glo. & hic. Sed tamen glo. cõmuniter, & omnes antiqui eam reprobauerunt per iſtum tex. qui dixit uoluit plenius accipi. unde ſecunda eſt opinio quòd Marcellus affirmauerit generaliter in omnibus caſibus procedere uſucapionem: quæ opinio uidetur conuenire huic tex. ſecundum literam affirmatiuã, & ſecundum literam negatiuam adhuc poteſt ſtare quàmuis fuerit reprehenſus. Sed tamen tex. in dicto. §. factæ. contradicit omnino: quia ibi poſuit deciſionem negatiuam unde uidetur ſaluando. in quantum poteſt quòd diſtinxerit caſus & in aliquibus affirmatiuè, & in aliquibus negatiuè determinauerit, & idem fecerit Iulianus, & in affirmatiuis Marcellus negabat, in negatiuis contradicendo affirmabat, tamen nunquam bene poteris tollere contradictionem quòd hic, affirmatiuè loquatur de non peculiaribus, & ibi negatiuè. Propterea apparet quòd in iſta lege nullam nouam deciſionem ut ſæpius dixi facere poſſumus, cum & opinionem Marcelli incertam habuimus & Iuliani. atquè etiam dubium ſit à quo uerſiculo quemadmodum, fuerit prolatus, uel à Iuliano, uel à Marcello, uel ab authore legis. & poſteà deciſionem habemus affirmatiuam, & negatiuam ut fruſtra omnes laborauerint, & in futurum laborabunt qui nouum intellectum ex iſta lege creare uoluerint: quoniam aſſumpta ſua ſemper negabuntur, & non concludentia efficientur, & ſolum determinare poterit illos caſus qui per alias leges ueri eſſe probabuntur.

Hugolinus tamen confidendo de hac opi-
179 nione Marcelli, † & præſupponendo quòd ipſe uoluerit affirmatiuè diſponere quod uſucapio procedat in non peculiaribus, præſupponẽdo quòd hic ſit litera affirmatiua. Item etiam præſupponendo quòd una tantummodo fuerit quæſtio formata in hac lege, an uſucapio procederet hæredi ex lege Cornelia in poſſeſſis per corpus captiui, uel per corpus alterius, tam ante captiuitatem quàm poſtea; & Voluit quòd determinetur faciliter in poſſeſſis per corpus captiui interrumpi poſſeſſionem & uſucapionem neque adiuuari per poſtliminium: neque per legem Corneliam. reſtringendo textum in uerbo pro emptore poſſideat, id eſt, per corpus ſuum: ſed in poſſeſſis per corpus alterius ex cauſa non peculiari referatur opinio Iuliani, & Marcelli qui contradicendo dixerit uſucapionem procedere, plenius accipiendo legem Corneliam, & probauerit in uerſiculo quemadmodum, & auctor legis determinet cum litera affirmatiua procedere uſucapionem. Quæ opinio extra textum noſtrum probatur ex duobus. Primo: quia poſſeſſio per iſtos acquiritur ignoranti, dicta lege prima. C. de acqurenda poſſeſſione, & lege ſecunda. infra pro ſoluto. ergo poſt captiuitatem poterit acquiri

domino

domino ignoranti, & captiuo, & ſi poſſidebat defectus ſcientiæ ſuperueniens non potuit impedire uſucapionem, & poſſeſſionem. Secunda fuit ratio: quia lex Cornelia fingit mortuum apud hoſtes eſſe mortuum in ciuitate, & ſic facit eum fictè mori in ciuitate, & hæreditatem fictè iacere, tunc ſic argumentabatur quando quis moritur in ciuitate hæreditas in iſtis bonis complet uſucapionem, l. cæptam. & l. nunquam. §. uacuum, & l. iuſto. §. nondum. infra eodem. ergo etiam hæc hæreditas ficta debet producere uſucapionem: quia fictio idem operatur quod ueritas quando ſimul non concurrunt, ut patet in toto titulo infra de cap. Bar. uerò hic & communiter doctò. reprehendunt iſtum intellectum per tex. in l. iuſto. §. fi. ſecundo. reſponſo inf. eo. & etiam per iſtum tex. in princip. qui ſimpliciter dicit poſſidebat pro emptore, & etiã per tex. in dicto. §. factæ, ubi uſucapio procedit. Et ad contrarium reſpondet quòd dicta l. cæptam. cum concordantibus loquitur in moriente in ciuitate, & uera hæreditatè ex iure ſingulari in caſu frequentiſſimo. Vnde non poteſt trahi ad morientem in captiuitatè, qui caſus raro contingit l. nam ad ea. ſupra de legib. Sed tamen quia reſponſio eſt debilis, & ſimilitudo uidetur omnimodo à iuribus approbata per tex. in l. pen. infr. de cap. Ideò Alcia. hic uerſi. Marcellus approbat huuc intellectum. Iaſ. uerò ſuper glo. poſt Imo. conatur defendere reprobationem Bar. ſed tu dicas licet Bar. non bene reſpondeat: tamen intellectus nullo modo poteſt procedere cum ſit falſum quòd in peculiaribus tam ante, quàm poſteà quæſitis uſucapio poſſit procedere, per dictam leg. iuſto. §. fin. ſecunda reſponſo, qui clarus eſt ualde, & lege fina. §. fi. infra eodem qui ſimiliter clarus eſt, & tex. noſter hic.

Nec obſtant rationes pro eo allegatæ, & primò, quòd poſſeſſio acquiratur ignoranti: quia totam eam reprobauimus in præcedentibus decidendo quòd in captiuo ſeruus ignoranti poſſeſſionem acquirere non poteſt, l. neque ſeruus, ſupra eodem. & l. Labeo. in fi. eodem tit. & tanto minus uſucapio ignoranti poteſt acquiri. Vnde neque reuertendo poteſt recuperare poſſeſſionem. quæ non reperitur ſuſpenſa: neque trahi retro: neque etiam hęc poſſeſſio non ſuſpenſa eo mortuo in captiuitate poteſt transferri in hæreditatẽ fictè iacẽtem, ideò ipſa nec uſucapio quæ non eſt in rerum natura retro trahi poteſt, & iura allegata poſſunt procedere in eo qui nunquàm fuit captus: quoniam animus ſemper durauit ut poſſit eſſe ſubiectum poſſeſſionis habile etiam ſine ſcientia.

Non obſtat ſecunda ratio quæ prima facie uidetur multum colorata. Nam primo reſpondetur quòd ipſa cõcordat, & probat hanc opinionem, ex eo: quia non eſt uerum ꝙ hæreditas uerè iacens cõpleat uſucapionẽ in non peculiaribus, nam contrarium dicitur in dicta l. iuſto. §. fi. & expreſſius in dicta leg. fin. §. fin. ibi, uſucaptum prius quam poſſeſſum. Vnde clarè demonſtratur quòd in nõn peculiaribus hæreditas nõ potuit complere uſucapionem: ſed oportet quòd incipiat à die aditæ hæreditatis & apprehenſæ poſſeſſionis. ſolùm autem hoc permittitur in hærede ſuo ut dicitur in dicto. §. factæ. ſecundum uerum intellectum, & ſic facias concluſionem quòd hæreditas uerè iacens non complet uſucapionem in non peculiaribus, & ſic argumentum concludit contra Hugolinum: quia, ſi hæreditas uerè iacens non complet, minus hæreditas fictè iacens complere debet, & tex. in dicta leg. cæptam. cum dicto. §. nondum, & §. uacuum. loquitur in peculiaribus in quibus etiam hæraditas fictè iacens complet uſucapionem, dicta leg. iuſto. §. finali cum concordantibus.

Secundò poteſt reſponderi etiam conceſſo quòd loquantur in non peculiaribus, quòd illa iura intelligantur de alia diſpoſitione ſeparata à fictione quæ inducitur per aditionẽ, quæ alio nomine appellatur continuatio temporum hæredis & defuncti de qua in §. diutina. inſti. de uſucapio. & in l. Pomponius. §. non autem. ſupra tit. primo, & hæc eſt plana reſponſio, & probabilis intellectus ad illa iura.

Vnde apparet quòd hic intellectus Hug. & Alcia. ſtare non poſſit, & in ſpecie confunditur per dictum. §. factæ. ubi Marcellus contradicendo Iuliano negauit in dictis bonis procedere uſucapionem etiam in ſuo hærede. Item confunditur per iſtum tex. in quo non poteſt conuenire uerſi. quemadmodum. & augetur confuſio: quia aliqui uolunt defendendo hunc intellectũ transplantare uerſi. Marcellus, & ponere poſt uerſi. quemadmodum. apud uerſi. Ideò. qui forſan debent eſſe aſſueti tranſplantare arbores de loco ad locum, & credunt quòd uerba legum ità poſſint ad libitum tranſplantari. & bonum etiam fuiſſet quòd. §. factę. tranſportaſſent in hanc legem. Quare omnino iſte intellectus reijciendus eſt, & tenenda eſt opinio communis ꝙ in non peculiaribus nunquàm procedat uſucapio propter illam uiuam rationem: quia poſſeſſio fundatur in animo domini, qui animus deficit per captiuitatem, & poſſeſſio extinguitur, dicta l. cum hæredes. §. primo ſupra tit. primo. Nec poteſt ſubſtineri per corpus ſerui qui de ſe inhabilis eſt, & per perſonam domini nequè per peculium habilitari poteſt l. neque ſeruus. ſupra eodem.

Et ſic habes deciſas omnes prædictas quæſtiones ſupra formatas ſecundum declarationem quam poſuimus in figuratione caſus, & ſemper approbauimus, & licèt in præmiſſis retulerimus duodecim intellectus tactos ad iſtam legem: tamen omnes illi reiiciendi ſunt qui non ponunt deciſiones conuenientes dictis caſibus, & rectè conſiderando illi qui ponunt intellectus facientes alias [illegible]ones

non probant concludenter. & ſemper ex uerbis iſtius tex. & dicto. §. factæ. confunduntur obtundas caput quantum uellis, & ſufficiat tibi relatio quam ego feci in præmiſſis.

180 Sequitur uerſi. quemadmodum. in quo etiam ſunt uarii intellectus ſecundum quod præſupponitur, uel quòd ſunt uerba Marcelli uel Iuliani reſponſiones. ſed communis eſt intellectus quòd ſunt uerba Iuliani reſpondentis Marcello, & præſupponentis duo quòd non poteſt quis habere plus iuris in bonis poſt captiuitatem quæſitis, quàm in his quæ per ſe uel per alios poſſidebat quando ad hoſtes peruenit. Item præſupponit quòd non habet plus iuris in his quæ poſſidet per alium, quàm habeat in his quæ poſſidet per ſemetipſum.

Sed contra hoc ultimum opponit Bar. quòd imò qui poſſidet per alium habet plus iuris, quàm ſi poſſideat per ſemetipſum, cum in his quæ emuntur per alios acquitatur poſſeſſio ipſi ignoranti, per dictam l. primam. C. de acqui. poſſ. & l. ij. inf. pro ſolut. Soluit ipſe fatendo contrarium: ſed dicit quòd acquiritur poſſeſſio ſine effectu ignoranti. cũ effectu uerò uſucapionis nõ acquiritur ignoranti, ſed requiritur eius ſcientia unde in uſucapione de qua nos loquimur non habet plus iuris. ſed tu adde quòd imò nec etiam in poſſeſſione habet plus iuris quando eſt captus ab hoſtibus: quia cum deficiat animus ſuus non poteſt ei ignoranti acquiri, dicta l. cum hæredes. §. primo. ſup. tit. primo & l. neque ſeruus. ſupra eodem, & contraria procedunt in exiſtente in ciuitate, qui licèt ſit ignorans: tamen habet animum habilem ad ſubſtinendã poſſeſſionem. Sed tu iterum oppone: quia in ſuo hærede procedit uſucapio in quæſitis per alium, dicta l. in bello. §. factæ. ſecundum unum intellectum dũ loquitur de ſuo hærede. Sed tu reſponde ꝙ hic loquimur de extraneo hærede ſecundum hunc intellectũ cõmunẽ, & eſt ratio differẽtiæ quia ſuus hæres dicitur ſibi poſſidere & uſucapere ut ſupra dictum fuit.

181 Tertiò inſtatur † ſecũdum Alcia. quia hęc nõ potuerunt eſſe uerba Iuliani cum eſſet mortuus tempore Marcelli, qui floruit ſub Antonino, & ideò Politus in ſuis cõcluſionibus dixit hãc eſſe truffam principem & ridiculum ꝙ mortui reſpondeant uiuis. ſed reſponſum fuit ſupra ꝙ ipſi cum ſuis hiſtorijs ſe ridiculos faciunt: quoniã eorũ opinio poſſet procedere ſi floruiſſet Marcellus tempore Antonini Caracellæ. ſed quia floruit tempore Antonini Pii qui fuit ſucceſſor Hadriani, nullum eſt inconueniens ꝙ Iulianus fuerit conſiliarius Hadriani, & Marcellus Antonini, & tamen uiuerent eo. tempore cũ & doct. grati ſunt ex uariis cauſis uariis principibus, & poſſunt eſſe uiui per tempus quatuor principũ. & quàmuis ſcripſerit notas in Iulianũ ut probatur in l. quæſitum. §. pupillus. ff. de acquir. hæredit. & l. quidam ita, uerſi. Marcellus & l. ita tamẽ §. Marcellus. ff. ad Trebellia. & melius in l. ſi rẽ alienam. cũ l. ſequenti. §. Marcellus. de donatio. cauſ. mort. non inconuenit ꝙ ſcripſerit notas in Iulianũ uiuum, imò magis rationabile eſt ꝙ eſſet uiuus, & hoc faceret propter emulationẽ, & Iulianus poſteà dederit ſuas reſponſiones, prout uidemus feciſſe Deciũ qui ſæpe oppugnationibus datis per moder. in 3. lectura ipſe dedit reſponſiones, ſiue dicamus quòd fuerit abſens, ſiue præſens: quia hoc non intereſt in ſcripturis & pro hoc facit tex. in dict. l. ſi rem alienã, ubi Iulianus ponitur auctor legis, & tamen dicit Marcellus notat taliter quòd poteſt eſſe ꝙ Iulianus ſe defenſauerit à notis Marcelli uiuus & non mortuus.

Quantum uerò ad intellectũ tex. dicas quòd ſunt uerba Marcelli ſi habes literam affirmatiuam. ſi habes negatiuam ſunt uerba Iuliani, uel etiam poſſunt eſſe uerba auctoris l. & quando ſunt uerba Marcelli ſtant ſimilitudinariè, & dictio quemadmodum, exponitur, id eſt, ſicut, & ſi ſunt Iuliani, uel auctoris, poſſunt ſtare interrogatiuè. uel etiam demonſtratiuè exponendo eo modo quo, quæ tamen expoſitiones fiunt tantummodo ad ſaluandam deciſionem tex. ne uideatur falſa, nihil enim noui ut ſæpius dixi ex hac lege induci poteſt.

182 Sequitur † uerſi. nam hæreditatem, qui uariijs modis etiam intelligitur ſecundum uarios modos ſumendi uerſi. quemadmodum, ut per Bar. in figuratione caſus. ſed tamen retineas illam quæ infert ueras concluſiones ut ſupra. Sed dum dici quòd hæreditas ſolum repræſentat in quibuſdam opponit Bar. quòd imò ſemper in omnibus uidetur repræſentare defunctum ut in lege mortuo. ff. de fideiuſſo. & §. ſi ſeruus hæreditarius inſti. de hæredib. inſtituen. ſoluit Bar. quòd contrarium procedit in his quæ requirunt factum perſonæ, ut in l. cum hæreditas. C. depoſiti. ſecus in his quæ requirunt factum perſonæ, ut clarè diſtinguit tex. in l. hæreditas in multis. ſupra de acquir. rerum dominio. ideò nõ repræſentat in poſſeſſione: quia requiritur animus, l. cum hæredes. de acquir. poſſe. & l. j §. Sceuola, ſupra ſi quis teſtam. lib. eſſe iuſſ. fuerit. ideò ſequitur quòd cum hic tractemus de poſſeſſione. ideò rectè dixit in quibuſdam. ſed tamen exponas poſteà uariis modis ſecundum uarios intellectus dummodo faciat ueras concluſiones.

183 Veruntamen † quia ut dixi ueritas intellectuũ iſtius l. dependet à ueritate concluſionum, ideò inſiſtendũ eſt ſuper eis, & quia glo. hic totã materiã colligit, ideò expedio eam, & poſteà diſtinctionem Bar. Glo. ergo ſi. diuiditur in duas partes. In prima ponit uarias literas. In ſecũda ponit plenã diſtinctionem in tota materia. Et dũ conſiderat tria capita unũ de poſſeſſis per corpus captiui, aliud de poſſeſſis ꝑ animũ dñi & corpus alienũ, & aliud de poſſeſſis per animũ & corpus alienũ, ut in peculiaribus. Tu diuidas ſecundã partem glo. in tres partes. item collige

tres

tres modos poſſidendi diuerſos à quibus cauſãtur illæ tres poſſeſſiones ſupra poſitæ per Bar. quòd una habet plurimum facti & parum iuris, & alia parum facti & plurimũ iuris, & alia multum iuris & multum facti, & quòd in non peculiaribus ſemper poſſeſsio eſt in animo domini etiam quòd ſibi ignoranti acquiratur. unde eo deficiente defficit poſſeſſio utſupra concluſi. Et ſi dicatur ergo captiuus non habet animum neque animam ſi eas amittit. Reſponde quòd portat ſecum animum & animã, & ſemper eos retinet, ſed operationes ciuiles quæ cauſant ciuiles effectus amittit, ità quòd dicitur deſinere animus quantum ad cauſandum illos effectus ciuiles, dicta l. cum hæredes. §. primo. ſupra tit. primo. Bar. uerò alio modo ordinat, & dicit aut quæris de poſſeſſione, aut de uſucapione, & in uſucapione aut de quæſitis ante captiuitatem, aut poſteà, & in primo caſu aut poſſidentur per ſe, aut per alium ex cauſa non peculiari, aut per alium ex cauſa peculiari, & in ſecundo caſu, aut poſſidentur per ſeruum, aut per filium ſi per ſeruum aut ex cauſa non peculiari aut peculiari, ſi per filium, aut de poſtliminio quando pater reuertitur, aut de lege Cornelia ſi ibi moriatur ut hic per eum. ex cuius dictis colliguntur aliquæ concluſiones.

184 Prima eſt concluſio, † quòd ſi captiuus poſſidebat per corpus alienum, ut per colonos uel ſeruos, quòd quaſi ſemper contingit, cum rariſsimè hodie reperiantur peculia ſeruorum, & res proprias quis raro poſſidet per corpus ſuũ niſi ædes, ſi taliter poſsidens capiatur non interrumpitur poſſeſsio ſecundum Bar. & ſi reuertitur fingitur retro poſsidere. idem tenuit Bar. ſupra in quarta oppoſitione 1 quia poſſeſſio habet ſuum initium: & defectus ſcientiæ non interrumpit eum. nec etiam uſucapionem ſecundum Iacobum de Arena. Sed ſecundum doct. ſolam poſſeſsionem: ideò reuertens recuperabit ſaltem poſſeſsionem, & fingitur retro poſſediſſe & ſequuntur communiter docto. ſed ego ibi aliter dixi concludendo quòd ſi dominus eſt in ciuitate defectus ſcientiæ non impedit poſſeſſionem, & etiam uſucapionem: quia ipſe poteſt habilitare ſeruum. ſed ſi capiatur dominus omninò poſſeſsio interrumpitur: quia conſiſtit in animo ſuo, dicta l. 3. §. ſalius. qui tollitur per captiuitatem, & ſuccedit leg. neque ſeruus. ſupra eodem. unde conclude quòd captiuus non fingitur retro poſſediſſe ſi reuertatur ex poſſeſsione per alium etiam ignoranti quæſita, & tanto fortius ſi tenemus opinionem Areti. Sozi. & Iaſ. in l. j. §. Item acquirimus. ſup. tit. primo. quòd non acquiratur per ſeruum ignoranti domino.

185 Secunda colligitur concluſio † quòd in peculiaribus quæſitis ante captiuitatem ſemper procedit uſucapio reuerſo per poſtliminium, & hæredi per leg. Corneliam, & hanc concluſionem examinaui in prima & ſecunda oppoſitione uerſi. quod ſi ſeruus. & etiam poſui in præmiſsis, & ibi eam approbaui præſupponendo quòd in peculiaribus poſſeſsio ciuilis & naturalis eſt penes ſeruos. & fundatur in animo & corpore ſuo qui habilitatur propter peculium ad ius poſſidendi, & ſolum deficit illa poſſeſsio domini conſiſtentis in mero iure quæ etiam poteſt dici quòd remaneat in peculio & ſubſtinuatur cum eo, cum totum factum exerceatur per ſeruum, meritò uſucapio procedit & retro fingitur uſucepiſſe, & poſſediſſe.

186 Tertia colligitur concluſio † quòd in peculiaribus poſt captiuitatem quæſitis procedit uſucapio in reuerſo per poſtliminiũ ſecundum omnes. per tex. in l. iuſto. §. ſi. primo reſponſo infra eo. ibi, inchoari uſucapionem, & l. ait prætor. §. his autem. uerſi. planè. ff. ex quib. cauſ. maior. & §. nullus. inſti. de actionib. ibi, dum eſſes apud hoſtes uſucepiſti. Idem etiam & fortius procedit in hærede ſuo ſecũdum omnes ut uſucapio proſit ei ex lege Cornelia, dicta l. in bello. §. factæ, in uerbo hæredi ſuo impleri uſucapionem. Sed in extremo hærede dubitatum fuit, & quidam dicebant quòd non: quia incipit à die aditæ hæreditatis, lege fin. §. fin. infra eodem ubi uidetur textus in terminis, & coniungendo cum dicto. §. factæ. uidetur probare hanc diſtinctionem, & hoc modo intelligitur iſte textus præſupponendo quòd loquatur de peculiaribus tantum & cum litera negatiua. Nam non procedit uſucapio: quia loquitur de extraneo hærede, & hæc fuit opinio Ruy. & eſſet probabilis ſi non haberemus niſi hæc tria iura.

Tamen ei obſtat ſex alia iura quæ indiſtinctè dicunt uſucapionem in peculiaribus poſteà quæſitis procedere. & primò probat tex. in in dicta l. ait prætor. §. bi planè. ff. ex quib. cauſ. maior. qui ſimpliciter dicit id uſucaptum, & eſſet diuinare reſtringere ad ſuum hæredem. & idem probatur in dicto. §. reuerſus. & cum ille tex. præſupponat uſucapionem finitam uiuo adhuc captiuo non poteſt fieri hæc diſtinctio: quia neceſſariò ſtaret in pendenti uſucapio, etſi reuerteretur procederet, uel moreretur cum ſuo hærede, & ſi cum extraneo hærede moreretur non procederet uſucapio, qđ eſt expreſsè cont. dicta iura. Idem probat tex. in leg. penul. infra de cap. quæ ſimpliciter loquitur & æquiperat de hæreditate iacente & non adita quæ præſupponunt extraneum hæredem & ſuum. facit tex. in l. bona. §. penul. infra eo. & confirmatur per ea quæ ſupra dicta fuere quòd ſerui peculiares pendente captiuitate uerè uſucapiunt & poſsident. unde hæredi acquiritur cum peculio per aditionem.

Quare concludendum eſt quòd peculiaria quæſita per ſeruum poſt captiuitatem ab omni hærede uſucapiuntur per legem Corneliam. Et ampliatur etiam procedere in peculiaribus poſſeſsis per filium [illegible]

ſto. §. fin. in fin. infra eodem . & etiam in dicta l. fi. §. fi. infra eodem . declarando utſupra dixi .licet Bar. hic & glo. uideantur ponere caſum diuerſum in dicta leg.iuſto. in fi. tamen uerè non ponunt : quia ille tex. uult quòd ſibi poſſederit, & uſuceperit. Et ſi tu intelligis quòd ipſe efficiatur dominus , ſequetur quòd bona paterna peculiaris, uel empta cum pecunia paterna non tenebitur diuidere cum fratribus tanquàm ſibi ſoli quæſierit, & nec etiam tenebitur contribuere hæredi , quod eſt contra legem ſi donatione.C.decollationib. & l.filium quem habentē. C. famil.erciſc.& contra omnia iura, quæ dicunt quòd filiæ & hæredes habebūt bona poſſeſſa ac ſi eſſent mortui in ciuitate, le. bona. per totam, & §. quod ſi filius, & §.penul. & fin. infra eodem . ergo ille tex. intelligitur quòd dicitur ſibi uſucepiſſe & poſſediſſe quatenus eſt hæres patris : quia eo mortuo in captiuitate retro fuit hæres, & dominus uerus.unde tanquā dominus poſſedit pro parte hæreditaria, & proderit eius poſſesſio cohæredibus; quia in ſolo animo , & corpore ſuo erat fundata . igitur dicta concluſio quòd uſucapio procedat ex lege Cornelia habet locum in filio . ſed hoc plus erit in eo quando erit hæres habebit ueram poſſesſionem ex regulis iuris tanquàm capax non tanquàm habilitas à peculio . Item ſi acquireret ex alia pecunia quæ non eſſet patris,ſibi tantum poſſet quærere ſicut faceret uiuo patre in ciuitate . & ita intelligitur textus in lege in bello . §. ſi quis capiatur . infra de captiuis dum dicit ſtipulationem traditione & legato intellige ex cauſa donationis uel ſimili .

Quare remanet iungendo has duas concluſiones quòd in peculiaribus communibus tam quæſitis ante captinitatem quàm poſteà procedit uſucapio per poſtliminium & leg. Corneliam ſiue poſſideantur per ſeruum ſiue per filium . Sed hoc plus erit in filio quòd tanquàm pater familiās uidebitur ueram poſſeſſionem habuiſſe , & concluſio redditur clara licèt doct. uideantur eam facere dubitabilem .

Nec obſtat dicta l. fi. §. fi. quia intelligitur de non peculiaribus ſecundum communem,uel etiam in peculiaribus declarando utſupra ut incipiat uerè a die aditæ hæreditatis . ſed in continenti retro trahatur .

Non obſtat tex. noſter : quia iſte intellectus non eſt bonus .

Nō obſtat dictus. §.factæ quia licet loquatur de ſuo hærede; tamen non negatur quin in extraneo non poſſit impleri uſucapio de ſuo hærede de ſuo herede enim ibi fuit poſitum quæſitum relinquendo quæſtionem de extraneo hærede aliis iuribus .

187 Quarta eſt concluſio † quòd in poſſeſſis per corpus captiui non procedit uſucapio per poſtliminium nec per legem Corneliam per iſtum te [illegible] dicta lege in bello. §. factæ . in primo dicto, & ſequuntur omnes.

Ampliatur procedere etiam quòd filius eſſet hæres ſeu captiuo ſuccederet ſuus hæres, per dictum. §. factæ . nam hoc dicebat Iulianus : ſed Marcellus contradicebat tamen approbatur diſtinctio Iuliani, & cum in ſecundo caſu dicat impleri uſucapionem ſuo hæredi , negat in primo impleri . igitur initium uſucapionis erit à tempore quo ſuus hæres inceperit poſſidere ſi captiuus moriatur in captiuitate : arg. legis iuſto. §. finali in fin. & ſic habemus aliam concluſionem generalem quòd in poſſesſis per corpus captiui nullo modo procedit uſucapio.

188 Quinta eſt concluſio † quòd poſſeſſa per alium ex cauſa non peculiari ante captiuitatem non uſucapiuntur per reuerſum iure poſtliminii , & ſequuntur communiter doct. Iacobus autem de Are.& And.de Piſis tenebant contrarium per rationem: quia uſucapio habuit principium naturale,& defectus ſuperueniens ſcientiæ non impedit uſucapionem compleri : ſicut nec defectus malæ fidei , tamen Barto. tenet primam opinionem.Iaſ.uerò dixit diſputatiuè poſſe teneri,iſtam ut per eum latè cum glo. hic & principale fundamentum eſt in l. in bello. §. factæ . in ſecundo dicto. tamen ego tenui ibi communem opinionem, quæ omnino uera eſt.

Nec obſtat dictus. §. factæ . quia ibi dicitur de peculiaribus in ſecundo dicto referendo uerbum peculiari nomine, ad præcedentia, ut fiat unicū dictum, uel melius ille tex. loquitur de ſuo hærede ut patet in litera . unde in reuerſo concluſio non habet difficultatem .

Ampliatur etiam procedere in mortuo apud hoſtes in hærede extraneo , ut non proſit uſucapio per legem Corneliā:quia poſſesſio fuit extincta per captiuitatem in perſona captiui , & hæc diſtinctio de hærede ſuo & de extraneo neceſſaria eſt : quia Iulianus in hoc tex. negat uſucapionem in non peculiaribus procedere , ibi uerò dicit procedere ne ſit ſibi contrarius de directo ibi fatetur de ſuo hærede in non peculiaribus , hic negat de extraneo hærede in non peculiaribus , & ſic concluſio remanet uera. Et per hanc rationem etiam ampliatur procedere quando captiuo extitit ſuus hæres : quando in perſona captiui fuit extincta & non potuit peruenire ad ſuum hæredem illa poſſeſſio quæ in perſona captiui fuerat extincta , ideò uſucapio tunc habebit locum in ſuo hærede à die quo incipit poſſidere poſt captiuitatem , & non proderit ſibi poſſeſſio captiui, & remanet etiam hæc concluſio multum generalis : tamen hæc ampliatio ex alio non uidetur uera : quia ille textus uult Marcellum nolle eſſe differentiam an poſſideat per corpus ſuum uel alterius , & iſta ſimilitudo non poſſet procederè niſi de quæſitis ante captiuitatem. Item tex. dicit poſſidebat & uſucapiebat . ergo ante captiuitatem: ergo eſt ibi tex. in terminis contra hanc

am-

ampliationem, & debet dari limitatio in ſuo hærede ut procedat uſucapio in non peculiaribus in ſuo hærede.

Nec obſtat quòd extinguatur poſſeſſio per captiuitatem: quia tex.negat quando ſerui remanſerunt in poſſeſſione concurrentib. tribus quòd ſeruus ſit in poſſeſſione, & quòd in continenti ſit ſucceſſio ut ſuo nomine poſſit poſſidere:& quia quaſi poſſeſſor eſt in uita patris ſubſtinetur poſſeſſio quæ non poteſt ſubſtineri quando poſſidebat per ſe: quia iſta tria non interueniunt,& hoc eſt melius.

109 Sexta colligitur concluſio † ꝙ ſi ſeruus emit poſt captiuitatem aliquid ex cauſa non peculiari,ut in iſto tex.quòd uſucapio non procedat in reuerſo per poſtliminium, per l.iuſto.§.ſi.ſecundo reſponſo. inf.eo.& l.ſi.§.fin. ſecundum communem intellectum.inf.eo.& per iſtũ tex.ſecundũ cõmunẽ intellectũ, & ſequuntur communit. doct.ut dixi ſuper quarta oppoſitione: quia eſt minor ratio quòd procedat cum poſſeſſio nullum poteſt habere principium neque in perſona ſerui:neque in perſona domini, l.neque ſeruus.ſup.eo. nec perſona ſerui eſt habilitata ſeu ſuppleta per peculium quod nõ habet. Et idem etiam ſecundum omnes eſt in filio qui poſteà non fuit hæres:nam reputatur ut ſeruus extraneus ſeu colonus.& non poteſt poſſidere,l. cum hæredes. §. j.ſup. tit. j. & l. ſtipulatio iſta. §. hi qui.& §.hæ quoque. infra de uerborum obligationib.

Ampliatur procedere etiam ſi dominus moriatur apud hoſtes, & habeat hæredem extraneum,dicta l.fin.§.ſi.inf.eod.& dicta le. iuſto.§. fin.ſecundo reſponſo,& d.l.ait prætor.§.his autem.§.hi planè,inducendo in limitatione unica ſup.ex quib.cauſ.maio.

Limitatur non procedere quando filius poſt captiuitatem emit, & fuit ſuus hæres:nam tunc uſucapio procedit ipſi filio, qui ſibi poſſediſſe uidetur uerè tanquàm dominus, & pater familiàs, dicta l.iuſto.§.fin.in ſi.& hoc modo etiam poteſt procedere dicta l.in bello.§.factæ. in ſecundo dicto de non peculiarib. dum dicit impleri uſucapionem,tamen etiam ut dixi loquitur de poſſeſſis ante captiuitatem,quod non uidetur poſſe procedere:quia prius erat extincta poſſeſſio quæ non potuit transferri ad ſuum hæredem, niſi dicas imò etiam procedere ante captiuitatem:quia & ipſe uidetur poſſidere l.in ſuis.ff.de lib.& poſthum.& continuatur in hæredem ex tit.pro ſuo non pro hærede l. nihil. C. de uſucapio pro hẹrede, tamẽ tunc obſtat:quia etiam poſſeſſa per corpus patris uſucaperet, quod tamen negat tex.ibidem in j. dicto, cum omnia ſimul cum patre dicatur poſſidere, placet tamen quòd hæc ficta poſſeſſio ſola in uita patris non ſufficiat ad uſucapionem filio tanquàm hæredi:nec ei continuetur quando pater eſt mortuus in ciuitate: ergo nec etiam quando moritur apud hoſtes: ſed eſt opus quòd concurrat poſſeſſio alterius, & quòd ſtatim habilitetur filius.

Quare remanebit quòd hæc limitatio de ſuo hærede habet locum in quæſitis poſt captiuitatem per filium,ut ſi ipſe fuerit hæres proſit uſucapio ſibi etiam pendente captiuitate:quia per fictionem retro fuit pater familiàs, & habilis ad omnem plenam poſſeſſionem, qua de cauſa dico ꝙ idem erit etiam in poſſeſſis per ſeruum patris: quia ſi retro fuit pater familiàs ſeruus ei quæſiuit poſſeſſionem,& filius dicitur poſſidere animo ſuo,& corpore ſerui,cum ipſe fuerit capax poſſeſſionis,& dominii, & ſtabit limitatio de poſſeſſis poſt captiuitatem ex cauſa nõ peculiari ut procedat uſucapio in perſona ſui hæredis,ſuper quib.bene cogita: quia ſunt de apicibus iuris.

190 Ex quibus omnibus † ſimul iunctis reducendo ad breuiorem doctrinam conſtituas duas regulas.

Prima eſt quòd in peculiaribus procedit uſucapio tam per poſtliminium, quàm per legem Corneliam æqualiter, & tam de quæſitis ante captiuitatem quàm poſteà, & ſiue captiuo exiſtat ſuus hæres ſiue extraneus: ſed ſuus hæres habebit hoc plus quòd plenam poſſeſſionem conſequetur factus habilis, & tanquàm pater familiàs.

Secunda eſt regula quòd in non peculiarib. non procedit uſucapio: neque per poſtliminiũ neque per legem Corneliam ſiue poſſideantur corpore captiui ſiue corpore alieno, ſiue ſint quæſita ante ſiue poſteà, ſiue ſit ſuus hæres captiuo ſiue ſit extraneus. Fallit in quæſitis poſt captiuitatem,& extitit ſuus hæres captiuo:quia tunc ſine poſſediſſe, & uſucepiſſe uidebitur d. l. iuſto.§.ſi.in ſi.declarando tamen ut ſupra.Secundò fallit ſecundum doct. quando deficiunt pauci dies. quia tunc non interrumpitur poſſeſſio, l.rerum mixtura. §.Labeo.inf.eo. & ſequuntur communiter docto. ut hic per Iaſ. ſed ego reſtrinxi ſupra procedere tantummodo quando ſerui remanſerunt in poſſeſſione: quia uerificatur requiſitum dicti. §. Labeo. alioqui ſecus: quia in uſucapione conſideratur tempus de momento ad momentum ut ſup. dixi.

Per quæ apparet quòd ultima hic poſita reſpondet primis poſitis in ſecundo præmiſſo, & habet expeditam totam materiam uſucapionis per poſtliminium, & l.Corneliam, & per conſequens expeditam totam legem in ſexdecim lectionibus.

Tertia pars iſtius legis in qua tractatur de generali materia fictionis.

191 Sequitur tertia pars principalis † huius legis, & ſecunda Bar. in qua tractatur de generali materia fictionis quam poſuit Bar. hic, ſumpta occaſione à fictione poſtliminii, & l. Corne. de qua principaliter tractat [illegible] uerũ quia

ultra eas reperiuntur plures aliæ ſpecies fictio-
nis,ac illa tranſlatiua in duas ſpecies diuiditur,
& in multis aliis partibus iuris procedat ut in-
digeat ſuppletio ne declarationis. Propterea
Bar. hic examinat pleniſsimè totam materiam
fictionis, quæ eſt utilis ualde, & quotidiana in
practica. & in iudiciis ſæpiſsimè uerſatur. Et
quia omnis bona doctrina incipit à definitio-
192 ne. † Ideò ipſe primò loco quæſiuit quid ſit fi-
ctio, & refert diffinitionem Cy. in l. ſiue poſ-
ſideris. C. de probationib. qui dixit quòd eſt
in re certa contrarii ueritatis pro ueritate aſ-
ſumptio, quam ipſe reprehendit: quia eſt ni-
mis generalis, & continet mendatia, falſita-
tes,fraudes,ſimulationes,& dolos, quæ nō ſunt
propriè fictiones: ſed actus reprobati. Item
non ponit eſſentiam quæ eſt ut fiat de re poſsibi
li neque quòd fictio fiat tantummodo ad finem
ut ſequatur effectus iuris. Propterea ea reiecta
ipſe poſuit ſuam pleniorem dicens, quòd fictio
eſt in re certa eius quod eſt poſsibile contra ue-
ritatem pro ueritate iuris aſſumptio, quam de
clarat per partes ut hic per eum. Addens etiam
quòd non fit à iure naturali. ſed ſolum à iure
gentium ciuili uel ſtatutario, & non fit per ho
minem: ſed tantummodo per legem. quam dif
finitionem uidentur approbare communit. ex
doct. licèt aliqui Mod. reſiſtant. Iaſo. quoque
hic refert ſex alias diffinitiones quæ reincidunt
in has duas licèt per diuerſa uerba. Nos au-
tem pro reſolutione habemus uidere, quæ ſint
de propria eſſentia fictionis ut eis cognitis poſ
ſimus poſteà uidere an diffinitiones traditę ſint
bonæ & cogitare de noua ſit opus erit.

193 Primò † igitur ſecundum Bar. & docto. de eſ
ſentia fictionis eſt quòd fiat de re certa, quod
nullam habet difficultatem, & per eam fictio
differt à præſumptione: quoniam quando eſt
factum dubium non eſt fictio: ſed præſumptio
ut per glo. in l. j. §. accedit. C. de rei uxor. actio.
in uerbo præſumitur,& ideò præſumptio diffi-
nitur quòd eſt in re dubia unius partis pro ueri
tate aſſumptio: nam quando actus eſt dub. li-
cèt duæ partes poſſint interuenire: tamen lex ca
pit unam pro ueritate, uel etiā poteſt dici præ
ſumptio eſt deſiſtentia cum dictione ſeu quali-
tate rerum dubia ex primis præſuppoſitis, cer-
to modo exiſtimatio, uel præſumptio eſt de
qualitate rerū dubia certo modo exiſtimatio.
Prima tamen melior uidetur. & ſic præſumptio
eſt quando dubitamus ſeu ignoramus uerum,&
aſſumimus unam partem diſponendo perinde
acſi illa pars aſſumpta eſſet uera. Sed fictio eſt
quando ſcimus uerum, & ſcienter contra uerū
aſſumimus falſum, & diſponimus acſi illud fal-
ſum eſſet uerum, non tamen eo modo quo faci
mus: quando committimus falſitates, menda-
tia, uel ſimulationes ſeu dolum adhibemus.
194 † Quia fictio differt à prædictis: quia in eis di-
ſp[illegible] occultat uerum, & aſſerit falſum eſſę
uerum [illegible] piendi: ſed in fictione fate-
tur uerum, & illud reiicit, & aſſumit falſum,
ſuper quo diſponit ac ſi eſſet uerum. unde nul-
la deceptio poteſt partibus euenire: neque etiā
damnum, & hoc modo fictio fit à poſtliminio,
quod ſciens reuerſum fuiſſe apud hoſtes aſſumit
contrarium quod fuit in ciuitate, & diſponit
perinde ac ſi illa fuiſſet in ciuitate, & lex Cor-
nelia ſciens notum eſſe omnibus captum deceſ-
ſiſſe apud hoſtes aſſumit falſum ꝙ ſit mortuus
ante captiuitatem, & diſponit perinde acſi eſ-
ſet mortuus in ciuitate. Idem etiam dicitur
de mortuis quòd lex fingit eſſe uiuos: nam fate
tur eos eſſe mortuos: ſed dicit bene haberi pro
uiuis & neminem decipit, lege in bello, dig.
de excuſatio. tu. & §. primo. inſtit. de excu-
ſatio. tuto.

Quare apparet quòd uerbum in re certa con
tinet magnam eſſentiam fictionis: quia facit eā
differre à falſitatibus, mendaciis, fraudibus,
ſimulationibus, & dolis, quæ ſemper rem du-
biam continent penes alios, & ex aſſertione fa
195 cientis. Atque † etiam differt à præſumptione
quæ ſimiliter fit de re dubia, d. l. j. C. de rei uxo.
actio. & propterea ſequitur ꝙ contra fictionem
nulla admittitur probatio in contrarium: quia
ueritas nota eſt,& ea reiecta lex aſſumit contra
rium diſponendo ut de uerò. ſed contra falſi-
tates, & dolos admittitur probatio in contra-
rium. toto tit. ff. & C. de dolo. & in rub. & nig.
C. ſi ex falſis inſtrum. & in rub. & nigro. inf. ad
legem Corneliam de falſis. Similiter contra
præſumptionem admittitur probatio in con-
trarium ut detegatur ueritas, & reiecta præ-
ſumptione procedatur ſuper uera. ut no. in au
then. ſed iam neceſſe. C. de donatio. propter
nup. cum glo. & l. in contractib. C. de non nu-
me. pecunia, ſaltem per confeſſionem partiū,
niſi lex ulterius procederet quòd nollet admit
ti probationem in contrarium: nam tunc præ-
ſumptio æquiperatur fictioni, & appellatur præ
ſumptio iuris,& de iure. cap. his qui fidem. de
ſponſalib. & no. in dicta auct. ſed iam neceſſe.
cum ſimi.

Secundò de eſſentia ſeu ſubſtantia fictionis
196 eſt † quòd fiat contra ueritatem, nam ſi fie-
ret ſecundum ueritatem non eſſet fictio: ſed ue-
ritas,& procederetur ſecundum regulas ordina
rias iuris. unde nos uidimus ſupra quòd poſt-
liminium in prima, & ſecunda operatione pro
ceſsit ſecundum ueritatem diſponendo quòd
ſuſpendantur, & recuperentur iura. In tertia
uerò operatione dicitur procedere ſecundum
fictionem: quia uoluit quòd qui per multum tē
pus fuit apud hoſtes fingatur retro fuiſſe in ci-
uitate. Similiter lex Cornelia proceſsit ſecundū
ueritatem in tribus operationibus, & diſpoſi-
tio fuit ſuper uero, in aliis uerò tribus proceſ
ſit ſecundum fictionem fingendo mortuū apud
hoſtes eſſe mortuum in ciuitate, atque fingen-
do hæreditatem iacere tempore quo captiuus
uiuebat apud hoſtes, & fingendo quòd hæres

poſt

poſt aditam hæreditatem retro uideatur acquiſiuiſſe iura, & ideò quædam continentur in fictionibus quæ in diſpoſitionibus ueris ſecundum ueritatem non potuerunt contineri, ut dictum fuit de poſſeſſione, & ſic, aliud eſt quòd ſit fictio quę fit cõtra ueritatem aliud eſt quòd
197 ſit ueritas, & diſponatur ſuper ueritate. † Et cum fiat contra ueritatem uidetur quòd lex approbet mendacia, falſitates, fraudes, ſimulationes, & dolos, atque etiam permittat mentiri, quod tamen uidetur inconueniens, & ſimile nota. in §. aliæ. & §. rurſus. inſti. de actionib. ubi lex permittit aliquem dicere ſe uſucepiſſe quando non uſucepit, & non uſucepiſſe quando uſucepit. Vnde glo. dixit no. quòd lex permittit mentiri. Sed reſponde ut ſupra, quòd aliud eſt fictio, aliud ſunt mendatia, & falſitates, & fraudes: quoniam licèt lex contra ueritatem fingat: tamen neminem decipit: quia conſentit, & fatetur uerum: ſed dicit ſe uere aſſumere contrarium ueritatis, & diſponere tanquàm de uero ex aliqua iuſta cauſa, & propterea neminem decipit: neque ipſa mentitur: neque facit quòd alii mentiantur: quoniam qui fatetur ueritatem licèt contrarium aſſumat ex aliqua cauſa, nemině dicitur lædere neque decipere, falſitates uerò mendatia, fraudes, ſimulationes, & doli, tunc fiunt quando occultatur ueritas, & aſſeritur illud quòd eſt falſum eſſe uerum animo decipiendi alium. Ità quòd aliud eſt dicere falſum eſſe uerum occultando ueritatem, aliud eſt dicere uelle falſum reputari pro uerò fatendo ueritatem: ſed eam ex cauſa reiiciendo. Ideò remanet quòd hoc contrarium ueritati eſt de ſubſtantia fictionis, & nullum malum inducit neq; præiudicium parit: ſed ex cauſa iuſta, & utilitatis ratione illud fit, & eſt iuſta diſpoſitio.

198 Tertiò de ſubſtantia fictionis eſt † quòd non uerum aſſumatur pro uerò, & quòd de hoc falſo diſponatur perinde ac ſi eſſet uerum, ut producat illosmet effectus quos produceret uerum, ut in poſtlimio quòd qui reuerſus fuit ab hoſtib. uideatur fuiſſe in ciuitate, & quòd uideatur fuiſſe liber, & dominus bonorum ſicut ſi fuiſſet in ciuitate, ac conſequatur omnes illos effectus quos conſecutus fuiſſet ſi manſiſſet in ciuitate, & ità diſponit poſtliminium, ut hoc falſum habeatur pro uero diſponendo quòd naſcantur effectus qui naſcerentur ex uero.

Similiter lex Cornelia aſſumit hoc falſum quòd captus mortuus fuerit ante captiuitatě, & uolt haberi pro uerò, & diſponit quòd teſtamentum ualeat, & habeat hæredes ſicut ſi mortuus fuiſſet in ciuitate, & ſic hoc falſum uoluit haberi pro uerò, & producere effectus ueri. quod lex facit ex iuſta cauſa, & hoc eſt de eſſentia fictionis, cum ſi naſcerentur effectus de uero fictio nullius eſſet effectus, & inutilis efficeretur.

199 Quartò de ſubſtantia fictionis eſt † quòd fiat ſuper poſſibili, id eſt, quòd illud falſum aſſumptum ſit poſſibile ut potuerit eſſe uerum, alioqui non procedit fictio, ut per glo. in l. Gallus. §. ſi eius. ſupra de lib. & poſthum. & in l. iij. ſupra pro ſocio, & l. qui ad certum. ſupra locati, & le. certè. infra de precario. quia ars imitatur naturam. §. minorem. inſti. de adoptionib. & l. adoptio. ſupra de adoptionib. & confirmatur per tex. in l. in confeſſionibus. ſupra de interrogato. actionib. ubi confeſſio impoſſibilis non nocet, & per text. in lege qui libertinus. §. fina. ff. de oper. liberto. ubi mortuus non poteſt fingi libertus, & per text. in lege filio quem pater. ff. de liber. & poſthumis. & ſequuntur communiter doctor.

200 Sed in contrarium adducuntur † multa. & primò lex ij. §. uoluntate. ſupra ſol. matrimonio ubi furioſa mulier fingitur conſentire. Secundò per text. in l. ſed & quæſitum. §. ſpadonem. ff. de lib. & poſthum. ubi ſpado qui nunc generare non poteſt adoptare poteſt. facit. §. ſi illud. inſti. de adoptioni. & l. mulierem. C. de adoptionib. Tertiò facit lex qui in utero. de ſtatu hominum. ubi poſthumus exiſtens in utero etiam per unum menſem fingitur mortuus natus, & tamen ante ſeptem menſes, non poteſt naſci ſecundum glo. in ſumma. quinta diſtinctio. Quartò facit tex. in l. ità uulneratus. ſupra ad leg. Aquiliam ubi quis fingitur bis mori. Quintò tex. in l. eadem. in prin. de duob. reis ubi pecunia numerata uni fingitur numerata alteri. Sextò tex. in §. alienus. inſti. de hæredibus inſti. coniuncta l. hæres quandocunque. de acquir. hæredita. Septimò facit lex iij. §. è contrariò. de acqui. hæredita. ubi duo non poſſunt fingi ſtare in eodem loco: quia naturaliter non poſſunt ſtare, & tamen uidemus quòd plures poſſeſſiones poſſunt ſimul concurrere, & plures fingi ſtare in eodem loco; ut dictum fuit in l. iij. §. è contrariò. ſupra titulo primo, & uidebimus in ultima col. Bar. Octauò facit lex ij. ſupra de uſufruct. earum rer. quæ uſu conſumu. ubi fingitur uſusfructus in re conſumpta in qua uerus eſſe non poterat. Nonò facit lex in bello. ff. de excuſationibus tuto. ubi mortuus fingitur uiuere, quod tamen eſt impoſſibile. Decimò facit; quia mulier muta uel etiam maritus fingitur ſtipulari, & tamen uerè ſtipulari non poteſt, l. j. C. de rei uxoriæ actione in uerſi. omnes dotes, & infans etiam fingitur ſtipulari, l. cum oſtendimus. §. fi. de fideiuſſo. tuto. & tamen eſt impoſſibile, ut no. in l. prima ff. de uerborum obligationib. plura alia ſimilia apparebunt infra in materia, & centum alia laborioſus lector inuenire poſſit, & tanto magis: quia quaſi ſemper fictio mutando ueritatem dicitur diſponere ſuper impoſſibili: quia hoc ſolo priuatur Deus factum facere infectum propter repugnantiam ut no. in l. prima. §. ſi uir uxori. ſupra titulo primo.

201 Pro ſolutione † tam urgentis contrarij Docto. fuerunt uarij, Bar. uerò in ſequenti col. [illegible] quem ſequuntur communiter doct. [illegible] genera

lem reſponſionem dicendo legem fingere ſuper impoſſibili in ſpecie: ſed tamen oportet quòd in genere ſit poſſibile, & ſic eſt impoſſibile etiam in genere non amittitur fictio ex iuribus primo loco allegatis. quam diſtinctionem poſuit etiam in l. quę ſub conditione. de ſolutionib. & l. eandem. de duob. reis nu. ſecundo & inf. ſæpius. ſed tamen hæc ſolutio eſt imperfecta; q̃a uel eſt falſa, uel aliud creat ſeu implicat contrarium: quoniam ſi tu conſideras poſſibilitatem in genere, retentis eiſdem terminis falſa eſt: quia nullus mutus de mundo poteſt loqui, & ſtipulari, nullus exiſtens in utero per unũ menſem poteſt eſſe natus in ciuitate, & nullus mortuus apud hoſtes poteſt eſſe mortuus in ciuitate, & nullus qui habitauit apud hoſtes poteſt dici habitaſſe in ciuitate, & nullus mortuus poteſt naturalit. eſſe uiuus, & ſic de ſingulis, & ſi tu uis intelligere in genere generaliſſimo commiſcendo omnes alios homines qui non habent illam qualitatem, tunc facis illam ſolutionem falſam, & creas aliud contrarium de dicta lege qui ad certum. ff. locati. & §. minorem. inſti. de adoptionib. ubi nullus minor poteſt adoptare maiorem, & ſi tu conſiderares alios homines ſine illa qualitate, certè infiniti eſſent maiores qui poſſent illum filium adoptare, undè fictio ex hoc capite deberet ſubſtineri.

Similiter neque ille furioſus: neque ille mortuu, & nullus alius furioſus uel mortuus poteſt facere contractus relocationis, ideò non fingitur. Sed ſi tu conſiderares omnes hominss ſine illa qualitate furoris uel mortis, certè inuenires infinitos qui tunc temporis eſſent uiri, & eſſent ſanę mentis qui potuiſſent facere relocationem, & propterea ex hac ratione deberet ibi fictio procedere. & ſi tu dicas ille q̃ hodie eſt mortuus fingitur mortuus hora captiuitatis: quia erat poſſibile ꝙ tunc moreretur, dicitur ꝙ non erat poſſibile ut qui uno tẽpore eſſet mortuus alio tempore moreretur, & ſi tu uis conſiderare pluses perſonas eodem modo qui natus eſt apud hoſtes, eſſet poſſibile quòd eſſet natus in ciuitate ex aliqua perſona.

Similiter unus homo bis mori non poteſt, ſi tu conſideras plures homines tunc faciliter milies poſſent mori: ergo & etiam alia prohibita propter impoſſibilitatem poſſent fieri, & ſic apparet quòd Bar. & docto. ſuper hac impoſſibilitate ſe ipſos confundunt. & iſta conſideratio quòd impoſſibilitas ſit in ſpecie, & non in genere ſubalterno remanet ſemper impoſſibilitas & nihil operatur, & ſi tu reducis ad genus generaliſſimum facis omnes fictiones poſſibiles, unde incidis in laqueum quomodo procedant aliæ ll. quæ dicunt impoſſibilitatem impedire fictionem.

202 Quare neceſſarium eſt dicere † quòd fictio poteſt fieri ſuper impoſſibili, quod eſt notum de impoſſibilitate in ſpecie, & de impoſſibilitate [illegible] genere, retentis eiſdem terminis. ſed tamen non præſumitur quòd lex hoc uelit facere, & ſi facit ſemper fingit aliud mediũ per quod tollatur impedimentum ut quòd mutuus habeat ſeruum, ut no. in l. j. de uerbo. obligatio. & Alcia. dicebat impoſſibile poſſe reduci ad poſſibilitatem aliquando ex ſeparatione perſonarum & actuum, ut in l. eandem. de duobus reis, & l. Ita uulneratus. ſupra ad leg. Aquiliam, & quando impedimentum eſt accidentale, ut in §. iſtud. inſti. de adoptio. illud non cogitatur.

Quæ tamẽ diſtinctio non tollit contrarium. Quare ego puto præſuppoſitum Bar. & doct. non eſſe uerum. & quòd imò lex ex abſoluta poteſtate poſſit fingere ſuper impoſſibili per dicta iura, & eſt ratio: quia lex fingit ubi uerè diſponere non poteſt, & ſuper factis quæ mutare non poteſt, & impoſſibile ſit factum non eſſe factum, l. ſi ita quis. ff. de euictionibus, & l. uerum. de regul. iur. & l. prima. §. ſi uir uxori. ſupra de acquir. poſſeſſione, & l. in bello. §. factæ. ff. de captiuis, propterea apparet quòd principale propoſitum legis eſt fingere ſuper impoſſibili, & mutare illud quod impoſſibile eſt mutari, & quòd eius potentia eſt ſuper impoſſibili in fingendo, cum ſecundum ueritatem non poſſit facere, tamen lex poſtea moderatur hanc ſuam poteſtatem ne uideatur facere monſtrum in natura dicto. §. minorem. ſed hoc facit ad bene eſſe non ex impotẽtia. Ideò ut uideatur immitari naturam quando fingit ſuper impoſſibili inducit medium per quod tollatur impoſſibilitas, uel per aliam fictionem, uel conſiderando caſus poſſibiles in natura, ut quòd mutus & infans ſtipuletur per ſeruum, l. j. ff. de uerbo. obligatio. uel inducendo quòd cautio ſit ſubſtantia rei, dicta l. ij. ff. de uſufruct. earum rer. quæ uſu conſumuntur, uel faciendo quòd corpus non uideatur occupare locum quando animus tendit ad diuerſum finem, ut in pluribus poſſidentibus diuerſis reſpectibus, ut dixi in l. 3. §. è contrariò de acquir. poſſeſſi. uel fingendo patrem fuiſſe ſemper in ciuitate ad hoc ut appareat poſſibile ꝙ filius natus ſit in ciuitate, leg. j. C. de cap. uel faciendo quòd res fictè acquirantur & ſint in rerum natura, ad hoc ut extremum habile à quo reperiatur actu ut poſſit ſecundum regulas communes retrotrahi.

203 Nec obſtant contraria: † quia nulla lex dicit quòd ipſa non poſſit fingere ſuper impoſſibili: ſed ſolùm quòd lex non facit quia immitatur naturam, & non uult inducere monſtrum in ea, unde credendum eſt ſemper quòd lex non fingat niſi ea quæ poſſunt etiam in illo genere ſtare in rerum natura: tamen non tollitur quin illa poſſit fingere ut demonſtrãt dicta iura: quia lex & natura habent eandem potentiam, ut no. in dicta l. iuriſgentium. §. adeo. ff. de pact. ubi Bar. dixit quòd ſicut Deus fecit Adam, & Euam miraculosè producendo ſine genere, & alij omnes ſint naturi, ita lex fecit actiones datiuas miraculosè productas, & cæteras natiuas, ut in. §.

quinimò

quinimò.col.pen.uerſi.ſed oppono,pacta. ff. de pact.dicens quòd ſicut Deus poteſt miraculosè facere quòd uirgo pariat, & ſenex mulier, ità poteſt lex facere quòd pactum etiam exiſtens unde pariat actionem miraculosè. ſed tamen ſicut in dubio lex illud non facit nec facere præſumitur, & ſolum quando expreſſè conſtat de eius uoluntate inducitur. Item in dubio præſumetur non aliter fingere niſi quod eſt poſſibile in genere propinquo, dicta l. qui ad certum. ſupra locati, & eſt impoſſibile non fingit regulariter ut ibi: tamen ſi cauſa eſt urgens, & conſtet de uoluntate ipſius, lex poteſt facere miraculum, & fingere ſuper impoſſibili quamuis, ut euitet monſtra conetur tollere impedimentum reducendo impoſſibilitatem ad poſſibile, dict. l.ij.§.uoluntatę.ſup.ſol.matrimonio & ſi poſteà cauſa ulterius urget tollit impoſſibilitatem reducendo ad poſſibile in genere generaliſſimo, ut uolebat Aretin.: & ſi cauſa ulterius urgeat reducit ad poſſibile per fictionem introducendo medium poſſibile, uel creando per fictionem, dicta l. j.ff.de uerbo.obliga.d.l.ij.ff.de uſufruct. earum rer.& in ſumma opinio communis eſt uera ex præſumptione per quam quis habet intentionem fundatam, ſi dicit legem non fingere. quia eſt impoſſibile,dicto.§.minorem,tamen ſi conſtat de uoluntate ceſſat hæc præſumptio, & propterea ſequitur quòd fingere ſuper poſſibili non eſt de eſſentia fictionis quidquid dicat Barto. ſed dicitur eſſe de naturalib.ipſius quæ ualde differunt à ſubſtantialib.ut uo.in l cum quid ff.ſi cer. peta.

Quintò ſecundum Bar. de ſubſtantia fictio-
204 nis eſt † quòd à iure fiat:quia ſecundũ eum ſola lex poteſt fingere,& fictiones de quib.loquimur ſunt à lege inductæ, & producunt iuris effectũ; & addit poſteà quòd intelligitur de iure gentium, & ciuili. quoniam de iure naturali non procedit fictio cum illa tantummodo fiat ſecundum ęquitatem, & rationem,& diſcurſu qui nõ cadit in plantis, & animalibus, ut inſti.de iure nat.gent.& ciuil.in prin.tamen hanc reſtrictionem ego non puto ueram,cum imò,&de iure naturali poſſit fieri fictio,& probari uidetur: quia animalia multa de facto reperiuntur fingere,& ſerpens multas fictiones faciat ut decipiat argumentum cap.ex meritò.in fi.6. quæſtio.j.& decimaſexta quæſtio.j.cap.ſi cupis,& uulpes faciunt multas fictiones ut decipiant gallinas,&illa fit ad effectum iuris naturalis,ut poſſint uiuere, & conſeruari per illas.& papagalli aliquando fingunt ſe infirmos,& plorant, & poſteà rident,& ſi inſpiciantur libri dę animalib.Ariſ.& Plinii, & aliorum philoſophor. de natura animalium loquentium in eis multæ animalium fictiones reperientur, & ſi tu dicis quòd non ſũt fictiones: ſed fraudes, & ſimulationes ad decipiendum, tanto fortius poterunt facere fictiones ſine deceptione fatendo ueritatem in quib. requiritur minor dolus,quę quãuis non ſunt ad effectum iuris ciuilis:quia natura fecit ſuum ius eis conueniens:tamen ſunt ad effectum iuris naturalis eis conuenientis.

Præterea licèt ius naturale ſit commune omnib.animantib. reſpectu finis,& conſeruationis tamen reſpectu modi ſe conſeruandi non dicitur eſſe commune omnib.animantib. cum reperiatur ius naturale auium, & ius naturale piſcium,& ius naturale plantarum. eodem modo & ius naturale hominum, quod operatur in eis cum ratione ut plenè dixi in rub.inf. de uerbo. obligatio. Et propterea nihil impedit quòd ſicut de iure gentium fictio fuit introducta, eod. modo hoc iure naturali hominib. tantum conuenienti poteſt induci, & nihil impedit quin fiat,& propterea concluſio remanebit quòd de iure naturali etiam fictiones introduci poſſunt & non tantum ab hominib. ſed etiam ab animalib. ad conſequendos effectus iuris naturalis perpetuandi,& ſe conſeruandi,qui effectus iure ciuili recepti fuere,& homines ex inſtinctu naturæ poterunt facere fictiones, etiam ad conſequendos effectus iuris gentium, & canonici, per illam urgentem rationem quòd ſi poſſunt facere dolos,fraudes,&ſimulationes,ad decidendum alterum,fortius etiam poterunt facere has fictiones in quib.ueritas non occultetur & minor labor requiritur.

Sextò eſt de eſſentia ſeu ſubſtantia fictionis ſecundum Bar. hic, quòd lex fingat, & non homo: quia ſola lex, & non homo ſecundum eum fingere poteſt,& ſi aliquis actus fictus fiat ab homine ſecundum eum, non dicitur fictio hominis: ſed fictio legis facta, & inuenta, & permiſſa à lege propter effectus ciuiles per l.lege obuenire. ff. de uerbo. ſignifica.& ideò dicit acceptilationem continentem fictam ſolutionem eſſe fictionem legis,& non hominis.

205 Sed tamen in contrarium † quòd imò etiam homines fingere poſſint probatur euidenter ex multis. Et primò ex comœdiis, & tragœdiis, & eglogis in quib. recitando homines ſuſcipiũt perſonam aliorum, & in re certa aſſumunt contrarium ueritatis, & uolunt haberi pro ueritate ut uideantur uerba illius hominis, & producit hæc fictio iuris effectum: quia ipſi ità fingentes efficiuntur infames, leg. prima. ibi,aut ludricam artem, & lege ſecunda & tertia. digeſtis de his qui no.infam.hoc idem uidemus in omnibus poetis linguæ Græcæ, Latinæ, & uulgaris, qui omnia opera ſua plena fictionib. fecerunt, & ſunt de re certa ut requirit fictio, & producunt iuris effectum: quia per ea multa documenta hominib.præſtantur. Hoc idẽ fit in recitationib. paſſionum Chriſti in quib.unus aſſumit perſonam Chriſti,alius Iudę,& alius Petri, & alius Pilati,& contra ueritatem falſum aſſumunt in re certa,& producit effectus iuris canonici: quia inducunt documenta Chriſtianæ fidei,atque etiam pœnitentiam de peccatis audientib.& multa alia ſimilia bona.

apparet tempore Caruis primi in hominib. Laruætis ſeu maſcaratis, & effectum iuris producunt: quia ſenes uidentur eſſe iuuenes, & iuuenilem dementiam aſſumere. Facit etiam tex. in cap. afferte de præſumptio. ubi Salomon dixit afferte gladium. & finxit in re certa licèt non eſſet nota mulieribus illis, & etiam urget ratio: quia ſi faciunt mendatia, & falſitates, & dolos & fraudes, conuenienter etiam poſſunt facere has fictiones neminem decipiendo, & facit totus tractatus Cæpolæ de ſimulatione contractuum ubi apparet quòd homines poſſunt facere contractus ſimulatos, leg. imaginaria. ff. de reg. iur. & illę ſimulationes licèt ſint ignotæ aliquibus quos forſan contrahentes uolunt decipere: tamen inter ipſos contrahentes ſunt fictionis, & fingunt contractum pignoris eſſe contractum uenditionis, atq; ut euitent ius prothomiſeos fingunt uenditionem eſſe donationem uel permutationem, & aliquando faciunt contractus feudales in effectu intendentes facere uenditiones, iuxta. §. callidis. de prohibi. alien. per Frideri. quæ ſimulationes inter ipſas partes ſeruantur, licèt non teneant in præiudicium aliorum, & ſunt de re certa inter ipſos, & non poſſumus dicere quòd lex fingat: ſed ſunt ipſi homines qui fingunt lege non reſiſtente. Idem etiã dicitur de acceptilatione, quæ eſt immaginaria ſolutio hominis non autem legis, & homines dicunt habes ne acceptum habeo, non autẽ eſt lex, licèt actionem, & obligationem uoluerit lex naſci. & etiam certam formam eidem dederit: ſicut, & teſtatores dicuntur facere teſtamenta non lex, & ſucceſſiones teſtamentariæ ſunt non legitimæ, licèt poteſtas faciendi ſit reſtricta, & limitata à lege.

Contractus enim homines faciunt, & non leges: ſicut & matrimonia, & alia ſimilia ac bella permiſſa, ut plenè declaraui in tractat. meo de differentia iuris, & facti, & inſ. etiam tanquã demonſtrando quòd contractus ſunt facti, & nõ iuris. & tex. in l. ſi quis in fundi uocabulo. allegatus per Bar. retorquetur: quoniam imò teſtator poteſt multum relinquere appellando bouem quando conſtat de uoluntate teſtatoris ut ibi glo. & omnes docto. Et ſi dicatur nõ tollitur quin interueniat legis diſpoſitio approbãdo & permittendo: ergo eſt fictio legis. reſpondetur quòd imò eſt hominis diſpoſitio permiſſa à lege: ſicut dicunt Philoſophi quòd homo & ſol generãt hominem, id eſt, homo cum auxilio ſolis dicitur facere, & filij legitimi ſunt filij hominum non autem legum. Vnde dicitur ꝙ cõtractus aſſumunt naturam ex conuentione hominis, lege actus legitimi. de regul. iuris, & hãc opinionem ſequitur hic Alcia. & eam limitat quatenus iure prohibeatur, uel eſt contra ius publicum: quoniam tunc homo non poteſt facere quòd leges non habeant locum in actibus ſuis. lege nemo poteſt. ff. de leg. primo. & dicit [illegible] legem ſi fortè. ff. de caſtrenſ. peculio.

Et infert quòd ſi uaſallus habeat feudum antiquum & illud nouiter accipiat tanquam nouũ, reputabitur nouum in perſona ſua: ſed non præiudicabit agnatis, ut in capitulo primo de gradib. ſucceſſ. & cap. primo an agnat. uel filius. & cap. primo & ibi Bal. de uaſallo decrepitæ ætatis, quamuis poſſit dici quòd non fingitur nouum feudum ſed uerè efficitur uerum quaſi renuntiet iuri ſuo: tamen ſatis placet quòd fingatur nouum, cum non præiudicet agnatis, & ſic remaneat antiquum, & è contrariò etiam ſi ſit feudum nouum, & princeps concedat quòd habeat nomen antiqui. Oldra. determinauit quòd non efficitur antiquum in conſ. 178. quidam nobilis. Incontrarium tamen Crotus hic allegat multa. Sed ſolutio dari debet quòd non ualet in præiudicium alterius, unde poterit dici fictè antiquum.

206 Item infertur †an poſſit pater emancipare filium ad unum actum tantum, & diſputat latè Crot. hic poſt Iaſ. & quòd non poſſit allegatur: quia filius familiàs habens caſtrenſe peculium fingitur pater familiàs. l. ij. ff. ad Macedo. & per Bar. infra in fictione inductiua quæ fictio fit à lege, homo autem facere non poteſt, & patria poteſtas eſt res indiuiſibilis, & non poteſt quis eſſe in duplici ſtatu, l. prima. §. cum qui igitur. C. de lat. lib. tollend. ut per Bal. in l. ſeruum. §. iſte. C. qui teſtamenta facere poſſunt. ſed in contrarium facit: quia filius poteſt legitimari ad unicum actum tantum ut habetur in cap. per uenerabilem. qui filii ſint legitimi, & per Soz. ubi dixi. in rub. ff. de lib. & poſthum. & in l. Gallus. §. & quid ſi tantum. eodem. titu. appellatur diſpenſatio quæ aliquando datur ut filius ſpurius poſſit obtinere beneficia. Sed reſpondetur quòd hoc eſt propter auctoritatem Principis qui fingere poteſt.

Similiter facit tex. in auct. conſtitutio, quæ de dignitatib. ubi ex duodecim dignitatib. liberantur filii à patria poteſtate: tamen iura ſuitatis, & ſucceſſionis retinent, ut dicitur in §. illud. eadem auct. & ſic diuiditur patria poteſtas.

Tertiò facit tex. in le. Deo nobis. §. j. C. de epiſ. & cleri. ubi ingrediens religionem deſinit eſſe in poteſtate patris, & tamen retinet iura ſuitatis.

Reſpondetur quòd hoc fit à lege quæ poteſt fingere. tamen ex adductis per Iaſ. hic apparet quòd magis communis eſt opinio ut pater hoc poſſit facere: quia non reperitur iure prohibitum, & hoc mihi magis placet: quia homo poteſt fingere lege permittente ut ego concluſi, & hic dicitur permiſſio ex quo non eſt prohibitio. Sicut uidemus quòd de iure antiquo ſerui poterant pro parte tantum effici liberi, ut in deditiis, & latinis. ergo eodem modo, & emãcipatio. ſed ſolum reperitur prohibitum hodię in ſeruis propter fauorem libertatis, l. j. C. de la. lib. tollend. & §. pen. inſti. de lib. ergo remane-

bit

bit permiſſio in emancipatione,& hanc opinio
nem tenet etiam hic Alcia. & reſoluitur cũ hac
conſideratione, an lex impediat uel non,argu-
mento dictę l.nemo poteſt.ff.de lega.primo.hęc
tamen quæſtio hodie non uidetur neceſſaria:
quia ſine emancipatione pater cum iuramento
poteſt donare,ut no.in l.frater à fratre.de con-
ditio.indeb.Item etiam poteſt conſentire quòd
omnia profectitia habeant naturam aduenti-
tiorum, & aduentitia naturam quaſi caſtrenſiũ,
ut per Ioa. Andr. in additionib. Specul. in tit.
de inſtrum. editione.§. porro.uerſicu. qui ſit fi-
lius.per l.permittente. C. ad Macedonia. cum
ſimilibus adductis hic per Alcia. & cum hac di
ſtinctione etiam ſe reſoluit Crotus hic.

Vnde ſequitur quòd uerbum à iure, poſi-
tum per Bar. hic non eſt bene poſitum ad exclu
ſionem fictionis hominis: quia imò non tantũ
à iure poteſt fieri fictio: ſed etiam ab homine.

207 Sextum requiſitum eſt Bar. † quòd fiat aſſum
tio à leg.uolens quòd aſſumptio ſit genus fictio
nis quod reprehendit Alciat. hic dicens quòd
aſſumptio falſi pro uerò non eſt fictio: ſed eſt
ipſa legis diſpoſitio quæ eſt genus: & non uer-
bum aſſumptio, debet poni pro genere: ſed de
bet eſſe legis diſpoſitio quæ ſit ſuper aſſumptio
ne ueri à falſo, quaſi quòd aſſumptio ueri pro
falſo ſit ſubiectum fictionis, non autem ipſa aſ-
ſumptio fictionis generica. Sed in hoc magis
placet opinio Barto. quia legis diſpoſitio non
eſt ipſa fictio, ſi lex mandat aſſumi uerum pro
falſo, ut patet in poſtliminio, & in l.Cornelia.
nam poſtliminium aſſumit falſum quòd fuerit
in ciuitate contra ueritatem quòd fuerit apud
hoſtes, & hoc modo facit fictionem; poſteà di
ſponit quòd illud aſſumptum falſum habeat
effectus iuris,& idem dico de le. Cornelia quæ
aſſumit falſum quòd ſit mortuus in ciuitate, &
ponit pro uerò. & poſteà diſponit quòd ha-
beat effectus ueros ut moriatur liber, & ſic duo
facit ius, primò ipſam fictionem, & poſteà ſu
per fictione diſponit, ità quòd fictio ipſa eſt
ſubiectum diſpoſitionis legis, non autem ipſa
fictio eſt diſpoſitio, & licèt hæc duo parum
diſcernantur in fictione legis: tamen multum
apparent in fictione hominis ut infra dicemus.

208 Septimum requiſitum addebat hic Alciat. †
quòd pro ſubſtantia fictionis debeat interue-
nire iuſta cauſa fingendi, & propterea hoc uer
bum in diffinitione ſua ponebat dicens fictio-
nem non fieri niſi ſuadente æquitate, & ſubſi-
ſtente cauſa: quoniam cum ſit aduerſus uerita
tem, non eſt bonum à ueritate diſcedere ſine
cauſa: quia Deus eſt ipſa ueritas, & iura uo-
lunt inſiſti ad inueſtigandum ueritatis finem.
ſicut etiam in diſpenſatione dicitur, ut illa
fiat cum iuſta cauſa, capitulo de multa in fine
& ibi Abbas de præbend. & iuſta cauſa facit,
ut fictio præualeat ueritati, & ſi poteſt ſuc-
curri per ueritatem non eſt recurrendum ad fi
ctionem, ut per Barto. in ſecunda oppoſitio-
ne, & ſeruamus ueritatem ſi fingere non eſt uti
le, leg. prima. §. ſi uir. infra titulo primo. &
Bar.in l.hæres à debitore.in ſexta quæſtio.prin
cip.de ſolutionib. lex enim debet eſſe ſancta,
iuſta, honeſta & utilis. cap. erit lex. quarta di
ſtinctio. & iuſta cauſa eſt tam potens ut ſi fictio
fiat cum alterius iactura nihilominus admitta-
tur. §. diutina. inſti. de uſucapionibus & le-
ge captam. & lege nunquàm. §. uacuum, &
lege iuſto. §. nondum. digeſtis de uſucapioni
bus.præualet enim iuſta cauſa illi damno, &
quando non præualet non fit, ut lege ſcien-
dum, & in lege nec utilem. ſupra ex quib. cau
ſis maior. hæc enim iuſta cauſa debet eſſe in eo
quod principaliter conſideratur à iure. unde
ex facto unius cęteri cohæredes incidunt in pœ
nam ex conuentione ficta: quia non poteſt ali
ter eſſe ſuccurſum creditori niſi ità diſpona-
tur, ut dicitur in lege ſecunda. §. fi.& lege iiij.
§. Cato. de uerbo.obligationib. & ibi no. facit
lex qui uxorem. de iniuſto rupto,& irrito teſta
mento. & generaliter dicitur eſſe ex iuſta cauſa
quando illud quod principaliter conſideratur
eſt iuſtum,& probabile,& ſit ad probabilem fi-
nem,licèt alio reſpectu uideatur eſſe damnum,
& iniuria alterius ut hic latius per eum. quæ
ſua dicta uera ſunt, & tenenda ex communi uſu
fingendi,& ut faciant iuſtam cauſam eſſe de na
turalibus fictionis: ſed tamen non ſufficiunt, ut
faciunt quòd iuſta cauſa ſit ità de ſubſtantia fi-
ctionis quòd aliter non poſſit fieri: quoniam
lex eſt domina, & tanquam Deus, & natura in
mundo, & poteſt ex ſua uoluntate iſta facere
etiam rigorem ſeruando: quoniam lex quan-
tumcunque dura ſeruanda eſt, lege reſpexit.di
geſtis qui, & à quibus, & iuſta cauſa iudicabi-
tur illa quæ eligetur ab ea nec erit opus diſpu-
tare: arg. l. ij. C. de crimi. ſacrilegij. Vnde in
fictione legis iuſta cauſa non debet eſſe taliter
de ſubſtantia ut ſine ea eſſe non poſſit, & ma-
gis poſſet tolerari in fictione hominis qui non
poſſunt à legis diſpoſitione recedere, l. nemo.
poteſt.ff. de leg. j.

209 Apparet † igitur ex prædictis quòd diffini-
tio Bar.& aliæ relatæ hic per Iaſ. dicuntur eſſe
ſuperfluę & imperfectæ. ſuperfluæ ſunt dum uo-
lunt quòd fiat ſuper re poſſibili: quia hoc non
eſt neceſſarium, imò potius natura fictionis ad
hæret alteri parti, ut fiat de re impoſſibili.
Item illæ quæ requirunt iuſtam cauſam ad
huc etiam ſunt ſuperfluæ cum alioqui non
diffinirent omnes fictiones. Item ſunt om-
nes imperfectæ dum præſupponunt hominem
non poſſe fingere, & fictionem hominis non
continent. Vltra quas Alciat. hic ponebat
ſuam dicens quòd fictio eſt legis contra ue-
ritatem in re poſſibili ex iuſta cauſa diſpo-
ſitio, quæ, & ipſa ſuperflua eſt, & imperfecta,
& peior eſt omnibus aliis. primo: quia non
210 includit fictionem hominis. Secun
ponit uerbum in re poſſibili

contineri oẽs fictiones,& ſic nõ conuerti cũ ſuo diſfinito. Tertio: quia dicit ex iuſta cauſa,quę ſimiliter facit ut non contineãtur omnes fictiones, & ſic per has tres apparet quòd non conuertitur cum ſuo diſfinito, & urgent omnes rationes poſitæ in lege prima. §. dolum. ff. de dolo. Item uerbum diſpoſitio non conuenit. quia ut ſupra dixi aſſumptio eſt genus fictionis non autem diſpoſitio, & diſpoſitio eſt quædam ſequella quæ interuenit poſt fictionem, & Bart. & doctor. intendunt diffinire fictionem ipſam non autem ea quæ accedunt. Item etiam eſt imperfecta ex alio: quia uidetur conuenire præſumptioni quoniam, & ipſa eſt aliquando, contra ueritatem in re poſſibili ex iuſta cauſa diſpoſitio cum euenire poſſit ut præſumptio legis ſit contra ueritatem.

Quare omiſſis omnibus aliis diffinitionibus ego puto reſolutiuè ità dicendum eſſe, quòd fictio capitur in genere generaliſſimo, in genere ſubalterno, & in ſpecie, & de omnibus illis modis ſunt tradendæ diffinitiones diuerſæ. In genere autem generaliſſimo diffiniri debet ut per Cy. dicendo quòd fictio eſt in re certa contra-

211 rii ueritatis pro ueritate aſſumptio.† In qua diffinitione continentur quatuor ſubſtantialia fictionis. Primò quòd fiat de re certa. Secundò quòd fiat contra ueritatem. Tertiò quòd aſſumatur falſum. Quartò quòd illud falſum capiatur pro ueritate ut ex eo naſcantur effectus qui ex uerò naſcerentur. Alia autem uerba poſita per Bar. & alios non continent ſubſtantiam diffinitionis: ſed naturalia ipſius, ideò in diffinitione non ſunt ponenda cum non ſint perpetua, & diffinitio ſolam eſſentiam diffiniti continere debet, lege omnis diffinitio. ff. de regul. iur. cum ſimi. & dicta le. prima. §. dolum. ff. de dolo.

212 Nec obſtat † quòd contineat falſitates, mendatia, ſimulationes, & dolos: quia ut dictum fuit ſupra uerbum in re certa tollit contrarium quoniam in fictione ueritas apparet, & demonſtratur, in illis uerò ueritas occultatur, & fiunt animò decipiendi, & à lege reprobantur. Ideò quando fit mentio de falſo in materia fictionis intelligitur de falſo ſine dolo, id eſt, de eo quod non eſt uerum. non autem de uerè falſo, iuxta textum in capitulo ſecundo. xxij. quæſtione ſecunda.

213 Hæc autem † fictio diuiditur in duo genera ſubalterna, ſcilicet, in fictionem legis, & fictionem hominis, & etiam in fictionem animaliũ cæterorum quæ, & ipſæ debent habere ſuam diffinitionem, quoniam fictiones animalium non habent iuris effectum ideò de eis non curabimus. Fictiò autem legis ita poteſt diffiniri quod eſt in re certa contra ueritatem pro ueritate legis aſſumptio, ſubſequente eius diſpoſitione ut ſatisfaciamus Alciat. hæc diffinitio ... non neceſſaria poſita in diffinitio... uerbum legis ſeu iuris aſſumptio, reducendo ad ſpeciem, & ſeparando ab illa quæ fit ab homine: quia ſpecies abundat à genere ut no. in l. ij. §. mutui datio. ff. ſi cert. peta. & illa uerba ſubſequente legis diſpoſitione, ſunt adita: quia lex non facit fictionem niſi ſuper ea diſponat. Ideò Alcia. uolebat quòd fictio eſſet diſpoſitio leg. ſed tamen uerè fictio eſt operatio legis prima. & poſteà ſubſequitur diſpoſitio, ut illa operetur effectus ueri.

214 Fictio † autem hominis diffinitur quòd eſt in re certa contra ueritatem pro ueritate per iuſtam hominis diſpoſitionem facta aſſumptio. in qua diffinitione ultra illa quatuor additur ꝙ aſſumptio eſt facta per hominis diſpoſitionem ſeu ab homine ut differat à fictione legis, & addidi uerbum iuſta. quia talis fictio ut operetur iuris effectus debet eſſe facta ex iuſta cauſa, & permittente lege, uel ſaltem non reſiſtente, ad hoc ut poſſit producere effectus ueri. Istæ autem duæ ſpecies ſeu melius duo genera ſubalterna ſubdiuiduntur in tres ſpecies. Auc enim eſt fictio inductiua. aut eſt priuatiua, aut tranſlatiua. de quibus. infra dicemus ſimul cum Barto. ponendo ſuas diffinitiones, & ſic apparet quòd fictio diffinitur in genere generaliſſimo. in genere ſubalterno, & in ſpecie.

215 Fingendi autem † poteſtas generaliſſima eſt. Nam primò permiſſa fuit omni iure, cum & de iure naturali primæuo fieri poſſit ut ſupra probaui contra Barto. Item poteſt fieri de iure gentium, & ciuili, & ſtatutario ut hic per Barto. & omnes. Item poteſt fieri de iure canonico, ut habetur in cap. literas. de temporib. ordinatio. ac etiam de iure euangelico, ut in illis uerbis Chriſtus finxit longius ire. Item eſt generalis reſpectu facientium: quia omnia iura fingere poſſunt, atque omnia animalia, & homines ut ſupra demonſtratum fuit.

Item eſt generalis reſpectu rerum: quia poteſt fieri ſuper omnibus rebus de mundo, tam in ſubſtantia, quàm in qualitatibus, & accidentibus conſiſtentibus, quòd probatur, ex eo quòd poſuit hic Iaſon. qui refert ex mente Azon. in ſumma, & aliorum quòd poteſt fieri ſuper decem prædicamentis in quibus continentur omnes res de mundo, ut habetur in libro prædicamentorum Ariſto. & ſic tantum eſt dicere quòd poteſt fieri ſuper decem prædicamentis, quantum eſt dicere quòd poteſt fieri ſuper omnib. rebus de mundo quomodocunq; conſideratis. Et propterea apparet quàm utilis, & quàm quotidiana, & quàm practicabilis ſit iſta materia, cum tam generalis, & ampla poteſtas fingendi conceſſa fuerit, & hæc de prima quæſtio.

216 Secundò principaliter quærit Bart. † quotuplex ſit fictio, & dicit quòd eſt triplex, inductiua, priuatiua, & tranſlatiua, quam diuiſionem probat ex actionib. hominum, & naturæ ut per eum. Sed tu plenius dicas, quòd fictio quædam eſt legis, & quædam non legis, fictio non legis, aut

aut ſit ab animalibus, aut ab homine. fictiones animalium ſunt de iure naturali tantum, ſeu permiſſæ à iure naturali, & modicæ conſiderationis: quia tantummodo tendunt ad fines iuris naturalis conſeruandi,& perpetuandi.

217 Fictiones hominum † aut propriæ ſunt, aut impropriæ. Fictiones impropriæ ſunt mendatia; falſitates, ſimulationes, fraudes, & doli in quibus homines occultant ueritatem, & de iſtis habetur in lege hæc uenditio. in ſin. principii. digeſtis de contrahend. emptio. & in capit. afferte. de præſumptio. ubi Salomon potius fecit ſimulationem quàm fictionem, & exemplum Regis Alphonſi, de illis ſuſpendendis, & aliæ actiones quæ fiunt à iudicibus ut extrahant confeſſiones reorum. potius ſunt ſimulationes, quàm fictiones, licèt contineantur aliquando ſub uerbo fictionis. Sed impropriè, fictiones autem propriè ſunt quando non occultatur ueritas neque tacetur. ſed ipſa eſt apparens, & clara, & certè aſſumitur falſum pro uero animo diſponendi, non autem diſponendi, & aſſumens ex ſua poteſtate diſponit ſuper non uero acſi eſſet uerum, & hoc faciunt quotidie homines legendo, & diſputando, & declarando leges, & figurando caſus, ac etiam diſponendo ut in acceptilationibus, & priuilegiis, ſi forſan datur feudum nouum pro antiquo, uel è contra.

218 Rurſus † fictiones aut ſunt præter legem ut in diſputationibus, & locutionibus, & aliis demonſtrationibus, aut ſunt ſecundum legem, ut in actionibus illis de quibus leges diſponunt, & limitant, & permittunt, ut in contractibus, acceptilationibus, uel ſi teſtator uult ſub nomine bonis, contineri equum, & conſtat de eius uoluntate, & iſte habent iuris effectum aut fiunt contra legem. & iſte reprobantur, ut in dicta lege ſi quis in fundi uocabulo ut lege nemo poteſt. ff. de legat. primo. & lege ius publicum. ſupra de pactis, & de iſtis non loquitur Bar. hic neque docto. ſed ego infra tangam.

219 Fictio † legis quæ habet uim legis, & poteſt corrigere legem, eſt illa de qua hic dicunt doctores. & diuiditur in tres ſpecies ut per Bartolus hic, & idem dicit in lege nec utilem. circa medium. ſupra ex quibus cauſis maiores. Aliàs dicas addebat Angel. ut refert Bartolus permiſſiuam nempe, & prohibitiuam; quoniam negatum in uno fingitur permiſſum in alio, lege cum prætor de iudic. & conceſſum in uno fingitur denegatum in alio, lege maritus C.de procurator.& legere legatorum.§.ad tempus. ff. de interdict. & releg. & capit. nonne. de præſumptionib. ſed tamen iſte non ſunt propriè fictiones; quia ubi non eſt ficta conceſſio imò uerò, licèt tacita, & uenit illud per argumentum à contrariò ſenſu, uel ex præſumptione, & quòd non ſit fictio patet: quia ſi conſtat de contraria uoluntate non habet locum diſpoſitio ut ibi no. ergo non eſt fictio. cum in fictione probatio in contrarium non releuat, ut dixi in prima.

220 Addit tamen Angelus quòd poteſt † dici unam eſſe fictionem quæ appellatur inductiua: quoniam lex inducit æqualiter diſponendo, priuando, transferendo, & permittendo, & hanc opinionem tenebat Ioannes de Ligna. in clementina. quia circa. de electio. quia fictio inductiua non poteſt dici reſpectu iuris quod inducit, cũ factum non poſſit induci, ius autẽ tantummodo inducitur etiam priuando, & transferendo ut in poſtliminio, & lege Cornelia, dicta lege in bello. tamen ipſe dicit quòd quædam eſt fictio exiſtentię quam ipſe appellat inductiuam, quædam non exiſtentiæ, quam dicit priuatiuam, & quædam tranſlatiua. Sed tamen per hoc non dicit aliquid contra Bartol. Imò concordat, nec debet repræhendi Bartol. quia concordant in ſubſtantia. & ut ipſe dixit nomina iſta impoſuiſſe ad placitum: quia ibi inuenit eas ſine nomine,& cum ſint ſuæ creaturæ eas licitè potuit baptizare non prohibendo aliquem tribuere alia nomina dummodo in ſubſtantia concordent.

221 Puto † etiam quòd nomina Bar. ſint magis congruentia: quoniam fictio inductiua eſt quando lex aſſumit pro uero, ut fiat in rerum natura quòd non eſt, ut quòd ſit natus filius qui non eſt, & quòd uiuat qui mortuus ſit. Facit igitur illum naſci qui non eſt natus, & uiuere qui non uiuit.

Non obſtat quòd non poſſet inducere factũ: quia conceditur ſecundum ueritatem: ſed ſecundum fictionem optimè poteſt, taliter quòd unus homo fictus uel pictus curat, & unus homo natus ſit fictus, & ſic factum fictum uerè inducie.

Similiter in fictione priuatiua fingit non eſſe quod eſt, unde fictè interficit monachum qui uerè uiuit lege Deo nobis. C. de epiſcopis, & clericis, & ſeruos interficie ciuiliter, l. ſeruitutem. de regulis iuris, & natum uerè facit per fictionem non eſſe natum extinguendo illam natiuitatem. lege Lucius. §. Ticius. digeſtis de liber. & poſthumis. & lege qui mortuus. digeſtis de regulis iuris. Cardinal. Florentin. in dicta clementina quia circa. de electione dicebat eſſe duplicem fictionem tantũ ſubſtantiæ, & accidentis: quia omnia de mũdo ſunt ex ſubſtantia,& accidenti, cap. cum marte de celebratio. miſſarum. Fictio ſubſtantiæ eſt affirmatiua, & negatiua. Affirmatiua quando id quod non eſt facit eſſe. Negatiua quando id quod eſt facit eſſe. Accidentis diuiditur poſteà multipliciter ſecundum uarietatem accidẽtis ut hic per laſ. referentem. ſed hæc non eſt bona diuiſio: quia diuidit fictiones ſecundum ſubiectum, & naturam rerum ſubiectarum de quibus ſit fictio non autem ſecundum [illegible] tiam fictionis,& modũ finge

conſiderare ſubiectum deberemus inducere decem fictiones, prout ſunt decem prædicamenta de quibus fiunt, ut ſupra per Iaſ. & quælibet ſpecies quæ eſt tradita per Bar. poteſt cadere in decem prædicameotis, & cum ſint tranſceodentia & tranſcedant omnia prædicamenta omnibus, & non uni tantum prædicamento conueniunt, Sed poſſunt & eſſe accidentis & ſubſtantiæ, & itá multiplicaremus ſpecies inutiliter. Vnde melior eſt illa quam ponit Bar. quæ conſiderat actus fictos ſecundum modum qui inducitur á leges, & ſunt tres actus tantum ſeu operationes legis in materia frequentibus conſiderabiles.

222 Puto † tamen quòd exemplum de nouatione non ſit bonum: nec de conuerſione contractus: quia ibi non eſt translatiua fictio: nec inductiua ut actu exiſtente uerò aliud dicatur. Sed ipſum ſubiectum ibi uerè alteratur: quia ipſa obligatio tranſmutatur & extinguitur, & accipit nouam formam in neritate, & in ſui eſſentia, in fictione autem ſubiectum non mutatur nec alteratur. Sed remanet firmum pro ut erat. unde hæc differunt á fictione mutatio, informatio & transformatio, & confirmatio, nouatio, & conuerſio de quibus per doct. in l. lecta. ſupra. ſi cer. peta. ubi dixi, & repetij in l. ſingularia in præmiſſis. eodem titulo. poteſt tamen dici quòd Bar. hæc non negauit ut uellit in illis caſibus eſſe fictionem. Sed allegat proſimili argumentando de operationibus ueris ad fictiones, & in dictis terminis eſt uera operatio hominis quæ in omnibus iſtis alterat uerè ipſum ſobiectum, & hic eſt unus caſus in quo homo plus poteſt, quàm lex. nam homo poteſt mutare quod fecit l. autem mutare non poteſt quod factum eſt ab hominibus, dicta l. j. §. ſi uir. ſupra tit j. & l. in bello. §. factæ. de cap.

Quæ omnia poſſunt conſiderari de fictione hominis, quámuis Bar. non dicat, nam exempla quæ ponit ipſe de contractibus ſunt de fictione hominis non autem legis ut ſupra declaraui, & hæc diſtinctio plenior poteſt dari in fictionibus hominum: quoniam & illæ fictiones quæ non ſunt á lege approbantur iſtis quoquè modis fieri poſſunt, & in has tres ſpecies poſſunt diuidi. Vnde concludas generaliter quòd omnis fictio tam hominis quàm legis diuiditur in has tres ſpecies, inductiuam, priuatiuam, & translatiuam, & omnia quæ dicentur de iſtis ſpeciebus infra, habebunt etiam locum in fictione hominis, exceptis quibuſdam alterationibus tradendis.

223 Tertiò principaliter quærit hic Bar. † quid ſit fictio inductiua, & dicit quòd fictio inductiua eſt in re certa non exiſtente pro exiſtente poſſibili á iure facta aſſumptio, & infra uerſi. item oppono, declarat quòd ſit ſuper poſſibili [illegible] uariatis terminis, & quòd ſit ſuper [illegible]cię, quæ diffinitio bona eſt ſecundũ eius terminos & intentionẽ. Sed tamẽ quia eius terminos cum diffinitione reprobauimus: quia diximus quòd eſt ſuperflua. in uerbo poſſibili. quoniam poteſt fieri ſuper impoſſibili etiam in genere, ut ſtatim declarabimus & hæc qualitas eſt de naturalibus fictionis non autem de ſobſtantialibus, ſimilis eſt defectiua: quia non comprehendit fictionem hominis quę tamen iuridica eſt, & permiſſa ut ſupra declaraui. Ideò tu debes diffinire duobus modis, uno modo pro ut eſt fictio leg. alio modo pro ut eſt fictio hominis. fictio legis eſt in re certa non exiſtenti pro exiſtenti á lege facta aſſumtio, cum diſpoſitione ſequenti, in qua diffinitione ſolum mutatur uerbum non exiſtente pro exiſtenti: quia hic tractamus de eo quòd ſit contra ueritatem nõ exiſtentem, & uolumus exiſtere, & in aliis conuenit præcedentibus, & exemplum eſt in lege qui in utero. digeſtis de ſtatu hominum prima & ſecunda, & lege bello. digeſtis de excuſation. tutor. & §. ſed ſi in bello. inſti. de excuſatio tutorum, & lege iure ciuili. digeſtis de conditio. & demonſtratio. in quib. iuribus tractatur de fictione ex operatione legis.

224 Fictio † hominis inductiua itá diffiniri poteſt quòd eſt in re certa non exiſtenti pro exiſtenti per iſtam diſpoſitionem hominis facta aſſumptio, in qua diffinitione ſolum uariantur illa uerba non exiſtente pro exiſtenti: quia reſtringimus genus ad hanc ſpeciem, & poteſt poni exemplum in acceptilatione in qua homo ſolutionem quæ non eſt fingit eſſe. & uluit quòd operetur effectum uerè ſolutionis permittente tamen lege, & itá poteſt dici quando quis ſoluit uni ad finem, ut contractus naſcatur in alia perſona, qui tamen uerè non habet, ut habetur in lege ſingularia. ff. ſi certum petatur.

Procedit autem iſta fictio ſecundum Bar. & alios in his quæ ſunt facti ut patet in operatione poſtliminii, in lege retro. infra de capti. & lege in omnibus. eodem titulo. & probatur in dicta lege in utero. prima & ſecunda. coniuncta lege Aretuſa: ibi quæſtio facti eſt. digeſt. de ſtat. hominum, & dicta lege iure ciuili coniuncta lege qui hæredi. & lege Mæuius, digeſtis de conditio. & demon. & §. item ſi in bello. inſti. de excuſatio. tuto.

Nec obſtat tex. in l. denique. ff. ex quib. cauſ. maio. ubi ea, quæ facti ſunt non cadunt in poſtliminio: quia reſponſum fuit ſup. ꝙ ibi poſtliminium procedit ſecundum ueritatem: & quando lex procedit ſecundum ueritatem non poteſt mutare facta, d. l. j. §. ſi uir uxori. & lege in bello §. factæ. infra de cap. ſed quando procedit ſecundó fictionem tunc facta continentur in poſt
225 liminio. † Imò fictio legis ex ſui natura procedit regulariter in his quę ſunt facti: quia cum poſſit uerè diſponere in his quæ ſunt iuris non recedit á ueritate, ut dicemus. infra

ſuper

ſuper tertia quæſtio. Bart. & ſolùm eſt neceſſarium quòd fingat in his quæ ſunt meri facti, uel mixtim iuris, & facti: quoniam non poteſt mutare ea lex ſecundum ueritatem.

Nec obſtat dictus. §. ſi uir uxori. qui dixit quòd res facti iure ciuili infirmari non poteſt: quia intelligitur ſecundum ueritatem: tamen ſecundum fictionem omnia facta poteſt mutare: quia lex eſt alter Deus, & altera natura in iſtis rebus mundanis, ut per Barto. in lege iuriſgentium. §. quinimò. uerſi. ut puta. digeſt. de pact. & dicitur tunc facere miraculo mutando ea quæ aliàs mutari non poſſunt, & quàmuis in dicto. §. ſi uir uxori. lex non fingat maritum non amittere poſſeſſionem, uel uxori non acquiri: tamen non tollit quin lex fingere non poſſit, ſed illud ideò fuit ut hic, & ibi declarat Barto. quia lex noluit facere, non quia non potuit: nam cum fingere ſit recedere à ueritate, hoc noluit facere lex ſine utilitate, & cum maritus ibi uelet omninò amittere poſſeſſionem ſi fingeret uxorem non acquirere faceret actum inutilem, & damnoſum: quia poſſeſſio remaneret uacans, & nulla etiã erat æquitas ut fingeretur marito non amittere. unde ex illo text. probatur quòd lex non cogitur fingere: ſed tantum fingit quando ei placet, & ſi ei non placet nemo cogit eam fingere, ipſa autem regulariter non uult fingere niſi quando eſt utile, uel eſt æquum, ut in dicto. §. ſi uir. dictum fuit. Quare concludas quòd fictio legis plerunque fit ſuper his quæ ſunt facti. quæ ad ſui uoluntatem poteſt annullare, inducere, & transmutare: tamen non cogitur eam facere: ſed ex arbitrio eam facit: quando ipſa eſt utilis, uel eſt iuſta cauſa aliqui non facit niſi clarè eam uerbis ſuis explicet, quæ omnia habent locum fortius in fictione hominis ut illa fiat in his quę ſunt facti: ſed hoc plus eſt in hominibus: quia poſſunt factum ſuum eneruare, & extinguere uerè ſine fictione, lege ab emptione. digeſtis de pact. & toto titulo. C. de reſcind. uendi. & digeſtis de donation. ſed aliena facta non poſſunt niſi per fictionem, & in his quæ ſunt iuris: quia dependent ab operatione alterius, homines tantummodo fingere poſſunt, & non uerè mutare.

226 Quærit etiam Bar. hic† utrum hæc fictio inducat impoſſibile, & primò in diffinitione precedenti, & in præſenti dixit quòd non: quia lex imitatur naturam adhærendo his quæ naturaliter fieri poſſunt, dicta leg. adoptio. de adoptio. & §. minorem, inſtit. de adoptio. & lege qui ad certum. digeſt. locati. & lege certè. digeſt. de precario, habetur per gloſſam. in le. Gallus. §. & quid ſi tantum. digeſtis de liber. & poſthumis. ideò in ſuis diffinitionibus poſuit uerbum ſuper poſſibili. Sed in contrarium adducitur: quia impoſſibile eſt facta mutari tam à lege quàm ab homine, lege uerum. dig. de reg. iur. & lege ſi ità quis. de euictionib. ubi qui promittit aliquem non eſſe eronem, uel ueſpertilionem, ſi uerè eſt ero, & ueſpertilio, dicitur promittere impoſſibile, & qui promittit dare hominem mortuum, uel ſiſtere, dicitur promittere impoſſibile unde pœna non committitur, lege ſi homo mortuus. digeſt. de uerbo. obligationib. unde glo. in lege ſub conditione. in fin. digeſt. de ſolutio. dixit quòd fictio fit ſuper impoſſibili. Sed adhoc reſpondet Borto. diſtinguendo, & dicit quòd imò lex nunquàm fingit ſuper impoſſibili in genere quãuis aliquando fingat ſuper impoſſibili in ſpecie, & probat per exemplum de adopt. quæ dicitur eſſe fictio inductiua, de qua in §. minorem. inſti. de adoptio. ubi minor natu non poteſt adoptare: quia impoſſibile eſt in genere, & in ſpecie quòd minor habeat filium maiorem natu. ſed quando quis adoptat minorem natu licèt uideatur impoſſibile in ſpecie quòd ille qui eſt filius alterius ſit filius ſuus: attamen quia eſt poſſibile in genere quòd ipſe adoptans habeat ſimilem filium, ideò adoptio ualet, & ſufficit quòd ſit poſſibilitas in genere, & idem procedit in caſu dicti. §. ſed ſi in bello. ubi fingitur mortuum uiuere, quod eſt impoſſibile in illo homine qui mortuus eſt, tamen in genere eſt poſſibile ut homo ſimilis ei hodie uiuat, unde ſi fingeret lex quòd quis uiueret per ducentum uel trecentum annos fictio non ualeret. cum impoſſibile ſit in genere, & in ſpecie hominem ultra centum annos uiuere iuxta legem finalem. C. de ſacro ſanct. eccleſi. uel ſecundum Aſtronomos ultra 120. cum anni maiores iouis ſint 120. quàmuis referatur à Liuio Fabium maximum uixiſſe per 150. annos. ſed prout ipſe dicit ſi lex fingit uiuere per ducentum annos, & ultra tunc eſſet impoſſibile in natura. & ità reſſidet Bart. quem communiter ſequuntur doctor.

227 Sed tamen hæ † reſolutiones Barto. non ſunt perfectæ: nam dum ipſe dicit quòd eſt poſſibile in genere quòd quis habeat ſimilem filium incidit in difficultatem: quia in lege certè. digeſtis de precario. & in lege qui ad certum. digeſtis locati, ſi conſideraremus hanc poſſibilitatem in genere, fictio procederet: nam homo ſimilis poſſet uiuere licèt ipſe mortuus ſit, & homo ſimilis poteſt eſſe ſanæ mentis licèt ille eſſet furioſus. Similiter homo ſimilis poſſet eſſe maioris ętatis, ut filius ille in genere etiam maior natu illi poſſet eſſe filius, & uerè Bartolus malè poteſt hanc ſuam opinionem defendere quin incidat in hanc implicationem: nam uerè lex fingit ſuper impoſſibili, & uolens euitare leges contrarias dicit quòd poſſibilitas eſt in genere. quæ poſſibilitas deſtruitur per dictam legem certè, & dictam leg. qui ad certum. ubi illa poſſibilitas in genere non ſufficit ut fictio poſſit procedere. Confirmatur quia, ille qui adoptat fil:

cit aliud monſtrum in natura, ut ille filius habeat duos procuratores, quod naturaliter eſſe non poteſt: neque in genere: neque in ſpecie, cum generatus ſemel amplius in æternum generari non poſſit, & hoc contrarium non bene eneruatur per Bar. & doct.

228 Vnde † ſtat fundamentum urgens contra Bartol. quòd lex fingit ſuper impoſsbili in genere & in ſpecie. Idem probatur in exemplo de eo qui fingitur mortuus propter gloriam. Nam tex. in dicto. §. ſed ſi in bello. deſtruit reſponſionem Barto. quia dicit imperpetuum per gloriam uiuere intelliguntur, & ſic non tantum per ducentum annos: ſed per mille, & ultra. Sed reſpondent doct. illum tex. intelligi debere de uita unius hominis iux. text. in lege tertia. ff. pro ſocio ubi uerbum perpetuò exponitur, id eſt, donec uiuit, quę expoſitio eſt uiolatiua ad illum textum, qui generaliter loquitur.

Vnde alii reſpōdent ꝗ homines propter gloriam poſſunt uiuere in æternum. ſed non naturaliter, quæ reſponſio nec etiam eſt ſufficiens: quia intelligitur de fictione uitæ naturalis, cum præſtet excuſationem ex capite quòd ipſe eſt occupatus in gubernando, & nutriendo tres filios, ideò probat quòd fingitur ſuper impoſſibili etiam in genere.

Secundò etiam in genere mortuorum eſt impoſsibile quòd unus uiuat, & tamen fingitur uiuus: nec ualet quòd homo ſimilis poſſit eſſe uiuus: quia ità exponendo nunquàm impoſſibilitas impediret fictionem, & in d. l. certè. & in d. l. qui ad certum. alius homo ſimilis poſſet uiuere, & eſſe ſanę mentis. Et ſic ſemper incidet in hoc laqueum, & in tota hac quæſtione doct. incidunt in Scyllam quando uolunt euitare charibdin. Propterea Iaſ. latè hic examinat articulum adducendo multa iura de materia. Et ultra Bart. ipſe adducit tex. in le. j. C. de capti. ubi poſtliminium conceditur ibi ei qui nunquàm fuit captus ab hoſtibus: ſed fuit conceptus, & natus apud hoſtes, & impoſsibile eſt in ſuo genere fingi non fuiſſe captum, qui uerè nunquā fuit captus. Sed ipſe reſpondet quòd ille text. procedit ſecundum ueritatem: quia lex concedit bona conceptis, & natis apud hoſtes qui reuertuntur cum patre, & matre licèt nunquàm captus fuerit, & ſic eſt extenſio non fictio, quæ ſolutio non tollit contrarium, ex eo: quia neceſſe eſt ꝗ filius qui natus fuit apud hoſtes fingatur natus in ciuitate adhoc ut poſſit eſſe legitimus ut ibi apparet: quia patre non reuertente non efficitur legitimus, & ſic ibi eſt fictio impoſſibilis ſecundum glo. in d. l. Gall. §. ſi eius. ff. de lib. & poſthum. Vnde alia datur ſolutio infr. quòd ibi fictio uenit in cōſequentiam reuerſionis patris, & non eſt neceſſarium quòd extremum habeat tantam habilitatem, ut no. in d. l. j. & ſufficit habilitas per fictionem ut ſupra dictum fuit, quæ [illegible] tollit contrarium: quia licèt ſuffi[illegible]ile per fictionem: tamen nō tollitur quin ibi ſit fictio impoſsibilis: quia fingitur natus in ciuitate qui apud hoſtes natus eſt quod eſt impoſsibile, & ſic ibi ille text. probat contra Barto. nec ualet conſideratio quòd homo ſimilis poterat naſci: quia confunditur, ut ſupra.

229 Secundò † contra Barto. adducitur text. in l. qui in utero. ff. de ſtatu homin. ubi conceptus forſan per menſem tantum habetur pro nato, & tamen eſt impoſsibile in ſuo genere tunc naſci, cum non fuerit formatus nec animam habeat ſecundum gloſſam & doctor. in lege diuua. digeſt. de extraordina. cognitioni. Item qui naſcitur in duobus uel tribus menſibus non poteſt uiuere, lege ſeptimo menſe. ff. de ſtatu homin. Imò quia naſcuntur etiam uiui: quia non poſſunt uiuere pro non natis habentur, lege qui mortui. ff. de uerbo. ſignificatione & le. uxoris ab ortu. C. de poſthum. hæred. inſti. & ſic neque in ſpecie neque in genere eſt poſsibile quòd ſit natus. Facit glo. in ſumma quinta diſtinctio. Super hoc tex. laborat hic Iaſo. per unam columnam. Et prima datur reſponſio ꝗ imò habilitas eſt in genere: quia naturaliter mulier prægnans habilis eſt ad pariundum, & non conſideratur inhabilitas accidentalis. le. ſi mihi, & tibi. §. ſi quis ſeruos. ff. de leg. primo. ſecundum Imo. argum. tex. in lege. ſed & ſi quæſitum. ff. de lib. & poſthum. ſed Alexander impugnat per dictam leg. qui ad certum. ſupra locati. & lege certè. infra de precario. ubi eſt impedimentum accidentale furoris, & nihilominus fictio non poteſt procedere. Vnde ſecundò reſpondetur quòd dicta lex qui in utero prima, & ſecunda non ponunt aliquam fictionem. ſed ſolum concedit priuilegium acſi eſſent nati ſuſpendendo, & conſeruando iura ut concedantur eis natis, & ſic nulla eſt fictio. ſed tamen Iaſon reprehendit: quia iura demonſtrant quòd fingitur natus, ut in dicta lege qui in utero prima ibi, perinde, & lege qui in utero, ſecunda ibi in toto penè iure ciuili in rerum natura habentur. Idem dicit text. in lege uel ſi uiuo. digeſt. de ſuis, & legit. ibi, quodammodo in rerum natura exiſtimatur. Idem replicatur in lege cum quidam. §. primo. digeſt. de acquirenda hæreditate ibi, pro iam natis. per quæ uerba apparet quòd finguntur nati, & duo actus fiunt à lege quòd inducitur natiuitas, & conceduntur, & conſeruantur iura. Vnde tertia datur reſponſio generalis quòd ibi eſt habilitas in genere quæ ſufficit, ut uariatis terminis remaneat: nam ſi fingemus eam citius concepiſſe, nulla erit impoſsibilitas. Sed hæc ſolutio confunditur per dictam legem qui ad certum, & lege certè. ubi uariatis terminis poterat eſſe poſsibilitas, & tamen non ſufficit, & ſi conſideraremus quòd citius poſſet concipere, poſſemus etiam conſiderare in §. minorem. inſti. de adoptio. quòd unus alius homo antiquior eſſet qui poſſet habere illum pro

pro filio. unde apparet quòd etiam iſte textus ptobat fingi ſuper impoſſibili: nec poſſibilitas in genere poteſt facere fictionem poſſibilem.

230 Tertiò † contra Bar. facit lex eandem. in prin. cum glo. & ibi Bar. ff. de duobus reis, & clarius in l. propter mutuam. C. eo. tit. & in l. ſi non ſinguli. & le. cum te in Gallia. C. ſi cert. peta. in quibus iuribus habetur quòd duo rei debendi poſſunt conſtitui in mutuo ex una & eadem muneratione, & tamen in ueritate mutuum non conſtituitur niſi transferatur dominiũ in accipien:em, quod tamen dominium apud duos inſolidum impoſſibile eſt eſſe, lege ſi ut certo §. ſi duobus uehiculum. ff. commoda. & lege hæreditate. §. pater. ff. de caſtrenſ. pecul. & quando pro parte conſtituuntur domini niſi pto parte teneri poſſunt ex natura mutui.

Super hoc contrario ut inquit hic. Iaſ. inſudarunt docto. & ipſe etiam inſtat per unam columnam, & primò reſpondet glo. in leg. ſi non ſinguli. quòd pecunia dicitur fictè ad unum quenque inſolidum peruenire propter uoluntatem partium, quæ ſolutio non tollit cõtrarium: quia lex fingeret plures effici dominos inſolidum, quod eſt impoſſibile in genere & in ſpecie ut dictum fuit.

Secundò reſpondet Bar. in dicta l. eandem, in prima col. quòd licet ibi ſit impoſſibile in ſpecie: tamen poſſibilitas eſt in genere: quia unuſquiſq; de per ſe eſt aptus & potens habere illam pecuniam. Item poſſibile eſt in genere ſuo quòd talis pecunia peruenit ad me, & ꝙ peruenerit ad te, & ad alium, quæ poſſibilitas in genere ſufficit. ſicut dicitur de ad optante filium alterius. ſed hæc ſolutio incidir in illam difficultatem; quia ſi eam teneremus etiam fictio procederet in dicta l. qui ad certum. & dicta lege certè. Item dicebat Areti. quòd imò impoſſibilitas eſt etiam in genere per regulam dictæ l. ſi ut cetto. §. fi. & l. 3. §. ex contrario. ſupra. tit. primo. quia certum eſt quòd non poſſent neque in genere neque in ſpecie eſſet domini inſolidum, & facit quod uoluit Bar. in l. ſub conditione. ff. de ſolutio. unde Areti. dicebat defendendo quòd ibi erat poſſibilitas in genere ſuperior: quia poſſibile eſt unicuique in ſolidũ numerari aliquo modo, ſcilicet diuiſim. quæ reſponſo confunditut per per dictam leg. qui ad certum.

Et quia ſemper omnis fictio eſſet ſuper impoſſibili, ideò tertia datur reſponſio ſecundum eundem Bar. in dicta leg. eandem. quòd licet eadem pecunia non poſſir eſſe penes duos inſolidum in effectu; tamen numeratio poteſt fieri pluribus, & effectus translationis dominij in unum ſolum, & ſic fictio erit circa numerationem. quæ tamen ſolutio nec etiam eſt bona: quia ſufficit quòd dominium fuerit translatum in unum tantum: ergo impoſſibile eſt quòd alter ex mutuo ſine translatione dominii obligetur. l. ij. §. appellata. & le. rogaſti. §. ſi tibi. ff. ſi cert. peta.

Iaſ. uerò quarto modo reſpondebat dicens quòd ſi conſideremus perſonas ſeparatim unaque quæ poteſt eſſe domina inſolidum, & fictio erit poſſibilis, ſed ſi conſideremus ſimul & ſemel ut pecunia ſit penes duos inſolidum, tunc bene eſt impoſſibile & ſufficir quòd poſſibilitas ſit perſonis ſeparatim conſideratis. Sed tamen nec hoc tollit contrarium: quia tunc eſſent duæ obligationes ſeparatæ, & ad hoc ut ſint duo rei inſolidum, oportet quòd ſimul conſiderentur, & ſic eſt impoſſibile.

Vnde quintò reſpondebat Iaſ. quòd ibi non eſt impoſſibilitas: quia duo poſſunt eſſe domini inſolidum in dominio connexo, & propter connexitatem ſinguli inſolidum obligantur: tamen in utroque eſt una obligatio, & una res uertetur, & perinde eſt ac ſi eſſet una perſona tantum, unde una ſolutio ſufficit, & una impoſſibilitas, quæ ſolutio in effectu concludit quòd ibi duæ perſonæ propter aliam fictionem efficiuntur unica, & ſic impoſſibilitas iuſtificatur per aliam fictiouem, quod non eſt tollere contrarium: quia aliud eſt dicere quòd lex tollit impedimentũ impoſſibilitatis per medium, aliud eſt quòd fingat ſuper impoſſibili ex natura, & non poteſt tolli quin ſit impoſſibile ſecundum naturam.

231 Vnde quartò † contra Bar. adducitur tex. in l. ita uulneratus. ff. ad leg. Aqnil. nbi unus fingitur bis mori, & bis interfici, quod eſt impoſſibile in genere & in ſpecie, reſpondetur ſpeciale ibi eſſe fauore publicæ utilitati, ne delicta remaneant impunita, quod non tollit contrarium de impoſſibilitate.

Vnde ſecundò reſpondetur quòd ibi non inducitur per medium fictionis: quia fingitur bis mori, aur quia fingitur utrunque occidiſſe. Sed quia duo unum uulnerauerunt qui mortuus eſt, & incertum eſt quis eorum occiderir. ideo unuſquiſque punitur de occiſo. & ſic non fingitur ibi bis mori: ſed tantummodo lex uoluit utrunque teneri de occiſo. Sed Iaſ. repræhendit. quia confunditur per illum tex. ibi, cum uterque eorum diuerſis temporibus occidiſſet hominem intelligatur. & ſic fingit bis occiſum.

Vnde tertia datur reſponſio quòd ibi ſolum unus fingatur occidiſſe ſcilicet primus uulnerans, ſecundus uerò interfecir in ueritate, & ſic fictio cadit tantummodo in perſona prima, quæ ſolutio nec ipſa tollit contrarium: quoniam ſi primus fingitur occidiſſe, & uerè ab alio fuerit occiſus: ergo ſequitur quòd bis occiſus fuit, & dum in ſimili allegar fictionem legis Corneliæ quòd mortuus apud hoſtes fingatur mortuus præambula hora captiuitatis, auget difficultatem & impoſſibilitatem, probetur quòd lex fingit ſu

tra concluſionem Bar. & ideò ſiue dicas quòd uterquè fingitur occidiſſe ſiue unus tātum ſemper facis duo impoſſibilia, unum quòd quis bis muriatur, ſecūdus quòd homo occidatur, quod non poteſt eſſe in genere neque in ſpecie. ideò eſt neceſſarium recurrere ad relugium miſerorum, quòd in pluribus perſonis erat poſſibile ut bis mors interueniret, quod facit egredi terminos, & quòd nunquàm reperietur impoſſibilitas contra dictam l. certè. & dictam l. qui ad certum.

232 Vnde † quintò contra Bar. adducitur tex. in l.j.C. de rei uxoriæ actio. ubi omnes dotes petuntur per ſtipulationem: ergo mulier muta dans dotem fingitur ſtipulari, quod tamen eſt inconueniens & impoſſibile, ut no. in l.j. ff. de uerbo. obligatio. Reſpondet Bar. in l.j. col. ij. ff. ſolut. matrimo. quòd lex fingit mutum ſtipulari eo modo quo poteſt, ſcilicet per ſeruum, & idem dicunt in l. j. ff. de uerbo. obligatio. concludentes quòd ſi habet ſeruum fingitur ſtipulari per ſeruum, ſi non habet ſeruum fingitur habere ſeruum, uel ſaltem per ſeruum publicū quæ tamen ſolutio non tollit contrarium, ex eo: quia ibi etiam tractatur de ſtipulatione mariti qui obligatur; uel etiam de ſtipulatione mulieris ſi nondum ſoluit dotem, quæ etiam obligatur & ſeruus non poteſt obligare dominum. Sed replicatur quòd fingitur tunc mandaſſe ſeruo ut ſtipuletur: ſed tamen hæc ſolutio non tollit ſolum contrarium quin fictio poſſit fieri ſuper impoſſibili: ſed ſolùm facit quòd præſumatur lex indubio nolle facere monſtrū in natura, & ideò præſumitur quòd per aliam fictionem tollat impedimentum, quod nemo negat. Sed ſi lex expreſsè diceret mutam ſtipulari fictio ualeret, ſicut ualet illa fictio quòd mortuus imperpetuum uiuere intelligatur: quia lex ita diſpouit, dicto. §. ſed ſi in bello. & ſic ſemper apparet quòd de ſubſtantia fictionis non eſt quòd fiat ſuper re poſſibili: ſed eſt de naturalibus fictionis, & non debuiſſet poni in diffinitione.

233 Sextò † etiam contra Bar. adducit Iaſ. quia qui per alium facit per ſe ipſum feciſſe uidetur, l. j. §. deieciſſe. ff. de ui. & ui. arm. & l.j. §. geſſiſſe. ff. de adminiſtra. tuto. ergo ſequitur quòd in l. qui ad certum. & in dicta l. certè. de precario ſemper debuiſſet fictionem fieri per alium & procederet: ſed cum ibi eſſet poſſibile, & non conſideretur apparet quòd poſſibilitas in genere non attenditur.

234 Quare † reſſolutiuè loquendo tenenda eſt cōcluſio contra Bar. quòd lex fingit ſuper impoſſibili, & hæc eſt ſua principalis intentio: quia ſi nolunt mutare facta apparet quòd uoluit fingere impoſſibile, per l. uerum. ff. de reg. iur. & l. ſi ita quòd ff. de euictioni. & cum lex quæ omnia poteſt ſecundum ueritatem facta mutare ... ſit, apparet quòd fingendo intendit ...: ſed tamen ne uideatur ipſa uelle facere monſtrum in natura, ipſe facit fictiones poſſibiles in genere, & in dubio ità præſumitur, & quando eſt impoſſibilitas etiā in genere lex non fingit niſi ex urgentiſſima cauſa: qua tamen ſubſiſtente ipſa hoc facit & facere poteſt, dicto. §. ſed ſi in bello. & ſi non facit non eſt ex defectu poteſtatis: ſed ex defectu uoluntatis: quoniam ipſa totum mundum uoluere, & reuoluere poteſt. Sed ne faciat mōſtrum in natura abſtinet in quantum poteſt, dicto. §. maiorem. inſti. de adoptioni & ut magis modeſtè procedat quando caſus habet omnimodum impoſſibilitatem, illa fingit mediū per quod tollatur illa impoſſibilitas. Eadem diſtinctio etiam datur in impoſſibilitate iuris, ut lex regulariter non fingat, ut eſt glo. in l. talis ſcriptura. in uerbo bona autem. & ibi Bal. ff. de leg. j. quam reputant ſingularem docto. allegati hic per Iaſ. & cōfirmatus per tex. in l.j. §. ſi quis quaſi. ff. de eo qui pro tutore negotia geſſit ubi fingitur tutor qui de iure tutor eſſe non poteſt. & l. lex Cornelia. & ibi Bar. ff. de uulg. & pupill. ubi ſubſtitutio non poteſt fieri per fictionem niſi de eo filio qui ſecundum regulas iuris poteſt recipere ſubſtitutionem; & eadem procedunt etiam in fictione hominis ut illa poſſit fieri ſuper impoſſibili adiuuante tamen lege: nam adoptio eſt fictio hominis, & tamen per eam fingitur filius unius eſſe filius alterius, atquè etiam quòd unus habeat duos patres. §. ſed hodie. inſti. de adoptio. & quòd quis habeat nepotem ſine filio, ut inſtitu. de adoptio. §. licet, tamen lex non permittit quod adoptet maiorem natu: quia eſt expreſſum mōſtrum in natura, modificauit enim lex hanc fictionem ut non produceret monſtra. & abſurda apparentia, & ideò nec caſtratus: quia habet abſciſos teſticulos adoptare poteſt, ſicut nec etiam generare: tamen ſi habet inſtrumenta naturalia licet ſit ſenex & frigidus adoptare poterit: quia licet non poſſit uerè generare tamen non eſt monſtrum in natura quod hoc faciat, ut ego declaraui ultra alios in rub. ff. de uerbo. obligatio. poſt Sozi. dando intellectum ad tex. in §. ſed & illud. inſti. de adoptionib. & l. ſed & quæſitum. §. j. & ij. ff. de lib. & poſthum. cum ſuis concordantibus. Et idem eſt in acceptilatione quæ & ipſa continet impoſſibilitatem, ut pecunia quæ non fuit ſoluta dicatur ſoluta, & ſic ſtat generalis concluſio, quòd omnis fictio poteſt fieri ſuper impoſſibili in ſpecie & etiam in genere. Sed tamen quando per eam inducitur aliqua notoria abſurditas uel monſtrum, tunc lex non fingit uel ſi fingit inducit medium per quod tollatur impedimentum, & deſinat eſſe monſtrum. & ita ſemper præſumitur niſi lex expreſsè hoc diceret, & proptereà apparet quòd fingere ſuper poſſibili eſt de naturalibus fictionis, non autem de ſubſtantialibus, cum uideamus tantam uarietatem ſuper hac impoſſibilitate cōſiderari oportere,

Neq;

235 Nec obſtat † dicta l.qui ad certum.ff. locati, & dicta l. certè. ff. de precario ubi non fingitur ſuper impoſsibili: quia procedunt ex ſimplici legis diſpoſitione, & de poteſtate ordinaria quæ præſumitur. Sed non negat ille tex. quòd ſi lex uoluiſſet fingere, quòd non poſſet ut fecit in l.ij.§.uoluntate.ff.ſolut.matrimo.ibi autem non finxit ex eo: quia æquitas non ſuadet attento quòd illa fictio inducitur ex præſumpta uoluntate ipſorum contrahentium, & in illo caſu lex non eſt certa de eorum uoluntate, & ſtante dicto furore ceſſat cauſa propter quam lex debeat fingere, unde uidemus quòd quando lex uult furioſam conſentire quòd fingit eam conſentire non obſtante quòd naturaliter non poſſit facere, ut in dicta l. ij. §.uoluntate. ff. ſolut. matrimo.

Non obſtat l. 3. §. è contrario. ſupra de acquir. poſſesſio.ubi non poteſt fingi quis ſtare in eo loco in quo alter ſtat: quia nec naturaliter poteſt. Nam reſpondetur quòd retorquetur in contrarium dum dicit quòd duo poſſunt inſolidum poſſidere unus naturaliter & unus ciuiliter,& tamen animus & corpus fictum in eodem loco uidentur eſſe, & non toleratur niſi quia reſpiciunt diuerſos effectus propter modificationem legis, & plus dixerunt docto. ibi,quòd uſufructuarius, uſuarius, emphyteuta, & feudatarius inſolidum poſſunt poſsidere eadem ſpecie poſſeſſionis, & tamen corpus eorum interpretatiuè dicitur eſſe in tota re. Sed tamen toleratur, ex eo: quia tendunt ad diuerſos effectus, unde lex uidetur reſtringere animos poſsidentium, ut non uideantur in eodem loco ſtare, & ſic ibi per modificationem legis tollitur impoſsibilitas, quæ tamen uerè naturaliter dicitur interuenire, ut latè declaraui ultra alios in dicto §. è contrario. in præmiſsis, & in materia.

Non obſtat glo. in dicta l. Gallus. §. ſi eius. quia illa non eſt uera, & contra eam eſt tex.in l. j.C. de cap. rectè declarando utſupra, & hoc ideo eſt: quia illa impoſsibilitas per fictionem modificatur, ut ceſſare uideatur abſurditas.

Non obſtat glo. in l. 3. pro ſocio. quia ibi lex noluit facere fictionem, & procedit ex poteſtate ordinaria ſecundum regulas iuris. ſed ſi uoluiſſet potuiſſet fingere ceſsionem, & transferre legitimè iura ſicut fecit per fictam traditionem. unde non probat quòd lex non poſſit facere ſi uellit ex aliqua urgenti cauſa.

Non obſtat tex. in d.§.minorem.quia ibi ſumus in nimis apparenti abſurditate, & monſtro, cum nihil ſit naturalius & magis ad oculos apparens, quàm generatio filiorum. unde lex modificauit hanc poteſttem in illo caſu: tamen ſi uoluiſſet hoc potuiſſet facere. Hinc eſt quòd nos uidemus quòd monaſterium ſuccedit loco filiorum, & habetur tanquàm filius legitimus, ut no. in capitulo in præſenti. de probationi. & in auct. de ſancti. epiſcop. § ſi autem præſens. & in auct. ſi qua mulier. C. de ſacro, ſanct.eccleſ.& tamen nihil poteſt eſſe magis impoſsibile quàm quòd unum monaſterium ſit filius unius hominis.

236 Item † reſpodetur quòd loquitur in fictione hominis cui non fuit data tanta poteſtas ſicut habet lex, quæ dicitur alter Deus & altera natura, & ſi dicatur quòd imò in dicto. §. minorē. eſt fictio legis non hominis: quia lex eſt illa quæ facit illum eſſe filium, reſpondetur quòd imò eſt homo qui facit adoptionem, & fingit eſſe ſibi filium, & interrògat, & ille reſpondet concurrente tamen permisſione legis:quia aliàs non poſſet fieri, ut ſaltem efficeretur in poteſtate, & ſuccederet tanquàm filius. unde dicitur homo adoptare adiuuante lege ſicut Philoſophi quos refert Bar. in le. iuriſgentium. §. quinimò. col. penul. uerſi. oppono pacta. ff. de pact. dicunt quòd homo, & ſol, generant hominem, & tamen ſol non ſe interponit, ſed auxiliante ſole ab homine fit generatio.& idem dico de acceptilatione, & aliis conuentionibus reſſolutionis, & fictionibus hominum.

Et propterea ſtat firma concluſio ſupra ſepius poſita, quòd lex poteſt fingere ſuper omnibus factis & ea uoluere, & reuoluere atquè omnia facta hominum deſtruere, licet ſit impoſſibile ſecundum naturam: quia lex eſt alter Deus, & altera natura: tamen quia introducta fuit ut rectè gubernaretur mundus, ideò permittit facta hominum, & naturæ in ſuo ſtatu permanere, niſi ex aliqua urgenti cauſa utile ſit, uel æquum ea mutare, quo caſu etiam modificat hanc ſuam poteſtatem abſtinendo ſe in quantum poteſt ne inducantur monſtra, & creando aliqua media per quæ tollatur impoſſibilitas: tamen quando conſtat de eius uoluntate, & non uult procedere per circuitus,eius uoluntas ſeruabitur & fictio ſuper omni impoſſibili ualebit.

237 Tertiò † quærit Bar. an hæc fictio inductiua procedat in his quæ ſunt iuris, & ipſe dicit legem in his quæ ſunt iuris non procedere per fictionem, ſed uerè diſponendo: quoniam plenam habet poteſtatem tollendi, mutandi, alterandi omnia iura, unde cum hoc poſsit facere ex uia ordinaria, non eſt opus recurrere ad extraordinarium remedium fictionis; arg. uo. in l. in prouintiali. ff. de no. oper. nunciatio. & l. quoties, ff. de præſcrip. uerbis & l. in cauſæ. la ſecunda in princip. ff. de minor. & facit tex. in leg. ſi unus. §. pactus. ff. de pact. ſecundum communem intellectum ubi ſtipulatio quæ iuris eſt poteſt tollere ſtipulationem uerè: pacto uerò tollit per fictionem: quia facti ſunt, Et facit etiam tex. in l. ratio. ff. de conditio. inſti. ubi qui inſtituit ſeruum ſuum non debet dicere cum liber, ex eo: quia per ſe directò poteſt dare libertatem. ità cum lex directò poſſit tollere ius nō debet recurrere ad fi[illegible]
fallit ratione contrarietati:

ut hic per eum. & ſequuntur communiter doctо. & ampliat hic Ial. procedere etiam quòd lex utatur uerbis denotantibus improprietatem, ut per eundem Bar. infra in fi. huius fictionis, & facit lex in prædiis. ibi, intelligun- tur obligata, & lex eo iure ibi, creduntur. ff. in quibus cauſ.pig.tàcite contrahitur, & tamen ibi eſt uerum pignus, & fictio tantummodo eſt in conuentione, l. ij. C. eo.

Nec obſtat clem. quia circa. de electio. quia illa nõ dixit legem non fingere in his quæ ſunt iuris: ſed declarat illam conſtitutionem procedere in uero numero non in ficto. & diminuto per legis diſpoſitionem.

238 Sed†dum Bar. dicit limitando concluſionem quòd lex non poteſt uerè diſponere ſtante contrarietate uel repugnantia obſtat: quia imò lex hoc facit ut quis quo ad quædam ſit iuris alicuius & quo ad quædam ſit alieni iuris ut in auct. conſtitutio quæ de dignationis. ubi filius eſt ſui iuris in aliquibus, & in aliquibus in poteſt. Reſpondet quòd quando lex uult hoc poteſt facere ſed in dubio non præſumitur. ideò dum dicit quòd lex non poteſt uerè diſponere in patria poteſtate, debes reſtringere intelligendo quòd non diſponit uerè: quia non uult: quia ſi uellet uerè diſponere nihil impediret quod non poſſet facere: tamen non præſumitur: nec eſt credendum quòd faciat niſi ex urgenti cauſa ſcilicet: quando reſultaret repugnantia ut patet in exemplis Bar. & ſic limitatio Bar. procedit: quia lex non fecit, non quia non potuerit facere, & cum nolet ius mutare in totum ut ceſſaret repugnantia fecit per fictionem.

Sed tunc obſtat: quia ſi eſt repugnantia: ergo nec etiam lex poteſt per fictionem facere, dicta d. l. ubi repugnantia. de reg. iur. uel ſaltem faciendo inducit impoſſibile, & repugnantia: ſicut uerè non poſſunt ſimul ſtare, eodem modo nec fictè propter impoſſibilitatem. Sed poteſt reſponderi quòd uerè non eſt repugnantia: quoniam nihil repugnat quòd lex habilitet eũ: quia eſt in poteſtate ſua ut fiat ſui iuris in uno caſu tantum, ut probatur in auct. conſtitutio quæ de dignitatibus. §. primo, & uidemus quòd filia eſt in poteſtate patris quo ad quædam, & quo ad alia in poteſtate mariti, ut quo ad ſeruitia & copulã, l. ſi uxor. C. de conditio. inſer. & no. per glo. inſti. ad Tertullia. in uerbo parentes. ſecus de iure Longobardorum. & probatur in dicta auct. ſed epiſcopalis dignitas. ubi definit epiſcopus eſſe in poteſtate, & ſuus in his quæ ſunt in eius præiudicium, & remanet ſuus in his quæ ſunt ad eius utilitatem ut incontinenti fiat hæres patri, & recuperet filios ſuos in poteſtate, ut ibi notarius unde tu ſolue quòd repugnantia uidetur eſſe ſtantibus terminis iam firmatis per legem: ſed tamen ſi [illegible] terminos ſuos uariare, non eſt uera [illegible] lex uerè poteſt facere, & nulla reſultabit contrarietas: ſed ſolum eſt quædam confuſio in ſermonibus hominum. unde potius dicas quòd lex uerè facit: quia eſt quædam confuſio, & inculcatio, & eſt melius. & intelligibilius facere quòd remaneant alieni iuris & ꝙ in certis caſibus habeatur ac ſi eſſet ſui iuris. Propterea dictum Bar. quòd lex non poteſt facere uere non eſt bonum, cum imò hoc poſſit facere ſi uellit: ſed non fit ne inducatur conculcatio, & confuſio. Facit tex. multum notabilis in leg. ſi quis ſeruum. §. etiam. ff. de peculio. ubi ſi dominus uetat ſeruum contrahere de peculio non impedit contractum: quia eum fecit dominum, ſed ſi reuocaret peculium ualeret probibitio, ita lex retinet regulas ſuas firmas non poteſt contra eaſdem diſponere, ſed ſi reuocaret eas nihil impediret quin uerè diſponeret. Poteſt etiam dici quòd in filio familiàs milite nulla lex dicit quòd ratione militiæ liberetur à patria poteſtate, ſed ſolum quòd poſſit diſponere de peculio, imò eſt de ſubſtantia peculii, quòd ſit in poteſtate, l. fi. in fi. C. de inofficioſo teſtam. cum eo effecto ſui iuris amplius non habeat peculiũ, unde nulla fictio eſt quòd ſit ſui iuris, ſed quòd ſolũ poſſit tanquàm pater familiàs diſponere, quo caſu erit fictio ſuper facto, & hoc uerius eſt.

Et eodem modo debes dicere in limitatione de uſufructu: quia ibi nulla eſt repugnantia: quia lex poſſet facere uerum uſumfructum cum alia natura in dictis rebus, & dicitur potius repugnantia extrinſeca & cauſalis, & ad bene eſſe, non autem præciſa. uera enim repugnantia eſt quando ſimul eſſe non poſſunt omninò & poſito uno tollitur aliud, & non eſſet inconueniens ꝙ una lex diceret uſumfructum uerum non eſſe incertis rebus ſine ſubſtantia, & alia uellet quòd in certis rebus eſſet uerus uſusfructus ſine ſubſtantia rerum.

Non obſtat lex. ſecunda de uſufructu earum rerum quæ uſu conſumunt, quæ dicit quòd lex non poteſt facere uſufructum ſine ſubſtantia, & tamen uſufructus eſt iuris: quia reſpondetur quòd ibi non eſt mera iuris diſpoſitio: quia imò etiam diſponitur ſuper facto, cum licèt uſusfructus ſit iuris tamen fundatur in re corporali tanquàm ſubiecto ex natura iurium potentialium, quæ per ſe ſine ſubiecto ſtare non poſſunt, cum ſint qualitates rerum. & qualitates ſecundum naturam & legem non poſſunt ſtare ſine ſubiecto, ut dicitur in dicta l. prima. ff. de uſufruct. & facit l. hæreditas in multis. ff. de acquir. rer. dominio & l. ij. §. Scæuola. ff. ſi quis teſtam. lib. eſſe iuſſus fuerit, ſolùm enim iura eſſentialia poſſunt ſtare ſine ſubiecto, ut hæreditas, peculiũ & dos. unde dicitur quòd ſeruitus ſeruitutis eſſe non poteſt: quia eſt quædam qualitas quæ non poteſt ſtare in alia qualitate, & requiritur ſubiectum eſſentiale. l. j. ff. de ſerui. leg. non poteſt ergo lex facere qualitatem eſſe ſine ſubiecto: ſicut nec albedo ſine pariete,

dicta

dicta l. ij. de uſufru. earum rerum, quæ in hoc eſt multum notanda. ideò neceſſario inducit ſubiectum per fictionem ſuper quo qualitas ſubſtineri poſſit: ſicut creauit hæreditatem ut ſubneret omnia iura eſſentialia deficiente hærede, & poſtliminium ſuſpendit iura captiui, & lex Cornelia ne perirent, & ſi dicatur minus per fictionem poteſt facere quòd qualitas ſit ſine ſubiecto: quia adhuc repugnat natura. Reſpondetur, quòd fictio non eſt ut qualitas ſit ſine ſubiecto: ſed fictio legis creat unum ſubiectum diſponendo quòd cautio ipſa ſubrogetur loco ipſarum rerum, & ſic concluſio eſt quòd lex fingit in his quæ ſunt iuris ne inducatur contradictio in ſermonibus hominum, quàmuis in iure nulla eſſet uera repugnantia, & ſi lex diſponet cum certa diuiſione & ſeparatim tolleret repugnantiam.

239 Secundò † lex fingit ſuper iure fundato in ſubiecto naturali: quando ipſa non poteſt facere quòd illud ius ſit ſine illo ſubiecto: quoniam tunc eſt opus ut fingat unum ſubiectum, & ſuper illo ſubiecto ficto faciat illud ius non uerum, & ita habes duas limitationes ad regulam Bart. quas rationes potes reducere ad unam: quia fundantur in eadem ratione contrarietatis cum repugnantia, & contrarietas ſit ultra dicta l. repugnantia ubi de reg. iur. Bar. allegat ad utrunque dictum.

240 Tertia † poteſt dari limitatio quando lex ciuilis eſt minoris auctoritatis ſeu potentię quàm ſit illud ius quod debet mutari, ut patet in iure prætorio quod non tollit ius ciuile ſecundum ueritatem: ſed tantummodo per fictionem §. quos autem. inſti. de bonorum poſſeſſionibus. & l. & ſi ſine. §. ſed quod Papinianus. ſupra de minoribus coniuncto. §. per contrarium. inſti. de hæredi. quæ ab inteſta. ius tamē ciuile ſecundum ueritatem poteſt tolere aliud ius ciuile, & etiam ius naturale & gentium alterando in illo loco in quo factum fuit, ut no. in l. ſi quis pro eo. ff. de fideiuſſori. & l. ius ciuile. ff. de inſti. & iur. & dicto. §. ſed naturalia. cum glo. inſti. de iure naturali gentium, & ciuili, & per Bar. in l. omnes populi. in iij. quæſtio. principali de inſti, & iure, ubi etiam probatur de iure municipali quòd poteſt uerè diſponere in his quæ ſunt de iure gentium, & iure ciuili Romano.

241 Vnde † in cōſequentiam habes unam ampliationem, ut regula Bar. procedat etiam in his quæ diſponuntur à iure municipali contra ius ciuile Romanorum, & ius gentium: quoniam omne ius factum ab habente poteſtatem legis condendæ, poteſt tolli in loco ſibi ſubdito. ſecus ſi fiat à magiſtratibus aliis, quo caſu eſt ius prætorium, & non tollit ſtatutum, & ius ciuile niſi per fictionem arg. dicti. §. quos autem. inſti. de bonorum poſſeſſio. & ego dixi latè in rub. C. qui admitti.

Aliam ampliationem poſuit Iaſ. hic, & ſupra dixi quòd lex non fingit ſuper his quæ ſunt iuris: ſed uerè diſponit etiam quòd lex utatur uerbis denotantibus fictionem ſecundum Antonium de Butrio in conſi. 20. æquitas ualde ſugerit: Proqua ampliatione Iaſ. adducit dictam l. in prædiis, & dictam. l. eo iure, in quib. cau. pignus tacitè contrahit, ut hic per eum te bene.

Ex quibus inferunt docto. ad multas quæſtiones quotidianas, & in ſpecie an ſi lex dicat aliquem eſſe legitimum filium dicatur eſſe filius legitimus uerè uel fictè: ſed tu ne æquinoces dicas quòd quando lex diſponendo dicit quòd ſi lex mandat quòd coniunctio cum aliqua muliere ſit legitima, & quòd filii qui naſcuntur ex ea ſint legitimi, omninò illi uerè erunt legitimi: ſicut quando lex dicit quòd filii adoptati ſint uerè legitimi, & ſint in poteſtate patris, ut inſti. quibus modis infirm. teſtam. in princi. & inſti. de hæredi. quæ ab inteſtato. §. adoptiui.

242 Sin autem † lex dicat quòd aliquis filius non legitimus legitimetur ex aliquo facto ſuperuenienti, & tunc eſt dubium an ipſe efficiatur legitimus uerè, uel fictè, attento quòd ſecundum ueritatem quando natus fuit non erat legitimus, & hic eſt caſus quem diſputat hic latè Iaſ. & alii Docto. utrum filius non legitimus ſi poſteà legitimetur an efficiatur uerè legitimus, uel fictè & ſic an filius legitimatus dicatur uerè legitimus? in qua quæſtione docto. multa hinc inde allegant.

Et Bar. hic concludit filium eſſe uerè legitimum ſiue ſit legitimatus per principem, uel comitem palatinum, uel alium habentem poteſtatem legitimandi, uel per alium modum legitimandi pro qua opinione. Bartol. allegat: quia eſſe legitimum eſt de iure ciuili, cum de iure naturali omnes legitimi naſcerentur: ſed poſteà iure gentium, & ciuili, & canonico prohibita fuere matrimonia inter certas perſonas, & copulæ carnales. Vnde euenit quòd quidam naſcerentur legitimi, & quidam non, & ſic hæc qualitas legitimitatis interducta fuit à iure ciuili, ut dicitur in dicto §. liceat. in auct. quibus modis naturales efficiantur legitimi igitur per aliam legem poteſt mutari & alterari ſicut & leges omnes per unam conſtitutionem princeps tollere poſſet uerè: ſed tamen huic fundamento reſponderi poteſt quòd procederet quando nulla mixtura facti interueniret. ſed quòd quis efficiatur legitimus habet aliquam mixturam facti: quia debet naſci ex legitimo matrimonio, & iam per natiuitatem eſt interductum hoc factum quòd ſit non legitimus. Vnde uidetur quòd procedatur per fictionem, non ſecundum ueritatem per ea, quæ dicit Bar. infra in ſeq. quæſtione.

Secundò pro iſta parte adducitur tex. in dicto. §. liceat. in auct. quib. mod. na[illegible] ciantur legiti mi, & in. §. q[illegible] & in

§. reliqui, & in. §. ſi quis igitur. quib. mod. natur. efficiant. ſui, ubi ſæpius ponuntur hæc uerba ut nihil diſſimilis ſit legitimis. ergo apparet quòd plenè efficiuntur legitimi & non per fictionem. Sed reſpondetur quòd illa iura intelliguntur quantum ad effectum ſuccedendi; & effectus alios ciuiles qui conceduntur non autem quantum ad ſubſtantiam, ut uerè dicatur eſſe legitimus, & nos habeamus alia iura denotantia fictionem ut in auct. quib. mod. naturales efficiantur ſui. §. filium uerò. ibi, legitimatum ueluti ex quadam machinatione cognatũ, & in. §. generaliter. ibi, ſiue per aliam quamlibet machinationem, & in l. quia in prouintia. §. diuus. in fi. ff. de ritu.nupt. ibi, per inde ac ſi legitimè concepti fuiſſent, & propterea non ſtringunt.

Tertiò pro hac opinione Bar. adducitur ratio ab effectibus. Nam uerus filius eſt in poteſtate, & inſtitui debet, & præteritus dicit teſtam. nullũ uel rũpit per cõtratabulas, uel ꝑ querelã inofficioſi teſtamenti, quos effectus etiam legitimati habent, ut in. §. primo in uerbo ſuorum iura oanciſcuntur, inſti. de hæredita. quæ ab inteſt & in §. liceat igitur, ibi, & ſuos de cætero. & ſub poteſtate habere quibus mod. naturales efficiãtur legitimi, & patet in rub. ex auct. q. mod. naturales effi. ſui, ponderãdo uerbũ ſui & põderãdo uerbũ legitimi, & uerbũ efficiã ur, ꝙ denotant ueritatem. Item debetur legitima. ſecundum Bal. in capitulo de cauſis. in penul. col. de offi. delegati cum aliis ſimilibus allegatis hic per Iaſ. adducentũ auctoritates de quolibet effectu, & ego plenè dixi poſt Sozi. in rub. & in l. Gallus. §. & quid ſi tantum. ff. de lib. & poſthum. in ſpecie decidendo quòd rumpunt teſtamentum patris. Sed tamen reſponderi poteſt quòd quãmuis habeãt omnes effectus legitimorum, non ſequitur ergo uere ſunt legitimi: nam fictio aſſumit falſum pro uero, & uult illud haberi pro ueritate, & producere effectus ueri ut diximus in diffinitione fictionis: ergo non eſt inconueniens quòd actus fictus habeat omnes effectus ueri, & tamen ipſe remaneat fictus.

Quartò facit: quia pater poteſt inſtituere filium legitimatum coram duobus teſtibus, iux. l. hac conſultiſſima. §. ex imperfecto. C. de teſta. ſecundum Bal. in dict. cap. de cauſis. de officio delegati. Item poteſt alter teſtari inter eos ſicut inter uerè legitimos, ut habetur in auct. ſi qua mulier. per Iaſ. C. de ſacroſanct. eccles. Sed reſpondetur quòd hoc eſt de effectibus qui conceduntur caſui ficto, ut iam dictum fuit: quia fictio adhoc fuit introducta ut res ficta producat effectus iuris ſicut eſſet ueritas.

Sextò etiam adducitur: quia per filios legitime natos conſeruatur agnatio & familia, l. j. §. penul. in uerbo ut familiarum dignitatum [illegible] ſtr. ff. de uent. inſpiciendo. Io. And. in auc[illegible] ſecul. in tit. de ſucceſſioni. ab inteſtat. ſuper rub. & Alex. in conſ. ſecundo. in nona col. lib. primo & Bal. in l. cum acutiſſimi. C. de fideicommi. Item legitimati ſuccedunt patri, & omnibus agnatis iure agnationis ſicut naturales & legitimi ut per Bar. & Bal. in l. communi. C. de naturalibus lib. Baldum in l. cum in adoptiuis. C. de adoptionib. & in terminis Ang. in §. filium uerò, in auct. quib. mod. naturales efficiuntur ſui per illum tex. & in §. qua propter. eod. tit. cum ſimilibus adductis per Iaſ. hic uerſi. octauo.

Sed tamen reſponderi poteſt eodem modo quòd illud eueuit propter fictionem: quia ſi caſus fictus habet effectus ueri, conueniens eſt ꝙ hos effectus habeat, ſed non tanquàm uerè legitimus: ſed tanquàm fictè legitimus.

Septimò ſpurius legitimatus non debet amplius uocari ſpurius: quia per inde eſt ac ſi eſſet legitimè conceptus ſecundum Bal. in l. imperialis. C. de nup. arg. illius tex. in §. primo ibi, omni macula penitus direpta. Item legitimatus non debet inſtitui cum ignominia ſub nomine ſpurius. Sed ſub nomine quòd ſit legitimatus, ut per eundem Bal. in conſ. 388. reſpondendo ad dubia ſeu puncta lib. 5. ac dixit idem Bal. in l. manumiſſiones. per tex. & glo. ibi ff. de iuſti. & iur. quòd nullus eſt adeò ſpurius quin habeat legitimitatem naturalem, & cum legitimatur eſt legitimus non fictus: nec de nouo factus: ſed detectus: quia remouet nubeculam quæ dicebatur ſpurictas.

Sed reſpondetur quod Bal. in dicto. §. imperialis, fatetur eum eſſe fictè legitimum, & idem determinauit in titulo de ſucceſſionib. ab inteſtato circa finem. Item etiam non poteſt negari quin natus fuerit cum hac nube quæ facti eſt: ergo non uerè ſed per fictionem tolli poteſt. & iura diſpoſuerunt quòd eſſet natus non legitimus, & ex coitu reprobato, quòd cum habeat mixturam facti non poteſt tolli ipſo iure: ſed tantummodo per fictionem.

Octauò adducitur: quia filij adoptiui uerè dicuntur legitimi, ut inſti. quib. mod. infirm. teſtam. in princip. & §. ſed adoptiui. inſti. de hæredi. quæ ab inteſtato deferuntur. & §. per adoptionem. inſti. de legitima. agna. ſucceſſio. cum ſimili. in quibus deficit ius naturæ, ut in ſti. de adoptio. in principio. ergo fortius per legitimationem efficiuntur legitimi: quia ad eſt concurſus naturalis & legitimatio, & potentior actus. §. tribus. in uerſi. ueſtri enim patris. in auct. quib. mod. efficiantur ſui, ſed reſpondetur quòd alia ratio eſt in adoptiuis quos lex ab initio creauit legitimos, & nullum eſt peccatum impediens legitimitatem, in ſpuriis uerò & naturalibus præceſſit actus reprobatus quòd fuerunt appellati non legitimè nati, & ex damnato coitu. Vnde cum legitimatio in eis habeat mixturam facti, & debeat etiã remouere factum, ſequitur quòd neceſſario debet fieri per fictionem, per ea quæ dicit Bar. in

seq.

ſeq. quæſtio. & per conſequens debent apppellari fictè legitimi.

Nonò allegatur: quia fictio trahitur retro ſicut dictum fuit de poſtliminio, & lege Cornelia. leg. retro, & leg. in omnibus. infra de de cap. ſed hæc legitimatio non trahitur retro; ergo non eſt fictio, ut eſt tex. in. §. liceat. in auct. quibus modis naturales efficiantur legitimi. ibi, & ſnos de cætero. & in. §. illud, ibi, quo facto ex hoc filios fieri, & glo. ibi dicit in uerbo ex hoc. quòd nunc efficiuntur legitimi & non retro, & facit tex. in cap. tanta. qui filii ſint legitimi ubi nec trahitur retro.

Sed reſpondetur quòd in hoc eſt deceptio: quoniam non omnis fictio trahitur retro: ſed eſt tantummodo fictio tranſlatiua, de qua habetur in tota hac lege: ſecus eſt autem in fictione inductiua, & priuatiua ut per Bar. ſupra qui noluit extrema non requiri.

Item dictum eſt falſum quòd non trahatur retro legitimatio, cum multi teneant quòd trahitur retro, & propterea interueniat fictio ut infra dicemus, & ſic apparet quòd nihil concludens allegatur pro hac parte quòd uerè ſit legitimus, & unum ſolum eſt quod ſtringit, quòd non ponderauerunt docto. ſcilicet rub. ipſam in utroque tit, quib.mod.natur.efficiant. ſui, & quib.mod.natu. efficiant. legitimi. & illa duo uerba, efficiantur legitimi, & efficiantur ſui, denotant proprietatem, & ueritatem, per ea quæ dixit Bart. ſupra in quarta appoſitione.

Sed potes reſpondere quò illæ duæ auct. loquuntur de filiis naturalibus tantum, in quibus nullus eſt defectus, & ſolum approbatio legis requiritur. unde efficiuntur legitimi, & ſunt uerè legitimi, ut patet in uerbo naturales: ſed nos loquimur de ſpuriis & inceſtuoſis in quibus adeſt mixtura facti, & requiritur operatio Principis ex abſoluta poteſtate.

Præterea nõ eſſet inconueniens dicere quòd intelligatur per fictionem per dicta tria intra in. §. filium. ibi, legitimatum ex quadam machinatione cognatum. & in. §. generaliter. ibi, ſine per aliam quamlibet machinationem. cum ſimilibus.

243 Contrariam †opinionẽ quòd imò legitimatus non ſit uerè legitimus: ſed fictè, tenuit Bal. in additionibus Speculi in tit. de ſucceſſio. ab inteſta. ad fina. ubi formaliter tenet quòd legitimatio innititur fictioni: & quod non eſt de tectio, ſed datio de nouo, & idem Bal. in leg. eam quam. C. de fideicommiſ. in uerſi. quæro utrum legitimatio ſit fictio. & in l. quoties. C. de rei uendicatio. & in l. Gallus §. ſi eius. ad finem ff. de lib. & poſthum. cum multis aliis auctoritatibus cumulatis hic per Iaſ. Et pro iſta opinione facit: quia filii dicitur uerè legitimi, qui ex iuſtis nuptiis procreantur, l. filium eum diffinimus. ff. de his qui ſunt ſui uel alieni iuris, & §. legitimi. in auct. quib. mod. naturales. effi. ſui, & cap. liberi. 32. quæſtio. 4. ſed hic nuptiæ non interuenerunt: ergo non ſunt legitimi.

Item ille dicitur uerè legitimus qui habet omnia iura legitimorum: ſed iſti non habent omnia iura utſupra tenuerunt multi: ergo non ſunt uerè legitimi.

Præterea negari non poteſt quòd non interuenerit hoc factum quòd non ſint nati ex legitimo matrimonio, quod factum non poteſt tolli uerè, ideò eſt neceſſarium quòd procedatur per fictionem. ſed ſi quis uellet ſubſtinere aliam partem poſſet dici quòd imò uerè poteſt fieri quòd ſit legitimè natus, & ex legitimo matrimonio ſi princeps legitimando hoc dixeric quòd noluit eſſe legitimus tẽpóre natiuitatis, & tollere legem contrariam prohibentem: nam reſtituendo primeuæ naturæ, ut in dicto. §. liceat. uidetur corrigere omnia iura contra dicentia, & introducere illud ius naturale quo omnes efficiebantur legitimi, & ideò ſtante illo iure naturali iſti nati dicuntur legitimè, & per conſequens uerè erũt legitimi. Vnde Abbas in dicto cap. tanta. dixit quòd ſi eſt extremum habile à quo per ſubſequens matrimonium legitimantur filii, ut retro matrimonium fuerit ualidum, & dicantur nati ex legitimo matrimonio.

Secundò poteſt reſpondeti quòd per hoc non tollitur quin hodie ſint uerè legitimi per diſpoſitionem legis uel legitimantis, licèt dicantur legitimè nati, uel ex legitimo matrimonio utſupra dicitur.

Secundò adducitur. quia diuerſitas nominum inducit diuerſitatem effectuum. l. ſi idem. C. de codicillis. & cap. ad audientiam. in fi. & ibi Abb. in ſecundo no. ad hoc notat de decimis. Sed uerus filius appellatur legitimus, iſte autem appellatur legitimatus ſecundum glo. in ſti. de adoptio. in principio, & in l. cum legitimè. in glo. j. in fi. ff. de ſtatu. hominum, & no. in dicto cap. tanta. qui filii ſiot legit. Sed reſpõderi poteſt quod hæc diuerſitas nominis demonſtrat diuerſitatem facti, non autem diuerſitatem iuris. Nam legitimus dicitur qui legitimè naſcitur, legitimatus uerò qui poſt natiuitatem effectus eſt legitimus, & dicitur legitimatus quaſi legitimus effectus, ut patet in rub. dictarum auctenti. hæc autem diuerſitas originis nõ tollit quin iſte legitimatus dicatur eſſe legitimus, & ſi aliqua imago uidetur, eſt reſpectu iſtius diuerſitatis facti; tamen quantũ ad ipſum ius dicitur uterquè uerè legitimus æqualiter.

Tertiò adducitur: quia legitimati non habent omnes effectus quos habent legitimi, cum legitimati ſint infames infamia facti, ut not. Azo. in ſumma. C. de infami. quem ſequuntur docto. & Alex. in conſ. 45. lib. primo. in 3. col. licèt non ſint deinceps turpes perſonæ ſecundum Bal. in conſ. 146. in lib. primo.

Item legitimatus non ſuccedit in emphyteuſim acquiſitam pro ſe & ſuis filiis legiti·

cundum Baldoi. in lege finali per illum textus. ubi Saly. & Paulus. C. de his qui ueniam æta. Impet. & Alex. in l. ex facto. §. ſi quis rogatus. & in conſ. 6. lib. ſecundo.

Item in relicto facto in tempus filiorum legitimorum non ſufficiunt legitimati ſecundum Bal. in lege ſi ità quis. §. is cui. ff. de lega ſecundo.

Item ſi teſtator dixit ſi deceſſerit ſine filiis; non ſufficiunt legitimati ſecundum Bal. in leg. Lucius. ultima. ff. de hæredi. inſtituend.

Item donatio quæ reuocatur natis filiis per l. ſi unquàm. C. de reuocand. donationi. non reuocatur per legitimationem filii ſpurii. ſecundum Bal. in le. ſecunda ad finem. C. ſi quid in fraudem patroni. & in l. prima col. penul. C. de inoffi. donatio. ut in cap. innotuit. de electione cum ſimilibus.

Sextò legitimati non ueniunt ſub nomine primogeniti ſecundum Bal. Saly. & Paulum & Iaſ. in l. quoties. C. de rei uendicatio. cum ſimilibus, & Marti, intracta. de primogenit. in ſeptima col. ad finem cum ſequenti. ergo cum priuetur tot effectibus qui conceduntur filiis legitimis, ſequitur quòd legitimati non dicuntur propriè legitimi.

Sed tamen ad omnia iſta, & multa ſimilia, quæ poſſent adduci, reſpondetur negando: quoniam imò filii legitimati per Principem ex abſoluta poteſtate poterunt habere omnes iſtos effectus, & iura allegata in contrarium procedunt in legitimatis per oblationem curiæ, uel aliis modis ordinariis, ut plenè diſputatur in dicta l. ſi unquam. per Titaq. & Rip. ad ſaturitatem auctoritates allegantes, & ſi non ſuccedunt euenit quòd legitimans non habet poteſtatem auferendi iura aliena. Sed ſi ius filiorum dependet à legibus ipſius legitimantis, omnes effectus illarum legum conſequetur legitimatus ut infra dicemus.

Et ad illud de infamia reſpondetur ꝙ euenit propter peccatum parentum; quod peccatum per legitimationem non tollitur. Sed tamen non ſequitur per hoc quin ipſe legitimatus omnia iura legitimorum prouenientia ex legibus legitimantis non poſſit ipſe conſequi. Item dictę auctoritates reſoluũtur alio modo ut infra.

Quartò adducitur quòd legitimatio trahitur retro, & fingit medio tempore non fuiſſe ſpurium, l. fi. ff. de natalib. reſtituen. & legitimatio eſt reſtitutio primis natalibus quando natura omnes legitimi naſcebantur. §. ſed & ſi. in auct. quib. mod. natur. efficiant. legitimi. & hoc tenuit Bar. in le. ij. in principio. ff. de uulg. & pupill. in ſecunda quæ. in 3. requiſitio.

Sed reſpondetur prædictis, & aliis hic cumulatis per Iaſ. ꝙ eſt deceptio: quia non ſequitur trahitur retro legitimatio: ergo legitimatus non eſt uerè legitimus: quoniam duæ ſunt operationes Principis legitimantis. una eſt per quam omnia iura legitimorum, & facit eum eſſe uerè legitimum, alia eſt, quia hoc factum ſuum trahit retro ad tempus natiuitatis reſtituendo natalibus, & tunc dicitur fictio reſpectu ipſius legitimationis, quæ fictio mutat factum natiuitatis purgando illud, quo caſu uerè poſteà dicuntur retro legitimi, & non eſt fictio in iure legitimo: ſed fictio eſt in ipſo actu principis; ſicut uidemus ꝙ conditio retrotrahitur ad tẽpus contractus ut obligatio ipſa, dicatur nata tẽpore cõtractus, & fictio nõ eſt in obligatione: ſed in conditione. l. neceſſario. §. ꝙ ſi pendente. ff. de periculo, & cõmo. rei uenditæ, & habetur in l. potior, & l. qui balneſi, ff. qui potior. in pigno. habeantur, & ex actu ficto naſcitur ius uerũ ut no. in l. quod meo. ſup. de acquir. poſſeſſio.

Prætereà ratio concludit tãtummodo quòd retro fictè ſit legitimus: ſed quòd in futurum non ſit uerè legitimus: ſicut poſtliminium uerè ſuſpendit iura, & uerè recuperat, licèt retro fingatur habuiſſe, ut per Bar. ſup. in iiij. oppoſitione, & habetur in l. j. C. de cap.

Quintò adducitur, quia iſte natus fuit ſpurius: ergo non poteſt uerè deſinere eſſe ſpurius: ſicut qui ſemel eſt hæres non poteſt amplius deſinere eſſe hæres, l. & ſi ſinr. §. ſed ꝙ Papinia. & res facti nulla cõſtitutione tolli poſſunt, & etiã hoc priuatur Deus, ut no. in l. j. §. ſi uit uxori. ſu. tit. j.

Sed reſponde quòd eſt fallatia magna: quia imò hæres poteſt deſinere eſſe hæres quãdo ius ciuile hoc facit, ut eſt glo. communiter approbata in §. per contrariũ, inſti. de hæredita. quæ ab inteſtat. & nomen ſpurii uidetur nomen iuris quod per principem corrigentem leges illud inducentis tolli poteſt.

Prætereà dicitur ꝙ licet illud principiũ ſpurietatis non tollatur, & quantum ad illud procedat fictio: tamen non infertur quin uerè ſit legitimus, & conſequatur uerè omnia iura legitimorum hæredum ſaltem à die legitimationis: quia ex actu ficto reſſultat ius uerum ut dicitur in dict. l. quod meo. ſup. tit. primo.

Sextò adducuntur multa iura ut tex. in. §. filium. in auct. quib. mod. nar. efficiant. ſui, & in §. generaliter. eo. tit. ibi, per quãdam machinationẽ. & in l. qua in prouincia. §. dinus. in fi. de ritu nup. cũ ſimili. in quibus iura utuntur uerbis denotantibus fictionẽ, & proprietatem: ſed reſpõdetur prædictis & aliis ſimi. ꝙ loquũtur de legitimatis ex poteſtate ordinaria, nos de legitimatis ex poteſtate abſoluta cum clauſula non obſtantibus.

Item dicta iura intelliguntur de ipſo principio quod facti eſt: ſed tamen per legitimationem conſequuntur plenum ius ut in nihilo differant à legitimis, ut dicitur in tribus locis ſup. allegatis, & innuit rub. dictarum auct. dum dicit efficiantur ſui, & efficiantur legitimi.

Septimò pro iſta opinione adducit Benedictus de Plumbino in ſua diſputatione incipiente ſtatuta ciuitatis Lucanæ. multa alia pro & contra, quibus ipſe reſpondet, ità quòd appa-

ret

ret articulum eſſe diſputabilem.

244 Sed † reſoluendo & concordando dictus Benedictus dicit quòd legitimatus non eſt uerè legitimus illa legitimitate qua ſunt nati ex nuptiis, l. filium eum diffinimus. ff. de his qui ſunt ſui uel alie. iur. ut poſſit dici uerè & originariè legitimus: neque ex iuſtis nuptiis natus. ſed ſi conſideratur legitimitas in genere bene dicuntur eſſe legitimi: quia ſecundũ legis approbatio nõ ſint filii legitimi, & legitimitas quæ eſt à iure ciuili cauſata tollitur in totũ per contrariã l. & remanet uerè legitimus, ac ſi lex non induxiſſet illã maculã, & remanſiſſet illud ius naturæ, quo omnes erant legitimi, & additur noua legis approbatio quæ tollit leges contrarias inducẽtes illegitimitatẽ, & conſtituit uerã legitimitatẽ, ut in præſenti ſtatu uerè ſint legitimi, tã de iure naturæ quàm de iure ciuili. & hæc concluſio procedit ſecundũ eũ: quando nullum fuit matrimoniũ. ſed poterat eſſe, uel ſi erat prohibitum erat interdictũ ex prohibitione ciuili, ut in rub. & nigro. C. de interdict. matrimo. & l. j. C. ſi rector prouinciæ, & l. is qui contra. C. de inceſtis nup. tunc enim legitimando facit uerè legitimũ etiã retro: quia trahendo operationẽ ſuã ad tempus natiuitatis tollit illam maculam & impedimentũ, & remanet uerè legitimus. ſed ſi matrimoniũ non poterat eſſe ex prohibitione de iure diuino, ut quia haberet uxorem, uel erat conſanguinea, tunc legitimatus per principem non erit uerè legitimus: quia princeps laicus nõ poteſt tollere impedimentum à lege diuina uel canonica inductum; nec ſuper ea diſpenſare. ut no. in cap. per uenerabilem. qui filii ſint legitimi. & cap. uenerabilem, de electio. & ratio eſt manifeſta: quia qui legitimat corrigit omnia iura in contrariũ diſponentia: ſed princeps laicus nõ poteſt corrigere ius canonicũ & diuinũ ut no. in cap. quæ in eccleſiarũ de conſti. ergo nec etiã poterit uerè facere legitimũ, quinimò nec etiã aliquando Papa, ut no. in cap. propoſuit. de conceſſio. præbendæ. Propterea cum remaneant impedimenta urgentia, & propterea neceſſarium eſt ut Princeps ſeu lex ciuilis inducat fictionẽ, & fictè legitimus dicatur per rationẽ poſitã in dicto. §. ſi uir uxori. & in §. quos autem. iuſti. de bono. poſſeſſio. & hæc eſt communis opinio.

Sed tu plenius dicas conſtituendo aliquos
245 caſus. † Primus eſt utrum iſte dicatur legitimè natus; & concludas omninò quòd non eſt legitimè natus. non tantum ſi prohibent iura canonica uel diuina: ſed etiam ſi prohibent iura ciuilia tantum: quoniam hoc factum quòd non fuerit tunc legitimè natus non poteſt per leg. infirmari. & propterà eſt neceſſarium quòd n in hoc actu interueniat ius & factum quòd fingatur legitimè natus, per ea quæ dicit Bar. in ſequen. quæſt.

246 Secundus caſus eſt, † an dicatur natus ex legitimo matrimonio, & in hoc etiam concludas: quòd non tantum ſi matrimonium prohibetur l. diuina, & canonica. ſed etiam ſi prohibetur l. ciuili. Item etiam ſi interueniat diſpenſatio papæ: quia iſte actus quòd naſcatur ex coitu prohibito habet mixturam facti, & iuris, & non poteſt per legem fieri quin ità euenerit, cũ ſemper in æternum uerum erit quòd ipſe fuit natus ex coitu tũc prohibito, & propterea oportet dicere quod fictè dicatur natus ex legitimo matrimonio, per ea quæ dicit Bar. in ſeq. quæſtio.

247 Tertius caſus eſt. † ſi quæratur an de præſenti ſit uerè legitimus, & tunc ſi matrimonium eſt prohibitum per l. quæ corrigi poteſt à legitimante, tunc omni modò erit uerè legitimus de præſenti: quia legitimando cum poteſtate abſoluta, & cum clauſula non obſtantibus, poteſt tollere omnia dicta iura, & concedere ius legitimorum hæredum ex ſua abſoluta poteſtate. Ideò papa legitimãdo ſubiectũ in terris Eccleſiæ. diſpenſando cum clauſula non obſtante, & de plenitudine poteſtatis, faciet eum eſſe uerè legitimum: quia poteſt corrigere iura prohibentia, & ius legitimum uerè concedere, & idẽ erit in Principes laico: quando impedimẽtũ dependet à legibus ſuis, uel etiam fuerit legitimatus à Papa, quia tũc iura prohibentia tollere poteſt uerè, & uerè etiã facere eum legitimũ.

248 Quartus caſus eſt † ſi quæratur utrum retro iſte legitimatus ſit uerè legitimus? in quo dicas quòd ſi quidem legitimatur per ſubſequens matrimonium & fuit natus ex ſoluto, & ſoluta, tunc retro dicitur eſſe uerè legitimus: quia ille conſenſus præſens qui nunc facit matrimoniũ trahitur retro ſicut conditio, & facit quòd matrimoniũ præſens tunc etiam fuerit ſicut obligatio præſens dicitur eſſe tẽpore cõtractus, dicta l. neceſſatio §. quòd ſi pendente. unde dicitur ex matrimonio natus, & per conſequens ſemper legitimus, cum fictio ſit in conſenſu tantum qui trahitur retro, & ex actu uero naſcitur ius uerũ, ut no. ubi dixi in l. quod meo. ſupra tit. primo, quod procedit ẽt ſi matrimoniũ aliud in medio fuerit ut in auct. de filiis ante dotalia inſtrum. natis. ſecus ſi filius eſſet natus ex coitu reprobato: ſeu ex adulterio: quia tunc non traheretur retro: & non poſſunt retro dici filii legitimi, in tantum quòd nati ex adulterio per ſubſequens matrimonium non legitimantur, dicto cap. tanta. qui filii ſint legitimi. Et hos tres caſus ponit etiam Abbas ibi; & communiter docto. ſequuntur.

249 Si uerò fuit † legitimatio per reſcriptum principis. & tunc ſi erit natus ex ſoluto & ſoluta adhuc retro poterit dici legitimus: quia Princeps fingit eum legitimè natum tollẽdo maculã, & ex hoc actu ficto ſequitur quòd uerè eſt legitimus, & idem eſſet ſi papa legitimaret & diſpenſaret in gradu non prohibito de iure diuino: quia tunc fingeret eum natum ex legitimo matrimonio, & diceretur habere ius legitimum retro, ſi hoc legitimans in legitimatione expreſſerit: quia hoc tantum

P

quod nerè princeps concedere poteſt.
250 Quintus caſus eſt: † quandn aliquis eſt na-
tus ex matrimonio prohibito de iure diuino,
& tunc ſiue ſit papa ſiue ſit Princeps ſecula-
ris: quia ucrè non poteſt tullere illud ius diui-
num, remanebit quòd tantummodo habebit po
teſtatem fingendi, & diſpenſando papa eo mo
dò quo poteſt fioget eum eſſe legitimè natum,
& propter mixturam facti appellabitur de præ
ſenti fictè legitimus, & hoc modo poſſunt pro-
cedere omnia allegata pro iſta parte, & tanto
fottius hoc erit: quando erit Princeps ſecula-
ris qui legitimat, qui cum ſit minoris poteſta-
ſtis non poterit tollere iura maìora canonica,
& diuina, niſi per fictionem ut faciebant præ-
tores, ut inſti. de bono. poſſeſſio. §. quos au-
tem, & habetur in l. neceſſariis. ff. de acquir.
hæredita. & dixi plenè in rub. C. qui admitti.
Prædita inſeruntur ad quæſtiones quoti-
251 dianas. † An ſtatuta loquentia de filiis legiti-
mis habeant locum in filiis legitimatis. Et Iaſ.
hic argumentatur ad partes, & argumenta ſu-
muntur ex differentiis ſupra poſitis in iij. fun-
damento ab utraquè parte conſiderando diuer
ſos effectus, qui in filiis legitimis, & legitima-
tis ſequuntur, & finaliter concludit quòd ta-
les legitimati non continentur in ſtatuto: quia
intelligitur de naturaliter & propriè legitimis
per dictam le. ſi. C. de his qui ueniam ætat.
impetraue, & hanc dicit eſſe cõmunem opinio-
nem per multas auctoritates quas ipſe allegat.
Sed tamen dicta concluſio non eſt ità ſim-
pliciter uerà: ſed debet declarari per diuerſos
caſus ſupra traditos & diſtingui. Aut enim ſta-
tutum loquitur de filiis legitimè natis: ſeu de
filiis natis ex legitimo matrimoniò, & tunc
concluſio ſua poterit procedere: qua legitima-
ti uerè non ſunt legitimè nati: neque ex legiti-
mo matrimonio, & aliquando nec etiam fictè
unde non poſſunt contineri in ſtatutis odioſis:
ſeu in aliis præiudicialibus, per dictam l. ſi. C.
de his qui uenia. æta. impera. & le. iij. §. hæc
uerba. ff. de neg. geſt. & idem procedet in te-
ſtatore dicente ſi decedat ſine filiis natis ex le-
gitimo matrimonio, ut habetur in cap. in præ
ſentia. de probationib. & per Alex. in l. ex fa-
cto. §. ſi quis legatus. & alios mod. ad Trebel-
lianum.
252 Si uerò † ſtatutum dicit de filiis legitimis, &
tunc legitimati poterunt de proprietate ſermo
nis contineri: quia dicuntur de præſenti uerè
legitimi. & ideò ſi teſtator dicat, ſi filius meus
decedat ſine filiis legitimis, uerificabitur con-
ditio in filiis legitimatis qui uerè & propriè de
præſenti ſunt legitimi, ut no. per docto. in cap.
in præſentia. de probatio. ubi plus dicunt ꝙ
ſub iſta conditione continetur etiam mona-
ſterium: quia de proprietate ſermonis mona-
ſterium dicitur filius legitimus, & eſt com-
munis opinio, quam ibi per multas auctorita-
probat Decius, & Bero. quidquid di-
xerit Bal. in l. Lucius. ultima. ff. de hæredi. in-
ſtituend. quem allegauit hic Iaſ. quæ concluſio
nullam habet difficultatem: quando legitima-
tio eſt facta per ſubſequens matrimonium:
quando filius fuit natus ex ſoluto uel ſoluta
cum qua matrimonium poterat contrahi: quia
trahitur retro taliter quod etiam dicitur natus
ex legitimo matrimonio.
253 Sed † ſi eſſet natus ex conſanguinea ſoluta
ità quòd eſſet inceſtuoſus, ſecutum eſſet matri-
monium & interueniſſet diſpenſatio papæ,
tunc adhuc continebitur in ſtatuto: quia de
præſenti appellabitur uerè legitimus, & repe-
riatur in poteſtate, & habeat omnia iura legi-
timorum hæredum ut uerba ſtatuti propriè
comprehendunt eum non tantum in ſtatutis fa
uorabilibus: ſed etiam in odioſis dummodo
non militet diuerſa ratio, per ea quæ habentur
per Bar. in l. omnes populi. in 6. quæſtio. in prin
cip. dum tractat de extenſione ad caſum fictum
ff. de iuſti. & iure, & per Abbatem in dict. cap.
tanta. qui filii ſint legitimi. ſin autem fuerit le-
gitimatus per comitem palatinum, & omnes
alios qui habent poteſtatem legitimandi à Re
ge Franciæ, Imperatore, & Papa, prout mul-
254 ti reperiuntur in ciuitate Bononiæ. Et † Colle-
gium Bononienſe habet hanc poteſtatem in di
ctis tribus principibus cõmiſſam, ità quòd po-
teſt etiam uirtute cõceſſionis Papæ facere di-
ſpenſationem circa delictum inceſtus & adul-
terii, & tunc talis legitimatus cum clauſulis
non obſtantibus legibus quibuſcunquè, dicitur
eſſe uerè legitimus de præſenti, licèt poſſit dubi
tari an retro fingatur fuiſſe legitimus, uel uerè
fuerit legitimus. Ideò in ſtatutis loquentibus
ſimpliciter de filiis legitimis continebitur, &
in diſpoſitione teſtatoris: quia uerba de pro-
prietate ſermonis in eis uerificantur: ſiue ſint
ſtatuta fauorabilia ſiue etiam ſint odioſa, per
tex. in l. j. §. quod autem. ff. de aleatorib. & l. j.
§. generaliter. ff. de leg. præſtand. & habetur in
dict. l. ex facto. §. ſi qs rogatus. ff. ad Trebellianũ.
255 Sed † ſi eueniſſet quòd talis natus de adulte-
rio uel inceſtu, ſeu alio reprobato coitu eſſet le-
gitimatus per Principem laicum, qui non po-
teſt diſpenſare in gradu prohibito de iure ca-
nonico, & tunc an comprehendatur in ſtatutis,
uel in diſpoſitione teſtatoris dependet ab illa
difficultate an talis legitimatus dicatur uerè le
gitimus, uel potius fictè ſeu diſpenſatus: tamen
ſi fuerit legitimatus ex abſoluta poteſtate, &
agatur de iure conceſſo filiis legitimis per leges
ipſius legitimantis, tunc ego puto quòd dica-
tur uerè legitimus quantum ad leges ipſius le-
gitimantis, licet fictè tũc dicatur natus ex coitu
approbato, & fictè retro appelletur legitim
Nam cum de præſenti et in futurum ſit uerè legi
timus continebitur in ſtatuto, & in diſpoſitione
teſtatoris loquente de fictis legitimis: quia ue
rè legitimus eſt. ſed in ſtatutis aliarũ ciuitatum
nõ ſubditarũ, uel reſpectu aliorũ pri nõ

continebitur:quia ficte appellabitur legitimus,
& prædicta uera quando ſubiecta materia non
repugnat, uel ratio aſſignata in ſtatuto non re-
pugnat.

256 Si uerò † fuerit iſte filius diſpenſatus tan-
tummodo quo ad quædam ſecundum declara-
tionem traditam per Sozin. & alios in rub.
ſup. de lib. & poſthum. tunc de proprietate
uerborum non continebitur in ſtatuto neqnè
diſpoſitione teſtatoris: quia non eſt uerè legi-
timus: ſed fictè ſeu diſpenſatus. unde regula-
riter tanqnàm caſus fictus non continebitur
iux. tex. in le. 3. §. hæc uerba. ff. de neg. geſt,
& quia ſtatuta ſunt ſtricti iuris, & uon reci-
piunt extenſionem ut uoluit Cy. in l. prima. ff.
de uerbo. ſignifica. per l. conſtitutionibus. in-
fra ad Municipales. de quo per Bar. infra in ſe-
quenti quæſtio.

257 Sed ſi † militaret eadem ratio, uel eſſemus
in caſibus in quibus extenſio poteſt fieri ad ca-
ſum fictũ, tunc ſtatutum poſſet uerificari in eis,
& tunc an extenſio permittenda eſſet recurren-
dum eſt ad no. per Bart. & docto. ubi etiam
plenè dixi in l. omnes populi. in 6. quæſtio. prin
cipali. ff. de iuſti. & iure in materia extenſio-
nis, quo caſu etiam poterit determinari anſi ſta
tutum loquatur de filiis legitimè natis, uel ex
matrimonio legitimo poſſit fieri per identita-
tem rationis extenſio.

258 Aduertas † tamen ne erres quòd quando in-
uenis comitem palatinum habere poteſtatem
legitimandi conceſſam à Carolo quinto impe-
ratore qui erat Rex multorum Regnorum, talis
comes non poterit legitimare ſubditos in alijs
Regnis ipſius Caroli concedentis, ex eo: quia
ſe ſolet ſubſcribere ego Carolus Imperator,
quo caſu tanquàm Imperator concedit pri-
uilegium, & extra ſubditos imperii nihil ope-
ratur. unde ſi legitimatus eſſet Neapolitanus,
Hiſpanus, uel Siculus, non conſequeretur iura
legitimorum hæredum, ex eo: quia non dice-
retur legitimatus à Rege Neapolis, Siciliæ,
uel Hiſpaniæ: quoniam à tali Rege non eſſet
conceſſa poteſtas. ideò debet multũ inſpici ip-
ſa ſubſcriptio an dicat ego Carolus imperator,
uel Carolus Rex Hiſpaniæ, Neapolis, uel Sici-
liæ. & ita practicatur per Regentes cancella-
riam in omnibus Regnis, & ego uidi equites &
comites factos à Collegio Bononienſi. quod
habet poteſtatem à Carolo imperature non eſ-
ſe admiſſos in Regno Neapolitano: nequè Si-
ciliæ tanquàm factos ab alieno Rege.

259 Tertiò † dubitat Bar. hic an fictio inductiua
procedat in his quæ habent mixturam iuris &
facti, & ipſe determinat quòd ſic. Nam licèt
...te quæ iuris eſt lex uerè poſſit diſponere,
...a in præcedenti quæſtione: tamen cum
...t etiam mixtura facti, quod à lege tol
...tari poteſt, dicta l.j.§. ſi uir uxori.
...eceſſaria eſt fictio ſuper illa parte,
...ta eueniat ꝙ actus cenſeatur diuerſo
iure partim fictus & partim uerus, totus actus
reputabitur fictus: arg. l. eum qui ædes. de uſu-
capionibus. & iſtam concluſionem ſequuntur
communiter doct. & uera eſt in ſe: tamen exẽpla
per eum poſita licet approbentur per doct. non
ſunt bona. Nam primò probat per exemplum
de ſtipulatione quam dicit eſſe iuris, per l. ſi u-
nus. §. pactus ne peteret. ff. de pact. & habere
mixturam facti per l. obligamur. §. uerbis. ff. de
actio. & oblig. & l.j. inſ. de uerbo. oblig. & ideò
fingitur ut in l.j. C. de rei uxoriæ actio. & le. his
260 uerbis. ff. de adoptio. † tamen ut dixi exemplum
non eſt bonum: quia imò ſtipulatio in totum fa
cti eſt: nam conſentiunt omnes quòd factum eſt
facti, ut infra etiam declarabit Bar. in fictione
translatiua, ex eo: quia in eo continetur conſen
ſus qui facti eſt & animi. l.j. ff. de pact. iuncta le.
bonæ fidei. ſup. de acquir. rer. dominio. ergo &
ipſa ſtipulatio in ſubſtantia facti eſt, & plus fa-
cti habet quòd in ea requiritur interrogatio &
reſponſio, & uerborum prolatio.

Nec obſtat tex. in d. §. pactus ne peteret. quia
dicit ꝙ in ſtipulationibus uerſatur ius, nõ autẽ
ꝙ ſtipulationes iuris ſint, & uerbum uerſari, de-
notat cõtrariũ, cum ius uerſetur ſuper facto, &
ex facto oriatur, non autem ſuper iure, & ſenſus
eſt ꝙ in ſtipulationibus ius dedit maiorem po
tentiam quàm dederit pactis, declarando ut ibi
plenè dixi reiecta opinione Bar. Alcia. & alio-
rum. Et propterea ſequitur ꝙ cum ſtipulatio
ſit facti in totum, non probat concluſionẽ Bart.
præſentem. ſed pertinet ad primam quęſtionem
quando lex fingit in his quæ ſunt facti.

261 Eodem † modo dicendum eſt de uenditione.
Nam ipſe dicit uenditionem eſſe mixtam iuris,
& facti per l. conſilia de curatore furioſi coniun
cta l. ex hoc iure. ff. de iuſti. & iure.

Sed nec etiam hoc exemplum eſt bonũ: quia
imò uenditio in ſubſtantia facti eſt propter cõſ
ſenſum qui eſt materia ipſius, ut clarè dicit tex.
in dict. l. conſilio in fi. ff. de curato. furioſi.

Nec obſtat tex. in dicta leg. ex hoc iure. quia
debet intelligi quòd dependet à iure gentium
approbatione, non autem quòd iuris ſit. Si-
cut dicitur de teſtamentis in leg. lege obueni-
re. ff. de uerbo. ſignifi. & probatur de bonis,
& commertiis, & aliis ibi enumeratis quæ non
ſunt inuenta à iure. Sed ab hominibus: ta-
men dicuntur iuris propter formam & appro-
bationem, & quia producunt obligationes iu
ris. & ideò ego in tractatu meo de differentia
iuris & facti feci concluſionem generalem, ꝙ
omnes contractus in ſubſtantia dicuntur facti:
quia omnes habent materiam conſenſus conſi-
ſtentem in operatione animi qui facti eſt. Et
propterea hoc ſecundum exemplum de uendi-
tione nec etiam eſt bonum: ſed pertinet ad
primam quæſtionem Bar. de lege diſponente in
his quæ ſunt ueri facti.

262 Tertium exemplum † ponit Bar. de ſenten-
tia. quàm dicit eſſe iuris, & habere

&penul.C.de ſeutentiis ex breuiculo recitand. quod exemplum nec etiam bonum eſt: quia imò ſeutentia eſt facti in tota ſubſtantia: quia dicitur eſſe iudicis pronuntiatio condemnans uel abſoluens. & uoluntatis, & animi declaratio. l. j. infra de re iudi. & colligitur ex dictis Abb. in rub. extra de re iudi. dum quærit in quo differat à re iudicata. Vnde dicitur de actis l. acta. inf. de re iudicata, & habetur in cap. quoniam contra. de probationib. & ideò nec etiam eſt bonum exemplum in præſenti quæſtio. ſed pertinet ad primam quæſtionem quando lex diſponit de his quæ ſunt meri facti.

263 Quartum ponit exemplum† de poſſesſione, quam dicit eſſe iuris & facti ſecundum ſuam theoricam poſitam in l. prima ſuper titulo primo. ſed ego ibidem ſecutus fui contrariam opinionem quòd imò dicatur eſſe facti in ſubſtantia quã Feriorem eſſe ſemper in diſcurſu cognominus, tam in dicto. §. ſi uir uxori, quàm etiam in. §. nihil commune, & in hac lege, & ideò hoc exemplum pertinet & ipſum ad dictam primam quæſtionem, & propterea ſequitur quòd ſuam conelusionem per nullum bonum exemplum probauit.

264 Licèt tamen per bona† exempla non probauerit nihilominus conclusio ſua ut dixit uera eſt quòd in dictis actibus mixtis iuris & facti neceſſaria ſit fictio, & poteſt probari per exemplum de uſufructu: quia uſusfructus iuris ſit: quia tamen haber mixturam facti quòd requiritur quòd adſit ſubſtantia rei reputabitur caſus mixtus, & in eo proceditur per fictionem, l. j. & ij. ff. de uſufruct. earum rerum. quæ uſu conſumuntur, & §. conſtituitur. inſti. de uſufructu.

265 Secundum poteſt poni exemplum† quod ipſe ſubiicit in ciuilitate. Nam ciuilitas eſt mixta iuris & facti, cum inducatur ex diſpoſitione legis interueniente facto hominis, uel quia naſcatur ibi, uel quia ſit manumiſſus, uel ſit adoptatus, uel habitauerit per decennium inx. legem ciues. C. de incolis, quod etiam procedit per ſtatutum ſi ſtatutum diſponat ut eſt Neapoli quòd qui ędificauerit domum in ciuitate ciuis ſit, quod ualet, ut per glo. in l. ædifitia. infra de uerbo. ſignificatio. & l. in urbe. ſupra de ſtatu hominum, hæc ciuilitas eſt mixta iuris & facti, & idem erit ſi ſtatutum dicat, ſi quis habitauerit per annum & diem efficiatur ciuis, uel ſi quis duxerit uxorem in dicta ciuitate, uel aliud ſimile fecerit, tunc hæc ciuilitas habebit mixturam iuris & facti, & in hac ciuilitate uerificabitur concluſio Bar. hic ꝙ lex procedit fingendo: nam licèr partem iuris uerè poſſit concedere: tamen factum uerè non concedit, ideò neceſſaria eſt fictio, & ne poſteà actus diuerſo iure cenſeatur totus appellabitur fictus.

Poteſt & etiam aliud exemplum dari in uſu ... quæ licet ſit iuris in una parte: tamen in alia eſt facti ut dixi in dicto tracta. meo in quæſtio. de uſucap. & ideò in ea lex fingit, ut in hoc tex. in uerbo uſucaptum & l. hæreditas in multis: ſupra de acquir. rerum dominio, & lex bona. infra de captiuis in uerbo perinde ſæpius poſito. & confirmari poteſt generaliter ex omnibus iuribus quæ retro trahuntur: nam fictio in eis procedit: quia neceſſaria eſt mixtura facti propter quam neceſſaria eſt fictio, ut in l. omnis hæreditas. ff. de reg. iur. & l. hæres quandocunque. ff. de acquiren. hæredita. & facit tex. in l. ſi tibi homo, §. cum ſeruus. ff. de leg. j. ubi dominium à die aditæ hæreditatis uerè acquiritur: tamen retrò fingitur habuiſſe dominium à die mortis l. à Titio. ff. de fur. ex eo: quia interuenit mixtura facti: quoniam non tractatur de ſolis iuribus ſed de ipſis coniunctis cum perſona quæ facti eſt, ideò fingitur.

Per quæ exempla habes comprobatam concluſionem Bar. ut procedat nedum in his quæ habent mixtam ſubſtantiam iuris, & facti. ſed etiam in ſolis iuribus quando coniunguntur cum perſona: quia propter factum perſonæ coniunctum requiſitum aſſumunt quandam mixturam, & lex fictè procedit non autem uerè procedit.

266 Hanc tamen ſuam concluſionem Bar.† limitat non procedere quando factum non interuenisset: ſed ſi accideret quòd factum uerè interueniſſet, tunc in illa parte iuris lex uerè diſponeret, & exemplum bonum eſt in ipſa ciuilitate quæ ut dixi habet mixturam facti, & iuris, & ſi aliquod ſtatutum uult facere unum ciuem non interueniente illo facto requiſito, neceſſario procedet per fictionem, & appellabitur fictè ciuis. ſi uerò illud factum interuenerit cum ueritate, ut quia ibi ille natus ſit, uel manumiſſus, uel adoptatus, uel habitauerit, tunc efficitur uerus ciuis: quoniam lex nihil habet facere ſuper facto quod interuenit. Ideò in illa parte quæ iuris eſt uerè diſponit, & facit illum ciuem, lege ciues. C. de incolis. & idem erit ſi ex forma ſtatuti efficiatur ciuis qui fecerit ædificium, uel duxerit uxorem, uel habitauerit per annum & diem. nam ſi illud factum cum ueritate interuenerit, non eſt opus quòd lex de eo ſe intromittat. Ideò cum alia pars quæ meri iuris eſt remaneat uerè per ſtatutum concedetur & efficietur uerus ciuis. Vnde generalis fiet concluſio, quòd in his quæ ſunt mixtim iuris & facti, lex procedit fingendo. Fallit ubicunque illud factum cum ueritate interuenit: quia tunc in illa parte quæ iuris eſt uerè diſponet, & multa alia exempla in pratica per te poteris reperire.

267 Ex quibus† ſequitur reducendo ad... lem quæſt. quòd ciues qui poſſunt e... poſſunt & etiã fictè fieri quando d... Vnde dubitat Bar. hic utrũ ſtante c... periantur in ciuitate ciues originari...

qui nouiter effecti ſuot ciues: ſed quia adimple
uerunt factum uerè ſunt ciues,& alii reperian-
tur qui fictè ſunt ciues, & ſtatutum faciat meu
tionem de cinibus cócedendo aliquid ciuibus,
utrum comprændantur iſti ciues ooui,nel uo
uiter,uel fictè facti,& pręmittir quòd ſtatuta oō
rrahuntur ad caſum fictum ſecundum opinionē
Cy.quam tamen ipſe oō approbat: quia in mul
tis caſibus ſtatutum trahitur ad caſum fictum ſe
cundum ſuam theoricam poſitam in lege om-
nes populi.in char. fina. ff. de iuſti.& iur. & ta-
men quia regulariter non trahitur præſuppo-
nit pro firmo quòd oon trahatur

268 Secundo præſupponit † quòd ſtatuta poſſnoe
facere ciues io ſua ciuitate, quòd etiam uerum
eſt: quia & ſtatuta facere poſſuut, dicta l. om-
nes populi.

Item præſupponit poſteà inferendo ſpecialē
quæſtionem, quòd ſtatutum ligauit ſibi manus
in modo faciendi ciues: quia uoluit quòd nun
quàm poſſint effici ciues, niſi ſint recepti actua
liter à toto conſilio congregato, & ſic ciui-
tas arctauit ſuam ciuilitatem ut ſemper habeat
mixturam iuris, & facti.

Item præſupponit aliud ſtatutum eſſe reci-
piens Florentinos dicendo quòd habeātur pro
ciuibus. ità quòd in ciuitate reperiuntur,& il-
li qui ſunt recepti à conſilio, & qui non ſunt
recepti.

269 Quibus † præſuppoſitis dubitat poſteà Bart.
qnid ſi reperiatur rertium ſtatutum concedens
aliquid ciuibus, an comprehendat hos Floren-
nos, & ponit theoricam ſuam dicens quòd ſine
eis noo interuentt factum receptionis ipſi di-
centur neceſſariò ciues ficti, & comprehenden
tur io ſtatuto, ſi uerò iotetuenir illud factum
receptionis,& dictum fuit quòd habeantur pro
ciuibus in certis caſibus,& tunc ſimiliter erunt
ficti ciues, & non continebuntur in ſtatuto, ſi
uerò interuenit factum, & habeantur pro ciui-
bus in omoibus, tunc appellabuntur ueri ciues
non obſtante quòd ſtatutum utatur uerbis de-
notantibus improprietatem, ut quòd habean-
tur pro ciuibus, iux. legem mercis.de uerbor.
ſigni.tamen quia interuenit totum factum,& re
maneat pars meri iuris efficientur ueri ciues,&
uerba denotantia fictionem propter ſubiectam
materiam denotabunt ueritatem ſicut fit de di
ctione quaſi. in le. prima. ff. de tranſactio, ut
hic per eum.

Ex cuius dictis colliguntur aliquæ coocloſio
270 nes. Et prima eſt † quòd ciuitas poteſt ſibi li-
gare manus, & facere quòd non poſſit ciuili-
tas acquiri niſi cum mixtura facti. quæ conclu
ſio uera eſt, & ſeruari debet, neque poreſt con
[illegible]uenire donec nō reuocauerit ſtatutum, ſicut
[illegible] de domino concedente peculium qui
[illegible]ſt prohibere ſeruum contrahere, le. ſi
[illegible]n. §. fin.ſupra de peculio. in tantum
[illegible]let per priuilegium facere aliquem
[illegible] poſſet eum facere ſine illo facto.ſo-
lum ergo poſſet ciuitas contrauenire reuocan-
do illum ſtatutum,& liberas habenas ſibi con-
cedendo ſicut poſſet facere dominus reuocan-
do peculium,d.l.ſi quis ſeruum.§.etiam.

Secunda eſt concluſio, quòd iorerueniente
facto ciues recepti efficiuotur uerè ciues. etiam
quòd uerba denotent improprietatem. quod
eſt ootabile,& ratio eſt apparens: quia ſicut uer
ba denotantia ueritatem impropriantur pro-
pter ſubiectam materiam,l.ſi uno.ff.locati, ità
uerba denotantia fictionem impropriantur ex
ſubiecta materia,d.l.j.de tranſ.Non interueoien
te autem facto,tunc ipſi ciues dicuntur ficti, &
ſequuntur hic omnes docto.

Et Iaſ.hic nihil aliud facit niſi quòd adducit
auctoritates doctor. loquentium de ciuilitate:
ſed nihil determinat,nec decidit, & proptereà
nos duo habemus ſeparatim uidere, primò an
per priuilegiū recepti efficiantur uerè ciues? Se
cundò an ſtatutum loquens de ciuib. compre-
hendat ciues receptos ueros uel fictos.

Circa primum Iaſ.hic allegat auctoritates cō
trarias.Nam in l.ciues.C.de appellationib. te-
net quòd ſub oomine ciuium cōtioentur tantū
modo origioarii,& non adoptiui, & idem uide
tur tenere Bal.io l.ij.C.de iur.aur.aoulo.tamen
in contrarium facit dictum Bal.in l.cum exora
tione.per illum tex.ff.de excuſatio.tuto. & in l.
ſiue poſſideris.in ſecunda col.in ſecunda quæſt.
C.de probatio.& idem Bald. io l.filius.ff.ſi cert.
peta.ubi dixit quòd forenſes qui recipiuntur in
ciues originarios dicuntur per fictionem recipi
licèt pura ciuilitas poſſit introduci per uerita-
tem, & multas aliàs auctoritates confuſè alle-
gat nihil.in ſpecie decidendo.

271 Sed tu dicas † quòd aut ciuitas ligauit ſibi
manus per illud ſtatutum quòd non poſſint fie-
ri ciues niſi recipiantur à toto conſi.congrega-
to, quòd tunc nedum priuilegium non uidetur
ualere,ſed nec etiam ſtatutum de quo Bart. hic
facit mentionem ꝙ Florentioi habeantur pro
ciuibus quando imponitur forma ad actum illa
omiſſa eſt actus oullus,l.iotercætera.ff.de lib. &
poſth.& ſtatuentes in dicto ſtatuto uidentur ap
poſuiſſe clauſulam derogatoriam ut ſequens ſta
tutum oon ualeat, quaſi deficiat uoluntas,&per
conſequens actus ſit nullus,ut per eundem Bar.
in l.omnes populi.in iij.quæſtio.principali in ſi
ne. ff.de iuſti. & ior. ubi latè poſui materiam
clauſulæ derogatoriæ io ſtatutis, & ego ibi ul-
tra omnes generaliter tractaui. Igitur uidetur
quòd ſequens ſtatutum quòd habeantur pro ci
uibus ſit oullum,&nullius ualoris deficiente uo
luntate,& tanto minus ſi fiat priuilegiuoi quod
minoris eſt uirtutis: nam licèt nullus poſſit ſi-
bi imponere legem à qua non ualeat recedere,
l.ſi quis in princ. teſtaoi.ff. de lega. tertio. ta-
meo quando appoſuit formam ſeruandam in
actu ponit clauſulam derogatoriam per quam
demonſtratur ceſſare eius ooluntas in actu ſe-
cundo,& annullatur non ex d[illegible]

ſed ex defectu uoluntatis,& ideò oportet quòd
expreſſè dicta clauſula derogatoria reuocetur,
& poſteà ipſum ſtatutum, ut habetur in dicta l.
ſi quis in princ. & per docto. in dicta le. omnes
populi. Propterea oportet quòd in ſecundo
actu, uel ſtatuto reuocetur illa clauſula deroga
toria ut poſſit apparere de noua uoluntate, &
ſi concedentes priuilegium non habent poteſta
tem reuocandi ſtatutum, non poterunt non ſer
uata dicta forma uerè uel fictè ciuem conſtitue
re, & idem erit in ſtatuto ſecundo prædicto nõ
appoſita clauſula derogatoria, ex aliis tamen ui
detur argumentari poſſe, quòd imò ſecundum
ſtatutum ualeat: quia non directo oppugnare
uidetur primum: quoniam illud loquitur de re
ceptione fienda per modum priuatum non per
modum condendi legem, unde ſi poſteà aliud
ſtatutum fuerit factum per modum condendi
legem uidetur quòd illud ſecundum contineat
caſum omiſſum in primò, & per conſequens li-
bera ſit poteſtas ſtatuentium: argu. l. ſi cum do-
te m. ff. ſol. matr.

Bar. tamen hic uidetur determinare quòd ſe
cundũ ſtatutum ualeat, etiam ſi non ſit ſeruata
forma. unde dicit eos eſſe fictè ciues. ſed tamen
ipſe non reſpondet prædictis contrariis de for
ma præciſa, & clauſula derogatoria. Idtò ego
puto dicendum ſic. Aut illud ſtatutum omni-
modo reiicit illum modum faciendi ciues dicẽ
do quòd alio modo fieri non poſſint, & tunc ꝓ
pter clauſulam derogatoriam arbitror ſecundũ
non poſſe conſtituere ciues Florentinos, neque
uerè neque fictè: quia non interuenit forma re
quiſita, & extra illam formam deficit poteſtas
& uoluntas. arg dictæ l. ſi quis ſeruum. §. etiam.
ff. de peculio & dictę l. ſi quis. in prin. teſtamen
272 ti. †unde ſolum per tale ſtatutum uidentur tri
buta iura ciuilitatis ſeu exemptiones, & priui-
legia, non autem quòd ſunt effecti ciues uerè
uel fictè. Aliud eſt enim præſtare iura ciuili-
tatis. Aliud facere ciuem uerè uel fictè, ut pro
batur in l. j. & l. pe. & l. fi. ff. de cenſib. ubi multis
ciuitatib. datur ius Italicum, & tamen non effi-
ciuntur de Italia. ſed dicuntur tantummodo ha
bere iura ciuitatum Italiæ, ſicut in ſimili dicunt
docto. de emancipatis qui ante Iuſtinianum ha
bebant iura ſuorũ hæredum, & tamen non erãt
uerè uel fictè ſui, l. nihilominus. C. de legitimis
hæredib. & habetur in auct. ex cauſa. C. de liber.
præter. & in l. qui ſe patris. C. unde liberi, & te-
nent docto. in l. j. ſup. de lega. j. in illa quæſtione
quando ſtatutum diſponit quòd Scholares ha-
beantur pro ciuib. & tenuerunt docto. in ſimili
in l. Gallus. §. & quid ſi tantum. ff. de lib. & poſth.
dum reſpondent ad l. qui in utero. ſupra de ſta-
tu hom. quæ interpretatio eſt ſummenda, ut in-
ducatur concordia inter illa ſtatuta.

Et quòd dictum eſt de ſtatuto fortius proce
deret in priuilegio, ut illud non faceret neq; ue
rè neque fictè ciuem: ſed ſolum fieret interpreta
[illegible] iura ciuilitatis, ſi dantes pri-
uilegium habuiſſent poteſtatem cõcedendi, uel
in dicto ſtatuto, uel in dicto priuilegio appo-
ſuiſſent clauſulam non obſtantib. quibuſcunque
ſtatutis in contrarium facientib. ſi talem pote-
ſtatem haberent, & facit textus in lege ſecun-
da. ff. de uſufruct. earum rerum quæ uſu con-
ſumuntur.

273 Si tamen eueniret† quòd ſtatutum non impli
caret prohibitionem præciſam aliter faciendi
ciues, ut quia ſolum ſtatutum diceret quòd ci-
uilitas poſſit concedi per conſilium quando re
cipiuntur congregato conſilio, uel quòd ducen
tes uxorem, uel habitantes in ciuitate per cer-
tum tempus efficiantur ciues non apponendo
clauſulã quòd alio modo non poſſint recipi, &
tunc tale ſtatutum non dicitur ligare manus,
ſed tantummodo dicitur tradere certos mo-
dos faciendi ciues, propterea remanet ipſis
ſtatuentibus poteſtas libera faciendi per alios
modos ciues, & tunc in caſu Bartolus per ta-
le ſtatutum Florentini fuiſſent effecti ciues: quia
remanſerat poteſtas ex ſimplici uoluntate faciẽ
di eos ciues, etiam non ſeruata dicta forma. Et
propterea ciuitas ſi per priuilegiũ aliquos alios
ciues reciperet, tunc illi efficerentur ueri ciues:
quia ipſi ciuilitas iuris eſt tantum, & ciuitas ha
bet poteſtatem eam dandi, meritò uerè, & non
fictè uideretur eos feciſſe ciues per ea quæ dicta
ſunt in præcedenti quæſtione, ꝙ in his quæ ſunt
meri iuris lex uerè diſponit, & ſic tota uis utrũ
ciuitas ſibi ligauerit manus, uel potius tradide
rit certos modos faciendi ciues non excluden-
do alios modos, cum in primo caſu non erunt
nec uerè nec fictè ciues, niſi dictum fuiſſet quòd
habeantur ac ſi fuiſſent recepti cum forma. ſed
in ſecundo caſu tam per ſtatutum quàm priui-
legium efficiuntur ueri ciues.

Tertia eſt concluſio Bar. quòd ubicunque in
ciuitate reperiũtur ciues originarii. Item ciues
nouiter recepti cum interuentu formæ, & alii re
cepti per priuilegium: quia ambo dicuntur ci-
ues adoptiui, ſi ſtatutum aliud ſit in ciuitate lo
quens de ciuib. tunc inquit ipſe ſi non eſt ſerua-
ta forma: quia non ſunt ueri ciues non contine-
buntur in ſtatutis, ſi uerò eſt ſeruata forma, tũc
dicit ſi recipiuntur ad certos caſus tantum non
continentur: quia ſunt ficti ciues: ſed ſi recipiun
tur ad omnes actus continebuntur in ſtatutis:
quia ſunt ueri ciues. Quæ concluſio procedit
etiam quantum ad incommoda, quæ ſunt de
natura ciuilitatis, ut quòd teneantur ad gabel
la uel collectas, & alia onera, ut per Bal. in lege
quòd fauore. C. de legib. in ſeptima oppoſitio-
ne, per l. cum ex ratione. §. fi. ff. de excuſatio. tuto
rum. & Ro. hic addit tex. in l. quidam cum filiũ.
ff. de uerbo. obligatio, & l. ſed ſi hac. §. ſed ſi
ſup. de in ius uocand. facit lex ſi duo. ut
de acquiren. hæredita. ut refert hic,
Crotus. ſed ſi prius habeat aliquòd
non contradicens ciuilitati, ut quòd
legerunt per uiginti annos poſſint p

ma,uel quòd poſſint comparere per procuratorem in cauſa iniuriarum : quia ſunt illuſtres, ut iux. §.hoc uidelicet obſeruãdo.inſti.de iniur.& C.de iniur.l.fi.& ibi uo.uel aliquòd aliud ſimile habeant,tunc per talem ciuilitatem nõ amittitur,ut per Bar.in l.iij.§.ſi emancipati.ff. de cõtratab.& Bal.& alios in l.ſi Ruffinus.C.de milite.teſtame. cum aliis concord.adductis hic per Crotum.quia ſtatutum emanat ad remotionem obſtaculi, ut hic per eum. ſed plenius iſta dicuntur in lege prima. ubi etiam ego examinaui. ff. delega. primo.

274 Sed†tu plenius dicas diſtinguẽdo. Aut actus requirit ciues originarios, ut ſtatutum Bononienſe quòd nullus doctor ingrediatur Collegium niſi ſit ciuis de origine propria paterna, & auita,& tunc ciues neque per ſtatutum neque per priuilegium fictè, uel etiam uerè facti non comprehendentur in ſtatuto loquente de illo actu.Ità procedit dictum Bar.in dicta l.ciues.C. de appellationib.& in l.in urbe. ff. de ſtatu ho. cum aliis ſimilibus: quia nunquàm poſſunt dici uerè ciues originarii, & ſemper quantum ad illam qualitatem erunt fictè ciues, & procedet etiam quòd in priuilegio eſſet dictum habeantur acſi eſſent ciues originarii ; nam non poterunt conſequi ius in præiudicium ſtatutorum

275 Collegii uel aliorum ſimilium caſuum. † Si uerò actus non requirit ciues originarios: ſed tãtummodo ſit opus quòd ſint ciues, & tunc ſtatuta loquentia de ciuibus ſimpliciter comprehendent iſtos ciues adoptiuos qui uerè ſunt effecti ciues,uel ſeruata forma, uel ex priuilegio: quia cum ſint uerè ciues non continentur de ꝓprietate ſermonis in ſtatuto,l.j. §. quod autem. ff.de aleatori.& l.j.§.j.ff. de leg. præſtand.& faciunt ea,quæ dixi ſupra in quæſtione de legitimatis.Ideò regula conſtituatur,quòd ciues adoptiui continebuntur in ſtatutis,quæ ampliatur procedere etiam quòd ſint ficti ciues,& ſumus in fauorabilibus, uel militat eadem ratio. taliter quòd poſſit fieri extenſio ad caſum fictum iux.theoricam poſitam per Bar.in dicta l. omnes populi. in char. fi.ff.de iuſti. & iur. & tanto magis ſi dictum fuit quòd habeantur in omnibus & per omnia acſi eſſent ueri ciues, ut per Bald.in dicta l.ciues.C.de appellatio.& not.,in dicta leg. ff.de leg. primo .prima. Fallit autem quando requiritur ciuis originarius, ut dictum fuit.

Secundò fallit quando dicti aſſumpti ciues non habitant : quia tunc non uidetur quòd poſſint contineri ut ſæpiſſimè contingit in ciuitate Venetiarum ubi recipiuntur Principes, & Duces,in ciues,& non habitant,& etiam contingit [illegible] hac ciuitate Meſſanenſi,quæ dedit priuilegiũ ci[illegible]tis Illuſt.Duci Montis alti,& Illuſt.Duci de Se[illegible]ara non habitantibus quã tamen fallẽtiam eg[illegible]telligo procedere niſi ſit appoſita clauſula,[illegible]od habeantur in omnib. & per omnia pro c[illegible]ibus,& contineantur in ſtatutis, & proniſionibus, quo caſu poterunt contineri : quoniam habitatio continua non eſt de ſubſtantia ciuilitatis ut per Bal. in l.omnes populi. colum.antepen.ff.de iuſti.& iur.per dictam l. quidam cum filium.ff.de uerbo.obl. cum multis poſitis hic per Iaſ.& Crotum.

276 Sin autem eueniat†quòd ſtatuta alterius ciuitatis faciant mentionem de ciuibus alterius ciuitatis,ut ſi ſtatutum Ferrariæ diſponat quòd ciues Bononienſes non teneantur ſoluere collectas,dubium eſt an ciues adoptiui contineantur, uel ex forma ſtatuti, uel ex priuilegio, & Bar.in dicta le. ſi maritus.§.legis.ff.de adulter. dixit quòd non : quia non ſunt naturaliter ciues:ſed ciuiliter:arg.tex in l.codicillis.§.fi.ff. de lega.ij.& l.fi.C.de his qui ueniam ætat.impetrauer.& probat hic Raphael:quia dicuntur eſſe ciues adoptiui,l.ciues.C.de inco.l.prima.ubi Barto.ff.ad municip.facit l.Ita quis.ff.de leg.ij.& l. fideicommiſſum. ff. de condi. & demonſtratio : ut hic per Crotum.Sed in cõtrarium facit quod uoluit Bar.in ſuo conſi.62. punctus talis eſt,qui dixit quòd non reperiuntur ciues naturaliter, & ciuiliter:quia natura nullam ciuitatem creauit,ſed quòd omnes ciues dicuntur ciues ciuiliter,& ſequitur hic Iaſ.referendo.unde ſequitur quòd adoptiui ciues in omnibus, & per omnia ſunt ueri ciues utſupra dixi,dummodo habitẽt in dicta ciuitate quia per habitationem magis perficitur ciuilitas.Sed illi qui non ſunt ueri ciues,uel fictè, uel habẽt ius ciuilitatis tantũ non continebuntur per rationes ſupradictas.niſi ſaluando Bar.in dicta l. ſi maritus.dicas quòd non poteſt tolli quin ciues originarii habeant plus de natura quàm ciues adoptiui,& proptereà iſti dicuntur naturales ciues,& illi adoptiui.unde conueniens uidetur quòd differentiæ traditæ inter filios adoptiuos,& naturales militent, & poſſet una ciuitas deſtruere aliam ciuitatem dando ciuilitatem centum millibus hominum, ut ipſi non teneantur ſoluere gabellam in dicta ciuitate.

277 Placet tamen alia opinio†quòd ipſi contineãtur, & non tantum illi qui erant effecti ciues ante ſtatutum : ſed etiam illi qui poſteà efficiuntur dummodo habitent in ciuitate : quia uidetur militare eadem ratio propter dictam habitationem, & contrarium poſſet procedere de illis adoptiuis qui non habitant, in quibus poſſet conſiderari fraus ciuitatis facientis multitudinem ciuium, & faciliter induceretur ad iſtam fraudem ciuitas:quia eius non intereſſet. Et propterea cum hac modificatione teneas cõcluſionem generalem, quòd in ſtatutis alterius ciuitatis continentur ciues adoptiui : quando ſunt ueri ciues : ficti uerò ciues etiam non continebuntur niſi eſſe dictum quòd in omnibus & per omnia habebantur pro ciuilibus: quia tunc uidetur plena ficta ciuilitas, & ſi habitabunt poterunt contineri.

Fallit ſecundò niſi ſtatutum illud daret pri-

uilegium ciuibus originariis alicuius cinitatis:nam tunc ſub illo nomine non poterunt contineri ciues adoptiui, nec ciuitas faciendo multos ciues adoptiuos etiam habitantes uidetur poſſe facere quòd includantur in ſtatutis alicuius : quia eſſet auferre ius tertii. Nec clauſula appoſita quòd in omnibus,& per omnia habeãtur pro ciuibus originariis, poterit prodeſſe: quia nullus per fictionem poteſt auferre ius alterius per rationes ſupra dictas quòd filii adoptiui differunt à naturalibus quæ in præiudiciũ alterius omninò militant.

278 Quartò † principaliter quærit Bart. hic quid ſit fictio priuatiua.& reſpondet quòd eſt quando lex eſt certa aliquid eſſe in rerum natura: tamen ipſa non uult nunc eſſe,& fingit non eſſe cõcedendo ciuiles effectus perinde acſi non eſſet. Ideò diffiniuit ꝙ eſt in re certa exiſtenti poſſibili non eſſe pro non exiſtenti à iure facta aſſumptio.quæ diffinitio bona eſt ſecundum terminos Bar. qui uoluit quòd non poſsit fieri ſuper impoſſibili, neque ab homine. Sed quia utrunque nos ſupra reprobauimus, tenendo ꝙ imò poſsit fieri ſuper impoſsibili, & ab homine apparet quòd eſt ſuperflua, & diminuta. Ideo duæ debent tradi diffinitiones, una de fictione hominis, alia de fictione legis. Fictio legis ità diffinitur quòd eſt in re certa exiſtenti pro non exiſtenti à lege facta aſſumptio cum eius ſubſequente diſpoſitione : quæ fictio exemplificatur in monacho qui uerè uiuit, quem tamẽ lex uoluit quòd habeatur pro mortuo in mundo, ut melius uiuat in Chriſto cap. non dicatis.xij.quæſtio.prima cap. cum ad monaſterium.de ſtatu monachorum,& ideò conditio mortis quòd lucra nuptialia acquirantur in euentum quòd matrimonium ſoluatur morte uerificatur in hac ficta morte,le. Deo nobis.C. de epiſco.& cleri.& in auctẽn.de monachis. §. illud,& in auct.de ſanctiſſi.epiſcopis.§.deſponſalibus.§. diſtrahantur in auct. de nup.

Secundò exemplificatur in eo qui ſe uendidit ad pretium participandum, & remanſit uiuus : tamen lex uoluit quòd efficiatur ſeruus,ut in §.fin. inſti. de iur. perſona, & in cæteris ſeruis qui pro mortuis habentur, l. ſeruitutem.ff. de reg.iur.

Tertiò exemplificatur in deportatis qui finguntur mortui quàmuis uiuant,l.prima. §.pen. ff. de contratabul. & lege actione. §. publicatione.ff. pro ſocio.

Quartò exemplificatur in l.Lucius.§.Titius, ff.de lib.& poſth.

Quintò exemplificatur in l.qui mortui.ff. de uerbo.ſignifica.& l.ſi quis prægnantem.ff. de regul.iur.& l.is cui.cum glo.ff.quando dies legati cedat.in quibus caſibus lex fingit eum qui uiuit eſſe mortuum,& eum qui natus eſt,& conceptus non eſſe natum:neque conceptum.

279 Secunda eſt † fictio hominis quæ diffinitur quod eſt in re certa exiſtenti pro non exiſtenti per iuſtam hominis diſpoſitionem facta aſſumptio. quæ fictio poteſt exemplificari in omnib. caſibus in quibus homines conueniunt quòd contractus factus non ſit factus.uel quando remittunt faciunt pacem,remittunt iniurias,& uolunt haberi acſi non interueniſſent ac caſſant & annullant proceſſus, & uolunt haberi acſi nõ eſſent facti, in iſtis enim caſibus ſunt homines qui fingunt,& uolunt tollere quòd factum fuit; & fictio habet effectus iuris quando lex non reſiſtit.

280 Super qua fictione Bar. † quærit an habeat locum in his quæ ſunt facti,& reſpondet ſimpliciter quòd ſic,ut patet in dictis omnibus exemplis traditis per ipſum, & etiam traditis per me de fictione hominis,nam in iſtis fictio eſt ſuper eo quod ſui natura facti eſt,& ipſa procedit & concluſio eſt uera,& ab omnib.approbata,ex eo:quia fictiones ſunt introductæ pro his quæ ſunt facti quæ per legem annullari nõ poſſunt:

Vnde contradicit tex.in l.in bello.§.factæ.infra de cap.& l.j.§.ſi uir uxori. ſup. tit. j. quæ expreſſè dicunt facta à lege infirmari non poſſe: ſed reſpondet ipſe fatẽdo quòd ſecundum ueritatem infirmari non poſſunt:tamen ſecundum fictionem poſſunt in dicto.§.ſi uir uxori. dictũ fuit, Sed tu addas quòd homines aliquando poſſunt tollere facta,quando ab eis confecta fuere.nam contrahentes contra actum ſuum annullare poſſunt quatuor modis poſitis in toto titulo.inſti.quib.mod.tolli oblig.& l.ab emptio. ff. de pact.& in toto tit.ff. de reſcind. uendi. præſupponendo quod ſupra dixi, & infra repetam quòd ſtipulationes, & omnes contractus ſunt facti in ſubſtantia.Si tamen non ſeruarentur termini poſiti in dictis iuribus in annullando contractus,tunc homines poſſent annullare fingendo ut in exemplis ſupra poſitis,& aliis ſimilib. dummodo lex non reſiſtat.

281 Secũdò † opponit ꝙ hæc fictio fiat ſup impoſſibili,cum ſi lex non poteſt ſecundum ueritatẽ tollere facta : ergo fingit ſuper impoſſibili.Soluit Bar.fatendo contrarium quòd fingit ſuper impoſſibili in ſpecie,ſed nũ fingit ſuper impoſſibili in genere remotis illis terminis, ut ipſe probauit ſuper fictione legis Corneliæ. Sed tu melius reſponde fatendo contrarium in totum quòd lex fingit ſuper impoſſibili in ſpecie atq; etiam poteſt fingere ſuper impoſſibili in genere ut ſupra probatum fuit:tamen ipſa abſtinet in quantum poteſt ne uideatur facere monſtrũ in natura,& plerunque tollit per aliam fictionẽ impedimentum fingendo inſtrumentum habile ut tollatur impoſſibilitas ut habetur in l.j infra de uerbo.obligatio.Sed ſi apparet quòd fingat ſuper impoſſibili illa ualebit,& ſeruabitur u[illegible] §.ſed ſi in bello.inſti.de excuſatio.tuto.i[illegible] perpetuum uiuere intelliguntur.

Tertiò opponit quòd uideatur [illegible] re ſine æquitate,cum deportatio inducatu[illegible] odium delictorum, & fingatur mors in odi[illegible] delinnen-

quentium, dicta l.j.§.pen.ff.de contratabul. Sed reſpondet quòd etiam æquitas militat fingendo aliquid in pœnam delinquentium per l.non ſolum.§.j.& ibi no.de iniur.& l.quæſitum.ff. de ſepulchro uiolato, & facit tex.in l. itá uulneratus.ff.ad legem Aquiliam,& quòd habetur in l. ij.§.exercitus.ff.de his qui no.infamia, & lege ſi quis id quòd.ff.de iuriſdictio.omnium iudicú, & le.armorum.ff.de reg. iur. ubi in pœnalibus fit extenſio: quia intereſt reipublicæ delicta puniri,& appellatur diſpoſitio fauorabilis. Tu etiã potes addere quòd quámuis non appareret de æquitate nihilominus fictio procederet: quia ſufficit uoluntas legis,& quæcunque ratio cogitata per legem demonſtrat aliquam æquitatem militare, per ea quæ habentur in cap. fi. de conſuet.per Abb. nume. 6.poſt Io.An. & de uſucapio.in rub.de præſcriptio.nu.3. cum ſimilib.

Ex quibus apparet quòd concluſio eſt uera ut fictio priuatiua habeat locum in his quæ ſunt meri facti,& poteſt confirmari ultra Bar. quia exhæredatus eſt uiuus:tamen in multis habetur pro mortuo.l.j.§ ſi pater.ff. de coniungend. cum emancip.lib.eius. Idem dicitur de abſente, uel contumace, l.j.in pe.reſponſo.ff. quod cuiuſque uniuerſitatis nomine.l.Fulcinius.inf.ex quibus cauſ.in poſſ.eat.& facit text. in l. ſi duo . de adminiſtratione tuto.& l.nam his.ff.de dolo. & l.ſi tota.ff.de acqui.hæredi.& l.j. ff.de aucto. tu. l.j .ff.qui petant.tuto.& l,quoties.ff.qui ſatiſdare cogantur,& le. pacta quæ contra.C. de pact. intelligẽdo de pactis in ſpecie,& l.in imponenda.C.de inſti.& ſubſtitutio . quas Alci.hic allegat ad alium tamen finem,& ſequuntur communiter docto. quámuis Alcia.eam conetur ampliare deſtruendo quaſi totam materiam fictionis.Sed tamen uera eſt concluſio, & reſponſio eius motiuis patebit infra, quæ concluſio procedit etiam quòd lex in omnibus aliquem non habeat ꝓ mortuo uel producat omnes effectus ciuiles, ut in monachis qui habentur pro mortuis quantum ad quædam, in aliis uerò non habentur pro mortuis, cum ſint ſui hæredes, & poſſint inſtitui, d.l.Deo nobis.§. illud.C.de epiſco.& clericis.Item deportati habẽtur pro mortuis tantummodo in his quæ ſunt iuris ciuilis, in aliis uerò poſſunt acquirere, & dicuntur uiui.Idem in damnatis in metallum,l.3.ff.quę pro non ſcriptis.Et idem dicitur pro abſente, & ſimi.nec eſt contradictio quòd in aliquib. habeatur pro mortuo,&in aliis ſeruetur ueritas,ut patet in dictis iuribus.

282 Secundò quærit Bar.† hic utrum hæc fictio ꝓcedat in his quæ ſunt meri iuris?& concludit ꝙ non:quia cum lex poſſit ſecundum ueritatem iu ..llere ad libitum ſuum, non eſt opus recurrere . . fictionem, per ea quæ dixit idẽmet Bar. ſuper ſe. ..nda quæſtio.fictionis priuatiuæ,&probatur in. ..nplo de poſtliminio ubi captus priuatur om. ..iurib.ſuis ſecundum ueritatem, & idem de ..uo qui uendidit ſe ad pretium participandum,& de aliis ſimilib.Et hanc concluſionem habuit pro clara Bart.propter ſequentẽ in qua erat maior dubitatio.unde per exempla ibi poſita probantur á fortiori iſta. Fallit tamen ſecundum Bar.ratione contrarietatis:nam ad eam euitandam lex fingit in his quæ ſunt meri iuris, lege ſecunda . ff. ad Macedonianum, ſed melius probatur in lege ſecunda . ff. de uſuſruct.earum rerum quæ uſu conſumuntur declarando ut ſupra.

Secundò limitatur quandò ius fingens eſſet debilius alio iure tollendo: quia tunc procedit per fictionem,ut patet in exemplo de iure prætorio quod tollit ius ciuile per fictionem, ut in §. quos autem. inſti.de bono.poſſeſſionib.& l. neceſſariis.ff.de acquirend.hæredita.& le. quod ſi minor.§.ſed quod Papinianus.ff. de minorib. ideò ſi princeps legitimat ſpurium natũ ex coitu damnato á iure canonico, licèt dicat quòd habeatur acſi eſſet natus ex coitu approbato: tamen operabitur pèr fictionem:quia non poteſt tollere iura canonica uerè.

283 Tertiò† quærit Bart. utrum hæc fictio procedat in his quæ ſunt mixtim iuris,& facti,& ipſe etiam determinat quòd non,faciendo concluſionem contrariam præcedenti fictioni:quia in fictione inductiua uoluit quòd in his quæ habent mixturam iuris, & facti omnimodo procedat:quia in parte quæ facti eſt,lex non poteſt ꝓcedere ſecundum ueritatem, ideò neceſſaria eſt fictio,& ne actus diuerſo iure cenſeatur totus fingitur in hac autem tenet contrarium quòd imò lex procedat ſecundum ueritatem, & rationem differentiæ aſſignat: quia ad inducendum unum mixtum oportet quòd interueniant omnes partes ut ad faciendum hominem quòd interueniat corpus,& anima, & ad faciendum domum interueniat paries, & tectum . ſed ad deſtruendum ſufficit unam partem tollere, cum ſi tollas animam deſiuit eſſe homo,& efficitur cadauer, l.ſi homo mortuus.inf.de uerbo.obliga. & ſi tollas corpus deſinit eſſe homo, & remanet ſpiritus.Idẽ in domo ſi tollas parietem, uel tectum dẽſinet eſſe domus.Itá ergo quando actus habet mixturam iuris, & facti.ſi tollas illã partem quæ iuris eſt,deſinet eſſe actus in rerum natura,cum factum nihil de ſe operari poſſit, & propterea cum in parte iuris lex poſſit procedere ſecundum ueritatem, apparebit quòd totum actum tollere potuerit. Facit etiam: quia conditio copulatiua non uerificatur niſi utrunque copulat deſtruitur tamen uno deficiente,l. ſi hæredi plures . ff. de conditio.& demonſtratio. & l.ſi is qui ducenta.§.cum itá . ff. de reb. dubiis. quam concluſionem intelligit Bart. procedere quando actus habet mixturam iuris, & facti in ſubſtantia:ſecus quando actus in ſubſtantia eſſet meri facti,& tamen haberet aliquòd adminiculum iuris: quia tunc eſſet opus fictione cum actus remaneat in ſua natura,etiam quòd tollatur adminiculum iuris, & eius concluſio

284 eſt, & ſequuntur communiter docto.†Sed tamẽ ea non probat per bona exempla: quoniam ſtipulatio,&alij contractus non habent in ſubſtantia mixturam iuris: ſed dicuntur eſſe meri facti,ut ſup.dixi,& infra repetam,&non differt ſtipulatio à facto in ſubſtantia.cum utrunq; ſit cõſenſus duorum,& ſint de operationib.animi, l.j,in princ.& in fi.ff.de pact. Imò habet plus facti ſtipulatio quàm pactum propter interrogationem,& reſponſionem,l.j.ff.de uerbo.obliga. & differt à pacto ſtipulatio: quia habet maiorẽ potentiam à iure ciuili quàm habeat pactum; cum ſit fortior contractus de mundo, ut not. in rub.inf.de uerbo.obliga.& ſi habet hoc plus iuris,habet etiam illud plus facti ut non poſſit dici mixtum.quinimò,docto.tenent quòd nullus reperitur actus qui habeat in ſubſtantia mixturam iuris,& facti.Imò docto.habent pro monſtro,& ideò omnes concluſerunt contra Aretin. in l.j.ſup.tit.j.quòd non poſſet reperiri poſſeſſio quæ in ſubſtantia eſſet iuris,& facti, & uerè nullus pictor hoc factum pingere poteſt, ideò eſt neceſſarium quòd actus in ſubſtantia ſit iuris,& habeat adhærentias facti, uel quod ſit in ſubſtantia facti,& habeat adhærentias iuris.

Propterea conclusio ſua eo modo quo ipſe profert,licèt ſit uera in ſe,& approbata à docto. tamen non poteſt bene exemplificari.Ideò ſolum opinio ſua poterit ſubſtineri ex alio capite:quia ſi lex diſponit ſuper adhærentiis poſſeſſionis tollendo omnes actus in effectu quantum ad effectus ciuiles corruit:ſicut dicitur de poſſeſſione in l.quod ſeruus.& l.poſſeſſio quoque. §.j.ſup.tit.j.& l.ſtipulatio iſta.§.hi quoque,infr. de uerbo.obliga.

Similiter tollendo ius ſtipulandi, & obligationes,& effectus ciuiles ipſa ſtipulatio remanebit inanis,& ſine effectu ſicut facit in ſtipulationib.ſiue iure ſtipulandi ſactis, & teſtamentis ſiue iure teſtandi factis,& ſtipulationib.contra leges ciuiles factis,iux.l.non dubium,C.de legib. & in l.pacta quæ contra.C.de pact.& hoc modo ſatis poteſt procedere opinio Bar.licèt non perfectè dummodo lex auferat omnes adhærentias iuris:quia factum tunc remanet ſine ſpiritu. ſed ſi auferret aliquod ius tantum ut actionem uel obligationem ciuilem, tunc eſſet neceſſarium, ut lex procederet per fictionem tollendo ipſam ſtipulationem, uel aliam conuentionem; quia tunc non remaneret ſine ſpiritu. unde eſſet opus fictione prout ſeruatum fuit in omnibus ſtipulationibus, quibus obſtat exceptio metus uel doli iux.§.priorum inſti. de exceptionib. Et hæc quantum ad concluſiones pertinentes ad fictionem.

285 Subdit poſteà Bar.†multa pertinentia ad intellectũ l.ſi unus.§.pactus ne peteret.ff.de pact. dũ ipſe cõcluſionẽ ſuã conatur probare per exẽplum de ſtipulationibus. contractib. & pactis, & ex eius dictis colliguntur aliquæ cõc[lu]ſiones.

Prima eſt concluſio, quòd ſtipulatio dicitur eſſe iuris, & habet mixturã facti,& propter hoc differt à pactis: ſed iſtam concluſionem ſupra reprobaui ſæpius:quia imò ſtipulatio in ſubſtantia dicitur eſſe facti, cum habeat eandem materiam quam habent pacta: dicta l.j.coniuncto fine.ff. de pact.& licet habeat plus iuris in approbatiòne: quia producit ciuilem obligationem & actionẽ: tamen habet etiam plus facti per interrogationem,& reſponſionem,l.j. inf.de uerb. obliga. & pactum quoque habet approbationẽ à lege ciuili, cum producat exceptionem quæ eſt formaliter de iure ciuili,ut habetur per Ab. &Decium in rub.extr.de exceptionib.itẽ pacta aliquando calore iudicii ueſtiuntur, & multis aliis modis ut producãt obligationem, & actionem ciuilem,ut no.in rub.ff.de uerbo.obli.& de iure canonico producunt ſecũdum omnes actionem.cap.j.& iij.extra de pactis.unde apparet quòd parua poteſt eſſe differentia inter pacta, & ſtipulationem.

286 Secunda colligitur concluſio † quòd ſtipulatio tollit ſtipulationem,ut per acceptilationem,ex eo:quia dicitur eſſe iuris.Quæ concluſio ſimiliter nec etiam eſt uera eo modo quò profertur, eo:quia ſtipulatio regulariter non tollit ſtipulationem niſi per modum nouationis, quo caſu potius eſt transfuſio,quàm quòd ſtipulationem tollat,l.j.inf.de nouationib.& §.ſed Aquiliana,inſti.quib.mod.toll.oblig.ſolum ergo tollit ſtipulationem acceptilatio per modum adimplemẽti:quia acceptilando quis dicitur ſoluere quod debet d.§.j.inſti.quib. mod.tollitur obligatio. quem effectum producit etiam ſolutio, ut inſti. quib.mod.tollitur obligatio. in prin. & ſolutio eſt facti,l.conſi.de curatore furioſi.&no.in rub. inf.de ſolutio.& ſup.Bar. approbauit. unde ex hoc capite non poteſt dici quòd ſtipulatio ſit magis iuris, quàm ſint alia pacta.

Item ſtipulatio per nouationem non tollit primã niſi hoc actum fuerit:ergo ſtipulatio nõ tollit ſtipulationem per ſe,& quando agitur ut ſtipulatio tollat ſtipulationem implicitè continetur conuentio quæ facit eam tollere,non antẽ quòd hoc faciat ex ſua natura, & quando hoc actum fuit ſtipulatio æqualiter tollit actum faciendo dictam Aquilianam ſtipulationem ut in §.Gall.Aquilius.inſti.quib.mod.tolli. obliga.

Nec obſtat quòd ſtipulatio ſit introducta iure ciuili.l.legitima.ff.de pact. cum glo. & concordanti.quia intelligitur approbatione, cum omnia naturalia interueniant, & propter conceſſionem effectuũ ciuilium,&propter formam: arg.l.lege obuenire.ff.de uerb.ſigni.Item eſt duplex inuentio,una originalis & naturalis, alia ciuilis faciendo eam habere effectus uarios, & ualidando.§ noxalis.& §.ex diuerſo.inſti.de noxalib.& l.prima.cum glo.prima.ff. com[...] & §.omnia.in l.ij.C de iure enucleand.I[...] intellige inuenta ſicut innumerabiles co[...]actus, & hæc ſtat concluſio quòd ſtipulatio [...] dubitantia non dicitur eſſe iuris,neque plus [...]is dicitur

tur habere quàm pactum in ſui eſſentia.

287 Tertia†eſt concluſio Bar. quòd pactum dicitur eſſe facti,& quòd nullam mixturam iuris habet:ſed tantūmodo quoddam adminiculū leue,quæ & ipſa ut profertur falſa eſt,cum licèt pactū in ſubſtantia ſit facti,nontamen per hoc plures debet differre à ſtipulatione,cū& ipſa pactū ſit,& habeat adhærētias iuris eo modo quo, & ſtipulatio,cum in pacto requiratur ius paciſcendi:ſicut in ſtipulatione ius ſtipulandi,unde ſeruus ad ſui utilitatem paciſci non poteſt,&pactū efficitur ſolum propter ius paciſcendi conſiſtēs in domino:ſicut dicitur inſtitu. de ſtipulatione ſeruorum.in prin.

Similiter pacta recipiunt approbationem, & reſtrictionem à iure ciuili. Nam prætor dixit pacta quæ non ſunt contra bonos mores ſeruabo.l.j.ff.de pact.&poſteà in l.iuriſgentium.§. prætor ait.reiicit pacta quæ ſunt contra ius publicum, & alias formas ibi poſitas, unde & ipſa ſunt recepta & eiecta ſicut ſtipulationes, quā uis formam nouam lex tantummodo ſtipulationib. introduxerit.

Tertiò pacta producūt effectus ciuiles,ex eo quia cauſant exceptionem quæ eſt de iure ciuili forma,ut no.in rub.ex.de exceptionib.quæ exceptio limitata eſt,& reſtricta à l.ciuili ſecundum uaria ſubiecta.unde in ea lex ciuilis multū operatur,&aliquando impedit,ac etiam aliquando lex ciuilis concedit actionem ciuilem, & obligationem,& lex canonica ut ſup. dictum fuit.

288 Quarta eſt concluſio†Bart. ꝙ pacta non tollunt facta ipſo iure. quæ ſimiliter falſa eſt ut ꝓfertur:quia imò pactum ipſo iure poteſt tollere pactū ſi contrahentes hoc agant, l. nihil tam naturale,ff.de reg.iur.l.Stichum.§.naturalis .ff. de ſolutio.q̄a obligatio in primo pacto ex æquitate naturali naſcitur,& in ſecundo pacto ex eadem æquitate debet reſolui. Vnde nemini debet eſſe dubium ꝙ ſi aliquis promiſit dare centum per pactū,& poſteà conueniant ꝙ ille amplius non teneatur præſtare, illud primū pactū eſt ſublatū in totū ipſo iure per dictū,§. naturalis. Quinimò pactū tollit oēs contractus iurisgentiū ubicunq; interueniūt in diſſoluendo omnia quæ interuenerunt in contrahendo,l. ab emptione.ubi per oēs.ff.de pact.& in toto.tit.ff.de reſcind.uenditio.& in l.j.& ij. C. quando liceat ab emptione diſce.ibi,pacto, & conſenſu, & eſt tex.clarus in §.hoc amplius.qui eſt finalis.inſtit. quib.mod.toll.oblig.ubi tex.ponit regulam ꝙ omnes contractus iuris gentiū contraria conuētione tolluntur,& tamen conuentio nihil aliud eſt quā pactū,l.j.§.conuentio.ff.de pact.& no.in rub.ubi dixi ultra alios.inf.de uerb.oblig.

[illegible] obſtat dictus.§.pactus ne peteret.in quo Bar.[illegible]auit omnes prædictas concluſiones:q̄a ille tex.[illegible] intellectus nullam ex prædictis ꝓbat,& ex a[illegible]uocatione docto. in intellectu illius tex.ca[illegible]ſtæ fuere omnes inuolutiones quas hic poſuin[illegible]r.Et ideò reſpondetur quòd habet alium intellectum quàm docto.attribuerunt,& præſupponendum eſt quòd ſicut lex uoluit uoluntates contrahentium ſeruari ad effectum cōſequendum,eod.modo uoluit uoluntates eorū ſeruari in diſſoluendo quando habent intentionem ut ille contractus non habeat effectum.

289 Vnde†tria remedia ad oppugnandū cōtractus introduxerunt.Remedium deuolutiuum, remedium,reſolutiuum, & remedium impeditiuum executionis. Remedium deuolutiuum conſiſtit in nouatione,& in conuerſione contractuū, de qua conuentione plenè dixi in l.ſingularia. ff. ſi cert.peta.ubi feci generales concluſiones ꝙ oēs contractus per conuerſionē poſſunt extingui æqualiter,& in totū dummodo ſeruetur natura cuilibet contractui attributa.Remediū reſolutiuū eſt ubicunq; contrahentes intendūt omni modo extinguere cōtractus.hoc autē inducitur per quantitatem collatā in perſonā debitoris, ut ꝙ conueniatur debitorem non teneri dare ſeu præſtare rem.non amplius eſſe obligatū, & recedat à contractu,d.l.ab emptione. ſupra. de pact.cum ſuis concordanti.& ponitur in d.§. fi. inſti.qui.mod.toll. oblig.

290 Tertium†remedium impeditium introduxerunt quando contrahentes uoluiſſent impedire exactionem tam in iudicio quā extra,& hoc remedium fuit introductū per conuentionem cōceptam in perſonā creditoris, ut quia creditor promittit factū ſuum petendi,uel non petendi, uel nō opponendi, non faciendi controuerſiam non agendi,& ſimilia alia faciendi.hæc autē cōuentio ſolum impedit executionem oppoſita exceptione in iudicio,non autē tollit obligationē:neque naturalem: neq; ciuilem: neq; ipſam actionē, & hæc conuentio regulariter appellatur pactū de non petendo,quod ſui natura non poteſt aliquā reſolutionē facere: quia non tendit ad hunc finē:ſed ſolū tendit ad impediendā executionē,& in tali conuentione habet hāc ſolā intentionem,imò ipſe agit ut actiones, & obligationes firmæ remaneant,quod probatur: quia pactū de nō petendo ubicunq; exprimitur perſona petētis tantū,nō tranſit ad hæredes, & pactū impedit tantū paciſcentē petere,hęredes autē ſui petere poſſunt,& hoc modo appellatur pactū perſonale q̄d non tranſit ad hæredes.l. ſi tibi decē §.ſi quis paciſcatur.cum ſua glo.ff. de pact.Item ſi pactum fiat ꝙ per decem annos debitū non petatur,paciſcentes nō habent intentionē diſſoluendi obligationem primi contractus,ſed ſolum impediendi exactionē. Idē etiā eſt quando obligationes ſunt cōmunes, & unus ſolus paciſcitur, tunc non habet intentionē diſſoluendi iux.l.iij.§.nūc de effectu. cum quatuor legib.ſequentibus. ff.de lib. leg. & dicta lege ſi unus. in principio. Hoc etiam contingit in tranſactione,ut per pactum de non petendo nō tollātur obligationes ad finem ut poſſint reuerti ad actiones,ſi tranſigens eam non ſeruat lege ſiue apud acta.C.de pact.Idem probatur in le.ſi

tibi decem.§.de pignore.ſup.de pact.nam ſi re-
ſolueretur aliqua obligatio neceſſariò tota con
uẽtio eſſet ſublata cum obligatione ciuili, quod
non eſt eius intentionis,&reuertendo ad dictũ
§.dicitur quòd ibi pactum de non petendo non
reſoluit ſtipulationem: quia non tendit ad illũ
finem:neque contrahentes hoc intendunt cum
ſit pactum de natura ſua impeditiuum non re-
ſolutiuum,& idem eſt de pacto de petẽdo,quod
ſimiliter nõ tendit ad finem reſoluendi:ſed im-
pediendi executionem primi pacti:ſed ſi habe-
rent intentionẽ reſoluendi, & proferent uerba
apta tũc reſoluere poſſunt oẽs contractus iuris
gentiũ,d.§.ſi.in ſtipulatione uerò quãdo appo
nitur acceptilatio intendũt contrahentes reſol
uere ipſam obligationẽ,& actionem tollere: qa
ponũt uerba apta ad inducendã reſolutionẽ,&
hoc eſt quod uoluit dicere tex.ꝙ in pactis factũ
uerſatur:qa cõtrahẽtes cõſiderauerũt illud fa-
ctũ impediẽdi executionẽ.&nõ tollẽdi ipſãobli
gationẽ.ſed in ſtipulationib.continetur ius: qa
acceptilatio tendit ad finẽ extinguendi ius ſti-
pulationis, & hic eſt uerus intellectus ad illum
tex.ſecundũ quẽ nihil probat de concluſionib.
Bar.neq; quòd ſtipulatio ſit magis iuris quàm
pactũ,cũ imò æqualia ſint in ſubſtantia, & eſſen
tia ut dictũ fuit,& etiã patet ꝙ oppoſitiones fa
ctę hic per Bar.nihil ſaporis habent,& non ſunt
ad propoſitum,& omnimodo inutiles.
291 Quare†quantũ ad hanc quæſtionẽ quomodo
cõtractus tollãtur,reiectis ambagib. doc. dicas
breuiter ꝙ aut quærimus an tollantur per tra-
hentes,&dicas ꝙ tolluntur illis quatuor modis
poſitis.inſti.qui.mod.toll. oblig.non habito re
ſpectu an ſit iuris uel facti: quia hoc nihil facit
ad rombum,&ſi cõtigat ꝙ non habeat intentio
nẽ reſoluendi,tũc per pacta cauſantur exceptio
nes tantũ impeditiuæ executionis ut in d.§. pa-
292 ctus.cũ concordantib.ſup.aductis.†Si uerò quæ
ris quõ tollãtur per leg.& tunc recurras ad l.nõ
dubiũ.C.de legi.& l.pacta quæ contra.C.de pa.
nam ſi conuentiones ſunt cõtra legẽ impediun
tur oẽs effectus ciuiles ipſo iure,& remanet cõ
tractus inſficax,qui facti eſt,ſuper quo lex ꝓce-
dit fingendo,ut in in d.l.non dubiũ.ibi, pro in
fectis haberi.& hoc modo intelligitur tex in d.
l.pacta quæ cõtra. ut opinio Azo.ſit uera in ſub
ſtantia contractus, & opinio Bar. in adminicu-
lis iuris quæ ſecũdũ ueritatẽ tollantur,& cũ lo-
quatur ſub nomine pactor.apparet ꝙ æqualiter
loquitur de pactis,& contractib.& ea æqualiter
determinat.Fallit ubicunq; lex uoluit cõpetere
exceptionẽ,& nõ annullare in totũ,ut in toto ti
tu.quod metus cauſa,& in l.eleganter.ff.de do-
lo.& in §.i.inſti.de exceptio & habetur in l.ſi qs
cũ alit.ff.de uerb.obli.cum ſuis concor.unde ha
bes quõ lex procedat fingendo ſuper contracti
bus. nã apparet ꝙ regulariter fingit ſuper eis ꝑ
tex.in d.l.nõ dubiũ. ibi,pro infectis oẽs cõtra-
ctus haberi,& no.in l.pacta q̃cõtra.C.de pact.&
facit tex.in auct.de æqualitate dotis.§.j.ubi in
materia contractuũ dicitur quòd factũ eſt infe
ctum fieri non põt, & in adminiculis iuris pro-
cedit ſecundũ ueritatẽ. Et licèt Bar.uellit ꝙimò
in eis procedat ſecundũ ueritatẽ, & uidetur ſe-
qui hic Crot.tamen Alci.dicit ꝙ hæc opinio eſt
uiolatiua,& deſtructiua dictæ l.non dubium, &
tex.in l.j.§.ſi uir uxori.ſup.de acqu.poſſ. & d.§.
factę.& ideò uidetur ꝙ tenenda ſit opinio con-
tra Bar.quòd in contractib.lex procedat fingẽ-
do,& per conſequens in his quæ ſunt facti,& ha
bẽnt mixturam iuris lex non procedit uerè diſ
ponendo ſed procedit fingendo, & ſolũ opinio
ſup.poſita poteſt ſubſtineri in actib. qui habent
mixturam iuris,& facti in ſubſtantia,qui tamen
paucisſimi reperiri poſſunt.
293 Subdebat†tamen Alcia.hic nu.39. unam con
cluſionem contra omnes dicens, quòd hæc fi-
ctio priuatiua in nullo caſu reperitur, & non ꝓ
cedit neque in his quæ ſunt meri facti: neque in
his quæ ſunt meri iuris: neque in his quæ ſunt
mixtim iuris, & facti, ex eo: quia dictum A-
gatonis militat ut lex neque Deus poſſit infe-
ctum facere quod factum eſt, & dicit text. in
dicta l. in bello. §. factæ. & in dicta lege pri-
ma. §. ſi uir uxori. & per conſequens nec etiam
poteſt fingendo facere infectum, unde ſolum le
giſlatori dicit ipſe relictum fuiſſe ut eius quod
factum eſt nullam ducat rationem, perinde ac ſi
ſi nunquàm factum fuiſſet, quo caſu lex non fin
git: ſed magis dicitur ſpernere quam fingere,
& reiicere, cum uerè faceret lege ſi duo. ff. de
adminiſtratio. tuto. l. non uidetur. ſupra ti-
tulo primo. & l. nam his.ff.de dolo, & l.ſi to-
tam.ff.de acquir.hæredita. Nec ulla lex ſecun-
dum eum dicit monachum,aut ſeruũ, aut alios
damnatos fingi mortuos: ſed comparari mor-
tuis, aut haberi pro mortuis: quia lex eorum
rationem non habet ſpernendo, & reiiciendo
eos. §. illud. in auct. de monachis. §. ſponſali-
bus. in aucten.de ſanctisſimis epiſcopis. §. di-
ſtrahantur. in auct. de nup.& ſicut quando lex
pacta pro infectis habet: quia contra bonos mo
res ſunt, uel alia ratione improbantur, le. pri-
ma de auctoritate tutorum, & l. prima. ff. qui
peta.tuto. & l.quoties. qui ſatiſda. cogantur.
non ex fictione ſed ſecundum ueritatem pro-
cedere cenſetur, & ità hoc caſu uidetur dicen-
dum, ſubeſt enim eadem ratio ſecundum eum
alioqui cum lex inſtitutionem factam pro in-
fecta habet lege fina. C. de pact. pigno. & lege
pacta quæ contra.C. de pact. fictè diſponere cen
ſeretur,uel conditionem appoſitam pro non ap
poſita,l.in imponenda.C.de inſti. & ſubſtitutio
ni. uel conſtitutionem defeciſſe quæ euenit le.
generaliter. C. eodem tit. tamen certo certius
eſt ſecundum ueritatem potius diſponere [illegible]
bene expreſſum eſt quòd qui natus ſit [illegible]tur
non natus,l.Titius.§.Lucius.ff.de lib. [illegible] poſthu.
ſedꝙ potius uerba teſtatoris illum [illegible]um uideã
tur cõprehendere.Confirmat ipſe [illegible]a priuati-
ua hæc fictio procedit negatiuè, & [illegible] uidetur
quòd

ꝙ lex cenſeat non eſſe qualitatē fictionis adiici poſſe:quia non entis nullæ ſunt partes,l. pen. ff. ſi cer.pe.nec uerum eſt quòd ſequens ſtipulatio tollat priorem per fictionem, imò ipſo iure ſecundum ueritatem,pactum uerò quod facti eſt, id eſt, in meris terminis naturalibus relictum non poteſt tolli ſine exceptione,& ſic iure cuiuſdam retentionis operatur, & neutro caſu ſubeſt fictio.Idem dicit procedere in his quæ per exceptionem doli tolluntur:quia non tanquàm per fictionem quaſi fingatur aduerſarium non habere actionem,ſed per ueritatem, ut hic latiùs per eum.

294 Sed † ego puto opinionem communem ueriorem eſſe, & tunc ſuum longum diſcurſum nihil contra eam inducere. Conſiderandum eſt enim quòd in fictione tria interueniunt.Primò ꝙ contra certam ueritatem fiat,& ità uerū reiiciatur. Secundò ꝙ non uerum aſſumatur pro uero.Tertiò ꝙ diſponatur ſuper non uero perinde acſi illud non uerum eſſet uerum, ut dictum fuit in j.quæſtio.ſuper diffinitionib. Modo ueritas procedit in primo & tertio.nam l.uerè reiicit illud quod eſt,& de eo non curat. Item diſponit uerè perinde acſi non eſſet,& eſt uera diſpoſitio,& in hoc omnes conueniunt. ſed tertiū addunt docto. quòd non uerum aſſumatur pro uero,& in hoc operatio eſt per fictionem ,quam operationem fictiuam negat Alciat. ſed tamen eius opinio non eſt uera:quia imò neceſſariò dicendum eſt legem fingere,& niſi fingeret diſpoſitio eius eſſet exorbitans, & monſtruoſa, probatur in dicta l.Deo nobis.ubi lex fingit ingredientem religionem fuiſſe mortuum : quia erat in pactis dotalibus appoſita conditio ſi moreretur,& niſi fingeretur mortuus non eſſet adimpleta conditio,& per conſequens pacta non poſſent habere effectum. Et idem eſt in deportato in l.qui actione.§.publicatione.ff.pro ſocio ubi ſi creditur deportato uniuerſaliter, & niſi lex fingeret eſſe mortuum,induceretur unum abſurdum in iure quòd uiuis ſuccederetur uniuerſaliter:contra legem qui ſuperſtitis de acquir. hæredita.& idem poteſt dici in l.pe. ff. de contratabul.quia ibi ille qui eſſet in primo gradu reiiceretur,& ibi dicit quòd pro mortuo habetur, quod æquipollet illis uerbis lex fingit eſſe mortuum.idem probatur in d.l.ſeruitutem. quæ dicit ſeruitutem mortalitati comparamus. ergo fingit eam inducere mortem,cum ex hoc capite eueniat quòd non poſſit cognoſci à iure ciuili, & ſi ipſe uiueret induceretur quoddam abſurdum in iure quòd diſpoſitiones factæ in perſona ſua non haberentur in conſideratione, & fa- [illegible] tex.in §.ſeruus.inſti.de cap.diminutione ubi d[illegible] quòd ſeruus nullum caput habet,&poſteà in [illegible]enti.§.dicitur quòd ius cognationis perit qu[illegible] , recipitur,& quòd cognatio ſoluitur.Facit [illegible]am tex. in dicta l.qui totam. dum dicit non [illegible]detur habere,quæ uerba denotant fictionem, non ſolum quòd reiiciatur, & ſpernatur.Facit etiam dicta l.ità uulneratus.ff. ad legem Aquiliam.

Nec obſtat ꝙ lex uideatur uerè diſponere. quia non negatur quin diſpoſitio legis ſit uera: tamen quia ipſa lex fundat ſuam diſpoſitionē ſuper non facto ne uideatur ſuper caſu non contingenti facere ius, & oriatur ius ſine facto eſt neceſſarium pro inducenda habilitate, & ne uideatur facere mōſtrum quod inducat illā fictionem:ità ꝙ utrunque eſt uerum ꝙ lex diſponit ſecundum ueritatem,& etiam ꝙ inducat fictionē inducendo illud ſuper quo diſponit. Propterea in diffinitionib.reprobaui opinionem Alci. ꝙ diſpoſitio legis ponatur pro genere fictionis: quia genus fictionis eſt aſſumptio pro uero ſuper qua aſſumptione lex poſteà diſponit.

Nec obſtant omnia iura dicentia ꝙ reiicitur cōditio,reiicitur iuſtitutio,uel alius actus:quia fatemur quòd lex reiiciat omnes illos actus ueros,& de eis non curat, tamen ultra reiectionē aliquòd non uerum inducit,& fingit conditionem non eſſe appoſitam, uel inſtitutionem non factam ſeu alios actus non factos ut inducatur ſubiectum habile ſuper quo recta ratione lex diſponat,non deſtruendo omnes regulas iuris, & cum hac conſideratione reſoluuntur omnia per ipſum adducta,& apparet quòd eius opinio eſt imperfecta, & totam operationem legis non comprehendit.

295 Prædicta † inferuntur ad practicam in caſu quotidiano. Princeps fecit indultum de delicto, prout quotidie fit,& caſſauit omnes proceſſus ex inde factos, dubitari poteſt an cenſeātur caſſati ipſo iure?& ſecundum ueritatem an potius ſecundum fictionem, & dependet ab uno an proceſſus ſit facti uel iuris, uel mixtim iuris,& facti,& Bar. in præcedentibus ſentit ꝙ ſit mixtus iuris,& facti, dum uoluit ſententiam eſſe iuris, & facti. Igitur caſſato proceſſu ipſo iure uidetur ſublatum ius in eo conſiſtens, ut iuriſdictio,obligatio, & actio, & alius effectus iuris.Ideò ea quæ ſunt facti in conſequentiam uidentur corruere,& reddi totum factum deſtructum, & ſine forma ſecundum ueritatem, & hoc ſatis uidetur procedere, tamen melius eſt dicere quòd per fictionem tollatur, ſicut habetur in dicta l.non dubium.ibi,pro infectis. In practica tamen ad cantelam deberet addi clauſula quòd de facto caſſentur,&dicatur quòd habeatur proinde proceſſus acſi non eſſet factus, & ſequetur quòd pars quæ iuris eſt erit ſecundum ueritatem ſublata,& pars quæ conſiſtit in facto per fictionem tolletur quatenus eſſet fundamentum iuris.Azo.tamē in ſumma.C.de abolitioni. præſupponit quòd abolitio fiat per fictionem,& ꝙ poteſt quis imponere abolitionē abolitionis. Sed poteſt dici quòd loquitur de abolitione quæ fit ſine indulgentia delicti:nam aliquando fit abolitio cum indulgentia delicti. aliquando ſine ea, & quando fit cum indulgentia ipſum delictum tollitur, & uidetur

quòd ſecundum ueritatem tollatur proceſſus. Tamen tu pro reſolutione diſtinguas. Aut fit abolitio ſimplex ſine indulgentia, quod contingit quando propter aliquã letitiã oẽs carcerati liberantur, & tunc proceſſus tollitur per fictionem tantum: nam proceſſus habeat factũ fomentarũ à iure procedente propter delictum, ut ꝙ pœna poſſit imponi ꝙ poſſit procedi ꝙ poſſit fieri inquiſitio, & poſſit condemnari. unde remanente iure delicti, remanet ius proceſſus, & factum utile. Ideò ad eum tollendum eſt opus fictione, & ità procedit doctrina Azo. in d.rub.C.de abolitionib. Aut uerò caſſatur proceſſus: ſeu fit abolitio cum indulgentia delicti iux.legem j.C.de ſententiam paſsis. & tunc ſublato delicto cum eius iuribus tollitur etiam ius proceſſus, & factum eius remanet ſine ſpiritu, poteſt dici ex intentione Bar.& doct. hic quòd tollendo ius proceſſus ſecundum ueritatẽ totus proceſſus eſt ſublatus, & ſenten.ſuper eo lata nõ ualeret, per doctrinam Bar.hic, & non eſſet opus exceptione de abolitione facta, niſi prout eſt exceptio intẽtionis, & facti. Sed tenẽdo opinionẽ quã ſup. firmaui, ꝙ acta iudicii ſint facti in ſubſtantia, eſſet neceſſaria fictio ut haberentur pro infectis: arg. dictæ l.non dubium.

296 Aut uerò quærimus † an ipſum delictum tollatur ipſo iure, uel per fictionem, & dicas ꝙ ſi uerba dirigantur ad delictum, eſt neceſſarium dicere ꝙ tollatur per fictionem, & tanto fortius: q̃a ſemper interueniunt aliqua uerba denotantia fictionem in indulto ſcripto. ſed ſi aliqua uerba dirigantur ad ius, ut ꝙ amplius non ſit infamis, non teneatur ad pœnam, non poſſit inquiri, & hæc iura tollũtur ſecundum ueritatem: quia dependent à ſola diſpoſitione l.quæ ſecundum ueritatem tolli poteſt. Si uerò ſunt aliqua uerba ad delictum, ut habeat formam, & admittatur ad honores perinde acſi non commiſiſſet delictum, tunc eſt fictio principis quæ uult haberi acſi non eſſet factum delictum, & fingit inquiſitũ non commiſiſſe delictum, & tunc eſt opus fictione: quia princeps non poteſt facere ꝙ delictum non ſit commiſſum, dicta l.uerum.ff.de reg. iur. & l.in bello.§.factæ, & di.§.ſi uir uxori, & dicto.§ j.in auct.de æqualit.dot.cum ſimilib. Ad prædicta tamen omninò uideas quæ dicit Bar.in l. Domitianus.infra ad Turpilianum, & l. ſecunda.inf.de cuſto.reo.

Et ex prædictis potes etiã ponere unum exẽplum de fictione priuatiua hominis, ſi partes facientes pacem inter ſe remiſerunt omne ius quod habent, & caſſauerunt proceſſus, & uoluerunt pro caſsis, & nullis haberi: nam renunciando poterit dici quòd ius extinguatur quod competit parti, proceſſus uerò non poteſt renũciari, & eſt neceſſarium quòd habeatur pro caſſato, & nullo ſecundum fictionem: tamen poſteà poterunt incidere in Turpilianum, & remanebit ius integrum Curiæ ut ipſa poſſit proſequi non obſtante pace in caſib.permiſsis à iure.

uel ſtatutis, iux.no.in l.tranſigere. C. de tranſactionibus, & erit omninò fictio neceſſaria inter ipſas partes cum proceſſus remaneat uiuus, & efficax, ſaltem de rigore iuris, ut ſit neceſſaria exceptio.

297 Tertia † eſt ſpecies fictionis, tranſlatiua nuncupata, quam ità appellat Bar. quia per eã lex transfert unum quod certo modo reperitur eſſe in loco, certo tempore, uel perſona, uel re ad alium locum, perſonam, uel rem, uel tempus, & propter hoc differt à fictione inductiua quæ nõ transfert: ſed illud quod non eſt facit eſſe. & à fictione priuatiua quæ illud quod eſt facit non eſſe. Ideò Barto. ità diffiniuit quod eſt in re certa uno modo exiſtenti poſſibili exiſtere, alio modo pro exiſtenti alio modo à iure facta aſſumptio, quæ diffinitio bona eſt ſequendo eius terminos quòd non poſſit fieri ſuper impoſſibili, & neque ab homine, ſed tamen quia reprobauimus. ſup. eius opinionem, demonſtrando quòd imò fictio procedat ſuper impoſſibili in ſpecie, & in genere, & quæ etiam quòd poſſit fieri ab homine. ideò dari debent duæ diffinitiones, una eſt legis hoc modo, fictio legis eſt in re certa uno modo exiſtenti pro alio modo exiſtẽti legis aſſumptio cum ſubſequenti diſpſiotione, exemplificari poteſt per omnia exempla poſita hic per Bar. quæ ſunt de fictione legis.

Alia eſt fictio hominis quæ ità diffinitur, ꝙ eſt in re certa uno modo exiſtenti, pro alio modo exiſtenti per iuſtam hominis diſpoſitionem facta aſſumptio, & hæc uerba per iuſtam hominis diſpoſitionem. ponuntur ad differentiam fictionis legis, & poteris in proceſſu per te conſiderare multa exempla,

Iſtæ duæ fictiones ſubdiuiduntur in quatuor ſpecies. Nam quædam eſt fictio tranſlatiua de tempore ad tempus, quædam de re ad rem, quædam de perſona ad perſonam, & quædam de loco ad locum, ſuper quibus ſpeciebus ſeparatim eſt inſiſtendum, formando multas quæſtiones.

298 Prima ſpecies † fictionis diffinitur quòd eſt in in re certa uno tẽpore facta pro alio tẽpore facta aſſumptio, & ſuper ea Bar. quærit an procedant in his quę ſunt meri facti, & determinat ꝙ ſic per quinque exempla, cum poſtliminium fingat reuerſum retro fuiſſe in ciuitate quod factũ eſt, & l. Cornelia fingat mortuum apud hoſtes ante fuiſſe mortuum tempore captiuitatis, & ſic factum uno tempore eueniſſe alio tempore l. retro. & l.in omnibus. infra de capt. & ſi ſeruus fuit uulneratus uno menſe, & poſteà manumiſſus moriatur alio menſe, fingitur mortuus, & occiſus primò menſe, ut probatur in le. h... ſcripturæ. §. pe. ff. ad leg. Aquiliam ... datur pro occiſo legis Aquiliæ, quàm ... mortuus fuerit manumiſſus: ergo fi... occiſus ſeruus retro. cum aliàs non compete... actio le. Aquil. & qui damnum dat in re tene... ad æſtimationem quanti plurimi fuerit in a... o, ergo ...ingi-

fingitur datum damnum eo tempore, l. ait. lex.
co:tit. Quartò pecunia ſoluta uno tempore ui-
detur ſoluta tempore ratificationis, l. ſolutam.
inf. de ſolutionib. Quintò damnũ eueniens ho-
die uidetur datum eo tempore retro quo uici-
nus in præiudicium fecit ædificium, l. damni. §.
Sabini. ſupra de damno infect. & cum in dictis
iurib. tractetur de his quæ ſunt meri facti, pro-
batur quòd hæc fictio procedit in his quæ ſunt
meri facti. unde concluſio Bar. remanet uera, &
eam ſequuntur communiter docto. & ſæpius ap
probauimus in materia legis noſtræ.

Nec obſtat ꝙ res facti non contineatur poſtli
minio, l. denique. ff. ex quib. cauſ. maio. quia re-
ſponſum fuit ꝙ non continetur in diſpoſitioni
bus poſtliminii, in quib. proceſsit ſecundum ue
ritatem. ſed bene continetur in parte tranſlati-
ua in qua proceſsit ſecundum fictionem, cũ hac
tamen qualitate ꝙ reperiatur extremum habile
à quo ut ſup. dictum fuit, & inf. dicitur per Bart.
ubi in effectu determinat ꝙ extremum ad quod
ſufficit ꝙ interueniat potentialiter, uel de iure
naturali, nec in genere. ſed extremum à quo de-
bet interuenire eſſentialiter, quod tamen Bart.
declarat ut etiam ſufficiat habilitas ut actus il-
le tempore fieri de nouo poſsit, per legem bono
rum. ff. rem ratam haberi. ſed ibi demonſtraui-
mus contrarium ꝙ imò non ſit neceſſaria habi
litas reſpũ rei: ſed bene eſt opus ꝙ ſubiectum fi-
ctionis interueniat, & inf. repetemus.

299 Secundò † quærit Bart. an hæc fictio procedat
in his quæ ſunt meri iuris, & ipſe determinat
quòd ſic, & probat primò per exemplum poſt-
liminii, quod uoluit reuerſum recuperare om-
nia iura ſecundum ueritatem: quæ tamen po-
ſteà fingitur retro habuiſſe, & ſic in iuribus
procedit fictio, ut quod habet tempore reuer-
ſionis retro toto tempore captiuitatis uidea-
tur habuiſſe.

Secundum exemplum ponit de hærede, qui
adeundo hodie acquirit uerè omnia iura hære-
taria. l. cum hæredes. ſupra tit. primo. & poſteà
hæc iura hodie quæſita, fingitur habuiſſe iacen-
te hæreditate retro quaſi in hora mortis ea quæ
fierit, l. hæres quandocunque. ff. de acquirenda
hæredita. & lege omnia. & l. omnis hæreditas.
ff. de reg. iur.

Tertium exemplum ponit de legatario qui
adita hæreditate in continenti uerè acquirit do
minium legati, l. ſi tibi homo. §. cum ſeruus. ff. de
leg. j. & poſteà fingitur retro habuiſſe illud do-
minium ſi tranſiuiſſet in legatarium à die mor-
tis, l. à Titio. inf. de fur. & filius familiàs qui fuit
pater familiàs patre captiuo, fingitur eo reuer-
tente retro fuiſſe in poteſtate: quia pater hodie
a[illegible]it poteſtatem, §. ſi ab hoſtibus. inſti. quib.
mod[illegible]itur patria poteſtas. in quib. iurib. ap
paret q[illegible] fingit in his quæ ſunt meri iu-
ris. unde [illegible]tradicunt omnia quæ dicta fuere
in fiction[illegible]ductiua, & priuatiua, in quib. con
cluſum [illegible] quòd lex in his quæ ſunt meri iu-
[illegible].

-ris regulariter procedit ſecundum ueritatem
non ſecundum fictionem.

300 Sed † reſpõderi poteſt defendendo rationem
diuerſitatis eſſe magnam. Nam in præcedentib.
fictionibus ſuper ſubſtantia iuris lex operatur,
hic uerò non operatur ſuper ſubſtantia iuris:
ſed ſuper perſona quæ iura uideatur habere, &
retinere, hoc autem quòd homo habuerit, uel
non habuerit iura eſt facti, & non iuris, & ne
ceſſarium eſt quòd lex procedat ſecundum fi-
ctionem, ità quòd non eſt propriè fictio in his
quæ ſunt meri iuris: ſed potius in mixtura iu-
ris, & facti, & poſſemus dicere hæc exempla
non eſſe bona: tamen quia non habemus alia
in quibus lex poſsit ſine aliquo adiuncto ad iu
ra ſuper iuribus facere hanc fictionem, tenen-
da eſt opinio Barto. magis conſiderando effe-
ctum, & intentionem, quòd fictio ſit ſuper iu-
ribus, & ideò concluſio Barto. communiter ap
probatur, & tenenda eſt ad euitandas æquiuo
301 cationes. † Et in hac etiam erunt neceſſaria ex
trema habilia, & quoniam fictio dirigitur in
perſonam habentem ius, erit neceſſarium quòd
habilitas ſit in perſona acquirendi illud ius, &
retinendi. & quòd ab initio uerè perſona ha-
beat illud ius ut fingatur poſteà retro habuiſſe,
de quibus, & infra etiam dicemus, & ex exem
plis Barto. habes colligere duo, unum quòd hæ
res retro fingitur habuiſſe ſemper dominium uſ
que ad tempus mortis, & quòd aditio trahi-
tur ad tempus mortis, dicta lege hæres quan-
docunque. quę regula limitatur ibi per gloſſam
multis modis: tamen Barto. reducit ad duas
limitationes. Vna eſt ut non procedat in his
quæ non acquiruntur per aditionem, ut eſt poſ
ſeſſio: quia tunc illa non poteſt retrotrahi de-
ficiente extremo ut dixi. Secunda eſt quando
nos ſumus in his quæ requirunt ueritatem:
quia tunc non procedit fictio. lege hæredita-
riæ. infra de fur. & toto titulo. ff. de crimi. ex-
pil. hæredita.

Tertiam limitationem ponebat hic Crotus,
ut non procedat in conditione perſonæ ipſius
hæredis: quia in aditione conſideratur tempus
quo fit ipſa aditio, non autem tempus quo mo-
ritur teſtator. ideò ſi hæres eſt in poteſtate alie
na tempore mortis, & tempore aditionis ſit ſui
iuris, fit acquiſitio ipſi hæredi, & non trahitur
retro ut habeat locum lex placet. ff. de acquire.
hæredita. & probatur in §. ſeruus alienus. inſtit.
de hæredi. inſti.

302 Vnde infert † quòd ſi aliquis religioſus de
fratrib. minorum ſit inſtitutus qui eſt incapax
omninò, ſi tamen ipſe poſteà tranſeat ad aliam
religionem quæ ſit capax, & poſteà adeat, ꝙ
acquireretur ſecundo monaſterio licèt primò
non potuerit acquirere, ut uidetur tenere Bal.
in lege Deo nobis. C. de epiſcopis. & clericis,
refert etiam Federicũ de ſonis conſ. 26. & Bal. &
Imo. in l. ſi alienũ, §. in extraneis. de hæredi. inſti.
tenentẽ contrarium: quia capacitas ſuperueniẽs

poſt mortem defuncti non debet prodeſſe hæredi. quam opinionem ipſe ſequitur, & rectè, ex eo: quia tẽpore quo fuit facta inſtitutio hæres erat omninò capax. unde nihil ualuit, l. j. C. de hæredi. inſtituẽd. & l. cum in tempus. ff. de hæredi. inſti. & per Bar. in tracta. minoricarum. ideò ſuperueniens habilitas nihil poreſt operari ſecundum regulam Catonianam. quòd illud quod ab initio non ualet ex tractu temporis non poteſt recõualeſcere. Tu tamen dicas quòd hæc non eſt noua limitatio: quia continetur in prima Bart. ex eo: quia quando hæres adit hæreditatem dicitur habere unam conditionem, quæ conditio actualiter eſt in eo merito nõ trahitur retro ad tempus mortis, & fingitur eo tempore ſemper fuiſſe liber, & capax: ergo oportet quòd tempore mortis repiatur capax alioqui nõ procedit.

303 Ex quartò† exẽplo de re legata colligitur, ꝙ dominiũ rei legatæ uerè tranſit in legatariũ à die aditæ hæreditatis. & iſta eſt cõmunis opinio & retro fingitur poſteà habuiſſe dominium. di. l. à Titio. de fur. & ſequuntur communiter doct. in l. j. ff. de leg. j. limitantes non procedere in legato generis: neque in legato in diem, uel ſub conditione, l. Sempronius Attalus. ff. de uſufru. leg. neque iu re aliena, l. magis puto. §. ſi fundus. ff. de reb. dubiis, & glo. in l. Papinianus. ff. de ſerui. legata.

Petrus autem erat in opinione ꝙ nunquàm uerè dominium tranſiret in legatarium: ſed ſemper illud eſſet penes hæredem, & fingeretur eſſe penes legatariũ, ſi poſteà acceptaſſet. & pro iſta opinione adducuntur nouem iura, quibus ibi reſpondet Alex. & etiam ibi dixi: tamen quatuor ſunt in quib. reſponſio non uidetur poſſe admitti: quia ualde uiolatur litera. Primò tex. in l. huiuſmodi. §. ſi ædes. ſup. de leg. primo. ubi ędib. legatis ſi ſeruiant ædes hæredis confunditur ſeruitus per ſucceſſionem: ergo fuerunt hæredis tẽpore aditionis, cum aliàs non potuiſſet confundi ſeruitus, ſi tranſmiſiſſet in continenti in legatarium. Bar. ibi reſpondet quòd intelligitur ibi legatum factum ſub conditione, uel in diem quod eſt diuinare. unde poteſt dici quòd ibi uerè confunditur obligatio, & debitum per aditionem propter illud momentum quo apparet rẽ fuiſſe penes hæredem: ſicut dicitur quòd uidetur hæres deduxiſſe debitum propter ſolum momentum, ut habetur in l. peculium. §. primo. ſupra de peculio. ibi, licèt nullo momento, & in dict. l. à Titio. oon conceditur: quia actus fuit factus poſt mortem teſtatoris. Item poteſt dici quòd apud hæredem eſt dominium naturale, & ſpes ꝙ poſſit reuerti, quæ cauſat illam confuſionem: ſed dominium illud ciuile tranſit recta uia iu legatarium: ſicut dicitur in l. in reb. C. de iure dotium.

Secundò adducitur d. l. huiuſmodi. §. qui ſeruum. ff. de lega. j. ubi ualet emptio rei legatæ facta à legatario: ergo non eſt dominus: quia rei ſuæ nulla eſt emptio. l. ſuæ rei. ff. de contrahend. emptio. & ibi erat adita hæreditas: quia aliàs hæres non potuiſſet uendere. ſolutio cõmuniter datur ad illum tex. quòd ibi legatum erat relictum ſub conditioue, quod eſt diuinare, & deſtruere literã. Melior ſolutio poteſt dari quòd ibi erat ſeruus hæredis. ſed realior eſt ſolutio quòd emptio rei ſuæ ualet ubicunque aliquid iuris deeſt, l. ſi rem meam. inf. de ſolutionib. & clarius in l. etiam. eo. tit. deerat autem in legatario dominium naturæ, quod ei non acquiritur niſi per traditionẽ, ut no. in d. l. j. ff. de leg. j.

Tertiò obſtat tex. in l. legatum eſt. §. fundus. ff. de leg. primo. ubi ſi res legata debet ſeruitutem hæredi confunditur ſeruitus: ergo acquiritur hæredi, & ſic non tranſit in legatarium, & tex. aſſignat rationem apertam quòd confuſione dominii extinguitur ſeruitus: ſoluit ibi gloſ. quòd legatum eſt relictum in diem, uel ſub conditione. quod eſt deſtruere illum tex. unde debes ſoluere quòd propter dominium naturale extinguitur ſeruitus: arg. dictæ l. peculium. §. j. de peculio.

Solutio igitur generalis eſt ad omnia contraria, quòd loquuntur de dominio naturali acquiſito ipſi hæredi per apprehenſionem poſſeſſionis, uel per aditionem: ſed dominium ciuile acquiritur uerè ipſi legatario, & retro fingitur dominus: arg. dictæ l. in reb. C. de iure dotium, & opinio communis concludenter probatur in dicta le. ſi tibi. §. cum ſeruus. qui dicit quòd à die aditæ hæreditatis acquiritur legatario.

Nec obſtat uerbum intelligitur, ibi poſitum: quia denotat ueritatem ut ſupra per Bar. & declarat ibi ſtatim dubium, & quod ità dicatur, & debeat intelligi probatur quia tex. dicit legatario repudiante nunquam uidetur fuiſſe ipſius: ergo uerè erat ſuus, cum aliàs non poſſet fingi non ſuus deficiente extremo.

Secundò reſpondetur quòd uerbum intelligitur. denotat improprietatem reſpectu naturalis dominii: quoniam facta acceptatione, & apprehenſione acquirit dominium naturale. quod fingitur etiam eius fuiſſe retro, & cum fictio ſit ab utraq; parte, apparet quòd duo ſunt dominia, unum in hærede, & aliud in legatario, & concordantur opiniones, & iura: arg. cap. cum tu. de teſtibus.

Similiter probatur communis opinio in dicta l. à Titio. dum dicitur quòd nunquàm fuit hæredis, & ſic eius fuit adita hæreditate: & penitus intelligitur de incommutabili dominio, quod nihil aliud eſt niſi illud dominium ciuile quod nunquàm acquiritur hæredi.

Tertiò communis opinio concludenter probatur in dicta l. peculium. ff. de peculio: quia expreſſè dicit quòd nec momento eſt penes [illegible] dem ſeruus purè legatus. & intelligit[illegible] e illo ciuili dominio quod acquirit[illegible] apprehenſione.

Facit quartò tex. in l. prima. §. u[illegible]m. ſupra ſi quid in fraudem patroni, ibi, qu[illegible]s legatũ [illegible] trum

noſtrum ſit niſi repudiatur. & lex quædam. de reb. dub. ubi legatario acceptante hæres dicitur mutuaſſe retro pecuniam alienam: ergo nul lo modo erat dominus, cum aliàs non procederet uerbum ueritatis, & hęc duo ultima allegat hic Crotus. ſed tu potes allegare fortiorem tex. in l. proinde.ſupra ſi certum petatur. qui dicit quòd legatario repudiante à die aditæ hæreditatis uidetur fuiſſe hæredis, & ſic utitur uerbo fictionis, Et facit fortiter tex. in l. liber homo. in fin. ſupra ad leg. Aquiliam cum lege ſequenti. ubi ſi ſeruus legatus fuit poſt aditam hæreditatem occiſus actio competit legatario. teneas igitur communem opinionem quæ iuſtificatur cum illa diſtinctione dominii naturalis & ciuilis, & naturale dominium ſufficit ad faciendam confuſionem iurium: ſed præualet dominium ciuile, quòd uerè eſt in legatario à die aditæ hæreditatis, & fingitur retro ad tempus mortis, legatario uero repudiante do minium ciuile, anullatur & corruit & præualet dominium naturale, ut hæres ſemper fuerit do minus retro etiam poſt aditam hæreditatem, & ad prædicta addas ea quæ latè dixi in l. j. ff. de leg. primo.

304 Tertiò quærit Bar.† utrum hæc fictio procedat in his quæ ſunt mixtim iuris & facti. & con cludit quòd ſic, deducendo exempla de contractibus in l. neceſſario. §. quod ſi pendente. periculo & commodo rei uenditę, & l. potior, & l. qui balneum. ff. qui potiores in pignorib. habeantur, Et confirmatur à fortiori per præcedentem concluſionem: quia ſi in his quæ ſunt meri iuris procedit, fortius in his, quæ ſunt iuris & facti: tamen poteſt dici quòd exempla præcedentis concluſionis ſint de mixtura iuris & facti: quoniam ut dixi fictio eſt in perſona quæ retro habuerit iura, non autem in ſubſtantia iurium.& exempla de contractibus poſſunt conuenire præcedenti concluſioni: quoniam exiſtente conditione naſcitur obligatio, & actio quæ meri iuris eſt, & illa trahitur ad tempus contractus perinde ac ſi ipſe fuiſſet purus, & ius emptori fuiſſet quæſitum, dicto. §. quod ſi pendente.

Item poteſt dici quòd imò fictio ſit ſuper facto: quoniam conditio eſt facti, l. qui hæredi. & l. in facto. ff. de conditio. & demonſtratio. & ille retrotrahitur dictis iuribus, & propterea ex omnibus iuribus coniunctis iſtæ tres con cluſiones apparent uerę, & eas ſequitur doct. & omnimodo tenendæ ſunt, non inſpectis tot ſub tilitatibus, cum rariſſime iura ſine aliquo adiūcto conſiderari poſſint, & de iſtis tribus conclu ſionibus nō eſt amplius dicendū principaliter.

305 ˙˙bdit† poſteà Bar. ponendo materiam con ditio. & actuum conditionalium, utrum con ditio u. ... conditionalis trahatur retro, & ponit reg ... cum tribus fallentiis. regula eſt quòd co ... itio ex ſui natura trahitur retro: quia ex ... entia ipſius habet principium ab origine conuentionis. unde trahitur ad ſuum principium: ſed limitatur non procedere in his quæ tempore exiſtentis conditionis non acquiruntur, ut eſt dominium in contractibus, quod non trahitur retro. ſi enim quis uendidit, donauit, uel promiſit rem ſub conditione, eueniente conditione naſcitur obligatio & actio, l. cedere diem. ff. de uerbo. ſignifica. & illa trahitur retro, ad tēpus cōtractus: ſed dominiū nō trahitur retro: & ratio aſſignatur per Bar. hic quia illud dominium eueniente conditione nō acquiritur: ergo non poteſt retrotrahi deficiente extremo à quo habili, ut ſupra dictum fuit, & infra dicetur, & quòd non acquiratur probatur: quia ſi contractus fuiſſet factus purè ex ſola conuentione non acquireretur dominium. ſed eſſet neceſſaria traditio. l. traditionibus. C. de pact. & l. ab emptione. ff. de pact. & inſti. de

306 emptio. & uendi. §. cum autem emptio. † ſed conditionis exiſtentia non poteſt plus concedere quàm faceret contractus purus: ergo nec illud dominium acquiritur, & per conſequens nec poteſt retrotrahi, & ideò tu debes facere concluſionem quòd fictio hæc in actu conditio nali trahit retro totum illud quod acquiritur per exiſtentiam conditionis, & non aliud: quia ſi non acquiritur deficit extremum à quo, & nō poteſt retrotrahi. unde ſequitur quòd ſi primo uendita fuiſſet res ſub conditione, & poſteà ſecundò fuiſſet uendita, & tradita exiſtentia con ditionis non facit ut retro uideatur tradita. primò iux. l. quoties. C. de rei uendicatio. & hic per Crotum: tamen uidetur quòd ratio Bar. non concludat: quia ad retrotractionem non inſpicimus quod acquiritur tempore contractus: ſed ſolum quod poſſibile eſt acquiri: quia extremum ad quod ſufficit eſſe habile potentialiter ut ſupra concluſum fuit ſecundum omnes. Sed defendendo dicas illud uerum eſſe, ſed tamen aliud requiritur quod extremum à quo ſit habile eſſentialiter, & quòd ſubiectum fictionis omnimodo interueniat, & ſit in rerum natura ut poſſit trahi. ſed dominium per exiſtentiam conditionis non eſt in perſona ip ſius emptoris: ergo non poteſt trahi retro quamnis millies extremum ad quod eſſet habile.

307 Ex † quo infertur quòd in caſibus in quibus per contractum ſolum acquiritur dominium ſine traditione, quod contingit ex ſpeciali priuilegio in l. ſi. C. de ſacroſanct. eccleſ. & aliis caſibus no. in l. ſi ager. ſupra de rei uendicatio. & licèt actus ſit fictus, acquiſitio tamen dominij uera eſt, & ideò in illis caſibus etiam per hanc fictionem dominium poterit retrotrahi: quia extat extremum habile, & omne aliud quod poſſet acquiri per conditionem eadem ratione poterit retrotrahi, Et habes aliam declarationem ut regula quòd conditio retrotrahatur intelligatur dummodo extremum ſit habile, iuxta l. quoties. infra de nouatio. Et habes etiam ſecundam declarationem ut non

procedat in habilitate ad acquirendum: quia ſi ſuperueniat ante conditionem facit ut obligatio naſcatur per cōditionis exiſtentiam, quæ oon fuiſſet oata tempore contractus, l. ſi rem meam. ff. de uerbo. obligationibus, & eſt ratio; quia ibi impeditur obligatio ratione ſolutionis quæ fieri non poteſt, quæratio ceſſat tẽpore exiſtentiæ conditionis.

308 Secundò † limitatur ooo procedere dicta regula in conditioue poteſtatiua quæ ooo trahitur retro, per dictam l. potior. in prin. & leg. balneum. §. amplius, in fi. ff. quibus mod. pigous uel hyppo. ſolu. & ſic conſtituitur diſterentia an implementum conditionis dependeat à uoluntate debitoris uel ne, ut in dictis iuribus habetur.

Dicebat tamen hic Crotus quòd ſi mulier promiſit dotem marito, & poſt longum tempus numerauerit, nihiloominus præfertur creditoribus quibus medio tempore hypotecauit bona ſua: quia non poteſt rectè dici fuiſſe in poteſtate mariti non accipere pecuniam promiſſam oe indotata mulier effi.eretur, per tex. io l. j. ff. qui potio. in pig. habea. qui licèt loquatur in caſu quo maritus obligauit bona ſua pro dote; tamen etiam poteſt procedere in tacita hypo. argumentatia: quia taciti, & expreſſi eſt idem iudicium, l. cum quid. ff. ſi cer. peta. & ſequitur Fulgo. in coof. 116. proponitur quòd Doratea. Ang. in l. ſi filius. ff. de uerbo. obligationi. qui modificat hanc limitationem ut procedat reſpectu obligationis principalis tantum, noo autem quo ad obligationem acceſſoriam, & uſurarum: quia in uſuris conditio poteſtatiua trahetur retro, per tex. in Lucius Titius. qui potio. in pigno. habeantur, & ſequitur Imo, in dicta lege ſi filius. Crotus tameo reprehendit: quia qua ratione conditio poteſtatiua non trahitur retro quantum ad obligationem principalem, eadem ratione nec quo ad acceſſoria, cap. acceſſorium. de reg. iur. in 6. l. prima, & ij. C. per quas perſonas nobis acquiri. maximè cum obligatio uſur. ſit odioſa.

Nec obſtat dicta l. Lucius. quia ibi non adeſt conditio poteſtatiua quæ pendeat à mera uoluntate & poteſtate ipſius debitoris, & mihi placet. Alias limitationes addit hic Crotus nu. 39. quas uideas parte: quia continentur in prædictis ſeu in ratione prędictarum, qui etiam addit quòd prędicta regula habet etiam locum in diſtractibus. nu. 40. Bal. Imo. Ang. Raphael. in dicta l. ſi filius. ff. de uerbo. obligatio. inferentes ut per eos ibidem, & eſt bona ampliatio, & utilis.

309 Tertio limitatur dicta regula † quòd conditio retrotrahatur, non procedere in legatis conditionalibus: quia in eis nedum conditio poteſtatiua, ſed oec etiam caſualis retrotrahitur, per tex. in lege ſi mater §. & an eaodem. ff. de exceptio. rei iudi, & l. prima. §. ſerui appellatione. ff. ad Syllanianum, & confirmat: quia quādo per exiſtentiam conditionis acquiritur dominium illud retrotrahi debet, ut ſupra dictum fuit. ſed io legatis non retrotrahitur: ergo demonſtratur quòd legata conditionalia nullo modo retrotrahuntur, l. Sempronius Attalus. ſupra de uſufr. lega. & probatur ſimiliter: quia ſi traheretur retro fructus acquirerentur ipſi legatario tanquam ipſe retro fuiſſet dominus: ſed quantum ad fructus non trahitur retro, ut eſt tex. in l. mulier. §. alia. ſupra ad Trebellianum. ergo probatur quòd legata conditionalia: nec conditio in eis exiſtens nullo modo retrotrahuntur, & Bar. iotelligit etiam quantum ad obligationem perſooalem, & realem.

Cui tamen concluſioni aliqua relata hic per Iaſ. & Crotum uidentur obſtare. ſed ut melius intelligas, & poſſis reſpondere contrarijs præmitte quòd in legatis dies dicitur cedere uarijs modis, & ſi quidem ſunt legata pura primo cedit dies quantum ad tranſmiſſionem à die mortis teſtatoris.

Secundò cedit dies quantum ad effectum debendi à die aditæ hæreditatis tantum: quia ante nulla eſt perſona quæ poſſit obligari, & hæres adeundo hæreditatem uidetur quaſi contrahere cum creditoribus & legatariis. §. hæres. in ſti. de obligatio. quæ ex quaſi contractu naſcuntur, & hoc tempore etiam cedit quaotum ad fructus & dominium, ut ſtatim res efficiatur legatarij & fructus ei uerè debeantur, dicta l. ſi tibi homo. §. cum ſeruus. ff. de leg. primo. quæ ceſſio cum omnibus iſtis effectibus trahitur retro uſque ad mortem teſtatoris, ut illo tempore fiogatur obligatio nata, & dominium acquiſitum, & fructus etiam debeantur l. à Titio. ff. de fur. & leg. Herennius. ff. de uſur. Et hoc etiam tempore cedit dies quantum ad petitionem: quia in legato puro nata obligatione petitio in contioenti fieri poteſt.

In legatis io diem ſimiliter quantum ad tranſmiſſionem incootinenti cedit dies à morte teſtatoris, leg. prima. §. io nouiſſimo. C. de caduc. tollend, niſi in legatis libertatum & uſuſfructus ut ibidem in. §. libertatibus. & quòd tranſmiſſio fiat in legatis in diem probat expreſſè tex, in dict. §. in libertatibus, uerſi. & hæc quidem omnia.

Secundò cedit dies in legatis in diem ab adita hæreditate quantum ad obligationem, l. Sempronius Attalus. de uſufructu lega.

Tertiò cedit quantum ad petitiooem adueniente die & non ante. l. prima. §. fina. ff. quando dies uſuſfructus cedat, & eodem tempore etiam cedit quantum ad fructus, & ad dominium, dicta l. Sempronius Attalus. & per [illegible] ibidem io primo notabili. Sed tamen [illegible] trahitur retro acquiſitio dominii: ne [illegible] quantum ad fructus: quia hæres dicitur ten[illegible] rem ex uoluntate teſtatoris qui uoluit eidem dare hāc comoditatem dilationis.

310 In † legatis autem conditinnalibus nulla poteſt euenire ceſſio legati : ſeu non poteſt cedere anre cnnditionem : neque quantum ad tranſmiſſionem: neq; quantũ ad obligationemi neq; quantũ ad petitionem, neq; quantũ ad fructus, & dominium. l. j. §. ſinautem ſub conditione. C. de caducis tollendis . l. prima & per totum. ff. & C. & no. in l. cum filius familias . in fi. ff. de lega. j. ubi Bart. & ego ibi latè etiam dixi. ſed in iſtis legatis conditionalibus cedit dies quantum ad omnia iſta à die exiſtentiæ conditionis, & illa exiſtente incipiunt deberi, poſſunt tranſmitti, domininm acquiritur, & fructus incipiunt deberi, & in omnibus prædictis omnes conueniunt. per quas concluſiones habes quòd dicta comprehendat lex quæ legata . ff. de reg. iur. quæ dixit quæ legata tranſmitti poſſunt acquiruntur patri, & quæ non poſſunt tranſmitti non acquiruntur, de quo infra dicetur.

Sed tamen dum Bar. fecit generalem concluſionem quòd legata conditionalia non trahuntur retro : neque quantum ad obligatinnemine què quantum ad tranſmisſionem : neque quantum ad fructus : neque ad dominium, contra eam ipſe adducit multa . & doctores multa addunt per quæ hæc concluſio uidetur dubitabilis, uel ſaltem hæc generalitas uidetur reſtrin-

311 genda †, Et primò, quòd imò legata quantum ad omnia trahantur retro uidetur tex. in dicta l. qui balneum . §. ſed & ſi hæres. ff. qui potio. in pigno. hab. ubi præmiſit Iuriſconſultus, quid ſi conditio in contractibus apponitur, illa trahitur retro, ut obligatio pignori facta tẽpore contractus præferatur alteri obligationi puræ, & ſubdit poſteà per dictionem . ſed etſi, quæ ponit identitatem iuris . l. ſed etſi . de petitione hæredita . Idem eſſe in legatis conditionalibus : ſi hæres obligauerit rem pro ſoluendis legatis conditionalibus, & poſteà obligauit alteri purè , & domum exiſtat conditio quòd illa trahitur retro, ut legatarius conditinnalis præferatur illi creditori puro . & ſic in omnibus æqoiparat legata conditionalia contractibus conditionalibus . propter quem tex. dicebat Matheſi. in not. 196. quòd Bart. ponit deciſionem contra caſum in terminis. Bal. uerò in dicta l.ſi. §. ſed quia. C. communia de legatis reſpondendo diſtinguebat, & imo . & Roma. hic ꝙ in legatis conditionalibus ſubſtantia legati trahitur retro : ſed non alia : neque etiam quantum ad tranſmiſſionem , quæ diſtinctio non habet in ſe rationem , uerbalis eſt & uidetur deſtructiua iurium. Imn. uerò dicebat quòd trahitur retro quantum ad obligationem per-[illegible] [illegible]em cui habet accedere hypo. & ita loquitur [illegible] tex. non autem trahitur retro quantum ad dom[illegible] & fructus, per iura per Bar. allegata . Sed [illegible]nc etiam. reprehendit Iaſ. hic per l. Neratit[illegible] . ff. de manum . teſtam. & l. primam. §. ſerui a[illegible]ellatione. ff. ad Sylla. Iaſ. uerò hic in fi. reſpondit quòd in legatis conditionalibus non dicit tex. quòd conditio trahatur retro : ſed bene decidit quòd in pignnre præfertur legatarius : quia pro re legata pignus ei prius fuir datum, & ſic quo ad ius prælationis in genere non debet eſſe in poteſtate debitoris reſſilire à contractu pignoris , ut innuit tex. in dicta l. qui balneum. in prin. Sed nec etiam hæc ſolutin rollit contrarium : quia hoc non poteſt eſſe niſi conditio traharur retro , & tex. expreſſè hoc innuit dum æquiparat contractui conditionali.

312 Vnde † quarta ſolutio melior dari poteſt ꝙ ibi nnn dicitur legati conditionem retrotrahi, ſed eſt conditio contractus pignoris : quia hæres obligando pignus repetit conditionem in legato poſitam, & hoc eſt quod uoluir dicere tex. in illa æquiparatione facta : nam non ęquiparat contractus ac legata: ſed contractum pignoris ſuper legato conditionali poſitum ad aliũ contractũ, & uidetur eſſe realis reſponſio.

Sed tamen ei obſtat fortiter tex. in lege prima. §. ſub conditione. ff. ut leg. nomine caueat. ubi ſtipulatio appoſita ſuper contractu cõditionali aſſumit naturam actus, ut nec etiam tranſmittatur ſicut nec legatum : ergo in hoc debet aſſumere naturam legati ut retro non trahatur, ſed defendendo dicas quòd in hoc non aſſumit naturam cum ratione : quia ſi legatarius moriatur tota ſtipulatio annullatur, & non tractatur de retrotractione, dicto. §. ſub coudicione. ſed quando uiuit legatarius ſtipulatio retinet naturam ſuam ut ipſa fortius obliget, & plenius prouideat & in ſpecie in aſſecuratione ipſius debiti legati, & ſic reſolutio eſt quòd legata conditionalia neque eorũ conditiones rętrotrahũtur : ſed bene contractus qui ſuper legatis apponuntur , cum conditiooe legati trahuntur retro ex eorum natura uiuẽtibus ipſis legatarijs, & hic eſt uerus intellectus & notabilis ad illum tex.

Ex qua declaratione tu potes etiam ſaluare reſponſionem Romani & Raphaelis hic, quòd legata quantum ad obligationem perſonalem retrotrahantur. Nam hæres adendo contrahit cum creditoribus, & legatarijs, & promittit ſoluere omnia legata, dicto. §. hæres. de obligatio. quæ ex quaſi contractu naſcuntur, & ſic etiam uidetur promittere legata conditionalia ſub illa conditione quæ promiſſio cum ſit contractus interuiuos poteſt ſeruare naturam ſuã, ut conditio retrotrahatur & obligatio, & actio retrotrahatur ſicut in contractibus. quod bene nota.

313 Secundo † cõtra dictam concluſionem Bart. quòd legata conditionalia non trahantur retro, adducitur l. Neratius ſup. de manu. teſtam. ubi ſi relicta ſit libertas ſi nullus naſcetur filius teſtatori, ſi ueniat ꝙ moriatur relicta uxore prę gnante, & poſteà poſthumus nõ naſcatur, uel naſcatur abortiuus, libertas cõpetit, & ſic iſta con

ditio ſi naſcatur, quæ uerificatur nato abortiuo, uel poſtquàm apparuit uxorem non fuiſſe prægnantē retrotrahitur ad tempus mortis: ergo uidetur quòd in legatis conditio retrotrahatur quantum ad plenum effectum legati ut libertas competat, & ſic dominium quæratur. Bal. in eodem loco dicebat quòd ſubſtantia legati trahitur retro: ſed non trahitur retro quantum ad diſpoſitionem medii temporis ut tranſmittatur. Ssd iſtam diſtinctionem quamuis per multa confirmatam à Iaſon. Roma. hic in ultima col. repræhendit: quia non poteſt apparere ratio diuerſitatis inter ſubſtantiam legati, & eius acquiſitionem, cum ſubſtantia legati uideatur ipſa afferre ipſam acquiſitionem & idcò dicit eam eſſe potius uerbalem & non realem.

Vnde Roma. dabat aliam diſtinguendo inter conditionem affirmatiuam & negatiuam, & dicens quòd ſi conditio affirmatiua ſit, ut ſi Titius conſul factus fuerit, uel filius natus erit, illa non trabitur retro, dicta l. prima §. ſerui appellatione. ſed ſi eſt conditio negatiua nt ſi nullus filius naſcetur, tunc illa trahitur retro, dicta l. Neratius. & uidetur tenere Benedictns de Plumbino in dicta leg. Neratius. in ultimo notabili.

Sed tamen hæc ſolutio nec etiam eſt bona. Primò: quia nulla reperitur negatiua conditio implicitè non ſit affirmatiua: quia negatiua reſtricta ſemper habet implicitam affirmatiuā, ut per Decium in cap. quoniam contra. de probationibus in no. & ſuper prima glo. ideò hæc ſi nullus erit filius æquipollet illi ſi dicebat ſine liberis.

Secundò etiam non procedit: quia ſi eſſet appoſita conditio ſi mihi naſcetur filius illa traheretur retro quàmuis ſit affirmatiua, per tex. in l. ſi quis prægnante. ff. de reg. iur. & l. iscni. ff. quando dies leg. ceda. quoniam nato filio illa condi: io trahitur ad tempus mortis.

Vnde Bar. in l. cum ſine præfinitione. ff. quādo dies legati cedant primò dicit, quòd loquitur in conditione negatiua, poſteà reſpondet quòd ibi eſt certum in rerum natura non poſſe exiſtere conditionem ſi mulier eſt uacuo uentre quæ reputabatur prægnans. & ita procedit dicta l. Neratins. ſi uerò mulier eſt pręgnaus & partus & poteſt naſci & non naſci, ipſe uult quòd ſi non naſcitur non fuerit retro impleta conditio. l. cum quidam. §. quod dicitur, & §. quod ſi unum. §. quid ergo. ff. de acquir. hæredita. ſed Iaſ. & bene repræhendit: quia eſt contra illum tex. qui generaliter loquitur, & eſt diuinate quòd ibi mulier fuerit uacuo uentre: ſed tamen aliter non reſpondet.

314 Tu dicas† quòd ibi fictio non trahitur retro: quia illa uerificatur tempore mortis, & non poteſt trahi ad tempus teſtamenti. ſed uerificatio ibi eſt in ſuſpenſo non autem trahitur retro, & euentus futurus declarat quid eſſet tempore mortis: nam ſi naſcetur de facta eſt conditio. ſi uerò non naſcetur ab initio fuit impleta, & nihil trahitur retro: ſed lex fingit tempore mortis nullum habuiſſe filium, & nec etiam fuiſſe conceptum ut declarat glo. in dicta l. ſi quis prægnantem. ff. de reg. iur. ſumma eſt ergo reſponſionis, quòd ibi conditio non trahitur retro: ſed uerificatio ſtat ſuſpenſa & incerta, & declaratur per euentum futurum. undo non obſtat.

Tertiò contra Bar. adducitur ratio: quia fauorabiles ſunt ultimæ uoluntates: arg. l. impoſſibilis. de uerbo. obligationibus. coniuncta l. non ſolum. ff. de actio. & obligationibus. ergo deberet facilius in ultimis uoluntatibus retrotrahi. Sed reſponderi poteſt quòd fauorabils eſt ut non trahatur retro, ex eo: quia fauet hæredi. & declarat uoluntatē teſtatoris eſſe quòd hæres habeat illam commoditatem. l. mulier. §. alia. ff. ad Trebellia. no. in l. in fideicommiſſaria. in fi. eo. tit. facit tex. in l. in quantitate. §. in diem. ſupra ad l. falcidiam.

Quartò retorquetur tex. in l. prima. §. ſerui appellatione. in uerbo uideantur. ſupra ad Syllanianum, quod uerbū denotat fictionem, ergo an fingitur eſſe legatarii ſecundum Crotum hic, quæ retorcutio tamen eſt ſine ſapore: quoniam ſenſus literæ deſtrueretur, quæ uult quòd non deſinat eſſe hæredis per exiſtentiā conditionis, & dicit quòd medio tempore hæredis ſunt: nec conditio quæ facit de præſenti deſinere eſſe hæredis, uidetur facere ut non uideantur interim eius non fuiſſe, id eſt, non facit quòd hæres retro non fuerit dominus, uel facit ne fingat, eſſet enim opus eius interim fuiſſe, eſſet enim opus quòd fictio eſſet eius non fuiſſe, quæ præſupponit ueritatem eſſe eius fuiſſe.

315 Quintò† Bartolus contra dictam opinionem adducit l. in ratione. §. primo ſupra ad leg. falcid. ubi ſi ſeruus eſt legatus ſub conditione, & exiſtat conditio non impetatur: hæredi ad computationem falcidiæ & ſi non extitit conditio imputatur ergo conditio trahitur retro ut ſeruus non uideatur fuiſſe hæredis. Reſpondet Bartolus quòd ibi eſt ſpeciale fauore hæredis, ut non impediatur detrahero falcidiam, quæ ſolutio innuit contrarium: quia imò fauor eſt non detrahere falcidiam, quæ contra uoluntatem teſtatoris detrahitur, & eſt odioſa, & contra uoluntatem teſtatoris. l. Titia. ff. ad leg. Falci. & dixi in rub. ff. ad leg. falcidiam. Item in ſecundo caſu adhuc etiam eſt fictio, & tamen detrahitur ſalcidia. Vnde ſecunda poteſt dari ſolutio quòd ibi non agitur de retrotractione conditinnis, quod patet [illegible] quia ſi traheretur retro ſequeretur quo[illegible]gatarius fuiſſet dominus, quod no[illegible]poteſt eſſe mortuo ſeruo per exiſtentia[illegible]ditionis, cum non poſſit acquiri lega[illegible]o dominium eius quod non eſt in rerum na[illegible]a, l. huic ſcripturæ. & l. liber homo. §. fi. ſup[illegible] ad leg.

qui-

Aquiliam, & l. neceſſario. §. quod ſi pendente. de periculo & commodo rei uenditæ, cum deficiat extremum à quo ut ſtatim concludit Bar. in alio caſu de dominio in contractibus.

316 Vnde ipſe † Bar. infra uerſi. reſtat. uidetur dare aliam ſolutionem dicens quòd ibi eſt fictio negatiua nõ eſſe hæredis quæ haber locum in legatis: quia non exiſtere eſt eius extremum unde tenet quòd ibi conditio retrotrahitur; ſed tamen eſt negatiua conditio ꝙ non fuerit hæredis, & hoc modo non faceret ſed dare potius limitationem quòd conditio negatiua in legatis traheretur retro ſecundum tex. in l. quædam ff. de reb. dub. quæ ſolutio nec etiam eſt bona: quia nulla eſt differentia inter conditionem affirmatiuam & negatiuam ut ſupra dixi, & ibi etiam dicam.

Vnde poteſt dari alia ſolutio quod ibi nulla eſt retrotractio. Nam lex falcidia uolebat quòd omne damnum contingens in rebus hæreditariis pertineret ad hæredem. l. in ratione ſecunda. eodem tit. & inſti. ad leg. falcidiam. §. cum autem. Item uolebat quòd pretia ſeruorum manumiſſorum non computarentur in ratione falcidiæ, dicto. §. cum ratio, & quod ſerui liberati non eſſent de hæreditate in computatione, & in dicto. §. primo per conditionis exiſtentiam apparuit quòd erat ſeruus liberatus, & quòd pretium eius non erat imputandum in patrimonium, & per defectum apparet quòd ſemper fuit in patrimonio, taliter ꝙ illa conditio non trahitur retro; ſed illud dubium de dominio declaratur per exiſtentiam conditionis ſequentis: ſicut dicitur in ſimili in l. ſi tibi homo. §. cum ſeruus, ff. de leg. primo, & ſic non facit ſicut nec lex Neratius.

317 Sextò † contra dictam concluſionem Bar. adducit l. finalem. §. ſin autem. C. communia de leg. ubi alienata re ſubiecta fideicommiſſo conditionali, ſi eueniat conditio, reuocatur omnis actus factus per hæredem perinde ac ſi nõ fuiſſet factus nec ſcriptus, & dominium recta uia tranſit in fideicommiſſarium; cui datur utilis rei uendicatio contra quoſcunquè poſſidentes reiecta omni uſucapione. Reſpondet Bar. quòd ibi nulla ſit retrotractio circa legatum ſi bene inſpiciatur: & plus non dicit, quæ reſponſio eſt dubia. poteſt tamen declarari quòd intentio eius fuit dicere quòd ibi non reuocatur actus ut retro factus: ſed ſolum hodie reuocatur, & tranſit dominium in legatarium hodie, & incipit hodie competere actio perinde ac ſi non fuiſſet facta uenditio, quod tamen non eſt tutum: quia ibi reuocatur hypotheca facta, quæ non annullatur niſi: quia trahitur retro dominium in legatarium ut hæres uideatur obligaſſe rem alienam. l. rem alienam. ff. de pignor. [illegible] & tex. ibi dicit haberi ac ſi contractus non [illegible] conſcriptus, & ſic non factus, ità quòd [illegible] detur haberi reſpectus ad principium.

Sed defendendo Bartolum poteſt dari alius ſenſus, quòd ibi conditio legati non retrotrahitur; ſed eſt ipſa lex quæ in odium hæredis annullat omnem alienationem & hypothecam, perinde ac ſi non eſſet facta, ſi eueniat conditio fideicommiſſi, & ſic ibi erat conditio in diſpoſitione ſeu annullatione legis quæ trahitur retro, id eſt, annullatio legis ſecuta conditione trahitur retro ad principium contractus, & per exiſtentiam cõditionis declaratur quòd lex retro annullauit illum contractum, & omnem eius effectum, & hæc uidetur eſſe uera.

Tertia poteſt dari ſolutio fatendo quòd conditio legati trahitur retro: tamẽ ibi eſt ſpeciale in odium auaritiæ hæredis, & hoc nouiter induxit Iuſtinianus ibi: ſed poſtcà obſtat: quia retrotactio non poteſt eſſe ità potens ut faciat quòd habeatur ac ſi alienatio non eſſet facta, dicta l. qui balneum, & l. potior. unde præcedens ſolutio melior uidetur quòd ibi eſt legis annullatio quæ exiſtente conditione declaratur ab initio ſuſtuliſſe totum contractum. Alias etiam oppoſitiones facit Bart. quibus ipſe reſpondet, & non eſt opus inſiſtere.

318 Idcircò apparet hucuſquè ꝙ opinio Bart. uera eſt ut legata conditionalia retro non trahantur, & pro eius opinione facit: quia conditio legatorum debilior eſt multum conditione appoſita in contractibus. Nam in contractibus eſt ſpes debitum iri: ſecus in legatis. §. ex conditionali. inſti. de uerbo. obligationibus. & ultra rationem ibi aſſignatam hæc etiam eſt bona quòd ibi tranſit ad hæredes quia trahitur retro, & facit contractum efficacem, & hæredem obligari, dicta l. neceſſario. §. quod ſi pendente, & per hoc conſtitutum poteſt fieri de debito conditionali, non de legato, ut per Raphaelem in le. ſi filius. ff. de uerbo. obligatio. per l. id quod. ff. de conſti. pecunia. Item creditor conditionalis & creditor & promiſſor debitor, & non ex cauſa legati. l. is cui. ff. de actio. & obligatio. & no. in l. j. in fi. ff. ſi cer. peta. Item quod debetur ex cõtractu conditionali confertur; nõ autem ꝙ debetur ex legato cõditionali, l. ij. §. id quoq;. ff. de colla. bon. itẽ ſi creditor cui purè decem debentur legat debitori ſub conditione poterit hæres pendente conditione petere pecuniam debitã ſine obſtaculo exceptionis. l. purè in principio. ff. de exceptio. doli ſed ſi quis debeat mihi purè pecuniã, & eã per aliũ cõtractũ promittat alteri, non poterit interim peti, l. pecuniam quam. in fi. ſi cer. peta. Item ſi legatur aliquid ſub contrariis conditionibus quarum una omnino eſt extitura, legatum eſt conditionale, l. huiuſmodi. ff. quando dies legati cedat. ſecus ſi promittatur ſub contrariis conditionibus, l. Iulianus uerum debitorem. ff. de conditio. indebiti. quia in contractibus omnino eſt extitura cum ad hæredem tranſeat, ſecus in legatis, & ſi traheretur retro eadem omninò eſſent æqualia. per quæ habes ſeptem diſ

ferentias inter contractum conditionalem & legatum, quæ dependent ab hac una quòd conditio non trahitur retro in legatis, & alia octaua ponitur infra per Bar. & ibi dicemus. & Crotus hic refert per alium modum, & propreteà remanet omnino confirmata cõcluſio quòd legata conditionalia neque eorum conditiones retrotrahuntur.

Ampliatur procedere etiam in conditione negatiua, quàmuis Bar. ſupra & infra & docto. teneant contrarium: nam ſup. reprobaui: quia nulla eſt conditio negatiua quin etiam ſit affirmatiua.

Item ampliatur procedere quantum ad legẽ falcidiam, quàmuis Bar. poneret limitationem per dictam l. io ratione. §. primo. infra. ad leg. Falcidiam.

Item ampliatur procedere etiam in caſu l. finalis. §. ſin autem ſub conditione. C. communia de leg. quàmuis aliqui facerent limitationem, quod tamen non rectè probatur.

319 Limitatur † uerò quando eſt eadem conditio cum hærede. l. hæredis aditio. & l. cum illud. in fi. & l. ſi cum dies. ff. quando dies legati cedant. ſecundum Crot. hic. quod etiam non probatur: quia tunc legatum non dicitur propriè conditionale. leg. 3. & ibi no. ff. de. lega j. unde ibi retrotrahitur legatum tanquam purum. ſicut fit in l. à Titio. ff. de fur.

Item limitatur in hypotheca tacita, le. j. C. communia de leg. ſecundum aliquos, quos tamen repræhendit hic Crotus & bene. Et proptereà apparet quod concluſio Bart. remanet multum generalis; quam tamen intellige procedere in terminis ſuis quando legata ſunt conditionalia, ſed ſi legata ſunt pura tunc illa ſemper trahuntur retro à die aditæ hæreditatis uſquè ad mortem teſtatoris. dicta leg. à Titio. ff. de fur. cum multis concordantibus ſupra adductis in ſuo ſpeciali articulo, & ſic legata pura magis trahuntur retro quàm conditionalia, quod uidetur mirum. ſed illud contingit propter aliam fictionem, uel propter conditionem neceſſariam quæ in eis ineſt, iuxta no. in dicta l. 3. ff. de leg. primo.

320 Prædicta † inferuntur per Bartolum ad reſolutionem multarum contrarietatum in legibus, & aliarum difficultatum. Et primo: quia in l. ſi filius. ff. de uerbo obligationib. dicitur quòd ſi filius familiàs contrahat ſub conditione, & poſtea emancipetur, & ſecuta emancipatione exiſtat conditio, obligatio acquiritur patri, & idem eſt quando filius familiàs promiſit ſoluere, & ſoluit emancipatus: quia pater obligatur de peculio, l. ſi uerò non remunerandi. §. ſi filio. il primo. ff. mand. & ſic inſpicitur inicium contractus, & ſtatus filii tempore contractus, non autem ſtatus filii tempore exiſtenti conditionis. Sed in contrarium quòd imò attendatur ſtatus filii qui ex tempore exiſtentis conditionis probat tex. in l. quidam cum filiũ. §. fi. inf. de uerbo. obligatio. & l. ſi debitori deportato. §. primo infra de fideiuſſoribus. ubi ſi filiu familiàs ſtipulatur à fideiuſſore quãtam pecuniam dabit Titio ſi ſoluat emancipatus, & reus & fideiuſſor obligantur filio, & non patri. & facit tex. in dicta l. ſi uerò non remunerandi §. ſi filio el ſecundo. ff. mandati ubi ſi filius familiàs mandauit ut ſoluatur Titio, ſi eidem poſt emancipationem ſoluitur actio competit filio & non patri. ſoluebat glo. in dicto §. ſi filio. rationem differentiæ eſſe: quia numeratio ſine alia promiſſione facit mutuum, l. certi cõditio. §. quoniam. ff. ſi cert. peta. & non habet dependentiam à contractu. Sed Bar. repræhendit: quia quando præceſſit contractus numeratio non facit nouum contractum, ſed eſt adimplementum primi, l. ſi ità ſtipulatus. §. fi. & l. cum enim. ff. de nouatio. & no. plenè in l. ſingulari. ff. ſi cert. petatur. ideò dicit ex præcedentibus apparere ſolutionem: nam in dicta l. ſi filius. eſt conditio caſualis quæ retrotrahitur, & perinde eſt ac ſi tempore contractus nata fuiſſet obligatio quæ tunc fuiſſet quęſita patri: ſed in aliis iuribus erat conditio poteſtatiua quæ nõ trahitur retro, & hodie incipit obligatio tẽpore quo eſt ſui iuris, & ſequuntur omnes hic, & in dicta l. ſi filius. Tamen unum obſtare uidetur quomodo poſſit eſſe fictio ibi cum non ſit extremum à quo habile: quia tunc non poterat fieri ille contractus ab eo exiſtente in poteſtate contra legem bonorum. ff. rem ratam haberi.

Proptereà Iaſ. ſupra & docto. in materia extremorum multum inſiſtebat in dicta l. ſi filius. ſed facilis eſt ſolutio: quia non eſt uerum quòd requiratur habilitas ut actus de nouo poſſit fieri: ſed ſufficit quòd interueniat actualiter res quæ retro eſt trahenda ut dixi ibidem inducendo in contrarium dictam. le. bonorum. cum fiat retrotractio mortuo exiſtente in contractibus, dicto. §. quòd ſi pendente, & dicta l. ſi filius per conditionem inducitur obligatio in filio uerè quæ poteſt retrotrahi ad tempus contractus, & ſic eſt extremum habile à quo ut requiritur.

321 Quæ † autem ſit ratio quòd in conditione poteſtatiua non trahatur retro obligatio non exprimitur per docto. hic: ſed implicitè uarias rationes aſſignant inf. in illa difficultate, utrum inſpiciatur ſtatus perſonæ tempore contractus uel tempore exiſtentiæ conditionis, & rationes ibi poſitas poſſes, & etiam hic ponere, & ſatis colligitur in dicta l. qui balneum. & l. potior. quia poterat non accipere, & ſic eſt in eius arbitrio non obligare, & propter arbitrium ipſius hæc conditio non uidetur habere dependẽtiam à principio. unde non trahitur ad principium: ſed in caſuali obligatio neceſſ[illegible] a inducitur in inuitum, & habet depende[illegible]m à principio, & ideò trahitur ad principiu[illegible], q facit lex Titius. ff. quæ res pignori obliga[illegible] poſſunt.

diffi-

322 Secundò † infertur ad reſolutionem alterius difficultatis quæ cauſatur à contrarietate legũ. Nam in dicta l. ſi filius. inſpicitur ſtatus ipſius tempore contractus quantum ad acquſitionem, & non tempus exiſtentiæ conditionis. & idem repetitur in l. quæ legata. §. fi. ff. de reg. iur. & tamen in legatis eſt totum contrarium ut patet in dict. l. quæ legata. quæ dicit quòd legata quæ tranſferuntur ad hæredes acquiruntur patri, & quæ nõ transferuntur acquirũtur ipſi filio: ſed legata cõditionalia nõ tranſmittũ tur: ergo nõ acquiruntur patri & filio, & ſic in legatis inſpicitur ſtatus filii tpe exiſtentis cõditionis. & idẽ dicitur in l. ſi uxor. C. de conditio. inſert. & l. ſi uſusfructus. §. fin. ſup. quand. dies lega. cedat.

Soluebat glo. in dict. l. ſi uxor. quòd in legatis nullum eſt factũ filii. ſed in contractibus eſt factum ipſius filii. hoc reprehendit Bar. quia & in contractibus poteſt non eſſe factum filii ſi ei donetur, uel notarius nomine ſuo ſtipulatur, uel quis nomine alterius abſentis mutuat, & eſſet durum dicere quòd hoc caſu non acquireretur patri, quæ tamen reprehenſio parum ſtringit: quia in donatione eſt factum ipſius in acceptatione tam per ſe quàm ſi notarius ſtipulatur. ſed magis confunditur ſolutio: quia in donatione cauſa mortis eſt factum filii, uel ſerui, ſicut in ſtipulatione, & tamen non trahitur retro, & acquiritur ipſi ſi eſt ſui iuris, l. fi. ff. de donatio. cauſ. mor. & l. ſed interim. §. primo. & §. ſequenti. de donatio. inter uirum & uxorem. Tamen pro glo. quòd imò trahatur retro facit l. ſenatus. §. fi. cũ glo. ff. de donatio. cauſ. mor. Ideò Raphael dicebat quòd quando donatio cauſa mortis fit per ſtipulationẽ, inſpicitur contractus & tempus dicta le. ſenatus. ſed quando fit ſine ſtipulatione oſtenditur tempus conditionis ut in aliis iuribus, & ſequuntur docto. tamen: quia in omnibus iſtis caſibus, ſemper æqualiter eſt factum filii, remanet quòd ratio non eſt bona. unde Bar. aſſignat rationem ſupra poſitam: quia in contractibus conditio retrotrahitur, ideò inſpicitur tempus contractus: ſed in legatis non trahitur retro, & incipiunt tempore exiſtentiæ conditionis, ideò conſideratur qualitas acquirentis tempore exiſtentiæ conditionis, quæ ſolutio uidetur ualde rationabilis: tamen ei obſtat: quia in aditione inſpicitur qualitas temporis acquiſitionis, l. non dubium. C. de iure deliberand. & §. ſi ſeruus alienus. inſti. de hæredi. inſtituend. & tamen illa dictio retrotrahitur, dict. l. hæres quandocunque, & l. omnia ferè, & l. omnis. de reg. iur. ergo hæc ſolutio non dependet ab hoc quòd non trahatur retro. cum in hæreditate eſſet opus quòd attenderetur ſtatus hæredis tempore mortis. Soluit Bar. negando ꝙ aditio trahatur retro ad iuris eff[illegible], & hic eſt unus caſus quo nõ trahitur, qui co[illegible]netur in dict. l. omnia ferè. in glo. in uerbo ferè. Sed hæc ſolutio eſt diuinatiua, & deſtructiua regularum illarum. Item non aſſignatur ratio quare hic ſit de illis caſibus, cum opus ſit quòd aditio retrotrahatur ne decedat pro parte teſtatus & pro parte inteſtatus.

Item non aſſignatur retro quare in legatis conditio non retrotrahatur. Sed tu potes defendendo rationem reſpondere quòd in aditione non eſt actus conditionalis: ſed eſt actus purus & ſicut ſupra dixi de legatis: nam legata pura trahuntur retro, & ibi aditio hæreditatis eſt actus purus, cum cõtingat in inſtitutione pura. uel potes dicere quòd ibi eſt conditio neceſſaria ad actum quæ habetur pro non conditione: ut no. in l. 3. ff. de leg. primo, & ſic in effectu eſt actus purus, nos loquimur de actu conditionali per conditionem uoluntariam. Chriſtophorus tamen de Caſtelliono aſſignabat tertiam rationem quòd in contractibus trahatur retro: quia eſt extremum habile ad quod in legatis non eſt habile ut legatarius efficiatur dominus uiuente teſtatore, l. qui ſuperſtitis. de acquir. hæredita. quod nihil eſt: quia idem eſſet & fortius in aditione hæreditatis, unde extremum ad quod ſumitur à die mortis teſtatoris, quo tpe nõ poterat eſſe dñs ut hic latius per Iaſ.

Quartam rationem aſſignabat Alex. & Imo. in dicta l. ſi filius. quia in contractibus ſpes eſt debitum iri, & fundata eſt & firma quæ tranſit ad hæredes: ſecus in legatis, dicto §. ex conditionali. hanc reprehendit Iaſ. ut per eum. Sed tu dicas quòd hæc non eſt ratio: ſed effectus dicti. nam ideò eſt ſpes debitum iri: quia trahitur retro & poteſt obligari hæres, dicta l. neceſſario, §. quod ſi pendente, ibi, quaſi in præteritum, nos autem quærimus quare trahatur retro in eis & & non in legatis, & attendatur ſtatus filij in cõtractibus tempore cõtractus, & in legatis attendatur ſtatus filii tẽpore conditionis exiſtentis,

Quintam rationem aſſignabat Raphael in dicta l. filius. quia in contractibus principium eſt forte, & potens cum amplius non poſſit reuocari, & legata poſſunt reuocari.

Item: quia certum eſt debitum iri in eis & non in legatis, quæ ratio non ualet: quia poſt mortem legata nec teſtamentum poſſunt reuocari. l. j. ff. de teſtam. & l. 3. in fi. de adim. leg.

Item quòd ſit certum debitum iri dependet ab eo quod retrotrahitur.

Ideò ſextam rationẽ aſſignat Imol. in le. dies incertus. ff. de conditio. & demonſtrationibus, ꝙ contractus ſicut fortiores: quia habẽt conſenſum duorum: ſecus in ultimis uolũtatibus. qđ etiã reprehendit Iaſ. & tu ultra eum dicas ꝙ hæc ꝓcedẽs cõfũditur ꝓpter cõditionẽ poteſtatiuã q̃ in contractibus non trahitur retro. Quare Iaſ. & Crotus uidentur concludere quòd nulla de per ſe eſt bona, ſimul autem iunctæ perficiuntur.

Tu autẽ potes ita dicere, Et primò, ſi q̃ritur quarè in lega. attẽditur tẽpus exiſtẽtiæ cõditionis, & ꝙ illa nõ trahatur retro, ratio ẽ q̃a cõditio nõ retrotrahitur, qua ſtãte ꝓncipiũ totius oblig. & ꝑfectio actus cõſideratur tpe conditio.

unde inſpicitur qualitas requiſitionis tempore
quo eſt perfectio actus & hoc probatur. quia
in cõtractibus quando conditio nõ trahitur re
tro inſpicitur qualitas acquirentis quæ reperi-
tur tempore exiſtentia conditionis, & ſtatim
concluſum fuit.

323 Si autem † quæratur quare in contractibus
trahatur retro conditio & non in legatis, uera
ratio eſt: quia teſtator uidetur apparere illam
conditionem, & dilationẽ temporis fauore hæ-
redis, ut ei prouideat de cõmoda ſatisfatione;
cum ipſe ſciat uires ſui patrimonii, & uidetur
uoluiſſe grauare hæredem ſecundum uires pa-
trimonii, & minus quàm ſit poſſibile, l. unum
ex familia. §. ſi tem. ff. de leg. ij. unde hæres di
citur habere fructus ex uoluntate teſtatoris, le.
mulier. §. alia. ſup. ad Trebellianum, & le. qui
quadringenta. §. qui ducenta. ſupra ad leg. Fal
cidiam ubi imputantur fructus in Falcidiam:
quia percipiuntur uoluntate teſtatoris, ſi enim
teſtator uellet quòd conditio traheretur retro
uideretur habuiſſe uoluntatem quòd fructus da
rentur ipſi legatario, & non ſic crearetur hæ-
tes facit lex Herennius. prima. ff. de uſur. & ſe
quitur hic Alcia nu. 44. inferens quòd ſi condi-
tio eſſet appoſita fauore legatarii traheretur rè
tro quo ad fructus & dominium, l. ſi ità relictũ.
§. Pegaſus. ff. de le. ij. & l. Secus Saturninus, & l.
in fideicommiſſaria. ſupra ad Trebellianum.

Non obſtat quòd aditio trahatur retro, & ta
men in ea inſpicitur conditio præſens in acqui
rente: quia non trahitur retro hoc caſu ut dice
bat Bar. cum eſſet inconueniens quòd exiſtens
ſui iuris deberet adire cum iuſſu & arbitrio al-
terius, & cum eſſet quædam prolixitas & repu-
gnantia in iure lex noluerit fingere quòd retro
uideatur facta quantum ad iſtam qualitatem
perſonæ in acquirendo: arg. l. ubi repugnantia.
ff. de reg. iur. & eorum quæ ſupra dixit Bar. in
aliis terminis per rationem contrarietatis, &
hæc de contractibus & legatis.

In inſtitutionibus uerò ſemper conditio re-
tro trahitur: ſicut & in inſtitutionibus puris uſ-
què ad tempus mortis, ne uideatur decedere
pro parte teſtatus & pro parte inteſtatus, ut
per Dyn. in cap. primo de reg. iur. in 6. in ulti-
ma quæſtio quem ſecutus fuit Bar. & alij.

324 Tertio dubitatur † an in iudicijs conditio cõ
tractus cõditionalis retrotrahatur, & dependet
à prædictis, an iudicio æquiparentur contracti
bus, uel an æquiparentur ultimis uoluntatibus;
& ſi æquiparantur contractibus, conditio ca-
ſalis trahatur retro, & non poteſtatiua. ſi ue-
rò æquiparantur ultimis uoluntatibus nulla cõ
ditio trahatur retro, & in ſpecie Bar. quæſiuit
de ſententia cõditionalia an trahatur retro ad
325 tempus prolatæ ſententiæ † & Bar. dicit quòd
non habemus tex. dicentem cui parti magis æ-
quiparentur iudicia, imò tex. in l. ſi ſeruus hac le
ge. ff. de manumiſſio. uidetur uelle quòd æqui-
paretur utrinquè. quia enumerat ſimul cum ultra

que, unde ipſe format quæſtionem. quid ſi ali
quis blaſphemans fuit condemnatus ut ſoluat
centum, & ſi non ſoluat intra decem dies quòd
amputetur ei lingua, & antequàm tranſeant de
cem dies ſit factum ſtatutum quòd omnes ban-
niti & condemnati poſſint rebanniri ſoluta cer
ta quantitate, & iſte condemnatus poſt ſtatu-
tum permiſit labi decem dies ut fuerit conde-
mnatus in amputatione linguæ poſt ſtatutum,
unde dubitatur utrum poſſit ſoluendo quanti-
tatem ſecundi ſtatuti rebanniri, & ſecundum
uerbum non continetur: quia hodie eſt conde-
mnatus in amputatione linguæ poſt ſtatutum
ut nõ poſſit comprehendens in eo quòd loqui
tur de præteritis condemnatis: tamen ſi trahe-
remus hanc ſentẽtiam hodiernã retro ad tẽpus
prolationis ſententiæ diceretur condemnatus
326 ante ſtatutũ † Sed bar. reſoluendo dicit, ſi eſſet
conditio caſualis in ſententia omnino trahere
tur retro. per l. j. §. biduum. inf. quando appellan
dum ſit, qui tex. uult quòd quando ſententia eſt
lata ſub conditione appellari debet inf. biduũ
à die prolatæ ſententiæ, nõ autem à die exiſten
tis conditionis: ergo tota uirtus ſentẽtiæ trahi
tur ad tempus prolationis, & propterea ſequi-
tur quòd æquiparatur ſententia contractibus,
in eis conditio poteſtatiua non trahitur retro,
dicta l. potior. ff. qui potio. in pignor. habean
tur, eodem modo nec in ſententia, & ità iudi-
cauit ipſe quòd non trahitur retro, & quòd nõ
poſſet contineri in dicto ſtatuto.

Secundò adducitur l. omnes. ff. de iudi. ubi
quis poteſt conueniri in eo loco quo contraxit,
per quam Bal. in l. j. C. de ſententiis quæ ſine cer
ta quãtitate dixit quòd iudicia ſunt redata ad
inſtar contractuum, & ſicut contractus incertus
non ualet ità nec etiam iudicium incertum.

Tertiò facit: quia in iudiciis quaſi contrahi
tur, l. 3. §. idem ſcribit. ff. de peculio. Bal. expreſ-
ſè in l. ſi. C. ſi plures una ſententia. & in l. ab exe
cutione. C. quorum appellation. non recipian-
tur col. ſi.

Quartò uerba ſententiæ ſunt ponderanda ſi
cut uerba contractuum, Bal. in dicta l. ab exe-
cutore. per le. ſi fideiuſſores magiſtratuum. §.
Aurelio. de fideiuſſo.

Quintò ità decidit Io. And. in regula cũ ſint
pretiũ iura. in mercurialibus uolẽs quòd ſi epiſco-
pus & communicauit aliquem ſub cõditione ſi
ille deſinat eſſe ſubditus illi epiſcopo, nihilomi
nus eſt excommunicatus, & debet ab eo abſol
ui, & ſic condictio caſualis non trahitur retro:
ſecus eſt ſi poteſtatiua, dicta l. potior.

Sextò facit ſimilitudo generalis: quia iudicia
ſiunt inter uiuos ſicut contractus, & inter partes
quæ poſſunt ſibi proſpicere.

327 Sed † in contrarium facit lex. non mirum. ff.
de pignor. actin. ubi arguitur de iudiciis ad
ultimas uoluntates, & è contrà, l. ex prima.
§. ſi pupillus. ff. de tutella & rationibus di-
ſtrahendis ubi arguitur de tutore dato à iudi-

ce ad

ex ad tutorem dato à lege, & l. qui teſtamento. §. nec furioſus. uerſi. cum enim. ff. de teſtament. ubi arguitur de eo qui non poteſt eſſe teſtis in teſtamento ad iudicium, & Bar. in l. centeſimis. §. ſi. de uerbo. obligationibus, & quia prohibitio facta à teſtatore impedit dominij acquiſitionem ſicut prohibitio facta à iudice, le.ſi quis ſciēs. ff.de cōtrahen. emptio.& per Bar.& omnes. in l. filius familias. §. diui. ff. de leg. j.

Iſtis tamen omnibus poteſt dari unica reſpōſio ꝙ non loquuntur in terminis retrotractionis conditionis: ſed in terminis ꝙ retrotrahatur cōditio eſt tex. in dicta l. prima. §. biduum, & doctrina Io. And. unde fortius in contrarium uidetur tex. in cap. prætereà. de appellationibus ubi ſi feratur ſentētia excommunicationis ſub conditione ſi non ſatisfecerit Sempronio infra uiginti dies, & appellat ante uiginti dies à ſententia licèt non ſatisfaciat illa ſententia impeditur obſtaculum appellationis, & ſic illa conditio poteſtatiua trahitur retro quātum ad appellationē: ſed non trahitur retro quantū ad excommunicationem: quia ſi traheretur ut excōmunicatus, & duraret ex cōmunicatus pendente appellatione, & ità ibi no.glo.& Abb.col. ij.

Reſpondet Iaſ. quòd ibi non determinatur an trahatur retro ſententia, ſed ſolum an ſit excommunicatus poſt appellationem: tamen hoc nihil eſt: quia ſi non eſt excommunicatus: ergo appellatio ſuſpendit ſententiā: ergo ipſa condemnatio ſecuta cōditione trahitur retro: quia ſi non traheretur nō poſſet appellato ſuſpēdere ſequentē ſentētiā quæ fertur per exiſtentiā cōditionis. unde Abb. ibi dicit ꝙ nō trahitur retro, appellatio impedit retrotractionem cū tollat ſententiam, quod tamen eſt contra dictam l. primam. §. biduum ſup. quando appelland. ſit.

328 Vnde† tu pro reſolutione dicas quòd ſententia in hoc capite retrotractionis non æquiparatur neque contractibus neque legatis: nam differt à legatis: quia in eis nunquam retrotrahitur, conditio ipſa uerò retrotrahitur dicto. §. biduum, & probatur in dict. cap. prætereà. dum appellatio ſuſpendit ipſam ſententiam, etiā adimpleta conditione poſteà. Item differt à contractibus: quia in eis conditio poteſtatiua non trahitur retro dicta l. potior, & tamen ſententia retrotrahitur dicto cap. prætereà, & probatur in dicto. §. biduum. qui ſimpliciter dicit, & generaliter quòd tempus appellationis currit à die prolationis ſententiæ: ergo ſecuta conditione retro uidetur condemnatus, & cum tex. ille non diſtinguat inter conditionem caſualē & poteſtatiuam: nec nos diſtinguere debemus. leg. de pretio. ff. de publicia. actio. & l. prima. §. gñaliter. ff. de leg. præſtand. cum ſimilibus.

329 Quinimò† uidetur quòd potius intelligatur de conditione poteſtatiua, cum plerunque illa ſoleat apponi in ſententia, & raro uel nunquàm apponatur conditio caſualis. Et pro iſta opinione quòd alia ſit theorica in ſententia, & ꝙ in ea ſemper omnis conditio retrotrahatur facit: quia ſi iudex ferret ſententiam in ultima die inſtantiæ tunc exiſtente conditione ſententia remaneret nulla: iux. no. in l. properandū. C. de iudi. & ſi eſſet iudex delegatus ſententia remaneret ſine iuriſdictione, & eſſet nulla. prætereà ſi non traheretur retro adhuc non eſſet condemnatus. ideò iudex poſſet mutare ſententiam, quod eſt contra legem quod iuſſit, & leg. iudex poſtquàm. infra de re iudicata. & propterea tutior eſt illa opinio quòd omnis conditio trahatur retro in ſententia, & quòd ea exiſtente uideatur condemnatus in die prolationis ſententiæ. & ideò tempus appellationis currit ab illo die, & per illam ſuſpenditur tota ſententia etiam cum conditione. dicto cap. prætereà, ne ſequatur quòd eueniente conditione ſententia uideatur lata partibus abſentibus & non citatis, & iudice non ſedente pro tribunali.

330 Qua† ſtante ſuccedit modo quòd in caſu propoſito Bart. malè inducauit: quia illa ſententia amputationis linguæ dependebat à prolatione ſententiæ, & pficiebatur p iuriſdictionē iudicis tūc tēporis conſiſtentē. unde in die prolationis ſententiæ fingitur condemnatus ad amputationem linguæ, & ſic ante ſecundm ſtatutum, & per conſequens debuit contineri in illo ſtatuto ut ſoluta pecunia ipſius poſſet rebanniri.

Addebat quoquè Bar. aliam rationem: quia ſtatutum abolitionis non comprehendit carceratos, l. Domitianus. ff. ad Turpillia. & l. ij. poſt principium. ff. de custo. reorum. ſed Iaſ. reprehendit hanc ſecundam rationem: quia deciſio poſita in dicta l. Domitianus. procedit quando abolitio fit non data indulgentia delicti: quia tunc non trahitur ad carceratos: ſed quando abolitio fit plena dando indulgentiam de delicto tunc bene comprehendit etiam carceratos, ut dixit Bart. met in dicta l. Domitianus, ad quem locum ipſe ſe remittit. ſed in hoc ſtatuto dabatur plena abolitio cum indulgentia delicti, ideò debuit continere etiam carceratos, & hoc etiam mihi placet.

Vnde etiam Iaſ contra totā deciſionem Bar. adducit: quia pœna amputationis manus ē ſubrogata loco pœnæ pecuniariæ: ergo trahitur ad illud tempus: quia ſubrogatum ſapit naturam rei cui ſubrogatur, l. ſi donatæ. §. j. ff. de donatio. inter uirum & uxorem & l. filia mea. §. Titia. ff. de conditionibus & demonſtratio. & licèt Iaſ. dicat poſteà quòd non eſt ſubrogatio, ſed quædam transfuſio: tamen adhuc argumentum militat per tex. in. §. fuerat. inſti. de actio. ubi eſt trāsfuſio, & capit eius naturam, & confirmatur quia benignior eſt interpretatio, ut etiam fatetur Bar. ergo ſumenda, l. ſi præſes. & l. ſi de interpretatione. ff. de pœnis, Et facit etiam quod uoluit Ioann. And. in additio. Speculi in tit. de obligatio. & ſolutionibus in ſi. rub. ubi determinauit quòd ſimile ſtatutum porrigitur etiam ad carceratos, & ſequitur Crotus hic nu.

41. & nu. 42. in fi. teneas igitur quòd omnis cō-
ditiu ſcutentiæ trahitur retro ad tempus prola-
tionis ſententiæ. & ꝙ Bar. hic malè iudicauit.

Nec obſtat quòd ſint duæ ſententiæ una pura
& alia conditionalis: quia uerum eſt, & admit-
titur. tamen non tollitur quin & ſecunda ſenten
tia fuerit lata quando fuit lata prima, & non aſ
ſumat uim ex illa prolatione retro facta, & ex
iuriſdictione, & inſtanria tunc exiſtente.

331 Quartò † ultra Bar. dubitatur quid de priui
legiis & reſcriptis, an conditio retrotrahatur?
quam quæſtionē reducunt ad aliam ſicut in præ
cedenti, an æquiparentur contractibus uel lega
tis, & quòd æquiparentur ultimis uoluntatibus
allegant cap. quia in coniunctis. de conceſſio-
ne præbendæ, aliàs eſt cap. j. col. 5. §. ſed extitit.
uerſ. ſicut cum legatur. de cōceſſione præbēdæ,
ubi per multa uerba Papa argumentatur de le-
gato actionis ad beneſitia, & cap. gratia. de re-
ſcriptis in 6. coniuncta l. cum pater. §. ſurdo. ff.
de leg. ij. ſed in contrarium quòd imò æquipa-
rantur contractibus arguitur: quia fiunt interui
uos ſicut contractus, & habent effectum in terui
nos, & ità arguit Imo. in clem. prima. de conceſ
ſio. præbendæ. ſed iſtæ argumentationes pa-
rum faciunt, cum glo. in iure canonico argumen
tentur de legibus iuris ciuilis in eadem mate-
ria & diuerſa. unde quæſtionis reſolutio uide
tur dependere à duobus iuribus, à cap. prote. de
reſcrip. in 6. ubi ſi Papa mandat ut prouidea-
tur uni de beneficio ſub conditione ſi conſen-
ſus epiſcopi & canonicorum interuenerit, & an
te conditionem impletam alteri concedat purè
beneficium, præfertur iſte ſecundus licèt exiſtat
conditio de primo, & ſic conditio non trahi-
tur retro. Aliud eſt capitulum quod incipit ſi ti
bi abſenti. eo. tit. ubi ſi ceditur beneficium ab
ſenti, in qua conceſſione eſt conditio, ſi ipſe ab
ſens acceptauerit, & ante occupationem conce
dat alteri, ſi exiſtat conditio præfertur pri-
mus, & ſic conditio trahitur retro. imò. in dict.
clem. prima tenet quòd conditio caſualis tra-
hatur retro, & non poteſtatiua ſicut in contra-
ctibus. ſed ei obſtat dictum capitulum pro te.
ubi eſt cauſalis, tamen non trahitur retro. Re-
ſpondebat idem Imo quòd loquitur de condi-
tione poteſtatiua, & etiam tenet ibidem Gemi-
nianus. Sed Iaſ. reprǽhendit & bene quòd ibi
non eſt conditio poteſtatiua imo caſualis: quia
non eſt in poteſtate acquirentis beneficium: ſed
in poteſtate alterius: ſicut ſi diceretur ſi Titius
aſcendet capitolium. Secundò reſpondet Iaſ.
quòd in illo tex. non trahitur retro conditio:
quia eſt conceſſum alteri purè beneficium, & in
ducitur impedimentum ad retrotractionem:
quia actus medius impedit coniunctionem ex-
tremorum, cap. quámuis. de reſcrip. in 6. &
glo. in l. ſi indebitum. ff. rem ratam haberi: ſi-
cut dicunt doct. de obligatione quando bona
prius ſūt quæſita ignatis. l. Gallus. §. & quid ſi tā
tū. ff. de lib. & poſth. Sed nec iſta eſt bona: quia
aliàs conditio nunquàm traheretur retro, & re-
trotractio fit ut ille actus medius annulletur, d.
l. qui balneum. & l. potior, quæ hoc dicunt in ter
minis, & facit lex fi. §. ſin autem. C. communia de
leg. Ideò tu tertiò potes reſpondere quòd ille
tex. loquitur in mandato quod quandocunquè
poteſt reuocari ante implementum. le. & quia.
ff. de iuriſdictione omnium. iud. & conceden-
do purè alteri uidetur illud mandatum reuoca
re, ſi non eſt adimpleta conditio, & ſic illud
non eſt propter fictionem translatiuam, ſed pro
pter reuocationem de toto actu.

Secundò contra concluſionem communem
potes inſtare de dicto cap. ſi tibi abſenti. ubi eſt
conditio poteſtatiua, & retrotrahitur, & adim
pleta annullat totum ſecundum actum. Potes
primò reſpondere quòd ibi eſt conditio tacita
ex natura actus: tamen non tollit quia fortius
impediret expreſſa.

Vnde ſecundò potes reſpondere quòd ibi
non ualet conceſſio in ſecundo, non quia condi
tio non trahatur retro: ſed quia facta una colla
tione collorata non poteſt perueniri ad ſecun-
dam niſi prius caſſata prima, ca. cum nobis, ubi
Abb. plene de conceſſio. præbend. no. in cap. au
ditis. de electione cum ſimi. ideò apparet quòd
hæc duo iura non faciunt ad materiā conditio
nis: nec probant ꝙ illa retrahatur nec ne, & re-
manet articulus in generalibus probationibus.

332 Qua propter † tu poteſt ità dicere. Aut in re
ſcripto continetur mandatum conditionale ad
conferendum, & tunc ſecunda conceſſio ualet,
dicto cap. ſi pro te. Aut uerò continetur ipſa
collatio, & ſemper præfertur primus: quia non
ualet ſecūda niſi prius caſſata prima. dict. cap. ſi
tibi abſenti. Si uerò ſūt reſcripta ad lites dicas
ut concluſimus de iudi. quòd omnis condi-
tio retrotrahitur, dicto cap. præterea. de appel
lationibus. Aut reſcripta ſeu priuilegia ſunt de
alijs rebus conceſſis ſub conditione: & tunc tu
tior eſt opinio quòd æquiparētur cōtractibus:
quoniā hæc conceſſiones ſunt donationes prin
cipum, & aliquando uenditiones in quibus ſer-
uatur natura contractuum: arg. no. in l. prima
& per totum C. de quad. præſcriptio. & in l. ſena
tus. §. fi. ff. de donatio. cauſ. mor.

333 Succeſſiuè † quærit Bart. quomodo in hac fi-
ctione debeant interuenire extrema, & dicit
primò requiri extremū habile ad quod potētia
liter, ut ſit poſſibile fieri in genere uel in ſpecie
ſaltem de iure naturali, extremum à quo debet
eſſe habile actualiter ut quòd actus de nouo
poſſit fieri, ut per eundem ſup. in 3. oppoſitio-
ne. per l. bonorum. ff. rem ratam haberi. & de-
bet actualiter introduci illud quod retrotrahi-
tur per fictionem quod appellatur ſubiectum fi
ctionis: ſed non neceſſarium quòd actus ſuper
quo fit hæc retrotractio poſſit naturaliter fieri,
ut in dicta l. bonorum. & dicta l. neceſſario. §.
quòd ſi pendente. dum dicitur de petente mor
tuo, & de contrahentibus mortuis.

Ta-

Tamen quia hæc concluſiones recipiunt ali-
334 quas difficultates & contradictiones, † ideò in
cipit examinare unum contingens ſæpe, an in
re, uel perſona perempta poſſit fieri fictio trãſ
latiua de tempore ad tempus, & ponit exem-
plum de legato, cuius dominium acquiritur à
die aditæ hæreditatis. l. ſi tibi homo. §. cum
ſeruus.ff.de leg. primo & trahitur retro ad tem
pus mortis. l. à Titio. ff. de fur. in quo exemplo
tex. in l. huic ſcripturæ.ff.ad leg. Aquiliam di-
cit quòd ſi ſeruus legatus iacente hæreditate ſit
uulneratus & poſteà adeatur hæreditas, acqui-
ritur dominiũ legatario à die aditionis quòd
trahitur retro ut ſeruus legatarii uideatur uul-
neratus. ſed ſi iacente hæreditate ſeruus ſit oc
ciſus, & poſteà adeatur hæreditas non poteſt
acquiri dominium legatario rei quæ non eſt:
nec etiam poteſt trahi retro ut occiſus ſit ſer-
uus legatarii. ideo remanet in hæreditate, &
actio hæreditati acquiritur, & per hæreditatem
hæredi. & ità apparet quòd in ſeruo perempto
non fingitur legatarius retro fuiſſe dominus.
unde dicit Bar. habes concluſionem quòd lex nõ
fingit in re perempta, & eſt ratio: quia in ea
perempta nullum ius poteſt eſſe nec acquiri. un
de quod non eſt non poteſt retrotrahi: quia de-
ficit extremum à quo habile.

Contra quam cõcluſionem poſteà argumen-
tatur de leg. quædam. in fi.ff. de reb. dubiis, ubi
ſi hæres pecuniam legatam in arca exiſtentem
mutuauit, dicitur quòd eſt dubium an pro-
priam uel alienam mutuauit: nam ſi legatarius
acceptauit, mutuauit alienam pecuniam id eſt,
legatarij, ſi repudiauit pecuniam propriam: er-
go trahitur retro fuiſſe uel non fuiſſe hæredis,
& fuiſſe uel non fuiſſe legatarii, & tamen ibi pe
cunia erat conſumpta propter mutuum. idem
probat tex. in l. in ratione. §. primo. ff. ad legẽ
Falcidiam. ubi ſeruus legatus erat mortuus, & ſi
exiſtat conditio fingitur non fuiſſe hæredis, &
ſi deficit dicitur fuiſſe hæredis, & tamen ſeruus
iam erat extinctus: ergo ſuper re extincta pro-
cedit fictio. Soluit ipſe Bar. quòd duplex eſt cõ
ditio affirmatiua, & negatiua conditio affirma
tiua non poteſt fieri in re perempta: quia in ea
requiritur extremum habile affirmatiuũ & exi
ſtens. Alia eſt fictio negatiua quæ poteſt trahi
retro etiam in re non exiſtenti: quoniam extrę
mum non exiſtere eſt extremum habile ad fin-
gendum ꝙ res nullius fuerit. in dicta autem l.
quædam. quando legatarius repudiauit nulla
eſt fictio: quia hæres ſemper fuit dominus & le.
acquiſitio in legatariũ non habuit effectũ: ſed
quando legatarius acceptauit tunc oportet fin
gere rẽ non fuiſſe hæredis ut mutuet pecuniam
alienã quæ fictio eſt negatiua. unde ſi pecunia ẽ
perẽpta eſt extremũ habile quod nunc nõ ſit hæ
redis, & ideò fingitur retro ex ratione naturali
non fuiſſe hæredis, Et eo. modo reſpondet ad
dict. l in ratione. §. j. nã ibi exiſtente cõditione
fingitur nõ eſſe hæredis, & ſic non eſſe de hære-
ditate ut poſſit imputari in falcidiã, ideòquàm
uis peremptus ſit ſeruus fictio procedit: quia ſi
ſeruus eſt mortuus eſt extremũ habile quòd no
ſit hæredis. Et ſic in ſumma ponit limitationẽ
ad regulam præcedentem dicens quòd ſuper re
perempta regulariter non procedit fictio affir-
matiua: ſed bene procedit fictio negatiua.

Sed tunc inſtat Bar. quia imò uidetur ꝙ etiã
fictio affirmatiua in re perempta procedat per
tex. in l. penul. ff. de ſuis & legitimis. in ij. reſpõ
ſo ubi ſi pater captus fuit ab hoſtibus, & pẽden
te captiuitate filius multa acquiſiuit in peculio
& poſtea moritur, ſi pater reuertitur poſt mortẽ
filii acquirit omnia quæſita per filiũ quamuis ip
ſe mortuus fuerit antequã reuerteretur, & ſic pa
ter fingitur habuiſſe filiũ in poteſtate tempore
captiuitatis qui mortuus erat, & per conſequẽs
ſuper filio perẽpto procedit fictio affirmatiua
ꝙ pater fingatur habuiſſe eũ in poteſtate. Soluit
Bar. ꝙ ibi ſumus in his quæ ueniũt in cõſequen
tiã, & quando fictio eſt de rebus quę ueniunt in
conſequentiã, nõ eſt neceſſaria tanta habilitas
extremorum, & per tex. in l. j. C. de cap. ubi ſi pa
ter apud hoſtes generauit filiũ, & reuertatur ab
hoſtibus fingitur habuiſſe filiũ in poteſtate: quã
do natus fuit, & eum natũ fuiſſe ex libera perſo
na, & ratio aſſignatur: quia quando pater reuer
titur eſt extremum habile in ſua perſona ut ue-
rè ſit in ciuitate. ideò poteſt fingi retro ſemper
fuiſſe in ciuitate ſi fingitur fuiſſe in ciuitate: er
go in conſequentiã etiam fingitur retro fuiſſe
natum filiũ in ciuitate, & ex patre libero, & ſic
extremũ à quo eſt habile propter fictionẽ, & ſuf
ficit habilitas per fictionẽ in his quæ ueniunt in
conſequentiã, & ità procedit tex. in d. le. penul.
quia cũ ſit habilitas extremi in patre quòd uerè
nũc ſit in ciuitate, fingitur retro ſẽper fuiſſe in
ciuitate, & in cõſequẽtiã habuiſſe filiũ in põte.

Quare concludit dando aliã limitationẽ ad
regulã præcedentẽ, ꝙ ſuper re perẽpta ꝓcedit fi
ctio: quando illa uenit in conſequentiã. & facit
l. utiq;. ff. de rei uendicatio. & l. ſi ſeruus. ff. iudi.
ſolui. ubi ſi pereat res principalis durat iudi-
cium in rebus quæ ueniunt in conſequentiam.

Sed tunc contra utranq; limitationẽ argumẽ
tatur ꝙ imò in re perempta nõ procedat fictio
affirmatiua: neq; negatiua per glo. in le. quod ſi
filius. inf. de ca. ꝗ dicit ꝙ illa uerba non reuerſo
eo, uidetur filiũ nõ fuiſſe ſui iuris, ꝓbã: ꝗ filius
non eſt ſui iuris patre moriente apud hoſtes, ex
eo: quia ipſe mortuus erat, & filius mortuus nõ
poteſt fingi eſſe uel nõ eſſe ſui iuris. & ſic ſuper
re perẽpta, uult ꝙ fictio affirmatiua ꝙ ſit ſui iu-
ris, uel negatiua ꝙ non ſit ſui iuris, nõ ꝓcedat,
& ꝑ cõſequẽs deſtruit illas duas limitationes.

Reſpondet Bar. quòd illa glo. turbauit ſpi-
ritum ſuum, nihilominus ipſe determinat
quòd non bene loquatur, & quòd imò dictæ li-
mitationes ſint ueræ. nec dictum glo. probatur
in illo tex quia ſi eſt litera affirmatiua de plano
procedit, ſi uerò eſt negatiua, tunc dicit quòd

non fuit ſui iuris quantum ad pupillarem ſubſtitutionem : ſecus quo ad alia . Et propterea remanet regula cum dictis duabus limitationibus .

Quam theoricam Bar. infert ad duas quæſtiones in practica . una eſt quando patre capto filius fecit teſtamentum & moritur , & poſteà pater reuertitur an rumpatur teſtamẽtum . & Dy. dicebat quòd nõ : quia mortuus eſt ſui iuris , & in filio perempto pater non poteſt fingi habuiſſe patriam poteſtatem . Sed Bar. determinat contrarium quòd imò procedat fictio , & recuperatur teſtamentum: quia licet ſit affirmatiua: tamen quando uenit in conſequentiam poteſt procedere in re perempta . Aliam quæſtionem format etiam de alio dicto , quòd negatiua fictio procedat in re perempta quęrẽs nunquid in perſona perẽpta procedat fictio ex uoluntate teſtatoris , & conditio ſine extremo à quo trahatur retro , & ponit exemplum quando teſtator legauit fundum ſub conditione , & addidit ſi conditio extiterit , ex tunc prout ex tũc ei lego , & mortuus eſt legatarius ante exiſtentiam conditionis , dubitatur an legatum debeatur hæredibus ? & dubitationem faciebant illa uerba repetitiua legati à teſtatore prolata , & ſi extiterit ex nunc prout ex tunc lego . quoniam ſi non fuiſſent appoſita clarum eſt quòd non tranſmitteretur ad hæredes : neque traheretur retro per ſupradicta , per le. j. §. ſin autem ſub conditione . C. de caducis tollend. & dicit uideri quòd illa repetitio inducat quandam retrotractionẽ ut retro fingatur habuiſſe legatũ , & ceſſerit dies legati , & tranſiuerit ad hæredes: ſicut poteſt fieri per ſtipulationem conditionalem quòd retro debeantur uſuræ à die ſtipulationis exiſtente conditione , l. lecta. §. fi. ff. ſi cer. peta. & l. huiuſmodi ſtipulatio. ff. de uerb. oblig. ipſe tamẽ determinat contrarium quòd imò non trahatur retro per illam rationem , quòd in re perempta fictio non procedit , & exiſtente conditione non eſt perſona cui acquiratur legatum . unde retro non poteſt trahi eo mortuo , & allegata in contrarium procedũt in ſtipulatione in qua eſt ſpes debitum iri , & exiſtente conditione in perſona hæredis poteſt naſci obligatio , & trahi retro , unde remanet quòd in ſtipulationibus diſtinguitur an res ſit perẽpta uel perſona , lege neceſſario. §. quod ſi pendente dicta coniuncta. l. bonorũ. ff. rẽ ratã haberi . in legatis uerò neque re perempta: neque perſona perempta poteſt procedere fictio . Et propterea in effectu in tota quæſtione conſtituit regulam quòd in re perempta non procedit fictio quæ habet locum etiam in contractibus , dicta l. neceſſario. §. quod ſi pendente. ſed in perſona perempta procedit , in legatis uerò fictio non procedit ſiue pereat res ſiue pereat perſona , & etiam quòd ſint poſita uerba repetitiua eſt nunc pro ut ex tunc. Fallit in cõditione negatiua , Fallit etiam in affirmatiua: quando uenit in conſequentiam , ut hic latius per eum , cuius uerba ergo retuli : quia ſunt imperfecta , & corrupta , & obſcura , & ex eis colligontur aliquæ concluſiones .

335 Prima eſt † quòd licet in re perempta regulariter fictio non procedat , per regulam le. huic ſcripturæ. ſupra ad leg. Aquiliam . tamen fallit in conditione negatiua , per tex. in dicta l. quædam ſunt . de rebus dubiis , & le. in actione. §. primo inf. ad legem Falcidiam . quæ concluſio non habet difficultatem quando uis fingere illam rem peremptam retro fuiſſe peremptam , ut faciebat lex Cornelia : quoniam tunc illud quòd ſit perempta eſt ſubiectũ fictionis quod poteſt trahi retro , & interuenit extremum habile , & dicitur uirtualiter fictio affirmatiua , ut ille qui nunc eſt mortuus affirmatiuè fingatur retro mortuus , & omnis negatiua efficitur affirmatiua quando profertur per terminos priuatiuos. ſed quando tu uis aliquam qualitatem retrotrahere tanquàm fundatam in re perempta , uidetur quòd non poſſit fieri: quia non entis nullæ ſunt partes , l. eius qui in prouintia . ff. ſi cert. peta. unde illa qualitas quæ eſt retro trahenda non poteſt eſſe actualiter in rerum natura deficiente ſubiecto , & per conſequens deficit extremum à quo , & impeditur fictio : ſiue illa qualitas affirmatiuè requiratur : ſiue negatiuè , cum iſta qualitas aliquem non eſſe dominum non poteſt reperiri in re perempta . ſicut nec illa eſſe dominum . quinimò uidetur quòd

336 nunquam ſit fictio negatiua ſola † ſed illa uideatur fieri per ſuam contrariam: quia affirmatiua priuatiua inducitur . & omnis negatiua reſtricta ad perſonam uel rem , habet incluſam affirmatiuam per terminos priuatiuos , ut nullos habere liberos , uel decedere ſine liberis . uel rem non eſſe meam : quia ſimul eſt alterius . le. Pomponius ſcribit. ff. de procuratoribus , & in dicta l. quædam . non poteſt dici fictio negatiua: ſed eſt fictio affirmatiua quòd legatarius eſt dominus , nam legatario acceptante ipſe fingitur retro habuiſſe dominium , propter quam fictionem ſuccedit quòd hæres non eſt dominus: ſed fictio non eſt quòd non ſit dominus: ſed eſt quòd legatarius eſt dominus. unde rem alienam uidetur mutaſſe , & potius quando legatarius repudiauit poteſt eſſe fictio negatiua: quia tunc illa dominii acquiſitio de qua in dict. l. ſi tibi homo. §. cum ſeruus. reuocatur & fingitur non habuiſſe eam , & in conſequentiam ſuccedit quòd hæres fuit dominus , & ſic potius negatiua eſt quando repudiat quàm quando acceptat .

337 Ideò † ego puto concluſionem Bar. non eſſe uerã quòd fictio negatiua in re perempta procedat magis quam fictio affirmatiua: quia coniunctæ ſunt , & una dependet ab alia .

Nec obſtat tex. in dicta l. quædam , quia nihil facit in propoſito de re perempta , attento ꝙ ibi neceſſario hæres adiuerat hæreditatem , quod præſupponitur pro firmo ibidem , & cum

eſſet

eſſet pecunia in arca in continenti dominium fuit acquiſitum legatario, leg. ſed & ſi certos. ff. de leg. primo. & retro tranſlatum fuir dominium dicta l. à Titio. ff. de fur. quam pecuniam ità acquiſitam hæres alteri mutuauit, &
338 conſumpta fuit. † Vnde dererminatur ibi quòd ſi legatarius acceptauit, mutuauit pecuniá alienã, nõ quia fingatur nõ dominus: ſed quia acceptando legatarius confirmauit ſuam acquiſitionem, & penitus apparuit aliena, & ſic ibi fuit fictio affirmatiua: ſed nõ ſuper re perempta: ſed ſuper re exſtante quæ præceſſerat, & nunc quando acceptauit nulla eſt fictio: ſed confirmatio acquiſitionis: ſi autem repudiauit tunc ut dixi magis poteſt eſſe fictio negatiua: quia reuocatur illa dominii acquiſitio, & remanet hæres dominus. Tamen nec etiam eſt propriè fictio: ſed uera legis diſpoſitio quæ non conceſſit dominium legatario ſi repudiauit, & per conſequẽs remanet uerè ipſius hæredis, & ſic nihil facit.

Nec obſtat l. in ratione. §. primo. quia ſimiliter ibi nulla eſt fictio negatiua: quia legatum conditionale nihil iuris transfert in legatariũ: tamen non tollitur quin fuerit res legata, & per conditionem demonſtratur quòd res fuit legata, & ſuccedit legis directa diſpoſitio uolens legatas libertates non cenſeri de patrimonio teſtatoris, ut computari debeant in ualorem patrimonii pro lege Falcidia, & ideò eximit ipſa ex eius poteſtate libertates relictas à patrimonio quæ eſſent habituræ effectum ſecundum uoluntatem teſtatoris apparentem per exiſtentiã conditionis: arg. §. cum autem. inſti. de lege Falcidia, & remanet quòd limitatio de fictione negatiua non reperitur, & ſi uelles reperiri fictionem negatiuam illa quoque requireret rem nõ eſſe peremptam: quia illa fit de qualitate rei quæ non poteſt ſtare ſine ſubiecto, leg. ſecunda. ff. de uſufructu, & expreſſè hoc ſentit hic Alcia. num. 57. in fi.

339 Secundò concludit Bar. † quòd in re perempta procedit fictio affirmatiua: quando fit in cõſequentiam alterius fictionis quæ habet omnia ſua eſſentialia, l. j. C. de cap. & l. utique. ff. de rei uendicatio. & l. ſi ſeruus. ff. iudicatum ſolui, & ità intelligit dictam legem. pe. ff. de ſuis, & legitimis. ſed tamen ego puto quòd nec etiam hoc ꝓbetur in dicta l. pe. quoniam ibi non fuit fictio ſuper re perempta: ſed fuit ſuper re extante attento quòd quando pater captus fuit habebat patriam poteſtatem in filio, atque etiam habebat peculium ſuum ei conceſſum, & quando captus fuit illa patria poteſtas ſuſpenſa fuit. §. ſed ſi ab hoſtib. inſti. qui. mod. ſolui. patr. poteſt. & eadem ratione ipſum peculium per primã operationem poſtliminii, de qua diximus in præmiſſis, & in tota lege. & quando filius acquiſiuit omne remanſit in peculio, & omne acquiſitũ auxit peculium, & cum poſteà pater reuerſus fuit ab hoſtibus uerè recuperauit patriam poteſtatem, atque etiam peculium cum ſuo augmento per quam recuperationem interuenit actualiter extremum à quo ut optimè, & ſine difficultate potuerit retrotrahi, ut ſemper uideatur habuiſſe tempore captiuitatis, l. retro. inf. de capt. ſicut nos diximus. ſupr. per totam legem de uſucapione rerum peculiarium, & licèt poſteà mortuus ſit filius, & patria poteſtas remanſit in futurum inutilis: tamen in præteritum remanſit uiua, & uera, & ſuſpenſa, & peculium uiuum, & uerum, ità quòd de filio nulla ibi fuit fictio poſt mortem ſuam, & per conſequens non probatur ibi quòd fictio affirmatiua procedat in re perempta: neque eſt opus recurrere ad ſubterfugiũ quòd in his quæ ueniunt in conſequentiam procedat fictio ſine habilitate extremorum: quia illud eſt dictum nimis generale, & ſi uerum eſſet habilitaret omnes fictiones, ſed ſolum debet reſtringi ad caſum dictæ l. primæ. C. de cap. ut extremum à quo ſeu ad quod ſufficiat eſſe habile per fictionem, ut ille qui eſt uerè filius etiam ſecundum leges uideatur eſſe filius.

340 Tertia eſt concluſio † quòd ſi filius durante captiuitate fecit teſtamentum, & poſteà mortuus fuit, & demum pater reuertatur, quòd teſtamentum annullatur: quia licèt ſecundum Barto. filius ſit mortuus tempore reuerſionis: tamẽ quia habilitas eſt extremi in perſona ipſius patris: ſufficiet quælibet habilitas in fictione filii quia uenit in conſequentiam, & uidentur ſequi docto, tamen ratio Bar. ut dixi eſt ſubterfugium quòd ibi ſit fictio in conſequentiam, Vnde concluſio ſua uera eſt per aliam rationem: quia ibi nulla fictio fit ſuper re perempta: neque ſuper filio perempto: quoniã pater quando captus fuit ab hoſtibus habebat patriam poteſtatem, & filius erat alieni iuris, quæ patria poteſtas ſuſpenſa fuit per poſtliminium, & perſeuerauit uſque ad mortem filii, quo mortuo habuit finem reſpectu futuri temporis: ſed non deſiit eſſe reſpectu præteriti. unde quando pater reuerſus fuit recuperauit dictam patriam poteſtatem, & uſq; ad tempus quo durauit fingitur retro eam habuiſſe per ueram fictionem habentem extremũ habile naturaliter. unde ſequitur quòd quando filius fecit teſtamentum erat in poteſtate patris & per conſequens erat nullum, & filius perit durante illa patria poteſtate, & per conſequens ſecundum regulas iuris teſtamentum fuit nullum l. filius familiàs. de teſtam. & ibi nulla fuit fictio ſuper filio perempto: ſed fuit uera recuperatio patriæ poteſtatis, & fictio ſuper patria poteſtate quatenus durauit. Quæcunque tamen ſit ratio conclusio eſt communis quòd tale teſtamentum non ualet, & addit aliam rationem Iaſ. quia ipſe filius familiàs erat dubius de ſtatu ſuo. Ideò non poterat ſtari l. de ſtatu. ff. de teſtam. unde dixit glo. in l. quòd ſi filius, infra de captiuis ꝙ filius capto patre poteſt habere hæredes ab inteſtato, non autem ex teſtamento, & ſequitur Imo. col. 5. quod eſt ualde notandum dictum ſi uerum eſt, ut patre mortuo apud hoſtes, filius

non potuerit facere teſtamentum tanquàm dè
ſtatu ſuo dubitans,& ideò dicas ut ibi per doc.
& per hanc deciſionem quòd omnia extincta
poſt captiuitatem recuperantur, infertur quòd
ſi res fuit extincta tempore captiuitatis,& ſunt
fructus & acceſſiones:quia fingitur fuiſſe domi
nus rei peremptæ,& per eam acquiſiuiſſe domi
nium fructuum,& pattuum ut poſſit eos uendi-
care,& uendicationem inceptam perficere,iux.
l. utique.ff.de rei uendicatio.& l. ſinantem. §. j.
eod.tit.Item infertur quòd poſt mortem filii ré
cuperabit etiam nepotem in poteſtate, dicta le.
penu. & iura peculii bona caſtrenſia occupabit
etiam in damnum tertii,l. ſi quis exhæredatus.
§.ſi pater.ff.de iniuſto rup. & irrito teſtamento,
& alios caſus narios refert hic Alcia.in quib.fi-
ctio procederet nu.58.ſi hæc ratio attenderetur
quòd extrema ſunt habilia per fictionem. Et
quia docto.uidentur ſequi Bar.tu eos bene no-
ta.tamen ego credo quòd hæc ratio non ſit ità
generalis ut dixi,& quòd nos habemus inſpice
re an contineantur in peculio, uel ſint de iurib.
ſuſpenſis tempore captiuitatis.

341 Quarta eſt concluſio Bar.†quòd ſi legatum ſit
relictum ſub conditione cum illa clauſula, ſi
exiſtat conditio ex nunc pro ut ex tunc lego, ſi
moriatur legatarius conditio non trahitur re-
tro, neque legatum tranſmittitur ad hæredes,
quàmuis aliud ſit in contractibus, & ſolum pro
deſt in legatis, quando legatarius uixit ad effe
ctum acquirendi fructus ut hæres teneatur eos
reſtituere, & non dicatur percipere ex uoluuta-
te teſtatoris,iux.l.mulier.§.alia,& l.in fideicom
miſſaria.infra ad Trebellianum cum ibi no. per
ſolam rationem:quia in re perempta non pro-
cedit fictio cũ deficiat extremum habile à quo.
Iaſ.uerò hic in contrarium adducit quòd teſta-
tor poteſt facere legatum non tranſmiſſibile eſ
ſe tranſmiſſibile, l.unica, & ibi Bal.C. ut actio
nes ab hær.& cont.hæred.incip.& l.unica. C.de
his qui ante apert.tabul.colum ſi.& in l.ſi pater
quæſtio.iiij.C.de inſti.& ſubſtitutionib.& in ca
pi.Cumana. de elect.quia in cõditionib.primũ
locum habet uoluntas teſtatoris,l.in conditioni
bus.ubi etiam no.de conditio.& demonſtratio.
& no.per omnes in l.nemo poteſt.ff.de leg.pri-
mo.hoc autem ſecundum eum uidetur uoluiſſe
facere teſtator in illis uerbis, ex nunc pro ut ex
tunc lego.quo ſtante licèt legatarius pereat ta-
men remanent hæredes ſui quibus poteſt lega-
tum acquiri tempore exiſtentis conditionis, &
non uidetur eſſe perempta perſona:quia repræ-
ſentatur per ſuum hæredem,& inducitur extre-
mum habile à quo ut acquiratur dominium, &
retrotrahatur,& ceſſat in totum ratio hic addu
cta per Bar.& reducitur ad ſimilitudinem con-
tractuum ut ſpes ſit debitum iri: tamen Iaſ.di-
cit poſſe ſaluari Bar.coniecturando quòd Bart.
appoſuit illa uerba ad finem tantum ut legata-
rius ſi uiueret haberet illos fructus. Crotus ta-
men hic,& Alcia.tenent indiſtinctè contra Bar.
quòd hoc caſu legatum efficietur tranſmiſſibile
per rationem Iaſ.quæ eſt generalis, & quando
eſt uoluntas teſtatoris conditio non impedit
tranſmiſſionem:neque fructus,l.ſi ità relictum.
§.Pagaſus.ff.de leg.ij.& l.in fideicommiſſaria,&
l.Seius Saturninus. ſup. ad Trebellianum,& hâc
partem etiam ego puto ueram, quòd in dubio
præſumamus teſtatorem noluiſſe ſubſtantiam le
gati retrotrahere: quia dixit ex nunc pro ut ex
tunc lego,& efficiatur tranſmiſſibile,& nõ uide
tur habuiſſe reſpectum ad ſolos fructus, & ideò
fieri debet concluſio contra Bart.in dubio, &
eius opinio non poteſt ſaluari niſi aliqua uerba
in teſtamento eſſent prolata per quæ poſſet con
iecturari quod cogitauit de fructibus tantum.

342 Secunda eſt† ſpecies fictionis quæ appellatur
de perſona ad perſonam,& illa fit quando unus
actus eſt factus per unam perſonã, & lex uoluit
ꝙ habeatur acſi eſſet factus per aliã perſonam,
& ſuccedant omnes illi effectus qui ſequerentur
ſi actus fuiſſet factus ab illa alia perſona., un-
de exemplificatur in omnibus caſibus in quib.
quis per alium dicitur facere actũ in qua fictio-
ne reperiuntur tres perſonæ ſuper quibus fit fi-
ctio procurator,nuntius,& negotiorum geſtor,
& ultra ipſas omnes illę perſonę quæ ſunt in po
teſtate principalis.

343 Procurator eſt ille † qui de mandato noſtro
negotium gerit,l.prima.ff.de procuratorib.qui
conſtituitur ut faciat actum in perſona ſua ſiue
ſit præſens ſiue etiam abſens ſit ille cũ quo fien-
dus ſit actus. ſed tamen ei datur licentia etiam
quòd poſſit conficere actum in perſonam domi
ni dicendo uendis domino,uel uẽdis mihi emẽ
ti pro domino,uel etiam poteſt, & hoc aliquan
do eſt neceſſarium in actu affixo in perſona do-
mini,ut ſi eſt procurator ad contrahendum ma
trimonium, uel ad adeundam hæreditatem
iuxta tex. in lege prima. §. ne autem. C. de ca
du. tollend.

Nuntius uerò eſt qui mittitur ad aliquem ab-
ſentem ut præſtet miniſterium ſuum in alieno
negotio mandato domini: dicta l. j. §.j.& po-
teſt eſſe etiam procurator ſi hoc dicatur in in-
ſtrumento, & communiter ſolet dici conſtituit
ſuum procuratorem nuntium & factorem.

Negotiorum geſtor eſt ille qui ſine mandato
domini negotiatur, l.j. ff.de neg. geſtis & ſi ge
rit negotium utile acquiritur actio ipſi domi-
no, & totum ius,& cogitur ratum habere: aliàs
requiritur ratihabitio, cap. ratihabitio.de reg.
iur. in 6. perſonæ autem ſubiectæ ſiue de man-
dato: ſiue ſine mandato faciunt actum totum
ſemper acquirunt ipſi domino, ut inſti. per
quas perſonas nobis acquiritur. §. j. & ij. l. j. §.
item acquirimus. per totam legem ſupra titu-
lo primo.

Si ergo ab iſtis perſonis fiat actus, tunc ille
actus trahitur ad perſonam domini, & fictio fit
ab illa perſona facientis ad perſonam ipſius do
mini, & ideo appellatur fictio de perſona ad

perſonam

344 perſonam † ſuper qua Bar. quærit primo, an poſ
ſit fieri ſuper his quæ ſuut meri facti, & reſpon-
det quòd ſic per tex.iu l.prima.§.deieciſſe.ff.de
ui,& ui arm.& l.probibere.inf.quòd ui aut clã,
& cap.qui per alium.de reg.iur.in 6. cum exem
plis ibi poſitis.& ſi dicatur quòd fictio eſt ſuper
impoſſibili, cum factum unius impoſſibile eſt
eſſe factum alterius,in tantum quòd idem ho-
mo uno tempore faciens dicitur alio tempore
diuerſum factum facere,l.ſi non ſortem.§. liber
tus.ff.de eooditio.indeb. Reſpoodet quòd ſal-
tem eſt poſſibile in genere: quia unus homo ſi-
milis poteſt facere illud factum,per tex.in l.ne-
mo eſt qui neſciat.ff.de duob.reb.ubi plures p-
ſonæ poſſunt eſſe rei promittendi,&obligari ad
unicum factum ſi ſunt eiuſdẽ peritiæ:ergo quod
facit unus poſſibile eſt quod alius ſimilis faciat.
345 Secundò † quætit an poſſit fieri iu his quæ
ſunt mixtim iuris , & ſacti, & reſpondet quòd
ſic in illa parte quæ facti eſt: ſed in illa parte
quæ iuris eſt dominus uerè facit ut ſtatim ſu-
biicit.

Item tertiò quærir , an procedat in his quæ
ſunt meri iuris?& reſpõdet ꝙ nõ:quia dominus
dicitur uerè facere. regulariter ſi facit per nun-
tium,uel per procuratorem in his quæ naturali
ter acquiruntur,& de iſtis duabos quæſtionibus
ponit quatuor exempla de actu mixto, & pri-
mum eſt de Iuſtinia. qui uerè fecit ius enuclea-
tum, & legib.dedit auctoritatem, licèt compi-
latores interpoſuerint operam. & miniſterium
ſuum, lege ſecunda . §. omnium . C. de uet.iur.
enucleand..

Secundũ exemplum eſt in l. ſi pater.de manu
mi. uindi. in illis uerbis electio data eſt filio,
& illa ductio ad iudicem & percuſſio uindictæ
cæterom ipſe pater manumiſit, & ſic uerè ipſum
ius manumiſſionis & libertatis dedit.

Tertium ponit exemplum in l. qui autem . §.
fi.ff. de conſti.pecu.& quartum in l.j.§.fi.de con
trah. emp. in quibus dicitur quòd omnes nos
facimus contractum cum abſente per nuntium
uel epiſtolam : ergo dominus uerè facit con-
tractum licèt nuntius interponat miniſteriũ.

Nec obſtat lex ſi pater . ff. ex quibus cauſ. in
poſſ.eat.in uerbo uidetur feciſſe. quia intelligi-
tur reſpectu miniſterii ut fingatur . ſed uerè ip-
ſe alienauit, qoæ omnia etiam habent locum in
procuratore, quando tractatur de his quæ ac-
quiruntur naturaliter ut de acquiſitione poſſeſ-
ſionis per l. quòd meo. ſupra titulo primo.ibi,
is poſſidet cuius nomine poſſidetur,& ibi,pro-
curator alienæ poſſeſſioni pręſtat miniſterium,
& in l.certi §.j. de precario.

Nec obſtat glo.in l. ab emptione. ff. de pact.
quia intelligitur de illa naturali traditione nõ
de ipſa poſſeſſione. Sed ſi acquirantur ciuili-
ter ut ſunt actiones & obligationes,id eſt,actus
concipiantur in perſona procuratoris, tunc do
minus totum actum fictè facere uidetur , l. ea
quæ ciuiliter de acquir. rerum dominio, & ha-
betur per glo. magnam in l. multum intereſt.
C. ſi quis alteri uel ubi. Quare ipſe concludit
quòd in his quæ ſuut meri facti hæc fictio pro-
cedit, & idem in his quæ ſunt mixtim iuris &
facti in parte quæ facti, eſt ſed in parte quæ
iuris eſt,& in bis quæ ſunt meri iuris dominus
uerè dicitur facere per nuntium,& per procura
torem in his quæ naturaliter acquiruntur. ſed
in his quæ ciuiliter acquiruntur fictè facit, ut
bic latius per eum.Sed tamen omoes iſti caſus
recipiunt magnam difficultatem,& multas con
trarietates,&doct.multa confuſè inculcant. Et
primò ipſe uult quòd in bis quæ ſunt meri fa-
cti bæc fictio procedat,& etiam in his quæ ſunt
iuris,& facti in illa parre, quæ facti eſt innuens
quòd in iſtis quæ ſunt facti nunquàm dominus
346 dicatur uerè diſponere.† quòd tamẽ falſum eſt:
quia imò in bis quæ ſunt meri facti dominus ue
rè dicitur facere,quòd probatur:quia delictum
eſt meri facti ſecundum omnes,& tamen quis p
alium dicitur uerè facere,l.iij. §. ſi procurator.
ff.quod quiſque iuris cap.mulieres.§.fi. in uer-
bo uerè.de ſententia excommunicationis.

Item contrahere matrimonium eſt facti:quia
conſiſtit in conſenſu,& diſoluitur per captiuita
tem.l.non ut à patre.& l.cum duæ.§.primo.ff.de
cap.& tamen uerè quis illud contrahit per pro-
curatorem ut per Bar.in d.l.qui bona.§. ſi alie-
na.Nec dicatur ꝙ habet mixturam iuris:quia da
to quòd eſſet ille actus contrahendi ſecundum
omoes eſt facti,& uerè dominus contrahit.

Item pactum ſecundum doct. eſt meri facti,
dicto.§.pactus ne peteret. ſecundum communẽ
intellectum,& tamen uerè fit per nuotium, uel
epiſtolam dicta l. quod autem.§.fi. ff.de conſti.
pecunia.

Item poſſeſſio eſt facti in ſubſtantia ſecundũ
ueriorem opinionem,& tamen dominus per p
curatorem dicitur uerè poſſidere,dicta l.certè.
§.primo.de procuratoribus. Nec dicatur quòd
poſtquàm eſt acquiſita iuris ſit: quia ſine ani-
mo acqri nõ poteſt: neque ſine animo amitti d.
l.quemadmodum,neque etiam conſeruari ſine
animo domini.l.iij.§.ſaltus.ſup.tit. primo.& ta
men uerè habetur,& animus eſt facti,l.bonæ fi-
dei.ſupra de acquir.rerum domi.& propter hãc
cauſam poſſeſſio extinguitur per captiuitatem,
& non ſuſpenditur,dicta l.in bello.§. factæ. de
cap. & l.denique.ff.ex qui.cau.maio.ut ſup. con
cluſit Bar.& omnes.

Item cootractus ſecundum ueriorem opinio
nem in ſubſtantia facti ſunt,l.conſilio.ff. de cu-
ra.furio.in fi.& in ſtipulatione interueniunt ea
quæ facti ſunt,& tamen per alium uerè contra-
huntur,l.j.§.fi.ff.de cont.emptio.&l.qui autem.
§.fi.ff.de conſti.pecun.

Item compilatio iuris enucleati,&totius cor
poris ciuilis facti fuit,& corretio, & emendatio
legum antiquarum, & illa actualis mutatio le-
gum,&tamen Iuſtinianus uerè dicitur feciſſe,di
cta l.ij.§.omnia.C.de uet.iur.enucleand.&Com

pilatores poſuerunt nudum miniſterium, unde appellatur opus Iuſtiniani,ut no.in rub. ſup. de no.ope.nunc.

Item prohibere facti eſt ſecundum omnes, & tamen quis uerè per alium dicitur prohibere, l. prohibere.inf.quod ui aut clam.

Item iurare eſt facti,l.generaliter.C.de iureiu ran.& capitu.j.de iur.calumn.tamen iurans per alium uerè iurat. & ipſe efficitur per iurus non adimplendo, Bal.in cap.dilectus.col.fi.de ordine cognitio.

Item deprehendere furtum eſt facti, & tamen dominus dicitur uerè deprehendere per corpus alterius, lege ſi quis ſolutioni. §. mora. ſup.de uſur.

347 E contrariò,ea † quæ ſunt iuris ficte acquirũ tur,& fieri dicuntur per dominium ſi procurator concipiat in perſona ſua contractum,l. poſſeſſio quoque.§ fi.ſup.tit.j.

Item quod quis efficiatur infamis eſt iuris,& tamen pro facto alterius non efficitur, l. furti. §.ſi quis alieno.ff.de his qui notantur infamia. Nec ualet quòd loquatur de procuratore: quia & procurator uerè acquirit domino,&poteſt eſſe nuntius,cum omnis procurator nuntius ſit, licèt non omnis nuntius ſit procurator.le.j.ff. de procuratorib.quidquid dicat glo.in dicta lege multum intereſt,& ea quæ ſunt iuris per nuntiũ acquiruntur,dicta l.ante.§.primo. & dicta lege quod autem.§.fi.ff.de conſti.pecunia.& procurator præſtat ſolum miniſterium, le. quod meo.§ procurator.ſup.tit.j.Per quæ apparet quòd diſtinctio Bar.de procuratore, & nuntio non eſt ſimpliciter uera,& tex.in l.ea quæ ciuiliter. allegata per ipſum nihil facit.quia loquitur quomodo,& quando per alium acquiri poſſit,non autem an dominus dicatur uerè facere. Ideò de ea oportet facere nouum articulum ſeparatum ab iſto,licèt doct.inculcent utrunque,& malè.

348 Quare reiecta diſtinctione Bar.† & docto.inter ea quæ ſint meri facti, uel meri iuris, atque etiam diſtinctione inter nuntium, & procuratorem,& an ciuiliter uel naturaliter acquirantur. nos debemus nouam theoricam tradere ad cognoſcendum an quis per alium uerè dicatur facere,uel per fictionem,& ſic an, & quando fictio de perſona in perſonam habeat locum,& debes hic diſtinguere. Aut enim alius præſtat nudum miniſterium. Aut uerò concipit totum actum in perſona ſua ſi præſtat nudum miniſterium, ut eſt nuntius,uel procurator hoc intendens facere,& tunc dominus ſemper dicitur uerè facere in omnibus actibus qui dependent ab animo ſuo,ut probatur in d.l.qui autem.§.fi.& l. j.§. fi. de contrahend.emptio.& d.l.quod meo.& d. l. certum.in quib.dicitur quòd dominus facit cõtractum,& actum per miniſterium alterius, & ipſe uerè paciſcitur uerè enim,& uerè poſſidet.l.certè.§.j.ff.de precario,& dict.l.quod meo. ib. is poſſidet cuius nomine poſſidetur,& eſt ratio apparens:quia nuntius eſt tanquam pica,& organum,ut no.in dictis locis.unde perinde eſt ac ſi dominus ex uno capite organi nacui,& illa abſens ex alio capite ſimul loquerentur: nam licèt ſint abſentes tamen uox conſeruatur per illud organum,& per miniſterium illius organi inuicem dicantur uerè contrahere,& ſicut quando mittit epiſtolam ipſe mittens uerè dicitur contrahere,& non epiſtola. Ità etiam quando mittit nuntium:quia æquiparantur in dictis iuribus: ſolum ergo fictiò eſt in illo miniſterio quod præſtatur:quia nuntius loquitur,& uõ dominus,& ſic ſolum fictio eſt in eo quod fit per corpus. ſed in eo quod fit per animum mera ueritas eſt & hæc concluſio non diſcedit ab intentione Barto.& doct.ſed ſolum diſcedit ab eorum uerbis, & modo loquendi,& eorum præſuppoſitis: quoniam,& ipſi fatentur quòd dominus uerè contrahit,& poſſidet: ſed tamen dicunt quòd eſt iuris. quod tamen falſum eſſe ſæpius demonſtratum fuit, & propterea dixi quòd ſua diſtinctio non eſt tenenda:tamen deciſio hæc eſt communis,& ex mente omnium ut dixi.ſi uerò procurator,uel negotiorum geſtor non præſtat nudũ miniſterium:ſed totum actum concipit in perſona ſua,tunc ipſe dominus ficte facit tam in his quæ ſunt facti:quàm in his quæ ſunt iuris:quia omnia conſiſtunt in corpore procuratoris,& ficte dominus dicitur contrahere, unde eſt opus ceſſione,& ideò ſi procurator acquirit poſſeſſionem dominus non dicitur poſſidere uerè. ſed eſt ipſe procurator,l.j.§. per procuratorem, & ibi no.ſup.tit.j.& no.in d.l.multum intereſt. C. ſi quis alteri,uel ſibi. per quem tex apparet quod non curamus an ſint de his quæ acquiruntur ciuiliter,uel naturaliter:quia & in his quæ acquiruntur naturaliter ut in poſſeſſione quam uerè poteſt habere procurator, & dominus ficte per eum dicitur poſſidere.

Propterea aliquando obligatio acquiritur, & actio procuratori,d.l.poſſeſſio.§.fi.ſup. tit. j. & aliquando ipſi domino immediatè,d.l. quod autem.§.fi.ff.de conſti.pecunia.& l. ex conſenſu de actio.& obli.&inſti.de oblig.quæ ex conſenſu naſcuntur. §. fi. & hoc eſt quod uoluit dicere d.l.ea quæ ciuiliter.quia quãdo præſtatur nudũ miniſterium res acquiritur naturaliter domino:quia ipſe animo ſuo facit negotium:quando uerò actus concipitur in perſona procuratoris, tunc acquiritur ciuiliter, & eſt opus uel quod ſit procurator,uel ut ficte acquiratur ueluti ut uerè acquiratur ſit in poteſtate,& quòd hæc ſit intentio illius tex.patet:quia facit mentionem de ſtipulatione quæ non ſit inter abſentem, uel per nuntium,& hęc procedunt in contractib. & aliis ſimilib.actib.

348 Sed † tamen circa delicta, alia etiam diſtinctio tradenda eſt,nec Bar.perfectè loquitur. Nã quòd quando in delictis præſtatur nudum miniſterium dominus ficte aliquando dicatur facere,& aliquando uerè ex doctrina eiuſdem Barto.in l.

to.in l.ſed ſi unius.§.ſeruus.inf.de iniuriis. ubi
ponit hanc materiam dicens,quòd ſi quis facit
actum per miniſtrum uiuum,& per alium homi
nem fictè dicitur facere,& non uerè.ſed dicitur
uerè præſtare cauſam delicto.l.item ſi obſtetrix
§.ſi.ſup.ad leg. Aqui. ſed ſi facit per inſtrumen-
tum mortuum,ut cum ſagita quæ facit uulnus
de per ſe,uel cum pila archibuſi, uel cum lapi-
de proiecto,uel cum telo,laucea, uel gladio ue-
rè corpore dicitur facere licèt ipſe non tangat
offenſum.l.item Mela.ſupra ad leg.Aqui. ſed re
ſponderi poteſt quòd hæc diſtinctio non eſt ue
ra,&eam reprehendit Imo.hic,& Saly.C.de pro
cura.& Iaſ.in ſi. dicit non eſſe tenendam licèt
reſpondeat motiuis eius,& confunditur per om
nia ſup.adducta.Tamen poteſt ſaluari quòd ip
ſe loquitur in aliis terminis an quis corpore
ſuo uideatur feciſſe actum, & eſt extra terminos
noſtros:quia non quærimus an uerè dicatur fe-
ciſſe delictum, non autem an corpore ſuo ui-
deatur feciſſe.

Tu tamen pro reſolutione omnium dicas, ꝙ
in delictis non debet dari in totum illa diſtin-
ctio quæ datur in contractibus, & aliis actibus
permiſſis:nam in eis non diſtinguitur an cônci
piat actum in perſona ſua,uel domini:quia hæc
qualitas non cadit in delictis,cum ſemper ipſe
faciens totum actum dicitur in perſona ſua cô
cipere; quia ſemper ipſe ſolus dicitur facere,
Ideò ſi quæramus an quis delictum dicatur ue-
rè facere per alium conſiderandum eſt.Aut de-
lictum dependet ab animo ſolo,& per actũ cor
poralem demonſtratur,&tunc dominus dicitur
uerè facere:quoniam mandando ut faciat illũ
actum ipſe incontinenti dicitur facere, ut eſt
textus in capitulo mulieres. §. finali. de ſen-
tentia excommunicationis, & poteſt poni
exemplum in omnibus illis caſibus in quib.pu-
nitur affectus licèt non ſequatur effectus, ut ha-
betur in l. is qui cum telo.C.ad l.Iuliam. de ſi-
car.&hoc modo intelligitur tex.in l.iij.§.ſi pro
curator.ff.quod quiſq; iuris. Si uerò quæramus
an dicatur præſtare illam operationem corpo-
ralem uerè,& omninò uerè non dicitur præſta-
re.unde & in iſtis delictis mandans dicitur uel
le facere omnia quæ conſiſtunt in animo ea ue-
rò quæ exercentur per corpus dicuntur fictè fie
ri,& ideò ſi in delictis magis conſideratur ani-
mus quàm corporalis actus, dominus delictum
dicitur uerè facere:ſed ſi magis conſideratur il
la actualis corporis operatio,tunc dominus fi-
ctè dicitur facere,& ideò ſi ſtatutum dicat pro
ut faciebat lex Aqil.ſi quis corpore dederit da-
mnum alteri puniatur mandans ſemper fictè di
cetur delictum feciſſe,& non uerè,& in hoc caſu
ſeruabitur diſtinctio Bar.an faciat per miniſtrũ
uiuum,& fictè faciet,an uerò faciet per inſtru-
mentum mortuum etiam ſeparatum à corpore,
tunc dicetur uerè facere ut per eum, & ex his ha
bes plenè tractatum quomodo fictio tranſlatiua
de perſona ad perſonam procedat.Nam coniun
gendo utrunque articulum dicas. Aut principa
liter conſideratur actus corporis, & tunc man-
dans ſemper dicitur fictè facere tam delicta quã
contractus,ſi uerò conſideratur animus, & tunc
ſi actus dependet ab operatione animi domi-
nus dicitur uerè facere,tam delicta quàm con-
tractus,& ſolum fictè dicitur præſtare miniſte-
rium.ſed ſi actus concipitur totus in perſona fa
cientis,& tunc in delictis eſt idem quod ſupra.
ſed in contractibus fictè dicitur facere, & cum
hac diſtinctione intelligitur tex.in l. ità tamen.
§.geſſiſſe,de adminiſtra.tuto.& l.ſi pater quæ in
fra.credito.

350 Sed adhuc† contra omnia prædicta inſtari po
teſt de lege quod ſæpe. §. ſi quis amico. ff. de
contrahe.empti.ubi ſi quis mandauit amico ut
quæreret ſeruum fugitiuũ, & uenderet non inci
dit in pœnam Senatuſconſulti prohibentis uen
dere certo modo:quia ipſe uerè non uidetur uẽ
dere,& tamen non eſt nuntius:ſed eſt procura-
tor qui concipit actum in perſona ſua.Reſpon-
detur per Iaſ. quòd ibi non dicitur uendere;
quia aliud eſt uendere,aliud mandari uendi: ar
gu.l.in bona fide. ff. quod certo loco.

Secundò reſpondetur quòd Senatuſconſultũ
prohibet uendi ſeruum abſentem, & ibi nô fuit
uenditus abſens:quia dominus dicitur præſens
per uendentis perſonam.Vel tertiò poteſt dici
ꝙ ibi dominus reſolutè non dicitur uendere cũ
nondũ decreuiſſet reſolutè uẽdere. ſed tu dicas.
Aut loqueris de animo uendente,&non incidit
in pœnam:quia præſens uendit, & contractum
in ſua perſona fecit. Aut uerò loqueris de man-
dante, & non incidit in pœnam: quia ipſe non
uendidit cum uerba non ſint concepta in eius
perſona,& ibi conſideratur potius actualis ope
ratio corporis in uendendo.

Item inſtatur de l.poſſeſſio quoque.§.ſi.ſupra
tit.j.ubi requiritur ceſſio:ſed reiecta ſolutione
Iaſ.illa eſt uera:quia ibi uerba ſunt concepta in
perſona procuratoris,& dominus uerè non di-
citur uendere.

Tertio inſtatur de leg. furti.§.ſi quis alieno.
ſup.de his qui no. infam.ubi qui condemnatur
per ſe ipſum eficitur infamis:ſecus ſi per procu-
ratorem.ſed reſpondetur quòd procurator effi
citur dominus litis,& in eius perſonam conci-
piuntur uerba, & non præſtat nudum miniſte-
rium,& ſic dominus non uerè facit.

Iterum inſtatur de leg.j.§. deiicitur. & §.ait
prætor.inf.de ui.& ui arma. ubi præſtat nudum
miniſterium,& tamen dominus fictè dicitur fa
cere.ſed tu reſponde quòd imò concipit totum
actum in perſona, ideò dominus non poteſt di
ci uerè facere actum cum corpore; tamen quia
cum animo dicitur facere quantum ad eum di
citur uerè facere unde tenetur illo interdicto,&
ſic remanet prædicta diſtinctio uera.

351 Ex quibus † tamen habes unam differentiam
inter nuntium,& procuratorem: quia nuntius
ſemper præſtat nudum miniſterium, & dici-

tur pica, & organum, procurator uerò aliquando præſtat nudum miniſterium, & gerit officium nuntii, aliquando concipit totum actum in perſona ſua. ſed in his quæ non poſſunt ſeparari à perſona domini, ſemper præſtat nudum miniſterium, ut ſi eſt procurator ad contrahendum matrimonium: arg. l. primæ. §. ne autem. C. de cad. toll.

352 Secũda eſt differentia: †quia geſta per falſum procuratorem poſſunt ratificari per dominum. geſta uerò per falſum nuntium non poſſunt ratificari, glo. in l. cum minor. §. hoc iure. & ibi Bar. ſequitur intra rem ratam haberi, & glo. in di. le. multum intereſt. & ratio eſt: quia geſta per nuntium non habent ſubiectum ſine animo domini, & nihil ſunt: quoniam in eo fundantur. Sed geſta per procuratorem habent ſubiectum in perſona ipſius quando actum concipit in perſona ſua: ſed ſi conciperet in perſona domini idẽ eſſet in procuratore, & nuntio.

In contrarium tamen uidetur: quia nuntius uidetur tenere ſuſpenſum actũ donec dominus ratificare uellit, ut in ſimili dicitur per glo. in l. ex conſenſu. ff. de actio. & obligatio. Sed tu dicas quòd illud procedit quando in continenti dominus ratificauit: ſecus ſi ex interuallo, ut ibi dicitur per glo. in perſona mittentis, & quæ dicuntur de perſona mittentis procedũt in perſona eius cui mittitur, & ità reſtringas dictum.

353 Tertia eſt differentia: †quia reuocato mandato procuratoris ipſe poteſt facere negotium ſi intereſt ſua, uel non intereſt partis, glo. in capit. mandato. de procuratorib. & l. ſi mandati. ff. mãdati. ſed reuocato nuntio etiam ignorãte actus eſt nullus: quia deficit perſona in qua fundatur negotium, ex eo: quia dominus reuocatus nõ intendit cum animo ſuo amplius facere actum. unde nuntius per ſe facere non poteſt quod dñs nõ facit: quia nõ uult Io. An. & Domini. in ca. ſi. de procurato. in 6. per l. ſi pater. ff. de manumi. uin. & reprobant glo. tenentẽ contrarium in l. j. ff. de contrahen. emptio. ſequitur Imo. in di. cap. mandato. & Ang. in l. mandato. C. mandati, & Bal. in cap. audita. col. ij uerſ. quid de nuntio: de reſt. ſpo cum aliis adductis per Crotum hic nu. 44. ubi dixi. Bal. idem etiam in reuocatione litterarum: quia deficit conſenſus, & ſpiritus. le. non figura. de actio. & oblig. reſtringit tamen Bal. dictam differentiam in l. ſi procuratorem ff. de procuratoribus non procedere quando quis ageret de damno euitando: quia tunc teneret actus geſtus per nuntium reuocatum ignoranter: nec dicitur quòd deficit conſenſus: quia imò durat interpretatione legis uiolentis reuocationem nõ ualere. arg. l. qui ad certum. ſup. locati. ſequitur Fely. in cap. ex parte. de reſcript. col. iij. uerſ. iij. fallit. & eſt tenenda quãmuis hic Crotus uideatur dubitare: quia præſupponit Bal. reuocationem non ualere, & fictione legis animum durare, & ceſſat omnis obiectio ſua dummodo reuocatio fiat fraude uel dolo ipſius domini, quo caſu non erit differentia inter reuocationem procuratoris, & reuocationem nuntii. Si autem fieret bona fide, tunc reuocatio ualeret Bal. & Sal. in l. mandatum. C. mandati. & ideò ſequitur ꝙ per mortem ipſius domini mittentis mandatũ reuocaretur, & actus quantuncunque inceptus non poſſet perfici quamuis ſecus ſit in procuratore, per tex. in §. finitur. inſti. mandati.

Secundò reſtringitur dicta differentia ſecundum Crotum in eo qui non eſt nuntius propriè ut quia dictum fuit facio te nuntium meum ad uendendum: quia ualet actus geſtus à nuntio etiam reuocato, ut per Bal. in l. falſus. col. 6. uerſi. ſecundo quæritur. C. de fur. ſed ego intelligo quando alias eſſet procurator ex his uerbis ut dixi ſup. quod contingit quando dictum fuit facio, te nuntium, procuratorem, & geſtorem, ſed ſi eſſent illa ſola uerba facio te nuntiũ meũ ad uendendum. eſſet uerè nuntius: quia intelligeretur ut præſtaret miniſterium ſuum ad uenditionem illam fiendam cum animo domini, & non poſſumus per alia uerba magis clarè conſtituere nuntium.

354 Ex quibus tu inferas †ad quæſtionem nouam maximi effectus quæ de facto euenit. Quidam mandauit Semptonio ut interficeret Titium, ac etiam tradidit arma ei cum quibus deberet interficere, ille autem accipiens ut lucraretur ab utraque parte, ut ſolent facere ſimiles homines, notificauit totum hoc factum parti. unde mandans dubitans ne incideret in pœnam quoniã habuit ſuſpicionem de hac fraude mandatarii, reuocauit illud mandatum per inſtrumentum publicum coram amicis, poſteà fuit accuſatus, & captus, & in tortura confeſſus fuit ſe feciſſe mãdatum, & reuocaſſe illud, producendo inſtrumẽtum, per quam confeſſionem fuit dubitatũ utrũ deberet condemnari, & talis reuocatio eximeret eum à pœna aſſaſſinii. plerique docto. dixerunt ꝙ non, ex eo: quia hæc reuocatio fuit nulla cum non fuerit intimata parti occidendæ: nec ſufficit intimaſſe ipſi mandatario ſeu procuratori ad occidendum. per dictum cap. mandato. de procurato. & l. ſi mandati. ff. mand. unde conſanguinei ipſius mandat. & doct. dixerunt magnas iniurias illi qui dederat hoc conſilium reuocationis, & non dedit etiam conſiliũ ut intimaret etiam parti occidendæ. Ego autem fui in contraria opinione, quòd imò iſte reuocãs euitauerit pœnam aſſaſſinii, & quòd propter hoc non poſſet puniri illa pœna, & ꝙ ſufficiebat intimaſſe mandatario qui interficere debebat: ex eo: quia ille dicitur potius nuntius quã procurator, & ualet reuocatio nuntii etiam ꝙ non intimetur parti: quia ſufficit quòd deficiat animus in mandante propter quem dictus mandãs dicebatur committere delictum, & ille ſolum præſtabat nudum miniſterium per doctrinam Ioannis And. & Domini. in dicto cap. ſi. de procurato. in 6. & d. l. ſi pater, de manumiſſ. uindi.

Prætereà dato quòd eſſet procurator dicebã

non

non eſſe neceſſarium intimari parti occidendæ,
ex eo:quia illa nihil habebat facere cum animo
ſuo:neque aliquid gerere. ſed ſolum pati mortẽ
&eius ignorantia uel ſcientia nihil operabatur
quantum ad euitandam hanc mortem, & nullũ
erat amplius eius intereſſe reuocato mandato:
quia ſufficiebat quòd mandatarius abſtineret
ab illa intentione occidendi, & ipſe in omnib.
erat liberatus. Contraria autẽ procedunt in ꝓ-
curatore ad litem,uel ad negotia,in quib.& ille
tertius erat aliquid geſturus,& poterat pati in-
tereſſe credens negotium habiturum effectum
ſi per reuocationem non haberet, & propterea
erat opus ut ipſi etiã fieret intimatio ad finẽ,ut
poſſet cum aliis negotia ſua peragere,& ſic ap-
paret quòd iſte caſus habet ſpecialem rationẽ,
& quòd non eſt opus intimatione in perſona ip
ſius iniuriandi,cum nihil ipſe deberet agere ut
non agendo pateretur intereſſe, & facta reuoca
tione ceſſauit totus actus, & intereſſe tertii, &
ſuccedit regula l.cogitationis. ff. de pœnis, ꝙ
nulla eſt pœna cogitationis,& ſicut falſum ſine
intereſſe alterius non eſt punibile ut latè habe-
tur in rub.ff.de fal.ità nec etiam hoc aſſaſſiniũ
reuocatum nullum intereſſe parti debet eſſe pu
nibile.facit etiam: quia mandatum rei turpis
non ualet,l.ſi uerò non remunerandi.§. rei tur-
pis.ff.mandati.& §.quoque.inſti,man.nec dica-
tur quòd imò pars aduerſa ſciebat propter re-
uelationem ipſius mandatarii: quia per hoc nõ
erat neceſſaria intimatio: quoniam ſufficiebat
ꝙ abſtineretur à malo ut ipſe nullum pateretur
intereſſe,nec etiam dicebatur ſufficienter inſtru
ctus:nec debebat ei credere:ſed dubitareꝙ ſicut
decipiebat mandantem,ità& ipſum uolebat de
cipere ut extorqueret pecunias.arg.tex. in le. ſi
quis inficiatus.ff.depoſiti,& per Bar. in l. quod
te.col.pe.ff.ſi cer.pe.& in auct.ſi quis in aliquo.
C.de eden.ubi dicitur ꝙ intimatio non ſufficit
niſi oſtendatur inſtrumentum auctenticum,& li
cèt plerique doct.contrarium dicerent: tamen
ut omnia tollerentur ex gratia in caſu prædicto
liberatus fuit de facto, tamen non eſt receden-
dum ab hac opinione ſi caſus occurreret.

355 Quarta † eſt differentia inter nuntium, & pro
curatorem:quia per nuntium nihil alteri quæri
tur:ſecus per procuratorem,l.prim.C.per quas
perſonas nobis acquiritur,& l.ea quæ ciuiliter.
de acquirend. rerum domin.& per Barto.in di
cta l. qui autem. §. fin.ff. de conſti.pe.& l prim.
§.ſi.cum l.ſequenti.ff. de contrahenda emption.
ubi iura expreſſè dicunt quòd per aliam ſeu
per liberam perſonam nihil quæritur, & ratio
eſt manifeſta: quia dominus eſt ille qui facit
contractum ſeu pactum, & obligatio directo
naſcitur ipſi domino, & acquiritur ex ſuo con
tractu, non ex contractu nuntii qui ſolum præ
ſtat miniſterium tanquàm organum, & ideò
non fundatur contractus in perſona nuntii: ſi-
cut piſcator capit piſces cum auxilio retis, &
hami, & uenator cum auxilio canis capit lepo-
res, & maximè quando capit cum retibus aues
inuentas, & firmatas à canibus, & uerè capit.
& dominus cum auxilio ſuorum recuperat
poſſeſſionem,leg. iij.§. cum igitur.ff.de ui,& ui
ar.Facit tex.in l.quod meo.ff.de acqui.poſſ. uer.
procurator.ſupr. de precario,ut hic etiam per
Crotum,& l. ſi quis ſolutioni. §.mora. ſupra de
uſur.& l.licèt.ſupra de conſti.pecunia,& l.ſi pro
curator.ff.de no.oper. nunciatio. & l. prohibe-
re.ff.quod ui aut clam,& l.cum unus. ff. de bon.
auct.iud.poſſi.qui in terminis probant per nun
tium nihil nobis quæri, ſed nos per eius mini-
ſterium acquirere.

356 Sed † tu omnes iſtas differentias intellige
procedere etiam in procuratore qui tanquàm
nuntius executus fuit officium ſuum.procura-
tor enim ut dictum fuit tanquàm nuntius exe-
quitur multa negotia maximè ſi actus cohæret
perſonæ domini ut matrimonium, & etiam in
poſſeſſione dicta l.quod meo.§.procurator.un-
de potius aliis uerbis iſtæ differentiæ tradendæ
eſſent dicendo aut ille mandatarius interponit
miniſterium ſuum tantum ſiue ſit procurator ſi
ue ſit nuntius, & tunc ſequuntur omnes illi ef-
fectus quòd dixerunt doct. ſuccedere in nun-
tio. aut uerò ipſe facit negotium in perſona ſua
quod plerunque contingit in litibus, & etiam
in aliquibus contractibus iuxta legem poſſeſſio
quoque. §. ſi.& aliquando in poſſeſſione iux. l.
primam. §. per curatorem. in primo reſponſo
ſupra de acquirenda poſſeſſione,& tunc proce-
derent illæ differentiæ ſupra traditæ, & ſolum
hoc eſt plus in procuratore: quia nuntius nun-
quàm poteſt in perſona ſua conficere negotiũ:
quoniam non habet hanc poteſtatem cõceſſam,
procurator uerò poteſt ex natura officii. ſed ta
men non eſt neceſſarium, quæ omnia intellige
procedere etiam in nego.geſt.ſecuta ratificatio
ne domini:nam negot.geſtor reputabitur nun-
tius ſecuta ratificatione ſi ipſe præſtabit mini-
ſterium ſuum. ſed ſi fecit totum negotium in
perſona ſua ſecuta ratificatione reputabitur tã
quàm procurator: tamen duæ erunt differen-
tiæ: quia ſecuta ratificatione in negotiorum ge
ſtore non poteſt amplius tractari de reuocatio
ne:quia actus eſt iam perfectus niſi in futuris,
& nuntius non poteſt per ratificationẽ ſemper
fieri niſi cũ præcedenti diſtinctione.eadem quo
que diſtinctio cadit in illis quos habemus in
poteſtate:quia aliquando præſtat nudũ miniſte
riũ,& tũc dñs dicitur facere actum,l.j.§. item ac
quirimus.& l.iij.§. ſaltus. ſup. tit. j. Aliquando
concipiunt negotiũ in perſona ſua,&tunc actus
totus eſt in eorum perſona,& non eſt opus rati-
ficatione, ſed acquiritur ipſi domino obliga-
tio iam contracta in eis abſque aliqua ceſſione,
l.placet.ff.de acqui.hęre.&§.j.inſti.per quas per
ſonas nob.acquir.&in toto.tit.de ſtipula.ſeruo.
& hæc de illa quæſtio.an uerè uel fictè mandans
facere dicatur.

357 Secundus † ſuccedit articulus, quem doct. hic

inculcauerunt cum præcedenti, quomodo per
alium poſſit acquiri, de quo loquitur tex. in l. ea
quæ ciuiliter. ſup. de acq. rer. dom. & non poteſt
bene conuenire præcedenti quæſtioni, & de eo
habetur io tit. iuſti. per quas perſonas nobis ac-
qritur, & in titulis de ſtipulatione ſeruor. ideò
tu concludas. Aut quærimus de his quos habe-
mus in poteſtate, & indiſtinctè per eos acqui-
rimus: ſiue præſtent miniſterium tantum ut in l.
j. §. item acquirimus. per totam l. ſup. de acquir.
poſſ. ſiue concipiunt in perſona ſua, ut in dictis
tit. de ſtipulatione ſeruor. & in §. j. inſti. de his q
ſunt ſui uel alieni iuris, niſi ſit factum explican-
dum in perſonam eorum. §. ſed cum factum. in-
ſti. de ſtipulatione ſeruorũ, & §. ei uerò. inſti. de
inuti. ſtipul. & no. per oẽs iu l. condicitur. infr.
de uerbo. oblig. cum materia. illud tamen quod
acquirimus aliquando acquirimus per actũ quẽ
nos facimus per miniſterium eorum, aliquãdo
per actum quem ibi faciunt, ut dictum fuit in
præcedenti articulo qui in hoc differt. ſi uerò
perſonæ non ſunt in poteſtate, ꝙ eſt extraneus,
& nullum interuenit mandatum neque ratifica
tio, tunc nihil quærimus: ſed ſi eſt negotiorum
geſtor qui facit nomine domini ſi ſecuta eſt ra-
tificatio, dicas ut in ſequenti, & in l. fi. C. negot.
geſt. Si autem eſt nuntius ex mandato conſtitu
tus, & tunc per eum nihil nobis acquiritur, con-
ſiderata uera acquiſitione, ut ſtatim dictum fuit:
ſed ſolum per ſuum miniſterium dominus ipſe
dicitur acquirere ex contractu, uel actu io quo
interuenit miniſterium nuntiũ, & operatio ani
mi domini, & propter illud miniſterium aliquã
do leges dicunt ꝙ acquirimus per eum ma ta-
men propriè non acquirimus: ſed per actum cũ
animo noſtro factum interueniente miniſterio
ſuo nos dicimur acquirere. Si uerò eſt procura-
tor, & tunc procedit regula l. ea quæ ciuiliter. ff.
de acqu. rer. domi. ut diſtinguamus inter ea quę
acquirantur ciuiliter, uel naturaliter, ſi natura-
liter acquiruntur tunc per procuratorem acqui
ritur nobis, ut in poſſeſſione tamen cum hoc tẽ
peramento ut propter miniſterium ſuum fiat
hæc acquiſitio. ſed tamen propter actum quem
nos facimus animo noſtro cum miniſterio ſuo
d. l. quod meo. ſup. de acqui. poſſ. unde faciliter
poteſt contingere æquiuocatio: quia hæc duo ui
dentur eſſe multum connexa, & leges ſæpe utun
tur uerbis impropriis.

358 Si uerò† ciuiliter acquiruntur, & tũc prius ac
quiruntur eis, & non poſſunt res tranſire ad do
minum niſi fiat ceſſio per dictã l. poſſeſſio quo-
que. §. fi. ff. de acqui. poſſ. quia in iſtis ſemper do
minus fictè dicitur facere cum animus ſuus non
interueniat ad confectionem negotii. Quot au
tem ſint res quæ acquirantur ciuiliter, & quæ ac
quirantur naturaliter non bene explicatur per
doc. neq; hic neq; in d. l. ea quę ciuiliter. uiden
tur tamen ipſi determinare, quòd aut eſt actus
introductus à iure ciuili ut ſtipulatio, & tunc di
catur ciuiliter acqri. Aut eſt actus introductus
à iure naturali uel gentium, ut eſt poſſeſſio, &
tunc acquiratur naturaliter. quæ diſtinctio non
eſt rationabilis, ex eo: quia ſequeretur quòd ſi
procurator faceret contractus iuris gentium cõ
cipiendo uerba in perſona ſua, tunc actio acqui
reretur ipſi domino immediatè, & non procura
tori, quod eſt falſum, d. l. poſſeſſio quoque. §. j. ſu
pr. tit. j. unde ego puto quòd illa uerba naturali
ter, uel ciuiliter habeant alium ſenſum, & non
habeatur reſpectus ad res ipſas: neque ad nego-
tia conficienda: ſed tantummodo ad modum cõ
ficiendi ut naturaliter dicatur acquiri res: quan
do procurator præſtat nudum miniſterium, &
actus poteſt expediri per animum dñi: ſed ſi ne
gotiũ eſt cõceptũ in ꝑſona ipſius procuratoris
quęcunque ſint res: tunc ipſi procuratores acqui
rũt iura in perſona ſua quæ non poſſunt tranſire
in dominum niſi per ceſſionẽ, per d. l. poſſeſſio
quoque. §. j. in ſtipulatione autem ſemper actio
acquiritur ipſi procuratori, & perſonis exiſten-
tib. in poteſtate: quia illa non poteſt fieri niſi cũ
loquentib. & forma interrogationis, & reſpon-
ſionis præſentialiter interueniat. l. j. ff. de uerb.
oblig. & per exemplum ſtipulationis demõſtra
uit Iuriſcon. quòd intelligebat ciuiliter acqui-
ri: quando totus actus concipitur in perſona ꝓ
curatoris, & hoc idẽ eſſet in omnib. aliis contra
ctib. qui requirunt præſentiam partis, quæ bene
nota: quia per ea tu intelligis dictam l. ea quæ
ciuiliter, quam forſan nunquàm intellexiſti, &
uides quòd tota hæc materia licèt diuerſis mo
dis, & uariis uerbis proferatur: tamen ſemper
reducitur ad hæc duo principia an aliquis præ-
ſtet miniſteriũ ſuũ negotio alieno: quia tunc cõ
cipitur ſemper actus in perſona domini uerè ꝑ
miniſterium tamen alterius an uerè totum ne-
gotiũ cõcipiatur in perſona ipſa interueniẽte,
& tũc ſemper neceſſariò dñs fictè dicitur facere.

359 Prædicta† inſeruntur per Bar. ad uulgatã quę
ſtionem. An ille qui mãdauit fieri delictum per
aliũ puniatur ex uerbis ſtatuti directè, & ſic an
mandans fieri delictum contineatur in ſtatutis
imponẽtib. pœnam de delicto, & ipſe refert Cy.
ubi etiam Saly. in l. non ideò minus. C. de accuſa
tio. hinc inde multa allegantes. tamen ipſe di-
ſtinguit an ſtatuti uerba ſint concepta in rem,
ut ꝓ homicidio uel uulnere imponatur pœna,
& tunc comprehenditur etiam mandans, & alius
cuius dolo malo uel ſuaſione delictũ factũ fuit
per l. hæc uerba. cum ſuppletione poſita ibi per
glo. ff. de adul. & in l. ſeruum. §. prætor ait. ff. de
acqui. hære. ſi uerò ſint concepta in perſonam,
& tunc non comprehendatur per l. aut qui alit.
§. fi. inf. quod ui aut clam. & l. ità uulneratus. in
principio. ff. ad leg. Aqui. & l. metum. §. animad-
uertendum. ſup. quod metus cauſa, & in dicto.
§. ait prætor. in quibus ponitur hæc diſtinctio,
quam etiam repetiit Bar. in l. ſed ſi unius. §. ſi ſer
uus. infra de iniuriis, & ſequuntur communit.
docto. cumulati hic per Iaſ. & Crotum.

Tex. tamẽ in d. l. hæc uerba. ualdè dubius eſt

& nu-

& multi intelligunt ꝙ probet contrariũ.ex quo uidetur loqui in perſonam,cũ dicat nequis,& poſteà addat ſciens dolo ue malo, unde ſuppletio poſita ibi per glo. de iudice non poteſt conuenire:quia uerbum ſciens dolo ue malo,non poteſt adaptari iudici neq; eſt cauſa in eo propter quã ponantur,& ſolũ uidentur cõuenire facienti delictũ:tamen poſteà pro alia parte ꝙ non loquatur de faciente ſtringit illd uerbũ adulteriũ factum,quod eſt præteriti temporis, & nõ poteſt adaptari diſpoſitioni in perſonã, cũ eſſet opus dicere faciet,uel fecit:ſed tamen quia ambigua ſunt multũ uerba,& imperfecta,& habemus alia iura non multum curabimus de illo tex.acſi nõ allegaretur.Alci.tamen,& alii Mod.Galli dicũt quòd ibi eſt uerbũ facto,& poſſet dici ꝙ loquatur in perſonã:tamen poſteà non probat,& uolunt ꝙ credamus eis ſicut eſſent Euangeliſtę, & ut colorarent hanc ſuã opinionẽ dicũt hoc reperiri in codicib.antiquis quos tamen non demonſtrant,& quãuis demonſtrarent nõ apparet ꝙ magis credendum ſit eis quã noſtris,& ſolent ſæpe ipſi quando non intelligunt unũ tex.dicere quòd corrupta eſt litera,& quòd codices antiqui habent literam ſecundũ arbitrium eorum taliter ꝙ hucuſq; propter hanc ſuã præſumptionem infinitas leges deſtruxerunt; ut ego cogar cum dabitur mihi tempus facere libellum, & reducere leges per eos deſtructas ad candorem antiquum demonſtrando eorum errores.

360 Vnde omiſſo illo tex, contra Bar. tenuerunt multi quos allegat hic Iaſ.ꝙ immò ſtatutũ ſiue loquatur in rẽ ſiue in perſonã,& per quęcunq, uerba cõprehendat etiã mandantem,& Bal.eam ſecutus fuit ſæpius ibi incõſtans in tit.de pace Cõſtãtię in uerbo aliqd col.20.cũ aliis hic cumulatis per eundẽ Iaſo. & Crot.& adducitur primò tex.in l.Diuus. §.ſcribere.iũcto prin.ff.de falſi. ubi in l.loquente in perſonam continetur ille q fecit ſcribere ſibi legatũ per aliũ,& plus probat ille tex.quia erant uerba perſonaliſſima,cum eſſet dictũ ſi quis ſcriberet ſua manu,& tamẽ etiã tenetur mandans ſeu ſcribens per alium.Reſpõdebat Iaſ.ꝙ illud ideò fuit:quia aliàs illa diſpoſitio efficeretur eluſoria,cum unus faceret ſemper alium ſcribere quo caſu uerba impropriantur,cap.ſi ciuitas.de ſent.excomm. in 6.& Abb. in cap.ſi.de præbend.cum aliis hic cumulatis p Crotum,& Iaſ.quæ ſolutio eſt multum generalis,& faciliter euitari poſſet cum & cætera delicta poſſent faciliter expedire per alium ſicut illa ſcriptura,& tamen non continetur.

Item non eſt uerumꝙ ſit illa facilitas per alienum cum quis multa per ſe ſcribens poterit facere quę non committeret conſcientiæ aliorum propter reuelationẽ,& ſcribere per aliũ non dependet à uoluntate ſua,ſed à uoluntate teſtatoris.Igitur uidetur imputãdũ legiſlatori qui nõ appoſuit uerbũ fieri fecit ſicut fuit aditum in l. j.§.ait prætor.inf.de ui,& ui ar.& l.iij. §. hæc uerba.ff.de neg.geſt.unde dicitur in §.j.inſti. de le. Fal.ꝙ ante eam multæ leges fuerunt imperfectę: & ratio eſt:quia uerba earum debent attendi,& ideò uidetur multum ſtringere quidquid tamẽ ſit per illum tex.ſequendo cõmunẽ inducitur limitatio ad regulã ut non procedat quando nõ cõprehẽdẽdo mãdantẽ lex efficeretur eluſoria.

Secundò adducitur tex.in l.ſi quis id quod §.ſi.iuncto princ.ſup.de iuriſdi.omnium iudi.& l.pe. in prin. coniuncta rub.in ij.reſpõſo ſup.ne quis eum.& l.j.§.deieciſſe.inf.de ui, & ui ar. ubi per uerba delicti puniendi in perſonam concepta comprehenditur mandans.

Tertiò adducitur tex.in cap.ſignificauit.ij. reſponſo de iudi.ubi pœna perſonaliter impoſita portantib.arma, & alias res ad ſacrace nos, habet locum etiam in mandante ſeu mittente per alios,& ibi Abb.iij.no.nota.& replicatur in cap. quorundam. eo.tit.

Quartò adducitur tex. in cap. mulieres. de ſententia excommunicationis.ubi dicitur quòd mandans percuti clericos dicitur uelle committere delictum, & ideò excommunicatur ex ſuo delicto. & tamen pœna excommunication. imponitur perſonaliter. in cap. ſi quis ſuadente.17.quæſtio.iiij.

Sed iſtis duob.iurib.reſpondet Iaſ.poſt Bart. quòd loquuntur in materia peccati:quoniã pœna illa excommunicationis imponitur propter peccatum quòd qualiter committitur in mandante ſeu in faciente:arg.cap.periculosè. de pœnitentiis diſtinctio.j.

Secundò reſpondet Bal. quòd loquitur reſpectu damni paſſi.

Tertiò reſpondet Ro.quòd intelligitur uelle committere in legem.quæ omnes reſponſiones reprehenduntur ut hic per Iaſ.quia uiolant tex,

Similiter ad l.ſi quis id ꝙ.datur reſponſio ꝙ ibi lex ulterius proceſſit quod tamen non bene apparet,ex eo: quia nõ referuntur ibi uerba edicti: ſed uerba Iuriſc.interpretantis edictum, & facit etiam: quia iurans per alium incidit uerè in periuriũ non obſeruando Bal.in cap.dilect. col. ſi. de ordine cognitionum.

Quintò adducitur glo.in ca.ſicut digni,& ca. ſi. in uerbo conſilium.ex. de homi. qua aſſeſſores ſolent uti ad examina ubi homicidio facto conſ. & defenſione.

Sextò adducitur doctrina eiuſdẽ Bar.in l.quẽadmodum.C.de agrico.& cenſit.lib. x.& l.ij.§. exercitus.de his q no.infa.& in l. ſi qs idꝙ. ff. de iuriſdict. omni.iudi.uolentis ꝙ oẽs leges pœnales extendantur ad caſus improprios fauore publico,& ꝙ uerba impropriantur ut comprehendant multos caſus,quæ doctrina exornatur multis auctoritatib.cumulatis hic per Iaſ.& ego plenius dixi in l.oẽs populi.in materia extenſionis ff.de iuſti.& iur.qui quando agitur ut plures caſus comprehendantur in l. pœnali fit extenſio: quia tunc fauorabilis eſt, quando uerò agitur de interpretatione pœnæ in caſibus comprehenſis tunc mitior fit interpretatio l.ſi præſes.

& l.ſi de interpretatione. ff. de de pœnis.

Septimò adducitur auctoritas Areti. in d. §. quod ſi licet, uolentis ꝙ principium delicti ſit in mandante, l.j.C.de raptu uirginum, & ꝓbat tex.in l.ſi ego.inſ.quod ui aut clam. ergo uidetur quòd ſit abſurdum ut origo, & principium delicti non contineatur in ſtatuto.

Octauò adducitur: quia in delictis ſunt duo extrema animus,& executio,& animus eſt principalior:arg.l.uerum.inſ.de fur.& l.j. §. Diuus. inſ.de ſica.& l.is qui cum telo.C. ad leg. Iuli. de ſicar.ſi ergo animus eſt principalis,& ille in mãdante plenius reperiatur:ergo ſequitur quòd ipſe plus debet puniri, & hæc ratio ponitur in le. Gallus.§.&q̃d ſi tantum.ff.de lib. & poſth. Nec dicatur ꝙ principaliter ſtatutum eſt odioſum, & fauor publicus non eſt principalis: ſed uenit in conſequentiam:quia imò fauor publicus eſt principalis,& odium in conſequentiam ca. non dubium.de ſent.excomm.ubi Ab.latè declarat, & Bar.in d.§.exercitus. & hanc opinionẽ tenet Iaſ.hic,& Crotus,& dicunt eſſe ueriorem de iure,& ad allegata per Bar.reſpondent ex mente Raph.in l.iij.§.ſi procurator. ſup. quod quiſque iuris,quòd loquuntur reſpectu aliarũ perſonarum,& ſuadente, & qui dolo fecit ut fieret ſed ipſe mandans per quodlibet uerbum l.continetur etiam quòd ſit per ſe maliſſima. Et licèt ſubdat in fi.quòd quando loquitur in rem comprehendit etiam fieri facientem,illud dicitur à fortiori procedere: tamen etiam ſi eſſent uerba in perſonam comprehenderetur mandans.

Secundò reſpondetur quòd illa iura non dicunt ꝙ non contineatur mandans in uerbis perſonalib. ſed relinquitur indeciſum, & per alia iura determinatur,& cum ſint dubia iura allegata per Bar.declarantur per alia iura magis expreſſè. & diſtinctè loquentia per no.in l,ſciendũ ff.qui ſatiſda,cogan.cum ſimilibus,unde opinio Bar.remanet ſine fundamentis, & contra eam ſunt dicta iura, & multa alia quæ infr. referam cum Alcia.& poſt eum.

Limitant poſteà dict. concluſionem non ꝓcedere quando ſtatutum uteretur uerbis perſonaliſſimis dicendo manus tua interſecerit, uel corpore ſuo:quia tunc mandans non poteſt cõprehendi niſi fictè glo.in cle.j.in uerbo publicæ, & perſonaliter.de uita,& honeſta;clerico.quam ponderat Ab.in d.ca.mulieres,& ſequuntur cõmunit.doc.cumulati per utrunq;& per Mod. in l.j.§.adipiſcimur.de acqu.poſ.& multa cumulat hic Iaſ.de propriis manib.inferens ad coronationẽ imperatoris fiendã propriis manib.Papæ

Sed contra dictam limitationem uidetur eſſe tex.in d.l.Diuus.§.j.de falſ.& fortiter ſtringit,tamen reſpondent doc.in d.§.&quid ſi tãtũ. quòd cauſatur ex duplici fictione,unaꝙ pater,&filius fingitur eſſe unica perſona.l.fi.C.de impube. & alii ſubſtitutionib.& §.ei uerò. inſti.de inut.ſtipulationib.alia ratio:qa interuenit mandatum, & illa lex non procedit ſine mandato ſecundũ Bal.in l.de eo.inſ. de falſis,& ſequitur hic Cro. dicens ꝙ auget difficultatẽ:qa ſi non cõprehẽditur mandans quando adeſt una fictio multo minus quãdo sũt duæ fictiones. ſed ipſe æquiuocauit:quoniã iſtę duę fictiones tẽdũt ad faciẽdũ ꝙ ille mãdãs magis cõtineatur, & illę perſonæ magis uniãtur ut tollatur obiectũ difficultatis. Alio tamẽ modo ipſe reſpõdet ꝙ illud ibi ideò eſt:quia mandans cõſequitur lucrũ æqualit. quicunq; ſit qui ſcribat,ideò faciliter fieret fraus illi legi,& pœnæ efficerentur eluſoriæ,& hoc etiã eſt ſatis ꝓbabile, tamẽ obſtat q̃d ſup.dixi,&in omnib. reſponſionib, concluditur quòd ibi eſt caſus ſpecialis faciens limitationem.

Secundò limitatur non procedere quãdo sũt duo ſtatututa, unũ ꝙ nullus puniatur corporaliter niſi ſtatutum hoc dicat,&tunc puniatur arbitrio poteſtatis, & poſteà ſit aliud ſtatutũ ꝙ ille qui fecerit homicidium capite puniatur ut moriatur, hoc enim caſu nõ cõprehenditur mãdans: quoniã ipſe,nõ dicitur facere homicidiũ, & illa uerba ſi quis fecerit declarãtur per aliud ſtatutũ,& intelliguntur cũ perſona ſua,& mandans non dicitur uerè facere homicidiũ cũ perſona ſua ſed ſecundũ q.d,id eſt,cum animo,l.ità uulneratus,ad leg.Aquil.& l.j.§.quoties.ff.de ui & ui arm.& no. in cap.j.de offi. delegati. quod ſatis poteſt procedere;quia uidetur uelle ſtatutum ſolum conſiderare factum, & miniſterium illud nedum interficiendi, & dandi necem declarans per prædictum primum ſtatutum.

361 Alia fuit opinio contraria † præcedentib. in totũ ꝙ quecunq; ſint uerba ſtatuti non comprehendatur mandans:qa uerè non dicitur facere, ut per Bar.hic qui uoluit in factis meris legem neceſſariò fingere per iura allegata per eum, & ità fuit determinatum Bononiæ,& tenet Alber. in tract.ſtatuto.in prima parte quæſtio. 55.

Alia fuit diſtinctio Iacobi Butrig. in l.nõ dubium.C.de legi.& Pauli de Caſt.cum concor.in in l.ſi per aliũ.ſup. ne quis eum dicens quòd ſi ſtatutũ loquitur per uerba immediata nõ comprehẽditur mãdãs.ſi uerò loq̃tur per alia uerba ut ſi quis homcidiũ cõmiſerit comprehendatur. mãdãs : quia uerè dicitur cõmiſiſſe homicidiũ.

Alia fuit diſtinctio Bal. in l.omnes populi.ff. de iuſti.& iur.col.18.quòd ſi ſtatutum remittit pœnam comprehendat mandantem, & ſi concedat iuriſdictionem etiam comprehendat: quia fauorabile eſt:arg.l.in his,& l.hoc modo. ff. de condi.& demõſtratio.& l.Diuus. ff.ad Syllenia. Aut uerò imponit pœnam, & tũc ſi noua eſt pœna,& delictum eſt præter ius commune, ut ſi q̃s uadat de nocte puniatur in centum, & tunc non continetur mandans, ſed ſi eſt delictũ cõmune continetur mandans: quia eſt princeps delicti.

Iaſo. tamen hic, & Crotus tenent ſecundam opinionẽ contra Bar.pro qua facit illud q̃d ego ſup.ultra doct. adduxi demonſtrando quòd mãdans uerè dicitur animo ſuo facere delictũ, & ꝑ aliũ ꝑſtatur ſolũ nudũ miniſteriũ ꝑ iura quę ibi

adduxi

adduxi, & ita uides articulũ hincinde agitatũ.

Alicia. autẽ hic uidetur primũ caput Bar.approbare quãdo uerba concipiuntur in rẽ, ſecundũ autẽ caput quãdo uerba concipiuntur in pſonã nõ ſequitur ſed ponit regulã cõtra ipſum cõſtituẽdo eã qđ faciẽs p aliũ coprehẽdatur in uerbis ſtatuti ſaltẽ ex ioterpretatione: quia nõ minor eſt eius culpa, & hanc dicit fuiſſe opinionem Irnerii, Vberti Bobii. Guilielmi de Suza. Odofr. Alberi. in tractatu ſtatuto. quæſtio. 44. lib. 3. Roma. hic Crotus, Areti. Ruy. in dicta l. Gallus. §. & quid ſi tantum. & §. ſequenti. Petrus & Cy. & ſic uidetur eſſe magis communis opinio contra Bar. & lecunda opinio ſupra firmata magis communiter teneatur quod probar, per dictam l. hęc uerba. retorquendo: quia in ea ſunt uerba in perſonam nequis ſciens dolo malo ſtuprum adulteriumuè facito & habent hodie Codices impreſſi in Gallia, & dicant in aliquibus Codicibus reperiri uerbum facito non autem factum eſt, quod ſi nerum eſſet & deberemus credere eis tanquàm euangeliſtis omnino probatet contra Bar. tamen quia ſoliti ſunt eſſe eius conditionis quando aliquod uerbum ſibi non placet dicere quòd ita reperitur in ſuis codicibus antiqnis, quos tamen non demonſtranr: neque probauit quod habeant autẽnticam fidem, & quod alins præſumptuoſe mutanit in ſcribendo dictos. C. probabile tamen eſt quod ipſe dicit: qnia ſecundam literam communem illa lex non habet ſenſum, & oportet ſubaudire alia uerba & conuenit modo antiquo Rom. faciendi leges qui per uerba imperatiua ita loquebantur; & facit: qnia leges uidentur reſpicere effectum ipſum non actum corporeum: arg. l. primæ. §. fi. quod quiſque iuris, & credendum eſt omnino legiſlatorem ſenſiſſe ut mandans teneatur cum ipſe principalis ſit cauſa delicti l. in hoc iudicio. ad finem ſupra de ſeruo corupto l. 3. de noxalibus. & maxime: quia mandatarius præſumitur alias non eſſe facturum: arg. l. primæ iu fi. C. de raptu uirginum, & l. prima. C. de ſeruis fugitiuis. Item dicit in delictis duo extrema perpendi animus delinquendi & executio l. ſi ego. infra quod ui aut clam cap. primo de homicidio in 6. mandans autem in eo quod magis eſt peccat cum ipſe animum adhibeat & alius executionem facti, & ſine ſuo animo ille non erat facturus, & mandans non tantum ipſe delinquit ſed alium delinquere facit glo. in l. athletas. §. Pomponius. ſupra de his qui no. infamia glo. io §. eos in auct. ut iudices ſine quoquo ſuffragio fiant. Et pro hac opinione adducir poſtea multa iura, & primo tex. in cap. ſi quis uiduam ſexagema diſt. qui prohibet epiſcopũ propter mandatũ promoneri: & facit tex. in l. fi. §. adiicientes. C. de his qui ad eccleſ. confugiunt, & l. ſi certus ſupra ad ſyllaneia. & l. nõ ideo. C. de accuſatio. & qđ qui per aliũ facit per ſeipſum facere uidetur, cap. qui pe. aliũ. de reg. iur. in 6. l. qui mandat. de ſolutio. l. is qui damnũ, de reg. iur. & adducit etiã tex. in dicto cap. mulieres in fi. iuncto cap. ſi quis ſuadẽte, 17. quæſt. 4. & cap. ſignificauit. de iud. cũ aliis ſup. adductis p̃ Iaſ. & dicit quod ad tex. in l. Diuus. §. ſcribere inf. de falſ. nõ poteſt cõueuire reſpõſio quod alias lex eſſet eluſoria: quia per crimẽ ſtellionatus ea ceſſante potuiſſet puniri, cap. penul. infr. de extra. crimini. l. j. §. expilatores. de crimi. expilatæ hæredita.

Item in edicto diui pij de mãdaro de latione plectẽdo proditũ eſt, l. ij. §. Diuus Pius. ff. de iur. fiſci quod etiã procedit in l. Põpeia de parricidiis l. utrũ ad leg. Põpeiam de parricidiis Idem probat tex. io l. iij. §. ſi procurator. ff. quod quiſquè iuris, & l. nõ ſolũ de iniuriis cõiuncta l. Itẽ apud Labeonẽ §. feciſſe. & §. aduxiſſe eo. tit. & l. iij. §. Itẽ is cuius. eo. tit. Ideo ſolet dici nihil intereſſe an qs occidat an cauſam mortis prębeat l. nihil inf. de ſicariis, & dicta l. ita uulneratus. ubi receditur ab illa regula propter uerba expreſſe in l. Aquilia de corpore ſuo faciente damnũ: ergo ſi uõ eſſet poſitũ uerbũ corpore ſuo illa lex contineret præſtantem occaſionem mortis.

Addit quoquè tex. in l. j. §. incidit. iuſ. ad Turpilli. & dictũ Bar. quãdo procurator ex neceſſitate ſecundũ eũ facit actum in dicto §. ſeruus, & Roma. & Bal. noluerũt ſtatutum fauorabile ad mandatũ porrigi ſi dictũ fuit pars proſit homicidæ & quãdo mãdatarius ipſe nõ poſſet puniri ſaltem mandans debet puniri ne delictũ ſit impunitum dicta l. Diuus. §. ſcribere, & cap. ue fame. de ſententia excommunicatio. & dicto. §. ſi procurator. & certè tot iura cumulata multũ ſtringunt pro ſecũda opinione firmata per Iaſ.

362 Es quibus † omnibus ita cumulatis dicit omnino fiendã eſſe regulã quòd diſpoſitio loquens de faciẽte cõprehendat etiã mandantẽ, & eã limitat primo niſi uerba in perſonã ſint cõcepta: quãdo lex affectũ nõ punit. ſed ſimpliciter factũ dicta l. aut q aliter. §. fi. & dicto §. prætor ait, ut ſi puniet eũ qui nocte abſque lucerna inceſſerit: ſed in dubio effectus potius eſt punitus, cap. ij. de clerico pugnãte. Bal. in l. omnes populi, & Roma. hic ſecundo limitat quãdo quis ſimpliciter occaſionẽ aliquã delicto pręſtitit cũ hic uerbis legis nõ cõprehendatur l. Itẽ ſi obſtetrix ad l. Aquiliam. & l. ſi quis miſi bona. §. quid ſi mãdauit ubi Iaſ. ff. de acquir. hæredi. Tertio limitat quando uel natura rei uel perſonæ ſuaderet ut mandans mitius puniretur argum. glo. in capi. ſicut dignũ. §. j. de homici. & dicto cap. ij de clerico pugnante, & aliquãdo mandans excuſatur ut in dicto cap. fame. in fi. & clericus prohibitus tabernariã artem exercere non prohibetur per ſeruos: quia lex punit factũ ut hic latius per eũ.

363 Cuius † dicta puto ſatis pbabilia. & ego etiã puto opinionẽ cõtra Bar. eſſe ueriorẽ & cõtra eũ facit: qa ille dicitur nudus miniſter, quãdo alias nõ erat facturus, & q amodo quodã inſtru. quo mandans facit quod præſumitur ut ſupra: ergo mandãs uerè facit, & per cõſequens de propriæ

tate ſermonis continetur in ſtatuto. Secundò fa
cit d.l.ità uulnetatus retorquendo. utſup. Ter-
tiò efficacisſimè probatur in d.l.j.§.deieciſſe.in
fra de ui,& ui arm.ubi uerba edicti poſita in l.j.
in prin.eo.tit.erant in perſonam tamen illa pœ
na directo datur contra mandantē, & ratifican
tem d.§.deieciſſe,& confirmatur:quia factum à
familia non continebatur in uerbis ideò addi-
dit de eo,& ſi mandans non contineretur etiam
addidiſſet d.l.j §.ait pretor.& improprietas ibi
eſt reſpectu facti, & ità omninò tenendum eſt
de iure communi.

Sed tu tamen ut diminuas difficultates cla-
rius & ſpecialius reſoluendo conſtituas aliquos
caſus nō multum ab opinione Alci. diſcedēdo.
364 † Primus caſus eſt ubicunque lex concipit uer-
ba in rem,& in eo quaſi omnes cōueniunt quòd
comprehendatur mandans, ut hic per Bar. per
dictam l.aut qui aliter.§.hæc uerba.& §.ſi.& l.ſi
ego.infra quod ui aut clam.& l.ſi ſeruum.§.præ
tor air.ff.de acquir.hæredita.& l.metum §. ani-
maduertendum.ff.quod met. cauſ. cum ſimilib.
& licet Albericus ſup. relatus diceret quòd nul
lo modo continetur mandans :quia ipſe non fa
cit,& quòd ita obſeruatur in practica,illud con
tingit : quia ſtatuta Mod. ſolent ſemper habere
aliud ſtatutum in fin.quòd uerba intelligantur
ut iacent & naturaliter & ſine ſubauditione: &
quia etiam obtentum fuit hodie quòd nunquā
puniatur affectus niſi ſequatur effectus, ut per
Bart & alios & ibi dixi in lege prima.§.hæc uer
ba. ff. quod quiſquè iuris. ſed circumſcriptis
iſtis ſtatutis hæc opinio omnino eſt uera, &
tenenda.

365 Secundus caſus eſt † quando pœna imponitur
ratione peccati.& propter conſciētiam,& ꝙ ra-
tione alicuius peccati mortalis excludatur ali
quis ab officio ſuo,& punitur delictum propter
conſcientiam, ut excommunicatione, & tunc
mandans etiam ſecundum omnes tenebitur:
quia uerè quantum ad peccatum dicitur delin-
quere, & in conſcientia dicto cap. mulieres .§.
fina.coniuncto dicto.§.ſi quis ſuadente,& dicto
cap. ſignificauit. de iud. & cap. ſiquis uiduam.
60.diſtinctione quod etiam procederet de iure
ciuili omnino in illis caſibus in quibus punitur
animus licet non ſequatur effectus. lege is qui
cum telo C ad l.Corneliam de ſicariis cum ſua
materia declarata per Hippolyt.de Mar. & di-
xi in dicta lege prima §. hęc uerba multa ibi
cumulando.

366 Tertius † caſus eſt quando uerba legis uel ſta
tuti ſunt generalia, & comprehendunt etiam
mandantem ut in l.ità tamen.§.geſſiſſe.ff.de ad
miniſtra.tuto ſecundum Alciat.nu.64. qui uult
uerbum gerere ſui ſignificatione comprehende
re mandantem uel ultra eum quando eadem ra
tio militat ſeu idem effectus eſt in mandante q
eſt in faciente reſpectu tertii ut in di.§. gesſiſſe,
uel cum facilitate poſſet reddi illa lex eluſoria
ſtante alia l.communi nimis facili,& tunc etiam
ſecundum omnes comprehenditur mandās per
uarias reſponſiones datas ſup.relatas ad dictā
l.diuus.§.ſcribere.ff.de falſ.cum ſimilibus.

Quartus caſus eſt † quando mandatarius non
poteſt puniri aliqua l. & tunc ne delictum rema
neat impunitum mandans ipſe debet puniri ut
hic per Alciat. per dictum. §. ſcribere ubi ſer-
uus aſcribens domino non punitur aliqua l.& ſi
non comprehenderetur in illo edicto efficere-
tur diſpoſitio eluſoria: ergo dominus mandans
punitur:arg.cap.ut famæ.de ſent.excom.& facit
tex.in l.iij.§.ſi procurator. ff. quod quiſq; iuris.

368 Quintus caſus eſt † ubicunque leges uel ſtatu
ta loquuntur in materia non pœnali, & tūc om
nis l.uel ſtatutum per uerba perſonalia compre
hendere debent etiam facientem, ut ſi dicatur
qui fecerit contractu ſoluat gabellam qui ap-
prehenderit poſſesſionem,& poteſt etiam poni
exemplum in materia quod ui aut clam, & alia
ſimili, tunc enim punietur ille mandans ſi man
datarius nudum miniſterium appoſuit. nam ue
rè ipſe dicitur feciſſe contractum di.le. pater ex
prouincia.ff de manumiſſ.teſta.& d.l.qui autem
§.ſi.ff.de conſti.pecunia,& l.j.§.ſi.ff.de contrahē.
emptio.cum ſimilib.per quas leges demonſtra-
tur quòd omnia iura loquentia de contractib.
iuris gentium ſeu de facientib. contractus iuris
gentium comprehendunt facientem contractū
per nuntium uel epiſtolam,& ſic mandans con-
tinebitur:quia non mandatarius contrahit: ſed
ipſe eſt qui fecit actum ut hic per Bar.& omnes.
& in his caſib.non uideo quomodo opinio Bar.
ſubſtineri posſit.

369 Sextus caſus eſt † quando ſtatuta pœnalia ſe
referunt ad factum naturale, ut ſi dicant ſi quis
manu ſua fecerit delictum,uel corpore ſuo occi
derit,ut erant uerba l.Aquil.uel quòd iuramen
tum fiat de facie ad faciem, ut in conſtitutione
Neapolitana,& huiuſmodi ſimilia,& tunc ſecun
dum omnes mandans non continebitur: quia
nō conueniunt uerba neq; mens ſtatuti,cum op
ponendo.& demonſtrauerit quòd intellexit de
facto naturali, & immediato quòd uerè man-
dans non dicitur facere,& in dubio non eſt re-
cedendum à uerbis ità præciſis,ut in l.Aqui.ſed
tunc recurrendum eſt ad doctrinam Bar.in d. l.
ſed ſi unius.§.ſeruus.ff.de iniu. ubi dixi ꝙ cor-
pore dicitur feciſſe damnum qui per lanceam,
uel ſagitam,uel archibuſium,uel per lapidē ho-
minem interfecit,& dicit tex.in §.pe. inſti. de l.
Aquil.quòd quis corpore dicitur dediſſe dam-
num,qui proiecit de ponte hominem in flumen
dolo malo ut ſuffocaretur,quāmuis equa ſit quę
ſuffocauerit. & idem ſi de tecto deiecit hominē
ut cadendo interficiatur licèt terra ſit quæ de-
dit mortem,uel proiecit aliquem in parietem,
ut colliſo capite moriatur, & ego dixi poſt De
cium in lege prima. C. de edendo. Nam paria
ſunt proiicere ſagitam in hominem, uel proiice
re hominem in ſagitam, & in aliud inſtrumen-
tum quod noceat.

Septi-

370 Septimus caſus eſt† quãdo uerba ſtatuti ſunt concepta in perſonam ſimpliciter, & ſumus in pœnalibus, & hic eſt caſus dubius in quo docto. ſunt uarii & aduerſi, & inuicem contrarij, tamen nec etiam hoc caſu poſſum approbare opinionẽ Bar. ꝙ mandans non contineatur de proprietate uerborũ: quia uerũ eſt mandãtẽ ipſum facere delictum animo ſuo. & expletur ſaltem ſecuta executione corporali. & licet ipſe operationem corporalem uiſibilem non adhibeat uerè: tamen per ipſum ſit delictum ſecuta operatione alterius, ſicut præſtito nudo miniſterio a nuntio mandans dicitur contrahere, paciſci acquirere poſſeſſionem, & cætera ſimilia facere. Et hæc opinio probatur per tex. in dicta l. hæc uerba. eam retorquendo utſupra. & per omnia alia adducta per Iaſ. & Alcia. & per me quæ ſunt ultra uiginti decidentia uiginti caſus iuris in quibus uerba in perſonam comprehendunt etiam mandantem, & ſolum pro opinione Bar. ſtringit tex. in dicta l. aut qui aliter. §. ſi quis uerba. & §. fi. & l. ſi ſeruum. §. ait prætor. & dicto. §. animaduertendum, quæ iura præciſè non dicunt quòd ſub uerbo ſi quis fecerit, non contineatur mandans: ſed ſolum quòd quando uerba concipiuntur in rem ſine difficultate omnes perſonæ continentur, unde opinio Bart. rectè conſiderando remanet ſuis iuribus, & quamuis appelletur communis opinio; tamen ex auctoritatibus Modernorum coniunctis opinionem contra Bar. eſſe magis communem.

Practica tamen uidetur obſeruare quòd mãdans non contineatur in ſtatutis loquentibus per uerba perſonalia, quæ tamen conſuetudo ideò inoleuit: quia plerunquè reperiuntur alia ſtatuta tractantia quòd uerba intelliguntur prout iacent, & quòd non recipiant ſuppletionem, uel extenſionem. ſed naturaliter intelligantur.

Item etiam quia plerunquè per ſtatuta receptum fuit quòd nunquam puniatur ſolus animus niſi ſequatur effectus, & cum effectus uideatur in faciente, & non in mandante, receptum fuit quòd tantummodo in ſtatutis contineantur illi qui fecerunt actum, & ideò inſpecto iure cõmuni uerior eſt opinio cõtra Bar. ſed inſpecta conſuetudine propter dicta ſtatuta per totam Italiam præualentia opinio Bar. recepta fuit in practica, & hac de cauſa appellatur communis.

371 Quare† reſpectu iuris communis facias regulam contra Bar. ut dicebat hic Alcia. quòd per quæcunque uerba ſtatutorum delicta punientia comprehenditur mandans, quæ regula omnino procedit in quinque caſibus ſupra adductis. ſed etiam in ſeptimo caſu procedit ut dictum fuit.

Fallit quando conſtat quòd lex ſe retulit ad factum naturale ſeu operationẽ naturalem, ꝙ ſecundum conſuetudinem præſumitur in ſtatutis ut dictum fuit.

Secundo fallit quando mandatarius erat omnino facturus: quia tunc ipſe dicitur facere non autem mandans: quãmuis ipſe calcaria addiderit, & ceſſat ratio principalis contra Bar. quia non dicitur uerè feciſſe actum.

Tertio fallit quando eſſemus in caſu quo procurator in perſona ſua totum negotium expediſſet licet nomine domini: quia tunc uerè non dicitur facere utſupra.

Quarto limita ut per Iaſ. ſupra relatum

372 Prædicta faciunt ad aliam quæſtionem.† An mulier prohibita contrahere ſine certa ſolennitate, & ſine conſenſu propinquorum, poſſit etiã contrahere, ſine dicta ſolennitate per procuratorem? Bar. in leg. apud Iulianum. §. fi. infra ex quib. cauſ. in poſſ. eatur uidetur ſentire quod ſic: quia uerè non contrahitur per mulierem, ſed fictè, le. oſſa. ff. de religio. & ſump. fun. & caſus fictus non continetur in ſtatuto, l. 3. §. hæc uerba ff. de neg. geſt. & per ſupradicta, & hoc admittebat Rap. quando fuiſſet ſeruata illa ſolennitas in conſtituendo procuratorem ad contrahendum: ſecus ſi non fuiſſet ſeruata: quia in illo contractu conſtituendi procuratorem mulier poſſet dici decepta, & militaret ſemper ratio fragilitatis mulieris, Crotus uerò dicit quòd quæcunquè ſint uerba ſtatuti non poterit contractum facere ſine illa ſolennitate: quia cum ſit negotium honeſtum ex neceſſitate agit procurator, & ipſa mulier uerè dicitur contrahere. unde continetur in ſtatuto per ea quæ dicta ſunt per Bart. in le. ſed ſi unius. §. ſeruus. infra de fur. ut hic latius per eum. Ego autem puto quòd ſi mulier fecit cõtractum per nuntium qui præſtauit nudum miniſterium abſque dubio contractus non ualebit ſine illa ſolẽnitate, tamen ſufficit quod ſit in conſtitutione procuratoris ſeu nuntii: quia ab ea deſcendit principium ipſius contractus & periculum mulieris cum in illo tempore ſe reſoluat facere illum contractum forſam ſibi damnoſum, & uidetur militare ratio Bar. & doctorũ ne fragilitate decipiatur. Si uerò fiat contractus per procuratorem cõcipiendo uerba in perſona ipſius quo caſu acquiritur procuratori, tunc ipſa mulier fictè dicitur facere per ſupradicta, tamen etiam puto quòd continebitur mulier in ſtatuto: quia ſaltem faciendo mandatum ipſa præſtat occaſionem cõtractui, & reſolutionem demonſtrat quòd uult facere illum cõtractum forſan ſibi damnoſum, & procurator ſine mandato non poſſet facere. ergo ſaltem in conſtituendo procuratorem propter illam reſolutionem factam de contrahendo & præſtando poteſtatem contrahendi ipſa dicitur læſa, & ideò illo tempore adhuc erit neceſſarium quòd interueniat illa ſolennitas: arg. l. ſi quis nec cauſam. ff. ſi cer. peta. pro quo facit quod ſtatim ſubiicit Bar. uolens quòd extremum ad quod ſit habile ſecundum naturam: ſed ſecundum legem ſtatuti mu

lier ſine conſenſu propinquorum non eſt habilis ad contrahendum ciuiliter:ergo non poteſt ficté ad eam trahi per ea quæ habentur per glo. in l. Gallus. §. ſi eius,ſupra de lib. poſthum.

Dicendum eſt igitur ,quód ſi mulier fecit procuratriçem aliam mulierem illa poterit cō trahere ſine conſenſu conſanguineorum ſi intèr uenerit ſolennitas in conſtitutione ipſius quia nō eſt opus in extremo a quo eſſe habilitatem iuris ciuilis. ſed ſufficit naturalis. per l. primã §.cæterum.ſup.tit.primo cum nō ſit opus quòd nūtius uel qui præſtat miniſteriū habeat illã habilitatem iuris quoniam ipſa conſtituens dicitur facere contractum per miniſterium alterius mulieris, & ſufficit in extremo ad quod eſſe illam habilitatem ciuilem á quo eſſentia actus habet originem.ſinautem conſtituerer procuratorem maſculum , & interueniret ſolennitas fortius hæc concluſio procederet. ſed ſi non interueniſſet tunc eſſet opus quòd ipſe procurator ſiue tanquàm nuntius ſiue tanquám principalis contraheret, adhiberet illam ſolennitatem ne eueniret quòd læderetur.

373 Vlterius quærit Bar. † de habilitate extremorum in hac fictione: & dicit quòd in ea requiruntur duo extrema unum á quo quod debet interuenire naturaliter, & uerificatur in perſona quæ facit actum, & aliud ad quod, & uerificatur in perſona quæ poteſt facere ut in mandante, & in extremo á quo dicit eſſe neceſſariam habilitatem naturalem, ut ipſe actus habeat omnes perfectiones naturales, ſed non eſſe neceſſarium quòd illa perſona de iure poſſit facere illum actum ut in l. prima. §.cæterum ſupra tit. primo ubi requiritur quòd ſeruus acquirés poſſeſſionem ſit ſanæ mentis, & non ſit furioſus nec infans ut ipſe poſſit intelligere quod agat & non curamus quòd ipſe non habeat ius poſſidēdi quia ſufficit quòd ille cui acquiritur illud habeat, & facit tex. in l. prima in §. Item acquirimus uſquè ad finem ſup. tit. primo ubi tractatur de illis qui per ſe ius poſſidendi non habent, & tamen per eos acquirimus. extremum uero ad quod conſiſtit in perſona ipſius mandantis uel acquirentis & in eo requiritur habilitas naturalis & ciuilis ut ſit perſona in qua conſiſtat actus l. Labeo. in fi. ſupra eodem ubi qui non poteſt uſucapere per ſe uel poſſidere nec per alium, & facit tex. in le. non minus ſupra de hæredib. inſtituend. ubi non poteſt quis acquirere ex inſtitutione ſerui niſi ipſe poſſet inſtitui.

Nec † obſtat l. utrum.§.fina.infra de parr.ubi extraneus conſcius paricidii punitur pœna parricidii quam ipſe illud facere non poſſit. Nam reſpondet Bart. quòd licet illud parricidium facere non poſſit tamen eſt habilitas ut de propriis conſanguineis ipſe facere poſſit & habilitas in genere ſufficit ꝑ ſupradicta ꝑ Bar. Tu an cōplenius dicas.aut aliquis uult facere actū per nuntium qui adhibet nudum miniſterium, & tunc procedit dictum Bar. quòd ſufficit habilitas naturalis ad factum, & quòd habeat intellectum, dicta l. prima. §. cæterum ſupra tit.primo in perſona mandantis requiritur omninó habilitas, ex eo: qnia ipſe eſt qui contrahit. unde oportet quod interneniant ea quæ interuenirent ſi ipſe faceret actum, quod tamen intellige quantum ad operationem animi, non tamen eſt neceſſaria habilitas corporalis. ideo ego puto quòd habens truncatas manus poſſet conmittere homicidium per alium & uere diceretur facere quia animo perficit, & ille præſtat nudum miniſterium. pro quo facit tex. in le. ſi quis poſthumos. ſup. de lib. & poſthum. ubi ſenex & infirmus poſſunt adoptare attenta naturali habilitate quamuis de facto propter impedimentum accidentale prohibeatur. idem etiam ſequitur quòd ſi quia mittit procuratorem ad contrahendum matrimonium quod erit ſufficiens etiam clericus uel aliás uxoratus ſi habent intellectum quia tanquam nuntii habentur & præſtant nudum miniſterium non eſt neceſſaria habilitas ciuilis in eis & ſufficit quòd ſit in mandante. ſi ucrò procurator uellit concipere actum totum in perſona ſua gerendo plenū officiū procuratoris tūc neceſſaria eſt plena habilitas ciuilis in eo ut poſſit ualere in pſona ſua quoniam ei acquiritur obligatio, & actio, quam poſtea debet cedere mandãti, dicta l. poſſeſſio. §. primo. in extremo autem ad quod neceſſaria eſt utraquè habilitas ut dicit Bar. regulariter tamē fallit in aliquibus caſibus notatis in l. is cui. ff. de actio. & obligationibus. & eſt caſus notabilis qui ponitur in leg.prima. ff. de uerbo.obli.in mutto,& infante qui poſſunt contrahere per ſeruum licet ipſi non habeant habilitatem naturalem & eodem modo per procuratorem, & aſſignatur ratio quia impedimentum quod eſt in perſona mandantis impletur per procuratorem uel ſeruum, & limitant illam regulam quæ habet quòd qui per ſe non poteſt facere nec etiam poteſt per alium ut non procedat quando impedimentum exiſtés in perſona mandantis ſuppletur per ipſum mandatarium ut eſt loquela neceſſaria ad ſtipulationem, quæ licet deficiat in perſona muti mādātis tamē ſuppletur per mandatarium & ſtipulatio ualet unde ſuccedit quod ſtatim dixi ut qui habet truncatas manus & pedes poſſit committere homicidium per alium quia defectus in eo exiſtens poteſt ſuppleri per mandatarium.

375 Prædicta † inferuntur per Bar.ad quæſtionem An quis poſſit conſtituere procuratorem inhabilem ad ſubſtituendum alium habilem? de quo Bar. ſe remittit ad no. in Clem. ſi religioſus.de procuratoribus, & leg. quod quis de procuratoribus. Crotus uerò hic conſiderat

376 aliquos caſus. † Primus eſt quando quis conſtituit nuntium inhabilem ad faciendum procuratorem habilem, & tunc poterit actus fieri ſi mandans eſt habilis quia dominus eſt ille qui

conſti-

conſtituit procuratorem per mediam perſonā nuntii, & ſufficit eius habilitas naturalis, & ſicut mittens epiſtolam conſtituet illum procuratorem l. qui autem. §. fi. ff. de conſti. pecunia. itā etiam & per nuntium ille conſtituet & Bar. ponit in l. j. §. Item acquirimus. quem ſequuntur Docto. ſupra de acquir. poſſeſſio.

Non obſtat quod ibi dicebat Iaſ. nuntium non poſſe conſtitui ad actum generalem ut per Baſ. in dicta l. qui autem: quia dicit Crotus ipſe actus eligendi eſt ſpecialis & non generalis, & in ipſo nuntio eſt electio tantum procuratoris, cæterum dominus ipſe conſtituit procuratorem dicta l. pater ex prouincia, & hic caſus omnino eſt ſequendus.

377 Secundus caſus eſt † quando quis fecit procuratorem inhabilem ad ſubſtituendum habilem ut minorem ad ſubſtituēdum maiorem, uel laicum ad ſubſtituendum clericum in ſpiritualibus & tunc ſi dominus dicat ex nunc conſtituit eum ualebit hæc conſtitutio: quia in effectu dominus facit actum & ille tribuit miniſterium, ut ſupra dictum fuit quòd procurator poteſt fungi officio nuntii dicta l. prima de procuratoribus. Itā concludit Calderi. in cap. poſt ceſſionem. de præbendis & facit dicta l. pater. de manumiſſ. uindicta, & etiam hic caſus eſt uerus.

378 Tertius caſus eſt † quando dominus nunc eligit habilem, & ſubſtituit inhabilem ad ſubſtituendum certum, & habilem nominando forſan, & tunc ſimililer ualet conſtitutio: quia præſtat nudum miniſterium. Crotus tamen allegat dictam l. pater. quæ non facit: quia loquitur de incerto, cum dicat electionem ei datam à patre l. unum ex familia. §. ſi de falcidia. de leg. ij. Unde dixit Ioannes And. in cap. quod alicui de reg. iur. in 6. quòd qui non habet uocem in cap. poteſt illam dare nomine alterius. facit glo. in cap. primo. de procuratoribus. in 6. Et laicus qui non poteſt eſſe executor teſtamenti ex forma ſtatuti poterit facere clericum executorem, & deputari ut teſtamentum ad illum actum per cap. iudex. & cap. apoſtolicæ. de officio delegati. in 6. ubi iudex inhabilis poteſt propter ſuſpicionem delegare alium habilem facit l. cum pater. §. hæreditatem. ff. de leg. ij. & dictum Io. And. in additio Speculi in tit. de inſtrumentorum editione. §. una alia. uerſi. actuageſimo, & hic per Crotum. Sed tamen iſte caſus dependet à cæteris: quia in effectu licet uerba inferant eum procuratorem tamen ipſe fungitur officio nuntii, & præſtat nudum miniſterium, & actus in effectu fit à domino habili.

379 Quartus caſus eſt † quando habilis conſtituitur cum poteſtate ſubſtituendi ſimpliciter qui poſteà efficiatur inhabilis, ut quia excommunicetur uel deportetur, & tunc concludit Areti. & Butr. in dicto cap. poſt ceſſionem, quòd poterit ſuſtituere habilem: quia conſtitutio procuratoris, eſt quidam actus extra iudicialis qui non eſt interdictus excomunicato, cap. ſi uerò. de ſententia excommunicationis, & no. in cap. ueritatis. de dolo & contumatia, & per Bar. in l. ſi quæramus. de teſtam. facit dicta l. cum pater. §. hæreditatem. ff. de leg. ij. pro deportato. ſed hæc ratio infert quòd in iudicio talis procurator non poſſet facere actum, & ſic quòd ſi eſſet inhabilis ad actum non poſſet conſtituere procuratorem, quod ego puto uerum: quia non uidetur eſſe nuntius hoc caſu: ſed explicat totum negotium in perſona ſua: quo caſu dixi requiri habilitatem in eo.

380 Quintus caſus eſt † quando dedit poteſtatem ſubſtituendi loco ſui, & tunc non poterit ſubſtituere etiam habilem: quia totus actus eſt explicandus in perſona illius princi. igitur ſi inhabilis eſt non debet ualere, tamen ego puto quòd ſi conſtaret eum eſſe inhabilem, & per hoc diceret uelle eū ſubſtituere quòd ualebit actus: quoniam ex mente appareret noluiſſe eum facere nuntium, & requirere eius nudum miniſterium, ſi tamen ipſe eſſet habilis iure inhabilis uerò per exceptionem tunc ualeret ſubſtitutio ſecundum glo. in dicta Clem ſi religioſus de procuratoribus. quam defendit hic Crotus hoc colore ſi tamen non ſint appoſita illa uerba loco ſui doctor. concludunt quòd inhabilis poterit ſubſtituere dicto §. item acquirimus. ſed oportet diſtinguere ut in illis, Et ſumma eſt quòd ſi inhabilis debet præſtare ſolum nudum miniſterium ualet ſubſtitutio, ſinautem debet explicare totum actum radicandum in perſona ſua non poteſt: quando autem debeat præſtare nudum miniſterium colligitur ex uerbis, uel ex mente, uel ex ſubiecta materia, uel plenius aut deputatus ad ſubſtituendum eſt inhabilis ad contrahendum, aut ad exequendum procurationem, ſi eſt inhabilis ad contrahendum diſtingue, ut ſupra an præſtet miniſterium, uel exequatur totum actum in perſona ſua. ſi uerò eſt inhabilis dominus ad procuratorem, & hoc nihil operatur: quia etiam inhabilis ad litigandum ſine delicto poteſt facere procuratorem habilem. imò tenetur, l. j. & per totum C. qui legitimam perſonam, & facit dictum capitulum. ſi iudex, de officio delegati in 6. Docto. tamen non explicant de habilitate ipſius domini, & ipſi uidentur reſſidere cum Bar: quòd requiratur habilitas iuris, & naturæ ut per eum qui reſpondet ad dictam l. utrum. cui tamen aliter poteſt reſponderi, quòd ibi non punitur ex eo quòd ſit uerus parricida, & fecerit parricidiū. ſed quia fuit cōſcius in parricidio facto ab alio. nec inconuenit ꝙ eadem ſit pœna: quia per hoc non infertur quòd ſit uerus parricidia. ſed imponitur pœna ad maiorem terrorem, ſicut dicitur in l. domum de adult. ubi præſtans domū adulterio non committit adulterium, & tamen punitur eadem pœna. Et ex dictis Bar. infertur quòd qualitas quæ inhæret in mandante inſpi-

citur, nõ quæ eſt in mandatarin tempore delicti, & facir ad ſtarutum unum & hic per Cratũ.

381 Tertia † eſt ſpecies fictionis translatiuæ quæ fit de re ad rem, ubicunquè lex uult actum factum in una re uideri factum in alia re, & lex diſponit perinde ac ſi eſſet factum in illa alia re. in qua ſpecie Bart. generalirer uidetur concludere quòd lex fingar in his qnæ ſunt meri facti, & meri iuris, & iuris & facti, & ponit exemplum de l. clauibus. ff. de contrahen. emptio. cibi traditio facta de clauibus extenditur ad ipſas merces, ut perinde ſit ac ſi merces ipſæ traditæ ſint. unde ſicut per traditionem mertium transferretur poſſeſſio & dominium earum, ità & per traditionem clauium, & ſic traditio clauiũ aſſumitur pro traditione mertium, & operatur effectum qui ſequeretur ex traditione mertium, & eſt optimum exemplum.

Secundum ponit exemplum de l. prima. C. de donationib. ubi per traditionem inſtrumenti emptionis ſeruorum uidetur facta donatio eorum, quod tamen emptum ità intellectum non eſt bonum: quia tunc eſſet præſumptio quòd donando inſtrumentum præſumatur uoluiſſe donare ſeruos, ità quòd ibi ſunt duo actus, unus uerus de donatione inſtrumentorum, alius præſumptus de donatione ſeruorum, & ad hoc ut efficiatur bonum oportet dicere q; ibi fecit unicum actum tantum, ut tradendo inſtrumentum dicatur donaſſe ſeruos, uel prius donauerat ſeruos, & tradendo inſtrum. uidetur transferre poſſeſſionem ipſorum ſeruorum ſicut fir de clauibus. Ad idem allegat l. ſi ſer- ſeruum filij, §. cum qui chirographum. de leg. primo ubi qui legat chirographum, uel uendit, uidetur legare, uel uendere creditum cõrentum in eo: tamen ut dixi non facit ſi actus legandi eſt in corpore chirographi: quia per legatum uel uendirionem de eo inducitur præſumptio alterius actus quòd uoluerit legare & uendere etiam creditum. ideò ut efficiatur bonum oportet intelligere quòd ſub nomine chirographi legari uel uendit dicitur uendere ipſum creditum, & ſic unicus actus: nam tunc factum in chirographo fingitur factum de credito & naſcuntur illi effectus ac ſi Factũ eſſet de credito, Ad idem allegat tex. in l. ij. ff. de pact. ubi creditor dans chirographum debitori uidetur facere pactum de non petendo, quod ſimiliter non eſt bonum: quia illa traditio facit præſumptionem quòd uoluerit facere pactum de non petendo. unde ut efficiatur bonum oportet q; præſupponatur pactum de non petendo eſſe factum de chirographo & quòd uideatur factum de ipſo credito, & ſic actus ſit in inſtrumento qui trahatur ad creditum, & ſequantur illi effectus, & ſit unicus actus. per quæ exempla habes in effectu concluſionem firmatã Bart. quòd fictio fit de re ad rem & procedit generaliter in omnibus tam facti quàm iuris, & requiruntur duo extrema. unum à quo, & iſtactus factus de clauibus, uel de inſtrumentò, uel de chirographo & iſtud debet eſſe habile naturaliter, ut in actu ſit, & trahatur poſtea uel ad merces uel ad ipſum creditum, & pecuniam debitam, & tunc eſt extremum ad quod requirens habilitatem potentialiter ut actus de dictis rebus fieri poſſit, ut merces poſſint tradi uel creditum præſtari, imò in dicta l. clauibus. requiritur quòd horrea ſint in præſentia tradentis; & forſam in leg. j. C. de donatio. requireretur quòd ſerui uel eſſent in præſentia, uel ſaltem domus in qua habitant, in chirographo uerò non eſſet neceſſaria præſentia pecuniæ: quia ſufficit quòd illa obligatio appareat.

Potes etiam addere quartum exemplum, ſi teſtator diceret lego hunc mulum qui eſſet bos, & conſtaret de uoluntate: nam tunc diſpoſitio facta de mulo fingeretur facta de bouis, & ualeret, ut no. in l. ſi quis in fundi uocabulo. ff. de leg. primo. & per prædicta exempla apparet quòd hæc eſt fictio translatiua hominis: nam in dicta l. clauibus. eſt homo qui fingit, & in aliis iuribus declaratis ut ſupra. quæ fictio permittente lege producit effectus ſimiles perinde ac ſi eſſet actus factus in illa alia re. unde cum ratione ſupra dixi hanc fictionem translatiuam etiam fieri ab homine, & dedi diffinitionem ſeparatam à fictione legis.

382 Quarra eſt † ſpecies fictionis rranslatiuæ quæ fit de loco ad locum: quando unus homo uel res eſt in uno loco, & fingitur eſſet in alio, & lex diſponit perinde ac ſi eſſe in illo alio loco, & de ea Bar. ponit tria exempla. unum eſt in leg. quæſitum. ff. de leg. iij. & l. Seiæ. §. Pamphile. de fund. inſtruct. inſtrum. quæ leg. ubi ſerui deſtinati ad unum prædium ſi reperiuntur in alio loco diſciplinæ cauſa uel ſtudii finguntur eſſe in illo prædio in quo ſunt deſtinati taliter quòd
383 ueniunt in legato relicto de fundo inſtructo †. Ex quo tex. colligitur quòd ille qui eſt in illo loco cauſa ſtudii fingitur eſſe in patria: quia animo non diſceſſit ab ea. unde omnia onera & iura quæ haberet ſi ibi habitaret habebit etiam ſi habitat in alio loco cauſa ſtudii. unde meritò dicitur in l. ſecunda. C. de incol. lib. 10. quòd ſcholares habitantes in ciuitate ſtudii per decẽ annos non efficiuntur ciues: quia uerè non dicuntur ibi habitare, cum habeãt animũ habitandi in patria ſua, & ad eam reuertendi.

Secũdum ponit exemplum de lege quæſitum. §. idem reſpondet legatis. de fundo inſtructo ubi ſeruus deſtinatus ad unum fundum licèt ſit miſſus in prouinciam dicitur eſſe in loco deſtinato: quia habet animum ad eum reuertendi, unde ſequitur quòd qui iuerunt ad nundinas, uel ad alia negotia peragenda, finguntur eſſe in patria ſua, & conſequuntur onera & utilitates ac ſi in ea permanerent.

Tertium exemplum ponit de l. nihil. infra de captiuis, ubi capti ab hoſtibus ſi reuertuntur cum animo redendi ad dictos hoſtes licet cor-

pore

pore ſinr in ciuirate ſua: tamē adhuc ſunt ſerui, & in omnibus, reputárur acſi eſſēt apud hoſtes, irà quòd nec in ciuitate poterunt teſtari: arg. l. obſides. ſupra de teſtamenris, & ſolet poni exemplum in illa lege de Attilio regulo imperatore Romano capto à Carthaginienſibus, qui miſſus fuit Romam ut tractaret de permutando captiuos ab utraquè parte, & quia promiſerat reuerti prout poſteà reuerſus fuir, remanſit ſeruus, quàmuis eſſet Romæ in patria ſua.

Aliud exemplum ultra ipſum poteſt poni de auibus habentibus conſuetudinem abeundi & redeundi ad locum ſuum: nam quàmuis ſint in loco diſtanti: tamen finguntur eſſe in loco quo ſolent ſtare, uel ad quem ſolent reuerti, taliter quòd poſſidentur, & in eis dominium habetur ac ſi in illo alio loco morarentur, ut habetur in. §. pauonum quoquè. inſti. de rerum diuiſione, & l. 3. §. Neratius, cum ſequentibus ſup. tit. primo.

Quintum & clatius exemplum eſt in l. Cornelia, per quam mortuus in loco habitationis hoſtium fingitur mortuus in ciuitare, uel in caſtris ſuis ut ſint duæ fictiones ſimul, una de rempore ad tempus, alia de loco ad locum, l. in omnibus. infra de captiuis.

Er ſextum eſt exemplum de poſtliminio: nā ſi reuertitur captus fingitur retro fuiſſe in ciuitate licet uerè fuerit apud hoſtes, per quę intra colligitur quòd quis fingitur ſtare uel habitare in loco in quo habet animum perpetuo ſtandi, uel habitandi ſi prius erat deſtinatus ad illum locum, & facit tex. in le. 3. ſupra tit. primo ubi qui ponit pedem in ceſpite terræ ſtatim acquirit poſſeſſionem totius prædij etiam latiſſimi: quia ſtatim animo uerè occupat totum fundum, & corpus qui eſt ſuper illo ceſpite fingitur eſſe ſuper toto fundo, quæ fictio cadit in omni poſſeſſione ciuili uel naturali: quia exiſtens corpore in uno loco minimo poſſidet omnem magnam domum, & ſaltus maximos: quia animo occupat totam rem, & in tantum occupat animo, & fictè corpore totam rem quòd alter animo eā occupare & poſſidere non poteſt, ut habetur in l. 3. §. è contrariò, & ibi latè declaraui ſupra tit. primo.

384 Hæc† autem fictio ſuper quibus rebus habeat locum Bar. non declarat: ſed ipſe ſentit quòd habet locum in rebus meri facti, & meri iuris, & iuris & facti: quia non diſtinguit ut in aliis. tamen ego puto plenius dicendum. Aut enim nos quærimus de rebus tam corporalibus uel incorporalibus, quæ quantum ad ſubſtantiam reperiuntur in uno loco, & nos uolumus quòd ſint in alio loco, tūc neceſſaria eſt fictio ſiue ſint iuris ſiue facti: quia propter eſſentiam ſuam. ſi uerò ſunt in uno loco non poſſunt eſſe in alio niſi fingantur, & facit tex. in l. fi. C. de præſcriptione longi temporis dum tractatur de rei uendicatione. Si uerò nos ſumus in homine uel aliis animalibus habentibus animum tunc reſpectu corporis, neceſſaria eſt fictio: quia ſi eſt in uno loco non poteſt eſſe in alio niſi per fictionem: ſed ſi conſideramus animum, & ſumus in his quæ dependent ab operationibus animi,

385 tunc non eſt fictio ſed ueritas. †Ideò ſcholaris exiſtens in ſtudio ſi habet animum ſtandi in patria uerè quantum ad animum in ea habitat licèt fingatur corpore eſſe, & ſi aliquis poſſidet ſaltus hybernos animo tantum uerè eos dicitur poſſidere, & uerè animo dicitur ibi permanere licet quantum ad corpus ſit fictio, l. 3. §. ſaltus. ſup. tit. primo. & generaliter omnis poſſidens res ſuas: quia corpore uerè non eſt niſi in uno tantillo uerè dicitur animo eſſe in omnibus illis rebus poſſeſſis, & ſic eſt ueritas, non autem fictio quàmuis animus dicatur eſſe facti, l. bonæ fidei. ſupra. de acquir. rerum domi. & ſic apparet quòd ea quæ ſunt facti non ſemper per l. finguntur: ſed uerè fiunt, & ea quæ ſunt iuris non ſemper uerè fiunt: ſed aliquando per fictionem.

386 Extrema†uerò etiā in hac fictione duo debēt eſſe, unū à quo & reperitur in illo loco in quo homo uel res naturaliter reperitur, & oporter quòd uerè in ea ſit extremum uerò ad quod, eſt locus in quo fingitur eſſe, & oporter quòd ſit habile in potentia: quoniam deportatus non poteſt fingi eſſe in ciuitate licet ibi habeat animum reſſiſtente lege, & ſi ex aliqua alia cauſa non poſſet quis in patria ſua ſtare, non fingeretur ibi ſtare: nequè etiam poſſidere per le. qui uniuerſas. ſup. tit. primo, & hæc ſufficiant de omnibus ſpeciebus fictionum: nam per exempla in qualibet ſpecie tradita potes determinare omnes caſus contingentes, & trahere ad omnes partes iuris: quoniam in effectu in eis continentur exempla operationum omnium tam legis quàm hominis.

387 Sextò principaliter quærit Bar. †hic quæ fuerit cauſa introducendi fictionem, & breuiter reſoluendo dicit ſolam æquitatem fuiſſe cauſam introducendi fictionem, & probat per exempla; quia in fictione inductiua quis fingitur uiuere propter gloriam: quando periit in acie: quia æquitas militat: aliàs non fingitur: quia deficit æquitas, dicto. §. ſed ſi in bello. inſtituta. de excuſatio. tutorum, & exiſtens in utero fingitur natus quando eſt utile ei: aliàs non, dicta le. qui in utero, & in fictione priuatiua iſtud etiam attenditur: quia ingreſſus religionem fingitur mortuus propter ſalutem animæ. & quia iuſtum eſt ꝙ alter coniunx non remaneat indotata, fingitur mortuus, ut lucra nuptialia ſub conditione mortis acquirēda debeantur l. Deo nobis. C. de epiſco. & cleri. ſed quando tractatur de ſuitate, & de inſtitutione non fingitur mortuus, & poteſt inſtitui: quia ceſſat æquitas, dicta l. Deo nobis. §. primo Idem eſt in fictione poſtliminij, & legis Corneliæ, & omni alia ſpecie tranſlatiuæ fictionis,

per l. poſtliminium . infra de cap. cum ſimilib.
& ut apparet utilitas & effectus Bart. ſubiicit
exemplum de aditione hæreditatis quæ aliquã
do habet uim confuſionis, aliquãdo ſolutionis
aliquãdo exẽptionis propter uarias æquitates
uarijs modis inhærentes in diuerſis caſibus, cũ e
nim hæres ꝑ aditionẽ fingatur eſſe perſona de-
functi, ut in auct. de iureiur. à morien. præſtito,
euenit ꝙ duæ perſonæ transfundũtur in unam,
& propterea obligationes extinguntur, quæ nõ
poſſunt ſtare in una perſona ut ſibi ipſi quis ſit
obligatus. l. ij. ff. de ſtipulatio. ſeruo. & cap. ſi. de
inſtitutio. Hæc tamen diſtinctio aliquando fie
iure confuſionis ut corruant perinde ac ſi nun-
quàm fuiſſent in rerum natura: quia deueniunt
ad caſum à quo incipere non poterunt. Ali-
quando iure ſolutionis, & tunc extinguuntur
ſecundum uerum modum extinguẽdi per ſuum
adimplementum, ut inſti. quibus mod. tolli.
obligatio. §. primo. Aliquando iure exemptio
nis ut perſona obligati tollatur de medio, un-
de dicit Bar. quòd ſi eſt utile hæredi ut rolla-
tur per ſolutionem extinguitur per ſolutionem
quod contingit: quando facta ſolutione hæres
eſſet recuperaturus pecuniam ſolutam ut à fide
iuſſore, iux. legem nec ei. §. primo. ff. de eui-
ctionibus. cum ſi ibi extingueretur iure confu-
ſionis non poſſet agere contra fideiuſſores pri-
mos, quaſi ſoluiſſet propter euictionem à ſe fa-
ctam. Si uerò eueniat quòd ſit damnum ipſi
hæredi ut habeat uim ſolutionis, tunc per uim
exemptionis extinguitur obligatio, ut ſi eſſent
duo rei debendi & creditor ſuccederet uni reo,
uel unus ſuccederet uni reo & creditori prout
euenit in leg. Vranius. infra de fideiuſſo. ſi ex-
tingueretur iure ſolutionis liberaretur alter
correus: quia ſolutione unius rei tollitur obliga
tio, ut inſti. de duobus reis. §. primo, & ſecun
do. unde dicitur ibi quòd ſucceſſio habet uim
cuiuſdam exemptionis, & non ſolutionis, &
ſic propter uariam æquitatem uariatur etiam
modus fingendi, & apparet quòd fictio non
tendit ad aliud niſi ut æquitatem conſeruet.
idem probatur in dicto. §. aditio. ubi ſi habe-
ret uim confuſionis non conſequeretur totum
debitum: ſed ſi eueniat quòd tertius haberet
damnum, & hæres lucraretur cum aliena iactu
ra, ſucceſſio non habet nec uim confuſionis nec
etiam ſolutionis: ſed durat ipſa obligatio l. ſi
ſocer. ſupra ſoluto matrimonio, & l. ſi hæres à
debitore. §. ſi. ff. de fideiuſſoribus, & licet ibi
dicatur quòd intereſſe uertitur propter diffe-
rentiam actionis mandati quæ eſt bonæ fidei,
& ex ſtipulatu, quæ eſt ſtricti iuris: tamen pla
nior ratio eſt quòd cum concurrant duæ actio-
nes, una principalis & alia acceſſoria, durat
principalis & extinguitur acceſſoria: ſed ſi eue-
niat quòd nullum ſit lucrum indebitum neque
damnum hæredis, uel alterius, tunc ſucceſſio
ſeruat natura ſuam ut extinguat obligationes
iure confuſionis, & ſi elegerit hæres iure ſolu-
tionis dicto. §. aditio. & l. hæres à debitore.
cum concord. et leg. ſi debitori creditor, infra
de fideiuſſori. ut hic latius per eum. Per quæ
exempla multum bene probatur quòd in dictis
iuribus fictio non facit operationem ſuam niſi
mediante æquitate, & laborat lex ut faciat
fictionem ſuam iactura alterius, & declaratio
Bar. circa dictas leges quantum ad iſtum finem
bona eſt: ſed tamen dum theoricam ſuam di-
rigit tantummodo ad perſonam hæredis non
bene facit: quia hæc non eſt intentio legis: ſed
theorica debet reduci ad omnes actiones & di
ci quòd ubicunque uel hæres indebitè damnũ
patitur, uel quicunque alius habens ius in dicta
hæreditate indebitè damnum pateretur: ſiue
lucraretur hæres: ſiue quilibet alius, tunc in
dictis legibus fuit introductus modus uarius
extinguendi illas obligationes, ne per dictas fi
388 ctiones induceretur iniquitas † Quæ tamen di-
ſtinctio procedit de iure antiquo, quo tempo-
re hæredes inſolidũ tenebantur creditoribus,
iux. no. in dict. l. quæ dotis. ff. ſolut. matrimo.
in glo. ſi. ac etiam de iure nouo, ſi non eſt fa-
ctum inuentarium: ſed ſi conficitur inuentariũ
hodie introductum fuit quòd remaneant om-
nes actiones in ſuo eſſe, & quòd nec iure ſolu-
tionis, uel confuſionis, uel emptionis, non ex-
tinguantur, ità quòd non poteſt contingere il-
lud damnum neque hæredi: neque aliis extra-
neis propter extinctionem obligationũm. ſed
poſteà per exercitium de eis inducitur exce-
ptio quando æquitas ſuadet ut hæres exigere
non poſſit, uel alius extraneus ſecundum quòd
æquitas militabit: ne quis locupletetur cum a-
liena iactura. ut habetur in l. ſi. §. & ſi perfectã.
C. de iure deliberandi, & ibi eſt alius caſus ꝙ
ceſſat fictio ex noua æquitate conſiderata à Iu-
ſtiniano.

389 Præterea † dum ipſe ponit intelligentiam
multorum iurium bene loquitur circa legem
nec ei. §. primo, & uerſi. aliquando. & l. Lucra
nius. de fideiuſſoribus. Sed dum ponit intelle-
ctum ad l. ſi ſocer. ff. ſolut. matrimonio, quòd
ibi hæres lucraretur indebite conſequendo per
actionem ſtricti iuris actionem bonæ fidei, non
bene loquitur: quia non conuenit uerbis illius
tex. ideò dicas rationem eſſe; quia ibi ſoluto
matrimonio actio de dote eſt communis patri,
& filiæ & conſolidatur per mortem uel eman-
cipationem, l. ij. §. uoluntate. eodem tit. & ſi
maritus uideretur ſoluere ſocero eueniret ꝙ
actio eſſet extincta in filia, quod eſt iniquum,
ſicut etiam eſſet iniquum ſi haberet uim ſolutio
nis: q a liberato marito eſſet extincta actio, etiã
in filia, & amplius non haberet actionem ad pe
tendam dotem, niſi quando iterum uellet nu-
bere, iuxto tex. in leg. fin. C. communia utriuſ-
que iudi.

Item dum Bar. etiam dat intellectum ad di-
ctam l. hæres à debitore. §. ſi. ff. de fideiuſſori-
bus. quòd ibi ſi haberet uim ſolutionis lucra-
retur

retur actionem bonæ fidei, repræhenditur per Iaſ. & Crotum bene: quia illa utilitas non eſt in conſideratione. leg. Aurelius. §. fi. de lib. legata, & per Bar. in l. ſi creditori. ff. de leg. primo. nec utilitas fructuum & uſurarum attenditur ut per Barto. in dicta lege ſi creditori. quia iſtud tantummodo euenit poſt moram, & ſic accidentaliter ideò non curatur. unde Paulus de Caſtro dicebat quòd ibi non datur actio mandati: quia non competit niſi interueniat uera ſolutio, per l. duobus. §. primo. ff. de iureiurand. qui tamen intellectus confundatur per leg. ſi uerò non remunerandi. § primo. ff. mandati, ubi in terminis dicitur quòd ex ficta ſolutione cauſatur actio mandati, & in finali quæſtione infra plenè declarabo. Ideò datur alius intellectus ut ſupra dixi, quòd ibi actio fideiuſſoria eſt acceſſoria, & concurrunt actio principalis, & acceſſoria quæ uidentur facere repugnantiam quòd eadem perſona ſit principalis & acceſſoria. ideò præualet principalis & corruit acceſſoria, l. ſi debitori creditor. in fi. ff. de fideiuſſori. & hoc eſt quod uoluit dicere tex. cum reus remaneat obligatus: quia durante principali non poteſt acceſſoria habere uim ſolutionis, & ità cauſari actionem mandati, & hæc quantum ad dicta Bar.

390 Quantum † uerò ad concluſionem principalem utrum fictio ſit introducta propter æquitatem, qua ceſſante ceſſat fictio. concluſio hæc ſupra ſæpius fuit relata, & ei obiectum fuit de uſucapione quæ eſt iniqua, & tamen in peculiaribus, & in aliquibus caſibus uſucapio procedit per fictionem: ſed reſponſum fuit quòd uſucapio eſt æqua quando interueniunt requiſita ad eam: quia tunc acquiſitio dominii fit ex diſpoſitione legis ut res poſſit teneri in foro conſcientiæ, ut no. in cap. uigilanti. de præſcrip. ſolum autem reiicitur quando non interuenit poſſeſſio perfecta, & uſus non abſtulit, dicta l. nec utilem. ff. ex quibus cauſ. maior.

Item oppoſitum fuit deportato & aliis delinquentibus, in quibus fictio fit in odium, non autem ex æquitate: ſed reſponſum fuit quòd imò & in delictis adeſt æquitas. l. non ſolum. §. primò de iniur. & le. quæſitum. de ſepulchro uio. & l. ità uulneratus. ff. ad l. Aquil. unde nonnulli tenuerunt quòd & in delictis naſcatur naturalis oligatio ad pœnam, ut per Ioannem Fabri, & Mod. in. §. j. inſti. de obligationi. Ideò dicebat Abb. in cap. fi. de præſcriptionibus. quòd ſi damnatus iuſtè ad furcas aufugiat ab eis dicitur peccare mortaliter: quia æquum eſt ut delinquentes puniantur. Et ſi opponatur de multis aliis legib. quæ poſſent allegari quę inducunt fictionem, & non apparet ibi quòd militat aliqua æquitas. & multa addixit Crotus ſuprà circa diffinitionem fictionis Bar. Reſponderi poteſt generaliter quòd plereque leges uidentur certo reſpectu continere odium & iniquitatem, & alio reſpectu æquitatem, ut per Ioã nem And. & Ab. in cap. fi. de conſuetudine mi. 6. & probatur in Velleiano quod tantã æquitatẽ de iure ciuili habet: tamen ſi mulier renuntiauit cum iuramento de iure canonico præualebit iuramentum, & non reputabitur iniquũ propter fauorem, & æquitatẽ animi, & idem erit ſi mulier uendit rẽ dotalẽ, & æquiſſimũ eſt de iure ciuili alienationẽ impedire, l. fi. C. de rei uxoriæ actio. & tamẽ ſi iurauit præualet iuramẽtũ de iure antiquo, & licèt uideatur iniquitas reſpectu iuris ciuilis, eſt tamen æquitas propter peccatum, & ſaluationem animæ, & propterea dicẽdũ eſt ꝗ fictio dicitur introducta ex ęquitate quando lex fundauit deciſionẽ ſuã in una ratione quam præſuppoſuit eſſe æquam, & è contrariò, licèt aliàs æquiſſimum reputat iniquũ.

Propterea reſoluẽdo omnia cõtraria tutiua eſt ità diſtinguere. Aut conſideras æquitatẽ in ſpecie prout differt à rigore, & tunc illa nõ fuit cauſa introducẽdi fictionem, cũ & multæ fictiones ſint introductæ propter rigorẽ iuris conſeruandũ, ut in illa de deportato, & alijs ſimilibus, & ille rigor reputabitur æquus ꝓpter uolũtatẽ legis, & rationem conſideratam ab ea l. j. ſup. eo. ſi uerò capis æquitatẽ in genere pro ut omnis lex debet eſſe æqua cap. erit lex. prima diſtinctio. l. ij. ff. de legibus cum ſimilibus, & tunc fictio poteſt dici introducta propter talem æquitatem: quoniam lex quæ conſiderat aliquam rationem ſuper ea fundando ſuam deciſionem dicitur fieri æquè propter illam rationem conſideratam, quamuis contrarium etiam uideatur æquiſſimum, & illa æquitas reiiciatur ut in exẽplis de iuramentis dictum fuit. idcirco ſumma concluſionis eſt, quòd fictio fuit introducta ex uoluntate l. uel per inſtans hominis uolũtatem fundãdo deciſionẽ in ratione tũc tpis ex cauſa à lege uel iuſta hominis diſpoſitione conſiderata, & non poteſt clarioribus uerbis demõſtrari.

391 Crotus autem † hic ſumpta occaſione quòd Bar. poſuit. exemplum de actione de dote quæ regulariter eſt conditionalis, format hic quæſtionem utrum debitum conditionale adimpleta conditione propriè dicatur purum, & refert opinionem Ang. in l. fi. §. ſi Titius. ff. de uulg. & pupill. dicentis debitum conditionale adimpleta conditione propriè eſſe purum: quia illud eſt purum quod in continenti exigi poteſt, §. omnis. inſti. de uerbo. obligatio. & refert poſtrà Imol. ibidem tenere contrarium, quòd imò non ſit propriè purum: quia conditio uerificata trahitur retro per fictionem, l. potior & qui balneũ. ff. qui potio. in pigno. habeantur, & confirmat per tex. in l. pupillus. in fi. ff. de conditio. inſtitutio. ubi dicitur conditione expleta legati uel inſtitutionis quaſi purè hereditas uel legatum relictum eſt, & uerbum quaſi, denotat fictionem, l. in ſuis. ff. de lib. & poſthum. Bart. in l. maritus. §. legis. infra do adulteriis & facit l. mercis. la ij. ff. de uerbo. ſignifica.

392 Ideò † dicit Bal. in leg. edita. C. de edend.

in repetitione Paduana quòd agens ex debito puro, ſi probauerit debitum conditionale etiam purificatum adimpleta conditione, debet ſuccumbere: quia aliud eſt debitum purum, & aliud debitum purificatum, & illud dictum Bal. ſequitur Areti. in leg. fi. §. cum mihi. ff. de uerbo. obligationib. Vnde Alex. in dicto. §. ſi Titius. concordat iſtas opiniones diſtinguendo an ſit debitum purum, uel an dicatur debitum liquidum: quia bene dicitur purum adimpleta conditione, non autem liquidum, & effectus eſt magnus: quia ſi ſtatutum facit mentionem de debito puro continebitur debitum conditionale purificatum, ſecundum opinionem Angeli & ſecundum opinionem Imo. non continebitur, & ſecundum opinionem Alex. continebitur, ſi ſtatutum dicat de inſtrumento ſeu debito puro: ſed ſi dicat de debito liquido non continebitur, & eadem utilitas erat in hoc Regno Neapolitano propter laudabilem ritum magnæ curiæ uicariæ quæ uoluit quòd debita pura, & liquida mittantur executioni, ſi interuenit iuramentum de facie ad faciem, & reus comparens ſi non uenit cũ ſaculo paratus, debet in uinculis defendere cauſam ſuam, & quia ille ritus loquitur de debito liquido ſecundũ Imo. & Alex. non contineretur debitum conditionale: quia non dicitur liquidum, Crotus uerò hic tenet quòd imò ſtatutum loquens de debito liquido uerificetur etiam in debito conditionali purificato, & quòd dicatur liquidum per tex. in dicto. §. Titius. in uerſi. ſed ſi extiterit. ibi, poſt euentum conditionis pura eſt.

Secundo Aret. in dicto. §. cum mihi addit tex. in l. ſed ſi de ſua. ff. de acqir. hæredita. ibi, illa conditione impleta hæreditatis aditio ualet, & nihil nocet ſuſpicio.

Tertio adducitur dicta l. finalis. §. cum mihi. uerſi. ſed rurſus. ubi illa obligatio pura, & purificata ſunt idem realiter. nam ſi eſſent diuerſa ſtipulatio interpoſita ut poſſit ſolui adiecto non uerificaretur in alio.

Quartò adducit: quia tempore executionis petitæ debitum propriè eſt purum, & qualitas adiecta uerbo ſufficit uerificari tempore uerbi, l. in delictis. §. ſi extraneus. ſup. de noxa. & ità reſſidet poſt multos quos ipſe allegat. Et ad rationem Imo. reſpondet ꝙ hic non quærimus de conditione an retrotrahatur, & ſic includamus fictionem: ſed quærimus an hodie dicatur purum, & ad tex. in dicto. §. ſi pupillus. reſpondet òd dictio quaſi denotat ueritatem.

Sed tu pro opinione Imol. facias fortẽ rationem: quia negari non poteſt quin ex inſpectione & lectura inſtrumenti appareat debitum eſſe conditionale, & non liquidum: nec purum, & licet millies extiterit conditio: tamen quia illa non apparet ex lectura inſtrumenti, remanet neceſſario debitum purum & non liquidum, & non poteſt iudex certificari legendo inſtrum. quamuis millies per partem diceretur extitiſſe conditionem, & eſſet neceſſarium producere probationes exiſtentiæ conditionis & ante eas factas non poteſt eſſe certus an debitor ueniat condemnandus. unde dicitur liquidum factis probationib. ſecundum quid, & non ſimpliciter. l. hoc legatum. ff. de leg. 3. & propterea non poteſt contineri in ſtatuto loquendo de debito puro ſeu debito liquido. ideò tu aliter reſoluẽdo potes dare alienã cõcordiã inter iſtas auctoritates & dicere. Aut per iudicẽ eſt declaratum conditionem extitiſſe: quia citato reo audiuit eius confeſſionem de exiſtentia conditionis, uel facta negatione uidit probationes ſi quas legitimè fecit: arg. tex. in l. in cauſæ. ff. de minoribus. & poſt cognitionem quam habuit ut iudex conditionem extitiſſe interlocutus fuit, tunc quia notorium conſtabit eam eſſe adimpletam, & effectualiter hodie purum eſſe propriè non appellabatur debitum purum & debitum liquidum, & propriè hoc poterit contineri in ſtatuto, & ità procedit opinio Angeli quæ hoc modo poteſt iuſtificari. ſed ſi aliquis accuſaret debitorem ex inſtrumento conditionali nõ interpoſita hac interlocutoria iudiciali. licèt millies in ueritate extitiſſet conditio nõ poterit contineri in ſtatuto: quia nõ propriè poterit dici debitum liquidum: neque purum: neque poterit mitti executioni. ſtante ſtatuto quòd inſtrumenta liquida, uel pura mittantur executioni: neque in Regno Neapolitano ſtante illo ritu quòd debitum liquidum mittatur executioni.

393 Quare † dicas quòd inſtrum. conditionale, & debitum conditionale non continetur in uerbis ſtatuti etiam purificata conditione: ſed tamen habilitate ſuperueniente poterit contineri in eo, & iudex non poterit reijcere actorem qui dicit ſe paratum probare extitiſſe conditionem, & debitum eſſe purificatum & liquidum, & ſic neceſſario ſecundum quid continebitur. unde cautus debet eſſe agens qui petit executionem ꝙ inſtet ſibi dari terminum ad probandũ conditionem extitiſſe, & ꝙ ſuper ea iudex interloquatur, quo facto petat executionẽ, & quia in dici liquet ut iudici de debito purificato poterit facere executionẽ, & non audire debitorẽ nõ ſoluentem niſi in uinculis, alioqui non facta dicta ꝓbatione ceſſaret executio, & ità de facto obſeruatur in dicta magna Curia uicariæ, & in pleriſq; alijs locis in quibus uigent talia ſtatuta.

394 Septimò principaliter † quæris Bar. hic de frequentiſſima & latiſſima quæſtione. omnes partes iuris ciuilis concernente utrum plures fictiones poſſint concurrere in eodem ſubiecto ad faciendum quòd ex illo aſſumpto pro uero poſſint naſci effectus ciuiles ac ſi eſſet uerum, & ut utilitas appareat & ſpecialius intelligatur, interſerit quæſtionem Guilielmi de Cunio quotidianam. An ſi uenditor conſtituit ſe poſſidere nomine procuratoris emptoris transferatur poſſeſſio, & dominium in emptorem

rem? & uidetur dicendum quòd ſic,ex eo: quia ſi uenditor ſe conſtituit ſe poſſidere nomine emptoris præſentis transfertur in eum poſſeſſio,& dominium, l. quod meo. ſupra tit. primo qui animo ſuo & ueré dicitur poſſidere. l. certè. ff. de precario: quia uenditor ſtatim deſinit poſſidere,& operationem corporis ſui impoſſidendo facit nomine emptoris ut ille per miniſterium ſuum incipiat poſſidere: ſicut per quemlibet alium animo ſuo, & corpore alieno potes poſſidere, l. 3. §. ſaltus. ſupra tit. primo. & l. prima. §. Item acquirimus. cum ſequenti. eo. tit.

Similiter per procuratorem acquiritur poſſio domino etiã ignoranti, l. prima C. per quas perſonas no. acquiritur l. j. C. de acquir. poſ-
ſeſſio.ergo ſi conſtituit ſe poſſidere nomine pro
curatoris incotinenti acquiritur poſſeſſio & do
395 minium. † Guiliel. tamen determinauit contra
rium: quia uerus dominus conſtituendo tranſ-
fert poſſeſſionem in alium: ſed non fictus do-
minus & procurator acquirit poſſeſſionem do-
mino quando ueré & corporaliter ingreditur
poſſeſſionem, non autem quando fictè, ſed in
propoſito caſu procurator fictè acquirit poſſeſ-
ſionem:& non poteſt per aliam fictionem acqui
rere domino,& iſte uenditor ſe conſtituit no-
mine procuratoris,non autem nomine empto-
ris. unde dicebat ſicut ſeruitus ſeruitutis eſſe
non poteſt, leg. prima. ff. de uſufructu legato.
ità nec fictio fictionis ſeu duæ fictiones concur-
rere poſſunt.

Secundò adducebat legem primã. C. de dot. promiſſione. nam eſt ſpeciale fauore dotis ut ex pacto nudo naſcatur actio, l. ad exactionem. C. de dotis promiſſione. Item eſt ſpeciale q promiſſio dotis incertæ ualeat. l. 3. eo. tit.& l. cum poſt. §. gener. ff. de iure dotium. ſed ſi pacto nudo promittatur dos incerta non naſcitur actio:quia concurrerent duo ſpecialia dicta l. prima. C. de dot. promiſſione. quàm ità intelligunt docto. facientes ex illa lege regulam quòd duo ſpecialia non poſſunt concurrere in eodem ſubiecto:ergo eodẽ modo duæ fictiones non poſſunt concurrere in eodem ſubiecto. in caſu autem prædicto dicuntur interuenire duæ fictiones.

Primò quòd uenditor conſtituens fingatur perſona ipſius procuratoris, & ſic ficta traditio in procuratore.

Secunda quòd ipſe procurator fictè dicitur tradere domino ſuo, cum perſona ſua fingatur eſſe perſona domini: & quando concurrunt duæ fictiones tunc impeditur tectus in ſpecie in traditione poſſeſſionis, ut per Bar. in l. prima. col. penul. ſupra de acquir. poſſeſſio.

Tertio adducit: quia fauore eccleſiæ ſine traditione transfertur dominium l. fi. C. de ſacroſanct. ecc. & fauore eccleſiæ pollicitatio quàmuis ſit ſolius offerẽtis promiſſio producit actionem, l. ſi quis rem. §. uotum. infra de pollicitationibus. tamen ſi per pollicitationem quis promittat eccleſiæ certam partem bonorum non transfertur dominium niſi facta ſeparatione dicta le. ſi quis rem. §. fi. de pollicitationibus propter illam rationem: quia duo ſpecialia non poſſunt concurrere in eodem ſubiecto. ergo nec etiam duæ fictiones quæ habent in ſe ſpecialitatem.

Quartò adducit tex. in l. ſi uero non remunerandi. §. primo ſupra mandati, ubi erat fideiuſſor & reus qui inſolidum erant obligati creditori amicus fideiuſſoris animo donandi ſoluit creditori, & propterea fideiuſſor quaſi ipſe ſoluerit liberatur, cum alias non liberaretur, & per dictam ſolutionem etiam reus principalis & ſic eſt ficta ſolutio. unde tanquàm ueré ſoluerit de ſuo habet actionem mandati contra principalem debitorem. ſubſequitur tex. & dicit quòd ſi ille fideiuſſor habet patrem uel dominũ quòd non competet actio mandati neque domino neque patri: quia donans noluit donare eis ſed tantum fideiuſſori,& ratio alia non poteſt eſſe niſi: quia concurrerent duæ fictiones: nam oporteret dicere quòd & ipſe pater uel dominus ſoluiſſent ut haberent actionem mandati, quòd non poſſet fieri, niſi per fictione, ideò ne concurrant non habent actionem mandati. unde ſubdit quòd ſi ſeruus ſoluiſſet de ſuo ueré, tunc domino ſuo competere actio mandati, quod non poteſt eſſe ex alio niſi: quia tunc non eſſet niſi una fictio, ideò dicebat Guilielmus quòd ille tex. in terminis probat hanc concluſionem.

Quintò etiam adducitur per Bar. tex. in le. ſi quis rem. C. locati ubi ſi conductor ſoluit pecuniã ſeruis aſcriptitijs, & dominus promittat. pacto nudo non naſcitur actio: quia in perſona promittetur eſt fictus titulus, & ficta traditio. unde pactum non poteſt ueſtiri propter illam rationem, quia duæ fictiones non poſſunt ſimul concurrere.

Sextò etiam ultra Bart. hic facit quod poſuit ipſe & cõmuniter docto. in dicta leg. prima col. penul. ſupra de acquir. poſſeſſio. ubi referuntur ſex modi ſcripti transferendi poſſionem poſiti per gloſſa in leg. 3. in principio eodem tit. per quos modos dixit ibi Bart. & cõmuniter eum ſequuntur docto. transfertur poſſeſſio quando uerus dominus eam tradit: ſed ſi fictus dominus per illos fictos modos uellet tradere non transferetur poſſeſſio: quia eſſent duæ fictiones. ideò neque tutor: neque procurator: neque executor iudicis per conſtitutum & alios modos fictos poſſeſſionem tranſferre non poſſunt.

396 Sed † in contrarium quòd imò plures fictio
nes ſimul poſſint concurrere, Bartolus hic re-
fert ſex exempla. Primum eſt in lege ſingu-
laria. ff. ſi cert. petatur. ubi ſi uenditor fa-
cit pactum cum emptore ut pretium reti-
neat ex cauſa mutui, fingitur ipſe emptor

tradere emptori pretium, & liberatur, & ipſe
poſteà uenditor eidem dare fingitur ex cauſa
mutui: & ſic ſunt duæ fictiones. Idem eſt ſi iube
at debitori ut ſoluat alteri animo faciendi
mutuum, fingitur debitor ſoluere iubenti &
iubens dare illi ex cauſa mutui, & ſic ſunt duæ fi
ctiones, & eſt ſimilis tex. in l. licet. §. quoties. ff.
de iur. dotium.

Secundum eſt exemplũ: quia acceptilatio eſt
ficta ſolutio, l. prima. ff. de acceptilationibus,
& ſi aliquis reuertitur ab hoſtibus fingitur ac-
quiſiuiſſe omnia iura & retinuiſſe tempo-
re captiuitatis. §. ſed ſi ab hoſtibus. inſti. quib.
mod. ſolui. patria poteſtas. ſed ſi ſeruus capti-
ui per acceptilationem petat à creditore utrũ
quod debet captiuus habeat pro accepto, & ille
dicat quòd ſic, hæc liberatio ficta acquiritur ca
ptiuo reuerſo per fictionem poſtliminij, l. ſpe-
cies. §. ſi. ff. de acceptilationibus, & ſic ſint duæ
fictiones.

Tertium exemplum ponit in l. Cornelia quę
fingit hæreditatem in mortuo apud hoſtes, l. 3.
§. finali de uerb. ſignificatione, atque etiam fin
git iacere eam, ut latè diximus in præmiſſis
iſtius legis, & ſi poſteà hæres habeat hæredita-
tem hanc fictam fingitur retro habuiſſe à die
captiuitatis, & illius mortis fictè, & ſic nedum
duæ ſed quatuor fictiones concurrunt.

Quartum exemplum adducit quando ali-
quis iubet Titio ut faciat delictum qui fingitur
perſona iubentis, & ille Titius iubeat Sempro-
nio qui fingitur perſona Titii: tamen ſi Sempro
nius faciat delictum obligatur primus: quia de
dit primam cauſam, ut clarè dicit tex. in l. ſi
ego. & l. aut qui aliter. §. ſimiliter, ff. quod ui
aut clam & habetur in l. fluminũ. §. quanquàm.
uerſi. ſed ſi quis. ſupra de damn. infect.

Quintum eſt exemplum in poſtliminio, ſi ca
ptus reuertitur qui recuperat ius filiationis in
filio, & e contrario filius recuperat ius ſuitatis
in patre, leg. cum duæ. infra de cap. & §. ſed
ſi ab hoſtibus. inſti. quibus mod. ſolui. patria
poteſtas, & uterquè retro fingitur habuiſſe,
dicto. §. ſed ſi ab hoſtibus, & ſic concurrunt duę
fictiones.

Sextum eſt exemplum in l. ſub conditione,
inf. de conditionibus. ubi ſi fiat accepilatio de
debito conditionali expectatur euentus condi
tionis ut naſcatur actio, & poſteà trahitur retro
ad tempus cõtractus, & illa obligatio, retrotra
cta per fictionem tollitur per ſolutionem fictã
acceptilationis, & ſic concurrunt duæ fictiones.

Septimò adducitur auctoritas glo. in l. ſi ſer
uus communis. in principio in uerbo. ſed inte-
rim ff. de ſtipulatione ſeruorum.

Per quæ fundamenta ab utraquè parte reddi
tur dubia concluſio principalis utrum duæ fi-
ctiones poſſint concurrere in eodem ſubiecto,
atq; etiam redditur dubia deciſio fienda ſuper
quęſtione Gui. Sed Bar. primò expediendo quæ
ſtionem Guilielmi dicit ꝙ non eſt neceſſarium
in ea examinare hoc dubiũ, an duæ fictiones poſ
ſint ſimul concurrere: quia in ea non interue-
niunt duæ fictiones, & propterea reſolutio iſto
rum argumentorum poſt iſtam quæſtionem de
397 ciſam tradenda erit †, In quæſtione autem Gui.
probat quòd non eſt niſi una fictio: quia quan-
do uenditor conſtituit ſe poſſidere nomine pro
curatoris trãsfert in eum ueram poſſeſſionem,
per l. quod meo. ſup. tit. primo ibi, qui poſſidet
ſuo nomine ſtatim poſt conſtitutum incipit a-
lieno nomine poſſidere. & tunc ille uenditor
non poſſidet: ſed ille cuius nomine poſſidetur.
& dum dicit poſſidetur demonſtratur quòd ue
ra poſſeſſio eſt translata in eum, quam ipſe ac
quirit & retinet uerè ſuo animo propter mini-
ſterium ipſius conſtituentis, ideò ſubiicit tex.
quòd ipſe conſtituens tãquàm procurator præ
ſtat miniſterium alienæ poſſeſſioni, & quòd ue
ra transferatur, probat tex. in terminis in l. cer
tè. §. primo in uerbo propriè. infra de preca-
cario. Si igitur ipſe procurator uerè poſſidet
ſequitur quòd emptor, & ipſe uerè poſſidet cũ
animo ſuo per procuratorem acquirat poſſeſ-
ſionem, etiam ignorans, per dictam l. primam.
C. per quas perſonas nob. acquiritur, & per con
ſequens unica eſt fictio in perſona conſtituen-
tis, & in alijs eſt tota ueritas. & ſi dicatur non
poteſt negari quin actus ſit fictus in acquiſitione
procuratoris: quia reſpondet Bar. hoc non at-
tẽditur ex quo ipſe uerè poſſidet, & ſi habemus
effectum quòd uerè poſſidet non curamus de
modo, & traditio tunc eſt neceſſaria quando
poſſeſſionem non habet, ut no. in l. ſi fundum.
ff. de fund. dotali. ſed quando eam habet non cu
ramus de traditione. §. interdum. inſti. de re-
rum diuiſione. unde cum ueram habeat procu
rator poſſeſſionem, non curamus de modo. le.
Gallus. §. ſi eius, ff. de lib. & poſtum. ideò eam
ueram emptori acquirit, & ſic eſt ueritas & nõ
duæ fictiones, & ità reſſidet ipſe ſup hac quæſt.
Iaſ. autẽ hic primò demonſtrat intellectũ Bar.
ad d. l. ſi uerò non remunerandi. §. j. non poteſt
procedere: quia non eſt admittendum quòd Iu
riſconſultus incontinenti ſe corrigat, & poſteà
dicit quòd poſſeſſio acquiſita procuratori non
acquiritur ipſo iure ſine ceſſione uel donatione
& poſteà multa pro utroq; parte allegat, & fina
liter dicit tenendam eſſe opinionem Bart. non
per ſuam rationem ꝙ non interueniant duæ fi-
ctiones, ſed quia licet interueniant duæ fictio-
nes, & naſcantur ex diuerſo ſonte, & poſſunt ſi
mul concurrere per nota. in leg. ſingularia. ff.
ſi cer. peta. & uidetur etiam tenere Crotus, &
eſt communis opinio.

398 Sed tu ultra eos aduertas quòd Bar. in duo
bus malè loquitur, & facit duo præſuppſita fal
ſa, unum quòd in quæſtionem Guilielmi non
ſit niſi una fictio. ſecundum dato ꝙ eſſet una
tantum præſuppoſito ꝙ per procuratorẽ acqui
ratur poſſeſſio emptori, & ꝙ in hoc caſu neceſ-
ſario ſint duæ fictiones probatur: quia ſi tu uis

quòd

ꝙ per conſtitutum poſſeſſio acquiratur uerè ipſi procuratori. eſt neceſſarium quòd ſit factũ conſtitutum in perſona ipſius, dicendo conſtituo me poſſidere nomine tui Titij procuratoris quo caſu negotium eſt totum confectum in perſona procuratoris: ergo non poteſt tranſire in ipſum dominum ſine ceſſione, per l. poſſeſſio quoque. §. primo ſup. tit. primo, & plenè diximus in materia fictionis tranſlatiuę de perſona ad perſonam cõſtituendo ſemper differentiam utrum procurator concipiat actum in perſona ſua, & tunc non poteſt tranſire in ipſum dominum niſi per ceſſionem, & ante & poſt eam fictè dicitur ſemper poſteà feciſſe, ſi uerò uerba concipiantur in perſona domini & procurator tanquàm nuntius præſtet miniſterium, tunc hoc ſolo caſu dominus uerè dicitur facere, & acquirere. Si ergo conſtitutum eſt factum nomine procuratoris cõcipiendo uerba in eo, nõ poteſt actus acquiri dño niſi per ceſſionem: & fictionẽ ergo ſunt duæ fictiones. Si uerò concipiatur conſtitutum ſimul in perſona procuratoris & domini, dicendo conſtituo me poſſidere nomine tuo, & nomine emptoris, & tunc ſimiliter neceſſario interueniunt duæ fictiones: nã oportet quòd procurator præſtet nudum miniſterium emptori domino, ut ille acquirat poſſeſſionem, ergo fictio eſt in perſona procuratoris qui gerit uicem domini, conſtituens quoquè nomine procuratoris & domini præſtat miniſterium ſuum, & procuratori & domino, & tunc procurator non poteſt habere ueram poſſeſſionem ut præſupponit Bar. cum præſtet ſolum miniſterium: ergo ceſſat aſſumptum Bart. quòd ſit uera poſſeſſio in procuratore, & per conſequẽs neceſſarium eſt dicere quòd interueniant plures fictiones, ideò reſolutio dependet neceſſariò ab alia quæſtione utrũ duæ fictiones poſſint ſimul concurrere.

399 Ad † diminuendas tamen difficultates conſtituas tres caſus. Primus caſus eſt: quãdo uẽditor conſtituit ſe poſſidere nomine procuratoris emptoris cõferẽdo in eius pſonã totũ actũ, & tũc procurator ueram acquirit poſſeſſionem, ut uolebat Bar. ſed tamen poſteà ipſa non poteſt trãſire ad emptorem ut etiam dicit Iaſon ipſo iure quia erat fundata in animo procuratoris, ideò neceſſaria eſt ceſſio ut acquiratur domino, dict. l. poſſeſſio quoq;. §. primo. ſup. tit. j. & de hoc duplici modo acquirẽdi per procuratorem eſt tex. in l. j. §. per procuratorem. iuncto. ij. reſpõſo. ſup. tit. primo, & ibi etiam no.

400 Secundus caſus eſt, † quando conſtituit ſe poſſidere nomine procuratoris & emptoris cõcipiendo uerba in utriuſque perſona, & tunc neceſſario interueniunt duæ fictiones, cum non poſſit eſſe in perſona procuratoris plena poſſeſſio: quia hoc non intendebat conſtituens. neq; etiam eſt plena in perſona emptoris: quia immiſcuit conſtituens etiã miniſteriũ procuratoris ad eã cõſequendã, unde neceſſariò interueniũt duæ fictiones ut per miniſteriũ ipſius cõſtituẽtis & ipſius pcuratoris acquirat emptor poſſeſſionẽ, & fictè p corpus ipſius cõſtituẽtis, & p aliã fictionẽ cũ corpore procuratoris, & in his terminis locutus fuit Guilielmus qui dixit nullam poſſeſſionẽ acquiri, non enim in perſona procuratoris fuit conſtituta: quia hoc non intendebãt contrahentes, in perſona autẽ emptoris nõ potuit eſſe: qa interueniebãt duæ fictiones, & quando ſunt duæ fictiones poſſeſſio per actũ fictũ acquiri nõ poteſt, ut declarauit ipſemet Bar. in d. l. j. col. penul. ſup. tit. j. dum noluit ꝙ neq; tutor neq; curator: neq; procurator: neq; executor iudicis poſſint per actus fictos transferre poſſeſſionẽ in aliũ, & ſic in terminis ſuis Guilielmus bene loquebatur, nec repræhenſio Bart. ꝙ uera poſſeſſio ſit acquiſita procuratori bene poteſt adaptari per prędicta. ſolũ autẽ remanet dubitatio utrum tenẽdo opinionẽ, q̃ inf. firmabo, ꝙ duæ fictiones poſſint concurrere ad quencũq; actũ. hæc opinio poſſit reconualeſcere, ut ex illo capite ſubſtineatur. Sed tamẽ qa in hac materia trãslationis poſſeſſionis eſt deciſio cõmunis ꝙ per duos actus fictos nõ poteſt transferri, uidetur ꝙ nullo modo ſubſtineri poſſit, maximè tenẽdo ꝙ & ipſe pcurator cõſtitutũ feciſſe uideatur, quo caſu diceretur conſtitutũ conſtituti, & nullo modo poſſet ualere, d. l. j. de uſufruct. leg. ſi tamen nos diceremus ꝙ ſolus uenditor cõſtituit ſe poſſidere nomine ipſius emptoris interueniente miniſterio utriuſq; perſonæ, tunc ſatis poſſet ſuſtineri ꝙ poſſeſſio ipſa transferatur nõ obſtantibus duabus fictionibus; nec ẽt obſtante illa regula ꝙ per duos actus fictos non poteſt transferri poſſeſſio: nam illa procedit quando perſona conſtituens eſt ficta: ſed quando uerus poſſeſſor cõſtituit ſe poſſidere nomine alterius, licèt cum interuẽtu duarum fictionũ, tũc nihil uidetur impedire ꝙ poſſeſſio non transferatur.

401 Tertius caſus eſt † ubicunq; conſtituens concipit omnia uerba in perſona ipſius emptoris ſolũ nominãdo procuratorẽ reſpectu cõſtituti, ut ſi dicat conſtituo tibi me poſſidere nomine talis emptoris, & tunc ego puto omnino poſſeſſionẽ trãsferri in emptorẽ, & ſi ita intellex. Bar. opinionẽ ſuã procedere: nam in hoc caſu interueniũt omnia naturalia conſtituti ꝙ ille qui cõſtituit ſit uerus dñs ſeu poſſeſſor, & pręſtat miniſterium perſonæ ſuæ in acquirendo poſſeſſionẽ ipſi emptori qui animo ſuo incipit poſſidere per miniſterium uenditoris, & interueniunt omnia quæ ponuntur per doct. in dict. l. quod me. ſupra tit. primo ubi plenius tetigi, & ſolum uidetur deficere præſentia ipſius emptoris qui ſciat actum fieri ut poſſit cum animo ſuo acquirere poſſeſſionem. ſed tamen reſpondetur quòd cum miſerit illum procuratorem ad contrahendum, dedit etiam mandatum ut faciat conſtitutum, & alia neceſſaria ad ipſam ueditionem, unde efficiatur nuntius in utroquè contractu, & ipſe emptor uidetur uerè emere per miniſte-

rium nuntij, l. prima. §. fi. ff. de contrahend. emp. & ſimiliter dicitur conſtitutum facere per miniſterium dicti nuntij l. qui autem. §.n. ff.de conſti. pecunia, & ideò poſſeſſionem acquirere debet ſicut ſi ipſe perſonaliter contraheret. Et ſi dicatur non poteſt tolli quin in perſona illius nuntii interueniat fictio aliqua ad faciendum conſtitutum, & in conſtituto eſt ficta traditio; ergo ſunt duæ fictiones. Reſpondetur quòd hoc non curamus tenendo opinionem quam infra firmabo. ſed teoendo communem opinionem ad huc poſſeſſio debet acquiri: quoniam iſtæ fictiones naſcuntur ex diuerſis fontibus, cum ipſe conſtituens præſtet miniſterium ſuum in translatione poſſeſſionis, & acquiſitione fienda per emptorem, ipſe uerò procurator tantummodo interponit miniſterium ſuum ad faciendum ipſum pactũ conſtituti, & ſic re ſeparata. unde dicuntur oriri ex diuerſo fonte, ſicut dicitur in l. ſingularia. ff. ſi cet. petat. & ſic apparet quòd huic. concluſioni non obſtat regula communis quòd ſint duæ fictiones: neque etiam alia regula quòd per duos actus fictos non poſſit transferri poſſeſſio: quoniam hic uerus dominus ſe conſtituit, & facit tex. in l.certè. §. primo. ff.de precar, qui hoc non debet intelligi dum loquitur de procuratore, & eodem modo poteſt intelligi tex. in l.quorundam.ſup. tit. primo. qoia ibi interuenit traditio facta à uero domino cum miniſterio pueri. Item etiam probatur in cap.accedẽs ij.de præbend. quia debes intelligere cum prædicta declaratione: nam epiſcopus ibi conſtituit qui uerè poſſidet & curator præſtat miniſterium actui qui tunc concipitur & ita debes reſoluere omnia adducta per Iaſ. hic. Vnde notarius debet eſſe cautus ad hoc ut ceſſent prædictæ difficultates ut ſcribat conſtitutũ conceptum in perſona ipſius emptoris declarando ut ſupra.

402 Quibus explicitis † remanet modo quæſtio principalis diſcutienda, utrum duæ fictiones generaliter in quolibet actu poſſint procedere, & & de iure ciuili poſſint concurrere? in qua ſup. Bar. allegauit ſeptem fundamenta probantia quòd plures fictiones poſſunt ſimul concurrere. & alia quatuor quòd non poſſunt concurrere allegauit Guil. & quintum adduxit Bar. de lege qui rem. C. locati & ſextum ego addidi de no. per Bar. in l. prima. col. penul. ſup. tit. primo. Sed Bart. ſoluendo has contrarietates diſtinguit. Aut iſtæ plures fictiones ſic ſe habent ut una ueniat in conſequentiam alterius, & tunc admittitur concurſus earum, & hoc modo intelligitur tex. in dicta l. ſub conditione. ff. de ſolutionibus, & le. cum duæ. infra de cap. & §. ſed ſi ab hoſtibus. inſti. qui. mod. ſoluitur patria poteſtas. nam reuerſus fingitur retro fuiſſe in ciuitate, & in conſequentiam habuiſſe filium in poteſtate & reuerſus ipſe filius fingitur in conſequentiam habuiſſe ius ſuitatis, & eſt ſimilis tex. in l. prima. C. de cap. & idem etiam procedit in lege Cornelia quæ finxit mortuũ apud hoſtes retro fuiſſe mortuum in ciuitate, & in conſequentiam fingit dum uerè eſſet uiuus habuiſſe hæreditatem, & eam iacuiſſe, & poſteà quando hæres adiuit eam retro acquiſiuiſſe propter illum ſolum finem ut captiuus haberet hæredes. eodem modo procedit dicta leg. ſub conditione. ubi exiſtente conditione obligatio nata trahitur retro, & in conſequentiam tollitur per acceptilationem præcedentem quæ eſt ficta ſolutio.

Si uerò fictiones ita ſe habent ut una quæquè principaliter interueniat, & tunc ſi naſcuntur ex diuerſis fontibus ſimul poſſunt concurrere, per l. ſingularia. ſupra ſi cer. petatur ubi debitor fingitur ſoluere creditori ſuo fauore ſui ut liberetur, & ipſe creditor fingitur poſtea dare alteri ut contrahatur mutuum per traditionem pecuniæ in fauorem ipſius dantis, & ſic naſcuntur. iſtæ fictiones ex diuerſo fonte: quia introducuntur fauore diuerſarum perſonarum. ſi uerò fictiones ſic ſe habent quòd naſcantur ex eodem fonte, id eſt, quòd inducantur propter fauorem eiuſdem perſonæ, & tunc ſimul concurrere non poſſunt, & ità procedet tex. in dicta l. j. C. de dot. promiſſio. nam pactum nudum fauore dotis producit actionem, l. ad exactionem. C. de dot. promiſſio. atquè etiam eiuſdem dot. fauore promiſſio incerta ualet, l. cum poſt, §. gener. ff. de iure dotium. & ſic fictiones naſcuntur ex eodem fonte. Similiter fauore eccleſiæ fuit introductum quòd dominiũ transferatur ipſo iure le. fin. C. de ſacroſanct. eccleſ. & eiuſdem ecc. fauore fuit introductũ ꝙ pollicitatio producat actionẽ, dict. l. ſi quis rem. de pollicitationib. unde fictiones dicuntur naſci ex eodem fonte cum eiuſdem perſonæ cauſa ſint introductæ, ideò ualidatur actus, dicta l. ſi quis rem. §. fi. ff. de pòllicitatio. Idem probatur in l. ſi quis rem. C. locati ubi ex conditione facta de re ſua, inducitur fictus titulus donationis ut eo mediante poſſit transferri dominium, & etiam inducitur ex eademmet conditione ficta traditio, & cum naſcantur ex eodem fonte non poſſunt ſimul concurrere ut ibidem no. & rationem differentiæ dictarum concluſionum poſteà aſſignat. Nam cum aliud ſit quando naſcuntur ex eodem fonte, & aliud quando naſcuntur ex diuerſo, ratio eſt: quia quando naſcuntur ex eodem fonte non poteſt cauſari actus perfectus: quia ſicut una compenſatio non refertur ad plura debita l. quod meo. ff. de compenſatio. ità una æquitas non poteſt ſubſtinere plures fictiones. Item ſicut poſſideos ciuiliter & naturaliter diſcendendo amittit naturalem, propter illam rationem: quia animus non poteſt retinere tot poſſeſſiones. ità nec una æquitas poteſt inducere duas fictiones, & nec etiam una æqoitas poteſt inducere plures fictiones: ſicut nec una pecunia plures compenſationes, & quòd quando naſcuntur ex diuerſo fonte

concur-

concurrere poſſint; adducit textum in lege ſecunda. C. de pact. inter emptorem & uend. coninncta.l.quoties.inf.de præſcri.uerbis. nam ubicunque ex eadem cauſa naſcitur actio ordinaria,nõ poteſt competere extraordinatia præſcriptis uerbis,di.le. quoties.ſed ſi naſcantur ex diuerſis contractibus concurrere poterunt, ut in d.l.ij. ubi pro pacto de retro uẽdẽdo cõpetit actio ex uendito: quia pactum eſt pars pretii, nihilominus etiam competit actio præſcriptis uerbis:qnia non naſcitur neque ex pacto neque ex uenditione:ſed naſcitur ex uno alio contractu generato accidentaliter ex relatione facta contractus ad pactum uendo ut retro uendas,& ſic eſt contractus innominatus facio ut facias, qui producit actionem præſcriptis uerbis,&per cõſequẽs cũ naſcantur ex fonte diuerſo poſſunt ſimul concurrere dictæ actiones:ergo eadem ratione fictiones duæ ex diuerſo fonte naſcentes poterunt concurrere:ſecus ſi ex diuerſo.

Et tenendo hanc diſtinctionem reſpondet ad allegata in contrarium,quæ non reſoluſitur per eam.Nam dum dicebatur quòd non poteſt eſſe fictio fictionis ſicut nec ſeruitus ſeruitutis. Reſpondet Bar.fatendo contrarium. ſed negant ꝙ hic ſint fictiones fictionis.ſed quòd ſunt duæ fictiones in eadem re quæ ſimul interuenire poſſunt:ſicut & una res poteſt habere plures ſeruites l.Lucio.inf.de aqua quoti.& æſtiua, & l. qui ad certum.ff.communia prædio.& ſi forſan inducatur tex.in d.l.ſi uerò non remunerandi. §.j.ad probandum quòd naſcentes fictiones ex diuerſo fonte non poſſint concurrere, reſpondet quòd in d.§.j.non interueniunt plures fictiones, cum ibi ex omni parte ſit ueritas, ità quòd ille tex.neque pro neque contra probat in materia fictionum:nam ibi non eſt fictio reſpectu donationis:quia ille ſoluens habebat animum donãdi,& uerè donauit,&non fictè.Similiter non eſt fictio reſpectu ſolutionis:quia ipſe fideiuſſor uidetur ſoluere per mediam perſonam ipſius tradentis pecuniam,& uerè dicitur ſoluere,cũ qui facit actũ per miniſterium alterius dicitur uerè facere non fictè,ut plenè dictum fuit in fictione tranſlatiua de perſona ad perſonam,dum dictũ fuit quòd in his quæ dependent ab operatione animi quis dicitur uerè facere per procuratorem, & nuntium dicta l.qui autem.§.fi. de conſti. pecunia.

Nec obſtat tex.in uerſic. nec ſeruus. quia ille tex.uenit corrigendo præcedentia, & diſtinguẽdo inter ſeruum,& filium:nam ſi eſt filius familiàs cuius nomine ſoluitur,non acquiritur actio mandati patri:qnia noluit donare ei,cum actio poſſet conſiſtere in perſona filii ſicut aliàs competit actio filio familiàs in l.in factum.ff. de actio.& obligatio.& in l.Lucius ff de iudiciis domino uerò competit actio mandati: quia non potuit donando ſeruo,donatio etiam acquiritur domino per l.placet.ff.de acqni.hæredita.& hoc uidetur conſentire:quia non poterat conſiſtere actio in perſona ſerui. Quare ipſe concludit quòd ibi nulla eſt fictio: neque in donatione:neque in ſolutione: ſed actio non quæritur patri:quia eidem noluit donare, domino uerò competit:quia ei uidetur uoluiſſe donare: quoniam non poteſt conſiſtere actio in perſona ſerui,&per conſequens ille tex.nihil facit in materia fictionis:neque pro neque contra an plures fictiones poſſint ſimul concurrere, & ità reſidet in hac generali quæſtione quem hic ſequuntur communiter docto.& in l.ſingularia.ff.ſi cer.pe. & in l.j.C.de dot.promiſſio.& in l.j.ff.ſolu. ma Conſtituentes regulam ꝙ fictiones plures regulariter concurre non poſſunt,id eſt,quãdo ſunt æquè principales, & naſcuntur ex eodem fonte. quia eſſent duæ inconuenientiæ in iure communi ut dixit Bal.in l.ij.in fi.C.de hæred.& litis expenſis,& duo ſpecialia non poſſunt concurrere in eodem ſubiecto d.l.j.C.de dot. promiſſ.cum ſimilib.hic cumulatis per Iaſ. Fallit quando fictio uenit in conſequentiam ut per Bar.& dicitur uenire in conſeqnentiam quando prima nõ poſſet ſine ſecunda habere effectum ex ordine intellectus ut l.ſi rem aliquam.ſup.tit.j.ſecundum Areti.in l.ſi conſtante.ff.ſol.matri.per Iaſ. hic. Secundò fallit quando naſceretur ex diuerſis fontib.per l.ſingalaria.ff.ſi cer. pet. & probatur in d.l.ij.C.de pact.inter emptorem, & uenditorem coniuncta l.quoties.ff. de præſcrip. uerbis cum ſimilib.

Mihi autem ſemper placuit contraria opinio quòd indiſtinctè poſſint concurrere plures fictiones nedum duæ ſed tres uel quatuor, & decem,& uiginti.

403 Quæ opinio probatur primò: quia nullam legem habemus in ſpecie dicentem quòd plures fictiones non poſſint ſimul concurrere,& habemus è contrariò decem,& uiginti, & etiam centum ſi laborioſus inuenire uellet quæ dicũt plures fictiones concurrere poſſe, & cum ſimpliciter loquantur ſimpliciter debent intelligi per l. de pretio.ff.de publi.actio. & quàmuis allegentur iura probantia quòd plura ſpecialia nõ poſſunt ſimul concurrere non loquuntur in fictione ſed in ſpecialib.in quib.etiam non dicitur ꝓhiberi per legem actum fieri cum duob.ſpecialibus:ſed tantummodo quòd in illis caſib. lex nõ ualidat actũ cõcurrentib.plurib.ſpecialib.unde non tollitur quin lex poſſit facere ualere actũ cum plurib.ſpecialib.& eſt caſus, & exẽplũ in l. fi.C.ad Velleianũ ubi ſi mulier promittit dotẽ alteri mulieri ſola pollicitatiõe uel pacto ut ꝓmiſſio ſeruatur, & inducitur unũ ſpeciale ex pacto nudo naſcatur actio, uel ex pollicitatione,licèt aliàs non poſſit naſci. Item quòd ipſa mulier nõ poſſit opponere exceptionem Velleiani, & ſic ceſſet hoc ſuum remedium præcipuum. Item & tertiò ſi non ſtipulatur ſibi reddi cum fingatur ſtipulatio facta cum muliere pro qua ſoluta eſt dos, & hypotheca appoſ. iux.tex.in l.j.§.accedit.C.de rei uxo actio.p q.

tex. declarantur omnia iura non ualidantia actum: quando concurrunt duo ſpecialia procedere præſumptiuè, nõ autem quòd ſi habeamus legem expreſſam non poſſint ſimul concurrere, & uidetur probari per tex. in cap. ij. de filiis presbyterorum in 6. ubi dicit facta diſpenſatione in uno beneficio non preſumi facta in pluribus: tamen non tollitur quin ſtante expreſſa uoluntate diſpẽſatio non poſſit fieri cum plurib. ſpecialib. & propterea hæc iura licèt in contrariũ allegata, potius retorquentur in contrarium, & probant quòd licèt in dubio præſumatur quòd lex noluit ualidare actum concurrentib. plurib. fictionib. tamen non prohibet fieri pluribus interuenientib. quantum ad eum fiendum plures ſunt neceſſariæ, ut probatur in l. j. inf. de uerbo. oblig. ubi dixi. Nam lex fingit ſtipulationem fieri à muto, & ne inducatur impoſſibilitas fingit etiam illam mulierem ſtipulari per ſeruum ſi habet, & ſi non habet fingit habere ſeruum, & per eum poſteà ſtipulari. & idem eſt in omnib. aliis caſibus in quibus lex fingit ſuper impoſſibili in genere: nam ne uideatur facere abſurda in iure, & monſtruoſa præſumitur quòd inducat alias fictiones adhoc ut tollantur impedimenta, & uideatur actus factus ſecundum regulas naturæ, uel iuris.

404 Tertiò † etiam pro hac opinione facit: quia tota theorica Bar. dicitur eſſe uerbalis & falſa, & continere differentias non demonſtratas, neque indutas à iure. nam nullibi probatur quòd quando fictiones ueniunt in conſequentiam illę permittantur, & non bene poteſt innoteſcere quando una dicatur uenire in conſequentiam alterius, & Bar. non declarat, & ſolus Areti. ut hic refert Iaſ. dicebat tunc uenire in conſequentiam: quando prima non poſſet eſſe ſine alio ordine intellectus. per l. ſi rem aliquam ſupra de acquiren. poſſeſſio. quod dictum nihil affert ex eo: quia ſemper ueniret in conſequentiam: quoniam ſi actus non ualet niſi interuenientibus duabus fictionibus: ergo ſecunda eſt ſemper neceſſaria ad primam, & ſic diſtinctio non poterit habere locum. & idem etiam erit dum dicitur quòd naſcuntur ex diuerſo fonte, uel ex uno fonte: nam non bene poteſt demonſtrari quandò naſcãtur ex eodẽ fonte, uel ex diuerſo fonte.

405 Nec † probatur iure hæc diuerſitas, imò ſi bene omnes leges conſiderentur cõtinẽtes plures fictiones, ſemper naſcentur ex eodem fonte inſpecta principali intentione, ac ſimul ſemper centur ex diuerſo fonte inſpectis ſingulis ibus partis.

Probatur in d. l. ſingularia. ubi uolens conuertere contractum in mutuum intendebat cum cõtrahente conſtituere mutuum, & fictiones quæ inducuntur de traditione omnes tendunt ad hunc finem ut perficiatur mutuum, & naſcuntur illa æquitate ut uoluntas contrahentium, & conſtituendo mutuum ſeruaretur, & ut commoditas augeatur in commerciis hominum, ut in ſimili etiam eſt tex. in l. licèt. §. quoties. ff. de iure dotium. Ideò debitor ex contractu primo uidetur ſoluere, & dare creditori ad finem ut creditor poſſit tradere pecuniam ad percipiendũ mutuum cum ſi non interueniſſet hæc præambula fictio in æternum mutuum quòd re contrahitur non potuiſſet conſtitui, & ſic iſtæ fictiones naſcuntur ex illa æquitate ut uolũtas cõtrahentium habeat effectum, & commercium inter homines facilitetur in conuerſione contractuũ, & ſi inſpiciamus ſingulas partes negocii tunc traditio uidetur facta à debitore ex contractu propter illam rationem ut liberetur, & traditio ab ipſo creditore facta uideatur ut conſtituatur mutuum. tamen conſiderando totum negotium omnes naſcuntur ex æquitate primæ intentionis. Idem procedit in diuerſis perſonis in ſecundo caſu ibi poſito, ſi iubeo creditori meo ut ſoluat Titio animo contrahendi mutuum cauſa eſt motiua ut fiat mutuum, & fictio ipſa inducitur ut perficiatur uoluntas contrahentium, & conſtituatur mutuum, & ambæ fictiones habent cauſam ab illa æquitate, ut perficiatur principalis uoluntas conficiendi mutuum: ſed ſi conſiderentur partes actus, tunc debitor fingitur dare ut liberetur à creditore, & creditor alteri ut conſtituat mutuum, & in ſumma. Aut conſideras totũ negotium quod erat in intentione contrahentiũ, & ſemper fictiones naſcuntur ex eodem fonte, & ex eadem æquitate, & illa intentio habetur in conſideratione l. 4. ff. ſi cert. peta. ſi uerò conſideras partes actus ſemper naſcũtur ex diuerſo fonte. Idem probatur in l. j. de dot. promiſ. nam ſi tu conſideras totum actum omnes fictiones quòd naſcatur ex pacto nudo actio, & quòd naſcatur ex pollicitatione naſcuntur ex eodem fonte fauore dotis. Sed ſi conſideras ſingulas partes ex pacto nudo naſcitur actio: quia æquitas naturalis hoc dictat. Similiter, & promiſſio dotis incertæ ualet: quia æquitas naturalis hoc dictat, & poteſt certificari per alios modos, & una eſt ratio fingendi in dicta le. cum poſt. §. gener. & alia eſt ratio in le. ad exactionem partes ſeparatas conſiderando, & ità non differt à dicta rectè inſpiciendo idem dico in l. ſiquis rem. ff. de pollici. nam utraque fictio inducitur fauore eccleſiæ, & tamen ſeparatim partes conſiderando habent alias rationes, cum in l. fi. dominium acquiratur ut faciliorem habeat exactionem, & in l. ſi quis rem. §. j. naſcitur actio fauore animæ ex uoto ut non decipiat ſemetipſum. & Deum, & ità ſunt diuerſi fontes ſi bene inſpiciatur, quàmuis conſiderando totũ actum uideantur ex eodem fonte naſci. Idem procedit in l. ſi quis rem. C. loca. nam ex conditione de re ſua quæ non ualet ſecundum leges inducitur quædam præſumptio quòd uoluerint unum titulum creare, & eadem pręſumptio eſt etiam quòd uoluerint fictam traditionem facere, & inſpiciendo totũ negotiũ naſcuntur illæ duæ fictiones ex eodem fonte. ſed conſiderando partes

tes de per ſe naſcuntur ex diuerſo fonte:quia inducitur fictus titulus ut poſſit transferri dominium,& inducitur ficta traditio ut ualeat ipſe actus cõductionis, & ſic naſcuntur ex uariis rationib. & itá,potes dicere de omnib. iuribus inducentibus plures fictiones,ut in l.j.C.de rei uxor.actio.& l.fi.C.ad Velleia.& aliis ſimilibus: quia conſiderando totũ negotiũ ſemper naſcuntur ex eo.fonte:quia tẽdũt ad eundẽ finẽ.& cõſiderãdo partes naſcũtur ex diuerſis rationib.unde uidemus ꝙ in poſtliminio unica eſt æquitas, ut benemeritus de republica ſit ſine damno,quę quoque eadem eſt in l.Cornelia:tamen uidemus in eis uarias fictiones quæ habent ſuas uarias rationes,conſiderando partes ſeparatas ut ſup, dictum fuit in tota materia.

406 Nec†rationes Bar.aſſignatæ aliquid probant nam quod ipſe dixit compẽſationem unius pecuniæ non poſſe referri ad plura debita uerum eſt:quia una ſolutio non poteſt extinguere diuerſa debita:ſed ſi tu conſtituas plura debita ſuper una pecunia,ut ſi reperiuntur duo uel decẽ rei debendi de eadem re uel pecunia: tunc una compenſatio poterit tollere obligationem decem reorum debendi.§.pe.inſti.de duo re.& no. in d.l.Vranius.ff.de fideiuſſo.& in l.non ſolum. §.nunc de effectu.de liberatio.legata,& l.ſi unus. ſup.de pactis.

Secunda quoque ratio quòd animus non poteſt ſubſtinere plures poſſeſſiones, debilis eſt ualde,& uana,& eam deridendam dixerunt plerique doct.in d.l.j.ſup. tit. j. cum non ſit tantus labor in retinendo poſſeſſionem quin ſubſtineri poſſit,& unuſquiſque deſiderat habere hunc laborem & grauamen animi ſui.

Tertia quoque ratio de actione præſcriptis uerbis nec etiam probat:quia primò ille intellectus quòd in d.l.ij.C.de pact.inter emp. & uẽdi.naſcatur actio.præſcrip.uerb. ex illo contractu innominato reſultante non tenetur, ut ibi plenè diſcutit Cagnolus:ſed potius naſcitur ex illo pacto de reſtituendo ueſtito calore contractus,pro quo pacto ſemper regulariter competunt duæ actiones.& actio præſcriptis uerbis, & actio ex illo contractu ueſtiente,ut no. in l. petens, C.de pact.& ideò retorquetur in contrarium quòd imò illæ duæ actiones naſcentes ex eodem fonte poſſunt competere,quamuis poſſit dici propriè quòd prima naſcatur ex contractu,& extendatur ad pactum,& alia naſcatur ex pacto:tamen cum extendatur apparet quòd nõ conſideratur illa ratio,an naſcatur ex eod.fonte,uel diuerſo fonte. Ex quibus apparet quòd tota theorica Bar.cum ſuis rationibus eſt uerbalis,& nullam differentiam iuridicam continet: neque rationes probabiles aſſignat, & remanet in totum nulla.

407 Et propterea† contra illam differentiam an fictiones ueniant in conſequentiam uel non, facit tex.in l.ſub conditione,& in d.§.ſed ſi ab hoſtibus.& in d.l.cum duæ. & non apparet ibi ꝙ illæ fictiones ueniant in conſequentiam cũ omnes tendant ad illum finem,ut benemeritus de re publica non habeat damnum, & idem eſt in d.l.j.C.de dot.promiſſio.& l.ſi quis rem.C. locati, & quòd generaliter ſemper fictiones concurrere poſſunt probant omnia iura,& rationes ſupra allegatę per Barto. & ultra ipſum probat tex.in d.l.ſi uerò non remunerandi.§. primo.ſupra mand.ultra doct.nam ibi neceſſariò interuenerunt duæ fictiones quidquid dicat Bar. ex eo:quia ille qui ſoluit pecuniam uerè donauit, & intendebat donare, tamen ſolutio facta per ipſum non poterat liberare neque fideiuſſorem neque reum:quoniam illa pecunia non erat debita,& tantummodo ſolutione illius quòd debetur tollitur omnis obligatio.§.pri. inſti. qui.
408 mod.toll.obligatio.†Propterea neceſſarium eſt quòd illa pecunia fingatur tradita ipſi fideiuſſori,& poſteà iterum per fideiuſſorem ſoluta ſecundum formam poſitam in d.l.ſingularia, & l. licèt.§.quoties.cum multis concordanti.ſup.de iur.dot.per quam fictam ſolutionem poſteà liberatur reus principalis ſicut ſi ipſe debitor uerè ſoluiſſet, & conſequitur actionem mandati contra reum perinde acſi uerè ſoluiſſet,& ſi uoluiſſet donare patri æedem fictiones fuiſſent neceſſariæ ut acquireret actionem mandati ut primò ſibi fingeretur tradita,& per patrem poſteà ſoluta:ſed tamen quia noluit ei donare, ideò nec ibi fingitur ſoluiſſet: nec habet actionem mandati.ſed ſi appareret quòd uoluiſſet ei donare tex,à contrariò ſentit quòd fictiones habuiſſent locum,& acquirerent actionem mandati.unde ratio uera illius tex.quòd non trahitur ſolutio ad patrem:quia uoluit donare: non autem quia fictiones non poſſint concurrere, & cum hanc rationem expreſſè aſſignet text. non uidetur quòd poſſit per aliquem negari.

Nec tex.in uerſ.ſi ſeruus.ſequens obſtat:quia non poteſt dici quòd corrigat præcedentia ut intendebat Bar.quia hoc eſt abſurdum ut declarat hic Iaſ.& bene.ſed ille tex. uenit tantummodo addendo caſum contrarium quando ille ſeruus uerè ſoluiſſet, uel etiam filius familiás:quia tunc & patri & domino acquireretur actio mandati: propter rationem ordinariam in peculio quòd ſoluiſſet de pecunia, etiam ipſius patris, uel domini,& ſic ceſſat ratio quòd non uideatur donare patri cum non ſit opus: quoniam pecunia eſt uerè ipſius patris,uel ſaltem interpretatiuè per l.Idcirco rectè declarando illum tex. apparet quòd duæ fictiones poſſunt concurrere etiam quòd reſtringas ad filium tantum,& quoniam bene non poteſt demonſtrari an ueniant in conſequentiam,uel naſcantur ex diuerſo fonte probatur generaliter ex illo tex. quòd duæ fictiones poſſunt ſimul concurrere: neque quòd non extendatur patrem impedit hanc concluſionem: quia illud cauſatur à uoluntate deficiente ut ego declaraui.

409 Pro opinione†tamen Bar.adducitur tex.in l.

ſuſiurandum.§.tutor.inf.de acceptilatio.ubi tu
tor non poteſt acceptilationem facere: quia eſt
fictus dominus,& concurrunt duæ fictiones per
tex.Bar.& docto.in d.l.prima,col.pe.ſup,tit.pri
mo,determinauit quòd fictus dominus non po
teſt per fictos actus transferre poſſeſſionem uel
dominium.Sed tamen ad illum tex.dantur plu
res reſponſiones.Et primò quòd ipſe declara-
tur per d.l.ſpecies.§.primo.eo.tit.de acceptila-
tionib.ubi admittuntur plures fictiones, & ui-
dentur contrariari ei,& concordia datur quòd
tutor non poteſt acceptilatione liberare:quia ip
ſe eſt fictus dominus pecuniæ,& non adeſt pri-
mordium ueritatis in eo:ſed bene poteſt reci-
pere ſolutionem & liberationem per acceptila
tionem:quia tractatur de fauore liberationis,
& agitur de acquiſitione per filium uel ſeruum,
& ſicut ſup.dictum fuit quòd procurator nō po
teſt per conſtitutum transferre poſſeſſionem:ta
mē per eius medium poteſt requiri uera poſſeſ-
ſio,d l.quod meo.& in quæſtione Guilielmi.Itē
in d.§.tutor.eſt alia ratio:quia tractatur delibe
rando abſentem qui eſt obligatus, & inter ab-
ſentes non poteſt fieri acceptilatio ut ibi dici-
tur,& cum illæ duæ leges ſint contiguæ, & conti
nuatæ,apparet quòd conſtituitur differentia in
ter tutorem,procuratorem,& ſeruum, & eſt ra-
tio:quia in tutore,& procuratore tractatur deli
berando abſentem. Sed in dicta l.ſpecies tra-
ctatur deliberando acceptilantem,pupillus ta-
men præſens cum auctoritate tutoris poteſt fa-
cere acceptilationem,l.pupillum. inf. de accep
tilatio.à contrariò ſenſu. Plures alii intellectus
traduntur ad dictum. §. ſi tutor. quos pro nunc
omitto.principalis autem ſolutio eſt, quòd ibi
tutor eſt fictus dominus &non poteſt facere per
actus fictos alium actum, & ità eum induxit
Bart.& docto.in d.l.j.col.pe.ff.de acqu.poſſe. &
ideò reſponſio conueniens eſt ſup.tradita,quòd
in ficto domino non interuenit primordium
ueritatis:ſecus autem ubicunque interuenit pri
mordium ueritatis.

410 Secundò†pro Bar.adducitur tt. l.ſi uerò non
remunerandi.§.j.ſecundum intellectum commu
nem per Guilielmum traditum quòd ibi non
competit patri actio mandati: quia eſſent plu-
res fictiones: ſed tamen nec obſtat quòd ipſe-
met Bar.dicebat ibi nullam fictionem interue-
nire:quia hoc reprobant doct.ut hic per Iaſo. in
prin.& ego etiam ibi reprobaui. Sed tu reſpon
de quòd ille tex.retorquetur in contrarium ut
ſup.ponderaui:quia imò ibi interueniunt duæ
fictiones adhoc ut habeat locum deciſio illius
tex.& quòd non trahatur ad patrem non proce
dit propter pluralitatem fictionum : ſed prop-
ter deficientiam uoluntatis,ut ibi dicit tex.& ſu
pra declaraui.

Tertiò pro opinione Bar.allegatur tex.in d.
l.ſi quis rem.de pollicitationib. coniuncta d. l.
fin. C. de ſacroſanct.eccleſ.ſed reſpondetur per
Crotum quòd ille tex. habet alium ſenſum, &
non intelligitur à doctorib. & ipſe dat alium
intellectum qui eſt ualde extraneus, licèt de eo
multum glorietur.ſed tu planius potes reſpon
dere quòd d.l.ſi quis rem.procedit ſecundū re-
gulas antiquas l.traditionib.C.de pact.in quib.
continebatur etiam contractus factus cum ec-
cleſia,& non erat in hoc priuilegiata, ſuperue-
nit poſteà Iulianus qui conceſſit illud priuile-
gium eccleſiæ quòd per contractum ſolum ac-
quiratur dominium ei,& quàmuis illa conſtitu
tio ſit fauorabilis:tamen eſt correctoria &exor
bitans à regulis iur. unde debet intelligi de cō
tractibus ſui natura ualidis,nō autem de ualidis
ex priuilegio,& ità reſtringitur extenſio diſpo
ſitionis correctoriæ:arg.l. fi. C. de his qui uen.
ætat.impetrauer.& l.iii.§.hæc uerba. ff. de nego
ciis geſt.& quod no.quaſi in terminis in dicta l.
ſi quis argentum.C.de donationibus. §.fi.& po
nitur per Mod.in §.j.inſti.de donationibus, &
per Barto. in l. omnes populi. char.fi.ff.de iu-
ſti. & iur.

Quartò pro opinione Bar.adducitur doctri-
na Cy.in l.ſi is quis rem.C.loca. in fi. qui dixit
quòd fictus titulus,& ficta traditio non transfe
runt dominium:ſed reſpondet Bar.quòd Dyn.
tenuit contrarium in quæſt.formata ibi per Cy.
per l.ſi rem aliquam.ſup.tit.i.Item etiam intel-
lectus Barto. traditus ad illum text. ſupra fuit
reprobatus.

Quintò adducitur lex prima.C. de dot pro-
miſ.ubi duo ſpecialia non poſſunt ſimul concur
rere:ergo nec duæ fictiones,per quem tex. dicit
Bal.in l.fi.col.ij. ff de conſti.principium quòd
beneficia principum debent interpretari ut nō
contineant duo ſpecialia ſeu priuilegia: quia ſi
una diſpenſatio eſt fauorabilis duæ ſunt odio-
ſę,l.ſi quando.C.de inoffi.teſtam.& l.j.in fin. C.
quando liceat ab emptio.diſcedere. Ideò dixit
quòd non ualent priuilegia in quibus ſunt duo
ſpecialia cap.ij.de filiis presbyterorum in 6. &
cap.non poteſt.§.fi.de præbend.in 6.

Sed ad illum tex.dantur uariæ reſponſiones
411 per doct.in l.j.ff.ſol.matrimo. † Et prima eſt ꝙ
ille text. habet uarios intellectus qui excedunt
numerum.xij. quos ego ibi etiam retuli. unde
non probat propter ambiguitatem, & neceſſa-
riò oportet illum tex. intelligere ut non faciat
nouam diſpoſitionem:ſed unam quæ congruat
aliis iuribus per ea quæ latiſſimè dixi ſupra in
intellectu ipſius tex.quia eius ueritas ignoratur
ſecundum Boetium. ego tamen ibi dedi unum
intellectum qui uidetur ſe conformare cum in-
tentione docto.hic quòd ibi ponitur una limi-
tatio ad l.ſciendum.ff.de uerbo. obligati. quòd
uerbum promitto,aliàs ſolitum importare ſti-
pulationem, & facere præſumptionē omnia ſo
lenniter interueniſſe, non procedere quando in
reliquis cōtractus habet imperfectionem : quia
tunc ceſſat illa præſumptio quòd ſolennitas in-
trinſeca pręſumatur ne inducamus præſumptio
nem præſumptionis,& ſi ibi res certa fuiſſet ꝓ-
miſſa

miſſa uerbum promitto, induceret ſtipulationem, tamen quia iſte intellectus uidetur comprobare opinionem Bar. hic, reſpondere debes ut ſupra dixi, quòd ille tex. procedit regulariter ut in dubio nos credamus l. nolle inducere plura ſpecialia derogatoria regularum iuris cõmunis. ſed tamen non probat quin lex potuiſſet facere ſi uoluiſſet ut ego dixi ſupra, & probatur in l.fi.C.ad Velleia. & cõfirmatur per tex. in dicto capi. ſecundo de filiis presbyterorum in 6. qui noluit quòd non præſumitur principem uoluiſſe concedere duplicem diſpenſationem: tamen omnes fatentur ſi appareret de intentione concedentis quòd nedum duæ ſed quatuor, & quinq; diſpenſationes concedi poſſent, ita etiã in fictionib. præſumptio erit quòd lex noluerit ualidare actum ex plurib. fictionib. tamen ſi apparebit de uoluntate ex urgentib. coniecturis poterunt concurrere duæ, & quinque, & decem ſi erit opus, ut in iurib. pro alia parte allegatis.

Sextò pro opinione Bar. facit dicta ratio, ꝙ fictio fictionis eſſe non poteſt: ſicut nec ſeruitus ſeruitutis, l j.ff. de uſu. leg. ſed reſponde ut per eundem Bar. hic.

Septimò facit dicta l. quoties. ff. de præſcrip. uerbis ubi actio extraordinaria nõ concurrit cũ ordinaria: ſed reſponde ut per doct. in l. in prouintiali. ſupra de no. ope. nunc. & alio modo ut ſup. etiam dictum fuit.

412 Ex quibus apparet † quòd nulla le. probatur plures fictiones prohiberi ſimul concurrere, & tamen habemus multas leges quæ admittunt ſimul plures fictiones, & ideò facienda eſt concluſio generalis contra Bar. hic quòd plures fictiones, indiſtinctè poſſunt concurrere ſiue ex eodẽ ſiue ex diuerſo fonte naſcantur, ſiue principaliter ſiue in conſequentiam inducantur, quam cõcluſionem tenet Alcia. hic in fi. & probat per rationem prædictam: quia nullibi reperitur prohibitum quòd plures fictiones non poſſunt ſimul concurrere, & uideamus ſemper quòd quãdo æquitas uel neceſſitas deſiderat leges eas cõſtituunt, & ſi diuerſo tempore permittunt plures fictiones concurrere ratio non poteſt aſſignari quin eodem tempore permittat, & ſi ex diuerſo fonte ratio non poteſt aſſignari quare nõ ex eodem fonte maximè: quia in eodem actu ut ſupra dixi plures fictiones poſſunt dici naſci ex eodem fonte, & in conſequentiam, & naſci ex diuerſis fontibus, conſiderando totum actum, & partes ſeparatas actus, l.fi.C.ad Velleianum, & dicta l. ſub conditione. inf. de ſolutio. cum glo. ij. in fi. & regula ſit quòd quæ prohibentur principaliter prohibentur etiam in conſequentiam cap. ij. de filiis presbyterorum in 6. & dicto cap. non poteſt. §.fi. de præbend. in 6. & ſuccedit regula, quòd quæ non prohibentur permittuntur ſtare l. nec non. §. quod eis. ſupra. ex quibus cauſis maior.

Suadetur etiam: quia ſubiecta materia non impedit quin plures fictiones concurrant, quòd in eodem ſubiecto poſſint etiam plures fictiones, & qualitates ineſſe.

Tertiò non deficit potentia: quia lex ſi uult hoc poteſt facere: quoniam maiora facere poteſt cum ſit alter Deus, & altera natura, ut per Bar. in l. iuriſgentium. § adeò. & in §. quinimo. col. pe. ff. de pact. & pro hac regula contra Bart. faciunt multæ leges ultra prædictas. Nam primò habetur in dicta lege prima. C. ad Velleianum. & in lege prima. ff. ſoluto matrimonio. cum materia ubi Bal. no. quingenta priuilegia doti conceſſa quæ eueniente caſu non prohibentur ſimul concurrere & probatur in leg. prima. C. de rei uxorię actio. coniunctis no. in l. j. ff. de uerbo. obligatio. dum loquuntur de muliere muta, & etiam facit dicta l. ſecunda. ff de uſufru. earum rerum quæ uſu conſumuntur, & in l. Cornelia quæ fecit tres principales fictiones, una ꝙ captiuus fingatur mortuus in ciuitate. Secunda quòd uiuus habeat hæreditatem. Tertia quòd fingatur iacere hæreditas eo uiuente apud hoſtes, & poſteà aditur. Quarta ut hæreditatis additio trahatur ad tempus mortis. & ipſemet Barto. conſentit. Idem eſt in poſtliminio ubi captus fingitur retro fuiſſe in ciuitate. Item fingitur habuiſſe filios in poteſtate, & filium mortuum habuiſſe in poteſtate ac ſucceſſiſſe filio mortuo, l. pe. ff. de ſuis & legitimis, & l. prima. C. de cap. atque etiam acquiſiuiſſe ex acceptilatione l. ſpecies. §. primò. ff. de acceptilationib. & filius quoque retro fingitur habuiſſe ius ſuitatis l. quod ſi filius. inf. de cap. quæ omnes fictiones in eodem captiuo poſſunt ſuccedere, licèt leges loquantur occaſionaliter in diuerſis captiuis. nec poteſt dici quòd ueniant in conſequentiam: quia alioqui, & poſſeſſio & omnes res recuperari poſſunt, & retro fingeretur fuiſſe quod tamen reprobatum fuit ſupra per omnes. Et poteris etiam cumulare omnes fictiones pertinentes ad materiam l. Corneliæ, & poſtliminii, quæ in eodem captiuo contingere poſſint. Facit etiã quod dictum fuit in materia poſſeſſionis quòd ille qui animo poſſidet fingitur corpore eſſe in poſſeſſione, l. iij. §. è contrariò. ſup. tit. j. & plures alii in eadem re finguntur poſſidere diuerſis reſpectibus uſque ad numerum quinque, ut ibi declaraui.

Item quando creditor ſuccedit debitori, uel debitor creditori ſemper concurrunt plures fictiones, una quòd hæreditas repræſentat perſonam defuncti, alia quòd hæres poſt aditam hęreditatem eandem perſonam repræſentat. Tertia quòd fingatur retro adiuiſſe hæreditatem. Quarta quòd fingatur facta ſolutio l. ſi ei. §. primo. ff. de euictionibus. uel quòd fingatur una & eadem perſona ut obligatio confundatur. Quinta quòd ex hac ficta ſolutione liberatio contingat, l. hæres à debitore. §. fi. inf. de fideiuſſo. quid plura poſſes per te centum ſimilia exempla inuenire, quod magis eſſet laborioſum quàm ſubſubtile ut per glo. in l. prima. ff. ſol. matrim. Pro

pterea omninò teneas hanc generalem conclu-
ſionem faciendo regulam affirmatiuam, quòd
plures concluſiones ſimul concurrere poſſunt
cum hac tamen modificatione, quòd lex expreſ
ſè ponat actum in quo neceſſariæ ſunt plures fi-
ctiones, uel ex urgenti coniectura appareat uo-
luntas legis: ſed ſi non apparet de expreſſa uo-
luntate legis, uel coniecturata urgenter in du-
bio preſumemus eam noluiſſe admittere plures
fictiones, ne inducat uaria exorbitantia in iure.
ut dicitur in dict. cap. j. de filiis presbyterorum
413 in 6. † In qua modificatione procedunt argu-
mentationes doctor. quæ concludent in dubio
non eſſe credendum legem noluiſſe inducere
plures fictiones: neque plura ſpecialia: non ta-
men quòd lex non potuerit inducere plures fi-
ctiones: neque quòd ſibi ligauerit manus quin
poſſit eas facere, & plura ſpecialia inducere ut
ſupra demonſtratum fuit in pluribus caſibus fa
ctum fuiſſe, quæ modificatio fortius procedit
ubicunque deficit primordium ueritatis in quo
poſſint fundari dictæ fictiones, d. l. iuſiurandum
§. ſi tutor. ff. de acceptilationi. declarando ut ſu
pra, & per docto. in l. prima. col. penul. ſupra ti-
tulo primo. tamen in dubio procedit ut dictum
fuit, non autem quòd lex prohibeatur poſſe in-
ducere quin procurator, & alia perſona ficta nõ
poſſit per actus fictos transferre poſſeſſionem,
imò multi tenent ibi etiam perſonas fictas poſ
ſe transferri, dũmodo poſſeſſionem ipſam certo
modo penes ſe habere poſſint, & hoc modo in-
telligitur dicta leg. prima. de uſufruct. ear. rer.
ubi ſenatus fecit plures fictiones, & negauit po-
tentiam facti nõ potentiã iuris, quæ regula pro
cedit etiam de iure canonico cum & in ſpiri-
tualibus plures fictiones admittantur ut habe-
tur in ca. literas. de tempori. ordinatio. & in ca
pi. accedens. el ij. de præbend. & fictiones poſtli
minii, & l. Corneliæ eodem iure canonico rece
ptæ fuerunt: arg. no. in cap. j. de no. ope. nunci.
& addit etiam hic Crotus aliquas quæſtiones
de materia conſtituti quas ego examinaui in le.
quod meo. ſupra de acquir. poſſeſſio. ubi eſt lo-
cus ſuus, ideò hic inſiſtere non eſt opus. unde
hæc ſufficiant ad hanc materiam fictionis, & ex
prædictis remaneat expedita iſta no. & practi-
cabilis lex cum ſuis materiis in 34. lectionibus
Salerni, & repetita Meſſannæ de anno 1568.
Ioannes Bolognetus.

F I N I S.

Venetijs Io. Gryphius excudebat
Impenſis Io. Variſci, Hæredum Melchioris
Seſſæ, & Baptiſtæ de Calegaris
M D. L X X.

RESTAURO DEL LIBRO
LELLI GIUSEPPE

28 NOV 1971